# PATROLOGIÆ

## CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

**OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,**

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

*QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI* (*ANNO* 1545) *PRO LATINIS,*
*ET CONCILII FLORENTINI* (*ANN.* 1439) *PRO GRÆCIS FLORUERUNT:*

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

## SERIES GRÆCA PRIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,


ACCURANTE J.-P. MIGNE,

**Bibliothecæ Cleri universæ,**

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.


PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD NOVEM ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR; UTRAQUE VIGESIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272 PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT, SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

*PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LXVII.*

SOCRATES ET SOZOMENUS.


EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864


Digitized by Google

# AVIS IMPORTANT.

D'après une des lois providentielles qui régissent le monde, rarement les œuvres au-dessus de l'ordinaire se font sans contradictions plus ou moins fortes et nombreuses. Les *Ateliers Catholiques* ne pouvaient guère échapper à ce cachet divin de leur utilité. Tantôt on a nié leur existence ou leur importance; tantôt on a dit qu'ils étaient fermés ou qu'ils allaient l'être. Cependant ils poursuivent leur carrière depuis 21 ans, et les productions qui en sortent deviennent de plus en plus graves et soignées : aussi paraît-il certain qu'à moins d'événements qu'aucune prudence humaine ne saurait prévoir ni empêcher, ces Ateliers ne se fermeront que quand la *Bibliothèque du Clergé* sera terminée en ses 2,000 volumes in-4°. Le passé paraît un sûr garant de l'avenir, pour ce qu'il y a à espérer ou à craindre. Cependant, parmi les calomnies auxquelles ils se sont trouvés en butte, il en est deux qui ont été continuellement répétées, parce qu'étant plus capitales, leur effet entraînait plus de conséquences. De petits et ignares concurrents se sont donc acharnés, par leur correspondance ou leurs voyageurs, à répéter partout que nos Editions étaient mal corrigées et mal imprimées. Ne pouvant attaquer le fond des Ouvrages, qui, pour la plupart, ne sont que les chefs-d'œuvre du Catholicisme reconnus pour tels dans tous les temps et dans tous les pays, il fallait bien se rejeter sur la forme dans ce qu'elle a de plus sérieux, la correction et l'impression; en effet, les chefs-d'œuvre même n'auraient qu'une demi-valeur, si le texte en était inexact ou illisible.

Il est très-vrai que, dans le principe, un succès inouï dans les fastes de la Typographie ayant forcé l'Editeur de recourir aux mécaniques, afin de marcher plus rapidement et de donner les ouvrages à moindre prix, quatre volumes du double *Cours d'Ecriture sainte et de Théologie* furent tirés avec la correction insuffisante donnée dans les imprimeries à presque tout ce qui s'édite; il est vrai aussi qu'un certain nombre d'autres volumes, appartenant à diverses Publications, furent imprimés ou trop noir ou trop blanc. Mais, depuis ces temps éloignés, les mécaniques ont cédé le travail aux presses à bras, et l'impression qui en sort, sans être du luxe, attendu que le luxe jurerait dans des ouvrages d'une telle nature, est parfaitement convenable sous tous les rapports. Quant à la correction, il est de fait qu'elle n'a jamais été portée si loin dans aucune édition ancienne ou contemporaine. Et comment en serait-il autrement, après toutes les peines et toutes les dépenses que nous subissons pour arriver à purger nos épreuves de toutes fautes? L'habitude, en typographie, même dans les meilleures maisons, est de ne corriger que deux épreuves et d'en conférer une troisième avec la seconde, sans avoir préparé en rien le manuscrit de l'auteur.

Dans les *Ateliers Catholiques* la différence est presque incommensurable. Au moyen de correcteurs blanchis sous le harnais et dont le coup d'œil typographique est sans pitié pour les fautes, on commence par préparer la copie d'un bout à l'autre sans en excepter un seul mot. On lit ensuite en première épreuve avec la copie ainsi préparée. On lit en seconde de la même manière, mais en collationnant avec la première. On fait la même chose en tierce, en collationnant avec la seconde. On agit de même en quarte, en collationnant avec la tierce. On renouvelle la même opération en quinte, en collationnant avec la quarte. Ces collationnements ont pour but de voir si aucune des fautes signalées au bureau par MM. les correcteurs, sur la marge des épreuves, n'a échappé à MM. les corrigeurs sur le marbre et le métal. Après ces cinq lectures entières contrôlées l'une par l'autre, et en dehors de la préparation ci-dessus mentionnée, vient une révision, et souvent il en vient deux ou trois; puis l'on cliche. Le clichage opéré, par conséquent la pureté du texte se trouvant immobilisée, on fait, avec la copie, une nouvelle lecture d'un bout de l'épreuve à l'autre, on se livre à une nouvelle révision, et le tirage n'arrive qu'après ces innombrables précautions.

Aussi y a-t-il à Montrouge des correcteurs de toutes les nations et en plus grand nombre que dans vingt-cinq imprimeries de Paris réunies! Aussi encore, la correction y coûte-t-elle autant que la composition, tandis qu'ailleurs elle ne coûte que le dixième! Aussi enfin, bien que l'assertion puisse paraître téméraire, l'exactitude obtenue par tant de frais et de soins, fait-elle que la plupart des Editions des *Ateliers Catholiques* laissent bien loin derrière elles celles même des célèbres Bénédictins Mabillon et Montfaucon et des célèbres Jésuites Petau et Sirmond. Que l'on compare, en effet, n'importe quelles feuilles de leurs éditions avec celles des nôtres qui leur correspondent, en grec comme en latin, on se convaincra que l'invraisemblable est une réalité.

D'ailleurs, ces savants éminents, plus préoccupés du sens des textes que de la partie typographique et n'étant point correcteurs de profession, lisaient, non ce que portaient les épreuves, mais ce qui devait s'y trouver, leur haute intelligence suppléant aux fautes de l'édition. De plus les Bénédictins, comme les Jésuites, opéraient presque toujours sur des manuscrits, cause perpétuelle de la multiplicité des fautes, pendant que les *Ateliers Catholiques*, dont le propre est surtout de ressusciter la Tradition, n'opèrent le plus souvent que sur des imprimés.

Le R. P. De Buch, Jésuite Bollandiste de Bruxelles, nous écrivait, il y a quelque temps, n'avoir pu trouver en dix-huit mois d'étude, *une seule faute* dans notre *Patrologie latine*. M. Denzinger, professeur de Théologie à l'Université de Wurzbourg, et M. Reissmann, Vicaire Général de la même ville, nous mandaient, à la date du 19 juillet, n'avoir pu également surprendre *une seule faute*, soit dans le latin soit dans le grec de notre double *Patrologie*. Enfin, le savant P. Pitra, Bénédictin de Solesme, et M. Bonetty, directeur des *Annales de philosophie chrétienne*, mis au défi de nous convaincre d'une seule erreur typographique, ont été forcés d'avouer que nous n'avions pas trop présumé de notre parfaite correction. Dans le Clergé se trouvent de bons latinistes et de bons hellénistes, et, ce qui est plus rare, des hommes très-positifs et très-pratiques, eh bien! nous leur promettons une prime de 25 centimes par chaque faute qu'ils découvriront dans n'importe lequel de nos volumes, surtout dans les grecs.

Malgré ce qui précède, l'Editeur des *Cours complets*, sentant de plus en plus l'importance et même la nécessité d'une correction parfaite pour qu'un ouvrage soit véritablement utile et estimable, se livre depuis plus d'un an, et est résolu de se livrer jusqu'à la fin à une opération longue, pénible et coûteuse, savoir, la révision entière et universelle de ses innombrables clichés. Ainsi chacun de ses volumes, au fur et à mesure qu'il les remet sous presse, est corrigé mot pour mot d'un bout à l'autre. Quarante hommes y sont ou y seront occupés pendant 10 ans, et une somme qui ne saurait être moindre d'un demi-million de francs est consacrée à cet important contrôle. De cette manière, les Publications des *Ateliers Catholiques*, qui déjà se distinguaient entre toutes par la supériorité de leur correction, n'auront de rivales, sous ce rapport, dans aucun temps ni dans aucun pays; car quel est l'éditeur qui pourrait et voudrait se livrer APRÈS COUP à des travaux si gigantesques et d'un prix si exorbitant? Il faut certes être bien pénétré d'une vocation divine à cet effet, pour ne reculer ni devant la peine ni devant la dépense, surtout lorsque l'Europe savante proclame que jamais volumes n'ont été édités avec tant d'exactitude que ceux de la *Bibliothèque universelle du Clergé*. Le présent volume est du nombre de ceux révisés, et tous ceux qui le seront à l'avenir porteront cette note. En conséquence, pour juger les productions des *Ateliers Catholiques* sous le rapport de la correction, il ne faudra prendre que ceux qui porteront en tête l'avis ici tracé. Nous ne reconnaissons que cette édition et celles qui suivront sur nos planches de métal ainsi corrigées. On croyait autrefois que la stéréotypie immobilisait les fautes, attendu qu'un cliché de métal n'est point élastique; pas du tout, il introduit la perfection, car on a trouvé le moyen de le corriger jusqu'à extinction de fautes. L'Hébreu a été revu par M. Drach, le Grec par des Grecs, le Latin et le Français par les premiers correcteurs de la capitale en ces langues.

Nous avons la consolation de pouvoir finir cet *avis* par les réflexions suivantes : Enfin, notre exemple a fini par ébranler les grandes publications en Italie, en Allemagne, en Belgique et en France, par les *Canons grecs* de Rome, le *Gerdil* de Naples, le *Saint Thomas* de Parme, l'*Encyclopédie religieuse* de Munich, le recueil des *déclarations des rites* de Bruxelles, les *Bollandistes*, le *Suarez* et le *Spicilége* de Paris. Jusqu'ici, on n'avait su réimprimer que des ouvrages de courte haleine. Les in-4°, où s'engloutissent les in-folio, faisaient peur, et on n'osait y toucher, par crainte de se noyer dans ces abîmes sans fond et sans rives; mais on a fini par se risquer à nous imiter. Bien plus, sous notre impulsion, d'autres Editeurs se préparent au *Bullaire* universel, aux *Décisions* de toutes les Congrégations, à une *Biographie* et à une *Histoire* générale, etc., etc. Malheureusement, la plupart des éditions déjà faites ou qui se font, sont sans autorité, parce qu'elles sont sans exactitude; la correction semble en avoir été faite par des aveugles, soit qu'on n'en ait pas senti la gravité, soit qu'on ait reculé devant les frais; mais patience! une reproduction correcte surgira bientôt, ne fût-ce qu'à la lumière des écoles qui se sont faites ou qui se feront encore.

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.

*SÆCULUM V, ANNUS 440*

# ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ

ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ,

## ΕΡΜΕΙΟΥ ΣΩΖΟΜΕΝΟΥ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗ ΙΣΤΟΡΙΑ.

# SOCRATIS

SCHOLASTICI,

# HERMIÆ SOZOMENI

## HISTORIA ECCLESIASTICA.

*HENRICUS VALESIUS GRÆCUM TEXTUM COLLATIS MSS. CODICIBUS EMENDAVIT,*
*LATINE VERTIT, NOTIS ILLUSTRAVIT;*

CUJUS EDITIONEM CRITICIS OBSERVATIONIBUS LOCUPLETAVIT

GUL. READING, CLERI LONDINENSIS BIBLIOTHECARIUS.

(Cantabrigiæ, typis Academicis, 1720. fol.)

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

TOMUS UNICUS.

VENIT 12 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER*
NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864

Digitized by Google

BR
60
.M61
V.67

# TRADITIO CATHOLICA.

*SÆCULUM V. ANNUS 440.*

# ELENCHUS

## AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO LXVII CONTINENTUR.

SOCRATES.

Historia ecclesiastica. col. 30

SOZOMENUS.

Historia ecclesiastica. 843
*Henrici Valesii Observationes in Historias ecclesiasticas Socratis et Sozomeni.* 1131

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

Digitized by Google

# CHRISTIANISSIMO

# FRANCORUM ET NAVARRÆ REGI

# LUDOVICO A DEO DATO.

---

Ecclesiasticarum rerum Historiam, a Socrate olim ac Sozomeno Græce conscriptam, nunc vero in Latinum sermonem a me conversam atque observationibus illustratam, utrum Majestati Tuæ nuncupare deberem, rex Christianissime, diu multumque dubitavi. Nam cum ab ineunte ætate studiis me humanioribus addixissem, et quietam tranquillamque vitam cum litteris cunctis semper rebus anteposuissem, ineptum mihi videbatur et alienum ab instituto nostro, provecta jam ætate, regiam ambire, et Majestatem Tuam, tot tantisque districtam negotiis, litterario munere interpellare. Sed postquam animadverti Majestatem Tuam hujusmodi munera haudquaquam aspernari, et eruditos homines, non eos solum qui sub principatu tuo degunt, verum etiam exteros singulari humanitate ac benevolentia complecti, et ad excolenda optimarum artium studia cunctorum animos nuper liberalitate sua excitasse, ingrati animi fóre existimavi, si hoc opus tuo principatu cœptum atque elaboratum, alteri potius consecrarem quam tibi. An cum ego tot jam libros in lucem emiserim, tot illustres viros scriptis meis prædicaverim, reginam etiam externæ gentis peculiari oratione laudaverim, regem meum, rerum gestarum gloria et cunctis belli pacisque artibus excellentem, silentio transmittam; nec omnibus modis elaborem, ut aliquod ingenii mei monumentum in augustissimo ejus nomine appareat? Huc accedit exemplum Sozomeni nostri, qui cum ecclesiasticam Historiam a principatu Constantini Maximi ad sua usque tempora novem libris contexuisset, eam Theodosio Juniori nuncupandam putavit. Quem secutus longo post intervallo Nicephorus Callistus, Andronico Palæologo, Byzantino imperatori, opus suum consecravit. Ac profecto sapientissime, ut equidem censeo, uterque illorum judicavit nullum regibus atque imperatoribus convenientius offerri posse munus, quam historiam rerum ecclesiasticarum. Quæ enim cognitio utilior magisque necessaria est principi, quam earum rerum quæ ad ipsum quotidie deferuntur? Certe cum religio primum locum obtineat in republica, cumque ex quo tempore reges atque imperatores sese Ecclesiæ corpori adjunxerunt, maxima semper fuerit eorum auctoritas in rebus Ecclesiæ administrandis, turpe atque indecorum est illis negotia, in quibus tractandis assidue versantur, ignorare. Itaque majores tui, Carolos dico et Ludovicos, qui Francorum regno Romanum imperium velut appendicem quamdam adjunxerunt, omni studio ac diligentia in id incubuerunt, ut ecclesiasticarum rerum exactissimam sibi notitiam compararent. Quippe intelligebant principes sapientissimi, rebus Ecclesiæ probe constitutis atque ordinatis, reliqua deinceps ex voto succedere, et pacem imperii ac tranquillitatem ex Ecclesiæ pace ac tranquillitate, tanquam ex fonte, promanare. Testantur hoc illorum studium, tum historiæ veteres, tum leges capitulares ab iisdem editæ ac promulgatæ; ejusmodi decreta, in quibus primo semper loco de rebus ecclesiasticis sanxerunt. quibus nihil ad disciplinam ecclesiasticam sanciri possit utilius. Idem etiam testantur libri illi a Carolo Magno conscripti, quos vulgo Carolinos vocant. Non igitur sine causa, Christianorum antiquitates Christianissimo principi, ecclesiasticam Historiam tibi inter Ecclesiæ filios primogenito, dedicandam esse existimavi. In qua, quid et quantum juris sit principi in rebus ecclesiasticis, Majestas Tua liquido perspiciet: et quemadmodum ex imperatoribus Romanis, ii quidem qui Ecclesiam sævis persecutionibus infestarunt, adversa semper fortuna usi, funesto tandem exitu interierint; ii vero qui Ecclesiam augere atque ornare omnibus modis studuerunt, qui sacerdotibus honorem, clericis privilegia immunitatemque tribuerunt,



Digitized by Google

omnia semper læta ac prospera experti sint, et de hostibus ac tyrannis maximas victorias reportarint. Quorum tu pietatem cum a primis regni tui rudimentis imitatus sis, jure merito eadem te felicitas in cunctis expeditionibus perpetuo comitatur. Possem hoc loco in laudes tuas liberius excurrere, idque exemplo eorum scriptorum quos supra nominavi. Nam Majestatis Tuæ res gestæ longe profecto uberiorem ad dicendum materiam mihi suppeditant, quam aut res Theodosii Junioris Sozomeno, aut res Andronici Nicephoro olim suppeditarunt. Sed quoniam de rebus ecclesiasticis primum instituta est oratio, quarum historiam Majestati Tuæ oblaturus accessi, malo me intra hos fines continere, quos mihi ipse initio præscripsi, et ex laudibus tuis eas solum attingere quæ ad Ecclesiam et ad religionem pertinent. Nihil igitur dicam de eximia humanitate tua, qua cunctos adeuntes excipere soles; nihil de admirabili prudentia, qua et civilia et bellica negotia administras; nihil de justitia, quam in omnibus factis dictisque religiosissime servas; nihil de incredibili vigore ingenii tui; nihil de prolixa in litteras munificentia, quarum te patronum jam pridem declarasti. Prætermittam tot bellicas expeditiones tuas, expugnationes urbium atque oppidorum, exercitus hostium cæsos, tropæa in Belgio, in Germania, et in media erecta Pannonia. Taceo Turcos primo adventu copiarum tuarum fusos et fugatos, et amnem cadaveribus oppletum. Nihil dicam de novissima expeditione tua in Belgium, qua plures urbes unius æstatis spatio cepisti, quam toto superiore bello a divæ memoriæ Ludovico parente tuo fuerant expugnatæ. Mitto comitatum Burgundiæ, medio hiemis algore raptum potius quam captum. Illam vero pacem, quam nuper Aquisgrani cum rege Hispano pepigisti, tacitus præterire nullo modo possum. Qua in componenda, quanta esset æquitas ac moderatio animi tui perspicue declarasti. Non enim amplificandi regni cupiditas te a recto justitiæ tramite abduxit. Non militum tuorum robur ac multitudo, non ducum præstantia, non magnitudo bellici apparatus, non hostium provinciæ militaribus copiis nudatæ, animum tuum sollicitarunt. Sed tuo contentus, nihil ulterius concupivisti. Equidem hanc pacem omnibus victoriis ac triumphis tuis longe anteponendam puto. Nam et urbes Belgii maximas ac munitissimas ditioni tuæ adjunxit, et nomini tuo immortalem gloriam comparavit. Quid enim gloriosius quam in summa felicitate semetipsum vincere, et supra tropæa stantem, victoriæ suæ modum imponere? Cepit ex hac pace non mediocrem fructum religio, cujus in renovando fœdere præcipuam rationem habendam esse duxisti. Quæ cum ægre admodum cerneret duos potentissimos orbis Christiani principes inter se collidi, et mutuis cladibus sese atterere jam paratos; idque eo tempore quo ipsa ab hostibus Christiani nominis terra marique impugnaretur; nunc firmato inter eosdem principes pacis fœdere lætatur, et, resumpta fiducia, triumphum sibi de impiis illis Deoque invisis pollicetur. Sed et Ecclesia Gallicana pacem sibi haud dubia spe jam spondet. Quæ cum plures jam per annos gravissimis dissensionibus concussa fuerit atque turbata, nunc interventu pacificæ Majestatis Tuæ ad pristinam concordiam et tranquillitatem revocari se posse confidit. Denique litteræ nostræ, hujus pacis causa, incredibili gaudio gestiunt atque exsultant. Quæ cum tibi jampridem plurimum debeant ob regalem erga ipsas munificentiam tuam, nunc se vitam ipsam hoc nomine tibi debere ingenue profitentur. Sunt enim alumnæ pacis, et comites quietis atque otii. Itaque omnes eruditi ac probi, præcipue vero ii in quos hujus belli tempestas incubuerat, ut hæc pax diuturna ac perpetua sit, ardentissimis votis Deum deprecantur. Ex quorum ego numero, hos ecclesiasticæ Historiæ libros, a me expositos atque emendatos, Majestati Tuæ libens dico atque offero. Quos quidem, tanquam obsides devotissimi obsequii mei, gratique animi certissimos testes, ut benigno vultu suscipias, Majestatem Tuam etiam atque etiam rogo.

*S. M. T. Dicatissimus*
HENRICUS VALESIUS.

—

Digitized by Google

# STUDIOSO LECTORI

Post Eusebium Cæsariensem, quem parentem ecclesiasticæ historiæ merito appellare possumus, multi pia æmulatione succensi, idem argumentum tractare instituerunt. Sed præ cæteris omnibus Socrates, et Sozomenus ac Theodoritus, totius antiquitatis judicio celebrati sunt; qui ab iis temporibus exorsi in quibus Eusebius scribendi finem fecerat, ad Theodosii Junioris tempora opus suum perduxerunt. Et initio quidem tres istos scriptores simul junctos in lucem proferre decreveram, ut quemadmodum unum idemque argumentum litteris prosecuti sunt, sic etiam uno eodemque volumine comprehensi legerentur. Sed quoniam nimis prolixum hoc facto futurum erat volumen, idcirco editionem Theodoriti aliud in tempus differre sum coactus. Cui Evagrii Epiphaniensis Historiam cum excerptis Philostorgii ac Theodori Lectoris adjungam, ut totum corpus ecclesiasticæ historiæ, nostro labore expositum atque explicatum, studiosi posthac possint pervolvere. Interim vero habes in hoc corpore, Lector, Socratem ac Sozomenum simul junctos. In quorum editione quid præstiterim, paucis accipe.

Ante annos octo, cum Eusebii Cæsariensis Historiam jussu atque auspiciis illustrissimorum antistitum cleri Gallicani in lucem ederem, tria præcipue in illa editione præstare studui. Primum enim manuscriptis optimæ notæ codicibus undique conquisitis, ea quæ in prioribus editionibus corrupta et interpolata fuerant emendavi atque distinxi. Deinde cum superiores interpretes, seu scriptorum exemplarium penuria, seu ob aliam quamlibet causam multis in locis lapsi essent, ne illorum interpretatio lectores in errorem induceret, novam ipse interpretationem elaboravi, qua studiosos in posterum contentos fore confido. Postremo annotationes subjeci, quibus tum emendationum mearum rationem redderem, tum obscuriora quæque ac difficiliora loca exponerem atque illustrarem. Atque hæc editio, benigne ab omnibus excepta, versatur nunc in manibus eruditorum. Quod igitur in Historia Cæsariensis Eusebii tunc opitulante Deo perfeci, idem nunc in Historia Socratis atque Sozomeni, jussu atque auspiciis eorumdem quos dixi antistitum, perficere sum conatus. Nam ut priore loco dicam de Socrate, qui prior ad scribendum se contulit, ejus Historiam emendavi ope atque auxilio trium mss. codicum, Sfortiani scilicet, Florentini et Allatiani. Sfortianus codex optimus ac vetustissimus servatur nunc in bibliotheca Vaticana. Hunc jampridem in gratiam illustrissimi viri Caroli Monchalli, archiepiscopi Tolosani, cum editione Genevensi contulerat Lucas Holstenius, vir doctissimus; et varias lectiones una cum emendationibus Philostorgii ex ms. codice Scoriacensi decerptis, ad eumdem antistitem miserat, cum clerus Gallicanus veteris Historiæ ecclesiasticæ novam editionem procurandi munus ei mandasset, ut scribit idem Holstenius in epistola ad Petrum Possinum Societatis Jesu theologum. Postea vero, cum, rogatu ipsius archiepiscopi Tolosani, qui ob nimias occupationes huic editioni vacare se non posse intelligebat, clerus Gallicanus eam provinciam mihi injunxisset, varias lectiones supradicti codicis Sfortiani, ad marginem editionis Genevensis ascriptas sua ipsius manu, misit ad me idem Holstenius, una cum emendationibus illis Philostorgii: plura insuper missurus, si vita ipsi longior concessa fuisset. Etenim paulo ante obitum dissertationes aliquot ad me misit de locis quibusdam concilii Nicæni et concilii Chalcedonensis, deque Synesii episcopatu. Quæ quidem dissertationes, si Deus juverit, in tertio Historiæ ecclesiasticæ tomo edentur a nobis, ne respublica litteraria doctissimi viri lucubrationibus diutius fraudetur. Sequitur codex Florentinus, ante annos circiter quingentos descriptus, qui nunc servatur Florentiæ in bibliotheca S. Laurentii. Hujus indicium atque usum debeo Emerico Bigotio, sagacissimo bibliothecarum veterum indagatori: cujus diligentia factum est ut, hic sedentes atque otiosi, multarum ac disjunctissimarum bibliothecarum opibus thesaurisque frueremur. Ejus enim rogatu Michael Erminius, patricius Florentinus, codicem illum contulit cum editione Genevensi, et varias ejusdem lectiones ad me transmisit. Quo quidem nomine utrique plurimum me debere profiteor. Tertius est codex Leonis Allatii, viri undecunque doctissimi, et de antiquitate ecclesiastica optime meriti. Hic codex continet Historiam ecclesiasticam Theodori Lectoris, duobus libris comprehensam: quam Theodorus Lector ex tribus ecclesiasticarum rerum scriptoribus, Socrate scilicet, Sozomeno ac Theodorito collegerat, eodem plane modo quo Cassiodorus Senator Tripartitam Historiam composuit. Verum tripartita hæc Theodori Lectoris Historia res tantum principatu Constantini et Constantii in Ecclesia gestas complectitur: sive quod Theodorus Lector non progressus erat ulterius, sive quod reliqui ejus operis libri vetustatis negligentia perierunt. Ex hoc igitur codice varias lectiones in duobus prioribus Socratis libris Leo Allatius jampridem excerpserat, et ad illustrissimum antistitem Carolum Monchallum transmiserat, manu sua descriptas. Quas ego postea nactus sum beneficio illustrissimi viri Dionysii Talæi, in suprema Parisiorum curia generalis advocati regis Christianissimi. Præter hos tres codices manuscriptos, usus sum Regio codice, eoque non admodum vetere, quem unum Robertus Stephanus typis suis expressit. Quo minus mirandum est, si vulgatæ hactenus Socratis editiones adeo vitiosæ sunt, cum ex unico exemplari, eoque admodum recente, omnes descriptæ sint. Porro hunc codicem ex Regia bibliotheca depromptum, humaniter mihi

Digitized by Google

communicavit illustrissimus ac reverendissimus antistes Nicolaus Colbertus, Lucionensis episcopus, vir eximia præditus doctrina et virtute ac dignitate. De cujus laudibus plura dicerem hoc loco, nisi me id maxime cupientem singularis ejus modestia cohiberet. Atque hæc sunt auxilia scriptorum codicum quibus fultus ad hanc Socratis editionem me accinxi.

In Historia vero Sozomeni corrigenda pauciores mihi codices adfuerunt. Nam præter exemplar bibliothecæ Regiæ, quod Robertus Stephanus in editione sua expressit, et præter codicem illum Leonis Allatii cujus supra mentionem feci, qui in quatuor duntaxat prioribus Sozomeni libris et in principio libri quinti nobis adjumento fuit, unicum habui codicem Fuketianum. Hic liber primum quidem fuerat Caroli Monchalli, archiepiscopi Tolosani, viri ecclesiasticæ historiæ studiosissimi. Posteà vero in Fuketianam bibliothecam translatus, ab amplissimo viro Nicolao Fuketio mihi commodatus est. Quam ob causam in Annotationibus meis Fuketianum eum codicem appellavi. Tandem vero effecta jam editione nostra, codex iste, una cum reliquis mss. exemplaribus bibliothecæ Fuketianæ, transiit in jus ac dominium illustrissimi viri, et tum suis, tum patris meritis spectatissimi, Caroli Mauricii Tellerii, abbatis S. Benigni, qui nunc coadjutor est in archiepiscopatu Remensi. Est quidem hic codex non admodum vetustus, optimæ tamen notæ et ex optimo exemplari descriptus. Tituli capitum qui in codice Regio et in editione Roberti Stephani præfixi sunt Historiæ Sozomeni, in hoc codice non habentur. Nulla item capitum distinctio est in singulis libris. Ex quo præstantiam ac vetustatem ejus codicis licet deprehendere. Indices enim illi seu tituli capitum, a Nicephoro Callisto, vel potius ab aliquo recentiore, compositi sunt inepte prorsus aut barbare. Adeo ut mihi, accuratius intuenti, cujusvis potius quam Nicephori esse videantur. Porro ne quem sua laude defraudem, varias lectiones in Historia Sozomeni ac Theodoriti, ex supradicto codice Allatiano, id est ex Historia Tripartita Theodori Lectoris excerptas, debeo Samueli Tennulio, viro doctissimo meique amantissimo, qui nunc Noviomagi litteras magna cum laude profitetur. Hic enim dum Romæ esset, eas manu sua descripsit ex codice Leonis Allatii, viri nunquam satis laudati: qui meo rogatu meaque causa varias illas lectiones eidem Tennulio describendas concesserat. Horum igitur exemplarium subsidio, tam in Socrate quam in Sozomeno, innumerabilia loca quæ antea corruptissima legebantur emendavi, lacunas plurimas supplevi, distinctiones restitui, novam denique interpretationem adjeci. De qua nunc pauca dicam.

Quæ de Musculi et Christophorsoni interpretationibus olim dixi in præfatione ad illustrissimos Ecclesiæ Gallicanæ antistites, quæ editioni Eusebii nostri præfixa est, ea impræsentiarum nihil attinet commemorare. Id unum addam : si post illos quos dixi interpretes, Historia Cæsariensis Eusebii novo interprete opus habuit, multo magis necessariam fuisse novam interpretationem Historiæ Socratis atque Sozomeni. Horum enim Historia longe mendosior ad nos pervenit, quam illa Cæsariensis Eusebii. Idque ex editione Roberti Stephani prudens lector facile deprehendet. Quippe Robertus Stephanus in Eusebii quidem editione plures mss. codices adhibuit, ex bibliotheca Regia depromptos: in excudendis autem Socratis ac Sozomeni Historiarum libris, unicum singulorum habuit codicem. Itaque ad calcem editionis suæ, in Eusebii quidem libris varias lectiones ex vetustissimis, ut ipse dicit, exemplaribus desumptas notavit. In Socratis autem ac Sozomeni Historia nullas apposuit variantes lectiones, propterea quod unicum utriusque scriptoris exemplar nactus fuerat. Et Eusebii quidem exemplaria, quibus usus est Stephanus, optima erant ac vetustissima, ut ipse testatur. Uterque autem codex, tam Socratis quam Sozomeni, quem Robertus Stephanus in editione sua expressit, recentissimus est, ut ipsi vidimus, mendisque refertus quamplurimis. Proinde mirum non est viros doctos in his Socratis ac Sozomeni libris interpretandis sæpius hallucinatos fuisse, cum tam vitiosa ac mutila exemplaria præ oculis haberent, et mss. codicum auxilio destituerentur. Nam Musculus quidem solam Roberti Stephani editionem viderat. Christophorsonus vero, Eusebii quidem ac Theodoriti mss. codices aliquot inspexit. Socratis vero ac Sozomeni nulla mss. habuit exemplaria, ut in annotationibus meis non semel observavi. Varias duntaxat lectiones, et doctorum hominum conjecturas, ad marginem editionis Roberti Stephani annotatas viderat : cujusmodi codices quamplurimi in manus nostras venerunt. Verum lectiones illæ nullius fere sunt ponderis atque auctoritatis, cum nullam habeant ascriptam notam antiqui exemplaris ex quo descriptæ sunt. Ego vero cum optimos ac vetustissimos codices tam Socratis quam Sozomeni nactus sim, eosque non sine summo labore cum vulgatis editionibus contulerim, faciliore deinceps ac planiore via ad eorum interpretationem accessi. Nostra igitur hæc editio omnibus, tam Græce doctis, quam iis qui Græca nesciunt, ex æquo, ut spero, satisfaciet. Nam et Græce docti, Socratem ac Sozomenum nostra opera emendatos ac perpurgatos legent; et qui Græca minus callent, eosdem Latina interpretatione a nobis donatos facilius intellecturi sunt.

Sequuntur annotationes: in quibus perinde ac in notationibus Eusebianis, duo perficere tentavi. Primum, ut emendationum mearum rationem redderem, et varias lectiones ex mss. codicibus depromptas, lectoris judicio proponerem. Deinde, ut obscuriora quæque ac difficiliora loca, quæ legentis ingenium morari posse videbantur, pro modulo meo illustrarem. Nec ignoro multos esse delicatos ac fastidiosos homines, qui exquisitas duntaxat observationes et communes quos vocant locos, ad pompam et ostentationem compositos, sibi exhiberi velint: illam vero annotationum partem quæ emendationes ac varias lectiones continet, levem prorsus ac despiciendam existiment. Quibus ego id responsum velim : etsi emendationes

Digitized by Google

illæ ac variæ lectiones quas Græci διττογραφίας vocant, insuaves plerumque ac molestæ sint legentibus, utiles tamen eas esse imprimis, ac prorsus necessarias, in his præsertim scriptoribus quorum libri minus emendati ad nos pervenerunt. Hujusmodi autem esse Socratis ac Sozomeni libros jam superius admonui. Et observationes quidem majorem speciem præferunt eruditionis: emendatio vero plus ingenii ac judicii requirere mihi videtur. Neque enim cujusvis est de vera ac germana veterum scriptorum lectione ferre sententiam, sed ejus qui et multiplici doctrina instructus sit, et in hac judicandi arte diu multumque exercitatus. Porro annotationibus tres a me subjuncti sunt libri observationum ecclesiasticarum, quæ ad Socratis ac Sozomeni Historiam illustrandam pertinent. Nam cum animadverterem, in rebus Athanasii Alexandrini et Pauli Constantinopolitani referendis, multos et maximos errores admissos esse a Socrate atque Sozomeno, et ab iis qui illos postmodum secuti sunt, eam historiæ partem, quanta fieri potuit cura ac diligentia, duobus prioribus libris illustrare studui. In quibus multa reperient studiosi a me observata, quæ aliorum diligentiam fugerant. Tertius autem liber, qui explicationem continet sexti canonis concilii Nicæni, idcirco a me hic subjectus est, quod in eo canone agitur de jure ac potestate patriarcharum, quorum a Socrate nostro mentio fit in libro sexto ac septimo. Cujus quidem rei ideo lectores admonendos putavi, ne quis existimaret me cujusquam reprehendendi causa librum hunc reliquis attexuisse. Non enim profecto id mihi consilium fuit. Sed primo quidem, veritatis indagandæ studio canonem illum exponere aggressus sum; deinde vero, ut scriptori meo lucem aliquam afferrem, eum libellum annotationibus meis subjeci. In quo si a viro docto atque amico dissentio, id modeste, nec sine honorifica ejus appellatione feci. Corollarii loco addita est disputatio Archelai Mesopotamiæ episcopi adversus Manichæum, cujus mentio fit a Socrate in libro primo. Ejusdem operis meminit Epiphanius in hæresi Manichæorum, et Hieronymus in libro De scriptoribus ecclesiasticis, cujus hæc sunt verba: *Archelaus, episcopus Mesopotamiæ, librum disputationis suæ, quam habuit adversum Manichæum exeuntem de Perside, Syro sermone composuit, qui translatus in Græcum habetur a multis. Claruit sub imp. Probo.* Hoc egregium antiquitatis ecclesiasticæ monumentum in Italiæ bibliothecis hactenus delituerat. Tandem vero Emerici Bigotii viri clarissimi studio ac diligentia e tenebris erutum, in lucem prodit. Sed dolendum est quod exemplar illud ex quo hæc descripta sunt, mendis refertum innumeris, et imperfectum insuper ac mutilum ad nos pervenit. Desiderari enim videtur disputatio ipsa Archelai, quam habuit adversus Manichæum in Marcelli domo, coram quatuor judicibus a Marcello electis. Nisi forte dicamus disputationem Archelai contineri in epistola ad Diodorum presbyterum, in qua Archelaus disputationem illam quam adversus Manichæum habuerat, integram refert, ut colligitur ex fine illius epistolæ.

Atque hæc sunt de quibus in principio hujus operis lectores admonendos esse existimavi, ut quid in hac nostra editione præcipuum esset, nec in superioribus hujus Historiæ editionibus inveniretur, primo statim intuitu possent cognoscere. Restat nunc ut de Socrate ac Sozomeno pauca dicam; qui et quales fuerint; quod genus vitæ sectati, quam religionem professi fuerint, et uter eorum prior Historiam conscripserit.

## DE VITA ET SCRIPTIS SOCRATIS ATQUE SOZOMENI.

Socrates igitur noster, ab hoc enim ordiemur, A patriam habuit Constantinopolim. Ipse certe in libro quinto Historiæ ecclesiasticæ, cap. 24, se in ea urbe natum atque educatum fuisse testatur, et ob eam causam res illas præcipue commemorasse, quæ in ea civitate acciderant. Grammaticæ artis præceptis institutus est, admodum adolescens, ab Helladio et Ammonio grammaticis, qui tunc forte Alexandria profugi, Constantinopolim se receperant. Causam vero cur grammatici illi Alexandria migraverint, si quis scire desiderat, eam inveniet relatam a Socrate in lib. v, cap. 16. Nam cum templa gentilium destructa essent Alexandriæ, cura ac studio Theophili, urbis illius episcopi, Helladius et Ammonius grammatici, quorum alter Jovis, alter Simii sacerdos erat Alexandriæ, contumeliam hanc deorum B suorum ægre ferentes, relicta urbe Alexandria Constantinopolim profecti, domicilium suum illic collocarunt. Porro gentilium templa Alexandriæ destructa sunt Timasio et Promoto consulibus, ut scribit Marcellinus in Chronico, qui annus erat undecimus imperatoris Theodosii. Ex quo apparet Socratem nostrum circa exordia principatus Theodosii in lucem editum fuisse. Quippe pueri anno ætatis circiter decimo tradi solebant grammaticis erudiendi. Post hæc Socrates rhetoricam didicit sub Troilo sophista, qui per id tempus summa cum laude eloquentiam docebat Constantinopoli. Id quidem diserte non dicit Socrates noster. Verum ex ejus verbis attentus ac diligens lector istud quod dixi, facile colliget. Toties enim, tamque honorifice ejus mentionem facit, ut magistro Minerval solvere videatur. Nam et patriam ejus nominat, Siden Pamphyliæ; ejusque discipulos commemorat haud paucos, Eusebium scilicet Scholasticum, et Silvanum atque Ablabium episcopos. Denique in libro septimo Anthemium præfectum prætorio, qui Theodosio Juniore adhuc puero rempublicam administrabat, Troili sophistæ consiliis præcipue usum esse scribit. Ubi etiam illum hoc exornat elogio: ὃς μετὰ τῆς οὔσης αὐτῷ φιλοσοφίας (sic enim scribendum est, ut in appendice annotationum monui), καὶ κατὰ τὴν πολιτικὴν φρόνησιν τῷ Ἀνθεμίῳ ἐφάμιλλος ἦν· id est: *qui præter philosophiam quæ in ipso inerat, ci-*

Digitized by Google

*vilium quoque rerum prudentia par Anthemio esse videbatur*. His rationibus adductus, Socratem nostrum in rhetorica Troilo magistro usum fuisse existimavi. Verum de hac re unusquisque pro arbitrio suo statuet. Sciendum porro est, veteres non raptim ac properanter, sicut nunc fieri solet, sed longo admodum tempore eloquentiæ operam dedisse. Certe Gregorius Nazianzenus in Carmine de vita sua testatur, se anno ætatis tricesimo Athenis discessisse, cum in ea urbe oratoriæ artis præcepta didicisset. Post hæc Socrates relicta Troili schola ad forum se contulit, et causas actitavit Constantinopoli. Unde cognomentum adeptus est Scholastici. Sic enim advocati eo tèmpore dicebantur, ut jampridem ab aliis observatum est: non quod in scholas relati essent, sed quia juvenes ex rhetorum scholis profecti, artem hanc profitebantur. Tandem vero abjecta causidicina, ad scribendam ecclesiasticam Historiam animum suum applicuit. Qua in re, et judicio et diligentia usus est singulari. Ac judicium quidem, declarant observationes ac sententiæ passim in libris ejus intextæ: quibus, meo quidem judicio, nihil est illustrius. Diligentiam vero, cum alia multa testantur, tum illud imprimis, quod temporum notam, id est consulatus et olympiadas sæpenumero apponit, præsertim ubi res quasdam majoris momenti commemorat. Neque vero Historiam suam negligenter ac supine conscripsit, quemadmodum Rufinus Aquileiensis, qui duos libros Historiæ ecclesiasticæ, quos Eusebii Cæsariensis libris attexuit, memoriter mihi videtur composuisse. Longe aliter Socrates noster, qui conquisitis undique optimis monumentis, id est, epistolis antistitum, actis synodalibus, et libris ecclesiasticorum scriptorum, ex eorum fide Historiam suam elucubravit. Cumque in prima editione operis sui, Rufinum secutus, synodum Tyri et relegationem Athanasii in Gallias, principatu Constantii Augusti retulisset, lectis postea Athanasii libris errorem suum animadvertit. Quare necesse habuit novam editionem Historiæ suæ instituere, in qua tum erratum illud quod dixi, emendavit; tum alia quædam adjecit, quæ in priore editione desiderabantur, ut ipse testatur in principio libri secundi. Ex quo apparet quanti a nobis facienda sit hæc Socratis Historia, cui scriptor ipse ultimam manum adhibuit. In scribenda autem Historia usus est Socrates stylo simplici atque abjecto, idque de industria, quo ab omnibus facilius intelligi posset, ut ipse testatur in exordio libri primi ac tertii. Illud enim sublime et ornatum dicendi genus panegyricis potius orationibus quam rerum ecclesiasticarum historiæ convenire existimavit. Porro Historiam suam nuncupavit Theodoro cuidam, quem in principio libri secundi sacrum Dei hominem appellat, perinde ac Eusebius noster Paulinum episcopum Tyri compellat in exordio libri decimi. Quisnam autem sit hic Theodorus, mihi quidem incompertum est. Neque enim Theodorum Mopsuestiæ episcopum esse crediderim, cum

A Socrates Historiam suam conscripserit post obitum Theodori Mopsuesteni. Sed jam tempus est ut de ejus secta ac religione, sicut initio polliciti sumus, inquiramus.

Baronius quidem in Annalibus, et Philippus Labbæus in libro De scriptoribus ecclesiasticis, Socratem nostrum secta Novatianum fuisse affirmant. Idem etiam ante illos censuit Nicephorus in prooemio Historiæ ecclesiasticæ, his verbis : ὁ τὴν προσηγορίαν, οὐ μὴν δέ γε καὶ τὴν προαίρεσιν καθαρὸς Σωκράτης. Id est : *et is qui cognomine quidem* Καθαρός, *sed animo minus puro fuit, Socrates*. Quod non ita accipiendum est, quasi Socrates Καθαρός cognominatus sit, sed ut Novatianum illum fuisse significetur. Nam Novatiani se catharos appellabant, ut
B docet canon octavus concilii Nicæni. Idem Nicephorus in libro II, capite 14, ita scribit de Socrate : *Hæc sibi renuntiata esse Socrates (qui hoc loco non abhorrere se a Novatianorum institutis palam præ se fert) a sene quodam scribit*, etc. Cur autem Novatianus a plerisque habitus sit Socrates noster, causæ nec paucæ sunt, nec leves. Primum enim seriem episcoporum Novatianorum, qui Constantinopoli ecclesiam illorum rexere jam inde a Constantini temporibus, diligenter commemorat, notatis etiam consulibus, quibus singuli ex hac luce migrarunt. Deinde unumquemque eorum summis effert laudibus, præcipue Agelium ac Sisinnium, Chrysanthum ac Paulum. Cujus etiam precibus miraculum quod-
C dam perpetratum esse scribit Constantinopoli. Denique cuncta quæ ad sectam Novatianorum pertinent, tanta cura ac diligentia persequitur, ut huic sectæ addictus fuisse videatur. Verum si quis hæc accuratius examinare voluerit, nihil in his reperiet quod Socratem nostrum Novatianum fuisse convincat. Nam et Arianorum episcopos qui Constantinopoli ecclesiam illorum administrarunt, pari diligentia enumerat : nec tamen idcirco Arianus fuisse dicitur. Cuncta etiam quæ Arianis et Eunomianis ac Macedonianis contigerunt Constantinopoli, non minore studio retulit, quam quæ Novatianis contigerunt. Cujus quidem rei ipse rationem reddit in libro quinto, cap. 24, ubi scribit id sibi propositum fuisse, ut ea potissimum commemoraret quæ Con-
D stantinopoli acciderant, tum quod ipse in ea urbe degeret, in qua et natus fuerat et educatus; tum quod res in ea civitate gestæ illustriores essent et memoria hominum digniores. Quod si quis objiciat Arianorum episcopos non perinde laudari a Socrate ac Novatianorum, facilis est responsio. Quippe Arianorum episcopi, qui tum Constantinopoli degebant, longe inferiores fuere episcopis Novatianorum. Horum enim ecclesia per illa tempora multis ac præstantissimis sacerdotibus abundavit. Idque Sozomenus etiam suo testimonio confirmat, qui elogia eorum refert, Socratis nostri elogiis simillima. Quocirca aut Sozomenum quoque Novatianum fuisse dicendum est, aut Socrates noster absolvendus ab hac calumnia. Atqui constat Sozomenum

Digitized by Google

non fuisse Novatianum. Nam ut omittam testimonium Theodori Lectoris, qui in epistola quam Historiæ suæ Tripartitæ præfixit, eum μακαριώτατον appellat, ipse in libro nono interfuisse se scribit processioni publicæ, quæ in honorem quadraginta Martyrum Constantinopoli celebrata est, Proclo Ecclesiam urbis illius administrante. Ex quo manifeste colligitur Sozomenum catholicæ communionis hominem fuisse, quippe qui una cum Catholicis supplicationi publicæ interfuerit. Fateor quidem Socratem nostrum favere plerumque Novatianis: ut cum Novatianum sectæ illius auctorem inter martyres numerat, cum Novatianos arctissima benevolentia conjunctos fuisse dicit Catholicis, et una cum illis in ecclesia Deum orasse; cum Sisinnii orationem commendat, quam habuit adversus dictum illud Chrysostomi: *Etiam si millies pœnitentiam egeris, accede.* Verum aliud est favere Novatianis, aliud Novatianum esse. Potuit quidem Socrates noster favere Novatianis, seu quod necessitudine ac familiaritate iisdem conjunctus esset, seu quod eorum disciplinam atque abstinentiam probaret. Fuit enim, quantum quidem ex ejus libris colligere possumus, paulo severior. Sed Novatianum illum fuisse, ægre admodum mihi persuaserim; præsertim cum ex aliquot locis quæ in ejus Historia occurrunt, contrarium mihi videar deprehendisse. Primum enim in libro II, cap. 38, τοὺς τῆς Ἐκκλησίας non semel appellat Catholicos; eosque opponit Novatianis. Novatianos ergo extra Ecclesiam fuisse agnoscit. Quod profecto nunquam faceret, si Novatiani sectam amplexus fuisset. Sed et in libro sexto, capite 20 et 23, Novatianos inter hæreticos nominat, cum Arianis scilicet, Macedonianis et Eunomianis. Denique ex capite 19 ejusdem libri aperte colligitur Socratem Novatianum non fuisse. Primo enim Ecclesiam perpetuo appellat simpliciter et absolute, Ecclesiam Catholicorum: opponens eam ecclesiis aliarum sectarum, de quibus agit in sequentibus capitibus, Arianorum scilicet, Novatianorum et Eunomianorum. Deinde consilium illud Nectarii qui pœnitentiarium presbyterum sustulit, non obscure reprehendit. Ait enim hoc facto datam esse licentiam peccantibus, cum nemo esset qui peccantes coargueret. Quæ quidem sententia proficisci non potest ab homine Novatiano, cum Novatiani nec pœnitentiam nec presbyterum pœnitentiarium unquam admiserint, ut ibidem testatur Socrates. Accedit testimonium Theodori Lectoris, qui in epistola quam Historiæ ecclesiasticæ præfixit, Socratem et Sozomenum ac Theodoritum ἄνδρας θεοφιλεῖς appellat, id est viros pios Deoque acceptos. Porro Theodorus Lector in eadem urbe et iisdem fere temporibus vixit quibus Socrates, Anastasio scilicet imperium administrante. Denique Petrus Halloixius in Notis ad Vitam beati Irenæi, pag. 664, idem nobiscum sentit. Disputans enim adversus Baronium, qui ad annum Christi 159 ita scripserat: *Hæc Socrates Novatianus, cum Judæis ipse quoque celebrans Pa-*

A *scha decima quarta luna*, etc., hæc ait: *Et quod Socrates dicitur Novatianus, dupliciter capi potest. Uno quod faverit interdum Novatianis: quod etiam scribit Bellarminus in libro De scriptoribus ecclesiasticis ad annum Domini 440, tam de illo quam de Sozomeno. Altero, quod fuerit hæreseos Novatianorum. In citato quidem capite nec se esse ostendit, nec favere. Nam et illos vituperat, et dissensiones ac vitia detegit: ut non amicus, sed hostis videatur, aut neutrum potius, sed veritatis enarrator: quod historici est munus.* Hactenus de Socrate. Nunc de Sozomeno dicendum est.

Hermias Sozomenus fuit et ipse causidicus Constantinopoli, iisdem temporibus quibus Socrates. Majores habuit non ignobiles, ortos ex Palæstina, ex vico quodam juxta Gazam qui Bethelia dicitur. Hic
B vicus olim abundabat incolarum multitudine, et fana habebat pulcherrima ac vetustissima. Sed præ reliquis Pantheon eminebat, colli manu facto impositum, quod velut arx quædam erat Betheliæ, ut scribit Sozomenus in libro V Historiæ ecclesiasticæ, cap. 15. Ex eo vico ortus avus Hermiæ Sozomeni, ad Christi fidem primum conversus est ab Hilarione monacho. Nam cum Alaphion ejusdem vici incola a dæmonio vexaretur, et Judæi ac medici quidam sanare illum aggressi, incantamentis suis nihil profecissent, Hilarion solo Dei nomine invocato dæmonem fugavit. Quo miraculo obstupefactus avus Sozomeni, et Alaphion ipse, cum universa familia Christianam religionem amplexi sunt.
C Et avus quidem Sozomeni in exponendis sacris Voluminibus excelluit, cum esset eleganti ingenio, et intelligentia valeret. Erat præterea disciplinis mediocriter eruditus. Itaque Christianis Gazam et Ascalonem ac finitima loca incolentibus charus admodum fuit, utpote utilis ac necessarius religioni, et qui sacrorum Voluminum nodos facile dissolveret. Alaphionis autem posteri, sanctitate vitæ et erga pauperes humanitate ac reliquis virtutibus præ cæteris inclaruerunt: primique omnium ecclesias et monasteria illic condiderunt, ut testatur Sozomenus in loco jam citato. Ubi etiam addit ex ista Alaphionis familia viros quosdam sanctos ad suam usque ætatem pervenisse, quibuscum ipse admodum adolescens versatus sit, et de quibus infra
D locuturum se esse pollicetur. Intelligit autem proculdubio Salamanem, Fusconem, Malchionem et Crispionem fratres, de quibus loquitur in lib. VI, cap. 32. Ait enim hos fratres, in monastica disciplina ab Hilarione institutos, Valentis principatu in Palæstinæ monasteriis enituisse: habitasse autem juxta Betheleam, qui vicus est in agro Gazæorum. Erant enim nobili apud illos genere orti. Eorumdem meminit in lib. VIII, cap. 14, ubi Crispionem ait fuisse archidiaconum Epiphanii. Apparet igitur fratres istos quos dixi, ex Alaphionis familia oriundos fuisse. Fuit autem Alaphio propinquitate junctus cum avo Sozomeni. Idque ex eo conjicio, quod avus Sozomeni cum universa domo sua ad fidem Christi conversus esse dicitur ob admirandam Ala-

Digitized by Google

phionis curationem, quem Hilarion solo omnipotentis Dei nomine invocato sanaverat. Deinde ex eo quod scribit Sozomenus, se admodum adolescentem cum grandævis monachis qui erant ex genere Alaphionis illius, familiariter esse versatum. Postremo, ex eo quod Sozomenus ab istis Alaphionis vel filiis vel nepotibus, nomen accepit. Dicebatur enim Salamanes Hermias Sozomenus, quemadmodum testatur Photius in Bibliotheca, ex nomine Salamanis illius quem Fusconis, Malchionis et Crispionis fratrem fuisse superius observavi. Quare emendandus est error Nicephori et aliorum, qui Sozomenum Salaminii cognomen habuisse existimant, propterea quod ex oppido Cypri Salamine originem duceret. Atqui non Cyprium, sed Palæstinum fuisse Sozomenum supra ex ipsius Sozomeni testimonio demonstravi. Non enim solum avus illius Palæstinus fuit, ut superius dictum est, verum etiam Sozomenus ipse educatus est in Palæstina, in gremio, ut ita dixerim, monachorum illorum qui erant ex Alaphionis familia. Qua quidem ex educatione hausisse mihi videtur Sozomenus ardentissimum illum amorem monasticæ vitæ ac disciplinæ, quem passim in Historia sua præfert. Hinc est quod in libris suis haudquaquam contentus fuit referre quinam patres atque auctores fuissent monasticæ philosophiæ: verum etiam successores eorum ac discipulos studiose commemoravit, tum qui in Ægypto, et Syria ac Palæstina, tum qui in Ponto, Armenia atque Osdroena hoc vitæ genus excoluissent. Hinc est quod in primo Historiæ libro, cap. 12, ambitiosum illud elogium monasticæ philosophiæ, tanquam in vestibulo legendum proposuit. Quippe ingratum se fore existimavit, nisi his in quorum contubernio vixerat, et a quibus tam præclara bonæ conversationis exempla acceperat adolescens, hoc saltem modo gratiam referret. Id enim ipse indicat in prooemio libri primi. Cæterum non ex hoc solum loco quem dixi, Sozomenum Gazæ educatum esse colligitur, sed etiam ex fine libri octavi, ubi Sozomenus ait se vidisse Zenonem episcopum Maiumæ. Est autem Maiuma navale Gazæorum. Qui licet annos natus esset propemodum centum, a matutinis tamen ac vespertinis hymnis nunquam abfuerat, nisi forte morbus ipsum detinuisset. Post hæc Sozomenus causidicinæ operam dedit. Et jus quidem civile didicit Beryti, quæ urbs est Phœnices, haud procul distans a patria Sozomeni; in qua celebris erat jurisprudentiæ schola. Causas autem egit Constantinopoli, quemadmodum ipse testatur in libro II, cap. 3. Nec tamen valde occupatus fuisse videtur in causis agendis. Etenim eo ipso tempore quo advocatus erat Constantinopoli, ecclesiasticam Historiam conscripsit, ut ex ipsius verbis licet colligere. Sic enim ait in pag. 48 hujus editionis : *Quæ vero acciderint Aquilino, viro qui hodieque mecum una versatur, et in eodem foro causidicinam exercet, partim ut ab ipso audivi, partim ut ipse conspexi; dicam necessario*. Porro ante hos novem ecclesiasticæ Hi-

A storiæ libros, scripserat Sozomenus Breviarium rerum ecclesiasticarum, ab ascensu Christi usque ad exauctorationem Licinii. Quod opus duobus libris comprehensum erat, ut ipse testatur in prooemio libri primi. Verum hi duo libri longinquitate temporis interciderunt. In scribenda autem Historia usus est Sozomenus stylo, nec depresso nimis nec turgido, sed qui inter utrumque medius incedit. Qui quidem stylus ecclesiasticarum rerum scriptori optime convenit. Et Photius quidem in Bibliotheca, dictionem Sozomeni præfert dictioni Socratis. Cui nos libenter accedimus. Sed quantum dictionis elegantia vincit Sozomenus, tantum Socrates judicio vincit. Nam Socrates quidem tum de viris, tum de rebus ac negotiis ecclesiasticis optime judicat. B Nihil est in illo nisi grave ac serium. Nihil quod tanquam superfluum possis expungere. Contra vero in Sozomeno quædam occurrunt levia ac puerilia. Cujusmodi est in libro primo excessus ille de conditu urbis Hemonæ, et de Argonautis, qui navem Argo humeris suis per aliquot stadia transportarunt. Item descriptio illa Daphnensis suburbani, quæ habetur in libro quintò, pag. 209. Item observatio illa de pulchritudine corporis, ubi agit de virgine illa apud quam diu latitavit beatus Athanasius. Denique liber nonus nihil fere aliud continet quam eventus bellicos, quibus nihil commune est cum Historia ecclesiastica. Sed et dictio ipsa Sozomeni, quam Photius dictioni Socratis anteponit, vi- C tiis suis non caret. Observavi enim periodos a Sozomeno non aliter inter se connecti quam per particulas illas δέ et τέ, quibus nihil est molestius. Quod si quis epistolam illam attentius legerit qua Sozomenus opus suum Juniori Theodosio nuncupavit, inveniet profecto id quod dixi, Sozomenum non magnum oratorem fuisse. Superest ut inquiramus uter illorum prior scripserit, et uter ab altero mutuatus, seu potius furatus sit. Certe cum ambo de iisdem rebus pene eadem scripserint, ambo ab eodem principio exorsi ad eamdem metam decucurrerint, a principatu scilicet Constantini ad XVII consulatum Theodosii Junioris, prorsus necesse est ut alter alterius scrinia compilaverit. Quod genus plagii a multis Græcis scriptoribus commissum D fuisse testatur Porphyrius apud Eusebium in libro X Præparationis evangelicæ. Verum uter plagiarius sit, Socratesne an Sozomenus, difficile est dicere, cum ambo iisdem temporibus vixerint, ambo principatu Theodosii Junioris Historiam suam scripserint. Itaque in hujus quæstionis disceptatione utendum est conjectura. Sic Porphyrius in libro supra memorato, cum incertum esset utrum Hyperides ex Demosthene, an Demosthenes ex Hyperide furatus esset, propterea quod ambo eodem tempore vixissent, conjectura utendum esse pronuntiavit. Videamus ergo in quem cadat suspicio furti. Equidem sic existimo, inferiorem plerumque furari a præstantiore, et juniorem a seniore. Atqui Sozomenus meo quidem judicio longe inferior est Socrate : junior item quam

Digitized by Google

Socrates, ad Historiam scribendam se contulit. Scripsit enim cum adhuc esset advocatus, uti superius observavi. Professio autem advocatorum, apud Romanos, non perpetua erat sed temporaria. Denique qui alteri addit aliquid, et qui alterum interdum emendat, is posterior videtur scripsisse. Atqui Sozomenus quædam interdum addit Socrati, et in aliquibus locis ab eo dissentit, ut observat Photius, et nos in annotationibus nostris admonuimus. Posterior itaque videtur scripsisse Sozomenus. Atque hæc est opinio pene omnium recentiorum, qui Socratem ante Sozomenum collocant. Ita Bellarminus A in libro De scriptoribus ecclesiasticis, eumque secuti Miræus, Labbæus et Vossius. Ex antiquis vero Cassiodorus et Photius ac Nicephorus Socratem priore loco nominant. Quanquam Cassiodorus variasse deprehenditur. Nam in præfatione Historiæ Tripartitæ, inverso ordine, Theodoritum quidem primum nominat, Sozomenum vero secundo loco recenset, Socratem ultimum refert. Ita quoque eos recenset Theodorus Lector in epistola quam Historiæ Tripartitæ præfixit. Hactenus de Sozomeno. Nunc tempus est ut testimonia veterum de utroque scriptore audiamus.

## VETERUM TESTIMONIA DE SOCRATE AC SOZOMENO.

*Cassiodorus Senator, in libro De divinis lectionibus, cap. 17.*

Post Historiam vero Eusebii, apud Græcos, Socrates, Sozomenus et Theodoritus sequentia conscripserunt. Quos a viro disertissimo Epiphanio in uno corpore duodecim libris fecimus Deo auxiliante transferri: ne insultet habere se facunda Græcia necessarium, quod vobis judicet esse subtractum.

*Idem Cassiodorus, in præfatione Historiæ Tripartitæ.*

Hanc igitur Historiam ecclesiasticam, quæ cunctis Christianis valde necessaria comprobatur, a tribus Græcis auctoribus mirabiliter constat esse conscriptam: uno scilicet Theodorito, venerabili episcopo, et duobus disertissimis viris, Sozomeno et Socrate. Quos nos per Epiphanium Scholasticum Latino condentes eloquio, necessarium duximus, eorum dicta deflorata in unius styli tractum, Domino juvante, perducere, et de tribus auctoribus unam facere dictionem.

*Theodorus lector Ecclesiæ Constantinopolitanæ, in Epistola quam præfixit Historiæ ecclesiasticæ.*

Εὐσεβίου τοῦ θαυμασιωτάτου τὴν ἐπίκλην Παμφίλου, κεκμηκότος περὶ τὴν συλλογὴν τῶν ἀνέκαθεν τὰς τοιαύτας ἐκκλησιαστικὰς ὑποθέσεις λογίων ἀνδρῶν συγγεγραφότων, οὐ μόνον λέγω τῶν παρὰ Χριστιανοῖς φιλοσοφησάντων, ἀλλὰ καὶ παρ' Ἑβραίοις, καὶ τήνδε τὴν ἱστορικὴν σύνταξιν ποιησαμένου ἄχρι τοῦ εἰκοστοῦ ἔτους τῆς φιλοχρίστου καὶ ὡς ἀληθῶς ὑπὸ Θεοῦ χειροτονηθείσης βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ πανευφήμου καὶ μακαριωτάτου ὧδε καταλύσαντος, ἐπὶ τοιοῦτον τῆς ὑποθέσεως σχῆμα μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας, ὥσγε τῶν ἐκτεθέντων ἡ γραφὴ μαρτυρήσει, τὴν σπουδὴν πεποιήκασιν θεοφιλεῖς ὁμοῦ καὶ λογιώτατοι ἄνδρες· λέγω δὴ Θεοδώρητος ὁ τῆς ὁσίας μνήμης, γενόμενος ἐπίσκοπος Κύρου, Σωζόμενος, καὶ Σωκράτης· τῶν ἐπιλοίπων χρόνων ποιούμενοί τε πραγματείαν οὐκ ἄμφω τὸν τοιοῦτον ὅμιλον θέμενοι, ἀλλ' ἰδίᾳ ἕκαστος φιλοσοφήσας, καὶ τοὺς λόγους ἀναγράψας.

B Post admirandum Eusebium cognomento Pamphilum, qui plurimum studii posuit in colligendis libris doctissimorum virorum qui res ecclesiasticas conscripserant, non solum apud Christianos, verum etiam apud Judæos; et qui Historiam suam perduxit ad annum vicesimum piissimi et revera a Deo ordinati principatus, laudatissimi ac beatissimi imp. Constantini: idem argumentum tractare aggressi viri Deo chari, pari cura ac diligentia, sicut ipsorum libri fidem facient, sequentium temporum historiam conscripserunt: Theodoritus scilicet beatæ recordationis, episcopus Cyri, et Sozomenus ac Socrates. In scribenda autem historia non eamdem viam omnes tenuerunt: sed singuli peculiari modo ratiocinati sunt, et res gestas scriptis prodiderunt.

*Theodorus Lector, in eadem Epistola.*

Ἄρξομαι δὲ τῆς ὑποθέσεως ἐκ τῆς ἱστορίας τοῦ μακαρίου Σωζομένου.

Ordiar autem ab Historia beati Sozomeni.

*Evagrius Scholasticus in libro primo Historiæ ecclesiasticæ, cap. 1.*

Εὐσεβίῳ γε οὖν τῷ Παμφίλου, Σωζομένῳ τε καὶ Θεοδωρίτῳ, καὶ Σωκράτει, ἄριστα πάντων πεπόνηται ἥ τε ἐς ἡμᾶς ἄφιξις τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, ἥ τε ἐς οὐρανοὺς ἀνάβασις, ὅσα τε τοῖς θεσπεσίοις ἀποστόλοις, ἀτὰρ καὶ τοῖς ἄλλοις μάρτυσι διαθλεύουσι κατώρθωτο, ἢ εἴ τι καὶ ἄλλο ἀξιόλογον ἡμῖν, ἢ καὶ τηνάλλως ἔχον πέπρακται, μέχρι τινὸς μέρους τῆς Θεοδοσίου βασιλείας.

C Eusebius, inquam, Pamphili, et Sozomenus, ac Theodoritus, et Socrates, benignissimi Servatoris nostri adventum in terras, ejusdemque ascensum in cœlum; tum ea quæ a divinis apostolis et fortissimis martyribus pro fide certantibus præclare sunt gesta: quidquid præterea aut laude, aut vituperatione dignum actum est a nostris, usque ad principatum Theodosii, omnium optime scriptis prodiderunt.

*Gregorius Magnus, in epistola 31 libri VI.*

In Historia autem Sozomeni, de quodam Eudoxio qui Constantinopolitanæ Ecclesiæ episcopatum arripuisse dicitur, aliqua narrantur. Sed ipsam quoque Historiam sedes apostolica suscipere recusat, quoniam multa mentitur, et Theodorum Mopsuestiæ nimium laudat, atque usque ad diem obitus sui magnum doctorem Ecclesiæ fuisse perhibet.

Hæc Theodori Mopsuesteni laudatio hodie in Historia Sozomeni non exstat: sed habetur in libro quinto Historiæ ecclesiasticæ Theodoriti, capite 40. Aut igitur dicendum est Gregorium Magnum memoriæ vitio lapsum fuisse, qui id quod a Theodorito dictum est, Sozomeno tribuerit. Qua in sententia fuit Melchior Canus in libro II Locorum theologicorum. Aut certe cum Baronio in annotationibus ad Martyrologium Romanum, dicendum est maximam partem libri noni Hermiæ Sozomeni hodie desiderari, historiam scilicet annorum circiter 18, a consulatu Agricolæ et Eustathii usque ad consulatum 17 Theodosii Augusti: et in iis capitibus quæ vetustatis incuria perierunt, Sozomenum de Theodoro Mopsuesteno ea scripsisse

[1] I Cor. II, 8.

quæ referuntur a Gregorio Magno. Verum hæc Baronii responsio, licet Miræo et Vossio aliisque placuerit, mihi tamen haudquaquam satisfacit. Quis enim credat Gregorii Magni ætate integriores fuisse Sozomeni codices quam nunc sunt? Nam Cassiodori ætate, qui Gregorium Magnum antecessit, nihilo auctiores erant Sozomeni codices iis quos nunc habemus : idque ex Historia Tripartita Cassiodori facile est cognoscere.

*Synodus septima, in actione prima.*

Constantinus reverendissimus diaconus et notarius legit : De ecclesiastica Historia Socratis. Photinus, Sirmii quondam episcopus, discipulus erat Marcelli Ancyrani ; et ipse purum hominem dicebat Dominum, sicut et Marcellus. Rursus idem legit de ecclesiastica Historia Socratis : Qui autem Sardicæ convenerant, primum quidem hos, eo quod judicium subterfugissent, damnarunt. Et definitionem fidei Nicænæ confirmantes, dissimilitudinem respuunt et anathematizant. Reddiderunt autem sedes suas Paulo et Athanasio, necnon et Marcello Ancyræ, rationem reddenti, ac dicenti quod non fuerint intellecta quæ in libris suis exposuerat, præsertim cum ipse eos qui dicebant Dominum purum hominem, aversaretur (*a*). *Et paulo post :* Stephanus reverendissimus monachus et librorum custos legit : De ecclesiastica Historia Rufini. Hanc quidem intestinam persecutionem, cum levis esset, primum in episcopatum transiliens Macedonius crescere fecit. Acacius autem et Patrophilus Maximum Hierosolymitanum expellentes, Cyrillum pro eo constituerunt (*b*).

A Κωνσταντῖνος ὁ εὐλαβέστατος διάκονος καὶ νοτάριος ἀνέγνω· ἐκ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Σωκράτους· Φωτεινὸς ὁ τοῦ Σιρμίου γενόμενος ἐπίσκοπος, μαθητὴς ἦν Μαρκέλλου τοῦ Ἀγκύρας, καὶ αὐτὸς ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Κύριον ἔλεγεν ὡς ὁ Μάρκελλος. Καὶ αὖθις ὁ αὐτὸς ἀνέγνω ἐκ τῆς αὐτῆς ἱστορίας. Οἱ ἐν τῇ Σαρδικῇ ἐρήμην αὐτῶν κατεδικήσαν. Ὅρον δὲ πίστεως τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐκύρωσαν, καὶ τὸ ἀνόμοιον ἐκβάλλουσι, καὶ ἀναθεματίζουσιν· ἀποδιδόασι δὲ τοὺς θρόνους Παύλῳ καὶ Ἀθανασίῳ, ἔτι γε μὴν καὶ Μαρκέλλῳ τῷ Ἀγκύρας, ἀπολογουμένῳ καὶ λέγοντι, ὡς οὐχ ἐνοήθησαν ἅπερ ἐν βίβλοις ἐξέθετο· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς τοὺς λέγοντας ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Κύριον ἀποστρέφεται. *Καὶ μετ' ὀλίγα.* Στέφανος ὁ εὐλαβέστατος μοναχὸς καὶ βιβλιοφύλαξ ἀνέγνω. Ἐκ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Ῥουφίνου. Τοῦτον μὲν οὖν τὸν ἐμφύλιον διωγμὸν βραχὺν ὄντα πρότερον, εἰς τὴν ἐπισκοπὴν παρελθὼν Μακεδόνιος ηὔξησεν· Ἀκάκιος δὲ καὶ Πατρόφιλος Μάξιμον τῶν Ἱεροσολύμων ἐξεώσαντες, Κύριλλον ἀντεκατέστησαν.

*Photius, in Bibliotheca, cap.* 28.

Lecta est Socratis ecclesiastica Historia, Eusebium proxime excipiens : ducens quidem initium a Constantini imperio, et ad Theodosii Junioris tempora progrediens. Scriptor hic Ammonium et Helladium Alexandrinos grammaticos, qui gentiles erant, et ob seditionem patria expulsi, Constantinopoli degebant, in grammatica præceptores habuit adhuc puer. Continet vero hoc opus res gestas centum et quadraginta annorum, omnisque adeo Historia septem est libris comprehensa. Stylus illi non admodum splendidus : sed nec in dogmatibus valde accuratus est. *Et cap.* 30 : Lecta est Salamanis Hermiæ Sozomeni ecclesiastica Historia libris novem comprehensa, quam auctor nuncupat Theodosio Juniori. Incipit autem a consulatu Crispi ejusque fratris Constantini, et progreditur usque ad principatum Theodosii Junioris. Hic Constantinopoli causas egit : estque Socrate in scribendo præstantior : a quo etiam in quibusdam narrationibus dissentit.

B Ἀνεγνώσθη Σωκράτους Ἐκκλησιαστικὴ Ἱστορία, ἐφεξῆς οὖσα τῆς Εὐσεβίου. Ἄρχεται μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς Κωνσταντίνου βασιλείας, καὶ κάτεισιν ἕως τῆς τοῦ Νέου Θεοδοσίου βασιλείας· ὁ δὲ συγγραφεὺς παρὰ Ἀμμωνίῳ καὶ Ἑλλαδίῳ τοῖς Ἀλεξανδρεῦσι γραμματικοῖς φοιτῶν, ἔτι παῖς ὢν τὰ τῆς γραμματικῆς ἐδιδάσκετο, Ἑλληνισταῖς οὖσι καὶ διὰ στάσιν ἐκπεσοῦσι τῆς πατρίδος, καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει διατρίβουσιν· περιέχει δὲ ἡ βίβλος χρόνον ἐτῶν ρμʹ. ἡ δὲ πᾶσα ἱστορία ἐν τόμοις αὐτῷ συντέθειται ἑπτά, ἡ δὲ φράσις οὐδὲν ἔχει ἀξιόλογον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς δόγμασιν οὐ λίαν ἐστὶν ἀκριβής. *Et cap.* 30 : Ἀνεγνώσθη Σαλαμάνου Ἑρμείου Σωζομένου σχολαστικοῦ Ἐκκλησιαστικὴ Ἱστορία ἐν λόγοις θʹ. Προσφωνεῖ δὲ τὴν ἱστορίαν πρὸς Θεοδόσιον τὸν Νέον· ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῆς ὑπατείας Κρίσπου καὶ τοῦ πατρὸς Κωνσταντίνου· καὶ κάτεισι μέχρι τῆς τοῦ Νέου Θεοδοσίου C βασιλείας. Οὗτος δὲ δίκας ἦν λέγων ἐν Κωνσταντινουπόλει· ἔστι δὲ Σωκράτους ἐν τῇ φράσει βελτίων. Διαφωνεῖ δὲ αὐτῷ καὶ κατά τινας ἱστορίας.

*Nicephorus Callistus, in libro primo Historiæ ecclesiasticæ, cap.* 1.

Porro Hermias Sozomenus, qui et Salaminius dicitur, et doctissimus Theodoritus episcopus Cyri, qui tertiam synodum impugnavit : item Deo invisus Philostorgius, et qui cognomento quidem Καθαρός, sed animo minus puro fuit Socrates, a fine Eusebii Cæsariensis exorsi, usque ad tempora Theodosii Junioris Historiam suam perduxerunt, cum omnes nescio quo pacto idem sibi argumentum proposuissent. *Vide etiam lib.* XI, *cap.* 14.

Ἑρμείας μέντοι Σωζόμενος, ὁ καὶ Σαλαμίνιος, καὶ ὁ τὴν Κυρεστῶν προεδρεύσας σοφὸς Θεοδώριτος, τῇ τρίτῃ συνόδῳ πρὸς μάχην ἰών· ἔτι δὲ καὶ ὁ θεομισὴς Φιλοστόργιος· πρὸς δὲ καὶ ὁ τὴν προσηγορίαν, οὐ μὴν δέ γε καὶ τὴν προαίρεσιν καθαρὸς Σωκράτης, τὸ πέρας ἐκείνου ἀρχὴν τῶν ἰδίων πεποιημένοι πραγματειῶν, ἄχρι δὴ καὶ τῶν χρόνων Θεοδοσίου τοῦ Νέου τὴν ἱστορίαν καθείλκυσαν, ὑπόθεσιν μίαν οὐκ οἶδ' ὅπως ἅπαντες προστησάμενοι.

*In libro* IV *Juris Græco-Romani, cap. De translationibus episcoporum.*

Hermias Sozomeni filius scribit, regnante Constantio Meletium a Sebastia Armeniæ translatum esse Antiochiam.

D Ὁ Σωζομένου Ἑρμείας γράφει, ὅτι ἐπὶ Κωνσταντίου Μελέτιος ἐπίσκοπος Σεβαστείας τῆς Ἀρμενίας μετετέθη εἰς Ἀντιόχειαν.

*Cedrenus, in Chronico, pag.* 275.

Sozomenus vero ait eam divina visione dignatam fuisse (*c*).

Ὁ δὲ Σωζόμενός φησιν, ὅτι καὶ θείας ἐμφανείας ἠξιοῦτο.

*Vide etiam Liberatum diaconum in Breviario Historiæ Nestorianæ, cap.* 2.

(*a*) Hæc leguntur in libro II Historiæ ecclesiasticæ Socratis, cap. 18 et 20, sed non iisdem verbis.

(*b*) Hæc leguntur apud Socratem in libro II Historiæ, cap. 27 et 38. Quare in Græco textu pro voce Ῥουφίνου scribendum est Σωκράτους.

(*c*) Loquitur de Pulcheria Augusta.

Digitized by Google

# ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ

## ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ

# ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗ ΙΣΤΟΡΙΑ

—

# SOCRATIS

## SCHOLASTICI

# HISTORIA ECCLESIASTICA

*H. VALESIO INTERPRETE.*

—

# LIBER PRIMUS.

—

**ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΠΡΩΤΩ ΒΙΒΛΙΩ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ.**


Κεφ· Α'. *Τὸ τοῦ βιβλίου Προοίμιον.*

Β'. *Τίνα τρόπον ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἐπὶ τὸ Χριστιανίζειν ἐλήλυθεν.*

Γ'. *Πῶς Κωνσταντίνου τὰ Χριστιανῶν αὔξοντος, Λικίννιος ὁ συμβασιλεύων αὐτῷ, Χριστιανοὺς ἐδίωκεν.*

Δ'. *Ὅτι πόλεμος μεταξὺ Κωνσταντίνου καὶ Λικιννίου, διὰ Χριστιανοὺς ἐγένετο.*

Ε'. *Περὶ τῆς Ἀρείου πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν ἐπίσκοπον φιλονεικίας.*

Ϛ'. *Ὡς ἐκ τῆς φιλονεικίας ἀρχὴν διαιρέσεως ἡ Ἐκκλησία ἔλαβεν· καὶ ὡς Ἀλέξανδρος ὁ Ἀλεξανδρείας καθεῖλεν Ἄρειον καὶ τοὺς περὶ αὐτόν.*

Ζ'. *Ὡς ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος λυπηθεὶς μὲν τῇ ταραχῇ τῶν Ἐκκλησιῶν, ἔπεμψεν Ὅσιον τὸν Ἱσπανὸν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, εἰς ὁμόνοιαν παρακαλῶν τὸν ἐπίσκοπον καὶ τὸν Ἄρειον.*

Η'. *Περὶ τῆς γεγενημένης συνόδου ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας, καὶ περὶ τῆς ἐκεῖ ἐκτεθείσης πίστεως.*

Θ'. *Ἐπιστολὴ τῆς συνόδου, περὶ ὧν ὥρισεν ἡ σύνοδος· καὶ ὡς καθῃρέθη Ἄρειος, καὶ οἱ ὁμοφρονοῦντες αὐτῷ.*

Γ. *Ὅτι καὶ τὸν Ναυατιανῶν ἐπίσκοπον Ἀκέσιον κεκλήκει εἰς τὴν σύνοδον ὁ βασιλεύς.*

ΙΑ'. *Περὶ Παφνουτίου τοῦ ἐπισκόπου.*

ΙΒ'. *Περὶ Σπυρίδωνος τοῦ Κυπρίων ἐπισκόπου.*

ΙΓ'. *Περὶ Εὐτυχιανοῦ τοῦ μοναχοῦ.*

ΙΔ'. *Ὅτι Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας, καὶ Θέογνις ὁ Νικαίας ἐξορισθέντες διὰ τὸ συμφρονῆσαι Ἀρείῳ, ὕστερον βιβλίον μετανοίας διαπεμψάμενοι, καὶ συνθέμενοι τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως, τοὺς ἑαυτῶν ἀπέλαβον θρόνους.*

ΙΕ'. *Ὅτι μετὰ τὴν σύνοδον, Ἀλεξάνδρου τελευτήσαντος, Ἀθανάσιος καθίσταται ἐπίσκοπος.*


***IN PRIMO LIBRO HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ SOCRATIS SCHOLASTICI HÆC CONTINENTUR.***


Cap. I. *Procemium totius libri.*

II. *Qua ratione imp. Constantinus ad religionem Christianam se contulit.*

III. *Quomodo, dum Constantinus res Christianorum amplificaret, Licinius ejus collega eosdem persecutus est.*

IV. *Qualiter inter Constantinum et Licinium bellum propter Christianos exortum est.*

V. *De Arii adversus Alexandrum episcopum contentione.*

VI. *Quomodo ex contentione ortum est in Ecclesia dissidium, et quomodo Alexander Alexandriæ episcopus Arium sectatoresque ejus deposuit.*

VII. *Quomodo imp. Constantinus ob Ecclesiarum perturbationem dolore affectus, Hosium Hispanum misit Alexandriam, episcopum et Arium ad concordiam exhortans.*

VIII. *De synodo quæ habita est Nicææ in Bithynia, et de fide quæ ibi promulgata est.*

IX. *Epistola synodi de iis quæ ab ipsa constituta sunt: et qualiter Arius et qui cum ipso consenserant, depositi sunt.*

X. *Quod Acesium quoque Novatianorum episcopum ad synodum vocaverit imperator.*

XI. *De Paphnutio episcopo.*

XII. *De Spyridone Cypriorum episcopo.*

XIII. *De Eutychiano monacho.*

XIV. *Quomodo Eusebius Nicomediæ episcopus et Theognis Nicææ, qui in exsilium missi fuerant eo quod Ario consensissent, postea misso pœnitentiæ libello, expositioni fidei consentientes, sedes suas receperunt.*

XV. *Quomodo Alexandro post synodum Nicænam mortuo, Athanasius creatus est episcopus.*


Digitized by Google

XVI. *Quomodo Constantinus imp. urbem Byzantiorum auxit, et Constantinopolim vocavit.*

XVII. *Quomodo imperatoris mater Helena crucem Domini diu perquisitam Hierosolymis reperit, et ecclesiam construxit.*

XVIII. *Quomodo imp. Constantinus gentilium quidem superstitionem delevit; multas autem ecclesias variis in locis erexit.*

XIX. *Quomodo Constantini temporibus interiores Indi fidem Christi amplexi sint.*

XX. *Quomodo Iberi ad Christi fidem conversi sint.*

XXI. *De Antonio monacho.*

XXII. *De Mane auctore hæreseos Manichæorum, et unde is originem traxerit.*

XXIII. *Quomodo Eusebius Nicomediensis et Theognis Nicænus, resumpta fiducia Nicænam fidem subvertere conati sunt, structis Athanasio insidiis.*

XXIV. *De synodo Antiochena, in qua depositus est Eustathius Antiochensis episcopus: propter quem exorta seditio totam fere urbem delevit.*

XXV. *De presbytero qui operam navavit ut Arius revocaretur.*

XXVI. *Quomodo Arius ab exsilio revocatus, libello pœnitentiæ principi oblato, Nicænam fidem simulaverit.*

XXVII. *Quomodo Arium jussu imp. Alexandriam reversum Athanasius non admiserit, ac propterea Eusebiani varias ei calumnias apud imperatorem struxerint.*

XXVIII. *Quomodo imp. ob accusationes quæ contra Athanasium motæ fuerant, synodum Tyri congregari jussit.*

XXIX. *De Arsenio, et de manu quæ illi amputata esse dicebatur.*

XXX. *Quomodo post primam accusationem, cum Athanasius innocens esset inventus, accusatores fuga se proripuerint.*

XXXI. *Quomodo Athanasius ad imp. confugerit, cum episcopi defensionem ipsius in secunda accusatione non admisissent.*

XXXII. *Quomodo Athanasius cum discessisset, synodali sententia depositus est.*

XXXIII. *Quomodo synodus relicta Tyro venit Hierosolymam: atque illic celebratis encæniis novæ Hierusalem, Arium in communionem recepit.*

XXXIV. *Quod imp. synodum ad se per litteras evocavit, ut Athanasii causa coram se diligentius spectaretur.*

XXXV. *Quod cum synodus ad imp. non venisset, Eusebiani Athanasium criminati sunt, quasi minatus esset aversurum se annonam, quæ ab urbe Alexandria præbebatur Constantinopoli. Qua re commotus imp. Athanasium in Gallias relegavit.*

XXXVI. *De Marcello Ancyræ episcopo, et Asterio sophista.*

XXXVII. *Quomodo post exsilium Athanasii Arius ab imp. CP. evocatus, turbas excitavit adversus Alexandrum CP. episcopum.*

XXXVIII. *De morte Arii.*

XXXIX. *Quomodo imp. in morbum delapsus finem vivendi fecit.*

XL. *De sepultura imp. Constantini.*

ΙϚʹ. *Ὡς βασιλεὺς Κωνσταντῖνος τὸ πάλαι Βυζάντιον αὐξήσας, Κωνσταντίνου πόλιν ἐπωνόμασεν.*

ΙΖʹ. *Ὡς ἡ τοῦ βασιλέως μήτηρ Ἑλένη, ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα παραγενομένη, τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ ἀναζητήσασα εὗρε, καὶ ἐκκλησίαν ἀνῳκοδόμησεν.*

ΙΗʹ. *Ὡς καὶ ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος τὰ μὲν Ἑλλήνων καθῄρει· πολλὰς δὲ ἐκκλησίας ἐν διαφόροις τόποις ἵδρυεν.*

ΙΘʹ. *Τίνα τρόπον ἐπὶ τῶν χρόνων Κωνσταντίνου, τὰ ἐνδοτέρω ἔθνη τῶν Ἰνδῶν ἐχριστιάνισαν.*

Κʹ. *Τίνα τρόπον Ἴβηρες ἐχριστιάνισαν.*

ΚΑʹ. *Περὶ Ἀντωνίου τοῦ μοναχοῦ.*

ΚΒʹ. *Περὶ Μάνεντος τοῦ ἀρχηγοῦ τῆς αἱρέσεως τῶν Μανιχαίων, καὶ ὅθεν ἦν τὴν ἀρχήν.*

ΚΓʹ. *Ὡς Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας, καὶ Θέογνις ὁ Νικαίας ἀναθαρσήσαντες, σπουδὴν πεποίηνται παρατρέψαι τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν, διὰ τὸ σκευωρήσασθαι Ἀθανάσιον.*

ΚΔʹ. *Περὶ τῆς γενομένης συνόδου ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἣ καθεῖλεν Εὐστάθιον τὸν Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον. Ἐφ᾽ ᾧ στάσεως γενομένης, μικροῦ ἀνετράπη ἡ πόλις.*

ΚΕʹ. *Περὶ τοῦ πρεσβυτέρου, τοῦ σπουδάσαντος ἀνακληθῆναι Ἄρειον.*

ΚϚʹ. *Ὡς Ἄρειος ἀνακληθεὶς, βιβλίον μετανοίας δοὺς τῷ βασιλεῖ, τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ὑπεκρίνατο.*

ΚΖʹ. *Ὡς Ἀρείου εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν γνώμῃ τοῦ βασιλέως κατελθόντος, καὶ μὴ δεχθέντος ὑπὸ Ἀθανασίου, οἱ περὶ Εὐσέβιον διαφόρους κατὰ Ἀθανασίου διαβολὰς πρὸς τὸν βασιλέα πεποίηνται.*

ΚΗʹ. *Ὡς διὰ τὰς κατηγορίας τὰς κατὰ Ἀθανασίου σύνοδον ἐπισκόπων ἐν τῇ Τύρῳ ὁ βασιλεὺς γενέσθαι παρεσκεύασεν.*

ΚΘʹ. *Περὶ Ἀρσενίου, καὶ τῆς κεκόφθαι λεγομένης αὐτοῦ χειρός.*

Λʹ. *Ὡς Ἀθανασίου ἐπὶ τῇ κατηγορίᾳ ἀθώου εὑρεθέντος, οἱ κατήγοροι φυγῇ ἐχρήσαντο.*

ΛΑʹ. *Ὅτι τὰς ἐπὶ τῇ δευτέρᾳ κατηγορίᾳ ἀπολογίας Ἀθανασίου μὴ καταδεξαμένων τῶν ἐπισκόπων, Ἀθανάσιος πρὸς τὸν βασιλέα ἀνέδραμεν.*

ΛΒʹ. *Ὅτι Ἀθανασίου ἀναχωρήσαντος, οἱ τῆς συνόδου καθαίρεσιν αὐτοῦ ἐψηφίσαντο.*

ΛΓʹ. *Ὅπως ἡ σύνοδος ἀπὸ τῆς Τύρου ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα παραγενομένη, καὶ τὰ ἐγκαίνια ποιησαμένη τῆς νέας Ἱερουσαλὴμ, τοὺς περὶ Ἄρειον εἰς κοινωνίαν ἐδέξαντο.*

ΛΔʹ. *Ὅτι ὁ βασιλεὺς τὴν σύνοδον ἐκάλει πρὸς ἑαυτὸν δι᾽ ἐπιστολῆς, ἵν᾽ ἐπὶ αὐτοῦ τὰ κατὰ Ἀθανάσιον ἀκριβῶς ἐξετασθῇ.*

ΛΕʹ. *Ὅτι τῆς συνόδου μὴ ἐλθούσης παρὰ τὸν βασιλέα, οἱ περὶ Εὐσέβιον διέβαλλον Ἀθανάσιον, ὡς ἀπειλήσαντα ἀποστρέφειν τὸν σῖτον τὸν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας τῇ Κωνσταντίνου πόλει χορηγούμενον· ἐφ᾽ οἷς κινηθεὶς ὁ βασιλεὺς εἰς ἐξορίαν ἐξέπεμψε τὸν Ἀθανάσιον, κελεύσας τὰς Γαλλίας οἰκεῖν.*

ΛϚʹ. *Περὶ Μαρκέλλου τοῦ Ἀγκύρας, καὶ Ἀστερίου τοῦ σοφιστοῦ.*

ΛΖʹ. *Ὅπως Ἄρειος μετὰ τὴν Ἀθανασίου ἐξορίαν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας, ὑπὸ τοῦ βασιλέως μεταπεμφθεὶς, ταραχὰς ἐκίνησεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ ἐπισκόπῳ Κωνσταντίνου πόλεως.*

ΛΗʹ. *Περὶ τοῦ θανάτου Ἀρείου.*

ΛΘʹ. *Ὡς ὁ βασιλεὺς ἀρρωστίᾳ περιπεσὼν, τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο.*

Μʹ. *Περὶ τῆς κηδείας τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου.*

Digitized by Google

# ΤΟΜΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

*Τὸ τοῦ βιβλίου προοίμιον.*

Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐν ὅλοις δέκα βιβλίοις τὴν A ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν ἐκθέμενος, κατέπαυσεν εἰς τοὺς χρόνους τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, ἐν οἷς καὶ ὁ παρὰ τοῦ Διοκλητιανοῦ κατὰ Χριστιανῶν γενόμενος διωγμὸς (1) ἀπεπαύσατο. Γράφων δὲ ὁ αὐτὸς εἰς τὸν βίον Κωνσταντίνου, τῶν κατ' Ἄρειον μερικῶς (2) μνήμην πεποίηται, τῶν ἐπαίνων τοῦ βασιλέως, καὶ τῆς πανηγυρικῆς ὑψηγορίας τῶν λόγων μᾶλλον, ὡς ἐν ἐγκωμίῳ φροντίσας, ἢ περὶ τοῦ ἀκριβῶς περιλαβεῖν τὰ γενόμενα. Ἡμεῖς δὲ προθέμενοι συγγράψαι τὰ ἐξ ἐκείνου μέχρι τῶν τῆδε περὶ τὰς ἐκκλησίας γενόμενα, τῆς ὑποθέσεως ἀρχὴν, ἐξ ὧν ἐκεῖνος ἀπέλιπε,(3) ποιησόμεθα· οὐ φράσεως ὄγκου φροντίζοντες, ἀλλ' ὅσα ἢ ἐγγράφως εὕρομεν, ἢ παρὰ τῶν ἱστορησάντων ἠκούσαμεν διηγουμένων (4). Καὶ ἐπειδὴ πρὸς τὸ προκείμενον συλλαμβάνεται ἡμῖν μνημο- B νεῦσαι, τίνα τρόπον ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἐπὶ τὸ Χριστιανίζειν ἐλήλυθε, μικρὰ περὶ τούτου ὡς οἷόν τε μνημονεύσωμεν, ἐνθένδε ποθὲν τὴν ἀρχὴν ποιησάμενοι.

# LIBER PRIMUS.

## CAPUT PRIMUM.

*Proœmium totius libri.*

1-5 Eusebius Pamphili res in Ecclesia gestas decem libris complexus, principatu Constantini Augusti Historiam suam terminavit : quo tempore persecutio Diocletiani adversus Christianos finem accepit. Idem in libris quos de Vita imperatoris Constantini conscripsit, ea quæ ad Arium pertinent, obiter tantum perstrinxit : quippe cui, ut in encomiis fieri solet, imperatoris laudes et panegyricam orationem contexere magis curæ esset, quam res gestas accurate commemorare. Nos vero quibus propositum est ea quæ ab illis temporibus ad nostram usque ætatem in Ecclesia gesta sunt, scriptis mandare, ab iis rebus quas ille intactas reliquit, operis nostri sumemus exordium. Ac de inani quidem verborum pompa parum solliciti, quæcunque aut litterarum monumentis prodita reperimus, aut ab iis qui rebus ipsis interfuerant auditu accepimus, singillatim exponemus. Et quoniam ad institutum nostrum plurimum confert nosse qua ratione imp. Constantinus ad Christianam religionem transiverit, ea de re pro virili parte pauca dicam.

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

*Τίνα τρόπον ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἐπὶ τὸ Χριστιανίζειν ἐλήλυθεν.*

Ἡνίκα (5) Διοκλητιανὸς, καὶ Μαξιμιανὸς ὁ ἐπικληθεὶς Ἡρκούλιος [a], ἐκ συνθέματος τὴν βασιλείαν ἀποθέμενοι, τὸν ἰδιωτικὸν ἐπανείλοντο βίον· καὶ Μαξιμιανὸς ὁ ἐπικληθεὶς Γαλέριος, ὁ συμβασιλεύσας αὐτοῖς, ἐπιβὰς τῆς Ἰταλίας, δύο κατέστησε Καίσαρας, Μαξιμῖνον μὲν ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἑῴαν, Σεβῆρον δὲ ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν· Κατὰ δὲ τὰς Βρετ- C τανίας (6) Κωνσταντῖνος ἀνηγορεύθη βασιλεὺς, εἰς

## CAP. II.

*Qua ratione imp. Constantinus ad Christianam religionem se contulit.*

6 Ordiar porro ab iis temporibus quibus Diocletianus et Maximianus cognomento Herculius, imperio deposito, ex compacto privatam vitam amplexi sunt : Maximianus vero is qui Galerius cognominatus est, et qui cum iisdem illis imperaverat, in Italiam profectus, duos Cæsares, Maximinum in Oriente, Severum in Italia constituit. In Britannia vero Constantinus creatus est imperator, in locum patris sui

### VALESII ANNOTATIONES.

(1) *Γενόμενος πόλεμος*. Sic ex codice Regio edidit Robertus Stephanus. Sed in optimis codicibus, Florentino et Sfortiano, scriptum invenimus γενόμενος διωγμός, quomodo etiam Christophorsonus in suis exemplaribus repererat.

(2) *Μερικῶς*. Hoc loco μερικῶς non significat *singillatim*, sed ἐκ μέρους. Revera enim Eusebius in libris de Vita Constantini, historiam Arii ex parte duntaxat attigit, non vero totam nec singillatim prosecutus est.

(3) *Ἐξ ὧν ἐκεῖνος ἀπέλιπε*. Musculus hunc locum ita vertit: *commentarii nostri exordia inde sumemus, ubi ille desiit*. Atque ita fere Christophorsonus, nisi quod magis barbare, et minus Latine transtulit: *ex iis rebus a quibus ab eo desitum est scribere, nostri operis exordium capiemus*. Ego vero malim vertere : *ab iis rebus quas ille nobis reliquit, scribendi sumemus exordium*. Vult enim dicere Socrates, exorsurum se ab historia Arii, quam Eusebius ex parte tantum attigerat in libris de Vita Constantini : Eusebium enim in iis libris magis studuisse ut imperatoris laudes amplificaret, quam ut res ecclesiasticas accurate perscriberet: se vero, qui res in Ecclesia gestas scriptis mandare constituerit, historiam Arianæ hæreseos diligentius narraturum, et ab iis rebus quas Eusebius vel de industria prætermiserat, vel quia nihil ad institutum ipsius facerent, obiter tantum perstrinxerat, initium Historiæ suæ facturum. Certe Socrates non inde Historiam suam inchoavit, ubi Eusebius desierat. Eusebius enim usque ad obitum Constantini opus suum perduxit. Historiam quidem ecclesiasticam Eusebius usque ad tumultum Arii, et ea quæ Nicænum concilium præcessere, continua serie persecutus est. Proinde si decem libros Historiæ ecclesiasticæ D spectemus, Socratem inde incepisse ubi Eusebius scribendi finem fecerat, possumus dicere. Sed si præterea jungamus libros de Vita Constantini, sicut junxit Socrates, tum istud verum non erit.

(4) *Διηγουμένων*. Scribendum omnino est διηγούμενοι, licet scripti codices nihil mutent.

(5) *Ἡνίκα*. Hoc initium esse periodi Musculus et Christophorsonus existimarunt, cum tamen periodus inchoanda sit ab iis verbis quæ in fine superioris capitis leguntur, ἐνθένδε ποθὲν τὴν ἀρχὴν ποιησάμενοι. Idque nos in versione nostra secuti sumus.

(6) *Κατὰ δὲ τὰς Βρεττανίας*. Existimasse videtur Socrates, Constantinum et Maxentium imperare

### VARIORUM.

[a] Stephanus et Valesius scribunt per E in prima syllaba.

Digitized by Google

Constantii, qui primo ducentesimæ ac septuagesimæ primæ Olympiadis anno, ante diem octavum Kalend. Augusti e vivis excesserat. Romæ denique Maxentius Maximiani Herculii [a] filius, tyrannus potius quam imperator a prætorianis militibus levatus est. Qua occasione Herculius, recuperandi imperii cupiditate raptus, Maxentium filium suum conatus est interficere. Sed tum quidem milites, quominus id perficeret, obstitere. Postea vero Tarsi in Cilicia extremum dium obiit. Severus autem Cæsar, a Galerio Maximiano Romam missus ad comprehendendum Maxentium, militum suorum proditione interemptus est. Postremo Galerius Maximianus, totius imperii clavum regens, abivit e vita, cum Licinium prius imp. creavisset, veterem amicum et contubernalem suum, qui ex Dacia erat oriundus. Interea Maxentius 7 Romanos gravissime oppressit, tyrannum se potius erga illos quam imperatorem gerens. Nam et ingenuorum hominum uxores impudentissime constuprabat, et plurimos civium indicta causa perimebat, aliaque id genus facinora perpetrabat. Quibus compertis, imp. Constantinus Romanos jugo tyrannicæ servitutis liberare studuit; statimque sollicite cœpit inquirere qua ratione tyrannum oppressurus esset. Hujusmodi sollicitudine districtus, perpendebat animo quemnam sibi Deum ad hoc bellum adjutorem vocaret. Venitque illi in mentem, Diocletianum quidem, qui gentilium deos impense

A τόπον Κωνσταντίου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, τεθνηκότος τῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ τῆς διακοσιοστῆς ἑβδομηκοστῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος (7), τῇ πέμπτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ Ἰουλίου μηνός. Ἐν Ῥώμῃ δὲ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν τῶν πραιτωρίων, Μαξέντιος ὁ υἱὸς Μαξιμιανοῦ τοῦ καὶ Ἑρκουλίου, ἤρθη τύραννος μᾶλλον ἢ βασιλεύς. Ἐκ τούτων ὁ Ἡρκούλιος εἰς ἐπιθυμίαν πάλιν βασιλείας ἀρθεὶς, ἐπεχείρησεν ἀπολέσαι τὸν υἱὸν Μαξέντιον. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ποιῆσαι ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν διεκωλύθη. Ὕστερον δὲ ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας ἐτελεύτα (8) τὸν βίον. Σεβῆρος δὲ ὁ Καῖσαρ [b] ὑπὸ τοῦ Γαλερίου Μαξιμίνου (9) πεμφθεὶς εἰς τὴν Ῥώμην ἐπὶ τὴν Μαξεντίου σύλληψιν, ἀνῃρέθη, τῶν στρατιωτῶν προδεδωκότων αὐτόν. Καὶ τὰ τελευταῖα πάντα Μαξιμιανὸς ὁ Γαλέριος περιέπων (10-11) τελευτᾷ, B Λικίννιον πρότερον βασιλέα καταστήσας· ὃς ἦν ἐκ παλαιῶν τῶν χρόνων συστρατιώτης αὐτῷ καὶ φίλος, ἀπὸ Δακίας ὁρμώμενος. Μαξέντιος δὲ κακῶς τοὺς Ῥωμαίους ἐπέτριβε, τυραννικῷ μᾶλλον ἢ βασιλικῷ τρόπῳ χρώμενος κατ' αὐτῶν· μοιχεύων ἀναίδην [*al.* ἀνέδην] τὰς τῶν ἐλευθέρων γυναῖκας, καὶ πολλοὺς ἀναιρῶν, καὶ ποιῶν τὰ τούτοις ἀκόλουθα. Τοῦτο γνοὺς ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, ῥύσασθαι Ῥωμαίους τῆς ὑπ' αὐτοῦ δουλείας ἐσπούδαζεν· εὐθύς τε φροντίδας ἐτίθει, τίνα τρόπον καθέλοι τὸν τύραννον. Καὶ ὡς ἦν ἐν τηλικαύτῃ φροντίδι, ἐπενόει τίνα Θεὸν ἐπίκουρον πρὸς τὴν μάχην καλέσειε. Κατὰ νοῦν δὲ ἐλάμβανεν, ὡς οὐδὲν ὤναντο οἱ περὶ Διοκλητιανὸν, περὶ τοὺς

## VALESII ANNOTATIONES.

cœpisse eodem anno quo Diocletianus et Maximianus Herculius purpuram deposuerant. Qua in sententia fuit etiam auctor Chronici Alexandrini, et alii quidam, qui annos imperii Constantii Constantino ejus filio attribuunt. Atque hinc factum est ut Constantinus Maximus a quibusdam regnasse dicatur annis duobus ac triginta, cum tamen revera triginta tantum annis ac mensibus decem regnaverit.

(7) *Τεθνηκότος τῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ τῆς διακοσιοστῆς ἑβδομηκοστῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος.* Idem repetit Socrates in fine libri septimi, ubi Historiam suam concludens, ait eam ordiri ab anno primo Olympiadis CCLXXI, quo Constantinus imperator renuntiatus est. Hæc Olympias incipit a solstitio anni trecentesimi quinti, qui fuit annus primus post abdicationem Diocletiani. Verum Constantius non hoc anno mortuus est, sed sequente, quo ipse sextum consul fuerat, cum Galerio Augusto, ut legitur in Fastis Idatii [c]. Anno igitur secundo supradictæ Olympiadis mors Constantii ascribenda est.

(8) *Ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας ἐτελεύτα.* Fallitur C hic Socrates. Maximianus enim Senior, qui et Herculius, jussu Constantini occisus est in Galliis anno 310. Maximinus autem Cæsar biennio post victus a Licinio, periit apud Tarsum, ut scribit Aurelius Victor, Eusebius in Chronico, et alii. Solemnis est hic error Græcorum, qui Maximianum et Maximinum inter se confundunt.

(9) *Γαλερίου Μαξιμίνου.* Scribendum omnino est Μαξιμιανοῦ, ut recte infra scribitur. Sed hæc nomina, ut dixi, confundi solent a Græcis. Sic initio hujus capitis ubi legitur Μαξιμιανὸς ὁ ἐπικληθεὶς Γαλέριος, in codice Sfortiano scriptum est Μαξιμῖνος.

(10-11) *Πάντα Μαξιμιανὸς ὁ Γαλέριος περιέπων.* Hæc benigne intelligenda sunt. Neque enim Galerius totius imperii revera clavum tenuit, cum duo alii eodem tempore essent Augusti, Constantinus in Galliis, et Maxentius Romæ. Verum summam imperii nihilominus administrasse dicitur, eo quod ipse senior erat Augustus, et a junioribus Augustis instar patris colebatur.

## VARIORUM.

[b] *Σεβῆρος δὲ ὁ Καῖσαρ.* Flavius Valerius Severus Maximiani Armentarii imperatoris ex sorore nepos, ab avunculo, cum Maximino, Cæsar declaratus, Italiæ et Africæ res curavit. Illum saltatorem, temulentum, ebriosum, cui nox pro die, et dies pro nocte, dixit Diocletianus. Cum Romæ imperium Maxentius invaserat, VI Kal. Novembris ann. 306, Severus, ut eum opprimeret, ad muros urbis armatus accessit. Statim vero milites eum deserunt, et se Maxentio, contra quem venerant, tradunt. Quid restabat deserto, nisi fuga? Ravennam confugit, ibique se cum paucis militibus inclusit. Sed cum videret futurum ut Maximiano Herculio, qui eum cum exercitu urgebat, traderetur, dedit sese ipse; nihilque aliud impetravit, nisi bonam mortem: D Nam venis ei incisis, leniter mori coactus est. Vide Lactant. *De mortibus persecutorum*, cap. 18 et 26.

[c] Idatio astipulatur et Eusebius in Chronico a B. Hieronymo Latine verso, quo ad secundum annum Olympiadis CCLXXI hæc notantur: *Constantius sexto decimo imperii anno diem obiit in Britannia, Eboraci. Post quem filius ejus Constantinus, ex concubina Helena procreatus, regnum invadit. Quarto autem persecutionis anno Constantinus regnare orsus.* Quin etiam Constantinum imperium invasisse VIII Kal. Aug. anni 306, ex ipsius obitu clarissime evincitur: de quo vide Socratem cap. ult. hujus libri, et Eusebium in ejus Vita, lib. IV, cap. 64, computatis in ejus regnum annis 30, mensibus 10.

Digitized by Google

Ἑλλήνων θεοὺς διακείμενοι· ηὕρισκέν τε ὡς ὁ αὐτοῦ πατὴρ Κωνστάντιος ἀποστραφεὶς τὰς Ἑλλήνων θρησκείας, εὐδαιμονέστερον τὸν βίον διήγαγεν. Ἐν τοιαύτῃ τοίνυν ἀμφισβητήσει τυγχάνοντι, καί που ἅμα τοῖς στρατιώταις ὁδεύοντι, συνέβη θαυμάσιόν τι καὶ λόγου κρεῖττον θεάσασθαι. Περὶ γὰρ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας, ἤδη τῆς ἡμέρας ἀποκλινούσης, εἶδεν ἐν τῷ οὐρανῷ στύλον φωτὸς σταυροειδῆ, ἐν ᾧ γράμματα ἦν λέγοντα· *Ἐν τούτῳ νίκα*. Τοῦτο φανὲν τὸ σημεῖον, τὸν βασιλέα ἐξέπληττεν. Αὐτός τε τοῖς οἰκείοις σχεδὸν ἀπιστῶν ὀφθαλμοῖς, ἠρώτα καὶ τοὺς παρόντας, εἰ καὶ αὐτοὶ τῆς αὐτῆς ἀπολαύουσιν ὄψεως. Τῶν δὲ συμφωνησάντων, ἀνεῤῥώννυτο μὲν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῇ θείᾳ καὶ θαυμαστῇ φαντασίᾳ. Νυκτὸς δὲ ἐπιλαβούσης, κατὰ τοὺς ὕπνους ὁρᾷ τὸν Χριστὸν λέγοντα αὐτῷ κατασκευάσαι κατὰ τὸν τύπον τοῦ ὀφθέντος σημείου, καὶ τούτῳ κατὰ τῶν πολεμίων, ὡς ἑτοίμῳ κεχρῆσθαι τροπαίῳ. Τούτῳ πεισθεὶς τῷ χρησμῷ, κατασκευάζει μὲν τὸ σταυροειδὲς τρόπαιον, ὃ μέχρι νῦν τοῖς βασιλείοις φυλάττεται. Σὺν προθυμίᾳ δὲ μείζονι πρὸς τὰς πράξεις ἐχώρει. Συμβαλών τε αὐτῷ πρὸ τῆς Ῥώμης περὶ τὴν καλουμένην Μουλβίαν γέφυραν νικᾷ, Μαξεντίου εἰς τὸν ποταμὸν ἀποπνιγέντος. Ἦν δὲ τοῦτο ἕβδομον ἔτος τῆς βασιλείας αὐτοῦ (12) ἡνίκα τὴν κατὰ Μαξεντίου ἤρατο νίκην. Μετὰ ταῦτα Λικιννίου τοῦ συμβασιλεύοντος αὐτῷ, τοῦ καὶ γαμβροῦ αὐτοῦ τυγχάνοντος ἐπὶ τῇ ἀδελφῇ αὐτοῦ Κωνσταντίᾳ [d] κατὰ τὴν Ἑῴαν διάγοντος, αὐτὸς ἀπολαύσας τῶν τηλικούτων εὐεργεσιῶν τοῦ Θεοῦ, χαριστήρια τῷ εὐεργέτῃ προσέφερε. Ταῦτα δὲ ἦν, ἀνεῖναι τοὺς Χριστιανοὺς τοῦ διώκεσθαι, καὶ τοὺς ἐν ἐξορίᾳ ὄντας ἀνακαλεῖσθαι· τοὺς δὲ ἐν δεσμωτηρίῳ ἀφίεσθαι, καὶ τοῖς δημευθεῖσιν αὐτῶν τὰς οὐσίας ἀποκαθίστασθαι. Τάς τε ἐκκλησίας ἀνώρθου, καὶ πάντα ἐποίει σὺν προθυμίᾳ πολλῇ. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Διοκλητιανὸς (13), ὁ τὴν βασιλείαν ἀποθέμενος, ἐν Σαλῶνι τῆς Δαλματίας ἐτελεύτα.

coluisset, nullum ex eo fructum percepisse; Constantium vero parentem suum, qui a Græcorum superstitione alienus fuisset, vitam longe feliciorem traduxisse. Porro dum in tam ancipiti deliberatione versatur, forte illi cum militibus iter facienti admirabilis quædam, et quæ omnem dicendi vim superat, visio oblata est. Horis enim meridianis, cum jam dies vergeret in vesperum, lucis columnam instar crucis in cœlo videt, cui inscripta erant hæc verba: *In hoc vince*. Hujusmodi signo statim obstupefactus est imperator. Nec jam suis ipse oculis satis fidens, interrogavit eos qui aderant, num et ipsi idem signum vidissent. Quibus idem sibi quoque visum esse testantibus, imp. quidem confirmatus est divina illa ac mirabili visione. Nocte vero superveniente Christum in somnis vidit, jubentem ut signum instar ejus quod viderat fabricaretur, eoque tanquam certissimo adversus hostes tropæo uteretur. Hoc inductus oraculo, tropæum ad crucis similitudinem construi jubet, quod etiamnum servatur in palatio. Deinceps vero majore fiducia animi rebus agendis incubuit. Et cum hoste congressus, ad portas urbis Romæ circa Mulvium pontem victoriam retulit, demerso exstinctoque in amne Maxentio. Septimus hic erat imperii ejus annus, cum de Maxentio victoriam reportavit. Post hæc cum Licinius ejus collega, quem etiam sibi generum asciverat, data illi in conjugem sorore sua Constantia, in Oriente moraretur, ipse tot tantisque acceptis a Deo beneficiis, auctori suo gratias retulit. Christianos siquidem persecutione liberavit: exsules ab exsilio revocavit: carceribus inclusos dimitti, proscriptis bona sua restitui jussit. Ad hæc ecclesias reparare aggressus est, eaque cuncta maxima cum animi alacritate gessit. Sub idem tempus Diocletianus qui se principatu abdicaverat, Salonæ quæ civitas est Dalmatiæ, e vivis excessit.

## VALESII ANNOTATIONES.

(12) *Ἕβδομον ἔτος τῆς βασιλείας αὐτοῦ*. Constantinus victoriam de Maxentio retulit anno Christi 312, cum ipse et Licinius secundum consulatum gererent. Hic erat annus sextus imperii Constantini. Ejus enim initium consurgit ex ante diem octavum Kal. Augusti, anno Christi 306. Quod si Maxentium victum esse dicamus octavo Kal. Octobris, ut in Fastis ponit Onufrius et Sigonius in lib. II De Occidentali imperio, tunc verum esse poterit id quod ait Socrates, Constantinum septimo imperii sui anno victoriam de Maxentio retulisse. Quippe annus septimus ejus imperii cœperat octavo die Kal. Augusti, anno 312. Turbat me tamen non mediocriter, quod Maxentius anno 6 imperii sui exeunte, pridie quam septimum inchoaret, occisus esse dicitur in Panegyrico Nazarii. Atqui Maxentius paucis diebus post Constantinum imperare exorsus fuerat. Quod si octavo Kal. Octobris cæsus fuit, necessario dicendum est eum septimo Kal. Octobris regnare cœpisse. Atque ita Constantinus duobus mensibus ante Maxentium ad imperium pervenisset. Quod quidem minus probabile mihi videtur. Cæterum Socrates hic sibi ipse constat. Nam cum imperium Constantini ab anno Christi 305 exorsus sit, recte hanc victoriam refert anno ejusdem imperii septimo.

(13) *Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Διοκλητιανός*. Mortuus est Diocletianus Salonæ die tertio Nonas Decembris, anno Christi 316,. ut recte in Fastis scribit Idatius. Idem scribit auctor Chronici Alexandrini, nisi quod pro Diocletiano nomen Galerii Maximiani perperam irrepsit. Idem quoque confirmat Zosimus in libro secundo Historiæ, ubi scribit Diocletianum tribus annis post tertium consulatum Constantini et Licinii, mortem obiisse. Postquam enim dixit, a Chilonis et Libonis consulatu, quo sæculares ludi celebrati fuerant, ad tertium consulatum Constantini et Licinii, decem supra centum annos fluxisse, subjungit: Διοκλητιανὸς μὲν τελευτᾷ τρισὶν ἐνιαυτοῖς ὕστερον: quod verissimum est. At Josephus Scaliger in Animadversionibus Eusebianis, hunc Zosimi locum male accepit, quasi diceret Zosimus Diocletianum triennio post abdicationem imperii, seu post nonum ipsius consulatum, e vivis abiisse.

## VARIORUM.

[d] *Τοῦ καὶ γαμβροῦ αὐτοῦ τυγχάνοντος ἐπὶ τῇ ἀδελφῇ αὐτοῦ Κωνσταντίᾳ*. Vertendum, *quem etiam sibi affinem asciverat*, vel *affinitate sibi adjunxerat*, etc. Ita vocem γαμβρός exponit Scholiastes in Homerum: Γαμβρός, inquit, καλεῖται ὁ γήμας, ὑπὸ τῶν οἰκείων τῆς γαμηθείσης. W. Lowth

Digitized by Google

## CAP. III.

*Quomodo dum Constantinus res Christianorum amplificaret, Licinius ejus collega eosdem persecutus sit.*

Et Constantinus quidem imp. Christi religionem amplexus, cuncta agebat tanquam Christianus: ecclesias construens, easque magnificis exornans donariis: gentilium autem templa claudens ac diruens, et statuas in illis positas publicans. Licinius vero ejus collega, gentilium erroribus implicatus, oderat Christianos. Et palam quidem persecutionem adversus eos concitare minime audebat, metu principis Constantini. Multis tamen occulte struebat insidias. Tandem vero eos aperto marte persequi aggressus est. Atque hæc quidem persecutio localis fuit. In iis enim duntaxat partibus grassata est quæ sub ditione erant Licinii. Hæc et ejusmodi alia tyrannice gerens Licinius, Constantinum haudquaquam latuit. Quem cum idcirco gravissime commotum esse intelligeret, purgare se apud illum instituit. Et blandis assentationibus eum deliniens, simulatæ amicitiæ cum eo fœdus pepigit, identidem jurans se nihil unquam tyrannice moliturum. Sed juramentis conjunctum erat perjurium. Nunquam enim nec a tyrannicis adversus Constantinum machinationibus, nec a persecutione Christianorum abstinuit. Quippe lege lata, episcopos ad gentilium ædes vetuit accedere, ne scilicet Christianorum religio hujusmodi obtentu propagaretur. Eratque hæc persecutio aperta simul et occulta. Nam verbis quidem dissimulabatur: reipsa vero erat manifestissima. Ii enim qui persecutioni subjacebant, intolerabilia mala tum in bonis, tum in corporibus suis perpetiebantur.

A

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

*Πῶς Κωνσταντίνου τὰ Χριστιανῶν αὔξοντος, Λικίννιος ὁ συμβασιλεύων αὐτῷ Χριστιανοὺς ἐδίωκεν.*

Ἀλλὰ Κωνσταντῖνος μὲν ὁ βασιλεὺς τὰ τοῦ Χριστοῦ φρονῶν, πάντα ὡς Χριστιανὸς ἔπραττεν, ἀνεγείρων τὰς ἐκκλησίας, καὶ πολυτελέσι τιμῶν ἀναθήμασιν· ἔτι δὲ καὶ τοὺς Ἑλλήνων ναοὺς κλείων καὶ καθαιρῶν, καὶ δημοσιεύων τὰ ἐν αὐτοῖς ἀγάλματα. Λικίννιος δὲ ὁ συμβασιλεύων αὐτῷ, τὰς ἑλληνικὰς ἔχων δόξας, ἐμίσει Χριστιανούς. Καὶ διωγμὸν μὲν προφανῆ, φόβῳ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, κινεῖν ὑπεστέλλετο. Λεληθότως δὲ πολλοὺς ἐσκευωρεῖτο. Προϊὼν δὲ, καὶ φανερῶς αὐτοὺς βλάπτειν ἐπεχείρει. Καὶ γὰρ οὗτος ὁ διωγμὸς τοπικός. Ἔνθα γὰρ ἦν Λικίννιος, ἐκεῖ μόνον ἐγένετο. Ἐπεὶ δὲ ταῦτά τε καὶ
B ἄλλα τυραννικῶς ποιῶν, οὐδαμῶς Κωνσταντῖνον ἐλάνθανεν. Ἔγνω τε ἐπὶ τούτοις χαλεπαίνοντα, πρὸς ἀπολογίαν ἐτρέπετο. Καὶ θεραπεύων αὐτὸν, πλαστὴν φιλίαν ἐσπένδετο, πολλοὺς ὅρκους ὀμνὺς, μηδὲν τυραννικὸν φρονήσειν ποτέ· ἅμα τε ὀμνὺς, καὶ ἐπιορκῶν. Οὐ γὰρ μετετίθετο τοῦ φρονεῖν τε τὰ τυραννικὰ, καὶ κατὰ Χριστιανῶν κινεῖν διωγμόν. Νόμῳ γὰρ ἐκέλευσε, τοὺς ἐπισκόπους μὴ φοιτᾷν παρ' Ἕλλησιν, ὡς ἂν μὴ ἔχοι πρόφασιν αὔξεσθαι τὰ Χριστιανῶν. Ἦν δὲ ὁ διωγμὸς θρυλλούμενος ἐν ταὐτῷ καὶ ἀπόῤῥητος. Ἐκρύπτετό τε τῷ λόγῳ, καὶ ἔργῳ ἦν φανερός. Ἀνήκεστα γὰρ οἱ διωκόμενοι, εἴς τε τὸ σῶμα, καὶ εἰς τὰ χρήματα ἔπασχον.

## CAP. IV.

*Qualiter inter Constantinum et Licinium bellum propter Christianos exortum est.*

Has ob causas, Constantinus imp. adversus Licinium gravissima indignatione exarsit: ruptoque simulatæ amicitiæ fœdere, hostes sibi mutuo facti sunt. Nec longo post tempore bello se invicem appetierunt. Multisque præliis terra marique consertis, tandem ad Chrysopolim Bithyniæ, quod navale est Chalcedonensium, devictus Licinius, Constantino se dedidit. Porro Constantinus captum tractavit humanissime: nec ullo affectum supplicio, Thessalonicæ quiete et pacate **9** degere præcepit. At ille cum aliquantisper quievisset, collectis postea quibusdam barbaris, cladem suam resarcire ac bellum reparare conatus est. Quo comperto, Constantinus eum necari mandavit: ejusque jussu Licinius est occisus. Ita Constantinus totius orbis Romani imperium adeptus, et imp. atque Augustus appellatus, denuo ad res Christianorum amplificandas studium suum contulit. Quod quidem variis modis ab illo est præstitum: adeo ut ejus opera res Christianorum

C

## ΚΕΦΑΛ. Δ'.

*Ὅτι πόλεμος μεταξὺ Κωνσταντίνου καὶ Λικιννίου διὰ Χριστιανοὺς ἐγένετο.*

Ἐκ δὲ τούτου, πρὸς ἀπέχθειαν μεγίστην τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον ἐκίνησεν. Ἦσάν τε πολέμιοι, διακοπείσης αὐτοῖς τῆς ἐπιπλάστου φιλίας. Οὐκ εἰς μακράν τε εἰς τὸ πολεμεῖν ἀλλήλους ἐτράπησαν. Καὶ πολλῶν γενομένων συμβολῶν καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, τέλος πρὸς Χρυσόπολιν τῆς Βιθυνίας, ἐπίνειον δὲ τοῦτο τῆς Χαλκηδόνος ἐστὶν, ἡττηθεὶς ἐξέδωκεν ἑαυτόν. Ζῶντα οὖν συλλαβὼν φιλανθρωπεύεται· καὶ κτείνει μὲν οὐδαμῶς, οἰκεῖν δὲ τὴν Θεσσαλονίκην προσέταξεν ἡσυχάζοντα. Ὁ δὲ πρὸς ὀλίγον ἡσυχάσας, ὕστερον βαρβάρους τινὰς συναγαγὼν, ἀναμαχέσασθαι τὴν ἧτταν ἐσπούδαζεν. Τοῦτο γνοὺς
D ὁ βασιλεὺς, ἀναιρεθῆναι αὐτὴν προσέταξε. Καὶ κελεύσαντος αὐτοῦ ἀνῃρέθη. Κωνσταντῖνος τοίνυν πάντων γενόμενος ἐγκρατὴς, αὐτοκράτωρ τε βασιλεὺς (14) ἀναδειχθεὶς, τὰ Χριστιανῶν αὖθις αὔξειν ἐσπούδαζεν. Ἐποίει τε τοῦτο διαφόρως· καὶ ἦν ἐν βαθείᾳ εἰρήνῃ τὰ τοῦ Χριστιανισμοῦ δι' αὐτόν. Ἀλλὰ δὴ τὴν τηλικαύτην εἰρήνην ἐμφύλιος τῶν Χριστιανῶν πόλεμος

## VALESII ANNOTATIONES.

(14) *Αὐτοκράτωρ καὶ βασιλεύς*. In codice Regio et Florentino deest particula καὶ, quam supplevit Christophorsonus. Mihi non admodum necessaria videtur. Quod si eam retinere voluerimus, tum βασιλεὺς Augustum significabit, non ut vertit Christophorsonus, regem Alludit autem Socrates ad militum acclamationes, qui post insignem victoriam, principem suum imperatorem et Augustum appellare consueverant. Idem faciebant cives, cum princeps victor in urbem introiret.

Digitized by Google

διαδέχεται. Τίς δὲ ἦν οὗτος, καὶ ὅπως ἔλαβε τὴν ἀρχὴν, ὡς οἷόν τε διηγήσομαι.

A in summa pace ac securitate essent. Verum hujusmodi pacem intestinum inter Christianos bellum continuo excepit. Quodnam vero fuerit hoc bellum, et unde initium acceperit, deinceps pro viribus exponam.

## ΚΕΦΑΛ. Ε'.

### *Περὶ τῆς Ἀρείου πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν ἐπίσκοπον φιλονεικίας.*

Μετὰ Πέτρον [e] τὸν γενόμενον ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας, τὸν καὶ ἐπὶ Διοκλητιανοῦ μαρτυρήσαντα, διαδέχεται τὴν ἐπισκοπὴν Ἀχιλλᾶς· μετὰ δὲ Ἀχιλλᾶν, Ἀλέξανδρος ἐπὶ τῆς μνημονευθείσης εἰρήνης· καὶ ἀδεέστερον διάγων, τὴν Ἐκκλησίαν συνεκρότει· καί ποτε παρόντων τῶν ὑπ' αὐτῷ πρεσβυτέρων καὶ τῶν λοιπῶν κληρικῶν, φιλοτιμότερον περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, ἐν Τριάδι μονάδα εἶναι φιλοσοφῶν, ἐθεολόγει. Ἄρειος [f] δέ τις πρεσβύτερος τῶν ὑπ' αὐτῷ ταττομένων, ἀνὴρ οὐκ ἄμοιρος τῆς διαλεκτικῆς λέσχης, οἰόμενος τὸ Σαβελλίου τοῦ Λίβυος δόγμα [g] B εἰσηγεῖσθαι τὸν ἐπίσκοπον, ἐκ φιλονεικίας κατὰ διάμετρον εἰς τὸ ἐναντίον τῆς τοῦ Λίβυος δόξης ἀπέκλινε, καὶ ὡς ἐδόκει, γοργῶς ὑπαπήντησε πρὸς τὰ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου λεχθέντα· καί φησιν, Εἰ ὁ Πατὴρ ἐγέννησε τὸν Υἱὸν, ἀρχὴν ὑπάρξεως ἔχει ὁ γεννηθείς· καὶ ἐκ τούτου δῆλον, ὅτι ἦν ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱός· ἀκολουθεῖ τε ἐξ ἀνάγκης, ἐξ οὐκ ὄντων ἔχειν αὐτὸν τὴν ὑπόστασιν.

## CAP. V.

### *De Arii adversus Alexandrum episcopum contentione.*

Post Petrum Alexandrinæ urbis episcopum, qui, Diocletiano regnante, martyrium consummavit, Achillas pontificatum ejus loci suscepit. Huic deinde successit Alexander, reddita jam Christianis pace quam supra commemoravimus. Hic ergo securius degens, Ecclesiam suam gubernabat. Forte quodam die, præsentibus suis presbyteris una cum reliquo clero, de sacrosanctæ Trinitatis mysterio ambitiosius disputans, in Trinitate esse docebat unionem. Arius vero unus e numero presbyterorum qui Alexandro parebant, vir artis dialecticæ minime ignarus, ratus episcopum Sabellii Libyci dogma inducere, ad opinionem quæ cum Sabellii dogmate ex adverso pugnat, contentionis studio deflexit, iisque quæ ab episcopo dicta fuerant, acerbius, ut videbatur, occurrit, ita disputans : Si Pater genuit Filium, exsistendi initium habet is qui genitus est. Ex quo manifeste liquet, fuisse aliquando tempus cum non esset Filius: et necessario conficitur, eumdem ex nihilo subsistere.

## ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

### *Ὡς ἐκ τῆς φιλονεικίας ἀρχὴν διαιρέσεως ἡ Ἐκκλησία ἔλαβε· καὶ ὡς Ἀλέξανδρος ὁ Ἀλεξανδρείας καθεῖλεν Ἄρειον καὶ τοὺς περὶ αὐτόν.*

Ταῦτα τῷ καινοπρεπεῖ λόγῳ συλλογισάμενος, ἀναῤῥιπίζει τοὺς πολλοὺς πρὸς τὸ ζήτημα. C Καὶ ἀνάπτεται ἀπὸ σμικροῦ σπινθῆρος μέγα πῦρ. Ἀρξάμενόν τε τὸ κακὸν ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας, διέτρεχε τὴν σύμπασαν Αἴγυπτόν τε καὶ Λιβύην, καὶ τὴν ἄνω Θηβαΐδα· ἤδη δὲ καὶ τὰς λοιπὰς ἐπενέμετο ἐπαρχίας τε καὶ πόλεις. Συνελαμβάνοντο τῇ Ἀρείου δόξῃ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι, μάλιστα δὲ Εὐσέβιος [h] αὐτῆς ἀντείχετο, οὐχ ὁ Καισαρεὺς, ἀλλ' ὁ πρότερον

## 10 CAP. VI.

### *Quomodo ex contentione ortum est in Ecclesia dissidium; et quomodo Alexander Alexandriæ episcopus Arium sectatoresque ejus deposuit.*

Hæc ille novis atque inauditis assertionibus cum ita conclusisset, multos ad eam quæstionem excitavit. Atque ex modica scintilla magnum subito exstitit incendium. Ortum quippe ab Alexandrina Ecclesia malum per universam Ægyptum et Libyam ac superiorem Thebaidem pervasit: tandem vero reliquas provincias ac civitates depastum est. Porro opinioni Arii complures quidem alii favebant: sed præ cæteris eam tuebatur Eusebius, non ille qui-

## VARIORUM ANNOTATIONES.

[e] *Μετὰ Πέτρον*. S. Petrus, episcopus Alexandrinus, anno persecutionis nono martyrium fecit, teste Eusebio in fine libri VII, ideoque illud ad annum Christi 311 revocandum est, diemque Novembris 25. (Ant. Pagi, ad ann. 310, cap. 4, et ann. 311, cap. 20.) S. Achillas anno tantum 312 in locum ejus subrogatus, mensibus tantum quinque sedit. Huic successit Alexander, cujus initium Eusebius in Chronico ad annum 313 collocat. Idem ibid.

[f] *Ἄρειος*. Arius gente erat Libs, sive, ut habet Photius, ortu Alexandrinus, Ammonii filius. Probabile est illum ex Luciani Antiocheni schola prodiisse; diserte enim Eusebium Nicomediensem *Conlucianistam* appellat. Orto Meletiano schismate, primum partes Meletii tuebatur; quo deinde deserto, ad Petrum Alexandriæ episcopum se contulit, ab eo in diaconorum numerum ascitus, et ob turbulentum ingenium iterum ejectus. Post mortem Petri pœnitentiam simulavit, et ab Achilla episcopo veniam precatus, ab eo ad presbyteri dignitatem promotus est; unamque ex ecclesiis Alexandrinis, quæ *Baucalis* dicebatur, curæ suæ commissam habuit. (Guil. Caveus ad ann. 315.) D Famosissimum hunc hæresiarchum sic depingit Epiphanius: *Fuit*, inquit, *proceriore statura, demisso vultu, totaque corporis configuratione, subdoli serpentis instar, ad fraudem et fallaciam composita; ita ut callido illo externoque habitu facile simplicioribus animis obreperet. Nam hemiphorium et collobium indutus, in colloquiis ac salutationibus blandus erat imprimis, atque omnium animos adulationum illecebris devinctos tenebat.*

[g] *Τὸ Σαβελλίου... δόγμα*. Σαβέλλιος δὲ ὁ Λίβυς ὁ Πενταπολίτης. *Sabellius Afer Pentopolitanus hujusmodi hæresin inchoavit. Unam hypostasin esse dixit Patrem et Filium et Spiritum sanctum, et unam triplicis nominis personam : eumdemque nunc ut Patrem vocat, nunc ut Filium, nunc ut Spiritum sanctum. Ac in Veteri quidem Testamento ut Patrem, legem tulisse; in Novo autem ut Filium, esse incarnatum; et ut Spiritum sanctum, ad apostolos venisse.* Theodoret. *Hæret. Fab.* lib. II, cap. 9.

[h] *Εὐσέβιος*. Eusebius, *Nicomediensis* dictus, Julianum imperatorem, qui puer adhuc sub eo educa-



Digitized by Google

dem Cæsariensis, sed alter, qui cum ante Berytiorum fuisset episcopus, tunc temporis ad Nicomediæ quæ in Bithynia est, pontificatum irrepserat. Quæ cum audiret ac cerneret Alexander, gravi exarsit ira et, collecto multorum episcoporum concilio, Arium et reliquos qui sententiam ejus amplectebantur, gradu movit, et episcopis per singulas urbes constitutis scripsit in hunc modum :

*Epistola Alexandri episcopi Alexandriæ.*

Dilectis et charissimis ubique catholicæ Ecclesiæ comministris, Alexander in Domino salutem.

Cum unum sit catholicæ corpus Ecclesiæ, mandatumque sit in sacris Litteris, ut pacis et concordiæ vinculum conservemus, consentaneum est ut quæcunque apud singulos geruntur, nobis invicem per litteras significemus; quo scilicet, seu patiente, seu gaudente uno membro, ipsi vicissim aut compatiamur, aut collætemur. In nostra igitur parœcia exstiterunt nuper homines iniqui et hostes Christi, docentes defectionem ejusmodi quam jure quis præviam ac prænuntiam Antichristi appellaverit. Ac volueram equidem hoc quidquid est silentio **11** involvere, ut malum intra ipsos apostatas clausum consumeretur, ne forte in alia transgressum loca, simpliciorum hominum aures contaminaret. Sed quoniam Eusebius is qui nunc est Nicomediæ, res Ecclesiæ ex nutu suo pendere existimans, eo quod relicta Berytiorum Ecclesia ad Nicomedien-

A μὲν τῆς Βηρυτίων Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, τότε δὲ τῆς ἐν Βιθυνίᾳ Νικομηδείας τὴν ἐπισκοπὴν ὑποδύς. Ταῦτα ἀκούων καὶ ὁρῶν τε (15) γινόμενα ὁ Ἀλέξανδρος, πρὸς ὀργὴν ἐξάπτεται· καὶ συνέδριον πολλῶν ἐπισκόπων καθίσας, τὸν μὲν Ἄρειον, καὶ τοὺς ἀποδεχομένους τὴν δόξαν αὐτοῦ καθαιρεῖ [i]. Γράφει δὲ τοῖς κατὰ πόλιν τοιάδε·

*Ἐπιστολὴ Ἀλεξάνδρου* [j] *Ἀλεξανδρείας.*

Τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ τιμιωτάτοις συλλειτουργοῖς τοῖς ἁπανταχοῦ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, Ἀλέξανδρος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Ἑνὸς σώματος ὄντος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας (16), ἐντολῆς τε οὔσης ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς, τηρεῖν σύνδεσμον τῆς ὁμονοίας καὶ εἰρήνης, ἀκόλουθόν ἐστι B γράφειν ἡμᾶς καὶ σημαίνειν ἀλλήλοις τὰ παρ' ἑκάστοις γιγνόμενα, ἵνα εἴτε πάσχει, εἴτε χαίρει ἓν μέλος, ἢ συμπάσχωμεν, ἢ συγχαίρωμεν ἀλλήλοις. Ἐν τῇ ἡμετέρᾳ τοίνυν παροικίᾳ ἐξῆλθον νῦν ἄνδρες παράνομοι καὶ χριστομάχοι, διδάσκοντες ἀποστασίαν, ἣν εἰκότως ἄν τις πρόδρομον τοῦ Ἀντιχρίστου νομίσειε (17) καὶ καλέσειε. Καὶ ἐβουλόμην μὲν σιωπῇ παραδοῦναι τὸ τοιοῦτον, ἵν' ἴσως ἐν τοῖς ἀποστάταις μόνοις ἀναλωθῇ τὸ κακὸν, καὶ μὴ εἰς ἑτέρους τόπους διαβὰν, ῥυπώσῃ τινῶν ἀκεραίων τὰς ἀκοάς. Ἐπειδὴ δὲ Εὐσέβιος ὁ νῦν ἐν τῇ Νικομηδείᾳ, νομίσας ἐπ' αὐτῷ κεῖσθαι τὰ τῆς Ἐκκλησίας, ὅτι καταλείψας τὴν Βηρυτὸν, καὶ ἐποφθαλμίσας τῇ Ἐκκλησίᾳ Νικομηδέων, οὐκ ἐκδεδίκηται κατ' αὐτοῦ (18), προΐστα-

## VALESII ANNOTATIONES.

(15) *Ἀκούων καὶ ὁρῶν τε.* Transposita sunt vocabula, quæ sic restituo, ἀκούων τε καὶ ὁρῶν γινόμενα, seu, ut legitur in codice Sfortiano, γενόμενα.

(16) *Ἑνὸς σώματος ὄντος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας.* Scripserat olim Lucas Holstenius vir doctissimus dissertationem in hanc epistolam Alexandri, quam quidem paulo ante obitum suum, una cum aliis opusculis ad me misit. In ea dissertatione id primo loco observat, male interpretes hæc Alexandri verba ita transtulisse : *Cum unum catholicæ corpus Ecclesiæ.* Ipse vero contendit, locum ita potius vertendum fuisse : *Cum Ecclesia catholica unum sit corpus*, etc., vel, *uno constet corpore.* Vult enim vir doctissimus, Alexandrum alludere ad Epistolas Pauli, in quibus Ecclesia sæpius vocatur corpus Christi. Sed, pace summi viri, mihi quondam amicis- C simi dictum sit, ferri non potest hæc versio. Nam si Alexander ita sensisset ut vult Holstenius, diceret profecto ἑνὸς σώματος οὔσης τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας. Quod cum non dixerit, apparet non alium esse sensum horum verborum, quam quem posuerunt interpretes. Præterea si Alexander voluisset dicere, Ecclesiam esse corpus Christi, non dixisset ἑνὸς σώματος, sed potius σώματος τοῦ Χριστοῦ.

(17) *Νομίσειε.* In codice Leonis Allatii et apud Gelasium Cyzicenum legitur ὑπονοήσειε.

(18) *Οὐκ ἐκδεδίκηται κατ' αὐτοῦ.* In codice Leonis Allatii legitur τὰ κατ' αὐτοῦ. Apud Gelasium autem Cyzicenum τὰ κατ' αὐτόν. Sed vulgata lectio magis placet, quam confirmat etiam Epiphanius Scholasticus, qui sic vertit : *Non est in eum ultio subsecuta.*

## VARIORUM

tus erat, genere ut opinor, materno longius contingebat. Vide Ammian. Marcell. lib. XXII. Primum Beryti in Syria episcopus, inde Nicomediam, imperii occidentalis tunc temporis sedem, veluti Romæ æmulam, nuper a Diocletiano mire exornatam, vir supra modum ambitiosus transferri se curavit. Arium in clientelam suam recepit; amicitiam cum eo et communionem, ejusque causam missis ubique litteris gnaviter egit. Idem prorsus cum Ario docuit, Filium nempe non modo κτιστὸν εἶναι καὶ θεμελιωτὸν καὶ γεννητὸν τῇ οὐσίᾳ, sed et alterum ab ingenito vere esse, et non ex ejus substantia factum, nec ullo modo participem naturæ illius, nec e substantia ejus exsistentem, verum natura et virtute prorsus diversum, ad perfectam licet similitudinem naturæ virtutisque opificis sui conditum. Eadem porro dogmata docere non contentus, totius factionis dux ac signifer evasit, omniumque malorum quæ in Atha- D nasium machinabantur Ariani, ἐργοδιώκτης unicus. Inde Arii sectatores vulgo *Eusebiani*, et οἱ περὶ Εὐσέβιον dicti. (Guil. Cave, ann. Christi 324.)

[i] *Καὶ συνέδριον πολλῶν ἐπισκόπων καθίσας, τὸν μὲν Ἄρειον, καὶ τοὺς ἀποδεχομένους τὴν δόξαν αὐτοῦ καθαιρεῖ.* Prius, ut videtur, presbyteros et diaconos Alexandriæ et Mareotidis in unum congregavit, quorum consensum in Ario ejusque sequacibus deponendis postulavit. Ipsam Alexandri ad clerum suum allocutionem in lucem protulit Cotelerius, notis in librum VIII *Constit. apost.*, cap. 28. W. LOWTH.

[j] *Ἐπιστολὴ Ἀλεξάνδρου.* Ediderunt hanc epistolam doctiss. monachi Benedictini inter Opera S. Athanasii, tomo primo, pag. 396, ubi observant hoc, quod Socrates dedit, exemplar multis mendis esse respersum; desiderari etiam hic Alexandrini cleri subscriptiones, quas ad suæ editionis calcem

Digitized by Google

ται καὶ τούτων τῶν ἀποστατῶν, καὶ γράφειν ἐπεχείρησε πανταχοῦ, συνιστῶν αὐτοὺς, εἴπως ὑποσύρῃ (19) τινὰς ἀγνοοῦντας εἰς τὴν ἐσχάτην καὶ χριστομάχον αἵρεσιν· ἀνάγκην ἔσχον, εἰδὼς τὸ ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένον, μηκέτι μὲν σιωπῆσαι, ἀναγγεῖλαι δὲ πᾶσιν ὑμῖν, ἵνα γινώσκητε τούς τε ἀποστάτας γενομένους, καὶ τὰ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν δύστηνα ῥημάτια, καὶ ἐὰν γράφῃ Εὐσέβιος, μὴ προσέχητε. Τὴν πάλαι γὰρ αὐτοῦ κακόνοιαν τὴν χρόνῳ σιωπηθεῖσαν, νῦν διὰ τούτων ἀνανεῶσαι βουλόμενος, σχηματίζεται μὲν ὡς ὑπὲρ τούτων γράφων· ἔργῳ δὲ δείκνυσιν, ὡς ὅτι ὑπὲρ ἑαυτοῦ σπουδάζων, τοῦτο ποιεῖ. Οἱ μὲν οὖν ἀποστάται γενόμενοί εἰσιν· Ἄρειος, Ἀχιλλᾶς, Ἀειθαλὴς καὶ Καρπώνης, καὶ ἕτερος Ἄρειος, καὶ Σαρμάτης [k], καὶ Εὐζώϊος, καὶ Λούκιος, καὶ Ἰουλιανὸς, καὶ Μηνᾶς, καὶ Ἑλλάδιος, καὶ Γάϊος, καὶ σὺν αὐτοῖς Σεκοῦνδος καὶ Θεωνᾶς, οἱ ποτὲ λεχθέντες ἐπίσκοποι. Ποῖα δὲ παρὰ τὰς Γραφὰς ἐφευρόντες λαλοῦσιν, ἔστι ταῦτα (20)· Οὐκ ἀεὶ ὁ Θεὸς πατὴρ ἦν [l]· ἀλλ' ἦν ὅτε ὁ Θεὸς πατὴρ οὐκ ἦν. Οὐκ ἀεὶ ἦν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀλλ' ἐξ οὐκ ὄντων γέγονεν. Ὁ γὰρ ὢν Θεὸς, τὸν μὴ ὄντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος πεποίηκε. Διὸ καὶ ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν. Κτίσμα γάρ ἐστι καὶ ποίημα ὁ Υἱός. Οὔτε δὲ ὅμοιος κατ' οὐσίαν τῷ Πατρί ἐστιν, οὔτε ἀληθινὸς καὶ φύσει τοῦ Πατρὸς Λόγος ἐστὶν, οὔτε ἀληθινὴ σοφία αὐτοῦ ἐστι (21)· ἀλλ' εἷς μὲν τῶν ποιημάτων καὶ γενητῶν ἐστι· καταχρηστικῶς δὲ Λόγος καὶ Σοφία, γενόμενος καὶ αὐτὸς δὲ τῷ (22) ἰδίῳ τοῦ Θεοῦ λόγῳ, καὶ τῇ ἐν τῷ Θεῷ σοφίᾳ, ἐν ᾗ καὶ τὰ πάντα καὶ αὐτὸν πεποίηκεν ὁ Θεός. Διὸ καὶ τρεπτός ἐστι καὶ ἀλλοιωτὸς τὴν φύσιν, ὡς καὶ πάντα τὰ λογικά. Ξένος τε καὶ ἀλλότριος, καὶ ἀπ-

sem episcopatum nullo ulciscente, impune transgressus est, horum apostatarum patrocinium suscipit, et litteras quaquaversus ausus est scribere, commendans illos, ut imperitos homines ad pessimam Christoque infensam hæresim traducat : necessarium duxi silentium abrumpere, utpote sciens id quod in lege scriptum est, vobisque omnibus renuntiare, quo et apostatas ipsos et infelicissima erroris illius verba cognoscatis, ac si forte Eusebius scripserit, ei minime attendatis. Pristinam enim malevolentiam suam, quæ longinquitate temporis jam oblivioni ac silentio tradita videbatur, per istos renovare nunc studens, simulat quidem se eorum causa litteras scribere : reipsa tamen declarat, se sua causa laborantem id agere. Eorum porro qui ab Ecclesia defecerunt hæc sunt nomina : Arius, Achillas, Aithales, Carpones, alter Arius, Sarmates, Euzoius, Lucius, Julianus, Menas, Helladius, Gaius : cumque his Secundus ac Theonas, qui olim episcopi sunt appellati. Ea vero quæ sine ulla Scripturarum auctoritate commenti temere effutiunt, sunt hujusmodi : Deus, inquiunt, non semper fuit pater, sed tempus exstitit cum Deus minime esset pater. Verbum Dei non semper fuit, sed ortum est ex nihilo. Deus enim qui est, illum qui non erat, ex eo quod non est procreavit. Proinde tempus aliquando fuit cum non esset : quippe Filius creatura est opusque. Neque vero similis est Patri secundum substantiam, neque verum ac genuinum Dei Verbum, nec vera ejusdem sapientia. Sed unus quidem est ex operibus et creaturis : abusive autem Verbum dicitur atque Sapientia, quippe cum et ipse exstiterit per proprium **12** Dei verbum et per sa-

## VALESII ANNOTATIONES.

(19) *Ἴσως ὑποσύρῃ*. Apud Gelasium in Historia concilii Nicæni libro II, legitur ὅπως ὑποσύρῃ. Sed in codice Leonis Allatii scriptum est εἴπως, quod præferendum puto.

(20) *Ἔστι ταῦτα*. Post hæc verba in codice Florentino hæc habentur, πῶς φρονοῦσιν Ἀρειανοί. Quæ ad marginem potius ascribi debuerant. Apud Gelasium similiter scriptum est hoc loco δόγμα Ἀρείου.

(21) *Οὔτε ἀληθινὴ σοφία αὐτοῦ ἐστιν*. Post hæc verba deerat integra pericope, quam nos ex tribus codicibus nostris, Florentino, Sfortiano, Allatiano, et ex Gelasio Cyziceno supplevimus hoc modo, ἀλλ' εἷς μὲν τῶν ποιημάτων καὶ γενητῶν ἐστι. Quæ verba in suo etiam codice legerat Epiph. Scholasticus, sicut ex versione ejus apparet. Totum enim locum ita transtulit : *Creatura est enim et factura Filius, neque similis est Patri secundum substantiam; neque verus est, neque vera sapientia ejus est, neque verum naturaliter Patris Verbum est, sed unus quidem creaturarum et facturarum est*. Ex his apparet Græcum codicem Socratis quo usus est Epiph. Scholasticus, a nostris paulo diversum fuisse. Codex tamen Leonis Allatii plane similis est ei quem secutus est Epiphanius. Sic enim habet : Οὔτε δὲ ἀληθινός ἐστιν, οὔτε ἀληθινὴ σοφία αὐτοῦ ἐστιν· οὔτε ἀληθινὸς καὶ φύσει τοῦ Πατρὸς Λόγος ἐστίν· ἀλλ' εἷς μὲν τῶν γεννημάτων καὶ ποιητῶν ἐστι· καταχρηστικῶς δὲ λέγεται Λόγος, καί, etc. Adeo inter se consentiunt auctores Historiæ tripertitæ Græcæ ac Latinæ, ut alter ab altero mutuatus videri possit.

(22) *Γενόμενος καὶ αὐτὸς δὲ τῷ*. In manuscripto codice Leonis Allatii hic locus ita legitur, γενόμενος καὶ αὐτὸς δὲ ὢν ἐν τῷ ἰδίῳ τοῦ Θεοῦ λόγῳ, καὶ ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ σοφίᾳ. Quam lectionem secutus est etiam Epiph. Scholast. qui sic vertit : *Factus et ipse et exsistens in proprio Dei verbo, et in Dei sapientia*, etc. Nos vero lectionem codicum nostrorum, Regii, Florentini et Sfortiani sequi maluimus, quam et Gelasius confirmat; nisi quod particulam δὲ non agnoscit, quæ pro δὴ posita videtur.

## VARIORUM.

subjecerunt. Legitur item, inquiunt, apud Gelasium, lib. II, cap. 3, cum subscriptionibus, sed mendis etiam obsita. Habetur denique apud Epiphanium Scholasticum, Historiæ tripertitæ lib. I, cap. 13.

[k] *Καὶ Σαρμάτης*. Post Σαρμάτης addit exemplar Benedictinorum οἱ ποτὲ πρεσβύτεροι· et mox post Γάϊος, οἱ ποτὲ διάκονοι.

*Οὐκ ἀεὶ ὁ Θεὸς πατὴρ ἦν*. Cl. Georgius Bullus, in hæc dogmata Arianorum animadvertens, ait, eos Λόγον duplicem, ut et duplicem Σοφίαν statuisse; alterum in ipso Patre residentem Λόγον, naturalem ipsius et proprium; per quem, et universitatem rerum et Λόγον alium condidit; alterum a Patre et insito Λόγῳ procreatum, qui Λόγος nominetur abusive, quippe qui nec genuinum ejus Verbum sit, nec ipsi coæternum, sed ἐξ οὐκ ὄντων a Deo hunc mundum condituro factus fuerit; et hunc posteriorem Λόγον Filium Dei dicebant. (*Defens. Fidei Nic.*, sect. III, cap. 4.)

Digitized by Google

pientiam quæ in Deo est, in qua Deus tum cætera omnia, tum eum ipsum fecit. Quamobrem suapte natura conversioni obnoxius est ac mutationi, perinde ac reliqua rationalia. Extraneum et alienum est Verbum, ac semotum a Dei substantia. Invisibilis atque inenarrabilis est Filio Pater : neque enim perfecte et exacte Filius novit Patrem, neque eum perfecte videre potest. Nam nec suam ipsius substantiam novit Filius, cujusmodi sit. Siquidem propter nos factus est, ut ejus tanquam instrumenti cujusdam opera Deus nos crearet. Nec ipse exstitisset unquam, nisi Deus nos creare voluisset. Et cum quidam eos interrogasset, utrum Dei Verbum mutari posset sicuti mutatus est diabolus, ipsi non veriti sunt respondere : Certe potest. Est enim naturæ mutabilis, cum gigni possit et creari. Hæc igitur dicentem Arium et summa cum impudentia affirmantem, nos quidem una cum Ægypti ac Libyæ episcopis, prope centum numero, in unum congregatis, tum ipsum, tum eos qui illi adhæserunt anathemate perculimus. Eusebius vero eos suscepit, impietatem pietati, et veritati studens miscere mendacium. Sed nequaquam prævalebit. Vincit enim veritas : nec ulla est societas luci cum tenebris, nec Christi cum diabolo consensio. Quis enim unquam talia audivit? Aut quis est qui et nunc audiens non obstupescat, et aures non obturet, ne hujusmodi verborum sordes penetrare ad eas possint? Quis Joannem audiens dicentem [1], *In principio erat Verbum*, non condemnet istos qui asserunt, Fuit tempus cum non esset? Aut quis audiens hæc verba ex Evangelio, *Unigenitus Filius* [2] : et, *Per ipsum facta sunt omnia* [2'], istos non oderit, affirmantes Filium esse unum ex creaturis? Enimvero quomodo potest unus esse ex illis quæ per ipsum facta sunt? Quomodo potest esse unigenitus, qui, juxta illorum sententiam, una cum reliquis omnibus in creaturarum ordine censetur? Qua ratione ortus sit ex nihilo, cum Pater dicat, *Eructavit cor meum verbum bonum* [3] : et alibi, *Ex utero ante luciferum genui te* [4]? Aut quomodo substantia dissimilis est Patri, cum sit imago perfecta et splendor Patris, cumque ipse dicat, *Qui vidit me, vidit Patrem* [5]? Quod si Filius ratio Patris est ac sapientia, quomodo fuit tempus

A εσχοινισμένος ἐστὶν ὁ Λόγος τῆς τοῦ Θεοῦ οὐσίας. Καὶ ἄῤῥητός ἐστιν (23) ὁ Πατὴρ τῷ Υἱῷ. Οὔτε γὰρ τελείως καὶ ἀκριβῶς γινώσκει ὁ Υἱὸς τὸν Πατέρα, οὔτε τελείως ὁρᾷν αὐτὸν δύναται. Καὶ γὰρ ἑαυτοῦ τὴν οὐσίαν οὐκ οἶδεν ὁ Υἱὸς ὡς ἔστι· δι' ἡμᾶς γὰρ πεποίηται, ἵνα ἡμᾶς δι' αὐτοῦ ὡς δι' ὀργάνου κτίσῃ ὁ Θεός· καὶ οὐκ ἂν ὑπέστη, εἰ μὴ ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἤθελεν ποιῆσαι. Ἠρώτησε γοῦν τις αὐτούς, εἰ δύναται ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος τραπῆναι ὡς ὁ διάβολος ἐτράπη· καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν εἰπεῖν, Ναὶ δύναται. Τρεπτῆς γὰρ φύσεώς (24) ἐστι, γεννητὸς (25) καὶ τρεπτὸς ὑπάρχων. Ταῦτα λέγοντας τοὺς περὶ Ἄρειον, καὶ ἐπὶ τούτοις ἀναισχυντοῦντας, αὐτούς τε καὶ τοὺς συνακολουθήσαντας αὐτοῖς, ἡμεῖς μὲν μετὰ τῶν κατ' Αἴγυπτον ἐπισκόπων καὶ τῆς Λιβύης (26), ἐγγὺς ἑκα-
B τὸν ὄντων, συνελθόντες ἀνεθεματίσαμεν· οἱ δὲ περὶ Εὐσέβιον προσεδέξαντο, σπουδάζοντες συγκαταμίξαι τὸ ψεῦδος τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τὴν ἀσέβειαν τῇ εὐσεβείᾳ. Ἀλλ' οὐκ ἰσχύσουσι. Νικᾷ γὰρ ἡ ἀλήθεια· καὶ οὐδεμία ἐστὶ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, οὐδὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ. Τίς γὰρ ἤκουσε πώποτε τοιαῦτα; Ἢ τίς νῦν ἀκούων οὐ ξενίζεται, καὶ τὰς ἀκοὰς βύει, ὑπὲρ τοῦ μὴ τὸν ῥύπον τούτων τῶν ῥημάτων ψαῦσαι τῆς ἀκοῆς; Τίς ἀκούων Ἰωάννου λέγοντος, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος*, οὐ καταγινώσκει τούτων λεγόντων, Ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν; Ἢ τίς ἀκούων ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, *μονογενὴς Υἱός*, καί, *Δι' αὐτοῦ ἐγένετο τὰ πάντα*, οὐ μισήσει τούτους φθεγγομένους, ὅτι εἷς ἐστι τῶν ποιημάτων ὁ Υἱός; Πῶς δὲ δύναται ἴσος εἶναι (27) τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων;
C Ἢ πῶς μονογενής, ὁ τοῖς πᾶσι κατ' ἐκείνους συναριθμούμενος; Πῶς δὲ ἐξ οὐκ ὄντων ἂν εἴη, τοῦ Πατρὸς λέγοντος, *Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν*· καί, *Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε*; Ἢ πῶς ἀνόμοιος τῇ οὐσίᾳ τοῦ Πατρός, ὁ ὢν εἰκὼν τελεία, καὶ ἀπαύγασμα τοῦ Πατρός, καὶ λέγων, *Ὁ ἐμὲ ἑωρακώς, ἑώρακε τὸν Πατέρα*; Πῶς δέ, εἰ λόγος καὶ σοφία ἐστὶ τοῦ Θεοῦ ὁ Υἱός, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν; ἴσον γάρ ἐστιν αὐτοὺς λέγειν, ἄλογον καὶ ἄσοφόν ποτε τὸν Θεόν. Πῶς δὲ τρεπτὸς ἢ ἀλλοιωτός, ὁ λέγων δι' ἑαυτοῦ, *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρί, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί*· καί, *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*· διὰ δὲ τοῦ προφήτου, *Ἴδετέ με ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι*; Εἰ δὲ καὶ ἐπ' αὐτόν τις τὸν Πατέρα τὸ

[1] Joan. I, 1. [2] ibid. 3. [2'] ibid. 18. [3] Psal. XLIV, 2. [4] Psal. CIX, 3. [5] Joan. XIV, 9.

## VALESII ANNOTATIONES.

(23) *Καὶ ἄῤῥητός ἐστιν*. In codice Leonis Allatii qui continet Historiam tripertitam, quam Theodorus Lector Græce composuit ex Socrate, Sozomeno ac Theodorito, legitur καὶ ἀόρατος. Atque ita legit Epiph. Scholasticus, sicut ex versione ejus apparet.

(24) *Τρεπτῆς γὰρ φύσεως*. Pro his verbis codex Allatii hæc habet, οἷα τρεπτῆς ὢν φύσεως καὶ γεννητός, quomodo etiam legit Epiphanius.

(25) *Γεννητός*. Scribendum puto γενητός, ut legitur apud Gelasium Cyzicenum. Neque aliter legit Epiphanius. Vertit enim : *Factus autem et convertibilis est*. Quod autem sequitur, καὶ τρεπτός, melius in Gelasio legitur καὶ κτιστός, quam scripturam in versione mea sum secutus.

D (26) *Καὶ τῆς Λιβύης*. In codice Leonis Allatii legitur καὶ Λιβύην. Apud Gelasium vero καὶ τὰς Λιβύας, quod magis placet. Duplex enim est Libya. Porro notandus est hic numerus centum episcoporum in Ægypto. Eumdem quoque numerum legere memini apud Athanasium in Apologia II, adversus Arianos, pag. 788 : Ἐπίσκοποί εἰσιν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ καὶ πενταπόλει, ἐγγὺς ἑκατόν.

(27) *Πῶς δὲ δύναται ἴσως εἶναι*. In codice Florentino et Sfortiano ἴσος legitur. Verum in codice Leonis Allatii, et apud Gelasium Cyzicenum hic locus longe rectius scribitur hoc modo : Πῶς γὰρ δύναται εἷς εἶναι τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων; Neque aliter legit Epiph. Scholasticus.

Digitized by Google

ῥητὸν δύναται ἀναφέρειν, ἀλλὰ καὶ ἁρμοδιώτερον ἂν εἴη περὶ τοῦ Λόγου νῦν λεγόμενον, ὅτι καὶ γενόμενος ἄνθρωπος οὐχ ἠλλοίωται, ἀλλ' ὡς ὁ Ἀπόστολος, *Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.* Τί δὲ ἄρα εἰπεῖν αὐτοὺς ἔπεισεν, ὅτι δι' ἡμᾶς γέγονε, καίτοι τοῦ Παύλου γράφοντος, *Δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα;* Περὶ μὲν οὖν τοῦ βλασφημεῖν αὐτοὺς, ὅτι οὐχ οἶδε τελείως ὁ Υἱὸς τὸν Πατέρα, οὐ δεῖ θαυμάζειν. Ἅπαξ γὰρ προθέμενοι χριστομαχεῖν, παραχρούονται καὶ τὰς φωνὰς αὐτοῦ τοῦ Κυρίου λέγοντος, *Καθὼς γινώσκει με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν Πατέρα.* Εἰ μὲν οὖν ἐκ μέρους γινώσκει ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν, δῆλον ὅτι καὶ ὁ Υἱὸς ἐκ μέρους γινώσκει τὸν Πατέρα. Εἰ δὲ τοῦτο λέγειν οὐ θέμις, οἶδε δὲ τελείως ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν, δῆλον ὅτι καθὼς γινώσκει ὁ Πατὴρ τὸν ἑαυτοῦ Λόγον, οὕτω καὶ ὁ Λόγος γινώσκει τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, οὗ καὶ ἔστι Λόγος. Καὶ ταῦτα λέγοντες, καὶ ἀναπτύσσοντες τὰς θείας Γραφὰς, πολλάκις ἀνετρέψαμεν αὐτούς. Καὶ πάλιν ὡς χαμαιλέοντες μετεβάλλοντο, φιλονεικοῦντες εἰς ἑαυτοὺς ἐφελκύσαι τὸ γεγραμμένον, *Ὅταν ἔλθῃ ὁ ἀσεβὴς εἰς βάθη κακῶν, καταφρονεῖ* [m]. Πολλαὶ γοῦν αἱρέσεις πρὸ αὐτῶν γεγόνασιν, αἵτινες πλέον τοῦ δέοντος τολμήσασαι, πεπτώκασιν εἰς ἀφροσύνην. Οὗτοι δὲ διὰ πάντων αὐτῶν τῶν ῥημάτων (28), ἐπιχειρήσαντες ταῖς ἀναιρέσεσι (29) τῆς τοῦ Λόγου θεότητος, ἐδικαίωσαν ἐξ ἑαυτῶν ἐκείνας, ὡς ἐγγύτεροι τοῦ ἀντιχρίστου γενόμενοι. Διὸ καὶ ἀπεκηρύχθησαν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ἀνεθεματίσθησαν. Λυπούμεθα μὲν οὖν ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τούτων, καὶ μάλιστα ὅτι μαθόντες ποτὲ καὶ αὐτοὶ τὰ τῆς Ἐκκλησίας, νῦν ἀπεπήδησαν. Οὐ ξενιζόμεθα δέ. Τοῦτο γὰρ καὶ Ὑμέναιος καὶ Φιλητὸς πεπόνθασι· καὶ πρὸ αὐτῶν Ἰούδας, ἀκολουθήσας τῷ Σωτῆρι, ὕστερον δὲ προδότης καὶ ἀποστάτης γενόμενος. Καὶ περὶ τούτων δὲ αὐτῶν οὐκ ἀδίδακτοι μεμενήκαμεν. Ἀλλ' ὁ μὲν Κύριος προείρηκε, *Βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ· πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου λέγοντες, Ἐγώ εἰμι, καὶ ὁ καιρὸς ἤγγικε· καὶ πολλοὺς πλανήσουσι. Μὴ πορευθῆτε ὀπίσω αὐτῶν.* Ὁ δὲ Παῦλος μαθὼν ταῦτα παρὰ τοῦ Σωτῆρος, ἔγραψεν, ὅτι *Ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως τῆς ὑγιαινούσης, προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις, καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων, ἀποτρεφομένων τὴν ἀλήθειαν.* Τοῦ τοίνυν Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, διά τε αὐτοῦ παραγγέλλοντος, καὶ διὰ τοῦ Ἀποστόλου σημαίναντος περὶ τῶν τοιούτων, ἀκολούθως ἡμεῖς αὐτήκοοι τῆς ἀσεβείας αὐτῶν γενόμενοι, ἀνεθεματίσαμεν καθὰ προείπομεν

A cum non esset? Perinde enim est ac si dicerent, Deum aliquando rationis et sapientiæ expertem fuisse. Quomodo mutationi conversionique obnoxius sit, cum de se ipse dicat, *Ego in Patre et Pater in me* [6]; et alibi, *Ego et Pater unum sumus* [7]; per prophetas vero multo ante pronuntiaverit : *Videte me, quod ego sum et non mutor* [8]? Ac licet quis hoc dictum ad Patrem ipsum referre **13** possit, aptius tamen fuerit nunc de Filio dictum accipere : eo quod cum homo factus sit, nequaquam est immutatus, sed, ut ait Apostolus, *Jesus Christus heri et hodie, idem ipse et in sæcula* [9]. Quidnam vero eos impulit, ut dicerent illum propter nos factum esse, cum Paulus utique dicat : *Propter quem omnia, et per quem omnia* [10]? De blasphemia vero illa qua dicunt
B Patrem non perfecte cognosci a Filio, nemini mirum videri debet. Nam cum semel Christo bellum indixerint, spernunt quoque verba ipsius Domini dicentis [11] : *Ut cognoscit me Pater, et ego cognosco Patrem.* Proinde si ex parte tantum Filium cognoscit Pater, palam est quod et Filius ex parte cognoscit Patrem. Quod si hoc dicere nefas est, et si Pater perfecte novit Filium, perspicuum est quod quemadmodum Pater Verbum suum cognoscit, ita et Filius novit Patrem suum cujus est Verbum. Ac nos quidem hæc dicentes, et sacras Scripturas replicantes, sæpenumero eos convicimus. Verum illi tanquam chamæleontes, subinde mutati sunt, dum student sibimetipsis privatim vindicare id quod
C scriptum est : *Impius cum in profundum malorum gurgitem venerit, spernit.* Multæ quidem ante illos hæreses exstiterunt, quæ plus quam decebat ausæ, in extremam dementiam prolapsæ sunt. Isti vero divinitatem Verbi cunctis sermonibus suis subvertere moliti, effecerunt quantum quidem in se est, ut priores hæreses illæ justæ esse viderentur, quippe qui ad Antichristum propius accedant. Quamobrem abdicati sunt ab Ecclesia, et anathemate percussi. Ac dolore quidem afficimur ob exitium illorum, ideo præsertim quod cum Ecclesiæ doctrinam olim perceperint, nunc ab ea desciverunt. Nequaquam tamen magnopere miramur. Idem enim Hymenæo contigit et Phileto [12] : et ante hos Judæ, qui cum Servatorem sectatus fuisset, tandem proditor ejus
D factus est ac desertor. Ac de his etiam ipsis præmonitiones neutiquam nobis defuerunt. Nam Dominus quidem ipse prædixit : *Cavete ne quis vos seducat. Venient enim multi in nomine meo, dicentes : Ego sum, et tempus appropinquavit : multosque in erro-*

[6] Joan. x, 38. [7] ibid. 30. [8] Malach. III, 6. [9] Hebr. XIII, 8. [10] Hebr. II, 10. [11] Joan. x, 15. [12] II Tim. II, 17.

## VALESII ANNOTATIONES.

(28) *Διὰ πάντων αὐτῶν τῶν ῥημάτων.* Rectius in codice Leonis Allatii legitur διὰ πάντων τῶν ἑαυτῶν ῥημάτων. Gelasius vero scriptum habet διὰ πάντων τῶν ἑαυτῶν ῥηματίων.

(29) *Ἐπιχειρήσαντες ταῖς ἀναιρέσεσι.* Magis placet lectio quæ habetur in codice Leonis Allatii et apud Gelasium, ἐπιχειρήσαντες τὰ εἰς ἀναίρεσιν.

## VARIORUM.

[m] *Ὅταν ἔλθῃ ὁ ἀσεβὴς εἰς βάθη κακῶν, καταφρονεῖ.* Locus desumptus e Proverb. XVIII, 3, juxta LXX. W. Lowth.

Digitized by Google

*rem inducent. Nolite eos sequi* [13]. Paulus autem qui ista a Servatore didicerat, ita scribit : *Novissimis temporibus deficient quidam a fide sana, attendentes spiritibus erroris, et doctrinis dæmonum veritatem aversantium* [14]. Cum igitur et Servator noster Jesus Christus per se ipse hoc præceperit, et per Apostolum de istis significaverit, jure merito nos qui impietatem illorum coram audivimus, ejusmodi homines, sicut prædictum est, anathemate perculimus, eosque ab Ecclesia ac fide catholica alienos esse declaravimus. Idipsum autem vestræ pietati indicavimus, dilecti **14** et charissimi comministri, ut neque eos, si forte ad vos etiam venire præsumpserint, suscipiatis, neque Eusebio vel alteri cuiquam qui illorum causa ad vos scripserit, fidem accommodetis. Nos enim qui Christiani sumus, eos omnes qui adversus Christum et loquuntur et sentiunt, non secus ac Dei hostes et corruptores animorum aversari debemus, ac ne Ave quidem ejusmodi hominibus dicere [15], ne sceleribus eorum ullatenus communicemus, sicut a beato Joanne præceptum est. Salutate fratres qui vobiscum sunt. Hi qui apud nos sunt, vos salutant.

A τοὺς τοιούτους, ἀποδείξαντες αὐτοὺς ἀλλοτρίους τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας τε καὶ πίστεως. Ἐδηλώσαμεν δὲ καὶ τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ, ἀγαπητοὶ καὶ τιμιώτατοι συλλειτουργοὶ, ἵνα μήτε τινὰς ἐξ αὐτῶν, εἰ προπετεύσαιντο καὶ πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν, μὴ προσδέξησθε, μήτε Εὐσεβίῳ, ἢ ἑτέρῳ τινὶ γράφοντι περὶ αὐτῶν πεισθῆτε. Πρέπει γὰρ ἡμᾶς ὡς Χριστιανοὺς ὄντας, πάντας τοὺς κατὰ Χριστοῦ λέγοντάς τε καὶ φρονοῦντας, ὡς θεομάχους καὶ φθορέας τῶν ψυχῶν ἀποστρέφεσθαι, καὶ μηδὲ κἂν χαίρειν τοῖς τοιούτοις λέγειν, ἵνα μή ποτε καὶ ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν κοινωνοὶ γενώμεθα, ὡς παρήγγειλεν ὁ μακάριος Ἰωάννης. Προσείπατε τοὺς παρ' ὑμῖν ἀδελφούς. Ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ προσαγορεύουσι.

Hujusmodi litteris ad omnes episcopos per singulas urbes constitutos ab Alexandro datis, malum in deterius profecit, cum ii qui litteras acceperant, ad contentionem excitarentur. Et alii quidem litteris consentientes, iisdem etiam subscripserunt. Alii vero contrarium fecere. Sed maxime omnium Eusebius Nicomediensis episcopus ad dissentiendum impulsus est, eo quod Alexander in suis litteris nominatim ipsum perstrinxisset. Porro Eusebius tunc temporis plurimum poterat, propterea quod imperator degebat Nicomediæ. Illic enim paulo ante Diocletianus palatium ædificaverat. Hanc igitur ob causam multi episcopi Eusebio obsequebantur. Et ille frequentes litteras mittebat, nunc ad Alexandrum, monens ut suppressa quæstione quæ inter ipsos commota fuerat, Arium in communionem reciperet, nunc ad singularum urbium episcopos, suadens ne Alexandro consensum accommodarent. Quo factum est ut tumultu ac perturbationibus omnia complerentur. Neque enim solos ecclesiarum antistites verbis inter se digladiantes cernere licebat, verum etiam populi multitudinem duas in partes divisam : aliis ad hos, aliis ad illos sese applicantibus. Denique eo indignitatis res processit, ut publice in ipsis etiam theatris Christiana religio derideretur. Et ii quidem qui erant Alexandriæ, de summis fidei nostræ dogmatibus pertinaciter contendebant. Ab iisdem ad singularum provinciarum episcopos missæ sunt legationes. Et isti in alterutram divisi partem, ejusdem cum illis se-

B Τοιαῦτα τοῖς ἁπανταχοῦ κατὰ πόλιν Ἀλεξάνδρου γράφοντος, χεῖρον ἐγένετο τὸ κακὸν, εἰς φιλονεικίαν ἐξαπτομένων, οἷς τὰ γραφέντα ἐγνωρίζετο. Καὶ οἱ μὲν τοῖς γραφεῖσι σύμψηφοι γινόμενοι, καὶ προσυπέγραφον. Οἱ δὲ τοὐναντίον ἐποίουν. Μάλιστα δὲ πρὸς ἀντιπάθειαν ἐκεκίνητο ὁ τῆς Νικομηδείας Εὐσέβιος, ὅτι αὐτοῦ κακῶς Ἀλέξανδρος ἐν τοῖς γραφεῖσι μνήμην πεποίητο. Ἴσχυε δὲ κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ μάλιστα ὁ Εὐσέβιος, ὅτι κατὰ τὴν Νικομήδειαν ὁ βασιλεὺς τότε διέτριβε. Καὶ γὰρ ἐκεῖ τὰ βασίλεια μικρὸν ἔμπροσθεν οἱ περὶ Διοκλετιανὸν ἐπεποίηντο. Διὰ τοῦτο οὖν πολλοὶ τῶν ἐπισκόπων τῷ Εὐσεβίῳ ὑπήκουον· κἀκεῖνος συνεχῶς ἐπέστελλεν, Ἀλεξάνδρῳ μὲν, ἵνα καθυφεὶς τὸ κινούμενον ζήτημα (30), δέξηται τοὺς περὶ Ἄρειον. Τοῖς δὲ κατὰ πόλιν, ὅπως ἂν μὴ γένοιντο σύμψηφοι C Ἀλεξάνδρῳ. Ὅθεν τὰ πάντα ἦν ταραχῆς ἀνάμεστα. Οὐ γὰρ μόνους ἦν ἰδεῖν τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προέδρους λόγοις διαπληκτιζομένους, ἀλλὰ καὶ πλήθη τεμνόμενα· τῶν μὲν ὡς τούτοις (31), τῶν δὲ θατέροις ἐπικλινομένων. Εἰς τοσοῦτον δὲ ἀτοπίας προέβη τὸ πρᾶγμα, ὥστε δημοσίᾳ καὶ ἐν αὐτοῖς θεάτροις τὸν Χριστιανισμὸν γελᾶσθαι. Οἱ μὲν οὖν κατ' αὐτὴν τὴν Ἀλεξάνδρειαν, νεανικῶς περὶ τῶν ἀνωτάτω δογμάτων διεπληκτίζοντο, διεπρεσβεύοντό τε πρὸς τοὺς κατ' ἐπαρχίαν ἐπισκόπους. Οἱ δὲ, εἰς θάτερον τεμνόμενοι μέρος, τῆς ἐκείνων ὁμοίας στάσεως ἐγίνοντο. Συνανεμίγνυντο δὲ τοῖς Ἀρειανίζουσι Μελιτιανοὶ (32), οἱ μικρὸν ἔμπροσθεν τῆς Ἐκκλησίας χωρισθέντες. Τίνες δέ εἰσιν οὗτοι, λεκτέον. Ὑπὸ Πέτρου τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, τοῦ ἐπὶ Διοκλητιανοῦ

[13] Matth. XXIV, 4 sqq. [14] I Tim. IV, 1. [15] II Joan. 10.

## VALESII ANNOTATIONES.

(30) *Τὸ κινούμενον ζήτημα*. Codex Leonis Allatii scriptum habet τὸ κινοῦν τὴν ταραχὴν ζήτημα· cui consentit Epiphanius Scholasticus. Paulo post ubi legitur σύμψηφοι Ἀλεξάνδρῳ, idem codex habet σύμψηφοι, οἷς Ἀλέξανδρος ἔγραφε.

(31) *Τῶν μὲν ὡς τούτοις*. Florentinus codex scriptum habet, ὡς τούτους, quod non displicet.

(32) *Συνανεμίγνυντο δὲ τοῖς Ἀρειανίζουσι Μελιτιανοί*. Fallitur hic Socrates, ut equidem existi- D mo. Neque enim Melitiani Arianis se adjunxerunt, nisi post synodum Nicænam, ab Eusebio Nicomediensi sollicitati ut adversus Athanasium calumnias texerent, quemadmodum testatur ipse Athanasius in Apologetico secundo adversus Arianos. Certe si Melitiani ante synodum Nicænam conjuncti fuissent cum Arianis, non tam benigne eos tractassent Patres synodi Nicænæ.

Digitized by Google

μαρτυρήσαντος, Μελίτιός τις [n] μιᾶς τῶν ἐν Αἰγύπτῳ πόλεων ἐπίσκοπος καθῃρέθη, δι' ἄλλας τε πολλὰς αἰτίας, καὶ μάλιστα ὅτι ἐν τῷ διωγμῷ ἀρνησάμενος τὴν πίστιν, ἐπέθυσεν. Οὗτος καθαιρεθεὶς, πολλούς τε ἐσχηκὼς τοὺς ἑπομένους αὐτῷ, αἱρεσιάρχης κατέστη τῶν ἄχρι νῦν ἐξ αὐτοῦ κατὰ τὴν Αἴγυπτον Μελιτιανῶν καλουμένων. Ἀπολογίαν τε οὐδὲ μίαν εὔλογον ἔχων τοῦ κεχωρίσθαι τῆς Ἐκκλησίας, ἠδικῆσθαι μὲν ἔλεγεν ἑαυτὸν ἁπλῶς. Ἐκακηγόρει δὲ καὶ ἐλοιδόρει τὸν Πέτρον. Ἀλλὰ Πέτρος μὲν ἐν τῷ διωγμῷ μαρτυρήσας, ἐτελεύτησεν. Ὁ δὲ μεταφέρει τὰς λοιδορίας ἐπὶ Ἀχιλλᾶν, ὃς μετὰ Πέτρον ἐπίσκοπος ἦν· καὶ αὖθις ἐπὶ τὸν μετὰ Ἀχιλλᾶν γεγενημένον Ἀλέξανδρον. Ἐν τούτοις δὲ καθεστώτων αὐτῶν, ἐπιγίνεται τὸ κατὰ Ἄρειον ζήτημα· καὶ ὁ Μελίτιος ἅμα τοῖς αὐτοῦ συνελαμβάνετο τῷ Ἀρείῳ, κατὰ τοῦ ἐπισκόπου συμφατριάζων αὐτῷ (33). Καὶ ὅσοις μὲν ἄτοπος ἦν ἡ Ἀρείου δόξα, ἀπεδέχοντο τοῦ Ἀλεξάνδρου τὴν ἐπὶ Ἀρείῳ κρίσιν, καὶ ὡς δικαία εἴη ἡ κατὰ τῶν οὕτω φρονούντων ψῆφος. Ἔγραφον δὲ καὶ οἱ περὶ τὸν Νικομηδέα Εὐσέβιον, καὶ ὅσοι τὴν Ἀρείου δόξαν ἠσμένιζον, ὥστε λύειν μὲν τὴν φθάσασαν ἀποκήρυξιν, ἐπανάγειν δὲ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν τοὺς ἀποκηρυχθέντας· μήτε γὰρ δοξάζειν κακῶς. Οὕτως ἐναντίων τῶν γραμμάτων πρὸς τὸν ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας πεμπομένων, πεποίηνται τῶν ἐπιστολῶν τούτων συναγωγὰς, Ἄρειος μὲν τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ, Ἀλέξανδρος δὲ τῶν ἐναντίων· καὶ τοῦτο πρόφασις γέγονεν ἀπολογίας ταῖς νῦν ἐπιπολαζούσαις αἱρέσεσιν Ἀρειανῶν, Εὐνομιανῶν, καὶ ὅσοι τὴν ἐπωνυμίαν ἀπὸ Μακεδονίου ἔχουσιν· ἕκαστοι γὰρ μάρτυσι ταῖς ἐπιστολαῖς ἐχρήσαντο τῆς οἰκείας αἱρέσεως.

ditionis ac tumultus participes exstiterunt. Cæterum Arianis sese adjunxerunt Melitiani, qui paulo ante ab Ecclesia fuerant segregati. Quinam autem isti sint, operæ pretium fuerit dicere. Melitius quidam episcopus Ægypti, a Petro Alexandriæ episcopo, qui sub Diocletiano martyrium consummavit, tum **15** ob alias causas depositus est, tum præsertim eo quod persecutionis tempore fidem inficiatus, sacrificasset. Qui cum sacerdotio pulsus esset, multosque haberet sectatores, ducem atque auctorem se præbuit hæresis eorum, qui ab ejus nomine Melitiani in Ægypto etiamnum appellantur. Porro cum nullam haberet idoneam causam cur se ab Ecclesia segregasset, se quidem affectum injuria esse dicebat, Petrum vero maledictis et conviciis incessebat. Ac Petrus quidem persecutionis tempore martyrio est coronatus. Melitius vero calumnias suas transtulit primum in Achillam qui Petro in episcopatu successerat, deinde in Alexandrum Achillæ successorem. Dum hæc ab illis geruntur, orta est Arii controversia: et Melitius una cum suis Arii partes fovit, cum illo conspirans adversus episcopum. Cæterum quibus Arii opinio absurda esse videbatur, ii prolatam ab Alexandro adversus illum sententiam approbarunt, eosque qui ita sentirent jure damnatos esse censuerunt. Eusebius vero Nicomediensis, et quotquot opinionem Arii amplectebantur, ad Alexandrum scripserunt, ut latam jam excommunicationis sententiam dissolveret, et excommunicatos ad Ecclesiam revocaret: neque enim illos male sentire. In hunc modum cum contrariæ utrinque litteræ ad episcopum Alexandriæ mitterentur, utriusque partis litteræ in unum corpus collectæ sunt. Et Arius quidem eas quæ causæ suæ favebant, Alexander vero contrarias in unum volumen redegit. Atque hinc sectæ illæ quæ nostra ætate plurimum vigent, Arianorum scilicet, Eunomianorum, et eorum qui Macedoniani vocantur, defensionis suæ ansam arripiunt: singuli enim sectæ suæ epistolas, tanquam testes idoneos laudant.

## ΚΕΦΑΛ. Ζʹ.

*Ὡς ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος λυπηθεὶς ἐπὶ τῇ ταραχῇ τῶν ἐκκλησιῶν, ἔπεμψεν Ὅσιον τὸν Ἱσπανὸν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, εἰς ὁμόνοιαν παρακαλῶν τὸν ἐπίσκοπον καὶ τὸν Ἄρειον.*

Ταῦτα δὲ πυθόμενος ὁ βασιλεὺς, καὶ τὴν ψυχὴν ὑπεραλγήσας, συμφοράν τε οἰκείαν εἶναι τὸ πρᾶγμα ἡγησάμενος, παραχρῆμα τὸ ἀναφθὲν κακὸν κατασβέσαι σπουδάζων, γράμματα πρὸς Ἀλέξανδρον καὶ

## CAP. VII.

*Quomodo imp. Constantinus ob Ecclesiarum perturbationem dolore affectus, Hosium Hispanum misit Alexandriam, episcopum et Arium ad concordiam exhortans.*

Hæc cum audisset imp., gravissimo dolore perculsus est, suamque esse ducens hanc calamitatem, eo incubuit ut excitatum malum quamprimum restingueret. Proinde litteras mittit ad Alexandrum

### VALESII ANNOTATIONES.

(33) *Συμφατριάζων αὐτῷ.* Post hæc verba codex Leonis Allatii hæc addit, καὶ συλλυττῶν.

### VARIORUM.

[n] *Μελίτιός τις.* Cadit, juxta Athanasium, Meletiani exordium schismatis in annum 301, vel 302: ait enim ipse in Epistola ad episcopos Ægypti et Libyæ, anno 356 conscripta, Meletianos ante annos 55 schismaticos evasisse. Secus tamen existimarunt Baronius aliique, qui cum eam epistolam ad annum 361 referant, Meletiani schismatis initio annum 306 consequenter assignant. Sed eam ipsam epistolam certissime ad annum 356 pertinere in Monito ad eamdem palam faciemus. Nonnihil tamen negotii faciant Socratis verba, qui ait Meletium persecutionis tempore idolis immolasse: cum enim persecutio anno 303 grassari cœperit, non potuit Meletius ob illud flagitii, persecutionis hujus tempore commissi, anno 301 abdicari et schisma efficere. Verum cum Socrates hanc historiam ex Athanasio fere ad verbum sit mutuatus, videtur sane illud, ἐν τῷ διωγμῷ, quod ille de Meletio loquens ait, suo marte addidisse; alias enim sæpissime Athanasii sententiam referens, ab Athanasii scopo non parum aberrat. Nihil tamen repugnat, Meletium ante annum 301 idolis immolasse: licet enim ingens illa persecutio nondum cœpisset, attamen quavis minima data occasione, certis in locis persecutio in quosdam concitabatur. (Clariss. monachi Benedictini, Notis in S. Athanasii *Apologiam contra Arianos*, pag. 177.)

Digitized by Google

et Arium, per virum spectatæ fidei, Hosium nomine, episcopum Cordubæ quæ Hispaniæ civitas est: quem quidem imperator et amabat et colebat plurimum. Harum litterarum partem hic inserere opportunum **16** duxi. Integræ enim exstant in libris Eusebii de Vita Constantini.

*Victor Constantinus Maximus Augustus, Alexandro et Ario.*

Præsentis controversiæ initium hinc exstitisse comperio. Cum enim tu, Alexander, a presbyteris tuis requireres, quid unusquisque eorum de quodam legis loco sentiret, seu potius de quadam parte inanis quæstionis eos interrogares: cumque tu, Ari, id quod vel nunquam cogitare, vel sane cogitatum silentio premere debueras, imprudenter protulisses; excitata inter vos discordia, communio quidem denegata est; sanctissimus autem populus duas in partes discissus, a totius corporis unitate discessit. Quocirca uterque vestrum veniam vicissim alteri tribuens, id amplectatur, quod conservus vester vobis justissime suadet. Quidnam vero illud est? Nec interrogare de hujusmodi rebus principio decebat, nec interrogatum respondere. Istiusmodi enim quæstiones, quas nullius legis necessitas præscribit, sed inutilis otii altercatio proponit, licet ingenii exercendi causa instituantur, tamen intra mentis nostræ penetralia continere debemus, nec eas facile in publicos efferre conventus, nec auribus vulgi inconsulte committere. Quotusquisque enim est, qui tantarum rerum tamque difficilium vim atque naturam aut accurate comprehendere, aut pro dignitate explicare sufficiat? Quod si quis id facile præstare posse existimetur, quotæ tandem parti vulgi id persuasurus est? Aut quis in ejusmodi quæstionum subtili et accurata disputatione, citra periculum gravissimi lapsus possit consistere? Itaque in hujusmodi quæstionibus loquacitas comprimenda est; ne forte aut nobis ipsis id quod propositum est, explicare non valentibus, ob naturæ nostræ infirmitatem, aut auditoribus ob ingenii tarditatem ea quæ dicuntur minime assequentibus; ex alterutro horum, aut in blasphemiæ, aut in schismatis necessitatem populus incurrat. Proinde et incauta interrogatio, et inconsulta responsio, apud utrumque ve-

A Ἄρειον πέμπει, δι' ἀνδρὸς ἀξιοπίστου, ᾧ ὄνομα μὲν ἦν Ὅσιος °, μιᾶς δὲ τῶν ἐν τῇ Ἱσπανίᾳ πόλεων ὄνομα Κουδρούβης, ὑπῆρχεν ἐπίσκοπος· πάνυ τε αὐτὸν ἠγάπα, καὶ διὰ τιμῆς ἦγεν ὁ βασιλεύς. Ὧν γραμμάτων μέρος ἐνταῦθα κεῖσθαι οὐκ ἄκαιρον. Ἡ γὰρ ὅλη ἐπιστολὴ ἐν τοῖς Εὐσεβίου εἰς τὸν Κωνσταντίνου βίον κεῖται βιβλίοις (34).

*Νικητὴς Κωνσταντῖνος, Μέγιστος, Σεβαστὸς, Ἀλεξάνδρῳ καὶ Ἀρείῳ.*

Μανθάνω ἐκεῖθεν ὑπῆρχθαι τοῦ παρόντος ζητήματος τὴν καταβολήν. Ὅτε γὰρ σὺ, ὦ Ἀλέξανδρε, ἐζήτεις παρὰ τῶν πρεσβυτέρων, τί δήποτε ἕκαστος αὐτῶν (35) ὑπέρ τινος τόπου τῶν ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένων, μᾶλλον δὲ ὑπέρ τινος ματαίου ζητήματος μέρους πυνθάνοιο· σύ τε, ὦ Ἄρειε, ὅπερ ἢ B μήτε τὴν ἀρχὴν ἐνθυμηθῆναι, ἢ ἐνθυμηθέντα, σιωπῇ παραδοῦναι προσῆκον ἦν, ἀπροόπτως ἐντέθεικας· ὅθεν τῆς ἐν ὑμῖν διχονοίας ἐγερθείσης, ἡ μὲν σύνοδος ἠρνήθη· ὁ δὲ ἁγιώτατος λαὸς εἰς ἀμφοτέρους σχισθεὶς, ἐκ τῆς τοῦ κοινοῦ σώματος ἁρμονίας ἐχωρίσθη. Οὐκοῦν ἑκάτερος ὑμῶν ἐξίσου τὴν γνώμην παρασχὼν, ὅπερ ἂν ὁ συνθεράπων ὑμῶν δικαίως παραινεῖ, δεξάσθω (36). Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; Οὔτε ἐρωτᾷν ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἐξ ἀρχῆς προσῆκον ἦν, οὔτε ἐρωτώμενον ἀποκρίνασθαι. Τὰς γὰρ τοιαύτας ζητήσεις, ὁπόσας οὐ νόμου τινὸς ἀνάγκη προστάττει, ἀλλὰ ἀνωφελοῦς ἀργίας ἐρεσχελία προστίθησιν, εἰ καὶ φυσικῆς τινος γυμνασίας ἕνεκα γίνοιτο, ὅμως ὀφείλομεν εἴσω τῆς διανοίας ἐγκλείειν, καὶ μὴ C προχείρως εἰς δημοσίας συνόδους ἐκφέρειν, μηδὲ ταῖς πάντων ἀκοαῖς ἀπρονοήτως πιστεύειν. Πόσος γάρ ἐστιν ἕκαστος, ὡς τε πραγμάτων οὕτω μεγάλων καὶ λίαν δυσχερῶν δύναμιν, ἢ πρὸς τὸ ἀκριβὲς συνιδεῖν, ἢ κατ' ἀξίαν ἑρμηνεῦσαι; Εἰ δὲ καὶ τοῦτο ποιεῖν τις εὐχερῶς νομισθείη, πόσον μέρος τοῦ δήμου πείσει; ἢ τίς ὁ ταῖς τῶν τοιούτων ζητημάτων ἀκριβείαις, ἔξω τῆς ἐπικινδύνου παρολισθήσεως, ἀντισταίη; Οὐκοῦν ἐφεκτέον ἐν τοῖς τοιούτοις τὴν πολυλογίαν, ἵνα μήπως ἡ ἡμῶν ἀσθένεια τῆς φύσεως, τὸ προτεθὲν ἑρμηνεῦσαι μὴ δυνηθέντων, ἢ ἡ τῶν διδασκομένων ἀκροατῶν βραδυτέρα σύνεσις, πρὸς ἀκριβῆ τοῦ ῥηθέντος κατάληψιν ἐλθεῖν μὴ χωρησάντων, αὖθις ἐξ ἑκατέρου τούτων ἢ βλασφημίας, ἢ σχίσματος εἰς ἀνάγκην ὁ δῆμος περισταίη. Διόπερ καὶ ἐρώτησις D ἀπροφύλακτος, καὶ ἀπόκρισις ἀπρονόητος, τὴν ἴσην

## VALESII ANNOTATIONES.

(34) *Κεῖται βιβλίοις* Post hæc verba in Florentino codice additur, μέρος ἐπιστολῆς. Quæ verba licet ad marginem ascribi possint, interdum tamen a scriptoribus ponuntur in corpore, ut videre est apud Athanasium in Apologetico adversus Arianos.

(35) *Τί δήποτε ἕκαστος αὐτῶν*. Codex Leonis Allatii et Gelasius Cyzicenus addunt φρονεῖ. Vide quæ notavi ad Eusebii lib. II de Vita Contantini, cap. 69. Paulo post ubi legitur ἐντέθεικας, idem codex Allatii scriptum habet ἀντέθεικας.

(36) *Δεξάσθω*. In Florentino et Sfortiano codice legitur δέξασθε, atque ita fere codex Leonis Allatii.

## VARIORUM.

° *Ὅσιος*. Hosius, gente Hispanus, Cordubæ, Senecæ et Lucani natalibus inclytæ, in provincia Bætica episcopus, sub persecutione Maximiani confessione nobilis. Interfuit synodo Illiberi habitæ anno 305, seu ex Ferdinand. Mendozæ calculo, 300, vel 301. Apud Constantinum M. summa in gratia multos annos floruit, eique erat a sacris consiliis; ab eo ad synodum Arelatensem anno 314 evocatus; ab eodem anno 324 Alexandriam ad sedandam controversiam Arianam cum litteris missus. (Guil. Cave, ad ann. 316.)

Digitized by Google

ἀλλήλαις ἐπιδιδότωσαν ἐφ' ἑκατέρῳ συγγνώμην· οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ τοῦ κορυφαίου τῶν ἐν τῷ νόμῳ παραγγελμάτων ὑμῖν ἐξήφθη πρόφασις, οὐδὲ καινή τις ὑμῖν ὑπὲρ τῆς τοῦ Θεοῦ θρησκείας αἵρεσις ἀντεισήχθη· ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἔχετε λογισμὸν, ὥσπερ τὸ τῆς κοινωνίας σύνθημα. Ὑμῶν γὰρ ἐν ἀλλήλοις ὑπὲρ μικρῶν καὶ λίαν ἐλαχίστων φιλονεικούντων, τοσοῦτον τὸν τοῦ Θεοῦ λαὸν ταῖς ὑμετέραις ἰθύνεσθαι φρεσὶν (37) προσήκει, διὰ τὸ διχονοεῖν, ἀλλ' οὔτε πρέπον, οὔτε ὅλως θεμιτὸν εἶναι πιστεύεται· ἵνα δὲ μικρῷ παραδείγματι τὴν ὑμετέραν σύνεσιν ὑπομνήσω, λέξω. Ἴστε δὴ καὶ τοὺς φιλοσόφους αὐτοὺς, ὡς ἑνὶ μὲν ἅπαντες δόγματι συντίθενται· πολλάκις δὲ ἐπειδὰν ἔν τινι τῶν ἀποφάσεων μέρει διαφωνοῦσιν, εἰ καὶ τῇ τῆς ἐπιστήμης ἀρετῇ χωρίζονται, τῇ μέντοι τοῦ σώματος ἑνώσει πάλιν εἰς ἀλλήλους συμπνέουσιν. Εἰ δὲ τοῦτό ἐστι, πῶς οὐ πολλῷ δικαιότερον ὑμᾶς τοὺς τοῦ μεγάλου Θεοῦ θεράποντας καθεστῶτας, ἐν τοιαύτῃ προαιρέσει θρησκείας, ὁμοψύχους ἀλλήλοις εἶναι; Ἐπισκεψώμεθα δὲ λογισμῷ μείζονι, καὶ πλείονι συνέσει τὸ ῥηθὲν ἐνθυμηθῶμεν, εἴπερ ὀρθῶς ἔχει δι' ὀλίγας καὶ ματαίας ῥημάτων ἐν ὑμῖν φιλονεικίας, ἀδελφοὺς ἀδελφοῖς ἀντικεῖσθαι, καὶ τὸ τῆς συνόδου τίμιον ἀσεβεῖ διχονοίᾳ χωρίζεσθαι δι' ὑμῶν, οἳ πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ μικρῶν οὕτω καὶ μηδαμῶς ἀναγκαίων φιλονεικοῦμεν; Δημώδη ταῦτ' ἐστι, καὶ παιδικαῖς ἀνοίαις ἁρμόττοντα μᾶλλον, ἢ τῇ τῶν ἱερέων καὶ φρονίμων ἀνδρῶν συνέσει προσήκοντα. Ἀποστῶμεν ἑκόντες τῶν διαβολικῶν πειρασμῶν. Ὁ μέγας ἡμῶν Θεὸς ὁ Σωτὴρ πάντων, κοινὸν ἅπασι τὸ φῶς ἐξέτεινεν. Ἐφ' οὗ τῇ προνοίᾳ, ταύτην ἐμοὶ τῷ θεραπευτῇ τοῦ κρείττονος τὴν σπουδὴν εἰς τέλος ἐνεγκεῖν συγχωρήσατε, ὅπως ὑμᾶς τοὺς ἐκείνου δήμους, ἐμῇ προσφωνήσει καὶ ὑπηρεσίᾳ, καὶ νουθεσίας ἐνστάσει πρὸς τὴν τῆς συνόδου κοινωνίαν ἐπανάγοιμι. Ἐπειδὴ γὰρ, ὡς ἔφην, μία τίς ἐστι πίστις ἐν ὑμῖν, καὶ μία τῆς καθ' ὑμᾶς αἱρέσεως σύνεσις, τό τε τοῦ νόμου παράγγελμα, τοῖς δι' ἑαυτοῦ μέρεσιν εἰς μίαν ψυχῆς πρόθεσιν, τὸ ὅλον συγκλείει· τοῦτο ὅπερ ὑμῖν ἐν ἀλλήλοις φιλονεικίαν ἤγειρεν, ἐπειδὴ μὴ πρὸς τὴν τοῦ παντὸς νόμου δύναμιν ἀνήκει, χωρισμόν τινα καὶ στάσιν ἐν ὑμῖν μηδαμῶς ἐμποιείτω. Καὶ λέγω ταῦτα, οὐχ ὡς ἀναγκάζων ὑμᾶς ἐξάπαντος τῇ λίαν εὐήθει, καὶ οἵα δήποτέ ἐστιν ἐκείνη ζητήσει συντίθεσθαι. Δύναται γὰρ καὶ τὸ τῆς συνόδου τίμιον ὑμῖν ἀκέραιον φυλάττεσθαι, καὶ ἡ αὐτὴ κατὰ πάντων κοινωνία τηρεῖσθαι, κἂν τὰ μάλιστά τις ἐν μέρει πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ ἐλαχίστου διαφωνία γένηται· ἐπεὶ μηδὲ πάντες ἐν πᾶσι ταὐτὸ βουλόμεθα, μηδὲ μία τις ἐν ἡμῖν φύσις ἢ γνώμη πολιτεύεται. Περὶ μὲν οὖν τῆς θείας προνοίας μία τις ἐν ὑμῖν ἔστω πίστις, μία σύνεσις, μία συνθήκη τοῦ κρείττονος. Ἃ δὲ ὑπὲρ τῶν ἐλαχίστων

A strum veniam sibi mutuo concedant: neque enim de præcipuo et summo legis nostræ mandato inter vos est orta contentio : neque ullum novum a vobis de Dei cultu introductum est dogma, sed unam eamdemque sententiam ambo tenetis, adeo ut ad communionis societatem coire facile possitis. Vobis enim pertinaciter contendentibus de rebus parvis atque levissimis, tum numerosum Dei populum vestro arbitrio regi atque impelli non decet, in tanta præsertim animorum dissensione ; **17** nec solum id indecorum, sed prorsus nefas esse existimatur ; atque ut prudentiam vestram minore exemplo commonefaciam : Scitis ipsos etiam philosophos unius sectæ professione inter se omnes fœderari ; eosdem tamen in aliqua assertionum parte interdum discrepare.
B Verum licet in ipsa scientiæ perfectione dissentiant, nihilominus ob sectæ communionem rursus in unum conspirant. Quod si ita est, quomodo non multo justius fuerit, vos qui summi Dei ministri estis, in ejusdem religionis professione unanimes permanere? Sed accuratius si placet et attentius expendamus id quod jam dixi, æquumne sit ut ob levium et inanium verborum inter vos contentiones, fratres fratribus velut in acie oppositi stent ; utque venerabilis conventus, per vos qui de rebus adeo exiguis et minime necessariis rixamini, impia dissensione dissideat? Plebeia sunt hæc, et quæ puerili magis inscitiæ quam sacerdotum et prudentium virorum sapientiæ congruant. Abscedamus nostra
C sponte a diaboli tentationibus. Maximus Deus noster et omnium Servator communem cunctis lucem porrexit. Sub cujus auspicio ac providentia, mihi ejus famulo et cultori concedite, quæso, ut hoc opus ad exitum perducam ; quo populus illius mea allocutione atque opera, et admonitionum instantia, ad conventus unitatem revocetur. Nam cum vobis, ut dixi, una eademque sit fides, una de religione nostra sententia, cumque legis præceptum utraque sui parte omnes in unam animorum consensionem constringat : istud quod levem inter vos excitavit contentionem, quandoquidem ad totius religionis summam non pertinet, non est cur ullum inter vos dissidium ac seditionem faciat. Atque hæc ego non eo dico, ut vos de inepta, qualiscunque demum vo-
D canda est, quæstione idem omnino sentire cogam. Potest enim gravitas conventus integra apud vos conservari, et una eademque inter omnes communio retineri, quamvis invicem de re aliqua minimi momenti dissentiatis. Siquidem nec idem omnes volumus in omnibus, nec una omnium indoles est atque sententia. Itaque de divina quidem providentia, una inter vos sit fides, unus sensus, unum divini numinis fœdus Quæ vero de levissimis istis quæ-

## VALESII ANNOTATIONES.

(37) *Ταῖς ὑμετέραις ἰθύνεσθαι φρεσὶν*, etc. Totus hic locus in codice Leonis Allatii ita scribitur, τοσοῦτον τοῦ Θεοῦ λαὸν ὃν ὑπὸ ταῖς ὑμετέραις εὐχαῖς καὶ φρεσὶν εὐθυνεῖσθαι προσήκει, διχονοεῖν οὔτε πρέπον, etc. Nec aliter legit Epiph. Scholast. Sic enim vertit : *Tantum Dei populum, quem vestris orationibus et prudentia convenit gubernari, discordare nec decet, nec omnino fas esse credibile est.*

Digitized by Google

stionibus inter vos subtiliter disputatis, licet non in eamdem conveniatis sententiam, interiore mentis cogitatione continere, et arcano pectoris recondere debetis. Maneat firma in vobis communis amicitiæ prærogativa, et veritatis fides, et Dei legisque observantia ; recurrite ad mutuam dilectionem et charitatem; reddite universo populo suos amplexus. Ipsi vicissim expurgatis, ut ita dicam, animis vestris, vosmet ipsos agnoscite. Sæpe enim post depositas inimicitias reconciliata iterum gratia, jucundior exsistit amicitia. Reddite **18** igitur mihi tranquillos dies, et noctes curarum expertes; ut mihi quoque puræ lucis voluptas et quietæ vitæ lætitia in posterum conservetur. Quod nisi consecutus fuero, ingemiscam necesse est, totusque lacrymis perfundar : nec reliquum vitæ tempus placide exigam. Nam quandiu populus Dei, conservos meos dico, iniqua ac perniciosa contentione discissus est, qui fieri potest ut ego deinceps animo consistam? Atque ut doloris hac de re mei magnitudinem intelligatis, paulisper attendite. Nuper cum Nicomediam venissem, protinus in Orientem iter facere decreveram. Cumque profectionem urgerem, et majore jam ex parte vobiscum essem, hujus rei nuntius consilium nostrum retro avertit ; ne cogerer ea coram aspicere, quæ ne auditu quidem tenus tolerare me posse existimabam. Posthac igitur consensu vestrô viam mihi in Orientem aperite, quam mihi mutuis inter vos contentionibus obstruxistis. Date hoc mihi, ut et vos et reliquos omnes populos lætos atque hilares quamprimum videre, et pro communi omnium concordia ac libertate debitas Deo gratias, cum unanimi laudum concentu referre possim.

A τούτων ζητήσεων ἐν ἀλλήλοις ἀκριβολογεῖσθε, κἂν μὴ πρὸς μίαν γνώμην συμφέρητε, μένειν εἴσω λογισμῶν προσήκει, τῷ τῆς διανοίας ἀποῤῥήτῳ τηρούμενα. Τὸ μέντοι τῆς κοινῆς φιλίας ἀπόῤῥητόν τε καὶ ἐξαίρετον, καὶ ἡ τῆς ἀληθείας πίστις, ἥ τε περὶ τὸν Θεὸν καὶ τὴν τοῦ νόμου θρησκείαν τιμὴ, μενέτω παρ' ὑμῖν ἀσάλευτος· ἐπανέλθετε δὲ πρὸς τὴν ἀλλήλων φιλίαν τε καὶ χάριν. Ἀπόδοτε τῷ σύμπαντι λαῷ τὰς οἰκείας περιπλοκάς · ὑμεῖς τε αὐτοὶ καθάπερ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς ἐκκαθάραντες, αὖθις ἀλλήλους ἐπίγνωτε. Ἡδίων γὰρ πολλάκις γίνεται φιλία μετὰ τὴν τῆς ἔχθρας ὑπόθεσιν (38)· αὖθις εἰς καταλλαγὴν ἐπανέλθετε. Ἀπόδοτε οὖν μοι γαληνὰς μὲν ἡμέρας, νύκτας δὲ ἀμερίμνους, ἵνα κἀμοί τις ἡδονὴ καθαροῦ φωτὸς, καὶ βίου λοιπὸν ἥσυχος εὐφροσύνη σώζηται· εἰ δὲ B μὴ, στένειν ἀνάγκη, καὶ δακρύοις δι' ὅλου συνέχεσθαι, καὶ μηδὲ τὸν τοῦ ζῆν αἰῶνα πραέως ὑφίστασθαι. Τῶν γάρτοι τοῦ Θεοῦ λαῶν, τῶν συνθεραπόντων λέγω τῶν ἐμῶν, οὕτως ἀδίκῳ καὶ βλαβερᾷ πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίᾳ κεχωρισμένων, ἐμὲ πῶς ἐγχωρεῖ τῷ λογισμῷ συνεστάναι λοιπόν; Ἵνα δὲ τῆς ἐπὶ τούτῳ λύπης τὴν ὑπερβολὴν αἴσθησθε, ἀκούσατε. Πρώην ἐπιστὰς τῇ Νικομηδέων πόλει, παραχρῆμα εἰς τὴν ἑῴαν ἠπειγόμην τῇ γνώμῃ. Σπεύδοντι δέ μοι πρὸς ὑμᾶς ἤδη, καὶ τῷ πλείονι μέρει σὺν ὑμῖν ὄντι, ἡ τοῦδε τοῦ πράγματος ἀγγελία, πρὸς τὸ ἔμπαλιν τὸν λογισμὸν ἀνεχαίτισεν· ἵνα μὴ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρᾷν ἀναγκασθείην, ἃ μηδὲ ταῖς ἀκοαῖς προσέσθαι δυνατὸν ἡγούμην. Ἀνοίξατε δή μοι λοιπὸν ἐν τῇ καθ' ὑμᾶς ὁμο- C νοίᾳ τῆς ἑῴας τὴν ὁδὸν, ἣν ταῖς πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίαις ἀπεκλείσατε. Καὶ συγχωρήσατε θᾶττον ὑμᾶς τε ὁμοῦ, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας δήμους ἐπιδεῖν χαίροντας, καὶ τὴν ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἁπάντων ὁμονοίας τε καὶ ἐλευθερίας ὀφειλομένην χάριν, ἐπ' εὐφήμοις λόγων συνθήμασιν, ὁμολογῆσαι τῷ κρείττονι.

## CAP. VIII.

*De synodo quæ habita est Nicææ in Bithynia, et de fide quæ ibi promulgata est.*

Et hæc quidem imperator admirabili sapientia præditus per litteras suadebat. Sed malum adeo invaluerat, ut nec imperatoris diligentia, nec auctoritas illius qui litteras attulerat, quidquam profecerit : nam neque Alexander, neque Arius, his litteris molliti sunt : et in ipsa plebe ingens tumultus et contentio grassabatur. Sed et alius suberat localis morbus, qui ecclesias non mediocriter conturbabat : dissensio scilicet de festo Paschæ die ; quæ quidem in Orientis duntaxat partibus versabatur : his Judæorum more festum diem celebrare, illis reliquos totius orbis Christianos in hoc imitari studentibus. Cæterum quamvis de die festo inter se hoc modo dissiderent, non tamen ideo a communione mutua abstinebant. Sed diei festi lætitia hoc dissensionis nu-

## ΚΕΦΑΛ. Η'.

*Περὶ τῆς γεγενημένης συνόδου ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας, καὶ περὶ τῆς ἐκεῖ ἐκτεθείσης πίστεως.*

Τοιαῦτα μὲν οὖν θαυμαστὰ καὶ σοφίας μεστὰ παρῄνει ἡ τοῦ βασιλέως ἐπιστολή. Τὸ δὲ κακὸν ἐπικρατέστερον ἦν καὶ τῆς τοῦ βασιλέως σπουδῆς, καὶ ἀξιοπιστίας τοῦ διακονησαμένου τοῖς γράμμασιν· οὔτε γὰρ Ἀλέξανδρος, οὔτε Ἄρειος ὑπὸ τῶν γραφέντων ἐμαλάσσοντο, ἀλλά τις ἦν ἄκριτος καὶ παρὰ D τοῖς λαοῖς ἔρις καὶ ταραχή· προϋπῆρχε δὲ καὶ ἄλλη τις προτέρα νόσος τοπικὴ, τὰς ἐκκλησίας ταράττουσα, ἡ διαφωνία τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς· ἥτις περὶ τὰ τῆς ἑῴας μέρη μόνον ἐγένετο· τῶν μὲν Ἰουδαϊκώτερον ἑορτὴν ποιεῖν ἐσπουδακότων, τῶν δὲ μιμουμένων σύμπαντας τοὺς κατὰ τὴν οἰκουμένην Χριστιανούς. Διαφωνοῦντες δὲ οὕτω περὶ τῆς ἑορτῆς, τῆς κοινωνίας μὲν οὐδαμῶς ἐχωρίζοντο, στυγνοτέραν δὲ τὴν ἑορτὴν τῇ διαφωνίᾳ εἰργάζοντο. Δι' ἀμφότερα

### VALESII ANNOTATIONES.

(38) *Τῆς ἔχθρας ὑπόθεσιν.* In Annotationibus ad librum II Eusebii de Vita Constantini, monui scribendum videri ἀπόθεσιν, ut in quibusdam exemplaribus legitur. Sed cum nostri codices Florentinus, Sfortianus et Allatii, nihil hic mutent, ferri potest vulgata lectio, quam confirmat etiam Epiph. Scholasticus. Sic enim vertit : *Suaviores crebro sunt amicitiæ post inimicitiarum causas ad concordiam restitutæ.*

Digitized by Google

τοίνυν ὁρῶν ὁ βασιλεὺς ταραττομένην τὴν Ἐκκλησίαν, σύνοδον οἰκουμενικὴν συνεκρότει, τοὺς πανταχόθεν ἐπισκόπους διὰ γραμμάτων εἰς Νίκαιαν τῆς Βιθυνίας ἀπαντῆσαι παρακαλῶν. Παρῆσάν τε ἐκ πολλῶν ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων οἱ ἐπίσκοποι· περὶ ὧν ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ τῶν εἰς τὸν Κωνσταντίνου βίον, τάδε κατὰ λέξιν φησίν· Τῶν γοῦν ἐκκλησιῶν ἁπασῶν, αἳ τὴν Εὐρώπην ἅπασαν, Λιβύην τε καὶ τὴν Ἀσίαν ἐπλήρουν, ὁμοῦ συνῆκτο τῶν τοῦ Θεοῦ λειτουργῶν τὰ ἀκροθίνια. Εἷς τε οἶκος εὐκτήριος, ὥσπερ ἐκ Θεοῦ πλατυνόμενος, ἔνδον ἐχώρει κατὰ τὸ αὐτὸ Σύρους τε καὶ Κίλικας, Φοίνικάς τε καὶ Ἀραβίους, καὶ Παλαιστινούς, καὶ ἐπὶ τούτοις Αἰγυπτίους, Θηβαίους, Λίβυας, τούς τε ἐκ μέσης τῶν ποταμῶν ὁρμωμένους· ἤδη δὲ καὶ Πέρσης ἐπίσκοπος τῇ συνόδῳ παρῆν· οὔτε Σκύθης ἀπελιμπάνετο τῆς χορείας. Πόντος τε καὶ Ἀσία, Φρυγία τε καὶ Παμφυλία, τοὺς παρ' αὐτοῖς παρεῖχον ἐκκρίτους. Ἀλλὰ καὶ Θρᾷκες καὶ Μακεδόνες, Ἀχαιοί τε καὶ Ἠπειρῶται, τούτων τε οἱ ἔτι προσωτάτω οἰκοῦντες ἀπήντων. Αὐτός τε Ἱσπανῶν ὁ πάνυ βοώμενος, εἷς ἦν τοῖς πολλοῖς ἅμα συνεδρεύων. Τῆς δέ γε βασιλευούσης πόλεως, ὁ μὲν προεστώς, διὰ γῆρας ὑστέρει· πρεσβύτεροι δὲ αὐτοῦ παρόντες, τὴν αὐτοῦ τάξιν ἐπλήρουν. Τοιοῦτον μόνον ἐξ αἰῶνος, εἷς βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, Χριστῷ στέφανον δεσμῷ συνάψας εἰρήνης, τῷ αὐτοῦ Σωτῆρι τῆς κατ' ἐχθρῶν καὶ πολεμίων νίκης θεοπρεπὲς ἀνετίθη χαριστήριον, εἰκόνα χορείας ἀποστολικῆς ταύτην καθ' ἡμᾶς συστησάμενος. Ἐπεὶ κατ' ἐκείνους συνῆχθαι λόγος, ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἄνδρας εὐλαβεῖς, ἐν οἷς ἐτύγχανον *Πάρθοι καὶ Μῆδοι καὶ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ κατοικοῦντες Μεσοποταμίαν, Ἰουδαίαν τε καὶ Καππαδοκίαν, Πόντον τε καὶ τὴν Ἀσίαν, Φρυγίαν τε καὶ Παμφυλίαν, Αἴγυπτον καὶ τὰ μέρη τῆς Λιβύης, τῆς κατὰ Κυρήνην· οἵ τε ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι, Ἰουδαῖοί τε καὶ προσήλυτοι, Κρῆτες καὶ Ἄραβες*. Πλὴν ὅσον ἐκείνοις μὲν ὑστέρει, τὸ μὴ ἐκ Θεοῦ λειτουργῶν συνεστάναι τοὺς πάντας· ἐπὶ δὲ τῆς παρούσης χορείας, ἐπισκόπων μὲν πληθὺς τριακοσίων ἀριθμὸν ὑπερακοντίζουσα ἦν· ἑπομένων δὲ τούτοις πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, ἀκολούθων τε πλείστων ὅσων ἑτέρων, οὐδὲ ἦν ἀριθμός. Τῶν δὲ τοῦ Θεοῦ λειτουργῶν οἱ μὲν διέπρεπον σοφίας λόγῳ· οἱ δὲ βίου στεῤῥότητι, καὶ καρτερίας ὑπομονῇ· οἱ δὲ τῷ μέσῳ τρόπῳ κατεκοσμοῦντο. Ἦσαν δὲ τούτων οἱ μὲν χρόνου μήκει τετιμημένοι· οἱ δὲ νεότητι καὶ ψυχῆς ἀκμῇ διαλάμποντες· οἱ δὲ ἄρτι παρελθόντες ἐπὶ τὸν τῆς λειτουργίας δρόμον. Οἷς δὴ πᾶσι βασιλεὺς ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας τὰ σιτηρέσια δαψιλῶς χορηγεῖσθαι διετάξατο. Καὶ τοιαῦτα μὲν περὶ τῶν ἐκεῖ συνελθόντων Εὐσέβιος (39). Ἐπιτελέσας δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπινίκιον κατὰ Λικιννίου ἑορτήν, ἀπήντα καὶ αὐτὸς

[14] Act. ii, 9-11.

A bilo fuscabatur. Cum igitur imperator duobus his malis Ecclesiam concuti videret, universalem synodum congregavit, omnes undequaque episcopos per litteras invitans, ut Nicæam Bithyniæ convenirent. Proinde ex variis provinciis ac civitatibus multi adfuerunt episcopi, de quibus Eusebius Pamphili in tertio de Vita Constantini libro hæc ad verbum scribit : Ex omnibus ecclesiis quæ universam Europam, Africam atque Asiam impleverant, ii qui inter Dei ministros eminebant, simul convenere. Unaque ædes sacra, veluti Dei nutu dilatata, Syros simul et Cilices, Phœnices **19** et Arabes, et Palæstinos, Ægyptios præterea, Thebæos ac Libyas, aliosque ex Mesopotamia profectos ambitu suo complexa est. Quidam etiam ex Perside episcopus concilio interfuit. Ac ne Scytha qui- B dem desideratus est in hoc choro. Pontus item, Galatia, Pamphylia et Cappadocia, Asia quoque et Phrygia lectissimum quemque ex suis præbuere. Thraces præterea ac Macedones, Achivi et Epirotæ, et qui longissimo ultra hos intervallo positi sunt, nihilominus adfuere. Ab ipsa quoque Hispania vir ille multo omnium sermone celebratus una cum reliquis aliis consedit. Aberat quidem regiæ urbis antistes : sed præsto erant presbyteri, qui vices ejus implerent. Hujusmodi coronam pacis vinculo consertam et connexam, solus ab omni ævo imperator Constantinus, velut divinum grati animi monumentum pro victoriis quas de hostibus et inimicis retulerat, Christo Servatori suo dedicavit ; hoc amplis- C simo cœtu, tanquam imagine quadam apostolici chori, nostris temporibus convocato. Siquidem et apostolorum temporibus, viri religiosi ex omni natione quæ sub cœlo est, in unum convenisse dicuntur. Inter quos erant *Parthi, Medi, Elamitæ, et qui habitant Mesopotamiam, Judæam et Cappadociam, Pontum, Asiam et Phrygiam ac Pamphyliam, Ægyptum et partes Libyæ quæ est juxta Cyrenem : advenæ quoque Romani, Judæi et proselyti, Cretenses et Arabes* [14]. Verum apud istos quidem hoc minus fuit, quod non omnes erant Dei ministri qui convenerant. In præsenti autem choro episcopi quidem trecenti et amplius adfuerunt, presbyterorum vero qui eos comitati sunt, diaconorum, acoluthorum, aliorumque complurium numerus iniri vix potest. D Porro ex his Dei ministris alii sermone sapientiæ, alii gravitate vitæ et laborum tolerantia eminebant ; alii modestia et comitate morum erant ornati, ac nonnulli quidem eorum ob provectam ætatem maximo in honore erant : nonnulli et corporis et animi juvenili vigore enitebant ; quidam recens admodum ministerii sui stadium erant ingressi. Quibus omnibus quotidie annonas copiose præberi imperator mandaverat. Ac de his quidem qui eo con-

## VALESII ANNOTATIONES.

(39) *Περὶ τῶν ἐκεῖ συνελθόντων Εὐσέβιος*. Hoc loco aliquot voculis auctior est codex Allatii. Sic enim habet, περὶ τῶν ἐκεῖ συνελ. ὁ Παμφίλου διεξῆλθεν Εὐσέβιος. Quod quidem majorem habet ἔμφασιν.

Digitized by Google

venere, Eusebius ita scribit. Imperator vero, cum ob victoriam de Licinio partam triumphales ludos edidisset, ipse quoque Nicæam perrexit. Erant inter episcopos duo quidam celeberrimi nominis, Paphnutius ex superiore Thebaide, et Spyridon Cyprius. Quamobrem vero istorum mentionem fecerim, dicam paulo post. Aderant etiam complures laici, dialecticæ artis periti, suæ partis patrocinium parati suscipere. Cæterum Arii opinionem tuebantur tum Eusebius Nicomediensis, ut antea dixi, tum Theognis et Maris : quorum ille quidem Nicææ, hic Chalcedonis in Bithynia erat episcopus. Adversus istos Athanasius fortiter dimicabat, qui tunc quidem Alexandrinæ Ecclesiæ diaconus militabat. Cæterum magno in honore apud Alexandrum erat episcopum : **20** unde etiam invidiæ livor contra eum exarsit, sicut postea dicturus sum. Interim vero, paulo antequam in unum locum convenirent episcopi, dialectici quibusdam sermonum prolusionibus contra nonnullos velitantes, sese exercebant. Cumque multi verborum suavitate allicerentur, laicus quidam ex confessorum numero, recto ac simplici præditus sensu, cum dialecticis congreditur, hisque illos verbis compellavit : Christus et apostoli non artem nobis dialecticam, nec inanem versutiam tradiderunt, sed apertam ac simplicem sententiam, quæ fide bonisque actibus custoditur. Quæ cum dixisset, omnes qui aderant, admiratione perculsi, ei assenserunt ; dialectici vero simplici sermone veritatis audito, posthac æquiore animo conquievere. In hunc modum tumultus ille quem dialectica concitaverat, penitus compressus est. Postero die episcopi omnes unum in locum conveniunt. Post illos advenit etiam imperator. Qui postquam ingressus est, stetit in medio : nec prius sedere sustinuit, quam episcopi id nutu significassent. Tanta illos observantia ac reverentia imperator prosequebatur. Facto deinde, ut par erat, silentio, imperator ex sella verba facere cœpit, ad consensum eos exhortans atque concordiam ; et privatas quidem simultates ut singuli deponerent, admonuit. Quippe complures eorum sese mutuo accusabant : nonnulli etiam pridie ejus diei libellos supplices imperatori porrexerant. Ipse vero, ut proposito negotio, cujus gratia convenerant, instare potius vellent, eos hortatus, libellos omnes exuri jussit, adjecto tantum hoc elogio : Christus præcipit ut veniam fratri det, quisquis sibi ipsi veniam dari velit. Tunc igitur cum de pace et con-

A εἰς τὴν Νίκαιαν. Διέπρεπον δὲ ἐν τοῖς ἐπισκόποις Παφνούτιός τε ὁ ἐκ τῆς ἄνω Θηβαΐδος, καὶ Σπυρίδων· ὁ ἐκ Κύπρου. Ὅτου χάριν δὲ τούτων ἐμνημονεύσαμεν (40), μετὰ ταῦτα ἐρῶ. Συμπαρῆσαν δὲ λαϊκοὶ πολλοὶ διαλεκτικῆς ἔμπειροι, ἐν ἑκατέρῳ μέρει συνηγορεῖν προθυμούμενοι. Ἀλλὰ τὴν μὲν Ἀρείου δόξαν συνεκρότουν Εὐσέβιός τε Νικομηδεὺς, ὥς μοι καὶ πρότερον εἴρηται, καὶ Θέογνις, καὶ Μάρις· ὧν ὁ μὲν Νικαίας ἐπίσκοπος ἦν, Μάρις δὲ τῆς ἐν Βιθυνίᾳ Χαλκηδόνος· τούτοις δὲ γενναίως ἀντηγωνίζετο Ἀθανάσιος, διάκονος μὲν τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας. Σφόδρα δὲ αὐτὸν διὰ τιμῆς ἦγεν Ἀλέξανδρος ὁ ἐπίσκοπος· διὸ καὶ φθόνος ὡπλίσατο κατ' αὐτοῦ, ὡς ὕστερον λέξομεν. Μικρὸν οὖν πρὸ τῆς εἰς ἕνα τόπον συνελεύσεως τῶν ἐπισκόπων, οἱ διαλεκτικοὶ πρὸς τοὺς
B πολλοὺς προαγῶνας ἐποιοῦντο τῶν λόγων. Ἑλκομένων δὲ πολλῶν πρὸς τὸ τοῦ λόγου τερπνὸν, εἷς τις τῶν ὁμολογητῶν λαϊκὸς, ἀκέραιον ἔχων τὸ φρόνημα, ἀντιπίπτει τοῖς διαλεκτικοῖς, καί φησι πρὸς αὐτούς· ὡς ἄρα ὁ Χριστὸς, καὶ οἱ ἀπόστολοι οὐ διαλεκτικὴν ἡμῖν παρέδοσαν τέχνην, οὐδὲ κενὴν ἀπάτην, ἀλλὰ γυμνὴν γνώμην (41), πίστει καὶ καλοῖς ἔργοις φυλαττομένην. Ταῦτα εἰπόντος, οἱ μὲν παρόντες πάντες ἐθαύμασαν καὶ ἀπεδέξαντο· οἱ δὲ διαλεκτικοὶ εὐγνωμονέστερον ποιοῦντες ἡσύχασαν, τὸν ἁπλοῦν λόγον τῆς ἀληθείας ἀκούσαντες. Τότε μὲν οὖν οὕτως ὁ ἐκ τῆς διαλεκτικῆς γινόμενος θόρυβος κατεστάλη. Τῇ δὲ ἑξῆς πάντες ἅμα οἱ ἐπίσκοποι εἰς ἕνα τόπον συνήρχοντο. Παρῄει δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς μετ' αὐτούς. Καὶ ἐπεὶ παρῆλθεν, εἰς μέσους ἔστη· καὶ οὐ πρότερον
C καθίζειν ᾑρεῖτο, πρὶν ἂν οἱ ἐπίσκοποι ἐπινεύσειαν. Τοσαύτη τις εὐλάβεια καὶ αἰδὼς τῶν ἀνδρῶν τὸν βασιλέα κατεῖχεν. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ πρέπουσα τῷ καιρῷ ἡσυχία ἐγένετο, ἤρξατο ὁ βασιλεὺς αὐτόθεν ἐκ τῆς καθέδρας παραινετικοῖς πρὸς αὐτοὺς χρῆσθαι λόγοις, πρὸς συμφωνίαν καὶ ὁμόνοιαν προτρέπων αὐτούς· καὶ τὴν μὲν ἑκάστου ἰδιάζουσαν λύπην πρὸς τὸν πλησίον παραχωρεῖν συνεβούλευε· καὶ γὰρ ἀντεγκαλοῦντες ἦσαν ἀλλήλοις οἱ πλείονες· πολλοί τε ἐξ αὐτῶν βιβλία δεήσεων τῷ βασιλεῖ τῇ προτεραίᾳ ἦσαν ὀρέξαντες. Ἐπὶ δὲ τὸ προκείμενον, διὸ καὶ συνεληλύθεισαν, χωρεῖν παρακαλέσας, τὰ βιβλία καυθῆναι ἐκέλευσεν, ἐπειπὼν μόνον· Κελεύει Χριστὸς ἀφιέναι τῷ ἀδελφῷ τὸν ἀφέσεως τυχεῖν ἐπειγόμενον. Τότε οὖν τοὺς περὶ
D ὁμονοίας καὶ εἰρήνης λόγους εἰς πλάτος διεξελθὼν, αὖθις περὶ τῶν δογμάτων ἐπιμελέστερον ἐπισκέψασθαι τῇ αὐτῶν γνώμῃ ἐπέτρεψεν. Οἷα δὲ καὶ περὶ τούτων ἐν τῷ αὐτῷ τρίτῳ βιβλίῳ τῶν εἰς τὸν βίον Κωνσταντίνου ὁ αὐτός φησιν Εὐσέβιος, ἐπακοῦσαι

## VALESII ANNOTATIONES.

(40) *Τούτων ἐμνημονεύσαμεν*. Hoc etiam loco idem codex Allatii vocem interserit hoc modo, τοῦ χάριν δὲ τούτων ἰδικῶς ἐμνημόνευσα, μετὰ ταῦτα ἐρῶ.

(41) *Ἀλλὰ γυμνὴν γνώμην*. Magis placet scriptura quam præfert codex Allatii γυμνὴν γνῶσιν ἐν πίστει, etc. Atque ita prorsus legerat Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit : *Sed puram scientiam fide et bonis operibus observandam*. Cæterum Socrates hanc narrationem videtur hausisse ex Rufini libro decimo, ubi Rufinus agit de concilio Nicæno. Sed Socrates quædam de industria mutavit. Gelasius vero cum hoc argumentum nactus esset, mirum in modum auxit atque amplificavit, singulorum philosophorum interrogationes referens, et responsa episcoporum. Quæ omnia fabulas potius redolent quam historiam rerum gestarum.

Digitized by Google

καλόν· ἔστι δὲ ταῦτα· Πλείστων δὴ τῶν ὑφ' ἑκατέρῳ τάγματι προτεινομένων, πολλῆς τε ἀμφιλογίας ταπρῶτα συνισταμένης, ἀνεξικάκως ἐπηκροᾶτο ὁ βασιλεὺς τῶν πάντων, σχολῇ τε εὐτόνῳ τὰς προτάσεις ὑπεδέχετο. Ἐν μέρει τε ἀντιλαμβανόμενος τῶν παρ' ἑκατέρου τάγματος λεγομένων, ἠρέμα συνῆγε τοὺς φιλονείκως ἐνισταμένους, πραέως τε ποιούμενος τὰς πρὸς ἕκαστον ὁμιλίας· Ἑλληνίζων τε τῇ φωνῇ, ὅτι μηδὲ ταύτης ἀμαθῶς εἶχε, γλυκύτερός τις ἦν καὶ ἡδύς, τοὺς μὲν συμπείθων, τοὺς δὲ καὶ δυσωπῶν τῷ λόγῳ· τοὺς δὲ εὖ λέγοντας ἐπαινῶν. Πάντας δὲ εἰς ὁμόνοιαν ἐλαύνων, ὁμογνώμονάς τε καὶ ὁμοδόξους αὐτοὺς ἐπὶ τοῖς ἀμφισβητουμένοις ἅπασιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατεστήσατο, ὡς ὁμοφώνως μὲν κρατῆσαι τὴν πίστιν, τῆς δὲ σωτηρίου ἑορτῆς τὸν αὐτὸν παρὰ τοῖς πᾶσιν ὁμολογηθῆναι καιρόν. Ἐκυροῦτό τε ἤδη καὶ ἐγγράφως δι' ὑποσημειώσεως ἑκάστου τὰ κοινῇ δεδογμένα. Τοιαῦτα καὶ περὶ τούτων ταῖς ἑαυτοῦ φωναῖς ὁ Εὐσέβιος ἐγγράφως κατέλιπεν. Ἡμεῖς δὲ οὐκ ἀκαίρως αὐτοῖς ἐχρησάμεθα· ἀλλὰ μάρτυσι χρώμενοι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ λεχθεῖσι, τῇδε αὐτὰ κατετάξαμεν τῇ γραφῇ· ἵν' ὅταν τινὲς τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ὡς περὶ τὴν πίστιν σφαλείσης P καταγινώσκωσι, μὴ αὐτῶν ἀνεχώμεθα, μηδὲ πιστεύσωμεν Σαβίνῳ τῷ Μακεδονιανῷ (42), ἰδιώτας αὐτοὺς καὶ ἀφελεῖς καλοῦντι τοὺς ἐκεῖσε συνελθόντας. Σαβῖνος γὰρ, ὁ τῶν ἐν Ἡρακλείᾳ τῆς Θρᾴκης Μακεδονιανῶν ἐπίσκοπος, συναγωγὴν ὧν διάφοροι ἐπισκόπων σύνοδοι ἐγγράφως ἐξέδωκαν ποιησάμενος, τοὺς μὲν ἐν Νικαίᾳ, ὡς ἀφελεῖς καὶ ἰδιώτας διέσυρε, μὴ αἰσθανόμενος, ὅτι καὶ αὐτὸν Εὐσέβιον, τὸν μετὰ πολλῆς δοκιμασίας τὴν πίστιν ὁμολογήσαντα, ὡς ἰδιώτην διαβάλλει. Καὶ τινὰ μὲν ἑκὼν παρέλιπεν, τινὰ δὲ παρέτρεψεν. Πάντα δὲ πρὸς τὸν οἰκεῖον σκοπὸν μᾶλλον ἐξείληφεν. Καὶ ἐπαινεῖ μὲν τὸν Παμφίλου Εὐσέβιον, ὡς ἀξιόπιστον μάρτυρα· ἐπαινεῖ δὲ καὶ τὸν βασιλέα, ὡς τὰ Χριστιανῶν δογματίζειν δυνάμενον· μέμφεται δὲ τῇ ἐκτεθείσῃ ἐν Νικαίᾳ πίστει, ὡς ὑπὸ ἰδιωτῶν καὶ οὐδὲν ἐπισταμένων ἐκδεδομένῃ· καὶ ὃν ὡς σοφὸν καὶ ἀψευδῆ καλεῖ μάρτυρα, τούτου τὰς φωνὰς ἑκουσίως ὑπερορᾷ. Φησὶ γὰρ ὁ Εὐσέβιος, ὅτι τῶν παρόντων ἐν τῇ Νικαίᾳ τοῦ Θεοῦ λειτουργῶν οἱ μὲν διέπρεπον σοφίας λόγῳ, οἱ δὲ βίου στεῤῥότητι· καὶ ὅτι ὁ βασιλεὺς παρὼν, πάν-

A cordia abunde disseruisset, deinceps ut de religionis nostræ dogmatibus accuratiùs disquirerent, eorum arbitrio potestatique permisit. Verum operæ pretium fuerit audire, quid de his rebus narret Eusebius in tertio illo jam superius a nobis commemorato libro de Vita imperatoris Constantini. Sic autem ait : Multis igitur hunc in modum ex utraque parte propositis, magnaque controversia in ipso principio excitata, imperator cuncta patientissime auscultans, intento animo propositas quæstiones excepit ; et quæ ab utraque parte dicebantur, vicissim astruens atque adjuvans, pertinacius certantes paulatim conciliavit. Cumque omnes placide alloqueretur, et Græca uteretur lingua, quippe qui ne hujus quidem linguæ ignarus esset, suavissimus B ac jucundissimus fuit, dum alios vi rationum adductos in suam sententiam trahit, alios orat et flectit, eosque qui recte dixissent, laudibus afficit, et universos ad concordiam incitat. Donec tandem eos concordes in omnibus de quibus antea certabatur, atque unanimes effecit : adeo ut non modo unius fidei consonantia apud omnes obtineret, verum etiam unum idemque tempus in **21** salutaris festi celebratione ab omnibus firmaretur. Porro ea quæ in commune placuerant, scriptis mandata et singulorum subscriptione roborata sunt. Et hæc quidem Eusebius ad verbum scripta istis de rebus nobis reliquit. Nos vero ea hoc loco proferre non alienum duximus : sed eorum testimonio utentes, C huic Historiæ nostræ consulto inseruimus, ut si qui forte Nicænum concilium tanquam in causa fidei lapsum condemnare voluerint, iis minime attendamus, nec Sabino Macedoniano credamus, qui imperitos ac simplices vocat eos qui in eo concilio convenerunt. Nam Sabinus Macedonianorum apud Heracleam Thraciæ urbem episcopus, qui diversarum synodorum acta unum in corpus collegit, Nicæni quidem concilii sacerdotes, quasi rudes ac simplices deridet ; nec animadvertit se ipsum quoque Eusebium, qui fidem illam post diuturnæ inquisitionis examen amplexus est, ut imperitum simul criminari. Ac nonnulla quidem de industria prætermisit : quædam vero pervertit atque immutavit.

## VALESII ANNOTATIONES.

(42) *Σαβίνῳ τῷ Μακεδονιανῷ.* Hic Sabinus episcopus fuit Macedonianorum in urbe Thraciæ Heraclea, qui collectionem actorum synodalium composuerat, opus utile admodum : cujus testimonio sæpius utitur Socrates in his libris. Reprehendit tamen eum Socrates plerisque in locis, tum quod mala fide usus esset in actis illis colligendis ; ea quidem studiose referens quæ ad astruendam ip- D sius hæresim pertinebant, omittens vero contraria : tum quod orthodoxis episcopis semper infensum se ostenderet. Cujusmodi illud est quod hoc loco refert Socrates, Patres Nicæni concilii ignaros ac simplices fuisse. Sed solemne est hæreticis, adversus sanctissimos Ecclesiæ Patres ac doctores conviciari.

## VARIORUM.

P *Ἵν' ὅταν τινὲς τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ὡς περὶ τὴν πίστιν σφαλείσης.* Non sine indignatione, adeoque horrore quodam recolo stupendam eorum inscitiam, seu potius impiam vesaniam, qui in venerandos Patres Nicænos non veriti sunt palam debacchari, tanquam qui catholicam de persona Jesu Christi doctrinam, ab apostolis traditam, ac per tria prima sæcula in Ecclesia conservatam, vel malitiose, vel certe per imperitiam ac temere depravaverint, novamque fidem orbi Christiano obstruerint. Hoc nomine (ut veteres taceam Arianos) olim infamis fuit Sabinus, Macedonianæ factionis assecla. (Cl. Bullus initio *Defensionis Fidei Nic.*)

Digitized by Google

Cæterum cuncta ad institutum suum sensumque pertraxit. Et Eusebium quidem Pamphili, tanquam testem fide dignissimum laudat : imperatorem quoque ipsum præconiis afficit, utpote qui Christianæ fidei dogmata apprime calleret ; fidem vero Nicææ expositam reprehendit, tanquam ab ignaris et imperitis hominibus conscriptam ; et quem sapientem virum ac veracem testem nominat, ejus verba sciens ac prudens despicit et contemnit. Eusebius enim scribit, ex ministris Dei qui Nicænæ synodo interfuerunt, alios sermone sapientiæ, alios vitæ constantia ac fortitudine excelluisse ; et imperatorem ipsum qui aderat, ad concordiam cunctos reducentem, unanimes et consentientes reddidisse. Verum de Sabino quidem, sicubi necessitas exegerit, mentionem facturi sumus. Fidei vero consensio Nicææ a magno concilio magnifice promulgata, hæc est :

A τας εἰς ὁμόνοιαν ἄγων, ὁμογνώμονας καὶ ὁμοδόξους κατέστησεν. Ἀλλὰ Σαβίνου μὲν, εἴ που χρεία καλέσοι, ποιησόμεθα μνήμην. Ἡ δὲ ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῆς μεγάλης συνόδου μεγαλοφώνως ἐξενεχθεῖσα (43) συμφωνία τῆς πίστεώς ἐστιν αὕτη·

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium Creatorem ; et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei, genitum ex Patre unigenitum, hoc est, ex substantia Patris : Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero : genitum, non factum ; consubstantialem Patri : per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo sunt et in terra. Qui propter nos homines
22 et propter salutem nostram descendit, incarnatusque et homo factus est, et passus ; qui resurrexit tertia post die : ascendit ad cœlos, venturus est ut vivos judicet ac mortuos : credimus et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt : Fuit aliquando tempus cum non esset, et Antequam gigneretur non erat : vel quod de non exstantibus factus est : aut qui ex altera substantia vel essentia dicunt esse Filium Dei, aut creatum, aut conversioni mutationique obnoxium, anathematizat sancta catholica et apostolica Ecclesia.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν (44), Πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων Ποιητήν· καὶ B εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ καὶ φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ Πατρί· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ· δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα· παθόντα καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα q. Τοὺς δὲ λέγοντας, ὅτι Ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ Πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι Ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ κτιστὸν, ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἀναθεματίζει ἡ ἁγία καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία. C

Hanc fidem trecenti quidem et octodecim antistites probaverunt et amplexi sunt : atque, ut Eusebius scribit, uno omnes ore et in unam sententiam conspirantes conscripserunt. Quinque tantum reperti sunt, qui illam amplecti nollent, vocem *consubstantialis* reprehendentes : Eusebius scilicet Nicomediensis episcopus, Theognis Nicææ, Maris Chalcedonis, Theonas Marmaricæ, et Secundus Ptolemaidis. Nam quoniam consubstantiale, illud esse aiebant quod ex alio est, vel partitione, vel fluxu, vel eruptione : eruptione quidem, ut ex ra-

Ταύτην τὴν πίστιν τριακόσιοι μὲν πρὸς τοῖς δεκαοκτὼ ἔγνωσάν τε καὶ ἔστερξαν, καὶ, ὥς φησιν ὁ Εὐσέβιος, ὁμοφωνήσαντες καὶ ὁμοδοξήσαντες ἔγραφον. Πέντε δὲ μόνοι (45) οὐ προσεδέξαντο, τῆς λέξεως τοῦ *ὁμοουσίου* ἐπιλαβόμενοι· Εὐσέβιός τε ὁ Νικομηδείας ἐπίσκοπος, καὶ Θέογνις Νικαίας, Μάρις Χαλκηδόνος, Θεωνᾶς Μαρμαρικῆς, Σεκοῦνδος Πτολεμαΐδος. Ἐπεὶ γὰρ ἔφασαν ὁμοούσιον εἶναι, ὃ ἔκ τινός ἐστιν, ἢ κατὰ μερισμὸν, ἢ κατὰ ῥεῦσιν, ἢ κατὰ προβολήν· κατὰ προβολὴν μὲν, ὡς ἐκ ῥιζῶν βλάστημα· κατὰ δὲ ῥεῦσιν, ὡς οἱ πατρικοὶ παῖδες· κατὰ μερι-

## VALESII ANNOTATIONES.

(43) *Μεγαλοφρόνως ἐξενεχθεῖσα.* In codice Leonis Allatii hic locus ita legitur : ἡ δὲ ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῆς μεγάλης συνόδου καὶ ὑπὸ Εὐσεβίου μεγαλοφώνως ἐπαινεθεῖσα συμφωνία, etc. Eamdem lectionem secutus est Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit : *Concordia ergo fidei a magno in Nicæa prolatæ concilio, ab Eusebio clara voce laudata, hæc est.* Videtur omnino legisse Epiphanius παρὰ τῆς μεγ. συνόδου ἐξενεχθεῖσα καί, et cætera, ut supra.

(44) *Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεόν.* Symbolum quod hic sequitur, deest in omnibus nostris exemplaribus, Regio, Florentino et Sfortiano. Recte tamen Christophorsonus id reposuit hoc loco. Hic enim D positum fuisse a Socrate, tum ex Epiphanio Scholastico discimus, tum ex verbis quæ proxime sequuntur, Ταύτην τὴν πίστιν τριακόσιοι, etc. Manuscripti autem codices symbolum istud hic omiserunt, eo quod paulo post repeteretur in epistola Eusebii Pamphili.

(45) *Πέντε δὲ μόνοι.* Imo duo tantum episcopi, Secundus ac Theonas, fidei Nicænæ subscribere recusarunt, ut recte scribit Theodoritus in libro primo Historiæ ecclesiasticæ, et ante illum Hieronymus in Dialogo adversus Luciferianos. Idque aperte confirmat Epistola synodica concilii Nicæni, quæ hic refertur a Socrate.

## VARIORUM.

q *Καὶ εἰς ἅγιον Πνεῦμα.* Symbolum originem cepit ex agnitione fidei a baptizandis facta, ut fuse ostendit doctiss. Pearsonus in sua Symboli apostolici expositione, p. 34, 35, ideoque olim haud plures habuit articulos. (Vid. eumdem pag. 331, et Socratem nostrum paulo infra in hoc capite.)

Digitized by Google

σμὸν δὲ, ὡς βώλου χρυσίδες δύο ἢ τρεῖς· κατ' οὐδὲν δὲ τούτων ἐστὶν ὁ Υἱός· διὰ τοῦτο οὐ συγκατατίθεσθαι τῇ πίστει ἔλεγον. Πολλὰ οὖν τὴν λέξιν τοῦ ὁμοουσίου σκώψαντες, τῇ καθαιρέσει Ἀρείου ὑπογράψαι οὐκ ἠδουλήθησαν. Διόπερ ἡ σύνοδος Ἄρειον μὲν καὶ τοὺς ὁμοδόξους αὐτοῦ ἀνεθεμάτισεν ἅπαντας, προσθέντες μήτε ἐπιβαίνειν τῆς Ἀλεξανδρείας αὐτόν· βασιλέως δὲ πρόσταγμα καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς περὶ Εὐσέβιον καὶ Θέογνιν, εἰς ἐξορίαν ἀπέστειλεν. Εὐσέβιος μὲν οὖν καὶ Θέογνις μικρὸν ὕστερον μετὰ τὴν ἐξορίαν βιβλίον μετανοίας ἐπιδόντες, τῇ πίστει τοῦ ὁμοουσίου συνέθεντο, ὡς προϊόντες δηλώσομεν. Τότε δὲ ἐν τῇ συνόδῳ Εὐσέβιος, ὁ τὴν Παμφίλου προσωνυμίαν ἔχων, καὶ τῆς ἐν Παλαιστίνῃ Καισαρείας τὴν ἐπισκοπὴν κεκληρωμένος, μικρὸν ἐπιστήσας, καὶ διασκεψάμενος εἰ δεῖ προσδέξασθαι τὸν ὅρον τῆς πίστεως, οὕτως ἅμα τοῖς πολλοῖς πᾶσι συνῄνεσέν τε καὶ συνυπέγραψεν· καὶ τῷ ὑπ' αὐτὸν λαῷ ἔγγραφον τὸν ὅρον τῆς πίστεως διεπέμψατο, τὴν τοῦ ὁμοουσίου λέξιν ἑρμηνεύσας, ἵνα μηδὲ ὅλως τις ὑπόνοιαν ἀνθ' ὧν ἐπέστησεν ἔχῃ περὶ αὐτοῦ. Ἔστι δὲ αὐτοῦ τὰ γραφέντα (46) κατὰ λέξιν τάδε· Τὰ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως πραγματευθέντα κατὰ τὴν μεγάλην σύνοδον τὴν ἐν Νικαίᾳ συγκροτηθεῖσαν, εἰκὸς μὲν καὶ ὑμᾶς, ἀγαπητοὶ, μεμαθηκέναι, τῆς φήμης προτρέχειν εἰωθυίας τὸν περὶ τῶν πραττομένων ἀκριβῆ λόγον. Ἀλλ' ἵνα μὴ ἐκ μόνης τοιαύτης ἀκοῆς τὰ τῆς ἀληθείας ἑτεροίως ὑμῖν ἀπαγγέλληται, ἀναγκαίως διεπεμψάμεθα ὑμῖν πρῶτον μὲν τὴν ὑφ' ἡμῶν προτεθεῖσαν περὶ τῆς πίστεως γραφὴν, ἔπειτα τὴν δευτέραν, ἣν ταῖς ἡμετέραις φωναῖς προσθήκας ἐπιβαλόντες ἐκδεδώκασι. Τὸ μὲν οὖν παρ' ἡμῶν γράμμα, ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ θεοφιλεστάτου ἡμῶν βασιλέως ἀναγνωσθὲν, εὖ τε ἔχειν καὶ δοκίμως ἀποφανθὲν, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· Καθὼς παρελάβομεν παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπων, καὶ ἐν τῇ κατηχήσει, καὶ ὅτε τὸ λουτρὸν ἐλαμβάνομεν, καὶ καθὼς ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν μεμαθήκαμεν, καὶ ὡς ἐν τῷ πρεσβυτερείῳ, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἐπισκοπῇ ἐπιστεύσαμέν τε καὶ ἐδιδάσκομεν, οὕτω καὶ νῦν πιστεύοντες, τὴν ἡμετέραν πίστιν ὑμῖν προσαναφέρομεν. Ἔστι δὲ αὕτη· Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα, τὸν τῶν ἁπάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων Ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, ζωὴν ἐκ ζωῆς [r], Υἱὸν μονογενῆ, πρωτότοκον πάσης κτίσεως, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς γεγεννημένον· δι' οὗ καὶ ἐγένετο τὰ πάντα, τὸν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθέντα, καὶ ἐν ἀνθρώποις πολιτευσάμενον· καὶ παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· καὶ ἀνελθόντα πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ ἥξοντα πάλιν ἐν δόξῃ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Πιστεύομεν καὶ εἰς ἓν Πνεῦμα ἅγιον. Τού-

dicibus germina; fluxu, ut ex parentibus liberi; partitione vero, ut ex auri massa duæ vel tres phialæ : nullo porro ex his modo esse Filium Dei : idcirco in eam fidem se consentire non posse asseverabant. Vocem igitur consubstantialis plurimis cavillis ac dicteriis insectati, Arii depositioni subscribere noluerunt. Quam ob causam synodus quidem Arium et omnes qui cum eo sentiebant, anathemate percussit, adjecto insuper ne Alexandriam ingredi ei liceret. Imperator vero tum Arium ipsum, tum Eusebium ac Theognin exsilio mulctavit. Et Eusebius quidem ac Theognis, paulo post quam in exsilium missi essent, oblato pœnitentiæ libello, in fidem consubstantialis consensere, sicut in progressu orationis ostensuri sumus. Tunc vero Eusebius, is qui cognomentum Pamphili sortitus est, Cæsareæ in Palæstina sacerdotium gerens, cum in synodo paululum hæsitavisset, secumque expendisset utrum admittenda esset fidei formula, tandem et ipse una cum reliquis assensus est et subscripsit : et Cæsariensibus suis conscriptam fidei formulam misit, vocem consubstantialis interpretatus, ne quis sinistrum quidpiam de ipso suspicaretur, eo quod aliquantulum substitisset. Porro quæ ab Eusebio scripta sunt, sic se habent : Quæ de fide ecclesiastica in magno concilio Nicææ congregato tractata sunt, verisimile quidem est jam vos aliunde didicisse, fratres charissimi, cum accuratam rerum gestarum narrationem fama plerunque soleat præcurrere. Verum ne istiusmodi rumore res **23** vobis aliter quam se habet nuntietur, necessarium putavimus ad vos mittere primum quidem fidei formulam a nobis propositam, deinde alteram, quam episcopi quibusdam ad nostram adjectis appendicibus promulgarunt. Nostra igitur formula, quæ in conspectu imperatoris Deo charissimi lecta, recte ac probe se habere omnibus visa est, sic habet : Sicut ab antecessoribus nostris episcopis accepimus, tunc cum primis fidei rudimentis instructi, et cum salutari lavacro tincti sumus : sicut ex divinis Scripturis didicimus, et sicut ipsi tum in presbyterio, tum in episcopali gradu constituti, et credidimus et docuimus, ita nunc etiam credentes, fidem nostram vobis exponimus. Est autem hujusmodi : Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, visibilium omnium et invisibilium Creatorem : et in unum Dominum Jesum Christum, Dei Verbum, Deum de Deo, lumen de lumine, vitam ex vita, Filium unigenitum, primogenitum omnis creaturæ, ante omnia sæcula ex Deo Patre genitum, per quem omnia facta sunt : qui propter nostram salutem incarnatus est, et inter homines versatus : qui

## VALESII ANNOTATIONES.

(46) *Ἔστι δὲ αὐτοῦ τὰ γραφέντα.* In codice Florentino et Sfortiano legitur ἔστι δὲ αὐτὰ τοῦ Εὐσεβίου τὰ γραφέντα, etc.

## VARIORUM.

[r] *Ζωὴν ἐκ ζωῆς.* Sicut Eusebius Filium vocat *vitam de vita ;* ita alii postea *virtutem de virtute, et sapientiam de sapientia.* S. August. *De Trin.* lib. VII, cap. 3 : *Ideo Christus virtus et sapientia Dei, quia de Patre virtute et sapientia est ; sicut lumen de Patre lumine,* etc.

Digitized by Google

passus est, et resurrexit tertia die; ascendit ad Patrem, et iterum venturus est cum gloria ut vivos judicet ac mortuos. Credimus etiam in unum Spiritum sanctum. Horum unumquemque esse ac subsistere credentes : Patrem vere Patrem, Filium vere Filium, et Spiritum sanctum vere Spiritum sanctum : sicut et Dominus noster, cum discipulos suos ad prædicandum mitteret, dixit : *Ite ac docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*[17]. De quibus etiam affirmamus, nos ita tenere atque ita sentire, et olim ita tenuisse, et usque ad mortem retenturos, atque in hac fide constanter permansuros esse, omnem impiam hæresim anathemate damnantes. Hæc nos omnia sincere atque ex animo sensisse, ex quo nosmetipsi nosse potuimus, atque etiamnum sentire et loqui verissime, coram omnipotente Deo et coram Domino nostro Jesu Christo testificamur, parati certissimis probationibus ostendere, et vobis persuadere, nos præteritis etiam temporibus ita credidisse, atque ita prædicasse. Cum hæc a nobis fides esset exposita, nullus erat contradicendi locus. Sed et imperator ipse noster Deo charissimus, eam rectissime conceptam esse, primus omnium testatus est : atque ita sentire se affirmavit, cunctosque hortatus est ut ei assentirentur atque subscriberent, utque in hanc doctrinam omnes conspirarent; una duntaxat voce consubstantialis adjecta. Quam quidem vocem ipse quoque **24** interpretatus est, asserens consubstantiale a se dici, non juxta corporis affectiones, neque per divisionem aut per sectionem quamdam Filium ex Patre subsistere : fieri enim non posse, ut materiæ expers natura et intellectualis atque incorporea corpoream ullam affectionem admittat : sed divinis arcanisque rationibus id esse intelligendum. Ac sapientissimus quidem et religiosissimus imperator ita tum philosophatus est. Illi vero occasione vocis illius consubstantialis, hujusmodi formulam conscripserunt :

A των ἕκαστον εἶναι καὶ ὑπάρχειν πιστεύοντες, Πατέρα ἀληθῶς Πατέρα, καὶ Υἱὸν ἀληθῶς Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἀληθῶς ἅγιον Πνεῦμα· καθὼς καὶ Κύριος ἡμῶν ἀποστέλλων εἰς τὸ κήρυγμα τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, εἶπε· *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος*. Περὶ ὧν καὶ διαβεβαιούμεθα οὕτως ἔχειν, καὶ οὕτω φρονεῖν, καὶ πάλαι οὕτως ἐσχηκέναι, καὶ μέχρι θανάτου οὕτω σχήσειν, καὶ ἐν αὐτῇ ἐνίστασθαι τῇ πίστει, ἀναθεματίζοντες πᾶσαν αἵρεσιν ἄθεον. Ταῦτα ἀπὸ καρδίας καὶ ψυχῆς πάντα πεφρονηκέναι, ἐξ οὗπερ ἴσμεν ἑαυτοὺς, καὶ νῦν φρονεῖν τε καὶ λέγειν ἐξ ἀληθείας, ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος, καὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μαρτυρούμεθα, δεικνύναι ἔχοντες δι' B ἀποδείξεων, καὶ πείθειν ὑμᾶς, ὅτι καὶ τοὺς παρελθόντας χρόνους οὕτως ἐπιστεύομέν τε καὶ ἐκηρύσσομεν ὁμοίως. Ταύτης ὑφ' ἡμῶν ἐκτεθείσης τῆς πίστεως, οὐδενὶ παρῆν ἀντιλογίας τόπος. Ἀλλ' αὐτός τε πρῶτος ὁ θεοφιλέστατος ἡμῶν βασιλεὺς, ὀρθότατα περιέχειν αὐτὴν ἐμαρτύρησεν· οὕτω τε καὶ ἑαυτὸν φρονεῖν ἐμαρτύρατο, καὶ ταύτῃ τοὺς πάντας συγκαταθέσθαι, καὶ ὑπογράφειν τοῖς δόγμασι, καὶ συμφωνεῖν τούτοις αὐτοῖς παρεκελεύετο, ἑνὸς μόνου προσεγγραφέντος ῥήματος τοῦ ὁμοουσίου (47). Ὃ καὶ αὐτὸς ἡρμήνευσε λέγων, ὅτι μὴ κατὰ τὰ τῶν σωμάτων πάθη λέγοι τὸ ὁμοούσιον, οὔτε οὖν κατὰ διαίρεσιν, οὔτε κατά τινα ἀποτομὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς ὑποστῆναι· μήτε γὰρ δύνασθαι τὴν ἄϋλον, καὶ νοερὰν, C καὶ ἀσώματον φύσιν, σωματικόν τι πάθος ὑφίστασθαι· θείοις δὲ καὶ ἀπορῥήτοις ῥήμασι [a] προσήκει τὰ τοιαῦτα νοεῖν. Καὶ ὁ μὲν σοφώτατος καὶ εὐσεβὴς ἡμῶν βασιλεὺς τοιάδε ἐφιλοσόφει. Οἱ δὲ, προφάσει τοῦ ὁμοουσίου, τήνδε τὴν γραφὴν πεποιήκασι (48)·

SYMBOLUM.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium Creatorem : et in

ΤΟ ΜΑΘΗΜΑ.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων Ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα

[17] Matth. XXVIII, 19.

VALESII ANNOTATIONES.

(47) *Προσεγγραφέντος ῥήματος τοῦ ὁμοουσίου.* Affirmare videtur Eusebius, Constantinum imperatorem auctorem fuisse ut vocabulum consubstantialis in symbolo adderetur. Quod tamen nequaquam verisimile est. Neque enim adeo doctus erat Constantinus, quippe qui vix adhuc esset catechumenus. Sic igitur hæc Eusebii narratio intelligenda est, ut episcopi quidem post prolatum ab Eusebio Cæsariense Symbolum, addendam illi esse censuerint vocem *consubstantialis*, Constantinus vero eorum sententiam confirmaverit. Eusebius vero, qui se apud suos purgare et excusare satagebat, quod formulæ fidei in concilio editæ subscripsisset, quemadmodum testatur Athanasius in libro De decretis synodi Nicænæ, et in libro De synodis Arimini et Seleuciæ, rem de industria involvit, et Constantino principi id ascribit, quod episcopis potius erat ascribendum.

(48) *Τήνδε τὴν γραφὴν πεποιήκασι.* Post hæc verba, ante Symbolum Nicænum, in codice Florentino et Sfortiano adduntur hæc verba, τὸ μάθημα. Ita Græci vocabant Symbolum fidei, eo quod a catechumenis memoriter disceretur. Socrates in libro tertio, capite 25, Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ μαθήματος. Leontius Bisantius in lib. De sectis, de synodo Constan- D tinopolitana loquens : Καὶ ἐκτίθενται ὅρον ἤτοι μάθημα πίστεως, ὅπερ λέγομεν. Et multo post de concilio Chalcedonensi loquens, Καὶ ἐκτίθενται μάθημα, πῶς δεῖ πιστεύειν. Et pagina 466, de Zenonis Henotico loquens, Symbolum Nicænum vocat τὸ μάθημα τῶν ἐν Νικαίᾳ. Restituenda est ea vox in lib. V Historiæ tripertitæ. Nam ubi vulgo legitur : *Præsens concilium celebratum est, non ut anathema discat, neque ut fidei explanationem suscipiat*, etc., scribendum est : *Non ut mathema discat*, etc.

VARIORUM.

[a] *Ἀποῤῥήτοις ῥήμασι.* Rectius legitur ἀποῤῥήτοις λόγοις apud Theodorit. lib. I, cap. 12. W. LOWTH.

Digitized by Google

Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός· Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα· ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα, ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς· ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Τοὺς δὲ λέγοντας, Ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, ἢ Οὐκ ἦν πρὶν γεννηθῆναι [1], ἢ ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ κτιστὸν, ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία.

Καὶ δὴ ταύτης τῆς γραφῆς ὑπ' αὐτῶν ὑπαγορευθείσης, ὅπως εἴρηται αὐτοῖς τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιον, οὐκ ἀνεξέταστον αὐτοῖς καταλιμπάνομεν. Ἐπερωτήσεις τοιγαροῦν καὶ ἀποκρίσεις ἐντεῦθεν ἀνεκινοῦντο, ἐβασάνιζέν τε ὁ λόγος τὴν διάνοιαν τῶν εἰρημένων· καὶ δὴ καὶ τὸ *ἐκ τῆς οὐσίας* ὡμολόγητο πρὸς αὐτῶν, δηλωτικὸν εἶναι τοῦ ἐκ μὲν τοῦ Πατρὸς εἶναι, οὐ μὴν ὡς μέρος ὑπάρχειν τοῦ Πατρός. Ταῦτα δὲ καὶ ἡμῖν ἐδόκει (49) καλῶς ἔχειν συγκατατίθεσθαι τῇ διανοίᾳ τῆς εὐσεβοῦς διδασκαλίας, ὑπαγορευούσης ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱὸν, οὐ μὴν μέρος τῆς οὐσίας αὐτοῦ τυγχάνειν. Διόπερ τῇ διανοίᾳ καὶ αὐτοὶ συντιθέμεθα, οὐδὲ τὴν φωνὴν τοῦ ὁμοουσίου παραιτούμενοι, τοῦ τῆς εἰρήνης σκοποῦ πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῖν κειμένου, καὶ τοῦ μὴ τῆς ὀρθῆς ἐκπεσεῖν διανοίας. Κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ, καὶ τὸ *γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα*, κατεδεξάμεθα, ἐπειδὴ τὸ *ποιηθὲν*, κοινὸν ἔφασκον εἶναι πρόσρημα τῶν λοιπῶν κτισμάτων, τῶν διὰ τοῦ Υἱοῦ γενομένων· ὧν οὐδὲν ὅμοιον ἔχειν τὸν Υἱόν· διὸ δὴ μὴ εἶναι αὐτὸν ποίημα, τοῖς δι' αὐτοῦ γενομένοις ὅμοιον· κρείττονος δὲ ἢ κατὰ πᾶν ποίημα τυγχάνειν οὐσίας, ἣν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγενῆσθαι διδάσκει τὰ θεῖα Λόγια, τοῦ τρό-

A unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei, genitum ex Patre unicum, hoc est ex substantia Patris : Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum, non factum : consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo sunt et in terra : qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit, incarnatusque et homo factus est, et passus; qui resurrexit tertia post die; ascendit ad cœlos, venturus est ut vivos judicet ac mortuos : et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt : Fuit aliquando tempus cum non esset; et, Antequam gigneretur non erat : vel quod de non exstantibus factus sit : aut qui ex altera substantia vel essentia dicunt esse Filium Dei, aut creatum, aut conversioni mutationique obnoxium, anathematizat B sancta catholica et apostolica Dei Ecclesia.

Cum hæc ab illis dictata esset fidei formula, id quod ab illis dictum erat, ex substantia Patris, et consubstantialis, non absque examine prætermisimus. Hinc igitur variæ **25** quæstiones ortæ sunt et responsiones : et quænam esset eorum verborum sententia, accurate expendebatur. Et has quidem voces, *ex substantia*, fassi sunt hoc significare, Filium quidem esse ex Patre, sed non tanquam partem ipsius Patris. Hunc sensum ut nos quoque amplecteremur, æquum omnino videbatur, cum pia doctrina prædicet, Filium ex Patre esse, non tamen partem esse illius substantiæ. Quamobrem et nos huic notioni assensum præbemus. Ac ne ipsam quiC dem vocem consubstantialis rejicimus, pacis intuitu, et ne a recta intelligentia excidamus. Pari ratione has etiam voces approbavimus, *genitum, non factum*. Nam *factum*, verbum esse dicebant commune reliquis omnibus creaturis quæ per Filium facta sunt; quibus nihil simile habeat Filius : ac proinde eum non esse facturam, his quæ per ipsum facta sunt similem; sed longe præstantioris quam reliquas creaturas esse substantiæ, quam quidem ex Patre esse, divina docent Oracula, arcano quodam generationis

## VALESII ANNOTATIONES.

(49) *Ταῦτα δὲ καὶ ἡμῖν ἐδόκει*, etc. In codice Allatii et apud Theodoritum in lib. primo Historiæ legitur ταύτῃ δέ, etc. Sed vulgata lectio melior mihi videtur. Epiphanius Scholasticus legisse videtur διὰ ταῦτα. Sic enim vertit : *Propterea nobis quoque videbatur bene se habere, ut mente consentiremus piæ doctrinæ*, etc.

## VARIORUM.

[1] *Οὐκ ἦν πρὶν γεννηθῆναι*. Hujus effati, quod pro suo agnoscit Arius in Epistola ad Eusebium Nicomediensem, apud Theodorit. lib. I, cap. 5, hic erat sensus, Filium a Patre per generationem originem habuisse, quod etiam Catholici confitebantur; sed ita habuisse, ut tempus aliquod assignari possit, in quo non fuisset genitus. Γέγονεν ὕστερον, ὁ πρότερον μὴ ὑπάρχων, *qui prius non erat, postea exstitit* : et : προηγεῖται διάστημα ἐν ᾧ φασι μὴ γεγενῆσθαι Υἱὸς ἀπὸ τοῦ Πατρός, *præcessit spatium temporis, in quo dicunt non exstitisse Filium a Patre*, prout Ariana dogmata recitat Alexander episcopus Alexandrinus ad cognominem suum Constantinopolitanum, apud Theodorit. lib. I, cap. 4. Cum contra Catholici assererent Πατέρα ἀεὶ εἶναι Πατέρα, ἀεὶ παρόντος τοῦ Υἱοῦ, *Patrem semper esse Patrem, præ-* D *sente semper Filio*, οὐ χρονικῶς, οὐδὲ ἐκ διαστήματος genito, ut ait idem Alexander ibid., Filium esse συναΐδιον et ἀειγέννητον; quas voces uti a Catholicis de Filio usurpatas criminantur Arius, ubi supra, ejusque asseclæ, in Epistola ad Alexandrum apud Athanasium de synod. Arimin. et Seleuc. Eumdem sensum aliis verbis exprimunt Patres synodi Antiochenæ, cum anathemati illos subjiciunt qui asserunt καιρὸν ἢ αἰῶνα εἶναι ἢ γεγονέναι, πρὸ τοῦ γεννηθῆναι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, apud Socratem lib. II, cap. 10. Idem sentiunt auctores Fidei μακροστίχου, cum negant χρονικὸν διάστημα προενθυμητέον Χριστοῦ, ibid., cap. 19. Aliter quidem hoc Arianorum effatum explicat Cl. Bullus in *Defens. fid. Nic.*, sect. III, cap. 9, quem consule. W. LOWTH.



Digitized by Google

modo, qui nec verbis exprimi, nec intelligentia comprehendi ab ulla possit creatura. Sic etiam illud, consubstantialem esse Filium Patri, cum allatis rationibus discussum esset, convenit non juxta corporum modum, neque instar mortalium animantium accipi debere : nam neque per divisionem substantiæ, neque per abscissionem, nec per mutationem paternæ essentiæ atque virtutis id posse constare : ingenitam enim Patris naturam ab his omnibus alienam esse. Verum hoc, consubstantialem esse Patri, nihil aliud significare, quam Filium Dei nullam cum creaturis ab ipso factis similitudinem habere; sed solius Patris, a quo genitus sit, per omnia similem esse; nec ex alia quadam hypostasi aut substantia, sed ex Patre esse. Quod quidem cum ita expositum fuisset, jure merito approbandum esse censuimus : quandoquidem nonnullos ex veteribus insignes episcopos et disertos scriptores, in explicanda Patris ac Filii divinitate, hoc vocabulo consubstantialis usos esse cognovimus. Atque hæc dicta sint de fide quæ Nicææ promulgata est, **26** cui quidem omnes consensimus, non leviter et inconsulto, sed juxta sensus allatos, qui coram ipso religiosissimo imperatore discussi, et ob rationes superius expositas ab omnibus comprobati sunt. Sed et anathematismum qui post fidei formulam ab illis est promulgatus, haudquaquam moleste suscepimus, eo quod peregrinis et a sacra Scriptura alienis vocibus uti prohibeat, ex quibus omnis fere dissensio ac perturbatio Ecclesiarum exorta est. Cum igitur nulla divinitus inspirata Scriptura istis unquam usa sit vocibus : De non exstantibus, et, Fuit aliquando tempus cum non esset : et aliis quæ ibidem subjiciuntur, visum est nullatenus rationi consentaneum esse, ut hæc vel dicerentur vel docerentur. Proinde huic recto ac salubri decreto etiam consensimus, quippe qui nunquam

(69) *Κυριοκτόνων ἐκείνων ἔθνους*. Postrema vox deest in nostris codicibus Florentino et Sfortiano, nec habetur apud Theodoritum.

Digitized by Google

τοιαύτη ἁγιότητι εἶναί τινα διαφοράν· καὶ κάλλιον A ἕπεσθαι τῇ γνώμῃ ταύτῃ, ἐν ᾗ οὐδεμία ἔσται ἀλλοτρίας πλάνης καὶ ἁμαρτήματος ἐπιμιξία. Τούτων οὖν οὕτω στοιχούντων, ἀσμένως δέχεσθαι [d] τὴν οὐρανίαν καὶ θείαν ὡς ἀληθῶς ἐντολήν. Πᾶν γὰρ ὅ τι δ' ἂν ἐν τοῖς ἁγίοις τῶν ἐπισκόπων συνεδρίοις πράττηται, τοῦτο πρὸς τὴν θείαν βούλησιν ἔχει τὴν ἀναφοράν. Διὸ πᾶσι τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν ἀδελφοῖς ἐμφανίσαντες τὰ προγεγραμμένα, ἤδη καὶ τὸν προειρημένον λόγον, καὶ τὴν παρατήρησιν τῆς ἁγιωτάτης ἡμέρας ὑποδέχεσθαί τε καὶ διατάττειν ὀφείλετε· ἵν' ἐπειδὰν πρὸς τὴν πάλαι μοι ποθουμένην τῆς ὑμετέρας διαθέσεως ὄψιν ἀφίκωμαι, ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, τὴν ἁγίαν μεθ' ὑμῶν ἑορτὴν ἐπιτελέσαι δυνηθῶ· καὶ πάντων ἕνεκεν μεθ' ὑμῶν εὐδοκήσω, συνορῶν τὴν διαβολικὴν ὠμότητα ὑπὸ τῆς θείας δυνάμεως διὰ τῶν ἡμετέρων B πράξεων ἀνῃρημένην, ἀκμαζούσης πανταχοῦ τῆς ὑμετέρας πίστεως καὶ εἰρήνης καὶ ὁμονοίας. Ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξοι, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί.

*Ἄλλη ἐπιστολὴ πρὸς Εὐσέβιον* (70).

*Νικητὴς Κωνσταντῖνος, Μέγιστος, Σεβαστὸς, Εὐσεβίῳ.*

Ἕως τοῦ παρόντος χρόνου, τῆς ἀνοσίου βουλήσεως καὶ τυραννίδος τοὺς ὑπηρέτας τοῦ Σωτῆρος Θεοῦ διωκούσης, πεπίστευκα καὶ ἀκριδῶς ἐμαυτὸν πέπεικα, πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν τὰ ἔργα, ἢ ὑπὸ ἀμελείας διεφθάρθαι, ἢ φόδῳ τῆς ἐπικειμένης ἐνεργείας ἐλάττονα τῆς ἀξίας γεγενῆσθαι, ἀδελφὲ προσφιλέστατε. Νυνὶ δὲ τῆς ἐλευθερίας ἀποδοθείσης, καὶ τοῦ δράκοντος ἐκείνου Λικιννίου τοῦ διώκτου (71), ἀπὸ τῆς τῶν C κοινῶν διοικήσεως, Θεοῦ τοῦ μεγίστου προνοίᾳ, ἡμετέρᾳ δὲ ὑπηρεσίᾳ διωχθέντος, ἡγοῦμαι καὶ πᾶσι φανερὰν γενέσθαι τὴν θείαν δύναμιν, καὶ τοὺς ἢ φόδῳ ἢ ἀπιστίᾳ ἢ ἁμαρτήμασί τισι περιπεσόντας, ἐπιγνόντας δὲ (72) τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν, ἥξειν ἐπὶ τὴν ἀληθῆ καὶ ὀρθὴν τοῦ βίου κατάστασιν. Ὅσων τοίνυν ἢ αὐτὸς προΐστασαι ἐκκλησιῶν, ἢ ἄλλους τοὺς κατὰ τόπον προϊσταμένους ἐπισκόπους, πρεσβυτέρους τε ἢ διακόνους οἶσθα, ὑπόμνησον σπουδάζειν περὶ τὰ ἔργα τῶν ἐκκλησιῶν, ἢ ἐπανορθοῦσθαι τὰ ὄντα, ἢ εἰς μείζονα αὔξειν, ἢ ἔνθα ἂν ἡ χρεία ἀπαιτῇ, καινὰ ποιεῖν. Αἰτήσεις δὲ καὶ αὐτὸς, καὶ διὰ σοῦ οἱ λοιποὶ τὰ ἀναγκαῖα, παρά τε τῶν ἡγεμονευόντων, καὶ τῆς ἐπαρχικῆς τάξεως (73)· τούτοις γὰρ ἐπ-

Paschæ festivitas uno eodemque die celebraretur. Neque enim decet in tanta sanctitate aliquam esse dissonantiam : præstatque eam sequi sententiam in qua nulla est alieni erroris scelerisque societas atque communio. Quæ cum ita se habeant, cœlestem gratiam et plane divinum mandatum libentibus animis suscipite. Quidquid enim in sanctis episcoporum conciliis geritur, id omne ad divinam referendum est voluntatem. Quamobrem ubi ea quæ gesta sunt dilectis fratribus nostris nuntiaveritis, supradictam rationem et sanctissimi diei observantiam amplecti ac stabilire debetis : ut cum in dilectionis vestræ conspectum jampridem a me desideratum venero, uno eodemque die sanctam festivitatem peragere possim : utque de omnibus una vobiscum gaudeam, cernens diaboli crudelitatem divina potentia, nobis operam navantibus, esse sublatam : florente ubique terrarum vestra fide atque concordia. Deus vos servet, fratres charissimi.

*Alia epistola ad Eusebium.*

*Victor Constantinus, Maximus, Augustus, Eusebio.*

Cum ad hanc usque diem impia præsumptio et tyrannica violentia ministros Dei ac Servatoris nostri persecuta sit, pro certo habeo planeque mihi ipse persuadeo, omnium ecclesiarum ædificia, aut per incuriam corrupta, aut præ metu ingruentis temporum iniquitatis minus honorifice exculta esse, Eusebi frater charissime. Nunc cum libertas restituta sit, et draco ille providentia quidem Dei optimi maximi, ministerio autem nostro, a reipublicæ administratione submotus; equidem existimo divinam potentiam omnibus clarissime innotuisse : et eos qui seu metu, seu incredulitate aliquid peccaverunt, agnito illo qui vere est, ad rectam et veram vivendi rationem esse redituros. Quotquot igitur ecclesiis aut ipse præes, aut alios in singulis locis præsidentes episcopos, et presbyteros, et diaconos nosti, cunctos admone ut in opera ecclesiarum omni studio ac diligentia incumbant : quo aut reparentur quæ adhuc manent, aut augeantur in majus, aut, sicubi usus postulaverit, nova ædificentur. **35** Quæcunque autem necessaria fuerint, et ipse et reliqui alii tuo interventu, tum a præsidibus provin-

## VALESII ANNOTATIONES.

(70) *Ἄλλη ἐπιστολὴ πρὸς Εὐσέβιον.* Hæc epistola Constantini ad Eusebium, aliæque item duæ quæ sequuntur, prorsus alieno loco hic positæ sunt. Nam nec ad synodum Nicænam ullatenus pertinent, nec de Ario aut de Arianis loquuntur. Quinimo prior hæc Constantini ad Eusebium epistola scripta est ante concilium Nicænum, ut aperte indicat Eusebius ipse in libro secundo de Vita Constantini, cap. 46.

(71) *Καὶ τοῦ δράκοντος ἐκείνου Λικιννίου τοῦ διώκτου.* Tres postremæ voces desunt apud Eusebium in loco supra citato, et scholii vice adjectæ sunt, vel a Socrate, vel ab alio scholiaste.

D (72) *Ἐπιγνόντας δέ.* In libro secundo Eusebii de Vita Constantini legitur ἐπιγνόντας τε τὸ ὄντως ὄν. Apud Theodoritum vero scribitur ἐπιγνόντας τε τὸν ὄντως ὄντα. Ego vero mallem scribere ἐπιγνόντα ἤδη, etc.

(73) *Καὶ τῆς ἐπαρχικῆς τάξεως.* Id est, ab officio præfecturæ prætorianæ. Hi officiales uno verbo ἐπαρχικοὶ dicebantur. Ita enim Chrysostomus appellat in epist. 14 ad Olympiadem, et in epist. 112 et 205. Latini quoque uno verbo præfectianos eos appellant. Sic Ammianus Marcellinus in libro XVII, pagina 90 : *Denique inusitato exemplo, id petendo Cæsar impetraverat a præfecto, ut secundæ Belgicæ*

## VARIORUM.

d Ἀσμένως δέχεσθαι. Legendum δέχεσθε. W Lowth.

Digitized by Google

ciarum petent, tum ab officio præfecturæ prætorianæ. His enim per litteras præceptum est ut iis quæ tua sanctitas dixerit, omni diligentia obsequantur. Divinitas te servet, frater charissime. Et hæc quidem de ecclesiarum ædificatione imperator ad singularum provinciarum episcopos scripsit. Quæ vero de sacris codicibus conficiendis ad Eusebium Palæstinum scripserit, ex ipsis ejus litteris licet cognoscere.

*Victor Constantinus, Maximus, Augustus, Eusebio, Cæsareæ episcopo.*

In ea urbe quæ a nobis nomen sortita est, divina Servatoris nostri adjuvante providentia, maxima hominum multitudo ad sanctissimam Ecclesiam sese adjunxit. Itaque cum cuncta illic maximum incrementum capiant, consentaneum in primis videtur, ut plures quoque in ea construantur ecclesiæ. Accipe igitur libenti animo id quod facere decrevi. Visum est enim id significare prudentiæ tuæ, ut quinquaginta codices divinarum Scripturarum, quarum apparatum et usum maxime necessarium Ecclesiæ esse intelligis, in membranis probe apparatis, ab artificibus antiquariis venuste scribendi peritissimis describi facias, qui et legi facile, et ad omnem usum circumferri possint. Litteræ porro a nostra clementia missæ sunt ad rationalem diœcesis, ut cuncta ad eorum codicum confectionem necessaria præberi curet. Tuæ erit diligentiæ ut scripti codices quantocius apparentur. Cæterum duorum publicorum vehiculorum usum auctoritate hujus epistolæ accipies. Sic enim quæ eleganter descripta sunt, ad conspectum nostrum commodissime perferentur : uno scilicet ex ecclesiæ tuæ diaconis id ministerium obeunte. Qui quidem ubi ad nos pervenerit, humanitatis nostræ experimentum capiet. Divinitas te servet, frater charissime.

ἐστάλη, πάσῃ σπουδῇ ἐξυπηρετήσασθαι τοῖς ὑπὸ τῆς σῆς ὁσιότητος λεγομένοις. Ὁ Θεὸς διαφυλάξοι σε, ἀγαπητὲ ἀδελφέ. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν οἰκοδομῆς, πρὸς τοὺς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους ἐπέστειλεν. Ὁποῖα δὲ καὶ περὶ τῆς τῶν ἱερῶν βιβλίων κατασκευῆς πρὸς Εὐσέβιον ἔγραψε τὸν Παλαιστῖνον, ἐξ αὐτῶν τῶν γραμμάτων καταμαθεῖν εὐπετές.

*Νικητὴς Κωνσταντῖνος, Μέγιστος, Σεβαστὸς, Εὐσεβίῳ Καισαρείας.*

Κατὰ τὴν ἐπώνυμον ἡμῖν πόλιν, τῆς τοῦ Σωτῆρος Θεοῦ συναιρομένης προνοίας, μέγιστον πλῆθος ἀνθρώπων τῇ ἁγιωτάτῃ Ἐκκλησίᾳ ἀνατέθεικεν ἑαυτὸν, ὡς πάντων ἐκεῖσε πολλὴν λαβόντων αὔξησιν. Σφόδρα τοίνυν ἄξιον καταφαίνεται (74), καὶ ἐκκλησίας ἐν αὐτῇ κατασκευασθῆναι πλείους. Τοιγάρτοι δέδεξο προθυμότατα τὸ δόξαν τῇ ἡμετέρᾳ προαιρέσει· πρέπον κατεφάνη δηλῶσαι τοῦτο τῇ σῇ συνέσει, ὅπως ἂν πεντήκοντα σωμάτια ἐν διφθέραις ἐγκατασκεύοις, εὐανάγνωστά τε καὶ πρὸς τὴν χρῆσιν εὐπαρακόμιστα, ὑπὸ τεχνιτῶν καλλιγράφων, καὶ ἀκριβῶς τὴν τέχνην ἐπισταμένων, γραφῆναι κελεύσειας· τῶν θείων δηλαδὴ Γραφῶν, ὧν μάλιστα τὴν ἐπισκευὴν καὶ τὴν χρῆσιν, τῷ τῆς ἐκκλησίας λόγῳ ἀναγκαίαν εἶναι γινώσκεις. Ἀπέσταλται δὲ γράμματα παρὰ τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος πρὸς τὸν τῆς διοικήσεως καθολικὸν (75), ὅπως ἂν πάντα τὰ πρὸς τὴν ἐπισκευὴν αὐτῶν ἐπιτήδεια παρασχεῖν φροντίσειεν. Ἵνα γὰρ ὡς τάχιστα τὰ γραφέντα σωμάτια κατασκευασθείη, τῆς σῆς ἐπιμελείας ἔργον τοῦτο γενήσεται· καὶ γὰρ δύο δημοσίων ὀχημάτων ἐξουσίαν εἰς διακομιδὴν, ἐκ τῆς αὐθεντίας τοῦ γράμματος ἡμῶν τούτου λαβεῖν σε προσήκει. Οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὰ καλῶς γραφέντα, καὶ μέχρι τῶν ἡμετέρων ὄψεων ῥᾷστα διακομισθείη, ἑνὸς δηλαδὴ τοῦτο πληροῦντος τῶν ἐκ τῆς σῆς Ἐκκλησίας διακόνων· ὃς ἐπειδὰν ἀφίκηται πρὸς ἡμᾶς, τῆς ἡμετέρας πειραθήσεται φιλανθρωπίας. Ὁ Θεός σε διαφυλάξοι, ἀδελφὲ ἀγαπητέ.

## 36 *Alia epistola ad Macarium.*

*Victor Constantinus, Maximus, Augustus, Macario, Hierosolymorum episcopo.*

Tanta est Servatoris nostri gratia, ut nulla sermonis copia ad præsentis miraculi narrationem sufficere videatur. Nam ut sacratissimæ illius passionis monumentum, sub terra jampridem occultatum tot annorum spatio delituerit, quoad communi omnium hoste sublato, famulis ejus in libertatem assertis affulgeret, id omnem revera admirationem superat. Nam tametsi quotquot ubique terrarum sapientes habentur, omnes in unum coacti, aliquid

## *Ἄλλη ἐπιστολὴ πρὸς Μακάριον.*

*Νικητὴς Κωνσταντῖνος, Μέγιστος, Σεβαστὸς, Μακαρίῳ Ἱεροσολύμων.*

Τοσαύτη τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐστιν ἡ χάρις, ὡς μηδεμίαν λόγων χορηγίαν τοῦ παρόντος πράγματος ἀξίαν εἶναι δοκεῖν. Τὸ γὰρ γνώρισμα τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πάθους ὑπὸ τῇ γῇ πάλαι κρυπτόμενον, τοσαύταις ἐτῶν περιόδοις λαθεῖν, ἄχρις οὗ διὰ τῆς τοῦ κοινοῦ πάντων ἐχθροῦ ἀναιρέσεως, ἐλευθερωθεῖσι τοῖς ἑαυτοῦ θεράπουσιν ἀναλάμπειν ἔμελλε, πᾶσαν ἔκπληξιν ὡς ἀληθῶς ὑπερβαίνει. Εἰ γὰρ πάντες οἱ διὰ πάσης τῆς οἰκουμένης εἶναι δοκοῦντες σοφοὶ, εἰς

### VALESII ANNOTATIONES.

*multiformibus malis oppressæ dispositio sibi committeretur : ea videlicet lege, ut nec præfectianus, nec præsidialis apparitor ad solvendum quemquam urgeret.* Vide quæ notavi ad librum secundum Eusebii De vita Constantini.

(74) *Σφόδρα τοίνυν ἄξιον καταφαίνεται.* Apud Eusebium in libro IV De vita Constant., et apud Theodoritum in libro I Historiæ, hic locus ita legitur ac distinguitur, ὡς πάντων ἐκεῖσε πολλὴν λαβόντων αὔξησιν, σφόδρα ἄξιον καταφαίνεσθαι, etc.

(75) *Διοικήσεως καθολικόν.* Hunc locum exposui in Annotationibus ad librum quartum De vita Constantini. De Καθολικοῖς vero, seu Rationalibus multa dixi, partim in Commentariis ad Ammianum Marcellinum, partim in Notis ad excerpta Dionis Cocceiani, partim etiam in Annotationibus ad Historiam ecclesiasticam Eusebii.

Digitized by Google

ἐν καὶ τὸ αὐτὸ συνελθόντες, ἄξιόν τι τοῦ πράγματος ἐθελήσωσιν εἰπεῖν, οὐδ' ἂν πρὸς τὸ βραχύτατον ἁμιλληθῆναι δυνήσονται· ἐπὶ τοσούτῳ πᾶσαν ἀνθρωπίνου λογισμοῦ χωρητικὴν φύσιν ἡ τοῦ θαύματος τούτου πίστις ὑπερβαίνει, ὅσῳ τῶν ἀνθρωπίνων τὰ οὐράνια συνέστηκεν εἶναι δυνατώτερα. Διὰ τοῦτο γοῦν οὗτος ἀεὶ καὶ πρῶτος καὶ μόνος ἐστί μοι σκοπὸς, ἵν' ὥσπερ ἑαυτὴν ὁσημέραι καινοτέροις θαύμασιν, ἡ τῆς ἀληθείας πίστις ἐνδείκνυσιν, οὕτω καὶ αἱ ψυχαὶ πάντων ἡμῶν περὶ τὸν ἅγιον νόμον, σωφροσύνῃ καὶ ὁμογνώμονι προθυμίᾳ, σπουδαιότεραι γίγνοιντο. Ὅπερ ἐπειδὴ πᾶσιν εἶναι νομίζω φανερὸν, ἐκεῖνο μάλιστά σε πεπεῖσθαι βούλομαι, ὡς ἄρα πάντων μοι μέλει μᾶλλον, ὅπως τὸν ἱερὸν ἐκεῖνον τόπον, ὃν Θεοῦ προστάγματι αἰσχίστης εἰδώλου προσθήκης, ὥσπερ τινὸς ἐπικειμένου βάρους ἐκούφισα, ἅγιον μὲν ἐξ ἀρχῆς Θεοῦ κρίσει γεγενημένον, ἁγιώτερον δὲ ἀποφανθέντα, ἀφ' οὗ τὴν τοῦ σωτηρίου πάθους πίστιν εἰς φῶς προήγαγεν, οἰκοδομημάτων κάλλει κοσμήσωμεν. Προσήκει τοίνυν τὴν σὴν ἀγχίνοιαν οὕτω διατάξαι τε, καὶ ἑκάστου τῶν ἀναγκαίων ποιήσασθαι πρόνοιαν, ὡς οὐ μόνον βασιλικὴν τῶν πανταχοῦ βελτίονα, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ, τοιαῦτα γενέσθαι, ὡς πάντα τὰ ἐφ' ἑκάστης πόλεως καλλιστεύοντα, ὑπὸ τοῦ κτίσματος τούτου νικᾶσθαι· καὶ περὶ μὲν τῆς τῶν τοίχων ἐργασίας τε καὶ καλλιεργίας, Δρακιλλιανῷ τῷ ἡμετέρῳ φίλῳ διέποντι τῶν λαμπροτάτων ἐπάρχων τὰ μέρη (76), καὶ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι, παρ' ἡμῶν ἐγκεχειρίσθαι τὴν φροντίδα γίνωσκε. Κεκέλευσται γὰρ ὑπὸ τῆς ἐμῆς εὐσεβείας, καὶ τεχνίτας καὶ ἐργάτας, καὶ πάνθ' ὅσα περὶ τὴν οἰκοδομὴν ἀναγκαῖα τυγχάνειν, παρὰ τῆς σῆς καταμάθοιεν ἀγχινοίας, παραχρῆμα διὰ τῆς ἐκείνων προνοίας ἀποσταλῆναι. Περὶ δὲ τῶν κιόνων, ἢ τῶν μαρμάρων, ἃ δ' ἂν νομίσῃς εἶναι τιμιώτερά τε καὶ χρησιμώτερα, αὐτὸς συνόψεως γενομένης πρὸς ἡμᾶς γράψαι σπούδασον· ἵν' ὅσων δ' ἂν καὶ ὁποίων χρείαν εἶναι διὰ τοῦ γράμματος ἐπιγνῶμεν, ταῦτα πανταχόθεν μετενεχθῆναι δυνηθῇ. Τὸν γὰρ τοῦ κόσμου θαυμασιώτερον τόπον, κατ' ἀξίαν φαιδρύνεσθαι δίκαιον. Τὴν δὲ τῆς βασιλικῆς καμάραν, πότερον λακωναρίαν, ἢ διά τινος ἑτέρας ἐργασίας γενέσθαι δοκεῖ, παρὰ σοῦ γνῶναι βούλομαι. Εἰ γὰρ λακωναρία μέλλοι εἶναι, δυνήσεται καὶ χρυσῷ καλλωπισθῆναι. Τὸ λειπόμενον, ἵνα ἡ σὴ ὁσιότης τοῖς προειρημένοις δικασταῖς ᾗ τάχος γνωρισθῆναι ποιήσῃ, ὅσων τε καὶ ἐργατῶν καὶ τεχνιτῶν καὶ ἀναλωμάτων χρεία· καὶ πρὸς ἐμὲ εὐθέως ἀνενεγκεῖν σπούδασον, οὐ μόνον περὶ τῶν μαρμάρων τε καὶ κιόνων, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν λακωναριῶν, εἴγε τοῦτο κάλλιον ἐπικρίνειας. Ὁ Θεός σε διαφυλάξοι, ἀδελφὲ ἀγαπητέ. Καὶ ἄλλας δὲ ἐπιστολὰς ὁ βασιλεὺς κατὰ Ἀρείου καὶ τῶν ὁμοδόξων αὐτοῦ πανηγυρικώτερον γράψας, πανταχοῦ κατὰ πόλεις προσέθηκε (77)

A pro hujus rei dignitate dicere instituerent, ne ad minimam quidem ejus partem aspirare posse mihi videntur. Quippe hujus miraculi fides omnem humanæ rationis capacem naturam tantum excedit, quantum humanis divina præcellunt. Quocirca hic unus mihi ac præcipuus semper est scopus, ut quemadmodum veritatis fides novis quotidie miraculis inclarescit, sic etiam mentes omnium nostrum ad sanctissimæ legis observantiam cum omni modestia et concordi alacritate incitentur. Quod quoniam omnibus perspectissimum esse confido, id tibi in primis persuasum velim, nihil mihi antiquius esse quam ut sacrum illum locum, quem Dei jussu turpissima adjectione simulacri velut gravi quodam pondere exoneravi; et qui ab initio quidem Dei judicio sanctus fuit, postea vero multo sanctior effe- B ctus est, ex quo Dominicæ passionis fidem in lucem protulit; eum, inquam, locum fabricarum pulchritudine exornemus. Decet itaque prudentiam tuam, singula ad opus necessaria ita disponere et curare, ut non modo basilica ipsa omnium quæ ubique sunt pulcherrima; sed et reliqua membra ejusmodi sint, ut omnes singularum urbium fabricæ quantumvis eximiæ, ab hac una facile superentur. Ac de parietum quidem substructione et elegantia, Draciliano amico nostro, agenti vices clarissimorum præfectorum prætorio, et præsidi provinciæ scias a me curam esse commissam. Jussit siquidem pietas nostra ut artifices et operarii, et quæcunque ad hoc opus necessaria esse ex prudentia tua co- C gnoverint, protinus instante illorum sollicitudine dirigantur. De columnis vero et marmoribus, quæcunque et pretiosiora et utiliora esse ipso aspectu judicaveris, cura ut ad nos perscribas; ut cum ex litteris tuis cognoverimus quot et qualibus opus sit, ea undique possint comportari. Æquum est enim ut qui præ totius orbis locis maxime admirabilis est locus, pro dignitate sua exornetur. Porro **37** cameram basilicæ, utrum laqueatam, an alio quopiam operis genere faciendam censeas, certior a te fieri velim. Nam si laqueata fiet, auro quoque poterit exornari. Restat igitur ut sanctitas tua supra memoratis judicibus quamprimum significet quot operariis, et artificibus, et sumptibus opus erit: D utque ad me celeriter referat, non modo de marmoribus et columnis, sed etiam de lacunaribus, si hoc opus venustius esse censueris. Divinitas te servet, frater charissime. Alias etiam epistolas contra Arium sectatoresque ejus, in modum orationum scriptas per singulas urbes proposuit, perstringens hominem, et facete jocando suggillans. Scripsit præterea ad Nicomedienses adversus Eusebium et Theognim. Quibus in litteris improbitatem Eusebii

## VALESII ANNOTATIONES.

(76) *Δρακιλλιανῷ τῷ διέποντι τῶν λαμπροτάτων ἐπάρχων τὰ μέρη.* Hunc locum abunde exposui in Annotationibus ad librum tertium Eusebii de vita imperatoris Constantini, cap. 31. Eas igitur consulet studiosus lector, si volet. Nam et alia hujus epistolæ loca ibidem exposita reperiet, quæ hoc loco repetere superfluum esse duxi.

(77) *Πανταχοῦ κατὰ πόλεις προσέθηκε.* Scribendum omnino est προέθηκε, id est, proposuit. Solebant enim imperatores Romani epistolas suas,

Digitized by Google

carpit, non solum eo quod Ario semper favisset, verum etiam quod tyranni partibus antehac addictus, rebus suis insidiatus esset. Proinde illos hortatur ut ejus loco alium episcopum eligant. Verum epistolas de hisce rebus ab eo conscriptas hic apponere, ob earum prolixitatem supervacuum duxi. Si qui vero illarum desiderio tenentur, eas et perquirere facile poterunt et legere. Sed de his hactenus.

A διακωμῳδῶν, καὶ τῆς εἰρωνείας τῷ ἤθει διαβάλλων αὐτόν [e]. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Νικομηδεῦσι (78) κατὰ Εὐσεβίου καὶ Θεόγνιδος γράφων, καθάπτεται μὲν τῆς Εὐσεβίου κακοτροπίας, οὐ μόνον ἐπὶ τῷ Ἀρειανισμῷ, ἀλλ' ὅτι καὶ τῷ τυράννῳ ἤδη πρότερον εὐνοῶν, τοῖς αὐτοῦ πράγμασιν ἐπεβούλευσε· παρῄνει δὲ ἕτερον ἑλέσθαι ἐπίσκοπον ἀντ' αὐτοῦ. Ἀλλὰ τὰς περὶ τούτων ἐπιστολὰς, διὰ τὸ ἐν αὐταῖς μῆκος, ἐνταῦθα προσγράψαι περιττὸν εἶναι ἐνόμισα. Ἐξέστω δὲ τοῖς βουλομένοις, ἀναζητῆσαι καὶ ἐντυγχάνειν αὐταῖς. Καὶ περὶ τούτων τοσαῦτα εἰρήσθω.

## CAP. X.

*Quod Acesium quoque Novatianorum episcopum ad synodum vocaverit imperator.*

Porro imperatoris studium admonet me ut alterius quoque rei mentionem faciam, qua mens illius declaratur, et quantam pacis curam ac sollicitudinem gesserit. Nam cum Ecclesiarum concordiæ consuleret, Acesium quoque Novatianorum episcopum **38** ad concilium evocavit. Cumque fidei formula a synodo conscripta esset, omniumque subscriptione firmata, imperator Acesium interrogavit num et ipse huic fidei et definitioni de festo Paschæ die consensum accommodaret. At ille : Nihil novi,

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

*Ὅτι καὶ τὸν Ναυατιανῶν ἐπίσκοπον Ἀκέσιον κεκλήκει εἰς τὴν σύνοδον ὁ βασιλεύς.*

Κινεῖ δέ με ἡ τοῦ βασιλέως σπουδὴ, καὶ ἑτέρου πράγματος μνήμην ποιήσασθαι τῆς αὐτοῦ γνώμης, B ὅπως ἐφρόντιζε τῆς εἰρήνης. Τῆς γὰρ ἐκκλησιαστικῆς ὁμονοίας πρόνοιαν ποιούμενος, κέκληκε πρὸς τὴν σύνοδον καὶ Ἀκέσιον (79), τῆς τῶν Ναυατιανῶν θρησκείας ἐπίσκοπον. Μετὰ οὖν τὸ γραφῆναι καὶ ὑπογραφῆναι παρὰ τῆς συνόδου τὸν ὅρον τῆς πίστεως, ἠρώτα ὁ βασιλεὺς τὸν Ἀκέσιον, εἰ καὶ αὐτὸς τῇ πίστει συντίθεται, καὶ τῷ ὁρισμῷ τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς [f]. Ὁ δὲ, Οὐδὲν καινὸν, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, ἡ

## VALESII ANNOTATIONES.

quas ad civitates scribebant, publice legendas proponere. Itaque ad calcem epistolæ addebant, *proponatur :* ut in Eusebianis Annotationibus observavi. Sic igitur Constantinus cum multas epistolas conscripsisset adversus Arium et ejus sectatores, eas publice in foro proponi voluit. Talis est Epistola imp. Constantini ad Arium et Arianos, quam refert Gelasius Cyzicenus in libro III De gestis synodi Nicænæ : cujus epistolæ meminit etiam Epiphanius in hæresi Arianorum. Scripta est autem a Constantino post synodum Nicænam, et continet pœnam adversus eos qui a prava Arii opinione recedere noluerint. Jubet enim imperator in fine illius epistolæ, ut decem capitum adjectione multentur, si plebeii fuerint, id est, ut præter tributariam functionem et capitationem suam, pro decem insuper capitibus tributum pendant : qui vero curialis essent originis, curiæ traderentur, et publicis decurionum functionibus obnoxii essent. Hæc igitur epistola fuit instar edicti, ac proinde publice legi ac proponi debuit.

(78) *Καὶ Νικομηδεῦσι.* Hujus epistolæ Constantini ad Nicomedienses pars maxima exstat apud Theodoritum Historiæ ecclesiasticæ libro primo cap. 20. Integra autem, sed Latine, exstat apud Baronium ad annum Christi 329, sicut eam Justinianus imperator misit Vigilio papæ.

(79) *Κέκληκε πρὸς τὴν σύνοδον καὶ Ἀκέσιον.* D Idem refert Sozomenus in libro primo cap. 22; ita tamen ut satis appareat eum a Socrate hanc historiam accepisse. Etenim Socrates quidem totam historiam longe uberius et elegantius refert. Et postquam eam retulit, ait se illam accepisse ab homine fide digno qui synodi Nicænæ temporibus vixisset. Sozomenus vero narrationem hanc sic orditur, *Λέγεται δὲ τὸν βασιλέα*, etc. Nec eam ullius testimonio confirmat. Adde quod Sozomenus ipsa quoque Socratis verba quodammodo suffuratur, immutans aliquantulum atque interpolans, ut solent plagiarii. C Hæc tamen narratio parum probabilis mihi videtur, multis de causis. Primum quia nullius veteris scriptoris testimonio nititur. Deinde nec Socrates, nec Sozomenus dicunt cujusnam urbis episcopus fuerit Acesius. Quod tamen ad fidem faciendam erat necessarium. Præterea nequaquam verisimile est, hæreticorum episcopum ad synodum ecclesiasticam accitum fuisse a Constantino. Nam si ad restituendam Ecclesiæ concordiam Constantinus Acesium evocavit, eadem ratione aliarum quoque hæreseon episcopos ad Nicænum concilium evocasset. Denique quod ait Socrates, se ab homine admodum provectæ ætatis id accepisse, qui synodo interfuisset, incredibile prorsus mihi videtur. Fuit hic Auxano, Novatorum presbyter, qui una cum Acesio huic synodo interfuit, et usque ad imperium Theodosii Junioris vixit, ut ait Socrates cap. 13. A synodo autem Nicæna ad initium imperii Theodosii, anni sunt octoginta tres. Quibus si viginti annos addideris, quos natum fuisse oportet Auxanonem tunc cum synodo interesset, centenario major Auxano fuerit necesse est quando istud Socrati narravit. Æstimet igitur lector quanti faciendum sit testimonium hominis decrepiti et hæretici.

## VARIORUM.

[e] *Διακωμῳδῶν, καὶ τῆς εἰρωνείας τῷ ἤθει διαβάλλων αὐτόν.* Vide Epistolam Constantini ad Arium et Arianos, apud Baronium ad ann. 319, n. 7, etc. W. LOWTH.

[f] *Καὶ τῷ ὁρισμῷ τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς.* Hoc de Paschate decretum distincte a canonibus Nicænis recenset Epiphanius, hæres. 69, num. 10, et recte quidem : neque enim in canonibus occurrit; quod nonnulli eo detorquere conabantur, ut exinde probarent plures quam viginti canones a Nicænis Patribus constitutos esse; non animadvertentes consensum etiam Patrum istorum de fide in canones non referri; neque sane necesse erat ut canon de utrovis institueretur. Cum enim eo ipso nomine convocati fuerint, ut fidem de Filii divinitate exponerent, et controversiam de Paschate tunc temporis exortam determinarent, quid de istis negotiis factum est, in Epistola synodica (superiori capite

Digitized by Google

σύνοδος ὥρισεν. Οὕτω γὰρ ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς, ἐκ τῶν ἀποστολικῶν χρόνων παρείληφα καὶ τὸν ὅρον τῆς πίστεως καὶ τὸν χρόνον τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς. Ἐπανερομένου οὖν τοῦ βασιλέως, Διὰ τί οὖν τῆς κοινωνίας χωρίζῃ; ἐκεῖνος τὰ ἐπὶ Δεκίου γενόμενα κατὰ τὸν διωγμὸν ἐδίδασκε· καὶ τὴν ἀκρίβειαν τοῦ αὐστηροῦ κανόνος ἔλεγεν, ὡς ἄρα οὐ χρὴ τοὺς μετὰ τὸ βάπτισμα ἡμαρτηκότας ἁμαρτίαν, ἣν πρὸς θάνατον καλοῦσιν αἱ θεῖαι Γραφαὶ, τῆς κοινωνίας τῶν θείων μυστηρίων ἀξιοῦσθαι, ἀλλ' ἐπὶ μετάνοιαν μὲν αὐτοὺς προτρέπειν· ἐλπίδα δὲ τῆς ἀφέσεως μὴ παρὰ τῶν ἱερέων, ἀλλὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐκδέχεσθαι, τοῦ δυναμένου καὶ ἐξουσίαν ἔχοντος συγχωρεῖν ἁμαρτήματα. Ταῦτα εἰπόντος τοῦ Ἀκεσίου, ἐπειπεῖν τὸν βασιλέα, Θὲς, ὦ Ἀκέσιε, κλίμακα, καὶ μόνος ἀνάβηθι εἰς τὸν οὐρανόν. Τούτων οὔτε ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος, οὔτε ἄλλος τις ἐμνημόνευσε πώποτε. Ἐγὼ δὲ παρὰ ἀνδρὸς ἤκουσα οὐδαμῶς ψευδομένου, ὃς παλαιός τε ἦν σφόδρα, καὶ ὡς ἱστορήσας τὰ κατὰ τὴν σύνοδον ἔλεγεν· ὅθεν καὶ τεκμαίρομαι τοῦτο πεπονθέναι τοὺς σιωπῇ ταῦτα παραπεμψαμένους, ὃ πολλοὶ τῶν ἱστορίας συγγραψαμένων πεπόνθασιν. Ἐκεῖνοι γὰρ πολλὰ παραλείπουσιν, ἢ προσπάσχοντές τισιν, ἢ προσώποις χαριζόμενοι. Τὰ μὲν οὖν Ἀκεσίου τοσαῦτα.

A inquit, a concilio definitum est, imperator. Sic enim olim ab initio et ab ipsis apostolorum temporibus, tum fidei definitionem, tum festi Paschalis tempus traditum accepi. Rursus interroganti imperatori : Cur ergo te a communione sejungis? ille res sub Decio persecutionis tempore gestas commemoravit, et vigorem severæ illius regulæ protulit, eos scilicet qui post baptismum ejusmodi crimen admiserint, quod peccatum ad mortem divinæ Scripturæ pronuntiant, ad divinorum mysteriorum communionem admitti non oportere, sed ad pœnitentiam quidem invitandos esse : remissionis vero spem non a sacerdotibus exspectare eos debere, verum a Deo, qui solus jus potestatemque habet dimittendi peccata. Quæ cum dixisset Acesius, subjunxit imperator : B Pone scalam, Acesi, et in cœlum solus ascende. Hæc neque Eusebius Pamphili, neque alius quispiam litteris prodidit. Ego vero ea accepi ab homine haudquaquam vano; qui quidem admodum provecta erat ætate, et ea narrabat quæ ipse in concilio geri viderat. Ex quo etiam conjicio, iis qui ista silentio prætermiserunt, idem contigisse quod multis aliis historiæ scriptoribus. Hi enim multa prætererire solent, vel propterea quod male affecti sunt erga quosdam, vel ut certis hominibus gratificentur. Sed de Acesio hactenus.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

*Περὶ Παφνουτίου τοῦ ἐπισκόπου.*

Ἐπεὶ δὲ Παφνουτίου καὶ Σπυρίδωνος ποιήσασθαι μνήμην ἀνωτέρω ἐπηγγειλάμεθα, εὔκαιρον ἐνταῦθα περὶ αὐτῶν εἰπεῖν. Παφνούτιος γὰρ μιᾶς πόλεως τῶν ἄνω Θηβῶν ἐπίσκοπος ἦν· οὕτω δὲ ἦν ἀνὴρ θεοφιλὴς, ὡς καὶ σημεῖα θαυμαστὰ γίνεσθαι ὑπ' αὐτοῦ. Οὗτος ἐν καιρῷ τοῦ διωγμοῦ, τὸν ὀφθαλμὸν ἐξεκόπη. Σφόδρα δὲ ὁ βασιλεὺς ἐτίμα τὸν ἄνδρα, καὶ συνεχῶς ἐπὶ τὰ βασίλεια μετεπέμπετο, καὶ τὸν ἐξορωρυγμένον ὀφθαλμὸν κατεφίλει. Τοσαύτη προσῆν τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ εὐλάβεια. Ἓν μὲν οὖν τοῦτο περὶ Παφνουτίου εἰρήσθω. Ὃ δὲ πρὸς λυσιτέλειαν τῆς Ἐκκλησίας καὶ κόσμον τῶν ἱερωμένων διὰ τὴν αὐτοῦ συμβουλὴν γέγονε, τοῦτο διηγήσομαι. Ἐδόκει τοῖς ἐπισκόποις νόμον νεαρὸν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν [g] εἰσφέρειν, ὥστε τοὺς ἱερωμένους, λέγω δὲ ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους (80), μὴ συγκαθεύδειν

## CAP. XI.

*De Paphnutio episcopo.*

Sed quoniam superius polliciti sumus, nos mentionem Paphnutii, Spyridonisque esse facturos, C opportunum hic fuerit de illis pauca dicere. Paphnutius igitur cujusdam urbis in superiori Thebaide fuit episcopus : vir adeo pius Deoque charus, ut admiranda ab eo signa ederentur. Huic persecutionis tempore oculus fuerat effossus. Imperator vero hominem magnopere observabat, et frequenter in palatium accersebat, effossumque ejus oculum deosculabatur. Tanta in principe Constantino inerat pietas ac reverentia. Atque hoc de Paphnutio a nobis primo loco dictum sit. Illud vero quod ad utilitatem Ecclesiæ, et ad honestatem clericorum, ejus consilio gestum est, deinceps exponam. Visum erat episcopis novam legem in Ecclesiam inducere, **39** ut quicunque in sacrum ordinem allecti essent, id est

## VALESII ANNOTATIONES.

(80) *Ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους.* In codice Florentino additur καὶ ὑποδιακόνους. Atque ita quoque habet Sozomenus in libro primo cap. 23, ubi hanc historiam refert de Paphnutio. Ex quo etiam apparet id quod supra dixi, Sozomenum sua mutuatum esse a Socrate. Is enim qui adjicit alterius narrationi, satis indicat se posteriorem scripsisse. Cæterum tota hæc narratio de Paphnutio et de cælibatu clericorum, prorsus su- D specta mihi videtur. Nam nec Rufinus, ex quo priora de Paphnutio hausit Socrates, ullam hujus rei mentionem facit : nec Paphnutius ullus memoratur inter episcopos Ægypti qui Nicæno concilio interfuerunt. De cælibatu autem episcoporum, presbyterorum ac diaconorum, exstat decretum Siricii PP., cap. 7; item Innocentii PP., cap. 16; item Leonis PP., cap. 17.

## VARIORUM.

memorata) potius quam in canonibus promulgandum erat. (Guil. Beveregius *Annot. in can.* 1 *Antioch.*, p. 188.) Canon autem apostolicus, ad quem respicit Acesius, est VII : Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἁγίαν τοῦ Πάσχα ἡμέραν πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελέσει, καθαιρείσθω.

[g] *Νόμον νεαρὸν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν εἰσφέρειν.* Vetus quippe lex hæc erat : τὴν βοηθὸν ἱερεὺς ἐκβάλλων, ἀποβαλλέσθω· μὴ εἰσάγων δὲ, καθαιρείσθω, Apost. canon VI. Idem et sextæ synodi in Trullo canones XII, et XIII constituunt.

Digitized by Google

episcopi, presbyteri et diaconi, ab uxorum quas cum laici essent, matrimonii jure sibi sociaverant, concubitu abstinerent. Cumque hac re in medium proposita, singulorum sententiæ rogarentur, surgens in medio episcoporum consessu Paphnutius, vehementer vociferatus est, non esse imponendum clericis et sacerdotibus grave hoc jugum: honorabiles nuptias et torum immaculatum [18] esse dicens, ne ex nimia severitate damnum potius inferrent Ecclesiæ: neque enim omnes ferre posse tam districtæ continentiæ disciplinam, ac forsitan inde eventurum esse ut cujusque uxoris castitas minime custodiretur. Castitatem autem vocabat congressum viri cum uxore legitima. Satis esse, ut qui in clerum fuissent ascripti, juxta veterem Ecclesiæ traditionem, jam non amplius uxores ducerent: non tamen quemquam sejungendum esse ab ea quam antehac, tunc cum esset laicus, legitime duxisset. Atque hæc dixit, ipse non modo conjugii, sed muliebris congressus penitus expers; quippe qui a puero in monasterio educatus fuisset, et ob singularem castimoniam ab omnibus celebratus. Cæterum universus sacerdotum cœtus Paphnutii sermonibus assensus est. Proinde omissa ejus rei disceptatione, singulorum arbitrio permiserunt ut ab uxorum consuetudine abstinerent, si vellent. Et hæc quidem de Paphnutio.

A ταῖς γαμεταῖς, ἃς ἔτι λαϊκοὶ ὄντες ἠγάγοντο [h]. Καὶ ἐπεὶ περὶ τούτου βουλεύεσθαι προὔκειτο, διαναστὰς ἐν μέσῳ τοῦ συλλόγου τῶν ἐπισκόπων ὁ Παφνούτιος [i], ἐβόα μακρὰ, μὴ βαρὺν ζυγὸν ἐπιθεῖναι τοῖς ἱερωμένοις ἀνδράσι· τίμιον εἶναι καὶ τὴν κοίτην, καὶ αὐτὸν ἀμίαντον τὸν γάμον λέγων, μὴ τῇ ὑπερβολῇ τῆς ἀκριβείας, μᾶλλον τὴν Ἐκκλησίαν προσβλάψωσιν· οὐ γὰρ πάντας δύνασθαι φέρειν τῆς ἀπαθείας τὴν ἄσκησιν, οὐδὲ ἴσως φυλαχθήσεσθαι τὴν σωφροσύνην τῆς ἑκάστου γαμετῆς. Σωφροσύνην δὲ ἐκάλει καὶ τῆς νομίμου γυναικὸς τὴν συνέλευσιν. Ἀρκεῖσθαί τε τὸν φθάσαντα κλήρου τυχεῖν, μηκέτι ἐπὶ γάμον ἔρχεσθαι, κατὰ τὴν τῆς Ἐκκλησίας ἀρχαίαν παράδοσιν· μήτε μὴν ἀποζεύγνυσθαι ταύτης, ἣν ἅπαξ ἤδη πρότερον λαϊκὸς ὢν ἠγάγετο. Καὶ ταῦτ' ἔλεγεν ἄπειρος B ὢν γάμου, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, γυναικός· ἐκ παιδὸς γὰρ ἐν ἀσκητηρίῳ ἀνετέθραπτο, καὶ ἐπὶ σωφροσύνῃ, εἰ καί τις ἄλλος, περιβόητος ὤν. Πείθεται πᾶς ὁ τῶν ἱερωμένων σύλλογος τοῖς Παφνουτίου λόγοις. Διὸ καὶ τὴν περὶ τούτου ζήτησιν ἀπεσίγησαν, τῇ γνώμῃ τῶν βουλομένων ἀπέχεσθαι τῆς ὁμιλίας τῶν γαμετῶν καταλείψαντες. Καὶ τοσαῦτα μὲν περὶ Παφνουτίου.

## CAP. XII.

*De Spyridone Cypriorum episcopo.*

Nunc ad Spyridonem transeamus. Tanta in eo adhuc ovium pastore inerat vitæ sanctitas, ut dignus habitus sit qui hominum quoque pastor exsisteret. Hic urbis cujusdam in Cypro, nomine Trimithuntis, episcopatum sortitus est. Verum ob singularem animi modestiam, etiam in episcopatu oves pascere non destitit. Et multa quidem de hoc viro referuntur. Ego vero unum duntaxat aut alterum ejus facinus commemorabo, ne longius ab instituto videar aberrare. Fures media nocte caulas ejus clanculo ingressi, oves inde abducere tentabant. **40** Sed Deus, qui pastorem ipsum servabat, oves quoque ejus conservavit. Fures enim invisibili quadam virtute constricti ad ovilia tenebantur. Jam dies illucescebat: ille ad oves veniens, postquam juvenes manibus post tergum revinctis vidit, statim intel-

## ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

*Περὶ Σπυρίδωνος τοῦ Κυπρίων ἐπισκόπου.*

Περὶ δὲ Σπυρίδωνος [j], τοσαύτη τῷ ποιμένι προσῆν ὁσιότης, ὡς καὶ ἀξιωθῆναι αὐτὸν καὶ ἀνθρώπων ποιμένα γενέσθαι. C Ὃς μιᾶς τῶν ἐν Κύπρῳ πόλεων ὀνόματι Τριμιθοῦντος, τὴν ἐπισκοπὴν ἐκεκλήρωτο. Διὰ δὲ ἀτυφίαν πολλὴν, ἐχόμενος τῆς ἐπισκοπῆς ἐποίμαινε καὶ τὰ πρόβατα. Πολλὰ μὲν οὖν τὰ περὶ αὐτοῦ λεγόμενα. Ἑνὸς δὲ ἢ δύο ἐπιμνησθήσομαι, ἵνα μὴ ἔξω τοῦ προκειμένου δόξω πλανᾶσθαι. Μεσούσης ποτὲ τῆς νυκτὸς, κλέπται ταῖς ἐπαύλεσι τῶν προβάτων λαθραίως ἐπελθόντες, ἀφαιρεῖσθαι τῶν προβάτων ἐσπούδαζον. Ὁ Θεὸς δὲ ἄρα ὁ τὸν ποιμένα σώζων, ἔσωζε καὶ τὰ πρόβατα. Οἱ γὰρ κλέπται ἀοράτῳ δυνάμει παρὰ ταῖς ἐπαύλεσιν ἐδέδεντο. Ὄρθρος τε ἦν· καὶ ἧκε παρὰ τὰ ποίμνια. Ὡς δὲ εὗρεν ὀπίσω τὰς χεῖρας ἔχοντας, ἔγνω τὸ γεγονός· καὶ εὐχόμενος, λύει τοὺς κλέπτας, πολλά τε νουθετήσας,

[18] Hebr. XIII, 4.

## VARIORUM ANNOTATIONES.

[h] *Μὴ συγκαθεύδειν ταῖς γαμεταῖς, ἃς ἔτι λαϊκοὶ ὄντες ἠγάγοντο.* Canon apostolicus XXVI: Τῶν εἰς κλῆρον προσελθόντων ἀγάμων, κελεύομεν βουλομένους γαμεῖν, ἀναγνώστας καὶ ψάλτας μόνους. In quem canonem hæc habet Balsamon: Πρὸ τῆς χειροτονίας πᾶσιν ἐφεῖται συνάπτεσθαι γυναιξὶ, καὶ οὕτω χειροτονεῖσθαι τούτους πρεσβυτέρους, διακόνους καὶ ὑποδιακόνους· μετὰ δὲ τὴν χειροτονίαν, μόνοις ἀναγνώσταις καὶ ψάλταις ἐνεδόθη γαμεῖν. Canone etiam I synodi Neocæsareanæ statutum est, *Presbyterum, si uxorem duxerit, ordine suo esse movendum.* De conjugio sacerdotum vid. Pearson. in tract. de annis priorum Romæ episcoporum, p. 186, etc., sub his titulis: *Nihil imminutus sacerdotii honor legitimo matrimonio. Quis eunuchus propter regnum cœlorum.* Commoda autem et incommoda istiusmodi conjugii vid. apud Gilbertum episcopum Sarisbu- D riensem Expositione articuli XXXII Ecclesiæ Anglicanæ.

[i] *Διαναστὰς ἐν μέσῳ τοῦ συλλόγου τῶν ἐπισκόπων Παφνούτιος.* Narratio hæc de Paphnutio suspecta est Valesio; verum hujusce suspicionis nullum idoneum argumentum affert vir doctus. E contra, sententia ista Paphnutii postea lege imperiali confirmata est, quæ exstat lib. XVI *Cod. Theodos.*, leg. 44, De episcopis et presbyteris. Itaque non minus candide quam vere hac de re pronuntiavit doctiss. Du Pin, scilicet hujus historiæ fidem non alia de causa in dubium fuisse vocatam, quam quod receptæ Ecclesiæ Romanæ disciplinæ contradicat. W. LOWTH.

[j] *Περὶ δὲ Σπυρίδωνος.* De Spyridone plura vide apud Sozomenum lib. I, cap. 11.

Digitized by Google

καὶ παραινέσας ἐκ δικαίων πόνων σπουδάζειν, μὴ μὴν ἐξ ἀδικίας λαμβάνειν· κριόν τε αὐτοῖς χαρισάμενος ἀπέλυσε, καὶ χαριέντως ἐπιφθεγξάμενος, Ἵνα μὴ, φησὶ, μάτην ἠγρυπνηκότες φανεῖητε. Ἓν μὲν δὴ τοῦτο τῶν περὶ Σπυρίδωνος θαυμάτων. Ἕτερον δὲ τοιοῦτο· ἦν αὐτῷ θυγάτηρ παρθένος, τῆς τοῦ πατρὸς εὐλαβείας μετέχουσα, τοὔνομα Εἰρήνη. Ταύτῃ γνώριμός τις πολύτιμον παρέθετο κόσμιον· ἡ δὲ ἀσφαλέστερον ποιοῦσα, γῇ τὴν παρακαταθήκην ἔκρυψε· μετ' οὐ πολὺ δὲ τὸν βίον ἀπέλιπεν. Ἧκει μετὰ χρόνον ὁ παραθέμενος. Μὴ εὑρὼν τε τὴν παρθένον, ἐμπλέκεται τῷ πατρὶ, νῦν μὲν ἐγκαλῶν, ἔστιν δὲ ὅτε καὶ παρακαλῶν. Ἐπεὶ δὲ συμφορὰν ἐποιεῖτο τὴν τοῦ παραθεμένου ζημίαν ὁ γέρων, ἐλθὼν ἐπὶ τὸ μνῆμα τῆς θυγατρὸς, ἐπεκαλεῖτο τὸν Θεὸν, πρὸ καιροῦ δεῖξαι αὐτῷ τὴν ἐπαγγελλομένην ἀνάστασιν. Καὶ τῆς ἐλπίδος οὐχ ἥμαρτε. Ζῶσα γὰρ αὖθις ἡ παρθένος, φαίνεται τῷ πατρί. Καὶ τὸν τόπον σημάνασα, ἔνθα τὸ κόσμιον ἀπεκέκρυπτο, αὖθις ἀπεχώρει. Τοιοῦτοι ἄνδρες ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου κατὰ τὰς Ἐκκλησίας ἐξέλαμπον. Ταῦτα δὲ ἐγὼ καὶ ἀκοῇ παρὰ πολλῶν Κυπρίων παρέλαβον, καὶ συντάγματι Ῥουφίνου τινὸς πρεσβυτέρου ἐνέτυχον, Ῥωμαϊκῇ λέξει συγγεγραμμένῳ. Ἀφ' ὧν ταῦτα καὶ ἕτερά τινα τῶν μετ' οὐ πολὺ ῥηθησομένων συνήγαγον.

A lexit id quod gestum fuerat. Factaque oratione absolvit fures, admonens eos atque exhortans, ut ex justis laboribus, non per fraudem atque injuriam, victum sibi parare contenderent. Arietem quoque eis donavit, adjecto hoc facete dicto: Ne frustra vigilasse videamini. Atque ita solutos eos dimisit. Hoc est unum e Spyridonis miraculis. Alterum vero est hujusmodi. Filiam habuit virginem, paternæ pietatis æmulam, nomine Irenem. Huic familiaris quidam pretiosum nescio quod ornamentum custodiendum tradiderat. Illa quo tutius servaret depositum, in terram abdidit, ac paulo post decessit e vita. Aliquanto post tempore venit is qui rem deposuerat. Et cum virginem non reperiret, patrem adortus est, nunc insimulans eum, nunc obsecrans. B Senex, cum damnum ejus qui rem deposuerat, suam ipsius duceret esse jacturam, venit ad sepulcrum filiæ, Deumque precatus est ut promissam resurrectionem sibi ante tempus ostenderet. Nec spes eum fefellit. Statim enim puella rediviva astitit patri. Cumque locum indicasset in quo absconditum erat ornamentum, rursus ex hac luce migravit. Hujusmodi homines imperatoris Constantini temporibus in Ecclesia floruerunt. Atque hæc ego tum a multis Cypriis auditu accepi, tum in libro Rufini cujusdam presbyteri Latina lingua conscripto posita inveni. Ex quo quidem libro, tum hæc ipsa, tum alia quæ paulo postea dicentur, collegi.

C

## ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

### *Περὶ Εὐτυχιανοῦ τοῦ μοναχοῦ.*

Ἤκουσα δὲ ἐγὼ καὶ περὶ Εὐτυχιανοῦ, θεοφιλοῦς ἀνδρὸς κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἀκμάσαντος. Ὃς καὶ αὐτὸς τῆς Ἐκκλησίας τῶν Ναυατιανῶν τυγχάνων, παραπλήσια ἔργα ποιῶν ἐθαυμάζετο. Τίς τε ὁ περὶ τούτου διηγησάμενος, ἐρῶ μετὰ ἀκριβείας, καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι, κἂν δόξω τισὶν ἀπεχθάνεσθαι. Αὐξάνων τις τῆς Ναυατιανῶν Ἐκκλησίας πρεσβύτερος, μακροβιώτατος γέγονεν· ὃς καὶ τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ κομιδῇ νήπιος ὢν, ἅμα τῷ Ἀκεσίῳ παρέβαλλε, καὶ τὰ κατὰ Ἀκέσιον ἐμοὶ διηγήσατο. Οὗτος ἐξ ἐκείνων τῶν χρόνων, ἄχρι τῆς βασιλείας τοῦ Νέου Θεοδοσίου ἐξέτεινε, καὶ νεωτέρῳ μοι σφόδρα τυγχάνοντι, τὰ περὶ Εὐτυχιανοῦ διηγήσατο, πολλὰ μὲν διεξελθὼν περὶ τῆς προσούσης αὐτῷ θείας χάριτος· ἓν δὲ κἀκεῖνο μνήμης ἄξιον ἐπὶ τοῦ βασιλέως ἔφη Κωνσταντίνου. Τῶν δορυφόρων τις, οὓς οἰκείους καλεῖ ὁ βασιλεὺς (81), τυραννικά τινα πράττειν ὑποπτευθεὶς, φυγῇ ἐχρήσατο. Ὁ βασιλεὺς δὲ ἐκέλευσεν ἀπειλῇ ἀναιρεῖσθαι αὐτὸν, ἔνθα ἂν εὑρίσκοιτο. Ὃς περὶ τὸν Βιθυνὸν Ὄλυμπον εὑρεθεὶς, βαρυτάτοις καὶ χαλεποῖς σιδήροις ἐν εἱρκτῇ κατεκέκλειστο, περὶ τὰ μέρη τοῦ Ὀλύμπου, ἔνθα ἦν καὶ ὁ Εὐτυχιανὸς τὸν μονήρη βίον ἀσκῶν, πολλῶν τε τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς ἐθεράπευεν. Συνῆν δὲ αὐτῷ καὶ ὁ μακροβιώτατος Αὐξάνων, νέος ὢν πάνυ, καὶ τὰ τοῦ μοναχικοῦ βίου ὑπ' αὐτῷ παιδευόμενος. Παρὰ τοῦτον τὸν Εὐτυχιανὸν ἧκον πολλοὶ,

## CAP. XIII.

### *De Eutychiano monacho.*

Eutychianum quoque virum sanctissimum iisdem temporibus floruisse comperi. Qui cum et ipse ex Ecclesia Novatianorum unus esset, multa tamen opera his similia quæ supra memoravi, non sine magna admiratione gessit. Quisnam autem de illo mihi retulerit, dicam accurate; nec dissimulabo quidquam, tametsi intelligam apud nonnullos id mihi offensioni fore. Auxanon quidam Novatianorum Ecclesiæ presbyter, admodum longævus fuit: qui ad synodum Nicænam una cum Acesio venit adhuc admodum adolescens, et quæ de Acesio superius dicta sunt, mihi commemoravit. Hic ab illis temporibus ad principatum usque Theodosii Junioris vitam pro- D duxit, mihique admodum juveni de Eutychiano narravit: multa quidem referens de divina quæ in illo viro inerat gratia: unum tamen præ cæteris memoria dignum aiebat, quod Constantino regnante gestum est. Quidam e numero stipatorum quos imperator domesticos vocare solet, cum in suspicionem affectatæ tyrannidis venisset, fuga sibi consuluit. Imperator **41** vero ira percitus, præcepit ut ubicunque deprehensus fuisset, occideretur. Captus ergo circa Olympum montem Bithyniæ, gravissimis vinctus catenis in carcerem conjicitur, haud procul ab eo tractu Olympi in quo Eutychianus, solitariam degens vitam, multorum hominum corpora et ani-

VALESII ANNOTATIONES.

(81) *Οὓς οἰκείους καλεῖ ὁ βασιλεύς*. Domesticos protectores intelligit, de quibus scripsi in Annotationibus ad librum XIV Amm. Marcellini.



Digitized by Google

mas salutari medicina curabat. Versabatur cum illo et Auxanon ille longævus, tunc quidem adhuc admodum adolescens, et vitæ monasticæ præceptis ab illo erudiebatur. Ad hunc igitur Eutychianum plurimi advenerunt, orantes ut vinctum liberaret, et pro illo apud imperatorem intercederet. Fama quippe miraculorum quæ ab Eutychiano facta fuerant, ad imperatoris usque aures pervenerat. Ille prompto animo pollicitus est, se ad imperatorem profecturum. Sed quoniam vinctus incredibiles dolores ex vinculis patiebatur, ii qui pro illo orabant, mortem quæ illi ex vinculis imminebat, et supplicium ab imperatore inferendum, et intercessionem pro ipso faciendam ab Eutychiano, præventuram esse dixerunt. Eutychianus igitur ad carceris custodes misit, rogans ut hominem liberum dimitterent. Cumque illi respondissent, liberationem noxii gravissimum sibi periculum allaturam, ipse una cum Auxanone ad carcerem contendit. Et cum illi carcerem aperire nollent, gratia quæ Eutychiano inerat, facta est multo illustrior; nam fores carceris sua sponte patuerunt, cum custodes ipsi penes se claves haberent. Cum autem Eutychianus una cum Auxanone ingressus esset, et omnes qui aderant stupore defixi hærerent, vincula sponte resoluta ex membris vincti ceciderunt. Post hæc Eutychianus ad urbem quæ olim Byzantium, postea vero Constantinopolis appellata est, una cum Auxanone proficiscitur. Ubi admissus in palatium, hominem mortis periculo liberavit. Nam imperator, utpote qui Eutychianum magnopere venerabatur, ejus petitioni libentissime annuit. Et hoc quidem contigit paulo post hæc tempora quæ nunc exponimus. Tunc vero episcopi qui concilio intererant, cum quædam etiam alia conscripsissent, quæ canones seu regulas vocare solent, ad suam quisque urbem reversi sunt. Cæterum historiæ studiosis haudquaquam inutile fore arbitror, si nomina episcoporum qui Nicæam

A παρακαλοῦντες ῥύεσθαι τὸν δέσμιον, βασιλεῖ παρακλήσεις προσφέροντα. Καὶ γὰρ ἐληλύθει εἰς τὰς ἀκοὰς τοῦ βασιλέως τὰ παρὰ τοῦ Εὐτυχιανοῦ γινόμενα θαύματα. Ὁ δὲ ἑτοίμως ὑπέσχετο παρὰ τὸν βασιλέα πορεύεσθαι. Ἐπεὶ δὲ ὁ δεσμώτης ἐκ τῶν δεσμῶν ἀνήκεστα ἔπασχεν, οἱ παρακαλοῦντες ὑπὲρ αὐτοῦ, φθάνειν ἔλεγον καὶ τὴν παρὰ βασιλέως τιμωρίαν καὶ τὰς ὑπὲρ αὐτοῦ παρακλήσεις, τὸν ἐκ τῶν δεσμῶν ἐπικείμενον θάνατον. Εὐτυχιανὸς δὲ πέμψας παρακαλεῖ τοὺς δεσμοφύλακας, ἀνεῖναι τὸν ἄνθρωπον. Τῶν δὲ λεγόντων κίνδυνον φέρειν αὐτοῖς τὴν ἄνεσιν τοῦ δεσμώτου, αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ ἅμα τῷ Αὐξάνοντι, πρὸς τὸ δεσμωτήριον παραγίνεται. Ἐκείνων δὲ μὴ βουλομένων ἀνοίγειν τὴν εἱρκτὴν, ἡ προσοῦσα χάρις Εὐτυχιανῷ φανερωτέρα ἐγίνετο· αὐτόματοι γὰρ αἱ πύ-
B λαι τοῦ δεσμωτηρίου ἠνοίγοντο, τῶν δεσμοφυλάκων τὰς κλεῖς ἐχόντων παρ' ἑαυτοῖς. Εἰσελθόντος δὲ τοῦ Εὐτυχιανοῦ ἅμα τῷ Αὐξάνοντι, καὶ πολλῆς τοῖς τότε παροῦσιν ἐκπλήξεως γενομένης, αὐτόματοι οἱ δεσμοὶ τὸν δεσμώτην ἀπέλιπον. Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τὸ πάλαι μὲν Βυζάντιον, ὕστερον δὲ Κωνσταντίνου πόλιν, ἅμα τῷ Αὐξάνοντι παρεγένετο. Δεχθεὶς τε εἰς τὰς βασιλικὰς αὐλὰς, τοῦ θανάτου ἐρύσατο τὸν ἄνθρωπον. Ἑτοίμως γὰρ ὁ βασιλεὺς τιμῶν τὸν ἄνδρα, κατένευσε πρὸς τὴν αἴτησιν. Τοῦτο μὲν οὖν ὕστερον ἐγένετο. Τότε δὲ οἱ ἐν τῇ συνόδῳ ἐπίσκοποι, καὶ ἄλλα τινὰ ἐγγράψαντες, ἃ κανόνας ὀνομάζειν εἰώθασιν, αὖθις κατὰ πόλιν τὴν ἑαυτῶν ἀνεχώρησαν. Φιλομαθὲς δὲ εἶναι νομίζω, καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ἐν Νικαίᾳ συν-
C ελθόντων ἐπισκόπων, ἃ εὑρεῖν ἐδυνήθημεν, καὶ ἧς ἕκαστος ἐπαρχίας τε καὶ πόλεως ἦν, καὶ τὸν χρόνον ἐν ᾧ συνῆλθον, παραθέσθαι ἐνταῦθα. Ὅσιος ἐπίσκοπος Κουδρούβης (82) Ἰσπανίας, οὕτως πιστεύω ὡς προγέγραπται· Ῥώμης Βίτων (83) καὶ Βικεντῖνος πρεσβύτεροι· Αἰγύπτου Ἀλέξανδρος· Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης Εὐστάθιος· Ἱεροσολύμων Μακάριος· Ἁρποκρατίων Κύνων (84)· καὶ τῶν λοιπῶν· ὧν εἰς πλήρες τὰ ὀνόματα κεῖται ἐν τῷ Συνοδικῷ Ἀθανασίου (85)

## VALESII ANNOTATIONES.

(82) Ὅσιος ἐπίσκοπος Κουδρούβης. Hunc locum supplevi ex codice Florentino et Sfortiano. Nam in vulgatis quidem editionibus, post hæc verba legebatur, Βιτὼν καὶ Βικεντῖνος. Verum optimi illi codices integrum nobis locum exhibuerunt hoc
D modo, Ὅσιος ἐπίσκοπος Κουδρούβης Ἰσπανίας οὕτως πιστεύω ὡς προγέγραπται· Ῥώμης Βιτὼν, etc. Est hæc series episcoporum qui concilio Nicæno subscripserant, quam Socrates descripsit ex libro Synodico Athanasii, ut ipse infra testatur. Et in Græcis quidem canonum collectionibus hæc series desideratur, nec habetur in versione Dionysii Exigui. In vetustissima tamen collectione quæ nuper Parisiis edita est, et qua ante versionem Dionysii olim utebatur occidentalis Ecclesia, necnon in Collectione Isidori, hæc series habetur iisdem fere verbis. In vetustissima quidem illa collectione sic legitur : *Et subscripserunt. Osius episcopus civitatis Cordubensis provinciæ Spaniæ, dixit : Ita credo sicut superius scriptum est. Victor et Vincentius presbyteri urbis Romæ. Alexander Alexandriæ magnæ. Arphocration*, etc. Atque ita fere Collectio Isidori. Verum in Synodico Athanasii post Alexandrum episcopum Alexandriæ collocatus erat Eustathius episcopus Antiochiæ, et Macarius Hierosolymorum : ita ut quatuor primarum sedium episcopi priore loco subscripserint. Nam Hosius una cum Vitone et Vincentio presbyteris, pro Silvestro episcopo urbis Romæ videtur subscripsisse. Alia enim causa afferri non potest cur Hosius inter episcopos qui concilio Nicæno subscripserunt, primo loco positus sit, nisi illa quam dixi. Quippe illud concilium maxima parte ex orientalibus constabat episcopis.

(83) Βιτών. Hujus Vitonis presbyteri meminit Athanasius in Apologetico adversus Arianos ; et synodum Romanam quinquaginta episcoporum, a quibus ipse susceptus est in communionem, in ejus Ecclesia collectam fuisse testatur : Λοιπὸν οὖν συνελθόντες ἐπίσκοποι πλέον πεντήκοντα, ἔνθα Βίτων ὁ πρεσβύτερος συνῆγεν, etc., id est, *Tandem vero cum convenissent episcopi plures quam quinquaginta, in ecclesia in qua Vito populum colligebat*, etc.

(84) Ἁρποκρατίων Κύνων. In Latinis canonum collectionibus, Harpocration Naucratites episcopus dicitur, eique proxime subjungitur Adamantius Cynopolites, sive Cynensis, ut scribitur in vetustissima Collectione illa cujus supra mentionem feci.

(85) Ἐν τῷ Συνοδικῷ Ἀθανασίου. Hic liber

Digitized by Google

τοῦ Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου. Καὶ ὁ χρόνος δὲ τῆς A συνόδου, ὡς ἐν παρασημειώσεσιν εὕρομεν (86), ὑπατείας Παυλίνου καὶ Ἰουλιανοῦ, τῇ εἰκάδι τοῦ Μαΐου μηνός (87) [k]· τοῦτο δὲ ἦν ἑξακοσιοστὸν τριακοστὸν ἕκτον ἔτος, ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος βασιλείας (88). Τὰ μὲν οὖν τῆς συνόδου τέλος εἶχεν· ἰστέον δὲ, ὅτι μετὰ τὴν σύνοδον ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὰ ἑσπέρια μέρη ἀφίκετο.

convenerunt, quæquidem investigare potui, et cujus quisque provinciæ ac civitatis episcopus fuerit, tempus item quo congregati sunt, hoc loco ascripsero. Hosius, episcopus Cordubæ Hispaniæ; ita credo, ut superius scriptum est. Vito et Vincentius, presbyteri urbis Romæ; **42** Ægypti Alexander episcopus; Magnæ Antiochiæ Eustathius; Hierosolymorum Macarius; Harpocratio Cynopoleos; et reliqui quorum nomina in libro Athanasii episcopi Alexandrini, qui Synodicus inscribitur, plenissime digesta sunt. Tempus autem quo synodus congregata est, sicut in notationibus temporis ipsi synodo præfixis inveni, fuit consulatu Paulini et Juliani, die undecimo Kalendas Junias, anno sexcentesimo tricesimo sexto a regno Alexandri Macedonis. Et Nicæna quidem synodus hunc finem accepit. Imperator vero, finita synodo, ad Occidentis partes se contulit

## ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

*Ὅτι Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας, καὶ Θέογνις ὁ Νικαίας, ἐξορισθέντες διὰ τὸ συμφρονῆσαι Ἀρείῳ, ὕστερον βιβλίον μετανοίας διαπεμψάμενοι, καὶ συνθέμενοι τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως, τοὺς ἑαυτῶν ἀπέλαβον θρόνους.* B

Εὐσέβιος δὲ καὶ Θέογνις (89), βιβλίον μετανοίας τοῖς κορυφαίοις τῶν ἐπισκόπων ἀποστείλαντες (90),

## CAP. XIV.

*Quomodo Eusebius Nicomediæ episcopus et Theognis Nicææ, qui in exsilium missi fuerant eo quod Ario consensissent, postea misso pœnitentiæ libello expositioni fidei consentientes, sedes suas receperunt.*

Porro Eusebius et Theognis pœnitentiæ libello ad præcipuos episcopos misso, **43** imperatoris jussu ab

### VALESII ANNOTATIONES.

Athanasii hodie non exstat, quod equidem sciam. Cæterum probabile est nomina episcoporum qui Nicæno concilio subscripserunt, ex eo libro translata esse.

(86) *Ὡς ἐν παρασημειώσεσιν εὕρομεν*. Hanc vocem non intellexerunt interpretes. Παρασημείωσις est notatio temporis, actis publicis præfigi solita, ut jam pridem monui in Annotationibus ad librum primum Historiæ eccles. Eusebii in caput 9. Sane in Græca collectione canonum quam primus edidit Joannes Tilius, temporis nota præfigitur hujusmodi. Κανόνες τῶν τιη' ἁγίων Πατέρων, τῶν ἐν Νικαίᾳ συν- C ελθόντων, ἐν ὑπατείᾳ Παυλίνου καὶ Ἰουλιανοῦ τῶν λαμπροτάτων, ἔτους χλς' ἀπὸ Ἀλεξάνδρου· ἐν μηνὶ Δεσίῳ ἐννεακαιδεκάτῃ, πρὸ δεκατριῶν καλάνδων Ἰουλίων.

(87) *Τῇ εἰκάδι τοῦ Μαΐου μηνός*. Aliter in collectione Græca quam edidit Tilius. Convenisse enim dicitur synodus die 19 mensis Desii, quem Romani Junium vocant, die 13 Kalendas Julias. Idque confirmat auctor Chronici Alexandrini, et Chalcedonense concilium, et collectio Latina quam Baronius Cresconianam vocat. Sane in Annotationibus Eusebianis, pag. 221, certissimis argumentis demonstrasse mihi videor hanc posteriorem scripturam veriorem esse quam illam Socratis. Quod si conjecturæ locus est, videtur Socrates usus esse vitioso codice, in quo scriptum erat πρὸ δεκατριῶν καλάνδων Ἰουνίων pro Ἰουλίων. Porro sciendum est, Nicænos, sicut et reliquos Asiaticos, usos esse anno ac mensibus Macedonicis.

(88) *Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος βασιλείας*. Post hæc verba codex Leonis Allatii hoc addit, ἀπὸ δὲ τῆς Κωνσταντίνου βασιλείας ἐννεακαιδέκατον ἔτος ἦν· quæ sunt verissima. Paulino enim et Juliano coss. qui est annus Christi 325, mense Maio, quo juxta Socratis sententiam Nicæna synodus congregata est, nonus decimus agebatur annus imperii Constantini. Vicesimus vero incepit eodem anno sub finem mensis Julii.

(89) *Εὐσέβιος δὲ καὶ Θέογνις*. Nullum hic ordinem servavit Socrates. Revocatos enim esse dicit ab exsilio Eusebium ac Theognium, prius pene quam in exsilium missos esse dixerit. Rectius itaque Sozomenus, qui hac in parte Socratis narrationem correxit. Nam in libro primo Historiæ capite 21 refert Eusebium ac Theognium paulo post synodum missos esse in exsilium ab imperatore Constantino, et in eorum locum alios episcopos suffectos esse. Deinde in libro secundo capite 16 narrat qualiter ab exsilio revocati sint. Ex quo, ut obiter moneam, colligitur Sozomenum post Socratem Historiam suam conscripsisse, cum narrationem Socratis plerisque in locis emendet ac corrigat. Porro Eusebius ac Theognius tribus post synodum Nicænam elapsis mensibus missi sunt in exsilium, ut testatur Philostorgius. Anno autem tertio post eamdem synodum ab exsilio reversi sunt, ut scribit idem Philostorgius, id est anno Christi 328. Quæ cum historia rerum eo tempore gestarum optime conveniunt. Omnes enim historici consentiunt Eusebium, cum ab exsilio rediisset, consilium cepisse de confirmanda Arii opinione, et de exturbandis Nicænæ fidei assertoribus. Primumque ejus impetum fuisse adversus Eustathium Antiochensem episcopum, quem confictis calumniis deturbavit anno Christi 329, aut certe 330, ut notavi ad librum tertium Eusebii de Vita Constantini. Male igitur D Baronius Eusebii Nicomediensis reditum consignat anno Christi 330.

(90) *Βιβλίον μετανοίας τοῖς κορυφαίοις τῶν ἐπισκόπων ἀποστείλαντες*. Baronius ad annum Christi 325, Socratem ac Sozomenum reprehendit, qui dixerint Eusebium ac Theognium paulo post synodum Nicænam missos esse in exsilium: deinde aliquot post annis misso satisfactionis libello ad

### VARIORUM.

[k] *Τῇ εἰκάδι τοῦ Μαΐου μηνός*. Communis et omnium receptissima est opinio, celebratum fuisse concilium Nicænum anno Constantini xx, Christi 325. De die autem inter scriptores non convenit. Socrates enim iniisse asserit τῇ εἰκάδι τοῦ Μαΐου μηνός, id est, *vicesima die mensis Maii*, sive xiii Kal. Jun. (non xi, ut Valesius et Christophorsonus interpretantur). At Chronicon Alexandrinum, titulus canonum, et concilium Chalcedonense synodi hujus initium collocant in 19 die mensis Macedonici Desii, qui respondet xiii Kal. Julias, sive decimo nono diei Junii in anno Juliano. (Beveregius *Annot. in can. concil. Nic.*, initio.)

Digitized by Google

exsilio revocati, Ecclesias suas receperunt; eosque qui in ipsorum locum ordinati fuerant, expulerunt, Amphionem quidem Eusebius, Chrestum vero Theognis. Cujus quidem libelli exemplum hoc est: Nos quidem a pietate vestra dudum condemnati indicta causa, judicium sanctitatis vestræ placide et cum silentio ferre debemus. Sed quoniam absurdum est argumentum calumniæ adversus semetipsum silentio suo præbere, idcirco significamus vobis, nos et in fide unanimes conspirasse, et notione consubstantialis diligenter examinata, omni studio in pacem incubuisse, nullam unquam hæresim secutos. Cumque ob securitatem et tranquillitatem Ecclesiarum ea suggessissemus quæ nobis in mentem veniebant, et eos quibus a nobis satisfieri oportebat confirmassemus, fidei quidem subscripsisse, anathematismo vero noluisse subscribere; non quod fidem reprehenderemus, sed quia minime credebamus illum qui accusatus fuerat, ejusmodi esse, cum partim ex iis quæ ad nos per litteras scripserat, partim ex ejus sermonibus in conspectu nostro habitis, compertum haberemus illum talem non esse. Quod si sanctissimo concilio vestro satisfactum est,

A ἀνεκλήθησάν τε τῆς ἐξορίας ἐκ βασιλικοῦ προστάγματος, καὶ τὰς Ἐκκλησίας ἑαυτῶν ἀπέλαβον, τοὺς εἰς τόπον ἑαυτῶν χειροτονηθέντας ἐξωθήσαντες, Ἀμφίωνα μὲν Εὐσέβιος, Χρῆστον δὲ Θέογνις. Οὗ βιβλίου τὸ ἀντίγραφόν ἐστι τόδε· Ἤδη μὲν οὖν καταψηφισθέντες (91) πρὸ κρίσεως (92) παρὰ τῆς εὐλαβείας ὑμῶν, ἐν ἡσυχίᾳ φέρειν τὰ κεκριμένα παρὰ τῆς ἁγίας ὑμῶν ἐπικρίσεως ὀφείλομεν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἄτοπον, καθ' ἑαυτῶν δοῦναι τῶν συκοφαντῶν τὴν ἀπόδειξιν τῇ σιωπῇ, τούτου ἕνεκα ἀναφέρομεν, ὡς ἡμεῖς καὶ τῇ πίστει συνεδράμομεν, καὶ τὴν ἔννοιαν ἐξετάσαντες ἐπὶ τῷ ὁμοουσίῳ, ὅλοι ἐγενόμεθα τῆς εἰρήνης, οἱ μηδαμοῦ τῇ αἱρέσει ἐξακολουθήσαντες. Ὑπομνήσαντες δὲ ἐπὶ ἀσφαλείᾳ τῶν Ἐκκλησιῶν, ὅσα τὸν λογισμὸν ἡμῶν ὑπέτρεχε, καὶ πληροφορήσαντες B τοὺς δι' ἡμῶν πεισθῆναι ὀφείλοντας, ὑπεσημηνάμεθα τῇ πίστει· τῷ δὲ ἀναθεματισμῷ οὐχ ὑπεγράψαμεν, οὐχ ὡς τῆς πίστεως κατηγοροῦντες, ἀλλ' ὡς ἀπιστοῦντες τοιοῦτον εἶναι τὸν κατηγορηθέντα, ἐκ τῶν ἰδίᾳ πρὸς ἡμᾶς παρ' αὐτοῦ διά τε ἐπιστολῶν, καὶ τῶν εἰς πρόσωπον διαλέξεων, πεπληροφορημένοι μὴ τοιοῦτον εἶναι. Εἰ δὲ ἐπείσθη ἡ ἁγία ὑμῶν σύνοδος (93), οὐκ ἀντιτείνοντες, ἀλλὰ συντιθέμενοι τοῖς

## VALESII ANNOTATIONES.

nobiliores episcopos, ab exsilio esse revocatos. At Baronius contendit hunc libellum ab Eusebio oblatum esse episcopis in synodo Nicæna. Primum enim regulam fidei ait scriptam fuisse, cui Eusebius Nicomediensis cum aliis quatuor episcopis subscribere recusarit. Eumdem tamen postea, oblato satisfactionis libello, iis quæ decreta fuerant subscripsisse. Posthæc vero cum synodus Arium anathemate damnasset, Eusebium ac Theognium huic anathematismo noluisse subscribere: eamque ob causam damnatos ac depositos esse a synodo, et Amphionem ac Chrestum in eorum locum subrogatos. Constantinum tamen imperatorem intercessisse, ne sententia executioni mandaretur, egisseque ut Eusebius ac Theognius oblato pœnitentiæ libello susciperentur a synodo. Sed primum in eo peccat Baronius, quod duos libellos ab Eusebio oblatos esse dicit. Nam de priore illo libello nemo unquam mentionem fecit. Deinde quod ait de depositione ac damnatione Eusebii atque Theognii facta in concilio Nicæno, ejus rei nullum auctorem citat. Certe Constantinus in epistola ad Nicomedienses, id tunc factum esse non dicit, sed tantum ait Eusebium metuisse ne id fieret. Denique quod ait libellum pœnitentiæ ab Eusebio oblatum esse in synodo Nicæna, id ex ipso libello manifeste refellitur. Oblatus est enim hic libellus ab Eusebio cum esset in exsilio, ut testatur his verbis, καὶ διὰ τούτου τοῦ γράμματος πληροφοροῦμεν τὴν συγκατάθεσιν, οὐ τὴν ἐξορίαν βαρέως φέροντες, ἀλλὰ τὴν, etc. Præterea missus est hic libellus cum jam Arius ab exsilio esset revocatus. Id enim testantur hæc verba, ἄτοπον δὲ, τοῦ δοκοῦντος εἶναι ὑπευθύνου ἀνακεκλημένου καὶ ἀπολογησαμένου, etc. Porro Arius satis diu post synodum Nicænam a Constantino revocatus est.

(91) *Ἤδη μὲν οὖν καταψηφισθέντες*, etc. Cum Eusebius ac Theognius in exordio hujus epistolæ dicant se damnatos ab episcopis, quæri merito potest ubi et quando fuerint condemnati. Baronius quidem eos in synodo Nicæna damnatos esse dicit atque depositos. Sed contra est auctoritas beati Hieronymi, qui in Dialogo adversus Luciferianos, diserte testatur Eusebium ac Theognium cum aliis episcopis Arianæ factionis a synodo Nicæna susceptos fuisse. Idque probat tum ex testimonio eorum qui synodo interfuerant, tum ex actis ipsis synodi Nicænæ, in quibus inter nomina episcoporum qui synodo subscripserant, Eusebius et reliqui quos dixi recensebantur. Idem quoque testatur Philostorgius, qui tribus circiter mensibus elapsis post Nicænam synodum, Eusebium ait esse relegatum. Cum igitur Eusebius ac Theognius se damnatos ab episcopis C esse fateantur, id autem in synodo Nicæna factum non esse constet, necesse est ut in alio quopiam episcoporum conventu id gestum sit. Causam quidem ipsam refert Constantinus in epistola ad Nicomedienses. Idcirco enim se illos in exsilium misisse dicit, quod hæreticos quosdam, quos ipse ab urbe Alexandria ad comitatum mitti jusserat, susceperint, et cum illis communicassent. Et Baronius quidem ad annum Christi 329 hos Melitianos fuisse censet, perperam. Ego vero Arianos fuisse potius crediderim. Idque diserte testantur episcopi Ægypti in epistola Synodica quam refert Athanasius in Apologia secunda adversus Arianos. Ob hanc igitur causam synodum aliquot episcoporum fieri jussit Constantinus, a quibus Eusebius ac Theognius damnati sunt atque depositi, ipse vero eos in exsilium misit. Idque aperte confirmat Athanasius in libro De synodis, μετὰ γὰρ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον οἱ περὶ Εὐσέβιον καθῃρέθησαν. Idem quoque dicit Theodo- D ritus in libro I Hist., cap. 19.

(92) *Πρὸ κρίσεως*. Hæc verba in interpretatione sua omisit Christophorsonus et Musculus. Leguntur tamen etiam apud Sozomenum; et Epiphanius Scholasticus ea sic reddidit: *Dudum quidem ante judicium condemnati a reverentia vestra, patienter ferre quæ decreta sunt a sancto vestro concilio debuimus*. Sic igitur construenda sunt hæc verba, ἤδη πρὸ κρίσεως καταψηφισθέντες. Quibus verbis subindicare videtur Eusebius, se indicta causa, et præjudicio quodam damnatum fuisse: quia scilicet imperator ipsum antea damnaverat, infensus scilicet Eusebio ob varias causas, quas vide in epistola Constantini ad Nicomedienses.

(93) *Εἰ δὲ ἐπείσθη ἡ ἁγία ὑμῶν σύνοδος*. Horum verborum hic est sensus: Si tunc, inquit, satisfecimus sancto concilio vestro, Nicæno scilicet, eique persuasimus justam nos causam habuisse, cur anathematismis nollemus subscribere, nunc consensum

Digitized by Google

παρ' ὑμῖν κεκριμένοις, καὶ διὰ τούτου τοῦ γράμματος πληροφοροῦμεν τὴν συγκατάθεσιν· οὐ τὴν ἐξορίαν βαρέως φέροντες, ἀλλὰ τὴν ὑπόνοιαν τῆς αἱρέσεως ἀποδυόμενοι. Εἰ γὰρ καταξιώσητε νῦν γοῦν εἰς πρόσωπον ἐπαναλαβεῖν ἡμᾶς, ἕξετε ἐν πᾶσι συμψήφους (94), ἀκολουθοῦντας τοῖς παρ' ὑμῖν κεκριμένοις· ὁπότε αὐτὸν τὸν ἐπὶ τούτοις ἐναγόμενον, ἔδοξε τῇ ὑμῶν εὐλαβείᾳ φιλανθρωπεύσασθαι καὶ ἀνακαλέσασθαι (95). Ἄτοπον δὲ, τοῦ δοκοῦντος εἶναι ὑπευθύνου, ἀνακεκλημένου, καὶ ἀπολογησαμένου ἐφ' οἷς διεβάλλετο, ἡμᾶς σιωπᾷν, καθ' ἑαυτῶν διδόντας τὸν ἔλεγχον. Καταξιώσατε γοῦν, ὡς ἁρμόζει τῇ φιλοχρίστῳ ὑμῶν εὐλαβείᾳ, καὶ τὸν θεοφιλέστατον βασιλέα ὑπομνῆσαι, καὶ τὰς δεήσεις ἡμῶν ἐγχειρίσαι, καὶ θᾶττον βουλεύσασθαι τὰ ὑμῖν ἁρμόζοντα ἐφ' ἡμῖν. Καὶ τοῦτο μὲν τὸ τῆς παλινῳδίας βιβλίον Εὐσεβίου καὶ Θεόγνιδός ἐστιν· ἀπὸ δὲ τῶν ῥημάτων αὐτοῦ τεκμαίρομαι, ὅτι οὗτοι μὲν τῇ ὑπαγορευθείσῃ πίστει ὑπεσημήναντο, τῇ δὲ καθαιρέσει Ἀρείου σύμψηφοι γενέσθαι οὐκ ἐβουλήθησαν· καὶ ὅτι Ἄρειος πρὸ τούτων φαίνεται ἀνακληθείς. Ἀλλ' εἰ καὶ τοῦτο οὕτως ἔχειν δοκεῖ, ὅμως τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπιβαίνειν κεκώλυτο· τοῦτο δὲ δείκνυται, ἀφ' ὧν ὕστερον ἑαυτῷ κάθοδον εἰς τὴν Ἐκκλησίαν καὶ εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐπενόησεν, ἐπιπλάστῳ μετανοίᾳ χρησάμενος, ὡς κατὰ χώραν ἐροῦμεν.

A non repugnantes, sed consentientes iis quæ a vobis decreta sunt, etiam hoc libello consensum nostrum confirmamus; non quidem tædio exsilii, sed ut suspicionem vitemus hæreseos. Nam si in conspectum vestrum nos venire patiamini, invenietis nos in omnibus concordes, et decretis vestris mordicus inhærentes: quando et eum ipsum qui ob ista accusabatur, placuit reverentiæ vestræ humaniter tractare, et ab exsilio revocare. Porro absurdum fuerit, cum is qui reus esse videbatur, **44** revocatus sit, seque de illis quæ ipsi objiciebantur purgaverit, nos silere, et argumentum adversus nosmetipsos ultro suppeditare. Vos ergo, sicut reverentiam vestram Christi amantissimam decet, imperatorem Deo charissimum admonere dignemini, eique preces nostras offerre, et in nostrâ B causa, ea quæ vobis congruunt, mature decernere. Et hic quidem est libellus retractationis Eusebii atque Theognidis. Ex cujus verbis conjicio, istos fidei quidem quæ in concilio edita fuerat, subscripsisse; depositioni autem Arii consentire noluisse: et Arium ante istos ab exsilio fuisse revocatum. Verum licet hoc ita se habere videatur, nihilominus Alexandriam ingredi prohibitus fuerat; idque ex eo convincitur, quod postea reditum sibi in Ecclesiam et in urbem Alexandriam paravit, simulata usus pœnitentia, sicut suo loco dicturi sumus.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

*Ὅτι μετὰ τὴν σύνοδον, Ἀλεξάνδρου τελευτήσαντος, Ἀθανάσιος καθίσταται τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως ἐπίσκοπος.*

Μεταταῦτα δὲ εὐθέως Ἀλεξάνδρου (96) τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρείας τελευτήσαντος [m], προΐστα-

## CAP. XV.

*Quomodo Alexandro post synodum Nicœnam mortuo, Athanasius creatus est episcopus.*

C Paulo post mortuo Alexandro Alexandriæ episcopo, Athanasius Ecclesiæ præficitur. Hunc cum ad-

### VALESII ANNOTATIONES.

nostrum omni ex parte adimplemus; et tam anathematismo quam fidei formulæ subscribere parati sumus. Vides quantam huic loco lucem afferat duarum vocum adjectio, τότε et νῦν. At Christophorsonus locum hunc aliter interpretatur, quasi legeretur εἰ δὲ πιστεύῃ [1]. Etenim vertit: *Quod si sanctum vestrum concilium nostris verbis voluerit fidem adhibere.* Verum Sozomenus ac Nicephorus vulgatam lectionem tuentur.

(94) *Συμψήφους.* In codice Florentino et apud Sozomenum legitur συμψύχους.

(95) *Καὶ ἀνακαλέσασθαι.* Episcopis tribuit id quod ab imperatore factum fuerat. Neque enim episcopi Arium ab exsilio revocaverant, sed imperator. Verum scriptores ita plerumque loqui solent, ut episcopis tribuant id quod ab imperatore factum est; et contra interdum imperatori attribuant id quod factum est ab episcopis. Sic Socrates supra dixit synodum Nicænam vetuisse ne Arius Alexandriam D ingrederetur, cum tamen id ab imperatore ipso præceptum sit, ut docet epistola Constantini.

(96) *Μετὰ ταῦτα δὲ εὐθέως Ἀλεξάνδρου.* Fallitur hic Socrates, et Sozomenus, qui Alexandri mortem et ordinationem Athanasii referunt post reditum ab exsilio Eusebii ac Theognii. Atqui Alexander episcopus Alexandriæ, nondum quinque mensibus elapsis a synodo Nicæna, mortem obiit, ut testatur Athanasius in Apologetico secundo adversus Arianos, ubi agit de Melitio: Ἀλλ' ἐν τῇ συνόδῳ τῇ κατὰ Νίκαιαν, ἡ μὲν αἵρεσις ἀνεθεματίσθη, καὶ οἱ Ἀρειανοὶ ἐξεβλήθησαν. Οἱ δὲ Μελιτιανοὶ ὁπωσδήποτε ἐδέχθησαν. Οὐ γὰρ ἀναγκαῖον νῦν τὴν αἰτίαν ὀνομάζειν· οὔπω δὲ πέντε μῆνες παρῆλθον, καὶ ὁ μὲν μακαρίτης Ἀλέξανδρος τετελεύτηκεν. Idem quoque testatur Theodoritus in libro I Historiæ, cap. 26. Mors igitur Alexandri contigit anno Christi 325; ordinatio autem Athanasii vel eodem anno exeunte facta est, vel sub initium anni sequentis.

### VARIORUM.

[1] Sic vocem hanc exhibuit typographus Parisiensis: quid sibi velit nescio.

[m] *Ἀλεξάνδρου τελευτήσαντος.* Obiit S. Alexander die XXII Bermudæ, die lunæ, inquit auctor Historiæ patriarcharum Cophtitarum, qui Baronii tempore non exstabat, id est, die decima septima mensis Aprilis, qui hoc anno (scil. anno Chr. 326) cum feria secunda concurrebat. Festum tamen ejus die 26 Aprilis celebratur; sive quia eo die ordinatus fuerat, sive ob aliquam ejus translationem. Athanasius in Apologia II, et Theodoritus in lib. I, cap. 26, tradere videntur eum mortuum esse post menses quinque a concilio Nicæno absoluto. Sed signantius tempus exprimit auctor libelli Synodici in synodo Cæsariensi, dum ait: *Alexandro papa Alexandriæ, quinto post mense quam Nicæa domum reversus esset, ad Dominum digresso, Athanasius præsulatum merito accepit.* Quo pacto Alexander in suam Ecclesiam initio hiemis pervenit, et die 16 Aprilis defunctus est. — Quod eo magis dicendum est, quod Athana-

Digitized by Google

modum puer esset, sacrum quemdam ludum una cum pueris æqualibus lusisse Rufinus narrat. Is lusus erat imitatio sacerdotii, et collegii sacrorum virorum. In hoc igitur ludo, Athanasius quidem episcopi dignitatem sortitus fuerat. Reliquorum vero puerorum alius presbyteri partes agebat, alius diaconi. Atque hæc a pueris ludebantur eo ipso die quo Petri episcopi et martyris celebrabatur memoria. Forte Alexander Alexandriæ episcopus tunc prætergrediens, ludum omnem contemplatur. Accitosque ad se pueros interrogat quem quisque locum eo in ludo sortitus fuisset, ratus ex eo quod gestum fuisset, aliquid singulis prænuntiari. Quo facto, pueros in ecclesia educari et litterarum studiis erudiri jubet, ac præcipue **45** Athanasium. Quem quidem jam virilem ingressum ætatem, diaconum constituit, et Nicæam secum duxit, ut in concilio quod ibi congregatum erat, adjumento illius uteretur. Hæc de Athanasio Rufinus in libris suis commemoravit : nec profecto incredibile est ea contigisse, cum multa hujusmodi sæpenumero gesta esse reperiantur. Sed de Athanasio hactenus.

A ται τῆς Ἐκκλησίας Ἀθανάσιος. Τοῦτόν φησιν ὁ Ῥουφῖνος [n] κομιδῇ νήπιον ὄντα, παίζειν σὺν ἑτέροις ἡλικιώταις ἱερὸν παίγνιον. Τοῦτο δὲ ἦν μίμησις ἱερωσύνης καὶ τοῦ καταλόγου τῶν ἱερωμένων ἀνδρῶν. Ἐν δὴ οὖν τῷ παιγνίῳ τούτῳ, Ἀθανάσιος μὲν τῆς ἐπισκοπῆς ἐκεκλήρωτο τὸν θρόνον· τῶν δὲ ἄλλων νέων ἕκαστος, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον ἐμιμεῖτο. Ταῦτα ἔπαιζον οἱ παῖδες κατὰ τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ τοῦ μάρτυρος καὶ ἐπισκόπου Πέτρου ἐπετελεῖτο μνήμη· τότε δὲ Ἀλέξανδρος ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος διαβαίνων, ὁρᾷ τὸ γιγνόμενον παίγνιον· καὶ μεταπεμψάμενος τοὺς παῖδας, ἐπύθετο παρ' αὐτῶν τὸν ἐν τῷ παιγνίῳ κληρωθέντα τόπον ἑκάστῳ, προμηνύεσθαί τι διὰ τοῦ γεγονότος ἡγησάμενος. Ἐκέλευσέν τε ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἄγεσθαι τοὺς παῖδας, καὶ παιδείας μετα- B λαμβάνειν, ἐξαιρέτως δὲ τὸν Ἀθανάσιον. Εἶτα ἐν τελείᾳ γενόμενον ἡλικίᾳ, καὶ διάκονον χειροτονήσας, ἦγεν ἐπὶ τὴν Νίκαιαν, συναγωνιζόμενον αὐτῷ ἐκεῖ, ὅτε συνεκροτεῖτο ἡ σύνοδος. Ταῦτα μὲν ὁ Ῥουφῖνος περὶ αὐτοῦ Ἀθανασίου ἐν τοῖς συντάγμασιν ἑαυτοῦ εἴρηκεν. Οὐκ ἀπεικὸς δὲ γενέσθαι· καὶ γὰρ πολλὰ τοιαῦτα γενόμενα πολλάκις ἐφεύρηται περὶ οὗ τέως τοσαῦτα (97) εἰρήσθω μοι.

## CAP. XVI.

*Quomodo Constantinus imp. urbem Byzantiorum auxit, et Constantinopolim vocavit.*

Imperator vero post peractum concilium, summa in lætitia vitam exegit. Celebrata igitur festivitate publica vicennalium suorum, statim ad ecclesiarum instaurationem omne studium suum contulit. Idque tum in aliis civitatibus præstitit, tum in urbe sibi cognomine. Quam quidem Byzantium antehac appellatam, magnopere amplificavit, et ingentibus cinctam muris, variisque ædificiis exornatam, reginæ urbium Romæ exæquans, Constantinopolim nominavit, utque nova Roma vocaretur, lege sanxit. Quæ quidem lex in columna lapidea incisa, ac publice in

## ΚΕΦΑΛ. ΙϚʹ.

*Ὡς βασιλεὺς Κωνσταντῖνος τὸ πάλαι Βυζάντιον αὐξήσας, Κωνσταντίνου πόλιν ἐπωνόμασεν.*

Ὁ βασιλεὺς δὲ μετὰ τὴν σύνοδον ἐν εὐφροσύνῃ διῆγεν· ἐπιτελέσας οὖν δημοτελῆ τῆς εἰκοσαετηρίδος αὐτοῦ ἑορτὴν [o], εὐθέως περὶ τὸ ἀνορθοῦν τὰς ἐκκλησίας ἐσπούδαζεν. Ἐποίει τε τοῦτο κατὰ τὰς ἄλλας πόλεις (98), καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ ἐπωνύμῳ. Ἦν Βυζάν- C τιον καλουμένην τοπρότερον, ηὔξησε, τείχη μεγάλα περιβαλὼν, καὶ διαφόροις κοσμήσας οἰκοδομήμασιν· ἴσην τε τῇ βασιλευούσῃ Ῥώμῃ ἀποδείξας, Κωνσταντινούπολιν μετονομάσας, χρηματίζειν δευτέραν Ῥώμην (99) νόμῳ ἐκύρωσεν. Ὃς νόμος ἐν λιθίνῃ γέγραπται στήλῃ καὶ δημοσίᾳ ἐν τῷ καλουμένῳ Στρα-

### VALESII ANNOTATIONES.

(97) *Περὶ οὗ τέως τοσαῦτα*, etc. Melius in codice Leonis Allatii legitur hoc modo : περὶ οὖν τούτων τοσαῦτα τέως λελέχθω μοι..

(98) *Ἐποίει τε τοῦτο περὶ*, lege *ἐποίει δὲ τοῦτο κατά τε τὰς ἄλλας πόλεις*, etc. Frequenter in his particulis peccatum est ab antiquariis qui hos libros exscripserunt. Quod quidem semel monitum volui, ut studiosus lector per se deinceps id observet. Certe in codice Allatii legitur κατά τε τὰς ἄλλας πόλεις.

(99) *Χρηματίζειν δὲ δευτέραν Ῥώμην*. Hunc locum qui corruptus antea legebatur, et prava distinctione confusus, pristino nitori restitui, expuncta particula δέ, quæ nec in Florentino codice, nec in Sfortiano habetur. Confirmat emendationem nostram Epiphanius Scholasticus, qui sic vertit: *Et denominatam Constantinopolim , appellari secundam Romam lege firmavit.*

### VARIORUM.

sii ordinatio nonnisi sub hujus anni finem peracta est; cum anno 373, die 2 mensis Maii, ad Deum migrarit, et, ut testatur Cyrillus Alex., annos 46 integros sederit. Quare non dubito quin ea ordinatio VI Kal. Januarii, uti ad genuinum Bedæ Martyrologium additur in ms. ecclesiæ Vaticanæ S. Petri, die videlicet 27 mensis Decembris, S. Joanni evangelistæ sacra, facta sit ; et hucusque S. Anathasii initium hujus anni principio perperam consignatum fuerit, prætermissa vacatione sedis per aliquot menses ; cujus causa fuisse videtur fuga Athanasii. Vide Sozom. lib. II, cap. 17. (Ant. Pagi ad ann. 336, num. 3.)

[n] *Φησὶν ὁ Ῥουφῖνος*. Rem hanc narrat Rufinus Hist. lib. X, cap. 14. Cui suffragantur Sozomenus D lib. II, cap. 17, et Nicephorus lib. VIII, cap. 44. Vide Ant. Pagi ad ann. 311, n. 26, 27, qui hanc historiam defendit, et putat Athanasium tunc circiter tredecim annos natum. Caveus vero noster et Du Pin fabulam esse censent.

[o] *Εἰκοσαετηρίδος ἑορτήν*. Eusebius, Socrates et Sozomenus uno ore affirmant Constantinum proxime post dimissam synodum, priusquam episcopi domum redirent, vicennalia sua dedisse. Hoc etiam Chronici Alexandrini suffragio confirmatur. Proinde ad XX imperii annum Constantinus pervenerat, cum synodus hæc Nicæna dimittebatur. (Beveregius *Annot. in can. conc. Nic.*, initio.)

Digitized by Google

τηγίῳ, πλησίον τοῦ ἑαυτοῦ ἐφίππου παρέθηκε (1). Καὶ ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, δύο μὲν οἰκοδομήσας ἐκκλησίας, μίαν ἐπωνόμασεν Εἰρήνην, ἑτέραν δὲ τὴν τῶν Ἀποστόλων ἐπώνυμον. Καὶ οὐ μόνον, ὡς ἔφην, ηὔξει τὰ τῶν Χριστιανῶν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων καθῄρει. Τὰ γοῦν ἀγάλματα κόσμον τῇ Κωνσταντίνου πόλει προὐτίθει δημοσίᾳ, καὶ τοὺς Δελφικοὺς τρίποδας ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ δημοσιεύσας προὔθηκε. Ταῦτα μὲν οὖν δόξει περιττὰ λέγεσθαι νῦν· ὁρᾶται γὰρ πρότερον ἢ ἀκούεται. Τότε δὲ ὅμως μεγίστην ἐπίδοσιν ἔλαβε τὰ τοῦ Χριστιανισμοῦ. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς καιροῖς τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, καὶ ἄλλα πλεῖστα ἡ τοῦ Θεοῦ ἐφύλαττε πρόνοια (2). Οὕτω τῶν τοῦ βασιλέως ἐγκωμίων μετὰ μεγαλοφώνου φράσεως ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος μνήμην πεποίηται. Οὐκ ἄκαιρον δὲ ἡγοῦμαι καὶ ἡμᾶς περὶ τῶν αὐτῶν, ὡς οἷόν τε, διὰ βραχέων εἰπεῖν.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

*Ὡς τοῦ βασιλέως μήτηρ Ἑλένη, ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα παραγενομένη, τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ ἀναζητήσασα εὗρε, καὶ ἐκκλησίαν ἀνῳκοδόμησεν.*

Ἡ τοῦ βασιλέως μήτηρ Ἑλένη, ἧς ἐπονόματι τὴν ποτε κώμην Δρεπάνην, πόλιν ποιήσας ὁ βασιλεὺς Ἑλενούπολιν ἐπωνόμασε, δι' ὀνείρων χρηματισθεῖσα, εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα παρεγένετο. Καὶ τὴν ποτε Ἱερουσαλὴμ ἔρημον ὡς ὀπωροφυλάκιον κατὰ τὸν Προφήτην εὑροῦσα, τὸ τοῦ Χριστοῦ μνῆμα ἔνθα ταφεὶς ἀνέστη, σπουδαίως ἐζήτει. Καὶ δυσχερῶς μὲν, σὺν Θεῷ δὲ εὑρίσκει. Τίς δὲ ἡ αἰτία τῆς δυσχερείας, διὰ βραχέων ἐρῶ. Ὅτι οἱ μὲν τὰ τοῦ Χριστοῦ φρονοῦντες, μετὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους ἐτίμων τὸ μνῆμα. Οἱ δὲ φεύγοντες τὰ τοῦ Χριστοῦ, χώσαντες τὸν τόπον, Ἀφροδίτης κατ' αὐτοῦ ναὸν κατασκευάσαντες ἐπέστησαν ἄγαλμα, μὴ ποιοῦντες μνήμην τοῦ τόπου. Τοῦτο μὲν οὖν πάλαι προὐχώρει. Τῇ δὲ μητρὶ τοῦ βασιλέως φανερὸν τοῦτο ἐγένετο. Καθελοῦσα οὖν τὸ ξόανον, καὶ τὸν τόπον ἐκχώσασα καὶ καθαρὸν ἐργασαμένη, τρεῖς εὑρίσκει σταυροὺς ἐν τῷ μνήματι· ἕνα μὲν τὸν μακαριστὸν, ἐν ᾧ Χριστὸς ἐξετανύσθη· τοὺς δὲ ἑτέρους, ἐν οἷς οἱ συσταυρωθέντες δύο λησταὶ τεθνήκεσαν. Σὺν αὐτοῖς δὲ εὕρητο καὶ ἡ τοῦ Πιλάτου σανὶς, ἐν ᾗ βασιλέα τῶν Ἰουδαίων τὸν σταυρωθέντα Χριστὸν προσγράφων, ἐν διαφόροις γράμμασι ἐκήρυττεν. Ἐπεὶ δὲ ἀμφίβολος ἦν ὁ σταυρὸς ὁ ζητούμενος [p], οὐχ ἡ τυχοῦσα

A Strategio juxta equestrem imperatoris ipsius statuam collocata est. In eadem urbe duas ecclesias ædificavit : alteram Irenes, alteram Apostolorum vocabulo appellatam. Nec vero solum res Christianorum amplificavit, ut antea dixi, verum etiam superstitionem gentilium destruxit. Certe deorum simulacra ad ornatum urbis Constantinopolitanæ palam proposuit, et tripodas Delphicos in ejusdem civitatis circo publicavit. Sed hæc quidem superflua nunc videntur commemorari : prius enim spectantur oculis, quam percipiantur auditu. Tunc temporis vero Christianorum res maximum incrementum cepere. Etenim imperatoris Constantini temporibus, cum alia multa, tum id præcipue divina Providentia reservabat. Et has quidem imperatoris laudes Eusebius Pamphili B magnifice commemoravit. Non importunum tamen esse arbitror, ut et nos quoque de iisdem rebus pro virili parte pauca dicamus.

## 46 CAP. XVII.

*Quomodo imperatoris mater Helena, crucem Domini diu perquisitam Hierosolymis reperit, et ecclesiam construxit.*

Mater imperatoris Helena, cujus gratia imperator Drepanum, quam ex vico civitatem effecerat, Helenopolim voluit appellari, a Deo in somnis admonita, venit Hierosolyma. Et cum veterem illam Hierusalem, juxta Prophetæ vaticinium,[19] desertam sicut pomorum custodiam offendisset, Christi monumentum, in quo ille sepultus resurrexit, studiose cœpit per- C quirere. Ac difficile quidem illud, sed tamen opitulante Deo tandem reperit. Quæ vero causa fuerit hujus difficultatis, paucis aperiam. Qui Christi fidem sequebantur, post mortem ejus, monumentum istud magnopere coluerunt. Hi vero qui a religione Christi abhorrebant, locum aggere opplentes, templum Veneris in eo exstruxerunt, et simulacro superposito, memoriam loci penitus abolere studuerunt. Et hoc quidem olim eis successerat. Verum imperatoris matri ea res innotuit. Deturbato igitur simulacro, egestaque humo, et loco undique repurgato, tres cruces in monumento reperit : unam quidem beatam in qua Christus pependerat ; duas vero alias, in quibus duo latrones qui una cum illo crucifixi sunt, mortem obierant. Cum his inventa etiam D est tabella in qua Pilatus Christum crucifixum, re-

[19] Psal. LXXVIII, 1.

## VALESII ANNOTATIONES.

(1) *Πλησίον τοῦ ἑαυτοῦ ἐφίππου παρέθηκε.* Scribendum videtur παρέστηκεν. Quam emendationem confirmat etiam Epiphanius his verbis : *Sicut lex ipsa in marmorea platoma noscitur esse conscripta, et in Strategio juxta equestrem statuam ejus constituta.* Legerat ergo Epiphanius in suo codice, πλησίον τοῦ αὐτοῦ ἐφίππου παρέστηκεν, supple ἀνδριάντος. Erat autem Strategium ædes publica in qua strategi, id est duumviri qui urbem Byzantium olim regebant, sedere consueverant. Ejus mentio fit in veteri descriptione urbis Constantinopolitanæ, quæ Notitiæ imperii Romani præfixa est : et in regione quinta ejus urbis recensetur, et in Chronico Alexand., p. 621.

(2) *Καὶ ἄλλα πλεῖστα ἡ τοῦ Θεοῦ ἐφύλαττε πρόνοια.* Locus hic mutilus est, ut apparet. Quem Christophorsonus quidem, ex conjectura, ut opinor, ita supplevit, καὶ τὰ τῆς πίστεως μάλιστα ἡ τοῦ Θεοῦ ἐπλάτυνε πρόνοια. Sed verbum illud ἐπλάτυνε nullo modo tolerari potest. Nos igitur leviori mutatione locum ita restituendum putamus : τά τε ἄλλα πλεῖστα, καὶ τοῦτο μάλιστα ἡ τοῦ Θεοῦ ἐφύλαττε πρόνοια. Quam lectionem in versione nostra secuti sumus. Mox lego καὶ τούτων μὲν τῶν βασιλέως ἐγκωμίων, etc.

## VARIORUM.

[p] *Ἐπεὶ δὲ ἀμφίβολος ἦν ὁ σταυρὸς ὁ ζητούμενος.* Historia hæc de inventione S. crucis non ce-

Digitized by Google

gem esse Judæorum variis linguis ac litteris pronuntiaverat. Sed quoniam ambiguum erat quænam esset crux illa quæ quærebatur, mater imperatoris non mediocri dolore affecta est. Quem quidem brevi post tempore Hierosolymorum episcopus, nomine Macarius, sedavit et ambiguitatem omnem fidei virtute dissolvit. Signum enim a Deo petiit, et impetravit. Signum vero fuit hujusmodi. Mulier quædam illius loci, diuturno confecta morbo, jam in ipso mortis articulo erat constituta. Huic ergo animam agenti, episcopus singulas cruces apponi jubet, certissime sibi persuadens fore ut mulier pristinæ valetudini restitueretur, si pretiosam Domini crucem attigisset. Nec vero spes eum fefellit. Admotis enim duabus crucibus quæ Dominicæ non erant, mulier nihilominus in summo vitæ discrimine remansit. Adhibita vero tertia, quæ vera Domini crux erat, illa in vitæ mortisque confinio posita, statim convaluit, et pristinum vigorem recuperavit. Hoc igitur modo repertum est crucis lignum. Imperatoris autem mater, in ipso quidem sepulcri loco templum magnificum exstruxit, et Novam Hierusalem cognominavit, quam ex adverso veteris illius ac desertæ condiderat. **47** Crucis vero portionem unam argentea inclusam theca, iis qui visere eam vellent, ad perpetuam memoriam illic reliquit; alteram vero ad imperatorem misit. Quam ille cum accepisset, pro certo habens civitatem illam perpetuo incolumem fore in qua hoc pignus servaretur, in statua sua recondidit, quæ Constantinopoli in foro quod Constantini dicitur, super ingenti columna purpurea posita est. Atque hoc quidem auditione acceptum, huic historiæ inserui. Omnes tamen ferme qui Constantinopolim incolunt, id verum esse affirmant. Clavos præterea quibus Christi manus cruci fuerant affixæ, cum idem imperator accepisset (nam et hos in monumento repertos mater ad ipsum miserat), frena ex illis et galeam fabricari jussit; iisque usus est in bello. Cæterum imperator quidem materiam omnem ad constructionem ecclesiarum affatim subministravit. Scripsit etiam ad Macarium episcopum

A λύπη κατεῖχε τὴν τοῦ βασιλέως μητέρα. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ παύει τὰ τῆς λύπης ὁ τῶν Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, ᾧ ὄνομα ἦν Μακάριος. Λύει δὲ πίστει τὸ ἀμφίβολον. Σημεῖον γὰρ ᾔτει παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐλάμβανε. Τὸ δὲ σημεῖον ἦν τοιοῦτο· γυνή τις τῶν ἐγχωρίων, νόσῳ χρονίᾳ ληφθεῖσα, πρὸς αὐτῷ λοιπὸν τῷ θανάτῳ ἐγένετο. Προσάγεσθαι οὖν τῇ ἀποθνησκούσῃ τῶν σταυρῶν ἕκαστον ὁ ἐπίσκοπος παρεσκεύασε, πιστεύσας ἀναῤῥωσθῆναι τὴν γυναῖκα, ἁψαμένην τοῦ τιμίου σταυροῦ. Καὶ τῆς ἐλπίδος οὐχ ἥμαρτε. Προσενεχθέντων γὰρ τῶν μὴ Κυρίων δύο σταυρῶν, ἔμενεν οὐδὲν ἧττον ἡ γυνὴ ἀποθνήσκουσα. Ὡς δὲ ὁ τρίτος ὁ γνήσιος προσηνέχθη, ἡ ἀποθνήσκουσα εὐθὺς ἀνεῤῥώσθη, καὶ ἐν τοῖς ὑγιαίνουσιν ἦν. Τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόπον τὸ τοῦ σταυροῦ ξύλον ηὕρηται. Ἡ δὲ τοῦ B βασιλέως μήτηρ, οἶκον μὲν εὐκτήριον ἐν τῷ τοῦ μνήματος τόπῳ πολυτελῆ κατεσκεύασεν, Ἱερουσαλὴμ τε Νέαν (3) ἐπωνόμασεν, ἀντιπρόσωπον τῇ παλαιᾷ ἐκείνῃ καὶ καταλελειμμένῃ ποιήσασα. Τοῦ δὲ σταυροῦ, μέρος μέν τι θήκῃ ἀργυρᾷ περικλείσασα, μνημόσυνον τοῖς ἱστορεῖν βουλαμένοις, αὐτόθι κατέλιπε· τὸ δὲ ἕτερον μέρος ἀποστέλλει τῷ βασιλεῖ. Ὅπερ δεξάμενος, καὶ πιστεύσας τελείως σωθήσεσθαι τὴν πόλιν ἔνθα ἂν ἐκεῖνο φυλάττηται, τῷ ἑαυτοῦ ἀνδριάντι κατέκρυψεν, ὃς ἐν τῇ κατὰ Κωνσταντίνου πόλιν (4), ἐν τῇ ἐπιλεγομένῃ ἀγορᾷ Κωνσταντίνου, ἐπὶ τοῦ πορφυροῦ καὶ μεγάλου κίονος ἵδρυται. Τοῦτο μὲν ἀκοῇ γράψας ἔχω. Πάντες δὲ σχεδὸν οἱ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν οἰκοῦντες, ἀληθὲς εἶναί φασι. Καὶ τοὺς C ἥλους δὲ, οἳ ταῖς χερσὶ τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὸν σταυρὸν ἐνεπάγησαν, ὁ Κωνσταντῖνος λαβὼν (καὶ γὰρ καὶ τούτους ἡ μήτηρ ἐν τῷ μνήματι εὑροῦσα ἀπέστειλεν), χαλινούς τε καὶ περικεφαλαίαν ποιήσας, ἐν τοῖς πολέμοις ἐκέχρητο. Ἐχορήγει μὲν οὖν πάσας τὰς ὕλας ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν κατασκευὴν τῶν ἐκκλησιῶν. Ἔγραφε δὲ καὶ Μακαρίῳ τῷ ἐπισκόπῳ, ἐπισπεύδειν τὰς οἰκοδομάς. Ἡ δὲ τοῦ βασιλέως μήτηρ, ποιήσασα τὴν Νέαν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν τῷ ἄντρῳ τῆς Βηθλεὲμ, ἔνθα ἡ κατὰ σάρκα γέννησις τοῦ Χριστοῦ, ἑτέραν ἐκκλησίαν οὐχ ἧττον κατεσκεύαζεν (5). Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ὄρει τῆς ἀναλήψεως. Οὕτω δὲ εἶχεν εὐλα-

## VALESII ANNOTATIONES.

(3) *Ἱερουσαλὴμ Νέαν*. Desumpsit hæc Socrates ex Eusebii libro III de Vita Constantini, cap. 33. Sed deceptus est, cum existimavit ecclesiam illam quæ juxta sepulcrum Domini ab Helena, seu potius a Constantino, ædificata est, Novam Hierusalem esse appellatam. Neque enim id dicit Eusebius; sed tantum alludit ad novam Hierusalem, cujus mentio fit in Apocalypsi Joannis. Vide quæ notavi ad dictum locum Eusebii. Porro hunc locum emendavi ex Florentino codice, in quo ita diserte scribitur, Ἱερουσαλὴμ τε νέαν, ut jampridem monuit me per litteras vir cl. Emericus Bigotius, cum ipsum codicem inspexisset Florentiæ.

(4) *Ὃς ἐν τῇ κατὰ Κωνσταντίνου πόλιν*. Scri- D bendum est : ὃς ἐν τῇ κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἐπιλεγομένῃ ἀγορᾷ Κωνσταντίνου. De hac porro Constantini statua quæ super Porphyreticam columnam in foro Constantini posita erat, mirum ac pene incredibile est quod narrat Philostorgius, eam a populo illuc cum cereis conveniente adorari solitam. Id tamen testimonio quoque suo confirmat Theodoritus in libro primo Historiæ ecclesiasticæ cap. ultimo: Εἰ δέ τις ἐκείνοις διαπιστεῖ, τὰ νῦν περὶ τὴν ἐκείνου θήκην καὶ τὸν ἀνδριάντα γενόμενα βλέπων, πιστευσάσθω τοῖς γεγραμμένοις.

(5) *Οὐχ ἧττον κατεσκεύαζεν*. Scribendum est, οὐχ ἧττονα.

## VARIORUM.

currit apud Eusebium, in loco huic parallelo, lib. III de Vita Constant., cap. 28. Verum Cyrillus episcopus Hierosolymitanus, qui eodem sæculo vixit, aperte testatur lignum Sanctæ crucis imp. Constantino divinitus ostensum, in epistola ad filium ejus Constantium; item in catechesi de ejus inventione loquitur, ut de re omnibus nota. Quocirca de historiæ hujus fide dubitari non potest. W. LOWTH.

Digitized by Google

δῶς περὶ ταῦτα, ὡς καὶ συνεύχεσθαι ἐν τῷ τῶν γυναικῶν τάγματι. Καὶ τὰς παρθένους τὰς ἀναγεγραμμένας ἐν τῷ τῶν ἐκκλησιῶν κανόνι, ἐπὶ ἑστίασιν προτρεπομένη, δι' ἑαυτῆς λειτουργοῦσα, τὰ ὄψα ταῖς τραπέζαις προσέφερε. Πολλὰ δὲ καὶ ἐδωρεῖτο ταῖς ἐκκλησίαις καὶ τοῖς πένησιν· εὐσεβῶς τε διανύσασα τὴν ζωὴν, ἐτελεύτησε περὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος· καὶ τὸ σῶμα αὐτῆς εἰς τὴν βασιλεύουσαν νέαν Ῥώμην διακομισθὲν, ἐν τοῖς βασιλικοῖς μνήμασιν ἀπετέθη.

A ut opus ipsum accelerarel. Mater vero imperatoris, postea quam ædificasset Novam Hierusalem, apud Bethleem quoque in spelunca in qua Christus secundum carnem natus est, alteram ecclesiam priore illa haudquaquam inferiorem exstruxit. Sed et tertiam ædificavit, in eo monte ex quo Dominus conscendit in cœlum. Porro tam pie ac religiose erga hæc erat affecta, ut in ordine mulierum una cum cæteris Deum oraret. Virgines quoque in matricula ecclesiarum ascriptas, ad convivium vocabat; eisque ipsa per se ministrans, mensæ apponebat fercula. Multa præterea ecclesiis et pauperibus erogabat. Denique cum in summa pietate vitam exegisset, mortem obiit anno ætatis circiter octogesimo; corpusque ejus Novam Romam deportatum, in regalibus monumentis depositum est.

B

## ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

*Ὡς καὶ ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος τὰ μὲν Ἑλλήνων καθῄρει, πολλὰς δὲ ἐκκλησίας ἐν διαφόροις τόποις ἵδρυσεν.*

Καὶ μεταταῦτα δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπιμελέστερος ὢν περὶ τὰ Χριστιανῶν, ἀπεστράφη τὰς Ἑλληνικὰς θρησκείας. Καὶ παύει μὲν τὰ μονομάχια [q]· εἰκόνας δὲ τὰς ἰδίας ἐν τοῖς ναοῖς ἐνεπέθετο. Λεγόντων δὲ τῶν Ἑλλήνων ὡς ἄρα ὁ Σάραπις εἴη ὁ τὸν Νεῖλον ἀνάγων ἐπ' ἀρδείᾳ τῆς Αἰγύπτου, τῷ τὸν πῆχυν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Σαράπιδος κομίζεσθαι, αὐτὸς εἰς τὴν ἐκκλησίαν τὸν πῆχυν Ἀλέξανδρον (6) μετατιθέναι ἐκέλευσε. Τῶν δὲ φημιζόντων, ὡς οὐκ ἀναβήσεται ὁ Νεῖλος ὀργῇ τοῦ Σαράπιδος, ἥ τε ἄνοδος τοῦ ποταμοῦ (7) τῷ τε ἑξῆς ἔτει καὶ εἰς τὸ μεταταῦτα, ἐγένετό τε καὶ γίνεται· ἔργῳ τε δείκνυται, ὡς οὐ διὰ θρησκείαν, C ἀλλὰ διὰ τοὺς ὅρους τῆς Προνοίας, ἡ τοῦ Νείλου ἀνάβασις γίνεται. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοῦ χρόνους (8), καὶ βαρβάρων Σαρματῶν καὶ Γότθων [r] κατατρεχόντων τὴν Ῥωμαίων γῆν, οὐδαμῶς ἡ περὶ τὰς ἐκκλησίας τοῦ βασιλέως πρόθεσις ἐνεκόπτετο· ἀλλ' ἀμφοτέρων τὴν ἁρμόζουσαν ἐποιήσατο πρόνοιαν· τοὺς μὲν γὰρ τῷ Χριστιανικῷ τροπαίῳ πεπιστευκὼς, κατὰ κράτος ἐνίκα, ὡς καὶ τὸ εἰωθὸς παρὰ τῶν πάλαι βασιλέων δίδοσθαι χρυσίον τοῖς βαρβάροις περιελεῖν, ἐκείνους τε ἐκπεπληγμένους τῷ παραλόγῳ τῆς ἥττης, πιστεῦσαι τότε πρῶτον τῇ Χριστιανισμοῦ θρησκείᾳ, δι' ἧς καὶ Κωνσταντῖνος ἐσώζετο. Αὖθις δὲ ἑτέρας

## CAP. XVIII.

*Quomodo imp. Constantinus gentilium quidem superstitionem delevit, multas autem ecclesias variis in locis erexit.*

Posthæc imperator, rebus Christianorum magis addictus, gentilium superstitiones penitus aversatus est. Ac primo quidem gladiatorum spectacula sustulit; dein suas imagines in deorum templis collocavit. Cumque gentiles Serapim esse dicerent, a quo Nilus ad irrigandos Ægypti agros adduceretur, eo quod cubitus Nili ad templum Serapidis portari consueverat, ipse ad ecclesiam Alexandrinorum cubitum **48** illum transferri præcepit. Et cum illi palam jactarent, propter iram Serapidis Nilum ascensurum non esse, nihilominus et sequente anno, et reliquis deinceps annis exundavit Nilus, atque etiamnum exundat: adeo ut re ipsa declaratum sit Nilum non ob superstitionem illam gentilium, sed ex divinæ Providentiæ decreto ascendere. Sub idem tempus cum barbari, Sarmatæ scilicet et Gothi, irruptione facta Romanorum agros vastarent, imperatoris tamen studium in construendis ecclesiis neutiquam propterea est imminutum: sed utrique negotio competentem curam ac sollicitudinem adhibuit: nam hos quidem, Christi tropæo confisus, penitus devicit: adeo ut aurum quod a priscis imperatoribus dari consueverat barbaris, in posterum adimeret, et ipsi insperata clade perculsi Christianam religionem,

### VALESII ANNOTATIONES.

(6) *Τὸν πῆχυν Ἀλέξανδρον.* Christophorsonus quidem et Musculus verba hoc loco transposita esse crediderant, legeruntque, ut ex versione eorum apparet, εἰς τὴν ἐκκλησίαν Ἀλεξανδρέων τὸν πῆχυν μετατιθέναι ἐκέλευσε. Sed cum μετατιθέναι passive sumi non possit, aliter emendandus est hic locus. Nos igitur ex codice Sfortiano locum ita restituimus: Αὐτὸς εἰς τὴν ἐκκλησίαν τὸν πῆχυν Ἀλέξανδρον μετατιθέναι ἐκέλευσεν. Id est, *Ipse Alexandro præcepit, ut cubitum illum in ecclesiam transferret.* Quæ quidem emendatio confirmatione non eget. D Vide Rufinum in libro II, cap. 13. Porro ea lex Constantini diu non stetit. Nam Julianus eumdem cubitum in Serapidis templum jussit reportari, ibique deinceps mansisse videtur usque ad tempora Theodosii, et eversionem Serapei.

(7) *Ἥ τε ἄνοδος τοῦ ποταμοῦ.* Delenda est particula τε, quæ hic superflua est, et ob nimiam repetitionem odiosa.

(8) *Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοῦ χρόνους.* Lego cum Christophorsono et Musculo, ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους.

### VARIORUM.

[q] *Τὰ μονομάχια.* Veteres Christiani artem gladiatoriam omnino damnabant. *Perit* (inquit Tertullianus *De pudicitia) fidelis elapsus in spectaculum quadrigarii furoris, et gladiatorii cruoris.* Vide et eumdem *De spectaculis.*

[r] *Γότθων.* Pro Gothis Scythas dicit Eusebius de Vita Constant., lib. IV, cap. 5. Certe Græci scriptores Σκύθας vocare solent, quos Latini Gothos. Porro Gothi victi sunt ab exercitu Romano in terris Sarmatarum, die XII Kal. Maii, Pacatiano et Hilariano coss., id est anno Chr. 332, inquit Vales. in loc. cit.

Digitized by Google

cujus præsidio tutus ubique erat Constantinus, tunc primum amplexi sint. Ipse vero alias rursus ecclesias ædificavit: et unam quidem ad quercum Mambre, sub qua angelos hospitio exceptos ab Abrahamo divina testantur oracula[10], construxit. Cum enim comperisset aras sub ea quercu positas esse, et gentilium ritu illic sacrificia peragi, Eusebium quidem Cæsariensem episcopum graviter per litteras reprehendit: aram vero ipsam disturbari, et ecclesiam juxta quercum fabricari jussit. Alteram vero ecclesiam Heliopoli in Phœnice construi præcepit ob hujusmodi causam. Heliopolitæ quem olim legislatorem habuerint, et cujusmodi moribus is fuerit præditus, equidem non possum dicere: verum illius mores civitas ipsa satis ostendit. Quippe apud illos lex patria jubet uxores communes esse. Quam ob causam incerti apud eos erant liberi. Parentum enim ac liberorum nulla erat distinctio. Virgines vero hospitibus qui ad ipsos venerant, constuprandas tradebant. Hoc institutum, quod ab ultima vetustate apud illos obtinuerat, imperator abolere studuit. Sublato enim per honestam legem turpissimæ consuetudinis flagitio, id perfecit ut seipsas cognoscerent familiæ. Ecclesiis præterea ædificatis, episcopum illic ordinari, et sacrum clerum constitui curavit. In hunc modum imperator Heliopolitarum mores ex pessimis modestiores reddidit. Simili ratione delubrum Veneris in Aphacis ad montem Libanum demolitus, nefanda quæ illic committebantur flagitia penitus exstirpavit. Quid vero commemorem, quemadmodum Pythonicum dæmonem in Cilicia fugavit, æde in qua ille delitescebat, funditus everti jussa? Tantus porro in illo erat amoris ardor erga Christi religionem, ut cum bellum Persicum immineret, tabernaculum ad instar ecclesiæ, ex
**49** variis pictisque velis confici jusserit, sicut Moyses olim in solitudine fecerat, atque illud secum portari voluerit, ut in locis etiam desertissimis paratum haberet oratorium. Sed bellum eo quidem tempore ulterius non processit. Statim enim exstinctum est, ob metum quem Persis imperator incusserat. Jam vero quod in condendis etiam urbibus plurimum studii posuerit, et quemadmodum ex quibusdam vicis civitates effecerit, ut Drepanem ex matris nomine, et in Palæstina Constantiam ex sororis suæ vocabulo appellarit, intempestivum arbitror hic referre. Neque enim nobis propositum est res gestas imperatoris omnes recensere, sed eas tantum quæ ad Christi religionem pertinent, et præcipue quæ circa ecclesias contigerunt. Proinde præclara imperatoris facinora, quippe quæ alterius sint argumenti, et proprium opus desiderent, aliis relinquo, qui ea commode possunt perscribere. Ego vero, si quidem Ecclesia expers seditionis ac discordiæ permansisset, ipse quoque penitus conticuissem. Quippe ubi argu-

[10] Gen. XVIII, 1 sqq.

A ἐκκλησίας ἐποίει· καὶ μίαν μὲν ἐν τῇ καλουμένῃ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ, ὑφ' ἣν τοὺς ἀγγέλους ἐξενίσθαι πρὸς τοῦ Ἀβραὰμ οἱ ἱεροὶ λόγοι μηνύουσι, κατεσκεύαζε. Μαθὼν γὰρ ὁ βασιλεὺς βωμοὺς ὑπὸ τῇ δρυῒ ἱδρύσθαι, καὶ θυσίας Ἑλληνικὰς τελεῖσθαι ἐπ' αὐτῷ, μέμφεται μὲν δι' ἐπιστολῆς Εὐσεβίῳ τῷ τῆς Καισαρείας ἐπισκόπῳ· κελεύει δὲ, τὸν μὲν βωμὸν ἀνατραπῆναι· πρὸς δὲ τὴν δρῦν κατασκευασθῆναι οἶκον εὐκτήριον. Ἑτέραν δὲ ἐκκλησίαν ἐν Ἡλίου πόλει τῆς Φοινίκης κατασκευασθῆναι προσέταξε, δι' αἰτίαν τοιαύτην· οἱ Ἡλίου πολῖται, τίνα μὲν ἔσχον ἐξ ἀρχῆς νομοθέτην οὐκ ἔχω εἰπεῖν, ὁποῖος ἦν τὸ ἦθος· τὸ δὲ ἦθος ἐκ τῆς πόλεως δείκνυται. Κοινὰς γὰρ εἶναι παρ' αὐτοῖς τὰς γυναῖκας ἐγχώριος νόμος ἐκέλευε. Καὶ διὰ τοῦτο, ἀμφίβολα μὲν ἦν παρ' αὐτοῖς τὰ τικτόμενα. Γονέων
B γὰρ καὶ τέκνων οὐδεμία διάκρισις ἦν. Τὰς δὲ παρθένους τοῖς παριοῦσι (9) ξένοις παρεῖχον πορνεύεσθαι. Καὶ τοῦτο ἐξ ἀρχαίου κρατοῦν παρ' αὐτοῖς, λῦσαι ἐσπούδασε. Νόμῳ γὰρ σεμνῷ τῶν αἰσχρῶν ἀνελὼν τὸ μῦσος, τὰ γένη ἑαυτὰ ἐπιγινώσκειν παρεσκεύασεν. Ἐκκλησίας τε κτίσας, καὶ ἐπίσκοπον χειροτονηθῆναι παρεσκεύασε, καὶ κλῆρον ἱερόν. Οὕτω τὰ Ἡλιουπολιτῶν κακὰ μετριώτερα ἀπειργάσατο. Παραπλησίῳ δὲ τρόπῳ καὶ τὸ ἐν Ἀφάκοις τοῦ Λιβάνου ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης καθελὼν, τὰς ἐκεῖ γιγνομένας ἀναιδῆν ἀῤῥητοποιΐας ἐξέκοψε. Τί δ' ἂν εἴποιμι, ὅπως τὸν ἐν Κιλικίᾳ Πυθωνικὸν ἐξήλασε δαίμονα, τὸν οἶκον ἐν ᾧ ἐνεφώλευεν, ἐκ θεμελίων ἀνατραπῆναι κελεύσας; Τοσοῦτος δὲ ἦν ὁ τοῦ βασιλέως περὶ τὸν Χριστιανισμὸν
C πόθος, ὡς καὶ Περσικοῦ μέλλοντος κινεῖσθαι πολέμου, κατασκευάσας σκηνὴν ἐκ ποικίλης ὀθόνης, ἐκκλησίας τύπον ἀποτελοῦσαν, ὥσπερ Μωϋσῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ πεποιήκει, καὶ ταύτην φέρεσθαι, ἵνα ἔχοι κατὰ τοὺς ἐρημοτάτους τόπους εὐκτήριον ηὐτρεπισμένον. Ἀλλ' οὐ προέβη τότε ὁ πόλεμος· ἔφθη γὰρ δέει τοῦ βασιλέως σβεσθῆναι. Ὅτι δὲ καὶ περὶ τὸ ἀνορθοῦν τὰς πόλεις σπουδαῖος ἦν ὁ βασιλεὺς, καὶ ὅπως κώμας πολλὰς, πόλεις ἀπέδειξεν, ὡς τὴν Δρεπάνην, ἐπώνυμον τῆς μητρὸς, καὶ ἐν Παλαιστίνῃ Κωνσταντίαν, ἐπ' ὀνόματι τῆς ἑαυτοῦ ἀδελφῆς Κωνσταντίας, οὐκ εὔκαιρον ἡγοῦμαι γράφειν. Οὐ γὰρ πρόκειται τὰς πράξεις τοῦ βασιλέως ἀριθμεῖν, ὅτι μὴ ὅσαι πρὸς Χριστιανισμὸν ἁρμόζουσιν, ἀλλ' ὅσαι μόνον περὶ τὰς ἐκκλησίας ἐγένοντο. Διὸ τὰ κατορθώματα τοῦ βασι-
D λέως ἑτέρας ὑποθέσεως ὄντα, ἰδίας τε δεόμενα πραγματείας, ἑτέροις ἀφίημι, τοῖς τὰ τοιαῦτα συγγράφειν δυναμένοις· ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν ἀδιαίρετος ἡ ἐκκλησία μεμενήκει, καὶ αὐτὸς ἡσυχίαν ἂν ἦγον. Ὅπου γὰρ ὑπόθεσις μὴ χορηγεῖ τὰ γινόμενα, περιττὸς ὁ λέγων ἐστίν. Ἐπειδὴ δὲ τὴν ἀποστολικὴν τοῦ Χριστιανισμοῦ πίστιν, ἡ διαλεκτικὴ καὶ κενὴ ἀπάτη συνέχεεν ἐν ταὐτῷ καὶ διέσπειρεν, ᾠήθην δεῖν γραφῇ ταῦτα παραδοῦναι, ὅπως ἂν μὴ ἀφανῆ γένηται τὰ κατὰ τὰς ἐκκλησίας γενόμενα· ἡ γὰρ περὶ τούτων γνῶσις, παρὰ μὲν τοῖς πολλοῖς καὶ εὔκλειαν φέρει·

## VALESII ANNOTATIONES.

(9) *Τὰς γὰρ παρθένους τοῖς παροῦσι.* Hunc locum emendavi ex codice Leonis Allatii. Reliqui enim codices nihil mutant.

Digitized by Google

αὐτὸν δὲ τὸν ἐπιστάμενον ἀσφαλέστερον ἀπεργάζεται· διδάσκει δὲ (10) μὴ σαλεύεσθαι, ξενοφωνίας τινὸς ἐμπεσούσης ἐκ λέξεων.

A mentum deest, superflua exsistit dicentis oratio. Sed quoniam inanis disserendi subtilitas atque versutia apostolicam Christianæ religionis fidem turbavit simul ac dissipavit, litterarum monumentis hæc mandanda esse duxi, ne res quæ in Ecclesiis gestæ sunt, silentio oblitterentur. Hujusmodi enim rerum notitia tum apud alios maximam laudem affert, tum ipsum qui ea præditus sit, multo efficit cautiorem; nec fluctuare sinit, ubi novitas quædam dictionum inciderit.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

*Τίνα τρόπον ἐπὶ τῶν χρόνων Κωνσταντίνου, τὰ ἐνδοτέρω ἔθνη τῶν Ἰνδῶν ἐχριστιάνισαν.*

Αὖθις οὖν μνημονευτέον καὶ ὅπως ἐπὶ τῶν καιρῶν τοῦ βασιλέως ὁ Χριστιανισμὸς ἐπλατύνετο· τηνικαῦτα γὰρ Ἰνδῶν τε τῶν ἐνδοτέρω καὶ Ἰβήρων τὰ ἔθνη, πρὸς τὸ χριστιανίζειν ἐλάμβανε τὴν ἀρχήν. Τίνος δὲ ἕνεκεν τῇ προσθήκῃ *τῶν ἐνδοτέρω* ἐχρησάμην, διὰ βραχέων ἐρῶ. Ἡνίκα οἱ ἀπόστολοι κλήρῳ τὴν εἰς τὰ ἔθνη πορείαν ἐποιοῦντο, B Θωμᾶς μὲν τὴν Πάρθων (11) ἀποστολὴν ὑπεδέχετο· Ματθαῖος δὲ τὴν Αἰθιοπίαν· Βαρθολομαῖος δὲ ἐκληροῦτο τὴν συνημμένην ταύτῃ Ἰνδίαν· τὴν μέντοι ἐνδοτέρω Ἰνδίαν, ᾗ προσοικεῖ βαρβάρων ἔθνη πολλὰ, διαφόροις χρώμενα γλώσσαις, οὐδέ πω πρὸ τῶν Κωνσταντίνου χρόνων ὁ τοῦ Χριστιανισμοῦ λόγος ἐφώτιζε. Τίς δὲ ἡ αἰτία τοῦ καὶ αὐτοὺς χριστιανίσαι, νῦν ἔρχομαι καταλέξων. Μερόπιός τις φιλόσοφος, τῷ γένει Τύριος, ἱστορῆσαι τὴν Ἰνδῶν χώραν ἔσπευσεν, ἁμιλλησάμενος πρὸς τὸν φιλόσοφον Μητρόδωρον (12) [s], ὃς πρὸ αὐτοῦ τὴν Ἰνδῶν χώραν ἱστόρησεν. Παραλαβὼν οὖν δύο παιδάρια συγγενῆ ὁ Μερόπιος, Ἑλληνικῆς οὐκ ἄμοιρα διαλέκτου, καταλαμβάνει πλοίῳ τὴν χώραν. Ἱστορήσας τε ὅσα ἐβούλετο, προσορμίζει χρείᾳ τῶν ἐπιτηδείων C τόπῳ λιμένα ἔχοντι ἀσφαλῆ. Συμβεβήκει δὲ τότε πρὸς ὀλίγον (13), τὰς σπονδὰς διεσπᾶσθαι, τὰς μεταξὺ Ῥωμαίων τε καὶ Ἰνδῶν. Συλλαβόντες δὲ οἱ Ἰνδοὶ τὸν φιλόσοφον καὶ τοὺς συμπλέοντας, πλὴν τῶν δύο συγ-

## CAP. XIX.

*Quomodo Constantini temporibus interiores Indi fidem Christi amplexi sunt.*

Jam vero qualiter Christiana religio, hujus imperatoris temporibus, latius propagata sit, a nobis commemorandum est. Interiorum enim Indorum gentes et Iberi, Christianam fidem tunc primum susceperunt. Cur vero *interiores* dixerim, breviter explicabo. Cum apostoli prædicationis causa ad gentes profecturi, eas inter se sortito dividerent, Thomas quidem Parthiæ, Matthæus vero Æthiopiæ apostolatum sortitus est. Bartholomæo India quæ Æthiopiæ confinis est, obtigit. Interior autem India, quam gentes accolunt plurimæ, diversis utentes linguis, ante Constantini tempora nondum Christi fide fuerat illustrata. Porro quæ causa eos impulerit ut Christianam religionem amplecterentur, jam dicere aggrediar. Meropius quidam philosophus, genere Tyrius, Indorum regionem visendi gratia petere decrevit: exemplo Metrodori philosophi ad id provocatus, qui **50** eamdem regionem paulo ante lustraverat. Assumptis igitur duobus pueris, necessitudine sibi conjunctis, qui linguæ Græcæ nequaquam erant ignari, navigio in eam regionem trajecit. Cumque ea quæ videre cupierat contemplatus esset, rerum quæ ad victum necessariæ sunt parandarum causa, ad locum quemdam appulit, in quo portus erat tutus. Forte contigerat ut fœdus Romanos inter et Indos

### VALESII ANNOTATIONES.

(10) *Διδάσκει δέ*. Melius scriberetur διδάσκει τε, quod licet leve videatur, necessario tamen admonendum est, ne quis nobis forsan objiciat id fugisse diligentiam nostram.

(11) *Θωμᾶς μὲν τὴν Πάρθων*. Vide quæ notavi ad librum III Historiæ eccles. Eusebii, in caput 1. Quibus adde locum incerti scriptoris ex Homilia 2 in Matthæum: *Denique cum post resurrectionem Domini Thomas apostolus isset in provinciam illam, adjuncti sunt ei; et baptizati ab eo, facti sunt adjutores prædicationis illius.* De magis Persicis loquitur.

(12) *Ἁμιλλησάμενος πρὸς τὸν φιλόσοφον Μητρόδωρον*. Hic est Metrodorus philosophus, cujus meminit Hieronymus in Chronico: qui ex Indica peregrinatione reversus, multas gemmas atque uniones obtulit Constantino; et alia plura, quæ longe majoris pretii essent, a Sapore Persarum rege sibi erepta esse mentitus, causam præbuit bello Persico [t], ut testatur Ammianus Marcellinus in libro XXV. Vide, si placet, quæ illic notavi.

D (13) *Συμβεβήκει δὲ τότε πρὸς ὀλίγον*. Scribendum omnino est πρὸ ὀλίγου, quam emendationem confirmat codex Allatii, in quo scriptum est πρὸ ὀλίγον.

### VARIORUM.

[s] *Ἁμιλλησάμενος πρὸς τὸν φιλόσοφον Μητρόδωρον*. Cum Meropius dicitur Metrodori exemplo invitatus ad longinquam peregrinationem suscipiendam, hoc minime intelligendum de peregrinatione aliqua in Æthiopiam, Indiam tunc vocatam, ut perperam intellexit Rufinus, sed simpliciter et absolute de peregrinatione ad orbem terrarum lustrandum instituta. (Ant. Pagi ad ann. 327, n. 16. Vide etiam Pearsonum *Vindic. epist. Ignat.* part. I, pag. 185.)

[t] Hæc sub Constantio, non vero sub Constantino contigere: pax enim Romanos inter et Persas anno 336 rupta, occasione irruptionum Persarum in Mesopotamiam, et in regiones orientales imperii, ut diserte docent Eusebius in Vita Constantini, lib. IV, cap. 56, etc., Eutropius in Historia, Victor de Cæsaribus, et Rufus in Breviario. Et tantum abest ut Sapor Persarum rex accepta non remiserit, et Constantino non fecerit satis, ut Eusebius, testis oculatus, qui in hac re falli non potuit, prodat Persas, postquam in ditiones imperii irrupere, cum Constantino congredi vehementer reformidasse, missis legatis pacem ab eo postulasse, et imperatorem pacem et amicitiam cum eis libenter pepigisse. (Ant. Pagi ad ann. 327, n. 18.)

Digitized by Google

paulo ante rumperetur. Indi itaque et philosophum, et eos qui eadem nave vecti erant, comprehensos omnes, exceptis duobus pueris ejus consanguineis, interficiunt. Pueros autem ætatis gratia miserati, Indorum regi dono obtulerunt. Ille, puerorum aspectu delectatus, alterum, Ædesium nomine, pincernam mensæ suæ constituit; alterum vero, cui nomen erat Frumentius, scriniorum curam gerere præcepit. Non multo post tempore rex moriens, filio admodum puero et uxori relicta successione regni, duos illos adolescentes libertate donat. Sed regina, quæ filium in tenera adhuc ætate derelictum videbat, postulat ab adolescentibus, ut ejus curam tantisper suscipiant, donec virilem attigisset ætatem. Illi, reginæ obtemperantes, regni negotia procurare cœperunt. Sed rerum summa penes Frumentium erat. Hic igitur Romanos mercatores qui in illa regione tum agebant, sollicite cœpit perquirere num quis forte inter illos Christianus inveniretur. Cumque aliquot reperisset, et quisnam esset ipse eos docuisset, hortatus est ut privata sibi loca deligerent, in quibus Christianorum more Deum precarentur. Dein processu temporis ecclesiam ædificavit, et quosdam ex Indis Christianæ fidei rudimentis imbutos, orandi causa secum in ecclesiam induxerunt. Postea vero, cum regis puer ad perfectam venisset ætatem, Frumentius, resignatis ei regni negotiis quæ probe administraverat, petit ut in patriam reverti sibi liceret. Rege contra ejusque matre rogantibus ut maneret, nec persuadentibus, revisendæ patriæ desiderio captus, una cum Ædesio domum rediit. Et Ædesius quidem Tyrum velociter contendit, ut parentes et cognatos illic viseret. Frumentius vero

A γενῶν παιδαρίων, ἅπαντας διεχρήσαντο. Τοὺς δὲ δύο παῖδας, οἴκτῳ τῆς ἡλικίας διασώσαντες, δῶρον τῷ Ἰνδῶν βασιλεῖ προσκομίζουσιν. Ὁ δὲ ἡσθεὶς τῇ προσόψει τῶν νέων, ἕνα μὲν αὐτῶν, ᾧ ὄνομα ἦν Αἰδέσιος, οἰνοχόον τῆς αὐτοῦ τραπέζης καθίστησι· τὸν δὲ ἕτερον, Φουρμέντιος ὄνομα αὐτῷ, τῶν βασιλικῶν γραμματοφυλάκων φροντίζειν προσέταξεν. Μετ' οὐ πολὺ δὲ τελευτῶν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ υἱῷ κομιδῇ νηπίῳ καὶ γυναικὶ, ἐλευθέρους τούτους ἀφίησιν. Ἡ δὲ γυνὴ τοῦ βασιλέως, υἱὸν ἔχουσα καταλελειμμένον ἐν ἡλικίᾳ μικρᾷ, εἶπεν αὐτοῖς πρόνοιαν αὐτοῦ ποιήσασθαι, ἄχρις οὗ εἰς ἄνδρα τελέσῃ. Πεισθέντες οὖν οἱ νεανίσκοι, πρόνοιαν ποιοῦνται τῶν τοῦ βασιλέως πραγμάτων. Φουρμέντιος δὲ ἦν μάλιστα ὁ διοικῶν σύμπαντα. Ἔργον δὲ ἐποιεῖτο, τοὺς ἐπιδημοῦντας τὴν B χώραν Ῥωμαίους ἐμπόρους ζητεῖν, εἴπου τινὰ τῶν χριστιανιζόντων ἐφεύροι. Εὑρὼν δὲ, καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν διδάσκων, παρεκάλει τόπους καταλαμβάνειν ἰδιάζοντας (14) ἐπὶ τῷ τὰς Χριστιανικὰς ἐκτελεῖν εὐχάς. Καταβραχὺ δὲ προϊόντος τοῦ χρόνου, καὶ εὐκτήριον κατεσκεύασε, καί τινας τῶν Ἰνδῶν κατηχοῦντες συνεύχεσθαι αὐτοῖς παρεσκεύασαν. Ἐπεὶ δὲ ὁ τοῦ βασιλέως παῖς τῆς τελείας ἡλικίας ἐπέβη, οἱ περὶ τὸν Φουρμέντιον παραδόντες τὰ καλῶς ὑπ' αὐτῶν διοικηθέντα πράγματα, ᾔτουν ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν ἀποχωρῆσαι πατρίδα. Τοῦ δὲ βασιλέως, καὶ τῆς ἑαυτοῦ μητρὸς ἐπιμένειν παρακαλούντων, καὶ μὴ πεισάντων, ἀνεχώρουν ἐπιθυμίᾳ τῆς ἐνεγκαμένης. Αἰδέσιος μὲν οὖν ὡς ἐπὶ τὴν Τύρον ἐσπούδαζεν, ὀψόμενος γονέας τε καὶ συγγενεῖς· Φουρμέντιος δὲ καταλαβὼν τὴν C Ἀλεξάνδρειαν, τῷ ἐπισκόπῳ Ἀθανασίῳ τότε νεωστὶ τῆς ἐπισκοπῆς ἀξιωθέντι (15), ὑπαναφέρει τὸ πρᾶγμα,

## VALESII ANNOTATIONES.

(14) *Τόπους καταλαμβάνειν ἰδιάζοντας*. Hunc locum non intellexerunt interpretes. Musculus enim sic vertit, *ut separatis locis uterentur*. Christophorsonus vero, *ut loca separatim sibi sumerent*. Socrates in hoc capite Rufinum pene ad verbum interpretatur. Et Rufinus quidem ita dixerat, *monere ut conventicula per loca singula facerent*. Socrates vero τόπους ἰδιάζοντας vocavit, quæ Rufinus dixerat conventicula. Sunt enim conventicula, proprie loca privata, in quibus collectæ fiunt; et ab illis distinguuntur ecclesiæ, quæ sunt publici juris, non in dominio cujusquam privati.

(15) *Ἀθανασίῳ τότε νεωστὶ τῆς ἐπισκοπῆς ἀξιωθέντι*. Idem ait Rufinus : *Tum vero Athanasius, nam is nuper sacerdotium susceperat*, etc. Sed si rem attentius expendamus, hæc vera esse non possunt. Etenim Meropius philosophus in Indiam profectus esse dicitur exemplo Metrodori philosophi, qui ante illum Indiam perlustraverat. Atqui Metrodorus philosophus non ante annum Domini 325 ex Indica peregrinatione reversus est. Reversus enim ex India, Constantino imp. obtulit munera quæ a rege Indorum acceperat, ut supra notavi, partim ex Ammiano Marcellino, partim ex Cedreni Chronico. Id ergo post debellatum Licinium contigerit necesse est. Tunc enim Constantinus Orientis imperium accepit. Victus autem ac debellatus est Licinius anno Christi 324 exeunte. Jam vero Meropius, cum Metrodori exemplum secutus Indiam perlustrare aggressus sit, non nisi aliquot post annis hanc peregrinationem suscepit. Ponamus igitur Meropium profectum esse in Indiam anno natalis Dominici 327. Anno sequenti cum in patriam reverteretur, occisus est a barbaris. Ædesius vero ac Frumentius, adhuc adolescentes, oblati sunt Indorum regi : et alter pincerna regis factus, alter scriniis ac rationibus præpositus est. In quo ministerio ambo usque ad obitum regis permanserunt. Ponamus igitur triennium eos ministrasse regi. Obiit postea rex Indorum relicto filio admodum puero. Sed regina pueri mater impetravit ab Ædesio ac Frumentio ut procurationem regni susciperent, donec puer ad perfectam ætatem pervenisset. Demus igitur puerum octo circiter annos natum fuisse tunc cum pater abiit e vita. Cum Frumentius non D nisi puero jam adulto et tutelæ suæ facto reversus fuerit Alexandriam, omnino necesse est ut decem minimum annos regni negotia procuraverit. Ita Frumentius circa annum Domini 341 reversus fuerit Alexandriam, quo anno Athanasius non recens factus erat episcopus, sed quintumdecimum episcopatus annum excesserat. Porro ex his quæ dixi manifeste colligitur hanc Indorum conversionem per Frumentium factam regnante Constantio contigisse, non autem principatu Constantini, ut Rufinus et alii eum auctorem secuti prodiderunt [u].

## VARIORUM.

[u] Valesium summopere hac in re hallucinatum, et Rufinum quoad rei gestæ tempus non errasse, facile est demonstrare. — Athanasius, qui *nuper sacerdotium susceperat*, illuc Frumentium episcopum

Digitized by Google

διδάξας τά τε τῆς ἑαυτοῦ ἀποδημίας, καὶ ὡς ἐλπίδας ἔχουσιν Ἰνδοὶ τὸν Χριστιανισμὸν παραδέξασθαι· ἐπίσκοπόν τε καὶ κλῆρον ἀποστέλλειν (16), καὶ μηδαμῶς περιορᾷν τοὺς δυναμένους σωθῆναι. Ἀθανάσιος δὲ λαβὼν εἰς ἔννοιαν τὸ λυσιτελὲς, αὐτὸν Φουρμέντιον τὴν ἐπισκοπὴν ἀναδέξασθαι παρεσκεύασεν, εἰπὼν μὴ ἔχειν αὐτοῦ ἐπιτηδειότερον. Γίνεται δὴ τοῦτο. Καὶ Φουρμέντιος ἀξιωθεὶς τῆς ἐπισκοπῆς (17), αὖθις ἐπὶ τὴν Ἰνδῶν παραγίνεται χώραν, καὶ κήρυξ τοῦ Χριστιανισμοῦ γίνεται, εὐκτήριά τε πολλὰ ἱδρύει. Ἀξιωθεὶς ε θείας χάριτος, πολλὰ μὲν σημεῖα, πολλῶν δὲ σὺν τῇ ψυχῇ καὶ τὰ σώματα ἐθεράπευε. Ταῦτα δὲ ὁ Ῥουφῖνος παρὰ τοῦ Αἰδεσίου, ὕστερον καὶ αὐτοῦ ἱερωσύνης ἀξιωθέντος τῆς ἐν Τύρῳ, ἀκηκοέναι φησίν.

A Alexandriam delatus, Athanasio episcopo qui tum recens honorem illum adeptus **51** fuerat, rem omnem refert, peregrinationis suæ eventum narrans: spem esse, Indos Christi fidem suscepturos. Proinde orat ut episcopum et clerum ad eos mitteret, nec ullatenus negligeret homines qui ad salutis viam facile deduci possent. Athanasius quid facto opus esset considerans, ipsum Frumentium episcopatum suscipere hortatur, asserens nullum se habere ad hoc munus aptiorem ipso. Atque ita factum est. Frumentius ergo, episcopali apice decoratus, ad regionem Indorum revertitur; et Christi religionem illic prædicans, multas passim ecclesias construit. Cumque divina ei adesset gratia, innumera miracula edidit, et plurimorum languentium animos simul curavit et corpora. Hæc Rufinus ab Ædesio, qui et ipse Tyri presbyter postmodum factus est, se accepisse narrat.

B

## ΚΕΦΑΛ. Κ'.

*Τίνα τρόπον Ἴβηρες ἐχριστιάνισαν.*

Καιρὸς δὲ ἤδη λέγειν, ὅπως καὶ Ἴβηρες ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐχριστιάνισαν. Γυνή τις βίον σεμνὸν καὶ σώφρονα μετερχομένη, θείᾳ τινὶ Προνοίᾳ ὑπ' Ἰβήρων αἰχμάλωτος γίνεται. Ἴβηρες δὲ οὗτοι [v] προσοικοῦσι μὲν τὸν Εὔξεινον Πόντον· ἄποικοι δέ εἰσιν Ἰβήρων τῶν ἐν Ἱσπανίᾳ. Ἡ γυνὴ τοίνυν ἡ αἰχμάλωτος, ἐν μέσοις οὖσα τοῖς βαρβάροις ἐφιλοσόφει· σὺν γὰρ τῇ πολλῇ τῆς σωφροσύνης ἀσκήσει, νηστείᾳ τε βαθυτάτῃ καὶ συντόνοις προσέκειτο ταῖς εὐχαῖς. Τοῦτο δὲ ὁρῶντες οἱ βάρβαροι, τὸν ξενισμὸν

## CAP. XX.

*Quomodo Iberi ad Christi fidem conversi sint.*

Jam vero tempus est ut qua ratione Iberi sub idem tempus ad Christi fidem conversi sint exponam. Mulier quædam castam ac sobriam ducens vitam, divina disponente Providentia ab Iberis capta est. Isti **52** porro Iberi ad Euxinum Pontum habitant. Iberorum qui sunt in Hispania, coloni. Mulier igitur captiva, inter ipsos barbaros philosophicum vivendi genus sectabatur : nam præter arctissimam castimoniæ disciplinam, longissimis etiam jejuniis et continuis orationibus vacabat.

### VALESII ANNOTATIONES.

(16) *Καὶ κλῆρον ἀποστέλλειν*. Addendum videtur δεῖν.

(17) *Φουρμέντιος ἀξιωθεὶς τῆς ἐπισκοπῆς*. De hoc Frumentio episcopo loquitur Athanasius in Apologetico ad imp. Constantium : Ἰδοὺ πάλιν τρίτη τις κατέλαβεν ἀκοὴ, ὅτι γέγραπται τοῖς ἐν Αὐξούμει τυράννοις, ὥστε Φρουμέντιον τὸν ἐπίσκοπον τῆς Αὐξούμεως ἐκεῖθεν ἀχθῆναι. Et paulo post refert epistolam Constantii ad Aizanam et Sazanam tyrannos Auxumis, qua iis præcipit ut Frumentium, quem Athanasius Auxumis episcopum ordinaverat, Alexandriam mittant ad Georgium illius urbis episcopum, ut ab illo veræ fidei doctrinam accipiat. Ex quo apparet Frumentium tunc temporis recens ab Athanasio ordinatum fuisse. Scripta autem est C hæc epistola anno Christi 356. Sed Baronius in Annotationibus ad Martyrologium Romanum, Frumentium hunc Auxumis episcopum distinguendum esse dicit ab altero Frumentio Indorum episcopo, de quo Rufinus et Socrates loquuntur. Ego vero unum eumdemque Frumentium esse contendo, eum qui Auxumis, et eum qui Indorum episcopus dicitur. Auxumis enim metropolis est Æthiopiæ. Æthiopes autem ab antiquis confundi solent cum Indis. Sic Philostorgius Homeritas, qui Auxumitis vicini sunt, Indos vocat. Ipsi quoque Æthiopes qui nunc Abyssini dicuntur, sese Indos vocant, et apostolum gentis suæ Frumentium agnoscunt, ut testatur Lucas Holstenius in Notis ad Martyrologium Baronii, quæ nuper Romæ prodierunt.

### VARIORUM.

ordinatum redire jubet : *ex quo in Indiæ partibus et populi Christianorum et ecclesiæ factæ sunt, et sacerdotium cœpit :* ita Rufinus. Cum vero S. Athanasius mense Decembri anni 326 episcopus Alexandrinus renuntiatus fuerit, liquet hoc circiter tempore, ut recte vidit Baronius, Frumentium episcopum in Æthiopiam, Indiam a Rufino appellatam, missum esse, Meropiumque, cum Ædesio et Frumentio, ejus propinquis, anno Christi circiter 316 peregrinationem illam suscepisse, et uno aut altero antea anno Metrodorum, cujus exemplo invitatus fuit, veram Indiam, quam Rufinus perperam citeriorem vocat, penetrasse. Neque enim parvum tempus in eundo et redeundo, et ibidem commorando, donec filius regis adolesceret, Ædesio et Frumentio consumendum fuit. Non itaque contra chronologiam, sed contra geographiam Rufinus peccavit. Is enim Historiam suam ecclesiasticam in Italia scripsit post annum Chr. 400; ideoque cum D Parthia limes fuerit imperii Romani, mediaque inter duas Indias, India quam citeriorem appellat Rufinus, India ulterior fuit, et quam ulteriorem dicit, citerior appellanda erat. Præterea fallitur in eo quod Metrodorum Indiam quam ulteriorem appellat, seu Æthiopiam hodiernam, penetrasse scribit. Metrodorus enim non Æthiopiam, seu Indiam respectu nostro citeriorem, sed veram Indiam, seu Indiam ulteriorem (ut a viro qui in imperio Romano scribebat, vocari debuit) perlustravit. (Ant. Pagi ad ann. 327, n. 15, 16.)

[v] *Ἴβηρες δὲ οὗτοι*. Iberia, regio Asiæ Straboni et Ptolemæo, inter Albaniam ad ortum, et Colchidem ad occasum, Armeniæ majori ad meridiem contermina, ad septentrionem montibus Caucaseis a Sarmatia Europæa separata, nunc Georgia propria dicitur, incolis *Chartueloba*, Asiaticis *Gurgistan*, et Gallis *la Géorgie*, estque pars orientalis Georgiæ. BAUDRAND.

Digitized by Google

Quod cum viderent barbari, ipsa rei novitate perculsi sunt. Forte accidit ut regis filius admodum puer in morbum incideret. Eum regina, ex recepto illius gentis more, ad alias mulieres curandum mittit : si quod forte morbi remedium nossent, usu ipso edoctæ. Sed cum circumductus a nutrice puer nullam opem ab aliis mulieribus reperisset, postremo ad mulierem captivam deducitur. Illa multis mulieribus spectantibus, nullum quidem corporale remedium adhibuit, quippe quæ nullum nosset ejusmodi. Sed acceptum puerum, in stragulo quod ex pilis contextum habebat, deponens; hæc tantum protulit verba : Christus, qui multos sanavit, hunc etiam sanabit infantem. Post hæc verba cum orationem fecisset, Deique auxilium invocasset, e vestigio sanatus est puer, et in posterum recte se habuit. Fama exinde ad reliquas barbarorum mulieres, et ad ipsam usque reginam pervenit : nomenque captivæ illustrius exstitit. Nec multo post ipsa quoque regina in morbum delapsa, mulierem captivam accersit. Quæ cum præ pudore ac modestia recusaret, ipsa ad illam regina defertur. Illa vero, quæ in puero antea fecerat, eadem et hic facit. Statimque regina convaluit ex morbo, et mulieri gratias egit. At illa, Non meum, inquit, est hoc opus; sed Christi, qui Filius est Dei conditoris hujus mundi. Hortatur ergo ut illum invocet, verumque Deum agnoscat. Porro Iberorum rex tam subitæ curationis miraculo obstupefactus, percontatus quisnam id egisset, captivam donis remuneratus est. Illa vero divitiis quidem se nequaquam opus habere respondit : pietatem enim sibi pro divitiis esse; cæterum magni muneris loco ducturam, si Deum quem ipsa coleret, ipse quoque vellet agnoscere. His dictis, dona sua ad regem remisit. At rex sermonem mulieris tum quidem in animo recondidit. Postridie vero cum ad venandum esset egressus, tale quid ei contigit : montium juga et saltus in quibus venabatur, nebula et profunda caligine obduci cœpere. Proinde et venatio difficilis, et via impedita atque inextricabilis reddebatur. Rex, inops consilii, et quid ageret incertus, deorum suorum opem contentissime implorat. Sed cum nihil proficeret, ad extremum venit illi in mentem captivæ mulieris Deus. Hunc igitur adjutorem vocat. Vix precationem finierat, cum caligo nebulæ subito discussa est. Admiratus hoc factum rex, domum lætus regreditur. Cumque rem omnem ut acciderat uxori exposuisset, illico captivam mulierem accersiri jubet, sciscitaturque ex ea quisnam esset Deus ille quem coleret. Illa cum in conspectum regis venisset, id perfecit ut rex Iberorum Christi exsisteret præco. Quippe ille piæ mulieris hortatu, amplexus fidem Christi, universos Iberos qui ipsius parebant imperio, ad concionem vocat. Cunctisque tam quæ in curatione uxoris ac **53** filii, quam quæ in venatione accidissent, singillatim expositis, ut captivæ mulieris Deum colerent, hortatur. Ambo igitur præcones facti sunt Christi : rex quidem viris, regina vero

A τοῦ πραττομένου ἐθαύμαζον. Συμβαίνει δὴ τὸν βασιλέως παῖδα νήπιον ὄντα, ἀῤῥωστίᾳ περιπεσεῖν. Καὶ ἔθει τινὶ ἐγχωρίῳ, παρὰ τὰς ἄλλας γυναῖκας ἡ τοῦ βασιλέως γυνὴ ἔπεμπε τὸν παῖδα θεραπευθησόμενον, εἴπου τι βοήθημα πρὸς τὴν νόσον ἐκ πείρας ἐπίστανται. Ὡς δὲ περιαχθεὶς ὁ παῖς ὑπὸ τῆς τροφοῦ, παρ' οὐδεμιᾶς τῶν γυναικῶν θεραπείας ἐτύγχανε, τέλος ἄγεται πρὸς τὴν αἰχμάλωτον. Ἡ δὲ, ἐπὶ παρουσίᾳ πολλῶν γυναικῶν, ὑλικὸν μὲν βοήθημα προσέφερεν οὐδέν· οὐδὲ γὰρ ἠπίστατο. Δεξαμένη δὲ τὸν παῖδα, καὶ εἰς τὸ ἐκ τριχῶν ὑφασμένον αὐτῇ στρωμάτιον ἀνακλίνασα, λόγον εἶπεν ἁπλοῦν· Ὁ Χριστὸς, φησὶν, ὁ πολλοὺς ἰασάμενος, καὶ τοῦτο τὸ βρέφος ἰάσεται. Ἐπευξαμένης τε ἐπὶ τῷ λόγῳ τούτῳ, καὶ ἐπικαλεσαμένης Θεὸν, παραχρῆμα ὁ παῖς ἀνεῤῥώννυτο, καὶ
B εἶχεν ἐξ ἐκείνου καλῶς. Φήμη τε ἐντεῦθεν τὰς Βαρβάρων γυναῖκας, καὶ αὐτὴν τὴν τοῦ βασιλέως διέτρεχε· καὶ φανερωτέρα ἡ αἰχμάλωτος ἐγίνετο. Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ ἡ τοῦ βασιλέως γυνὴ ἀῤῥωστίᾳ περιπεσοῦσα, τὴν αἰχμάλωτον γυναῖκα μετεπέμπετο. Τῆς δὲ παραιτησαμένης, μετριαζούσης τε ἐν τοῖς ἤθεσιν, αὐτὴ φέρεται παρ' αὐτήν. Ποιεῖ δὲ ἡ αἰχμάλωτος, ἃ καὶ ἐπὶ τοῦ παιδὸς πεποιήκει πρότερον. Παραχρῆμα δὲ, ἡ νοσοῦσα ἐῤῥώσθη, καὶ ηὐχαρίστει τῇ γυναικί. Ἡ δὲ, Οὐκ ἐμὸν, ἔφη, τὸ ἔργον, ἀλλὰ Χριστοῦ, ὅς Υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ, τοῦ τὸν κόσμον ποιήσαντος. Τοῦτόν τε ἐπικαλεῖσθαι παρῄνει, καὶ ἀληθῆ γνωρίζειν Θεόν. Θαυμάσας δὲ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰβήρων τὴν ἐκ τῆς νόσου εἰς ὑγείαν ταχυτῆτα, πυθόμενός τε τίς εἴη ὁ θεραπεύσας, δώροις ἠμείβετο τὴν αἰχμάλωτον. Ἡ
C δὲ οὐκ ἔφη δεῖσθαι πλούτου· ἔχειν γὰρ πλοῦτον τὴν εὐσέβειαν, καὶ δέχεσθαι μέγα δῶρον, εἰ ἐπιγνώσειε τὸν Θεὸν, τὸν ὑπ' αὐτῆς γινωσκόμενον. Ταῦτα εἰποῦσα, τὰ δῶρα ἀντέπεμπεν· ὁ δὲ βασιλεὺς, τὸν μὲν λόγον ἐταμιεύσατο. Μεθ' ἡμέραν δὲ ἐξελθόντι αὐτῷ εἰς θήραν, συμβαίνει τοιοῦτό τι. Τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων καὶ τὰς νάπας ἔνθα ἐθήρα, κατέχεεν ὁμίχλη, σκότος τε πολύ. Καὶ ἦν ἄπορος μὲν ἡ θήρα, ἀδιεξίτητος δὲ ἡ ὁδός· ἐν ἀμηχανίᾳ δὲ γενόμενος, πολὺ τοὺς θεοὺς ἐπεκαλεῖτο οὓς ἔσεβεν. Ὡς δὲ οὐδὲν ἤνυε πλέον, τέλος εἰς ἔννοιαν τῆς αἰχμαλώτου λαμβάνει τὸν Θεὸν, καὶ τοῦτον καλεῖ βοηθόν. Καὶ ἅμα γε ηὔχετο, καὶ τὸ ἐκ τῆς ὁμίχλης διελύετο σκότος. Θαυμάζων δὲ τὸ γενόμενον, χαίρων ἐπὶ τὰ οἰκεῖα ἀνεχώρει. Καὶ τὸ
D συμβεβηκὸς διηγεῖτο τῇ γυναικί. Καὶ τὴν αἰχμάλωτον εὐθὺς μεταπέμπεται, καὶ τίς εἴη ὃν σέβει Θεὸν ἐπυνθάνετο. Ἡ δὲ, εἰς πρόσωπον ἐλθοῦσα, κήρυκα τοῦ Χριστοῦ τὸν τῶν Ἰβήρων βασιλέα ἐποίησε γενέσθαι· πιστεύσας γὰρ τῷ Χριστῷ διὰ τῆς εὐσεβοῦς γυναικὸς, πάντας τοὺς ὑπ' αὐτὸν Ἴβηρας συγκαλεῖ. Καὶ τὰ συμβάντα περί τε τῆς θεραπείας τῆς γυναικὸς καὶ τοῦ παιδίου, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ τὴν θήραν ἐκθέμενος, παρῄνει σέβεσθαι τὸν τῆς αἰχμαλώτου Θεόν. Ἐγένοντο οὖν ἀμφότεροι κήρυκες τοῦ Χριστοῦ· ὁ μὲν βασιλεὺς τοῖς ἀνδράσιν, ἡ δὲ γυνὴ ταῖς γυναιξί. Μαθὼν δὲ παρὰ τῆς αἰχμαλώτου τὸ σχῆμα τῶν παρὰ Ῥωμαίοις ἐκκλησιῶν, εὐκτήριον οἶκον ἐκέλευσε γενέσθαι· εὐθύς τε τὰ πρὸς οἰκοδομὴν προσέταξεν εὐτρεπίζεσθαι. Καὶ ὁ οἶκος ἠγείρετο. Ἐπεὶ δὲ καὶ

Digitized by Google

τοὺς στύλους ἀνορθοῦν ἐπειρῶντο, οἰκονομεῖ τι πρὸς πίστιν τοὺς ἐνοικοῦντας ἡ τοῦ Θεοῦ ἕλκουσα Πρόνοια. Εἷς γὰρ τῶν στύλων ἀκίνητος ἔμενε· καὶ οὐδεμία εὑρίσκετο μηχανὴ, δυναμένη κινῆσαι αὐτόν. Ἀλλὰ τὰ μὲν καλώδια διεῤῥήγνυτο, τὰ δὲ μηχανήματα κατεάγνυτο· ἀπεγνωκότες οὖν οἱ ἐργαζόμενοι, ἀπεχώρουν. Τότε δείκνυται τῆς αἰχμαλώτου ἡ πίστις. Νυκτὸς γὰρ, μηδενὸς ἐγνωκότος, καταλαμβάνει τὸν τόπον, καὶ διανυκτερεύει τῇ εὐχῇ σχολάζουσα. Προνοίᾳ τε Θεοῦ ὁ στύλος ἀνορθοῦται, καὶ ὑψηλότερος τῆς βάσεως ἐν τῷ ἀέρι ἐστήρικτο, μηδαμῶς τῆς κρηπῖδος ἁπτόμενος. Ἡμέρα δὲ ἦν, καὶ ὁ βασιλεὺς ἔμφρων τις ὢν (18), ἐπὶ τὴν οἰκοδομὴν παρῆν· ὁρᾷ τε τὸν στύλον ἐπὶ τὴν ἰδίαν κρεμάμενον βάσιν· καὶ ἐκπλήττεται μὲν αὐτὸς ἐπὶ τῷ γεγονότι. Ἐκπλήττονται δὲ καὶ οἱ παρόντες σὺν αὐτῷ. Μετ' οὐ πολὺ γὰρ ἐπ' ὀφθαλμοῖς αὐτῶν, τῇ ἰδίᾳ βάσει ὁ στύλος κατιὼν, ἱδρύεται. Βοή τε ἐντεῦθεν τῶν ἀνθρώπων βοώντων, καὶ ἀληθῆ τὴν πίστιν ἀνακαλούντων τοῦ βασιλέως, καὶ ὑμνούντων τὸν τῆς αἰχμαλώτου Θεόν. Ἐπίστευόν τε λοιπὸν, καὶ σὺν προθυμίᾳ πολλῇ τοὺς ὑπολοίπους στύλους ἀνώρθουν, καὶ οὐχ εἰς μακρὰν τὸ ἔργον τετέλεστο. Πρεσβεία ἐντεῦθεν πρὸς τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον ἐγένετο· παρεκάλουν τε τοῦ λοιποῦ ὑπόσπονδοι Ῥωμαίων γίνεσθαι, λαμβάνειν τε ἐπίσκοπον καὶ ἱερὸν κλῆρον, πιστεύειν γὰρ εἰλικρινῶς ἔλεγον τῷ Χριστῷ. Ταῦτά φησιν ὁ Ῥουφῖνος παρὰ Βακουρίου (19) [x] μεμαθηκέναι, ὃς πρότερος μὲν ἦν βασιλίσκος Ἰβήρων· ὕστερον δὲ Ῥωμαίοις προσελθὼν, ταξίαρχος τοῦ ἐν Παλαιστίνῃ στρατιωτικοῦ κατέστη (20)· καὶ μεταταῦτα στρατηλατῶν, τὸν κατὰ Μαξίμου τοῦ τυράννου πόλεμον (21) τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ συνηγωνίσατο. Τοῦτον μὲν τὸν τρόπον καὶ Ἴβηρες ἐχριστιάνισαν ἐπὶ τῶν Κωνσταντίνου χρόνων.

A mulieribus. Rex porro cum ex captiva muliere formam ecclesiarum quæ apud Romanos sunt didicisset, ecclesiam construi jussit, et cuncta quæ ad opus necessaria erant, confestim parari. Ecclesia ergo construitur. Cum vero columnas etiam erigere conarentur artifices, divina Providentia quidpiam molitur, quo incolarum animos alliceret ad fidem. Una enim ex columnis mansit immobilis, nec ulla inveniebatur machina quæ posset eam commovere. Nam et funes disrumpebantur, et ipsa confringebantur machinamenta : proinde operarii animum despondentes abscedebant. Hic vero captivæ mulieris fides declarata est. Noctu enim, nemine conscio, ad eum locum accessit, ibique orationi vacans, totam noctem exegit. Tunc vero divina favente B Providentia, columna erigi cœpit, et supra ipsam basim stetit in aere suspensa, ita ut nullatenus basim contingeret. Orto mox die, rex utpote architecturæ peritus, ad fabricam venit : atque ibi columnam supra basim in sublimi pendentem conspicatus, tum ipse, tum omnes qui aderant, ingenti admiratione perculsi sunt. Paulo post enim ipsis spectantibus columna descendens, basi suæ innixa stetit. Clamor inde ab omnibus excitatur, cunctis testantibus veram esse regis fidem, et captivæ mulieris Deum celebrantibus. Jam ergo credentes Christo, alacri animo reliquas columnas erexerunt, totumque opus brevi absolutum est. Post hæc legatio mittitur ad imperatorem Constantinum, qua et fœdus sibi in posterum esse cum Romanis, et epi- C scopum cum clericis ad se mitti postulant, affirmantes se ex animo in Christum credere. Hæc Rufinus se a Bacurio didicisse scribit, qui prius quidem regulus fuerat Iberorum postea vero ad Romanos transgressus, dux Palæstini limitis est constitutus ; tandem vero magister militum factus, in bello contra Maximum tyrannum Theodosio imperatori egregiam operam navavit. In hunc modum Iberi temporibus Constantini Christianam fidem susceperunt.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

*Περὶ Ἀντωνίου τοῦ μοναχοῦ.*

Ὁποῖος δὲ ἦν ἐπὶ τῶν αὐτῶν χρόνων καὶ ὁ μοναχὸς Ἀντώνιος ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Αἰγύπτου, ὃς φανερῶς τοῖς δαίμοσιν ἀντεπάλαιεν, ἐφευρίσκων τε ἁπλῶς

## 54 CAP. XXI.

*De Antonio monacho.*

Jam vero qualis in solitudine Ægypti iisdem temporibus exstiterit Antonius monachus qui cum dæmonibus palam dimicavit, astus eorum atque insi-

### VALESII ANNOTATIONES.

(18) *Καὶ ὁ βασιλεὺς ἔμφρων τις ὤν.* Mallem legere ἔμφροντις ὤν. Nec dubito quin Socrates ita scripserit. Certe Rufinus, ex quo Socrates hæc desumpsit, sic habet : *Cum ecce matutinus et anxius cum suis omnibus ingrediens rex*, etc.

(19) *Βακουρίου.* Nostri codices Florentinus, Sfortianus et Allatii, scriptum habent βακκουρίου. Sed rectius Bacurius scribitur apud Rufinum et alios. Vide quæ de hoc Bacurio notavi ad librum XXXI Ammiani Marcellini.

(20) *Ταξίαρχος τοῦ ἐν Παλαιστίνῃ στρατιωτικοῦ κατέστη.* Hoc loco Socrates non assecutus est sensum Rufini. Nam Rufinus Bacurium Palæstini limitis ducem fuisse scribit, tunc cum ista ei nar- D raret. Socrates vero legisse videtur in Rufino, *Palæstini militis ducem.*

(21) *Τὸν κατὰ Μαξίμου τοῦ τυράννου πόλεμον.* Hic etiam lapsus est Socrates. Neque enim in bello contra Maximum pro Theodosio pugnavit Bacurius, sed in bello contra Eugenium, ut testatur Rufinus in lib. XI, cap. 33, et Zosimus in lib. IV.

### VARIORUM.

[x] *Βακουρίου.* Hunc oriundum ait Zosimus ex Armenia, quæ Iberiæ confinis fuit ; et virum omnis malitiæ ac doli expertem, bellica autem laude præstantem. Sed Rufinus in lib. I Hist., cap. 10, Bacurium regulum Iberorum ait fuisse virum fidelissimum, cui summa erat cura religionis et veritatis. (Valesius in Ammian. Marcell. lib. XXXI, cap. 12.)

Digitized by Google

dias omnes deprehendens, et quemadmodum multa prodigia ac miracula ediderit, superfluum mihi videtur commemorare. Athanasius enim Alexandrinæ urbis episcopus id argumentum nobis præripuit, peculiari libro de illius vita conscripto. Tanta bonorum copia Constantino regnante, uno fere eodemque tempore abundavit.

## CAP. XXII.

*De Mane auctore hæreseos Manichæorum, et unde is originem traxerit.*

Verum inter bonum frumentum etiam zizania nasci solent. Quippe dæmonis invidia bonis rebus insidiari consuevit. Etenim paulo ante Constantini tempora Græcanicus quidam Christianismus vero Christianismo adnasci cœperat, quemadmodum olim prophetis pseudoprophetæ, et apostolis pseudapostoli sese inserebant. Quippe tunc temporis Manichæus quidam, Empedoclis gentilis philosophi dogma in Christianam religionem clam inducere tentavit. De quo viro Eusebius quidem Pamphili in septimo ecclesiasticæ Historiæ libro mentionem fecit, sed non satis accurate singula exposuit. Quapropter quod ab illo prætermissum est, id necessario a nobis supplendum esse arbitror. Ita enim intelligetur quis et unde profectus Manichæus ad tantam audaciam proruperit. Scythianus quidam Saracenus uxorem habuit captivam, ex superiore oriundam Thebaide. Cujus gratia cum in Ægyptum migravisset, et Ægyptiorum disciplina institutus esset, Empedoclis ac Pythagoræ opinionem in Christianam religionem invexit. Duas enim asseruit esse naturas, alteram bonam, alteram malam; perinde atque Empedocles: qui malam quidem naturam Discordiam, bonam vero Amicitiam appellabat. Hujus Scythiani discipulus fuit Buddas, qui ante Terebinthus dicebatur. Qui cum venisset in Babyloniam, quæ regio incolitur a Persis, multa de seipso vana ac prodigiosa confinxit, se natum ex virgine et in montibus educatum esse affirmans. **55** Quatuor deinde conscripsit libros: quorum primum Mysteriorum, alterum Evangelium, tertium Thesaurum, quartum denique Capi-

τὰς τέχνας αὐτῶν καὶ τοὺς ἄθλους, καὶ ὅπως πολλὰ ἐποίει τεράστια, περιττὸν λέγειν ἡμᾶς [y]. Ἔφθασε γὰρ Ἀθανάσιος ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, μονόβιβλον εἰς τὸν αὐτοῦ βίον ἐκθέμενος. Τοιούτων ἀγαθῶν εὐφορία κατὰ ταὐτὸν ὑπὸ τοὺς χρόνους Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως ἐγένετο.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

*Περὶ Μάνεντος τοῦ ἀρχηγοῦ τῆς αἱρέσεως τῶν Μανιχαίων, καὶ ὅθεν ἦν τὴν ἀρχήν.*

Ἀλλὰ μεταξὺ τοῦ χρηστοῦ σίτου εἴωθε καὶ ζιζάνια φύεσθαι. Φθόνος γὰρ τοῖς ἀγαθοῖς ἐφεδρεύειν φιλεῖ. Παρεφύη γὰρ μικρὸν ἔμπροσθεν τῶν Κωνσταντίνου χρόνων [z] τῷ ἀληθεῖ Χριστιανισμῷ, Ἑλληνίζων Χριστιανισμὸς, καθάπερ καὶ τοῖς προφήταις ψευδοπροφῆται, καὶ ἀποστόλοις ψευδαπόστολοι παρεφύοντο. Τηνικαῦτα γὰρ τὸ Ἐμπεδοκλέους τοῦ παρ' Ἕλλησι φιλοσόφου δόγμα, διὰ τοῦ Μανιχαίου Χριστιανισμὸν ὑπεκρίνατο. Περὶ οὗ Εὐσέβιος μὲν ὁ Παμφίλου ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας ἐπεμνήσθη· οὐ μὴν ἀκριβῶς διηγήσατο. Διόπερ τὸ παραλειφθὲν ἐκείνῳ ἀναπληρῶσαι ἀναγκαῖον ἡγοῦμαι. Γνωσθήσεται γὰρ, τίς τε ὢν ὁ Μανιχαῖος καὶ πόθεν, τοιαῦτα ἐτόλμησε. Σκυθιανός τις Σαρακηνὸς γυναῖκα εἶχεν αἰχμάλωτον ἐκ τῶν ἄνω Θηβῶν· δι' ἣν τὴν Αἴγυπτον οἰκήσας, καὶ τὴν Αἰγυπτίων παιδείαν μαθὼν, τὴν Ἐμπεδοκλέους καὶ Πυθαγόρου δόξαν εἰς τὸν Χριστιανισμὸν παρήγαγε. Δύο φύσεις εἰπὼν, ἀγαθήν τε καὶ πονηρὰν, ὡς καὶ Ἐμπεδοκλῆς, νεῖκος ὀνομάζων τὴν πονηρὰν, φιλίαν δὲ τὴν ἀγαθήν. Τούτου δὲ τοῦ Σκυθιανοῦ μαθητὴς γίνεται Βούδδας, πρότερον Τερέβινθος καλούμενος. Ὅστις ἐπὶ τὴν Βαβυλωνίαν χώραν ὁρμήσας, ἥτις ὑπὸ Περσῶν οἰκεῖται, πολλὰ περὶ ἑαυτοῦ ἐτερατεύετο, φάσκων ἐκ παρθένου γεγενῆσθαι, καὶ ἐν ὄρεσιν ἀνατετράφθαι. Εἶτα συγγράφει βιβλία τέσσαρα, ἓν μὲν ἐπονομάσας τῶν Μυστηρίων· ἕτερον δὲ, τὸ Εὐαγγέλιον· καὶ τὸν Θησαυρὸν τρίτον, καὶ τὰ Κεφάλαια τέταρτον. Τελετάς δέ τινας ποιεῖν σχηματιζόμενος, ἐδισκεύθη ὑπὸ πνεύματος, καὶ οὕτως ἀπώλετο. Γυνὴ δέ τις παρ' ᾗ κατέλυεν, ἔθαψεν αὐτόν· καὶ τὰ ἐκείνου χρήματα

### ANNOTATIONES VARIORUM.

[y] *Ἔφθασε γὰρ Ἀθανάσιος.* Scripsit Athanasius Vitam S. Antonii monachorum patris, quam Evagrius Latinam reddidit; idque extremis suæ ætatis annis, dum Alexandriæ tranquille resideret. (Ant. Pagi ad ann. 328.) Obiit S. Antonius anno 356, die 17 Januarii. Annum nos docet Hieronymus in Chronico. Is et Athanasius testantur eum annos quinque supra centum vixisse, ejusque nativitas anno Chr. 251, Decio imperante, accidit. Ejus vita a Bollando in Actis sanctorum, mensis Januarii die præfata illustratur: aliquot vero ejus epistolæ ab Abrahamo Ecchellensi, post Baronii mortem publicatæ. Porro deceptus est Baronius, quando existimavit Athanasium Vitam Antonii eo adhuc vivente scripsisse, Romamque, cum illuc, Julio papa sedente, venit, secum detulisse. Nam in ea Vita Antonii obitus diserte memoratur. (Idem ad ann. 358.)

[z] *Μικρὸν ἔμπροσθεν τῶν Κωνσταντίνου χρόνων.* Originem hæreseos Manichæorum anno Chr. 277 consignandam esse probat Ant. Pagi ex Eusebii Chronico. Verum est, inquit, varias sub idem fere tempus eruptiones monstri illius fuisse, et insignibus alicujus facinoris notis celebratas. Quæ causa fuit cur non iisdem imperatoribus hæresis istius origo mandata fuerit. Quod mirum videri non debet, cum hæreticorum mos fuerit diu clam docere, ita ut tunc a quibusdam cognoscantur, et ab aliis ignorentur. Quare ex auctoribus diversa hac de re scribentibus, alii de ejus magistris Scythiano et Budda intelligendi, alii de ipsa origine monstri ipsius, nonnulli de variis ejus in Ecclesiam eruptionibus, ac demum alii de ejus errorum damnatione. (Pagi ad ann. 277, n. 6, 7.) Vide Pearsonum in Symbolum apostolicum, pag. 64, qui hanc hæresin temporibus apostolorum coævam censet, nomenque *Manes* non fuisse proprium alicujus viri, sed toti sectæ, vel potius quibusvis hæreticis commune statuit.

Digitized by Google

κατασχοῦσα, παιδάριον ὠνήσατο, περὶ ἑπτὰ ἔτη τὴν A ἡλικίαν, ὀνόματι Κούβρικον· τοῦτον ἐλευθερώσασα, καὶ γράμματα ἐκδιδάξασα, μετὰ χρόνον ἐτελεύτησε, πάντα αὐτῷ τὰ χρήματα τοῦ Τερεβίνθου καταλείψασα, καὶ τὰ βιβλία ἅπερ ἦν συντάξας ἐκεῖνος, ὑπὸ Σκυθιανῷ παιδευόμενος. Ταῦτα λαβὼν ὁ ἀπελεύθερος Κούβρικος, καὶ ἐπὶ τὰ Περσῶν μέρη χωρήσας, μετονομάζει μὲν ἑαυτὸν Μάνην· τὰ δὲ τοῦ Βούδδα ἤτοι Τερεβίνθου βιβλία, ὡς οἰκεῖα, τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πλανηθεῖσιν ἐξέδωκεν. Αἱ τῶν βίβλων τοίνυν ὑποθέσεις, χριστιανίζουσι μὲν τῇ φωνῇ, τοῖς δὲ δόγμασιν ἑλληνίζουσι· καὶ γὰρ πολλοὺς θεοὺς σέβειν ὁ Μανιχαῖος προτρέπεται ἄθεος ὤν, καὶ τὸν ἥλιον προσκυνεῖν (22) διδάσκει· καὶ εἱμαρμένην εἰσάγει, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀναιρεῖ· καὶ μετενσωμάτωσιν δογματίζει φανερῶς, Ἐμπεδοκλέους καὶ Πυθαγόρου καὶ Αἰγυπτίων ταῖς B δόξαις ἀκολουθήσας· καὶ τὸν Χριστὸν ἐν σαρκὶ γεγονέναι οὐ βούλεται, φάντασμα αὐτὸν λέγων εἶναι· καὶ νόμον καὶ προφήτας ἀθετεῖ· καὶ ἑαυτὸν ὀνομάζει Παράκλητον· ἅπερ πάντα, ἀλλότρια τῆς ὀρθοδόξου Ἐκκλησίας, καθέστηκεν. Ἐν δὲ ταῖς ἐπιστολαῖς, καὶ ἀπόστολον ἑαυτὸν ὀνομάζειν ἐτόλμησεν. Ἀλλὰ τοῦ τηλικούτου ψεύδους ἀξίαν εὕρετο δίκην διὰ τοιάνδε αἰτίαν· Τοῦ βασιλέως Περσῶν υἱὸς νόσῳ περιπεπτώκει· ὁ δὲ πατὴρ, τὸ δὴ λεγόμενον, πάντα λίθον ἐκίνει, τὸν υἱὸν σωθῆναι βουλόμενος· μαθών τε περὶ τοῦ Μανιχαίου, καὶ τὰς τερατείας αὐτοῦ νομίσας εἶναι ἀληθεῖς, ὡς ἀπόστολον μεταπέμπεται, πιστεύσας δι' αὐτοῦ σωθήσεσθαι τὸν υἱόν. Ὁ δὲ, παραγενόμενος μετὰ τοῦ ἐπιπλάστου σχήματος ἐγχειρίζεται C τὸν τοῦ βασιλέως υἱόν. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἑωρακὼς ὅτι ὁ παῖς ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ ἐτεθνήκει, συγκλείσας αὐτὸν, τιμωρεῖσθαι ἕτοιμος ἦν. Ὁ δὲ διαδρὰς ἐπὶ τὴν Μεσοποταμίαν [a], διασώζεται. Μαθών τε αὐτὸν ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς ἐκεῖ διατρίβειν, ἀνάρπαστον ποιήσας, ζῶντα ἐξέδειρεν· καὶ ἀχύρων τὴν δορὰν πλη-

ta inscripsit. Cum autem arcana quædam sacra peragere se fingeret, a dæmone in præceps ex sublimi jactatus misere periit. Mulier vero cujus utebatur hospitio, cadaver ejus sepulturæ mandavit. Cumque pecuniam ejus omnem adepta esset, puerum emit septennem, nomine Cubricum. Quem cum libertate donasset, ac litteris instituisset, non multo post abiit e vita, cunctis Terebinthi facultatibus, et libris quos ille a Scythiano edoctus conscripserat, testamento ei relictis. His acceptis, libertus Cubricus in Persidem profectus, se quidem mutato nomine Manem appellavit. Libros vero Buddæ sive Terebinthi, tanquam a se conscriptos, sectatoribus suis tradidit. Horum porro librorum argumenta, verbis quidem religionem Christi præ se ferunt: sed si dogmata attenderis, propius accedunt ad gentilitatem. Multos enim deos colendos esse Manichæus, utpote impius, præcipit. Solem quoque adorandum esse docet. Fatum præterea introducit. Et libertatem humani tollit arbitrii. Idem corpora ex aliis in alia transmutari asserit, Empedoclis et Pythagoræ, Ægyptiorumque opinionem manifeste secutus. Et Christum quidem in carne exstitisse negat, phantasma illum fuisse dicens. Legem vero ac prophetas rejicit, seque ipse Paracletum appellat. Quæ quidem omnia a recta Ecclesiæ fide aliena esse constat. Quin etiam in epistolis se ipsum ausus est apostolum nominare. Verum falsi hujus erroris debitas tandem pœnas luit, ob hujusmodi causam: Persarum regis filius forte in morbum inciderat. Eum pater ut morbo liberaret, omnem, ut vulgo dicitur, movebat lapidem. Cum autem Manichæi fama ad eum pervenisset, ratus vera esse hominis prodigia atque miracula, eum tanquam apostolum accersit, sperans scilicet fore ut filius ejus opera sanaretur. Qui cum venisset ficta, ac simulata specie, regalem puerum

## VALESII ANNOTATIONES.

(22) *Καὶ τὸν ἥλιον προσκυνεῖν.* Manichæos solem adorasse notissimum est. Hinc adoratores solis vocantur ab Augustino in psalmum LXXX. Idem quoque de illis scribit Libanius in epistola 140 libri IV, qua Manichæos qui in Palæstina erant, suppresso eorum nomine, commendat Prisciano præsidi Palæstinæ: Οἱ τὸν ἥλιον οὗτοι θεραπεύοντες ἄνευ αἵματος, καὶ τιμῶντες θεὸν προσηγορίᾳ δευτέρᾳ, καὶ τὴν γαστέρα κολάζοντες, καὶ ἐν κέρδει ποιούμενοι τὴν τῆς τελευτῆς ἡμέραν, πολλαχοῦ μὲν εἰσι τῆς γῆς, πανταχοῦ δὲ ὀλίγοι· καὶ ἀδικοῦσι μὲν οὐδένα, λυποῦνται δὲ ὑπ' ἐνίων, etc. Id est, *Viri illi qui solem colunt absque sanguine, et Deum secunda appellatione honorant, qui ventrem suum castigant, et diem obitus in lucri parte reponunt, multis quidem in locis reperiuntur, ubique tamen pauci sunt. Et ipsi quidem neminem injuria afficiunt, quidam tamen facessunt eis negotium.* Non dubito quin Libanius his verbis Manichæos designet; neque enim D aliis quam Manichæis hæc conveniunt. Eos vero de industria nominare noluit, eo quod invisum esset nomen Manichæorum. Porro de fictis Manichæorum jejuniis vide Cyrillum Catechesi 6.

## VARIORUM.

[a] *Ὁ δὲ διαδρὰς ἐπὶ τὴν Μεσοποταμίαν. Manes, nono anno Valeriani et Gallieni* (anno scil. Chr. 272) *ex Persarum carceribus fugiens, cum in Mesopotamiam venisset, ab admirabili viro Archelao (erat autem sacer iste vir Caschurorum ejusdem regionis urbis episcopus) ejus impietas egregie abundanterque confutata est. Inde ob ignominiam, quam nec ex opinato passus est, fugiens, ad Diodoridem Cascharorum regionis oppidum clam accessit, ubi in Tryphonem* (verius ab aliis *in Diodorum*) *quemdam sacrum probatumque virum, et in presbyterii gradu positum incidens, non minorem ignominiam pertulit. Quin et ipse Archelaus Manetem illuc advenisse cognoscens, erat enim vir acer, et pietatis zelo succensus, ad idem oppidum accessit, et deceptorem illum ad consilii inopiam redactum, et confusione quam maxime vitabat perfusum, iterum iis rationibus, quibus exosa ejus dogmata subvertit, et cunctis deridenda atque detestanda proposuit, fugam arripere coegit.* Photius in libro I Adversus Manichæos. Acta integra hujus disputationis, quæ Baronius non viderat, exhibet Zacagnius tom. I *Collect. monum. veterum Ecclesiarum Græcæ ac Latinæ.* (Ant. Pagi ad ann. 282, n. 4.)



Digitized by Google

curandum in manus sumit. Rex vero qui puerum inter manus ejus mortuum esse viderat, hominem in vincula conjici jubet, extremo supplicio propediem affecturus. Verum ille ex vinculis elapsus, in Mesopotamiam profugit. At rex Persarum, **56** comperto quod Manichæus in illis partibus moraretur, inde abrepto cutem detrahi jussit, eamque paleis oppletam ante civitatis portas appendit. Atque hæc nos haudquaquam commenti sumus: sed ex disputatione quadam Archelai Cascharorum urbis in Mesopotamia episcopi, a nobis lecta excerpsimus. Hic enim Archelaus ait se cum Manichæo ipso coram disputasse, et ea quæ superius a nobis relata sunt de illius vita commemorat. Bonis igitur rebus, tunc cum maxime florent, livor, ut dixi, insidiari solet. Porro quam ob causam benignitas Dei istud fieri permittat, an ut recta Ecclesiæ dogmata probet atque examinet, et arrogantiam quæ fidei adnasci solet, penitus exscindat; an ob aliam quamcunque rationem, difficilis ac prolixa est disputatio, nec a nobis commode nunc pertractari potest. Non enim nobis propositum est dogmatum veritatem examinare, et abstrusas Providentiæ ac judicii divini rationes excutere; sed rerum in Ecclesia gestarum historiam pro virium nostrarum modulo contexere. Quo igitur modo Manichæorum superstitio paulo ante Constantini tempora exorta sit, abunde dictum est a nobis. Nunc vero ad propositæ nobis historiæ seriem revertamur.

A ρώσας, πρὸ τῆς πύλης τῆς πόλεως προὔθηκε. Ταῦτα δὲ ἡμεῖς, οὐ πλάσαντες λέγομεν, ἀλλὰ διὰ λόγου Ἀρχελάου (23) τοῦ ἐπισκόπου Κασχάρων, μιᾶς τῶν ἐν Μεσοποταμίᾳ πόλεων, ἐντυχόντες συνηγάγομεν. Αὐτὸς γὰρ Ἀρχέλαος διαλεχθῆναι αὐτῷ φησι κατὰ πρόσωπον, καὶ τὰ προγεγραμμένα εἰς τὸν βίον αὐτοῦ ἐκτίθεται. Τοῖς οὖν ἀγαθοῖς ἐνακμάζουσιν ὁ φθόνος, καθὰ ἔφην, ἐφεδρεύειν φιλεῖ. Τίς δὲ ἡ αἰτία, δι' ἣν ὁ ἀγαθὸς Θεὸς τοῦτο γίνεσθαι συγχωρεῖ, πότερον γυμνάσαι τὰ ἀγαθὰ τῶν δογμάτων βουλόμενος τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τὴν ἐπὶ τῇ πίστει προσγινομένην ἀλαζονείαν ἐκκόπτειν· ἢ ὅπως ποτὲ ἔχοι, δυσχερὴς μὲν καὶ μακρὰ ἡ ἀπόδοσις· οὐκ εὐκαίρως δὲ νῦν ἐξετάζεται· οὔτε γὰρ δόγματα πρόκειται γυμνάζειν ἡμῖν, οὔτε τοὺς περὶ Προνοίας καὶ κρίσεως τοῦ Θεοῦ δυσ-
B ευρέτους λόγους κινεῖν, ἀλλ' ἱστορίαν γεγονότων περὶ τὰς Ἐκκλησίας πραγμάτων ὡς οἷόν τε διηγήσασθαι. Ὅπως μὲν οὖν μικρὸν ἔμπροσθεν τῶν Κωνσταντίνου χρόνων ἡ Μανιχαίων παρεφύει θρησκεία (24), εἴρηται· ἐπανέλθωμεν δὲ ἐπὶ τοὺς χρόνους τῆς προκειμένης ἱστορίας.

## CAP. XXIII.

*Quomodo Eusebius Nicomediensis et Theognis Nicænus, resumpta fiducia Nicænam fidem subvertere conati sunt, structis Athanasio insidiis.*

Eusebius et Theognis ab exsilio reversi, ecclesias quidem suas receperunt, expulsis, uti diximus, his qui in ipsorum locum fuerant ordinati. Cæterum maximam adepti sunt auctoritatem apud imperatorem, qui illos tanquam a falsa ad rectam conversos doctrinam, summo in honore habebat. Illi vero concessa ipsis libertate abusi, multo graviorem quam qui antea fuerat, tumultum in orbe terrarum excitaverunt, duabus præcipue causis eos impellentibus, tum Arii opinione qua jampridem implicati teneban-

## ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

*Ὡς Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας, καὶ Θέογνις ὁ Νικαίας ἀναθαρσήσαντες, σπουδὴν πεποίηνται παρατρέψαι τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν, διὰ τὸ σκευωρήσασθαι Ἀθανάσιον.*

C Οἱ περὶ Εὐσέβιον καὶ Θέογνιν τῆς ἐξορίας ἐπανελθόντες, τὰς μὲν ἐκκλησίας κατέλαβον, ἐξωθήσαντες, ὡς ἔφην, τοὺς χειροτονηθέντας εἰς τὸν τόπον αὐτῶν. Παῤῥησίαν τε οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐκτήσαντο παρὰ τῷ βασιλεῖ, ὃς πάνυ διὰ τιμῆς ἦγεν αὐτοὺς, ὡς ἀπὸ κακοδοξίας εἰς τὴν ὀρθοδοξίαν ἐπιστρέψαντας. Οἱ δὲ, τῇ δοθείσῃ παῤῥησίᾳ καταχρησάμενοι, μείζονα τῆς προλαβούσης ταραχὴν τῇ οἰκουμένῃ ἐκίνησαν, διχόθεν ὁρμώμενοι, ἔκ τε τῆς προκατασχούσης αὐτοὺς Ἀρειανῆς δόξης, καὶ ἐκ τῆς πρὸς Ἀθανάσιον [b] ἀπεχθείας,

### VALESII ANNOTATIONES.

(23) *Ἀλλὰ διὰ λόγου Ἀρχελάου*. Scribendum est διαλόγῳ Ἀρχελάου. Sequitur enim ἐντυχόντες. Hic Archelaus episcopus Mesopotamiæ, disputationem quam habuerat adversus Manichæum, Syro sermone composuit, quæ in Græcum translata habetur a multis, ut scribit Hieronymus in libro De scriptoribus ecclesiasticis. Ejus disputationis meminit etiam Cyrillus Hierosolymitanus in Catechesi sexta. Hujus operis fragmentum penes me habeo, quo continetur historia impii ac perfidi Manichæi. Sed disputatio ejus cum Archelao episcopo, quæ ad calcem historiæ adtexta erat, desideratur. Cujus loco subjicitur epistola Archelai ad Diodorum presbyterum. Hoc monumentum Emerico Bigotio V. C. cum multis aliis debeo.

D (24) *Ἡ Μανιχαίων προεφύει θρησκεία*. Rectius in codice Leonis Allatii scriptum est παρεφύει. Sic enim loquitur Socrates in principio hujus capitis: παρεφύη γὰρ μικρὸν ἔμπροσθεν τῶν Κωνσταντίνου χρόνων τῷ ἀληθεῖ χριστιανισμῷ ἑλληνίζων χριστιανισμός. Metaphora est a lolio et zizaniis, quæ frumento adnasci solent.

### VARIORUM.

[b] *Πρὸς Ἀθανάσιον*. Athanasius, Alexandriæ honestis parentibus natus, ab Alexandro ibidem episcopo notarius et diaconorum primicerius constitutus est. In synodo Nycæna Alexandro, Arium fortiter oppugnanti, mira dexteritate suppetias tulit, et disputatione habita hæretici versutias expugnavit; unde per totam vitam Arianos sibi quam infensissimos expertus est. Elapsis quinque post synodum mensibus, mortuo Alexandro, anno 326, communi Catholicorum suffragio Ecclesiæ Alexandrinæ præficitur, ætatis suæ anno, ut videtur, XXVIII. Vide ejus Apologiam II, p. 726, ubi refutatur calumnia Arianorum, qui dixerant Athanasium a septem tantum episcopis clam ordinatum fuisse contra voluntatem omnium reliquorum. CAVE, DUPIN.

Digitized by Google

A ἐπειδὴ αὐτοῖς ἐκεῖνος ἐν τῇ συνόδῳ γενναίως περὶ τῶν ζητουμένων δογμάτων ἀντέπεσεν· πρῶτον μὲν τὴν Ἀθανασίου χειροτονίαν διέβαλλον, καὶ ὡς ἀναξίου πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν, καὶ μὴ ὡς ὑπὸ ἀξιοπίστων γεγενημένου (25). Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος κρείττων τῆς διαβολῆς ἐδείκνυτο· ἐγκρατὴς γὰρ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας γενόμενος, διαπύρως ὑπὲρ τῆς ἐν Νικαίᾳ πίστεως ἠγωνίζετο· τότε δὴ οἱ περὶ Εὐσέβιον σπουδὴν ἐτίθεντο, Ἀθανάσιον μὲν σκευωρήσασθαι, Ἄρειον δὲ καταγαγεῖν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν. Οὕτω γὰρ μόνως δυνήσεσθαι τὴν τοῦ ὁμοουσίου πίστιν ἐκβαλεῖν, παρεισάγειν δὲ τὴν ἀρειανίζουσαν. Ἔγραφεν οὖν Εὐσέβιος Ἀθανασίῳ, δέχεσθαι Ἄρειον καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτόν· καὶ γράφων μὲν παρεκάλει, ἔξωθεν δὲ διηπείλει (26). Ἐπεὶ δὲ Ἀθανάσιος οὐδενὶ τρόπῳ ἐπείθετο, κατασκευάζει πεισθῆναι τὸν βασιλέα, δέξασθαι B μὲν εἰς πρόσωπον τὸν Ἄρειον, καὶ κάθοδον αὐτῷ εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν παρασχεῖν. Καὶ ταῦτα μὲν ὅπως ἐξίσχυσε κατεργάσασθαι, κατὰ χώραν ἐρῶ. Πρὸ τούτων δὲ ἑτέρα ταῖς Ἐκκλησίαις ἐπιγίνεται ταραχή. Καὶ γὰρ πάλιν τὴν εἰρήνην οἱ οἰκεῖοι τῆς Ἐκκλησίας ἐτάραττον. Εὐσέβιος μὲν οὖν ὁ Παμφίλου φησὶν, εὐθὺς μετὰ τὴν σύνοδον πρὸς ἑαυτὴν στασιάζειν τὴν Αἴγυπτον, τὴν αἰτίαν μὴ προστιθείς. Ἐξ ὧν καὶ διγλώσσου δόξαν ἐκτήσατο, ὅτι τὰς αἰτίας λέγειν ἐκκλίνων, μὴ συνευδοκεῖν τοῖς ἐν Νικαίᾳ συνέθετο. Ὡς δὲ ἡμεῖς ἐκ διαφόρων ἐπιστολῶν εὑρήκαμεν, ἃς μετὰ τὴν σύνοδον οἱ ἐπίσκοποι πρὸς ἀλλήλους ἔγραφον, ἡ τοῦ *ὁμοουσίου* λέξις τινὰς διετάραττε. Περὶ ἣν κατατριβόμενοι, καὶ ἀκριβολογούμενοι, τὸν κατὰ ἀλλήλων πό- C λεμον ἤγειραν. Νυκτομαχίας τε οὐδὲν ἀπεῖχε τὰ γινόμενα· οὐδὲ γὰρ ἀλλήλους ἐφαίνοντο νοοῦντες, ἀφ' ὧν ἀλλήλους βλασφημεῖν ὑπελάμβανον. Οἱ μὲν γὰρ τοῦ ὁμοουσίου τὴν λέξιν ἐκκλίνοντες, τὴν Σαβελλίου καὶ Μοντανοῦ δόξαν (27) εἰσηγεῖσθαι αὐτὴν τοὺς προσδε-

tur; tum capitali odio quo contra Athanasium flagrabant, eo quod ille in synodo, cum de fidei dogmatibus ageretur, fortiter ipsis restiterat. 57 Primum igitur ordinationem Athanasii criminari cœperunt, quasi et indignus ipse esset episcopatu, et ab hominibus parum idoneis electus. Sed postquam ille omni calumnia superior apparuit: compos siquidem Alexandrinæ Ecclesiæ, pro Nicæna fide acriter decertabat: tunc Eusebius Athanasio quidem insidias struere, Arium autem Alexandriam reducere, omni studio contendit. Neque enim aliter consubstantialis fidem deturbare, et Arianam hæresim ejus loco inducere se posse existimabat. Scripsit igitur Eusebius Athanasio, ut Arium sociosque ejus in Ecclesiam reciperet. Et per litteras quidem obsecrabat: palam vero et in publico minabatur. Verum cum Athanasius nulla ratione flecti posset, conatus est imperatori persuadere ut Arium in conspectum suum venire pateretur: simulque ut Alexandriam redeundi liberam ei facultatem daret. Atque hæc quidem quomodo perficere valuerit, suo loco commemorabo. Cæterum antequam hæc gererentur, alius denuo tumultus in Ecclesiis exortus est. Pacem enim Ecclesiæ domestici ejus iterum perturbarunt. Eusebius quidem Pamphili scribit Ægyptios statim post synodum mutuas inter se rixas ac seditiones agitasse. Causam tamen facti non adjungit. Unde et bilinguis a plerisque existimatus est, eo quod causas dissidiorum exponere detrectarit, cum apud se constituisset iis quæ in synodo decreta erant minime consentire. Verum, sicut nos ex variis epistolis deprehendimus, quas episcopi post absolutam synodum ad sese mutuo scripserunt, vox *consubstantialis* quorumdam animos conturbabat. Quam illi diu multumque versantes et scrupulosius examinantes, intestinum inter se

## VALESII ANNOTATIONES.

(25) *Καὶ μὴ ὡς ὑπὸ ἀξιοπίστων γεγενημένου*. In codice Florentino legitur γεγενημένον, quod ad veram scripturam propius accedit. Scribe igitur καὶ ὡς μὴ ὑπὸ ἀξιοπίστ. γεγενημένην. Duplici enim nomine Eusebiani reprehendebant ordinationem Athanasii, tum quod Athanasius eo honore indignus esset, tum quod ejus ordinatio facta fuisset a viris minime idoneis. Vide Philostorgium.

(26) *Καὶ γράφων μὲν παρεκάλει, ἔξωθεν δὲ διηπείλει*. Sumpsit hæc Socrates ex Athanasii Apologetico II adversus Arianos, ubi Athanasius refert qua ratione Eusebius occulte cum Melitianis adversus ipsum conspiraverit: τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν προσέπεμπε προτρέπων δέξασθαί με τὸν Ἄρειον· καὶ ἀγράφως μὲν ἠπείλει, γράφων δὲ ἠξίου. Quæ Athanasii verba descripsit Sozomenus in libro II, cap. 18.

(27) *Τὴν Σαβελλίου καὶ Μοντανοῦ δόξαν*. Obscurum est cur Socrates Montanum jungat Sabellio. Nam Montanus in doctrina Trinitatis ipse quidem nihil innovavit, sed Ecclesiæ catholicæ fidem secutus est, ut testatur Epiphanius in hæresi Montanistarum, et Theodoritus in libro tertio Hæreticarum fabularum [c]. Quidam tamen ex illius discipulis, personarum differentiam cum Sabellio sustulerunt, ut diserte scribit Theodoritus in loco supra citato: τινὲς δὲ αὐτῶν τὰς τρεῖς ὑποστάσεις τῆς Θεότητος, Σαβελλίῳ παραπλησίως ἠρνήσαντο, τὸν αὐ- D τὸν εἶναι λέγοντες, καὶ Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, etc. Atque hinc est quod in epistola Synodica Arianorum apud Serdicam episcoporum, Montanus adjungitur Sabellio. Sic enim aiunt de Marcello Ancyrano· *Quique assertiones suas quibusdam squaloribus miscens, nunc falsitatibus Sabellii, nunc malitia Pauli Samosatensis, nunc blasphemiis Montani hæreticorum omnium ducis aperte permiscens, unamque confusionem de supradictis faciens, ut imprudens Galata in aliud Evangelium declinavit*.

## VARIORUM.

[c] His a Valesio observatis et aliud adjiciam, Tertullianum in libro *Adversus Praxeam* (quem constat ab ipso jam Montanista scriptum fuisse) hæresin quam amplexus est Sabellius, acerrime impugnasse. Scilicet idem plane sensit Praxeas quod postea Sabellius. Certo itaque certius est, neque ipsum Montanum, neque primos Montani asseclas, Sabellio in Trinitatis dogmate consentaneos fuisse. (Bullus *Defens. fid. Nic.*, sect. II, cap. 1, prope finem.)

Digitized by Google

bellum excitaverunt. Eaque res nocturnæ pugnæ haudquaquam dissimilis erat. Neque enim utrique satis intelligere videbantur cur sese invicem calumniis appetere instituissent. Etenim qui consubstantialis vocem aversabantur, Sabellii ac Montani dogma ab iis qui vocem illam probabant, induci arbitrabantur; atque idcirco impios illos vocabant, utpote qui Filii Dei exsistentiam tollerent. Contra vero illi qui consubstantialis vocem tuebantur, cum multorum deorum cultum adversarios **58** introducere censerent, eos tanquam superstitionem gentilium invehentes aversabantur. Et Eustathius quidem Antiochenus episcopus Eusebium perstringit, tanquam eum qui Nicænam fidem adulteraret. Eusebius vero, se quidem a Nicæna fide nullatenus ait discedere: Eustathium vero criminatur, tanquam dogma Sabellii astruentem. His de causis singuli episcopi, velut contra adversarios scriptis voluminibus decertarunt. Et cum utrique dicerent Filium Dei propriam personam atque exsistentiam habere, Deumque in tribus personis unum esse confiterentur, tamen nescio quo pacto, nullatenus inter se consentire potuerunt, nec ulla ratione quiescere sustinuerunt.

A χομένους ἐνόμιζον. Καὶ δια τοῦτο βλασφήμους ἐκάλουν, ὡς ἀναιροῦντας τὴν ὕπαρξιν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· οἱ δὲ πάλιν τῷ ὁμοουσίῳ προσκείμενοι, πολυθεΐαν εἰσάγειν τοὺς ἑτέρους νομίζοντες, ὡς ἑλληνισμὸν εἰσάγοντας ἐξετρέποντο. Καὶ Εὐστάθιος μὲν ὁ Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος, διασύρει τὸν Παμφίλου Εὐσέβιον, ὡς τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν παραχαράττοντα. Εὐσέβιος δὲ, τὴν μὲν ἐν Νικαίᾳ πίστιν οὔ φησι παραβαίνειν· διαβάλλει δὲ Εὐστάθιον, ὡς τὴν Σαβελλίου δόξαν εἰσάγοντα. Διαταῦτα ἕκαστοι, ὡς κατὰ ἀντιπάλων τοὺς λόγους συνέγραφον. Ἀμφότεροί τε λέγοντες ἐνυπόστατόν τε καὶ ἐνυπάρχοντα τὸν Υἱὸν εἶναι τοῦ Θεοῦ, ἕνα τε Θεὸν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν εἶναι ὁμολογοῦντες, ἀλλήλοις οὐκ οἶδ' ὅπως συμφωνῆσαι οὐκ ἴσχυον [d]· καὶ διαταῦτα ἡσυχάζειν οὐδενὶ τρόπῳ ἠνείχοντο.

## CAP. XXIV.

*De synodo Antiochena, in qua depositus est Eustathius Antiochensis episcopus: propter quam exorta seditio totam fere urbem delevit.*

Congregata igitur Antiochiæ synodo, Eustathium deponunt, ut qui Sabellii dogmati potius quam Nicænæ synodi decretis insisteret. Sunt qui ob alias etiam causas minus honestas depositum esse dicant; quas tamen in medium non proferunt. Solent autem episcopi, in omnibus id facere quos deponunt, ut eos quidem probris onerent, et impios esse pronuntient, causas vero impietatis non exponant. Porro quod Eustathius tanquam Sabelliano dogmati favens, ab episcopis depositus sit, accusante illum Cyro Berœæ urbis episcopo, Georgius Laodiceæ quæ in Syria est episcopus, unus ex eorum numero qui vocem consubstantialis oderant, in laudatione Eusebii Emiseni

B

## ΚΕΦΑΛ. ΚΔ.

*Περὶ τῆς γενομένης συνόδου ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἣ καθεῖλεν Εὐστάθιον τὸν Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον· ἐφ' ᾧ στάσεως γενομένης, μικροῦ ἀνετράπη ἡ πόλις.*

Σύνοδον οὖν ἐν Ἀντιοχείᾳ ποιήσαντες, καθαιροῦσιν Εὐστάθιον, ὡς τὰ Σαβελλίου μᾶλλον φρονοῦντα, ἢ ἅπερ ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος ἐδογμάτισεν. Ὡς μὲν οὖν τινές φασιν, δι' ἄλλας οὐκ ἀγαθὰς αἰτίας· φανερῶς γὰρ οὐκ εἰρήκασι. Τοῦτο δὲ ἐπὶ πάντων εἰώθασι τῶν καθαιρουμένων ποιεῖν οἱ ἐπίσκοποι, κατηγοροῦντες μὲν καὶ ἀσεβεῖν λέγοντες, τὰς δὲ αἰτίας τῆς ἀσεβείας οὐ προστιθέντες. Ὅτι μέντοι ὡς σαβελλίζοντα καθεῖλον Εὐστάθιον, Κύρου τοῦ Βεῤῥοίας ἐπισκόπου κατηγοροῦντος αὐτοῦ, Γεώργιος ὁ Λαοδικείας τῆς ἐν Συρίᾳ ἐπίσκοπος, εἷς ὢν τῶν μισούντων τὸ ὁμοούσιον, C ἐν τῷ ἐγκωμίῳ τῷ εἰς Εὐσέβιον τὸν Ἐμισηνὸν ἔγραψεν εἰρηκέναι (28). Καὶ περὶ μὲν τοῦ Ἐμισηνοῦ Εὐ-

### VALESII ANNOTATIONES.

(28) *Ἔγραψεν εἰρηκέναι.* Mirum est quantopere errarint interpretes in hujus loci versione, qui non viderunt ultimam vocem expungendam esse, utpote superfluam. Nam cum initio annotatum esset in margine, pro *ἔγραψεν*, alias scribi *εἰρηκεν*. postea hæc vox in textum irrepsit e margine.

### VARIORUM.

[d] *Συμφωνῆσαι οὐκ ἴσχυον.* Diverso quippe sensu, alii strictiori de personarum differentia, alii latiori de ipsa Deitatis substantia, vocem ὑπόστασιν intelligebant. Vide Bulli nostri *Defens. fid. Nic.*, sect. II, cap. 9, pag. 115, de antiquo usu ecclesiastico vocum οὐσία et ὑπόστασις.

[a] *Σύνοδον οὖν ἐν Ἀντιοχείᾳ.* Existimat Ant. Pagi hanc synodum anno Chr. 327, aut ineunte 328 coactam esse. Vide Annot. ad lib. III Eusebii De Vita Const., cap. 59. De Eustathio sic Athanasius in Historia Arianorum, vol. I, pag. 346: Εὐστάθιός τις ἦν ἐπίσκοπος τῆς Ἀντιοχείας — *Eustathius quidam fuit Antiochenus episcopus, confessor ac fide pius. Is cum veritatem summo studio tueretur, essetque Arianæ hæresi infensissimus, hæreticosque illos non admitteret, apud Constantinum imperatorem insimulatur, conficta criminatione, quod scilicet matri ejus contumeliam fecisset.* Aliam (inquiunt doctissimi editores Benedictini) depositionis Eustathii causam afferunt Hieronymus, Socrates, Sozomenus, et Theodoritus, quod nempe a muliercula delatus fuerit, quæ se filium ex Eustathio suscepisse mentiebatur. Aiunt item Socrates et Sozomenus illum Sabellianismi fuisse accusatum. De quo ita dominus Bullus, *Defens. fid. Nic.*, sect. II, cap. 1, p. 28: Quod ad Eustathium attinet, quanquam nollem temere viri, a plurimis Catholicis in pretio habiti, magnique itidem Athanasii amicitia nobilitati, famæ atque existi- D mationi quidquam detrahere: ingenue tamen fateor me nescire quomodo fieri potuerit, ut episcopi Antiochiæ congregati (fuerint licet maximam partem Ariani) illum proprie, ex omnibus homoousii assertoribus, *ut qui Sabellii potius dogmati, quam Nicænæ synodi decretis consentiret*, accusarent; proptereaque ipsum sede Antiochena deponerent (quod testatur Socrates ex aliorum narratione, licet ipse levissima de causa de eorum fide dubitet, lib. I, cap. 24), nisi ipse aliquam saltem ansam atque occasionem istiusmodi accusationi præbuisset.

Digitized by Google

σεβίου κατὰ χώραν ἐροῦμεν. Γεώργιος δὲ περὶ Εὐσταθίου γράφει· φάσκων γὰρ Εὐστάθιον ὑπὸ τοῦ Κύρου κατηγορεῖσθαι ὡς σαβελλίζοντα, αὖθις τὸν Κῦρον ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἁλόντα καθῃρῆσθαί φησι (29)· καὶ πῶς οἷόν τε, Κῦρον τὰ Σαβελλίου φρονοῦντα κατηγορεῖν Εὐσταθίου, ὡς Σαβελλίζοντος; Ἔοικεν οὖν Εὐστάθιον, δι' ἑτέρας καθῃρῆσθαι προφάσεις. Τότε δὲ ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ δεινὴ στάσις ἐπὶ τῇ αὐτοῦ καθαιρέσει γεγένηται. Καὶ μεταταῦτα πολλάκις περὶ ἐπιλογῆς ἐπισκόπου τοσοῦτος ἐξήφθη πυρσὸς, ὡς μικροῦ δεῆσαι τὴν πᾶσαν ἀνατραπῆναι πόλιν, εἰς δύο τμήματα διαιρεθέντος τοῦ λαοῦ· τῶν μὲν Εὐσέβιον τὸν Παμφίλου, ἐκ τῆς ἐν Παλαιστίνῃ Καισαρείας μεταφέρειν φιλονεικούντων ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν· τῶν δὲ, σπευδόντων ἐπαγαγεῖν Εὐστάθιον. Συνελαμβάνετο δὲ ἑκατέρῳ μέρει καὶ τὸ κοινὸν τῆς πόλεως. Καὶ στρατιωτικὴ χεὶρ, ὡς κατὰ πολεμίων κεκίνητο, ὡς καὶ ξιφῶν μέλλειν ἅπτεσθαι, εἰ μὴ ὁ Θεός τε καὶ ὁ παρὰ τοῦ βασιλέως φόβος, τὰς ὁρμὰς τοῦ πλήθους ἀνέστειλεν. Ὁ μὲν γὰρ βασιλεὺς δι' ἐπιστολῶν τὰ γεγενημένα καὶ τὰς στάσεις κατέπαυσεν· Εὐσέβιος δὲ παραιτησάμενος (30). Ἐφ' ᾧ καὶ θαυμάσας αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, γράφει τε αὐτῷ καὶ τὴν πρόθεσιν αὐτοῦ ἐπαινέσας, μακάριον ἀποκαλεῖ, ὅτι οὐ μιᾶς πόλεως, ἀλλὰ πάσης σχεδὸν τῆς οἰκουμένης ἐπίσκοπος ἄξιος εἶναι ἐκρίθη. Ἐφεξῆς οὖν ἐπὶ ἔτη ὀκτὼ (31) λέγεται τὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ θρόνον τῆς Ἐκκλησίας σχολάσαι. Ὀψὲ δέ ποτε σπουδῇ τῶν τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν παρατρέπειν σπουδαζόντων, χειροτονεῖται Εὐφρόνιος (32). Τοσαῦτα μὲν περὶ τῆς συνόδου ἣ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν δι' Εὐστάθιον γέγονεν, ἱστορείσθω. Μεταταῦτα δὲ εὐθὺς καὶ ὁ τὴν Βηρυτὸν μὲν πάλαι καταλιπὼν Εὐσέβιος, τότε δὲ τῆς ἐν Νικομηδείᾳ κρατῶν Ἐκκλησίας, σπουδὴν ἔθετο σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, Ἄρειον καταγαγεῖν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν. Πῶς δὲ ἐξίσχυσαν τοῦτο κατεργάσασθαι, καὶ πῶς ἐπείσθη ὁ βασιλεὺς εἰς πρόσωπον δέξασθαι Ἄρειον καὶ τὸν σὺν αὐτῷ Εὐζώϊον, ἤδη λεκτέον.

A scribit. Ac de Eusebio quidem Emiseno alibi suo loco dicturi sumus. Georgius vero de Eustathio ea scribit, quæ parum inter se cohærent. Nam cum dicat Eustathium, tanquam Sabelliani dogmatis assertorem, a Cyro accusatum fuisse, rursus Cyrum ejusdem erroris convictum ac depositum esse tradit. **59** Sed quo tandem modo fieri potuit ut Cyrus, Sabelliano dogmati addictus, Eustathium tanquam Sabellianum in judicium vocaret? Quocirca Eustathius alias ob causas videtur fuisse depositus. Porro tunc temporis Antiochiæ ingens seditio exorta est in illius depositione. Sed et postea cum de episcopo eligendo ageretur, tanta flamma dissensionis exarsit, ut parum abfuerit quin tota civitas funditus everteretur, populo duas in partes diviso; et his quidem Euse- B bium Pamphili a Cæsarea Palestinæ Antiochiam transferre, illis vero Eustathium in sedem suam restituere contendentibus. Utrique autem Christianorum parti tota civitas sese adjunxit. Milites quoque, velut contra hostes, utrinque in acie stetere, ventumque esset ad gladios, nisi Deus et imperatoris metus, plebis impetum repressisset. Nam imperator quidem litteris suis, Eusebius vero episcopatum recusando, tumultum illum ac seditionem sedavit. Quo illum nomine imperator magnopere miratus, scripsit ad eum litteras, in quibus consilium ejus laudat, et felicem eum prædicat, qui non unius civitatis, sed totius fere orbis episcopatu dignus esset judicatus. Igitur Antiochena sedes octo deinceps C continuos annos vacasse dicitur. Sero tandem, opera ac studio eorum qui Nicænam fidem convellere nitebantur, episcopus ordinatus est Euphronius. Atque hæc dicta sint de concilio quod propter Eustathium Antiochiæ congregatum est. Statim post hæc Eusebius qui jampridem Berytum reliquerat, tunc vero temporis Nicomediensem regebat Ecclesiam, una cum gregalibus suis omni studio in id incubuit ut Arium Alexandriam reduceret. Quo-

## VALESII ANNOTATIONES.

(29) *Κῦρον ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἁλόντα καθῃρῆσθαί φησι.* Utrum Cyrus Berœensis episcopus Eustathium tanquam Sabellii dogmati patrocinantem accusaverit, ut scribit Georgius Laodicenus, equidem nescio. Quod vero scribit Georgius, Cyrum postea depositum esse, propterea quod Sabellio faveret, id est, propterea quod doctrinam consubstantialis tueretur (sic enim hæc intelligenda sunt): id profecto verissimum est. Id enim testatur Athanasius in Epistola ad solitariam vitam agentes: ubi omnes episcopos ordine recenset, qui ab Arianis expulsi sunt Constantino regnante. Ac primo quidem loco nominat Eustathium Antiochenum, deinde Eutropium Adrianopolitanum, postea vero Euphrationem a Balaneis, duos Cymatios, Asclepam Gazæ, et Cyrum Berœæ, aliosque commemorat, qui imperatoris edicto relegati sint, aliis in eorum locum substitutis.

(30) *Εὐσέβιος δὲ παραιτησάμενος.* Hujus loci sensus hic est: Imperator quidem per litteras ad Antiochenos scriptas, Eusebius vero per recusationem episcopatus Antiocheni, tumultum illum compressit. Supplendum est igitur ἀπὸ κοινοῦ, id quod præcessit, τὰς στάσεις κατέπαυσεν.

(31) *Ἐπὶ ἔτη ὀκτώ.* Falsum est quod hic ait Socrates, post abdicationem Eustathii, Antiochenam sedem octo annorum spatio vacuam permansisse. D Etenim pulso Eustathio, cum Eusebius Cæsariensis eam sedem recusavisset, Paulinus episcopus Tyri ad eam sedem translatus est anno Christi 329, ut notavi ad librum decimum Historiæ ecclesiasticæ Eusebii. Paulino deinde successit Euphronius, sive, ut alii volunt, Eulalius. Post quem Flaccillus ad episcopatum Antiochenum promotus est, qui synodo Tyrensi interfuit, ut testatur Athanasius in Apologia secunda adversus Arianos.

(32) *Χειροτονεῖται Εὐφρόνιος.* Idem scribit Sozomenus, et Theodorus Mopsuestenus apud Nicætam in Thesauro orthodoxæ fidei. Sed et Georgius Laodicenus in Encomio Eusebii Emisseni id ipsum confirmat. Ejus verba refert Socrates in libro secundo, capite nono: Εἶτα αὖθις τὸν Εὐσέβιον συνεῖναι Εὐφρονίῳ τῷ διαδεξαμένῳ Εὐστάθιον. Theodoritus tamen in libro primo Historiæ, capite 22, inter Eustathium et Euphronium interponit Eulalium, eumque brevi admodum tempore præfuisse scribit. Cum Theodorito consentit Philostorgius.

Digitized by Google

nam autem modo id illi perfecerint, et qua ratione imperatori persuaserint ut Arium et Euzoium in conspectum suum venire pateretur, nunc tempus est commemorare.

60 CAP. XXV.

*De presbytero, qui operam navavit ut Arius revocaretur.*

Constantinus imp. sororem habuit, nomine Constantiam. Nupta hæc olim fuerat Licinio, qui prius quidem una cum Constantino imperaverat, postea vero ad tyrannidem prolapsus, eam ob causam interfectus est. Huic familiaris erat presbyter quidam Arianæ favens sectæ; adeoque inter ejus domesticos censebatur. Iste igitur ab Eusebio et reliquis ejusdem factionis impulsus, in familiaribus cum Constantia colloquiis, sermonem interseruit de Ario; illum injuria affectum esse dicens a synodo, nec ita sentire ut rumore vulgi ferebatur. Quæ cum audisset Constantia, presbytero quidem facile credidit: sed imperatori dicere minime ausa est. Accidit interea ut Constantia in gravem morbum incideret. Eam imperator ægrotantem assidue invisebat. Cum autem morbus quotidie ingravesceret, et mulier mortem jam exspectaret, imperatori commendat presbyterum, industriam ejus ac religionem, devotamque principis obsequio fidem ac benevolentiam testimonio suo confirmans. Et illa quidem non multo post fato functa est. Presbyter vero inter familiarissimos imperatoris deinceps haberi cœpit. Qui paulatim majorem nactus auctoritatem, eumdem de Ario sermonem suggerit imperatori, quem antea cum sorore ejus habuerat, Arium affirmans non aliud sentire quam quod a synodo decretum fuisset; et si in conspectum ipsius admitteretur, synodi decretis consensurum esse, et sine causa eum falso insimulari. Nova atque admiranda imperatori visa sunt quæ a presbytero dicebantur. Sic igitur ille respondit presbytero: Si Arius decretis synodi subscribit, et eadem sentit cum synodo, eum in conspectum meum admittam libens, et cum honore remittam Alexandriam. Hæc locutus, confestim ad illum scripsit in hunc modum:

ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

A *Περὶ τοῦ πρεσβυτέρου, τοῦ σπουδάσαντος ἀνακληθῆναι Ἄρειον.*

Ἦν ἀδελφὴ τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, τοὔνομα Κωνσταντία. Γυνὴ δὲ ἐγεγόνει Λικιννίου, τοῦ πρότερον μὲν συμβασιλεύσαντος αὐτῷ Κωνσταντίνῳ, μετὰ ταῦτα δὲ τυραννήσαντος, καὶ διατοῦτο ἀναιρεθέντος. Ταύτῃ πρεσβύτερός τις τῷ Ἀρειανῶν προσκείμενος δόγματι, γνώριμος ἦν, καὶ ἐν τοῖς οἰκείοις ἐτάττετο. Ὑποβαλόντος οὖν Εὐσεβίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, λόγους περὶ Ἀρείου πρὸς τὴν γυναῖκα παρέσπειρεν, ἠδικῆσθαι φάσκων αὐτὸν ὑπὸ τῆς συνόδου, καὶ μὴ φρονεῖν ὡς περὶ αὐτοῦ λόγος κατέχει. Ταῦτα ἀκούσασα ἡ Κωνσταντία, τῷ μὲν πρεσβυτέρῳ ἐπίστευσε· τῷ δὲ βασιλεῖ λέγειν οὐκ ἐτόλμα. Συμβαίνει δὲ χαλεπῇ νόσῳ περιπεσεῖν τὴν Κωνσταντίαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς συνεχῶς B ἀῤῥωστοῦσαν αὐτὴν ἐπεσκέπτετο. Ἐπειδὴ δὲ ἡ γυνὴ ἐκ τῆς νόσου χαλεπώτερον διετέθη, θνήσκειν δὲ προσεδόκα, παρακατατίθεται τῷ βασιλεῖ τὸν πρεσβύτερον, μαρτυροῦσα αὐτῷ σπουδὴν καὶ εὐλάβειαν, καὶ ὡς εὔνους εἴη περὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. Ἡ μὲν οὖν μετ' οὐ πολὺ τεθνήκει. Ὁ δὲ πρεσβύτερος ἐν τοῖς οἰκειοτάτοις τοῦ βασιλέως ἐτάττετο. Καὶ δὴ καταβραχὺ τὴν παῤῥησίαν αὐξήσας, τοὺς αὐτοὺς ἀναφέρει λόγους περὶ τοῦ Ἀρείου τῷ βασιλεῖ, οἷς πρὸς τὴν ἀδελφὴν ἐχρήσατο πρότερον· φάσκων μὴ ἄλλως φρονεῖν Ἄρειον, ἢ ὃ τῇ συνόδῳ δοκεῖ, ἐλθόντα τε αὐτὸν κατὰ πρόσωπον, συντίθεσθαι τούτοις, καὶ μὴ ἀλόγως συκοφαντεῖσθαι τούτοις (33). Ξένα καταφαίνεται τῷ βασιλεῖ τὰ παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου λεγόμενα· καὶ Εἰ C Ἄρειος, ἔφη, συντίθεται τῇ συνόδῳ, καὶ εἰ τὰ ἐκείνης φρονεῖ, δέξομαί τε αὐτὸν εἰς πρόσωπον, καὶ σὺν τιμῇ ἐκπέμψω ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν. Ταῦτα ἔλεγε, καὶ αὐτίκα πρὸς αὐτὸν ἔγραφε τάδε·

*Victor Constantinus, Maximus, Augustus, Ario.*

Jampridem gravitati tuæ significatum est, ut ad comitatum nostrum venires, quo majestatis nostræ conspectu perfrui posses. Sed mirari satis non possumus quod confestim id non præstiteris. Conscenso igitur vehiculo publico, ad comitatum nostrum venire accelera, ut nostram clementiam ac beneficentiam expertus, in patriam reverti possis. Divinitas te servet, frater dilectissime. Data ante

*Νικητὴς Κωνσταντῖνος, Μέγιστος, Σεβαστὸς, Ἀρείῳ.*

Πάλαι μὲν ἐδηλώθη τῇ στεῤῥότητί σου, ὅπως ἂν εἰς τὸ ἐμὸν στρατόπεδον ἀφίκοιο, ἵνα τῆς ἡμετέρας θέας ἀπολαῦσαι δυνηθείης. Θαυμάζομεν δὲ σφόδρα, μὴ παραχρῆμα τοῦτο πεποιηκότα. Διόπερ νῦν ἐπιβὰς ὀχήματος δημοσίου, εἰς τὸ ἡμέτερον στρατόπεδον ἀφικέσθαι ἐπείχθητι· ὅπως ἂν τῆς παρ' ἡμῶν εὐμενείας τε καὶ ἐπιμελείας τυχὼν, ἐπὶ τὴν πατρίδα ἀφικέσθαι δυνηθῇς. Ὁ Θεός σε διαφυλάττοι, ἀγαπητέ.

## VALESII ANNOTATIONES.

(33) *Καὶ μὴ ἀλόγως συκοφαντεῖσθαι τούτοις.* Ultima vox delenda est. Quam etiam Leo Allatius deesse monuit in suo codice. Sed utrum post verbum συντίθεσθαι, an post συκοφαντεῖσθαι deesset, non notavit. Alterutro certe in loco superflua est. Porro narrationem istam de presbytero Ariano, quem Constantia Augusta Constantino fratri commendavit, hausit Socrates ex Rufini libro decimo. Eam tamen suspectam habeo: primum quia Athanasius, qui omnes Arianorum fraudes detegere ac traducere solet, ejus rei nuspiam meminit; deinde quia nomen illius presbyteri supprimitur: atqui D si presbyter ille gratia et auctoritate tantum valuit apud Constantinum, ut testamentum suum moriens ei traderet, dignus profecto fuit cujus nomen commemoraretur. Rufini vero, meo quidem judicio, levis est auctoritas, quippe qui Historiam suam negligenter admodum conscripserit, non ex monumentis rerum gestarum, sed ex fabulosis narrationibus, et, ut Græce dicam, ἐκ παρακουσμάτων. Pene omiseram monere delendam esse hoc loco particulam negativam. Pro qua Savilius et Christophorsonus legunt καὶ δὴ ἀλόγως, etc.

Digitized by Google

Ἐδόθη τῇ πρὸ πέντε καλανδῶν Δεκεμβρίων. Καὶ αὕτη μὲν ἡ πρὸς Ἄρειον τοῦ βασιλέως ἐπιστολή. Θαυμάσαι δέ μοι ἔπεισι τὴν σπουδὴν καὶ τὸν ζῆλον, ὃν εἶχεν ὁ βασιλεὺς περὶ τὴν θεοσέβειαν. Φαίνεται γὰρ διὰ τῆς ἐπιστολῆς, ὡς πλειστάκις αὐτὸν ἐπὶ μετάνοιαν προτρεψάμενος, ἀφ' ὧν μέμφεται ὅτι πολλάκις αὐτοῦ γράψαντος, μὴ ταχέως Ἄρειος ἐπανῆλθεν εἰς τὴν ἀλήθειαν. Ἄρειος μὲν οὖν δεξάμενος τοῦ βασιλέως τὰ γράμματα, μετ' οὐ πολὺ παρῆν ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν. Συμπαρῆν δὲ αὐτῷ καὶ Εὐζώϊος, ὃν καθεῖλεν Ἀλέξανδρος ὄντα διάκονον, ὅτε καθῄρει τοὺς περὶ Ἄρειον. Δέχεται οὖν αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς εἰς πρόσωπον, καὶ διεπυνθάνετο εἰ τῇ πίστει συντίθενται. Τῶν δὲ συνθεμένων ἑτοίμως, ὁ βασιλεὺς ἔγγραφον αὐτοὺς ἐπιδιδόναι τὴν πίστιν ἐκέλευσεν.

A diem quintum Kalendarum Decembrium. Et hæc 61 quidem est imperatoris ad Arium epistola. Hic vero mirari subit imperatoris studium atque zelum, quo erga religionem erat affectus. Ex hac enim epistola perspicue apparet quod Arium sæpissime ad pœnitentiam cohortatus sit : quippe illum reprehendit quod, cum ipse crebras ad eum dedisset litteras, nihilominus ille ad viam veritatis redire minime properasset. Arius igitur, acceptis imperatoris litteris, haud multo post Constantinopolim venit. Erat cum illo etiam Euzoius, quem Alexander diaconatus honore exuerat, tunc cum Arium ejusque socios deponeret. Eos imperator ad conspectum suum admisit, interrogavitque utrum fidei consentirent. Illis protinus assentientibus, imperator B libellum fidei suæ tradere eos jubet.

## ΚΕΦΑΛ. ΚϚ'.

*Ὡς Ἄρειος ἀνακληθεὶς, βιβλίον μετανοίας δοὺς τῷ βασιλεῖ, τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ὑπεκρίνατο.*

Οἱ δὲ βιβλίον συντάξαντες, τῷ βασιλεῖ προσκομίζουσι, τοῦτον ἔχον τὸν τρόπον· Τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ δεσπότῃ ἡμῶν βασιλεῖ Κωσταντίνῳ, Ἄρειος καὶ Εὐζώϊος· Καθὼς προσέταξεν ἡ θεοφιλής σου εὐσέβεια, δέσποτα βασιλεῦ, ἐκτιθέμεθα τὴν ἑαυτῶν πίστιν, καὶ ἐγγράφως ὁμολογοῦμεν ἐπὶ Θεοῦ, οὕτως πιστεύειν καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ σὺν ἡμῖν, ὡς ὑποτέτακται. Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα· καὶ εἰς Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, τὸν ἐξ αὐτοῦ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων γεγενημένον· Θεὸν Λόγον, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· τὸν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα, καὶ παθόντα, καὶ ἀναστάντα [f], ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ εἰς σαρκὸς ἀνάστασιν. καὶ εἰς ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, καὶ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ εἰς μίαν καθολικὴν Ἐκκλησίαν [g] τοῦ Θεοῦ, τὴν ἀπὸ περάτων ἕως περάτων [h]. Ταύτην δὲ τὴν πίστιν παρειλήφαμεν ἐκ τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων, λέγοντος τοῦ Κυρίου τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς· *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη* [i], *βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς ὄνομα τοῦ Πα-*

## CAP. XXVI.

*Quomodo Arius ab exsilio revocatus, libello pœnitentiæ principi oblato, Nicænam fidem simulaverit.*

Illi ergo compositum ab se libellum obtulerunt imperatori, qui sic habet : Religiosissimo Deique amantissimo domino nostro imperatori Constantino, Arius et Euzoius : Sicut præcepit Deo charissima pietas tua, domine imperator, fidem nostram exponimus, scriptisque profitemur coram Deo, nos et illos qui nobiscum sunt, ita credere uti subjectum est. Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, et in Dominum Jesum Christum, Filium ejus, C qui ex eo factus est ante omnia sæcula : Deum Verbum, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo et quæ in terra : qui descendit et incarnatus est. qui passus est, et resurrexit, et ascendit ad cœlos, et iterum venturus est ut judicet vivos ac mortuos. Et in Spiritum sanctum; in carnis resurrectionem, et in vitam venturi sæculi, regnumque cœlorum, et in unam catholicam Ecclesiam Dei, quæ a primis cardinibus ad ultimos usque terrarum fines porrigitur. Hanc fidem ex sanctis Evangeliis accepimus, Domino discipulis suis dicente : *Ite, et docete omnes gentes : baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti* [11]. Nisi 62 hæc ita credimus, ac nisi

[11] Matth. XXVIII, 19.

## VARIORUM ANNOTATIONES.

[f] *Παθόντα καὶ ἀναστάντα.* Hic observare licet cum eruditissimo Pearsono articulum de descensu ad inferna non haberi in ulla antiqua fidei confessione, nec Catholicorum, nec hæreticorum; primumque occurrere in Ecclesiæ Aquileiensis symbolo, paulo minus quadringentis post Christum natum annis. (Pearson. in *Symbolum apost.*, p. 225.)

[g] *Καὶ εἰς μίαν καθολικὴν Ἐκκλησίαν.* Hic articulus non semper eumdem locum in Symbolo tenuit; quandoque enim nonus fuit, quandoque ultimus : maxima tamen ex parte articulum de Spiritu sancto proxime sequitur. Tertull. *De baptismo*, cap. 6 : *Cum sub tribus et testatio fidei et sponsio salutis pignerentur, necessario adjicitur Ecclesiæ mentio, quoniam ubi tres, id est, Pater et Filius et Spiritus sanctus, ibi Ecclesia, quæ trium corpus est.* August. in *Enchirid.* cap. 56 : *Spiritus sanctus si creatura, non Creator* D *esset, profecto creatura rationalis esset : ipse enim esset summa creatura; et ideo in regula fidei non poneretur ante Ecclesiam, quia et ipse ad Ecclesiam pertineret.* (Pearson. in *Symb. apost.*, pag. 334.)

[h] *Τὴν ἀπὸ περάτων ἕως περάτων.* Καθολικὴ μὲν οὖν καλεῖται Ἐκκλησία, διὰ τὸ κατὰ πάσης εἶναι τῆς οἰκουμένης ἀπὸ περάτων γῆς ἕως περάτων. Cyrill. *Catech.* 18 : *Sancta Ecclesia ideo dicitur Catholica, pro eo quod universaliter per omnem mundum sit diffusa.* (Isidor. *De summo bono*, lib. I, cap. 9.)

[i] *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη.* Eodem prorsus modo et Eusebius suam fidei regulam, quam synodo Nicænæ obtulit, hujus textus auctoritate firmavit : Καθὰ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἀποστέλλων εἰς τὸ κήρυγμα τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, εἶπε· *Πορευθέντες μαθητεύσατε*, etc. (Socr. lib. I, cap. 8; Theodoret. lib. I, cap. 12.)

Digitized by Google

vere suscipimus Patrem et Filium et Spiritum sanctum, sicut omnis catholica Ecclesia et Scripturæ docent, quibus per omnia credimus, judex noster est Deus nunc et in futuro judicio. Quapropter pietatem tuam rogamus, Deo charissime imperator, ut cum ecclesiastici simus, et fidem ac sensum Ecclesiæ sanctarumque Scripturarum teneamus, per pacificam ac religiosam pietatem tuam uniamur matri nostræ Ecclesiæ, sublatis videlicet quæstionibus ac disputationibus superfluis : ut et nos et Ecclesia mutuam inter nos pacem servantes, solemnes preces pro pacato imperio majestatis tuæ, et pro universa stirpe tua simul omnes ad Deum fundamus.

A *τρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος* (33). Εἰ μὴ ταῦτα οὕτως πιστεύομεν καὶ ἀποδεχόμεθα ἀληθῶς, Πατέρα, Υἱὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον, ὡς πᾶσα Καθολικὴ Ἐκκλησία, καὶ αἱ Γραφαὶ διδάσκουσιν, αἷς κατὰ πάντα πιστεύομεν, κριτὴς ἡμῶν ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ νῦν, καὶ ἐν τῇ μελλούσῃ κρίσει. Διὸ παρακαλοῦμέν σου τὴν θεοσέβειαν, θεοφιλέστατε βασιλεῦ, ἐκκλησιαστικοὺς ἡμᾶς ὄντας, καὶ πίστιν καὶ τὸ φρόνημα τῆς Ἐκκλησίας καὶ τῶν ἁγίων Γραφῶν ἔχοντας, ἑνοῦσθαι ἡμᾶς διὰ τῆς εἰρηνοποιοῦ σου καὶ θεοσεβοῦς εὐσεβείας, τῇ μητρὶ ἡμῶν, τῇ Ἐκκλησίᾳ (34) δηλαδὴ, περιῃρημένων τῶν ζητημάτων καὶ περισσολογιῶν, ἵνα καὶ ἡμεῖς καὶ ἡ Ἐκκλησία εἰρηνεύσαντες, μετ' ἀλλήλων τὰς συνήθεις εὐχὰς ὑπὲρ τῆς εἰρηνικῆς σου βασιλείας καὶ παντὸς τοῦ γένους σου, κοινῇ πάντες ποιησώμεθα.

## CAP. XXVII.

*Quomodo Arium jussu imperatoris Alexandriam reversum Athanasius non admiserit, ac propterea Eusebiani varias ei calumnias apud imperatorem struxerint.*

Ad hunc modum Arius cum principi persuasisset, Alexandriam revertitur. Sed fraudulenta obreptio veritatem quæ occultabatur, superare non valuit. Nam cum illum Alexandriam ingressum Athanasius non susciperet : quippe hominem tanquam labem quamdam aversabatur : iterum ille Alexandriam conturbare aggressus est, errorem suum disseminando. Tunc vero Eusebius, et ipse litteras scripsit, et imperatori persuasit ut scriberet, quo Arius una cum sociis in Ecclesiam reciperetur. Verum Athanasius eos admittere prorsus recusavit, et imperatorem per litteras docuit fieri non posse ut qui fidem semel violassent et anathemate percussi essent, rursus de integro reciperentur. Imperator vero id moleste ferens, Athanasio per litteras interminatus est his verbis : Cum igitur voluntatis meæ indicium acceperis, fac ut omnibus ad Ecclesiam accedere cupientibus liberum aditum præbeas. Nam si quemquam eorum qui Ecclesiæ sociari expetunt, impeditum esse abs te et aditu prohibitum intellexero, mittam continuo aliquem qui mandatis meis obsequens, te deponat, et extra patriam tuam deportet. Hæc imperator utilitati publicæ consulens scripsit, cum Ecclesiæ membra divelli nollet. Id enim præcipue curabat, ut omnes ad concordiam reduceret. Tunc igitur Eusebiani, qui adversus Athanasium

B

## ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

*Ὡς Ἀρείου εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν γνώμῃ τοῦ βασιλέως κατελθόντος, καὶ μὴ δεχθέντος ὑπὸ Ἀθανασίου, οἱ περὶ Εὐσέβιον διαφόρους κατὰ Ἀθανασίου διαβολὰς πρὸς τὸν βασιλέα πεποίηνται.*

Οὕτω μὲν οὖν Ἄρειος τὸν βασιλέα πείσας, ἐχώρει ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν. Οὐ μέντοι γε κρείσσων ἡ κατασκευὴ τῆς σιωπωμένης ἀληθείας ἐγίνετο· ὡς γὰρ καταλαμβάνοντα αὐτὸν τὴν Ἀλεξάνδρειαν Ἀθανάσιος οὐκ ἐδέχετο· ὡς μῦσος γὰρ αὐτὸν ἐξετρέπετο· αὖθις ἀνακινεῖν ἐπεχείρει τὴν Ἀλεξάνδρειαν, παρεμβαλὼν τὴν αἵρεσιν. Τότε δὴ καὶ οἱ περὶ Εὐσέβιον αὐτοί τε ἔγραφον, καὶ τὸν βασιλέα γράφειν παρεσκεύαζον, ὅπως ἂν προσδεχθῶσιν οἱ περὶ Ἄρειον. Ἀθανάσιος
C μὲν οὖν πάντῃ τοῦ δέξασθαι αὐτοὺς ἀπηγόρευσε· καὶ τὸν βασιλέα γράφων ἐδίδασκεν, ἀδύνατον εἶναι τοὺς ἅπαξ τὴν πίστιν ἀθετήσαντας, καὶ ἀναθεματισθέντας, αὖθις ἐξ ὑποστροφῆς συλλαμβάνεσθαι. Ὁ δὲ βασιλεὺς βαρέως ἐνεγκὼν, τάδε Ἀθανασίῳ γράφων ἠπείλησε (35). Μέρος ἐπιστολῆς τοῦ βασιλέως· Ἔχων τοίνυν τῆς ἐμῆς βουλῆς τὸ γνώρισμα, πᾶσι τοῖς βουλομένοις εἰς τὴν Ἐκκλησίαν εἰσελθεῖν, ἀκώλυτον παράσχου τὴν εἴσοδον. Ἐὰν γὰρ γνῶ ὡς κεκώλυκας τινὰς αὐτῶν τῆς Ἐκκλησίας μεταποιουμένους, ἢ ἀπεῖρξας τῆς εἰσόδου, ἀποστελῶ παραχρῆμα τὸν καθαιρήσοντά σε ἐξ ἐμῆς κελεύσεως, καὶ τῶν τόπων μεταστήσοντα. Ταῦτα ἔγραφεν ὁ βασιλεὺς, τοῦ λυσιτελοῦντος γινόμενος, καὶ μὴ βουλόμενος τὴν Ἐκκλησίαν διασπᾶσθαι (36). Τοὺς γὰρ πάντας ἐπὶ τὴν ὁμόνοιαν
D ἄγειν ἐσπούδαζε. Τότε δὴ καιρὸν εὔκαιρον οἱ περὶ Εὐσέβιον εὑρηκέναι νομίσαντες, ἀπεχθῶς πρὸς Ἀθα-

## VALESII ANNOTATIONES.

(33) *Εἰς ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος*. Post hæc verba deerat integra pericope, quam ex codice Leonis Allatii, et ex Sozomeni lib. II, cap. 27, supplevimus.

(34) *Τῇ Ἐκκλησίᾳ*. In codice Regio et apud Epiphanium Schol. hic locus interpungitur hoc modo : Τῇ μητρὶ ἡμῶν τῇ Ἐκκλησίᾳ, δηλαδὴ περιῃρημένων, etc. Quæ distinctio non displicet.

(35) *Γράφων ἠπείλησεν*. Post hæc verba codex Florentinus hæc addit : Μέρος ἐπιστολῆς τοῦ βασιλέως. Quæ omnino necessaria sunt, ut lector intelligat non integram imperatoris epistolam, sed ejus duntaxat partem apponi. Certe Athanasius in Apologetico II adversus Arianos, ex quo hæc desumpsit Socrates, hanc Constantini epistolam adducens, eadem verba præposuit ; additque hanc epistolam perlatam esse Alexandriam a Syncletio et Gaudentio palatinis. Sed quod ait Socrates, Arium venisse Alexandriam, id non dicit Athanasius, nec verum puto.

(36) *Τὴν Ἐκκλησίαν διασπᾶσθαι*. Post hæc verba, ex manuscriptis codicibus Florentino, Sfortiano et Leonis Allatii, integram periodum addidimus, quæ in vulgatis editionibus desiderabatur : eadem fere verba habet Sozomenus in libro secundo, capite 22, ad calcem, mutato tantum ordine.

Digitized by Google

ἰσιον ἔχοντες, τὴν τοῦ βασιλέως λύπην ὑπουργὸν ἐλάμβανον τοῦ ἰδίου σκοποῦ. Καὶ διὰ τοῦτο ἐκύκων, ἀποκινῆσαι αὐτὸν τῆς ἐπισκοπῆς σπουδάζοντες· οὕτω γὰρ ἤλπιζον μόνως τὴν Ἀρειανὴν δόξαν κρατήσειν, Ἀθανασίου ἐκποδὼν γινομένου. Συμπαρατάττονται οὖν κατ' αὐτοῦ, Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας, Θέογνις Νικαίας, Μάρις Χαλκηδόνος, Οὐρσάκιος Σιγγιδόνος τῆς ἄνω Μυσίας, καὶ Οὐάλης Μουρσῶν τῆς Παννονίας. Οὗτοι μισθοῦνται τινὰς τῆς Μελιτίου αἱρέσεως, καὶ διαφόρους κατὰ Ἀθανασίου κατηγορίας ἐκίνησαν. Καὶ πρῶτον μὲν διὰ Ἰσίωνος καὶ Εὐδαίμονος καὶ Καλλινίκου (37) Μελιτιανῶν, διαβολὴν ἐργάζονται, ὡς Ἀθανασίου λινῆν ἐσθῆτα τελεῖν τοὺς Αἰγυπτίους τῇ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ κελεύσαντος. Ἀλλὰ ταύτην μὲν τὴν διαβολὴν, Ἀλύπιος καὶ Μακάριος (38) πρεσβύτεροι τῆς Ἀλεξανδρέων, τότε τυχηρῶς ἐν Νικομηδείᾳ τυγχάνοντες κατέσβεσαν, ψευδῆ τὰ κατὰ Ἀθανασίου λεχθέντα διδάξαντες εἶναι τὸν βασιλέα. Διὸ τῶν μὲν κατηγόρων διὰ γραμμάτων ὁ βασιλεὺς καθήψατο· Ἀθανάσιον δὲ πρὸς ἑαυτὸν ἐλθεῖν προσετρέψατο. Πρινὴ δὲ ἐπιστῇ, φθάσαντες οἱ περὶ Εὐσέβιον, ἑτέραν ἐπισυνάπτουσι τῇ προτέρᾳ διαβολῇ, καὶ πολλῷ τῆς προτέρας χείρονα· ὡς Ἀθανάσιος ἐπιβουλεύων τοῖς βασιλέως πράγμασι, Φιλουμένῳ τινὶ ἔπεμψε γλωσσόκομον πλῆρες χρυσίου. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου ὁ βασιλεὺς ἐν Ψαμαθίᾳ, προάστειον δὲ τοῦτο τῆς Νικομηδείας ἐστὶ, διαγνοὺς, καὶ ἀθῶον εὑρὼν Ἀθανάσιον, μετὰ τιμῆς ἐξέπεμψε, γράψας τῇ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ, ὅτι αὐτῶν ἐπίσκοπος Ἀθανάσιος ψευδῶς διεβέβλητο. Οἷα μέντοι μεταταῦτα οἱ περὶ Εὐσέβιον κατὰ Ἀθανασίου συνέθεσαν, καλὸν μὲν ἦν καὶ πρέπον σιγῇ παραδοῦναι, ἵνα μὴ ἡ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησία ὑπὸ τῶν μὴ φρονούντων τὰ τοῦ Χριστοῦ καταγινώσκηται. Ἐπειδὴ δὲ ἐγγράφως ἐπιδοθέντα (39), φανερὰ τοῖς πᾶσιν ἐγένετο, διατοῦτο ἀναγκαῖον ἡγησάμην ὡς οἷόν τε διὰ βραχέων εἰπεῖν τὰ ἰδιαζούσης πραγματείας δεόμενα. Ὅθεν δὲ ἡ τῆς συκοφαντίας ὑπόθεσις καὶ οἱ τὰς συκοφαντίας κινήσαντες ἔλαβον τὴν ἀρχὴν, διὰ βραχέων ἐρῶ. Μαρεώτης χώρα (40) τῆς Ἀλεξανδρείας ἐστί. Κῶμαι δέ εἰσιν ἐν

A hostili odio flagrabant, opportunum se tempus nactos esse arbitrati, principis indignationem tanquam ministram ad propositi sui exsecutionem assumunt. Atque **63** ob hanc causam cuncta miscere ac perturbare cœperunt, ut Athanasium episcopatu dejicerent. Neque enim, nisi remoto Athanasio, sperabant fore ut Ariana opinio prævaleret. Igitur adversus eum, quasi consertis scutis, irruunt Eusebius Nicomediensis episcopus, Theognis Nicænus, Maris Chalcedonis, Ursacius Singiduni superioris Mœsiæ, et Valens Mursæ in superiori Pannonia episcopus. Hi quosdam e Melitianis mercede conducunt, et varias adversus Athanasium excitant accusationes Ac primum quidem per Isionem, Eudæmonem et Callinicum Melitianos, calumniam concinnant, quasi B Athanasius Ægyptios lineam vestem pendere Alexandrinæ Ecclesiæ jussisset. Sed hanc criminationem Alypius et Macarius presbyteri Alexandrinorum Ecclesiæ, qui tum forte Nicomediæ versabantur, statim restinxere, imperatorem docentes falsa esse quæ contra Athanasium dicerentur. Quamobrem imperator accusatores quidem per litteras reprehendit; Athanasium vero ut ad se veniret hortatus est. Verum Eusebiani, adventum illius prævenientes, aliam denuo contexunt calumniam, eamque priore illa longe graviorem: quasi Athanasius adversus principem conspirans, loculum auro plenum Philumeno cuidam misisset. Sed cum imperator ipse de hoc quidem crimine cognovisset Psamathiæ, quod C est suburbanum Nicomediæ, et innocentem esse Athanasium comperisset, honorifice eum dimisit, datis ad Alexandrinorum Ecclesiam litteris, quibus testabatur episcopum ipsorum falso in crimen vocatum fuisse. Quæ vero posthac Eusebiani adversus Athanasium moliti fuerint, congruum quidem honestumque esset silentio præterire, ne ab his qui a Christi fide alieni sunt, Christi condemnetur Ecclesia. Sed quoniam, utpote scriptis tradita, ad omnium notitiam pervenerunt, idcirco necessarium putavi, breviter, quoad fieri potest, ea referre quæ pecu-

## VALESII ANNOTATIONES.

(37) *Διὰ Ἰσίωνος καὶ Εὐδαίμονος καὶ Καλλινίκου*. Horum mentio fit in Indiculo episcoporum partis Melitii, quem Alexander exegit a Melitio. Et Ision quidem episcopus erat in Athribi, Eudæmon in Tani, Callinicus vero Pelusii. Vide Athanasium in Apologetico secundo.

(38) *Ἀλύπιος καὶ Μακάριος*. Athanasius in Apologetico Apim habet pro Alypio: sed locum in quo Constantinus hanc quæstionem habuit, non nominat. Socrates tamen Nicomediæ id factum esse scribit. Porro Baronius hæc gesta esse tradit anno Christi 329 [1]. Ego vero in sequentem annum conferre malim. Hæc enim post abdicationem Eustathii contigerunt, cum Eusebius ac Theognius ab exsilio reversi, maximam auctoritatem apud Constantinum nacti essent. Quod vero idem Baronius Constantini litteras de Ario in Ecclesiam recipiendo ad Athanasium scriptas esse dicit anno Christi 327, in eo manifeste labitur, et dissentit ab Athanasio, quem tamen in omnibus sequi se profitetur. Etenim Athanasius, statim post litteras Constantini et repulsam Arii, crimina illa a Melitianis delata esse scri- D bit ad imperatorem.

(39) *Ἐγγράφως ἐπιδοθέντα*. Mallem legere ἐκδοθέντα. Atque ita scripsisse Socratem existimo.

(40) *Μαρεώτης χώρα*. Hunc Socratis locum valde illustrat Athanasius in Apologetico II adversus Arianos. Cujus verba, quia ab interprete male accepta sunt, hic apponam: Ὁ Μαρεώτης χώρα τῆς Ἀλεξανδρείας ἐστί· καὶ οὐδέποτε ἐν τῇ χώρᾳ γέγονεν ἐπίσκοπος, οὐδὲ χωρεπίσκοπος· ἀλλὰ τῷ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπῳ αἱ ἐκκλησίαι πάσης τῆς χώρας ὑπόκεινται· ἕκαστος δὲ τῶν πρεσβυτέρων ἔχει τὰς ἰδίας κώμας, μεγίστας, καὶ ἀριθμῷ δέκα που καὶ πλείο-

## VARIORUM.

[1] Baronius hæc, quasi diversis annis gesta essent, recitat partim anno 327, partim anno 329: in quo manifeste labitur; ut et Valesius, qui ea in annum 330 conferenda esse censet. Bienno citius, nempe initio anni 328 evenisse contendit Ant. Pagi ad ann. 327, n. 7.

Digitized by Google

liare opus desiderant. Unde porro tum calumnia ipsa, tum calumniæ artifices initium sumpserint, paucis dicam. Mareotes regio est Alexandriæ. In hac plurimi sunt vici, et maxima hominum multitudine abundantes : in quibus multæ **64** eæque satis illustres habentur ecclesiæ. Istæ porro ecclesiæ omnes subjectæ sunt Alexandrino episcopo, et urbanis ejus ecclesiis accensentur, tanquam parœciæ. In hac regione Ischyras quidam ita dictus, facinus haudquaquam simplici morte dignum aggressus est. Cum enim ad sacerdotium nunquam promotus fuisset, imposito sibimetipsi presbyteri nomine, sacerdotis munus obire ausus est. In hoc facinore deprehensus, fuga se illinc proripuit, et Nicomediam profectus, ad Eusebium confugit. Ille præ odio quo in Athanasium flagrabat, eum ut presbyterum suscipit, episcopatus honorem pollicitus, si accusationem in Athanasium intenderet. Prætextum porro accusationis sumpsit ex iis quæ ab Ischyra fingebantur. Jactabat enim ille gravissima se perpessum esse tanquam ex hostili quodam incursu; et Macarium, irruentem in sacrarium, mensam quidem subvertisse ; mysticum vero poculum confregisse, et sacros Codices concremasse. Mercedem igitur accusationis, ut dixi, episcopatum ei promittunt Eusebiani; prævidentes scilicet fore ut mota adversus Macarium accusatio, simul cum eo qui accusabatur, ipsum etiam a quo missus fuerat Macarius, Athanasium everteret. Et hanc quidem accusationem postea intentarunt. Prius vero aliam concinnarunt, plenam odii ac malevolentiæ;

A αὐτῇ πολλαὶ σφόδρα καὶ πολυάνθρωποι, καὶ ἐν αὐταῖς ἐκκλησίαι πολλαὶ καὶ λαμπραί. Τάττονται δὲ αὐται αἱ ἐκκλησίαι ὑπὸ τῷ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπῳ, καὶ εἰσὶν ὑπὸ τὴν αὐτοῦ πόλιν ὡς παροικίαι. Ἐν δὲ τῷ Μαρεώτῃ τούτῳ Ἰσχύρας τις [k] οὕτω καλούμενος, πρᾶγμα ὑπέδυ πολλῶν θανάτων ἄξιον. Οὐδὲ πώποτε γὰρ ἱερωσύνης τυχὼν, τὸ τοῦ πρεσβυτέρου ὄνομα ἑαυτῷ περιθέμενος, τὰ ἱερέως πράττειν ἐτόλμησε. Φωραθεὶς τοίνυν ἐπὶ τοῖς λεγομένοις ὁ Ἰσχύρας, ἀποδρὰς ἐκεῖθεν, καὶ καταλαβὼν τὴν Νικομήδειαν, προσφεύγει τοῖς περὶ Εὐσέβιον. Οἱ δὲ μίσει τῷ πρὸς Ἀθανάσιον, δέχονται μὲν αὐτὸν ὡς πρεσβύτερον· ἐπαγγέλλονται δὲ καὶ τῇ τῆς ἐπισκοπῆς ἀξίᾳ τιμῆσαι, εἰ κατηγορίαν ἐνστήσεται κατὰ Ἀθανασίου, πρόφασιν λαμβάνοντες ὅσα ὁ Ἰσχύρας ἐπλάττετο.
B Ἐφήμιζε γὰρ, ὡς εἴη τὰ πάνδεινα ἐξ ἐφόδου πεπονθώς· καὶ ὅτι Μακάριος εἰσπηδήσας εἰς τὸ θυσιαστήριον, ἀνέτρεψε μὲν τὴν τράπεζαν, ποτήριον δὲ κατέαξε μυστικὸν, καὶ ὅτι τὰ ἱερὰ Βιβλία κατέκαυσε. Μισθὸν οὖν αὐτῷ, ὡς ἔφην, τῆς κατηγορίας, τὴν ἐπισκοπὴν ἐπηγγείλαντο, γινώσκοντες ὡς ἡ κατὰ Μακαρίου κατηγορία, σὺν τῷ κατηγορουμένῳ καὶ τὸν πέμψαντα καθαιρεῖ Ἀθανάσιον. Ταύτην μὲν οὖν τὴν κατηγορίαν ὕστερον συνεστήσαντο. Πρὸ δὲ ταύτης, τὴν παντὸς πεπληρωμένην μίσους, περὶ ἧς ἤδη λεκτέον. Χεῖρα ἀνθρώπου οὐκ οἶδα πόθεν λαβόντες, πότερον ἀνελόντες τινὰ καὶ χειροκοπήσαντες, ἢ ἤδη νεκροῦ ὄντος ἀπέκοψαν· ὁ Θεὸς οἶδε, καὶ οἱ αὐθένται τῆς πράξεως. Προεχειρίζοντο δ' οὖν ὅμως αὐτὴν, ὡς Ἀρσενίου τινὸς ἐπισκόπου τῶν Μελιτιανῶν Θρη-
C σκείας (41) τυγχάνουσαν. Καὶ ταύτην ἔφερον ἐν μέσῳ,

## VALESII ANNOTATIONES.

ναι. Id est, *Mareotes regio est Alexandriæ : nec ullus unquam in ea fuit episcopus, ac ne chorepiscopus quidem; sed universæ ejus regionis ecclesiæ subjectæ sunt episcopo Alexandrino. Singuli autem presbyteri proprios habent pagos, eosque maximos, denos interdum aut plures.* Ex his apparet singulos Mareoticæ pagos non habuisse suum presbyterum, sed unicum presbyterum denos pagos rexisse, atque interdum plures. [l] Certe pagus in quo fuit Ischyras, cum esset omnium minimus, nec ecclesiam, nec presbyterum peculiarem unquam habuerat. In epistola quam omnes Mareotidis presbyteri ac diaconi scripserunt ad synodum Tyri, quæ refertur ab Athanasio in eodem libro, quatuordecim subscripserunt presbyteri, et quindecim diaconi.

(41) *Ἀρσενίου τινὸς ἐπισκόπου τῆς Μελιτιανῶν θρησκείας*. Hic Arsenius episcopus fuit Melitianorum in urbe Hypseli, quæ est in Thebaide. Certe in Epistola quam scripsit ad Athanasium, hunc honoris titulum assumit : Ἀθανασίῳ μακαρίῳ Πάπα, Ἀρσένιος ἐπίσκοπος τῶν ποτε ὑπὸ Μελίτιον τῆς Ὑψηλιτῶν πόλεως. Id est, *Athanasio beatissimo papæ Arsenius episcopus urbis Hypselitarum, ex iis qui aliquando fuerunt sub Melitio*. In Indiculo tamen episcoporum partis Melitii, quem Melitius tradidit Alexandro, nullus reperitur Arsenius.

## VARIORUM.

[k] *Ἰσχύρας τις*. Vide ampliorem hujus facinoris narrationem apud Athanasium Apol. contra Arianos, p. 134. Unde colligere licet judicium Ecclesiæ primitivæ de necessitate ordinationis episcopalis. Melitius, licet schismaticus, quoniam tamen fuit episcopus, agniti sunt ab eo ordinati presbyteri · dum Ischyras hic presbyteratus gradum a Collutho quodam mero presbytero sortitus, locum istum non tenuit, sed ad laicos detrusus est. (Consule dom. Joan. Potter lib. *De regimine ecclesiastico*, pag. 294.)

[l] Citatum Athanasii locum ita intellectum vult Valesius, ut singuli Mareotici presbyteri, decem aut plures maximos pagos administrandos haberent. Sed vix suaderi queat tot tantosque vicos unicuique presbytero commissos fuisse. Et alioqui huic interpretationi repugnare videtur ipse Athanasius,
D dum ait, Ischyræ pagum ita parvum fuisse, ut nulla in eo fuerit ecclesia : quo innuit, in amplioribus quibusque ecclesiam, atque adeo presbyterum exstitisse. Quare decem tantum vicos, aut plures in tota regione recensere Athanasium existimamus. Et sane vox *χώρα*, quam usurpat Athanasius de Mareote loquens, non amplam regionem significare videtur, sed haud magnum terræ spatium. Haud exigua tamen regio fuisset Mareotes, si presbyteri Mareotici, qui novemdecim numerantur in subscriptionibus epistolæ Alexandri, decem maximos pagos, imo plures singuli administrandos habuissent. Ptolemæus octo urbes aut pagos recenset. (Clarissimi monachi Benedictini in dictum Athanasii locum, pag. 200.)

Digitized by Google

A τὸν Ἀρσένιον ἀποκρύψαντες· καὶ ἔλεγον τὴν χεῖρα ταύτην Ἀθανάσιον ἐσχηκέναι πρὸς μαγείας τινάς. Τὸ μὲν οὖν μέγιστον κεφάλαιον, ὃ οἱ συκοφάνται συνέθεσαν, τοιοῦτον ἦν. Οἷα δὲ φιλεῖ ἐν τοῖς τοιούτοις γίνεσθαι, ἄλλοι ἄλλα κατηγόρουν αὐτοῦ. Ἐπετίθεντο γὰρ τότε μάλιστα, οἱ πρὸς αὐτὸν ἀπεχθανόμενοι. Ταῦτα γνοὺς ὁ βασιλεὺς, γράφει τῷ κήνσορι Δαλματίῳ τῷ ἀδελφιδῷ ἑαυτοῦ (42), ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας διάγοντι, ἀγωγίμους ποιῆσαι τοὺς κατηγορουμένους, καὶ διαγνόντα δίκην τοὺς ἐλεγχθέντας εἰσπράξασθαι. Ἔπεμπε δὲ καὶ Εὐσέβιον ἅμα Θεόγνιδι, ἵνα ἐπὶ παρουσίᾳ αὐτῶν κρίνοιτο Ἀθανάσιος. Ὁ δὲ ὡς ἔγνω καλεῖσθαι ὑπὸ τοῦ κήνσορος, πέμπει εἰς Αἴγυπτον ἀναζητῆσαι τὸν Ἀρσένιον. Καὶ μανθάνει μὲν αὐτὸν κρύπτεσθαι· συλλαβεῖν δὲ οὐ δεδύνηται, B ἄλλοσε ἀλλαχοῦ μεθιστάμενον. Παύει δὲ ὁ βασιλεὺς τὸ ἐπὶ τοῦ κήνσορος δικαστήριον, δι' αἰτίαν τοιαύτην.

de qua nunc dicendum est. Manum cujusdam hominis nacti, undenam equidem nescio : utrum ipsi hominem interfecerint, manumque ei præciderint; an vero alicujus jam fato functi amputaverint manum, novit Deus, et quicunque facinoris illius auctores fuere. Eam igitur manum proposuerunt, tanquam Arsenii cujusdam episcopi sectæ Melitianorum. Et ipsum quidem Arsenium occultarunt; manum vero proferebant in medium, aiebantque Athanasium magicæ artis gratia penes se illam habuisse. Præcipuum ergo accusationis caput, quod calumniatores adversus Athanasium composuerunt, hujusmodi fuit. Cæterum, ut in his casibus fieri solet, alii etiam aliis de rebus eum accusarunt. Eo namque potissimum tempore illum adorti sunt, quicunque infenso prius animo erga ipsum erant. His cognitis, imperator litteras scripsit ad Dalmatium censorem, fratris sui filium, qui tum **65** Antiochiæ in Syria morabatur; mandans ut accusatos perduci ad se juberet, causaque cognita in convictos animadverteret. Misit præterea Eusebium et Theognidem, ut coram illis Athanasii causa judicaretur. Ille ubi cognovit se a censore vocatum fuisse, misit in Ægyptum qui Arsenium perquirerent. Et hominem quidem occultari certo comperit : comprehendere tamen non potuit, propterea quod latebras subinde mutaret. Interea imperator judicium quod coram censore Dalmatio agebatur repressit tali de causa.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

*Ὡς διὰ τὰς κατηγορίας τὰς κατὰ Ἀθανασίου σύνοδον ἐπισκόπων ἐν τῇ Τύρῳ ὁ βασιλεὺς γενέσθαι παρεσκεύασεν.*

Σύνοδον ἐπισκόπων ἐκήρυξε γενέσθαι [n] ἐπὶ τῇ καθιερώσει τοῦ εὐκτηρίου οἴκου, ὃν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις

## CAP. XXVIII.

*Quomodo imp. ob accusationes quæ contra Athanasium motæ fuerant, synodum Tyri congregari jussit.*

Ad dedicationem ecclesiæ quam Hierosolymis construxerat imperator, frequentes episcopos jus-

### VALESII ANNOTATIONES.

(42) *Τῷ κήνσορι Δαλματίῳ τῷ ἀδελφιδῷ ἑαυτοῦ.* Hæc ex Athanasio sumpsit Socrates. Verba Athanasii in Apologetico II adversus Arianos hæc sunt : Γράφει δὲ Κωνσταντῖνος εἰς Ἀντιόχειαν Δαλματίῳ τῷ κήνσορι, ἀκοῦσαι περὶ τῆς τοῦ φόνου δίκης. Ὁ τοίνυν κήνσωρ ἐπιστέλλει μοι παρασκευάσασθαι πρὸς ἀπολογίαν. Putavit Socrates hunc Dalmatium Constantini fratris filium fuisse, eum qui aliquot post annis Cæsar factus est a Constantino. Sed longe falsus est. Dalmatius enim censor, frater fuit Constantini [m], pater Dalmatii Cæsaris. Id testatur auctor Chronici Alexandrini, qui de Constan- C tino ita scribit : Καὶ Δαλμάτιον τὸν υἱὸν ἀδελφοῦ Δαλματίου τοῦ Κήνσορος Καίσαρα ἀνηγόρευσε. Certe Dalmatius Dalmatii filius, tunc cum hæc gesta sunt quæ ab Athanasio referuntur, adhuc tenera erat ætate, nec judex sedere poterat in tam gravi negotio. Præterea tunc temporis degebat Narbonæ, et una cum Hannibaliano fratre Exuperium rhetorem audiebat. Ex ea enim urbe accitus a Constantino, admodum adolescens Cæsar creatus est, ut tradit Ausonius in libro *De professoribus Burdigal.*, anno Christi 335. Judicium autem illud de cæde Arsenii habitum est à Dalmatio censore Antiochiæ, ut testatur Athanasius, anno Christi 332, juxta sententiam Baronii.

### VARIORUM.

[m] Erat Hannibalianus, Dalmatius etiam dictus, Constantini Magni ex patre tantum frater, ut docet anonymus Valesianus. Auctor Chronici Alexandrini testatur eum, anno 335 regem nominatum, purpura indutum fuisse, et Cæsaream Cappadociæ amandatum. Qua de re legendus Victor in Epitome.

[n] *Σύνοδον ἐπισκόπων ἐκήρυξε γενέσθαι.* Socrates scribit Constantinum, judicium quod coram Dalmatio censore in causa S. Athanasii agebatur, repressisse, quod jussisset episcopos ad dedicationem ecclesiæ Hierosolymitanæ convenire, et priusquam illuc pervenirent, causam Athanasii obiter Tyri ventilare. Theophanes vero habet Constantinum, quod Dalmatio commiserat judicium, Cæsaream transtulisse; quo, cum propter Eusebium Cæsareæ episcopum venire recusasset Athanasius, diem ei esse dictum Tyri. Res itaque sic se habuit. Postquam Constantinus ad Athanasium scripsisset, ut Melitianorum insidias pro nihilo duceret; et Melitiani timore perculsi aliquantisper quievissent, ut ait Sozomenus lib. II, cap 24, rursus adversarii accusatorum multitudinem adversus eum excitarunt. Quare imperator apud Cæsaream synodum fieri jussit, ad quam cum Athanasius venire compelleretur, triginta circiter mensium spatio profectionem suam distulit. Ita Sozom., cap. 25, et Niceph. lib. VIII, cap. 49. D Dalmatius itaque a causa Athanasii cognoscenda anno præcedenti cessavit; eodemque vel circiter novæ illæ insidiæ Athanasio structæ, et synodus Cæsariensis indicta; triginta enim menses illi ab indictione hujus synodi inchoati, et anno 334, quo ea celebrata, absoluti. Certe in Synodali epistola pseudo-synodi Sardicensis, anno 347 scripta, legitur : *Asclepas ante decem et septem annos episcopatus honore discinctus est*, ideoque anno 331, aut 330. Erat Asclepas episcopus Gazæ, de quo Theodoritus lib. I, cap. 29, ait : *Cum episcopi Tyri convenissent* (anno scil. 335), *eo accesserunt tum alii quidam, qui ob perversam doctrinam accusabantur : ex quorum numero fuit Asclepas episcopus Gazæ;*

Digitized by Google

serat convenire. Eos ergo, priusquam illuc convenirent, in civitate Tyro collectos, obiter causam Athanasii ventilare præcepit, ut, contentione prius illic e medio sublata, festivitatem dedicationis tranquillius peragerent, ecclesiam Deo consecrantes. Tricesimus hic erat annus imperii Constantini. Porro Tyrum variis ex locis convenerunt episcopi, numero sexaginta, congregante illos Dionysio ex consulari. **66** Et Macarius quidem presbyter ab urbe Alexandria eo perductus est sub militum custodia, catenis ferreis vinctus. Athanasius vero occurrere quidem nolebat; non quod objecta sibi crimina reformidaret: quippe nullius eorum sibi conscius erat: sed quod metueret ne quid illic contra decreta Nicænæ synodi innovaretur. Verebatur tamen minaces imperatoris litteras. Scriptum enim illi fuerat, nisi sponte sua venisset, vi adductum iri. Igitur necessitate compulsus adfuit illic etiam Athanasius.

A ἀνήγειρεν. Ὁδοῦ οὖν πάρεργον, πρότερον ἐν τῇ Τύρῳ συναχθέντας τοὺς ἐπισκόπους, τὰ κατὰ Ἀθανάσιον γυμνάσαι προσέταξεν· ὅπως ἂν ἐκεῖ πρότερον ἐκποδὼν γενομένης τῆς ἐρεσχελίας, εἰρηνικώτερον τὰ ἐπιβατήρια τῆς ἐκκλησίας ἐπιτελέσωσι, καθιεροῦντες αὐτὴν τῷ Θεῷ. Τριακοστὸν δὲ ἔτος ἦν τοῦτο (43) τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου [o]. Καὶ παρῆσαν ἐπὶ τὴν Τῦρον ἐκ διαφόρων τόπων ἐπίσκοποι τὸν ἀριθμὸν ἑξήκοντα, Διονυσίου τοῦ ἀπὸ ὑπατικῶν συναγαγόντος αὐτούς. Καὶ ἤγετο μὲν Μακάριος [p] ὁ πρεσβύτερος ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας σιδηροδέσμιος διὰ στρατιωτικῆς χειρός. Ἀθανάσιος δὲ ἀπαντῆσαι οὐκ ἐβούλετο, οὐ τοσοῦτον τὰς κατηγορίας εὐλαβούμενος· οὐδὲν γὰρ τῶν κατηγορουμένων ἐγίνωσκεν· ἀλλὰ φοβούμενος μή τι καινοτομηθῇ παρὰ τὰ ἐν Νικαίᾳ τῇ τότε συνόδῳ B συναρέσαντα. Ἐδεδοίκει γὰρ τὰ τοῦ βασιλέως ἀπειλητικὰ γράμματα. Ἐγέγραπτο γὰρ αὐτῷ, ὡς εἰ μὴ ἑκὼν ἀπαντήσοι, ἀνάγκῃ ἀχθήσεσθαι. Παρῆν οὖν ἐξ ἀνάγκης καὶ Ἀθανάσιος.

## CAP. XXIX.

*De Arsenio, et de manu quæ illi amputata esse dicebatur.*

Porro Dei providentia Arsenium in urbem Tyrum ire perpulit. Neglectis enim mandatis quæ calumniatores a quibus conductus fuerat ipsi dederant, clam eo advenit, ut quæ illic gererentur coram spectaret. Forte accidit ut famuli Archelai consularis, in taberna quosdam audirent dicentes Arsenium, qui occisus esse diceretur, in ædibus cujusdam civis delitescere. His auditis, cum eos qui ista dixerant notassent, rem omnem ad dominum referunt. Ille e vestigio, nihil cunctatus, hominem perquirit atque invenit, inventumque sub diligenti custodia servari jubet. Post hæc Athanasio significat ut bono animo sit: Arsenium enim incolumem præsto esse. Comprehensus porro Arsenius, initio quidem negabat se Arsenium esse. Verum Paulus episcopus Tyri, qui jamdudum hominem norat, eum convicit. Rebus in hunc modum a divina Providentia ante

## ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

*Περὶ Ἀρσενίου, καὶ τῆς κεκόφθαι λεγομένης αὐτοῦ χειρός.*

Θεοῦ δέ τις πρόνοια τὸν Ἀρσένιον ἐπὶ τὴν Τύρον ἤλαυνεν. Ἀμελήσας γὰρ τῶν ἐντολῶν, ὧν αὐτῷ οἱ τὰ χρήματα συκοφάνται παρασχόντες δεδώκασι, καθ' ἱστορίαν τῶν γενησομένων κεκρυμμένως παρῆν. Ἔτυχε δέ πως τοῦ ὑπατικοῦ Ἀρχελάου (44) οἰκέτας ἐν καπηλείῳ ἀκοῦσαι λεγόντων τινῶν, ὡς Ἀρσένιος ὁ λεγόμενος ἀνῃρῆσθαι, πάρεστιν ἔν τινος οἰκίᾳ κρυ-C πτόμενος. Ταῦτα ἀκούσαντες, καὶ τοὺς εἰπόντας σημειωσάμενοι, καταφανῆ τὰ ἀκουσθέντα τῷ δεσπότῃ ποιοῦσιν. Ὁ δὲ ὡς εἶχε μὴ μελλήσας, ἀνεζήτησε καὶ εὗρε· καὶ εὑρὼν ἠσφαλίσατο. Καὶ τῷ Ἀθανασίῳ δηλοῖ μηδὲν ταράσσεσθαι· παρεῖναι γὰρ ζῶντα τὸν Ἀρσένιον. Συλληφθεὶς οὖν Ἀρσένιος, ἠρνεῖτο εἶναι ὃς ἦν. Ἀλλ' αὐτὸν Παῦλος ὁ τῆς Τύρου ἐπίσκοπος πάλαι γινώσκων, ἐξήλεγξεν. Ταῦτα τῆς Προνοίας προευτρεπισάσης, μετ' οὐ πολὺ ἐκαλεῖτο ὑπὸ τῆς συνόδου ὁ Ἀθανάσιος. Καὶ παρόντος, οἱ συκοφάνται

## VALESII ANNOTATIONES.

(43) *Τριακοστὸν δὲ ἔτος ἦν τοῦτο.* Habita est synodus Tyri Constantio et Albino consulibus, ut testatur Athanasius, anno Christi 335. Erat hic annus imperii Constantini octavus et vicesimus. Nonus autem ac vicesimus cœpit iisdem consulibus die octavo Kalendas August. Quo quidem die Constantinus tricennalia celebravit, ut scribitur in fastis Idatii, toto anno eam solemnitatem anticipans. D Atque hæc tricennalium anticipatio, non Socrati solum, sed aliis etiam pluribus occasionem erroris præbuit.

(44) *Τοῦ ὑπατικοῦ Ἀρχελάου.* Rufinus in lib. x Historiæ ecclesiasticæ hunc Archelaum non consularem Phœnices, sed comitem Orientis fuisse dicit.

## VARIORUM.

*tam admirandus Athanasius.* Cum igitur in synodo apud Tyrum celebrata tam Asclepadis (Pagius scripsit *Asclepiadis*. Lege *Asclepæ* cum Valesio infra p. 113) quam Athanasii causa discussa fuerit, apparet utrumque etiam anno 331 fuisse accusatum, ac utriusque causam ad synodum Cæsareæ, indeque ad Tyrianam remissam, et synodum Cæsariensem anno 331 indictam esse. Sed cum post triginta circiter mensium spatium, neuter Cæsaream adventaret, utriusque causa ad synodum Tyrianam rejecta fuit. (Ant. Pagi ad ann. 332, n. 2.)

[o] *Τριακοστὸν δὲ ἔτος ἦν τοῦτο τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου.* Recte Socrates; quem frustra corrigit Valesius in Notis. Nimirum Constantinus anno 306, VIII Kal. Aug., patri successit. Proinde ann. 335, annum tricesimum inchoavit; quod ipse Valesius agnovit in Notis ad librum IV De Vita Constantini, cap. 53. Vide etiam Baluzii Notas in Lactant. *De mortibus persecutorum*, cap. 24. W. LOWTH.

[p] *Καὶ ἤγετο μὲν Μακάριος.* Criminabantur scilicet illum Eusebiani, quod poculum mysticum, jubente Athanasio, confregisset. Calumnia autem hæc ab Ischyra intentata fuit, quem Athanasius per Macarium prohibuerat ne sacerdotii munere fungeretur.

Digitized by Google

τὴν χεῖρα εἰς μέσον ἦγον, καὶ τὴν κατηγορίαν ἐνίσταντο. Ὁ δὲ σοφῶς μετῆλθε τὸ πρᾶγμα. Ἠρώτησε γὰρ τοὺς παρόντας καὶ τοὺς κατηγόρους, τίνες εἶεν οἱ γινώσκοντες τὸν Ἀρσένιον. Πολλῶν δὲ εἰπόντων γινώσκειν αὐτὸν, εἰσάγεσθαι ποιεῖ τὸν Ἀρσένιον, ἔνδον τοῦ ἱματίου τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἔχοντα. Εἶτα αὖθις ἐρωτᾷ· Οὗτός ἐστιν ὁ τὴν χεῖρα ἀπολωλεκώς; Οἱ δὲ, ἐπὶ μὲν τῷ παραδόξῳ κατεπλάγησαν, πλὴν τῶν εἰδότων ὅθεν ἡ χεὶρ ἡ κοπεῖσα. Οἱ δὲ λοιποὶ (45), ἀληθῶς ᾤοντο λείπειν τῷ Ἀρσενίῳ τὴν χεῖρα, καὶ προσεδόκων ἐξ ἑτέρας ὑποθέσεως ἀπολογεῖσθαι τὸν Ἀθανάσιον. Ὁ δὲ ἀνελίξας τὸ ἱμάτιον τοῦ Ἀρσενίου καθ' ἕτερον τῶν μερῶν, δείκνυσι τοῦ ἀνθρώπου τὴν χεῖρα. Πάλιν δὲ νομιζόντων τινῶν τῆς ἑτέρας ὑστερεῖσθαι αὐτὸν, μικρὸν παρελκύσας, ἀμφιβόλους κατέστησεν. Εἶτα μὴ μελλήσας, καὶ τὸ ἕτερον ἀνελίξας μέρος, καὶ τὴν ἑτέραν τοῦ Ἀρσενίου χεῖρα ἐπέδειξεν· οὕτω τε εἶπε πρὸς τοὺς παρόντας· Ἀρσένιος μὲν, ὡς ὁρᾶτε, τὰς δύο χεῖρας ἔχων ἐφεύρηται. Τῆς τρίτης δὲ τὸν τόπον ὅθεν ἀφῄρηται, δεικνύτωσαν οἱ κατήγοροι.

A dispositis, paulo post Athanasius a synodo evocatur. Qui cum adesset, calumniatores manum in medium proferunt, et accusationem intendunt. Ille vero prudenter admodum se gessit. Nam et eos qui aderant, et accusatores ipsos interrogavit num quis ex ipsis Arsenium nosset. Cumque multi dicerent se illum probe nosse, induci jubet Arsenium, manus sub pallio abditas habentem. Deinde interrogat iterum : Hiccine est qui manum amisit ? Tum vero illi ob rem tam inexspectatam admiratione perculsi sunt, exceptis iis qui unde manus esset excisa cognitum habebant. Reliqui enim manum revera deesse Arsenio existimabant, et Athanasium alia quapiam ratione causam suam defensurum esse sperabant. At ille, pallio Arsenii in alterum B latus reducto, manum hominis ostendit. Rursus nonnullis suspicantibus altera eum manu mutilatum esse, aliquantulum moratus, ancipites eos hærere permisit. Deinde abjecta mora, cum alterum pallii latus reduxisset, alteram quoque Arsenii nudavit manum, et eos qui aderant compellavit his verbis : Arsenius **67** quidem, ut videtis, ambas manus habere deprehenditur. Tertia vero undenam excisa sit, ostendant nobis accusatores.

### ΚΕΦΑΛ. Λʹ.

*Ὡς Ἀθανασίου ἐπὶ τῇ κατηγορίᾳ ἀθώου εὑρεθέντος, οἱ κατήγοροι φυγῇ ἐχρήσαντο.*

Τούτων οὕτως ἐπὶ Ἀρσενίῳ πραχθέντων, ἐν ἀμηχανίᾳ μὲν οἱ ῥάψαντες τὸν δόλον κατέστησαν. Ἀχαὰβ δὲ, ὁ καὶ Ἰωάννης (46), ὁ κατήγορος, τοῦ δικαστηρίου διαδὺς, ἐν τῷ θορύβῳ διέφυγε. Καὶ οὕτω μὲν ταύτην τὴν κατηγορίαν Ἀθανάσιος ἀπεδύσατο, μηδεμιᾷ χρησάμενος παραγραφῇ. Ἐθάῤῥει γὰρ, ὡς καταπλήξει τοὺς συκοφάντας καὶ μόνη τοῦ Ἀρσενίου ἡ ζωή.

### CAP. XXX.

*Quomodo post primam accusationem, cum Athanasius innocens esset inventus, accusatores fuga se proripuerint.*

His de Arsenio ita gestis, ad inopiam consilii redacti sunt qui fraudem hanc struxerant. Achab vero, qui et Joannes alio nomine vocabatur, accusator Athanasii, se ex judicio subducens, in ipso C tumultu aufugit. Et hanc quidem accusationem Athanasius ita depulit, nulla usus exceptione. Confidebat enim futurum ut vel sola Arsenii viventis præsentia calumniatores stupore percelleret.

### ΚΕΦΑΛ. ΛΑʹ.

*Ὅτι τὰς ἐπὶ τῇ δευτέρᾳ κατηγορίᾳ ἀπολογίας Ἀθανασίου μὴ καταδεξαμένων τῶν ἐπισκόπων, Ἀθανάσιος πρὸς τὸν βασιλέα ἀνέδραμεν.*

Ἐπὶ δὲ ταῖς κατὰ Μακαρίου συκοφαντίαις, ταῖς νομικαῖς ἐχρήσατο παραγραφαῖς. Καὶ πρῶτον μὲν τοὺς περὶ Εὐσέβιον ὡς ἐχθροὺς παρεγράφετο, φάσκων μὴ δεῖν ἐπὶ ἀντιδίκων κρίνεσθαι· ἔπειτα δὲ καὶ δείκνυσθαι, εἰ ὁ κατήγορος Ἰσχύρας ἀληθῶς πρεσβυτέρου ἔχει ἀξίαν. Οὕτω γὰρ καὶ ἐν τῇ κατηγορίᾳ ἐγέγραπτο. Ἐπεὶ δὲ τούτων οὐδένα λόγον οἱ κριταὶ προσεδέξαντο, εἰσήχθη μὲν ἡ κατὰ Μακαρίου δίκη. Ἀτονησάντων δὲ τῶν κατηγόρων, ὑπέρθεσιν ἐλάμβανεν ἡ ἀκρόασις, ἐφ' ᾧ παραγενέσθαι εἰς τὸν Μαρεώτην τινὰς, ἵνα ἐπὶ τῶν τόπων ζητηθῇ τὰ ἀμφίβολα. Ὡς δὲ Ἀθανάσιος πεμπομένους εἶδεν οὓς παρεγράψατο· ἐπέμπετο γὰρ Θέογνις, Μαρὶς, Θεόδωρος,

### CAP. XXXI.

*Quomodo Athanasius ad imp. confugerit, cum episcopi defensionem ipsius in secunda accusatione non admisissent.*

In refellendis vero accusationibus quæ contra Macarium fuerant intentatæ, legitimis usus est exceptionibus. Ac primum quidem, Eusebium et socios tanquam inimicos rejecit, cum diceret non debere quemquam ab adversariis judicari; deinde vero, prius probandum esse dixit, quod accusator Ischyras presbyteri dignitatem revera adeptus esset. Ita enim scriptum erat in accusationis libello. Sed cum judices harum exceptionum nullam rationem haberent, Macarii causa introducta est. Cum vero D accusatores languescerent ac prope jam deficerent, dilata est causæ cognitio, donec in Mareotem quidam missi, de omnibus controversiis illic inquisi-

### VALESII ANNOTATIONES.

(45) *Οἱ δὲ λοιποί.* Mallem scribere οἱ γὰρ λοιποί, etc., quam lectionem in versione mea sum secutus.

(46) *Ἀχαὰβ δὲ ὁ καὶ Ἰωάννης.* Apud Athanasium in Apologetico II, pag. 783 : Ἀρχὰφ ὁ καὶ Ἰωάννης. Sed et in epistola Alexandri Thessalonicensis episcopi ad Athanasium Arcaph dicitur. Duplici igitur nomine appellatus est. Et Arcaph quidem ab Ægyptiis patrio vocabulo dicebatur ; Joannes vero monasticum ejus nomen fuit. Fuit autem episcopus partis Melitii apud Memphin. Eique mandatum esse a Constantino scribit Athanasius, ut cum archiepiscopo suo concordaret. Intelligit autem Athanasius litteras Constantini ad Joannem.

Digitized by Google

vissent. Porro Athanasius, cum eos ipsos mitti videret quos rejecerat: missi enim erant Theognis, Maris, Theodorus, Macedonius, Valens et Ursacius: exclamavit fraudem insidiasque esse ea quæ gerebantur; iniquum enim esse ut Macarius quidem presbyter in vinculis detineretur; accusator vero una cum judicibus ejus inimicis proficisceretur, quo scilicet ex una tantum parte monumenta fierent actorum. Hæc vociferatus Athanasius, et tum episcopos omnes qui in concilio aderant, tum Dionysium ex consulari contestatus, cum nemo esset qui ipsi attenderet, clam se inde subduxit. Cæterum qui in Marcotem missi fuerant, ex una tantum parte confectis actis, quasi verissima essent quæ accusator detulerat, Tyrum reversi sunt.

A Μακεδόνιος, Οὐάλης, Οὐρσάκιος· ἐβόα σκευωρίαν εἶναι καὶ δόλον τὰ γινόμενα· οὐδὲ γὰρ δίκαιον εἶναι, Μακάριον μὲν τὸν πρεσβύτερον ἐν δεσμοῖς εἶναι, τὸν δὲ κατήγορον ἅμα τοῖς ἐχθροῖς δικασταῖς εἶναι (47), ἐφ' ᾧ τε ἐκ μονομεροῦς πρᾶξιν ὑπομνημάτων ποιήσασθαι. Ταῦτα βοῶντος τοῦ Ἀθανασίου, καὶ διαμαρτυρομένου τό τε κοινὸν τῆς συνόδου, καὶ τὸν ἀπὸ ὑπατικῶν Διονύσιον, καὶ ὡς οὐδεὶς αὐτοῦ λόγον ἐποιεῖτο (48), διαλαθὼν ἀνεχώρησεν. Οἱ μὲν οὖν ἀποσταλέντες εἰς τὸν Μαρεώτην, ἐκ μονομεροῦς ὑπομνήματα ποιήσαντες, ὡς ἀληθῶς γενομένων, ἃ ὁ κατήγορος ἔλεγεν, εἶχον (49).

## 68 CAP. XXXII.

*Quomodo Athanasius, cum discessisset, synodali sententia depositus est.*

Et Athanasius quidem discedens, recta ad imperatorem se contulit. Synodus vero primo quidem absentem condemnavit, eo quod judicium deseruisset. Postquam vero etiam acta quæ in Mareote confecta fuerant accessere, depositionis sententiam adversus eum tulerunt, multis eum probris onerantes in depositionis libello; de eo vero quod calumniatores in accusatione cædis Arsenii turpiter victi fuissent, prorsus reticentes. Arsenius vero qui occisus dicebatur, ab illis susceptus est. Qui prius quidem Melitianorum sectæ fuerat episcopus; tunc vero tanquam Hypselitarum urbis episcopus, depositioni Athanasii subscripsit. Atque ita, quod mirabile est, is qui interfectus ab Athanasio dicebatur, vivus deposuit Athanasium.

B

## ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

*Ὅτι Ἀθανασίου ἀναχωρήσαντος, οἱ τῆς συνόδου καθαίρεσιν αὐτοῦ ἐψηφίσαντο.*

Καὶ Ἀθανάσιος μὲν ἀναχωρήσας, πρὸς τὸν βασιλέα ἀνέδραμεν. Ἡ σύνοδος δὲ, πρῶτον μὲν ἐρήμην αὐτοῦ κατεδιῄτησεν. Ὡς δὲ καὶ τὰ ἐν τῷ Μαρεώτῃ πεπραγμένα συνέφθασε, καθαίρεσιν ἐψηφίσαντο ¶ πολλὰ ἐν τοῖς καθαιρετικοῖς (50) αὐτὸν λοιδορήσαντες, καὶ τῆς ἐπὶ τῷ φόνῳ κατηγορίας τῶν συκοφαντῶν τὴν ἧτταν ἀποσιγήσαντες. Ἐδέξαντο δὲ καὶ αὐτὸν Ἀρσένιον, τὸν ἀνῃρῆσθαι λεγόμενον. Ὃς πρότερον μὲν τῆς Μελιτιανῶν θρησκείας ἐπίσκοπος ἦν· τότε δὲ εἰς τὴν κατὰ Ἀθανασίου καθαίρεσιν, ὡς τῆς Ὑψηλοπολιτῶν πόλεως (51) ἐπίσκοπος καθυπέγραψε. Καὶ τὸ παράδοξον, ὁ λεγόμενος ἀνῃρῆσθαι ὑπὸ Ἀθανασίου, ζῶν C καθαιρεῖ τὸν Ἀθανάσιον.

## CAP. XXXIII.

*Quomodo synodus relicta Tyro venit Hierosolymam: atque illic celebratis encæniis novæ Hierusalem, Arium in communionem recepit.*

Interea imperatoris afferuntur litteræ, quibus jubebatur ut synodus ad novam Hierusalem quamprimum se conferret. Statim igitur relicta Tyro Hierosolymam profecti sunt. Ubi cum solemne festum ob dedicationem locorum celebrassent, Arium qui-

## ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'.

*Ὅπως ἡ σύνοδος ἀπὸ τῆς Τύρου ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα παραγέγονε, καὶ τὰ ἐγκαίνια ποιησαμένη τῆς νέας Ἱερουσαλὴμ, τοὺς περὶ Ἄρειον εἰς κοινωνίαν ἐδέξατο.*

Παρῆν δὲ εὐθὺς γράμματα τοῦ βασιλέως, σημαίνοντα ἐπὶ τὴν νέαν Ἱερουσαλὴμ σπεύδειν τὴν σύνοδον. Εὐθύς τε ὡς εἶχον, ἐκ τῆς Τύρου σπουδαίως ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα ἐπορεύοντο. Πάνδημον δὲ ποιήσαντες ἑορτὴν ἐπὶ τῇ καθιερώσει τῶν τόπων, Ἄρειον μὲν

## VALESII ANNOTATIONES.

(47) Ἅμα τοῖς ἐχθροῖς δικασταῖς εἶναι. In codice Leonis Allatii scriptum est, ἅμα τοῖς ἐχθροῖς ἀπιέναι, quod magis placet.

(48) *Καὶ ὡς οὐδεὶς αὐτοῦ λόγον ἐποιεῖτο.* Delenda est particula καὶ, utpote superflua.

(49) Ἃ ὁ κατήγορος ἔλεγεν, εἶχον. Hic locus mutilus est, ut nemo non videt; quem ita supplere possumus, si pro εἶχον scribamus εἴχοντο τῆς ἐπανόδου.

(50) *Πολλὰ ἐν τοῖς καθαιρετικοῖς.* Musculus et Christophorsonus τὰ καθαιρετικά, depositionis causas interpretantur. Nam Musculus quidem ita vertit, *ac multa probra inter depositionis causas referunt.* Christophorsonus vero, *multa probra in causis abdicationis referendis contumeliose objiciuntur.* Ego vero D libellum depositionis his verbis intelligi censeo, sive epistolam synodalem de condemnatione ac depositione Athanasii. Eadem voce utitur Socrates in libro secundo cap. 1. Quod si quis harum epistolarum exemplum legere desiderat, exstat epistola synodica concilii Antiocheni de depositione Pauli Samosatensis, epistola item synodica Sardicensis concilii de Gregorii Alexandrini, Valentis et Ursacii, aliorumque Arianorum antistitum depositione.

(51) *Ὡς τῆς Ὑψηλοπολιτῶν πόλεως*, etc. Apud Athanasium rectius legitur Ὑψηλιτῶν πόλεως, ut supra monuimus. Stephanus *De urbibus* Ὕψελιν vicum Ægypti esse dicit, ejusque incolas Ὑψελίτας vocari.

## VARIORUM.

¶ *Καθαίρεσιν ἐψηφίσαντο.* De iniquitate hujus depositionis vide Athanasii Apologiam contra Arianos, p. 137.

Digitized by Google

καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ἐδέξαντο (52), τοῖς βασιλέως A γράμμασι πειθαρχεῖν λέγοντες, δι' ὧν δεδηλώκει αὐτοῖς, πεπεῖσθαι περὶ τῆς πίστεως Ἀρείου καὶ Εὐζωΐου. Ἔγραφον δὲ καὶ τῇ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ, ὡς παντὸς ἐξορισθέντος φθόνου, ἐν εἰρήνῃ τὰ τῆς Ἐκκλησίας καθέστηκε πράγματα· καὶ ὅτι Ἄρειος ἐκ μετανοίας ἐπιγνοὺς τὴν ἀλήθειαν, ὡς λοιπὸν τῆς Ἐκκλησίας ὤν, δικαίως καὶ λοιπὸν παρ' αὐτῶν προσδεχθεὶς (53), καὶ ἐξορισθέντα τὸν Ἀθανάσιον αἰνιττόμενοι (54). Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῷ βασιλεῖ τὰ περὶ τῶν αὐτῶν γνώριμα καθίστων. Ταῦτα δὴ τῶν ἐπισκόπων διατεθέντων, ἐπικαταλαμβάνει ἕτερα τοῦ βασιλέως γράμματα, σημαίνοντα Ἀθανάσιον μὲν ἀναδεδραμηκέναι πρὸς αὐτόν [a]· αὐτοὺς δὲ ἀναγκαῖον εἶναι δι' αὐτὸν παραγενέσθαι ἐν Κωνσταντίνου πόλει. Ἔστι δὲ τὰ ἐπικαταλαβόντα γράμματα τοῦ βασιλέως B τάδε.

dem una cum sociis in communionem recipiunt, 69 obtemperare se dicentes imperatoris litteris, quibus certiores ipsos fecerat, fidem se Arii et Euzoii penitus perspectam habere. Ad Alexandrinam autem Ecclesiam scripserunt, omni jam exturbato livore, res Ecclesiæ in summa pace ac tranquillitate esse constitutas; et Arium, quippe qui pœnitentia ductus veritatem agnoverit, deinceps tanquam Ecclesiæ filium jure merito ab ipsis quoque suscipiendum esse. Athanasium vero episcopatu depulsum esse, obscure significarunt, cum dicerent livorem omnem exturbatum fuisse. Sed et imperatorem iisdem de rebus certiorem fecerunt. Dum hæc ab episcopis geruntur, supervenerunt aliæ imperatoris litteræ, quibus significabat, Athanasium quidem ad se confugisse; ipsos vero ad causam dicendam Constantinopolim venire oportere. Imperatoris autem litteræ sunt hujusmodi.

## VALESII ANNOTATIONES.

(52) *Ἄρειον μὲν καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ἐδέξαντο*. Apud Athanasium in Apologia secunda adversus Arianos, et in libro De synodis Arimini et Seleuciæ, refertur epistola Synodica concilii Hierosolymitani, in qua episcopi qui ad dedicationem basilicæ Constantinianæ illic convenerant, testantur se in communionem suscepisse τοὺς περὶ Ἄρειον: idque ex mandato imperatoris, qui per litteras ipsis significaverat se rectam eorum hominum fidem cognovisse, tum ex viva ipsorum voce, tum ex libello fidei ab iisdem porrecto. Quem quidem libellum Constantinus litteris suis subjecerat. Intelligit C autem libellum illum fidei quem Arius et Euzoius Constantino obtulerant: quem supra retulit Socrates, et quem refert Sozomenus in libro II, cap. 27. Nam cum Arius libellum fidei Constantino obtulisset, Constantinus credens ejus doctrinam cum Nicæna fide consentire, ipse quidem hac de re judicare noluit; sed eum ad examen concilii Hierosolymitani remisit, ut scribit Rufinus in libro decimo, et Sozomenus. Athanasius quoque in libro De synodis diserte scribit Arium ejusque socios in communionem receptos esse a synodo Hierosolymitana: verba ejus hæc sunt: καὶ μετὰ τὸ ἐξορισθῆναι τὸν ἐπίσκοπον τῆς Ἀλεξανδρείας Ἀθανάσιον, γράφοντες δεῖν δεχθῆναι Ἄρειον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, etc. Verum ego non Arium illum hæresiarchem, sed alterum Arium ei cognominem, qui ab Alexandro Alexandriæ episcopo una cum Ario signifero suo damnatus fuerat, hic intelligendum puto. Arius enim hæresiarches diu ante synodum Hierosolymitanam e vivis excesserat [r], ut certissimis argumentis probavi in libro secundo Observationum ecclesiasticarum, capite 2. Proinde Arius ille qui una cum Euzoio libellum fidei suæ obtulit Constantino, alius est ab Ario hæresiarcha. Quod quidem alio quoque argumento ostendi potest. Hic Arius, qui cum Euzoio libellum obtulit Constantino, ante synodum Hierosolymitanam, id est, ante annum Christi 335, nondum restitutus fuerat, nec Ecclesiæ catholicæ sociatus: petit enim a principe in supradicto libello, ut per ejus pietatem, sublatis cunctis altercationibus, uniatur Ecclesiæ catholicæ. Atqui Arius hæresiarches diu antea revocatus ab exsilio, et ad communionem admissus fuerat, ut testatur libellus satisfactionis Eusebii ac Theognii. Ibi enim Eusebius ac Theognius diserte scribunt ipsum auctorem totius controversiæ, Arium videlicet, data satisfactione in integrum restitutum esse. Eusebius porro ac Theognius eum libellum miserunt episcopis anno Christi 328, ut supra ostendi. Arius igitur hæresiarches ejusdem anni exordio revocatus fuerit necesse est.

(53) *Καὶ λοιπὸν παρ' αὐτῶν προσδεχθείς*. Delenda est vox λοιπόν, quæ ex superiori versu male repetita est, et pro προσδεχθεὶς legendum προσδεχθείη.

(54) *Καὶ ἐξορισθέντα τὸν Ἀθανάσιον αἰνιττόμενοι*. Locus mutilus, cujus sensum facilius est assequi quam verba corrigere. Vult igitur dicere Socrates episcopos in epistola synodica subindicare Athanasium, cum dicunt: πάντα μὲν ἐξορίσας τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ φθόνον, καὶ πᾶσαν μακρὰν ἀπελάσας βασκανίαν, etc. D

## VARIORUM.

[r] Scio quidem cl. virum Henr. Valesium affirmare Arium ante aliquot jam annos obiisse, adeoque illum qui anno 335 in synodo Hierosolymitana una cum Euzoio ad Ecclesiæ pacem admissus est, non fuisse nostrum, sed alterum Arium, hæresiarchæ asseclam. Verum hæc omnia pene gratis dicta sunt, non nisi levibus duntaxat conjecturis, nullo veterum testimonio diserte nixa; et in historia ecclesiastica hospes plane sit oportet qui nesciat veteres unanimi consensu hæc omnia ad nostrum Arium unice referre. (Guil. Cave in *Ario*.) Cum Athanasius, qui nullibi duos Arios memorat, in libro De synodis tradat Arium anno 336, se jam exsule, in vivis fuisse, manifesto hic hallucinatur Valesius. (Vide plura de hac re apud Ant. Pagi ad ann. 340, n. 16, etc.) Translata est autem synodus, eodem auctore, ab urbe Tyro Hierosolymam, anno Chr. 335.

[a] *Ἀθανάσιον μὲν ἀναδεδραμηκέναι πρὸς αὐτόν*. Sic ipse Athanasius *Apolog. contra Arianos*, pag. 201: Ἡμεῖς δὲ ἀνελθόντες ἐδείξαμεν βασιλεῖ τὰς ἀδικίας τῶν περὶ Εὐσέβιον, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἦν ὁ τὴν σύνοδον γενέσθαι κελεύσας, καὶ κόμης αὐτοῦ καθηγεῖτο ταύτης, etc. *Nos autem imperatorem adeuntes, injurias ab Eusebianis illatas ipsi renuntiavimus, utpote qui synodum cogi jussisset, cui præsidebat ejus comes. Iis auditis ille, graviter commotus, has scripsit litteras.*

Digitized by Google

## CAP. XXXIV.

*Quod imperator synodum ad se per litteras evocavit, ut Athanasii causa coram se diligentius spectaretur*

*Victor Constantinus, Maximus, Augustus, episcopis qui in urbe Tyro convenerunt.*

Quæ a vestro concilio per tumultum ac tempestatem judicata sint, equidem nescio. Videtur tamen per turbulentam quamdam concitationem veritas esse labefactata; dum scilicet ob mutuam inter vos contentionem, quam invictam atque insuperabilem esse vultis, nec veritatem, nec ea quæ Deo grata sunt, consideratis. Sed faciet divina Providentia, ut contentionis hujus mala manifeste deprehensa penitus dissipentur; utque nobis planum fiat, quantum vos qui in unum convenistis, veritatis curam gesseritis, et an judicia vestra citra gratiam et odium cujusquam a vobis prolata sint. Vos igitur universos ad nostram pietatem propere oportet accedere, ut eorum quæ gesta sunt a vobis, rationem per vosmetipsos accurate reddatis. Porro quid causæ sit cur hæc ad vos scribenda putaverim, vosque ad me per has litteras accersam, ex iis quæ sequuntur intelligetis. Ingredienti mihi cognominem et omnino beatam patriam meam Constantinopolim, **70** sedebam autem tunc in equo, subito Athanasius episcopus cum quibusdam sacri ordinis viris quos circa se habebat, adeo inexspectatus occurrit, ut nos stupore quodam percelleret Testis enim est mihi omnium inspector Deus, me primo aspectu quisnam esset non potuisse cognoscere, nisi quidam nostrorum, et quis esset, et quam pertulisset injuriam, nobis sciscitantibus, ut par erat, indicavissent. Atque ego quidem id temporis nec sermonem cum eo, nec congressum ullum habui. Cum autem ille ut audiretur flagitaret, idque ego recusarem, ac propemodum juberem eum submoveri, ille majore cum fiducia nihil amplius se postulare dixit, quam ut vos hic adessetis; quo vobis præsentibus, ea quæ perpessus est, necessitate coactus, posset deplorare. Quod cum mihi æquum in primis et temporibus nostris congruum esse videatur, hæc ad vos libenti animo scribenda curavi, ut omnes qui ad concilium in civitate Tyro convenistis, ad comitatum clementiæ nostræ absque ulla dilatione properetis, integritatem ac sinceritatem judicii vestri rebus ipsis ostensuri, idque coram me, quem sincerum esse famulum Dei, ne vos quidem ipsi inficiari potestis. Certe per meum erga divinum numen obsequium ac ministerium, ubique terrarum pax viget : ipsis etiam barbaris

A

## ΚΕΦΑΛ. ΛΔ'.

*Ὅτι ὁ βασιλεὺς τὴν σύνοδον ἐκάλει πρὸς ἑαυτὸν δι' ἐπιστολῆς, ἵν' ἐπὶ ἑαυτοῦ τὰ κατὰ Ἀθανάσιον ἀκριβῶς ἐξετασθῇ.*

*Νικητὴς Κωνσταντῖνος, Μέγιστος, Σεβαστὸς, τοῖς ἐν Τύρῳ συνελθοῦσιν ἐπισκόποις.*

Ἐγὼ μὲν ἀγνοῶ [t], τίνα ἐστὶ τὰ ὑπὸ τῆς ὑμετέρας συνόδου μετὰ θορύβου καὶ χειμῶνος κριθέντα. Δοκεῖ δέ πως ὑπό τινος ταραχώδους ἀταξίας ἡ ἀλήθεια διεστράφθαι, ὑμῶν δηλαδὴ διὰ τὴν πρὸς τὸν πλησίον ἐρεσχελίαν, ἣν ἀήττητον εἶναι βούλεσθε, τὰ τῷ Θεῷ ἀρέσκοντα μὴ συνορώντων. Ἀλλ' ἔσται τῆς θείας Προνοίας ἔργον, καὶ τὰ τῆς φιλονεικίας ταύτης κακὰ φανερῶς ἁλόντα διασκεδάσαι· καὶ ἡμῖν διαῤῥήδην, εἴ τινα τῆς ἀληθείας αὐτοὶ οἱ συνελθόντες ἐποιήσασθε φροντίδα, καὶ εἰ τὰ κεκριμένα χωρίς τινος χάριτος B καὶ ἀπεχθείας ἐκρίνατε, φανερῶσαι. Τοιγαροῦν ἠπειγμένως πάντας ὑμᾶς πρὸς τὴν ἐμὴν εὐσέβειαν ἀνελθεῖν δεῖ, ἵνα τὴν τῶν πεπραγμένων ὑμῖν ἀκρίβειαν δι' ὑμῶν αὐτῶν παραστήσητε. Τίνος δὲ ἕνεκεν ταῦτα γράψαι πρὸς ὑμᾶς ἐδικαίωσα, καὶ ὑμᾶς πρὸς ἐμαυτὸν διὰ τοῦ γράμματος καλῶ, ἐκ τῶν ἑπομένων γνώσεσθε. Ἐπιβαίνοντί μοι λοιπὸν τῆς ἐπωνύμου ἡμῶν καὶ πανευδαίμονος πατρίδος, τῆς Κωνσταντίνου πόλεως· συνέβαινε δὲ τηνικαῦτα ἐφ' ἵππου με ὀχεῖσθαι· ἐξαίφνης Ἀθανάσιος ὁ ἐπίσκοπος ἐν μέσῳ τῆς λεωφόρου, μετὰ ἱερῶν τινων (55), οὓς περὶ αὐτὸν εἶχεν, ἀπροσδοκήτως οὕτω προσῆλθεν, ὡς καὶ παρασχεῖν ἐκπλήξεως ἀφορμήν. Μαρτυρεῖ γάρ μοι ὁ πάντων ἔφορος Θεὸς, ὡς οὐδὲ ἐπιγνῶναι αὐτὸν ὅστις ἦν παρὰ C τὴν πρώτην ὄψιν ἐδυνήθην, εἰ μὴ τῶν ἡμετέρων τινὲς, καὶ ὅστις ἦν, καὶ τὴν ἀδικίαν ἣν πέπονθε, διηγήσασθαι, πυνθανομένοις, ὥσπερ εἰκὸς, ἀνήγγειλαν ἡμῖν. Ἐγὼ μὲν οὖν οὔτε διελέχθην αὐτῷ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, οὔτε ὁμιλίας ἐκοινώνησα. Ὡς δὲ ἐκεῖνος μὲν ἀκουσθῆναι ἠξίου, ἐγὼ δὲ παρῃτούμην, καὶ μικροῦ δεῖν ἀπελαύνειν αὐτὸν ἐκέλευον, μετὰ πλείονος παῤῥησίας, οὐδὲν ἕτερον παρ' ἡμῶν ἢ τὴν ὑμετέραν ἄφιξιν ἠξίωσεν ὑπάρξαι, ἵνα ὑμῶν παρόντων, ἃ πέπονθεν ἀναγκαίως ἀποδύρασθαι δυνηθῇ. Ὅθεν ἐπειδὴ εὔλογόν μοι εἶναι φαίνεται, καὶ τοῖς καιροῖς πρέπον καταφαίνεται, ἀσμένως ταῦτα γραφῆναι πρὸς ὑμᾶς προσέταξα, ἵνα πάντες ὅσοι τὴν σύνοδον τὴν ἐν Τύρῳ γενομένην ἀνεπληρώσατε, ἀνυπερθέτως εἰς τὸ στρατόπεδον τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἐπειχθῆτε, τοῖς ἔργοις D αὐτοῖς ἐπιδείξοντες τὸ τῆς ὑμετέρας κρίσεως καθαρόν τε καὶ ἀδιάστροφον, ἐπ' ἐμοῦ δηλαδὴ (56), ὃν τοῦ Θεοῦ γνήσιον εἶναι θεράποντα οὐδ' ἂν ὑμεῖς ἀρνηθείητε. Τοιγαροῦν διὰ τῆς ἐμῆς πρὸς τὸν Θεὸν λατρείας [u] τὰ πανταχοῦ εἰρηνεύεται, καὶ ὑπὸ τῶν Βαρ-

### VALESII ANNOTATIONES.

(55) *Μετὰ ἱερῶν τινων.* Apud Athanasium in Apologia secunda adversus Arianos, ubi Constantini refertur epistola, scriptum est μεθ' ἑτέρων τινῶν. Sed vulgatam scripturam tuetur Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit : *Repente Athanasius episcopus in media platea cum quibusdam sacerdotibus, quos circa se habebat, sic inopinate nos adiit*, etc.

(56) *Ὑπ' ἐμοῦ δηλαδή.* Scribendum est ἐπ' ἐμοῦ, ut legitur in codice Allatii et apud Athanasium.

### VARIORUM.

[t] *Ἐγὼ μὲν ἀγνοῶ.* Hanc epistolam integram referunt Athanasius *Apolog. contra Arianos*, p. 201; Sozom., lib. II, cap, 28; Niceph. lib. VIII, cap. 50; Historia Tripartita, lib. III, cap. 7.

[u] *Τοιγαροῦν διὰ τῆς ἐμῆς πρὸς τὸν Θεὸν λατρείας.* Epiphanius Scholasticus totum hunc locum

Digitized by Google

βάρων αὐτῶν (57) τὸ τοῦ Θεοῦ ὄνομα γνησίως εὐλογούμενον, οἳ μέχρι νῦν τὴν ἀλήθειαν ἠγνόουν. Δῆλον δὲ ὅτι ὁ τὴν ἀλήθειαν ἀγνοῶν, οὐδὲ τὸν Θεὸν ἐπιγινώσκει. Πλὴν ὅμως, καθὰ προείρηται, καὶ οἱ βάρβαροι δι' ἐμὲ τὸν τοῦ Θεοῦ θεράποντα γνήσιον, ἐπέγνωσαν τὸν Θεὸν, καὶ εὐλαβεῖσθαι μεμαθήκασιν, ὃν ὑπερασπίζειν μου πανταχοῦ καὶ προνοεῖσθαι, τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ᾔσθοντο· ὅθεν μάλιστα καὶ ἴσασι τὸν Θεὸν, ὃν ἐκεῖνοι μὲν διὰ τὸν πρὸς ἡμᾶς φόβον εὐλαβοῦνται. Ἡμεῖς δὲ οἱ τὰ ἅγια μυστήρια τῆς Ἐκκλησίας (58) αὐτοῦ δοκοῦντες προβάλλεσθαι· οὐ γὰρ εἴποιμι φυλάττειν· ἡμεῖς, φημὶ, οὐδὲν πράττομεν, ἢ τὰ πρὸς διχόνοιαν καὶ μῖσος συντείνοντα, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰ πρὸς ὄλεθρον τοῦ ἀνθρωπίνου γένους συντείνοντα. Ἀλλ' ἐπείχθητε, καθὰ προεῖπον, πρὸς ἡμᾶς πάντες ᾗ τάχος· πεπεισμένοι, ὡς παντὶ σθένει κατορθῶσαι πειρασόμεθα, ὅπως ἐν τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ ταῦτα ἐξαιρέτως ἀδιάπτωτα φυλάττηται, οἷς οὔτε ψόγος, οὔτε κακοδοξία τις δυνήσεται προσπλακῆναι, διασκεδασθέντων δηλαδὴ καὶ συντριβέντων ἄρδην, καὶ παντελῶς ἀφανισθέντων τῶν ἐχθρῶν τοῦ νόμου, οἵτινες ἐπὶ προσχήματι τοῦ ἁγίου ὀνόματος, ποικίλας καὶ διαφόρους βλασφημίας ἐμβάλλουσιν.

A nomen Dei ex animo venerantibus, qui ad hoc usque tempus veritatem ignoraverant. Porro qui veritatem ignorat, is Deum quoque ignoret necesse est. Verumtamen, sicut antea dixi, ipsi etiam barbari mea opera, qui ingenuus sum Dei famulus, Deum jam agnoverunt, eumque venerari didicerunt: cujus providentia me ubique protegi ac servari, rebus ipsis experti sunt. Quæ res præcipue ad notitiam Dei eos induxit. Et illi quidem metu nostri venerantur Deum. Nos vero qui sacrosancta mysteria Ecclesiæ illius præferre videmur, non enim dixerim tueri: nos, inquam, nihil aliud agimus, quam quæ ad discordiam et odium pertinent, et, ut absolute dicam, quæ ad humani generis perniciem tendant. Verum, ut jam dixi, omnes quam celerrime ad nos B accurrite: pro certo habentes me omni ope ac studio perficere conaturum, ut ea quæ sunt legis Dei, integra et inconcussa præcipue serventur, quibus nec probrum, nec infamiæ labes ulla possit aspergi: profligatis videlicet et conculcatis penitusque deletis legis inimicis, qui **71** sub obtentu sacrosancti nominis varias ac multiplices blasphemias ingerunt.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΕ'.

*Ὅτι τῆς συνόδου μὴ ἐλθούσης παρὰ τὸν βασιλέα, οἱ περὶ Εὐσέβιον διέβαλλον Ἀθανάσιον, ὡς ἀπειλήσαντα ἀποστρέφειν τὸν σῖτον ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας τῇ Κωνσταντίνου πόλει χορηγούμενον· ἐφ' οἷς κινηθεὶς ὁ βασιλεὺς, εἰς ἐξορίαν ἐξέπεμψε τὸν Ἀθανάσιον, κελεύσας τὰς Γαλλίας οἰκεῖν.*

C Ταῦτα τὰ γράμματα [y] εἰς ἀγῶνα τοὺς ἐν τῇ συνόδῳ κατέστησε. Καθὸ οἱ μὲν πλείους ἐπὶ τὰς ἑαυτῶν ἐχώρησαν πόλεις. Οἱ δὲ περὶ Εὐσέβιον καὶ Θέογνιν καὶ Μάριν, Πατρόφιλόν τε καὶ Οὐρσάκιον καὶ Οὐάλεντα, εἰς τὴν Κωνσταντίνου πόλιν ἐλθόντες, οὐκέτι περὶ ποτηρίου κατεαγότος ἢ τραπέζης ἢ Ἀρσενίου ἀναιρεθέντος ζήτησιν γενέσθαι συνεχώρησαν· ἀλλ' ἐπὶ ἑτέραν χωροῦσι διαβολὴν, διδάξαντες τὸν βασιλέα, ὡς εἴη Ἀθανάσιος ἀπειλήσας κωλύσειν πεμφθῆναι τὸν σῖτον, τὸν ἐξ ἔθους ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας εἰς τὴν Κωνσταντίνου πόλιν κομιζόμενον· καὶ τούτων λεγομένων παρὰ Ἀθανασίου ἀκηκοέναι Ἀδαμάντιον [x], Ἀνουβίωνα, Ἀρβαθίωνα (59) καὶ Πέτρον τοὺς ἐπι-

## CAP. XXXV.

*Quod cum synodus ad imp. non venisset, Eusebiani Athanasium criminati sunt, quasi minatus esset aversurum se annonam quæ ab urbe Alexandria præbebatur Constantinopoli. Qua re commotus imp. Athanasium in Gallias relegavit.*

Hæ litteræ eos qui in concilio aderant anxios et sollicitos reddiderunt. Quocirca complures quidem ex illis ad proprias civitates reversi sunt. Eusebius vero et Theognis ac Maris atque Patrophilus cum Ursacio et Valente, Constantinopolim profecti, non amplius de calice confracto, nec de mensa subversa, nec de cæde Arsenii inquisitionem fieri permiserunt: sed ad aliam conversi sunt calumniam, imperatori suggerentes comminatum esse Athanasium, prohibiturum se ne annona mitteretur, quæ quotannis ex urbe Alexandria Constantinopolim vehi consueverat: et Adamantium, Anubionem, Arbæthionem ac Petrum episcopos, Athanasium ista

## VALESII ANNOTATIONES.

(57) *Καὶ ὑπὸ τῶν βαρβάρων αὐτῶν.* Iberos forte intelligit, de quorum conversione paulo antea locutus est Socrates.

(58) *Οἱ τὰ ἅγια μυστήρια τῆς Ἐκκλησίας.* In codice Leonis Allatii et apud Athanasium scribitur τῆς εὐμενείας. Atque ita quoque legit Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit hunc locum: *Vos autem qui sancta mysteria ejus clementiæ præferre videmini, non dicam custodire; vos, inquam, nihil agi-* D *tis*, etc. Ex quibus etiam, ut obiter moneam, apparet Epiphanium legisse ὑμεῖς δὲ, quo modo etiam legitur in codice Florentino.

(59) *Ἀρβαθίωνα.* Apud Athanasium in Defensione secunda adversus Arianos scribitur Ἀρβετίωνα. Sed legendum est cum diphthongo Ἀρβαιτίωνα. Est enim nomen Græcum ἀπὸ τοῦ Ἀρβαίτου, eoque nomine vocatus est consul quidam regnante Constantio, ut notavi ad Ammianum Marcellinum.

## VARIORUM.

sic habet: *Igitur ubique pacificatur Dei nomen, et integre benedicitur per meam in Deo culturam, etiam apud ipsos barbaros, qui veritatem hactenus ignorabant.*

[y] *Ταῦτα τὰ γράμματα.* Paulo aliter Athanasius *Apolog. contra Arianos*: Ταῦτα μαθόντες οἱ περὶ Εὐσέβιον, καὶ εἰδότες ἃ πεποιήκασι, τοὺς μὲν ἄλλους ἐπισκόπους ἐκώλυσαν ἀνελθεῖν, αὐτοὶ δὲ μόνοι, Εὐσέβιος, Θεόγνιος, Πατρόφιλος, ἕτερος Εὐσέβιος, καὶ Οὐρσάκιος, καὶ Οὐάλης ἀνελθόντες, οὐκέτι περὶ ποτηρίου, etc.

[x] *Ἀδαμάντιον*, etc. Errat Socrates, qui hos epi-

dicentem audiisse. Enimvero maximam vim habet calumnia, ubi fide dignus habetur calumniator. Hac ratione circumventus imperator, et ad indignationem provocatus, Athanasium in exsilium relegavit, et Gallias incolere præcepit. Sunt qui dicant imperatorem eo consilio istud egisse, ut Ecclesia ad unitatem et concordiam revocaretur, quandoquidem Athanasius communicare cum Ario ejusque sectatoribus prorsus recusabat. Sed ille quidem in urbe Galliæ Treveris commoratus est.

A σκόπους. Ἀλλὰ γὰρ ἰσχύει διαβολὴ (60), ὅταν ὁ διαβάλλων ἀξιόπιστος ᾖ. Τούτῳ γὰρ συναρπαγεὶς ὁ βασιλεὺς, καὶ εἰς θυμὸν ἀχθεὶς, ἐξορίᾳ ὑποβάλλει τὸν Ἀθανάσιον [y], τὰς Γαλλίας κελεύσας οἰκεῖν. Φασὶ δέ τινες τοῦτο πεποιηκέναι τὸν βασιλέα, σκοπῷ τοῦ ἑνωθῆναι τὴν Ἐκκλησίαν, ἐπειδὴ Ἀθανάσιος πάντη κοινωνῆσαι τοῖς περὶ Ἄρειον ἐξετρέπετο. Ἀλλ' οὗτος μὲν ἐν Τριβέρει τῆς Γαλλίας [z] διήγαγεν.

## 72 CAP. XXXVI.

*De Marcello Ancyræ episcopo, et de Asterio sophista.*

Episcopi vero qui Constantinopoli convenerant, Marcellum quoque episcopum Ancyræ, quæ minoris Galatiæ civitas est, tali de causa deposuerunt: Asterius quidam in Cappadocia artem rhetoricam docens, ea relicta, Christianam religionem profiteri cœpit. Libros etiam scribere aggressus est qui etiamnum habentur, quibus Arii dogma asserebat, Christum dicens esse virtutem Dei eodem modo quo locusta et brucus apud Moysem virtus Dei esse dicitur [11], aliaque his similia. Versabatur autem assidue idem Asterius cum episcopis, ac præcipue cum illis qui opinionem Arii minime rejiciebant. Quin etiam ad synodos frequens ventabat, ad episcopatum cujuspiam civitatis studens arrepere. Verum ille sacerdotium quidem minime est assecutus, eo quod persecutionis tempore sacrificasset. Urbes autem Syriæ peragrans, libros quos composuerat, publice recitabat. Hoc comperto Marcellus, cum adversus eum vellet scribere, nimia contradicendi cupiditate in contrarium errorem delapsus est. Christum enim perinde ac Paulus Samosatensis, nudum hominem

## ΚΕΦΑΛ. ΛϚʹ.

*Περὶ Μαρκέλλου τοῦ Ἀγκύρας καὶ Ἀστερίου τοῦ σοφιστοῦ.*

Οἱ δὲ ἐν Κωνσταντίνου πόλει συναχθέντες ἐπίσκοποι B καὶ Μάρκελλον τὸν Ἀγκύρας τῆς ἐν μικρᾷ Γαλατίᾳ καθεῖλον, δι' αἰτίαν τοιαύτην· Ἀστέριός [a] τις ἐν Καππαδοκίᾳ σοφιστικὴν μετιὼν, τὴν μὲν κατέλειπε· χριστιανίζειν δὲ ἐπηγγέλλετο. Ἐπεχείρει δὲ καὶ λόγους συγγράφειν, οἳ μέχρι νῦν φέρονται, δι' ὧν τὸ Ἀρείου συνίστη δόγμα, τὸν Χριστὸν οὕτω λέγων εἶναι Θεοῦ δύναμιν, ὡς εἴρηται παρὰ Μωϋσῇ τὴν ἀκρίδα καὶ τὴν κάμπην δύναμιν εἶναι Θεοῦ, καὶ ἕτερα τούτοις παραπλήσια. Συνῆν δὲ ὁ Ἀστέριος συνεχῶς καὶ τοῖς ἐπισκόποις, τοῖς μάλιστα τὴν Ἀρειανῶν δόξαν μὴ ἀθετοῦσι. Καὶ δὴ εἰς τὰς συνόδους ἀπήντα, ὑποδῦναι μιᾶς πόλεως ἐπισκοπὴν προθυμούμενος· ἀλλ' ἱερωσύνης μὲν ἠστόχησε, διὰ τὸ ἐπιτεθυκέναι κατὰ τὸν διωγμόν. Περιϊὼν δὲ τὰς ἐν Συρίᾳ πόλεις, οὓς συνέταξε λόγους ἐπεδείκνυτο (61). Ταῦτα γνοὺς C ὁ Μάρκελλος [b], ἀντιπράττειν αὐτῷ βουλόμενος, κατὰ διάμετρον πολὺ (62) εἰς τὸ ἐναντίον ἐξέπεσε. Ψιλὸν γὰρ ἄνθρωπον ὡς ὁ Σαμοσατεὺς ἐτόλμησεν εἰπεῖν τὸν Χριστόν. Ταῦτα γνόντες οἱ τότε ἐν Ἱεροσολύμοις συνελθόντες, Ἀστερίου μὲν οὐδένα λόγον ἐτίθεντο,

[11] Exod. x, 12.

### VALESII ANNOTATIONES.

(60) *Ἀλλὰ γὰρ ἰσχύει διαβολή.* Codex Allatii vocem hic interserit ἀλλὰ γὰρ μέγα ἰσχύει, etc. Quod non displicet. Paulo post mallem legere τούτῳ γοῦν συναρπαγεὶς, etc.

(61) *Οὓς συνέταξε λόγους ἐπεδείκνυτο.* Athanasius in libro De synodis, ait hunc Asterium inter clericos sedentem in ecclesia, libros suos publice recitasse.

(62) *Κατὰ διάμετρον πολύς*, etc. In Sfortiano et Allatiano codice legitur πολύ. Epiphanius autem Scholasticus legisse videtur διὰ τὸ ἄμετρον πολύ. Vertit enim: *Hæc agnoscens Marcellus, contra eum scribere volens, mensuram contrarietatis excessit.* Ubi vides pro ἀντιπράττειν Epiphanium legisse ἀντισυγγράφειν, quo modo etiam in codice Allatii scriptum habetur.

### VARIORUM.

scopos Athanasii accusatores apud imperatorem fuisse refert; cujus errorem secutus est Baronius. Enimvero constat ex eorum Epistola ad Dionysium comitem, Athanas. *Apolog. contra Arianos*, pag. 196, eos Athanasii partibus addictos fuisse. (Cl. monachi Benedictini notis in Athanas. vol. I, pag. 203.)

[y] *Ἐξορίᾳ ὑποβάλλει τὸν Ἀθανάσιον.* Celebratæ hujus synodi Constantinopoli, simulque exsilii Athanasio irrogati tempus deduco ex epistola Constantini Junioris ad populum Alexandrinum (infra lib. II, c. 3), quando Athanasium patriæ restituit, anno Chr. 338. Data enim est Treviris XV Kal. Jul., ut docet Athanasius in *Apolog.* Cum itaque, Theodorito teste, lib. II, cap. 1, post annos duos et menses quatuor Athanasius in suam Ecclesiam remissus fuerit, apparet anno 336, mense circiter Februario, hanc synodum coactam, et Athanasium Constantini M. jussu in Galliam relegatum. (Ant. Pagi ad ann. 336, n. 4.)

[z] *Ἐν Τριβέρει τῆς Γαλλίας.* Treviri, urbs Galliæ Belgicæ, nunc *Trier* incolis et Germanis, *Trèves* D Gallis: cujus archiepiscopus inter octo imperii electores secundum locum obtinet. Urbs est ampla et antiquissima omnium urbium Europæarum; Roma multo antiquior, sed male culta, ad Mosellam fluvium. (BAUDRAND.)

[a] *Ἀστέριος.* Asterius, Christianus factus, Luciani Antiocheni scholam frequentavit; cujus proinde discipulis eum accenset Philostorgius, lib. II, cap. 14. Sub persecutione Maximiani, fide Christi abnegata, diis gentilium immolavit: postea tamen magistro illius pœnitentiam promovente, lapsum suum emendavit. Arianis se adjunxit, ipsi Ario familiaris. Claruit præcipue circa ann. 330, quo circiter tempore edidit famosum illud *Syntagma*, cujus toties meminit Athanasius, in quo palam asseruit, præter Christum aliam esse in Deo Sapientiam, ipsius Christi et mundi conditricem; Filium esse ἕνα τῶν πάντων, πρῶτον δὲ τῶν γενητῶν, *unum ex rerum universitate, rerum licet conditarum primum*, etc. (Cave ad ann. 330, pag. 151.)

[b] *Μάρκελλος.* Marcellus, Ancyræ, quæ Galatiæ

Digitized by Google

ἐπεὶ μηδὲ εἰς τὸν κατάλογον τῶν ἱερέων ἐτέτακτο. Μάρκελλον δὲ ὡς ἱερωμένον, λόγον ἀπῄτουν τοῦ συγγραφέντος αὐτῷ βιβλίου (63). Ὡς δὲ ηὕρισκον αὐτὸν τὰ τοῦ Σαμοσατέως φρονοῦντα, ἐκέλευον αὐτὸν μεταθέσθαι τῆς δόξης. Ὁ δὲ καταισχυνθεὶς, ἐπηγγέλλετο κατακαύσειν τὸ βιβλίον. Ὡς δὲ σπουδῇ διελύθη ὁ τῶν ἐπισκόπων σύλλογος, τοῦ βασιλέως εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν καλοῦντος αὐτοὺς, τότε δὴ τῶν περὶ Εὐσέβιον ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει παρόντων, αὖθις τὰ κατὰ Μάρκελλον ἀνεζητεῖτο. Ὡς δὲ ὁ Μάρκελλος οὐχ ᾑρεῖτο κατακαῦσαι καθὰ ὑπέσχετο τὴν ἄκαιρον συγγραφὴν, οἱ παρόντες τὸν μὲν καθεῖλον, Βασίλειον δὲ ἀντ' αὐτοῦ εἰς τὴν Ἄγκυραν ἔπεμψαν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν τὸ σύγγραμμα Εὐσέβιος ἐν τρισὶ βιβλίοις ἀνέτρεψεν, ἐξελέγξας τὴν κακοδοξίαν αὐτοῦ. Μάρκελλος δὲ ὕστερον ἐν τῇ κατὰ Σαρδικὴν B συνόδῳ τὴν ἐπισκοπὴν ἀνέλαβεν, εἰπὼν μὴ νενοῆσθαι αὐτοῦ τὸ σύγγραμμα, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ Σαμοσατέως δόξαν λαβεῖν. Περὶ μὲν οὖν τούτου κατὰ χώραν ἐροῦμεν.

A esse non dubitavit asserere. Quod cum intellexissent episcopi qui tum Hierosolymis erant congregati, Asterii quidem nullam rationem habuerunt, quippe qui in ordinem sacerdotum ascriptus non esset. A Marcello vero, utpote sacerdote, exegerunt ut libri a se conscripti rationem redderet. Cumque deprehendissent illum Pauli Samosatensis errore implicatum esse, jusserunt ut mutaret sententiam. Ille pudore suffusus, librum suum se combusturum promisit. Verum concilio cum festinatione dimisso, eo quod imperator episcopos Constantinopolim evocavisset, cum Eusebiani Constantinopolim venissent, Marcelli causa iterum discussa est. Et **73** cum ille improbum librum, sicut antea promiserat, comburere recusaret, episcopi qui aderant ipsum quidem deposuerunt, Basilium vero ejus loco Ancyram miserunt. Porro hunc Marcelli librum Eusebius tribus voluminibus confutavit, pravam illius opinionem coarguens. Marcellus vero postmodum in synodo Sardicensi episcopatum recuperavit, cum diceret librum suum non recte intellectum fuisse, atque idcirco se in suspicionem venisse, quasi idem cum Paulo Samosateno sentiret. Verum hac de re dicemus suo loco.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΖ'.

*Ὅπως Ἄρειος μετὰ τὴν Ἀθανασίου ἐξορίαν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας ὑπὸ τοῦ βασιλέως μεταπεμφθεὶς, ταραχὰς ἐκίνησεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ ἐπισκόπῳ Κωνσταντίνου πόλεως.*

Τριακοστὸν δὲ ἔτος τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τούτων γινομένων ἐπληροῦτο. Καὶ Ἄρειος σὺν τοῖς περὶ αὐτὸν (64) καταλαβὼν τὴν Ἀλεξάνδρειαν, αὖθις ὅλην ἐτάραττε, τοῦ Ἀλεξανδρέων λαοῦ δυσφοροῦντος, ἐπί τε τῇ Ἀρείου καθόδῳ καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν, καὶ ὅτι ὁ ἐπίσκοπος αὐτῶν Ἀθανάσιος εἰς ἐξορίαν C ἀπέσταλτο. Ὡς δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπυνθάνετο διεστράφθαι τὴν Ἀρείου γνώμην, μετάπεμπτον αὖθις εἰς τὴν Κωνσταντίνου πόλιν ἥκειν αὐτὸν ἐκέλευσε, λόγον δώσοντα ὧν αὖθις ἀνακινεῖν ἐπεχείρει. Ἐτύγχανε δὲ τότε τῆς ἐν Κωνσταντίνου πόλει προεστὼς Ἀλέξανδρος Ἐκκλησίας, Μητροφάνην πάλαι διαδεξάμενος. Τοῦτον τὸν ἄνδρα θεοφιλῆ ὄντα, ἡ πρὸς Ἄρειον τότε

## CAP. XXXVII.

*Quomodo post exsilium Athanasii Arius ab imp. Constantinopolim evocatus turbas excitavit adversus Alexandrum CP. episcopum.*

Dum hæc geruntur, tricesimus complebatur annus imperii Constantini. Et Arius quidem una cum sectatoribus erroris sui Alexandriam reversus, totam denuo civitatem perturbavit, cum Alexandrinorum populus et Arii reditum cum sociis, et episcopi sui Athanasii exsilium moleste ferret. Imperator vero cum perversam esse Arii mentem accepisset, cum rursus Constantinopolim evocavit, rationem reddituram turbarum ac seditionum quas denuo concitare aggressus esset. Præsidebat tunc Constantinopolitanæ Ecclesiæ Alexander, qui jampridem Metrophani successerat. Hunc virum Deo acceptum fuisse, ex certamine quod illi fuit cum

## VALESII ANNOTATIONES.

(63) *Τοῦ συγγραφέντος αὐτῷ βιβλίου.* Liber ille Marcelli inscriptus erat, *De subjectione Christi*, ut docet Hilarius in fragmento libri De synodis.

(64) *Καὶ Ἄρειος σὺν τοῖς περὶ αὐτόν,* etc. Hic Socrates Rufinum auctorem secutus est, qui Arium post synodum Hierosolymitanam reversum esse scribit Alexandriam, ac paulo post, cum artes ejus nihil illic proficerent, Constantinopolim ab Eusebio esse revocatum. Sed hæc omnia falsa sunt, ut supra monui, cum Arius diu ante synodum Hierosolymitanam vivere desierit.

## VARIORUM.

metropolis est, episcopus, concilio Ancyrano, anno 315 habito, præfuit, si qua fides libello synodico quem Pappus edidit; cui fere in hac parte subscriptiones hujus synodi suffragantur: utcunque, certum est sanctæ synodo Nicænæ illum interfuisse, in qua pro fide catholica adversus Arianos strenue disputavit. Postea vero, dum impia Asterii sophistæ scripta vehementius refelleret, in contrariam Sabellii, ac perinde Pauli Samosateni hæresin incautus impegit; docens Filium esse λόγον προφορικὸν, *verbum prolatitium*, nec aliam esse a Patre personam, ἓν δὲ καὶ ταὐτὸν εἶναι τῷ Θεῷ, *unum atque idem cum Deo esse*, quemadmodum et huma- D num verbum unum atque idem est cum homine, non potestate, aut hypostasi, nec aliter omnino separabile, quam solius operationis effectu, etc. Hic diu inter Catholicos delituit, et Sabelliani dogmatis accusatus, hoc se telo defendit, quod communione Julii, episcopi Romani, ad quem exsul confugerat, fefelleratque, munitus esset. Tandem larva detracta, hæretici notam ab omnibus Catholicis ei inustam tulit. Vide Eusebium lib. contra Marcellum, et De ecclesiastica Theologia, lib. 1, c. 17, alibique passim. (Guil. Cave, ad ann. 330, pag. 152.)

Digitized by Google

Ario, perspicue declaratum est. Nam cum Arius illuc venisset, et populus duas in partes divisus esset, totaque civitas tumultuaretur, aliis Nicænam fidem nullatenus commovendam esse dicentibus, aliis opinionem Arii rectam esse contendentibus, in maximas angustias redactus est Alexander; ac præcipue eo quod Eusebius Nicomediensis episcopus graves ei minas intentaret, asserens propediem ipsi ademptarum se esse sacerdotium, nisi Arium et socios in communionem reciperet. Verum Alexander non tam sollicitus erat de abdicatione sua quam de doctrina fidei quam illi subvertere omni studio conabantur. Nam cum Nicænæ synodi decretorum custodem se ac patronum esse duceret, totus in id incumbebat, ne res in illa synodo judicatæ ullatenus labefactarentur. In tantis igitur angustiis positus, omisso dialecticæ artis præsidio, ad Deum confugit. Ac continuis quidem jejuniis vacare cœpit, nec ullum orandi modum prætermisit. Tale vero consilium animo concepit, et quod constituerat, clanculo perfecit. In ecclesia quæ cognominatur Irene, se solum inclusit; et ingressus ad altare, sub sacra mensa pronum se humi prostravit, Deo cum lacrymis supplicans. **74** Atque hoc multis diebus ac noctibus continuatis gessit. Porro petiit a Deo, et quod petierat accepit. Petitio autem erat hujusmodi: ut, si quidem recta esset Arii sententia, ipse diem disceptationi præstitutum nequaquam videret; sin vera esset fides quam ipse profiteretur, ut Arius impietatis pœnam lueret, quippe qui omnium malorum auctor esset.

A γενομένη μάχη ἀνέδειξεν. Ὡς γὰρ ἧκε τότε Ἄρειος, καὶ ὁ λαὸς εἰς δύο πάλιν τμήματα ἐμερίζετο, ταραχή τε κατὰ τὴν πόλιν ἐγένετο· τῶν μὲν τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν μηδαμῶς παρασαλεύειν λεγόντων· τῶν δὲ, εὔλογα λέγειν τὸν Ἄρειον φιλονεικούντων, εἰς ἀγῶνα μέγιστον κατέστη ὁ Ἀλέξανδρος· καὶ μάλιστα μὲν, ὅτι Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας πολλὰ διηπείλει αὐτῷ, λέγων ὅσον οὐδέπω καθαιρήσειν αὐτὸν, εἰ μὴ εἰς κοινωνίαν δέξηται τὸν Ἄρειον καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτόν. Ἀλεξάνδρῳ δὲ οὐ τοσοῦτον περὶ καθαιρέσεως ἔμελεν, ὅσον ἐδεδίει ἐπὶ τῇ σπουδαζομένῃ παραλύσει τοῦ δόγματος. Φύλακα γὰρ ἑαυτὸν τῶν ὅρων τῆς συνόδου νομίζων, παντοῖος ἐγίνετο μὴ παρατρωθῆναι τοὺς τύπους αὐτῆς. Ἐν ταύτῃ τοίνυν τῇ ἀγωνίᾳ καθεστὼς, χαίρειν πολλὰ φράσας τῇ διαλεκτικῇ,
B προσφεύγει Θεῷ· καὶ νηστείαις μὲν συνεχέσιν ἐσχόλαζε, καὶ τοῦ προσεύχεσθαι οὐδένα τρόπον παρέλειπε. Καὶ δὴ τοιοῦτο ἐνθύμιον εἶχε, καὶ λαθὼν ἐπετέλει τὰ δόξαντα. Ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἣ ἐπώνυμον Εἰρήνη, μόνον ἑαυτὸν κατάκλειστον ποιήσας, καὶ εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσελθὼν, ὑπὸ τὴν ἱερὰν τράπεζαν (65) ἑαυτὸν ἐπὶ στόμα ἐκτείνας, εὔχεται δακρύων. Νύκτας τε πολλὰς ἐφεξῆς καὶ ἡμέρας τοῦτο ποιῶν διετέλει. Ἠτεῖτο γὰρ παρὰ Θεοῦ καὶ ἐλάμβανεν. Ἡ δὲ αἴτησις ἦν τοιαύτη [c]· εἰ μὲν ἀληθὴς ἡ Ἀρείου δόξα, ἑαυτὸν τὴν ὡρισμένην ἡμέραν τῇ συζητήσει μὴ ὄψεσθαι· εἰ δὲ ἣν αὐτὸς ἔχει πίστιν, ἀληθὴς, Ἄρειον τῆς ἀσεβείας δίκην διδόναι, τὸν πάντων αἴτιον τῶν κακῶν.

## CAP. XXXVIII.

*De morte Arii.*

Et hæc quidem precabatur Alexander. Imperator vero cum Arii periculum facere vellet, eum in palatium accitum interrogavit, num decretis Nicænæ fidei consentiret. Ille nihil cunctatus, alacri animo coram imperatore subscripsit, ea quæ de fide in concilio statuta fuerant, callide ludificatus. Cumque imp. admiratione captus, jurejurando insuper eum adigeret, ille per fraudem ac simulationem istud etiam præstitit. Porro fraus ac simulatio qua usus est in subscribendo, sicut ipse accepi, hujusmodi fuit: Opinionem suam Arius in charta conscriptam gerens, sub ala occultabat. Juravit ergo se ex animo ita sentire uti scripserat. Atque hoc quidem ita gestum fuisse, fama tantum et auditione accepi. Quod vero subscriptioni etiam jusjurandum adjecerit, id ex imperatoris epistolis didici. Tum vero imperator fidem habens Ario, mandat Alexandro Constantinopolitano episcopo ut illum in communionem reciperet. Erat tum dies sabbati,

C

## ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

*Περὶ τοῦ θανάτου Ἀρείου.*

Τοιαῦτα μὲν οὖν Ἀλέξανδρος ηὔχετο. Ὁ βασιλεὺς δὲ ἀπόπειραν Ἀρείου ποιήσασθαι βουληθεὶς, ἐπὶ τὰ βασίλεια αὐτὸν μεταπέμπεται, ἠρώτα τε εἰ τοῖς ὅροις στοιχεῖ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου. Ὁ δὲ ἑτοίμως μηδὲν μελλήσας, ἐπ' αὐτοῦ ὑπέγραφε τὰ περὶ τῆς πίστεως ὁρισθέντα σοφισάμενος. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς θαυμάσας, καὶ ὅρκον ἐπέφερεν. Ὁ δὲ καὶ τοῦτο σοφιζόμενος ἐποίει· τίνα δὲ τρόπον ἐτεχνάζετο γράφων, ὡς ἤκουσα, ἔστι ταῦτα· Καταγράψας, φησὶν, ὁ Ἄρειος ἐν χάρτῃ ἣν εἶχε δόξαν, ὑπὸ μάλης ἔφερεν. Ὤμνυ τε ἀληθῶς οὕτω φρονεῖν, ὡς καὶ γεγραφηκὼς εἴη. Τοῦτο μὲν οὖν οὕτω γεγενῆσθαι, ἀκοῇ γράψας
D ἔχω. Ὅτι μέντοι καὶ ὅρκον ἐπέθηκε τοῖς γραφεῖσιν, ἐκ τῶν ἐπιστολῶν τοῦ βασιλέως ἀνελεξάμην· πιστεύσας δὲ ὁ βασιλεὺς, δεχθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντίνου πόλεως Ἀλεξάνδρου εἰς κοινωνίαν ἐκέλευσεν. Σαββάτου δὲ ἦν τότε ἡμέρα· καὶ τῇ ἑξῆς προσεδόκα συνάγεσθαι· δίκη δὲ ἐπηκολούθει τοῖς Ἀρείου τολμήμασιν. Ὡς γὰρ ἐξῆλθε τῆς βασιλικῆς

### VALESII ANNOTATIONES.

(65) *Ὑπὸ τὴν ἱερὰν τράπεζαν*. Rufinus, ex quo hæc desumpsit Socrates, ait *sub altari jacens*. Idem habet Sozomenus in libro II, cap. 29.

### VARIORUM.

[c] *Ἡ δὲ αἴτησις ἦν τοιαύτη*. His consimilia de Alexandri precibus, deque Arii exitu habentur apud Athanasium in epistola ad Serapionem, vol. I. pag. 340. Eamdem historiam paucis in epistola ad episcopos Ægypti et Libyæ attigerat idem Athanasius. Periit autem Arius anno circiter 336.

Digitized by Google

A αὐλῆς, ἐδορυφορεῖτο μὲν ὑπὸ τῶν περὶ Εὐσέβιον διὰ μέσης τότε τῆς πόλεως, περίοπτός τε ἦν. Καὶ ἐπεὶ ἐγένετο πλησίον τῆς ἐπιλεγομένης ἀγορᾶς Κωνσταντίνου, ἔνθα ὁ πορφυροῦς ἵδρυται κίων, φόβος ἔκ τινος συνειδότος κατεῖχε τὸν Ἄρειον· σύν τε τῷ φόβῳ, τῆς γαστρὸς ἐκινεῖτο χαύνωσις· ἐρόμενός τε (66) εἰ ἀφεδρών που πλησίον, μαθών τε εἶναι ὄπισθεν τῆς ἀγορᾶς Κωνσταντίνου, ἐκεῖσε ἐβάδιζεν. Λαμβάνει οὖν λιποθυμία τὸν ἄνθρωπον· καὶ ἅμα τοῖς διαχωρήμασιν ἡ ἕδρα τότε παραυτίκα ἐκπίπτει (67), καὶ αἵματος πλῆθος ἐπηκολούθει, καὶ τὰ λεπτὰ τῶν ἐντέρων. Συνέτρεχε δὲ αἷμα αὐτῷ σπληνί τε καὶ ἥπατι· αὐτίκα οὖν ἐτεθνήκει. Ὁ δὲ ἀφεδρὼν ἄχρι νῦν ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει δείκνυται, ὡς ἔφην, ὄπισθεν τῆς ἀγορᾶς Κωνσταντίνου, καὶ τοῦ ἐν τῇ στοᾷ μακέλλου· B πάντων τε τῶν παριόντων ἐγειρόντων δάκτυλον κατ' αὐτοῦ, ἀειμνημόνευτον τοῦ θανάτου τὸν τρόπον ἀπεργαζόμενος. Τούτου γενομένου, φόβος καὶ ἀγωνία κατεῖχε τοὺς περὶ τὸν Νικομηδέα Εὐσέβιον· διέτρεχέ τε ἡ φήμη δι' ὅλης τῆς πόλεως, ὡς δὲ εἰπεῖν, καὶ τῆς συμπάσης οἰκουμένης. Ὁ δὲ βασιλεὺς τῷ Χριστιανισμῷ μᾶλλον προσετίθετο, καὶ ἀληθῶς ἐκ Θεοῦ μεμαρτυρῆσθαι τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ἔφησεν. Εὐφραίνετό τε ἐπὶ τοῖς γεγονόσι, καὶ ἐπὶ τρισὶν υἱοῖς οὓς Καίσαρας ἀνηγορεύκει, ἕκαστον κατὰ δεκάδα ἐνιαυτῶν τῆς βασιλείας αὐτοῦ. Τὸν μὲν πρῶτον, ὁμώνυμον ἑαυτοῦ Κωνσταντῖνον, τῶν ἑσπερίων μερῶν ἄρχειν καταστήσας ἐν τῇ πρώτῃ δεκάδι τῆς βασιλείας αὐτοῦ. Τῶν δὲ πρὸς τῇ Ἑῴᾳ μερῶν (68), τὸν τῷ πάππῳ ἐπώνυμον Κωνστάντιον ἐν τῇ εἰκοσαετηρίδι κατέστησε Καίσαρα. C Τὸν δὲ νεώτερον Κώνσταντα, ἐν τῇ τριακονταετηρίδι τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας ἐχειροτόνησεν.

postridie vero sperabat Arius se in ecclesia cum reliquis fidelibus conventurum. Sed perditis Arii conatibus divina ultio jam instabat. Egressus enim ex imperiali palatio, Eusebianis satellitum instar eum stipantibus, per mediam civitatem magnifice incedebat, omnium oculos in se convertens. Cumque venisset juxta forum quod dicitur Constantini, quo in loco statua porphyretica posita est, terror quidam ex conscientia scelerum ei subortus est; et cum terrore simul alvus relaxata. Percontatusque num in proximo essent latrinæ, cum post Constantini forum esse didicisset, illuc perrexit. Mox animo deficere cœpit, et una cum excrementis anus ipsi delabitur; et id quod medici vocant ἀπέφθισμα, protinus per anum decidit. Subsecuta est sanguinis copia, ac postremo tenuia intestina simul cum splene ac jecore effusa sunt. Et ille quidem continuo animam exhalavit. Latrinæ autem illæ Constantinopoli post forum Constantini, sicut antea dixi, et post macellum quod est in porticu, etiamnum monstrantur: et cunctis prætereuntibus digitum ad eas intendentibus, genus **75** mortis Arii perpetuo memorabile posteris reddunt. Cum hæc ita accidissent, ingens terror ac mœstitia animos eorum qui cum Eusebio Nicomediensi erant, occupavit: famaque hujus rei, non per totam modo civitatem, sed per universum, ut ita dicam, orbem terrarum dispersa est. Imperator vero Christianæ religioni eo magis adhæsit, cum Nicænæ fidei veritatem Dei ipsius testimonio confirmatam esse intelligeret. Delectabatur itaque non mediocriter, tum ob earum rerum eventum, tum ob tres filios, quos Cæsares nuncupaverat, singulos singulis imperii sui decennalibus promovens. Et maximum quidem natu, cognominem sibi Constantinum, occidentalium partium imperio præfecit, primo principatus sui decennio. Alterum vero Constantium, avi sui nomine appellatum, Orientis partibus præposuit, anno imperii sui vicesimo. Natu minimum Constantem, tricennalibus suis Cæsarem renuntiavit.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΘ'.

*Ὡς ὁ βασιλεὺς ἀῤῥωστίᾳ περιπεσὼν, τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο.*

Ἐνιαυτοῦ δὲ μεταταῦτα παραδραμόντος ἐπιβὰς ἑξηκονταπέντε ἐνιαυτῶν ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, ἀῤῥωστίᾳ περιπίπτει· καὶ ἐκ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως ἐκπλεῖ ἐπὶ τὴν Ἑλενούπολιν, ὡς φυσικοῖς θερμοῖς χρησόμενος τοῖς ἐκεῖ γειτνιάζουσιν. Ἐπεὶ δὲ σφοδροτέρου τοῦ νοσήματος ᾔσθετο, τὰ μὲν λουτρὰ ὑπερέθετο· ἀπαίρει δὲ ἐκ τῆς Ἑλενουπόλεως εἰς D τὴν Νικομήδειαν· κἀκεῖ ἐν προαστείῳ διάγων, τοῦ Χριστιανικοῦ μεταλαμβάνει βαπτίσματος. Εὔθυμος

## CAP. XXXIX.

*Quomodo imp. in morbum delapsus, finem vivendi fecit.*

Anno post imperator Constantinus quintum et sexagesimum ætatis ingressus annum, in morbum incidit. Relicta ergo Constantinopoli, navigio delatus est Helenopolim, ut aquis calidis quæ juxta urbem illam sitæ sunt, uteretur. Sed cum morbum ingravescere sensisset, lavacrum quidem distulit. Helenopoli autem abscedens, Nicomediam profectus est. Illic in suburbano degens, Christianum baptisma suscepit. Quo vehementer exhilaratus, testamentum

## VALESII ANNOTATIONES.

(66) *Ἐρόμενός τε.* Lego ἐρόμενος δέ.

(67) *Ἡ ἕδρα τότε παραυτίκα ἐκπίπτει.* In codice Leonis Allatii, sive in Historia Tripartita Theodori Lectoris, hic locus ita legitur: καὶ ἅμα τοῖς διαχωρήμασι παρεκπίπτει ἡ ἕδρα, τό τε ὑπὸ τῶν ἰατρῶν καλούμενον ἀπέφθισμα παραυτίκα διὰ τῆς ἕδρας ἐξέπιπτεν, αἵματός τε πλῆθος ἐπηκολούθει, καὶ τὰ λεπτὰ τῶν ἐντέρων συνέτρεχεν ἅμα αὐτῷ σπληνί τε καὶ ἥπατι. Optime meo quidem judicio. Atque ita Socratem scripsisse pro certo habeo. Certe Epiphanius Scholasticus hanc lectionem ex parte confirmat. In codice quoque Sfortiano pro ἐκπίπτει, scriptum est παρεκπίπτει.

(68) *Τὸν δὲ πρὸς τῇ ἑῴᾳ μερῶν.* Scribendum est τῶν δὲ, licet omnibus libris reclamantibus. Et paulo post scribendum est τῷ πάππῳ ὁμώνυμον, ex codice Leonis Allatii. Ferri tamen potest vulgata lectio: ἐπώνυμος enim Græce dicitur non is solum qui nomen suum dat alteri, sed etiam qui ab altero accipit. Sic Constantinopolim Socrates ἐπώνυμον Κωνσταντίνου vocare solet.

Digitized by Google

condit, in quo tres quidem liberos imperii hæredes instituit, suam cuique partem, prout vivus fecerat, assignans. Romæ vero et urbi quam suo nomine Constantinopolim nuncuparat, multa relinquens privilegia, testamentum commendat presbytero illi, cujus antea fecimus mentionem, per quem Arius ab exsilio fuerat revocatus; mandatque ne cuiquam alteri quam filio suo Constantio, quem Orienti præfecerat, illud in manus traderet. Ad hunc modum condito testamento, cum aliquot dies supervixisset, ex hac luce migravit. Porro morti ejus nullus ex filiis interfuit. Mittitur itaque protinus in Orientem, qui Constantio patris obitum nuntiaret.

A δὲ ἐπὶ τούτῳ γενόμενος, διαθήκας ποιεῖται, ἐν αἷς τοὺς μὲν τρεῖς υἱοὺς κληρονόμους τῆς βασιλείας ἐνίσταται, καθὰ καὶ ζῶν αὐτοῖς τοὺς κλήρους διένειμε. Πολλὰ δὲ τῇ Ῥωμαίων πόλει καὶ τῇ ἑαυτοῦ ἐπωνύμῳ (69) πρεσβεῖα καταλιπὼν, τὰς διαθήκας ἐκείνῳ παρατίθεται τῷ πρεσβυτέρῳ (70), δι' ὅνπερ Ἄρειος ἀνακέκληται, οὗ καὶ μικρὸν ἔμπροσθεν πεποιήμεθα μνήμην· ἐντειλάμενος μηδενὶ ἑτέρῳ, ἢ τῷ υἱῷ τῷ τῆς Ἀνατολῆς ἄρχοντι Κωνσταντίῳ, εἰς τὰς χεῖρας βαλεῖν. Μετὰ δὲ τὸ θέσθαι τὰς διαθήκας, ὀλίγας ἡμέρας ἐπιβιοὺς, τὸν βίον ἀπέλιπε [d]. Τῶν μέντοι υἱῶν αὐτοῦ ἐπὶ τῇ τελευτῇ παρῆν οὐδείς. Πέμπεται οὖν εὐθὺς πρὸς τὴν Ἑῴαν ὁ Κωνσταντίῳ μηνύσων τὴν τελευτήν.

## 76 CAP. XL.

*De sepultura imperatoris Constantini.*

Corpus vero imperatoris, aureo conditum loculo, necessarii Constantinopolim deportarunt, et in sublimi suggestu collocaverunt in palatio; maximo honore et frequenti satellitio illum quasi adhuc superstitem observantes, quoad usque ex filiis ejus quispiam advenisset. Postea vero cum Constantius ex Orientis partibus advolasset, regia honoratus est sepultura, depositusque in ecclesia Apostolorum, quam ipse eo consilio ædificaverat, ut imperatores et pontifices ab apostolorum reliquiis haud procul abessent. Vixit autem imperator Constantinus annos quinque et sexaginta: ex quibus unum et triginta imperavit. Mortuus est Feliciano et Titiano consulibus, die undecimo Kalendas Junii: qui quidem secundus erat annus Olympiadis ducentesimæ septuagesimæ octavæ. Cæterum hic liber spatium unius et triginta annorum complectitur.

## ΚΕΦΑΛ. Μ'.

B *Περὶ τῆς κηδείας τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου.*

Τὸ δὲ σῶμα τοῦ βασιλέως οἱ ἐπιτήδειοι χρυσῇ ἐνθέμενοι λάρνακι, ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν διεκόμισαν· ἀπέθεντό τε ἐν τοῖς βασιλείοις ἐφ' ὑψηλοῦ, καὶ διὰ τιμῆς ἦγον καὶ δορυφορίας πολλῆς, ὡς καὶ ζῶντος ἐγίνετο· καὶ τοῦτο ἐποίουν ἕως τις τῶν υἱῶν αὐτοῦ παραγένηται. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐκ τῶν ἀνατολικῶν μερῶν ἐπιστάντος Κωνσταντίου, κηδείας τῆς βασιλικῆς ἠξιοῦτο, ἀποτεθεὶς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐπωνύμῳ τῶν Ἀποστόλων, ἣν δι' αὐτὸ τοῦτο πεποιήκει, ὅπως ἂν οἱ βασιλεῖς τε καὶ ἱερεῖς τῶν ἀποστολικῶν λειψάνων μὴ ἀπολιμπάνοιντο (71). Ἔζησε δὲ C ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἔτη ἑξηκονταπέντε. Ἐβασίλευσε δὲ ἔτη τριάκοντα ἕν· ἐτελεύτησε δὲ ἐν ὑπατίᾳ Φιλικιανοῦ καὶ Τατιανοῦ, τῇ δευτέρᾳ καὶ εἰκάδι τοῦ Μαΐου μηνός· τοῦτο δὲ ἦν δεύτερον ἔτος τῆς διακοσιοστῆς ἑβδομηκοστῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος (72). Περιέχει δὲ ἡ βίβλος χρόνον ἐτῶν ἑνὸς πρὸς τοῖς τριάκοντα.

## VALESII ANNOTATIONES.

(69) *Πολλὰ δὲ καὶ τῇ Ῥωμαίων πόλει καὶ τῇ ἑαυτοῦ ἐπωνύμῳ.* Posterius καί, quod in editione Roberti Stephani deerat, nec in nostris codicibus Florentino et Sfortiano legitur, primus supplevit Christophorsonus: habetur tamen in codice Leonis Allatii. Sed prius καὶ in eodem desideratur. De congiario quod Constantinus seniori Romæ testamento suo reliquit, testis est Eusebius noster in libro quarto de Vita Constantini, cap. 63.

(70) *Διαθήκας ἐκείνῳ παρατίθεται τῷ πρεσβυτέρῳ.* Desumpsit hæc Socrates ex Rufini libro decimo. Verum hæc narratio parum probabilis mihi videtur. Quis enim credat Constantinum imperatorem, qui tum circa se multos habebat episcopos (id enim diserte testatur Eusebius), plurimos item duces et comites, unum elegisse presbyterum, eumque ignobilem, quippe cujus nomen perpetuo reticetur, cui testamentum suum moriens committeret? Quare Philostorgium hic sequi malim, qui Constantinum testamenti sui tabulas Eusebio Nicomediensi tradidisse scribit, a quo paulo antea fuerat baptizatus.

(71) *Μὴ ἀπολιμπάνοιντο.* Musculus et Christophorsonus hunc locum ita verterunt, *ne imperatores et antistites reliquiis apostolorum destituerentur.* Verum hanc interpretationem probare non possum. Nullas enim apostolorum reliquias in ea ecclesia condiderat Constantinus. Malim itaque vertere, *ut imperatores et antistites illic sepeliendi, ab apostolorum reliquiis haud procul abessent; sed eodem honore cum ipsis afficerentur.* Quam interpretationem confirmat Eusebius in lib. IV de Vita Constantini, c. 4.

(72) *Δεύτερον ἔτος τῆς διακοσιοστῆς ἑβδομηκοστῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος.* Errat Socrates. Nam Feliciano et Titiano coss., qui fuit annus Christi 337, die undecimo Kalendas Junias, currebat annus quartus Olympiadis ducentesimæ septuagesimæ octavæ. Idque certissimis rationibus demonstrari potest. Sed D videtur Socrates usus esse vitioso codice Chronici Eusebiani, in quo Olympiadis annus male erat designatus. Videtur tamen in hoc Socratis loco scribendum esse τὸ τρίτον ἔτος. Ait enim Socrates primum hunc Historiæ suæ librum complecti spatium annorum unius ac triginta. Orditur enim ab initio Constantini, quem regnasse scribit annos triginta et unum. Ejus autem initium consignat anno primo Olympiadis ducentesimæ septuagesimæ primæ, ut supra vidimus. Atqui ab hoc anno ad annum secundum Olympiadis ducentesimæ septuagesimæ octavæ, anni sunt tantum triginta, idque duobus terminis inclusis. Proinde in hoc Socratis loco mendum sit necesse est.

## VARIORUM.

[d] *Τὸν βίον ἀπέλιπε.* *Anno imperii* XXXII, *cum totum orbem tredecim tenuisset, sexaginta natus, atque amplius duo, in Persas tendens, a queis bellum irrumpere acceperat, rure proximo Nicomediæ Achyronam vocant, excessit; cum id tetrum sidus regnis, quod crinitum vocant, portendisset. Funus relatum in urbem sui nominis.* Victor de Cæsaribus. Decessit autem A. C. 337, die Pentecostes, XI Kal. Junias.

Digitized by Google

# LIBER SECUNDUS.

## ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΔΕΥΤΕΡΩ ΒΙΒΛΙΩ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ.

ΚΕΦ. Α'. Προοίμιον, δι' ἣν αἰτίαν τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον βιβλίον ἄνωθεν ἐλέχθη.

Β'. Ὡς οἱ περὶ Εὐσέβιον τὸν Νικομηδείας ἐπίσκοπον, αὖθις τὸ Ἀρείου σπουδάσαντες εἰσαγαγεῖν δόγμα, ταραχὰς ταῖς Ἐκκλησίαις ἐκίνησαν.

Γ'. Ὅπως Ἀθανάσιος Κωνσταντίνου τοῦ νεωτέρου γράμμασι θαῤῥήσας, τὴν Ἀλεξάνδρειαν κατέλαβεν.

Δ'. Ὡς τελευτήσαντος Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου, Ἀκάκιος τὴν ἐπισκοπὴν Καισαρείας διεδέξατο.

Ε'. Περὶ τῆς Κωνσταντίνου τοῦ νεωτέρου τελευτῆς.

ϛ'. Ὡς Ἀλέξανδρος ὁ Κωνσταντίνου πόλεως ἐπίσκοπος τελευτῶν, ὑπόψηφον πεποίηκε Παῦλον, καὶ Μακεδόνιον.

Ζ'. Ὡς ὁ βασιλεὺς Κωνστάντιος Παῦλον τὸν προβληθέντα ἐπίσκοπον ἐκβάλλει· Εὐσεβίῳ δὲ ἐκ τῆς Νικομηδείας μεταπεμφθέντι, τὴν ἐπισκοπὴν Κωνσταντίνου πόλεως ἐνεχείρισεν.

Η'. Ὡς Εὐσέβιος ἑτέραν σύνοδον ποιησάμενος ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας, ἑτέραν ἔκθεσιν πίστεως ὑπαγορευθῆναι ἐποίησε.

Θ'. Περὶ Εὐσεβίου τοῦ Ἐμισηνοῦ.

Ι'. Ὡς οἱ ἐν Ἀντιοχείᾳ συνελθόντες ἐπίσκοποι, διὰ τὸ παραιτήσασθαι τὴν Ἀλεξάνδρειαν Εὐσέβιον τὸν Ἐμισηνὸν, Γρηγόριον χειροτονήσαντες, τὴν τῆς ἐν Νικαίᾳ πίστεως φράσιν μετεποίησαν.

ΙΑ'. Ὡς Γρηγορίου μετὰ χειρὸς στρατιωτικῆς εἰς Ἀλεξάνδρειαν κατελθόντος, Ἀθανάσιος ἔφυγεν.

ΙΒ'. Ὡς Εὐσεβίου τελευτήσαντος, ὁ ἐν Κωνσταντίνου πόλει λαὸς Παῦλον αὖθις ἐνεθρόνισε· καὶ ὡς οἱ Ἀρειανοὶ Μακεδόνιον προεβάλλοντο.

ΙΓ'. Περὶ τῆς Ἑρμογένους τοῦ στρατηλάτου ἀναιρέσεως· καὶ ὅπως πάλιν διατοῦτο ἐξεώσθη Παῦλος τῆς Ἐκκλησίας.

ΙΔ'. Ὅτι οἱ Ἀρειανοὶ, Γρηγόριον τῆς Ἀλεξανδρείας μεταστήσαντες, Γεώργιον ἀπέστειλαν.

ΙΕ'. Ὡς Ἀθανάσιος καὶ Παῦλος εἰς τὴν Ῥώμην παραγενόμενοι, καὶ γράμμασιν ὀχυρωθέντες τοῦ ἐπισκόπου Ἰουλίου, κατέλαβον αὖθις τοὺς ἰδίους θρόνους.

Ιϛ'. Ὡς ὁ βασιλεὺς παρεσκεύασε διὰ Φιλίππου τοῦ ἐπάρχου, ἐξωσθῆναι τὸν Παῦλον, καὶ εἰς ἐξορίαν πεμφθῆναι, Μακεδόνιον δὲ ἐνθρονισθῆναι.

ΙΖ'. Ὡς Ἀθανάσιος φοβηθεὶς τὰς τοῦ βασιλέως ἀπειλὰς, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἀνέδραμεν.

ΙΗ'. Ὡς ὁ τῶν ἑσπερίων βασιλεὺς ἐζήτησε παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ πεμφθῆναι τοὺς λόγον δώσοντας περὶ Ἀθανασίου καὶ Παύλου, καὶ ὅτι ἑτέραν οἱ πεμφθέντες ὑπηγόρευσαν ἔκθεσιν πίστεως.

77-78

## IN SECUNDO LIBRO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ SOCRATIS HÆC CONTINENTUR.

CAP. I. *Proœmium, in quo rationem reddit cur primi ac secundi libri novam editionem fecerit.*

II. *Quomodo Eusebius Nicomediensis cum suis, Arii dogma iterum inducere conatus, Ecclesias perturbarit.*

III. *Quomodo Athanasius Constantini Junioris litteris fretus, Alexandriam rediit.*

IV. *Quod Eusebio Pamphili mortuo, Acacius episcopatum Cæsareæ suscepit.*

V. *De morte Constantini Junioris.*

VI. *Quomodo Alexander Constantinop. episcopus Paulum et Macedonium proposuit ordinandos.*

VII. *Qualiter Constantinus imperator Paulum episcopatu ejecerit, et Eusebio ab urbe Nicomedia evocato episcopatum CP. tradiderit.*

VIII. *Quomodo Eusebius collecta iterum Antiochiæ synodo, alteram fidei formulam promulgavit.*

IX. *De Eusebio Emiseno.*

X. *Quomodo episcopi Antiochiæ congregati, cum Eusebius Emisenus episcopatum Antiochiæ recusasset, Gregorium ordinarint, et Nicœnæ fidei verba immutaverint.*

XI. *Quomodo cum Gregorius militari manu stipatus Alexandriam venisset, Athanasius fugerit.*

XII. *Quomodo post mortem Eusebii populus CP. Paulum in sedem suam restituerit, et Ariani Macedonium delegerint.*

XIII. *De Hermogenis magistri militum nece, et quomodo Paulus ob eam causam iterum pulsus sit Ecclesia.*

XIV. *Quomodo Ariani, amoto Gregorio, Georgium ejus loco substituerunt.*

XV. *Quomodo Athanasius et Paulus Romam profecti, iterum proprias sedes recuperarunt, Julii Romani episcopi litteris muniti.*

XVI. *Quomodo imperator per Philippum præfectum prætorio, Paulum quidem ejici et in exsilium mitti jussit, Macedonium vero in sede episcopali constituit.*

XVII. *Quomodo Athanasius imperatoris minas veritus Romam perrexit.*

XVIII. *Quomodo occidentalium partium imperator petiit a fratre, ut mitterentur qui de Athanasii Paulique depositione rationem redderent, et quomodo missi ab Oriente aliam fidei formulam ediderunt.*

Digitized by Google

| | | | |
|---|---|---|---|
| XIX. | *De prolixa fidei expositione.* | ΙΘ'. | *Περὶ τῆς μακροστίχου ἐκθέσεως.* |
| XX. | *De concilio Serdicensi.* | Κ'. | *Περὶ τῆς ἐν Σάρδῃ συνόδου.* |
| XXI. | *Eusebii Pamphili defensio.* | ΚΑ'. | *Ἀπολογία ὑπὲρ Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου.* |
| XXII. | *Quomodo cum imperator Orientis Paulum et Athanasium a Serdicensi synodo restitutos, nollet admittere, Occidentis imperator ei bellum minatus est.* | ΚΒ'. | *Ὡς τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου ἀποδούσης τὸν θρόνον Ἀθανασίῳ καὶ Παύλῳ, καὶ τοῦ βασιλέως τῆς ἑῴας μὴ δεχομένου, πόλεμον ὁ τῶν ἑσπερίων ἠπείλησε βασιλεύς.* |
| XXIII. | *Quomodo Constantius fratris minas veritus Athanasium suis litteris evocavit, et Alexandriam misit.* | ΚΓ'. | *Ὡς φοβηθεὶς ὁ Κωνστάντιος τὰς ἀπειλὰς τοῦ ἀδελφοῦ, δι' ἐπιστολῶν ἐκάλεσε τὸν Ἀθανάσιον, καὶ εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἔπεμψε.* |
| XXIV. | *Quomodo Athanasius Alexandriam rediens, cum per Hierosolymam transiret, a Maximo in communionem susceptus est, et synodum episcoporum collegit, in qua confirmata est fides Nicæna.* | ΚΔ'. | *Ὡς Ἀθανάσιος ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν διὰ τῶν Ἱεροσολύμων παριὼν, ὑπὸ Μαξίμου εἰς κοινωνίαν ἀνεδέχθη, καὶ σύνοδον ἐπισκόπων, τὰ ἐν Νικαίᾳ κυροῦσαν συνήγαγεν.* |
| XXV. | *De Magnentio et Vetranione tyrannis.* | ΚΕ'. | *Περὶ τῶν τυράννων, Μαγνεντίου καὶ Βετρανίωνος.* |
| XXVI. | *Qualiter mortuo Occidentis partium imperatore, Paulus et Athanasius iterum suis sedibus pulsi: et Paulus quidem cum in exsilium abduceretur, occisus est; Athanasius vero se fuga proripuit.* | ΚϚ'. | *Ὡς τοῦ βασιλέως τῶν ἑσπερίων τελευτήσαντος, αὖθις τῶν ἰδίων ἐξεβλήθησαν τόπων Παῦλος καὶ Ἀθανάσιος· καὶ ὡς Παῦλος μὲν εἰς ἐξορίαν ἀγόμενος, ἀνῃρέθη· Ἀθανάσιος δὲ ἀπέδρα.* |
| XXVII. | *Quomodo Macedonius cum sedem CP. occupavisset, eos qui ab ipso dissentiebant plurimis malis affecit.* | ΚΖ'. | *Ὡς Μακεδόνιος τοῦ θρόνου ἐπιλαβόμενος, πολλὰ κακὰ τοὺς μὴ φρονοῦντας τὰ αὐτοῦ πεποίηκε.* |
| XXVIII. | *De malis Alexandriæ perpetratis a Georgio Ariano, ex narratione ipsius Athanasii.* | ΚΗ'. | *Περὶ τῶν γεγονότων ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ὑπὸ Γεωργίου τοῦ Ἀρειανοῦ, ἐκ τῆς Ἀθανασίου διηγήσεως.* |
| XXIX. | *De Photino hæresiarcha.* | ΚΘ'. | *Περὶ Φωτινοῦ τοῦ αἱρεσιάρχου.* |
| XXX. | *De fidei formulis Sirmii expositis coram imperatore Constantio.* | Λ'. | *Περὶ τῶν ἐν τῷ Σιρμίῳ ἐκτεθεισῶν πίστεων, παρουσίᾳ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίου.* |
| XXXI. | *De Hosio Cordubensi episcopo.* | ΛΑ'. | *Περὶ Ὁσίου τοῦ Κουδρούβης.* |
| XXXII. | *De Magnentii tyranni exitio.* | ΛΒ'. | *Περὶ τῆς ἥττης Μαγνεντίου τοῦ τυράννου.* |
| XXXIII. | *De Judæis Diocæsaream Palæstinæ incolentibus.* | ΛΓ'. | *Περὶ τῶν ἐν Διοκαισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης Ἰουδαίων.* |
| XXXIV. | *De Gallo Cæsare.* | ΛΔ'. | *Περὶ Γάλλου τοῦ Καίσαρος.* |
| XXXV. | *De Aetio Syro Eunomii magistro.* | ΛΕ'. | *Περὶ Ἀετίου τοῦ Σύρου, τοῦ διδασκάλου Εὐνομίου.* |
| XXXVI. | *De synodo Mediolanensi.* | ΛϚ'. | *Περὶ τῆς ἐν Μεδιολάνῳ συνόδου.* |
| XXXVII. | *De Ariminensi synodo, et de fidei formula illic promulgata.* | ΛΖ'. | *Περὶ τῆς ἐν Ἀριμήνῳ συνόδου, καὶ περὶ τῆς ἐκεῖσε ἐκτεθείσης πίστεως.* |
| XXXVIII. | *De Macedonii sævitia, et tumultibus ab eo concitatis.* | ΛΗ'. | *Περὶ τῆς Μακεδονίου ὠμότητος, καὶ περὶ τῶν δι' αὐτοῦ γεγονότων ταράχων.* |
| XXXIX. | *De concilio apud Seleuciam Isauriæ urbem coacto.* | ΛΘ'. | *Περὶ τῆς ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας συνόδου.* |
| XL. | *Qualiter Acacius Cæsareæ episcopus in Seleuciensi synodo aliam fidei expositionem scripserit.* | Μ'. | *Ὅτι ἐν τῇ κατὰ Σελεύκειαν συνόδῳ, Ἀκάκιος ὁ Καισαρείας, ἄλλην ὑπηγόρευσεν ἔκθεσιν πίστεως.* |
| XLI. | *Quomodo Acaciani, imperatore ab Occidentis partibus reverso, CP. congregati, Ariminensem fidem nonnullis ei additis, confirmarunt.* | ΜΑ'. | *Ὡς τοῦ βασιλέως ἐπανελθόντος ἐκ τῶν ἑσπερίων μερῶν, οἱ περὶ Ἀκάκιον ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει συναχθέντες τὴν ἐν Ἀριμήνῳ πίστιν ἐκύρωσαν, προσθέντες αὐτῇ καὶ ἄλλα τινά.* |
| XLII. | *Qualiter, deposito Macedonio, Eudoxius episcopatum CP. obtinuit.* | ΜΒ'. | *Ὡς καθαιρεθέντος Μακεδονίου, Εὐδόξιος τὴν ἐπισκοπὴν Κωνσταντίνου πόλεως κατέσχεν.* |
| XLIII. | *De Eustathio Sebastiæ episcopo.* | ΜΓ'. | *Περὶ Εὐσταθίου, τοῦ Σηβαστίας ἐπισκόπου.* |
| XLIV. | *De Meletio Antiochiæ episcopo.* | ΜΔ'. | *Περὶ Μελετίου τοῦ Ἀντιοχείας ἐπισκόπου.* |
| XLV. | *De hæresi Macedonii.* | ΜΕ'. | *Περὶ τῆς Μακεδονίου αἱρέσεως.* |
| XLVI. | *De Apollinaristis, deque eorum hæresi.* | ΜϚ'. | *Περὶ τῶν Ἀπολιναριστῶν καὶ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν.* |
| XLVII. | *De morte imperatoris Constantii.* | ΜΖ'. | *Περὶ τῆς Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως τελευτῆς.* |


---

# LIBER SECUNDUS.

## 79 CAPUT PRIMUM.

*Proœmium, in quo rationem reddit cur primi ac secundi libri novam editionem fecerit.*

Rufinus, is qui Latino sermone ecclesiasticam scripsit Historiam, in temporum notatione longe a vero aberravit. Etenim ea quæ adversus Athana-

# ΤΟΜΟΣ Β'.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

*Προοίμιον, δι' ἣν αἰτίαν τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον βιβλίον ἄνωθεν ἐλέχθη.*

Ῥουφῖνος, ὁ τῇ Ῥωμαίων γλώττῃ τὴν ἐκκλησιαστικὴν Ἱστορίαν συντάξας, περὶ τοὺς χρόνους ἐπλανήθη. Τὰ γὰρ κατὰ Ἀθανάσιον νομίζει μετὰ τὴν τε-

Digitized by Google

λευτὴν τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου γεγενῆσθαι· A ἀγνοεῖ δὲ καὶ τὴν ἐν Γαλλίαις γενομένην αὐτοῦ ἐξορίαν, καὶ ἕτερα πλείονα. Ἡμεῖς οὖν πρότερον Ῥουφίνῳ ἀκολουθήσαντες, τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον τῆς Ἱστορίας βιβλίον, ᾗ ἐκείνῳ ἐδόκει συνεγράψαμεν· ἀπὸ δὲ τοῦ τρίτου ἄχρι τοῦ ἑβδόμου βιβλίου, τὰ μὲν παρὰ Ῥουφίνου λαβόντες, τὰ δὲ ἐκ διαφόρων συναγαγόντες, τινὰ δὲ καὶ παρὰ τῶν ἔτι ζώντων ἀκούσαντες, ἐπληρώσαμεν. Ὕστερον μέντοι συντυχόντες Ἀθανασίου συντάγμασιν, ἐν οἷς τὰ καθ' ἑαυτὸν ὀδύρεται πάθη, καὶ ὅπως διὰ τὴν διαβολὴν τῶν περὶ Εὐσέβιον ἐξωρίσθη, ἔγνωμεν δεῖν πιστεύειν μᾶλλον τῷ πεπονθότι, καὶ τοῖς γινομένων τῶν πραγμάτων παροῦσιν, ἢ τοῖς καταστοχασαμένοις αὐτῶν, καὶ διατοῦτο πλανηθεῖσιν. Ἔτι μὴν καὶ ἐπιστολῶν τῶν τότε B διαφόρων ἐπιτετυχηκότες, ὡς οἷόν τε τὴν ἀλήθειαν ἀνιχνεύσαμεν. Διὸ ἠναγκάσθημεν τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον βιβλίον ἄνωθεν ὑπαγορεῦσαι, συγχρώμενοι καὶ ἐν οἷς ὁ Ῥουφῖνος οὐκ ἐκπίπτει τοῦ ἀληθοῦς. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἰστέον, ὅτι οὐ παρεθήκαμεν ἐν τῇ πρώτῃ ὑπαγορεύσει τὸ καθαιρετικὸν Ἀρείου, οὔτε μὴν τὰς βασιλέως ἐπιστολάς, ἀλλὰ τὰ γυμνὰ μόνον πράγματα, ὑπὲρ τοῦ μὴ πολυστίχου γενομένης τῆς ἱστορίας, ὀκνηροὺς τοὺς ἀναγινώσκοντας ἀπεργάσασθαι. Ἐπειδὴ πρὸς σὴν χάριν, ὦ ἱερὲ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπε Θεόδωρε (73), καὶ τοῦτο ἔδει ποιῆσαι, ὥστε μὴ ἀγνοεῖν καὶ ὅσα ταῖς λέξεσιν οἱ βασιλεῖς ἐπέστειλαν, ἢ κατὰ διαφόρους συνόδους οἱ ἐπίσκοποι τὴν πίστιν καταβραχὺ μεταποιοῦντες ἐξέδωκαν· διατοῦτο ὅσα ἀναγκαῖα ἡγησάμεθα, ἐν τῇδε τῇ μεταταῦτα C ὑπαγορεύσει μετατεθείκαμεν· καὶ τοῦτο ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ ποιήσαντες, καὶ ἐν τῷ μετὰ χεῖρας, λέγω δὲ τῷ δευτέρῳ, ποιῆσαι σπουδάζομεν. Ἀρκτέον δὲ ἤδη τῆς ἱστορίας.

sium gesta sunt, post Constantini obitum accidisse censet: relegationem quoque ejus in Gallias, et alia plurima prætermittit. Ac prius quidem nos Rufinum auctorem secuti, primum ac secundum Historiæ nostræ librum juxta fidem illius conscripsimus. A tertio vero libro usque ad septimum, partim ex ejusdem Rufini, partim ex aliorum libris quædam colligentes, nonnulla etiam ex iis qui adhuc supersunt audita referentes, opus nostrum complevimus. Postea vero cum Athanasii libros nacti essemus, in quibus ille suas calamitates deplorat, et qua ratione per calumniam ac fraudem Eusebianorum in exsilium missus fuerit, exponit, satius esse duximus ei qui mala ipsa perpessus esset, et iis qui rebus gestis interfuissent, fidem habere, quam illis qui res conjectura tantum assecuti, et ob eam causam in errorem prolapsi essent. Ad hæc varias excellentium tunc temporis virorum epistolas nacti, veritatem, quoad ejus fieri potuit, indagavimus. Quam ob causam necesse nobis fuit primum ac secundum hujus operis librum ex integro dictare, retentis nihilominus iis in quibus Rufinus a veritate minime aberravit. Illud præterea sciendum est, nos in priore editione, nec libellum depositionis Arii, nec imperatoris epistolas, sed nudam rerum gestarum narrationem posuisse, ne ex verborum prolixitate lectoribus tædium nasceretur. Sed quoniam tua causa illud quoque præstandum erat, o vir ac sacerdos Dei Theodore, ut neque ea quæ imperatores in suis epistolis scripserunt ignorares, neque ea quæ episcopi in diversis conciliis fidem **80** paulatim immutantes promulgaverunt: idcirco quæcunque necessaria esse censuimus, in hanc posteriorem editionem transtulimus. Et cum in primo libro istud a nobis jam præstitum sit, idem quoque in secundo, quem præ manibus habemus, præstare conabimur. Sed jam tempus est ut ad historiæ ordinem revertamur.

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

*Ὡς οἱ περὶ Εὐσέβιον τὸν Νικομηδείας ἐπίσκοπον, αὖθις τὸ Ἀρείου σπουδάσαντες εἰσαγαγεῖν δόγμα, ταραχὰς ταῖς Ἐκκλησίαις ἐκίνησαν.*

Τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου τελευτήσαντος, οἱ περὶ Εὐσέβιον τὸν Νικομηδέα καὶ Θέογνιν Νικαίας ἐπίσκοπον, καιροῦ δεδράχθαι εὐκαίρου νομίσαντες, ἀγῶνα ἔθεντο τὴν τοῦ ὁμοουσίου πίστιν ἐκβαλεῖν, ἀντεισάγειν δὲ τὴν ἀρειανίζουσαν. Περιέσεσθαι δὲ D τούτου οὐκ ἂν δύναιντο (74), εἰ μὴ ὑπονοστήσῃ Ἀθανάσιος. Ταῦτα δὲ κατεσκεύαζον, ὑπουργῷ χρώμενοι τῷ πρεσβυτέρῳ, ὃς τῆς Ἀρείου ἀνακλήσεως

## CAP. II.

*Quomodo Eusebius Nicomediensis cum suis, Arii dogma iterum inducere conatus, Ecclesias perturbarit.*

Mortuo imperatore Constantino, Eusebius Nicomediensis et Theognis Nicænus, opportunum se tempus nactos esse arbitrati, omni studio in id incubuerunt, ut consubstantialis fidem exturbarent, ejusque loco opinionem Arii introducerent. Id vero nunquam se consecuturos esse intelligebant, si Athanasius Alexandriam reverteretur. Porro ad hæc agenda usi sunt ministerio presbyteri illius

## VALESII ANNOTATIONES.

(73) *Ἐπειδὴ πρὸς σὴν χάριν, ὦ ἱερεῦ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπε Θεόδωρε.* Scribendum est ἐπειδὴ δέ, vel ἐπεὶ δέ, ut Savilius ad oram sui codicis adnotaverat. Legendum quoque est ὦ ἱερὲ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπε Θεόδωρε, ut scriptum est in codice Florentino. Iisdem verbis Paulinum episcopum Tyri alloquitur Eusebius noster in exordio libri decimi Historiæ ecclesiasticæ. Cujus exemplum secutus hic videtur Socrates. Quisnam porro hic sit Theodorus, cui Socrates Historiam suam nuncupavit, incertum est. Neque enim Theodorum Mopsuestenum episcopum intelligi puto.

(74) *Περιέσεσθαι δὲ τούτου οὐκ ἂν δύναιντο.* Hic locus mutilus est ac mendosus. Suppleri tamen non incommode potest hoc modo, Περιέσεσθαι δὲ τούτου συνῄεσαν ὡς οὐκ ἂν δύναιντο, εἰ ὑπονοστήσῃ Ἀθανάσιος. Restitui etiam potest hoc modo, Περιέσεσθαι δὲ τούτου οὐκ ἄν ποτε ᾤοντο, ut habet Nicephorus.

Digitized by Google

per quem paulo ante Arius fuerat ab exsilio revocatus. Sed quemadmodum ea res confecta sit, dicendum arbitror. Presbyter ille quem diximus, testamentum et mandata quæ Constantinus moriens ipsi commiserat, Constantio imperatoris filio obtulit. Ille cum in testamento id quod maxime cupiebat, scriptum esse comperisset: Orientis enim imperium testamento ei tradebatur; presbyterum magno in honore habuit, multumque auctoritatis ei concessit, et ut fidenter ac libere in palatium ingrederetur, præcepit. Hæc igitur licentia presbytero concessa, eum brevi familiarem reddidit, tum imperatoris conjugi, tum ejus eunuchis. Ea tempestate præpositus erat regii cubiculi eunuchus quidam, nomine Eusebius. Huic presbyter persuasit ut opinionem Arii amplecteretur. Quo factum est ut cæteri etiam eunuchi in eamdem sententiam adducerentur. Sed et ipsa imperatoris uxor, et spadonum et presbyteri hortatu, Arii partibus sese adjunxit. Nec multo post ad imperatorem ipsum pervenit hæc quæstio; paulatimque evulgata, primum quidem iis innotuit qui in palatio militabant, postea vero ad ipsum quoque urbis regiæ vulgus permanavit. Et in palatio quidem, cubicularii una cum mulierculis de hoc dogmate disputabant. In urbe vero, per singulas prope domos bellum quoddam dialecticum gerebatur. Porro hujus mali labes alias quoque urbes ac provincias brevi corripuit. Atque instar scintillæ, ex parvis orta principiis controversia, audientium animos ad maximam contentionem excitabat. Singuli enim dum causam tumultus **81** percontantur, occasionem disputandi statim habebant: eoque ipso quo percontabantur tempore, rixas inibant; per hujusmodi autem rixas, cuncta subvertebantur. Et hæc quidem in Orientis duntaxat urbibus agebantur. Urbes enim Illyrici, et quæ in Occidentis partibus sitæ sunt, interim quievere: quippe quæ Nicæni concilii decreta labefactare nollent. Cum igitur excitatum hoc malum quotidie ingravesceret, Eusebiani seditionem ac tumultum multitudinis lucro suo deputabant. Neque enim aliter fieri posse sperabant, ut aliquem episcopum Alexandriæ constituerent, qui ipsorum opinioni suffragaretur. Sed consilium illorum prævenit Athanasii reditus: qui Alexandriam reversus est, regiis munitus litteris, quas unus ex Augustis, Constantinus Junior patri cognominis, ex civitate Trevirorum ad populum Alexandrinum scripserat. Earum autem litterarum exemplum hic subjeci.

A αἴτιος μικρὸν ἔμπροσθεν ἐγεγόνει. Πῶς δὲ τοῦτο ἐπράχθη, λεκτέον. Τὴν διαθήκην ὁ πρεσβύτερος καὶ τὰ ἐνταλθέντα παρὰ τοῦ κατοιχομένου βασιλέως προσφέρει Κωνσταντίῳ τῷ τοῦ βασιλέως υἱῷ. Ὁ δὲ τοῦθ' εὑρηκὼς γεγραμμένον ὅπερ ἐβούλετο· τῆς γὰρ Ἑῴας βασιλεύειν αὐτὸν ἐπέτρεπεν ἡ διαθήκη· διὰ τιμῆς ἦγε τὸν πρεσβύτερον, παῤῥησίας τε μετεδίδου πολλῆς, εἴς τε τὰ βασίλεια θαῤῥοῦντα εἰσιέναι ἐκέλευεν. Ἡ τοίνυν δοθεῖσα παῤῥησία γνώριμον αὐτὸν ταχέως κατέστησε τῇ τε τοῦ βασιλέως γαμετῇ, καὶ τοῖς εὐνούχοις αὐτῆς. Ἦν δὲ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ πρωτότυπος τῶν κοιτώνων τοῦ βασιλέως εὐνοῦχος, ᾧ ὄνομα ἦν Εὐσέβιος. Τοῦτον ὁ πρεσβύτερος συνθέσθαι τῇ Ἀρείου δόξῃ συνέπεισεν. Ἐκ δὲ τούτου, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν εὐνούχων τὰ αὐτὰ φρονεῖν ἀνεπείθοντο. Οὐ μὴν B ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ βασιλέως γαμετὴ, διὰ τῶν εὐνούχων καὶ τοῦ πρεσβυτέρου, τῇ Ἀρείου δόξῃ προστίθεται. Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ ἐπ' αὐτὸν διέβαινε τὸν βασιλέα τὸ ζήτημα τοῦτο· καὶ γίνεται φανερὸν (75) κατὰ βραχὺ, πρῶτον μὲν τοῖς κατὰ τὰ βασίλεια στρατευομένοις (76). Ἔπειτα δὲ, διεδόθη καὶ εἰς τὰ πλήθη τῆς πόλεως· διελέγοντο δὲ (77) περὶ τῆς δόξης, ἐν μὲν τοῖς βασιλείοις οἱ ἐπικοιτωνῖται ἅμα ταῖς γυναιξίν· ἐν δὲ τῇ πόλει, καθ' ἑκάστην οἰκίαν διαλεκτικὸς πόλεμος ἦν· διέτρεχεν οὖν ταχέως τὸ κακὸν, καὶ ἐπὶ τὰς ἄλλας ἐπαρχίας τε καὶ πόλεις. Καὶ ὡς σπινθὴρ, ἐκ μικροῦ λαμβάνον τὴν ἀρχὴν τὸ ζήτημα, εἰς φιλονεικίαν τοὺς ἀκούοντας ἤγειρεν. Ἕκαστος γὰρ τῶν πυνθανομένων τῆς ταραχῆς τὴν αἰτίαν, πρόφασιν C εὐθὺς εἶχε ζητήσεως· καὶ ἅμα τῇ ἐρωτήσει, ἐρίζειν ἐβούλετο. Ἐκ δὲ τῆς ἔριδος πάντα ἀνατέτραπτο. Ταῦτα μὲν οὖν κατὰ τὰς Ἀνατολικὰς πόλεις ἐγένετο. Αἱ γὰρ ἐν Ἰλλυριοῖς, καὶ τὰ Ἑσπέρια μέρη (78) τέως ἡσύχαζον· τοὺς ὅρους γὰρ τοὺς τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου παρασαλεύειν οὐκ ἤθελον. Ὡς οὖν ἐξαφθὲν τὸ πρᾶγμα ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐπέδωκε, τηνικαῦτα οἱ περὶ Εὐσέβιον τὸν Νικομηδέα, ἕρμαιον ἡγοῦντο τὴν τῶν πολλῶν ταραχήν. Οὕτω γὰρ μόνως δύνασθαι τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον ἀναδεῖξαι τῆς αὐτῶν δόξης ὁμόφρονα. Ἀλλὰ τότε μὲν ἔφθασεν ἐπανελθὼν εἰς αὐτὴν Ἀθανάσιος, ἑνὸς τῶν Αὐγούστων ὠχυρωμένος γράμμασιν, ἅπερ τῷ Ἀλεξανδρέων λαῷ Κωνσταντῖνος ὁ νέος ὁ τῷ πατρὶ ὁμώνυμος, ἐκ τῆς ἐν Γαλλίᾳ Τριβέρεως ἔπεμψεν. Ἔστι δὲ τάδε τὰ γράμματα τὰ D ὑποτεταγμένα.

## VALESII ANNOTATIONES.

(75) *Καὶ γίνεται φανερόν*. Conjunctionem hic addidi ex auctoritate codicis Florentini, quanquam in hoc codice particula suo loco mota erat. Sic enim scriptum habet, Τὸ καὶ ζήτημα τοῦτο γίνεται φανερόν. Sed facile erat hanc transpositionem animadvertere. Certe Nicephorus emendationem hanc confirmat.

(76) *Τοῖς κατὰ τὰ βασίλεια στρατευομένοις*. Male Christophorsonus imperatoris satellites interpretatur. Omnes enim palatini hac dictione designantur, non protectores solum ac domestici et reliqui scholares qui sub armis erant, verum etiam ministeriani et scriniarii. Hæc enim palatina militia dicebatur; eodem modo quo officiales seu apparitores magistratuum ordinariorum seu civilium, milites dicebantur. Eorumque actus in codice Theodosiano cohortalis militia appellatur.

(77) *Διελέγοντο δέ*. Scribendum videtur διελέγοντο δὴ, ut vitetur ejusdem particulæ nimis crebra repetitio.

(78) *Καὶ τὰ ἑσπέρια μέρη*. Non dubito quin Socrates scripserit, καὶ κατὰ τὰ ἑσπέρια μέρη, etc., supple πόλεις.

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

*Ὅπως Ἀθανάσιος Κωνσταντίνου τοῦ Νεωτέρου γράμμασι θαῤῥήσας, τὴν Ἀλεξάνδρειαν κατέλαβεν.*

*Κωνσταντῖνος Καῖσαρ τῷ λαῷ τῆς Καθολικῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας.*

A Οὐδὲ τῆς ὑμετέρας ἱερᾶς ἐννοίας ἀποπεφευγέναι εἰς γνῶσιν (79) οἶμαι, διατοῦτο Ἀθανάσιον τὸν τοῦ προσκυνητοῦ νόμου ὑποφήτην πρὸς καιρὸν εἰς τὰς Γαλλίας ἀπεστάλθαι, ἵνα ἐπειδὴ ἡ ἀγριότης τῶν αἱμοβόρων καὶ πολεμίων αὐτοῦ ἐχθρῶν, εἰς κίνδυνον τῆς ἱερᾶς αὐτοῦ κεφαλῆς ἐπέμενε, μὴ ἄρα διὰ τῆς τῶν φαύλων διαστροφῆς ἀνήκεστα ὑποστῇ. Πρὸς τὸ διαπαῖξαι τοίνυν ταύτην, ἀφῃρέθη τῶν φαρύγγων τῶν ἐπικειμένων αὐτῷ ἀνδρῶν, ὑπ' ἐμοὶ διάγειν κελευσθεὶς οὕτως, ὡς ἐν ταύτῃ τῇ πόλει ἐν ᾗ διέτριβεν, B πᾶσι τοῖς ἀναγκαίοις ἐκπλεονάζειν, εἰ καὶ ταμάλιστα αὐτοῦ ἡ ἀοίδιμος ἀρετὴ ταῖς θείαις πεποιθυῖα βοηθείαις, καὶ τὰ τῆς τραχυτέρας τύχης ἄχθη ἐξουθενεῖ. Τοιγαροῦν εἰ καὶ ταμάλιστα πρὸς τὴν προσφιλεστάτην ὑμῶν θεοσέβειαν, ὁ δεσπότης ἡμῶν ὁ τῆς μακαρίας μνήμης Κωνσταντῖνος ὁ Σεβαστὸς, ὁ ἐμὸς πατὴρ, τὸν αὐτὸν ἐπίσκοπον τῷ ἰδίῳ τόπῳ παρασχεῖν προῄρητο, ὅμως ἐπειδὴ ἀνθρωπίνῳ κλήρῳ προληφθεὶς, πρὸ τοῦ τὴν εὐχὴν πληρῶσαι ἀνεπαύσατο, ἀκόλουθον ἡγησάμην, τὴν προαίρεσιν τοῦ τῆς θείας μνήμης βασιλέως διαδεξάμενος πληρῶσαι. Ὅστις ἐπειδὰν τῆς ὑμετέρας τύχῃ προσόψεως, ὅσης παρ' ἐμοῦ αἰδοῦς τετύχηκε γνώσεσθε· οὐ γὰρ θαυμαστὸν, εἴ τι δ' ἂν ὑπὲρ αὐτοῦ πεποίηκα. Καὶ γὰρ C τὴν ἐμὴν ψυχὴν, ἡ τοῦ ὑμετέρου πόθου εἰκὼν, καὶ τὸ τηλικούτου ἀνδρὸς σχῆμα εἰς τοῦτο ἐκίνει καὶ προέτρεπεν. Ἡ θεία Πρόνοια ὑμᾶς διαφυλάξοι, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί. Τούτοις θαῤῥῶν τοῖς γράμμασιν ὁ Ἀθανάσιος, καταλαμβάνει τὴν Ἀλεξάνδρειαν· καὶ ἥδιστα μὲν αὐτὸν ἀνεδέξατο ὁ τῶν Ἀλεξανδρέων λαός. Ὅσοι δὲ ἐτύγχανον ἀρειανίζοντες ἐν αὐτῇ, φατρίας συνίσταντο κατ' αὐτοῦ. Δι' ὧν συνεχεῖς στάσεις ἐγίνοντο· αἵτινες ὑπόθεσιν παρεῖχον τοῖς περὶ Εὐσέβιον τοῦ διαβάλλειν αὐτὸν βασιλεῖ, ὅτι μὴ κρίναντος τοῦ κοι-

## CAP. III.

*Quomodo Athanasius Constantini Junioris litteris fretus, Alexandriam rediit.*

*Constantinus Cæsar populo Ecclesiæ Catholicæ Alexandrinorum.*

Nec sanctissimæ mentis vestræ notitiam arbitror præterire, Athanasium venerandæ legis interpretem, ad tempus idcirco missum esse in Gallias, ne, quoniam cruentorum ejus hostium feritas sacratissimo illius capiti extremum periculum minabatur, ipse per nefariam improborum hominum perversitatem mala insanabilia sustineret. Quamobrem, ut hanc feritatem evitaret, ereptus est faucibus eorum qui ipsius capiti imminebant, jussusque sub mea ditione degere, ita ut in ea urbe quam incolere præceptum ei fuerat, omnibus necessariis abundaret: tametsi ejus eximia virtus divino freta præsidio, etiam asperioris fortunæ ærumnas parvi pendat. Proinde etsi dominus ac parens noster divæ memoriæ Constantinus Augustus, eumdem episcopum in pristinum locum restituere, ac vestræ sacratissimæ pietati **82** reddere proposuerat, quoniam tamen humana sorte præventus, priusquam votum suum implesset, ex hac luce migravit, consentaneum esse existimavi, ut divæ memoriæ principis propositum, ego utpote hæres, exsecutioni mandarem. Quanta porro reverentia illi a nobis exhibita fuerit, ex eo ipso, simul atque in conspectum vestrum venerit, cognoscetis. Nec mirum, ejus gratia aliquid a me factum fuisse. Ad hoc enim et imago quædam amoris vestri, et tanti viri species animum meum movit atque incitavit. Divina Providentia vos servet, fratres charissimi. His litteris fretus Athanasius Alexandriam venit; et populus quidem Alexandrinus eum libentissime suscepit. Quotquot vero in illa urbe opinionem Arii sequebantur, societate inita, adversus eum conspirabant. Unde crebræ exortæ sunt seditiones, quæ ansam præbuerunt Eusebianis ut illum apud imperatorem accusarent, quod sine decreto commu-

### VALESII ANNOTATIONES.

(79) *Ἀποπεφευγέναι εἰς γνῶσιν.* Lego ἀποπεφευγέναι γνῶσιν, ut scriptum est apud Athanasium in Defensione secunda adversus Arianos, ubi hæc Constantini Junioris epistola refertur, data die XV Kalendas Julias Treviris. Sic enim concepta est subscriptio apud Athanasium. Datam autem esse Feliciano et Titiano coss. alibi observavi, id est anno Christi 337 *.

### VARIORUM.

* *Ἐδόθη πρὸ δεκαπέντε Καλανδῶν Ἰουλίων ἐν Τριβέροις. Datum Treviris* XV *Kalendas Julias*, id est, 17 Junii. De anno autem disputant recentiores. Valesius 337, alii vero sequentem assignant. Litem resolvunt Athanasius et Theodoritus. Ille in Epistola ad solitarios, paulo post initium: Ταῦτα συνορῶντες, ait, οἱ τρεῖς ἀδελφοί. — *Hæc cum animadverterent tres fratres, Constantinus, Constantius, et Constans, post patris obitum, omnes in patriam et Ecclesiam suam reverti jusserunt: scribentes quidem de singulis ad proprias Ecclesias, de Athanasio autem ad hunc modum.* Post hæc subjicitur initium epistolæ Constantini Junioris. Hinc sane liquet ex trium fratrum consensu exsules omnes revocatos fuisse; atque adeo non anno 337, sed sequente, 17 Junii scriptam fuisse hanc epistolam, Athana- D siumque ex Galliis rediisse. Cum enim anno 337, Maii vicesima secunda, Constantinus obierit, vix 17 Junii ejusdem anni nuntium obitus Constantinopoli Treviros pervenisse credatur. Nec tam modico temporis intervallo, fratres Cæsares tanto itinere disjuncti, ac tam gravibus alias negotiis implicati, communi consensu exsules revocare, ac litteras exsulibus tradere potuerunt. Quæ sententia validissime firmatur Theodoriti testimonio, qui lib. II, cap. 1, ait Athanasium biennio et quatuor mensibus Treviris commoratum. Cum enim Athanasius initio anni 336 Treviros advenerit, non potuit nisi anno 338, duos annos et quatuor menses ibidem confecisse. (Cl. monachi Benedictini, not. in Athanasium.)

Digitized by Google

nis episcoporum concilii, suopte nutu atque arbitrio Alexandrinam Ecclesiam occupasset. Tantumque criminationibus suis perfecere, ut ira percitus imperator Alexandria illum expulerit. Sed qua ratione id factum sit, paulo postea dicam.

A νοῦ συνεδρίου τῶν ἐπισκόπων, ἑαυτῷ ἐπιτρέψας τὴν Ἐκκλησίαν κατελάμβανεν· ἐπιτοσοῦτον δὲ τὰς διαβολὰς ἐξέτεινον, ὡς ὀργισθέντα τὸν βασιλέα, τῆς Ἀλεξανδρείας ἐκβαλεῖν. Πῶς μὲν οὖν τοῦτο ἐγένετο, μικρὸν ὕστερον λέξω.

### CAP. IV.

*Quod Eusebio Pamphili mortuo, Acacius episcopatum Cæsareæ suscepit.*

Inter hæc mortuo Eusebio Cæsareæ Palæstinæ urbis episcopo, cui cognomentum erat Pamphili, Acacius ejus discipulus episcopatum suscepit. Qui quidem et alios complures edidit libros, et de vita præceptoris sui Eusebii specialiter scripsit.

### ΚΕΦΑΛ. Δ'.

*Ὡς τελευτήσαντος Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου, Ἀκάκιος τὴν ἐπισκοπὴν Καισαρείας διεδέξατο.*

Ἐν δὲ τῷδε τῷ χρόνῳ τελευτήσαντος Εὐσεβίου [f], ὃς τῆς ἐν Παλαιστίνῃ Καισαρείας ἐπίσκοπος ἦν, καὶ τὴν Παμφίλου προσωνυμίαν ἐκέκτητο, Ἀκάκιος μαθητὴς αὐτοῦ τὴν ἐπισκοπὴν διαδέχεται· ὃς ἄλλα μὲν βιβλία πολλὰ ἐξέθετο, καὶ εἰς τὸν βίον δὲ τοῦ διδασκάλου αὐτοῦ συνέγραψεν.

B

### CAP. V.

*De morte Constantini Junioris.*

Nec multo post Constantii imp. frater patri cognominis, Junior Constantinus, dum in partes Constantis fratris sui natu minoris conatur invadere, conserto cum militibus ejus prælio interficitur, consulatu Acindyni et Proculi.

### ΚΕΦΑΛ. Ε'.

*Περὶ τῆς Κωνσταντίνου τοῦ Νεωτέρου τελευτῆς.*

Μετ' οὐ πολὺ δὲ ὁ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίου ἀδελφὸς ὃς ἦν ὁμώνυμος τῷ πατρὶ, ὁ Νέος Κωνσταντῖνος, ἐπιὼν τοῖς μέρεσι τοῦ νέου ἀδελφοῦ Κώνσταντος, συμβαλών τε τοῖς στρατιώταις αὐτοῦ, ἀναιρεῖται [g] ὑπ' αὐτῶν, ἐν ὑπατείᾳ Ἀκινδύνου καὶ Πρόκλου.

### 83 CAP. VI.

*Quomodo Alexander Constantinop. episcopus Paulum et Macedonium proposuit ordinandos.*

Sub idem tempus Constantinopoli post illos tumultus quos supra retulimus, alius continuo excitatus est hujusmodi de causa : Alexander Ecclesiæ illius urbis episcopus, qui contra Arium strenue dimicaverat, cum tres quidem ac viginti annos in episcopatu egisset, octo vero ac nonaginta vixisset,

### ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

*Ὡς Ἀλέξανδρος ὁ Κωνσταντίνου πόλεως ἐπίσκοπος τελευτῶν, ὑπόψηφον πεποίηκε Παῦλον καὶ Μακεδόνιον.*

Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον κατὰ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν, ἑτέρα ταῖς προτέραις ἐπισυμπλέκεται ταραχὴ, ἐξ αἰτίας τοιαύτης· Ἀλέξανδρος (80) ὁ κατὰ τήνδε τὴν πόλιν τῶν ἐκκλησιῶν προεστὼς, ὁ C τὴν πρὸς Ἄρειον μάχην ἀγωνισάμενος, τὸν ἐνθάδε βίον ἀπέλειπεν [h], εἰκοσιτρία μὲν ἔτη κατὰ τὴν ἐπι-

## VALESII ANNOTATIONES.

(80) *Ἀλέξανδρος*. Errat hic Socrates, et quotquot eum secuti sunt, qui Alexandri Constantinopolitani obitum referunt consulatu Acindyni et Proculi, anno Christi 340. Ego vero in libro II Observationum ecclesiasticarum certissimis argumentis demonstravi Alexandrum episcopum CP. obiisse principatu Constantini, eique Paulum successisse, eodem Constantino adhuc regnante. Certe Baronius, qui Alexandri obitum consignat anno Christi 340, manifestissime secum ipse pugnat. Synodum enim episcoporum Ægypti, quæ ad refutandas Eusebianorum in Athanasium calumnias collecta est, factam esse dicit anno 339 Natalis Dominici. Atqui episcopi illi in Epistola sua synodica diserte testantur, Eusebium jam tum relicta Nicomedia ad Constantinopolitanam sedem transiliisse. Verba ipsius epistolæ nihil attinet hic referre, cum a Baronio ipso prolata sint ad annum Christi 340. Quod si Eusebius anno Christi 339 Constantinopolitanam sedem jam obtinebat, ante hunc annum Alexander obierit necesse est.

## VARIORUM.

[f] *Τελευτήσαντος Εὐσεβίου*. Annorum et famæ satur, inquit Guil. Cave, diem clausit extremum Eusebius circa ann. 340. Erat autem Acacius, ejus discipulus et successor, homo in fide varius, et ingenio vafer, qui sententiam suam pro re nata variare probe novit ; neque cum Arianis Filium κτίσμα ἓν τῶν κτισμάτων affirmabat, neque cum Semi-Arianis ὁμοιούσιον, sed simpliciter ὅμοιον, vel ὅμοιον κατὰ τὴν βούλησιν μόνον, *sola voluntate* Patri similem esse voluit. (*Idem in Acacio.*)

[g] *Ἀναιρεῖται*. Diviserat imperium suum Constantinus M. in tres filios. Constantino natu maximo cessit Gallia, Hispania, Britannia et Africa proconsularis ex parte. Constanti natu minimo Italia, Africa reliqua, Illyricum, Macedonia, Græcia, Pontoque Euxino finitima. Constantio Mysia, Thracia, Constantinopolis, Asia, Ægyptus, Orientisque imperium ab Illyrico ad Nisibim. (Eunapius *in Edesio*, pag. 45, et Zosimus lib. II.) Hæc tamen divisio D non omnino placide transacta ; composita tamen a Constantio in Pannonia, ut prædicat Julianus oratione III, indeque postea ipse in Syriam profectus est, ut habet Julianus oratione I. Verum hi tumultus anni sequentis initio accidere ; tandemque de pertinente ad Carthaginem Africa, Italiaque dissidium Constantinum inter et Constantem exortum : quod cum triennium totum fovissent, anno demum 340 Constantino fatale fuit. (Ant. Pagi ad ann. 337, n. 7.)

[h] *Τὸν ἐνθάδε βίον ἀπέλειπεν*. S. Alexandri obitus accurate a Baronio anno 340 consignatur. Sedit enim is annos 23, ut testantur Socrates, Sozomenus, Theophanes, uterque Nicephorus, et Zonaras. Eum principatu Constantii Augusti Paulus excepit, inquit Ant. Pagi ad dictum annum, n. 9, qui Valesii argumentis in contrarium allatis ibidem respondet.

Digitized by Google

σκοπὴν διατρίψας, ἐνενήκοντα καὶ ὀκτὼ δὲ ἔτη τὰ A πάντα βιοὺς, οὐδένα εἰς τὸν αὐτοῦ τόπον χειροτονήσας. Ἐνετείλατο δὲ τοῖς καθήκουσιν ἑλέσθαι δυοῖν τὸν ἕτερον, ὧν αὐτὸς ὀνομάσειεν. Καὶ εἰ μὲν βούλοιντο διδασκαλικὸν ἐν ταὐτῷ καὶ βίου χρηστοῦ μαρτυρούμενον, Παῦλον τὸν ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντα πρεσβύτερον, ἄνδρα νέον μὲν τὴν ἡλικίαν, προβεβηκότα δὲ ταῖς φρεσίν. Εἰ δὲ μόνον ἐκ τοῦ προσχήματος τῆς εὐλαβείας δεικνύμενον, αἱρεῖσθαι Μακεδόνιον, διάκονον (81) τυγχάνοντα μὲν ἤδη πάλαι τῆς ἐκκλησίας, τῇ ἡλικίᾳ δὲ γέροντα. Ἐκ τούτου μείζων φιλονεικία περὶ χειροτονίας γίνεται ἐπισκόπου, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν διετάραττεν. Ἐπεὶ γὰρ ὁ λαὸς εἰς δύο διετέτμητο μέρη· τῶν μὲν προσκειμένων τῷ Ἀρειανῷ δόγματι, τῶν δὲ φρονούντων καθὰ ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος ὥρισε. Καὶ ἕως μὲν Ἀλέξανδρος περιῆν, κατεκράτουν οἱ φρονοῦντες τὸ ὁμοούσιον, τῶν ἀρειανιζόντων B διακρινομένων, καὶ ὁσημέραι διαπληκτιζομένων περὶ τοῦ δόγματος. Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος τετελευτήκει, ἀμφήριστος ἡ τοῦ λαοῦ μάχη καθίστατο. Διὸ οἱ μὲν τοῦ ὁμοουσίου τὴν πίστιν φυλάττοντες, Παῦλον εἰς τὴν ἐπισκοπὴν προχειρίζονται· οἱ δὲ ἀρειανίζοντες, Μακεδόνιον ἔσπευδον. Καὶ ἐν μὲν τῇ τῆς Εἰρήνης ἐπωνύμῳ ἐκκλησίᾳ (82), καὶ ἐχομένῃ τῆς νῦν Μεγάλης καὶ Σοφίας ὀνομαζομένης, χειροτονεῖται Παῦλος, ἐφ' οὗ καὶ μᾶλλον ἡ τοῦ ἀπελθόντος ψῆφος ἐδόκει κρατεῖν.

ex hac luce migravit, nemine in suum locum subrogato. Mandavit tamen iis penes quos jus eligendi erat, ut alterum ex duobus quos ipse nominaret, eligerent. Ac si quidem eum vellent qui et ad docendum idoneus, et vitæ ac morum integritate conspicuus esset, Paulum, quem ipse presbyterum ordinarat, assumerent: ætate quidem adhuc juvenem, sed prudentia senem. Sin eum sibi mallent qui externa tantum specie gravitatis commendaretur, Macedonium eligerent, qui ecclesiæ illius jampridem erat diaconus, et ad senilem jam vergebat ætatem. Hinc vero in deligendo episcopo major exorta contentio Ecclesiam conturbavit. Nam populus duas in partes divisus erat, his Ariano faventibus dogmati, illis Nicæni concilii decreta defendentibus. Et superstite quidem Alexandro, Homousiani superiores fuere, dissidentibus Arianis, et de proprio dogmate inter se digladiantibus. Sed postquam ille fato functus est, anceps utrinque fuit concertatio. Proinde Homousiani quidem Paulum designarunt episcopum, Ariani vero studia sua in Macedonium conferebant. Et in ecclesia quidem quæ dicitur Irene, et contigua est **84** ei quæ nunc Magna et Sophiæ vocatur ecclesia, Paulus episcopus ordinatur, in quo sane videbatur mortui Alexandri valuisse suffragium.

## ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

*Ὡς ὁ βασιλεὺς Κωνστάντιος Παῦλον τὸν προβληθέντα ἐπίσκοπον ἐκβάλλει, Εὐσεβίῳ δὲ ἐκ τῆς Νικομηδείας μεταπεμφθέντι, τὴν ἐπισκοπὴν Κωνσταντίνου πόλεως ἐνεχείρισεν.* C

Μετ' οὐ πολὺ δὲ ἐπιστὰς ὁ βασιλεὺς τῇ Κωνσταντίνου πόλει, πρὸς ὀργὴν ἐκχάεται ἐπὶ τῇ γενομένῃ χειροτονίᾳ· καὶ καθιστὰς συνέδριον (82*) τῶν τὰ Ἀρείου φρονούντων ἐπισκόπων, τὸν μὲν Παῦλον σχολάζειν ἐποίησεν· Εὐσέβιον δὲ ἐκ τῆς Νικομηδείας μεταστήσας (83), τῆς Κωνσταντίνου πόλεως ἐπίσκοπον ἀναδείκνυσι. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ταῦτα πράξας, ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν ὥρμησεν.

## CAP. VII.

*Qualiter Constantius imp. Paulum episcopatu ejecerit, et Eusebio ab urbe Nicomedia evocato episcopatum CP. tradiderit.*

Imperator vero non multo post Constantinopolim ingressus, ob illam ordinationem gravissima exarsit ira. Collectoque Arianorum antistitum concilio, Paulo quidem episcopatum ademit, Eusebium vero ab urbe Nicomedia translatum, Constantinopoleos episcopum designavit. His ita gestis imp. Antiochiam profectus est.

## VALESII ANNOTATIONES.

(81) *Μακεδόνιον, διάκονον.* Hic postea sub Paulo Constantinopolitano episcopo ad presbyterii gradum promotus, episcopum suum accusavit [1], ut scribit Athanasius in Epistola ad solitarios.

(82) *Ἐν μὲν τῇ τῆς Εἰρήνης ἐπωνύμῳ ἐκκλησίᾳ.* Duæ fuerunt hujus nominis ecclesiæ in urbe Constantinopolitana, altera vetus, altera nova, ut D scribitur in Vita Pauli Constantinopolitani episcopi, quam refert Photius in Bibliotheca: Καὶ χειροτονεῖται ὁ Παῦλος ἐπίσκοπος ἐν τῇ τῆς ἁγίας Εἰρήνης ἐπωνύμῳ ἐκκλησίᾳ· ἣν ὁ χρόνος ἀντιδιαστέλλων τῆς νέας, ἔωκε καλεῖσθαι παλαιάν. Porro vetus ecclesia Irene contigua erat magnæ ecclesiæ quæ Sophia postea appellata est; nec separatos habebat clericos: sed clerici magnæ ecclesiæ per vices in ea ecclesia ministrabant. Docet id imperator Justinianus in Novella tertia: Ἦν δὲ ὁ προσκυνητὸς οἶκος τῆς ἁγίας Εἰρήνης ὁ τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ συνημμένος, etc. In veteri descriptione Constantinopolis quæ Notitiæ imperii Romani præfixa est, hæc ecclesia vocatur antiqua, et in secunda regione ponitur una cum ecclesia magna. In septima autem regione recensetur Irene, nova scilicet. Antiquæ Irenes meminit Socrates in libro primo, ubi mortem Arii describit. Dicitur autem ἁγίας Εἰρήνης, eodem modo quo ἁγίας Σοφίας, non quod virgo aut martyr fuerit eo nomine appellata.

(82*) *Καὶ καθιστὰς συνέδριον*, etc. In codice Leonis Allatii scriptum est καὶ καθίσας, quod non displicet. Ita certe legitur apud Sozomenum in libro III, cap. 4.

(83) *Ἐκ τῆς Νικομηδείας μεταστήσας.* Codex Allatii quædam hic verba interserit hoc modo: Ἐκ τῆς Νικομηδείας κατὰ περιδρομὴν αὐτοῦ μεταστήσας, τῆς μεγαλοπόλεως ἐπίσκοπον ἀναδείκνυσι. Id est: *per ambitum ipsius Eusebii.*

## VARIORUM.

[1] **Macedonius** Paulum jam episcopum ordinatum de crimine nescio quo accusavit: quod certe leve fuisse oportet, cum, pendente accusatione, cum reo communicaverit accusator. (Ant. Pagi ad ann. 340, n. 12.)

Digitized by Google

## CAP. VIII.

*Quomodo Eusebius collecta iterum Antiochiæ synodo, alteram fidei formulam promulgavit.*

Eusebius autem nullo pacto conquiescere poterat, sed omnem, ut est in proverbio, movebat lapidem, ut id quod proposuerat efficeret. Concilium igitur Antiochiæ in Syria curat congregari, prætextu quidem dedicandæ ecclesiæ, quam Augustorum pater Constantinus ædificare cœperat, post ejus autem obitum Constantius filius, decimo post anno quam jacta fuerant fundamenta, absolverat; reipsa vero, ut consubstantialis fidem everteret ac profligaret. In hoc concilio ex diversis civitatibus convenerunt episcopi numero nonaginta. Maximus tamen Hierosolymorum episcopus, qui Macario successerat, non interfuit: id scilicet animo reputans, deceptum se prius fuisse, et per fraudem inductum ut depositioni Athanasii subscriberet. Sed neque Julius interfuit Romanæ urbis episcopus; nec quemquam eo misit qui locum suum impleret: **85** cum tamen ecclesiastica regula vetet, ne absque consensu Romani pontificis quidquam in Ecclesia decernatur.

A

## ΚΕΦΑΛ. Η'.

*Ὡς Εὐσέβιος ἑτέραν σύνοδον ποιησάμενος ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας, ἑτέραν ἔκθεσιν πίστεως ὑπαγορευθῆναι ἐποίησε.*

Εὐσέβιος δὲ οὐδενὶ τρόπῳ ἡσυχάζειν ἐβούλετο, ἀλλὰ, τὸ τοῦ λόγου, πάντα λίθον ἐκίνει, ὅπως ἂν ὃ προέθετο κατεργάσηται· κατασκευάζει οὖν σύνοδον ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας i γενέσθαι, προφάσει μὲν τῶν ἐγκαινίων τῆς ἐκκλησίας, ἣν ὁ πατὴρ μὲν τῶν Αὐγούστων κατασκευάζειν ἤρξατο, μετὰ τελευτὴν δὲ αὐτοῦ, ὁ υἱὸς Κωνστάντιος δεκάτῳ ἔτει ἀπὸ τῆς θεμελιώσεως συνετέλεσεν. Τὸ δὲ ἀληθὲς, ἐπὶ τῇ ἀνατροπῇ καὶ καθαιρέσει (84) τῆς ὁμοουσίου πίστεως. Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ συνόδῳ συνῆλθον ἐκ διαφόρων πόλεων ἐπίσκοποι ἐνενήκοντα. Μάξιμος μέντοι ὁ τῶν
B Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, ὃς Μακάριον διεδέξατο, οὐ παρεγένετο ἐν αὐτῇ, ἐπιλογισάμενος ὡς εἴη συναρπαγεὶς, καὶ τῇ καθαιρέσει ὑπογράψας Ἀθανασίου. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ Ἰούλιος παρῆν, ὁ τῆς μεγίστης Ῥώμης ἐπίσκοπος· οὐδὲ μὴν εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ ἀπεστάλκει τινά· καίτοι κανόνος ἐκκλησιαστικοῦ κελεύοντος (85), μὴ δεῖν παρὰ τὴν γνώμην τοῦ ἐπισκόπου Ῥώμης, τὰς Ἐκκλησίας κανονίζειν k. Συγκροτεῖται

### VALESII ANNOTATIONES.

(84) *Καὶ τῇ καθαιρέσει.* Delenda videtur particula καὶ, totusque locus uno tenore ita legendus, ἐπιλογισάμενος ὡς εἴη συναρπαγεὶς, τῇ καθαιρέσει ὑπογράψας Ἀθανασίου. Id est: *Reputans circumventum se fuisse ut Athanasii depositioni subscribe-* C *ret.* Maximus enim Hierosolymorum episcopus, in concilio Tyri, una cum Paulo et reliquis depositioni Athanasii subscripserat. Cujus facti cum ipsum pœniteret, Antiocheno concilio interesse postea recusavit, ut scribit Sozomenus in libro tertio, cap. 6, sub finem. At Musculus et Christophorsonus in hoc Socratis loco nihil viderunt.

(85) *Καίτοι κανόνος ἐκκλησιαστικοῦ κελεύοντος.* Regulæ ecclesiasticæ in duplici sunt differentia. Aliæ enim uni duntaxat Ecclesiæ aut provinciæ conditæ sunt. Aliæ ad universalem Ecclesiam spectant. Prioris generis regulæ, cujusmodi sunt Canones pœnitentiales Dionysii Alexandrini, Petri, Basilii et aliorum, absque consensu episcopi Romani promulgari possunt ab episcopo cujusque regionis, præsertim si is episcopus alteri patriarchæ subjectus sit. Posterioris vero generis regulæ nullam vim habent, nisi consensus accesserit episcopi Romani. Hic enim primatum obtinet universalis Ecclesiæ, ut loquitur Ferrandus in Epistola ad Anatolium. Ad quem de omnibus majoris momenti negotiis, reliqui episcopi referre debent. Itaque Ferrandus in supradicta epistola non dubitavit asserere universalia concilia episcopi Romani consensu firmari oportere. Sic enim ait: *Universalia concilia, præcipue illa quibus Ecclesiæ Romanæ consensus accessit, secundæ auctoritatis locum post canonicos libros tenent.* Et aliquanto post, de universalibus conciliis loquens, neminem ait cogi illis subscribere, præter eos qui concilio interfuerunt: *Sufficere enim judicatur ad plenam confirmationem, si perducta in notitiam totius Ecclesiæ, nullum offendiculum moveant vel scandalum fratribus: sed apostolicæ fidei convenire firmentur, apostolicæ sedis roborata consensu.* Idem confirmat Ammianus Marcellinus in libro xv, ubi de Athanasio loquens, qui synodali sententia depositus fuerat, ait Constantium imperatorem, quamvis ea sententia exsecutioni jam mandata fuisset, tamen omnibus modis studuisse ut decretum illud auctoritate quoque potiore Romanæ urbis episcopi confirmaretur.

### VARIORUM.

i *Σύνοδον ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας.* Occasionem hujus synodi desumendam ex dedicatione templi Antiocheni (*Aurei Dominici* ob excellentiam dicti) ostendit Athanasius in libro De synodis, quando ait: *Antiochiæ novam synodum per causam Encæniorum coegerunt.* Idem habet Sozom. lib. v. Hæc synodus, ut Arianorum conciliabulum, tam a veteribus quam a recentibus impugnata. Primus omnium ejus auctoritatem defendit Schelstratius, ostenditque quadruplici titulo synodum Antiochenam impetitam fuisse: 1° quod Arianorum conciliabulum fuerit; 2° quod Athanasium deposuerit; 3° quod fidem perverterit; 4° quod disciplinam ecclesiasticam impugnarit. Sed hæc quatuor non convenire primordiis Antiochenæ synodi a nonaginta Patribus celebratæ, sed fini, aut novissimis Antiocheni conciliabuli a quadraginta circiter Eusebianis celebrati actis, certum. Inchoata est synodus ann. Chr. 341, Julii Papæ 5, Constantii et D Constantis 5. (Ant. Pagi.

k *Κανόνος ἐκκλησιαστικοῦ κελεύοντος, μὴ δεῖν παρὰ τὴν γνώμην τοῦ ἐπισκόπου Ῥώμης, τὰς ἐκκλησίας κανονίζειν.* Eadem fere habentur infra, cap. 17. Hunc locum Gothofredus ita exponit: *Nihil pro rato habendum, priusquam super eo sententia episcopi Romani explorata fuerit.* Plane ut dicitur 16 Cod. Theodos., tit. 2, l. 45. In provinciis Illyrici *nihil absque scientia episcopi Constantinopolitani synodali judicio esse reservandum;* additur autem, honorem istum urbis Constantinopolitanæ episcopo deferri, quia Romæ veteris prærogativa lætatur. Aliam hujus loci expositionem profert P. de Marca, lib. iii De concord., cap. 12, scilicet: *Episcopum Romanum habere prærogativam suffragii et in unaquaque re definienda præire cæteris debere; plane ut metropolitani sententia necessaria erat ad synodi provincialis decreta stabilienda.* Verum nescire me fateor quem canonem ecclesiasticum in-

Digitized by Google

οὖν αὕτη ἡ σύνοδος ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ, παρουσίᾳ Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως, ἐν ὑπατείᾳ Μαρκέλλου καὶ Προβίνου (86)· ἦν δὲ πέμπτον ἔτος (87) τοῦτο τῆς τελευτῆς τοῦ τῶν Αὐγούστων πατρὸς Κωνσταντίνου. Προειστήκει δὲ τότε τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἐκκλησίας Πλάκιτος (88), διαδεξάμενος Εὐφρόνιον. Οἱ περὶ Εὐσέβιον οὖν, ἔργον τίθενται προηγουμένως Ἀθανάσιον διαβάλλειν, πρῶτον μὲν ὡς παρὰ κανόνα πράξαντα, ὃν αὐτοὶ ὥρισαν τότε, ὅτι μὴ γνώμῃ κοινοῦ συνεδρίου τῶν ἐπισκόπων, τὴν τάξιν τῆς ἱερωσύνης ἀνέλαβεν. Ἐπανελθὼν γὰρ ἀπὸ τῆς ἐξορίας, ἑαυτῷ ἐπιτρέψας εἰς τὴν Ἐκκλησίαν εἰσεπήδησε. Καὶ ὅτι ἐν τῇ εἰσόδῳ αὐτοῦ ταραχῆς γενομένης, πολλοὶ ἐν τῇ στάσει ἀπέθανον (89)· καὶ ὥς τινων αἰκισθέντων ὑπὸ Ἀθανασίου, τινῶν δὲ δικαστηρίοις παραδοθέντων. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν τῇ Τύρῳ πεπραγμένα κατὰ Ἀθανασίου εἰς μέσον ἦγον.

A Congregatur itaque synodus Antiochiæ, præsente ipso imp. Constantio, consulatu Marcellini et Probini, anno quinto post obitum Constantini patris Augustorum. Præsidebat eo tempore Antiochenæ Ecclesiæ Flaccillus, qui Euphronio successerat. Igitur Eusebiani ante omnia Athanasium calumniari studuerunt: primum quidem, quod contra regulam quam ipsi tum primum constituerunt, episcopatus sui locum absque decreto communis episcoporum concilii recuperasset. Quippe ab exsilio reversus, suopte nutu atque arbitrio Ecclesiam occupaverat. Deinde quod sub ingressum ejus orto tumultu, multi in seditione occubuissent; et quod alii quidem verberibus ab illo affecti fuissent, alii in judicium adducti. Sed et illa quæ in urbe Tyro adversus Atha- B nasium gesta fuerant, in medium protulere.

## ΚΕΦΑΛ. Θ'.

### *Περὶ Εὐσεβίου τοῦ Ἐμισηνοῦ.*

Ἐπὶ τούτοις τότε τῆς διαβολῆς γενομένης, προχειρίζονται τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον, πρῶτον μὲν Εὐσέβιον τὸν ἐπικληθέντα Ἐμισηνόν. Τίς δὲ οὗτος ἦν, διδάσκει Γεώργιος ὁ Λαοδικείας, ὃς τότε παρῆν ἐν τῇ συνόδῳ. Φησὶ γὰρ ἐν τῷ εἰς αὐτὸν πεπονημένῳ βιβλίῳ, ὡς εἴη Εὐσέβιος ἐκ τῶν εὐπατριδῶν τῆς ἐν Μεσοποταμίᾳ Ἐδέσης καταγόμενος· ἐκ νέας τε ἡλικίας τὰ ἱερὰ μαθὼν Γράμματα (90)· εἶτα τὰ Ἑλλήνων παιδευθεὶς παρὰ τῷ τηνικαῦτα τῇ Ἐδέσῃ ἐπιδημήσαντι παιδευτῇ· τέλος ὑπὸ Πατροφίλου καὶ Εὐσεβίου τὰ ἱερὰ ἡρμηνεύθη Βιβλία· ὧν ὁ μὲν τῶν ἐν Καισαρείᾳ, ὁ δὲ τῆς ἐν Σκυθοπόλει προΐστατο Ἐκκλησίας. Μετὰ ταῦτα δὲ ἐπιδημήσαντος αὐτοῦ τῇ Ἀντιοχείᾳ, συνέβη Εὐστάθιον ὑπὸ Κύρου κατηγορηθέντα τοῦ Βεροιέως καθαιρεθῆναι ὡς Σαβελλίζοντα. Εἶτα αὖθις τὸν Εὐσέβιον συνεῖναι Εὐφρονίῳ τῷ διαδεξαμένῳ Εὐστάθιον· φεύγοντά τε τὴν ἱερωσύνην, καταλαβεῖν

## 86 CAP. IX.

### *De Eusebio Emiseno.*

Hujusmodi tum concinnatis calumniis, Alexandrinæ Ecclesiæ episcopum designant, primo quidem Eusebium cognomento Emisenum. Quisnam porro iste fuerit, docet Georgius Laodiceæ episcopus, qui concilio huic etiam interfuit. Nam in libro quem de ejus vita conscripsit, ait illum ex viris nobilissimis Edessæ in Mesopotamia generis sui originem duxisse, et a puero sacris Litteris institutum, Græcas postea disciplinas a quodam magistro qui tunc temporis Edessæ degebat, percepisse: tandem vero C sacrorum Voluminum expositionem ex Patrophilo hausisse atque Eusebio: quorum hic Cæsariensem, ille Scythopolitanam regebat Ecclesiam. Post hæc cum Antiochiam venisset, contigit ut Eustathius a Cyro Berœensi accusatus tanquam Sabelliani dogmatis assertor, deponeretur. Quare Eusebius cum Euphronio, qui Eustathio successerat, deinceps vi-

## VALESII ANNOTATIONES.

(86) *Ἐν ὑπατείᾳ Μαρκέλλου καὶ Προβίνου.* Athanasius in libro De synodis, hujus concilii tempus his notis designat: Ἦσαν δὲ οἱ συνελθόντες ἐν τοῖς ἐγκαινίοις ἐπίσκοποι ἐνενήκοντα, ὑπατείᾳ Μαρκελλίνου καὶ Προβίνου, ἰνδικτιῶνος ιδ', ἐκεῖ ὄντος Κωνσταντίου ἀσεβεστάτου. *Fuere autem, qui tempore Encæniorum convenerant, episcopi numero nonaginta, consulibus Marcellino et Probino, indictione decima quarta, præsente ibidem impiissimo Constantio.*

(87) *Ἦν δὲ πέμπτον ἔτος*, etc. Marcellino et Probino coss., die undecimo Kalendas Junias, completus est annus quartus ab obitu Constantini. Post hunc igitur diem collecta est synodus Antiochena, si verum est quod ait Socrates, eam collectam fuisse anno quinto ab obitu Constantini.

(88) *Πλάκιτος.* Rectius scribitur hoc nomen in versione Epiphanii Scholastici. *Præsidebat tunc Ecclesiæ Antiochenæ Flaccillus successor Euphronii.* Nec aliter dicitur in Epistola Julii papæ ad episcopos, qui Antiochiæ in hac synodo congregati fuerant. Sic enim habet inscriptio: Δανίῳ, Φλακίλλῳ, etc. Idem antea concilio Tyri interfuerat, et cum Arianis adversus Athanasium conspiraverat, ut docet Epistola episcoporum Ægypti ad Dionysium comitem, quam refert Athanasius in Defensione secunda adversus Arianos. Eidem Flaccillo Eusebius Cæsariensis libros suos contra Marcellum nuncupavit. Pro Flaccillo tamen fere ubique Placitus scribitur. Nisi quod in sequenti cap. codex Allatii scriptum habet, ὑπὸ Φλακίλλου.

(89) *Πολλοὶ ἐν τῇ στάσει ἀπέθανον.* Has Eu- D sebianorum calumnias egregie refutant episcopi Ægypti in Epistola synodica, quam refert Athanasius in II Defensione adversus Arianos.

(90) *Τὰ ἱερὰ μαθὼν Γράμματα.* Hunc Socratis locum explicat Sozomenus in libro III, cap. 6, de Eusebio Emiseno ita scribens, Ἐκ νέου δὲ κατὰ πάτριον ἔθος τοὺς ἱεροὺς ἐκμαθὼν λόγους, etc. Pueri igitur Edessenorum sacræ Scripturæ libros memoriter ediscebant ex more institutoque majorum. Sane Edessenos ardentissimos fuisse cultores Christianæ religionis testantur scriptores ecclesiastici.

## VARIORUM.

telligat Socrates, qui tantam prærogativam episcopo Romano concesserit; quanquam P. de Marca sextum synodi Nicænæ indigitari vult, loco citato. W. Lowth.

Digitized by Google

xit. Postea cum sacerdotium ei deferretur, honoris ejus vitandi causa Alexandriam se contulit, atque illic philosophiæ operam dedit. Hinc reversus Antiochiam, cum Flaccillo Euphronii successore familiariter versatus est : tandemque ab Eusebio Constantinopoleos episcopo ad Alexandrinæ urbis sacerdotium est promotus. Eo tamen profectus non est, propterea quod Athanasius a populo Alexandrino plurimum diligeretur. Missus est itaque Emisam. Sed cum Emiseni in ejus ordinatione seditionem excitavissent : probris enim ac conviciis appetebatur quasi mathematicarum artium studiosus : inde fugiens Laodiceam se contulit ad Georgium, hunc ipsum qui de illo tam multa prædicavit. Hic cum Antiochiam illum perduxisset, ut a Flaccillo et Narcisso Emisam denuo reduceretur effecit. Postea vero iterum in crimen vocatus est, quasi idem cum Sabellio sentiret. Ac de ejus quidem ordinatione Georgius fusius scribit. Ad extremum vero subjungit, imperatorem cum adversus barbaros proficisceretur, illum una secum abduxisse, et prodigia quædam ab illo esse perpetrata. Verum de his quæ Georgius de Eusébio Emiseno commemoravit, hactenus a me dictum esto.

A τὴν Ἀλεξάνδρειαν, κἀκεῖ μαθεῖν τὰ φιλόσοφα. Ἐπανελθόντα τε εἰς τὴν Ἀντιόχειαν, Πλακίτῳ τῷ μετὰ Εὐφρόνιον συνεῖναι, ὑπό τε Εὐσεβίου τοῦ Κωνσταντίνου πόλεως ἐπισκόπου προβληθῆναι εἰς τὴν Ἀλεξανδρείας ἐπισκοπήν. Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν μηκέτι ὁρμῆσαι, διὰ τὸ σφόδρα ὑπὸ τοῦ τῶν Ἀλεξανδρέων λαοῦ ἀγαπᾶσθαι Ἀθανάσιον. Πεμφθῆναι δὲ εἰς τὴν Ἐμισηνῶν πόλιν. Διαστασιασάντων δὲ τῶν Ἐμισηνῶν ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ αὐτοῦ· ἐλοιδορεῖτο γὰρ, ὡς μαθηματικὴν ἀσκούμενος· φυγῇ χρῆται, καὶ ἄπεισιν εἰς Λαοδίκειαν πρὸς τὸν περὶ αὐτοῦ πολλὰ εἰπόντα Γεώργιον. Οὗτος δὲ αὐτὸν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν καταστήσας, παρεσκεύασεν αὖθις ὑπὸ Πλακίτου καὶ Ναρκίσσου καταχθῆναι εἰς τὴν Ἔμισαν. Πάλιν τε μέμψιν ὑπομεῖναι, ὡς τὰ Σαβελλίου φρονοῦντα αὐτόν. Καὶ τὰ B μὲν περὶ τῆς καταστάσεως αὐτοῦ πλατύτερον διεξῆλθεν ὁ Γεώργιος. Τελευταῖον δὲ ἐπάγει, ὅτι καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτὸν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ἀπιὼν ἐπῆγε, καὶ ὅτι τεράστια ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ ἐγένετο. Τὰ μὲν δὴ Γεωργίῳ εἰρημένα περὶ τοῦ Ἐμισηνοῦ Εὐσεβίου, ἐπὶ τοσοῦτον λελέχθω μοι.

## CAP. X.

*Quomodo episcopi Antiochiæ congregati, cum Eusebius Emisenus episcopatum Alexandriæ recusasset, Gregorium ordinarint, et Nicænæ fidei verba immutaverint.*

Tunc vero cum Eusebius, cui Alexandrinus episcopatus ab episcopis Antiochiæ congregatis delatus fuerat, Alexandriam ire detrectaret, Gregorium C Alexandriæ **87** episcopum designarunt. His ita gestis interpolaverunt fidem : nihil quidem reprehendentes eorum quæ apud Nicæam decreta fuerant, revera tamen id agentes, ut consubstantialis fides subverteretur : dum exemplum aliis præbent crebras assidue cogendi synodos, et formulam fidei aliam subinde atque aliam promulgandi, ut paulatim in Arianam opinionem omnes abducerentur. Porro qua ratione hæc ab illis gesta sint, in ipso narrationis progressu docebimus. Epistola vero de fide ab illis edita sic habet : Nos nec Arii sectatores unquam fuimus. Quo enim modo, cum episcopi simus, presbyterum sectaremur ? Nec aliam ullam fidem quam quæ ab initio edita est, amplexi

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

*Ὡς οἱ ἐν Ἀντιοχείᾳ συνελθόντες ἐπίσκοποι, διὰ τὸ παραιτήσασθαι τὴν Ἀλεξάνδρειαν Εὐσέβιον τὸν Ἐμισηνὸν, Γρηγόριον χειροτονήσαντες, τὴν τῆς ἐν Νικαίᾳ πίστεως φράσιν μετεποίησαν.*

Τότε δὲ τοῦ Εὐσεβίου ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ προβληθέντος, καὶ δεδοικότος τὴν εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἄφιξιν, προχειρίζονται Γρηγόριον εἰς τὴν Ἀλεξανδρείας ἐπισκοπήν. Καὶ τοῦτο κατεργασάμενοι, μεταποιοῦσι τὴν πίστιν, οὐδὲν μὲν τῶν ἐν Νικαίᾳ μεμψάμενοι (91), τὸ δὲ ἀληθὲς, ἐπὶ καθαιρέσει (92) καὶ παρατροπῇ τῆς ὁμοουσίου πίστεως, διὰ τοῦ συνεχεῖς ποιεῖσθαι συνόδους, καὶ ἄλλοτε ἄλλως ὑπαγορεύειν τὸν ὅρον τῆς πίστεως, ὥστε καταβραχὺ (93) εἰς τὴν Ἀρειανὴν δόξαν παρατρέψωσι. Ταῦτα μὲν οὖν ὅπως ἐγένετο, προϊόντος τοῦ λόγου δηλώσομεν. Ἡ δὲ ὑπαγορευθεῖσα περὶ τῆς πίστεως ἐπιστολὴ, ἔστιν ἥδε· Ἡμεῖς οὔτε ἀκόλουθοι Ἀρείου γεγόναμεν. Πῶς γὰρ ἐπίσκοποι ὄντες, ἀκολουθήσομεν πρεσβυτέρῳ; Οὔτε ἄλλην τινὰ πίστιν παρὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐκτεθεῖσαν ἐδεξάμεθα. Ἀλλὰ ἡμεῖς ἐξετασταὶ καὶ δοκιμασταὶ τῆς πίστεως αὐτοῦ γενόμενοι, μᾶλλον αὐτὸν προσηκάμεθα (94) ἤπερ

## VALESII ANNOTATIONES.

(91) *Οὐδὲν μὲν τῶν ἐν Νικαίᾳ μεμψάμενοι.* In codice Leonis Allatii legitur Οὐδὲν μὲν τὰ ἐν Νικαίᾳ μεμψάμενοι, quod ferri potest. Vulgatam tamen scripturam tuetur Epiphanius, et auctor Vitæ Pauli Constantinopolitani, qui pleraque ex Socrate descripsit.

(92) *Τὸ δὲ ἀληθὲς, ἐπὶ καθαιρέσει*, etc. Horum loco codex Allatii hæc habet : Ἀρχὴν δὲ παρεσχηκότες ὑποθέσεως, τοῦ συνεχεῖς συνόδους ποιεῖσθαι. Atque ita legerat Epiphanius Scholasticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit : *Nihil quidem culpantes Nicæni concilii : sed principium præbentes, ut frequentibus conciliis, alia subinde mutantes et recitantes, efficerent ut definitio fidei paulatim in Arianam vesaniam relaberetur.* Auctor D vero Vitæ Pauli Constantinopolitani hunc locum paulo aliter interpolavit.

(93) *Ὥστε καταβραχύ.* In Allatii codice deest ὥστε. Totusque locus ita legitur, καταβραχύ τε εἰς τὴν Ἀρειανὴν δόξαν ἐκπεσεῖν. Quam lectionem secutus est Epiphanius Scholasticus, ut videre est in versione quam supra retulimus.

(94) *Μᾶλλον αὐτὸν προσηκάμεθα.* Hæc quomodo intelligenda sint monui in libro II Observationum ecclesiasticarum. Non enim illum hæresiarcham Arium in synodo Hierosolymitana susceptum esse putandum est, sed ejus duntaxat asseclas. Arius enim ipse diu antea e vivis abierat. Quod si quis hæc verba episcoporum Antiocheni concilii de ipso Ario accipienda esse contenderit, tum ego

Digitized by Google

ἠκολουθήσαμεν. Καὶ γνώσεσθε ἀπὸ τῶν λεγομένων. Μεμαθήκαμεν γὰρ [1] ἐξ ἀρχῆς, εἰς ἕνα τὸν τῶν ὅλων Θεὸν πιστεύειν, τῶν πάντων νοητῶν τε καὶ αἰσθητῶν δημιουργόν τε καὶ προνοητήν· καὶ εἰς ἕνα Υἱὸν τοῦ Θεοῦ μονογενῆ, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ὑπάρχοντα, καὶ συνόντα τῷ γεγεννηκότι αὐτὸν Πατρὶ, δι' οὗ καὶ τὰ πάντα ἐγένετο τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα· τὸν καὶ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατ' εὐδοκίαν τοῦ Πατρὸς κατελθόντα, καὶ σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου ἀνειληφότα, καὶ πᾶσαν τὴν πατρικὴν αὐτοῦ βουλὴν συνεκπεπληρωκότα πεπονθέναι, καὶ ἐγηγέρθαι, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνεληλυθέναι, καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς καθέζεσθαι. Καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ διαμένοντα βασιλέα καὶ Θεὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. Πιστεύομεν καὶ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Εἰ δὲ δεῖ προσθεῖναι, πιστεύομεν καὶ περὶ σαρκὸς ἀναστάσεως, καὶ ζωῆς αἰωνίου. Ταῦτα μὲν ἐν τῇ πρώτῃ ἐπιστολῇ γράψαντες, τοῖς κατὰ πόλιν ἔπεμπον. Ἐπιμείναντες δὲ μικρὸν ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ, καὶ ὥσπερ καταγνόντες ταύτης, αὖθις ἑτέραν ὑπαγορεύουσιν ἐν τοῖσδε τοῖς ῥήμασι·

sumus. Sed ad fidem illius probandam atque examinandam judices constituti, suscepimus illum potius quam secuti sumus. Idque ex iis quæ dicentur facile cognoscetis. Didicimus enim ab initio credere in unum Deum, omnium tam intelligibilium quam sensibilium opificem et conservatorem; et in unum Filium Dei unigenitum ante omnia sæcula subsistentem, manentemque cum Patre qui ipsum genuit, per quem omnia facta sunt, visibilia et invisibilia: qui novissimis diebus juxta voluntatem Patris descendit, et carnem ex sancta Virgine suscepit: et posteaquam Patris sui voluntatem omni ex parte implevisset, passus est, et resurrexit, et ad cœlum reversus, sedet ad dexteram Patris. Qui venturus est ut judicet vivos ac mortuos: et Rex ac Deus permanet in æternum. Credimus etiam in Spiritum sanctum. Et si hoc quoque adjiciendum est, credimus carnis resurrectionem et vitam æternam. Hæc cum in prima scripsissent epistola, ad omnes singularum urbium episcopos transmiserunt. Verum post hæc cum aliquandiu Antiochiæ substitissent, quasi priorem damnantes epistolam, aliam denuo conscripserunt his verbis:

### Ἄλλη ἔκθεσις.

Πιστεύομεν ἀκολούθως [m] τῇ εὐαγγελικῇ καὶ ἀποστολικῇ παραδόσει, εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, τὸν τῶν ὅλων δημιουργόν τε καὶ ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ Θεὸν, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο· τὸν γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, ὅλον ἐξ ὅλου, μόνον ἐκ μόνου, τέλειον ἐκ τελείου [n], βασιλέα ἐκ βασιλέως, Κύριον ἀπὸ Κυρίου, Λόγον ζῶντα, σοφίαν, ζωὴν, φῶς ἀληθινὸν, ὁδὸν ἀληθείας, ἀνάστασιν, ποιμένα, θύραν· ἄτρεπτόν τε καὶ ἀναλλοίωτον· τῆς θεότητος, οὐσίας τε καὶ δυνάμεως καὶ βουλῆς καὶ δόξης τοῦ Πατρὸς ἀπαράλλακτον εἰκόνα· τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως· τὸν ὄντα ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν, Λόγον Θεὸν, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· Καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα συνέστηκε· τὸν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελθόντα ἄνωθεν, καὶ γεννηθέντα ἐκ Παρθένου κατὰ τὰς Γραφάς· καὶ ἄνθρωπον γενόμενον, μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἀπόστολόν τε τῆς πίστεως ἡμῶν, καὶ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, ὥς φησι, ὅτι Κατα-

### *Alia fidei expositio.*

Credimus juxta evangelicam et apostolicam traditionem, in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium rerum opificem et fabricatorem; et in unum Dominum 88 Jesum Christum, Filium ejus unigenitum Deum, per quem omnia facta sunt: genitum ex Patre ante omnia sæcula, Deum ex Deo, totum ex toto, solum ex solo, perfectum ex perfecto, regem ex rege, Dominum ex Domino, Verbum vivum, sapientiam, vitam, lucem veram, viam veritatis, resurrectionem, pastorem, januam; nec mutationi obnoxium nec conversioni: paternæ divinitatis, substantiæ, potestatis, consilii et gloriæ expressam undequaque imaginem: primogenitum omnis creaturæ: qui erat in principio apud Deum, Deus Verbum, sicut dicitur in Evangelio [22]: Et Deus erat Verbum, per quem omnia facta sunt, et in quo omnia subsistunt; qui novissimis temporibus descendit e cœlo, et natus est ex Virgine secundum Scripturas: et homo factus, mediator Dei et hominum, et apostolus fidei nostræ, et princeps vitæ, quemadmodum ipse dicit: *Descendi de cœlo*

[22] Joan. I, 1.

## VALESII ANNOTATIONES.

non Hierosolymitanam synodum intelligi dicam, sed aliam vetustiorem quæ Arium in communionem susceperit: jam enim ante synodum Hierosolymitanam id fecerunt Eusebiani, teste Athanasio in libro De synodis, haud procul ab initio.

## VARIORUM.

[1] *Μεμαθήκαμεν γάρ.* Hæc prima fidei professio exstat apud Athanasium De synodis, et quoad sententiam tantum, apud Theodoret. lib. III, cap. 5.

[m] *Πιστεύομεν ἀκολούθως.* Hæc secunda fidei formula exstat etiam apud Athanasium, eodem cum superiore loco: apud Hilarium De synodis, pag. 1168, quam, teste Sozomeno lib. III, cap. 5, aiebant Ariani se reperisse scriptam manu ipsius Luciani martyris.

[n] *Τέλειον ἐκ τελείου.* Totidem verbis exprimitur Filii generatio apud Clementem Alexandrinum, Pædagog. lib. I, cap. 6, τέλειον ἐκ τελείου φύντα τοῦ Πατρός. W. Lowth.



Digitized by Google

*non ut facerem voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me*[24]. Qui passus est pro nobis, et resurrexit tertio post die, et ascendit in cœlum, sedetque ad dextram Patris. Et iterum venturus est cum gloria ac potestate, ut judicet vivos ac mortuos. Et in Spiritum sanctum, qui credentibus donatur ad consolationem et sanctificationem, et ad consummationem, sicut et Dominus noster Jesus Christus præcepit discipulis suis, dicens : *Ite et docete omnes gentes, baptizantes cunctos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* [25] : Patris, inquam, vere Patris ; et Filii vere Filii ; et Spiritus sancti revera Spiritus sancti : ita ut hæc vocabula non sint nuda et sine re vocabula, sed quæ accurate exprimant propriam uniuscujusque personam, ordinem ac gloriam : adeo ut personis quidem tres sint, consensu autem unus. Hanc igitur tenentes fidem coram Deo et coram Christo, omnem hæreticorum dogmatum perversitatem anathemate damnamus. Et si quis contra sanam rectamque Scripturarum fidem docuerit, tempus aut sæculum esse vel fuisse priusquam Filius gigneretur, anathema esto. Si quis dixerit Filium creaturam tanquam unam ex creaturis, vel germen tanquam unum ex germinibus, et non singula protulerit sicut sacræ Scripturæ tradiderunt ; aut si quis aliud docuerit vel evangelizaverit, præter id quod accepimus, anathema esto. Nos enim cunctis quæ in divinis Scripturis tum a prophetis tum ab apostolis tradita sunt, **89** vere et religiose credimus atque insistimus. Hujusmodi sunt fidei expositiones ab episcopis qui Antiochiæ convenerant, promulgatæ : quibus etiam Gregorius licet Alexandriam nondum ingressus esset, tamen ut episcopus Alexandriæ, subscripsit. Et synodus quidem illic tunc temporis congregata, his rebus gestis, et quibusdam prætcrea regulis constitutis, discessit. Eodem vero tempore contigit ut resp. etiam turbaretur. Nam Francorum gens in Gallias irruptione facta, Romanorum agros vastavit. In Orientis vero partibus per idem tempus gravissimi terræ motus fuere ; ac præcipue Antiochiæ, quæ anno integro continuis terræ motibus concussa est.

A *θέθηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με*. Τὸν παθόντα ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἀναστάντα ὑπὲρ ἡμῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς οὐρανοὺς, καὶ καθεσθέντα ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρός· καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης καὶ δυνάμεως, κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ εἰς παράκλησιν καὶ ἁγιασμὸν, καὶ εἰς τελείωσιν τοῖς πιστεύουσι διδόμενον· καθὼς καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς διετάξατο τοῖς μαθηταῖς λέγων· *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος*· δῆλον ὅτι Πατρὸς ἀληθινῶς ὄντος Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ ἀληθινῶς Υἱοῦ ὄντος, καὶ Πνεύματος ἁγίου ἀληθῶς ὄντος Πνεύματος ἁγίου· τῶν ὀνομάτων B οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ἀργῶν κειμένων, ἀλλὰ σημαινόντων ἀκριβῶς τὴν ἰδίαν ἑκάστου τῶν ὀνομαζομένων ὑπόστασίν τε καὶ δόξαν καὶ τάξιν, ὡς εἶναι τῇ μὲν ὑποστάσει τρία· τῇ δὲ συμφωνίᾳ ἕν. Ταύτην οὖν ἔχοντες τὴν πίστιν (94*), ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ, πᾶσαν αἱρετικὴν ἀναθεματίζομεν κακοδοξίαν. Καὶ εἴ τις παρὰ τὴν ὑγιῆ τῶν Γραφῶν ὀρθὴν πίστιν διδάσκει λέγων, ἢ καιρὸν ἢ αἰῶνα εἶναι ἢ γεγονέναι, πρὸ τοῦ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ (95), ἀνάθημα ἔστω. Καὶ εἴ τις λέγει τὸν Υἱὸν κτίσμα ὡς ἓν τῶν κτισμάτων, ἢ γέννημα ὡς ἓν τῶν γεννημάτων, καὶ μὴ ὡς αἱ θεῖαι Γραφαὶ παραδεδώκασι τῶν προειρημένων ἕκαστα (96)· ἢ εἴ τις ἄλλο διδάσκει ἢ εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβομεν, ἀνάθεμα ἔστω. Ἡμεῖς γὰρ πᾶσι τοῖς ἐκ τῶν θείων Γραφῶν παραδεδομένοις, ὑπό τε τῶν προ- C φητῶν καὶ ἀποστόλων, ἀληθινῶς τε καὶ ἐμφανῶς (97), καὶ πιστεύομεν καὶ ἀκολουθοῦμεν. Τοιαῦται μὲν αἱ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ τότε συνελθόντων περὶ τῆς πίστεως ἐκθέσεις ἐγένοντο· αἷς καὶ Γρηγόριος μήπω τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπιβὰς, ὡς ἐπίσκοπος αὐτῆς καθυπέγραψε. Καὶ ἡ μὲν ἐκεῖ τότε γενομένη σύνοδος ταῦτα πράξασα, καὶ ἄλλα τινὰ νομοθετήσασα διελύθη. Ἐν δὲ τῷδε τῷ χρόνῳ καὶ τὰ δημόσια πράγματα συνέβη ταράσσεσθαι. Ἔθνος οἱ Φράγκοι ᵃ καλοῦνται, τοῖς περὶ Γαλλίαν κατέτρεχον Ῥωμαίοις. Ἐν ταὐτῷ δὲ, καὶ σεισμοὶ μέγιστοι ἐν τῇ Ἑῴᾳ ἐγένοντο· μάλιστα δὲ ἡ Ἀντιόχεια (98) ἐπὶ ἐνιαυτὸν ὅλον ἐσείετο.

[24] Joan. vi, 38. [25] Matth. xxviii, 19.

## VALESII ANNOTATIONES.

(94*) *Ταύτην οὖν ἔχοντες τὴν πίστιν*. Post hæc verba apud Athanasium in libro De synodis, ubi hæc formula fidei refertur, adduntur ista, καὶ ἐξ ἀρχῆς καὶ μέχρι τέλους ἔχοντες, quæ certe omitti non debuerant. Sane Hilarius in libro De synodis, ubi hanc formulam Latine interpretatur, eadem habet verba.

(95) *Πρὸ τούτου υἱὸν τοῦ Θεοῦ*. Hunc locum correxi ex codice Florentino, in quo scriptum est : πρὸ τοῦ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Subaudiendum autem est verbum γεγονέναι, quod præcessit. In libro Athanasii De synodis legitur : πρὸ τοῦ γεννηθῆναι. D Sed nostra lectio magis placet, quippe quæ propius accedat ad sensum Arianorum, qui Filium Dei factum esse dicebant.

(96) *Τῶν προειρημένων ἕκαστα*. Codex Leonis Allatii scriptum habet ἕκαστον. Athanasius vero in lib. De synodis habet ἕκαστον ἀφ' ἑκάστου, quod non intelligo.

(97) *Ἀληθινῶς καὶ ἐμφανῶς*. In codice Allatii et apud Athanasium legitur καὶ ἐμφόβως. Ita quoque legit Hilarius. Vertit enim *vere et cum timore*.

(98) *Μάλιστα δὲ ἡ Ἀντιόχεια*. Imo Antiochia speciali quodam privilegio immunis fuit ab hoc

## VARIORUM.

ᵃ *Οἱ Φράγκοι. Franci a Constante perdomiti, et pax cum eis facta. Multæ Orientis urbes terræ motu horribili conciderunt*. Hieronymus in Chronico, ad annos 344, 345.

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

A

*Ὡς Γρηγορίου μετὰ χειρὸς στρατιωτικῆς εἰς Ἀλεξάνδρειαν κατελθόντος, Ἀθανάσιος ἔφυγεν.*

Τούτων γινομένων, καὶ Γρηγόριον κατήγαγον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Συριανός τε ὁ στρατηγὸς (99), καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ὁπλῖται στρατιῶται, ἀριθμὸς ὄντες πεντακισχίλιοι. Συνελαμβάνοντο δὲ αὐτοῖς, καὶ οἱ ἐκεῖ τὰ Ἀρείου φρονοῦντες. Ὅπως δὲ Ἀθανάσιος τῆς Ἐκκλησίας ἐξωθούμενος, τοῦ συλληφθῆναι αὐτὸν διέφυγε, λεκτέον. Ἑσπέρα μὲν ἦν (1)· ὁ δὲ λαὸς ἐπαννύχιζε, προσδοκωμένης συνάξεως. Ἧκει δὲ ὁ στρατηγὸς, κατὰ φάλαγγα τοὺς στρατιώτας τάξας πανταχόθεν τῆς ἐκκλησίας. Ἀθανάσιος δὲ ἑωρακὼς τὰ γινόμενα, φροντίδα ἔθετο ὅπως ἂν τῷ λαῷ μηδαμῶς βλάβη γένηται δι' αὐτόν. Καὶ προστάξας διακόνῳ κηρύξαι B εὐχὴν, αὖθις ψαλμὸν λέγεσθαι παρεσκεύασε. Συμφωνίας δὲ ἐκ τῆς ψαλμῳδίας γενομένης, διὰ μιᾶς τῶν πυλῶν τῆς ἐκκλησίας πάντες ἐξῄεσαν. Τούτου γινομένου, οἱ στρατιῶται ἀπόμαχοι ἔμενον· ὁ δὲ Ἀθανάσιος ἐν μέσοις τοῖς ψαλμῳδοῦσιν ἀβλαβὴς διεσώζετο. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον διεκφυγὼν, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἀνέδραμε. Καὶ Γρηγόριος μὲν τότε τῆς Ἐκκλησίας ἐκράτησεν. Ὁ δὲ Ἀλεξανδρέων λαὸς οὐκ ἐνεγκόντες τὸ γεγονὸς, τὴν καλουμένην Διονυσίου ἐκκλησίαν ἐνέπρησαν. Τοσαῦτα μὲν οὖν περὶ τούτων εἰρήσθω. Εὐσέβιος δὲ ὅσα ἐβούλετο κατεργασάμενος, διεπρεσβεύετο P πρὸς Ἰούλιον (2) τὸν Ῥώμης ἐπί-

## CAP. XI.

*Quomodo cum Gregorius militari manu stipatus Alexandriam venisset, Athanasius fugerit.*

Post hæc Syrianus dux cum quinque millibus militum armatorum, Gregorium deduxit Alexandriam. Quotquot autem Ariano dogmati illic favebant, militibus sese adjunxere. Porro qua ratione Athanasius, cum ecclesia expelleretur, manus eorum qui comprehendere ipsum volebant, effugerit, dicendum arbitror. Jam dies vergebat in vesperam, et populus in ecclesia pernoctabat, eo quod collecta exspectaretur. Venit repente dux, et instructa militum acie ecclesiam obsidet. Quæ cum vidisset Athanasius, operam dedit ne populus ipsius causa damnum ullum pateretur. Mandat igitur diacono ut orationem populo indiceret, statimque præcepit ut psalmus recitaretur. Cum autem in recitatione psalmi suavis concentus totius multitudinis exstitisset, per unam ex ecclesiæ januis omnes egressi sunt. Quod cum fieret, milites quidem quieti stetere; Athanasius vero in media psallentium turba evasit incolumis. Atque ita imminente periculo liberatus, Romam se contulit. Ac tum quidem Gregorius Alexandrinam ecclesiam occupavit. Populus autem Alexandrinus, id quod gestum fuerat permoleste ferens, ecclesiam illam quæ Dionysii dicitur, incendio consumpsit. Sed de his hactenus. Eusebius vero

### VALESII ANNOTATIONES.

terræ motu. Sic enim scribitur in optimis illis C Fastis consularibus quos sub Idatii nomine publicavit Sirmondus : *Marcellino et Probino coss. His consulibus pugna facta est cum gente Francorum a Constante Augusto in Galliis. Eo ipso anno terræ motus fuit ad Orientem per totum annum præter Antiochiam.* Suspicari quis possit Socratem nostrum hos Fastos legisse, nec satis intellexisse quid sibi vellent postrema verba.

(99) *Συριανός τε ὁ στρατηγός*. Hoc loco errat Socrates, qui ea quæ facta sunt in ἐνθρονισμῷ Georgii, confundit cum illis quæ acta sunt in adventu Gregorii. Georgium quidem Alexandriam deduxit Syrianus, ut testatur Athanasius in epistola ad solitarios, et in Apologetico ad imperatorem Constantium pag. 690, et in Apologetico de fuga sua, cum Syrianus dux ipsum persequeretur. Verum hæc diu postea contigerunt, anno scilicet Christi 356. Gregorius vero de quo hic loquitur Socrates, deductus est Alexandriam a Balacio duce, D et Philagrio præfecto Ægypti, ut scribit idem Athanasius in epistola ad solitarios pag. 815 et 816. Sed eorum adventum præveniens Athanasius, Alexandria discessit, et Romam profectus est, quo Julii Papæ litteris fuerat evocatus.

(1) *Ἑσπέρα μὲν ἦν*. Desumpsit hæc Socrates ex Athanasii Apologia de fuga sua, pag. 716, circa finem. Athanasii verba sunt hæc : Νὺξ μὲν γὰρ ἤδη ἦν, καὶ τοῦ λαοῦ τινες ἐπαννύχιζον προσδοκωμένης συνάξεως, etc. Sed et in Apologetico ad imperatorem Constantium, manifeste indicat hanc Syriani irruptionem noctu factam esse, non autem vespertino tempore, ut ait Socrates

(2) *Διεπρεσβεύετο πρὸς Ἰούλιον*. Hic quoque hallucinatur Socrates noster. Neque enim post Antiochense concilium, sed diu antea Eusebius Nicomediensis legatos misit ad Julium papam, ut eum adversus Athanasium incitaret. Sed cum missi ab Athanasio presbyteri legatos Eusebii coram Julio papa in omnibus convicissent, tandem legati Eusebii totius negotii judicium Julio detulerunt. Julius itaque juxta petitionem legatorum, litteras scripsit, tum ad Athanasium, tum ad Eusebium et reliquos Athanasii adversarios, quibus eos Romam ad ecclesiasticum judicium evocabat. Verum hæc ante concilium Antiochenum gesta sunt, ut docet Athanasius in Apologetico secundo adversus Arianos, pag. 739 et 741, et Julius papa in epistola ad episcopos qui in Antiochensi concilio fuerant congregati. Quam epistolam ibidem refert Athanasius. Cæterum Socratis narratio his etiam argumentis refelli potest : Si post Antiochense concilium hæc gesta essent, non solus Eusebius, sed universa synodus legationem et litteras misisset ad Julium papam. Deinde ridiculum prorsus fuisset atque inverecundum, post rem in concilio judicatam et exsecutioni mandatam, pulso jam Athanasio, et Gregorio in ejus locum substituto, scribere ad Julium ut judex ipse esse vellet, causamque ad judicium suum traheret, perinde ac si res in integro adhuc esset Errorem Socratis secutus est Sozomenus in lib. III, cap. 7.

### VARIORUM.

P *Εὐσέβιος δὲ διεπρεσβεύετο*. Consonant ea quæ habet Athanasius in Apologia II. *Quin et Eusebiani ad Julium litteras misere, et, ut nos terrerent, synodum jusserunt convocari et, ipsi Julio, si vellet, arbitrium causæ detulerunt. Cum igitur Romam pervenissemus, Julius continuo ad Eusebianos litteras scripsit, missis eo duobus ex suis presbyteris, Elpidio et Philoxeno. Illi vero, ubi nostram Romæ præsentiam audivissent, plurimum conturbati sunt, quod contra spem eorum me Romam contulissem.* Hanc

Digitized by Google

cum quæcunque voluerat perfecisset, **90** legationem misit ad Julium Romanæ urbis episcopum, rogans ut causæ Athanasii judex ipse esse vellet, et cognitionem negotii ad se traheret.

### CAP. XII.

*Quomodo post mortem Eusebii populus Constantinop. Paulum in sedem suam restituerit, et Ariani Macedonium delegerint.*

Verum Eusebio non licuit ea quæ a Julio in causa Athanasii decreta essent cognoscere. Etenim paulo post hanc synodum decessit e vita. Quapropter populus Constantinop. Paulum denuo in ecclesiam introduxit. Ariani vero eodem tempore in ecclesia quæ ad Paulum dicitur, Macedonium ordinarunt episcopum. Atque id factum est ab iis qui antea quidem Eusebio cuncta turbanti operam navabant : tunc temporis vero auctoritatem omnem quasi successorio jure obtinebant : Theogni scilicet Nicæno, Mari Chalcedonio, Theodoro Heracleæ in Thracia episcopo, Ursacio Singiduni in superiore Mœsia, Valente Mursæ in superiore Pannonia. Sed Ursacius et Valens postmodum pœnitentia ducti, libellum satisfactionis Julio obtulerunt episcopo ; et doctrinæ consubstantialis subscribentes, in communionem recepti sunt. Tunc vero pro Ariana perfidia acriter decertantes, gravissimos bellorum motus adversus ecclesias excitaverunt. Ex quibus bellis unum fuit illud quod a Macedonio factum est Constantinopoli. Ex hoc enim intestino Christianorum bello, crebræ in civitate ortæ sunt seditiones multique earum violentia oppressi periere.

### 91 CAP. XIII.

*De Hermogenis magistri militum nece, et quomodo Paulus ob eam causam iterum pulsus sit Ecclesia.*

Hæc cum audisset imp. Constantius, qui tum Antiochiæ morabatur, mandavit Hermogeni magistro militum, quem in Thraciæ partes miserat, ut per Constantinopolim transiens, obiter Paulum Ecclesia exturbaret. Ille Constantinopolim ingressus, totam civitatem commovit, dum episcopum per vim ejicere conatur. Statim enim populi seditio subsecuta est; cunctique parati erant episcopum defendere. Cum autem instaret Hermogenes ut militari manu Paulum expelleret, exacerbata populi multitudo, ut in talibus fieri solet, violento impetu in illum ruit : domoque ejus incensa, pedibus illum trahentes interemerunt. Gesta sunt hæc duobus Augustis con-

A σκοπον, αὐτὸν κριτὴν τῶν κατὰ Ἀθανάσιον γενέσθαι παρακαλῶν, καὶ πρὸς ἑαυτὸν καλεῖν τὴν δίκην.

### ΚΕΦΑΛ. ΙΒʹ.

*Ὡς Εὐσεβίου τελευτήσαντος, ὁ ἐν Κωνσταντινουπόλει λαὸς Παῦλον αὖθις ἐνεθρόνισε· καὶ ὡς οἱ Ἀρειανοὶ Μακεδόνιον προεβάλλοντο.*

Ἀλλ' οὐκ ἔφθασε μαθεῖν Εὐσέβιος τὰ παρὰ Ἰουλίου περὶ Ἀθανασίου κριθέντα. Μικρὸν γὰρ μετὰ τὴν σύνοδον ἐπιβιοὺς, ἐτελεύτησε ٩. Διόπερ καὶ ὁ ἐν Κωνσταντίνου πόλει λαὸς, αὖθις εἰς τὴν Ἐκκλησίαν τὸν Παῦλον εἰσάγουσι. Κατὰ ταὐτὸν δὲ καὶ οἱ ἀρειανίζοντες, ἐν τῇ λεγομένῃ ἐπὶ Παῦλον ἐκκλησίᾳ (3) χειροτονοῦσι τὸν Μακεδόνιον. Καὶ τοῦτο δὲ ἐποίησαν οἱ πρώην Εὐσεβίῳ τῷ πάντα κυκῶντι συμπράττοντες, B τότε δὴ τὴν αὐθεντίαν διαδεξάμενοι· εἰσὶ δὲ οὗτοι, Θέογνις Νικαίας, Μάρις Χαλκηδόνος, Θεόδωρος Ἡρακλείας τῆς ἐν Θρᾴκῃ, Οὐρσάκιος Σιγγιδόνος τῆς ἄνω Μυσίας, Οὐάλης Μουρσῶν τῆς ἄνω Παννονίας. Οὐρσάκιος μὲν οὖν καὶ Οὐάλης ὕστερον μεταγνόντες, βιβλίον μετανοίας τῷ ἐπισκόπῳ Ἰουλίῳ ἐπιδόντες, τῇ ὁμοουσίῳ τε δόξῃ συντιθέμενοι, ἐκοινώνησαν. Τότε δὲ διαπύρως τὴν Ἀρειανὴν συγκροτοῦντες θρησκείαν, οὐ τοὺς τυχόντας κατὰ τῶν Ἐκκλησιῶν πολέμους ἐτύρευσαν, ὧν εἷς ἦν ὁ διὰ Μακεδονίου (4) ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει γενόμενος. Ὑπὸ γὰρ τοῦδε τοῦ ἐμφυλίου τῶν Χριστιανῶν πολέμου, συνεχεῖς ἐγίνοντο κατὰ τὴν πόλιν στάσεις, πολλοί τε ἐκ τῶν γινομένων C συντριβέντες ἀπώλοντο.

### ΚΕΦΑΛ. ΙΓʹ.

*Περὶ τῆς Ἑρμογένους τοῦ στρατηλάτου ἀναιρέσεως, καὶ ὅπως πάλιν διὰ τοῦτο ἐξεώθη ὁ Παῦλος τῆς Ἐκκλησίας.*

Ἦλθε δὲ τὰ γινόμενα εἰς ἀκοὰς Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως, κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν διατρίβοντος. Ἐντέλλεται οὖν Ἑρμογένει τῷ στρατηλάτῃ ἐπὶ τὰ Θρᾴκια πεμπομένῳ μέρη, ὁδοῦ πάρεργον ποιῆσαι, καὶ ἐξωθῆσαι τῆς Ἐκκλησίας τὸν Παῦλον. Ὃς καταλαβὼν τὴν Κωνσταντινούπολιν, ὅλην διετάραξε, βιαζόμενος ἐκβαλεῖν τὸν ἐπίσκοπον. Στάσις γὰρ εὐθὺς ἐκ τοῦ δήμου παρηκολούθει, καὶ ἕτοιμοι ἦσαν ἀμύνεσθαι. Ὡς δὲ ἐπέκειτο ὁ Ἑρμογένης διὰ στρατιω- D τικῆς χειρὸς ἀπελάσαι τὸν Παῦλον, παροξυνθὲν τότε τὸ πλῆθος, οἷα ἐν τοῖς τοιούτοις φιλεῖ γίνεσθαι, ἀλογωτέρας ἐποιεῖτο κατ' αὐτοῦ τὰς ὁρμάς· καὶ ἐμπίπρησι μὲν αὐτοῦ τὴν οἰκίαν· αὐτὸν δὲ σύραντες (5), ἀπέκτει-

## VALESII ANNOTATIONES.

(3) *Ἐν τῇ λεγομένῃ ἐπὶ Παῦλον ἐκκλησίᾳ.* Hujus ecclesiæ mentio fit in veteri descriptione urbis Constantinopolitanæ, ubi ecclesia Pauli dicitur, et in septima regione collocatur.

(4) *Ὧν εἷς ἦν ὁ διὰ Μακεδονίου.* Hunc locum ex codice Leonis Allatii restituimus, qui antea corruptissime legebatur.

(5) *Αὐτὸν δὲ σύραντες.* Hanc seditionem Con-

## VARIORUM.

Eusebianorum legationem anno 339 verosimiliter consignat Baronius : proinde missa fuit ante synodum Antiochenam, quæ initio anni 341 celebrata est. Vide Ant. Pagi ad ann. 339, n. 4, 5, 6.

٩ *Ἐτελεύτησε.* Obiit Eusebius anno 342, ut ostendunt Guil. Cave et Ant. Pagi : quorum posterior affirmat eum, licet Arianorum partes semper foverit, nihilominus pacem cum Julio Romanæ urbis episcopo, et communionem cum Ecclesia catholica, ad obitum usque retinuisse.

Digitized by Google

ναν [r]. Ταῦτα δὲ πέπρακται ἐν ὑπατείᾳ τῶν δύο Αὐγούστων, Κωνσταντίου τὸ τρίτον καὶ Κώνσταντος τὸ δεύτερον. Καθ' ὃν χρόνον Κώνστας μὲν Φράγκων ἔθνος νικήσας, ὑποσπόνδους Ῥωμαίοις ἐποίησε. Κωνστάντιος δὲ ὁ βασιλεὺς περὶ τῆς ἀναιρέσεως Ἑρμογένους πυθόμενος, ἐκ τῆς Ἀντιοχείας ἱππεὺς ἐλάσας, καταλαμβάνει τὴν Κωνσταντίνου πόλιν· καὶ τὸν μὲν Παῦλον ἐξελαύνει τῆς πόλεως. Ἐζημίωσε δὲ τὴν πόλιν, ἀφελὼν τοῦ σιτηρεσίου τοῦ παρασχεθέντος παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἡμερησίου, ὑπὲρ τέσσαρας μυριάδας· ὀκτὼ γὰρ ἐγγὺς μυριάδες ἐχορηγοῦντο πρότερον τοῦ σίτου (6) ἐκ τῆς Ἀλεξανδρέων κομιζομένου πόλεως. Μακεδόνιον δὲ ἀναδεῖξαι τῆς πόλεως ἐπίσκοπον ὑπερέθετο. Ὠργίζετο γὰρ οὐ μόνον περὶ αὐτοῦ (7), ὅτι παρὰ γνώμην αὐτοῦ κεχειροτόνητο, ἀλλ' ὅτι καὶ διὰ τὰς μεταξὺ αὐτοῦ τε καὶ Παύλου γενομένας στάσεις, πολλοί τε ἄλλοι, καὶ ὁ στρατηλάτης Ἑρμογένης ἀνῄρητο. Ἐάσας οὖν αὐτὸν ἐν ᾗ ἐχειροτονήθη ἐκκλησίᾳ συνάγειν, αὖθις ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν ἀνεχώρησεν.

A sulibus, Constantio scilicet tertium et Constante iterum. Quo quidem tempore Constans Francos bello superatos, socios ac fœderatos populi Romani effecit. Constantius autem imperator, audita Hermogenis cæde, statim Antiochia digressus, equorum permutatione veloci Constantinopolim accurrit; et Paulum quidem urbe expulit. Ipsam vero civitatem multavit, ex annona diurna quam pater ejus Constantinopolitanis donaverat, adimens plusquam quadraginta millia modiorum; antea enim octoginta fere millia modiorum frumenti ab urbe Alexandria advecti, civibus erogabantur. Macedonium porro civitatis episcopum designare distulit. Quippe infensus erat etiam illi, non solum eo quod præter ipsius sententiam ordinatus fuisset episcopus, B verum etiam eo quod ob seditiones inter ipsum ac Paulum excitatas, tum alii multi, tum magister militum Hermogenes interfecti essent. Passus ergo illum plebem **92** colligere in ea ecclesia in qua fuerat ordinatus, rursus Antiochiam contendit.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

*Ὅτι οἱ Ἀρειανοὶ Γρηγόριον τῆς Ἀλεξανδρείας μεταστήσαντες, Γεώργιον ἀντεπέστειλαν.*

Ἐν δὲ τῷδε καὶ οἱ ἀρειανίζοντες μεθιστῶσιν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας Γρηγόριον (8) ὡς μισούμενον, ἐν

## CAP. XIV.

*Quomodo Ariani, amoto Gregorio, Georgium ejus loco substituerunt.*

Eodem tempore Ariani Gregorium ab Alexandrina sede removerunt, utpote omnibus invisum ob in-

### VALESII ANNOTATIONES.

stantinopolitanæ plebis fuse descripserat Ammianus Marcellinus in libris Historiarum qui vetustatis incuria perierunt. Obiter tamen ejus meminit in libro XIV, his verbis : *Herculianus advenit protector domesticus, Hermogenis ex magistro equitum filius, apud Constantinopolim, ut supra retulimus, populari quondam turbela discerpti*, etc. Hanc se- C ditionem intelligit Libanius in oratione quæ βασιλικὸς inscribitur, eamque gravissimam fuisse indicat cum ait : Κατεῖχε ταραχή τις οὐ μετρία τὴν μεγίστην μὲν τῶν τῇδε πόλεων, etc. Contigit autem ea res Constantio II et Constante III Augg. coss., qui fuit annus Christi 342, ut scriptum est in Fastis Idatii : *His consulibus victi Franci a Constante Aug. seu pacati. Tractus Hermogenes.*

(6) *Ὀκτὼ γὰρ ἐγγὺς μυριάδες σίτου.* Ambiguum est an de frumenti modiis, an vero de panibus hæc Socratis verba intelligenda sint. Auctor quidem Vitæ Pauli Constantinop., quæ habetur in Bibliotheca Photii, hunc locum de panibus accepit. Sic enim ait : Ἦν δὲ τὸ ὅλον τῆς δωρεᾶς, ἡμερήσιοι ἄρτοι μυριάδες ὀκτώ. Ego tamen modios intelligere malim cum Epiphanio Scholastico. Vox enim illa σίτου, modios tritici potius designat quam panes. Deinde octoginta panum millia quomodo sufficere potuissent ei civium multitudini quæ degebat Con- D stantinopoli? Quod si quis forte miratur, tantam frumenti copiam quotidie erogari solitam, audiat Eunapium in Sopatri Vita ita loquentem : Ἐν δὲ τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς, οὐδὲ τὸ ἀπ' Αἰγύπτου πλῆθος τῶν ὁλκάδων, οὐδὲ τὸ ἐξ Ἀσίας ἁπάσης, Συρίας τε καὶ Φοινίκης, καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν συμφερόμενον πλῆθος σίτου κατὰ ἀπαγωγὴν φόρου, ἐμπλῆσαι καὶ κορέσαι τὸν μεθύοντα δύναται δῆμον, ὃν Κωνσταντῖνος τὰς ἄλλας χειρώσας πόλεις ἀνθρώπων, εἰς τὸ Βυζάντιον μετέστησε, etc. Id est : *Nostra autem ætate, nec onerariæ naves ex Ægypto, nec frumenti copia ex universa Asia, Syria ac Phœnice ac reliquis provinciis tributi nomine illata, explere valet ac satiare temulentam populi multitudinem, quam Constantinus cæteris urbibus vacuefactis, Byzantium transportavit*, etc. Pro χειρώσας in Eunapio restitui χηρώσας, quod idem valet ac ἐρημώσας. De hoc canone frumentario urbis Constantinopolitanæ, qui ab inclytæ memoriæ Constantino præstitutus, et a Theodosio postea auctus est, vide legem II in Cod. Theod. de frumento urbis Constantinopolitanæ.

(7) *Οὐ μόνον περὶ αὐτοῦ.* Hic locus ex codice Allatii ita restituendus est, ὠργίζετο γὰρ καὶ κατ' αὐτοῦ, οὐ μόνον ὅτι παρὰ γνώμην, etc. Atque ita legitur etiam in Vita Pauli Constantinopolitani.

(8) *Μεθιστῶσιν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας Γρηγόριον.* Hic quoque fallitur Socrates. Nam Gregorius, qui in Antiochena synodo creatus fuit episcopus Alexandriæ, eum episcopatum per sex annos tenuit, usque ad concilium Sardicense, in quo depositus est, et ab Ecclesiæ communione præcisus, ut docet epistola synodica ejusdem concilii. Cumque septem circiter menses huic judicio supervixisset, fato functus est, teste Athanasio in epistola ad solitarios. Hunc Socratis ac Sozomeni errorem correxit Theodoritus in lib. II Historiæ ecclesiasticæ, eorum tamen nominibus parcens. Georgius vero diu post Gregorium factus est ab Arianis episcopus Alexandriæ, anno Christi 356.

### VARIORUM.

[r] *Ἀπέκτειναν.* Eum misere truncatum in mare præcipitarunt. Libanius, in *Basilico* pag. 126 ait imperatorem Constantium, audito hujus seditionis nuntio, incredibili celeritate per nives et imbres Constantinopolim venisse, et sontes quidem ab illo castigatos esse; neminem tamen morte affectum, cum senatus urbis pro reis apud ipsum intercessisset.

Digitized by Google

cendium ecclesiæ: simul etiam eo quod ipsorum A partes haud satis acriter tuebatur. Georgium vero in ejus locum miserunt, qui ex Cappadocia quidem erat oriundus: inter Ariani autem dogmatis sectatores præcipuus habebatur.

## CAP. XV.

*Quomodo Athanasius et Paulus Romam profecti, iterum proprias sedes recuperarunt, Julii Romani episcopi litteris muniti.*

Porro Athanasius post diuturnos labores, ægre tandem in Italiam pervenit. Interea in Occidentis partibus Constans, Constantini filiorum natu minimus, solus imperium administrabat, fratre ipsius Constantino, ut supra commemoravimus, a militibus interfecto. Eodem tempore Paulus quoque Con- B stantinopolis episcopus, Asclepas Gazæ, Marcellus Ancyræ, quæ urbs est minoris Galatiæ, Lucius denique Adrianopolis, alius aliam ob causam accusati et ecclesiis suis pulsi, in urbem regiam adventant. Ubi cum Julio Romanæ urbis episcopo causam suam exposuissent, ille, quæ est Romanæ Ecclesiæ prærogativa, liberioribus litteris eos communitos in Orientem remisit, singulis sedem suam restituens, simulque perstringens illos qui supradictos episcopos temere deposuissent. Itaque illi Roma digressi, et Julii episcopi litteris freti, suas quisque ecclesias occuparunt, **93** et epistolas ad eos quibus scriptæ fuerant miserunt. Verum hi, acceptis Julii litteris, reprehensionem contumeliæ loco duxere. Et convocata Antiochiæ synodo in unum C

ταὐτῷ δὲ καὶ διὰ τὸν (9) τῆς ἐκκλησίας ἐμπρησμὸν, καὶ ὅτι ἧττον τὴν αὐτῶν δόξαν συνεκρότει. Ἀντέπεμπον δὲ Γεώργιον, ὃς ἐκ Καππαδοκίας μὲν ὥρμᾶτο δόξαν δὲ δεινοῦ περὶ (10) τὴν αὐτῶν θρησκεία ἐκέκτητο.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

*Ὡς Ἀθανάσιος καὶ Παῦλος εἰς τὴν Ῥώμην παραγενόμενοι, καὶ γράμμασιν ὀχυρωθέντες τοῦ ἐπισκόπου Ἰουλίου, κατέλαβον αὖθις τοὺς ἰδίους θρόνους.*

Ἀθανάσιος μέντοι ὀψέ ποτε διαβῆναι ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἐξίσχυσε. Τῶν δὲ Ἑσπερίων τηνικαῦτα μερῶν Κώνστας ὁ νεώτερος τῶν Κωνσταντίνου παίδων μόνος ἐκράτει, Κωνσταντίνου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀναιρεθέντος, καθὰ καὶ ἤδη φθάσαντες προείπομεν. Κατ' αὐτὸ δὲ καὶ Παῦλος (11) ὁ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως, καὶ Ἀσκληπᾶς Γάζης, καὶ Μάρκελλος Ἀγκύρας τῆς μικρᾶς Γαλατίας, καὶ Λούκιος Ἀδριανουπόλεως, ἄλλος δι' ἄλλο κατηγορηθέντες, καὶ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐξελαθέντες [s], ἐν τῇ βασιλευούσῃ Ῥώμῃ εὑρίσκονται. Γνωρίζουσιν οὖν τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης Ἰουλίῳ τὰ καθ' ἑαυτούς· ὁ δὲ, ἅτε πρόνομια τῆς ἐν Ῥώμῃ Ἐκκλησίας ἐχούσης, παῤῥησιαστικοῖς γράμμασιν ὠχύρωσεν αὐτοὺς, καὶ ἐπὶ τὴν Ἀνατολὴν ἀποστέλλει, τὸν οἰκεῖον ἑκάστῳ τόπον ἀποδιδοὺς (12), καὶ καθαπτόμενος τῶν προπετῶς καθελόντων αὐτούς. Οἱ δὲ ἀναζεύξαντες ἐκ τῆς Ῥώμης, καὶ τοῖς τύποις τοῦ ἐπισκόπου Ἰουλίου θαῤῥοῦντες, τάς τε ἑαυτῶν ἐκκλησίας καταλαμβάνουσι, καὶ τὰς ἐπιστολὰς πρὸς οὓς ἐγράφησαν διαπέμπονται. Οἱ δὲ δεξάμενοι [t], ὕβριν ἐποιοῦντο τὴν ἐπίπλη-

## VALESII ANNOTATIONES.

(9) *Ἐν ταὐτῷ δὲ καὶ διὰ τόν.* Hic locus prava verborum transpositione corruptus est. Quæ res interpretibus occasionem erroris præbuit. Atqui facile erat verba suo ordini restituere in hunc modum, ὡς μισούμενον διὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας ἐμπρησμόν· ἐν ταὐτῷ δὲ καὶ ὅτι, etc. Duas causas affert Socrates cur Ariani Gregorium episcopatu privaverint. Prima est quia Gregorius cunctis invisus erat ob incendium ecclesiæ Dionysii, de quo Socrates supra, et Athanasius in epistola ad solitarios. Altera est quod opinionem ipsorum non satis acriter defendere videbatur. Idem confirmat Sozomenus in libro III, cap. 7.

(10) *Δόξαν δὲ περί.* Hoc loco deerat vox δεινοῦ, quam supplevi ex codice Leonis Allatii.

(11) *Κατ' αὐτὸ δὲ καὶ Παῦλος.* Post Hermogenis magistri militum cædem, Constantius Paulum catenis ferreis vinctum ad oppidum Mesopotamiæ Singara relegavit, atque inde postea Emesam transtulit, ut ex Athanasio notavi in libro secundo Observationum ecclesiasticarum. Proinde falsum est quod hic ait Socrates, Paulum eodem tempore quo D Athanasium, Romæ versatum fuisse. Marcellus quidem episcopus Ancyræ una cum Athanasio Romæ versatus est, ut docet epistola Julii papæ ad Orientales, et libellus ipse Marcelli oblatus Julio, ejus rei fidem facit. De Paulo vero ne verbum quidem ullum dicit Julius in epistola supra memorata: non omissurus certe illius mentionem, si tum Romæ una cum Athanasio et Marcello adfuisset.

(12) *Τὸν οἰκεῖον ἑκάστῳ τόπον ἀποδιδούς.* Neminem ex supradictis episcopis Julius papa in suam sedem restituit, ne Athanasium quidem. Etenim in synodo Romana, in qua Athanasii ac Marcelli causa discussa est, Athanasius tantum innocens pronuntiatus est, et in communionem admissus a Julio et reliquis episcopis. In accusatores autem Athanasii qui se judicio sistere recusaverant, nihil pronuntiatum, sicut ex ipso Athanasio monui in libro primo Observationum. Nec ante synodum Sardicensem restitutus est tum Athanasius, tum Marcellus et Asclepas et Lucius.

## VARIORUM.

[s] *Τῶν ἐκκλησιῶν ἐξελαθέντες.* Eusebiani, post pulsum Athanasium, cæteros adorti infestos sibi antistites, alium post alium, sedibus deturbant: quibus unum fuit perfugium Julius Romanus.

[t] *Οἱ δὲ δεξάμενοι.* Julius ad Eusebianos scripserat, ut ante statam certam diem Romæ se conferrent, ut synodo illic celebrandæ interessent, alioquin male suspicandi ansam daturos. Quam vero diem Julius dicebat, putamus versus finem anni 341 incidisse. Legati vero Julii vel Maio vertente, vel ineunte Junio profecti sunt, ut ex ordine gestarum rerum licet opinari. Atqui Eusebiani eos ultra præfinitum a Julio tempus detinuerunt, nec nisi mense Januario subsequentis anni dimiserunt, datis ad Julium litteris querelarum plenissimis, oratorioque more conscriptis. Vide clariss. monachos Benedictinos in *Vita Athanasii*, p. 55, 56.

Digitized by Google

ξιν· καὶ σύνοδον ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ κηρύξαντες (13), A συνελθόντες ἐν αὐτῇ, γνώμῃ κοινῇ σφοδρότερον δι' ἐπιστολῆς ἀντεγκαλοῦσι τῷ Ἰουλίῳ, δηλοῦντες μὴ δεῖν κανονίζεσθαι παρ' αὐτοῦ, εἰ βούλοιντο ἐξελαύνειν τινὰς τῶν ἐκκλησιῶν· μηδὲ γὰρ αὐτοὺς ἀντειπεῖν, ὅτε Ναύατον τῆς ἐκκλησίας ἤλαυνον. Ταῦτα μὲν οἱ τῆς ἑῴας ἐπίσκοποι τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης Ἰουλίῳ διεπέμποντο. Ἐπειδὴ δὲ Ἀθανασίου εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν εἰσιόντος (14), ὠθισμὸς τῶν ὑπὸ Γεωργίου τοῦ Ἀρειανοῦ ἐγένετο· ἐκ δὲ τούτου φασὶ ταραχὰς καὶ διαφθορὰς ἀνθρώπων γεγονέναι· οἵ τε ἀρειανίζοντες τὴν βλασφημίαν καὶ τὰ ἐκ τούτων ἐγκλήματα ἐπὶ Ἀθανάσιον ὡς αἴτιον ἀναφέρουσι, βραχέα περὶ τούτων λεκτέον. Τὰς μὲν γὰρ ἀληθεῖς αἰτίας ὁ Θεὸς οἶδεν, ὁ αὐτῆς τῆς ἀληθείας κριτής. Ὅτι δὲ ταῦτα κατὰ τὸ πλεῖστον εἴωθε γίνεσθαι ὅταν καθ' ἑαυτῶν στασιάζῃ B τὰ πλήθη, οὐκ ἄγνωστα τοῖς εὖ φρονοῦσι καθέστηκεν. Ὥστε μάτην Ἀθανασίῳ τὴν αἰτίαν ἀνάπτουσιν οἱ λοιδοροῦντες αὐτὸν, καὶ μάλιστα Σαβῖνος, ὁ τῆς Μακεδονίου προεστὼς αἱρέσεως. Ὡς εἰ διελογίζετο, πόσα κακὰ κατὰ Ἀθανασίου οἱ ἀρειανίζοντες, καὶ τῶν τὸ ὁμοούσιον φρονούντων εἰργάσαντο, ἢ ὅσα αἱ δι' Ἀθανάσιον (15) γενόμεναι σύνοδοι ἀπωδύραντο, ἢ ὅσα αὐτὸς ὁ αἱρεσιάρχης (16) Μακεδόνιος, κατὰ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν διεπράξατο, ἡσυχίαν ἦγεν ἂν· ἢ φθεγγόμενος, εὔφημα ἂν πρὸ τούτων ἐφθέγγετο (17). Νῦν δὲ ταῦτα πάντα ἀποσιγήσας, ἐκεῖνα διαβάλλει. Ἀλλ' οὐδ' ὅλως τοῦ αἱρεσιάρχου μνήμην πεποίηται, πάντως που τὰ τῆς δραματουργίας αὐτοῦ τολμήματα καλύπτειν βουλόμενος. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστότερον, C οὓς μὲν πέφευγεν Ἀρειανοὺς οὐκ εἶπε κακῶς· ᾧ δὲ ἠκολούθησε Μακεδονίῳ, τούτου καὶ τὴν χειροτονίαν ἀπέκρυψεν. Εἰ γὰρ αὐτῆς ἐμέμνητο, ἐμέμνητο ἂν πάντως καὶ τῶν ἀδικημάτων αὐτοῦ, ὡς τὰ ἐπ' αὐτῆς γενόμενα δείκνυσι. Τοσαῦτα μὲν περὶ τούτου.

collecti, de communi omnium sententia conscriptis litteris, Julium vicissim acrius insimulant; significantes non debere ab ipso discuti, si quos ipsi ecclesiis suis expellere voluissent: neque enim se contradixisse, tunc cum Novatus Ecclesia ejectus est. Et hæc quidem orientales episcopi Julio Romanæ urbis episcopo rescripserunt. Cæterum quoniam Athanasio Alexandriam ingrediente, tumultus exstitit eorum qui Georgio Ariano adhærebant, ex quo seditiones cædesque hominum consecutæ esse dicuntur: et Ariani probra ista et crimina in Athanasium tanquam in auctorem malorum omnium rejiciunt, de hac re pauca mihi dicenda sunt. Veras quidem rerum istarum causas novit Deus, qui ipsius veritatis est judex. Hæc vero plerumque ita contingere, quoties vulgus intestina seditione agitatur, prudentibus viris haudquaquam obscurum est. Frustra sunt igitur calumniatores Athanasii, qui horum causam illi ascribunt; ac præcipue Sabinus Macedonianorum episcopus. Qui si secum ipse reputasset quot et quantis malis Athanasium et reliquos Homousianos affecerint Ariani, vel quot synodi propter Athanasium congregatæ de his conquestæ sint, vel quæ ipse Macedonius hæresiarches per universas Ecclesias gesserit; aut tacuisset omnino, aut si loqui voluisset, Athanasium laudibus extulisset. Jam vero his omnibus consulto prætermissis, res gestas illius falso criminatur. Sed ne nomen quidem ipsum Macedonii hæreticorum principis usquam commemorat: id agens scilicet ut tragica illius facinora penitus occultet. Et quod multo plus habet admirationis, de Arianis quidem non male locutus est, quos tamen ipse fugiebat. Macedonii vero, cujus ipse sectam sequebatur, ordinationem tacitus prætermisit. Quippe si ordinationis illius mentionem fecisset, commemoranda prorsus fuissent ejus viri scelera, sicut constat ex iis quæ in illa ordinatione gesta sunt. Sed de hoc hactenus.

## ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

*Ὡς ὁ βασιλεὺς παρεσκεύασε διὰ Φιλίππου τοῦ ἐπάρχου ἐξωσθῆναι τὸν Παῦλον, καὶ εἰς ἐξορίαν πεμφθῆναι, Μακεδόνιον δὲ ἐνθρονισθῆναι.*

Ὁ μέντοι βασιλεὺς Κωνστάντιος ἐν Ἀντιοχείᾳ διάγων πυθόμενος πάλιν τὸν Παῦλον ἀπειληφέναι τὸν θρόνον, δι' ὀργῆς ἐτίθετο τὸ γινόμενον. Πρόσταγμα

## 94 CAP. XVI.

*Quomodo imperator per Philippum præfectum prætorio, Paulum quidem ejici et in exsilium mitti jussit; Macedonium vero et in sede episcopali constituit.*

Porro imperator Constantius Antiochiæ degens, cum ei nuntiatum esset Paulum sedem suam denuo occupasse, eam rem permoleste tulit. Philippo igi-

## VALESII ANNOTATIONES.

(13) *Καὶ σύνοδον ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ κηρύξαντες.* D Post synodum Romanam in qua Athanasius innocens pronuntiatus est, cum Julius papa per Gabianum comitem epistolam misisset ad Orientales, qui Antiochiæ in Encæniis synodum celebraverant, Orientales ut huic epistolæ responderent, iterum congregati sunt Antiochiæ anno Christi 343, et elegantem epistolam ac mordacem Julio papæ rescripserunt, cujus sensum refert Sozomenus in libro III, cap. 8.

(14) *Ἀθανασίου εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν εἰσιόντος.* Falsum est quod dicit Socrates, Athanasium hoc tempore Alexandriam rediisse. Neque enim Alexandriam reversus est Athanasius, nisi post Sardicense concilium, id est, post annum Christi 348.

(15) *Ἢ ὅσαι δι' Ἀθανάσιον.* Scripserat procul dubio Socrates ἢ ὅσα αἱ δι' Ἀθανάσιον γενόμεναι σύνοδοι ἀπωδύραντο, ut legit Christophorsonus ac Savilius.

(16) *Αὐτὸς ὁ αἱρεσιάρχης.* Longe præferenda mihi videtur ea lectio, quam reperi in codice Allatii: Ἢ ὅσα ὁ αὐτοῦ αἱρεσιάρχης Μακεδόνιος κατὰ πᾶσαν τὴν Ἐκκλησίαν διεπράξατο. Id est, *Aut quæcunque hæresiarches ipsius Macedonius in omnibus Ecclesiis perpetravit*, etc.

(17) *Εὐφημίαν πρὸς τούτων ἐφθέγγετο.* Hujus loci restitutio debetur codici Allatiano, qui ita scriptum habet, εὔφημα ἂν πρὸς τούτων ἐφθέγγετο. Id est, *laudes potius quam probra ac vituperia cecinisset.*

Digitized by Google

tur præfecto prætorii, utpote qui majorem reliquis provinciarum rectoribus potestatem obtineret, et secundus ab imperatore diceretur, mandat per epistolam ut Paulum quidem pellat ecclesia, Macedonium vero illius loco in ecclesiam inducat. Præfectus itaque Philippus seditionem populi pertimescens, Paulum circumvenire aggressus est, et imperatoris quidem mandatum penes se occultat. Specie vero publicorum negotiorum progressus ad balneum publicum quod Zeuxippi vocatur, Paulum honorifice ad se accersit : ejusmodi necessitatem adesse dicens, ut quamprimum illi veniendum esset. Paruit Paulus. Qui cum accitus venisset, statim præfectus mandatum imperatoris ei ostendit. Et episcopus quidem se indicta causa damnatum animadvertens, patienter tulit. Præfectus vero circumstantis multitudinis impetum reformidans (plurimi enim rumore ac suspicione ducti illuc convenerant), unam ex lavacri januis aperiri jubet, per quam Paulus in palatium abductus et conjectus in navem ad id comparatam, confestim in exsilium mittitur. Præcepitque ei præfectus ut Thessalonicam Macedoniæ metropolim, ex qua urbe Paulus jam inde a majoribus suis erat oriundus, proficisceretur, utque in ea civitate degeret. Et reliquas quidem urbes Illyrici adeundi facultatem ei concessit: cæterum ad Orientis partes vetuit accedere. Paulus igitur præter exspectationem, ecclesia simul et urbe pulsus, celeriter abducitur. Præfectus autem imperatoris Philippus, ex balneis publicis progressus, recta ad ecclesiam contendit. Aderat una Macedonius, velut ex machina quadam demissus : et cum præfecto in curru sedens, omnium **95** oculis ostentabatur. Circa illos militum manus strictis gladiis incedebat. Quo spectaculo conterrita est plebis multitudo : cunctique simul, tam Homousiani quam Ariani, ad ecclesiam properarunt, prævenire singuli et ecclesiam occupare summo studio adnitentes. Postquam præfectus una cum Macedonio ecclesiæ

οὖν ἔγγραφον ἀποστέλλει τῷ ἐπάρχῳ Φιλίππῳ (18), ὡς μείζονα μὲν τῶν ἄλλων ἀρχόντων τὴν ἐξουσίαν κεκληρωμένῳ, δευτέρῳ δὲ μετὰ βασιλέα χρηματίζοντι· ὅπως ἂν τὸν μὲν Παῦλον τῆς Ἐκκλησίας ἐκβάλλῃ, ἀντεισάγῃ δὲ εἰς αὐτὴν Μακεδόνιον. Ὁ οὖν ἔπαρχος Φίλιππος εὐλαβηθεὶς τὴν ἀπὸ τοῦ πλήθους στάσιν, τέχνῃ μετῆλθε τὸν Παῦλον· καὶ κρύπτει μὲν παρ' ἑαυτῷ τὴν τοῦ βασιλέως βουλήν. Πλασάμενος δὲ δημοσίων πραγμάτων ποιεῖσθαι φροντίδα, πρόεισιν εἰς τὸ λουτρὸν τὸ δημόσιον, ᾧ ἐπώνυμον Ζεύξιππος. Κἀκεῖθεν μεταπέμπεται μετὰ τιμῆς δῆθεν τὸν Παῦλον, ὡς ἀναγκαῖον ἐλθεῖν (19) παρ' αὐτόν. Καὶ ἦλθεν. Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος ἦλθε μεταπεμφθεὶς, ἐπεδείκνυεν εὐθὺς ὁ ἔπαρχος τοῦ βασιλέως τὸ πρόσταγμα. Καὶ ὁ μὲν ἐπίσκοπος εὐγνωμόνως ἔφερε τὴν ἄκριτον καταδίκην. Ὁ δὲ δείσας τοὺς περιεστηκότας καὶ τοῦ πλήθους τὴν ὁρμήν· καὶ γὰρ πολλοὶ συνεληλύθεισαν ἐκ φήμης ὑπόπτου περὶ τὸ δημόσιον· ἐκφραγῆναι μίαν τοῦ λουτροῦ θυρίδα κελεύει· δι' ἧς ἐπὶ τὰς βασιλικὰς αὐλὰς ἀπαχθεὶς ὁ Παῦλος (20), ἐμβληθείς τε εἰς πλοῖον ἐπὶ τοῦτο εὐτρεπισθὲν, ταχέως ἐπ' ἐξορίαν ἐπέμπετο. Προσέταξέν τε ὁ ἔπαρχος ἐπὶ τὴν Μακεδονίας μητρόπολιν Θεσσαλονίκην ἐλθεῖν (21), ἧς καὶ ἐκ προγόνων ὁ Παῦλος ἐτύγχανεν ὤν· ἐν ᾗ τὰς διατριβὰς ποιεῖσθαι, ἀδεῶς τε ἐπιβαίνειν καὶ κατὰ τὰς ἄλλας τῶν ἐν Ἰλλυριοῖς πόλεις· μὴ μὴν ἐξεῖναι αὐτῷ, ἐπὶ τὰ Ἀνατολικὰ μέρη διαβῆναι. Ὁ μὲν οὖν Παῦλος, παρὰ προσδοκίαν ἐκβληθεὶς τῆς Ἐκκλησίας ἐν ταὐτῷ καὶ τῆς πόλεως, μετὰ σπουδῆς ἀπήγετο. Ὁ δὲ τοῦ βασιλέως ἔπαρχος Φίλιππος, ἐκ τοῦ δημοσίου ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν ἠπείγετο. Σὺν αὐτῷ δὲ ὡς ἐκ μηχανῆς τινος παρὼν ὁ Μακεδόνιος, ἐν τῷ ὀχήματι σύνθρονος τῷ ἐπάρχῳ ἐν πᾶσιν ἐδείκνυτο. Στρατιωτική τε χεὶρ ξιφήρης περὶ αὐτοὺς ἐτύγχανε. Δέος δὲ ἐντεῦθεν καταλαμβάνει τὰ πλήθη· καὶ πάντες εἰς τὰς ἐκκλησίας συνέῤῥεον, οἵ τε τῆς ὁμοουσίου πίστεως, καὶ οἱ τοῦ Ἀρειανοῦ δόγματος· ἕκαστοι καταλαμβάνειν τὴν ἐκκλησίαν σπουδάζοντες. Ἐπεὶ δὲ ὁ ἔπαρχος ἅμα τῷ Μακεδονίῳ πλησίον τῆς ἐκκλησίας ἐγένετο,

## VALESII ANNOTATIONES.

(18) *Τῷ ἐπάρχῳ Φιλίππῳ*. Fallitur hic Socrates, et cum illo Sozomenus. Paulus enim a Philippo præfecto prætorio, non Thessalonicam, sed Cucusum relegatus est, ibique ab Arianis strangulatus, ut docet Athanasius in epistola ad solitarios. Verum hæc diu postea contigerunt, mortuo scilicet Constante Augusto, anno Domini 350, aut 351, ut vult Baronius, qui quidem hunc Socratis errorem jam antea animadvertit. Porro ex Athanasio facile est Socratem refellere. Scribit enim Athanasius Philippum, posteaquam Paulum in exsilium misisset, et ab Arianis crudeliter occidi fecisset, nondum transacto anno, præfectura bonisque spoliatum misere periisse. Atqui Philippus consul fuit anno Christi 348, et sequente anno præfecturam gessit prætorii, ut ex codicis Theodosiani legibus ad illum datis colligere est. Idem postea legatus ad Magnentium missus est a Constantio, paulo ante Mursense prœlium, ut scribit Zosimus in libro secundo; quod factum est anno Christi 351. Ponamus igitur Philippum anno sequente, qui fuit Christi 352, interiisse. Tum Paulus ab illo missus fuerit in exsilium anno Domini 351, quæ Baronii sententia est. Et ab hoc anno Macedonii episcopatus Constantinopolitanus inchoandus est.

(19) *Ὡς ἀναγκαῖον ἐλθεῖν*. Scribendum mihi videtur ὡς ἀναγκαῖον ὂν ἐλθεῖν παρ' αὐτόν. Idque omnino postulat grammaticæ ratio.

(20) *Μίαν τοῦ λουτροῦ θυρίδα Παῦλος*. Hoc loco desiderabatur integra linea, quam ex codice Florentino et Sfortiano supplevi. In codice autem Leonis Allatii aliquid amplius additum est, hoc modo : Συνεληλύθεισαν περὶ τὸ δημόσιον ἐκ φήμης ὑπόπτου συλλεγέντες, ἐκφραγῆναι διὰ τὸ περιεστάναι πάσαις ταῖς ἐξόδοις τὸν δῆμον, μίαν τοῦ λουτροῦ θυρίδα κελεύει δι' ἧς ἐπὶ τὰς βασιλικὰς αὐλὰς ἀχθεὶς ὁ Παῦλος, etc.

(21) *Ἐπὶ Θεσσαλονίκην ἐλθεῖν*. Quomodo Philippus Paulum Thessalonicam relegare potuerit, non video. Hæc enim gesta refert Socrates superstite adhuc Constante, et ante Sardicense concilium. Atqui eo tempore Thessalonica parebat Constanti Augusto. Quomodo igitur Philippus, qui præfectus prætorio erat Constantii, Paulum Thessalonicam potuit relegare, eique permittere ut in urbibus Illyrici libere degeret, ab Orientis autem partibus omnino abstineret?

Digitized by Google

τότε δὴ ἄλογος φόβος καταλαμβάνει τὰ πλήθη, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοὺς στρατιώτας αὐτούς. Ἐπεὶ γὰρ οἱ παρόντες ὄχλος ἦσαν πολύς, πάροδος δὲ τῷ ἐπάρχῳ κατάγοντι τὸν Μακεδόνιον οὐδεμία ἐγίνετο, ὠθισμὸς παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἐτολμᾶτο βίαιος. Ἐπεὶ δὲ συνωθούμενον τὸ πλῆθος, διὰ τὴν στενοχωρίαν ὑποχωρεῖν οὐχ οἷόν τε ἦν, ἀνθίστασθαι τοὺς ὄχλους οἱ στρατιῶται νομίζοντες καὶ ἑκόντας κωλύειν τὴν πάροδον, γυμνοῖς τοῖς ξίφεσιν ὡς ἀντεπιόντες ἐκέχρηντο, καὶ δὴ καὶ τοῦ ἔργου εἴχοντο. Ἀπέθανον οὖν, ὡς λέγεται, περὶ τοὺς τρισχιλίους ἑκατὸν πεντήκοντα· οἱ μὲν, ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν σφαγέντες· οἱ δὲ, ὑπὸ τοῦ πλήθους φθαρέντες. Ἐπὶ τοῖς τοιούτοις δὴ τοῖς κατορθώμασιν, ὁ Μακεδόνιος ὡς οὐδὲν φαῦλον πεπραχὼς, ἀλλὰ καθαρὸς καὶ ἀθῷος τῶν γενομένων τυγχάνων, ὑπὸ τοῦ ἐπάρχου μᾶλλον, ἢ ὑπὸ ἐκκλησιαστικοῦ κανόνος ἐνθρονίζεται. Οὕτω μὲν οὖν Μακεδόνιος καὶ οἱ Ἀρειανοὶ, διὰ τοσούτων φόνων τῆς ἐκκλησίας ἐκράτησαν. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον, καὶ ὁ βασιλεὺς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν ἔκτιζεν (22), ἥτις Σοφία μὲν προσαγορεύεται νῦν. Συνῆπται δὲ τῇ ἐπωνύμῳ Εἰρήνῃ, ἣν ὁ πατὴρ τοῦ βασιλέως μικρὰν οὖσαν τοπρότερον, εἰς κάλλος καὶ μέγεθος ηὔξησε. Καὶ νῦν εἰσιν εἰς ἕνα περίβολον ἄμφω ὁρώμεναι, μιᾶς τὴν προσωνυμίαν ἔχουσαι.

A appropinquare cœpit, repentinus absque ulla causa metus plebem ipsosque adeo milites invasit. Nam quoniam ingens illic aderat hominum multitudo, ita ut præfecto Macedonium deducenti nullus daretur transeundi locus, milites plebem violenter impellere aggressi sunt : sed cum contrusa plebs, propter loci angustiam retrocedere non posset, rati milites plebem obsistere, ac de industria transitum intercludere, velut in hostem irruentes, districtis gladiis uti et obvios ferire cœperunt. Tria igitur hominum millia ac præterea centum et quinquaginta tunc occubuisse dicuntur : alii a militibus trucidati, alii constipatione multitudinis oppressi. Post tam præclara facinora Macedonius, perinde quasi nihil mali gessisset, sed integer vacuusque B esset ab omni culpa, a præfecto verius quam per ecclesiasticam regulam in episcopali sede constituitur. In hunc modum Macedonius et Ariani per tot tantasque hominum cædes ecclesia potiti sunt. Per idem tempus imperator majorem ecclesiam fabricabat, quæ nunc Sophia dicitur. Est autem conjuncta ei basilicæ quæ cognominatur Irene, quam pater imperatoris, cum prius esset modica, pulchram simul amplamque reddiderat. Et nunc ambæ uno ambitu comprehensæ, unius basilicæ vocabulo appellantur.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΖʹ.

*Ὡς Ἀθανάσιος, φοβηθεὶς τὰς τοῦ βασιλέως ἀπειλὰς, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἀνέδραμεν.*

Ἐν τούτῳ δὲ τῷ καιρῷ, καὶ ἑτέρα διαβολὴ κατὰ Ἀθανασίου παρὰ τῶν ἀρειανιζόντων συῤῥάπτεται, πρόφασιν ἐφευρόντων τοιαύτην· Τῇ Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ σιτηρέσιον ἤδη πρότερον δεδώρητο ὁ τῶν Αὐγούστων πατὴρ, εἰς διατροφὴν τῶν πτωχῶν. Τοῦτο ἔφασαν ἐξαργυρίζειν τὸν Ἀθανάσιον, καὶ εἰς οἰκεῖον ἀποφέρεσθαι κέρδος. Πιστεύσας οὖν ὁ βασιλεὺς, θάνατον αὐτῷ τὴν ζημίαν ἠπείλησεν. Ὁ δὲ προαισθόμενος τῆς βασιλέως ἀπειλῆς, χρῆται φυγῇ, καὶ ἦν ἀφανής. Τότε δὴ Ἰούλιος ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος γνοὺς τὰ παρὰ τῶν ἀρειανιζόντων κατὰ Ἀθανασίου γινόμενα, δεξάμενος δὲ καὶ τὰ Εὐσεβίου τοῦ τετελευτηκότος γράμματα, καλεῖ πρὸς ἑαυτὸν τὸν Ἀθανάσιον (23), πυθόμενος τὸν τόπον ἔνθα κέκρυπται.

## CAP. XVII.

*Quomodo Athanasius, imperatoris minas veritus, Romam perrexit.*

Eodem tempore alia rursus adversus Athanasium C ab Arianis concinnata est calumnia ex hujusmodi occasione: Constantinus Augustorum pater, jampridem Alexandrinæ Ecclesiæ ad alendos pauperes annonam donaverat. Hanc Athanasium pretio vendere et in rem suam vertere solitum esse Ariani finxerunt. Quibus imperator credens, mortem illi interminatus est. Verum Athanasius imperatoris minas præveniens fugam arripuit, seseque occultavit. At Julius Romanæ urbis episcopus cognitis insidiis quas Athanasio struxerant Ariani, simul etiam acceptis Eusebii litteris jam mortui, Athanasium ad se vocat, gnarus **96** ubinam delitesceret. Afferuntur eodem tempore etiam litteræ, quas episcopi prius Antiochiæ con-

### VALESII ANNOTATIONES.

(22) *Τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν ἔκτιζεν.* Hanc majorem ecclesiam dedicavit Eusebius Constantinopolitanus episcopus, is qui antea Nicomediensem episcopatum gesserat, si Cedreno credimus. Hic enim ad annum nonum Constantii ita scribit: Καὶ συντελεσθεῖσαν τὴν τοῦ Θεοῦ μεγάλην ἐκκλησίαν ὑπὸ Κωνσταντίου, κατὰ τὴν ἐνδιάθηκον ἐντολὴν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, Εὐσέβιος ἐγκαινίζει· καὶ τὰ λείψανα ἀπὸ Ἀντιοχείας κομίζει, καὶ ἐν αὐτῷ κατατίθησι τοῦ ἁγίου μάρτυρος Παμφίλου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, Θεοδούλου, Πορφυρίου καὶ Παύλου· *Et Eusebius ecclesiam Dei quæ Magna dicitur, a Constantio absolutam, sicut Constantinus testamento mandaverat, dedicavit; et reliquias sancti martyris Pamphili, et sociorum ejus Theoduli, Porphyrii ac Pauli, Antiochia allatas in ea reposuit.* Sed Cedrenus errat in temporis notatione. Hæc enim dedicatio si ab Eusebio Nicomediense facta est, in annum tertium aut quar- D tum Constantii erat rejicienda, quo tempore Eusebius Constantinopolitanam sedem regebat. Hanc ædem postea collapsam, et a Constantio refectam esse tradit idem Cedrenus, et ab Eudoxio dedicatam.

(23) *Καλεῖ πρὸς ἑαυτὸν τὸν Ἀθανάσιον.* Hic omnia confundit Socrates, et bis eadem repetit, quasi iterum facta essent. Athanasium enim bis Romam confugisse dicit. Idem etiam asserit Baronius in *Annalibus*, Petavius in *Rationario temporum*, et Blondellus in libro *De primatu*. Sed nos hunc errorem abunde refutavimus in libro primo Observationum ecclesiasticarum, quem his annotationibus subjectum studiosus lector inveniet. Pari quoque errore Socrates Paulum Constantinopolitanum episcopum Romam iterum venisse dicit. Porro Julius papa Eusebii Nicomediensis litteras accepit ante concilium Antiochense quod in Encæ-

Digitized by Google

gregati perscripserant. Aliæ præterea epistolæ ab episcopis Ægypti ad eum missæ supervenere, quibus illi perspicue docebant falsa esse quæ Athanasio objicerentur. Julius itaque contrariis inter se litteris ad ipsum missis, rescribens episcopis qui Antiochiæ convenerant, graviter conquestus est: primum quidem de acerbitate ipsorum epistolæ; deinde quod contra canones ipsum ad synodum non vocassent, cum ecclesiastica regula interdictum sit ne præter sententiam Romani pontificis quidquam ab Ecclesiis decernatur; questus est item regulam fidei clanculo ab ipsis adulterari. Præterea quæ olim apud Tyrum gesta essent, per dolum ac fraudem acta esse, cum monumenta gestorum in Mareote ex altera tantum parte composita esse noscantur: sed et quæ de Arsenii cæde objecta essent, ea manifestissimæ convicta esse calumniæ. Hæc et ejusmodi alia, ad episcopos Antiochiæ congregatos Julius pluribus verbis perscripsit. Porro tam epistolas ad Julium scriptas, quam responsionem ipsius Julii libens hoc loco apposuissem, nisi earum prolixitas me ab hoc consilio revocasset. Sabinus quidem Macedonianæ sectator hæreseos, cujus jam antea mentionem feci, in collectione gestorum synodalium epistolas Julii neutiquam intexuit: tametsi eam minime prætermiserit quam episcopi Antiochiæ collecti ad Julium scripsere Verum Sa-

A Φθάνει δὲ ἐν ταὐτῷ καὶ τὰ γράμματα, ἅπερ οἱ ἐν Ἀντιοχείᾳ πρότερον συναχθέντες (24) ἀπεστάλκεισαν. Ἐπέμπετο δὲ καὶ ἕτερα γράμματα πρὸς αὐτὸν παρὰ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἐπισκόπων (25), διδάσκοντα ψευδῆ εἶναι τὰ κατὰ Ἀθανασίου λεγόμενα. Οὕτως ἐναντίων πεμπομένων τῶν γραμμάτων, ὁ Ἰούλιος τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ συναχθεῖσιν ἀντιγράφων ἐπεμέμψατο (26), πρῶτον μὲν τὸ ἐπαχθὲς τῆς αὐτῶν ἐπιστολῆς· ἔπειτα παρὰ κανόνας ποιοῦντας, διότι εἰς τὴν σύνοδον αὐτὸν οὐκ ἐκάλεσαν, τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ κανόνος κελεύοντος, μὴ δεῖν παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου Ῥώμης κανονίζειν τὰς Ἐκκλησίας, καὶ ὅτι τὴν πίστιν λεληθότως παραχαράττουσιν. Ἔτι δὲ ὡς καὶ τὰ ἐν Τύρῳ πάλαι πραχθέντα, ἐκ συναρπαγῆς ἐγεγόνει, διὰ τὸ ἐκ μονομερείας τὰ ἐν τῷ Μαρεώτῃ ὑπομνήματα πε-
B πράχθαι· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ Ἀρσένιον, φανερῶς συκοφαντία ἐδέδεικτο. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα διὰ πλειόνων ὁ Ἰούλιος τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ συναχθεῖσιν ἔγραφε. Παρεθέμεθα δ' ἂν καὶ τὰς πρὸς Ἰούλιον ἐπιστολὰς, καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ, εἰ μὴ τὸ πολυεπὲς αὐτῶν μῆκος ἐκώλυσε. Σαβῖνος μέντοι ὁ τῆς Μακεδονίου αἱρέσεως, οὗ καὶ ἤδη πρότερον ἐμνημονεύσαμεν, τὰς παρὰ Ἰουλίου ἐπιστολὰς ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν συνόδων οὐκ ἔθηκεν· καίτοι τὴν παρὰ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ πρὸς Ἰούλιον οὐ παρέλειπε. Τοῦτο δὲ σύνηθες αὐτῷ ποιεῖν. Ἐν οἷς μὲν γὰρ αἱ τῶν συνόδων ἐπιστολαὶ σιγῶσιν ἢ ἀθετοῦσι τὸ ὁμοούσιον, ταύτας

## VALESII ANNOTATIONES.

niis celebratum est, ut superius observavi. Eodemque tempore Athanasium ejusque adversarios Romam ad causam dicendam evocavit, ut ex Athanasio constat.

(24) *Τὰ γράμματα ἅπερ οἱ ἐν Ἀντιοχείᾳ πρότερον συναχθέντες.* Episcopi qui Antiochiæ in Encæniis erant congregati, cum epistolam Julii papæ accepissent, scriptam ad Eusebium Nicomediensem, qua illum et reliquos Eusebianos Romam ad judicium evocabat, præstituto die quo concilium illic erat celebrandum, legatos Julii papæ Elpidium et Philoxenum ultra præstitutum diem detinuerunt. Deinde celebrato jam concilio legatos dimiserunt, eisque litteras tradiderunt ad Julium papam. Quas cum accepisset Julius, rescripsit epistolam illam celeberrimam, quæ habetur apud Athanasium in Defensione II adversus Arianos.

(25) *Γράμματα παρὰ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἐπισκόπων.* Intelligit epistolam synodicam scriptam ab episcopis Ægypti ad omnes ubique episcopos: quæ primo loco refertur ab Athanasio in supradicta Defensione secunda adversus Arianos. De hac epistola synodica ad se missa loquitur etiam Julius papa in epistola ad orientales episcopos Antiochiæ

C congregatos: Ἔγραψαν δὲ καὶ πλεῖστοι ἐπίσκοποι ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου καὶ ἐξ ἄλλων ἐπαρχιῶν ὑπὲρ Ἀθανασίου.

(26) *Ἀντιγράφων ἐπέμψατο.* Lego ἐμέμψατο, quemadmodum Savilius ad oram sui codicis emendavit. In codice Leonis Allatii scriptum est, ἐπεμέμφετο πρῶτον μὲν τὸ ἐπαχθὲς τῆς αὐτῶν ἐπιστολῆς, optime. Exstat hæc epistola Julii papæ; opus eximium ecclesiasticæ antiquitatis, quod nobis conservavit Athanasius in Defensione secunda adversus Arianos. In ea epistola Julius papa primum reprehendit insolentiam ac superbiam qua Orientales in suis ad ipsum litteris usi fuerant. Quod vero addit Socrates, Julium in suis litteris conquestum esse quod ipsum non invitassent ad synodum: regulam enim esse ecclesiasticam, ut absque consensu episcopi Romani nihil in Ecclesia decerni possit, id in epistola illa nuspiam legitur [u]. Queritur quidem, nec immerito, Julius,
D quod Orientales accepta ipsius epistola qua ad synodum Romanam vocabantur, parvi ducentes hanc ipsius citationem, Gregorium Athanasii loco ordinaverant. Sed de illa ecclesiastica regula nihil dicit. Sozomenus tamen idem habet quod Socrates.

## VARIORUM.

[u] Fallitur, mea opinione, Valesius. Julius enim ad finem istius epistolæ, cum Orientalibus episcopis expostulans quod Athanasium aliosque episcopos sedibus suis ejecissent absque notitia ipsius, et reliquorum Ecclesiæ occidentalis episcoporum, subjungit: Ἢ ἀγνοεῖτε ὅτι τοῦτο ἔθος ἦν, πρότερον γράφεσθαι ἡμῖν, καὶ οὕτως ἔνθεν ὁρίζεσθαι τὰ δίκαια; *An ignari estis, hanc esse consuetudinem, ut primum nobis scribatur, ut hinc quod justum est definiri posset?* Apud Athanas. Apol. II, pag. 586 edit. Commelin. Dixerat quidem prius: Ἔδει κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα γραφῆναι πᾶσιν ἡμῖν, ἵνα οὕτως ὁρισθῇ τὸ δίκαιον· *Oportuit secundum canonem scribere omnibus nobis, ut ita* ab omnibus *quod justum esset, decerneretur.* Videtur jam Socrates hanc regulam postremo descriptam, quæ asserit res ad fidem et disciplinam totius Ecclesiæ spectantes ad generale concilium referri oportere, cum priori confudisse, quæ prærogativam in decernendo Ecclesiæ Romanæ tribuit. Atque illam quidem regulam sive consuetudinem ecclesiasticam fuisse, libenter agnoscimus: istam vero, quæ primas partes episcopo Romano vindicat, unde hauserit Julius nescire me fateor. W. LOWTH.

Digitized by Google

σπουδαίως παρατίθεται· τὰς δὲ ἐναντίας ἑκὼν ὑπερ- A
βαίνει. Τοσαῦτα μὲν περὶ τούτων. Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Παῦλος ἐκ τῆς Θεσσαλονίκης ὑποκρινόμενος εἰς τὴν Κόρινθον ἀπαίρειν, ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἀφίκετο. Ἄμφω οὖν τὰ καθ' ἑαυτοὺς γνώριμα καθιστῶσι τῷ ἐκεῖ βασιλεῖ.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

*Ὡς ὁ τῶν Ἑσπερίων βασιλεὺς ἐζήτησε παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ, πεμφθῆναι τοὺς λόγον δώσοντας περὶ Ἀθανασίου καὶ Παύλου· καὶ ὅτι ἑτέραν οἱ πεμφθέντες ὑπηγόρευσαν ἔκθεσιν πίστεως.*

Ὁ δὲ τῶν Ἑσπερίων μερῶν βασιλεὺς γνοὺς τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἰδιοπαθῆ (27), καὶ πρὸς τὸν ἀδελφὸν γράμματα διαπέμπεται, δηλῶν τρεῖς ἐπισκόπους πεμφθῆναι παρ' αὐτὸν, τοὺς λόγον δώσοντας τῆς B
Παύλου καὶ Ἀθανασίου καθαιρέσεως. Καὶ πέμπονται Νάρκισσος (28) ὁ Κίλιξ, καὶ Θεόδωρος ὁ Θρᾷξ, καὶ Μάρις Χαλκηδόνος, καὶ Μάρκος ὁ Σύρος. Οἵτινες παραγενόμενοι, τοῖς μὲν περὶ Ἀθανάσιον οὐδαμῶς εἰς λόγους ἐλθεῖν [y] κατεδέξαντο· τὴν δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκτεθεῖσαν πίστιν ἀποκρυψάμενοι, ἑτέραν δὲ συγκαττύσαντες, ἐκδεδώκασι τῷ βασιλεῖ Κώνσταντι ἐν τούτοις οὖσαν τοῖς ῥήμασιν·

### *Ἄλλη ἔκθεσις* [z].

Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα, κτίστην καὶ ποιητὴν τῶν πάντων, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται. Καὶ εἰς τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Υἱὸν, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα· Θεὸν ἐκ Θεοῦ· φῶς ἐκ φωτός· δι' οὗ C
ἐγένετο τὰ πάντα ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, τά τε ὁρατὰ, καὶ τὰ ἀόρατα· Λόγον ὄντα, καὶ σοφίαν, καὶ δύναμιν, καὶ ζωὴν, καὶ φῶς ἀληθινόν· τὸν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντα, καὶ γεννηθέντα ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου· τὸν σταυρωθέντα, καὶ ἀποθανόντα· καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνεληλυθότα εἰς τοὺς

binus ita semper facere consuevit. Nam si quæ forte synodales epistolæ vocem consubstantialis aut reticent, aut omnino rejiciunt, eas studiose operi suo inserit: contrarias vero sciens ac prudens silentio transilit. Sed de his satis. Non longo post tempore, Paulus Thessalonica Corinthum se pergere 97 simulans, in Italiam navigavit. Ambo igitur earum partium imperatori causam suam exponunt.

## CAP. XVIII.

*Quomodo occidentalium partium imperator petiit a fratre ut mitterentur qui de Athanasii Paulique depositione rationem redderent: et quomodo missi ab Oriente, aliam fidei formulam ediderunt.*

At imperator occidentalium partium, cum ea quæ perpessi fuerant cognovisset, condoluit: datisque ad fratrem litteris, postulavit tres ad se episcopos mitti, qui de Pauli atque Athanasii depositione rationem redderent. Missi sunt igitur Narcissus Cilix, Theodorus Thrax, Maris Chalcedonensis, et Marcus Syrus. Qui cum venissent, congredi quidem cum Athanasio recusarunt: fidem vero Antiochiæ promulgatam penes se occultantes, alteram fidei formulam a se compositam Constanti Augusto obtulerunt, cujus hæc sunt verba

### *Alia fidei expositio.*

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, conditorem et opificem omnium: ex quo omnis paternitas in cœlo et in terris nominatur [26]. Et in unigenitum ejus Filium, Dominum nostrum Jesum Christum; qui ex Patre genitus est ante omnia sæcula: Deum ex Deo, lumen ex lumine: per quem omnia facta sunt in cœlo et in terris, visibilia simul et invisibilia: qui Verbum est et sapientia atque potentia, vita et lux vera; qui in novissimis diebus propter nos homo factus est, natusque ex sancta Virgine: crucifixus etiam est ac mortuus et sepultus; tertia vero die resurrexit a mortuis, et ascendit ad cœlos, sedetque ad dextram Patris, et in finem sæculorum venturus

[26] Ephes. III, 15.

## VALESII ANNOTATIONES.

(27) *Τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἰδιοπαθῆ.* Scribendum puto γνοὺς τὰ κατ' αὐτοὺς, ἰδιοπαθεῖ. Verbum ἰδιοπαθεῖν idem valet ac συμπαθεῖν. Adverbium ἰδιοπαθῶς legitur apud Basilium, in epistola 308. Posset etiam legi δυσπαθεῖ, id est, *moleste tulit;* atque hanc emendationem priori præfero.

(28) *Καὶ πέμπονται Νάρκισσος,* etc. Paucis mensibus post Antiochenam synodum in Encæniis celebratam, orientales episcopi aliam rursus fidei formulam condiderunt, eamque per Narcissum, Theodorum, Marim et Marcum, ad Occidentales et ad Constantem Augustum miserunt, tanquam a synodo Antiochena dictatam, ut testatur Athanasius in libro De synodis Arimini et Seleuciæ. Hoc igitur contigit anno Christi 342. Cum Athanasio plane consentit Socrates. Ait enim legatos illos ab Orientalibus missos, Antiochenæ quidem synodi formulam suppressisse; ejus autem loco aliam protulisse quam ipsi composuerant.

## VARIORUM.

[y] *Τοῖς μὲν περὶ Ἀθανάσιον οὐδαμῶς εἰς λόγους ἐλθεῖν.* Quod Socrates ait, abnuisse oratores cum Athanasio colloquia miscere, non ita intelligas quasi tum Athanasius in Constantis aula versaretur: certum quippe est tum Romæ fuisse: sed quod vel Romam cum eo congressuri se conferre noluerint, vel quod Roma cum pertransirent, Athanasii congressum declinarint. Fidei autem formulam postremo ab se conscriptam, abditis et silentio missis prioribus, Constanti offerunt. Non ignota erat Augusto innata hominum vafrities, mensque dolis D
plena. Quapropter re infecta oratores ad suos remigrarunt. (Cl. monachi Benedict. *Vita S. Athanasii*, pag. 36.)

[z] *Ἄλλη ἔκθεσις.* Hæc fidei confessio habetur apud Athanasium De synodis vol. II, pag. 737, et apud Niceph. lib IX, cap. 10, quam anno 341, ut putamus, de integro composuere, missisque in Gallias legatis, Constanti obtulere Augusto. Tam variæ autem variis locis temporibusque editæ sunt ab Arianis fidei formulæ, ut eas haud injuria *labyrinthum* vocet Socrates noster, cap. 41 hujus lib.

Digitized by Google

est ut judicet vivos ac mortuos, et unicuique pro operibus suis mercedem reddat: cujus regnum interminabile permansurum est in infinita sæcula: sedebit enim ad dexteram Patris non solum in hoc sæculo, verum **98** etiam in futuro. Et in Spiritum sanctum, hoc est in Paracletum, quem Dominus pollicitus apostolis, post assumptionem suam in cœlum misit, ut doceret illos, ac suggereret omnia; per quem etiam sanctificabuntur animæ eorum qui sincere in ipsum crediderint. Illos autem qui dicunt ex eo quod non erat exstitisse Filium Dei, et ex alia substantia, non autem ex Deo, et tempus aliquando fuisse cum non esset, Ecclesia Catholica alienos esse statuit. Cum hæc imperatori multisque aliis tradidissent, nulla amplius re gesta discesserunt. Porro cum inter Occidentales adhuc et Orientales esset indiscreta communio, Sirmii, quæ civitas est Illyrici, alia hæresis exorta est. Nam Photinus, qui ejus loci Ecclesiis præsidebat, ortus ex minore Galatia, et Marcelli, ejus qui episcopatu dejectus fuerat, olim discipulus, magistri sui insistens vestigiis, Filium Dei nudum ac simplicem esse hominem prædicavit. Sed de his plura suo loco dicemus.

A οὐρανούς· καὶ καθεσθέντα ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· οὗ ἡ βασιλεία ἀκατάπαυστος οὖσα, διαμενεῖ εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας. Ἔσται γὰρ καθεζόμενος ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. Καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τουτέστι τὸ Παράκλητον· ὅπερ ἐπαγγειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς αὐτοῦ ἄνοδον, ἀπέστειλε διδάξαι καὶ ὑπομνῆσαι πάντα· δι' οὗ καὶ ἁγιασθήσονται αἱ τῶν εἰλικρινῶς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων ψυχαί. Τοὺς δὲ λέγοντας ἐξ οὐκ ὄντων τὸν Υἱὸν, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, καὶ μὴ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἦν ποτε χρόνος ὅτε οὐκ ἦν, ἀλλοτρίους οἶδεν ἡ Καθολικὴ Ἐκκλησία. Ταῦτα ἐπιδεδωκότες τῷ B βασιλεῖ, καὶ πολλοῖς ἑτέροις ἐκδόντες, οὐδὲν πλέον ἀνύσαντες ἀνεχώρησαν. Ἀδιαφόρου τοίνυν ἔτι τυγχανούσης τῆς μεταξὺ τῶν Δυτικῶν τε καὶ Ἀνατολικῶν κοινωνίας, ἐπεφύη ἐν Σιρμίῳ, πόλις δὲ αὕτη τῶν Ἰλλυριῶν, αἵρεσις ἑτέρα. Φωτεινὸς γὰρ τῶν ἐκεῖ Ἐκκλησιῶν προεστὼς, γένος τῆς μικρᾶς Γαλατίας, Μαρκέλλου τε τοῦ καθῃρημένου μαθητὴς, ἀκολουθῶν τῷ διδασκάλῳ, ψιλὸν ἄνθρωπον, τὸν Υἱὸν ἐδογμάτισε. Καὶ περὶ μὲν τούτων κατὰ χώραν ἐροῦμεν.

## CAP. XIX.

*De prolixa fidei expositione.*

Transacto post hæc triennii spatio, rursus orientales episcopi collecta synodo, aliam fidei formulam conscripserunt, eamque per Eudoxium Germaniciæ, Macedonium Mopsuhestiæ in Cilicia episcopum, et Martyrium, ad episcopos Italiæ miserunt. Hæc autem fides prolixius scripta, et plurimis præter superiores accessionibus aucta, his verbis ex-

## ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

*Περὶ τῆς μακροστίχου ἐκθέσεως* [y].

Τριετοῦς δὲ ἐν τῷ μέσῳ διαδραμόντος (29) χρόνου, αὖθις οἱ Ἀνατολικοὶ ἐπίσκοποι συνέδριον ποιησάμενοι, καὶ ἑτέραν πίστιν συντάξαντες, τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ C ἀποστέλλουσι δι' Εὐδοξίου τοῦ τότε ἐπισκόπου Γερμανικείας, καὶ Μαρτυρίου, καὶ Μακεδονίου, ὃς Μόψου ἑστίας τῆς ἐν Κιλικίᾳ ἐπίσκοπος ἦν. Ἡ δὲ πίστις διὰ μακροτέρων γραφεῖσα, προσθήκας τε πλείστας

### VALESII ANNOTATIONES.

(29) *Τριετοῦς δὲ ἐν τῷ μέσῳ διαδραμόντος.* Idem scribit Athanasius in libro De synodis: Ἐπὶ τούτοις ὥσπερ μεταγνόντες, συλλέγουσι πάλιν τὸ συνέδριον ἑαυτῶν μετὰ ἔτη τρία· καὶ ἀποστέλλουσιν Εὐδόξιον, Μαρτύριον, καὶ Μακεδόνιον, τὸν ἀπὸ Κιλικίας, καὶ σὺν αὐτοῖς ἑτέρους τινὰς εἰς τὰ μέρη τῆς Ἰταλίας, ἀποφέροντας πίστιν διὰ πολλῶν γραφεῖσαν, etc. Id est: *Posthæc quasi istorum eos pœniteret, post triennium rursus concilium partis suæ congregant. Et Eudoxium, Martyrium, Macedonium Cilicem, et alios quosdam una cum illis mittunt in partes Italiæ, deferentes fidem multis verbis conscriptam*, etc. Baronius quidem in *Annalibus* hoc D secundum Antiochenum concilium, in quo prolixa illa fidei formula promulgata est, collectum fuisse dicit anno Christi 344. Idque ex Athanasio et Socrate probare sibi visus est. Sed meo quidem judicio longe fallitur. Primo enim locutio illa μετὰ τρία ἔτη, quartum annum significat, non tertium. Tres enim annos elapsos jam esse denotat [z]. Itaque Socrates Athanasii locum accepit, cum ait: τριετοῦς δὲ ἐν μέσῳ διαδραμόντος χρόνου. Cum igitur Antiochena synodus in Encæniis congregata fuerit anno Christi 341, hæc secunda in annum Christi 345 rectius conferetur. Deinde secundam istam synodum, in qua prolixa fidei formula conscripta est, non dicit Athanasius collectam fuisse post triennium quam Antiochena synodus in Encæniis fuerat congregata; sed post triennium quam Narcissus, Theodorus, Maris et Marcus novam fidei formulam, tanquam Antiochiæ conditam, ad Constantem Augustum pertulissent. Id autem ait factum fuisse aliquot mensibus post Antiochenam synodum in Encæniis celebratam. Ex quo manifeste convincitur id quod dixi: concilium illud, in quo formula illa μακρόστιχος condita est, anno Christi 345 celebratum fuisse, non autem 344, ut vult Baronius.

### VARIORUM.

[y] *Περὶ τῆς μακροστίχου ἐκθέσεως.* Hæc fidei professio exstat apud Athanasium, libro De synodis, pag. 738, et apud Nicephorum libro IX, cap. 11, in qua quidem hæc Arianica sententia, ἐξ οὐκ ὄντων, aliæque hujusmodi confutantur; verum nihil de οὐσίᾳ et ὁμοουσίῳ effertur, ut observarunt doctiss. monachi Benedictini in Vita Athanasii, pag. 40.

[z] Valesii epocham amplectitur Pagi, ob sequentem rationem. Hanc autem de computandis annis, futilem et vanam appellat. Antiqui, inquit, his similibusque loquendi modis utrumque extremum annum, etiam incompletum, aliquando exprimunt; aliquando tres aut quatuor annos elapsos intelligunt, imo aliquando quartum jam inchoatum excludunt. Ex circumstantiis itaque dijudicandum. (PAGI ad ann. 341, n. 2.)

Digitized by Google

παρὰ τὰ προλαβόντα περιέχουσα, ἐν τούτοις ἐξετέθη A τοῖς ῥήμασι· Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα, κτίστην καὶ ποιητὴν τῶν πάντων, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται· καὶ εἰς τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Υἱὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Κύριον ἡμῶν, τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρός· Θεὸν ἐκ Θεοῦ· φῶς ἐκ φωτός· δι' οὗ ἐγένετο τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα· Λόγον ὄντα, καὶ σοφίαν, καὶ δύναμιν καὶ ζωὴν, καὶ φῶς ἀληθινόν. Τὸν ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντα, καὶ γεννηθέντα ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου· τὸν σταυρωθέντα, καὶ ἀποθανόντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀναληφθέντα εἰς οὐρανὸν, καὶ καθεσθέντα ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρός· ἐρχόμενον ἐπὶ συντελείᾳ τῶν B αἰώνων κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· οὗ ἡ βασιλεία ἀκατάπαυστος οὖσα, διαμένει εἰς ἀπείρους αἰῶνας· καθέζεται γὰρ ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. Πιστεύομεν δὲ καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τουτέστιν εἰς τὸν Παράκλητον· ὅπερ ἐπαγγειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις, μετὰ τὴν εἰς οὐρανὸν ἄνοδον ἀπέστειλε διδάξαι καὶ ὑπομνῆσαι αὐτοὺς πάντα· δι' οὗ καὶ ἁγιάζονται αἱ τῶν εἰλικρινῶς εἰς αὐτὸν πιστευόντων ψυχαί. Τοὺς δὲ λέγοντας ἐξ οὐκ ὄντων τὸν Υἱὸν, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, καὶ μὴ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι ἦν ποτε χρόνος ἢ αἰὼν ὅτε μὴ ἦν, ἀλλοτρίους οἶδεν ἡ ἁγία Καθολικὴ Ἐκκλησία· ὁμοίως καὶ τοὺς λέγοντας τρεῖς εἶναι Θεοὺς, ἢ τὸν Χριστὸν μὴ εἶναι Θεὸν πρὸ τῶν αἰώνων, μήτε C Χριστὸν, μήτε Υἱὸν Θεοῦ εἶναι αὐτὸν [a], ἢ τὸν αὐτὸν εἶναι Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ ἀγέννητον τὸν Υἱὸν, ἢ ὅτι οὐ βουλήσει, οὐδὲ θελήσει (30) ἐγέννησεν ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν, ἀναθεματίζει ἡ ἁγία καὶ Καθολικὴ Ἐκκλησία. Οὔτε γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων λέγειν τὸν Υἱὸν ἀσφαλές· ἐπεὶ μηδαμοῦ τοῦτο τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν ἐμφέρεται περὶ αὐτοῦ. Οὔτε μὴν, ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως παρὰ τὸν Πατέρα προϋποκειμένης, ἀλλ' ἐκ μόνου τοῦ Θεοῦ γνησίως αὐτὸν γεγεννῆσθαι διδασκόμεθα. Ἓν γὰρ τὸ ἀγέννητον καὶ ἄναρχον, τὸν Χριστοῦ Πατέρα ὁ θεῖος διδάσκει λόγος. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν ἐξ ἀγράφων ἐπισφαλῶς λέγοντας, χρονικὸν διάστημα προενθυμητέον αὐτοῦ, ἀλλ' ἢ μόνον τὸν ἀχρόνως αὐτὸν γεγεννηκότα Θεόν· καὶ χρόνοι γὰρ καὶ αἰῶνες γεγόνασι δι' D αὐτοῦ. Οὔτε μὴν συνάναρχον, οὔτε συναγέννητον τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ εἶναι, νομιστέον. Συνανάρχου γὰρ καὶ συναγεννήτου οὐδεὶς κυρίως Πατὴρ, ἢ Υἱὸς λεχθήσε-

posita est. Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, creatorem omnium et conditorem; ex quo omnis paternitas in cœlo et in terris nominatur [27]: et in unigenitum Filium ejus Jesum Christum, Dominum nostrum, ante omnia sæcula genitum ex Patre, Deum ex Deo, lumen ex lumine; per quem omnia facta sunt in cœlo et in terris, visibilia et invisibilia; qui Verbum est et sapientia atque potentia, **99** vita et lux vera; qui in novissimis diebus propter nos homo factus est, natusque ex sanctissima Virgine: qui crucifixus est et mortuus ac sepultus. Tertia autem die surrexit a mortuis, et ascendit in cœlum, sedetque ad dexteram Patris, venturus in fine sæculorum ut judicet vivos ac mortuos, et unicuique mercedem operis sui reddat: cujus regnum interminabile, in infinita permanet sæcula. Sedet enim ad dexteram Patris non solum in hoc sæculo, verum etiam in futuro. Credimus etiam in Spiritum sanctum, hoc est in Paracletum, quem Christus pollicitus apostolis, post ascensum in cœlum, misit ut doceret illos ac submoneret de omnibus: per quem etiam sanctificantur animæ eorum qui sincere in illum credunt. Illos autem qui dicunt Filium ex eo quod non erat substitisse, aut ex alia substantia, non autem ex Deo, aut tempus aliquando vel sæculum fuisse cum non exstaret, pro alienis habet sancta et Catholica Ecclesia. Eos item qui dicunt tres esse deos, aut Christum non esse Deum ante sæcula, neque Christum, neque Filium Dei illum esse: aut eumdem esse Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum: aut Filium esse ingenitum, aut Patrem non arbitrio suo ac voluntate genuisse Filium, eos, inquam, anathematizat sancta et universalis Ecclesia. Nam neque citra periculum erroris dici potest Filium ex iis quæ non erant exstitisse, cum nusquam in divinis Libris id de illo proditum reperiamus; neque ex alia præter Patrem prius exsistente hypostasi, sed ex solo Deo vere genitum esse didicimus: unum enim ingenitum ac principii expertem esse, Christi scilicet Patrem, divinus sermo pronuntiat. Sed neque eos qui sine sacræ Scripturæ auctoritate temere dicunt, fuit aliquando tempus cum non esset, præcogitare oportet animo aliquod temporis spatium antecedens, sed solum Deum qui sine tempore illum genuerit: tempora enim et sæcula per illum facta sunt. Neque item existimandum est Filium Patri coingenitum, et principii simul cum eo expertem esse. Quippe coingeniti et principio simul carentis, nec

[27] Ephes. III, 15.

## VALESII ANNOTATIONES.

(30) Ἢ ὅτι οὐ βουλήσει οὐδὲ θελήσει. Dogma hoc fuit Arianorum. Infra tamen sententiam suam commodius explicant Orientales, ut scilicet intelligatur Pater non coactus, nec invitus genuisse Filium.

## VARIORUM.

[a] *Μήτε Χριστὸν, μήτε Υἱὸν Θεοῦ εἶναι αὐτόν.* Verte, *neque eumdem et Christum et Filium Dei esse.* Perstringunt hæc Marcellum, qui Christi regnum a nativitate ejus incipiebat. Vide infra in hoc capite, Valesii annot. in hæc verba, ἀλλ' ἔκτοτε Χριστὸν αὐτὸν γεγονέναι. W. Lowth.

Digitized by Google

Pater nec Filius quisquam proprie dici potest. Sed Patrem quidem solum principii expertem et incomprehensibilem esse cognovimus, qui impervia quadam et incomprehensibili ratione genuerit. Filium vero genitum fuisse ante sæcula; nec perinde ac Patrem, ipsum quoque ingenitum esse; sed principium habere, Patrem scilicet ex quo sit genitus. Caput enim Christi, Deus [28]. Quamvis autem tres confiteamur res, tresque personas, Patris videlicet ac Filii et Spiritus sancti, juxta sacras Scripturas, non ideo **100** tamen plures facimus deos. Unum enim ex se ipso perfectum et ingenitum, principiique expertem et invisibilem Deum novimus, Deum scilicet ac Patrem Unigeniti; qui ipse quidem solus ex seipso habet ut sit : reliquis autem omnibus copiose præstat ut sint. Porro tametsi unum Deum esse dicamus, Patrem Domini nostri Jesu Christi, qui solus sit ingenitus, Christum non idcirco negamus Deum esse ante sæcula : quod quidem faciunt Pauli Samosatensis discipuli, affirmantes illum post incarnationem ex profectu ac promotione quadam Deum esse factum, cum natura nudus ac simplex homo exstitisset. Scimus enim illum, quamvis Patri ac Deo subjectus sit, nihilominus tamen genitum ex Deo, Deum natura esse perfectum ac verum : et non ex homine Deum postea factum : sed ex Deo hominem propter nos factum esse, nec unquam Deum esse desivisse.

A ται · ἀλλὰ τὸν μὲν Πατέρα, μόνον ἄναρχον ὄντα καὶ ἀνέφικτον, γεγεννηκέναι ἀνεφίκτως καὶ πᾶσιν ἀκαταλήπτως οἴδαμεν· τὸν δὲ Υἱὸν γεγεννῆσθαι πρὸ τῶν αἰώνων, καὶ μηκέτι ὁμοίως τῷ Πατρὶ ἀγέννητον εἶναι καὶ αὐτὸν, ἀλλ' ἀρχὴν ἔχειν τὸν γεννήσαντα Πατέρα. Κεφαλὴ γὰρ Χριστοῦ, ὁ Θεός. Οὔτε μὴν τρία ὁμολογοῦντες πράγματα [b], καὶ τρία πρόσωπα, τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατὰ τὰς Γραφὰς, τρεῖς διὰ τοῦτο τοὺς θεοὺς ποιοῦμεν. Ἐπειδὴ τὸν αὐτοτελῆ καὶ ἀγέννητον, ἄναρχόν τε καὶ ἀόρατον Θεὸν, ἕνα μόνον οἴδαμεν τὸν Θεὸν, καὶ Πατέρα τοῦ Μονογενοῦς, τὸν μόνον μὲν ἐξ ἑαυτοῦ τὸ εἶναι ἔχοντα, μόνον δὲ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἀφθόνως τὸ εἶναι παρεχόμενον. Οὔτε μὴν ἕνα Θεὸν λέγοντες εἶναι τὸν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ Πατέρα, τὸν μόνον B ἀγέννητον, διὰ τοῦτο ἀρνούμεθα τὸν Χριστὸν Θεὸν εἶναι προαιώνιον, ὁποῖοί εἰσιν οἱ ἀπὸ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, ὕστερον αὐτὸν μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ἐκ προκοπῆς τεθεοποιῆσθαι λέγοντες, τῷ τὴν φύσιν ψιλὸν ἄνθρωπον γεγονέναι. Οἴδαμεν γὰρ καὶ αὐτὸν, εἰ καὶ ὑποτέτακται τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Θεῷ, ἀλλ' ὅμως γεννηθέντα ἐκ τοῦ Θεοῦ, Θεὸν κατὰ φύσιν τέλειον εἶναι καὶ ἀληθῆ, καὶ μὴ ἐξ ἀνθρώπων μεταταῦτα Θεὸν, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐνανθρωπῆσαι δι' ἡμᾶς, καὶ μηδὲ πώποτε ἀπολωλεκότα τὸ εἶναι Θεόν.

Exsecramur præterea et anathematizamus eos qui illum nudum duntaxat ac simplex Dei Verbum, nec ulla subsistentia præditum, falso appellant, quod in alio suam essentiam habeat; nunc quidem instar verbi quod prolatitium vulgo dicitur; nunc vero instar verbi quod internum nominatur; ipsum vero Christum ac Dominum, et Filium Dei, ac mediatorem, atque imaginem Dei non fuisse ante secula contendunt : sed ex eo tempore Christum ac Filium Dei illum esse cœpisse, ex quo carnem nostram assumpsit ex Virgine, ante quadringentos circiter annos. Ab eo enim tempore volunt Christum regni sui habuisse principium; et hoc regnum post

Βδελυσσόμεθα δὲ πρὸς τούτοις καὶ ἀναθεματίζομεν, καὶ τοὺς Λόγον μὲν μόνον αὐτὸν τοῦ Θεοῦ ψιλὸν καὶ ἀνύπαρκτον ἐπιπλάστως καλοῦντας ἐν ἑτέρῳ τὸ εἶναι C ἔχοντα· νῦν μὲν, ὡς τὸν προφορικὸν λεγόμενον (31) ὑπό τινων· νῦν δὲ, ὡς τὸν ἐνδιάθετον· Χριστὸν δὲ αὐτὸν καὶ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ μεσίτην, καὶ εἰκόνα τοῦ Θεοῦ, μὴ εἶναι πρὸ αἰώνων θέλοντας· ἀλλ' ἔκτοτε Χριστὸν αὐτὸν γεγονέναι (32) καὶ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἐξ οὗ τὴν ἡμετέραν ἐκ τῆς Παρθένου σάρκα ἀνείληφε, πρὸ τετρακοσίων ὅλων ἐτῶν. Ἔκτοτε γὰρ τὸν Χριστὸν ἀρχὴν βασιλείας ἐσχηκέναι θέλουσι, καὶ τέλος ἕξειν αὐτὴν, μετὰ τὴν συντέλειαν καὶ κρίσιν. Τοιοῦτοι δέ εἰσιν, οἱ ἀπὸ Μαρκέλλου καὶ Φωτεινοῦ [c], τῶν

[28] I Cor. XI, 3.

## VALESII ANNOTATIONES.

(31) *Νῦν μὲν ὡς τὸ προφορικὸν λεγόμενον*. Scribendum est ὡς τὸν προφορικόν, et paulo post, ὡς τὸν ἐνδιάθετον, ut legitur in codice Leonis Allatii, et apud Athanasium in libro De synodis. Προφορικὸν λόγον vocant philosophi verbum quod ore profertur. Prolativum vocat Hilarius. Eique opponitur ὁ ἐνδιάθετος λόγος, verbum internum, quod verbum mentis vulgo vocant hodierni philosophi.

(32) *Ἀλλ' ἔκτοτε Χριστὸν αὐτὸν γεγονέναι*, etc. His verbis Orientales designant hæresim Marcelli Ancyrani, qui Christi regnum ab ejus nativitate cœpisse dicebat, ante quadringentos circiter annos; perfectum numerum ponens pro imperfecto. Docet id epistola Synodica orientalium apud Serdicam episcoporum, quam refert Hilarius in Fragmentis. Sic enim aiunt : D *Exstitit namque temporibus nostris Marcellus quidam Galatiæ, hæreticorum omnium exsecrabilior pestis, quique sacrilega mente, ore profano perditoque argumento velit Christi Domini regnum perpetuum, æternum et sine tempore, disterminare, initium regnandi accepisse Dominum dicens ante quadringentos annos, finemque ei venturum simul cum mundi occasu.*

## VARIORUM.

[b] *Τρία ὁμολογοῦντες πράγματα*. Ita Alexander episcopus Alexandrinus ad cognominem suum Constantinopolitanum, Patrem et Filium δύο πράγματα vocat, apud Theodorit. lib. I, cap. 4, et τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις, ibid. *Substantia illa divina, cujus nomen est Verbum*, Novatianus De Trinitate, cap. 31. Similiter et Tertullianus cap. 7 *Contra Praxeam* : ita enim Latini Græcam vocem ὑπόστασιν exprimebant. Vid. Cl. Bulli *Defens. fid. Nicæn.*, sect. 2, cap. 9, n. 11 W. Lowth.

[c] *Τοιοῦτοι δέ εἰσιν οἱ ἀπὸ Μαρκέλλου καὶ Φωτεινοῦ*. Marcellus Ancyræ episcopus, Nicæni circiter

Digitized by Google

Ἀγκυρογαλατῶν· οἳ τὴν προαιώνιον ὕπαρξίν τε καὶ θεότητα τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν ἀτελεύτητον αὐτοῦ βασιλείαν ὁμοίως Ἰουδαίοις ἀθετοῦσιν (33), ἐπὶ προφάσει τοῦ συνίστασθαι δοκεῖν τὴν μοναρχίαν. Ἴσμεν γὰρ αὐτὸν ἡμεῖς, οὐχ ἁπλῶς Λόγον προφορικὸν ἢ ἐνδιάθετον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ ζῶντα Θεὸν Λόγον, καὶ καθ' ἑαυτὸν ὑπάρχοντα (34)· καὶ Υἱὸν Θεοῦ καὶ Χριστόν. Καὶ οὐ προγνωστικῶς συνόντα καὶ συνδιατρίβοντα πρὸ αἰώνων τῷ ἑαυτοῦ Πατρὶ, καὶ πρὸς πᾶσαν διακονησάμενον αὐτῷ τὴν δημιουργίαν, εἴτε τῶν ὁρατῶν, εἴτε τῶν ἀοράτων· ἀλλ' ἐνυπόστατον Λόγον ὄντα τοῦ Πατρὸς, καὶ Θεὸν ἐκ Θεοῦ. Οὗτος γάρ ἐστι πρὸς ὃν εἶπεν ὁ Πατὴρ, ὅτι *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ὑμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν*· ὃς καὶ τοῖς πατράσιν αὐτοπροσώπως ὤφθη δεδωκὼς τὸν νόμον, καὶ λαλήσας διὰ τῶν προ- B φητῶν, καὶ τὰ τελευταῖα ἐνανθρωπήσας, καὶ τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα πᾶσιν ἀνθρώποις φανερώσας, καὶ βασιλεύων εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας. Οὐδὲν γὰρ πρόσφατον ὁ Χριστὸς προσείληφεν ἀξίωμα· ἀλλὰ ἄνωθεν τέλειον αὐτὸν, καὶ τῷ Πατρὶ κατὰ πάντα ὅμοιον πεπιστεύκαμεν. Καὶ τοὺς λέγοντας δὲ τὸν αὐτὸν εἶναι Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, καθ' ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματός τε καὶ προσώπου τὰ τρία ὀνόματα ἀσεβῶς ἐκλαμβάνοντας, εἰκότως ἀποκηρύσσομεν τῆς Ἐκκλησίας, ὅτι τὸν ἀχώρητον καὶ ἀπαθῆ Πατέρα, χωρητὸν ἅμα καὶ παθητὸν διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως ὑποτίθενται. Τοιοῦτοι γάρ εἰσιν οἱ Πατροπασσιανοὶ [d] παρὰ Ῥωμαίοις (35), Σαβελλιανοὶ C

A mundi consummationem atque judicium, finem habiturum. Hujusmodi sunt sectatores Marcelli atque Photini Ancyranorum, qui æternam Christi essentiam ac divinitatem, ejusque perpetuum et immortale regnum perinde abrogant, ut monarchiam stabilire videantur. Nos vero intelligimus illum non esse duntaxat Verbum Dei prolatum et internum, sed Verbum vivens ac per se subsistens, utpote Deum Verbum, Deique Filium et Christum. Nec per solam præscientiam illum cum Patre semper fuisse, et **101** ante omnia sæcula cum eo fuisse versatum, inservientem illi ad creationem omnium rerum, tam visibilium quam invisibilium; sed substantiale Patris Verbum, et Deum ex Deo illum esse profitemur. Ipse enim est cui dixit Pater: *Faciamus hominem ad* B *imaginem et similitudinem nostram* [29]; qui antiquis patribus personam suam spectandam exhibuit; qui legem dedit; qui locutus est per prophetas; qui ad extremum homo factus, Patrem suum cunctis hominibus manifestavit: qui denique regnat in perpetua sæcula. Neque enim ullam dignitatem recens adeptus est Christus; sed eum ab omni ævo perfectum, Patrique per omnia similem fuisse credimus. Hos etiam qui eumdem esse dicunt Patrem ac Filium et Spiritum sanctum, tria hæc nomina de una eademque re ac persona per summam impietatem accipientes, merito ab Ecclesia relegamus, eo quod Patrem qui nec comprehendi nec pati potest, passioni et comprehensioni subjiciunt per incarnatio- C

[29] Gen. I, 26.

## VALESII ANNOTATIONES.

(33) *Ὁμοίως ἀθετοῦσιν*. Hunc locum restitui ex Athanasii libro De synodis, ubi hæc formula refertur, meo quidem judicio doctissima et elegantissima. Codex quoque Leonis Allatii plane consentit cum Athanasio, nisi quod ἀθετοῦντες habet pro ἀθετοῦσιν.

(34) *Καὶ καθ' ἑαυτὸν ὑπάρχοντα*. In codice Florentino et Allatiano, necnon apud Athanasium deest conjunctiva particula.

(35) *Οἱ Πατροπασσιανοὶ παρὰ Ῥωμαίοις*. Horum hæreticorum mentionem facit Cyprianus in epistola ad Jubaianum, de baptizandis hæreticis. *Si eumdem Patrem, eumdem Filium, eumdem Spiritum sanctum eamdem Ecclesiam confitentur nobiscum Patripassiani, Anthropiani, Valentiniani, Apelletiani, Ophitæ, Marcionitæ, cæteræ hæreticorum pestes*, etc. Augustinus in libro De hæresibus, cap. 41, Sabellianos scribit crebrius Patripassianos vocari. Ita etiam eos vocat Philatrius in libro De hæresibus. Corruptum est hoc nomen in commentariis Epistolæ primæ ad Timotheum, qui vulgo tribuuntur Ambrosio. Sic enim ibi scribitur: *Quæ nunc Marcionistis, quamvis pene defecerunt, et Patricianis, ac maxime in Manichæis denotatur*. Scribo *Patripassianis*. Idem Augustinus tractatu 36 in Joannem: *Nam Sabelliani sunt quidam hæretici, qui vocantur et Patripassiani, qui dicunt ipsum Patrem passum fuisse*. Et iterum in tractatu 37.

## VARIORUM.

concilii diebus, vel paulo postea, hæresin suam D divulgavit, qua asseruit, ad finem mundi Christi regnum et subsistentiam desituram esse, ut nec in æternum regnaret, nec subsisteret. Hoc constat ex Cyrilli Hierosolymitani Catech. 15, ubi hanc hæresin περὶ Γαλατίαν ἀναφυεῖσαν dicit, eo quod Marcellus auctor ejus, Ancyræ in Galatia episcopus fuit. Vide etiam Euseb. Contra Marcell. lib. II, cap. 4; Theodoret. *Hæret. fab.*, lib. II, cap. 10. Basilii M. epist. 52 ad Athanasium. Et ob hanc procul dubio hæresin, Symbolo Nicæno hæc verba interjecta sunt, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος: non tamen ab ipso concilio Nicæno, sed a præsenti Constantinopolitano inserta videntur; a quo et reliqua de Spiritu sancto additamenta, post, καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Photinus vero discipulus fuit Marcelli, et Sirmii episcopus. (Guil. Beveregius, Annot. in can. 1 concilii Constantinop., p. 92. Vide et Pearson in Symb. apost. pag. 284.)

[d] *Οἱ Πατροπασσιανοί*. Patripassianorum hæresis videtur solam Domini passionem respexisse, quod ex vocis notatione constat: fundata est autem in errore de incarnatione, cum non dubium sit quin ille qui homo factus est, passus fuerit. Ait Epiphanius Noetum primum hanc hæresin docuisse. Atqui Cyprianus, Noeto antiquior, Patripassianorum meminit, epist. 73; hujus autem magister Tertullianus Praxeam ejusdem dogmatis reum facit: *Duo negotia diaboli Praxeas Romæ procuravit; prophetiam expulit, hæresim intulit: Paracletum fugavit, et Patrem crucifixit.* (*Advers. Prax.*, cap. 1.) Idem *De præscript. advers. Hæreticos*, c. 53: *Post hos omnes etiam Praxeas quidam hæresim introduxit, quam Victorinus corroborare curavit. Hic Deum Patrem omnipotentem Jesum Christum esse dicit, hunc crucifixum passumque contendit, mortuum, prœterea seipsum sibi sedere ad dextram suam, cum profana et sacrilega temeritate proponit.* Vide plura apud Pearson. in Symbolum apost., p. 158.

Digitized by Google

lem. Cujusmodi sunt qui a Romanis quidem Patropassiani, a nobis vero Sabelliani dicuntur. Nos enim scimus Patrem quidem qui misit, in propria immutabilis deitatis permansisse natura; Christum autem qui missus est, carnis assumptæ dispensationem implesse.

Similiter et eos qui impudenter negant Christum voluntate et arbitrio Patris exstitisse, involuntariam ac violentam quamdam necessitatem attribuentes Deo, ita ut invitus Filium gignat, impiissimos et a veritate alienos esse censemus : eo quod tum communes de Deo notiones, tum contra mentem ac sententiam Scripturæ divinitus inspiratæ, talia de illo audeant pronuntiare. Nos enim Deum sui juris arbitriique esse, et sponte ac voluntarie Filium genuisse, pie ac religiose credimus. Porro etsi cum timore ac reverentia credamus id quod de illo dictum est : *Dominus creavit me principium viarum suarum ad opera sua* [36]; non tamen eum perinde factum esse intelligimus, ac reliquas creaturas quæ per illum factæ sunt. Impium enim et ab ecclesiastica fide prorsus alienum est, conditorem cum operibus ab ipso conditis **102** comparare, et eodem cum extraneis generationis modo illum editum esse arbitrari. Quippe unigenitum Filium, solum ac semel tantum vere germaneque genitum esse, divinæ nos Scripturæ docent. Sed neque tametsi dicamus Filium per seipsum esse, et vivere ac subsistere perinde ac Patrem, illum idcirco a Patre separamus, spatia quædam locorum et intervalla inter illorum conjunctionem corporali more intelligentes. Credimus enim eos absque ullo medio atque interstitio conjunctos esse, nec a se invicem posse ullatenus separari : quippe cum Pater quidem sinu suo totum complectatur Filium: Filius vero quasi appensus toti adhærescat Patri, solusque in Patris gremio perpetuo conquiescat. Credentes igitur sanctissimam et perfectam undique Trinitatem; et Patrem Deum, ac Filium quoque Deum dicentes, non tamen duos, sed unum esse confitemur Deum, ob unum honorem divinitatis, et absolutissimam unius regni concordiam : ita ut Pater quidem generaliter omnibus, et ipsi quoque Filio dominetur : Filius

A δὲ παρ' ἡμῖν λεγόμενοι. Οἴδαμεν γὰρ ἡμεῖς, τὸν μὲν ἀποστείλαντα Πατέρα, ἐν τῷ οἰκείῳ τῆς ἀναλλοιώτου θεότητος ἤθει μεμενηκέναι· τὸν δὲ ἀποσταλέντα Χριστὸν, τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως οἰκονομίαν πεπληρωκέναι.

Ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς οὐ βουλήσει, οὐδὲ θελήσει γεγενῆσθαι τὸν Χριστὸν εἰρηκότας ἀνευλαβῶς, ἀνάγκην δὲ δηλονότι ἀβούλητον οὖσαν καὶ ἀπροαίρετον περιτεθεικότας τῷ Θεῷ, ἵνα ἄκων γεννήσῃ τὸν Υἱὸν [e], δυσσεβεστάτους καὶ τῆς ἀληθείας ξένους ἐπιγινώσκομεν· ὅτι τε παρὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας περὶ Θεοῦ, καὶ δὴ παρὰ τὸ βούλημα τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, τοιαῦτα τετολμήκασι περὶ αὐτοῦ διορίσασθαι. Αὐτοκράτορα γὰρ ἡμεῖς τὸν Θεὸν, Κύριον αὐτὸν ἑαυτοῦ εἰδότες, B ἑκουσίως αὐτὸν καὶ θέλοντα τὸν Υἱὸν γεγεννηκέναι, εὐσεβῶς ὑπειλήφαμεν. Πιστεύοντες δὲ ἐμφόβως καὶ τὸ περὶ αὐτοῦ λεγόμενον, *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ*, οὐχ ὁμοίως αὐτὸν τοῖς δι' αὐτοῦ γενομένοις κτίσμασιν ἢ ποιήμασι γεγεννῆσθαι νοοῦμεν. Ἀσεβὲς γὰρ, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως ἀλλότριον, τὸ τὸν κτίστην τοῖς δι' αὐτοῦ ἐκτισμένοις δημιουργήμασι παραβάλλειν, καὶ τὸν αὐτὸν τῆς γενέσεως τοῖς ἀλλοτρίοις τρόπον ἔχειν καὶ αὐτὸν νομίζειν. Μόνον γὰρ καὶ μόνως τὸν μονογενῆ Υἱὸν, γνησίως τε καὶ ἀληθῶς διδάσκουσιν ἡμᾶς αἱ θεῖαι Γραφαὶ γεγεννῆσθαι. Ἀλλ' οὐδὲ τὸν Υἱὸν καθ' ἑαυτὸν εἶναι [f], ζῆν τε καὶ ὑπάρχειν ὁμοίως τῷ Πατρὶ λέγοντες, διὰ τοῦτο χωρίζομεν αὐτὸν τοῦ Πατρὸς, τόπους καὶ διαστήματά τινα μεταξὺ τῆς συναφείας C αὐτῶν σωματικῶς ἐπινοοῦντες. Πεπιστεύκαμεν γὰρ ἀμεσιτεύτως αὐτοὺς καὶ ἀδιαστάτως ἐπισυνῆφθαι, καὶ ἀχωρίστως ὑπάρχειν ἑαυτῶν· ὅλον μὲν τοῦ Πατρὸς (36) ἐνεστερνισμένου τὸν Υἱόν· ὅλου δὲ τοῦ Υἱοῦ ἐξηρτημένου καὶ προσπεφυκότος τῷ Πατρὶ, καὶ μόνον τοῖς πατρῴοις κόλποις ἀναπαυόμενον διηνεκῶς. Πιστεύοντες οὖν εἰς τὴν παντέλειον Τριάδα τὴν ἁγιωτάτην, τὸν Πατέρα λέγοντες Θεὸν, καὶ τὸν Υἱὸν, οὐ δύο τούτους Θεοὺς, ἀλλ' ἕνα ὁμολογοῦμεν, κατὰ τὸ τῆς θεότητος ἀξίωμα, καὶ μίαν ἀκριβῆ τῆς βασιλείας τὴν συνάφειαν· παναρχοῦντος μὲν καθόλου τοῦ Πατρὸς πάντων, καὶ αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ· τοῦ δὲ Υἱοῦ ὑποτεταγμένου τῷ Πατρὶ, ἐκτὸς δὲ αὐτοῦ, πάντων τῶν

[36] Prov. VIII, 22

## VALESII ANNOTATIONES.

(36) *Ὅλον μὲν τοῦ Πατρός*. Scribendum omnino est ὅλου, ut legitur apud Athanasium : paulo post D ex eodem Athanasio restituendum est καὶ μόνου τοῖς πατρῴοις κόλποις ἀναπαυομένου.

## VARIORUM.

[e] *Ἀνάγκην περιτεθεικότας τῷ Θεῷ, ἵνα ἄκων γεννήσῃ τὸν Υἱόν*. Egregie hæc refutat Athanasius, orat. IV contra Arianos; non longe a fine. W. LOWTH.

[f] *Ἀλλ' οὐδὲ τὸν υἱὸν καθ' ἑαυτὸν εἶναι*. etc., usque ad ἀναπαυομένου διηνεχῶς. Hæc non minus Catholice quam eleganter. Ausim id dicere, quanquam horum episcoporum non pauci Arianæ perfidiæ favisse deprehendantur, et in ipsa confessione vox ὁμοούσιος omittatur. Mirum quidem esset, subscripsisse his Arianos, nisi et alia in eadem formula subscriptione sua confirmassent, quæ hæresi Arianæ ex diametro contraria sunt. Cujusmodi est imprimis illud, Filium Dei Θεὸν κατὰ φύσιν τέλειον εἶναι καὶ ἀληθῆ, *Deum natura perfectum atque verum esse*. Scilicet tenebriones isti parati erant quamlibet fidei confessionem suo suffragio comprobare, quæ modo vocem ὁμοουσίου non haberet; etiamsi quoque in ea ponerentur verba alia, quæ apud sanos omnes idem prorsus significarent. (Cl. Bullus *Defens. fid. Nic.*, sect. 4, cap. 4, n. 9.)

Digitized by Google

μετ' αὐτὸν βασιλεύοντος τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριν, ἀφθόνως τοῖς ἁγίοις δωρουμένου πατρικῷ βουλήματι. Οὕτως γὰρ τὸν περὶ τῆς ἐν Χριστῷ μοναρχίας συνιστασθαι λόγον, παραδεδώκασιν ἡμῖν οἱ ἱεροὶ λόγοι. Ταῦτα ἠναγκάσθημεν μετὰ τὴν ἐν ἐπιτομῇ ἐκτεθεῖσαν πίστιν, πλατύτερον ἐπεξεργάσασθαι, οὐ κατὰ περιττὴν φιλοτιμίαν· ἀλλ' ἵνα πᾶσαν τὴν κατὰ τῆς ἡμετέρας ὑπολήψεως ἀλλοτρίαν ἀποκαθάρωμεν ὑποψίαν παρὰ τοῖς τὰ καθ' ἡμᾶς ἀγνοοῦσι· καὶ γνῶσιν οἱ κατὰ τὴν Δύσιν πάντες, ὁμοῦ μὲν τῆς συκοφαντίας τῶν ἑτεροδόξων τὴν ἀναίδειαν, ὁμοῦ δὲ τῶν ἀνατολικῶν τὸ ἐκκλησιαστικὸν ἐν Χριστῷ φρόνημα, μαρτυρούμενον ἀδιάστως ὑπὸ τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν παρ' αὐτοῖς ἀδιαστρόφως (37).

A vero subjiciatur Patri, et præter illum universa quæ post ipsum sunt et per ipsum facta sunt gubernet ac regat, et sancti Spiritus gratiam Patris arbitrio sanctis affatim largiatur. Sic enim ejus quæ in Christo est monarchiæ rationem constare, sacra nobis eloquia tradiderunt. Hæc post fidei formulam brevi compendio antehac editam fusius exponere coacti sumus, non inani ac superflua ambitione impulsi, sed ut omnem de fide nostra sinistram suspicionem apud eos diluamus, qui sententiam nostram penitus ignorant : utque universi qui in Occidentis partibus degunt, et impudentem adversariorum calumniam aperte cognoscant, et Catholicam Orientalium de Christo doctrinam, divinarum Scripturarum testimonio disertissime confirmatam, apud B eos qui mentem minime perversam gerunt.

## ΚΕΦΑΛ. Κ'.
*Περὶ τῆς ἐν Σάρδῃ συνόδου.*

Ταῦτα οἱ κατὰ τὰ ἑσπέρια μέρη (38) ἐπίσκοποι, διὰ τὸ ἀλλογλώσσους εἶναι (39), καὶ διὰ τὸ μὴ συνιέναι, οὐ προσεδέχοντο, ἀρκεῖν τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν

## CAP. XX.
**103** *De concilio Serdicensi.*

Verum hæc Occidentales episcopi, tum quod Græci sermonis ignari essent, tum quod ea minime intelligerent, nequaquam admiserunt : Nicænam fidem

### VALESII ANNOTATIONES.

(37) *Παρ' αὐτοῖς διαστρόφως.* In manuscripto codice Sfortiano scriptum est ἀδιαστρόφως. Verum in codice Leonis Allatii et apud Athanasium in libro de Synodis rectius legitur παρὰ τοῖς ἀδιαστρόφοις, id est, *apud eos qui non sunt depravati.*

(38) *Ταῦτα οἱ κατὰ τὰ ἑσπέρια μέρη.* Hanc confessionem fidei, sic enim vocat Athanasius, legati Orientalium obtulerunt Occidentalibus episcopis Mediolani congregatis. Illuc enim profecti fuerant quidam episcopi una cum presbyteris Ecclesiæ Romanæ, rogaturi Constantem Augustum ut ad Constantium fratrem scriberet de congreganda universali synodo, ut dissensiones quæ in variis Ecclesiis exortæ fuerant, ecclesiastico judicio terminarentur, quemadmodum scribit Athanasius in Apologia ad Constantium. Porro cum Orientales hanc fidei formulam obtulissent Occidentalibus, petierunt ab iis ut illi subscriberent. Verum Occidentales, quod quidem ad fidem attinet, sufficere sibi dixerunt Nicænam fidem, cui nec addendum quidquam esset nec detrahendum. Quod vero spectat ad condemnationem hæreticorum qui in confessione illa damnabantur, petierunt ab Orientalium legatis, ut ipsi prius Arianam hæresim condemnarent. Verum illi id facere detrectantes, irati ex concilio discesserunt, ut scribit Liberius in epistola ad imp. Constantium his verbis : *Quæ est pax, clementissime imperator, cum sint ex partibus ipsis quatuor episcopi, Demofilus, Macedonius, Eudoxius, Martyrius, qui ante annos octo, cum apud Mediolanum Arii sententiam hæreticam noluissent damnare, de concilio iratis animis exierunt.* Nihilominus tamen Occidentales episcopi hæresim Photini in eadem synodo condemnarunt. Adversus Marcellum vero nihil pronuntiarunt, propterea quod is paulo antea in synodo Romana integer ab omni hæreseos crimine fuerat judicatus. In eadem synodo Ursacius et Valens, qui in suspicionem venerant hæresis Arianæ, porrecto libello quo Arii perfidiam et Photini hæresim damnabant, suscepti sunt in communionem, ut docet epistola synodica Ariminensis concilii. Idque testantur Ursacius et Valens in altero libello, quem postea obtulerunt Romæ Julio papæ, his verbis : *Item anathema dicimus iis qui negant Christum Deum esse et Filium Dei ab æterno, sicut per priorem libellum nostrum, quem apud Mediolanum porreximus*, etc. Hæc de Mediolanensi synodo paulo fusius annotare libuit, eo quod admodum obscura est ejus memoria in annalibus ecclesiasticis. Primus Dionysius Petavius in dissertatione de duplici synodo Sirmiensi, multa quidem de illa synodo docte observavit, sed annum illius perperam assignavit. Anno enim Christi 347 C celebratam esse dicit, paulo post Serdicense concilium. Quod stare nullo modo potest. Itaque Jacobus Sirmondus in secunda diatriba quam adversus Petavium scripsit, merito illum in hac parte reprehendit. Baronius quidem qui formulam illam μακρόστιχον in Antiochensi synodo conscriptam esse dicit anno Christi 344, legationem quoque Orientalium et Mediolanense concilium in eumdem annum confert. Sirmondus vero in diatriba supra memorata, anno Christi 346 id concilium assignat. Quam quidem sententiam veriorem puto. Primo enim Athanasius in Apologetico ad Constantium scribit, se quarto anno ex quo Romam venerat, a Constante Augusto accitum fuisse Mediolanum, quo episcopi quidam sese contulerant. Romam autem venerat Athanasius anno Christi 341. Præterea Hilarius in fragmentis scribit Mediolanensem synodum in qua damnatus est Photinus, celebratam esse biennio priusquam Valens et Ursacius libellum satisfactionis offerrent Julio papæ. D Postquam enim eum libellum retulit, hæc subdit : *Hæc epistola post biennium missa est, quam hæresis Photini a Romanis damnata est.* Cum igitur epistola illa Valentis et Ursacii scripta sit anno Christi 349, ut testatur Petavius, Mediolanense concilium tertio ante anno celebratum sit necesse est : hoc est Christi 346. Locutio enim illa, *post biennium*, idem valet ac tertio post anno, quod non animadvertit Petavius.

(39) *Διὰ τὸ ἀλλογλώσσους εἶναι.* Baronius hic Socratem merito reprehendit, qui causam cur Occidentales formulam illam respuerint, hanc esse dicit, quod Græcum sermonem non intelligerent. Quasi vero non multi essent in Italia, qui Græcam linguam callerent. Sed et Theodorus Lector hanc causam merito improbavit. Horum enim verborum loco, ista substituit : διὰ τὸ πρόδηλον τῆς δυσφημίας, id est, *ob manifestam blasphemiam.*



Digitized by Google

sufficere, nec quidquam amplius curiose inquirendum esse asseverantes. Rursus vero cum imperatoris litteræ, quibus mandabat ut Paulus et Athanasius sedibus suis restituerentur, nihil proficerent : plebs enim continuis pene seditionibus agitabatur : Paulus et Athanasius aliud concilium convocari postulant, ut tum ipsorum negotium, tum fidei causa, generalis synodi sententia terminaretur, docebantque non aliam ob causam se fuisse depositos, quam ut fides subverteretur. Indicitur ergo iterum generale concilium apud Serdicam, quæ urbs est Illyrici: idque de sententia duorum imperatorum, quorum alter hoc per litteras flagitaverat, alter vero, Orientis scilicet imperator, libenter adnuerat. Annus tunc agebatur undecimus ab obitu parentis **104** duorum Augustorum : consules autem erant Rufinus et Eusebius, quo tempore synodus Serdicæ congregata est. Et ex Occidentis quidem partibus trecenti circiter convenerunt episcopi, ut scribit Athanasius. Ab Oriente vero septuaginta sex tantum adfuisse refert Sabinus, quorum e numero fuit Ischyras Mareoticæ episcopus, quem illi ipsi a quibus depositus erat Athanasius, episcopum ejus regionis constituerant. Quippe alii infirmitatem corporis causati sunt : alii præstituti temporis angu-

A λέγοντες, καὶ μηδὲν (40) περαιτέρω περιεργάζεσθαι. Ἐπεὶ οὖν πάλιν γράψαντος τοῦ βασιλέως, ὥστε ἀποδοθῆναι Παύλῳ καὶ Ἀθανασίῳ τοὺς οἰκείους τόπους, οὐδὲν πλέον ἠνύετο· στάσις γὰρ μεταξὺ τοῦ πλήθους ἐγίνετο συνεχής· σύνοδον ἄλλην παρακαλοῦσι γενέσθαι οἱ περὶ Παῦλον καὶ Ἀθανάσιον, ὥστε καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς, καὶ τὰ τῆς πίστεως, ἐπὶ οἰκουμενικῆς συνόδου πέρας λαβεῖν, διδάσκοντες ἐπὶ καταλύσει τῆς πίστεως, τὰς καθαιρέσεις γίνεσθαι. Κηρύσσεται οὖν αὖθις οἰκουμενικὴ σύνοδος ὡς ἐπὶ τὴν Σαρδικὴν [g], πόλις δὲ αὕτη Ἰλλυριῶν, γνώμῃ τῶν δυεῖν βασιλέων, τοῦ μὲν διὰ γραμμάτων αἰτήσαντος, τοῦ δὲ τῆς Ἑῴας ἑτοίμως ὑπακούσαντος. Ἑνδέκατον ἔτος ἦν (41) ἀπὸ τῆς τελευτῆς τοῦ πατρὸς τῶν δύο Αὐγούστων· ὕπατοι δὴ ἦσαν Ῥουφῖνος καὶ Εὐσέβιος, ὅτε ἡ ἐν Σαρδικῇ
B συνεκροτήθη σύνοδος. Ἐκ μὲν οὖν τῶν ἑσπερίων μερῶν, περὶ τοὺς τριακοσίους συνῆλθον ἐπίσκοποι [h]· ὥς φησιν Ἀθανάσιος (42)· ἐκ δὲ τῶν ἑῴων, ἑβδομήκοντα ἓξ μόνον ὁ Σαβῖνός φησιν, ἐν οἷς κατηριθμεῖτο καὶ Ἰσχύρας ὁ τοῦ Μαρεώτου ἐπίσκοπος, ὃν οἱ καθελόντες Ἀθανάσιον, εἰς τὴν ἐπισκοπὴν τῆσδε τῆς χώρας χειροτονοῦσι. Προὐβάλλοντο δὲ οἱ μὲν ἀσθένειαν τοῦ σώματος· ἄλλοι δὲ τὸ στενὸν τῆς προθεσμίας ἐμέμφοντο (43), τὴν αἰτίαν ἐπὶ Ἰούλιον τὸν ἐπίσκοπον Ῥώμης ἀναφέροντες· καίτοι ἐνιαυτοῦ καὶ ἓξ

## VALESII ANNOTATIONES.

(40) *Καὶ μηδέν*. Mallem scribere καὶ μὴ δεῖν περαιτέρω περιεργάζεσθαι.

(41) *Ἑνδέκατον ἔτος ἦν*. A consulatu Feliciani et Titiani, qui fuit annus Christi 337, ad consulatum Rufini et Eusebii, qui annus est Christi 347, anni sunt decem solidi. Proinde si undecimo anno post obitum Constantini celebratum est Serdicense concilium, post vicesimum secundum diem mensis Maii congregatum sit necesse est.

(42) *Περὶ τοὺς τριακοσίους συνῆλθον ἐπίσκοποι, ὥς φησιν Ἀθανάσιος*. Non hoc dicit Athanasius, trecentos circiter episcopos ex Occidentis partibus ad Serdicensem synodum convenisse. Sed id tantum dicit, tam eos qui Serdicensi concilio interfuerunt, quam illos qui epistolæ synodicæ ab ipsis missæ postea subscripserunt, eos item qui ante Serdicensem synodum pro ipsa scripserant epistolas synodicas, ex Phrygia, Asia et Isauria, universos fuisse trecentos quadraginta quatuor. Locus Athanasii habetur in Defensione secunda adversus Arianos pag. 768 editionis Parisiensis. Sed et in epistola ad Solitarios idem Athanasius diserte testatur, episcopos, qui ad Serdicense concilium convenere, tam ex Occiduis quam ex Orientis partibus, non plures fuisse quam centum et septuaginta : συνέρχονται τοίνυν ἀπό τε τῆς Ἀνατολῆς καὶ τῆς Δύσεως ἐν τῇ Σερδῶν πόλει πλέον ἢ ἔλαττον ρο'. In editione Moguntina post canones synodi Serdicensis hæc legitur notatio : *Et subscripserunt omnes episcopi diversarum provinciarum vel civitatum, numero* 121.

C (43) *Τὸ στενὸν τῆς προθεσμίας ἐμέμφοντο.* Hoc loco falli videtur Socrates, qui ad Serdicensem synodum retulerit ea quæ ad Romanam synodum pertinebant. Nam cum Julius Orientales episcopos Romam ad synodum evocasset, ut Athanasii causa ibi cognosceretur, Orientales eo venire recusarunt, inter alias causas angustiam præstituti temporis prætexentes, ut docet Julius papa in epistola ad eosdem Orientales apud Athanasium p. 744. Certe quæ sequuntur apud Socratem, καίτοι ἐνιαυτοῦ καὶ ἓξ μηνῶν διαγενομένων, ἀφ' οὗ ἡ σύνοδος ἐκεκήρυκτο, καὶ οἱ περὶ Ἀθανάσιον ἐν τῇ Ῥώμῃ διέτριβον, etc., manifeste confirmant id quod dixi. Athanasius enim Julii litteris evocatus, Romam cum venisset, annum integrum et sex menses in ea urbe permansit, adversarios et synodum quæ Romæ indicta fuerat operiens. Testatur id Julius in epistola supra memorata pag. 748 : Καὶ γὰρ πρὸς τούτοις πᾶσι παρέμεινεν ἐνταῦθα ἐνιαυτὸν καὶ ἓξ μῆνας, ἐκδεχόμενος τὴν παρουσίαν ὑμῶν, ἢ τὸν βουλόμενον ἐλθεῖν.
D

## VARIORUM.

[g] *Κηρύσσεται οὖν αὖθις οἰκουμενικὴ σύνοδος ὡς ἐπὶ τὴν Σαρδικήν*. Sardica urbs Illyrici fuit, in Mysiæ superioris confinio, centum millia passuum plus minus a Philippopoli distans. In hac olim celebri urbe præsens concilium celebratum est; de quo acerrime disputatum est, utrum œcumenicum fuerit an non. Et sane nemo inficias eat, quin ab imperatoribus Constante et Constantio, ea mente convocatum fuerit, ut œcumenicum esset ; ac propterea utriusque imperii, Occidentalis et Orientalis, episcopi illuc accersiti sunt : concilium tamen ex Occidentalibus solis constitutum est, Orientalibus sese illinc proripientibus : unde et *Occidentalium concilium* ab antiquis Patribus sæpe audit ; neque unquam a Græcis, vel vetustioribus Patribus œcumenicum vocatum est. (Bevereg. Annot. in can. hujus concilii, initio, pag. 109.)

[h] *Περὶ τοὺς τριακοσίους συνῆλθον ἐπίσκοποι.* Ducentos quinquaginta episcopos synodo adfuisse testatur Theodoritus : quinquaginta novem in Hilarii subscriptionibus leguntur. Sed Athanasius cum Orientales, tum Occidentales 170, vel circiter, in Sardicensi synodo coactos ait in epistola ad Solitarios, ex quibus si demas 80 Orientales, qui Sardica aufugientes Philippopoli convenere, 90 tantum supererunt qui Sardicensi synodo interfuerint. Sed nihil certum in tanta auctorum varietate statui potest. (Cl. monachi Benedictini annot. in Athanasii *Apologiam contra Arianos*, pag. 169.)

Digitized by Google

A μηνῶν διαγενομένων, ἀφ' οὗ ἥ τε σύνοδος ἐκεκήρυκτο, καὶ οἱ περὶ Ἀθανάσιον ἐν τῇ Ῥώμῃ διέτριβον, τὴν σύνοδον περιμένοντες. Ὡς οὖν συνῆλθον ἐν τῇ Σαρδικῇ, οἱ μὲν ἀνατολικοὶ εἰς πρόσωπον τῶν ἑσπερίων ἐλθεῖν οὐκ ἐβούλοντο, φάσκοντες μὴ ἄλλως εἰς λόγους ἐλθεῖν, εἰ μὴ τοὺς περὶ Ἀθανάσιον καὶ Παῦλον (44) ἐξελάσωσι τοῦ συλλόγου. Ὡς δὲ Πρωτογένης ὁ Σαρδικῆς ἐπίσκοπος, καὶ Ὅσιος ὁ Κουδρούβης, πόλις δὲ αὕτη τῆς Ἱσπανίας ὡς καὶ πρότερον εἴρηται, οὐκ ἠνείχοντο μὴ παρεῖναι τοὺς περὶ Παῦλον καὶ Ἀθανάσιον, ἀπεχώρουν εὐθέως. Καὶ γενόμενοι ἐν τῇ Φιλίππου πόλει τῆς Θρᾴκης, ἰδίαζον ποιοῦντες συνέδριον· καὶ φανερῶς λοιπὸν τὸ μὲν ὁμοούσιον ἀναθεματίζουσι· τὴν δὲ τοῦ ἀνομοίου δόξαν, ἐπιστολὰς συγγράψαντες (45), πανταχοῦ διαπέμπονται. Οἱ δὲ ἐν Σαρδικῇ, B πρῶτον μὲν τούτων ἐρήμην κατεψηφίσαντο· ἔπειτα τοὺς κατηγόρους Ἀθανασίου τῆς ἀξίας ἀφείλοντο· τὸν ὅρον τε τῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ κρατύναντες, καὶ τὸ ἀνόμοιον ἐκβαλόντες, τὸ ὁμοούσιον φανερώτερον ἐκδιδόασι. Καὶ ἐγγράψαντές τε (46) καὶ αὐτοὶ πανταχοῦ διαπέμπονται. Γνώμῃ μὲν οὖν ἑκάτεροι τοιάδε δικαίως πεποιηκέναι νομίσαντες, οἱ μὲν ἀνατολικοὶ, ὅτι τοὺς ὑπ' αὐτῶν καθαιρεθέντας οἱ ἑσπέριοι προσεδέξαντο· οἱ δὲ ἑσπέριοι, ὅτι πρὸ διαγνώσεως οἱ καθελόντες ἀπέφυγον, καὶ ὅτι αὐτοὶ μὲν τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ἐφύλαττον, ἐκεῖνοι δὲ παραχαράττειν ἐτόλμησαν. Ἀποδιδόασιν οὖν τὸν τόπον τοῖς περὶ Παῦλον (47) καὶ Ἀθανάσιον· ἔτι μὴν καὶ Μαρκέλλῳ [i] τῷ Ἀγκύρας, τῆς πρὸς τῇ μικρᾷ Γαλατίᾳ· ὃς πάλαι μὲν καθῄρητο, ὡς ἐν τῷ πρὸ τούτου βιβλίῳ πεποιήμεθα C μνήμην. Τότε δὲ ἐν τῷ τὴν καταδίκην ἀναπαλαῖσαι ἐσπούδασε, διδάξας ὡς οὐ νοηθείη ἡ ὑπ' αὐτοῦ ἐν τῷ βιβλίῳ φράσις, καὶ διὰ τούτου ὑπόνοιαν τοῦ Σαμοσατέως λαβεῖν. Οὐκ ἀγνοητέον μέντοι ὅτι τὸ Μαρκέλλου βιβλίον ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος ἀνεσκεύασεν ἐν ὅλοις τρισὶ βιβλίοις πρὸς αὐτὸν διαλεγόμενος, ἃ πρὸς Μάρκελλον ἐπέγραψε (48)· καὶ τίθησι μὲν τὰ ῥή-

etiam prætenderunt, culpam omnem conferentes in Julium Romanæ urbis episcopum : cum tamen ab eo tempore quo synodus indicta fuerat, et quo Athanasius synodi consessum exspectans, Romæ commorabatur, anni et sex mensium spatium intercessisset. Cum ergo Serdicam omnes convenissent, episcopi quidem Orientis conspectum Occidentalium refugerunt, negantes se in colloquium cum illis venturos esse, nisi prius Paulum et Athanasium e suo cœtu ejecissent. Sed cum Protogenes Serdicensis, et Hosius episcopus Cordubæ, quæ civitas est Hispaniæ, ut supra dixi, nequaquam pati possent ut Paulus et Athanasius a consessu excluderentur, Orientales illico discesserunt. Regressique Philippopolim urbem Thraciæ, concilio seorsum habito, vocem quidem consubstantialis palam anathemate damnarunt : ἀνομοίου autem vocabulum et opinionem litteris suis inserentes, quoquoversus transmiserunt. Episcopi vero Serdicæ constituti, primum quidem illos ob desertum concilium condemnarunt : deinde Athanasii accusatores dignitate sua spoliarunt. Et confirmata Nicænæ fidei formula, ἀνομοίου quidem vocabulum rejecerunt, consubstantialis autem vocem apertius **105** promulgarunt, scriptasque de re litteras quoquoversum etiam ipsi miserunt. Porro utrique recte se atque ordine fecisse existimabant; Orientales quidem, eo quod Occidentis episcopi eos qui a se depositi fuerant recepissent, Occidentales vero, propterea quod hi qui istos deposuerant, ante causæ cognitionem aufugissent : et eo quod ipsi quidem Nicænam fidem custodirent, illi vero eam adulterare ausi fuissent. Paulo igitur et Athanasio sedes suas restituerunt, itemque Marcello Ancyræ Galatiæ urbis episcopo. Qui cum diu antea depositus fuisset, ut in superiori libro commemoravi, tunc vehementissime laboravit, ut adversus ipsum prolata sententia rescinderetur :

## VALESII ANNOTATIONES.

(44) *Καὶ Παῦλον*. Paulus Constantinopolitanus episcopus non interfuit synodo Serdicensi, ut testatur Theodoritus in lib. II Historiæ ecclesiast., idque prorsus confirmat epistola synodica Orientalium apud Serdicam episcoporum, quæ habetur in Fragmentis Hilarii.

(45) *Ἐπιστολὰς συγγράψαντες*. Rectius in codice Leonis Allatii hic locus ita legitur, τὴν δὲ τοῦ ἀνομοίου δόξαν ἐπιστολαῖς ἐγγράψαντες. Sed quod ait Socrates, Orientales episcopos apud Serdicam, in epistola sua synodica Anomianorum dogma stabiliisse, id omnino falsum est. Exstat eorum epistola synodica in Fragmentis Hilarii, ad cujus calcem adjecta est confessio fidei. In ea confessione nihil est quod Anomianorum sententiam vel minimum redoleat. Sed et idem Hilarius in libro de Synodis eamdem fidem Orientalium episcoporum Serdicæ promulgatam referens, pro catholica agnoscit et exponit. Tantumque abest ut crediderit Hilarius eos Anomianorum dogma disseminasse : quin potius affirmat, eos aditum Anomianis omni ex parte obstruxisse. Sic enim ait : *Ex omni autem parte, qua se circumagere sollicitudo potuit, hæreticorum ingeniis aditus obstruitur, ne quid esse diversitatis prædicetur in Filio.*

D (46) *Καὶ ἐγγράψαντές τε*. In codice Leonis Allatii deest particula καί. Posset etiam non incommode scribi, καὶ ἐγγράψαντες δὲ καὶ αὐτοί, etc.

(47) *Τοῖς περὶ Παῦλον*. De Paulo ne verbum quidem ullum exstat in epistola synodica concilii Serdicensis.

(48) *Ἐν ὅλοις τρισὶ βιβλίοις ἃ πρὸς Μάρκελλον ἐπέγραψε*. Exstant hodie hi tres Eusebii libri, qui de ecclesiastica Theologia adversus Marcellum inscripti sunt. Quos præcedunt duo libri Κατὰ Μαρκέλλου, id est, *Contra Marcellum* inscripti, in quibus consilium ejus ac malitiam atque invidiam suggillat. Hos autem libros jussu episcoporum qui in

## VARIORUM.

[i] *Ἔτι μὴν καὶ Μαρκέλλῳ*. Hæresis Marcelli nonnisi multos post annos postea innotuit, quanquam etiam tum nonnullis in suspicionem venit. *De eo*, inquit Epiphanius hæresi 72, *cum aliquando beatum papam Athanasium interrogassem, cujusmodi eum fuisse arbitraretur, ille neque purgavit hominem, neque vero asperius notavit; sed leniter arridens, non multum ab improbitate abhorruisse significavit, et in eorum loco qui se purgassent, habuit.*

Digitized by Google

docens verba libri sui non fuisse intellecta, atque ideirco se in suspicionem venisse erroris Pauli Samosatensis. Sciendum tamen est Eusebium Pamphili adversus Marcelli librum disputantem, confutasse eum tribus voluminibus quæ contra Marcellum inscripsit. Ac verba quidem ipsa Marcelli in iis profert: ipse vero adversus ea disserens, probare conatur Marcellum perinde ac Sabellium Libycum et Paulum Samosatensem, Christum simplicem duntaxat hominem asserere.

A ματα Μαρκέλλου· πρὸς αὐτὰ δὲ διαγωνίζεται, ὡς ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Κύριον, καθὰ Σαβέλλιος ὁ Λίβυς καὶ Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς, τοῦ Μαρκέλλου εἰσάγοντος.

## CAP. XXI.

*Eusebii Pamphili defensio.*

Sed quoniam hunc quoque, Eusebium Pamphili intelligo, nonnulli criminari conati sunt, perinde quasi Arianum dogma in libris suis secutus fuerit, opportunum fore censeo pauca de eo disserere Primum igitur concilio Nicæno quo Filium Patri consubstantialem fuisse decretum est, et interfuit et consensit. In tertio vero libro quem de vita Constantini scripsit, ita loquitur. : Omnes imperator ad concordiam incitavit, donec universos in iis de quibus antea dissentiebant, concordes atque unanimes præstitisset: adeo ut fides omnium consona apud Nicæam obtinuerit. Cum igitur Eusebius illius concilii mentionem faciens, cunctas animorum dissensiones sopitas esse dicat, et universos in unam eamdemque conspirasse sententiam, quid causæ est cur nonnulli eum existiment Ariano dogmati consentire? Falluntur etiam Ariani, qui illum opinioni suæ suffragari arbitrantur. Sed dicet fortasse aliquis, illum Ariani dogmatis assertorem videri, propterea quod in libris suis crebro dicere solet, per Christum. **106** Cui nos id respondemus, et hac loquendi ratione, et aliis hujusmodi quæ dispensationem humanitatis Jesu Christi designant, ecclesiasticos scriptores uti consuevisse, et ante hos omnes Paulum apostolum iisdem vocibus usum fuisse, qui tamen perversi dogmatis magister nunquam est existimatus. Cæterum cum Arius Filium Dei creaturam perinde ac cætera quæ a Deo creata sunt, ausus sit dicere, audi, si placet, quænam de hac re fuerit Eusebii sententia, in libro primo contra Marcellum. Unigenitus, inquit, Dei Filius, solus ipse, et non alius et prædicatur et est. Unde merito quis reprehenderit eos, qui creaturam illum dicere non dubitarunt, ex nihilo conditum perinde ac reli-

## ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

*Ἀπολογία ὑπὲρ Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου.*

Ἐπειδὴ δέ τινες ἐπεχείρησαν καὶ αὐτὸν λοιδορῆσαι, φημὶ δὴ τὸν Παμφίλου Εὐσέβιον, ὡς ἀρειανίζοντα ἐν οἷς λόγοις ἐξέδωκε, μικρὰ καὶ περὶ αὐτοῦ εἰπεῖν οὐκ ἄκαιρον ἡγοῦμαι. Πρῶτον μὲν γὰρ, τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ τὸ ὁμοούσιον ὁριζούσῃ καὶ παρῆν καὶ συνέθετο· λέγει δὲ καὶ αὐτὸς ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ τῷ B εἰς τὸν βίον Κωνσταντίνου κατὰ λέξιν ταῦτα· Πάντας δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς ὁμόνοιαν ἐλαύνων, εἰς ὅτε ὁμογνώμονας καὶ ὁμοδόξους αὐτοὺς ἐπὶ τοῖς ἀμφισβητουμένοις ἅπασι τὸ ἐπ' αὐτῷ κατέστησεν· ὡς ὁμόφωνον κρατῆσαι τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν. Εἰ τοίνυν Εὐσέβιος τῆς ἐκεῖσε συνόδου μνήμην ποιούμενος, λελύσθαι μὲν τὰ τότε ἀμφισβητούμενα λέγει, πάντας δὲ ὁμοφρονῆσαι καὶ ὁμοδοξῆσαι, πῶς ἀρειανίζειν αὐτόν τινες ὑπολαμβάνουσιν; Πλανῶνται δὲ καὶ Ἀρειανοί, φρονεῖν αὐτὸν νομίζοντες τὰ αὐτῶν. Ἀλλ' ἐρεῖ τις, ὡς ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῦ ἀρειανίζειν δοκεῖ, τῷ συνεχῶς λέγειν, διὰ Χριστοῦ(49). Πρὸς ὃν ἀποκρινούμεθα, ὅτι τῇ λέξει ταύτῃ πολλάκις καὶ οἱ τῆς Ἐκκλησίας ἐχρήσαντο, καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς μηνυούσαις τὴν οἰκονομίαν τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν. Καὶ πρό γε C ἁπάντων τούτων, ὁ Ἀπόστολος ταῖς λέξεσι ταύταις ἐχρήσατο· καὶ οὐδὲ πώποτε ὡς κακοδοξίας διδάσκαλος ἐνομίσθη. Ἔτι μὴν καὶ Ἀρείου κτίσμα τὸν Υἱὸν ὡς ἓν τῶν ἄλλων τολμήσαντος εἰπεῖν, ἐπάκουσον οἷα Εὐσέβιος περὶ τούτου ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τῷ πρὸς Μάρκελλον κατὰ λέξιν φησίν. Ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ μόνος αὐτὸς, καὶ οὐδὲ ἄλλος ἀνηγόρευταί τε καὶ ἔστιν. Ὅθεν εἰκότως ἄν τις μέμψαιτο τοῖς κτίσμα αὐτὸν φάναι τετολμηκόσιν, ἐξ οὐκ ὄντων ὅμοιον τοῖς λοιποῖς κτίσμασι γενόμενον. Καὶ πῶς γὰρ ἔτι ἔσται Υἱὸς, πῶς δὲ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ, ὁ τὴν αὐτὴν τοῖς λοιποῖς κτίσμασιν ἐπιγραφόμενος φύσιν, τῶν τε πολλῶν γεννητῶν ἔσται εἷς (50), ἅτε τῆς ἐξ οὐκ ὄντων

## VALESII ANNOTATIONES.

Constantinopolitana synodo Marcellum damnaverant, scripsisse se testatur Eusebius in fine libri secundi contra Marcellum. Porro utrum Socrates duos illos priores contra Marcellum libros viderit, incertum est, cum nullam eorum mentionem faciat.

(49) *Τῷ συνεχῶς λέγειν διὰ Χριστοῦ.* Intelligit Socrates δοξολογίας, quæ leguntur in fine sermonum Eusebii, quas perpetuo ita concipit Eusebius: *Gloria non nato Patri per Filium suum unigenitum*, etc. Atque id perspicere licet in opusculis Eusebii, quæ Jacobus Sirmondus in lucem edidit. Exempli gratia, in fine libri primi contra Sabellium hæc leguntur verba: *Gloria uni non nato Deo, per unum unigenitum Deum Filium Dei, in uno Spiritu sancto,* D *et nunc et semper et per omnia sæcula sæculorum. Amen.* Et sic in cæteris. In sermone quoque quem habuit Eusebius in dedicatione ecclesiæ Tyri, qui refertur in libro decimo Historiæ ecclesiasticæ, eadem habetur clausula, δι' οὗ αὐτῷ ἡ δόξα, etc. Sic enim nos eum locum edidimus ex tribus manuscriptis codicibus. Porro notum est Arianos præpositionem illam, *per quem*, attribuisse Filio, eo consilio ut illum Patri subjicerent. Vide Theodoritum in caput primum Epistolæ primæ ad Corinthios.

(50) *Τῶν τε πολλῶν γεννητῶν ἔσται εἷς.* Ante hæc verba desideratur integra linea, quæ ex libro primo Eusebii De ecclesiastica Theologia cap. 9, ita supplenda est: Ταύτῃ γὰρ ἀδελφὸς ἂν τούτων γένοιτο μᾶλλον, οὐχὶ δὲ υἱὸς τοῦ Θεοῦ· τῶν τε πολ-

Digitized by Google

κτίσεως ὁμοίως αὐτοῖς μετασχὼν κοινωνίας; Ἀλλ' οὐχ ὧδε περὶ αὐτοῦ τὰ θεῖα παιδεύει λόγια. Εἶτα μετ' ὀλίγα πάλιν ἐπιφέρει· Ὁ τοίνυν γεννητὸν ἐξ οὐκ ὄντων καὶ κτίσμα προηγούμενον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος (51) τὸν Υἱὸν ὁριζόμενος, λέληθε τοὔνομα μὲν αὐτῷ μόνον χαριζόμενος, τὸ δὲ ἀληθῶς, Υἱὸς εἶναι ἀρνούμενος. Ὁ γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων γεγονὼς, οὐκ ἀληθῶς γένοιτ' ἂν Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὅτι μηδὲ ἄλλο τι τῶν γεννητῶν. Ἀλλ' ἀληθῶς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ ἐξ αὐτοῦ, ὡς ἅτε ἐκ Πατρὸς ἀποτεχθεὶς, εἰκότως ἂν καὶ μονογενὴς καὶ ἀγαπητὸς χρηματίσειε τοῦ Πατρός. Οὕτω δὲ, καὶ Θεὸς ἂν εἴη. Τί γὰρ ἂν καὶ Θεοῦ γέννημα, ἢ τὸ τῷ γεγεννηκότι ἀφωμοιωμένον; Κτίζει μὲν οὖν βασιλεὺς πόλιν, ἀλλ' οὐ γεννᾷ πόλιν· γεννᾷν δὲ υἱὸν, ἀλλ' οὐ κτίζειν λέγεται. Καὶ τεχνίτης δημιουργὸς, ἀλλ' οὐ πατὴρ γένοιτ' ἂν τοῦ πρὸς αὐτοῦ δημιουργουμένου. Τοῦ δὲ ἐξ αὐτοῦ φύντος υἱοῦ, οὐκ ἂν δημιουργὸς λεχθείη. Καὶ δὴ καὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, τοῦ μὲν Υἱοῦ Πατὴρ, τοῦ δὲ κόσμου κτίστης ἂν εἰκότως καὶ ποιητὴς λέγοιτο. Εἰ δὲ ἅπαξ που τῆς Γραφῆς εὑρίσκοι τις εἰρημένον τὸ, *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, εἰς ἔργα αὐτοῦ*, τὸν νοῦν ἐπισκοπεῖν χρὴ τοῦ λόγου, ὃν μικρὸν ὕστερον ἐκθήσομαι, ἀλλὰ μὴ κατὰ Μάρκελλον ἐκ μιᾶς λέξεως, τὸ κυριώτατον τῆς Ἐκκλησίας παρασαλεύειν δόγμα.

A quas creaturas. Quomodo enim filius fuerit, quomodo unigenitus, si eamdem cum cæteris creaturis naturam sortitus est, unusque est e numero rerum creatarum, utpote qui una cum illis ortus sit ex nihilo? Verum divina oracula non ita de illo prædicant. Deinde paucis interjectis hæc subjicit: Quisquis igitur Filium Dei ex nihilo factum, et creaturam e non exstante productam esse asserit, is non animadvertit, se nudum quidem nomen filii ei concedere, revera tamen eum filium pernegare. Qui enim ex nihilo factus est, vere Filius Dei esse non potest, sicut nec quidvis aliud quod factum sit. Verus autem Filius Dei, utpote qui ex illo tanquam ex Patre genitus est, unigenitus et dilectus Patris merito dicitur. Ob eam etiam causam Deus ipse est. B Quis enim alius Dei fetus esse possit, quam illi ipse per omnia simillimus? Condit quidem urbem imperator, sed eam non gignit: filium autem gignere dicitur, non condere. Artifex autem faber dicitur ejus quod fabricatus est, non pater. Filii vero sui nequaquam faber dicitur. Ita quoque summus hujus universi Deus, Filii quidem sui Pater, mundi vero faber et conditor merito dicitur. Quod si semel in Scripturis inveniatur dictum, *Dominus creavit me initium viarum suarum ad opera sua* [31]; sensum verborum inspicere debemus, quem paulo post exponam, nec, ut Marcellus facit, ob unicum testimonium, præcipuum Ecclesiæ dogma convellere.

Τοιαῦτα μὲν καὶ ἕτερα πλείονα ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ τῷ πρὸς Μάρκελλόν φησιν. Καὶ ἐν τρίτῳ δὲ ὁ αὐτὸς, διδάσκων πῶς δεῖ τὸ *κτίσμα* τὴν λέξιν ἐκδέχεσθαι, τοιάδε φησίν· Τούτων τοίνυν ὧδέ πη κατεσκευασμένων (52), ἀκόλουθόν ἐστι μετὰ τῶν προεκτεθέντων ἁπάντων, καὶ τὸ, *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ*, λελέχθαι. Εἰ δὲ λέγει ἐκτίσθαι ἑαυτὸν, οὐχ ὡς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρελθὼν ταῦτα ἂν εἴποι, οὐδ' ὡς τοῖς λοιποῖς κτίσμασι καὶ αὐτὸς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ὁμοίως γεγονὼς, ὃ τινες οὐκ ὀρθῶς ὑπειλήφασιν. Ἀλλ' ὡς ὑφεστὼς μὲν καὶ ζῶν, προών τε καὶ προϋπάρχων τῆς τοῦ παντὸς κόσμου συστάσεως· ἄρχειν δὲ τῶν ὅλων ὑπὸ τοῦ Κυρίου τοῦ ἑαυτοῦ Πατρὸς κατατεταγμένος· τοῦ *ἔκτισεν* ἐνταῦθα, ἀντὶ τοῦ κατέταξεν ἢ κατέστησεν εἰρημένου. Διαῤῥήδην οὖν τοὺς ἐν ἀνθρώποις ἄρχοντας καὶ ἡγεμόνας, κτίσιν ὠνόμασεν ὁ εἰπὼν ἀπόστολος, *Ὑποτάγητε οὖν πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει διὰ τὸν Κύριον, εἴτε βασιλεῖ, ὡς ὑπερέχοντι, εἴτε ἡγεμόσιν, ὡς δι' αὐτοῦ πεμπομένοις*. Καὶ ὁ εἰπὼν δὲ προφήτης, *Ἑτοιμάζου τοῦ ἐπικαλεῖσθαι τὸν Θεόν σου, Ἰσραήλ· διότι ἰδοὺ στερεῶν βρον-*

Hæc et alia plurima ab Eusebio Pamphili dicta sunt in libro adversus Marcellum. In tertio autem ejusdem operis libro, docens quomodo intelligenda sit **107** hæc vox κτίσμα, ita loquitur: His ita constitutis, consequens est, ut, quemadmodum illa quæ præcesserunt, sic etiam hæc verba: *Dominus condi-* C *dit me initium viarum suarum ad opera sua*, de eadem persona dicta sint. Quod si creatum se esse dicit, non ita accipiendum est, quasi dicat, se de non exstantibus ad id quod est pervenisse, et perinde ac reliquas creaturas ex nihilo conditum esse, sicut nonnulli perperam existimarunt. Sed id dicit, utpote qui subsistat ac præexsistat ante constitutionem totius mundi; a Patre autem suo ac Domino princeps ac rector hujus universi constitutus sit: adeo ut verbum hoc, ἔκτισεν, positum sit hoc loco pro constituit. Certe apostolus Petrus principes et rectores qui hominibus præsunt, diserte creaturam appellat, his verbis: *Subjecti estote omni humanæ creaturæ propter Dominum; sive regi tanquam præcellenti, sive rectoribus tanquam ab illo missis* [32]. Propheta D quoque cum dicit: *Præpara te, Israel, ad invocan-*

[31] Prov. VIII, 22. [32] I Petr. II, 13, 14.

## VALESII ANNOTATIONES.

λων γεννητῶν ἔσται εἷς. Id est: *Hoc enim pacto frater potius illorum fuerit quam filius Dei; unusque erit ex numero rerum creatarum.*

(51) *Καὶ κτίσμα προηγούμενον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος.* Scribendum est προηγμένον, ut habet Eusebius in loco supra citato; γενητόν quoque scribendum, non γεννητόν. Hæc enim duo verba, licet unica littera distinguantur, multum tamen inter se differunt. Nam γεννητόν quidem est id quod gignitur: γενητόν vero id quod creatum est.

(52) *Τούτων τοίνυν ὧδε ἐπικατεσκευασμένων.* Apud Eusebium in cap. 2 lib. III De ecclesiastica Theologia, ita legitur hic locus, τούτων ὧδέ πη κατεσκευασμένων, etc. In Florentino tamen et Sfortiano codice scriptum est ἐπικατασκευαζομένων.

Digitized by Google

*num Deum tuum: quoniam ecce qui firmat tonitru, et qui creat spiritum, et qui annuntiat hominibus Christum suum* [33]: hoc verbum κτίζων, non accepit pro eo quod factum est cum antea non esset. Neque enim tunc Deus creavit spiritum, cum Christum suum per illum cunctis hominibus annuntiavit. Nihil quippe sub sole novum est [34]. Sed erat quidem antea Spiritus et subsistebat; missus est autem tunc cum apostoli congregati essent: quando sonus instar tonitrui factus est de cœlo tanquam ingruentis spiritus vehementis; et repleti sunt Spiritu sancto [35]. Atque ita Christum hominibus prædicarunt, juxta prophetiam quæ dicit: *Ecce is qui firmat tonitru, et qui creat spiritum, et qui annuntiat Christum suum hominibus*; ubi vocabulum illud *creans* positum est pro mittens, vel pro disponens atque constituens. Tonitru vero similiter Evangelii prædicationem significat. David quoque cum dicit: *Cor mundum crea in me, Deus* [36], non hoc dixit, quasi cor antea non haberet: sed orabat ut mens pura in se ipso perficeretur. Eadem ratione dictum est illud, *Ut duos in unum novum hominem crearet* [37], id est, conjungeret. Vide autem annon ejusdem generis sit et illud: *Induamini novum hominem qui est secundum Deum creatus* [38]. Item illud, *Si qua igitur in Christo nova creatura* [39]; et quæcunque alia ejusmodi reperiri possunt ab iis, qui Scripturas divinitus inspiratas curiose scrutantur. Ne mireris ergo, si in hoc loco, *Dominus creavit me initium viarum suarum*, verbum *creavit* translative positum est pro constituit et rectorem ordinavit. Hæc Eusebius scribit in libris contra Marcellum. Quæ nos hic adduximus propter eos, qui illum frustra criminari et traducere conantur. Neque enim probare possunt Eusebium initium essentiæ Filio tribuisse, tametsi dispensationis vocabulis passim in libris suis utatur: **108** præsertim cum scriptorum Origenis imitator et admirator exstiterit, in quibus Filium ex Patre genitum semper prædicari reperient, quicunque reconditam Origenis doctrinam intelligentia assequi possunt. Atque hæc obiter a me dicta sint, ut Eusebii obtrectatoribus respondeam.

A *τὴν, καὶ κτίζων πνεῦμα, καὶ ἀναγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν αὐτοῦ*· τὸ κτίζων, οὐκ ἐκ τοῦ γεγονότος ἐξ ἀνυπαρξίας παρείληφεν. Οὐ γὰρ τότε ἔκτισεν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα, ὅτε τὸν Χριστὸν αὐτοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις κατήγγειλεν· οὐδὲν γὰρ πρόσφατον ὑπὸ τὸν ἥλιον. Ἀλλ' ἦν μὲν καὶ προϋπῆρχεν, ἀπεστέλλετο δὲ, καθ' ὃν καιρὸν ἦσαν οἱ ἀπόστολοι συνηγμένοι, ὅτε δίκην βροντῆς ἐγένετο ἦχος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας· ἐπληρώθησαν δὲ Πνεύματος ἁγίου. Καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ κατήγγειλαν, ἀκολούθως τῇ προφητείᾳ φησάσῃ, διότι *Ἰδοὺ στερεῶν βροντὴν, καὶ κτίζων πνεῦμα, καὶ ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν αὐτοῦ*, τοῦ κτίζων, ἀντὶ τοῦ καταπέμπων, ἢ κατατάσσων εἰρημένου· τῆς B δὲ βροντῆς, καθ' ἕτερον τρόπον τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα δηλούσης. Καὶ ὁ λέγων δὲ, *Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ, ὁ Θεὸς*, οὐχ ὡς μὴ ἔχων καρδίαν τοῦτο ἔλεγε· καθαρὰν δὲ αὐτῷ τὴν διάνοιαν ἀποτελεσθῆναι ηὔχετο. Οὕτως εἴρηται καὶ, *Ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον*, ἀντὶ τοῦ συναγάγῃ. Ὅρα μήποτε τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ, *Ἐνδύσασθε τὸν καινὸν ἄνθρωπον, τὸν κατὰ Θεὸν κτισθέντα*. Καὶ τὸ, *Εἴ τις οὖν ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις*· καὶ ὅσα ἄλλα εὕροι τις ἂν τοιούτῳ τρόπῳ τὴν θεόπνευστον Γραφὴν διερευνώμενος. Μὴ θαυμάσῃς εἰ μεταφορικῶς καὶ ἐν τῷ, *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ*, τὸ *ἔκτισεν* ἀντὶ τοῦ κατέστησεν ἢ κατέταξε. Τοιαῦτα μὲν ὁ Εὐσέβιος ἐν τοῖς πρὸς Μάρκελλον διέξεισιν. Ἡμεῖς δὲ αὐτὰ παρεθέμεθα, διὰ τοὺς μάτην C ἐρεσχελοῦντας, καὶ βλασφημεῖν τὸν ἄνδρα ἐπιχειρήσαντας. Οὔτε γὰρ ἔχουσι δεῖξαι, ὅτι Εὐσέβιος ἀρχὴν τῆς ὑπάρξεως δίδωσι τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, κἂν ταῖς τῆς οἰκονομίας λέξεσιν 1 ἐν τοῖς βιβλίοις εὑρίσκουσιν αὐτὸν καταχρώμενον· μάλιστα δὲ, ὅτι ζηλωτὴς καὶ θαυμαστὴς τῶν Ὠριγένους βιβλίων ἐστὶν, ἐν οἷς πανταχοῦ τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα εὑρίσκουσιν οἱ τῶν Ὠριγένους βιβλίων τὸ βάθος κατανοῆσαι δυνάμενοι. Καὶ ταῦτα μὲν ἐν παρεκβάσει, διὰ τοὺς λοιδορεῖν ἐπιχειρήσαντας τὸν Εὐσέβιον εἴρηται.

[33] Amos IV, 13. [34] Eccle. I, 10. [35] Act. II, 2 sqq. [36] Psal. L, 12. [37] Ephes. II, 15. [38] Ephes. IV, 24. [39] II Cor. V, 17.

## VARIORUM ANNOTATIONES.

1 *Κἂν ταῖς τῆς οἰκονομίας λέξεσιν*. Quibus in verbis causarum non minimam indicat Socrates, ob quam Eusebius, qui alioquin in scriptis suis passim veram et æternam Filii divinitatem agnoscit, pro Ariano a plerisque habitus fuerit. Nimirum in libris suis ea quæ ad Filii οἰκονομίαν (addo ego, et ad ejusdem subordinationem ad Patrem tanquam sui auctorem ac principium) pertinent, ita contra Sabellianos, quorum hostis fuit acerrimus, urget, ac pene ad nauseam et fastidium usque repetit et inculcat, ut videatur in Arianam ex adverso impietatem dilapsus, a qua tamen revera semper alienus fuit. Ac verissimum quidem illud esse fatebitur, quisquis Eusebii scripta accurate et seposito partium studio evolverit: qui et hoc observato, ad D ea loca omnia quæ Petavius lib. I de Trinit., cap. 11, magno acervo congessit, ut probaret Arianum fuisse Eusebium, facile respondere poterit. Unde ipse Eusebius in libro Apologetico quem ad orthodoxos omnes episcopos misit, palam professus est, si quæpiam ipse protulisset unquam aut scripsisset, Arii dogma tantillum subolentia, ea se protulisse aut scripsisse οὐ μὴν κατὰ τὴν ἀσεβῆ ἐκείνου ἔννοιαν, ἀλλ' ἐξ ἀπεριέργου ἁπλότητος, *non ex impio illius sensu, sed ex minus curiosa parumque sollicita* (nempe dum Sabellianæ hæresi impugnandæ totus intentus fuit) *simplicitate*; referente Gelasio Cyziceno lib. II De synod. Nicæn., cap. 1. (Cl. Bullus *Defens. fid. Nic.* sect. 3, cap 9, n. 3.)

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛ. ΚΒʹ.

A

*Ὡς τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου ἀποδούσης τοὺς θρόνους Ἀθανασίῳ καὶ Παύλῳ, καὶ τοῦ βασιλέως τῆς ἑῴας μὴ δεχομένου, πόλεμον ὁ τῶν ἑσπερίων ἠπείλησε βασιλεύς.*

Οἱ μέντοι ἐν Σαρδικῇ συνελθόντες, καὶ ἐν Φιλίππου πόλει τῆς Θρᾴκης ἰδιάζοντα συνέδρια ποιησάμενοι, τὰ δοκοῦντα αὐτοῖς ἑκάτεροι πράξαντες, κατὰ πόλεις τὰς ἑαυτῶν ἀνεχώρησαν. Διεσπᾶτο οὖν τῆς Ἀνατολῆς ἡ Δύσις· καὶ ἦν ὅρος τῆς κοινωνίας αὐτοῖς, τὸ ὄρος τὸ λεγόμενον Τισοῦκις (53), ὅπερ ἐστὶν Ἰλλυριῶν τε καὶ Θρᾳκῶν· καὶ ἕως μὲν τοῦ ὄρους τούτου, ἀδιάφορος ἦν ἡ κοινωνία, διαφόρου τυγχανούσης τῆς πίστεως· περαιτέρω δὲ ἀλλήλοις (54) οὐκ ἐκοινώνουν. Τοιαύτη τις ἦν τότε τῆς περὶ τὰς Ἐκκλησίας καταστάσεως σύγχυσις. Μεταταῦτα δὲ εὐθὺς ὁ τῶν ἑσπερίων
B
μερῶν βασιλεὺς [k], τὰ ἐν τῇ κατὰ Σαρδικὴν γενόμενα γνώριμα τῷ ἀδελφῷ Κωνσταντίῳ καθίστησιν, ἀποδίδοσθαί τε τοῖς περὶ Παῦλον καὶ Ἀθανάσιον τοὺς ἰδίους τόπους παρεκελεύετο. Ὡς δὲ ὁ Κωνστάντιος παρεῖλκε πρὸς τὰ γραφόμενα, αἵρεσιν αὖθις προὐτίθει ὁ τῶν ἑσπερίων μερῶν βασιλεὺς, ἢ δέχεσθαι τοὺς περὶ Παῦλον καὶ Ἀθανάσιον ἐν τῇ οἰκείᾳ τάξει, καὶ ἀποδιδόναι αὐτοῖς τὰς Ἐκκλησίας· ἢ μὴ ποιοῦντα τοῦτο, ἐχθρόν τε εἶναι, καὶ προσδέχεσθαι πόλεμον. Ἔστι δὲ τὰ πρὸς τὸν ἀδελφὸν γραφέντα, τάδε (55)· Ὧδε μέν

## CAP. XXII.

*Quomodo, cum imperator Orientis Paulum et Athanasium a Serdicensi synodo restitutos nollet admittere, Occidentis imperator ei bellum minatus est.*

Cæterum episcopi, tam hi qui Serdicæ consederant, quam illi qui apud Philippopolim Thraciæ separatim concilium habuerant, cum singuli id quod sibi visum fuerat peregissent, ad suas quisque civitates reversi sunt. Exinde igitur ab Oriente divulsus est Occidens: et communionis inter utrosque limes fuit mons Sucorum, qui Illyrios Thracasque disterminat: ad hunc usque montem indiscreta et promiscua erat omnium communio, licet in fide inter se dissentirent; ulterius vero degentibus nequaquam communicabant. Hujusmodi per id temporis rerum confusio ac perturbatio in Ecclesiis fuit. Posthæc vero imperator qui in Occidentis partibus imperium regebat, ea quæ Serdicæ acta fuerant, fratri Constantio statim significavit: hortatusque est ut Paulum **100** et Athanasium in sedes suas restitueret. Sed cum Constantius ejus rei executionem quotidie differret, Occidentis partium imperator hanc ei rursus optionem detulit, ut vel Paulum et Athanasium redintegrata dignitate reciperet, suasque illis Ecclesias redderet: vel nisi id fecisset,

## VALESII ANNOTATIONES.

(53) *Ὄρος τὸ λεγόμενον Τισοῦκις*. In annotationibus ad librum XXI Ammiani Marcellini, jam pridem monui scribendum hic esse Σούκις: et Succorum angustias intelligi, quas describit Amm. Marc. in dicto lib. pag. 189. Easdem angustias commemo-
C
rat Philostorgius in libro III Historiæ ecclesiasticæ, et Σούκεις nominat, inter Daciam et Thraciam sitas. Sic autem eas describit: Δίοδοί εἰσι στεναὶ μεγίστων ὀρῶν ἑκατέρωθεν, καὶ ὑφ' ἓν χωρίον ἐγγὺς τοῦ συμπτύσσεσθαι συγκλειομένων. Id est, *transitus angusti maximorum montium, qui hinc et inde in unum locum coarctantur, ita ut se mutuo complecti videantur*. Intelligit autem Hæmum et Rhodopen montes, qui ex diversis partibus consurgentes, eo in loco velut angulum quemdam faciunt, ac se mutuo osculari, ut ita dicam, videntur. Quæ res veteribus occasionem fabulæ dedit, ut fingerent Hæmum juvenem et puellam Rhodopen mutuo quondam amore arsisse. Fabulam habes apud Ovidium in sexta Metamorphosi, quæ sic incipit:

> *Threiciam Rhodopen habet angulus unus et Hæmum,*
> *Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam.*

Busbequius in epistola prima legationis Turcicæ,
D
hunc saltum hodie vocari ait a Turcis, *Capi deruent*, quasi dicas, *portam angustiarum*. Corruptum est hujus montis nomen in epistola Aquileiensis concilii ad imp. Theodosium, quam edidit Sirmondus: *Et quidem per Occidentales partes duobus in angulis tantum, hoc est in latere Daciæ Ripensis ac Mœsiæ, fidei obstrepi videbatur. Per omnes autem tractus atque regiones a Succorum claustris usque ad Oceanum, manet intemerata fidelium atque una communio*. Sic enim restituit Petrus de Marca in libris de Concordia Regni ac Sacerdotii, nostræ observationis secutus vestigia.

(54) *Περαιτέρω δὲ ἀλλήλοις*, etc. Hæc benigne intelligenda sunt, non quasi dicat Socrates, post Serdicensem synodum Occidentales deinceps non communicasse cum Orientalibus. Id enim aperte falsum esset. Etenim in Sirmiensi synodo, quæ ab Occidentalibus adversus Photinum congregata est biennio post Serdicense concilium, Occidentales decreta sua miserunt ad Orientales episcopos, communionis fovendæ causa, eisque Orientales episcopi rescripserunt, ut tradit Hilarius in Fragmentis. Sic igitur intelligenda sunt hæc Socratis verba: Occidentales post Serdicensem synodum non facile, nec temere, sed magna adhibita cautela communicasse cum Orientalibus.

(55) *Τὰ πρὸς τὸν ἀδελφὸν γραφέντα, τάδε*. Epistola Constantis Augusti ad Constantium fratrem,

## VARIORUM.

[k] *Ὁ τῶν ἑσπερίων μερῶν βασιλεύς*. Synodus Sardicensis oratores misit ad Constantium, Vincentium nempe Capuanum episcopum, et Euphratam Coloniensem, qui cum Augusto de gestis synodi, deque exsulum causa agerent. Quibus etiam commendatitias ad fratrem litteras dedit Constans Augustus, interminatus fratri bellum, nisi pulsis præsulibus in Ecclesias suas revertendi copiam faceret. Antiochiæ tum degebat Constantius. Pollicetur omnia fratris nutu et arbitrio se facturum. Id permoleste tulerunt Ariani. Illico ut legatos infames redderent, machinantur. Stephani Antiochiæ episcopi, et Arianorum signiferi opera factum est, ut meretrix in cubiculum ubi Euphratas pernoctabat, clam induceretur, et in conclavi delitesceret. Ingressa alacriter muliercula, quod se a juvene advocari putaret, deinde (cum ad lectum accederet) senem, episcopi forma, factique ignarum conspicata, se delusam esse vociferabatur. Inde insidiæ patefactæ et male composita machinatio in Arianorum cessit ignominiam. Stephanus doli artifex a sede episcopali detrusus, etc. Fusius hæc narrantur ab Athanasio in *Historia Arianorum*, p. 355, et Theodoret. Hist. lib. II, cap. 8 et 9.

Digitized by Google

hostis ipsius esset, bellumque protinus exspectaret. A Litteræ autem quas ad fratrem scripsit, sunt hujusmodi: Sunt hic apud me Athanasius et Paulus: quos quidem pietatis causa persecutionem pati percontatus cognovi. Si ergo pollicitus fueris, te suas illis sedes redditurum, et in eos animadversurum qui sine causa illos insectantur, viros ad te mittam. Quod si hæc ita, ut dixi, facere recusaveris, scias velim illuc me venturum esse, teque invito suas illis sedes redditurum.

### CAP. XXIII.

*Quomodo Constantius fratris minas veritus, Athanasium suis litteris evocavit, et Alexandriam misit.*

Hæc cum imperator Orientis cognovisset, in maximam redactus est difficultatem. Statimque accer- B sitis haud paucis Orientis episcopis, fratris sui conditiones eis proposuit, et quidnam faciendum esset interrogavit. Illi satius esse dixerunt ut Athanasio concederentur Ecclesiæ, quam ut civile bellum susciperetur. Proinde imperator necessitate constrictus Athanasium ad se vocat. Interim Occidentis imperator Paulum cum duobus episcopis et reliquo honorifico apparatu Constantinopolim mittit, tum suis, tum synodi litteris communitum. Sed cum Athanasius adhuc reformidaret, et utrum ad Constantium proficisceretur necne, anceps atque animi dubius hæreret: metuebat enim calumniatorum insidias: Orientis imperator non semel, sed iterum ac tertio eum ad comitatum suum evocavit, sicut litteræ ipsius ostendunt, quæ ex Latino sermone in C Græcum conversæ sic habent:

*Epistola Constantii ad Athanasium.*

*Constantius, Victor, Augustus, Athanasio episcopo.*

Jactari te diutius vexarique sævissimis maris fluctibus, clementiæ nostræ humanitas non sinit. Nec te patrio lare nudatum, bonisque spoliatum, et in desertis atque inviis oberrantem locis despexit indefessa pietas nostra. Et quamvis mentis meæ propositum **110** ad te scribere diutius distulerim, exspectans dum ipse tua sponte ad nos venires, et ærumnarum tuarum remedium postulares: tamen, quia voluntatis tuæ propositum fortasse metus impediit, idcirco litteras indulgentiæ plenissimas ad D gravitatem tuam misimus, ut absque metu nostris conspectibus præsentiam tuam quamprimum exhibere festines, quo scilicet compos votorum tuorum, et humanitatem nostram expertus, tuis sedibus

εἰσὶ παρ' ἐμοὶ Ἀθανάσιος καὶ Παῦλος· ἀλλὰ πυνθανόμενος διέγνων, εὐσεβείας αὐτοὺς χάριν διώκεσθαι. Εἰ μὲν οὖν ἐπαγγέλλῃ ἀποδιδόναι τούτοις τοὺς θρόνους, ἐπαμυνόμενος τοὺς μάτην αὐτοῖς προσφυομένους, ἀποστελῶ πρὸς σὲ τοὺς ἄνδρας. Εἰ δ' ἀνανεύοις ταῦτα οὕτω ποιεῖν, εὖ ἴσθι, ὅτι αὐτὸς ἐγὼ αὐτόθι γενόμενος, καὶ ἄκοντός σου τούτοις τοὺς οἰκείους ἀποδίδωμι θρόνους.

### ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

*Ὡς φοβηθεὶς ὁ Κωνστάντιος τὰς ἀπειλὰς τοῦ ἀδελφοῦ, δι' ἐπιστολῶν ἐκάλεσε τὸν Ἀθανάσιον, καὶ εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἔπεμψε.*

Ταῦτα γνοὺς ὁ τῆς Ἑῴας βασιλεὺς, εἰς ἀγωνίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν κατέστη. Μεταπεμψάμενός τε εὐθὺς πλείστους τῶν ἀνατολικῶν ἐπισκόπων, τήν τε αἵρεσιν τοῦ ἀδελφοῦ προὐτίθει, καὶ περὶ τοῦ πρακτέου διεπυνθάνετο. Οἱ δὲ, κρεῖσσον ἔφασαν τῶν Ἐκκλησιῶν παραχωρῆσαι τοῖς περὶ Ἀθανάσιον, ἢ ἐμφύλιον ἀναδέξασθαι πόλεμον. Ὅθεν ἐπ' ἀνάγκῃ καταστὰς ὁ βασιλεὺς, ἐκάλει πρὸς ἑαυτὸν τοὺς περὶ Ἀθανάσιον. Καὶ τέως μὲν παραχρῆμα τὸν Παῦλον μετὰ δυεῖν ἐπισκόπων καὶ τῆς ἄλλης τιμῆς, γράμμασί τε πάλιν τοῖς οἰκείοις ὁ τῶν ἑσπερίων βασιλεὺς, ἔτι τε καὶ τοῖς ἀπὸ τῆς συνόδου κατοχυρώσας ἀποστέλλει ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν. Τοῦ δὲ Ἀθανασίου ἔτι ὑποστελλομένου, καὶ ἀμφιβάλλοντος ἐλθεῖν πρὸς αὐτόν· ηὐλαβεῖτο γὰρ τὰς τῶν συκοφαντῶν σκευωρίας· ὁ βασιλεὺς τῆς Ἑῴας αὐτὸν οὐχ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ δὶς καὶ τρὶς ἐκάλει παρ' ἑαυτόν· ὡς τὰ παρ' αὐτοῦ γράμματα δεικνύει, ἅπερ ἐκ τῆς Ῥωμαϊκῆς μεταβληθέντα γλώσσης, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον·

*Ἐπιστολὴ Κωνσταντίου πρὸς Ἀθανάσιον.*

*Κωνστάντιος, Νικητὴς, Αὔγουστος, Ἀθανασίῳ ἐπισκόπῳ.*

Ἐπὶ πολύ σε κλυδωνίζεσθαι (56) καὶ χειμάζεσθαι τοῖς τῆς θαλάσσης ὁμοίως κύμασιν ἀγρίοις, οὐκ ἀφῆκεν ἡ τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος φιλανθρωπία. Γυμνωθέντα σε τῆς πατρῴας ἑστίας, καὶ στερηθέντα τῶν ἰδίων, καὶ πλανώμενον ἐν θηριώδεσιν ἀνοδίαις, οὐ παρεῖδεν ἡ ἀκάματος ἡμῶν εὐσέβεια. Εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐπιπολὺ ὑπερεθέμην γράψαι τὴν πρόθεσιν τῆς ἐμῆς διανοίας, προσδοκῶν αὐθαίρετόν σε παραγενέσθαι πρὸς ἡμᾶς, καὶ τῶν καμάτων αἰτεῖν θεραπείαν· ὅμως ἐπειδὴ ἴσως ὁ φόβος τὴν προαίρεσιν τῆς σῆς προθέσεως ἐνεπόδιζε, διατοῦτο δωρεᾶς πληρέστατα γράμματα πρὸς τὴν σὴν στεῤῥότητα διεπεμψάμεθα· ἵνα ἀφόβως ταῖς ἡμετέραις προσόψεσι ταχεῖαν τὴν σαυτοῦ παρουσίαν παρασχεῖν σπουδάσῃς,

### VALESII ANNOTATIONES.

quam hic refert Socrates, dubiæ fidei mihi videtur: nam et Athanasius nullam ejus epistolæ mentionem facit, et nomen Pauli, quod in ea exstat, merito suspectam reddit epistolam. Paulus enim episcopatu suo tunc potiebatur; nec Serdicensi synodo interfuit, neque ejus decreto restitutus est, ut superius demonstravi. Quare si hæc Constantis epistola vera est, ante Serdicensem synodum scripta fuerit necesse est. Denique epist. 1 Constantii ad Athanasium, quam mox refert Socrates, hanc Constantis epistolam falsi convincit. Ait enim Constantius se litteris ad fratrem scriptis rogasse, ut Athanasio ad sua redeundi potestatem daret.

(56) *Ἐπὶ πολύ σε κλυδωνίζεσθαι.* Hæc Constantii epistola una cum duabus aliis sequentibus, refertur ab Athanasio in Defensione secunda, pag. 769.

Digitized by Google

ὑπὲρ τοῦ τῆς σαυτοῦ ἐπιθυμίας ἀπολαύσας, καὶ πειραθεὶς ἡμῶν τῆς φιλανθρωπίας, τοῖς ἰδίοις ἀποκατασταθῇς. Τούτου γὰρ ἕνεκα καὶ τὸν δεσπότην καὶ ἀδελφόν μου Κώνσταντα τὸν Νικητὴν Αὔγουστον ὑπὲρ σοῦ παρεκάλεσα, ἵνα τοῦ ἐλθεῖν ἐξουσίαν σοι δῷ, ἐπὶ τῷ ἀμφοτέρων ἡμῶν ἐπινευσάντων, τῇ πατρίδι ἀποκατασταθῇς, ἔχων τοῦτο τῆς ἡμῶν χάριτος ἐνέχυρον.

A restituaris. Hujus enim rei causa Dominum ac fratrem meum Constantem Victorem Augustum pro te hortatus sum, ut veniendi tibi concederet facultatem, quo ambobus nobis simul annuentibus patriæ restitutus, hoc gratiæ nostræ pignus habeas.

*Ἄλλη ἐπιστολὴ πρὸς Ἀθανάσιον.*

*Κωνστάντιος, Νικητής, Αὔγουστος, Ἀθανασίῳ ἐπισκόπῳ.*

Εἰ καὶ μάλιστα διὰ προτέρων γραμμάτων ἐδηλώσαμεν, ὅπως ἀμερίμνως εἰς τὸ ἡμέτερον κομιτάτον παραγένῃ, διὰ τὸ μάλιστα βουλεύεσθαι (57) ἡμᾶς ἀποστεῖλαί σε εἰς τὰ ἴδια, ὅμως καὶ νῦν ταῦτα τὰ γράμματα πρὸς τὴν σὴν στεῤῥότητα δεδηλώκαμεν. Διὸ προτρεπόμεθα, χωρίς τινος ἀπιστίας καὶ φόβου ἐπιβῆναί σε δημοσίοις ὀχήμασι, καὶ σπουδάσαι πρὸς ἡμᾶς, ἵνα ὧν ἐπιθυμεῖς, ἀπολαῦσαι δυνηθείης.

*Altera epistola ad Athanasium.*

*Constantius, Victor, Augustus, Athanasio episcopo.*

Etsi superioribus litteris abunde tibi significavimus, ut secure ad comitatum nostrum venires, eo quod te ad tuas sedes dimittere magnopere cupiamus: tamen has etiam litteras ad gravitatem tuam nunc dedimus. Quibus hortamur ut sine ulla su-
B spicione ac metu, conscensis publicis vehiculis ad nos venire festines, ut iis quæ optas perfrui possis.

*Ἄλλη ἐπιστολὴ πρὸς τὸν αὐτόν.*

*Κωνστάντιος, Νικητής, Αὔγουστος, Ἀθανασίῳ ἐπισκόπῳ.*

Ἡνίκα ἐν τῇ Ἐδέσῃ διετρίβομεν, παρόντων τῶν σῶν πρεσβυτέρων, ἤρεσεν ὅπως ἀποσταλέντος πρεσβυτέρου πρὸς σὲ, ἐλθεῖν πρὸς τὸ ἡμέτερον κομιτάτον σπουδάσῃς, ἐπὶ τῷ ἰδόντα σε τὴν ἡμετέραν πρόσοψιν, εὐθέως εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ὁδεῦσαι. Ἀλλ' ἐπειδὴ πλεῖστος χρόνος παρῆλθεν, ἀφ' οὗ γράμματα δεξάμενος παρ' ἡμῶν οὐκ ἀπήντησας, διατοῦτο καὶ νῦν ὑπομνῆσαί σε ἐσπουδάσαμεν, ἵνα καὶ νῦν τὴν σὴν παρουσίαν ταχεῖαν ποιῆσαι πρὸς ἡμᾶς σπουδάσῃς, καὶ οὕτω δυνηθῇς τῇ πατρίδι σου ἀποκατασταθῆναι, καὶ τῆς εὐχῆς σου ἐπιτυχεῖν. Πρὸς δὲ πληρεστάτην διήγησιν, Ἀχήταν τὸν διάκονον ἀπεστείλαμεν, παρ' οὗ δυνήσῃ μαθεῖν τῆς τε ἡμετέρας ψυχῆς τὴν προαίρεσιν, καὶ ὅτι τούτων ὧν εὔχῃ, τυχεῖν δυνήσῃ.

Ταύτας τὰς ἐπιστολὰς ἐν τῇ Ἀκυλητΐᾳ δεξάμενος Ἀθανάσιος· ἐκεῖ γὰρ τῆς Σαρδικῆς ἀναχωρήσας (58) διέτριβεν· εὐθέως ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἀνέδραμεν (59) [1].

*Alia epistola ad eumdem.*

*Constantius, Victor, Augustus, Athanasio episcopo.*

Dum Edessæ commoraremur, præsentibus presbyteris tuis placuit, ut misso ad te presbytero ad comitatum nostrum venire properares, quo ubi in conspectum majestatis nostræ venisses, statim Alexandriam proficiscerere. Sed quoniam plurimum jam temporis præteriit ex quo acceptis a nobis litteris non advenisti, ideo te nunc quoque commonendum curavimus, quo præsentiam tuam nobis nunc saltem studeas exhibere, atque ita patriæ tuæ
C restitui et voti tui compos fieri possis. Ad pleniorem autem notitiam, Achetam diaconum misimus: ex quo discere poteris, et quodnam sit mentis nostræ propositum, et quod ea quæ cupis, facile consecuturus sis.

Has epistolas cum Athanasius accepisset Aquileiæ: **111** quippe Serdica digressus illic commorabatur: statim Romam contendit. Ostensis-

## VALESII ANNOTATIONES.

(57) *Διὰ τὸ μάλιστα βουλεύεσθαι.* Apud Athanasium rectius legitur βούλεσθαι, et pro δεδηλώκαμεν scribitur δεδώκαμεν.

(58) *Ἐκεῖ γὰρ τῆς Σαρδικῆς ἀναχωρήσας.* Athanasius post Serdicense concilium, primum Naisi commoratus est in Dacia. Qua in urbe litteras a Constante Augusto ad se scriptas accepit. Deinde relicta Naiso Aquileiam profectus est, ut ipse testatur in Apologetico ad imperatorem Constantium.

(59) *Ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἀνέδραμεν.* Causam hujus profectionis suæ refert Athanasius in Defensione secunda adversus Arianos, ut scilicet Julio papæ et Ecclesiæ Romanæ, a qua tam benigne exceptus fuerat, valediceret. Id enim significant hæc Athanasii verba: Ἐγὼ δὲ δεξάμενος ἀνῆλθον εἰς τὴν Ῥώμην συντάξασθαι τῇ Ἐκκλησίᾳ καὶ τῷ ἐπισκόπῳ. *Ego*
D *vero his litteris acceptis Romam perrexi, valedicturus Ecclesiæ et episcopo.* Verbum enim συντάσσεσθαι, id significat, ut fusius observavi in annotationibus Eusebianis.

## VARIORUM.

[1] *Ταύτας τὰς ἐπιστολὰς δεξάμενος Ἀθανάσιος, εὐθέως ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἀνέδραμεν.* Sic quidem ipse Athanasius in Apologia contra Arianos. In alia autem ad Constantium Apologia testatur, se, litteris ejus acceptis, in Gallias ad Constantem imp. iter instituisse; indeque Romam profectus videtur. (Vide Athanas. vol. I, p. 171.) Aliter autem Athanasium intelligere videntur doctissimi monachi Benedictini in ejus Vita, p. 45. Hæsimus, inquiunt, aliquando incerti Aquileia ne in Gallias, acceptis Augusti litteris, confestim recta properarit, ac deinde ex Galliis concesserit Romam; an Aquileia profectus Romam venerit, antequam de Italia, Augustum aditurus, decederet. Verum jam nobis pene constat, quia Athanasius Adrianopoli Alexandriam remigrans pertransiit, Aquileia Romam venisse, antequam ad Constantem properaret, inde vero per Germaniam secundo, ut putatur, Istri flumine magnam itineris partem confecisse. Adrianopolin cum pervenisset, decem laicorum, qui Arianorum præsulum jussu cæsi fuerant, tumulos conspexit propter urbem sitos. Inde vero Antiochiam concedens Constantium adiit.

Digitized by Google

(5) *Γερμινίου καὶ τῶν λοιπῶν*. Tria hæc postrema verba non habentur in exemplari Latino hujus C formulæ. Leguntur tamen apud Athanasium et in omnibus nostris codicibus. Ex his autem colligere est, plures tunc episcopos Sirmii congregatos fuisse. Sane Phœbadius Aginnensis episcopus in epistola quam adversus hanc fidei formulam conscripsit, eam in synodo episcoporum editam esse diserte testatur. Idem etiam abunde confirmat Athanasius in loco quem superius adduxi. Denique cum Hilarius in supradicto libro testetur eam fidem, postquam dictata fuisset apud Sirmium, statim missam fuisse ad omnes tam Occidentis quam Orientis episcopos, ut eorum suffragio comprobaretur, satis indicat eam in synodo fuisse dictatam. Neque enim alibi quam in synodo episcoporum di-

## VARIORUM.

Ariani credebant Filium Dei ex Deo Patre tanquam principio, productum fuisse per modum creationis, quemadmodum et cætera omnia: et hoc solum inter Dei Filium cæterasque creaturas discrimen ponebant, quod Filius primo et immediate a Patre ex nihilo productus sit, deinde per Filium reliqua. Quod et ipsi Sirmienses non obscure significant in verbis illis: Εἰς μίαν ἄναρχον τῶν ὅλων ἀρχὴν δι' Υἱοῦ εὐσεβῶς τὰ πάντα ἀνάγομεν? *Ad unum qui est sine principio, omnium principium, per Filium pie omnia referimus.* His enim satis ostendunt se pariter et Filium et alia omnia ad Deum Patrem tanquam principium referre: Filium quidem ἀμέσως, per Filium vero cætera. Frustra autem et perridicule conetur aliquis Patrem et Filium unum esse Deum inde demonstrare, quod hic ex illo tanquam principio suo exsistat; nisi principium, ὁμογενὴ et consubstantiale intelligat. Nisi enim, inquam, illud in argumento supponitur, res singulas creatas unum esse cum Patre Deum, quod absurdissimum est, eadem opera probabitur; siquidem creaturæ om- D nes ex Deo Patre tanquam principio originem suam utcunque habent. Egregium vero Arianorum *Deus ex Deo*, qui non aliter ex Deo sit quam per modum creationis, quomodo ex Deo sunt quæ subsistunt universa! (Cl. Bullus *Defens. fid. Nic.*, sect. IV, cap. 4, n. 8.)

[v] *Πίστις ἐκτεθεῖσα ἑτέρως ἐν Σιρμίῳ*. Titulus apud Hilarium De synodis, col. 1156, hic est: *Exemplum blasphemiæ apud Sirmium per Osium et Potamium conscriptæ.* At non putatur Osius illam conscripsisse; sed cum eidem subscripsisset, fraude fortasse Arianorum obtinuit, ut ea Osii confessio vocaretur. (Cl. Benedictini in Athanas. vol. II, p. 744, ubi hæc formula occurrit, ut et apud Niceph. l. IX, c. 31.) In ea tacetur nomen *substantiæ* et *consubstantialis*; Filius minor Patre prædicatur honore, dignitate, claritate, majestate, Patrique subditus. Dicitur Pater solus initio carere, immortalis, invisibilis, impatibilis esse. Quamobrem jure ab Hilario blasphemia nuncupatur. (Iidem *Vita Athanas.* ad ann. 357.)

Digitized by Google

Unum **128** constat Deum esse omnipotentem Patrem, sicut per universum orbem creditur; et unicum Filium ejus Jesum Christum Dominum, Salvatorem nostrum, ex ipso ante sæcula genitum. Duos autem Deos nec posse nec debere prædicari, quia ipse Dominus dixit: *Ibo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum*[51]. Ideo omnium Deus unus est, sicut Apostolus docuit: *An Judæorum Deus tantum? nonne et gentium? imo et gentium. Quoniam quidem unus Deus, qui justificat circumcisionem ex fide, et præputium per fidem*[52]. Sed et cætera convenerunt, nec ullam habere potuerunt discrepantiam. Quod vero quosdam haud multos movebat de substantia, quæ Græce οὐσία appellatur; id est, ut expressius intelligatur, homousion quod dicitur, aut homœusion, nullam omnino fieri oportere mentionem, nec quemquam prædicare, ea de causa et ratione, quod nec in divinis Scripturis contineatur, et quod super hominis scientiam sit, nec quisquam possit Filii nativitatem enarrare, de quo scriptum est: *Generationem ejus quis enarrabit*[53]? scire autem manifestum est solum Patrem, quomodo genuerit Filium suum, et Filium quomodo genitus sit a Patre. Nulla ambiguitas est, majorem esse Patrem. Nulli potest dubium esse, Patrem honore, dignitate, claritate, majestate, et ipso nomine Patris, majorem esse, Filio testante: *Qui me misit, major me est*[54]. Et hoc Catholicum esse nemo ignorat, duas personas esse Patris et Filii; majorem Patrem, Filium subjectum, cum omnibus his quæ ipsi Pater subjecit. Patrem initium non habere, invisibilem esse, immortalem esse, impassibilem esse, Filium autem natum esse ex Patre, Deum ex Deo, lumen ex lumine. Cujus Filii generationem, ut

A Θεὸν εἶναι Πατέρα παντοκράτορα, καθὼς ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ καταγγέλλεται· καὶ ἕνα μονογενῆ αὐτοῦ Υἱὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Κύριον καὶ Θεὸν καὶ Σωτῆρα (6) ἡμῶν, ἐξ αὐτοῦ πρὸ αἰώνων γεννηθέντα. Δύο δὲ Θεοὺς μὴ χρῆναι λέγειν, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος εἴρηκεν, *Πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν*. Διὰ τοῦτο καὶ πάντων Θεός ἐστι, καθὼς καὶ ὁ Ἀπόστολος ἐδίδαξεν, *Ἢ Ἰουδαίων ὁ Θεὸς μόνον, οὐχὶ δὲ καὶ ἐθνῶν; ναὶ, καὶ ἐθνῶν. Ἐπείπερ εἷς Θεὸς, ὃς δικαιώσει* [x] *περιτομὴν ἐκ πίστεως*. Καὶ τὰ μὲν λοιπὰ πάντα συμφωνεῖ, καὶ οὐδεμίαν ἀμφιβολίαν ἔχει. Ἐπεὶ δὲ πολλούς τινας κινεῖ περὶ τῆς λεγομένης Ῥωμαϊστὶ μὲν σουβστανίας [y], Ἑλληνιστὶ δὲ λεγομένης οὐσίας, τουτέστιν, ἵνα ἀκριβέστερον γνωσθῇ B τὸ ὁμοούσιον, ἤτοι λεγόμενον ὁμοιούσιον, οὐ χρή τινα τούτων παντελῶς μνήμην γενέσθαι, οὐδὲ περὶ τούτων ἐξηγεῖσθαι τῇ Ἐκκλησίᾳ, διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν καὶ διὰ τοῦτον τὸν λογισμὸν, ὅτι ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς οὐ γέγραπται περὶ τούτων, καὶ ὅτι ταῦτα ὑπὲρ τὴν τῶν ἀνθρώπων γνῶσιν καὶ τὸν ἀνθρώπινον νοῦν ἐστιν· καὶ ὅτι οὐδεὶς δύναται τὴν γενεὰν τοῦ Υἱοῦ διηγήσασθαι, καθὼς γέγραπται, *Τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται;* μόνον γὰρ εἰδέναι τὸν Πατέρα φανερόν ἐστι, πῶς τὸν Υἱὸν ἐγέννησε· καὶ πάλιν τὸν Υἱὸν, πῶς αὐτὸς γεγέννηται ἀπὸ τοῦ Πατρός. Οὐδενὶ δὲ ἀμφίβολόν ἐστι, μείζονα εἶναι τὸν Πατέρα τιμῇ καὶ ἀξίᾳ καὶ θεότητι, καὶ αὐτῷ τῷ ὀνόματι τῷ πατρικῷ μείζονα εἶναι διαμαρτυρομένου αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ, *Ὁ ἐμὲ πέμψας Πατήρ μείζων μου ἐστί*. Καὶ τοῦτο δὲ καθολικὸν εἶναι C οὐδεὶς ἀγνοεῖ, δύο πρόσωπα εἶναι Πατρὸς καὶ Υἱοῦ· καὶ τὸν μὲν Πατέρα μείζονα, τὸν δὲ Υἱὸν ὑποτεταγμένον [z] μετὰ πάντων ὧν αὐτῷ ὁ Πατὴρ ὑπέταξεν. Τὸν δὲ Πατέρα ἀρχὴν μὴ ἔχειν, καὶ ἀόρατον εἶναι, καὶ ἀθάνατον εἶναι, καὶ ἀπαθῆ εἶναι· τὸν δὲ Υἱὸν, γεγεν-

[51] Joan. xx, 17. [52] Rom. III, 19, 20. [53] Isa. LIII, 8. [54] Joan. XIV, 28.

## VALESII ANNOTATIONES.

clari potest formula fidei. Porro Germinius qui hic nominatur, episcopus erat Sirmii, pulso Photino in ejus locum substitutus, anno Christi 351. Hunc Nicolaus Faber in Præfatione ad Hilarii Fragmenta, prius episcopum Cyzici fuisse dicit, quod non credo. Imposuit viro doctissimo locus Athanasii in epistola ad solitarios pag. 860, ubi Constantium imperat. reprehendit quod adversus ecclesiasticas regulas ignotos homines, et in dissitis regionibus natos, episcopos civitatibus mitteret: Οὕτω Γρηγόριον ἀπὸ Καππαδοκίας ἔπεμψεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν· καὶ εἰς μὲν τὸ Σίρμιον ἀπὸ Κυζίκου μετεπέμψατο Γερμίνιον· ἀπὸ δὲ τῆς Λαοδικείας Κεκρόπιον εἰς τὴν Νικομήδειαν ἀπέστειλε. Id est: *Ita Gregorium ex Cappadocia misit Alexandriam et Germinium quidem ab urbe Cyzico Sirmium evocavit, Cecropium vero Laodicea misit Nicomediam.* Ex his Athanasii verbis nequaquam id conficitur, Germi- D nium prius episcopum fuisse Cyzici. Alioqui idem dicendus esset de Gregorio ac Cecropio, hunc scilicet prius Laodiceæ, illum vero prius in Cappadocia fuisse episcopum. Quod cum in istis perspicue falsum sit, de Germinio quoque dici non potest. Promotus autem est ab Arianis ad Sirmiensem episcopatum, eo quod dogmatis ipsorum acerrimus esset propugnator Docet id Athanasius in epistola encyclica ad episcopos Ægypti ac Libyæ, pag. 290: Εὐστάθιός τε ὁ νῦν ἐν Σεβαστείᾳ, Δημόφιλός τε καὶ Γερμίνιος, καὶ Εὐδόξιος, καὶ Βασίλειος συνήγοροι τῆς ἀσεβείας ὄντες, εἰς τοῦτο προήχθησαν.

(6) *Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ Σωτῆρα.* In codicibus nostris Sfortiano et Allatiano hic locus ita legitur, Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Κύριον καὶ Θεὸν καὶ Σωτῆρα ἡμῶν. Quibus consentit interpretatio Epiphanii Scholastici. Apud Athanasium vero et Hilarium desunt hæc verba καὶ Θεόν.

## VARIORUM.

*Δικαιώσει.* Post verba δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως, desunt in mea editione verba ista mox subjungenda, καὶ ἀκροβυστίαν διὰ πίστεως, typographi errore. W. Lowth. Desunt et in nostris Parisiensi et Stephani, ut et in Nicephoro: habentur tamen apud Athanas.

[y] *Ῥωμαϊστὶ μὲν σουβστανίας.* Athanasius De synodis legit σουβστάντίας, rectius. W. Lowth.

[z] *Ὑποτεταγμένον.* Ὑποτεταγμένον τῷ Πατρί apud Athanas.

Digitized by Google

νῆσθαι ἐκ τοῦ Πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτός· καὶ τούτου τὴν γένεσιν, καθὼς προείρηται, μηδένα γινώσκειν, εἰ μὴ μόνον τὸν Πατέρα. Αὐτὸν δὲ τὸν Υἱὸν τὸν Κύριον καὶ Θεὸν ἡμῶν, σάρκα ἤτοι σῶμα, τουτέστιν ἄνθρωπον, εἰληφέναι [a], καθάπερ καὶ ὁ ἄγγελος εὐηγγελίσατο· καθὼς δὲ καὶ πᾶσαι αἱ Γραφαὶ διδάσκουσι, καὶ μάλιστα αὐτὸς Ἀπόστολος, ὁ διδάσκαλος τῶν ἐθνῶν, ἄνθρωπον ἀνέλαβεν ὁ Χριστὸς ἀπὸ Μαρίας τῆς Παρθένου, δι' οὗ πέπονθεν. Τὸ δὲ κεφάλαιον πάσης τῆς πίστεως καὶ ἡ βεβαιότης ἐστὶν, ἵνα Τριὰς ἀεὶ φυλάττηται, καθὼς ἀνέγνωμεν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ. *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.* Ἀκέραιος δὲ καὶ τέλειός ἐστιν ὁ ἀριθμὸς τῆς Τριάδος. Ὁ δὲ Παράκλητος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δι' Υἱοῦ ἀποσταλὲν, ἦλθε κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν, ἵνα τοὺς ἀποστόλους, καὶ πάντας τοὺς πιστεύοντας ἁγιάσῃ καὶ ἀναδείξῃ (7). Τούτοις τὸν Φωτεινὸν, καὶ μετὰ καθαίρεσιν συνθέσθαι (8) καὶ συνυπογράψαι συμπείθειν ἐπειρῶντο, ἐπαγγειλάμενοι ἀποδώσειν αὐτῷ τὴν ἐπισκοπὴν, ἐὰν ἐκ μετανοίας ἀναθεματίσῃ μὲν τὸ παρευρεθὲν αὐτῷ δόγμα, συνθῆται δὲ τῇ αὐτῶν γνώμῃ. Ὁ δὲ, τὴν μὲν πρότασιν οὐκ ἐδέξατο· προεκαλεῖτο δὲ αὐτοὺς εἰς διάλεξιν. Ὁρισθείσης δὲ ἡμέρας, γνώμῃ καὶ τοῦ βασιλέως, συνῆλθον οἵ τε παρόντες ἐπίσκοποι καὶ τῶν συγκλητικῶν οὐκ ὀλίγοι (9), οὓς ἐκέλευσε

A ante dictum est, neminem scire nisi Patrem suum. Ipsum autem Filium Dei, Dominum et Deum nostrum, sicut legitur, carnem vel corpus, id est, hominem, suscepisse ex utero Virginis Mariæ, sicut angelus prædicavit: ut autem Scripturæ omnes docent, et præcipue ipse magister gentium Apostolus, hominem suscepisse de Maria Virgine, per quem compassus est. Illa autem clavis totius fidei, et illa confirmatio, quod Trinitas semper servanda est, sicut legimus in Evangelio, *Ite, et baptizate omnes gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* [88]. Integer et perfectus numerus Trinitatis est. Paracletus autem Spiritus **129** per Filium est, qui missus venit [b] juxta promissum, ut apostolos et omnes credentes instrueret, doceret, sanctificaret. B His ut consentiret Photinus ac subscriberet, etiam post depositionem ei persuadere conabantur: suum illi episcopatum se reddituros polliciti, dummodo ad sanam mentem reversus, dogma quidem a se excogitatum damnaret, ipsorum autem fidei consentiret. At ille oblatam sibi conditionem aspernatus, eos ad disputationem provocavit. Igitur constituto ad eam rem die, ex ipsius quoque imperatoris sententia, conveniunt tum episcopi qui illic aderant, tum senatorii ordinis haud pauci, quos imperator disputationi interesse præceperat. Coram illis Basilius, Ancyranæ tum Ecclesiæ præsul, in certa-

[88] Matth. xxviii, 19.

## VALESII ANNOTATIONES.

(7) *Καὶ ἀναδείξῃ*. In Athanasii libro De synodis legitur ἀναδιδάξῃ rectius, ut ex Latina editione constat.

(8) *Τούτοις τὸν Φωτεινὸν συνθέσθαι*. Existimavit Socrates tres fidei formulas in Sirmiensi contra Photinum synodo conscriptas esse. Addit igitur episcopos qui in ea synodo residebant, suasisse Photino ut formulis illis subscriberet. Sed cum superius ostensum sit a nobis unam duntaxat formulam ab illa synodo editam fuisse, eam scilicet quæ priore loco commemoratur a Socrate, huic uni subscribere rogatus est Photinus.

(9) *Καὶ τῶν συγκλητικῶν οὐκ ὀλίγοι*. Epiphanius in hæresi Photianorum scribit Photinum, cum in Sirmiensi synodo, sic enim legendum est, non Serdicensi, damnatus ac depositus fuisset, adiisse Constantium, petiisseque ut coram judicibus ab ipso nominatis de fide disputaret; Constantium vero Basilio quidem Ancyræ episcopo injunxisse, ut contra Photinum disputationem susciperet, judices vero seu auditores ejus disputationis dedisse Thalassium, Datianum, Cerealem et Taurum comites. Ex his Thalassius primas apud imperatorem obtinebat, ut tradit Zosimus in libro II. Et præfectus prætorio missus est in Orientem una cum Gallo Cæsare, anno Christi 351. Mortuus est autem anno Christi 353, Constantio Augusto VI et Gallo Cæsare II coss., ut tradit Marcellinus in lib. XIV. Proinde Sirmiensis synodus, et disputatio Basilii contra Photinum, non potest cadere in annum Christi 357, ut vult Baronius. Huc accedit quod scribit Epiphanius, in ea disputatione Basilii contra Photinum, notarium fuisse Callicratem, qui C erat exceptor Rufini præfecti prætorio. Fuit autem Rufinus præfectus prætorio per Gallias consulatu Constantii VI et Galli Cæsaris II, ut docet Marcellinus in lib. XIV. Sed biennio ante præfectus fuerat Illyrici. Anno autem Christi 357 non Rufinus, sed Anatolius præfecturam prætorii gerebat per Illyricum. Sed et ex episcopatu Germinii manifeste colligitur, Sirmiensem contra Photinum synodum, in qua Photinus episcopatu dejectus est, non esse celebratam anno Christi 357. Etenim antequam Georgius, pulso Athanasio, Alexandrinam sedem invaderet, jam tum Germinius episcopus erat Sirmii, ut docet Athanasius in epistola encyclica quam scripsit ad episcopos Ægypti ac Libyæ, tunc cum Georgius Alexandrinam Ecclesiam occupasset. Porro Georgius Alexandrinam sedem occupavit ineunte anno 356, ut constat ex protestatione Alexandrinorum, quæ legitur ad calcem epistolæ Athanasii ad solitarios. Cum ergo ante annum Do- D mini 356, Germinius episcopus fuerit Sirmii, Photinus quoque, cui successit Germinius, ante hunc annum depositus fuerit necesse est. Certe Athanasius in epistola ad solitarios, pag. 860, ubi ordinationes exterorum hominum a Constantio factas recenset, primam commemorat ordinationem Gregorii; deinde Germinii et Cecropii; postea Auxentii, ac postremo Georgii. Ex his Gregorius quidem Alexandrinis datus est episcopus anno Christi 341, Germinius vero in locum Photini factus est Sirmiensis episcopus anno Christi 351, cum a Constantio Sirmii agente accitus fuisset, ut docet Athanasius in loco supra citato: quem interpres

## VARIORUM.

[a] *Εἰληφέναι*. Εἰληφέναι ἀπὸ Μαρίας τῆς Παρθένου. Athanas.

[b] Sic in omnibus exemplaribus Valesii. Græca tamen postulant ut legamus, *Spiritus per Filium missus est qui venit.*

Digitized by Google

men descendit cum Photino, notariis verba eorum excipientibus. Certatum est utrinque maxima contentione verborum atque rationum. Victus tamen Photinus et condemnatus est. Qui postmodum in exsilio vitam agens, librum Græco et Latino sermone scripsit, quippe qui ne Latine quidem esset ignarus. Scripsit porro adversus omnes hæreses, suum ipsius dogma tantummodo proponens. Ac de Photino quidem hæc dicta sufficiant. Sciendum autem est, episcopis qui Sirmii convenerant, Latinam illam fidei formulam abs se editam, postea displicuisse. Visa enim illis est multa complecti inter se pugnantia. Quocirca operam dederunt ut eam ab illis qui descripserant, reciperent. Sed quoniam multi eam occultabant, imperator edicto præcepit ut exemplaria ejus omnia conquirerentur, pœnam interminatus si quis eam occultasse **130** deprehenderetur. Verum semel editam nullæ minæ abolere potuerunt, quippe quæ in multorum manus jam pervenisset. Sed de his hactenus.

## CAP. XXXI.

*De Hosio Cordubensi episcopo.*

Quoniam vero de Hosio Hispano supra retulimus eum illuc invitum accessisse, pauca etiam de illo dicenda sunt. Hic siquidem per insidias Arianorum paulo ante in exsilium pulsus fuerat. Tunc vero studio atque impulsu eorum qui Sirmium convenerant, imperator illuc eum evocavit, volens ut vel sponte vel coactus cum episcopis qui aderant consentiret. Hoc enim facto, illorum fidei maximum testimonium videbatur accedere. Hanc igitur ob causam necessitate compulsus, ut dixi, adfuit invitus. Sed cum ille consentire renueret, verbera et tormenta inflixerunt seni. Itaque vi et necessitate adactus, editis tum fidei expositionibus consensit atque subscripsit. Et res quidem tunc temporis Sirmii gestæ hunc exitum habuere. Porro imperator Constantius in ea urbe diutius commoratus est, dum eventum belli contra Magnentium exspectaret.

παρεῖναι τῇ διαλέξει ὁ βασιλεύς. Ἐφ' ὧν ἀντικατέστη τῷ Φωτεινῷ Βασίλειος ὁ τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ τότε προεστὼς Ἐκκλησίας, ὀξυγράφων τε τὰς φωνὰς αὐτῶν γραφόντων. Μεγίστη δὲ μάχη μεταξὺ τῶν παρ' ἑκατέρου λόγιων ἐγένετο. Ἐν οἷς ὁ Φωτεινὸς ἡττηθεὶς, κατεκρίθη. Ἐν φυγῇ τε διάγων τοῦ λοιποῦ, λόγον συνέγραψεν [b*] ἀμφοτέραις γλώσσαις, ἐπεὶ μηδὲ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἦν ἄμοιρος. Ἔγραφε δὲ κατὰ πασῶν αἱρέσεων, τὸ οἰκεῖον μόνον δόγμα παρατιθέμενος. Περὶ μὲν οὖν Φωτεινοῦ τοσαῦτα εἰρήσθω. Ἰστέον μέντοι ὅτι οἱ ἐν Σιρμίῳ συνελθόντες ἐπίσκοποι, μετέγνωσαν ἐπὶ τῇ Ῥωμαϊκῇ τῆς πίστεως ἐκδόσει (11). Πολλὰ γὰρ μετὰ τὴν ἔκδοσιν ἐναντία ἔχειν αὐτοῖς κατεφαίνετο. Διὸ σπουδὴν ἐτίθεντο παρὰ τῶν ἐγγραψαμένων ἀναλαμβάνειν αὐτήν. Ἐπειδὴ δὲ πολλοὶ ἀπέκρυπτον, ὁ βασιλεὺς διατάγμασιν ἐκέλευσε ζητεῖσθαι τὴν ἔκδοσιν, τιμωρίαν ἀπειλήσας εἴ τις φωραθείη κρύπτων αὐτήν. Ἀλλ' οὐδ' αἱ ἀπειλαὶ τὴν ἅπαξ ἐκδοθεῖσαν ἀφανίσαι δεδύνηνται, τῷ φθάσαι εἰς πλείονας ἐμπεσεῖν. Τοσαῦτα μὲν περὶ τούτου λελέχθω.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

*Περὶ Ὁσίου τοῦ Κυνδρούβης ἐπισκόπου.*

Ἐπειδὴ δὲ περὶ Ὁσίου τοῦ Ἱσπανοῦ μνήμην ὡς ἀκουσίως παρόντος πεποιήμεθα, βραχέα καὶ περὶ τούτου λεκτέον. Μικρὸν γὰρ ἔμπροσθεν οὗτος ἐκ συσκευῆς τῶν ἀρειανιζόντων εἰς ἐξορίαν ἀπέσταλτο (12). Τότε δὲ σπουδῇ τῶν ἐν τῷ Σιρμίῳ συνελθόντων ὁ βασιλεὺς αὐτὸν μετεπέμψατο, βουλόμενος ἢ πειθοῖ, ἢ ἀνάγκῃ τοῖς παροῦσιν ὁμοφωνῆσαι. Τούτου γὰρ γενομένου, μέγιστον ἐδόκει μαρτύριον ὑπάρχειν τῆς ἐκείνων πίστεως. Διαταῦτα οὖν, ὡς ἔφην, ἐξ ἀνάγκης ἄκων παρῆν. Ἐπεὶ δὲ αὐτὸς παρῃτεῖτο συντίθεσθαι. πληγάς τε καὶ στρεβλώσεις τῷ πρεσβύτῃ προσέφερον. Διὸ καὶ ἐξ ἀνάγκης, ταῖς τότε δοθείσαις ὑπαγορεύσεσι καὶ συνέθετο καὶ ὑπέγραψε [c]. Καὶ τὰ μὲν ἐν Σιρμίῳ τότε γενόμενα τοιοῦτον ἔχει τὸ τέλος. Ὁ μέντοι βασιλεὺς Κωνστάντιος παρεῖλκεν ἐν τῷ Σιρμίῳ, περιμένων τοῦ πρὸς Μαγνέντιον πολέμου τὴν ἔκβασιν.

### VALESII ANNOTATIONES.

Latinus perperam vertit. Cecropius autem eodem anno factus est episcopus Nicomediæ, ut colligitur ex supradicto Athanasii loco. Auxentius denique ad Mediolanensem episcopatum promotus est anno Christi 355, et sequente anno Georgius Alexandrinam sedem invasit.

(11) *Μετέγνωσαν ἐπὶ τῇ Ῥωμαϊκῇ τῆς πίστεως ἐκδόσει.* Sumpsit hæc Socrates ex Athanasii libro De synodis Arimini et Seleuciæ. Verum in eo hallucinatur, quod ea quæ Athanasius dixerat de tertia Sirmiensi formula, cui præfixi erant consules, Socrates tribuit secundæ, ab Hosio et Potamio conscriptæ. Locus Athanasii exstat pag. 904, quem ob prolixitatem hic ascribere supersedi. Socratis errorem secutus est Petavius in Animadversionibus ad Epiphanium, pag. 318.

(12) *Εἰς ἐξορίαν ἀπέσταλτο.* Jam superius observavi, Hosii exsilium Sirmiense et fidei formulam ab illo conscriptam, hic præpostere referri a Socrate. Lapsus enim Hosii contingit anno Christi 357, ut recte notavit Baronius.

### VARIORUM.

b* *Λόγον συνέγραψεν.* In codice Leonis Allatii legitur λόγους. Atque ita legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit, *Et in fuga consistens, postea libros utraque lingua conficiebat*, etc.

c *Ὑπέγραψε.* Etiam cum Ursacio et Valente iniit communionis societatem : non tamen unquam induci potuit ut calculum ferret in Athanasium, quod peroptabant Ariani. De Hosii lapsu a multis hoc sæculo disputatum est. Sunt qui dicant virum id ætatis non sat mentis compotem tum fuisse, sed calamitate et senio debilitatum ad imperatoris conditiones venisse. Ait porro Athanasius, Hosium instante morte vim sibi illatam quasi testamento declarasse, Arianam hæresin feriisse anathemate, vetuisseque ne quis illam reciperet. (Cl. Benedictini *Vita Athanas.*, ad ann. 357.)

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

*Περὶ τῆς ἥττης Μαγνεντίου τοῦ τυράννου.*

Μαγνέντιος μὲν οὖν τὴν βασιλεύουσαν Ῥώμην καταλαβὼν, πολλοὺς μὲν τῆς συγκλήτου βουλῆς ἀνῄρει, πολλοὺς δὲ καὶ τοῦ δήμου ἀπώλλυεν. Ὡς δὲ οἱ στρατηγοὶ Κωνσταντίου τὴν Ῥωμαϊκὴν δύναμιν συγκροτήσαντες ἐπ' αὐτὸν ἐχώρουν, ἀναχωρήσας τῆς Ῥώμης, τὰς Γαλλίας κατέλαβεν. Ἔνθα συμβολαὶ συνεχεῖς ἐγίνοντο· καὶ ποτὲ μὲν τοῦτο τὸ μέρος, ποτὲ δὲ θάτερον ἐκράτει. Τέλος δὲ περὶ Μοῦρσαν, φρούριον δὲ τοῦτο τῶν Γαλλιῶν [d], ὁ Μαγνέντιος ἡττηθεὶς [e] συνεκλείσθη. Ἐν ᾧ φρουρίῳ λέγεται τοιόνδε θαῦμα συμβῆναι· Ὁ Μαγνέντιος ὑπὸ τῆς ἥττης καταπεπτωκότας τοὺς ἑαυτοῦ στρατιώτας ἀναῤῥῶσαι σπουδάζων, ὑψηλοῦ βήματος ἐπέβη. Οἱ δὲ, τὴν συνήθη τοῖς βασιλεῦσιν εὐφημίαν ἐπιβοῆσαι βουλόμενοι, παρὰ γνώμην ἐπὶ τὸν Κωνστάντιον ταύτην μεταφέρουσιν. Οὐ γὰρ Μαγνέντιον, ἀλλὰ Κωνστάντιον Αὔγουστον κοινῇ πάντες ἐβόησαν. Τοῦτο σύμβολον καθ' ἑαυτοῦ ὁ Μαγνέντιος ἡγησάμενος, ἐκ τοῦ φρουρίου εὐθὺς ἀπανίσταται [f], φυγῇ ἐπὶ τὰ περαιτέρω τῆς Γαλλίας χωρῶν. Ἐπέκειντο δὲ οἱ τοῦ Κωνσταντίου στρατηγοὶ διώκοντες, αὖθίς τε γίνεται συμβολὴ περὶ τόπον, ᾧ ὄνομα Μιλτοσέλευκος (13)· ἐν ᾧ καταχράτος ἡττηθεὶς ὁ Μαγνέντιος, φεύγει μόνος εἰς Λουγδοῦνον πόλιν τῆς Γαλλίας, εἰς ἣν ἀπὸ Μούρσων ἐστὶ τοῦ φρουρίου, τριῶν ἡμερῶν ὁδός. Ἐν ταύτῃ τῇ Λουγδούνῳ γενόμενος ὁ Μαγνέντιος, ἀναιρεῖ μὲν τὴν ἑαυτοῦ μητέρα· ἀνελὼν δὲ καὶ τὸν ἀδελφὸν, ὃν Καίσαρα ἑαυτῷ πεποιήκει, τέλος ἐπικατέσφαξεν ἑαυτόν. Τοῦτο ἐπράχθη ἐν ὑπατείᾳ Κωνσταντίου τὸ ἕκτον, καὶ Κωνσταντίου τοῦ Γάλλου τὸ δεύτερον, περὶ τὴν πεντεκαιδεκάτην τοῦ Αὐγούστου μηνός (14). Οὐχ εἰς μακρὰν δὲ, καὶ ὁ ἕτερος τοῦ Μαγνεντίου ἀδελφὸς, Δεκέντιος ὄνομα αὐτῷ, τοῦ βίου ἐξήγαγεν ἑαυτὸν, ἀγχόνῃ χρησάμενος. Τὰ μὲν οὖν κατὰ Μαγνέντιον, τέλος τοιοῦτο ἐδέξατο. Τὰ δὲ δημόσια τελέως οὐχ ἡσύχαζεν. Μετὰ ταῦτα γὰρ εὐθὺς ἕτερος ἐπανέστη τύραννος, ᾧ ὄνομα Σιλουανός [g]. Καὶ τοῦτον δὲ οἱ Κωνσταντίου στρατη-

## CAP. XXXII.

*De Magnentii tyranni exitio.*

Interea Magnentius cum urbem Romam occupavisset, multos senatorii ordinis, multos item ex plebe interemit. Sed cum duces Constantii, collectis Romanorum militum copiis, signa adversus eum movissent, Roma digressus, in Gallias se recepit. Ibi variis præliis consertis, modo Constantii milites, modo Magnentiani superiores fuere. Tandem vero apud Mursam, quod castellum est Galliæ, victus Magnentius et in munimentum illud contrusus est. Quo quidem in loco hujusmodi fertur accidisse miraculum: Magnentius cum militum suorum animos ob acceptam cladem fractos ac debilitatos confirmare vellet, sublime tribunal conscendit. Illi vero dum fausta acclamatione quæ imperatoribus acclamari solet, Magnentium excipere gestiunt, præter animi sui sententiam in Constantium eam transtulerunt. Non enim Magnentium, sed Constantium Augustum omnes uno consensu acclamarunt. Quod **131** omen imminentis sibi exitii arbitratus Magnentius, relicto munimento, ad ulteriores Galliæ partes confestim profugit. Quem dum Constantii duces acrius insequuntur, iterum pugna commissa est in loco qui dicitur mons Seleucus: eo prælio victus Magnentius, cæsis ad internecionem suis copiis, solus fugam arripuit, Lugdunum contendens, urbem Galliæ, quæ a supradicto munimento distat tridui itinere. Lugdunum igitur ingressus Magnentius, primum quidem matrem interfecit; deinde occiso etiam fratre, quem Cæsarem sibi asciverat, ad extremum manus sibi intulit. Id autem gestum est Constantio Augusto sextum et Constantio Gallo iterum consulibus, XVIII Kalendas Septembres. Nec multo post Decentius, alter Magnentii frater, laqueo fractis faucibus mortem sibi conscivit. Hujusmodi fuit exitus Magnentii. Nec tamen ad perfectam tranquillitatem rediit respublica. Nam continuo post alius exortus est tyrannus, nomine Silvanus. Sed

### VALESII ANNOTATIONES.

(13) *Μιλτοσέλευκος*. Rectius in codice Allatii scribitur Μοντοσέλευχος. Epiphanius Scholasticus montem Seleucum vocat. Hujus loci situm habemus in Itinerario Hierosolymitano. Nam post descensum Gauræ montis, sequitur *mutatio Cambono millia* 8. *Mansio monte Seleuci millia* 8.

(14) *Περὶ τὴν πεντεκαιδεκάτην τοῦ Αὐγούστου μηνός*. Paulo aliter Idatius in Fastis: *Constantio* VI *et Constantio* II. *His coss. Magnentius se interfecit in Galliis apud Lugdunum, die* III *Idus Aug., et Decentius frater Magnentii laqueo se suspendit* XV *Kal. Septemb.* In Chronico autem Alexandrino annus quidem necis Magnentii perperam designatur: dies vero notatur IV Idus Augusti.

### VARIORUM.

[d] *Μοῦρσαν φρούριον δὲ τοῦτο τῶν Γαλλιῶν.* Ita fere Sozomenus. Alii omnes Mursam istam in Pannonia sitam esse referunt; præsertim Sulpitius Severus lib. II, qui hanc historiam enarrans, insignem hac in re imposturam Valentis Mursæ episcopi memorat. W. LOWTH.

[e] *Ὁ Μαγνέντιος ἡττηθείς*. Ad Mursam cum Constantio pugnat et vincitur anno 351. Roma et Italia, quo se post cladem receperat, per Constantii duces abigitur, an. 352. Iterum ad Alpes Cottias adversus Constantium prælium init, iterumque debellatur, an. 353. Mox Lugdunum fugit, ibique post tres imperii annos et menses sex seipsum interimit. ANT. PAGI.

[f] *Εὐθὺς, ἀπανίσταται.* Imo nonnisi vere anni insequentis ineunte, teste Juliano orat. I ad Constant., siquidem autumno superiore apud Mursam victus erat. W. LOWTH.

[g] *Σιλουανός*. *Respublica recens quieta a civili trepidatione, Silvano in imperium coacto, tentari rursus occœperat. Is namque Silvanus in Gallia ortus barbaris parentibus, ordine militiæ simul a Magnentio ad Constantium transgressus, pedestre ad magisterium adolescentior meruerat. E quo dum altius per metum seu dementiam conscendisset, legionum, a queis præsidium speraverat, tumultu, octavum circa ac vicesimum diem, trucidatus est.* (V., de Cæsaribus.)

Digitized by Google

hunc in Galliis tumultuantem, duces Constantii celeriter exstinxerunt.

## CAP. XXXIII.

*De Judæis Diocæsaream Palæstinæ incolentibus.*

Sub idem tempus etiam in Orientis partibus aliud bellum intestinum exstitit. Nam Judæi qui Diocæsaream Palestinæ urbem incolebant, contra Romanos arma sumentes, vicina loca excursionibus vastare cœperunt. Verum Constantius Gallus, quem imperator auctum Cæsaris dignitate in Orientem destinaverat, misso exercitu eos profligavit, urbemque eorum Diocæsaream solo æquari præcepit.

## CAP. XXXIV.

*De Gallo Cæsare.*

His rebus gestis, Gallus secundam fortunam moderate ferre non valuit. Sed confestim adversus illum a quo Cæsar fuerat nuncupatus, res novas moliri cœpit, et tyrannidem ipse quoque arripere tentavit. Sed cum **132** ejus consilium brevi innotuisset Constantio : quippe ille Domitianum præfectum prætorio per Orientem, et Magnum quæstorem sua ipsius auctoritate jusserat interfici, eo quod conatus ipsius indicassent Constantio : ea re permotus imperator Gallum ad se evocavit. At ille timore perculsus, perrexit invitus. Cumque ad Occidentis partes et ad insulam usque Flanonam jam pervenisset, Constantius illic eum jussit occidi. Nec multo post, Julianum fratrem Galli cum Cæsarem nuncupasset, in Gallias misit adversus barbaros. Porro Gallus, qui et Constantius vocabatur, interfectus est consulatu imperatoris Constantii octavo, et ipsius tertio. Anno autem proxime sequente, Julianus Cæsar creatus est, Arbetione et Lolliano consulibus, die septimo Idus Novembris. Ac de Juliano quidem in sequenti libro dicturi sumus. Constantius vero malis quibus premebatur jam sedatis, ad bellum Ecclesiarum componendum mentem suam denuo convertit. Sirmio igitur digressus, et ad urbem re-

A γοὶ περὶ τὴν Γαλλίαν ταράττοντα ταχέως καθεῖλον.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'.

*Περὶ τῶν ἐν Διοκαισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης Ἰουδαίων.*

Ἐπισυνήχθη δὲ τοῖς γινομένοις καὶ περὶ τὴν ἀνατολὴν ἕτερος ἐγχώριος πόλεμος. Οἱ γὰρ ἐν Διοκαισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης Ἰουδαῖοι κατὰ Ῥωμαίων ὅπλα ἀντῆραν, καὶ περὶ τοὺς τόπους ἐκείνους κατέτρεχον. Ἀλλὰ τούτους μὲν Γάλλος ὁ καὶ Κωνστάντιος, ὃν Καίσαρα καταστήσας ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν ἑῴαν ἐξαπέστειλεν, δύναμιν ἀποστείλας κατηγωνίσατο [h]· καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν Διοκαισάρειαν εἰς ἔδαφος κατενεχθῆναι ἐκέλευσεν.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΔ'.

B *Περὶ Γάλλου τοῦ Καίσαρος.*

Ταῦτα πράξας ὁ Γάλλος, τὴν εὐτυχίαν οὐκ ἤνεγκεν. Ἀλλ' εὐθὺς νεωτερίζειν κατὰ τοῦ προχειρισαμένου αὐτὸν ἐπεχείρησεν, τυραννεῖν τε καὶ αὐτὸς ἐβούλετο. Ὥστε οὐκ εἰς μακρὰν ὁ σκοπὸς αὐτοῦ ὑπὸ Κωνσταντίου κατάφωρος ἐγένετο. Δομετιανὸν γὰρ τὸν τότε ἔπαρχον τῆς ἑῴας, καὶ Μάγνον κυαίστωρα αὐθεντήσας ἀνεῖλε, μηνύσαντας τῷ βασιλεῖ (15) τὸν σκοπὸν αὐτοῦ. Ἐφ' ᾧ κινηθεὶς ὁ Κωνστάντιος, μετάπεμπτον ἐκάλει τὸν Γάλλον πρὸς ἑαυτόν. Ὁ δὲ, περίφοβος γενόμενος, ἄκων ἐπορεύετο. Καταλαβόντα δὲ αὐτὸν τὰ ἑσπέρια μέρη, καὶ περὶ Φλάνωνα τὴν νῆσον [i] γενόμενον, ὁ Κωνστάντιος ἀναιρεθῆναι ἐκέλευσεν [j]. Μετ' οὐ πολὺ δὲ Ἰουλιανὸν τοῦ Γάλλου ἀδελφὸν Καίσαρα καταστήσας [k], ἐπὶ τοὺς ἐν Γαλλίᾳ βαρβάρους
C ἀπέστειλεν. Γάλλος μὲν οὖν, ὁ καὶ Κωνστάντιος, ἐν τῇ ἑβδόμῃ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίου ὑπατείᾳ [l] ἀνῃρέθη, καθ' ἣν καὶ αὐτὸς ὕπατος ἦν τὸ τρίτον. Ἰουλιανὸς δὲ τῇ ἑξῆς ὑπατείᾳ Ἀρβιτίωνος καὶ Λολλιανοῦ, κατέστη Καῖσαρ, τῇ ἕκτῃ τοῦ Νοεμβρίου μηνός. Περὶ μὲν οὖν Ἰουλιανοῦ, ἐν τῷ μετὰ τοῦτο βιβλίῳ ποιησόμεθα μνήμην. Κωνστάντιος δὲ ἐκ τῶν ἐν ποσὶ κακῶν ἡσυχάσας, ἐπὶ τὸν ἐκκλησιαστικὸν αὖθις πόλεμον τὴν οἰκείαν ἔτρεπε γνώμην. Ἐκ γὰρ τοῦ Σιρμίου ἐπὶ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν Ῥώμην ἀπιὼν, σύνοδον

## VALESII ANNOTATIONES.

(15) *Μὴ μηνύσας τῷ βασιλεῖ.* Hunc locum correxi ex codice Allatii, et ex Sozomeno ac Cedreno. Nam codex quidem Allatii ita scriptum habet : Ἀνεῖλε μηνύσαντας βασιλεῖ τὸν σκοπὸν αὐτοῦ. Sozomenus vero in libro IV, cap. 7, ita scribit : Καταμηνύσαντας δὲ τῷ βασιλεῖ τὸν αὐτοῦ νεωτερισμὸν, Μάγνον τε τὸν κοιαίστωρα, καὶ τῆς Ἕω τὸν ὕπαρχον Δομετιανὸν, ἀνεῖλεν. Epiphanius tamen Scholasticus vulgatam lectionem secutus est, quam et nostri codices retinent, et auctor Chronici Alexandrini confirmat.

## VARIORUM.

[h] *Γάλλος κατηγωνίσατο. Gallus Judæos, qui interfectis per noctem militibus arma ad rebellandum invaserant, oppressit, cæsis multis hominum millibus, usque ad innoxiam ætatem, et civitates eorum Diocæsaream, Tiberiadem, et Diospolim, plurimaque oppida igni tradidit.* (Hier. in Chronico, ad an. 355).

[i] *Περὶ Φλάνωνα τὴν νῆσον.* Flanona, seu etiam Flavona, ut habent alii codices, urbs Liburniæ Plinio et Ptolemæo, nunc *Fianona*, oppidulum Istriæ, in ora maris Adriatici et sinus Flanatici ab eo dicti; sub dominio Venetorum, cum portu munito et capaci. BAUDRAND.

[j] *Ἀναιρεθῆναι ἐκέλευσεν.* Ammianus Marcelli-
D nus in fine lib. XIV : *Excessit e vita ætatis anno nono atque vicesimo, cum quadriennio imperasset.* Erat autem annus Chr. 354. Vide Sozom. lib. IV, cap. 7, et Idatium in Fastis.

[k] *Ἰουλιανὸν Καίσαρα καταστήσας. Constantius Claudium Julianum, fratrem Galli, honore Cæsaris assumit, annos natum fere tres atque viginti*, inquit Victor in Epitome. Erat autem annus 355.

[l] *Ἐν τῇ ἑβδόμῃ Κωνσταντίου ὑπατείᾳ.* Vertendum, *in septimo Constantii consulatu*, non in *octavo*, ut mendose Valesius. Cum Socrate consentiunt Fasti Idatiani. W. LOWTH.

Digitized by Google

ἐπισκόπων αὖθις ἐκήρυξεν, καί τινας τῶν ἀνατολικῶν ἐπισκόπων ἐπὶ τὴν Γαλλίαν (16) σπεύδειν ἐκέλευσεν· ἐν ταυτῷ δὲ ἰέναι καὶ τοὺς τῶν ἑσπερίων μερῶν παρεσκεύαζεν. Ἐν τοσούτῳ δὲ τούτων ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν παρασκευαζομένων πορεύεσθαι, τάδε ἐπισυνέβη γενέσθαι· Ἰούλιος μὲν ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος ἐτελεύτησε (17) [m], πέντε πρὸς τοῖς δέκα ἐνιαυτοὺς τῆς ἐν αὐτῇ Ἐκκλησίας προστάς· Λιβέριος δὲ αὐτοῦ τὴν ἐπισκοπὴν διαδέχεται.

A giam tendens, rursus episcoporum synodum indicit, et quosdam ex orientalibus episcopis in Italiam properare, eoque etiam occidentales episcopos convenire jubet. Interea temporis dum isti proficisci in Italiam parant, Julius Romanæ urbis episcopus ex hac luce migravit, cum per quindecim annos ejus loci Ecclesiam administrassot : Liberius vero in ejus episcopatum successit.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΕ'.

### *Περὶ Ἀετίου τοῦ Σύρου, τοῦ διδασκάλου Εὐνομίου.*

Ἐν δὲ Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας ἕτερος ἐπεφύη αἱρεσιάρχης Ἀέτιος [n], ὁ ἐπικληθεὶς Ἄθεος. Οὗτος τὰ αὐτὰ ἐφρόνει Ἀρείῳ, καὶ τὴν αὐτὴν συνεκρότει δόξαν. Πρὸς δὲ Ἀρειανίζοντας διεκρίνετο, διότι Ἄρειον εἰς κοινωνίαν ἐδέξαντο. Ἄρειος γάρ, ὡς πρότερον ἔφην, ἕτερα κατὰ διάνοιαν φρονῶν, ἕτερα τῇ φωνῇ ὡμολόγησεν, ὅτε τὸν ἐν Νικαίᾳ τῆς συνόδου τύπον δεχόμενος καθυπέγραψε, τὸν τότε βασιλέα πλανῶν. Διατοῦτο μὲν οὖν καὶ Ἀέτιος πρὸς Ἀρειανοὺς διεκρίνετο. Ἦν δὲ καὶ πρότερον Ἀέτιος αἱρετικὸς ἄνθρωπος, καὶ τῷ Ἀρείου δόγματι συνηγορεῖν διαπύρως ἔσπευδεν. Ἐν γὰρ τῇ Ἀλεξανδρείᾳ μικρὰ παιδευθεὶς, ἀναζεύγνυσι· καὶ καταλαβὼν τὴν ἐν Συρίᾳ Ἀντιόχειαν, ἐντεῦθεν γὰρ ἦν, ὑπὸ Λεοντίου τοῦ τότε τῆς Ἀντιοχείας ἐπισκόπου χειροτονεῖται διάκονος. Εὐθὺς οὖν ἐξενοφώνει τοὺς ἐντυγχάνοντας. Τοῦτο δὲ ἐποίει, ταῖς κατηγορίαις Ἀριστοτέλους πιστεύων· βιβλίον δὲ οὕτως ἐστὶν ἐπιγεγραμμένον αὐτῷ· ἐξ αὐτῶν τε διαλεγόμενος, καὶ ἑαυτῷ σόφισμα ποιῶν (18) οὐχ ᾔσθετο, οὐδὲ παρὰ τῶν ἐπιστημόνων ἔμαθε τὸν Ἀριστοτέλους σκοπόν. Ἐκεῖνος γὰρ διὰ τοὺς σοφιστὰς τὴν φιλοσοφίαν τότε χλευάζοντας, γυμνασίαν ταύτην συγγράψας τοῖς νέοις, τὴν διαλεκτικὴν τοῖς σοφισταῖς διὰ τῶν σοφισμάτων ἀντέθηκεν. Οἱ γοῦν ἐφεκτικοὶ (19) τῶν φιλο-

## CAP. XXXV.

### *De Aetio Syro, Eunomii magistro.*

Tunc etiam apud Antiochiam urbem Syriæ novus hæresiarches emersit Aetius, **133** cognomento Atheus. Hic cum Ario quidem consentiebat, eam- B demque cum illo opinionem tuebatur. Verum ab Arianorum partibus se idcirco sejunxit, quod illi Arium ad communionem recepissent. Arius enim, sicut antea dixi, aliud in mente clausum gerens, aliud ore professus, Nicænæ synodi formulam suscipiens, subscriptione sua firmaverat, ut imperatorem qui tunc temporis regnabat, circumveniret. Hanc igitur ob causam Aetius ab Arianis sese abrupit. Erat porro Aetius jam antehac hæreticus, et pro Arii dogmate ardentissime propugnare consueverat. Nam cum Alexandriæ leviter admodum institutus fuisset, inde reversus est Antiochiam Syriæ, ex qua civitate erat oriundus; illic a Leontio, qui tunc Antiochenæ urbis episcopatum gerebat, C diaconus est ordinatus. Extemplo igitur eos quibuscum colloquebatur, sermonum novitate obstupefecit. Id autem agebat, fretus categoriis Aristotelis : is liber est ab auctore ita inscriptus : ex quarum præceptis disputans, non animadvertit se in suam ipsius fraudem captiosas argumentationes componere, nec ipsius Aristotelis mentem didicit

## VALESII ANNOTATIONES.

(16) *Ἐπὶ τὴν Γαλλίαν*. Rectius in codice Leonis Allatii scriptum est ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν. Quam scripturam in versione mea secutus sum.

(17) *Ἰούλιος μὲν ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος ἐτελεύτησε*. Obiit Julius pridie Idus Apriles, Constantio Augusto v, et Constantio Cæsare consulibus, quod est anno Christi 352, cum sedisset annos quindecim, mensem unum, dies undecim, ut legitur in vetustissimo libro de pontificibus Romanis, qui editus est una cum Cyclo Victorii Aquitani.

(18) *Καὶ ἑαυτῷ σόφισμα ποιῶν*. In codice Leonis Allatii hic locus ita legitur : Ἐξ αὐτῶν δὲ διαλεγόμενος, καὶ ἑαυτῷ σόφισμα ἐκποιῶν οὐχ ᾐσθάνετο. Ego vero particulam καὶ delendam esse censeo.

(19) *Οἱ γοῦν ἐφεκτικοί*. Epiphanius Scholasticus legisse videtur σκεπτικοί. Sic enim vertit : *Contem-*

## VARIORUM.

[m] *Ἰούλιος ἐτελεύτησε*. Julius, patria Romanus, rustici filius, Marci pontificis in sede Romana successor, die vi Februarii anni 337 ordinatus, sedit annos quindecim, menses duos, dies sex, obiitque anno 352, die xii mensis Aprilis, qua die colitur. In ejus locum die xxii Maii deligitur Liberius Romanus. (Ant. Pagi, monachi Benedict. et Guil. Cave.)

[n] *Ἀέτιος*. Antiochensis, militis cujusdam filius. Aurifabrum fuisse Aetium certius constat. Mortua matre, ad philosophicas disciplinas animum applicuit. Ac primum quidem Paulinum Antiochenum audivit, postea Anazarbi Athanasium, deinde Tarsi Antonium presbyterum, post hæc Leontium presbyterum Antiochenum, tandem Alexandriæ Sopolim medicum celeberrimum, sub quo medicinæ operam dedit; et cum in hac arte excelleret, gratuitam in- D digentibus operam præstabat; ipse interim opificio suo aurifabrili noctu incumbens vitam sustentabat. Antiochiam reversus, a Leontio episcopo diaconus ordinatur, qui dogmata sua in Ecclesia publice docendi ei potestatem fecit. Capita hæreseως potissima fuerunt. Filium esse κτιστόν, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων, et per omnia ἀνόμοιον τῷ Πατρί, ac proinde ἑτεροούσιον, *substantia plane diversum* : unde *athei* cognomen ei merito adhæsit. Reliqua ex Epiphanio. Theodorito, et Niceta Choniate petantur. Famosus esse cœpit maxime circa ann. 359 et sequentem, quando apud Constantium accusatus, quod conscius et particeps fuisset conjurationis Galli, Pepuzam Phrygiæ in exsilium missus est. Sub Juliano episcopatum accepit; cujusnam vero urbis non constat. E vita discessit circa ann. 366. Guil. Cave.



Digitized by Google

ab eruditis. Nam Aristoteles propter sophistas qui ea tempestate philosophiam deridebant, hanc exercitationem conscripsit adolescentibus, artem disserendi per sophisticas ratiocinationes sophistis opponens. Quocirca academici philosophi qui Platonis et Plotini libros exponunt, ea reprehendunt quæ ab Aristotele sunt subtiliter et argute dicta. Verum Aetius, quippe qui academicum præceptorem nactus non esset, ad sophisticas categoriarum argumentationes adhæsit. Quamobrem intelligentia assequi non potuit, quomodo esset ingenita generatio, et qua ratione id quod genitum est, coæternum esset illi qui genuit. Cæterum adeo mediocri doctrina præditus, et sacrarum Litterarum imperitus erat Aetius, et in uno contendendi studio exercitatus : quod quivis etiam agrestis facile consequi possit : ut ne veterum quidem scriptorum qui sacros Christianæ religionis libros interpretati sunt, usum ullum aut peritiam haberet, sed Clementem, et Africanum, atque Origenem, viros omni genere doctrinæ excultos, prorsus aspernaretur. Composuit autem epistolas tum ad imperatorem Constantium, tum ad quosdam alios : in quibus longas texit disputationes, et argumenta sophistica proponit. Quam ob causam ἄθεος est cognominatus. Ac licet eadem cum Arianis et diceret et sentiret, ab iis tamen ipsis qui perplexas ejus argumentationes intelligere non poterant, hæreticus est judicatus. Ob id pulsus eorum ecclesia, hanc speciem præ se tulit, quasi ipse **134** se ab eorum communione sejunxisset. Manentque hactenus ab illo propagati, ii qui olim quidem Aetiani, nunc autem Eunomiani dicuntur. Eunomius enim, qui notarius ejus fuerat, et inanem illam ac verbosam disputandi rationem ab eo didicerat, sectæ illi postea præfuit. Verum de Eunomio uberius suo loco dicturi sumus.

A σόφων τὰ Πλάτωνος καὶ Πλωτίνου ἐκτιθέμενοι, ἐξελέγχουσι τὰ τεχνικῶς παρὰ Ἀριστοτέλους λεγόμενα. Ἀλλὰ Ἀέτιος ἐφεκτικοῦ μὴ τυχὼν διδασκάλου, τοῖς ἐκ τῶν κατηγοριῶν σοφίσμασι συνεπέμεινε. Διὸ οὔτε νοῆσαι δεδύνηται, πῶς ἐστιν ἀγέννητος γέννησις (20), καὶ ὅπως τὸ γενόμενον συναΐδιόν ἐστι τῷ γεννήσαντι. Οὕτω δὲ ἦν ὀλιγομαθὴς ὁ Ἀέτιος, καὶ τῶν ἱερῶν Γραμμάτων ἀμύητος, τὸ ἐριστικὸν δὲ κατωρθώκει μόνον, ὅπερ ἂν καὶ ἄγροικός τις ποιήσειεν, ὡς μήτε τοὺς ἀρχαίους τοὺς τὰ Χριστιανικὰ λόγια ἑρμηνεύσαντας ἀσκηθῆναι, πολλὰ χαίρειν φράσας τοῖς περὶ Κλή- B μεντα, καὶ Ἀφρικανὸν, καὶ Ὠριγένην, ἄνδρας πάσης σοφίας ἐπιστήμονας. Ἐπιστολάς τε συνεκάττυε πρός τὸν βασιλέα Κωνστάντιον, καὶ πρὸς ἑτέρους τινὰς, ἐρεσχελίας συμπλέκων καὶ σοφίσματα μελετῶν. Διὸ καὶ ἐπεκαλεῖτο ὁ Ἄθεος. Ἀλλὰ εἰ καὶ τὰ αὐτὰ τοῖς Ἀρειανίζουσιν ἔλεγεν, ὅμως ὑπὸ τῶν οἰκείων οὐ δυναμένων συνιέναι τὸ περισκελὲς τῶν συλλογισμῶν, ὡς αἱρετικὸς ὁ ὁμόφρων αὐτοῖς ἐνομίζετο. Καὶ διατοῦτο ἐξελαθεὶς τῆς αὐτῶν Ἐκκλησίας, ἔδοξεν αὐτὸς μὴ βούλεσθαι κοινωνεῖν αὐτοῖς. Καὶ νῦν εἰσιν ἐξ ἐκείνου, οἱ τότε μὲν Ἀετιανοὶ, νῦν δὲ Εὐνομιανοὶ προσαγορευόμενοι· χρόνῳ γὰρ ὕστερον Εὐνόμιος, ταχυγράφος ὢν ἐκείνου, καὶ ὑπ' αὐτῷ παιδευθεὶς τὴν αἱρετικὴν λέξιν (21), τοῦ στίφους τούτου προέστη. Περὶ μὲν οὖν Εὐνομίου κατὰ χώραν ἐροῦμεν.

## CAP. XXXVI.

*De synodo Mediolanensi.*

Per idem tempus in Italia convenerunt episcopi, ex orientalibus quidem haud multi, plerosque enim eorum aut senectus, aut itineris longitudo, domi detinuerat. Ex Occidentis autem partibus plures quam trecenti adfuerunt, siquidem imperator præceperat, ut in urbe Mediolano episcoporum synodus

C

## ΚΕΦΑΛ. Λϛ'.

*Περὶ τῆς ἐν Μεδιολάνῳ συνόδου.*

Τότε δὲ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ συνῆλθον ἐπίσκοποι, τῶν μὲν ἀνατολικῶν οὐ σφόδρα πολλοί· ἐπεὶ τοὺς πλείους αὐτῶν τὸ τῆς ἡλικίας γῆρας, καὶ τῆς ὁδοῦ τὸ διάστημα παρεῖναι ἐκώλυσεν. Τῶν δὲ ἑσπερίων, ὑπὲρ τοὺς τριακοσίους (22) ἀπήντησαν. Πρόσταγμα δὲ ἦν τοῦ βασιλέως, ἐν Μεδιολάνῳ ° πόλει ποιεῖσθαι

## VALESII ANNOTATIONES.

*plativi autem philosophi, libros Platonis et Plotini, declarantes ea quæ artificiose ab Aristotele sunt conscripta, redarguunt.* Differunt tamen sceptici philosophi ab ἐφεκτικοῖς, ut species a genere. Duo enim fuerunt genera philosophorum, ut in primo libro scribit Laertius. Alii fuerunt δογματικοί, alii ἐφεκτικοί, id est hæsitantes.

(20) *Πῶς ἐστιν ἀγέννητος γέννησις.* Hoc loco ἀγέννητος ponitur pro ἀνάρχῳ · id est, *principii experte.* Itaque ἀγένητος libentius legerim per simplicem ν, id est, *increata generatio*, vel potius *absque creatione.* Epiphanius Scholasticus legisse videtur ἀγεννήτου. Sic enim vertit : *Quamobrem nec intelligere potuit, quomodo sit ingeniti generatio*, etc. Paulo post scribendum videtur καὶ, ὅπως τὸ γεννώμενον, etc.

(21) *Παιδευθεὶς τὴν αἱρετικὴν λέξιν.* In codice Leonis Allatii legitur τὴν ἐριστικὴν λέσχην, rectius meo quidem judicio. Vulgatam tamen lectionem tuetur Epiphanius Scholasticus, et Suidas in voce Ἀέτιος, ubi hunc Socratis nostri locum describit.

D (22) *Ὑπὲρ τοὺς τριακοσίους.* Idem numerus habetur apud Sozomenum in libro IV, cap. 9. Sed vix credibile est, tantum numerum episcoporum ad hoc Mediolanense concilium convenisse. Potius crediderim mendosos esse tam Socratis, quam Sozomeni codices, et pro τριακοσίους, scribendum esse τριάκοντα. Certe in epistola concilii Mediolanensis missa ad Eusebium Vercellensem episcopum, triginta tantum episcoporum nomina leguntur, qui in damnationem Athanasii, Marcelli atque Photini consenserant. Inter quos quidam etiam Orientis partium episcopi recensentur, ut videre est apud Baronium ad annum Christi 355.

## VARIORUM.

° *Ἐν Μεδιολάνῳ.* Annus 355 rei catholicæ exitiosus fuit; in quo, vi et tyrannica Constantii potestate, religionis jura violata, hæreticis summa rei ecclesiasticæ administrandæ permissa, catholi-

Digitized by Google

τὴν σύνοδον. Καθ' ἣν συνελθόντων, οἱ ἐκ τῆς ἀνατολῆς πρὸ πάντων ψῆφον κοινὴν κατὰ Ἀθανασίου ἐκφέρειν ἠξίουν· ὅπως ἂν τούτου γενομένου, τελέως ἄβατος ἐκείνῳ ἡ Ἀλεξάνδρεια γένηται. Ὡς δὲ ᾔσθοντο Παυλῖνος, ὁ τῆς ἐν Γαλλίᾳ Τριβέρεως (23) ἐπίσκοπος, Διονύσιός τε καὶ Εὐσέβιος, ὧν ὁ μὲν Ἄλβας τῆς Ἰταλῶν μητροπόλεως (24) ἐπίσκοπος ἦν, Εὐσέβιος δὲ Βρεκέλλων, πόλις δὲ αὕτη τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Λιγύων, ὡς ἐπὶ καθαιρέσει τῆς πίστεως τοὺς ἀνατολικοὺς σπεύδειν κυρῶσαι τὸ κατὰ Ἀθανασίου ψήφισμα, ἀναστάντες ἐβόων μακρὰ, δόλον ὑπομένειν καὶ ἀπάτην διὰ τῶν γινομένων τὸν Χριστιανισμόν. Οὐ γὰρ ἀληθῆ τὴν κατὰ Ἀθανασίου μέμψιν ἔλεγον εἶναι, ἀλλ' ἐπὶ παρατροπῇ τῆς πίστεως ταῦτα αὐτοὺς ἐπινοεῖν. Τοιαῦτα κεκραγότων, διαλύεται μὲν τότε τῶν ἐπισκόπων ὁ σύλλογος.

A haberetur. Ibi cum omnes in unum convenissent, ante omnia Orientis episcopi postularunt, ut adversus Athanasium communis omnium sententia promeretur : eo scilicet consilio, ut posthac Alexandriam ingredi penitus ei non liceret. Quod cum intellexisset Paulinus Trevirorum in Gallia episcopus, et Dionysius atque Eusebius : quorum ille Albæ Metropolis Italiæ, hic Vercellæ quæ Liguriæ civitas est, erat episcopus : orientales videlicet id agere ac moliri, ut per confirmationem sententiæ contra Athanasium prolatæ, fides subverteretur : consurgentes graviter vociferari cœperunt, dolum ac fraudem strui Christianæ religioni per ea quæ gerebantur. Neque enim vera esse quæ Athanasio objiciebantur, sed ad fidei destructionem hæc ab illis excogitari. B Quæ cum illi acriter inclamarent, tunc quidem solutum est concilium episcoporum.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΖ'.

*Περὶ τῆς ἐν Ἀριμίνῳ συνόδου, καὶ περὶ τῆς ἐκεῖσε ἐκτεθείσης πίστεως.*

Γνοὺς δὲ ὁ βασιλεὺς, τοὺς μὲν ἐκποδὼν δι' ἐξορίας ποιεῖ· οἰκουμενικὴν δὲ σύνοδον συγκροτεῖν ἐβούλετο, ὅπως ἂν πάντας τοὺς τῆς ἀνατολῆς ἐπισκόπους εἰς τὴν δύσιν ἑλκύσας, ὁμοδόξους, εἰ δύναιτο, τοὺς πάντας ποιήσειεν. Ὡς δὲ αὐτῷ ταῦτα σκεπτομένῳ, χαλεπὰ τὰ τῆς ὁδοῦ κατεφαίνετο, διμερῆ γενέσθαι τὴν σύνοδον αὐτοῖς προσέταξεν. Ἐν Ἀριμίνῳ μὲν τῆς Ἰταλίας, τοὺς τότε παρόντας συνελθεῖν ἐπιτρέψας· τοὺς δὲ ἐν ἀνατολῇ, διὰ γραμμάτων ἐν Νικομηδείᾳ τῆς Βιθυνίας ἀπαντῆσαι ἐκέλευσε (25). Ταῦτα μὲν ὁ βασιλεὺς σκοπῷ τῆς ὁμοφωνίας ἐκέλευσεν. Οὐ μὴν αὐτῷ ὁ σκοπὸς χρηστὴν ἔσχεν ἔκβασιν· οὐδετέρα γὰρ τῶν συνόδων ἑαυτῇ συνεφώνησεν, ἀλλ' ἑκατέρα διῃρέθη. Οὔτε γὰρ οἱ ἐν Ἀριμίνῳ συνελθόντες, ὁμοφωνῆσαι δεδύνηνται· καὶ οἱ τῆς ἀνατολῆς συνελθόντες ἐν Σελευκείᾳ [p] τῆς Ἰσαυρίας, ἕτερον σχίσμα εἰργάσαντο. Ὅπως μὲν οὖν ἕκαστα τούτων ἐγένετο, προϊόντες δηλώσομεν, πρότερον περὶ Εὐδοξίου μικρὰ μνημονεύσαντες. Περὶ γὰρ τόνδε τὸν χρόνον Λεοντίου τελευτήσαντος (26),

## 135 CAP. XXXVII.

*De Ariminensi synodo, et de fidei formula illic promulgata.*

Quod ubi comperit imperator, illos quidem in exsilium ablegavit : generale vero concilium convocare statuit, ut cunctis Orientis episcopis ad Occidentis partes accersitis, universos, si fieri posset, ad unius fidei concordiam adduceret. Sed cum ei talia cogitanti difficultatem afferret itineris longitudo, duas in partes concilium dividi jussit. Et eos quidem qui tum aderant, apud urbem Italiæ Ariminum congregari mandavit : episcopos autem Orientis Nicomediæ, quæ ci- C vitas est Bithyniæ, colligi, datis ad eos litteris præcepit. Et ista quidem imperator concordiæ causa decreverat. Sed ejus consilium felici successu caruit. Neutra enim synodus episcoporum secum ipsa consensit, sed utraque contrarias in partes divisa est. Nam neque episcopi apud Ariminum congregati unius ejusdemque sententiæ esse potuerunt : et orientales apud Seleuciam Isauriæ collecti novum discidium excitavere. Porro qua ratione gesta sint singula, in progressu narrationis declarabimus, si modo pauca prius de Eudoxio dixerimus. Quippe circa id tem-

### VALESII ANNOTATIONES.

(23) *Παυλῖνος ὁ τῆς Τριβέρεως*. Paulinus Trevirensis episcopus non interfuit Mediolanensi concilio, sed Arelatensi, quod ante biennium fuerat congregatum anno Christi 353. Vide Baronium.

(24) *Ὁ μὲν Ἄλβας τῆς Ἰταλῶν μητροπόλεως*. Idem legitur apud Sozomenum. Sed Baronius jam pridem monuit, Albam hic positam esse pro Mediolano. Non enim Alba metropolis fuit Italiæ, sed Mediolanum. Et Dionysius qui tunc Constantio atque Arianis restitit, non Albæ erat episcopus, sed Mediolani, ut testatur Athanasius in epistola ad Solitarios.

D (25) *Ἀπαντῆσαι ἐκέλευσεν*. Post hæc verba in editione Roberti Stephani integra linea erat omissa, quam ex optimis codicibus Florentino ac Sfortiano restitui.

(26) *Λεοντίου τελευτήσαντος*. Mors Leontii Antiochensis episcopi accidit anno Christi 356, Constantio Romæ tum degente, ut recte observat Baronius [q].

### VARIORUM.

cis præsulibus vis illata, oblata exsilii capitisque pericula, nisi Athanasium ferirent anathemate. Mediolanum igitur, ut statutum anno proximo fuerat, convenerunt episcopi. (Cl. monachi Benedict. *Vita Athanasii*.) Hæc tertia synodus ibidem celebrata ab Ant. Pagi memoratur.

p *Ἐν Σελευκείᾳ*. Anno 359, cum Constantius œcumenicam synodum indixisset, orientales Seleuciæ, occidentales Arimini convenerunt. Et quidem Ariminenses episcopi numero circiter quadringenti ; Seleucienses vero centum et sexaginta tantum censentur.

q Verum Athanasius in epistola ad Solitarios, in qua de lapsu Liberii sermonem habet, ait : *Leontius ille castratus, qui Antiochiæ nunc episcopatum tenet*. Quare anno 358, quo Liberius Arianæ formulæ subscripsit, Leontius adhuc in vivis erat, eoque anno decessit. Hinc Philostorgius lib. iv,

Digitized by Google

pus, mortuo Leontio, qui Aetium hæreticum ad diaconatus gradum evexerat, Eudoxius Germaniciæ, quæ et ipsa Syriæ urbs est, episcopus, qui tum Romæ aderat, properandum sibi esse decrevit. Et cum imperatore callide collocutus, quasi Germanicensium civitas solatio ipsius ac providentia indigeret, petiit ut quamprimum illuc redeundi potestas sibi concederetur. Imperator vero nihil doli suspicatus, hominem dimisit. At ille primores regis cubicularios adjutores nactus, relicta civitate sua, episcopatum Antiochiæ per fraudem occupavit; statimque Aetium fovere aggressus est, et collecto episcoporum concilio, omni studio contendit ut diaconatus dignitatem ei restitueret. Verum id nequaquam perfici potuit, propterea quod odium adversus Aetium, Eudoxii erga eumdem studio potentius fuit. Ac de iis quidem hactenus dicta sufficiant. Cæterum cum episcopi apud Ariminum convenissent, orientales **136** quidem se ad concilium venisse dixerunt, nullam prorsus de Athanasii causa mentionem facturos. Eorum studium atque institutum omni ope adjuvabant Ursacius et Valens, qui initio quidem Arianum dogma defenderant, postea vero in consubstantialis fidem consenserant, dato, sicut ante dictum est, libello Romanæ urbis pontifici. Quippe isti semper ad eorum partes transibant, qui plus posse viderentur. Quibus sese adjunxerunt Germinius, Auxentius, Demophilus et Caius. Cum igitur in consessu episcoporum alius aliud proponere conaretur, Ursacius et Valens pro non scriptis habenda esse dixerunt, quæcunque de fide antehac promulgata essent; et suscipiendam esse novissimam illam fidei formulam, quam ipsi paulo ante Sirmii convenientes ediderant. His dictis, chartulam quam præ manibus habebant, legendam curarunt: tertiam scilicet fidei formulam, quam ipsi cum apud Sirmium antea composuissent; illic

ὃς τὸν αἱρετικὸν Ἀέτιον εἰς τὴν διακονίαν προβέβλητο, Εὐδόξιος [r] Γερμανικείας ἐπίσκοπος ὤν, Συρίας δὲ καὶ ἥδε ἡ πόλις, κατὰ τὴν Ῥώμην τότε παρὼν, ἐπείγεσθαι σκέπτεται. Καὶ τῷ βασιλεῖ δολίως διαλέγεται, ὡς χρῃζούσης τῆς Γερμανικέων πόλεως παραμυθίας καὶ φυλακῆς, συγχωρηθῆναι αὐτῷ ταχεῖαν ἐπάνοδον. Οὐδὲν δὲ ὁ βασιλεὺς προειδόμενος, ἀφίησιν αὐτόν. Ὁ δὲ τοὺς τοῦ κοιτῶνος κρατοῦντας ἔχων συνεργοὺς, τὴν Ἀντιοχείας ἐπισκοπὴν ὑπορύξας, τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ἀπέλιπε. Καὶ τὸν Ἀέτιον συγκροτεῖν ἐπειρᾶτο, σπουδήν τε ἐτίθετο συνέδριον ἐπισκόπων καθίσαι, καὶ ἀποδοῦναι αὐτῷ τῆς διακονίας τὴν ἀξίαν (27). Τοῦτο μὲν οὖν οὐδαμῶς ἐγένετο, διότι ἐπικρατέστερον ἦν τὸ κατὰ Ἀετίου μῖσος τῆς Εὐδοξίου σπουδῆς. Τοσαῦτα καὶ περὶ τούτων εἰρήσθω. Τῶν δὲ ἐν τῇ Ἀριμίνῳ συνελθόντων, οἱ μὲν ἀνατολικοὶ, σιγῇ τὰ κατὰ Ἀθανασίου παραπέμψαντες (28) συνεληλυθέναι ἔφασκον. Συνελαμβάνοντο δὲ τῇ τούτων σπουδῇ Οὐρσάκιος καὶ Οὐάλης, οἱ ἐξ ἀρχῆς μὲν τὸ τοῦ Ἀρείου συγκροτήσαντες δόγμα, ἐν τῷ μέσῳ δὲ τῷ ὁμοουσίῳ συνθέμενοι, διὰ τοῦ ἐπιδοθέντος βιβλίου τῷ ἐπισκόπῳ τῆς Ῥώμης, ὥς μοι καὶ πρότερον εἴρηται. Οὗτοι γὰρ ἀεὶ πρὸς τοὺς ἐπικρατοῦντας ἐπέκλινον. Συνελαμβάνοντο δὲ τούτοις Γερμάνιος καὶ Αὐξέντιος, Δημόφιλός τε καὶ Γάϊος. Ὡς οὖν ἐν τῷ συλλόγῳ τῶν παρόντων ἄλλος ἄλλο τι προβάλλεσθαι παρετάττοντο, τηνικαῦτα οἱ περὶ Οὐρσάκιον καὶ Οὐάλεντα πάντα ἔλεγον τὰ περὶ τῆς πίστεως ὑπαγορευθέντα μένειν ἀργά· δέχεσθαι δὲ νεωτέραν ἔκθεσιν, ἣν μικρὸν ἔμπροσθεν ἐν Σιρμίῳ συνελθόντες ἐξέθεντο. Ταῦτα ἔλεγον, καὶ χάρτην μετὰ χεῖρας ἔχοντες, ἀναγινώσκεσθαι πεποιήκασιν. Ἄλλην δὲ ἔκθεσιν πίστεως (29), ἣν ἐν Σιρμίῳ προτυπώσαντες, ἐκεῖ μὲν, ὡς καὶ πρότερον ἔφην, ἐταμιεύσαντο· τότε δὲ ἐν τῇ Ἀριμίνῳ φανερόν τε πεποιήκασιν. Ἥτις ἐκ Ῥωμαϊκοῦ μὲν ἡρμηνεύθη (30)· ἔστι δὲ ἐν τούτοις τοῖς ῥήμασιν· Ἐξ-

## VALESII ANNOTATIONES.

(27) *Ἀποδοῦναι αὐτῷ τῆς διακονίας τὴν ἀξίαν.* Leontius Antiochensis episcopus Aetium primo quidem ad diaconatum evexerat: postea vero reprehensus a Diodoro et Flaviano, quod hominem malis studiis innutritum, et impiorum dogmatum assertorem, ad sacros ordines promovisset, diaconatu eum abdicavit, ut scribit Theodoritus in libro II Historiæ ecclesiasticæ, cap. 24. Eudoxius igitur simul atque Antiochensis Ecclesiæ episcopatum suscepit, Aetium in pristinum gradum restituere conatus est.

(28) *Σιγῇ τὰ κατὰ Ἀθανασίου παραπέμψαντες.* Non dubito quin Socrates scripserit παραπέμψοντες. Quod cum non advertisset Christophorsonus, aliquot verba adjecit contra fidem scriptorum exemplarium, quæ nos non sine causa expunximus. Certe Epiphanius Scholasticus ea non agnoscit. Sic enim vertit: *Eorum igitur qui in Arimino convenerant, orientales, ea quæ de Athanasio gesta sunt, silentio tradentes, ad concilium se accurrisse dicebant.*

(29) *Ἄλλην δὲ ἔκθεσιν πίστεως.* Scribendum est uno ductu absque ulla distinctione: ἀναγινώσκεσθαι πεποιήκασιν ἄλλην ἔκθεσιν πίστεως, quemadmodum legit Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit hunc locum: *Hæc dicentes et chartulam præ manibus habentes, legi fecerunt secundam expositionem fidei Sirmii prolatam, quam ibi quidem, sicuti prædixi, celaverunt: Arimini autem ostensa est.* Paulo post lego, φανερὰν πεποιήκασιν.

(30) *Ἥτις ἐκ Ῥωμαϊκοῦ μὲν ἡρμηνεύθη.* Jam superius observavi tertiam hanc expositionem fidei ex Græco sermone translatam non fuisse, sed Græce dictatam a Marco Arethusio. Certe Athanasius, qui eam refert in libro De synodis, eam ex Græco in Latinum sermonem conversam esse non dicit, cum tamen ubi aliquod monumentum ex Latina lingua

## VARIORUM.

cap. 3, lapsum et restitutionem Liberii memorat, et capite sequenti ait, *mortuo Leontio Antiochenæ urbis episcopo, Eudoxium ex urbe Germanicia translatum esse.* Fallitur ergo Valesius, qui obitum Leontii ad annum 356 pertinere dicit. (Ant. Pagi ad ann. 356, n. 15.)

[r] *Εὐδόξιος.* Eudoxius primo Germaniciæ, postea Antiochiæ, ultimo Constantinopoleos episcopus, eadem prorsus cum Eunomio sensit, ut docet Theodoretus in *Hæreticis fabulis.*

Digitized by Google

ἐκτέθη πίστις ἡ καθολικὴ ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ δεσπότου ἡμῶν Κωνσταντίου, ἐν ὑπατείᾳ Φλαβίου Εὐσεβίου καὶ Ὑπατίου [s] τῶν λαμπροτάτων, ἐν Σιρμίῳ τῇ πρὸ ἕνδεκα καλανδῶν Ἰουνίων. Πιστεύομεν εἰς ἕνα τὸν μόνον καὶ ἀληθινὸν Θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα, κτίστην καὶ δημιουργὸν τῶν πάντων· καὶ εἰς ἕνα μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, καὶ πρὸ πάσης ἀρχῆς, καὶ πρὸ παντὸς ἐπινοουμένου χρόνου, καὶ πρὸ πάσης καταληπτῆς ἐπινοίας (31), γεγεννημένον ἀπαθῶς ἐκ τοῦ Θεοῦ, δι' οὗ οἵ τε αἰῶνες κατηρτίσθησαν, καὶ τὰ πάντα ἐγένετο· γεγεννημένον δὲ μονογενῆ, μόνον ἐκ μόνου ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, ὅμοιον τῷ γεννήσαντι αὐτὸν Πατρὶ κατὰ τὰς Γραφάς· οὗ τὴν γέννησιν οὐδεὶς ἐπίσταται, ἢ μόνος ὁ γεννήσας αὐτὸν Πατήρ. Τοῦτον ἴσμεν τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Υἱὸν, νεύματι πατρικῷ παραγενόμενον ἐκ τῶν οὐρανῶν εἰς ἀθέτησιν τῆς ἁμαρτίας· καὶ γεννηθέντα ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου, καὶ ἀναστραφέντα μετὰ τῶν μαθητῶν, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκονομίαν πληρώσαντα κατὰ τὴν πατρικὴν βούλησιν· σταυρωθέντα καὶ ἀποθανόντα, καὶ εἰς τὰ καταχθόνια κατελθόντα [t], καὶ τὰ ἐκεῖσε οἰκονομήσαντα· ὃν πυλωροὶ ᾅδου ἰδόντες ἔφριξαν· καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ καὶ ἀναστραφέντα μετὰ τῶν μαθητῶν. Καὶ τεσσαράκοντα ἡμερῶν πληρουμένων, ἀναληφθέντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρός· καὶ ἐλευσόμενον τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ δόξῃ τῇ πατρικῇ, ἀποδιδόντα ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Καὶ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ὃ αὐτὸς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Υἱὸς Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπηγγείλατο πέμψαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, τὸν παράκλητον, κατὰ τὸ γεγραμμένον· *Ἀπέρχομαι πρὸς τὸν Πατέρα μου· καὶ, Παρακαλέσω τὸν Πατέρα μου, καὶ ἄλλον παράκλητον πέμψει ὑμῖν, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας. Ἐκεῖνος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ διδάξει καὶ ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα.* Τὸ δὲ ὄνομα τῆς οὐσίας διὰ τὸ ἁπλούστερον ὑπὸ τῶν Πατέρων τεθεῖσθαι, ἀγνοούμενον δὲ ὑπὸ τῶν λαῶν, σκάνδαλον φέρειν, διὰ τὸ μήτε τὰς Γραφὰς τοῦτο περιέχειν, ἤρεσε τοῦτο περιαιρεθῆναι καὶ παντελῶς μηδεμίαν μνήμην οὐ-

A quidem occultam tenuerunt, uti superius commemoravi; tunc temporis vero Arimini publicarunt. Hæc autem ex Latino sermone in Græcum conversa sic habet : Exposita est fides catholica præsente domino nostro Constantio, Flavio Eusebio et Hypatio viris clarissimis consulibus, Sirmii die undecimo Kalendas Junias. Credimus in unum solum ac verum Deum, Patrem omnipotentem, creatorem conditoremque omnium; et in unum Filium Dei unigenitum, qui ante omnia sæcula, ante omne principium et omne tempus quod intelligentia percipi potest, ante omnem denique comprehensibilem notionem, sine passione genitus est ex Deo; per quem et sæcula condita, et omnia facta sunt : qui genitus est ex Patre unigenitus, solus ex solo, Deus B ex Deo, similis Patri qui ipsum genuit, secundum Scripturas : cujus generationem nemo novit, nisi Pater qui ipsum genuit. Hunc unigenitum Filium Dei, nutu paterno e cœlo in terras advenisse scimus ad peccatum abolendum, et ex Maria Virgine natum, versatum cum discipulis, juxta Patris voluntatem omnem dispensationem adimplevisse, **137** crucifixum et mortuum esse, et ad inferos descendentem, quæ illic agenda erant disposuisse. Quem conspicati inferorum janitores tremuerunt. Qui tertia post die resurrexit, et cum discipulis suis versatus est. Et completis quadraginta diebus ascendit ad cœlum, sedetque ad dexteram Patris; et novississimo die venturus est in gloria Patris, ut unicuique reddat mercedem operum suorum. Et in C Spiritum sanctum, quem unigenitus ipse Dei Filius Jesus Christus missurum se promisit generi humano, consolatorem et advocatum, sicut scriptum est : *Vado ad Patrem meum* [56]; et, *Rogabo illum : ipse vero alium consolatorem mittet vobis, Spiritum veritatis. Ille accipiet a me, et docebit vos ac suggeret omnia* [57]. Nomen vero substantiæ quod a Patribus simplicius positum, a populo vero minime intellectum, offensioni est plurimis, propterea quod in Scripturis non continetur, placuit omnino remo-

[56] Joan. xx, 17. [57] Joan. xiv, 16, 17, 26; xvi, 14, 15.

## VALESII ANNOTATIONES.

in Græcam translatum adducit, lectorem ea de re admonere perpetuo soleat [u]. Porro hæc verba quæ initio posui, usque ad vocem ῥήμασιν, desunt in editione Roberti Stephani; nec habentur apud Epi- D phanium Scholasticum.

(31) *Πρὸ πάσης καταληπτῆς ἐπινοίας.* Apud Athanasium in libro De synodis, pag. 875, legitur καταληπτῆς οὐσίας.

## VARIORUM.

[s] *Φλαβίου Εὐσεβίου καὶ Ὑπατίου.* Apud Athanasium De synodis Arim. et Seleuc., pag. 721, ubi hæc fidei professio occurrit, legitur Φλαυΐων, recte : erant quippe Eusebius et Hypatius fratres, atque adeo Flavii appellabantur ambo; quorum soror erat Eusebia, Constantis conjux. (Cl. monachi Benedict. in Athanas. Vol. II, p. 721.)

[t] *Σταυρωθέντα, καὶ ἀποθανόντα καὶ εἰς τὰ καταχθόνια κατελθόντα.* In veteribus Socratis editis, ut observarunt monachi Benedictini, legitur σταυρωθέντα καὶ παθόντα καὶ ἀποθανόντα. Porro hæc prima ex omnibus a Socrate recensitis fidei regulis, habet articulum de descensu ad inferos; qui iterum occurrit in Symbolo Constantinopolitano, c. 41 hujus libri.

[u] At non adeo firmum est hoc Valesii argumentum : in Apologia quippe ad Constantium imp. pag. 309, epistolam affert S. Athanasius ex Latino Græce versam, non tamen illud indicat. Certum videtur, hanc ipsam esse fidei formulam quæ a Marco Arethusio dictata est, cujusque subscriptiones habentur apud Epiphanium hær. 73, num. 22. Græcene autem an Latine primo fuerit edita, ambiguum. (Cl. Benedict. in Athanas. loco citato.)

Digitized by Google

veri, nec ullam deinceps, cum de Deo sermo est, substantiæ fieri mentionem, quoniam Scripturæ sacræ nusquam meminerunt substantiæ Patris et Filii. Filium vero per omnia similem Patri dicimus, quemadmodum sanctæ Scripturæ dicunt ac docent. Quibus recitatis, ii quibus ista non placebant, consurgentes dixerunt : « Non propterea huc venimus quod egeremus fide ; eam enim integram servamus quam a majoribus accepimus, sed idcirco venimus, ut si qua novitas circa illam emerserit, eam reprimamus. Quamobrem si ea quæ recitata sunt, nihil habent novitatis, aperte jam anathemati subjicite hæresim Arianam, quemadmodum et alias hæreses vetus Ecclesiæ regula tanquam impias rejecit. Impium enim Arii dogma tumultus ac seditiones ad hunc usque diem in Ecclesia excitavisse, orbi terrarum manifestissimum est. » Hæc conditio cum ab Ursacio, Valente, Germinio, Auxentio, Demophilo et Caio non admitteretur, penitus divulsit Ecclesiam. Etenim isti quidem ea quæ tum in synodo Ariminensi recitata fuerant, amplexi sunt : alii vero Nicænam fidem denuo confirmarunt. Inscriptionem autem illam quæ præfixa erat fidei supra recitatæ, magnopere deriserunt. At præcipue Athanasius in **138** epistola ad familiares, ubi ad verbum ita scribit : « Quid enim deerat doctrinæ Ecclesiæ catholicæ ad pietatem, ut nunc de fide inquirant, et præsentium temporum consulatum expositioni fidei suæ præfigant ? Ursacius enim et Valens atque Germinius id fecere, quod nec factum, nec auditum est unquam apud Christianos. Nam cum eam fidem perscripsissent quam ipsi amplecti volebant, consulatum præsentis anni, et mensem ac diem prænotaverunt, ut omnibus prudentibus viris palam facerent, fidem ipsorum non olim, sed nunc primum sub Constantio initium accepisse. Quippe illi suam ipsorum hæresim spectantes, cuncta scripsere. Præterea cum de Domino se scribere præ se

A σίας ἐπὶ Θεοῦ εἶναι τοῦ λοιποῦ, διὰ τὸ τὰς θείας Γραφὰς μηδαμοῦ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ οὐσίας μεμνῆσθαι. Ὅμοιον δὲ λέγομεν τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ κατὰ πάντα (32), ὡς αἱ ἅγιαι Γραφαὶ λέγουσίν τε καὶ διδάσκουσιν. Τούτων ἀναγνωσθέντων, διαναστάντες οἷς ταῦτα οὐκ ἤρεσκεν ἔφασαν· « Οὐ δεόμενοι πίστεως ἐνταῦθα συνεληλύθαμεν· ὑγιῆ γὰρ φυλάττομεν, ἣν ἐξ ἀρχῆς παρειλήφαμεν· ἀλλ' ἵνα, εἴ τις περὶ ταύτην καινοτομία γένοιτο, ταύτην κωλύσωμεν. Εἰ οὖν τὰ ἀναγνωσθέντα μηδὲν καινοτομεῖ, φανερῶς ἤδη τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν ἀναθεματίσατε, καθ' ὃν τρόπον καὶ τὰς ἄλλας αἱρέσεις ὁ παλαιὸς κανὼν τῆς Ἐκκλησίας ὡς βλασφήμους ἐξέβαλεν. Ὅτι γὰρ τὸ βλάσφημον Ἀρείου δόγμα τοὺς θορύβους τῆς Ἐκκλησίας καὶ τὰς ἄχρι νῦν γινομένας ἐκίνησε ταραχὰς,
B τοῦτο τῇ οἰκουμένῃ δῆλον καθέστηκεν. » Αὕτη ἡ πρότασις ἡ ὑπὸ τῶν περὶ Οὐρσάκιον καὶ Οὐάλεντα, Γερμάνιόν τε καὶ Αὐξέντιον, καὶ Δημόφιλον καὶ Γάϊον μὴ δεχθεῖσα, τελέως τὴν Ἐκκλησίαν διέσπασεν. Οὗτοι μὲν γὰρ τοῖς τότε κατὰ τὴν ἐν Ἀριμίνῳ ἀναγνωσθεῖσι προσέθεντο· οἱ δὲ τὴν ἐν Νικαίᾳ αὖθις ἐκύρωσαν. Κατεγέλασαν δὲ καὶ τῆς προγραφῆς τῶν ἀναγνωσθέντων· μάλιστα δὲ Ἀθανάσιος (33), δι' ὧν πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ γνωρίμους ἐπιστέλλων, τοιάδε κατὰ λέξιν φησίν· « Τί γὰρ ἔλειπε διδασκαλίας εἰς εὐσέβειαν τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ, ἵνα νῦν περὶ πίστεως ζητῶσι, καὶ τὴν ὑπατείαν τῶν παρόντων χρόνων προτάσσωσι τῶν παρ' αὐτῶν ἐκτιθεμένων ῥημάτων δῆθεν περὶ πίστεως ; Οὐρσάκιος γὰρ καὶ Οὐάλης καὶ Γερμάνιος [v] πεποιήκασιν, ὃ μήτε γέγονεν, μήτε
C ἠκούσθη ποτὲ παρὰ Χριστιανοῖς. Γράψαντες γὰρ ὡς ἤθελον αὐτοὶ πιστεύειν, προέταξαν τὴν ὑπατείαν, καὶ τὸν μῆνα, καὶ τὴν ἡμέραν τοῦ παρόντος χρόνου, ἵνα δείξωσι πᾶσι τοῖς φρονίμοις, ὅτι μὴ πρότερον, ἀλλὰ νῦν, ἐπὶ Κωνσταντίου, ἀρχὴν ἔχει τούτων ἡ πίστις. Πάντες γὰρ πρὸς τὴν ἰδίαν αἵρεσιν βλέποντες (34) ἔγραφον. Πρὸς τούτοις περὶ τοῦ Κυρίου προσποιούμενοι γράφειν, ἄλλον δεσπότην ἑαυτῶν

## VALESII ANNOTATIONES.

(32) *Ὅμοιον δὲ λέγομεν τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ κατὰ πάντα.* Hanc postremam partem Sirmiensis hujus formulæ refert Germinius in epistola ad Rufianum, Palladium et cæteros, his verbis : *Nam sub bonæ memoriæ Constantio imperatore, quando inter quosdam cœperat esse de fide dissensio, in conspectu ejusdem imperatoris, præsentibus Georgio episcopo Alexandrinorum Ecclesiæ, Pancratio Pelusianorum, Basilio episcopo tunc Anquiritano, præsente etiam ipso Valente et Ursacio, et mea parvitate, post habitam usque in noctem de fide disputationem, et ad certam regulam perductam, Marcum ab omnibus nobis electum fidem dictasse; in qua fide sic conscriptum est : Filium similem Patri per omnia, ut sanctæ dicunt et docent Scripturæ. Cujus integræ professioni consensimus omnes, et manu nostra subscripsimus.* Exstant eorum subscriptiones apud Epiphanium in hæresi Semiarianorum capite 22, quæ huic formulæ subjungi debent. Ejusdem Sirmiensis formulæ mentio fit in expositione fidei apud Seleuciam, quam refert Epiphanius in dicta hæresi capite 25 : Ὅτι δὲ ταύτῃ τῇ πίστει ἰσοδυναμεῖ καὶ ἡ ἐν Σιρμίῳ πρώην ἐκτεθεῖσα πίστις, ἐπὶ τῆς εὐσεβείας τοῦ βασιλέως ἡμῶν, γνωρίζουσιν οἱ ἐντυγχάνοντες τῇ πίστει, ᾗ ὑπέγραψαν οἱ παρόντες, Βασίλειος, Μάρκος, καὶ Γεώργιος ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος,
D Παγκράτιος, καὶ Ὑπατιανὸς, καὶ οἱ πλεῖστοι ἐπίσκοποι τῆς δύσεως. *Porro cum hac fidei formula eam, quæ Sirmii nuper exposita est coram religiosissimo imper. nostro Constantio, prorsus consentire, norunt qui fidem illam legerint, cui subscripserunt qui aderant, Basilius, Marcus, Georgius episcopus Alexandriæ, Pancratius et Hypatianus et plurimi Occidentis episcopi.*

(33) *Μάλιστα δὲ Ἀθανάσιος.* Locus Athanasii quem affert Socrates, exstat initio epistolæ De synodis Arimini et Seleuciæ.

(34) *Πάντες γὰρ πρὸς τὴν ἰδίαν αἵρεσιν βλέποντες.* Scribendum est πάντα γὰρ, ex Athanasio.

## VARIORUM.

[v] *Γερμάνιος.* Athanasius habet Γερμίνιος, quod et Valesius in versione expressit. Alii Γερμήνιος.

Digitized by Google

ὀνομάζουσι Κωνστάντιον [x]. Αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ τὴν δυναστείαν τῆς ἀσεβείας αὐτοῖς παρέχων. Καὶ αἰώνιον δὲ αὐτὸν βασιλέα εἰρήκασιν (35), οἱ τὸν Υἱὸν ἀΐδιον ἀρνούμενοι· οὕτως εἰσὶ πρὸς ἀσέβειαν χριστομάχοι. Ἀλλ' ἴσως ἐστὶν αὐτοῖς πρόφασις τῆς ὑπατείας, ἡ τῶν ἁγίων προφητῶν χρονογραφία. Ἀλλὰ κἂν τοῦτο τολμήσωσιν εἰπεῖν, πολὺ τὴν ἀμαθίαν ἑαυτῶν ἐξαγγέλλουσιν (36). Αἱ μὲν γὰρ τῶν ἁγίων προφητεῖαι χρόνων ἔχουσι μνήμην. Καὶ Ἡσαΐας μὲν καὶ Ὠσηὲ ἐν ἡμέραις Ὀζίου καὶ Ἰωάθαμ καὶ Ἄχαζ καὶ Ἐζεκίου γεγόνασιν· Ἱερεμίας δὲ, ἐν ἡμέραις Ἰωσίου· Ἰεζεκιὴλ δὲ καὶ Δανιὴλ, ἐπὶ Κύρου καὶ Δαρείου. Καὶ ἄλλοι ἐν ἄλλοις χρόνοις ἐπροφήτευσαν, οὐ τῆς θεοσεβείας ἀρχὴν καταβαλλόμενοι. Ἦν γὰρ καὶ πρὸ αὐτῶν, καὶ ἀεὶ, καὶ πρὸ καταβολῆς κόσμου, ταύτην ἡμῖν ὁ Θεὸς ἐν Χριστῷ προητοίμασεν. Οὐδὲ τῆς αὐτῶν πίστεως τοὺς χρόνους ἐσήμαινον· ἦσαν γὰρ καὶ πρὸ τούτων τῶν χρόνων αὐτοὶ πιστοί· ἀλλὰ τῆς δι' αὐτῶν ἐπαγγελίας ἦσαν οἱ χρόνοι. Ἡ δὲ ἐπαγγελία προηγουμένως μὲν περὶ τῆς ἐπιδημίας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν. Ἐπακολούθημα δὲ περὶ τῶν ἐσομένων τῷ Ἰσραὴλ καὶ τοῖς ἔθνεσι· καὶ ἦσαν οἱ χρόνοι σημαινόμενοι, οὐχ ἀρχὴ πίστεως, καθὰ προεῖπον, ἀλλ' αὐτῶν τῶν προφητῶν, καθ' οὓς αὐτοὶ γενόμενοι, ταῦτα προεφήτευον. Οὗτοι δὲ οἱ νῦν σοφοὶ, οὐχ ἱστορίας ἐξηγούμενοι, οὐδὲ τὰ μέλλοντα προλέγοντες, ἀλλὰ γράψαντες, Ἐξετέθη ἡ πίστις ἡ καθολικὴ, εὐθὺς προσέθηκαν καὶ τὴν ὑπατείαν καὶ τὸν μῆνα καὶ τὴν ἡμέραν. Ὥσπερ οἱ ἅγιοι τῶν ἱστοριῶν καὶ τῆς ἑαυτῶν διακονίας τοὺς χρόνους ἔγραφον, οὕτως οὗτοι τῆς ἑαυτῶν πίστεως τὸν χρόνον σημαίνουσι. Καὶ εἴθε περὶ τῆς ἑαυτῶν ἔγραφον· νῦν γὰρ ἤρξαντο· καὶ μὴ ὡς περὶ τῆς καθολικῆς ἐπεχείρουν· οὐ γὰρ ἔγραψαν, Οὕτω πιστεύομεν, ἀλλ' ὅτι Ἐξετέθη ἡ καθολικὴ πίστις. Τὸ μὲν οὖν τολμηρὸν τῆς προαιρέσεως ἐλέγχει τὴν ἀθεΐαν [y] αὐτῶν. Τὸ δὲ καινὸν ἐπινόημα τῆς γραφῆς ἴσον ἐστὶ τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως. Οὕτω γὰρ γράψαντες ἐδίδαξαν (37), πότε μὲν ἤρξαντο πιστεύειν αὐτοί. Ἀπὸ δὲ τοῦ νῦν βούλονται τὴν πίστιν αὐτῶν καταγγέλλεσθαι. Καὶ ὥσπερ κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν Λουκᾶν, ἐτέθη δόγμα περὶ τῆς ἀπογραφῆς, πρότερον μὲν οὐκ ἦν, ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν ἐκείνων ἤρξατο εἶναι, καὶ ἐτέθη παρὰ τοῦ γράψαντος· οὕτω καὶ οὗτοι γράψαντες, Ἐξετέθη

A ferrent, alium dominum suum nominarunt, Constantium scilicet. Hic enim vim ac potentiam impietati ipsorum subministrabat. Sed et illum imperatorem æternum appellarunt, ipsi qui Filium Dei sempiternum esse negant : adeo præ impietate infensi sunt hostes Christi. Sed fortasse sanctorum prophetarum chronographia exemplum illis præbuit ad consules prænotandos. Verum si hoc ausi fuerint dicere, insicitiam suam eo maxime prodent. Sanctorum enim prophetiæ mentionem temporum faciunt. Isaias quidem et Osee temporibus Osiæ, Joatham, Achas et Ezechiæ vixerunt : Jeremias vero temporibus Josiæ : Ezechiel autem et Daniel Cyro et Dario regnantibus. Alii præterea aliis temporibus prophetarunt : non illi religionis fundamenta jacientes. B Hæc enim ante illorum tempora jam erat : et semper, adeoque ante ipsam mundi constitutionem fuit, quam Deus nobis per Christum præparavit. Nec fidei suæ tempus designarunt : quippe qui ante illa jam tempora fideles fuissent. Sed tempora illa sunt promissionis quæ per ipsos fiebat. Promissionis autem primum ac præcipuum caput erat de Servatoris nostri adventu. Appendicis autem loco subnectebantur ea quæ Judæis ac gentibus erant eventura. Proinde tempora ab illis prænotata non fidei initium designabant, sicut antea dixi, sed ipsorum prophetarum ætatem, qua singuli vaticinari cœperant. At isti nostri temporis sapientes, cum nec historias scribant, nec futura prædicant, ubi dixerunt : Exposita est fides catholica, C statim consules adjiciunt et mensem ac diem. Et quemadmodum viri sancti rerum gestarum ac ministerii sui tempora scripserunt : ita isti fidei suæ tempus adnotant. Atque utinam de sua duntaxat fide scripsissent : nunc enim primum ipsi credere cœperunt : ac non de catholica fide id ausi essent scribere. Non enim scripserunt : Ita nos **139** credimus, sed hoc modo : Exposita est fides catholica. Itaque consilii hujus temeritas atque audacia imperitiam illorum coarguit : novitas autem scriptionis ab illis excogitatæ par omnino est Arianæ perfidiæ. Etenim ita scribentes, omnibus ostenderunt quandonam primum cœperint credere, et exinde fidem suam prædicari velint. Et quemadmodum

## VALESII ANNOTATIONES.

(35) *Καὶ αἰώνιον δὲ αὐτὸν βασιλέα εἰρήκασιν.* Hunc enim titulum habet expositio fidei Sirmiensis : Ἐξετέθη ἡ πίστις ἡ καθολικὴ ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ δεσπότου ἡμῶν τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ καλλινίκου βασιλέως Κωνσταντίου Αὐγούστου τοῦ αἰωνίου σεβαστοῦ, etc., ut legitur apud Athanasium in libro supra citato. Quæ verba ideo hic ascripsi, quod Socrates noster eamdem formulam referens, titulos istos prætermisit. Cæterum Constantius adeo credulus fuit hujusmodi assentationibus, ut D in edictis et epistolis de se ipso loquens, æternitatem suam interdum diceret, ut testatur Ammianus Marcellinus in libro xv, haud procul ab initio.

(36) *Τὴν ἀμαθίαν ἑαυτῶν ἐξαγγέλλουσιν.* In codice Leonis Allatii scriptum est ἐξαγγελοῦσιν, quod magis probo. Paulo post pro τὰς ἐπαγγελίας, codex Allatii et Athanasius habent ἀπαγγελίας.

(37) *Οὕτω γὰρ γράψαντες ἐδίδαξαν.* Rectius apud Athanasium scribitur ἔδειξαν.

## VARIORUM.

[x] *Ἑαυτῶν ὀνομάζουσι Κωνστάντιον.* Athanasii editio Benedict. legit, ὀνομάζουσι ἑαυτοῖς Κωνστάντιον. Confer hæc cum iis quæ apud Sozomenum leguntur, lib. iv, cap. 17.

[y] *Ἐλέγχει τὴν ἀθεΐαν.* Pro ἀθεΐαν, edit. Benedict. Athanasii habet ἀμαθίαν, cujus sensum Valesius in versione expressit.

Digitized by Google

cum evangelista Lucas ait : Propositum est edictum de censu : istud quidem edictum antea non erat, ab illis autem temporibus cœpit esse, et propositum est ab illo qui id scripserat : ita cum isti scribunt : Exposita nunc est fides, declarant recentem esse sententiam hæreseos ipsorum, nec anteriori tempore exstitisse. Quod vero nomen addunt Catholicæ, non sentiunt se imprudentes labi in amentiam Cataphrygarum : ut quemadmodum illi, sic etiam ipsi dicant : Nobis primum revelata est, et a nobis incepit fides Christianorum. Et quemadmodum illi Maximillam atque Montanum, sic isti pro Christo Constantium sibi dominum asciscunt. Quod si juxta illorum sententiam ab hoc consulatu initium fides accepit ; quid facient Patres ac beati martyres ? Quid ipsi facturi sunt iis quos in fide instituerunt, et qui ante istos consules mortui sunt ? Qua ratione eos ad vitam revocabunt, ut quæ ipsi docuerunt, ea nunc ex eorum animis evellant, et ista quæ nunc primum invenisse se scribunt, illis inserant ? Adeo sunt imperiti ac rudes, nec quidquam aliud norunt quam excusationes confingere, easque indecoras et improbabiles, quæ illico rebus ipsis confutentur. » Hæc sunt quæ Athanasius in epistola ad familiares suos scripsit. Poterunt autem studiosi, ubi epistolam ipsam nacti fuerint, quæcunque illic graviter sunt ab auctore dicta, cognoscere. Nos enim brevitatis studio, partem duntaxat illius epistolæ hoc loco posuimus. Porro sciendum est, Ursacium, Valentem, Auxentium cum Germinio, Caio atque Demophilo, a synodo fuisse depositos, eo quod Arianam hæresim anathemate damnare noluissent. Quam quidem depositionem cum isti ægro animo ferrent, ocius ad imperatorem properarunt, eam fidei formulam quæ in synodo perlecta fuerat, secum deferentes. Synodus vero ea quæ decreverat, imperatori per epistolam significavit : quæ ex Latino sermone in Græcum translata hunc continet sensum,

νῦν ἡ πίστις, ἔδειξαν ὅτι νεώτερον τὸ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν ἐστι φρόνημα, καὶ οὐκ ἦν πρότερον. Εἰ δὲ προστιθέασι τῆς Καθολικῆς, ἔλαθον ἑαυτοὺς πεσόντες εἰς τὴν παρανομίαν (38) τῶν ἀπὸ Φρυγίας· ὥστε καὶ αὐτοὺς κατ' ἐκείνους εἰπεῖν, « Ἡμῖν πρῶτον ἀπεκαλύφθη καὶ ἀφ' ἡμῶν ἡ πίστις ἄρχεται τῶν Χριστιανῶν »· καὶ ὥσπερ ἐκεῖνοι Μαξίμιλλαν καὶ Μοντανὸν, οὕτως οὗτοι ἀντὶ τοῦ Χριστοῦ, δεσπότην Κωνστάντιον ἐπιγράφονται. Εἰ δὲ κατ' αὐτοὺς ἀπὸ τῆς νῦν ὑπατείας ἀρχὴν ἡ πίστις ἔχει, τί ποιήσουσιν οἱ Πατέρες, καὶ οἱ μακάριοι μάρτυρες; Τί δὲ καὶ αὐτοὶ ποιήσουσι τοὺς παρ' αὐτῶν κατηχηθέντας, καὶ πρὸ τῆς ὑπατείας ταύτης κοιμηθέντας; Πῶς αὐτοὺς ἐγείρουσιν, ἵνα ἃ μὲν ἔδοξαν δεδιδαχέναι, τούτους ἀπαλείψωσιν· ἃ δὲ νῦν ὡς ἐφευρόντες ἔγραψαν, ἐπισπείρωσιν αὐτοῖς; Οὕτως εἰσὶν ἀμαθεῖς, μόνον εἰδότες πλάττειν προφάσεις, καὶ ταύτας ἀπρεπεῖς καὶ ἀπιθάνους, ἐχούσας εὐθὺς τὸν ἔλεγχον. » Τοιαῦτα μὲν Ἀθανάσιος τοῖς ἑαυτοῦ γνωρίμοις ἐπέστελλεν. Ἐξέστω δὲ τοῖς φιλομαθέσιν ἀναζητήσασι τὴν ἐπιστολὴν, γνῶναι τὰ ἐν αὐτῇ δυνατῶς εἰρημένα. Ἡμεῖς γὰρ μέρος αὐτῆς ἐνταῦθα παρατεθείκαμεν, τὸ μῆκος παραιτησάμενοι. Ἰστέον δὲ, ὅτι ἡ σύνοδος καθεῖλε τοὺς περὶ Οὐάλεντα καὶ Οὐρσάκιον, Αὐξέντιόν τε καὶ Γερμάνιον καὶ Γάϊον καὶ Δημόφιλον, ὅτι τὴν Ἀρειάνιον δόξαν ἀναθεματίσαι οὐ κατεδέξαντο. Διὸ οὗτοι μὲν, ἀγανακτοῦντες ἐπὶ τῇ καθαιρέσει, πρὸς τὸν βασιλέα ταχέως ἀνέδραμον, ἐπικομιζόμενοι τὴν ἀναγνωσθεῖσαν ἐν τῇ συνόδῳ τῆς πίστεως ἔκδοσιν· ἡ σύνοδος δὲ δι' ἐπιστολῆς γνώριμα τὰ ὑπ' αὐτῆς γνωσθέντα καθίστη τῷ βασιλεῖ. Ἧς ἐκ Ῥωμαϊκῶν μεταβληθείσης, ἥδε ἐστὶν ἡ διάνοια·

*Epistola synodi Ariminensis ad imperatorem Constantium.*

Jubente Deo et præcepto pietatis vestræ **140** credimus esse dispositum, ut ad Ariminensium locum ex diversis provinciis occidentalium episcopi veniremus : ut et fides claresceret omnibus Ecclesiæ catholicæ, et hæretici noscerentur. Dum enim omnes qui recte sapimus, contractaremus, placuit

*Ἐπιστολὴ* [z] *τῆς ἐν Ἀριμίνῳ συνόδου πρὸς τὸν βασιλέα Κωνστάντιον.*

Ἔκ τε τῆς τοῦ Θεοῦ κελεύσεως (39), καὶ τῆς σῆς εὐσεβείας προστάγματος, τὰ πάλαι δογματισθέντα γεγενῆσθαι πιστεύομεν· εἰς γὰρ Ἀρίμινον ἐκ πασῶν τῶν πρὸς δύσιν πόλεων, εἰς τὸ αὐτὸ πάντες ἐπίσκοποι συνήλθομεν· ἵνα καὶ ἡ πίστις τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας γνωρισθῇ [a], καὶ οἱ τἀναντία φρονοῦντες ἔκδη-

## VALESII ANNOTATIONES.

(38) *Εἰς τὴν παρανομίαν*. Melius apud Athanasium legitur, εἰς τὴν παράνοιαν τῶν ἀπὸ Φρυγίας. Montanistas enim intelligit, quibus insania ac dementia merito attribui solet.

(39) *Ἔκ τε τῆς τοῦ Θεοῦ κελεύσεως*. Hæc epistola Ariminensis concilii exstat Latine apud Hilarium inter fragmenta libri De synodis, unde nos versionis loco eam hic ascripsimus. Nemini porro mirum videri debet, quod Græca interpretatio a Latino exemplari tantopere discrepet. Ita enim a Græcis interpretibus fieri solet, quoties Latina in Græcum sermonem convertunt, quemadmodum perspici potest ex epistolis imperatorum, quæ in Eusebii Historia ecclesiastica leguntur. Sed cur aliunde exempla repetimus, quam ex hac epistola, in qua tot fere menda interpretis occurrunt, quot periodi? Principium autem hujus epistolæ ita vulgo legitur apud Hilarium : *Lubente Deo ex præcepto pietatis tuæ credimus fuisse dispositum*, etc. Sed in manuscripto codice quo usus est Jacobus Sirmondus legitur : *Jubente Deo*, etc. Quomodo etiam legit Græcus interpres, quem nos hic secuti sumus. Nec immerito suspicari aliquis possit, *jubente Deo* scriptum esse pro *juvante*.

## VARIORUM.

[z] *Ἐπιστολή*. Exstat hæc epistola apud Athanas. De synodis, pag. 723 ; Sozomen. lib. IV, cap. 18; Theodoritum lib. II, cap. 19; Nicephorum lib. IX, cap. 40.

[a] *Ἵνα καὶ ἡ πίστις τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας γνωρισθῇ*. Haud aliter apud Athanas., Sozom., Theodorit. et Nicephorum legitur. Dubitari tamen non potest, quin S. Hilarius legerit, ταῖς καθολι-

λοι γένωνται. Ὡς γὰρ ἐπὶ πλεῖστον διασκοποῦντες A εὑρήκαμεν, ἀρεστὸν ἐφάνη, τὴν πίστιν τὴν ἔκπαλαι διαμένουσαν, ἣν καὶ οἱ προφῆται καὶ τὰ Εὐαγγέλια, καὶ οἱ ἀπόστολοι διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκήρυξαν, τοῦ καὶ τῆς σῆς βασιλείας φρουροῦ καὶ τῆς σῆς ῥώσεως προστάτου· ἵνα ταύτην κατασχόντες φυλάξωμεν, καὶ φυλάττοντες μέχρι τέλους διατηρῶμεν. Ἄτοπον γὰρ καὶ ἀθέμιτον ἐφάνη, τῶν ὀρθῶς καὶ δικαίως ὡρισμένων τι μεταλλάσσειν, καὶ τῶν ἐν Νικαίᾳ κοινῇ μετὰ τοῦ ἐνδοξοτάτου σου πατρὸς καὶ βασιλέως Κωνσταντίνου ἐσκεμμένων, ὧν ἡ διδασκαλία τε καὶ τὸ φρόνημα διῆλθέ τε καὶ ἐκηρύχθη εἰς πάσας ἀνθρώπων ἀκοάς τε καὶ διανοίας· ἥτις ἀντίπαλος μόνη καὶ ὀλετὴρ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως ὑπῆρξε. Δι' ἧς οὐ μόνον αὐτὴ, ἀλλὰ καὶ αἱ λοιπαὶ αἱρέσεις καθῃρέθησαν. Ἐν ᾗ ὄντως καὶ τὸ προσθεῖναί B τι σφαλερὸν, καὶ τὸ ἀφελέσθαι ἐπικίνδυνον ὑπάρχει. Ὡς εἴπερ καὶ θάτερον γένοιτο, ἔσται τοῖς ἐχθροῖς ἄδεια τοῦ ποιεῖν (40) ἅπερ βούλοιντο. Ὅθεν Οὐρσάκιός τε καὶ Οὐάλης (41), ἐπειδὴ ἔκπαλαι μέτοχοί τε καὶ σύμφρονες τοῦ Ἀρειανικοῦ δόγματος ἦσαν καθεστηκότες, καὶ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας χωρισθέντες ἀπεφάνθησαν· ἧς ἵνα μετάσχωσιν, ἐφ' οἷς ἑαυτοῖς συνεγνώκεισαν πλημμελήσαντες, μετανοίας τε καὶ συγγνώμης ἠξίουν τυχεῖν, ὡς καὶ τὰ ἔγγραφα τὰ ὑπ' ἐκείνων γεγενημένα μαρτυρεῖ· δι' ὧν ἁπάντων φειδὼ γεγένηται, καὶ τῶν ἐγκλημάτων συγγνώμη. Ἦν δὲ ὁ καιρὸς καθ' ὃν ταῦτα ἐπράττετο, ὅτε ἐν Μεδιολάνῳ τὸ συνέδριον τῆς συνόδου (42) συνεκροτεῖτο, συμπαρόντων δὲ καὶ τῶν πρεσβυτέρων (43) τῆς Ῥωμαίων C Ἐκκλησίας. Ἐγνωκότες δὲ ἅμα καὶ τὸν μετὰ τὴν τελευτὴν ἄξιον μνήμης Κωνσταντῖνον, μετὰ πάσης

A ut fidem ab antiquitate perseverantem, quam per prophetas, Evangelia et apostolos, per ipsum Deum et Dominum nostrum Jesum Christum, salvatorem imperii tui et largitorem salutis tuæ accepimus, quam semper obtinuimus, teneamus. Nefas enim duximus, recte et juste sancitorum aliquid mutilare; et eorum qui in Nicæno tractatu consederant una cum gloriosæ memoriæ Constantino patre pietatis tuæ. Qui tractatus manifestatus est et insinuatus mentibus populorum, et contra hæresim Arianam tunc oppositus invenitur, ut non solum ipsa, sed etiam reliquæ hæreses inde sint expugnatæ. A quo si aliquid demptum fuerit, venenis hæreticorum aditus panditur. Ideo Ursacius et Valens in suspicionem ejusdem hæreseos Arianæ venerunt aliquando, B et suspensi erant a communione. Et rogaverunt veniam, sicut eorum continent scripta. Quam meruerunt tunc temporis a concilio Mediolanensi, assistentibus etiam legatis Romanæ Ecclesiæ. Constantino præsente in hoc, cum magno examine fuisset conscriptum, quod tenens baptizatus ad quietem Dei commigravit, nefas putamus inde aliquid mutilare, et tot sanctos et confessores et successores martyrum, ipsius tractatus conscriptores in aliquo removere, cum et ipsi præteritorum catholicæ **141** Ecclesiæ scriptorum cuncta servaverint. Mansitque usque in hæc tempora, quibus pietas tua a Deo Patre per Deum et Dominum nostrum Jesum Christum potestatem regendi orbis accepit. C Verum miseri homines et infelici sensu præditi, iterum ausu temerario se præcones impiæ doctrinæ renuntiarunt, et nunc etiam conantur convellere

## VALESII ANNOTATIONES.

(40) *Ἄδεια τοῦ ποιεῖν.* Articulus τοῦ deest in nostris exemplaribus, Regio, Florentino et Sfortiano, habetur tamen apud Athanasium in libro De synodis.

(41) *Ὅθεν Οὐρσάκιός τε καὶ Οὐάλης.* Hæc non satis cohærent cum superioribus. Suspicor itaque hunc locum transpositum fuisse in Latinis exemplaribus. Post hæc igitur verba, *Venenis hæreticorum aditus panditur*, collocanda esse existimo ea quæ inferius leguntur hoc modo : *Constantino præsente in hoc cum magno examine fuisset conscriptum*, etc., usque ad illa, *Potestatem regendi orbis accepit*. Quibus subjungenda sunt illa : *Ideo Ursacius et Valens*, etc.

(42) *Ὅτε ἐν Μεδιολάνῳ τὸ συνέδριον τῆς συνόδου.* Supra ad caput 20 hujus libri, multa observavimus de hac synodo Mediolanensi prima, in qua Ursacius et Valens oblato satisfactionis libello Arianam hæresim damnaverunt. Idem confirmant supradicti Ursacius et Valens in altero libello quem Romæ postea obtulerunt Julio papæ his verbis : *Hæreticum vero Arium*, etc., *sicut per priorem nostrum libellum, quem apud Mediolanum porreximus, et nunc et semper anathematizasse profitemur.*

(43) *Συμπαρόντων δὲ καὶ τῶν πρεσβυτέρων.* In Latino exemplari, *assistentibus etiam legatis Romanæ Ecclesiæ.* Porro hi legati Ecclesiæ Romanæ præfuisse mihi videntur synodo Mediolanensi ; idque ex eo conjicio, quod Hilarius in fragmentis scribit, hæresim Photini in hac synodo Mediolanensi a Romanis esse damnatam. Quod certe non diceret, nisi Romani huic synodo præfuissent. De eadem synodo Mediolanensi loquitur Liberius papa in epistola quam per Luciferum misit ad Constantium imperatorem : *Quæ est pax, clementissime imperator,* D *cum sint ex partibus ipsis quatuor episcopi, Demophilus, Macedonius, Eudoxius, Martyrius, qui ante annos octo, cum apud Mediolanum Arii sententiam hæreticam noluissent damnare, de concilio iratis animis exierunt ?* Hæc autem epistola scripta est a Liberio, non anno 354, ut vult Baronius, nec rursus anno 355, ut affirmat Petavius in libello de duplici synodo Sirmiensi, sed anno Christi 356. Nam Liberius in eadem epistola diserte testatur, Georgium tunc temporis Alexandrino episcopatu potitum fuisse. Id autem contigit ineunte anno Christi 356. Quare mendum est in illis verbis, *ante annos octo* ; malimque scribere, *ante annos novem*, quod idem valet ac si diceret, *decimo abhinc anno.*

## VARIORUM.

καί; Ἐκκλησίαις : sic enim Latine interpretatus est : *ut fides claresceret omnibus Ecclesiis catholicis.* Olim autem quævis ecclesia particularis, veram Christi doctrinam amplexa, *catholica* dicta fuit, ad distinctionem hæreticarum in eadem forte civitate locum habentium ; ut pluribus ostendit Cl. Pearsonus *Expos. symboli apost.*, pag. 347. — Recte Pearsoni verba repræsentavi. Cum Valesio tamen censeo ex Latinis Græca fuisse facta.

Digitized by Google

quod fuerat positum ratione. Etenim cum pietatis tuæ litteræ jusserint tractari de fide, offerebatur nobis a supradictis turbatoribus Ecclesiarum, associato Germinio, Auxentio et Caio, novum nescio quid considerandum, quod multa perversæ doctrinæ continebat. At vero cum videretur displicere quod offerebant publice in concilio, putaverunt aliter esse conscribendum : et quidem hæc brevi tempore sæpe mutasse, manifestum est. Sed ne Ecclesiæ frequentius perturbentur, placuit instituta vetera rata atque inviolabilia servari; supradictos vero a communione nostra removeri. Ad instruendam igitur tuam clementiam legatos nostros direximus, concilii sententiam per litteras nostras nuntiaturos. Quibus hoc ipsum solum mandavimus, ut non aliter legationem perferrent, quam statuta vetera permanere firmissima : ut et sapientia tua cognosceret, non hoc quod promiserant supradicti Valens et Ursacius, Germinius et Caius, si sublatum fuisset quidpiam, pacem posse compleri. Quo enim modo pax servari possit ab iis qui pacem subvertunt? Magis enim turbatio cunctis regionibus, et præcipue Ecclesiæ Romanæ immissa est. Ob quam rem tuam rogamus clementiam, ut placidis auribus et sereno vultu universos legatos nostros et aspicias et audias : neve aliquid permittat clementia tua in injuriam veterum convelli, sed manere ea quæ a majoribus nostris accepimus; quos et fuisse prudentes, et sine Spiritu sancto Dei non egisse confidimus. Quia ista novitate non solum fideles populi perturbati sunt, verum etiam infideles ad credulitatem vetantur accedere. Oramus etiam ut præcipias, tot episcopos **142** qui Arimino detinentur, inter quos plurimi sunt qui ætate et paupertate defecti sunt, ad suam provinciam remeare; ne destituti suis episcopis laborent populi Ecclesiarum. Hoc etiam frequentius postulamus, ut nihil innovetur, nihil minuatur; sed maneant incorrupta quæ patris sanctæ pietatis tuæ temporibus, et tuis religiosis sæculis permanserunt. Nec jam nos fatigari aut convelli a sedibus nostris tua sancta prudentia permittat, sed quieti cum populis suis episcopi vacent semper postulationibus, quas habent pro salute tua et pro regno tuo, et

A ἀκριβείας καὶ ἐξετασεως τὴν συγγραφεῖσαν πίστιν ἐκτεθεικότα· ἐπειδὴ δὲ ὡς ἐξ ἀνθρώπων ἐγένετο βαπτισθεὶς, καὶ πρὸς τὴν ὀφειλομένην εἰρήνην ἀνεχώρησεν, ἄτοπον ἐνομίσαμεν (44) εἶναι μετ' ἐκεῖνόν τι καινοτομεῖν, καὶ τοσούτους ἁγίους ὁμολογητὰς καὶ μάρτυρας, τοὺς καὶ τοῦδε τοῦ δόγματος συγγραφεῖς τε καὶ εὑρετὰς ὑπεριδεῖν· οἵτινες κατὰ τὸν παλαιὸν τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας θεσμὸν, ἅπαντα φρονοῦντες διαμεμενήκασιν. Ὧν ὁ Θεὸς τὴν πίστιν καὶ εἰς τοὺς σοὺς χρόνους τῆς βασιλείας μετέδωκε, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ σοι καὶ τὸ βασιλεύειν οὕτως ὑπῆρξεν, ὡς καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης κρατεῖν. Πάλιν γοῦν οἱ ἐλεεινοὶ [b] καὶ οἰκτροὶ (45) τῷ φρονήματι, ἀθεμίτῳ τολμήματι τῆς δυσσεβοῦς φρονήσεως κήρυκας ἑαυτοὺς ἀνήγγειλαν, καὶ ἐπι- B χειροῦσιν ἀνατρέπειν πᾶν τὸ τῆς ἀληθείας σύνταγμα. Ὡς γὰρ κατὰ τὸ σὸν πρόσταγμα τὸ συνέδριον τῆς συνόδου συνεκροτεῖτο, κἀκεῖνοι τῆς ἰδίας ἀπάτης ἐγύμνουν τὴν σκέψιν, ἐπειρῶντο γὰρ πανουργίᾳ τινὶ καὶ ταραχῇ προσφέροντές τι καινοτομεῖν, τῆς τοιαύτης ἑτεροίας τοὺς συναλισκομένους εὑρόντες Γερμάνιον, Αὐξέντιον καὶ Γάϊον, τοὺς τὴν ἔριν καὶ διχοστασίαν ἐμποιοῦντας. Ὧν ἡ διδασκαλία μία μὲν οὖσα [c], πᾶν πλῆθος βλασφημιῶν ὑπερβέβηκεν· ὡς δὲ συνεῖδον οὐχὶ τῆς αὐτῆς προαιρέσεως ὄντας, οὔτε ὁμογνωμονοῦντας ἐφ' οἷς κακῶς ἐφρόνουν, εἰς τὸ συμβούλιον ἡμῶν μετήγαγον ἑαυτοὺς, ὡς δοκεῖν ἕτερον γράφειν. Ἦν δὲ ὁ καιρὸς βραχὺς (46), ὁ καὶ τὰς γνώμας αὐτῶν ἐξελέγχων. Ἵνα μὴ οὖν τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ τὰ τῆς Ἐκκλησίας περιπίπτῃ, καὶ ταραχὴ καὶ θόρυβος κυλινδού- C μενος ἅπαντα συγχέῃ, βέβαιον ἐφάνη, τὰ πάλαι ὡρισμένα, ἔμμονα καὶ ἀμετακίνητα διαφυλάττειν· τοὺς δὲ προειρημένους ἀπὸ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας ἀποκεχωρίσθαι. Δι' ἣν αἰτίαν, τοὺς ἀναδιδάξαντας πρέσβεις πρὸς τὴν σὴν ἐπιείκειαν ἀπεστάλκαμεν, τὴν γνώμην τοῦ συνεδρίου διὰ τῆς ἐπιστολῆς μηνύσοντας· τοῖς γε πρεσβεύουσι πρό γε πάντων τοῦτο παρεκελευσάμεθα, τῷ τὴν ἀλήθειαν πιστώσασθαι [d], ἐκ τῶν πάλαι ἀρχαίων καὶ δικαίων ὁρμωμένους. Οἳ καὶ τὴν σὴν ἀναδιδάξουσιν ὁσιότητα, ὅτι οὐχ ὥσπερ ἔφησαν Οὐρσάκιός τε καὶ Οὐάλης, ἔσται εἰρήνη, εἴπερ τι τῶν δικαίων ἀνατραπείη. Πῶς γὰρ εἰρήνην οἷόν τε ἄγειν, τοὺς τὴν εἰρήνην καταλύοντας; Μᾶλλον γὰρ ἔρις καὶ ταραχὴ ἐκ τούτων σὺν ταῖς λοιπαῖς πόλεσι, καὶ τῇ

## VALESII ANNOTATIONES.

(44) *Ἄτοπον ἐνομίσαμεν.* Postrema vox deest in omnibus nostris codicibus, et apud Athanasium ac Sozomenum.

(45) *Πάλιν γοῦν οἱ ἐλεεινοὶ καὶ οἰκτροί.* Latinus codex, quo usus est Græcus interpres hujus epistolæ, auctior fuisse videtur eo quem nobis exhibuit Hilarius. Nam apud Hilarium hæc solum habentur : *Nunc etiam conantur convellere quod fuerat positum ratione.* Nos, ut Latina interpretatio Græcis aliquatenus responderet, reliqua hic supplevimus.

(46) *Ἦν δὲ ὁ καιρὸς βραχύς.* Nihil hic vidit Græcus interpres. Latina enim sic habent : *Et quidem hæc brevi tempore sæpe mutasse manifestum est.* Quæ adversus Ursacium et Valentem eorumque asseclas dicuntur, qui fidei formulas novas quotidie promulgabant, nullam se fidem certam habere hoc indicio demonstrantes, quemadmodum objicit illis Athanasius non uno in loco.

## VARIORUM.

[b] *Πάλιν γοῦν οἱ ἐλεεινοί.* Ursacius et Valens pœnitentiam suam retractarunt in synodo Mediolanensi, anno 355, teste Athanasio in Epist. ad solitarios. W. Lowth.

[c] *Διδασκαλία μία μὲν οὖσα.* Sozomenus habet διδασκαλία μὴ μένουσα, nec possunt hæc in contextu Latino internosci ; ita libera versione Græca donatus est. (Cl. Benedictini in Athanas.)

[d] *Τῷ τὴν ἀλήθειαν πιστώσασθαι.* Melius legitur τὸ apud Sozomen. lib. iv, cap. 18. W. Lowth.

Digitized by Google

τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ γενήσεται. Διὸ δὴ καὶ A ἱκετεύομεν τὴν σὴν ἐπιείκειαν, ἵνα προσηνέσιν ἀκοαῖς καὶ γαληναίῳ βλέμματι, τὰ τῆς ἡμετέρας πρεσβείας ἀθρήσειας, μήτε πρὸς ὕβριν τῶν τετελευτηκότων (47) καινόν τι μεταλλάττειν ἐπιτρέψειας· ἀλλ' ἐάσῃς ἡμᾶς ἐμμένειν τοῖς παρὰ τῶν προγόνων ὁρισθεῖσί τε καὶ νενομοθετημένοις· οὓς ἅπαντας μετὰ ἀγχινοίας τε καὶ φρονήσεως καὶ Πνεύματος ἁγίου πεποιηκέναι φήσαιμεν ἄν. Τὰ γὰρ νῦν παρ' ἐκείνων καινοτομούμενα τοῖς μὲν πιστεύσασιν ἀπιστίαν ἐμποιεῖ· τοῖς δὲ ἀπιστήσασιν, ὠμότητα (48). Ἱκετεύομεν δὲ ἔτι, ἵνα κελεύσῃς τοὺς ἐπισκόπους τοὺς ἐν ταῖς ἀλλοδαπαῖς διατρίβοντας, οὓς καὶ τὸ τῆς ἡλικίας ἐπίπονον, καὶ τὸ τῆς πενίας ἐνδεὲς τρύχει, τὴν εἰς τὰ οἰκεῖα ἀνακομιδὴν ῥᾳδίαν ποιήσασθαι, ἵνα μὴ ἔρημοι τῶν ἐπισκόπων αἱ Ἐκκλησίαι διαμένωσιν. Ἔτι δὲ πρὸς ἅπασι καὶ τοῦτο δεόμεθα, ἵνα μήτε ἐλλείπῃ τι τῶν προϋπαρξάντων, μήτε πλεονάζῃ· ἀλλὰ πάντα ἄῤῥηκτα διαμένῃ ἐκ τῆς τοῦ σοῦ πατρὸς εὐσεβείας, καὶ εἰς τὸν νῦν χρόνον διαφυλαττόμενα. Μήτε λοιπὸν ἡμᾶς μοχθεῖν, καὶ ἐκτὸς τῶν ἰδίων [e] παροικιῶν ἐπιτρέψειας γενέσθαι· ἀλλ' ἵνα οἱ ἐπίσκοποι σὺν τοῖς ἰδίοις λαοῖς μετ' εἰρήνης εἰς εὐχάς τε καὶ λατρείας σχολὴν ἄγοιεν, ἱκετεύοντες ὑπὲρ τῆς σῆς σωτηρίας καὶ βασιλείας καὶ εἰρήνης, ἣν ἡ Θειότης σοι εἰς τὸ διηνεκὲς χαριεῖται. Οἱ δὲ ἡμέτεροι πρέσβεις τὰς ὑπογραφὰς, καὶ τὰς τῶν ἐπισκόπων προσηγορίας κομίζουσιν· οἵτινες καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν θείων Γραφῶν τὴν σὴν ἀναδιδάξουσι θειότητα (49).

pro pace quam tibi Divinitas pro meritis tuis profundam ac perpetuam largiatur. Legati autem nostri et subscriptiones et nomina episcoporum vel legatorum perferent; sicut iidem alia scriptura instruent tuam sanctam religiosamque prudentiam.

Ταῦτα μὲν οὖν ἡ σύνοδος ἔγραψε, καὶ δι' ἐπισκόπων B ἀπέστειλεν. Οἱ μέντοι περὶ Οὐρσάκιον καὶ Οὐάλεντα φθάσαντες τὴν τούτων ἄφιξιν, προδιαβάλλουσι μὲν τὴν σύνοδον, ἐπιδείξαντες ἣν ἐπεκομίζοντο πίστεως ἔκδοσιν. Ὁ βασιλεὺς δὲ ἐκ προλήψεως τῇ Ἀρειανῇ δόξῃ προσκείμενος, ἠγανάκτει μὲν κατὰ τῆς συνόδου· τοὺς δὲ περὶ Οὐάλεντα καὶ Οὐρσάκιον διὰ τιμῆς ἦγε πολλῆς. Διὸ οἱ ἀπὸ τῆς συνόδου πεμφθέντες ἐχρόνιζον, ἀποκρίσεως οὐ τυγχάνοντες. Ὀψὲ δέ ποτε τοιάδε πρὸς τὴν σύνοδον διὰ τῶν παρόντων ἀντέγραψεν ὁ βασιλεύς·

Hæc a concilio scripta, et per episcopos missa fuere. Verum Ursacius et Valens cum adventum illorum prævertissent, concilium ipsum apud imperatorem criminati sunt, ostensa illi fidei formula quam secum attulerant. Imperator vero, cujus animum jampridem occupaverat Ariana perfidia, adversus synodum commotus est : Valentem autem et Ursacium multis honoribus affecit. Proinde qui a synodo missi fuerant episcopi, diu illic hæserunt, cum nullum ipsis responsum daretur. Tandem vero imperator per illos qui aderant, hæc ad synodum rescripsit :

*Κωνστάντιος, νικητὴς* (50) *καὶ θριαμβευτὴς, Αὔγουστος, πᾶσι τοῖς ἐν Ἀριμίνῳ ἐπισκόποις συνελθοῦσιν.*

*Constantius, victor et triumphator, Augustus, universis episcopis qui apud Ariminum convenerunt.*

Ἀεὶ μὲν προηγουμένην ἔχειν ἡμᾶς φροντίδα περὶ C τοῦ θείου καὶ προσκυνητοῦ νόμου, οὐδὲ ἡ ὑμετέρα χρηστότης ἀγνοεῖ. Ἀλλὰ νῦν τοὺς ἀπὸ τῆς συνέσεως ὑμῶν ἀποσταλέντας εἴκοσι ἐπισκόπους ἀναδεξαμένους τὴν παρ' ὑμῶν πρεσβείαν, τέως οὐκ ἠδυνήθημεν ἰδεῖν. Ἀναγκαία γὰρ ἡμῖν ἡ πρὸς τοὺς βαρβάρους ὁδός. Καὶ ὡς οἴδατε, πρέπει τὴν ψυχὴν καθαρὰν οὖσαν ἀπὸ πάσης φροντίδος, τὰ περὶ τοῦ θείου νόμου γυμνάζειν. Τοιγαροῦν τοὺς ἐπισκόπους ἐκελεύσαμεν ἐν τῇ Ἀδριανουπόλει ἐκδέξασθαι τὴν ἡμετέραν ἐπάνοδον, ἵν' ἐπειδὰν πάντα καλῶς διατεθῇ τὰ δημόσια, τότε

Præcipuam nos semper curam gerere divinæ ac venerabilis legis, ne vestra quidem sanctitas ignorat. Veruntamen viginti episcopos a vestra prudentia missos, qui legationem vestro nomine obeundam susceperunt, hactenus nobis videre non licuit. Urget enim nos expeditio adversus barbaros : et quemadmodum nostis, animo ab omni cura ac sollicitudine vacuo divinæ legis negotia tractanda sunt. Quamobrem episcopis mandavimus, ut reditum nostrum Adrianopoli exspectarent; ut postquam ea quæ ad rempublicam pertinent,

## VALESII ANNOTATIONES.

(47) *Μήτε πρὸς ὕβριν τῶν τετελευτηκότων.* Hoc loco Græcum interpretem secutus, Latinum exemplar hujus epistolæ correxi. Nam in fragmentis Hilarii vulgo hic locus ita legitur : *Ne vel permittat clementia tua jura vetera convelli.* Sed in manuscripto codice quem viderat Jacobus Sirmondus, ita legebatur : *Ne vel aliquid permittat clementia tua injuriam veterum convelli.* Unde nos veram lectionem odorati sumus.

(48) *Τοῖς δὲ ἀπιστήσασιν ὠμότητα.* Graviter hic lapsus est Græcus interpres. Latinum enim exemplar hujus epistolæ sic habet : *Quia ista novitate non solum fideles populi perturbati sunt, verum etiam infideles ad credulitatem vetantur accedere.* At Græcus interpres pro, *credulitatem*, legit, *crudelitatem*, sicut ex versione ejus apparet.

(49) *Τὴν σὴν ἀναδιδάξουσι θειότητα.* Melius apud Athanasium scribitur ἀναδιδάξουσιν ὁσιότητα. D Neque enim probabile est episcopos divinitatem imperatoris dixisse.

(50) *Κωνστάντιος νικητής.* Hæc epistola Constantii, una cum responsione episcoporum Ariminensium exstat apud Athanasium in libro De synodis sub finem.

## VARIORUM.

[e] *Καὶ ἐκτὸς τῶν ἰδίων.* Athanasii editio Benedict. habet, καὶ τῶν οἰκείων παροικήσεων ἀλλοτρίους ἐπιτρέψειας γίνεσθαι.

Digitized by Google

recte fuerint constituta, tunc demum quæ ab illis suggesta fuerint, audire atque expendere valeamus. Interim vero nequaquam molestum sit vestræ gravitati, eorum reditum præstolari, ut cum reversi fuerint nostra ad vos responsa referentes, ea quæ ad utilitatem Ecclesiæ catholicæ pertinent, ad exitum perducere possitis.

Has litteras cum accepissent episcopi, in hunc modum rescripserunt :

**143** « Accepimus litteras clementiæ tuæ, domine imperator, Deo charissime, quibus significas ob publicorum negotiorum necessitatem tibi non licuisse hactenus legatos nostros ad conspectum tuum admittere ; jubesque ut eorum reditum eo usque exspectemus, donec pietas tua per illos cognoverit ea quæ sunt a nobis convenienter majorum nostrorum traditioni decreta. Nos vero nunc quoque profitemur his litteris et affirmamus, nullatenus nos a proposito nostro discedere. Id enim etiam legatis nostris mandavimus. Petimus autem ut placido ac sereno vultu tum præsentia mediocritatis nostræ scripta jubeas perlegi, tum ea quæ per legatos nostros mandavimus, benigne suscipias. Cæterum mansuetudo tua nobiscum juxta intelligit, quantus sit ubique mœror atque tristitia, propterea quod felicissimis temporibus tuis tot Ecclesiæ episcopis suis sunt destitutæ. Atque idcirco obsecramus iterum clementiam tuam, domine Deo charissime imperator, ut ante hiemis asperitatem, si quidem id pietati tuæ placuerit, ad Ecclesias nostras remeare nos jubeas : quatenus omnipotenti Deo, et Domino ac Servatori nostro Jesu Christo, Filio ejus unigenito, solemnes pro imperio tuo preces una cum populis celebrare possimus, sicut et antea semper fecimus, et nunc cum maxime facere optamus. »

His litteris scriptis, cum aliquantulum temporis substitissent, et imperator nullum ipsis responsum daret, singuli ad civitates suas redierunt. At imperator jam quidem antea in animo habebat, opinionem Arii per omnes Ecclesias disseminare ; tum vero maxime studens id perficere, ut illa reliquis omnibus prævaleret, discessum episcoporum contumeliam suam interpretatus est : contemptum ab illis se esse dicens, eo quod præter ipsius sententiam concilium dissolvissent. Quapropter Ursacio ac Valenti eorumque asseclis quidvis contra Ecclesias agendi liberam potestatem dedit. Expositionem autem fidei quæ lecta fuerat Arimini, ad Ecclesias Italiæ mitti jussit, mandans ut quicunque subscribere ei nollent, pellerentur Ecclesiis, et in eorum locum alii substituerentur. Et primus quidem

A λοιπὸν ἅπερ ὑποβάλλουσιν, ἀκοῦσαι καὶ δοκιμάσαι δυνηθῶμεν. Τῇ μέντοι στεῤῥότητι ὑμῶν μὴ βαρὺ φαινέσθω, ὥστε ἐκδέξασθαι τὴν αὐτῶν ἐπάνοδον, ἵν' ἐπειδὰν ἐπανέλθωσι κομίζοντες ὑμῖν τὰς ἡμετέρας ἀποκρίσεις, δυνηθῆτε εἰς πέρας ἀγαγεῖν τὰ πρὸς τὴν λυσιτέλειαν ἀνήκοντα τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ.

Ταῦτα δεξάμενοι τὰ γράμματα οἱ ἐπίσκοποι αὖθις τοιαῦτα ἀντέγραψαν [f] ·

« Τὰ γράμματα τῆς σῆς φιλανθρωπίας ἐδεξάμεθα, κύριε θεοφιλέστατε βασιλεῦ, τὰ περιέχοντα διὰ τὴν τῶν δημοσίων ἀνάγκην, τέως μὴ δεδυνῆσθαί σε τοὺς ἡμετέρους πρέσβεις θεωρῆσαι· ἡμᾶς δὲ κελεύεις ἐκδέξασθαι τὴν αὐτῶν ἐπάνοδον, ἕως ἂν τὰ παρ' ἡμῶν ὁρισθέντα ἀκολούθως τοῖς προγόνοις ἡμῶν ἐπιγνῷ B παρ' αὐτῶν ἡ σὴ εὐλάβεια. Ἀλλὰ καὶ νῦν διὰ τούτων τῶν γραμμάτων ὁμολογοῦμεν καὶ διαβεβαιούμεθα, μηδαμῶς ἡμᾶς ἀναχωρεῖν τῆς ἡμετέρας προθέσεως. Τοῦτο γὰρ καὶ τοῖς πρέσβεσιν ἡμῶν ἐνετειλάμεθα. Ἀξιοῦμεν τοίνυν, ὅπως γαληναίᾳ τῇ προσόψει τά τε νῦν γράμματα τῆς ἡμετέρας μετριότητος κελεύσῃς ἀναγνωσθῆναι. Ἀλλὰ γὰρ κἀκεῖνα ἃ διὰ τῶν πρέσβεων ἡμῶν ἐνετειλάμεθα, ἡδέως ὑποδέξῃ. Ἐκεῖνο μέντοι συνορᾷ μεθ' ἡμῶν καὶ ἡ σὴ ἡμερότης, ὅση νῦν ἐστι λύπη καὶ κατήφεια, ὅτι ἐν τοῖς σοῖς μακαριωτάτοις καιροῖς τοσαῦται Ἐκκλησίαι χωρὶς ἐπισκόπων εἰσί. Καὶ διὰ τοῦτο πάλιν τὴν σὴν φιλανθρωπίαν ἀξιοῦμεν, κύριε θεοφιλέστατε βασιλεῦ, ὅπως πρὸ τῆς τραχύτητος τῶν χειμώνων, εἴπερ ἀρέσειε τῇ σῇ εὐσεβείᾳ, κελεύσειας ἡμᾶς εἰς τὰς ἡμετέρας Ἐκκλησίας ἐπανελθεῖν, C ὑπὲρ τοῦ δύνασθαι ἡμᾶς τῷ παντοκράτορι Θεῷ, καὶ τῷ Δεσπότῃ καὶ Σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, τῷ Υἱῷ αὐτοῦ τῷ μονογενεῖ, ὑπὲρ τῆς σῆς βασιλείας τὰς ἐθίμους εὐχὰς μετὰ τῶν λαῶν ἀποπληροῦν, καθὼς καὶ ἀεὶ ἐπετελέσαμεν καὶ νῦν ποιοῦμεν εὐχόμενοι. »

Ταῦτα γράψαντες, καὶ μικρὸν ἐπιμείναντες χρόνον, ὡς οὐχ ἠξίου αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς ἀποκρίσεως, κατὰ πόλεις τὰς ἑαυτῶν ἀνεχώρησαν. Ὁ βασιλεὺς δὲ καὶ ἤδη μὲν πρότερον ἐσκόπει τὴν Ἀρειανὴν δόξαν ταῖς Ἐκκλησίαις ἐγκατασπεῖραι· ταύτην τε κρατήσειν ἐσπουδακὼς, πρόφασιν ὕβρεως τὴν ἐκείνων ποιεῖται ἀναχώρησιν, καταπεφρονῆσθαι λέγων, ὅτι παρὰ γνώμην αὐτοῦ διελύθησαν. Διὸ τοῖς μὲν περὶ Οὐρσάκιον, ὅσα αὐτοῖς ἐδόκει σὺν παῤῥησίᾳ κατὰ τῶν D Ἐκκλησιῶν πράττειν ἐπέτρεψε. Τὴν δὲ ἔκδοσιν τῆς ἀναγνωσθείσης ἐν Ἀριμίνῳ πίστεως ἐκέλευσεν εἰς τὰς περὶ Ἰταλίαν Ἐκκλησίας ἐκπέμπεσθαι, προστάξας τοὺς μὴ βουλομένους ὑπογράφειν αὐτῇ ἐξωθεῖσθαι τῶν Ἐκκλησιῶν, καὶ εἰς τοὺς τόπους αὐτῶν ἑτέρους ἀντικαθίστασθαι. Καὶ πρῶτος μὲν Λιβέριος (51) [g] ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος παραιτησάμενος ἐκείνῃ τῇ

## VALESII ANNOTATIONES.

(51) *Καὶ πρῶτος μὲν Λιβέριος.* Fallitur hic Socrates. Non enim post Ariminensem synodum Liberius in exsilium missus est, et Felix diaconus in ejus locum subrogatus ; sed diu antea, anno Christi 356.

## VARIORUM.

[f] *Ταῦτα δεξάμενοι τὰ γράμματα οἱ ἐπίσκοποι, αὖθις τοιαῦτα ἀντέγραψαν.* Apud Athanas., ταῦτα ἐδέξαντο οἱ ἐπίσκοποι, ἐπαγομένων τριῶν, *hæc Episcopi acceperunt, tribus referentibus*. Sequens epistola et apud Theodoritum lib. II, cap. 20, exstat, sed stylo multum diversa. Nam Latine primum data aliam apud Athanasium et Socratem, aliam apud Theodoritum interpretationem habet.

[g] *Λιβέριος*. Liberius, patria Romanus, Augusti filius, post excessum Julii, in Romanum pontificem

Digitized by Google

πίστει συνθέσθαι, ἐξόριστος γίνεται, τῶν περὶ Οὐρσάκιον εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ καταστησάντων Φίληκα, ὃς διάκονος ὢν τῆς ἐν Ῥώμῃ Ἐκκλησίας, καὶ τῇ Ἀρειανῇ δόξῃ (52) προστεθεὶς, εἰς τὴν ἐπισκοπὴν προεβλήθη. Εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες, ὅτι οὐ προσέθετο μὲν τῇ Ἀρειανῇ δόξῃ, βίᾳ δὲ καὶ ἀνάγκῃ κεχειροτόνητο. Πάντα μὲν οὖν τότε τὰ κατὰ τὴν δύσιν καινοτομούμενα ταραχὴν εἶχε, τῶν μὲν ἐξωθουμένων καὶ ἀποστελλομένων εἰς ἐξορίαν· τῶν δὲ εἰς τόπον τῶν αὐτῶν ἀντικαθισταμένων. Καὶ ταῦτα ἐγίνετο βίᾳ καὶ τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων (53), ἅπερ καὶ εἰς τὰ ἑῷα μέρη ἀπέσταλτο. Ὁ Λιβέριος μὲν οὖν μικρὸν ὕστερον τῆς ἐξορίας ἀνακληθεὶς, τὸν οἰκεῖον θρόνον ἀπέλαβε [h], τοῦ ἐν Ῥώμῃ λαοῦ στασιάσαντος, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἐκβάλλοντος τὸν Φίληκα· ὅ τε βασιλεὺς καὶ παρὰ γνώμην τούτοις ἐγένετο σύμψηφος. Οἱ δὲ περὶ Οὐρσάκιον τῆς Ἰταλίας ἀναχωρήσαντες, καὶ ἐπὶ τὰ ἀνατολικὰ διαβαίνοντες μέρη, πόλιν τῆς Θρᾴκης, ὄνομα Νίκην, καταλαμβάνουσι· μικρὸν δὲ ἐπιμείναντες ἐν αὐτῇ χρόνον, ἕτερον ποιοῦνται ἐν αὐτῇ συνέδριον (54)· καὶ τὴν ἀναγνωσθεῖσαν ἐν Ἀριμίνῳ τῆς πίστεως ἔκδοσιν εἰς Ἑλλάδα γλῶσσαν ἑρμηνεύσαντες, καθ' ὃν ἀνωτέρω γέγραπται τρόπον, εἶτα δημοσιεύ-

A Liberius Romanæ urbis episcopus, cum fidei illi consensum accommodare renuisset, in exsilium mittitur, Felice in ejus locum ab Ursacianis suffecto. Qui **144** cum esset Ecclesiæ Romanæ diaconus, Arianam tunc amplexus perfidiam, ad episcopatus honorem promotus est. Nonnulli tamen affirmant, illum opinionem Arianam minime amplexum esse, sed vi ac necessitate compulsum ordinationem suscepisse. Tunc igitur in Occidentis partibus, rebus novis ac tumultu plena erant omnia: cum alii quidem extruderentur et in exsilium mitterentur, alii vero in eorum subrogarentur locum. Atque hæc gerebantur vi et auctoritate imperialium edictorum, quæ ad partes etiam Orientis transmissa sunt. Cæterum Liberius haud multo post ab exsilio revocatus, B sedem suam recepit, cum populus Romanus, seditione facta, Felicem Ecclesia expulisset, et imperator licet invitus assensum illis præbuisset. Ursaciani vero, relicta Italia, ad Orientis partes transgressi, Nicen venere, quod est oppidum Thraciæ. Illic modico tempore commorati, aliud in eo loco fecere concilium. Et expositionem fidei quæ lecta fuerat Arimini, in Græcum sermonem transferentes, sicut

## VALESII ANNOTATIONES.

(52) *Καὶ τῇ Ἀρειανῇ δόξῃ ἅμα δέ.* In Regio codice quo usus est Robertus Stephanus, post vocem καὶ, tria puncta superne notata sunt, quæ aliquid hic deesse significant. Nos ex duobus optimis codicibus, Florentino ac Sfortiano, insignem lacunam hujus loci supplevimus. Porro Felicem diaconum, qui in Liberii locum ab Acacio subrogatus est, nunquam Arianum fuisse contendit Baronius, sed Arianorum duntaxat communione pollutum. Idem affirmat Theodoritus in lib. II Historiæ.

(53) *Βίᾳ καὶ τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων.* Scribendum puto βίᾳ καὶ ἐκ τῶν βασ. προσταγμάτων.

(54) *Ἕτερον ποιοῦνται ἐν αὐτῇ συνέδριον.* Legati Ariminensis synodi qui ad Constantium missi fuerant, cum corrupti fuissent ab Ursacio et Valente, concilium celebrarunt in oppido Thraciæ Nicæ * VI Idus Octobris, Eusebio et Hypatio coss. C In quo concilio primum quidem excommunicationis sententiam, quam Ariminenses episcopi tulerant adversus Valentem et Ursacium ac reliquos, resciderunt; eosque catholicos esse ac semper fuisse pronuntiarunt. Deinde formulam fidei hæreticam promulgaverunt. Exstat pars actorum in fragmentis Hilarii sub finem, ubi et nomina quatuordecim legatorum recensentur.

## VARIORUM.

XI Kal. Junias ann. 352 electus est. Scriptis mox litteris orientales episcopi ipsum in partes suas pertrahere magnopere sategerunt. Verum ille coacta Romæ synodo orientalibus rescripsit, se iis consentire non posse; diuque sane Athanasii causam damnare constanter recusavit. Anno 355, Mediolanum accersitus Constantio viriliter restitit; qui cum post longum cum eo colloquium habitum, nec prece, nec pretio, nullis rationibus nec ullis promissis minisve hominis animum flectere potuit, ad Berœam Thraciæ urbem deportari jussit, subrogato ei Felice archidiacono, quem Acacius Cæsariensis Romæ episcopum ordinari curavit; hominem quidem in fide catholicum, sed qui Arianis communionem non denegavit. (Guil. Cave ad ann. 352.) Vide etiam Athanasium in *Historia Arianorum ad monachos*, p. 367. Prolixum colloquium inter Constantium et Liberium refert Theodoret. lib. II, cap. 16.

[h] *Ὁ Λιβέριος τὸν οἰκεῖον θρόνον ἀπέλαβε.* Dum Liberius Berœæ in exsilio versatur, Romam Constantius venit, atque triumphantis more urbem ingressus est 28 Aprilis anno 357. Tum matronæ Romanæ honorabiliores et senatoriæ, detrectantibus officium viris, Constantium supplices adeunt, reditumque Liberii præsulis sui obnixe postulant. Ille respondet, adesse Felicem urbis episcopum, virum tanto munere dignum. Cui illæ, invisum omnibus Felicem esse, nec unquam se posse eo deduci, ut cum ejusmodi viro societatis vel communionis quippiam habeant. Constantius autem ut rem pergratam Romanis ediceret, jubet revocari Liberium, et una cum Felice Ecclesiam moderari. Qua conditione cum risu excepta, et contra clamante populo, Unus Deus, unus Christus, unus episcopus, postulatum ille plebi concessit. Ut autem habet Sozomenus, non nisi re cum episcopis deliberata evocandum D statuit Liberium, et quidem ea lege et conditione, ut orientalium ante sententiam amplexaretur. Tandem postquam exsulaverat Liberius duobus et amplius annis, et jam miseriarum et periculorum quæ sustinuit, tædio superatus, vim et verbera passus, nimiaque Demophili et Fortunatiani importunitate victus, dolendo humanæ fragilitatis exemplo cadit, Athanasium damnat, et Homœusionistarum formulæ quam nuper Sirmii condiderant, subscribit, anno 358, idque se fecisse datis ad orientales, aliisque ad Ursacium et Valentem litteris testatus est. Romam rediit magno cum populi gaudio; Felice vel a senatu vel a plebe urbe expulso. Vixit post reditum annos novem, diemque clausit supremum VIII Kal. Octob. ann. 366. Sepultus via Salaria in cœmeterio Priscillæ. (Cl. Monachi Benedictini *Vit. S. Athanas.*, et Guil. Cave in Liberio.

* Suspicor scribendum esse Nice.

Digitized by Google

supra retulimus, confirmarunt simul ac publicarunt: ab universali concilio dictatam esse vulgantes fidem, quæ ab ipsis edita erat in oppido Nicæ: eo consilio ut nominis similitudine simpliciores deciperent, dum putant eam esse fidem quæ apud Nicæam Bithyniæ urbem conscripta fuisset. Verum hujusmodi commentum nihil ipsos juvit: paulo post enim detecta fraus est, ipsique omnium ludibrio expositi permansere. Sed de his quæ in Occidentis partibus gesta sunt, hactenus dicta sufficiant. Transeamus nunc ad narrationem eorum, quæ eodem tempore sunt in Oriente gesta. Hinc autem sumendum est sermonis exordium.

A σαντες ἐβεβαίωσαν, ἐπιφημίσαντες ὑπὸ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου καὶ ὑπηγορεῦσθαι τὴν πίστιν τῇ ἐν Νίκῃ (55) [i], τῷ παρομοίῳ τοῦ ὀνόματος συναρπάζειν τοὺς ἁπλουστέρους βουλόμενοι· τὴν ἐν Νικαίᾳ γὰρ τῆς Βιθυνίας πίστιν εἶναι ἐνόμιζον. Ἀλλ' οὐδὲν αὐτοὺς ὤνησε τὸ σόφισμα· μετ' οὐ πολὺ γὰρ ἐξηλέγχθη· διετέλουν γὰρ γελώμενοι. Περὶ μὲν οὖν τῶν κατὰ τὰ ἑσπέρια γενομένων μέρη, τοσαῦτα εἰρήσθω. Μετιτέον δὲ ἐπὶ διήγησιν τῶν κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον κατὰ τὴν ἀνατολὴν γεγενημένων. Ἀρκτέον δὲ ἐντεῦθεν.

## 145 CAP. XXXVIII.

*De Macedonii sævitia, et tumultibus ab eo concitatis.*

Arianæ factionis episcopi ex imperialibus edictis majorem sumpserunt audaciam. Quanam autem ratione concilium cogere aggressi sint, paulo post dicturus sum. Prius tamen ea percurram quæ ab illis ante synodum gesta sunt. Acacius quidem et Patrophilus, pulso Maximo Hierosolymorum episcopo, Cyrillum in ejus locum substituerunt. Macedonius vero vicinas Constantinopoli civitates ac provincias subvertit, ministros sceleris sui quod contra Ecclesias designaverat, ad sacerdotia promovens. Et Eleusium quidem Cyzici ordinavit episcopum; Nicomediæ vero Marathonium, qui prius quidem diaconus fuerat sub ipso Macedonio: cæterum in constituendis virorum ac mulierum monasteriis egregiam operam navaverat. Sed quonam modo vicinas Constantinopoli provincias et urbes Macedonius everterit, jam dicendum est. Hic igitur cum episcopatum ea ratione quam supra retulimus, occupavisset, cunctos qui idem cum ipso sentire nollent, innumeris malis affecit. Nec solum Catholicos persecutus est, verum etiam Novatianos, gnarus eos quoque fidem ac doctrinam consubstantialis

## ΚΕΦ. ΛΗʹ.

*Περὶ τῆς Μακεδονίου ὠμότητος, καὶ περὶ τῶν δι' αὐτοῦ γεγονότων ταραχῶν.*

B Οἱ τοῦ Ἀρειανοῦ μέρους ἐπίσκοποι μεῖζον ἐκ τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων προσελάμβανον θράσος. Καὶ ὅπως τὴν μὲν σύνοδον παρεσκευάζοντο συγκροτεῖν, μικρὸν ὕστερον λέξω. Τὰ δὲ πρὸ τῆς συνόδου ὑπ' αὐτῶν γενόμενα πρότερον ἐπιδράμωμεν. Ἀκάκιος [k] μὲν γὰρ καὶ Πατρόφιλος, Μάξιμον τὸν Ἱεροσολύμων ἐξωθήσαντες, Κύριλλον ἀντικατέστησαν. Μακεδόνιος δὲ τὰς γειτνιαζούσας ἐν Κωνσταντίνου πόλει (56) ἐπαρχίας τε καὶ πόλεις ἀνέτρεπεν, ὑπουργοὺς τοῦ οἰκείου σκοποῦ κατὰ τῶν Ἐκκλησιῶν προβαλλόμενος. Καὶ τῆς μὲν Κυζίκου Ἐλεύσιον ἐπίσκοπον ἀναδεικνύς· τῆς δὲ Νικομηδείας Μαραθώνιον· ὃς πρότερον μὲν διάκονος ἦν, ὑπὸ Μακεδονίῳ ταττόμενος, σπουδαῖος δὲ περὶ τὸ συστήσασθαι ἀν-
C δρῶν τε καὶ γυναικῶν μοναστήρια. Ὅπως δὲ Μακεδόνιος τὰς περὶ Κωνσταντίνου πόλιν ἐπαρχίας καὶ πόλεις ἀνέτρεπεν, ἤδη λεκτέον. Οὗτος γὰρ, ὡς καὶ φθάσας εἶπον, δραξάμενος τῆς ἐπισκοπῆς, μυρία κακὰ ποιεῖ τοῖς μὴ αἱρουμένοις τὰ αὐτοῦ φρονεῖν· καὶ οὐ μόνον γε τοὺς τῆς Ἐκκλησίας διακρινομένους [l] συνήλαυνεν, ἀλλὰ γὰρ καὶ Ναυατιανοὺς, εἰδὼς καὶ αὐτοὺς φρονοῦντας τὸ ὁμοούσιον. Συνηλαύνοντο

### VALESII ANNOTATIONES.

(55) *Τῇ ἐν Νίκῃ*. Lego τὴν ἐν Νίκῃ. Et paulo post ubi scribitur διετέλουν γὰρ γελώμενοι, lego διετέλουν τε γελώμενοι, quomodo legit etiam Epiphanius et Christophorsonus.

(56) *Γειτνιαζούσας ἐν Κωνσταντίνου πόλει*. Hic locus in primis notandus est. Ex eo enim colligimus episcopum urbis Constantinopolitanæ ordinandi jus jam tum habuisse per Hellespontum ac Bithyniam ante concilium Constantinopolitanum. Idem etiam probatur ex gestis Eudoxii episcopi Constantinopolitani, qui Eunomium Cyzicenis dedit episcopum. Sane episcopis Byzantii plurimum auctoritatis ac potentiæ accessit, ex quo imperator Constantinus eam urbem suo nomine appellavit, et seniori Romæ æqualem esse voluit. Eusebius quoque Nicomediensis episcopus ad eam sedem translatus, non modicum ei incrementum attulit. Fuit enim omnium sui temporis antistitum potentissimus. Porro hoc loco
D monendus est lector, scribendum videri τὰς γειτνιαζούσας τῇ Κωνσταντινουπόλει, etc., quemadmodum legit Epiphanius Scholasticus. Nisi dicamus transposita hic esse vocabula, ut sæpe accidit in his libris: et locum ita construendum esse, Μακεδόνιος δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει τὰς γειτνιαζούσας ἐπαρχίας, etc.

### VARIORUM.

[i] *Τὴν πίστιν τῇ ἐν Νίκῃ*. Videtur legendum, τὴν πίστιν τῆς ἐν Νίκῃ. W. Lowth.

[k] *Ἀκάκιος*. Eusebii Pamphili in episcopatu Cæsariensi successor, Maximum Hierosolymorum episcopum jure metropolitico a sede sua amovit, ut existimat Ant. Pagi, quia Maximus vicinos episcopos ad synodum evocarat, cum Athanasius anno 349 Alexandriam pergeret, absque permissu ejusdem Acacii: ejusque in locum substituit Cyrillum tanquam Arianæ factioni deditum, cum tamen is (ut postea constitit) ab ista hæresi longe alienus esset, anno 350. Aliter autem Theodoritus de ordinatione S. Cyrilli, Hist. lib. II, c. 26, lib. V, c. 9. De Macedonio vide supra cap. 6 et 16 hujus libri.

[l] *Τοὺς τῆς Ἐκκλησίας διακρινομένους*. Vertendum, *qui pro Ecclesia contendunt*, qui Ecclesiæ partes tutandas suscipiunt. Eadem phrasis occurrit infra, cap. 40. W. Lowth.

Digitized by Google

A οὖν καὶ οὗτοι, τὰ ἀνήκεστα πάσχοντες. Καὶ φεύγει μὲν αὐτῶν ὁ ἐπίσκοπος, Ἀγέλιος ὄνομα αὐτῷ. Πολλοὶ δὲ τῶν ἐπισήμων ἐπ' εὐλαβείᾳ συλληφθέντες ᾐκίζοντο, ἐπεὶ μὴ ἐβούλοντο μετέχειν τῆς κοινωνίας αὐτοῦ. Μετὰ δὲ τοὺς αἰκισμοὺς, βίᾳ τῶν μυστηρίων μετέχειν τοὺς ἄνδρας ἠνάγκαζον. Ξύλῳ γὰρ διαιροῦντες τὰ στόματα τῶν ἀνθρώπων, τὰ μυστήρια ἐνετίθεσαν. Οἱ δὲ ὑπομένοντες τοῦτο, μείζονα τῶν ἄλλων τιμωριῶν κόλασιν ταύτην ἐνόμιζον. Γύναιά τε καὶ παιδία συναρπάζοντες, μυεῖσθαι ἠνάγκαζον. Εἰ δέ τις παραιτοῖτο, ἢ ἄλλως ἀντέλεγεν, εὐθὺς ἐπηκολούθουν πληγαὶ, καὶ μετὰ τὰς πληγὰς δεσμοί τε καὶ δεσμωτήρια, καὶ τὰ ἄλλα δεινά. Ὧν ἑνὸς ἢ δυοῖν ἐπιμνησθεὶς, φανερὰν τὴν ἀπήνειαν καὶ ὠμότητα Μακεδονίου καὶ τῶν τότε ἀκμασάντων ἀνθρώπων, τοῖς ἀκούουσι καταστήσω. B Γυναικῶν γὰρ τῶν μὴ ἀνασχομένων μετασχεῖν τῶν μυστηρίων, τοὺς μαστοὺς ἐν κιβωτίῳ βαλόντες ἀπέπριον. Ἄλλων τε γυναικῶν τὰ αὐτὰ μόρια, τοῦτο μὲν σιδήρῳ, τοῦτο δὲ ᾠοῖς (57) εἰς ἄκρον πυρὶ θερμανθεῖσι, προσφέροντες ἔκαιον. Ξένη τε καὶ παρὰ τὰς Ἑλλήνων τιμωρίας, αὕτη ἡ ὑπὸ τῶν Χριστιανίζειν λεγόντων ἐγίνετο. Ταῦτα δὲ ἐγὼ παρὰ τοῦ μακροχρονιωτάτου Αὐξάνοντος ἤκουσα, οὗ κἂν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ μνήμην πεποίημαι. Ὃς πρεσβύτερος μὲν ἦν τῆς τῶν Ναυατιανῶν Ἐκκλησίας. Πεπονθέναι δὲ ἔλεγε καὶ αὐτὸς οὐκ ὀλίγα παρὰ τῶν Ἀρειανιζόντων κακὰ, οὔπω τηνικαῦτα τῆς τοῦ πρεσβυτέρου ἀξίας λαχών. Ἅμα δὲ Ἀλεξάνδρῳ Παφλαγόνι συνασκοῦντι αὐτῷ, εἴς τε εἱρκτὴν βεβλῆσθαι, καὶ πληγὰς ὑπομεῖναι πολλὰς, C καὶ ἐνεγκεῖν μὲν τὰς βασάνους αὐτὸς ἔλεγεν· Ἀλέξανδρον δὲ ὑπὸ τῶν πληγῶν ἐν τῇ εἱρκτῇ τελευτῆσαι. Ὃς τέθαπται νῦν ἐν δεξιᾷ εἰσπλεύσαντι τὸν Βυζάντιον κόλπον, ὃς καλεῖται Κέρας (58), πλησίον τῶν ποταμῶν· οὗ καὶ ἐκκλησία ἐστὶ τῶν Ναυατιανῶν, Ἀλεξάνδρου ἐπώνυμος. Καθῄρουν μὲν οὖν οἱ Ἀρειανίζοντες, Μακεδονίου κελεύοντος, ἄλλας τε πόλλας κατὰ πόλεις ἐκκλησίας, καὶ δὴ καὶ Ναυατιανῶν τὴν πλησίον τοῦ Πελαργοῦ ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει κειμένην. Ὅτου χάριν δὲ ταύτην ἰδικῶς ἐμνημόνευσα, λέξων ἔρχομαι, ὅσα παρὰ τοῦ γεραιτάτου Αὐξάνοντος (59) ἤκουσα. Ὁ βασιλέως νόμος, καὶ ἡ Μακεδονίου βία, καθαιρεῖσθαι τῶν τὸ ὁμοούσιον φρονούντων τὰς ἐκκλησίας ἐκέλευον. Ἕλκει δὴ τὸ θέσπισμα

amplecti. Hi ergo una cum illis vexati, intoleranda perpessi sunt mala. Et episcopus quidem eorum, nomine Agelius, fuga sibi consuluit. Multi vero pietate insignes, comprehensi ac tormentis subditi sunt, eo quod communicare cum illo recusarent. Post cruciatus autem, miseros homines secum communicare per vim adigebant. Ligno enim injecto ora hominum diducentes, sacramenta ipsis ingerebant. Illi vero quibus ea vis adhibebatur, cruciatum hunc reliquis omnibus multo graviorem censebant. Mulieres porro et parvulos abripientes, sacro baptismo initiari cogebant. Quod si quis detrectaret aut contradiceret, statim verbera, post hæc vincula et carceres, et alia atrocia subsequebantur. Ex quibus unum aut alterum retulisse contentus, Macedonii et eorum qui tunc temporis prævalebant, sævitiam et immanitatem auditoribus dijudicandam relinquam. Mulierum quæ cum **146** ipsis communicare renuissent, ubera in arca comprimentes abscindebant. Aliis mulieribus easdem corporis partes partim ferro, partim admotis ovis supra modum ferventibus combusserunt. Novum hoc tormenti genus, nec a gentilibus adversus nostros unquam usurpatum, isti qui se Christianos profitebantur excogitarunt. Hæc ego ab Auxanonte audivi, viro admodum longævo, cujus etiam in superiore libro mentionem feci. Qui Novatianorum quidem Ecclesiæ presbyter fuit. Cæterum se quoque innumera mala ab Arianis passum esse dicebat, antequam presbyteri dignitatem adeptus fuisset. Nam et cum Alexandro Paphlagone, qui una cum ipso monasticam vitam degebat, se in carcerem conjectum multisque verberibus affectum fuisse; ac se quidem tormenta sustinuisse dicebat, Alexandrum vero ex dolore verberum in carcere interiisse. Hujus sepulcrum nunc est ad dextrum latus navigantibus in Byzantium sinum qui Ceras cognominatur, prope fluvios: ubi etiam est Novatianorum ecclesia, Alexandri nomine insignita. Porro Ariani cum alias multas ecclesias in diversis civitatibus everterunt, jubente Macedonio, tum illam Novatianorum quæ Constantinopoli sita est juxta Pelargum. Cur autem hujus ecclesiæ specialiter mentionem fecerim, dicam hoc loco, sicut ab Auxanonte provectæ admodum ætatis viro didici. Edi-

## VALESII ANNOTATIONES.

(57) *Τοῦτο δὲ ᾠοῖς*. In codice Leonis Allatii hic locus ita legitur: τοῦτο δὲ ᾠὰ εἰς ἄκρον ἐν πυρὶ θερμανθέντα προσφέροντες συνεφασκίουν καὶ ἔκαιον. Verum ego nihil mutandum censeo, tantum προσφέροντες malim scribere.

(58) *Ὃς καλεῖται Κέρας*. Idem dicit Polybius in libro quarto Historiarum, et Strabo in libro sexto. Ceras scilicet sinum esse vicinum Byzantio, sic dictum a cervini cornu similitudine. Plinius tamen promontorium ita vocat situm in eo sinu. Cui consentit Ammianus Marcellinus in libro XXII. Qui locus quia vulgo corruptissime legitur, nec in editione nostra adhuc emendatus est, hic prout legi debet, a me apponetur: *Et promontorium Ceras, prælucentem navibus vehens constructam celsius turrim: quapropter Ceratas appellatur ventus inde suetus oriri* D *prægelidus*. Sic eum locum correxi, secutus scriptæ lectionis vestigia: nam vulgata lectio, cujus auctor fuit Petrus Castellus, sensu omni caret. Mos fuit veterum ventos nominare a locis ex quibus spirant. Sic Argestem Athenienses vocarunt Scironitem, eo quod ex Scironis promontorio flaret, ut tradit Strabo. Ita igitur Ceratas ventus dictus est a Byzantinis, quod ex promontorio Cerate flaret.

(59) *Ὅσα παρὰ τοῦ γεραιτάτου Αὐξάνοντος*. In codice Leonis Allatii scriptum est, ὡς παρὰ τοῦ γερ. Αὐξωνος, Epiphanius quoque Scholasticus Auxonium senem vocat. Sed in hujus capitis exordio et in I libro vocatur Auxano. Ab hoc autem Auxanone, quæcunque de Novatianis passim in Historia sua narrat Socrates, narrat autem quamplurima, accepisse mihi videtur.

Digitized by Google

ctum imperatoris et Macedonii violentia ecclesias Homousianorum disturbari præceperant. Edictum igitur et violentia huic quoque ecclesiæ ruinam minabatur: et instabant ii quibus ejus rei exsecutio mandata fuerat. Mihi vero mirari subit, tum ardorem animi ac studium Novatianorum quod erga ecclesiam suam declararunt, tum benevolentiam quam erga illos ostenderunt ii, qui tum quidem ab Arianis ecclesia fuerant ejecti, nunc vero pacate et tranquille ecclesias obtinent. Cum igitur, ut hæc etiam ecclesia destrueretur, urgerent ii quibus id muneris erat injunctum, ingens hominum turba eo confluxit, tum Novatianorum, tum aliorum qui idem cum ipsis sentiebant. Cumque ecclesiam suam diruissent, eam in alium locum transtulerunt. Hic autem locus situs est ex adverso Constantinopoleos; appellatur autem Sycæ, et tertia decima est urbis regio. Porro ecclesiæ translatio brevi admodum tempore facta est, cum maxima hominum multitudo incredibili alacritate eam transportaret. Alius enim tegulas, lapides alius, alius materiam, **147** alius aliud quid sumens, Sycas deferebat. Sed et mulieres et tenera adhuc ætas manum operi admovebant; vota se solvere arbitrantes, et maximo ducentes lucro, quod Deus rerum sibi consecratarum fidos custodes ipsos esse voluisset. Hoc igitur modo ecclesia Novatianorum ea tempestate Sycas translata est. Postea vero mortuo Constantio, Julianus imperator locum Novatianis reddi jussit, et ecclesiam reparare eis permisit. Rursus ergo populus eodem quo prius modo reportatis materiis, ecclesiam in pristino loco ædificavit. Cumque pulchriorem eam fecissent, Anastasiam ex re ipsa appellari voluerunt. Et hæc quidem ecclesia postmodum, ut dixi, regnante Juliano excitata est. Tunc vero et Catholici et Novatiani, simul utrique expulsi sunt. Quamobrem Catholici in iis quidem ecclesiis in quibus Ariani conveniebant, orationem facere abominabantur. In aliis autem tribus ecclesiis, tot enim ecclesias in urbe regia habent Novatiani, convenientes Catholici una cum illis orationem celebrabant: parumque abfuit quin penitus unirentur, nisi Novatiani, vetus servantes mandatum, id facere detrectassent. Verum in reliquis rebus tanta se mu-

A καὶ ἡ βία κατὰ τῆσδε τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἤπειγον οἱ προστεταγμένοι τοῦτο ποιεῖν. Θαυμάσαι οὖν μοι ἔπεισι, τόν τε Ναυατιανῶν λαὸν ὁπόσον εἶχον ζῆλον καὶ σπουδὴν περὶ τὴν ἑαυτῶν ἐκκλησίαν, καὶ τὴν εὔνοιαν ἣν εἶχον περὶ αὐτοὺς οἱ τότε μὲν τῆς ἐκκλησίας ὑπὸ τῶν Ἀρειανῶν ἐκβληθέντες, νῦν δὲ ἐν εἰρήνῃ τὰς ἐκκλησίας κατέχοντες. Ὡς δὲ ἤπειγον καθαιρεῖσθαι καὶ τήνδε τὴν ἐκκλησίαν οἷς τοῦτο προσετέτακτο, συνήγοντο πλεῖστος ὅμιλος ἀνθρώπων Ναυατιανῶν τε καί τινες τῶν ὁμοφρονούντων αὐτοῖς. Καὶ καθελόντες τὴν ἐκκλησίαν αὐτῶν, εἰς ἄλλον τόπον μετέθεσαν. Ὁ δὲ τόπος οὗτος ἀντιπέραθεν μὲν κεῖται τῆς πόλεως· Συκαὶ δὲ ὀνομάζονται, καί ἐστι τρισκαιδέκατον τῆς Κωνσταντίνου πόλεως κλίμα. Ταχεῖα δὲ ἐγένετο ἡ τῆς ἐκκλη-B σίας μετάθεσις, λαοῦ πολλοῦ σὺν προθυμίᾳ μεγίστῃ μεταφερόντων αὐτήν. Ὁ μὲν γάρ τις ἔφερε κέραμον· ὁ δὲ λίθον· ἕτερος δὲ ξύλον· καὶ ἄλλος ἄλλο λαμβάνων, ἐπὶ τὰς Συκὰς ἀπεκόμιζεν. Συνεπελαμβάνοντο δὲ καὶ γυναῖκες, καὶ ἡ μικρὰ ἡλικία, εὐχὴν ἡγούμενοι πληροῦν, καὶ μέγα κέρδος λαμβάνειν· τῶν ἀφιερωθέντων τῷ Θεῷ φύλακες ἀκέραιοι γενέσθαι ἠξιωμένοι. Οὕτως μὲν οὖν τότε ἡ τῶν Ναυατιανῶν ἐκκλησία εἰς τὰς Συκὰς μετενήνεκτο. Χρόνῳ δὲ ὕστερον μετὰ τὴν τελευτὴν Κωνσταντίου, ὁ βασιλεὺς Ἰουλιανὸς τόν τε τόπον ἀποδοθῆναι ἐκέλευσε, καὶ ἀνοικοδομεῖν ἐπέτρεψεν. Αὖθίς τε ὁ λαὸς τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀντιμετενεγκόντες τὰς ὕλας, τὴν ἐκκλησίαν εἰς τὸν ἐξ ἀρχῆς ᾠκοδόμησαν τόπον. Καὶ βελτιώσαντες, Ἀναστασίαν [m] καλεῖσθαι φερωνύμως ἠξίωσαν. Ἡ C μὲν οὖν ἐκκλησία ὕστερον, ὡς ἔφην, ἐπὶ Ἰουλιανοῦ ἀνέστη. Τότε δὲ ἄμφω, οἵτε τῆς Ἐκκλησίας καὶ οἱ Ναυατιανοὶ, ὁμοίως ἠλαύνοντο. Διὸ καὶ οἱ τῆς Ἐκκλησίας ἐβδελύττοντο ἐν τοῖς εὐκτηρίοις ἔχεσθαι τόποις (60), ἐν οἷς οἱ Ἀρειανοὶ συνήγοντο. Εἰς δὲ τὰς ἄλλας τρεῖς, τοσαύτας γὰρ ἐντὸς τῆς πόλεως ἔχουσιν οἱ τῶν Ναυατιανῶν ἐκκλησίας, συνερχόμενοι ἀλλήλοις συνηύχοντο· μικροῦ τε ἐδέησεν ἑνωθῆναι αὐτοὺς, εἰ μὴ Ναυατιανοὶ, φυλάττοντες ἀρχαῖον παράγγελμα, παρῃτήσαντο. Ὅμως δὲ τὴν ἄλλην εὔνοιαν εἰς ἀλλήλους προθυμότερον ἐφύλαττον, ὑπεραποθνήσκειν ἀλλήλων αἱρούμενοι. Συνηλαύνοντο οὖν ἐν τῇ αὐτῇ Κωνσταντίνου πόλει, καὶ κατὰ τὰς ἄλλας ἐπαρχίας τε καὶ πόλεις. Αὐτίκα γοῦν ἐν Κυζίκῳ Ἐλεύσιος [n] ὁ

## VALESII ANNOTATIONES.

(60) *Ἐν τοῖς εὐκτηρίοις ἔχεσθαι τόποις.* Omnino scribendum est εὔχεσθαι. Quod miror a Christophorsono animadversum non fuisse. Porro incredibile mihi videtur quod hic narrat Socrates, Catholicos scilicet orasse in ecclesiis Novatianorum. Imposuit, ut opinor, Socrati nostro senex ille Auxano, qui id quod a quibusdam fortasse Christianis parum cautis factum fuerat, universis Catholicis affinxit. Nihil quippe magis contrarium est ecclesiasticæ di-D sciplinæ, quam communicare cum hæreticis, sive in sacramentis, sive in precatione. Falluntur autem meo judicio, qui ex hac narratione colligunt Socratem Novatianum fuisse. Imo vero ex hoc loco manifeste convincitur eum fuisse Catholicum. Nam Catholicos semel atque iterum hic appellat τοὺς τῆς Ἐκκλησίας, eosque Novatianis opponit. Novatianos igitur extra Ecclesiam fuisse existimavit.

## VARIORUM.

[m] *Ἀναστασίαν.* Alia fuit hæc ab illa Anastasia a Gregorio Nazianzeno Constantinopoli condita, et aliam ob causam sic dicta, nempe quod fides languescens antea et moribunda illic revixisse visa fuerit. De qua ipsum vide in Vita sua, pag 17, et oratione XXXII. Nicetæ etiam annot. in verba illa, χαίροις, Ἀναστασία, et Guil. Cave in Greg. Nazianz.

[n] *Ἐλεύσιος.* Eleusius Cyzici, Mœsiæ ad Propon-

Digitized by Google

τῆσδε ἐπίσκοπος, ὁμοίως ἅμα Μακεδονίῳ κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἐποίει, πανταχόθεν ἐλαύνων καὶ διαστρέφων αὐτούς. Τήν τε ἐν Κυζίκῳ τῶν Ναυατιανῶν ἐκκλησίαν καθεῖλεν εἰς ἔδαφος. Μακεδόνιος δὲ τὸν κολοφῶνα τῶν κακῶν οἷς ἔδρασεν ἐπιτίθησι· πυθόμενος γὰρ κατὰ τὸ Παφλαγόνων ἔθνος πλείστους εἶναι τῆς Ναυατιανῆς θρησκείας, καὶ μάλιστα κατὰ τὸ Μαντίνιον, συνιδών τε ὡς οὐχ οἷόν τε τοσοῦτον πλῆθος δι' ἐκκλησιαστικῶν ἀνθρώπων ἐλαύνεσθαι, τέσσαρας ἀριθμοὺς ° στρατιωτῶν γνώμῃ τοῦ βασιλέως ἐπὶ τὴν Παφλαγονίαν πεμφθῆναι πεποίηκεν, ὅπως φόβῳ τῶν ὁπλιτῶν, τὴν Ἀρειανὴν δόξαν προσδέξωνται. Οἱ δὲ οἰκοῦντες τὸ Μαντίνιον, ζήλῳ τῆς θρησκείας, ἀπονοίᾳ κατὰ τῶν στρατιωτῶν ἐχρήσαντο· γενόμενοί τε ἅμα πολλοὶ, δρέπανά τε μακρὰ καὶ ἀξίνας λαβόντες, καὶ παντὶ τῷ παρατυχόντι ὅπλῳ χρώμενοι, ἀπήντων τοῖς στρατιώταις. Καὶ γενομένης συμβολῆς, πολλοὶ μὲν τῶν Παφλαγόνων ἀπέθανον· τῶν δὲ στρατιωτῶν, πλὴν ὀλίγων, οἱ πάντες. Ταῦτα ἐγὼ παρὰ ἀγροίκου Παφλαγόνος ἔμαθον, ὃς ἔλεγε παρεῖναι τῇ μάχῃ. Λέγουσι δὲ ταῦτα καὶ ἄλλοι Παφλαγόνων πολλοί. Τοιαῦτα μὲν οὖν τὰ Μακεδονίου ὑπὲρ τοῦ Χριστιανισμοῦ κατορθώματα, φόνοι, καὶ μάχαι, καὶ ἀνδραποδισμοὶ, καὶ ἐμφύλιοι πόλεμοι. Αὕτη μέντοι ἡ πρᾶξις, οὐ μόνον παρὰ τῶν ἠδικημένων, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν οἰκείως πρὸς αὐτὸν ἐχόντων, δίκαιον κατ' αὐτοῦ μῖσος εἰργάσατο. Προσέκρουσέ τε καὶ αὐτῷ τῷ βασιλεῖ διά τε τοῦτο, καὶ δι' ἑτέραν αἰτίαν τοιάνδε· Ὁ οἶκος ἔνθα ἡ λάρναξ ἐν ᾗ τὸ σῶμα τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου ἀπέκειτο, πτῶσιν ἠπείλει. Ἦσαν οὖν διὰ τοῦτο οἵ τε εἰσπορευόμενοι καὶ οἱ προσεδρεύοντες (61) καὶ εὐχόμενοι ἐν φόβῳ πολλῷ. Ὁ οὖν Μακεδόνιος ἐβουλεύσατο μεταφέρειν τὰ τοῦ βασιλέως ὀστᾶ, ὅπως ἂν μὴ συληθῇ (62) ἡ θήκη ὑπὸ τοῦ πτώματος. Τοῦτο γνόντες οἱ λαοὶ, διακωλύειν ἐπεχείρουν, φάσκοντες μὴ δεῖν τοῦ βασιλέως τὰ ὀστᾶ μεταφέρεσθαι· ἴσον γὰρ εἶναι τὸ ἀνορύττεσθαι. Διῃροῦντό τε εὐθὺς οἱ λαοὶ εἰς δύο τμήματα· καὶ οἱ μὲν, μηδὲν βλάπτεσθαι τὸ μεταφέρεσθαι τὸν νεκρὸν ἔφασκον· οἱ δὲ, ἀνόσιον ἔλεγον τὸ γιγνόμενον. Συνήρχοντό τε καὶ οἱ τοῦ ὁμοουσίου φρονήματος, τῷ γιγνομένῳ ἀντέχοντες. Ὁ δὲ Μακεδόνιος μικρὰ τῶν αὐτῷ ἀντιλεγόντων φροντίσας, μεταφέρει τὸ σῶμα τοῦ βασιλέως εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ τὸ σῶμα τοῦ μάρ-

A tuo prosequebantur benevolentia, ut pro se invicem mortem oppetere parati essent. Utrique ergo simul exagitati sunt, non solum Constantinopoli, verum in aliis etiam provinciis ac civitatibus. Etenim apud Cyzicum quidem Eleusius, loci illius episcopus, eadem quæ Macedonius adversus Christianos perpetrare cœpit, undique eos fugans atque exagitans. Quin et ecclesiam Novatianorum in urbe Cyzico funditùs evertit. Macedonius vero sceleribus suis culmen imposuit hujusmodi : nam cum audiisset, in provincia Paphlagonia et præcipue apud Mantinium, quamplurimos esse addictos sectæ Novatianorum ; simulque intelligeret fieri non posse ut tanta hominum multitudo per ecclesiasticos viros pelleretur, quatuor numeros militum imperatoris præcepto in
B Paphlagoniam mitti curavit, quo illi armatorum metu perculsi Arianum dogma susciperent. Sed qui Mantinium incolebant, ingenti ardore ad sectæ suæ defensionem incitati, desperatione tanquam telo usi sunt adversus milites ; multique in unum agmen collecti, longis falcibus arreptis ac securibus et quidquid ad manum erat, militibus occurrerunt. Commisso igitur prœlio, ex Paphlagonibus quidem multi occubuerunt; **148** milites vero, paucis exceptis, cæsi sunt universi. Hæc ego ex rustico quodam Paphlagone accepi, qui se prœlio interfuisse dicebat. Sed et alii multi Paphlagones idem affirmant. Hujusmodi sunt Macedonii præclara facinora, quæ pro Christianorum religione gessit : cædes videlicet, pugnæ, captivitates et bella civilia. Porro hoc fa-
C cinus Macedonii, non solum apud eos quos injuria affecerat, verum etiam apud suos justum contra ipsum odium excitavit. Ipsum quoque imperatorem offendit Macedonius, tum ob hanc quam dixi, tum ob aliam hujusmodi causam : Ædes in qua erat arca quæ imperatoris Constantini reliquias continebat, ruinam minari videbatur. Atque idcirco tum ii qui in ædem introibant, tum qui illic manebant et precabantur, maximo in metu erant constituti. Macedonius igitur imperatoris reliquias transferre statuit, ne arca ruina violaretur. Quod cum populus fieri cognovisset, impedire conatus est, nefas esse dicens, imperatoris ossa transferri : perinde enim esse ac si effoderentur. Statimque populus duas in partes di-

## VALESII ANNOTATIONES.

(61) *Ἦσαν οὖν διὰ οἱ προσεδρεύοντες.* Hujus loci emendatio debetur codici Allatiano. Nam in nostris codicibus Florentino ac Sfortiano hic locus una duntaxat voce auctior erat, hoc modo : ἦσαν οὖν διὰ τοῦτο οἱ, etc. Sed lacunam integram supplet codex Allatii, cui consentit Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit hunc locum : *Ideoque custodes ejus et qui ad orationem intrabant, erant positi sub timore.* Custodes interpretatur Epiphanius, qui a Socrate
D dicuntur προσεδρεύοντες. Quam interpretationem non probo. Magis placet τοὺς προσεδρεύοντας interpretari eos, qui morantur diutius in ecclesia, et orationis causa illic sedent. Si quis tamen æditwos interpretari malit, non magnopere repugnabo.

(62) *Ὅπως ἂν μὴ συλληφθῇ.* Epiphanius vertit : *Ne arcam ruinæ casus comprimeret.* Sed in codice Sfortiano scriptum inveni συληθῇ, quod magis probo.

## VARIORUM.

tidem urbis a Macedonio factus episcopus, prius in palatio splendide militaverat. Vir bonus fuisse dicitur; acerrimus tamen in vexandis iis qui Filium Patri consubstantialem profitebantur. (Sozom., lib. iv, cap. 20.)

° *Τέσσαρας ἀριθμούς.* Photius habet τέσσαρας φάλαγγας. Nicephorus τετρακισχιλίους ξιφήρεις. Sozomen. τέσσαρα τάγματα.



Digitized by Google

visus est : hi nullam noxam ex translatione inferri cadaveri affirmabant; illi contra, impium id esse contendebant. Convenerant illuc etiam Homousiani, palam obsistentes ne id fieret. At Macedonius parvi pendens eos qui reluctabantur, imperatoris cadaver in ecclesiam in qua conditum est corpus Acacii martyris, transfert. Quo facto, populi duas in partes divisi ingens multitudo ad ecclesiam illam concurrit : et cum adversus se invicem ambæ partes stetissent, protinus ventum est ad manus, tantaque hominum cædes facta est, ut ecclesiæ illius atrium sanguine compleretur; puteus quoque qui erat in atrio, cruore redundaret, et sanguis in conjunctam porticum efflueret usque ad ipsam plateam. Imperator vero de hac calamitate certior factus, adversus Macedonium excanduit, tum propter eos qui occubuerant, tum eo quod Macedonius citra ipsius consensum, cadaver patris sui loco movere ausus fuisset. Relicto igitur in Occidentis partibus Cæsare Juliano, qui regionum illarum curam gereret, ipse in Orientem proficiscitur. Sed quomodo Macedonius brevi postea depositus sit, pro tantis sceleribus tam exiguas luens pœnas, paulo post commemorabo.

τυρος Ἀκακίου ἀπόκειται. Τούτου γενομένου, συνδρομὴ τῶν διχονοούντων τοῦ πλήθους εἰς ἐκείνην τὴν ἐκκλησίαν σύντονος γίνεται. Ἀνθίστατό τε ἀλλήλοις τὰ μέρη· καὶ μὴ μελλήσαντες χερσὶν ἠμύναντο. Καὶ γίνεται φόνος ἀνθρώπων πολλῶν· ὥστε τὴν αὐλὴν τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης αἵματος πλήρη γενέσθαι, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ φρέαρ ὑπερβλύσαι τοῦ αἵματος, ἐκρεῖν δὲ τοῦτο (63) καὶ εἰς τὴν ἐχομένην στοὰν, ἄχρι τῆς πλατείας αὐτῆς. Τοῦτο τὸ ἀτύχημα πυθόμενος ὁ βασιλεὺς, ὀργίζεται κατὰ τοῦ Μακεδονίου, καὶ διὰ τοὺς ἀπολωλότας, καὶ ὅτι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τὸ σῶμα παρακινῆσαι παρὰ τὴν αὐτοῦ γνώμην ἐτόλμησε. Καταλιπὼν οὖν τῶν ἑσπερίων μερῶν φροντίζειν τὸν Καίσαρα Ἰουλιανὸν, αὐτὸς ἐπὶ τὴν Ἑῴαν ἐπορεύετο. Ὅπως μὲν οὖν Μακεδόνιος μικρὸν ὕστερον καθῃρέθη, βραχεῖαν ἀντὶ τηλικούτων κακῶν ταύτην δεδωκὼς δίκην, ὀλίγον ὕστερον λέξω.

## CAP. XXXIX.

### 149 *De concilio apud Seleuciam Isauriæ urbem coacto.*

Impræsentiarum vero dicam de altera synodo, quam æmulam Ariminensis concilii in Orientis partibus fieri imperator edicto suo præceperat. Initio quidem placuerat, ut apud Nicomediam Bithyniæ episcopi congregarentur. Verum quominus eo loci convenirent, impedimento fuit ingens terræ motus, quo Nicomediensium civitas corruit. Id contigit Daciano et Cereale consulibus, quinto Kalendas Se-

## ΚΕΦΑΛ. ΛΘ'.

### *Περὶ τῆς ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας συνόδου.*

Περὶ δὲ τῆς ἑτέρας συνόδου, ἣν ἀντίμιμον τῆς ἐν Ἀριμίνῳ συνόδου κατὰ τὴν Ἀνατολὴν γενέσθαι τὸ βασιλέως ἐκέλευε πρόσταγμα, νῦν διηγήσομαι. Ἐδέδοκτο πρότερον, ἐν Νικομηδείᾳ τῆς Βιθυνίας τοὺς ἐπισκόπους συνάγεσθαι. Ἐνέκοψε δὲ αὐτῶν τὴν ἐκεῖσε συνέλευσιν, σεισμὸς ἐπιγενόμενος μέγιστος, ἀφ' οὗ συνέβη τὴν Νικομηδέων πόλιν πεσεῖν P. Τοῦτο δὲ γέγονεν ὑπατευόντων Τατιανοῦ καὶ Κερεαλίου (64),

## VALESII ANNOTATIONES.

(63) *Ἐγίνετο δὲ τοῦτο.* Hunc locum restitui ac supplevi ex optimo codice Leonis Allatii. Nostri enim codices nihil mutant. Sed cum vulgatam lectionem prorsus insulsam viderem, non dubitavi in textum admittere scripturam codicis Allatiani, quæ sic habet : καὶ τὸ ἐν αὐτῇ φρέαρ ὑπερβλύσαι τοῦ αἵματος, ἐκρεῖν δὲ τοῦτο καὶ, etc. Tantam ait Socrates fuisse hominum cædem, ut atrium ecclesiæ Sancti Acacii humano sanguine compleretur, et puteus qui erat in atrio, cruore redundaret; utque sanguis e puteo in vicinam porticum, indeque in plateam efflueret.

(64) *Τατιανοῦ καὶ Κερεαλίου.* Scribendum est Δατιανοῦ. Sic enim vocatur in Fastis consularibus, et apud Ammianum Marcellinum. Fuit hic inter præcipuos amicos Libanii, ad quem plurimas epistolas scripsit Libanius, quæ leguntur in lib. IV ejus Epistolarum. In epist. 71 ejusdem libri Libanius consulatum ejus commemorat, et imperatorum, alterius quidem discipulum, alterius vero magistrum fuisse dicit : Τὸ δὲ σὸν λαμπρόν τε καὶ κρεῖττον ἢ σβεσθῆναι. Ὅ τε γὰρ ὕπατος, αἵ τε ἐκ βασιλέων τιμαί. Καὶ τὸ βασιλέων, τοῦ μὲν μαθητὴν, τοῦ δὲ γενέσθαι διδάσκαλον. Ἔτι δὲ οἰκιῶν κάλλη, καὶ λουτρῶν πλῆθός τε καὶ μέγεθος καὶ χάρις, πάντα ταῦτα τοὔνομα καθέξει, κἂν τὸ σῶμα ἀπέλθῃ. Id est : *Tua vero illustria sunt, et præstantiora quam ut exstingui possint. Nam et consulatus, et honores ab imperatoribus præbiti, et imperatorum alterius quidem fuisse discipulum, alterius vero magistrum ; adhæc pulchritudo ædium, et lavacrorum tum multitudo tum amplitudo ac venustas : hæc, inquam, omnia nomen tuum perpetuo retinebunt, etiamsi corpus recesserit.* In epistola autem centesima quadragesima sexta ejusdem libri hoc Datiani exstat elogium : Τὸ γὰρ ὑπ' ἀνδρὸς τοσαύτας μὲν βασιλείας ὠρθωκότος, πλείστους δὲ εὖ πεποιηκότος, πλήξαντος δὲ οὐδένα· φρενῶν δὲ ἐπὶ πλεῖστον ἥκοντος, δόξης δὲ γῆν καὶ θάλατταν ἐμπεπληκότος τῆς ἑαυτοῦ, τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα ἀκηκοέναι, μεῖζον ἀνδρί γε νοῦν ἔχοντι τῶν τε ὄντων ἁπάντων τῶν τε ἐσομένων χρημάτων. Id est : *Tot enim ac talia audire a viro qui tot regna erexit, et quamplurimos quidem homines beneficiis auxit, neminem vero unquam læsit : qui prudentia quidem antecellit, gloria vero nominis sui terras ac maria implevit, homini cordato majus est præsentibus cunctis opibus ac futuris.* Et in fine ejusdem epistolæ eumdem Datianum Constantinopoli quidem domicilium habuisse significat : in urbe tamen Antiochena et in suburbanis domos habuisse ac prætoria, fontibus et lavacris ornata; ad quæ visenda illum invitat.

## VARIORUM.

P *Σεισμὸς μέγιστος, ἀφ' οὗ συνέβη τὴν Νικομηδέων πόλιν πεσεῖν. Iisdem diebus terræ motus horrendi per Macedoniam Asiamque et Pontum assiduis pulsibus oppida multa concusserunt, et montes. Inter monumenta tamen multiformium ærumnarum eminuere Nicomediæ clades, Bithyniæ urbium matris*, inquit Ammian. Marcellinus, lib. XVII, cap. 7, cujus verba, hominum et ædificiorum stragem graphice demonstrantia, hic repræsentassem, ni metus esset ne lectorem a proposito nimium abducerent.

Digitized by Google

περὶ τὴν ὀγδόην εἰκάδα τοῦ Αὐγούστου μηνός. Ἐβουλεύοντο οὖν μεταθεῖναι τὴν σύνοδον εἰς τὴν γειτνιάζουσαν αὐτῇ Νίκαιαν. Καὶ τοῦτο μὲν αὖθις μετέδοξεν· εἰς Ταρσὸν δὲ τῆς Κιλικίας ἐδόκει συνέρχεσθαι. Οὔτε δὲ τούτου ἀρέσαντος, εἰς Σελεύκειαν ¶ τῆς Ἰσαυρίας, τὴν ἐπικαλουμένην Τραχεῖαν, συνεληλύθασι. Τοῦτο δὲ ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ (65) πεποιήκασιν, ὑπατευόντων Εὐσεβίου καὶ Ὑπατίου. Ἦσαν δὲ οἱ συνελθόντες τὸν ἀριθμὸν ἑκατὸν ἑξήκοντα. Συμπαρῆν δὲ αὐτοῖς εἷς τῶν ἐν τοῖς βασιλικοῖς ἐκφανῶν, ὄνομα Λεωνᾶς (66), ἐφ' οὗ προθεῖναι τὸ περὶ τῆς πίστεως ζήτημα, τὸ βασιλέως ἐκέλευε πρόσταγμα. Προστέτακτο παρεῖναι καὶ Λαυρίκιος ὁ τῶν κατὰ τὴν Ἰσαυρίαν στρατιωτῶν ἡγούμενος, ὑπουργήσων εἰ δεήσοι τοῖς ἐπισκόποις. Ἐπὶ τοῦτον δὴ συνελθόντες τῇ ἑβδόμῃ καὶ εἰκάδι τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς, ἐπὶ δημοσίων ὑπομνημάτων διελέγοντο. Παρῆσαν γὰρ δὴ καὶ ὀξυγράφοι, τὰ παρ' ἑκάστου λεγόμενα σημειούμενοι. Ὧν τὰ μὲν καθ' ἕκαστον ἐν τῇ συναγωγῇ Σαβίνου ζητήτωσαν οἱ φιλομαθεῖς, διὰ μακροτέρων ἐγκείμενα. Ἡμεῖς δὲ τὰ κεφαλαιώδη μόνον ἐπιτρέχοντες ἐκθησόμεθα. Ἐν δὲ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ (67) συνελθόντων, ὁ Λεωνᾶς τὰ ἑκάστῳ δοκοῦντα προθεῖναι ἐκέλευσεν. Οἱ δὲ παρόντες οὐ πρότερον ἔφασάν τινα κινῆσαι ζήτησιν, πρὶν ἂν οἱ ἀπολειφθέντες συνέλθωσι. Καὶ γὰρ ἦσαν ἀπολειφθέντες ἐπίσκοποι, Μακεδόνιος ὁ Κωνσταντινουπόλεως, Βασίλειος Ἀγκύρας, καὶ ἄλλοι τινὲς, κατηγορίας ὑφορώμενοι. Μακεδόνιος μὲν οὖν νοσεῖν εἰπὼν ἀπολέλειπτο. Πατρόφιλος δὲ ὀφθαλμιᾷν ἔλεγε· καὶ διατοῦτο ἐν προαστείῳ τῆς Σελευκείας, ἀνάγκην ἔχοιεν διάγειν· καὶ τῶν ἄλλων δὲ ἕκαστος πρόφασίν τινα τῆς ἀπολείψεως προεβάλλοντο. Ἐπεὶ δὲ ὁ Λεωνᾶς καὶ τούτων μὴ παρόντων δεῖν προτιθέναι τὰ τῆς ζητήσεως ἔλεγεν, οἱ παρόντες αὖθις ἐπῆγον, ὡς οὐδ' ἥντινα κινήσωσι ζήτησιν, εἰ μὴ πρότερον τῶν κατηγορουμένων οἱ βίοι ἐξετασθῶσι. Κατηγόρηντο γὰρ ἤδη πρότερον Κύριλλος Ἱεροσολύμων, Εὐστάθιος Σεβαστίας τῆς ἐν Ἀρμενίᾳ, καὶ ἄλλοι τινές. Ἐκ τούτου φιλονεικία εἰς τοὺς παρόντας ἐνέπεσεν.

A ptembres. Deliberarunt igitur de transferenda synodo in vicinam urbem Nicæensium. Sed cum hoc consilium ipsis displicuisset, visum est potius ut apud Tarsum Ciliciæ convenirent. Cum vero neque istud placuisset, in urbe Isauriæ Seleucia, quæ Aspera cognominatur, concilium celebrarunt. Hoc autem factum est eodem anno quo Ariminense concilium, consulatu Eusebii et Hypatii. Convenerunt illuc episcopi numero centum et quinquaginta. Aderat una cum illis Leonas quidam, vir in palatio imperatoris conspicuus; sub cujus præsentia quæstionem de fide proponi, imperator edicto suo jusserat. Sed et Lauricius dux militum per Isauriam, adesse jussus fuerat, ut episcopis, si quid vellent, præsto esset. His igitur præsentibus congregati B episcopi die quinta Kalendas Octobres, sub gestorum confectione disputare cœperunt. **150** Aderant enim etiam notarii, qui singulorum dicta notis exciperent. Ac singula quidem quæ tum gesta sunt, in collectaneis Sabini studiosi lectores perquirant, ubi hæc fusius exposita leguntur. Nos enim summa duntaxat rerum capita strictim percurremus. Prima die cum convenissent, jussit Leonas ut unusquisque proponeret quod vellet. Sed qui aderant, nullam movendam esse quæstionem dixere, priusquam advenissent ii qui desiderabantur. Quippe desiderabantur Macedonius Constantinopoleos, Basilius Ancyræ, et alii quidam episcopi, veriti ne ob crimina accusarentur. Et Macedonius quidem laborare se C morbo dicens aberat. Patrophilus vero oculorum dolorem prætexebat: eamque ob causam in suburbano Seleuciæ sibi necessario manendum esse. Alii denique aliam absentiæ suæ causam afferebant. Sed quoniam Leonas istis etiam absentibus proponendam esse nihilominus quæstionem dicebat, subjecerunt iterum qui aderant, se nullam omnino quæstionem moturos esse, nisi prius habita esset quæstio de vita ac moribus eorum qui accusabantur. Accusati enim jam antea fuerant Cyrillus Hierosolymorum episcopus, Eustathius Sebastiæ in Arme-

## VALESII ANNOTATIONES.

(65) *Τοῦτο δὲ ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ.* Hoc loco non levis occurrit difficultas; nam ruina quidem urbis Nicomediæ contigit Datiano et Cereale consulibus, anno Christi 358, mense Augusto. Concilium autem Seleuciæ celebratum est sequenti anno, Eusebio et Hypatio consulibus, mense Septembri. Non igitur uno eodemque anno hæc acciderunt. Quare scribendum videtur τῷ ἐχομένῳ ἐνιαυτῷ. Aut si vulgatam lectionem retinere quis voluerit, intelligere oportebit concilium episcoporum apud Seleuciam eodem D anno celebratum esse, quo Ariminense concilium.

(66) *Λεωνᾶς.* Leonas hic quæstor fuit sacri palatii: Lauricius vero comes Isauriæ, ut testatur Ammianus Marcellinus.

(67) *Ἐν δὲ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ.* Scribendum est ἐν δὴ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ. Quod licet leve sit, notandum tamen fuit, ut studiosus lector, si forte alibi id mendum occurrerit, occurrit autem sæpissime in his libris, id per se ipse corrigat, nec nos accuset negligentiæ.

## VARIORUM.

¶ *Εἰς Σελεύκειαν.* Athanas. De synodis Arim. et Seleuc.: Τὰ δὲ ἐν Σελευκείᾳ τῇ τραχείᾳ γενόμενα ταῦτά ἐστι. Μὴν μὲν ἦν ὁ κατὰ Ῥωμαίους καλούμενος Σεπτέμβριος, κατὰ δὲ τοὺς Αἰγυπτίους Θὼθ, καὶ κατὰ Μακεδόνας Γορπιαῖος, καὶ ἡμέρα τοῦ μηνὸς κατ' Αἰγυπτίους ἑκκαιδεκάτη, εἰς ἣν συνέδραμον πάντες οἱ κληθέντες συνελθεῖν. Ἦσαν δὲ κἀκεῖ που ρξ'. *Seleuciæ vero Asperæ hæc acta sunt. Mensis erat a Romanis September, ab Ægyptiis Thoth, a Macedonibus Gorpiæus nominatus: decimaque sexta mensis secundum Ægyptios, qua qui vocati fuerant, convenere. Erantque ibi episcopi circiter centum sexaginta.* Male igitur in Valesii versione mox legitur *centum et quinquaginta*. Porro de synodo Seleuciensi vide Sozom. lib. IV, cap. 22, et Theod. lib. II, c. 26.

Digitized by Google

nia, et alii quidam. Qua ex re gravis inter eos qui aderant contentio exorta est. Nam hi quidem vitam eorum qui in crimen vocati fuerant, prius discutiendam esse dicebant : illi contra nihil prius esse quærendum censebant, quam de fide. Contentionem porro excitavit varia imperatoris sententia. Proferebantur enim ejus litteræ, quibus nunc de hoc capite prius quærendum esse aiebat; nunc de isto. Cum igitur hac de re inter se contenderent, factum est dissidium episcoporum. Atque hæc fuit origo et causa cur Seleuciensis quoque synodus duas in partes dirimeretur. Et alterius quidem partis duces erant Acacius Cæsareæ Palæstinæ episcopus, Georgius Alexandriæ, Uranius Tyri, et Eudoxius Antiochiæ : quibus triginta duntaxat alii consentiebant. Alterius vero partis principes erant Georgius Laodiceæ in Syria episcopus, Sophronius Pompeiopolis in Paphlagonia, Eleusius Cyzici; quos major pars sequebatur. Porro cum prævaluisset sententia ut de fide prius quæreretur, ii qui a partibus Acacii stabant, Nicænam fidem penitus abrogarunt; aliam vero conscribendam esse significarunt. Alterius vero partis episcopi, qui et numero superiores erant, in reliquis quidem omnibus Nicænum concilium suscipiebant : solam autem dictionem consubstantialis reprehendebant. Cum igitur magna verborum contentione inter se certassent usque ad vesperam, tandem Silvanus Tarsensis Ecclesiæ præsul elata voce dixit, nullam novam fidei formulam conscribi oportere, sed illam quæ Antiochiæ in ecclesiæ dedicatione scripta esset, ratam esse debere. Hoc ubi dictum est, Acaciani e concilio se subduxerunt. Alterius autem partis antistites fidem Antiochiæ scriptam protulerunt : qua **151** perlecta concilium eo die dimissum est. Postridie cum in ecclesiam quæ Seleuciæ est, convenissent, occlusis foribus, perlectam fidei formulam subscriptione sua confirmarunt. Pro episcopis autem nonnullis qui aberant, subscripsere diaconi et lectores, quorum opera approbaturos se fidei formulam absentes professi erant.

A Οἱ μὲν γὰρ τοὺς βίους τῶν κατηγορουμένων πρότερον ἐρευνᾶσθαι ἔλεγον· οἱ δὲ πρὸ τῆς πίστεως μὴ προτιθέναι ζήτημα. Ἐκίνει δὲ τὴν φιλονεικίαν ἡ διάφορος τοῦ βασιλέως γνώμη. Γράμματα γὰρ αὐτοῦ προσεφέρετο, νῦν μὲν πρότερον τοῦτο ζητεῖσθαι κελεύοντα, νῦν δὲ τὸ ἕτερον. Περὶ τούτου οὖν τῆς φιλονεικίας γινομένης, σχίσμα εἰς τοὺς παρόντας ἐχώρησε. Καὶ αὕτη γέγονε προφάσεως ἀρχὴ, τοῦ καὶ τὴν ἐν Σελευκείᾳ εἰς δύο μέρη διαιρεθῆναι σύνοδον. Ἡγοῦντο δὲ τοῦ μὲν ἑνὸς μέρους Ἀκάκιος ὁ τῆς ἐν Παλαιστίνῃ Καισαρείας, Γεώργιος Ἀλεξανδρείας, Οὐράνιος Τύρου, Εὐδόξιος, Ἀντιοχείας· οἷς τριάκοντα δύο μόνον συνῄνουν ἄλλοι. Τοῦ δὲ ἑτέρου, Γεώργιος Λαοδικείας τῆς ἐν Συρίᾳ, Σωφρόνιος Πομπηϊουπόλεως τῆς ἐν Παφλαγονίᾳ, Ἐλεύσιος Κυ- B ζίκου, οἷς ἠκολούθουν οἱ πλείονες. Ὡς οὖν ἐπεκράτει τὸ πρότερον ζητεῖσθαι περὶ τῆς πίστεως, οἱ μὲν τοῦ μέρους Ἀκακίου, τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν φανερῶς ἠθέτησαν, ἄλλην τε πίστιν ὑπαγορεύειν ᾐνίττοντο. Οἱ δὲ τοῦ ἑτέρου μέρους οἱ τῷ ἀριθμῷ πλεονάζοντες, τὰ μὲν ἄλλα πάντα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἀπεδέχοντο· μόνην δὲ τὴν ὁμοουσίου λέξιν ἐμέμφοντο. Πολλὰ οὖν ἄχρι δείλης ὀψίας πρὸς ἀλλήλους φιλονεικούντων, τέλος Σιλβανὸς τῆς Ταρσοῦ προεστὼς Ἐκκλησίας μέγα ἀνέκραγε, λέγων μὴ χρῆναι καινὴν ὑπαγορεύειν πίστεως ἔκδοσιν, ἀλλὰ τὴν ἤδη πρότερον ἐν Ἀντιοχείᾳ τοῖς ἐγκαινίοις ὑπαγορευθεῖσαν ὀφείλειν κρατεῖν. Τούτου λεχθέντος, οἱ μὲν περὶ Ἀκάκιον ὑπεξῆλθον· οἱ δὲ τοῦ ἑτέρου μέρους, προεκόμισαν τὴν ἐν Ἀν- C τιοχείᾳ πίστιν, καὶ ἀναγνόντες, διέλυσαν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τὸν σύλλογον. Τῇ δὲ ἑξῆς εἰς τὸν ἐν Σελευκείᾳ εὐκτήριον συνελθόντες οἶκον, καὶ τὰς θύρας ἀποκλείσαντες, τὴν ἀναγνωσθεῖσαν πίστιν ὑπογράφοντες ἐκύρουν. Ὑπέγραφον δὲ ὑπὲρ ἀπολειφθέντων τινῶν παρόντες ἀναγνῶσται καὶ διάκονοι, δι' ὧν στέρξειν τὸν ὅρον οἱ ἀπολειφθέντες ὡμολόγησαν.

## CAP. XL.

*Qualiter Acacius Cæsareæ episcopus in Seleuciensi synodo aliam fidei expositionem scripserit.*

Acacius vero cum suis sectatoribus id factum reprehendebat, eo quod clausis ecclesiæ foribus subscripsissent. Quippe aiebat, Ea quæ in occulto geruntur, reproba sunt et suspecta. Hoc autem ideo dicebat, quod in animo haberet aliam fidei formulam loco illius promulgare : quam quidem paratam penes se habebat, et Lauricio quidem ac Leonæ rectoribus jam antea recitaverat : cæterum omni studio contendebat, ut hæc sola vim atque auctoritatem obtineret. Hæc acta sunt secundo die, nec amplius quidquam. Tertio die Leonas rursus operam dedit, ut ambæ partes in unum convenirent. Quo quidem die nec Macedonius abfuit Constantinopolitanus episcopus, nec Basilius Ancyræ. Cum igitur ambo isti in eamdem partem concessissent, iterum Acaciani ad concilium occurrere noluerunt : ex

## ΚΕΦΑΛ. Μ'.

*Ὅτι ἐν τῇ κατὰ Σελεύκειαν συνόδῳ, Ἀκάκιος ὁ Καισαρείας, ἄλλην ὑπηγόρευσεν ἔκθεσιν πίστεως.*

Ἀκάκιος δὲ καὶ οἱ τοῦ μέρους αὐτοῦ, τὰ γινόμενα διεμέμφοντο, διότι τὴν Ἐκκλησίαν ἀποκλείσαντες καθυπέγραφον. Τὰ γὰρ ἐν παραβύστῳ, φησὶ, γινόμενα, ἀδόκιμα καὶ ὑποψίας ἐντός. Ταῦτα ἔλεγε, βουλόμενος ἑτέραν ἔκδοσιν πίστεως ἀντεισενεγκεῖν, ἔχων εὐτρε- D πισμένην, ἣν ἀνεγνώκει μὲν τοῖς ἄρχουσι Λαυρικίῳ καὶ Λεωνᾷ· μόνην δὲ αὐτὴν κρατήσειν ἐσπούδαζε. Τούτων μὲν οὖν πλέον οὐδὲν κατὰ τὴν δευτέραν ἡμέραν ἐγίνετο. Κατὰ δὲ τὴν τρίτην ὁ Λεωνᾶς αὖθις τὰ μέρη συναγαγεῖν ἐσπούδαζε· καθ' ἣν οὐκ ἀπελείφθη καὶ Μακεδόνιος ὁ Κωνσταντινουπόλεως, οὐδὲ μὴν ὁ Ἀγκύρας Βασίλειος. Ἐπεὶ οὖν ἀμφότεροι εἰς ταὐτὸ μέρος συνεληλύθησαν, αὖθις οἱ περὶ Ἀκάκιον ἀπαντᾷν οὐκ ἐβούλοντο, φάσκοντες δεῖν πρότερον ἐκβάλλεσθαι τοῦ συλλόγου τούς τε ἤδη πρότερον καθαιρεθέντας [r], καὶ τοὺς ἐν τῷ παρόντι κατηγορουμένους.

VARIORUM ANNOTATIONES.

[r] *Τοὺς ἤδη πρότερον καθαιρεθέντας.* Semiarianos intelligit, quorum dux erat Basilius An-

Digitized by Google

Ἐπεὶ δὲ φιλονεικησάντων, τοῦτο μᾶλλον ἐκράτησεν, ὑπεξῄεσαν μὲν οἱ ἐν αἰτιάσει τυγχάνοντες· ἀντεισῆλθον δὲ οἱ περὶ Ἀκάκιον. Τότε δὲ ὁ Λεωνᾶς ἔφη βιβλίον δεδόσθαι αὐτῷ παρὰ τῶν περὶ Ἀκάκιον, ἀποκρύψας ὡς εἴη δόγματος ὑπαγόρευσις, τοῦτο μὲν λεληθότως, τοῦτο δὲ καὶ φανερῶς μαχομένου τοῖς προλαβοῦσιν. Ὡς δὲ οἱ παρόντες ἡσύχαζον, ἄλλο τι μᾶλλον ἢ πίστεως ἔκδοσιν περιέχειν τὸ βιβλίον νομίσαντες, τηνικαῦτα καὶ Ἀκακίου τῆς πίστεως σύνταγμα σὺν τῷ προοιμίῳ ἀνεγνώσθη, τοῦτον ἔχον τὸν τρόπον· Ἡμεῖς συνελθόντες ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας κατὰ τὸ βασιλικὸν βούλημα, τῇ χθὲς ἡμέρᾳ, ἥτις ἦν πρὸ πέντε Καλανδῶν Ὀκτωβρίων, πᾶσαν σπουδὴν ἐθέμεθα, μετὰ πάσης εὐταξίας τὴν εἰρήνην τῇ Ἐκκλησίᾳ φυλάξαι, καὶ περὶ τῆς πίστεως εὐσταθῶς διαλαβεῖν, ὡς προσέταξεν ὁ θεοφιλέστατος βασιλεὺς ἡμῶν Κωνστάντιος, κατὰ τὰς προφητικὰς καὶ εὐαγγελικὰς φωνὰς, καὶ μηδὲν παρὰ τὰς θείας Γραφὰς εἰσενέγκαι τῇ Ἐκκλησιαστικῇ πίστει. Ἐπειδὴ δέ τινες ἐν τῇ συνόδῳ, τοὺς μὲν ἡμῶν ὕβρισαν, τοὺς δὲ ἐπεστόμισαν, οὐ συγχωροῦντες λαλεῖν· τοὺς δὲ ἀπέκλεισαν ἄκοντας· καὶ τοὺς καθῃρημένους δὲ ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν εἶχον μεθ' ἑαυτῶν· καὶ τοὺς παρὰ κανόνα καταστάντας ἦγον μεθ' ἑαυτῶν· ὡς πανταχόθεν θορύβου πλήρη γενέσθαι τὴν σύνοδον, καθὼς καὶ ὁ λαμπρότατος ἡγούμενος τῆς ἐπαρχίας Λαυρίκιος (68), καὶ ὁ λαμπρότατος κόμης Λεωνᾶς αὐτοψίᾳ παρέλαβον, τούτου ἕνεκεν διαλαλοῦμεν ταῦτα· Ὡς οὐ φεύγομεν [a] τὴν ἐκτεθεῖσαν αὐθεντικὴν πίστιν ἐν τοῖς ἐγκαινίοις τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, προκομίζοντες αὐτὴν, εἰ καὶ ταμάλιστα οἱ πατέρες ἡμῶν κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ πρὸς τὸ ὑποκείμενον τῆς ζητήσεως συνέδραμον. Ἐπεὶ δὲ πολλοὺς ἐθορύβησεν τὸ ὁμοούσιον καὶ τὸ ὁμοιούσιον ἐν τοῖς παρελθοῦσι χρόνοις, καὶ μέχρι νῦν· ἀλλὰ καὶ ἀρτίως λέγεται καινοτομεῖσθαι ὑπό τινων τὸ ἀνόμοιον τοῦ Υἱοῦ πρὸς Πατέρα· τούτου χάριν τὸ μὲν ὁμοούσιον καὶ τὸ ὁμοιούσιον ἐκβάλλομεν, ὡς ἀλλότριον τῶν Γραφῶν, τὸ δὲ ἀνόμοιον ἀναθεματίζομεν· καὶ πάντας ὅσοι τοιοῦτοι τυγχάνουσιν, ἀλλοτρίους ἡγούμεθα τῆς Ἐκκλησίας. Τὸ δὲ ὅμοιον τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα σαφῶς ὁμολογοῦμεν [b], κατὰ

A conventu ejiciendos prius esse dicentes, tum eos qui jam antea depositi, tum illos qui in præsentia accusati erant. Post multam ultro citroque contentionem, cum hæc sententia tandem prævaluisset, ii qui in crimen vocati fuerant, egressi sunt: Acaciani vero introiere. Tum Leonas libellum sibi ab Acacio traditum esse dixit: dissimulans interim, quod esset expositio fidei, nunc occulte, nunc aperte superioribus repugnantis. Cum silentium fecissent hi qui aderant, quidvis potius quam fidei formulam eo libello contineri existimantes, tunc recitatus est Acacii liber de fide cum proœmio, qui sic habet: Nos quidem cum apud Seleuciam Isauriæ ex imperatoris mandato convenissemus, hesterno die, hoc est, ante diem quintum Kalendas B Octobres, omni studio laboravimus, ut cum omni modestia pax Ecclesiæ servaretur, et de fide placide tractaretur juxta propheticas et evangelicas voces, quemadmodum Deo charissimus imperator noster Constantius præcepit: nec quidquam præter sacras Scripturas in ecclesiasticam fidem induceretur. Sed quoniam in concilio nonnulli alios ex nostris injuria affecerunt, aliis os obturarunt, negata eis loquendi libertate, alios invitos excluserunt: cum tamen et quosdam qui depositi fuerant secum haberent, quosdam præter Ecclesiæ regulam ordinatos ex diversis provinciis secum adduxissent: adeo ut concilium undique compleretur tumultu, sicut vir clarissimus **152** provinciæ præses Lauricius, et vir clarissimus C comes Leonas ipsi suis oculis viderunt: ob eam causam hæc interloquimur: Nos non refugimus authenticam fidem quæ Antiochiæ in encæniis promulgata est, eam utique proferentes, licet patres nostri ad propositum de quo tum quærebatur convenerint. Cæterum quandoquidem hæ voces ὁμοούσιον et ὁμοιούσιον multos superioribus temporibus turbarunt, atque etiamnum turbant: ac præterea nuper a quibusdam invectum esse dicitur τὸ ἀνόμοιον, id est dissimilitudo Filii a Patre: idcirco homousion quidem et homœusion, tanquam voces a sacris Litteris alienas rejicimus: anomœon autem anathemate dam-

## VALESII ANNOTATIONES.

(68) *Ἡγούμενος τῆς ἐπαρχίας Λαυρίκιος.* Hic locus in codice Leonis Allatii auctior legitur hoc modo, καθὼς καὶ λαμπρότατος ἡγούμενος τῆς ἐπαρχίας Λαυρίκιος, καὶ ὁ λαμπρότατος κόμης Λεωνᾶς παρέλαβον αὐτοψίᾳ. Quam lectionem confirmat Epipha- D nius Scholasticus, nisi quod Leonam præponit Lauricio, rectius sine dubio. Atque ita prorsus legitur apud Epiphanium in hæresi Semiarianorum, cap. 25, ubi hæc professio fidei integra refertur.

## VARIORUM.

cyranus: quos quidem a synodo Sardicensi depositos legimus, non autem ab aliquo Arianorum conventu, quod sciam. Athanasius autem Basilium Ancyranum et cum eo sentientes, ut ab orthodoxis, verbis potius quam re, discrepantes, purgat in libro De synodis Arim. et Seleuc. p. 705. W. Lowth.

[a] *Ὡς οὐ φεύγομεν.* Habetur hæc fidei professio apud Epiphanium hæresi 75, c. 25, et Niceph. lib. IX, cap. 43.

[b] *Τὸ δὲ ὅμοιον τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα σαφῶς ὁμολογοῦμεν.* In hoc differunt confessio fidei in synodo Sirmiensi tertia, ann. 357 promulgata, Seleuciensis, de qua hic agitur, et Constantinopolitana eodem anno edita; quod Sirmiensis Filium Patri similem κατὰ πάντα pronuntiaverit: vid. supra cap. 36. Hæc Seleuciensis Filium Patri similem generalibus verbis secundum Scripturas definiverit, Anomœos tamen damnarit: Constantinopolitana eadem de similitudine Filii cum Patre, quæ Seleuciensis, affirmabat; Anomœos tamen anathemati minime subjiciebat; et tam οὐσίαν quam ὑπόστασιν de Deo prædicare vetabat. Porro qualis esset Filii cum Patre similitudo ex sensu Arianorum luculenter exponit Eusebius Nicomediensis, Arianæ factionis signifer, in Epist. ad Paulinum

Digitized by Google

namus, omnesque qui istiusmodi sunt, extraneos esse ab Ecclesia censemus. Similem autem Patri Filium esse plane confitemur, secundum Apostolum qui de Filio ita dicit, *Qui est imago invisibilis Dei* [88]. Confitemur igitur et credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium et invisibilium. Credimus etiam in Dominum nostrum Jesum Christum, Filium ejus, sine ulla passione ante omnia sæcula ex eo genitum : Deum Verbum ex Deo unigenitum : lumen, vitam, veritatem atque sapientiam : per quem omnia facta sunt in cœlo et in terris, tam visibilia quam invisibilia. Hunc in fine sæculorum ad abolendum peccatum carnem assumpsisse credimus ex sancta Virgine Maria, et hominem factum esse, passumque pro peccatis nostris : dein resurrexisse, et assumptum in cœlum sedere ad dexteram Patris : atque iterum venturum esse cum gloria ut vivos judicet ac mortuos. Credimus etiam in Spiritum sanctum, quem et Paracletum vocavit Servator ac Dominus noster, pollicitus se illum discipulis suis missurum esse paulo post discessum suum : quem etiam misit : per quem sanctificat cunctos credentes in Ecclesia, et baptizatos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Eos autem qui præter istam fidem aliud quidpiam prædicant, ab Ecclesia catholica alienos censemus. Hæc est
153 formula fidei ab Acacio edita. Cui subscripsere tum Acacius ipse, tum ejus fautores, totidem numero quot superius commemoravi. Cum autem recitata esset, Sophronius Pompeiopoleos Paphlagoniæ episcopus proclamavit his omnino verbis : Si propriam quotidie sententiam exponere, id fidei expositio est, destituet nos regula veritatis. Et Sophronius quidem tunc ista dixit : Ego vero affirmo, si ab initio de Nicæna fide ita sensissent tum ii qui ante istos vixerant, tum qui illos subsecuti sunt, cessaturam fuisse quæstionem omnem et contentionem, nec violentum et rationis expertem tumultum in Ecclesia fuisse valiturum. Sed quemadmodum ista se habeant, prudentioribus judicandum relinquo.

A τὸν Ἀπόστολον τὸν λέγοντα περὶ τοῦ Υἱοῦ, *Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου*. Ὁμολογοῦμεν δὲ καὶ πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα· ποιητὴν οὐρανῶν καὶ γῆς, ὁρατῶν καὶ ἀοράτων. Πιστεύομεν δὲ καὶ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, τὸν ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα ἀπαθῶς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, Θεὸν Λόγον ἐκ Θεοῦ μονογενῆ, φῶς, ζωὴν, ἀλήθειαν, σοφίαν· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς εἴτε ὁρατὰ εἴτε ἀόρατα. Τοῦτον πιστεύομεν ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας σάρκα εἰληφέναι ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου Μαρίας· καὶ ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ ἀναστάντα, καὶ ἀναληφθέντα εἰς οὐρανοὺς, καθέζεσθαι ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρός· καὶ πάλιν ἐρχόμενον
B ἐν δόξῃ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Πιστεύομεν καὶ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ὃ καὶ Παράκλητον ὠνόμασεν ὁ Σωτὴρ ὁ Κύριος ἡμῶν, ἐπαγγειλάμενος μετὰ τὸ ἀπελθεῖν αὐτὸν, πέμψαι τοῦτο τοῖς μαθηταῖς, ὃ καὶ ἀπέστειλε· δι' οὗ καὶ ἁγιάζει τοὺς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ πιστεύοντας, καὶ βαπτιζομένους ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Τοὺς δὲ παρὰ ταύτην τὴν πίστιν ἄλλο τι κηρύττοντας, ἀλλοτρίους εἶναι τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας (69). Αὕτη μὲν ἡ Ἀκακίου, περὶ τῆς αὐτοῦ πίστεως ἔκδοσις· ἦσαν δὲ αὐτῇ καθυπογράψαντες, αὐτὸς Ἀκάκιος καὶ οἱ τὰ αὐτοῦ φρονοῦντες, τοσοῦτοι ὄντες τὸν ἀριθμὸν, ὅσον μικρὸν ἔμπροσθεν ἐμνημονεύσαμεν. Ἀναγνωσθείσης δὲ αὐτῆς, Σωφρόνιος Πομπηϊουπόλεως τῆς ἐν Παφλαγονίᾳ τοιαῦτα αὐταῖς λέξεσιν
C ἀνεβόησεν· Εἰ τὸ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἰδίαν ἐκτίθεσθαι βούλησιν, πίστεως ὑπάρχει ἔκθεσις, ἐπιλείψει ἡμᾶς ἡ τῆς ἀληθείας ἀκρίβεια. Ταῦτα μὲν ὁ Σωφρόνιος ἔφησεν. Ἐγὼ δέ φημι, ὡς εἰ ἐξ ἀρχῆς τοιαῦτα περὶ τῆς ἐν Νικαίᾳ πίστεως, οἵ τε πρὸ αὐτῶν καὶ οἱ μετ' ἐκείνους διενοήθησαν, πέπαυτο ἂν πᾶσα φιλόνεικος ζήτησις, καὶ οὐκ ἂν τῶν Ἐκκλησιῶν ἄλογος ἐκράτησε ταραχή. Ἀλλ' ὅπως μὲν ἔχει ταῦτα, κρινάτωσαν οἱ κατανοεῖν δυνάμενοι. Τότε δὲ πολλὰ πρὸς ἀλλήλους περί τε τούτου, καὶ τῶν κατηγορου-

[88] Col. I, 15.

## VALESII ANNOTATIONES.

(69) *Εἶναι τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας νομίζομεν*. Ultima vox abest a nostris codicibus; eamque ex libris Christophorsoni primi addiderunt typographi Genevenses. Sed cum in nullo manuscripto codice reperiatur hæc lectio, eam fidenter expunxi. Apud Epiphanium vero in hæresi Semiarianorum, et apud Athanasium in libro De synodis Arimini et Seleuciæ ita legitur hic locus: ἀλλοτρίους οἶδεν καθολικὴ Ἐκκλησία. Quemadmodum etiam in codice Allatiano scriptum inveni. Post hæc autem verba, sequuntur apud Epiphanium nomina episcoporum qui huic formulæ subscripserunt, numero circiter quadraginta. Sed ante illas subscriptiones adjectum est quiddam, quod hic meretur ascribi. Sic igitur habet editio Dionysii Petavii : Ὅτι δὲ ταύτῃ
D τῇ πίστει ἰσοδυναμεῖ καὶ ἡ ἐν Σιρμίῳ πρώην ἐκτεθεῖσα πίστις, ἐπὶ τῆς εὐσεβείας τοῦ βασιλέως ἡμῶν, γνωρίζουσιν οἱ ἐντυγχάνοντες τῇ πίστει. Deinde sequitur aliud caput hoc modo : Ὑπέγραψαν οἱ παρόντες, Βασίλειος, Μάρκος καὶ Γεώργιος ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, Παγκράτιος καὶ Ὑπατιανὸς, καὶ οἱ πλεῖστοι ἐπίσκοποι τῆς Δύσεως. Sed non dubito quin scribendum sit : οἱ ἐντυγχάνοντες τῇ πίστει ᾗ ὑπέγραψαν, etc. Id est : *Quod autem cum hac fide prorsus consentiat ea fides, quæ nuper apud Sirmium dictata est coram religiosissimo imperatore nostro, norunt quicunque eam fidem legerint, cui subscripserunt hi qui aderant, Basilius, Marcus, Georgius episcopus Alexandriæ, Pancratius et Hypatianus, et plurimi Occidentis episcopi.*

## VARIORUM.

apud Theodorit. lib. I, c. 6 : Γεγονὸς, inquit, ὁλοσχερῶς ἕτερον τῇ φύσει καὶ τῇ δυνάμει, πρὸς τελείαν ὁμοιότητα διαθέσεώς τε καὶ δυνάμεως τοῦ πεποιηκότος γενόμενον. *Natura et virtute prorsus diversum, ad perfectam tamen similitudinem naturæ virtutisque factoris sui conditum.* W. Lowth.

Digitized by Google

A μένων, εἰπόντες καὶ ἀκούσαντες, διελύθησαν. Τῇ δὲ τετάρτῃ αὖθις ἡμέρᾳ συνῆλθον ἅπαντες εἰς ταὐτὸ, καὶ αὖθις ἀνεκίνουν μετὰ ἐρεσχελίας τοὺς λόγους. Ἐν οἷς Ἀκάκιος τοιάνδε κατὰ λέξιν εἰσηγήσατο γνώμην· Εἰ ἅπαξ ἡ ἐν Νικαίᾳ πίστις μετεποιήθη καὶ μεταταῦτα πολλάκις, οὐδὲν κωλύει καὶ νῦν ἑτέραν ὑπαγορευθῆναι πίστιν. Πρὸς ταῦτα Ἐλεύσιος ὁ Κυζίκου τοιάδε εἶπεν· Ἡ σύνοδος συνεκροτήθη ἐπὶ τοῦ παρόντος, οὐχ ἵνα μάθῃ ἃ μὴ μεμάθηκεν (70), οὐθ' ἵνα πίστιν δέξηται, ἣν μὴ κέκτηται· ἀλλὰ τῇ τῶν πατέρων πίστει στοιχοῦσα (71), ταύτης μέχρι ζωῆς καὶ θανάτου οὐκ ἐξίσταται. Τοιούτοις καὶ ὁ Ἐλεύσιος πρὸς τὴν Ἀκακίου γνώμην ἀπήντησε, πίστιν πατέρων τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκτεθεῖσαν πίστιν καλῶν. Ἀπαντήσει δ' ἄν τις καὶ πρὸς τοῦτον· Πῶς τοὺς ἐν B Ἀντιοχείᾳ συνελθόντας πατέρας ὀνομάζεις, Ἐλεύσιε, τοὺς ἐκείνων πατέρας ἀρνούμενος (72); Οἱ γὰρ ἐν Νικαίᾳ συνελθόντες, καὶ τὸ ὁμοούσιον τῇ πίστει συμφωνήσαντες, κυριώτερον ἂν πατέρες λέγοιντο, τῷ καὶ προαναβεβηκέναι τοῖς χρόνοις, καὶ ὅτι οἱ ἐν Ἀντιοχείᾳ γενόμενοι, ὑπ' ἐκείνων εἰς τὴν ἱερωσύνην προβέβληντο. Εἰ δὲ οἱ ἐν Ἀντιοχείᾳ τοὺς ἰδίους πατέρας ἠθέτησαν, λελήθασιν ἑαυτοὺς οἱ μεταταῦτα τοῖς πατραλοίαις ἑπόμενοι. Πῶς δὲ καὶ ὧν ἐκεῖνοι τὴν πίστιν ὡς ἀδόκιμον ἠθέτησαν, τὴν χειροτονίαν ὡς δοκίμην ἐδέξαντο; Εἰ δὲ ἐκεῖνοι οὐκ εἶχον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ διὰ τῆς χειροτονίας ἐπέρχεται, οὐδὲ οὗτοι τὴν ἱερωσύνην ἔλαβον. Πῶς γὰρ ἐλάμβανον παρὰ τῶν οὐκ ἐχόντων τὸ διδόμενον; Ταῦτα μὲν οὖν ἀντιθήσει τις πρὸς τὰ ὑπὸ Ἐλευσίου λεχθέντα. Τότε C δὲ αὖθις ἐπὶ ἑτέραν ἐχώρησαν ζήτησιν. Ἐπεὶ γὰρ καὶ οἱ περὶ Ἀκάκιον ἐν τῇ ἀναγνωσθείσῃ πίστει ὅμοιον ἔφασαν τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, διεπυνθάνοντο ἀλλήλων, κατὰ τί ὅμοιός ἐστιν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρί. Καὶ οἱ μὲν περὶ Ἀκάκιον, ἔλεγον κατὰ τὴν βούλησιν μόνον, οὐ μὴν κατὰ τὴν οὐσίαν ὅμοιον τῷ Πατρὶ εἶναι τὸν Υἱόν. Οἱ δὲ ἄλλοι σύμπαντες, καὶ κατὰ τὴν οὐσίαν ἀπεφήναντο. Περὶ τούτου δὲ τοῦ ζητήματος φιλονεικοῦντες ἐνδιημέρευον, καὶ τὸν Ἀκάκιον ἐξήλεγχον, ὡς εἴη ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῦ, οὓς συγγράψας ἐξέδωκεν, ὅμοιον κατὰ πάντα εἰπὼν τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί. Καὶ πῶς νῦν, ἔφασαν, ἀρνῇ τὴν κατ' οὐσίαν τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα ὁμοιότητα; Ὁ δὲ, Ἀπὸ συγγραμμάτων, ἔφη, οὔτε νέος τις οὔτε ἀρχαῖος ἐκρίθη. D Πολλὰ δὲ πρὸς ἀλλήλους περὶ τοῦ ζητήματος τούτου ἀκριβολογουμένων, καὶ μηδαμῶς συμφωνούντων, ὁ Λεωνᾶς ἀναστὰς διέλυσε τὸν σύλλογον. Καὶ τοῦτο τέλος ἔσχεν ἡ ἐν Σελευκείᾳ γενομένη σύνοδος. Τῇ γὰρ ἑξῆς παρακαλούμενος οὐκέτι εἰς ταὐτὸν συνελθεῖν

Tunc temporis vero, cum plurima ultro citroque et de hac re et de illis qui accusati erant dicta fuissent, concilium dimissum est. Quarto iterum die cum omnes in unum convenissent, eadem cum pervicacia disputare cœperunt. Inter quos Acacius sententiam suam exposuit his verbis: Cum fides Nicæna jampridem semel ac deinde sæpius mutata sit, nihil vetat quominus nunc quoque alia conscribatur fides. Ad hæc Eleusius Cyzici episcopus: Concilium, inquit, impræsentiarum congregatum est, non ut ea discat quæ jam olim didicit, neque ut fidem suscipiat quam prius non habuit; sed fidei patrum insistens, nec vitæ nec mortis tempore ab ea unquam recedet. Hujusmodi verbis adversus Acacii sententiam occurrit Eleusius, fidem patrum appellans eam quæ exposita erat Antiochiæ. Verum huic quoque respondere quispiam possit his verbis· Quomodo eos qui Antiochiæ convenerunt, patres appellas, Eleusi, qui illorum patres non agnoscis? Nam hi certe qui Nicææ convenerunt, et consubstantialis fidem suo consensu firmarunt, magis proprie dicerentur patres: quippe qui et præcesserint tempore, et illos qui Antiochiæ postea convenerunt, ad sacerdotii dignitatem promoverint. Quod si hi qui Antiochiæ fuerunt congregati, patres suos rejecerunt, isti qui eos sequuntur, non animadvertunt se parricidas sequi. Quonam autem modo eorum ordinationem tanquam probam ac legitimam susceperunt, quorum fidem velut falsam ac reprobam rejecerunt? Nam si illi non habuerunt Spiritum sanctum qui per ordinationem infunditur, isti sacerdotium non acceperunt. Quomodo enim accipere potuerunt ab iis, qui non habebant quod darent? Hæc non immerito quis possit objicere iis, quæ tum ab Eleusio sunt dicta. Post **154** hæc ad aliam rursus quæstionem transilierunt. Nam quoniam Acaciani in formula fidei quæ fuerat recitata, Filium Patri similem esse dixerant, quærebant inter se qua in re Filius esset similis Patri. Et Acaciani quidem sola voluntate similem esse dicebant, non autem substantia. Reliqui omnes, etiam substantia similem Patri esse Filium asserebant. De hac quæstione inter se altercantes, totum diem contrivere. Et Acacium confutabant, quod in libris quos a se scriptos ediderat, Filium Patri per omnia similem esse dixisset. Quomodo, aiebant, negare nunc audes Filii cum Patre similitudinem secundum substantiam? Tum Acacius: Neque ex recentioribus, inquit, neque ex vetustioribus quisquam, ex libris suis judicatus est.

## VALESII ANNOTATIONES.

(70) *Οὐχ ἵνα μάθῃ ἃ μεμάθηκεν*. In codice Florentino et Allatiano scriptum est: ἃ μὴ μεμάθηκεν. Epiphanius autem Scholasticus hunc locum ita vertit: *Præsens concilium celebratum est, non ut mathema discat;* sic enim legendum est, ut jam antea observavi.

(71) *Στοιχοῦσα*. Aut στείχουσα scribendum est, accentu in primam syllabam rejecto, aut στοιχοῦσα, ut scribitur in codice Florentino.

(72) *Τοὺς καὶ ἐκείνων πατέρας ἀρνούμενος*. Delenda videtur particula καί, quæ sensum turbat potius quam adjuvat. Certe Epiphanius Scholasticus eam non agnoscit. Sic enim vertit: *Quomodo patres hos nominas, o Eleusi, cum illorum non recipias patres?* In codice autem Leonis Allatii, hic locus ita perscriptus est: καὶ τοὺς ἐκείνων πατέρας ἀρνουμένους; absque ullo sensu. Sed nostram emendationem confirmat codex Sfortianus, in quo deest particula καί, ut ad latus libri sui notavit Holstenius.

Digitized by Google

Cum diu acriter ac subtiliter de hoc capite disputassent, nec ullo modo inter se convenirent, surgens Leonas concilium dissolvit. Hunc finem habuit synodus Seleuciensis. Postero enim die rogatus ut ad consessum veniret, recusavit, ab imperatore missum se esse dicens ut concordi synodo interesset. Quoniam vero nonnulli inter vos dissident, inquit, ego adesse non possum. Abite ergo, et in ecclesia garrite. Quo facto Acaciani magno id ducentes lucro, ulterius adesse noluerunt. Alterius autem partis episcopi cum in ecclesiam convenissent, Acacium ad concilium vocarunt, ut causa Cyrilli Hierosolymorum episcopi judicaretur. Sciendum enim est, Cyrillum jam antea accusatum fuisse; qua autem de re, nequeo dicere. Cæterum depositus est, propterea quod sæpius in judicium vocatus, duobus continuis annis non comparuerat, accusationes reformidans. Depositus tamen nihilominus, appellationis libello ad eos qui ipsum deposuerant, misso, ad majus judicium provocavit. Cui quidem appellationi etiam imperator Constantius astipulatus est. Solus igitur ac primus omnium Cyrillus, contra ecclesiastici canonis consuetudinem, appellationem, sicut in publicis judiciis fieri solet, interposuit. Ac tum quidem Seleuciæ aderat, paratus judicium subire. Et ob hanc causam episcopi Acacianos ad consessum vocabant, quemadmodum paulo ante dixi, ut rebus examinatis, communi consilio sententiam proferrent. **155** Nam et alios perinde accusatos citaverant, qui ad partes confugerant Acacii. Sed quoniam sæpius accersiti venire detrectabant, episcopi qui

A αὐτοῖς ἠθέλησε, φήσας ἀπεστάλθαι παρὰ τοῦ βασιλέως ἐπὶ τὸ παρεῖναι τῇ συνόδῳ ὁμοφωνούσῃ. Ἐπειδὴ δέ τινες διέστησαν, οὐ δύναμαι, ἔφη, παραγενέσθαι. Ἀπέλθετε οὖν, καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ φλυαρεῖτε. Τούτου γενομένου, οἱ περὶ Ἀκάκιον ἕρμαιον ἡγησάμενοι, οὐδὲ αὐτοὶ ἀπαντῆσαι ἠθέλησαν. Οἱ δὲ τοῦ ἄλλου μέρους διακριθέντες, καὶ συνελθόντες κατὰ τὴν ἐκκλησίαν, ἐκάλουν τοὺς περὶ Ἀκάκιον, ἐπὶ τῷ κρῖναι τὰ κατὰ Κύριλλον τὸν ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων. Ἰστέον γὰρ ὅτι Κύριλλος ἤδη πρότερον κατηγόρητο· καὶ διὰ τί μὲν, οὐκ ἔχω φράσαι [u]. Καθῃρέθη δὲ, ὅτι πολλάκις ἐπὶ τὸ κριθῆναι καλούμενος [v], ἐφεξῆς δύο ἐνιαυτῶν διέφυγε, τὰς κατηγορίας εὐλαβούμενος. Καθαιρεθεὶς δ' οὖν ὅμως ἐκκλήτου βιβλίον τοῖς καθελοῦσι διαπεμψάμενος, μεῖζον ἐπεκαλέσατο δικαστήριον· B οὗ τῇ ἐκκλήτῳ καὶ ὁ βασιλεὺς Κωνστάντιος ἐγεγόνει σύμψηφος. Τοῦτο μὲν οὖν, μόνος καὶ πρῶτος παρὰ τὸ σύνηθες (73) τῷ ἐκκλησιαστικῷ κανόνι Κύριλλος ἐποίησεν, ἐκκλήτοις ὡς ἐν δημοσίῳ δικαστηρίῳ χρησάμενος. Τότε δὲ ἐν τῇ Σελευκείᾳ παρῆν κριθησόμενος. Καὶ διατοῦτο οἱ ἐπίσκοποι τοὺς περὶ Ἀκάκιον ἐκάλουν, ὡς μικρῷ ἔμπροσθεν ἐμνημονεύσαμεν, ὅπως ἂν περὶ τῶν κατηγορουμένων (74) διαγνόντες κοινὴν ἐξενέγκωσι ψῆφον. Ἐκάλουν γὰρ δὴ καί τινας ἄλλους τῶν κατηγορουμένων, οἳ τοῖς περὶ Ἀκάκιον προσπεφεύγασιν. Ἐπεὶ οὖν πολλάκις καλούμενοι οὐκ ἀπήντησαν, καθεῖλον αὐτόν τε Ἀκάκιον, Γεώργιον Ἀλεξανδρείας, Οὐρσάκιον Τύρου (75), Θεόδουλον Χαιρετάπων (76) τῆς Φρυγίας, Θεοδόσιον Φιλαδελφίας τῆς ἐν Λυδίᾳ, Εὐάγριον Μιτυλήνης C τῆς νήσου, Λεόντιον Τριπόλεως τῆς Λυδίας, καὶ

## VALESII ANNOTATIONES.

(73) *Μόνος καὶ πρῶτος παρὰ τὸ σύνηθες.* Imo diu ante Cyrillum Donatistæ a judicio Arelatensis concilii provocaverant. Sic enim Constantinus imperator in epistola sua de iisdem loquitur: *O rabida furoris audacia! Sicut in causis gentilium solet, appellationem interposuerunt.*

(74) *Ὅπως ἂν περὶ τῶν κατηγορουμένων οἱ τοῖς.* Hoc loco duas lineas quæ in vulgatis editionibus deerant, supplevimus ex codice Florentino et Sfortiano. Quibus consentit versio Epiphanii Scholastici. At Christophorsonus prorsus infeliciter hunc locum suppleverat ex conjectura. Unde D apparet, Christophorsonum nullos manuscriptos Socratis codices habuisse, sed varias duntaxat lectiones ex marginibus excusorum codicum corrogatas.

(75) *Οὐρσάκιον Τύρου.* Scribendum est Οὐράνιον, ex Athanasio in libro De synodis Arimini et Seleuciæ, pag. 880, et ex Epiphanio Scholastico. Ita quoque nominatur apud Epiphanium in hæresi Semiarianorum, inter episcopos qui Acacianæ fidei subscripserunt.

(76) *Θεόδωρον Χαιρετάπων.* In codice Florentino et Allatiano rectius legitur Θεόδουλον. Sic enim vocatur ab Athanasio et Epiphanio, ac Philostorgio. Hic cum episcopatu Chæretapensi exutus fuisset in concilio Seleuciæ celebrato, postea ab Eunomianis episcopus Palæstinæ est ordinatus, ut tradit idem Philostorgius. De Leontio Tripolitano multa habes apud Philostorgium.

## VARIORUM.

[u] *Διὰ τί μὲν, οὐκ ἔχω φράσαι.* Magnam exercuit litem Cyrillus cum Acacio Cæsariensi de jure metropolitano quod Cyrillus ecclesiæ suæ veluti sedi apostolicæ asserere voluit, reclamante quidem consuetudine, et ipsius Nicænæ synodi canone septimo. Sæpius idcirco in judicium vocatus non comparuit: inde ab Acacio et synodo Palæstina depositus, prætento quidem alio crimine, quod grassante fame in pauperum usus thesauros Ecclesiæ vendiderat, et in his sacram stolam aureis filis contextam, a Constantino M. huic ecclesiæ donatam. Ab iniqua Acacii sententia provocavit Cyrillus ad majus judicium, astipulante ipso imperatore Constantio. Anno 359, in synodo Seleuciensi, Acacio superior fuit; sed in conciliabulo paulo post Constantinopoli habito, incrustatis prioribus calumniis, novisque additis Acacius illum iterum deposuit. (Guil. Cave in Cyrillo Hierosol.)

[v] *Ὅτι πολλάκις ἐπὶ τὸ κριθῆναι καλούμενος.*—Juxta canonem apostolicum 74, qui hic statuit: Ἐπίσκοπον κατηγορηθέντα ἐπί τινι παρὰ ἀξιοπίστων ἀνθρώπων.—*Episcopum a viris fide dignis ob aliquid accusatum, ipsum ab episcopis vocari necesse est. Et si se quidem stiterit et confessus vel convictus fuerit, statuatur pœna. Si autem vocatus non paruerit, secundo etiam vocetur, missis ad ipsum episcopis duobus. Si autem etiam sic non obedierit, vocetur et tertio, duobus ad eum rursus missis episcopis. Si autem vel sic aspernans contumax se non stiterit, synodus ea quæ videntur adversus eum pronuntiet, ne lucrifacere videatur dum judicium subterfugit.*

Digitized by Google

Εὐδόξιον τὸν πρότερον μὲν Γερμανικείας, μεταταῦτα δὲ Ἀντιοχείας τῆς ἐν Συρίᾳ τὴν ἐπισκοπὴν ὑποδύντα. Καθεῖλον δὲ καὶ Πατρόφιλον (77), ὅτι αὐτὸς ὑπὸ Δωροθέου πρεσβυτέρου κατηγορούμενος, κληθεὶς οὐχ ὑπήκουσε. Τούτους μὲν οὖν καθεῖλον· ἀκοινωνήτους δὲ πεποιήκασιν Ἀστέριον, Εὐσέβιον, Ἄβγαρον, Βασιλικὸν, Φοῖβον, Φιδήλιον, Εὐτύχιον, Μάγνον καὶ Εὐστάθιον, ὁρίσαντες οὕτω μένειν αὐτοὺς, ἕως ἂν ἀπολογησάμενοι τὰς κατηγορίας ἀποδύσωνται. Ταῦτα πράξαντες, διὰ γραμμάτων τε τὰ περὶ τῶν καθαιρεθέντων ταῖς ἐκείνων παροικίαις γνωρίσαντες, καθιστῶσιν εἰς τὸν τόπον Εὐδοξίου, τῆς Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον, Ἀνιανὸν τοὔνομα. Ὃν συλλαβόντες οἱ περὶ Ἀκάκιον, Λεωνᾷ καὶ Λαυρικίῳ παρέδοσαν· οἱ δὲ, αὐτὸν ἐξόριστον πεποιήκασι. Τούτου γενομένου, οἱ ἐπίσκοποι οἱ προβεβλημένοι τὸν Ἀνιανὸν, διὰ μαρτυρίας ἐχρῶντο (78) κατὰ τῶν περὶ Ἀκάκιον πρὸς τὸν Λεωνᾶν καὶ Λαυρίκιον, δι' ὧν ἀδικεῖσθαι τῆς συνόδου τὴν κρίσιν ἐμήνυον. Ὡς δὲ οὐδὲν πλέον ἠνύετο, ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ὥρμησαν, ἐπὶ τὸ διδάξαι τὸν βασιλέα τὰ κριθέντα αὐτοῖς.

A in concilio erant, et Acacium ipsum deposuerunt, et cum illo Georgium Alexandriæ episcopum, Uranium Tyri, Theodulum Chæretaporum in Phrygia, Theodosium Philadelphiæ in Lydia, Evagrium Mitylenæ insulæ, Leontium Tripoleos Lydiæ, et Eudoxium, qui prius quidem Germaniciæ fuerat episcopus, postea vero ad episcopatum Antiochenæ urbis irrepserat. Patrophilum quoque episcopatu abdicarunt, eo quod a Dorotheo presbytero accusatus, et ab ipsis ad causam dicendam citatus, non obtemperasset. Et hos quidem deposuerunt: Asterium vero, Eusebium, Abgarum, Basilicum, Phœbum, Fidelem, Eutychium, Magnum, et Eusthatium a communione removerunt: decernentes ut in illo statu permanerent, donec præstita satisfactione, objecta sibi crimina diluissent. B His rebus peractis, cum de episcopis quos ipsi deposuerant, ad singulorum Ecclesias scripsissent, Eudoxii loco Annianum Antiochiæ constituunt episcopum. Quem mox comprehensum Acaciani Leonæ ac Lauricio tradiderunt. Ab his ille in exsilium missus est. Ea re commoti episcopi qui Annianum ordinaverant, contestatorios libellos apud Leonam ac Lauricium adversus Acacianos deposuerunt, quibus denuntiabant violatum esse judicium synodi. Porro cum nihil amplius perficeretur, Constantinopolim profecti sunt, ut imperatorem de iis quæ decreverant, certiorem facerent.

## ΚΕΦΑΛ. ΜΑ'.

*Ὡς τοῦ βασιλέως ἐπανελθόντος ἐκ τῶν ἑσπερίων μερῶν, οἱ περὶ Ἀκάκιον ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει συναχθέντες τὴν ἐν Ἀριμήνῳ πίστιν ἐκύρωσαν, προσθέντες αὐτῇ τινα.*

Καὶ γὰρ παρῆν ἀπὸ τῶν ἑσπερίων μερῶν ἀναστρέψας ὁ βασιλεύς· καὶ τότε τὸν ἔπαρχον τῆς Κωνσταντινουπόλεως κατέστησεν, Ὀνωράτον ὄνομα (79), τὴν ἀνθυπάτων παύσας ἀρχὴν (80). Φθάσαντες δὲ οἱ περὶ Ἀκάκιον, προδιαβάλλουσιν αὐτοὺς βασιλεῖ, διδάξαντες μὴ δέχεσθαι τὴν ὑπ' αὐτῶν (81) ἐκτεθεῖσαν

## CAP. XLI.

*Quomodo Acaciani, imperatore ab Occidentis partibus reverso, Constantinopoli congregati, Ariminensem fidem nonnullis ei additis confirmarint.*

C Etenim imperator ab Occidentis partibus reversus, in ea urbe commorabatur: quo etiam tempore præfectum urbis Constantinopolitanæ primum constituit Honoratum, exstincto proconsulatus officio. Verum Acaciani **156** cum illos prævenissent, calumniati sunt apud principem, docentes non admitti ab illis fi-

## VALESII ANNOTATIONES.

(77) *Καθεῖλον δὲ καὶ Πατρόφιλον*. In ejus locum substitutus est Philippus quidam presbyter Scythopolitanus, ut testatur Epiphanius in hæresi Semiarianorum.

(78) *Διὰ μαρτυρίας ἐχρῶντο*. Scribendum est una voce διαμαρτυρίαις. Sic vocant Græci libellos contestationis seu protestationis, qui apud acta deponi solebant. Exemplum hujusmodi libellorum habemus ad calcem epistolæ Athanasii ad solitarios. Cæterum duos contestationis libellos a concilio oblatos puto; alterum Leonæ comiti; alterum Lauricio præsidi Isauriæ.

(79) *Ὀνωράτον ὄνομα*. De hoc ita scriptum est in veteribus Fastis, quos sub Idatii nomine edidit Jacobus Sirmondus: *Eusebio et Hypatio. His consulibus primum processit Constantinopoli præfectus urbis, nomine Honoratus, die tertio Idus Decembris.* Quæ in Chronico Alexandrino Græce translata leguntur in hunc modum: Καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει ἐν πρώτοις προῆλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἔπαρχος Ῥώμης ὀνόματι Ὀνωράτος πρὸ εἰδῶν σεπτεμβρίων. Ubi duplicem errorem notabit studiosus lector. Primum, quod ἐν πρώτοις dixit auctor hujus Chronici, cum πρῶτον dicere debuisset. Alterum, quod Septembrem posuit pro Decembri.

(80) *Τὴν ἀνθυπάτων παύσας ἀρχήν*. Antequam Constantius imperator præfectum urbis instituisset Constantinopoli, Europa provincia, cujus caput tunc erat Constantinopolis a proconsule regebatur, ut hoc loco testatur Socrates. De hoc proconsule loquitur Athanasius in Apologetico de fuga sua, non procul ab initio, ubi ait imperatorem Constantium scripsisse litteras ad Donatum proconsulem contra Olympium episcopum Thraciæ. In epistola quoque imperatoris Constantii, quam scripsit ad senatum et populum Constantinopolitanum de laudibus Themistii, mentio fit hujus proconsulis. Sic enim scribitur ad calcem epistolæ: *Oblata est epistola pro Themistio clarissimo, philosopho, lectaque in senatu Kalend. Septemb. coss.* D *Arbetione et Lolliano. Legit autem Justinus clariss. proconsul.* Sed et in Menologio Græcorum, die undecimo mensis Julii, mentio fit *Prisci* cujusdam proconsulis Europæ in Thracia, temporibus Diocletiani.

(81) *Διδάξαντες μὴ δέχεσθαι τὴν ὑπ' αὐτῶν*, etc. Hunc locum Musculus ita vertit: *Acaciani vero illos prævenerant, et coram imperatore accusaverant, illumque de eo instruxerant, quod fides ab illis exposita recipienda non esset.* Eumdem sensum in interpretatione sua secutus est Christophorsonus. Potest tamen hic locus aliter verti, in hunc scilicet modum: *Acaciani vero cum illos prævenissent, calumniati sunt apud principem, docentes non admitti ab illis fidem quam ipsi exposuissent.* Id est fidei formulam quæ præfixos habebat consules.

Digitized by Google

dem quam ipsi exposuissent. Quamobrem indignatus imperator, eos dispergere constituit, lege lata præcipiens, ut quicunque inter illos publicis functionibus erant obnoxii, ad pristinam conditionem redigerentur. Nam ex illis alii municipalium ordinum, alii diversorum in provinciis officiorum functionibus erant astricti. His ita perturbatis, Acaciani Constantinopoli diutius immorantes, aliud concilium coegerunt, accersitis episcopis Bithyniæ. Congregati igitur antistites numero quinquaginta, inter quos erat Maris episcopus Chalcedonis, fidei formulam Arimini perlectam, cui præfixi erant consules, confirmarunt. Quam quidem hoc loco inserere supervacuum esset, si nihil de suo illi adjecissent. Sed quoniam nonnulla ei verba attexuerunt, necessarium omnino est ut hic denuo ascribatur. Est autem hujusmodi :

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, ex quo sunt omnia : et in unicum Filium Dei, ante omnia sæcula et ante omne principium, genitum ex Deo : per quem omnia facta sunt, tam visibilia, quam invisibilia : eumque solum unigenitum ex Patre natum esse, solum ex solo, Deum ex Deo : similem ei qui ipsum genuit Patri secundum Scripturas : cujus generationem nemo novit, nisi solus qui illum genuit Pater. Hunc unigenitum Filium Dei scimus a Patre missum descendisse de cœlis, sicut scriptum est, ad destructionem peccati atque mortis : et ex Spiritu sancto natum de Maria Virgine secundum carnem, et cum discipulis conversatum, et universa dispensatione juxta Patris voluntatem impleta, crucifixum, mortuum ac sepultum esse, et ad inferos descendisse : quem et ipse orcus exhorruit. Qui etiam tertio post die surrexit a mortuis, et cum **157** discipulis versatus est : tandemque completis quadraginta diebus, assumptus est in cœlum, sedetque ad dexteram Patris, extremo resurrectionis die venturus in gloria

A πίστιν. Διόπερ ἀγανακτήσας ὁ βασιλεὺς, ἐπενόησε διασπεῖραι αὐτοὺς, νόμῳ κελεύσας, τοὺς ὑποκειμένους αὐτῶν δημοσίοις λειτουργήμασι, τῇ ἰδίᾳ τύχῃ ἀποδίδοσθαι. Καὶ γὰρ ἦσαν τινὲς ἐξ αὐτῶν λειτουργίαις ὑποκείμενοι, οἱ μὲν βουλευτηρίων, οἱ δὲ τῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις τάξεων (82). Τούτων δὴ οὕτως ταραττομένων, οἱ περὶ Ἀκάκιον ἐπιμείναντες τῇ Κωνσταντίνου πόλει, συνέδριον ἕτερον πεποιήκασι[x], τοὺς ἀπὸ Βιθυνίας ἐπισκόπους μεταπεμψάμενοι. Γενόμενοι οὖν οἱ πάντες τὸν ἀριθμὸν πεντήκοντα (83), οἷς κατηρίθμητο Μάρις ὁ Χαλκηδόνος, βεβαιοῦσι τὴν ἐν Ἀριμήνῳ μετὰ τῆς ὑπατείας ἀναγνωσθεῖσαν πίστιν. Ἣν περιττὸν ἦν ἂν ἐνταῦθα προκεῖσθαι, εἰ μηδὲν αὐτῇ προστεθείκασιν. Ἐπειδὴ δέ τινα αὐτῇ προστεθείκασι ῥήματα, ἀναγκαῖον καὶ αὖθις αὐτὴν ἐνταῦθα παραγράψαι. Ἔστι B δὲ ἐν τοῖς ῥήμασι τούτοις·

[y] Πιστεύομεν εἰς ἕνα μόνον Θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἰς τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων καὶ πρὸ πάσης ἀρχῆς γεννηθέντα ἐκ τοῦ Θεοῦ· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα· γεννηθέντα δὲ μονογενῆ, μόνον ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, ὅμοιον τῷ γεννήσαντι αὐτὸν Πατρὶ κατὰ τὰς Γραφάς· οὗ τὴν γέννησιν οὐδεὶς γινώσκει, εἰ μὴ μόνος ὁ γεννήσας αὐτὸν Πατήρ. Τοῦτον οἴδαμεν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Υἱὸν, πέμποντος τοῦ Πατρὸς παραγενέσθαι ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὡς γέγραπται, ἐπὶ καταλύσει τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου. Καὶ γεννηθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας Παρθένου τὸ κατὰ σάρκα, ὡς γέγραπται, C καὶ ἀναστραφέντα μετὰ τῶν μαθητῶν· καὶ πάσης τῆς οἰκονομίας πληρωθείσης κατὰ τὴν Πατρικὴν βούλησιν, σταυρωθέντα καὶ ἀποθανόντα, καὶ ταφέντα, καὶ εἰς τὰ καταχθόνια κατεληλυθότα[z]· ὅντινα καὶ αὐτὸς ὁ ᾅδης ἔπτηξεν. Ὅστις καὶ ἀνέστη ἀπὸ τῶν νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ διέτριψε μετὰ τῶν μαθητῶν· καὶ πληρωθεισῶν τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν, ἀν-

## VALESII ANNOTATIONES.

(82) *Οἱ δὲ τῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις τάξεων.* Supple λειτουργίαις ὑποκείμενοι. Quod cum non animadvertissent interpretes, totum hunc locum perperam acceperunt. Quid essent τάξεις, jam pridem monui in Annotationibus ad Ammianum Marcellinum : corpora scilicet officialium sive apparitorum, qui præsidibus et provinciarum rectoribus D apparebant. Horum munus erat tributa a provincialibus exigere, et sententias præsidum exsecutioni mandare. Porro quemadmodum ii qui armatæ militiæ nomen dederant, sacramento militari astricti tenebantur, nec plenam habebant libertatem, sed quadam servitute nexi erant, donec missionem consecuti essent, ut docet Suidas in Βετεράνος : sic officiales isti, qui urbanam militiam sequebantur, erant quasi conditionales, et militiæ suæ functionibus obnoxii : eorumque prædia, perinde ac decurionum, oneribus illis tenebantur obstricta, ut patet ex Codice Theodosiano.

(83) *Τὸν ἀριθμὸν πεντήκοντα.* In Chronico Alexandrino septuaginta duo episcopi synodo Constantinopolitanæ interfuisse dicuntur, anno Christi 360.

## VARIORUM.

[x] *Συνέδριον ἕτερον πεποιήκασι.* Mense Decembri anni 359 inchoata est hæc synodus III Constantinopolitana, et in sequentem annum continuata. Erant duæ in hac synodo factiones ; Semiarianorum una, qui Filium Patri ὁμοιούσιον, Aetianorum altera, qui Filium ἑτεροούσιον esse contendebant. Vicit Semiarianorum pars. Inde Aetius mox exsilio multatus : damnatum ejus dogma : denique fidei formula synodo Ariminensi oblata, confirmatur paucis additis, nempe ut neque *substantia*, neque *hypostasis* de Deo diceretur. Exstat epistola synodalis ad Georgium Alexandriæ episcopum de damnatione Aetii ejus diaconi, Theod. Hist. lib. II, cap. 28, Concil. tom II, pag. 805. Confer. Sozom. lib. IV, c. 64. (Guil. Cave vol. II, p. 119 ; Ant. Pagi ad ann. 359.)

[y] *Πιστεύομεν.* Vide hanc formulam apud Athanas. De synodis, pag. 747, Theodorit. Hist. lib. II, cap. 21, et Niceph. lib. IX, cap. 44.)

[z] *Καὶ ταφέντα, καὶ εἰς τὰ καταχθόνια κατεληλυθότα.* Hic et sepultura et descensus ad inferos distincte prædicantur.

Digitized by Google

εἰλήφθη εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθέζεται ἐν δεξιᾷ A τοῦ Πατρὸς, ἐλευσόμενος ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως ἐν τῇ Πατρικῇ δόξῃ, ἵνα ἀποδώσῃ ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Καὶ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ὅπερ αὐτὸς ὁ Μονογενὴς τοῦ Θεοῦ ὁ Χριστὸς, ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν ἐπηγγείλατο πέμπειν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων Παράκλητον, καθάπερ γέγραπται, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας· ὅπερ αὐτοῖς ἔπεμψεν, ὅτε ἀνελήφθη εἰς τοὺς οὐρανούς. Τὸ δὲ ὄνομα τῆς οὐσίας, ἁπλούστερον ὑπὸ τῶν πατέρων ἐτέθη, ἀγνοούμενον δὲ τοῖς λαοῖς, σκάνδαλον ἔφερε, διότι μηδὲ αἱ Γραφαὶ τοῦτο περιέχουσιν, ἤρεσε περιαιρεθῆναι, καὶ παντελῶς μηδεμίαν μνήμην τοῦ λοιποῦ γενέσθαι, ἐπειδήπερ καὶ αἱ θεῖαι Γραφαὶ οὐδαμοῦ ἐμνημόνευσαν περὶ οὐσίας Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Καὶ γὰρ οὐκ ὀφείλει ὑπόστασις (84) περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος B ὀνομάζεσθαι. Ὅμοιον δὲ λέγομεν τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, ὡς λέγουσιν αἱ θεῖαι Γραφαὶ καὶ διδάσκουσι. Πᾶσαι δὲ αἱρέσεις, αἵ τε ἤδη πρότερον κατεκρίθησαν, καὶ αἵτινες ἐὰν καινότεραι (85) γένωνται, ἐναντίαι τυγχάνουσαι τῆς ἐκτεθείσης ταύτης γραφῆς, ἀνάθεμα ἔστωσαν. Ταῦτα μὲν ἐν Κωνσταντίνου πόλει τότε ἀνεγνώσθησαν. Ἡμεῖς δὲ τὸν λαβύρινθον τῶν ἐκθέσεων ὀψέ ποτε διανύσαντες, τὴν ἀπαρίθμησιν αὐτῶν συναγάγωμεν. Μετὰ γὰρ τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν, ὕστερον ἐν Ἀντιοχείᾳ τοῖς ἐγκαινίοις διττὰς ἐκθέσεις ὑπηγόρευσαν. Τρίτη δέ ἐστιν, ἡ ἐπιδοθεῖσα παρὰ τῶν περὶ Νάρκισσον ἐν ταῖς Γαλλίαις τῷ βασιλεῖ Κώνσταντι· τετάρτη δὲ, ἡ δι' Εὐδοξίου τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ πεμφθεῖσα· ἔν τε Σιρμίῳ τρεῖς ὑπηγορεύθησαν, ὧν C ἡ μία ἐν Ἀριμήνῳ μετὰ τῆς ὑπατείας ἀνεγνώσθη. Ὀγδόη δέ ἐστιν, ἡ ἐν Σελευκείᾳ, ἣν οἱ περὶ Ἀκάκιον ἀνεγνώκεισαν. Τελευταία δὲ, ἐν Κωνσταντίνου πόλει μετὰ τῆς προσθήκης ἐκδέδοται. Πρόσκειται γὰρ αὐτῇ, μήτε οὐσίαν, μήτε ὑπόστασιν ἐπὶ Θεοῦ λέγειν. Ταύτῃ καὶ Οὐλφίλας ὁ τῶν Γότθων ἐπίσκοπος τότε πρῶτον συνέθετο. Τὸν γὰρ ἔμπροσθεν χρόνον, τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ἠσπάζετο, ἑπόμενος Θεοφίλῳ, ὃς τῶν Γότθων ἐπίσκοπος ὢν τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ παρὼν καθυπέγραψε. Τοσαῦτα μὲν περὶ τούτων εἰρήσθω.

Patris, ut reddat unicuique mercedem operum suorum. Et in Spiritum sanctum, quem ipse unigenitus Dei Filius, Christus, Dominus ac Deus noster promisit se missurum generi humano advocatum, sicut scriptum est, Spiritum veritatis : quem et ipsis misit, posteaquam ascendisset in cœlum. Nomen autem substantiæ, quod simplicius a Patribus positum est, et quod ignotum populis offensioni fuit, propterea quod in sacris Litteris non continetur, placuit amoveri, nec ullam deinceps ejus fieri mentionem, quandoquidem sacræ Litteræ nusquam meminere substantiæ Patris ac Filii. Nam hypostasis Patris et Filii ac Spiritus sancti ne nominari quidem debet. Similem autem dicimus Filium Patri, quemadmodum divinæ Scripturæ dicunt ac docent. Omnes porro hæreses, seu quæ olim damnatæ, seu quæ recens ortæ, huic a nobis expositæ fidei refragantur, anathema sint. Et hæc quidem Constantinopoli tum recitata sunt. Nos vero expositionum fidei labyrinthum tandem aliquando emensi, earum numerum jam colligamus. Post fidem quæ Nicææ promulgata est, Antiochiæ in dedicatione ecclesiæ duas expositiones fidei conscripserunt. Tertia est, quam Narcissus et qui cum illo erant episcopi, Constanti Augusto tradiderunt in Galliis; quarta, quæ per Eudoxium in Italiam missa est. Sirmii vero tres conscriptæ sunt : quarum una cum præfixis consulum nominibus Arimini recitata est. Octava est quam Acaciani Seleuciæ promulgarunt. Postrema Constantinopoli edita est cum nova appendice. Huic enim adjectum est, ut neque substantia neque hypostasis de Deo diceretur. Porro huic fidei etiam Ulfila Gothorum episcopus tunc primum consensit. Nam ante illud tempus Nicænam fidem amplexus fuerat; secutus Theophilum, qui cum Gothorum esset episcopus, Nicæno concilio præsens subscripserat. Sed de his hactenus.

## ΚΕΦΑΛ. ΜΒʹ.

*Ὡς καθαιρεθέντος Μακεδονίου, Εὐδόξιος τὴν ἐπισκοπὴν Κωνσταντίνου πόλεως κατέσχεν.*

Οἱ δὲ περὶ Ἀκάκιον καὶ Εὐδόξιον, ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει περὶ τὸ ἀντικαθαιρεῖν καὶ αὐτοί τινας τοῦ ἑτέρου μέρους, ἀγῶνα ἐτίθεντο. Ἰστέον δὲ, ὅτι D οὐδέτεροι διὰ θρησκείαν, ἀλλὰ δι' ἑτέρας προφάσεις, τὰς καθαιρέσεις πεποίηνται. Διακρινόμενοι γὰρ περὶ πίστεως, ἐν τῷ καθαιρεῖν ἀλλήλους, τὴν ἀλλήλων πίστιν οὐ διεμέμφοντο. Συγχρώμενοι δὲ οἱ περὶ Ἀκάκιον τῇ τοῦ βασιλέως ὀργῇ, ἣν κατά τε τῶν ἄλλων, καὶ μάλιστα κατὰ Μακεδονίου φυλάττων ἐκτελέσαι ἐσπούδαζεν, καθαιροῦσι πρῶτον μὲν Μακεδό-

## CAP. XLII.

*Qualiter deposito Macedonio, Eudoxius episcopatum Constantinopoleos obtinuerit.*

Cæterum Acacius et Eudoxius et qui cum illis erant Constantinopoli, id maxime ambibant, ut et ipsi vicissim nonnullos adversarum partium deponerent. Sciendum porro est, neutros ob religionem, sed propter alias causas, hujusmodi depositiones decrevisse. Nam quamvis in fide dissentiebant, tamen cum se vicissim deponerent, neutra pars alterius fidem insimulavit. Qui igitur **158** ab Acacio stabant, abutentes imperatoris indignatione, quam ille jampridem animo conceptam, tum adversus alios

### VALESII ANNOTATIONES.

(84) *Καὶ γὰρ οὐκ ὀφείλει ὑπόστασις.* Apud Athanasium in libro De synodis, p. 906, scriptum est : καὶ γὰρ οὐδὲ ὀφείλει, etc. Et Latinus interpres ita vertit : *Imo ne ὑπόστασις quidem sive subsistentia de Patre, Filio, et Spiritu sancto nominari debet.* Quod confirmat Athanasius in eodem libro, pag. 905 ; locum ipsum mox adducemus.

(85) *Καὶ αἵτινες ἐὰν καινότεραι.* Scribendum est procul dubio καὶ αἵτινες ἂν καινότεραι γένωνται, licet apud Athanasium eadem quæ in nostris codicibus habeatur scriptura.

Digitized by Google

tum præcipue contra Macedonium explere satagebat, primum quidem deponunt Macedonium: tum quod plurimarum cædium auctor fuisset, tum quod diaconum in fornicatione deprehensum ad communionem admiserat; Eleusium deinde Cyzicenæ urbis episcopum, propterea quod Heraclium quemdam Herculis Tyrii sacerdotem, maleficii et magicarum artium convictum, cum sacro baptismate initiasset, mox diaconum ordinaverat. Tum Basilium seu Basilam, sic enim etiam appellabatur, qui Marcelli loco episcopus Ancyræ fuerat constitutus, eo quod quemdam injuste torserat, et catenis ferreis vinctum custodiæ mancipaverat: præterea eo quod adversus nonnullos calumnias struxerat: denique quod Ecclesias Africæ epistolis suis perturbaverat. Dracontium vero idcirco deposuerunt, quod ex Galatia Pergamum transilierat. Abdicarunt etiam Neonam episcopum Seleuciæ, qua in urbe synodus habita fuerat: Sophronium quoque, episcopum Pompeiopoleos, quæ urbs est Paphlagoniæ; Elpidium Satalorum Armeniæ, Cyrillum Hierosolymorum episcopum, alios denique alias ob causas exauctorarunt.

A νιον, καὶ ὡς αἴτιον πολλῶν φόνων γενόμενον, καὶ ὅτι διάκονον ἐπὶ πορνείᾳ ἁλόντα ἐδέξατο εἰς κοινωνίαν· Ἐλεύσιον δὲ τὸν Κυζίκου, διότι Ἡράκλειόν τινα ἱερέα τοῦ ἐν Τύρῳ Ἡρακλέους, ἐπὶ γοητείᾳ ληφθέντα βαπτίσας, εἰς διάκονον προεβάλλετο. Βασίλειον δὲ, τὸν καὶ Βασιλᾶν, καὶ γὰρ οὕτως ὠνομάζετο, τὸν ἐν Ἀγκύρᾳ εἰς τὸν τόπον Μαρκέλλου προχειρισθέντα, ὡς ἀδίκως τινὰ βασανίσαντα, καὶ σιδηροδέσμοις φυλακαῖς κατακλείσαντα· καὶ ὅτι συκοφαντίας τισὶν ἔρραψεν· ἔτι μὴν καὶ ὅτι δι' ἐπιστολῶν τὰς ἐν Ἀφρικῇ Ἐκκλησίας ἐτάραξεν· Δρακόντιον δὲ, ὅτι ἀπὸ Γαλατίας μετέβη εἰς Πέργαμον. Καθεῖλον δὲ καὶ Νεωνᾶν τὸν Σελευκείας, ἐν ᾗ ἐγεγόνει ἡ σύνοδος, ἔτι μὴν καὶ Σωφρόνιον τὸν Πομπηϊουπόλεως τῆς ἐν Παφλαγονίᾳ, καὶ Ἐλπίδιον Σατάλων τῆς Μακεδο-B νίας (86), καὶ τῶν Ἱεροσολύμων Κύριλλον, καὶ ἄλλους δι' ἄλλας αἰτίας ἐξέβαλλον.

## CAP. XLIII.

*De Eustathio episcopo Sebastiæ.*

Eustathius vero Sebastiæ in Armenia episcopus, ne quidem ad sui defensionem admissus est: quippe qui a patre suo Eulalio, Cæsareæ Cappadocum episcopo jam antea depositus fuerat, eo quod vestem sacerdoti minime convenientem gestasset. Sciendum porro est, in locum Eustathii episcopum subrogatum esse Meletium, de quo paulo infra dicturi sumus. Cæterum Eustathius posthæc etiam in synodo Gangrensi, quæ ipsius causa in Paphlagonia collecta fuerat, condemnatus est, eo quod post condemnationis sententiam adversus ipsum prolatam in synodo Cæsariensi, multa contra leges ecclesiasticas

## ΚΕΦΑΛ. ΜΓ'.

*Περὶ Εὐσταθίου τοῦ Σεβαστείας ἐπισκόπου.*

Εὐστάθιος δὲ ὁ τῆς ἐν Ἀρμενίᾳ Σεβαστείας, οὔτε εἰς ἀπολογίαν (87) ἐδέχθη, διότι ὑπὸ Εὐλαλίου τοῦ ἰδίου πατρὸς καὶ ἐπισκόπου Καισαρείας τῆς ἐν Καππαδοκίᾳ, ἤδη πρότερον καθῄρητο, ἐπειδὴ ἀνάρμοστον τῇ ἱερωσύνῃ στολὴν ἠμφίεστο. Ἰστέον δὲ, ὅτι εἰς τόπον Εὐσταθίου Μελέτιος κατέστη ἐπίσκοπος, C περὶ οὗ μικρὸν ὕστερον ἐροῦμεν. Εὐστάθιος μέντοι καὶ μεταταῦτα ἐν τῇ δι' αὐτὸν γενομένῃ ἐν Γάγγραις [a] τῆς Παφλαγονίας συνόδῳ κατεκρίθη, διότι μετὰ τὸ καθαιρεθῆναι αὐτὸν ἐν τῇ κατὰ Καισάρειαν συνόδῳ (88), πολλὰ παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς τύπους ἔπραττεν. Γαμεῖν γὰρ ἐκώλυε, καὶ βρωμάτων ἀπ-

## VALESII ANNOTATIONES.

(86) *Σατάλων τῆς Μακεδονίας.* Satala oppidum fuit Armeniæ, cujus crebra occurrit mentio apud veteres. In Macedonia vero, nulla hujus nominis civitas ab antiquis memorata invenitur. Quare Ἀρμενίας hic scribendum puto, pro Μακεδονίας. Satala, episcopatus Lyciæ memoratur in parte tertia synodi Chalced., pag. 390.

(87) *Οὔτε εἰς ἀπολογίαν.* Malim scribere οὐδέ.

(88) *Ἐν τῇ κατὰ Καισάρειαν συνόδῳ.* Pro Cæsarea, Sozomenus Neocæsaream dicit.

## VARIORUM.

[a] *Ἐν Γάγγραις.* Hanc synodum, post Nicænam, sive primam generalem, habitam fuisse, præter Balsamum et Zonaram, alii etiam diserte testati sunt. Et quidem Baronius ad ann. 361, et ex eo Binius, eam Constantini M. et Sylvestri papæ temporibus habitam fuisse contendunt, ex eo quod Hosius episcopus Cordubensis ei interfuisse dicatur; nimirum in inscriptione epistolæ ab hac synodo ad Armenos conscriptæ, quæ sic se habere creditur: *Dominis honorabilibus consacerdotibus in Armenia constitutis coepiscopi, Eusebius, Hypatius, Eulalius, Gregorius, Ælianus, Bithynicus, Olympius, Bassianus, Basilius, Philetus, Heraclius, Pappus, Eugenius, Hosius Cordubensis*, etc. Sed in Græca ipsa inscriptione, cui hanc Binius tanquam Latinam ejus versionem apposuit, nulla fit omnino Hosii Cordubensis mentio. Quinetiam nec a vetere Latino interprete, nec ab alio quovis canonum horum editore Hosius iste inter episcopos hac synodo congregatos commemoratur Guil. Beveregius annot. in can. conc. Gangrensis; ubi se nescire fatetur quo anno hæc synodus celebrata fuerit. Quoniam autem Sozom. lib. IV, cap. 24, innuere videtur hanc Antiochena fuisse priorem, gravi parachronismo, ut videtur, vir cl. intelligit Antiochenam illam synodum, *in Encæniis* vulgo dictam, annoque 341 habitam. D Cæterum cum Socrates hic diserte asserit concilium Gangrense Eustathii causa coiisse post modo memoratum illud Constantinopoli anno 360 habitum, cumque modicis intervallis occurrit unum et alterum Antiochiæ congregatum, quid dubitemus affirmare synodum hanc Gangrensem anno circiter 361, aut 362 fuisse celebratam? Certe Athanasius, libro De synodis, pag. 747, tradit, Semiarianos Constantinopoli Antiochiam profectos, aliam fidei formulam edidisse; adeo ut non sit opus recurrere ad illud *in Encæniis* Antiochiæ concilium. Quod vero Antonius Pagi synodum hanc Gangris convenisse statuit ante annum 358, id facit ut Hosius interesse posset, qui eo anno in Hispaniam reversus est: Hosium autem illic non comparuisse supra ex Beveregio ostensum est.

Digitized by Google

ἔχεσθαι ἐδογμάτιζεν. Καὶ διὰ τούτων(89) πολλοὺς μὲν A τοὺς γεγαμηκότας, τοῦ συνοικεσίου ἐχώριζε, καὶ τὰς ἐκκλησίας ἐκτρεπομένους (90), ἐπ' οἰκίας τὴν κοινωνίαν ποιεῖσθαι ἀνέπειθε. Δούλους τε προσχήματι θεοσεβείας τῶν δεσποτῶν ἀπέσπα. Αὐτός τε φιλοσόφου σχῆμα φορῶν, καὶ τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ ξένῃ στολῇ χρῆσθαι ἐποίει. Καὶ τὰς γυναῖκας κείρεσθαι παρεσκεύαζεν. Καὶ τὰς μὲν ὡρισμένας νηστείας ἐκτρέπεσθαι· τὰς κυριακὰς δὲ νηστεύειν ἐδίδασκεν. Ἐν οἴκοις τε γεγαμηκότων εὐχὰς ἐκώλυε γενέσθαι· καὶ πρεσβυτέρου γυναῖκα ἔχοντος, ἣν νόμῳ λαϊκὸς ὢν ἠγάγετο, τὴν εὐλογίαν καὶ τὴν κοινωνίαν, ὡς μῦσος ἐκκλίνειν ἐκέλευε. Καὶ ἄλλα πλεῖστα παραπλήσια τούτοις ποιοῦντος αὐτοῦ καὶ διδάσκοντος, σύνοδος, ὡς ἔφην, ἐν Γάγγραις τῆς Παφλαγονίας συναχθεῖσα, αὐτόν τε καθεῖλε, καὶ τὰ δόγματα αὐτοῦ ἀνεθεμάτισε. B Ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον ἐγένετο (91). Τότε δὲ ἐκβληθέντος Μακεδονίου, Εὐδόξιος [b] ἐν δευτέρῳ τὸν Ἀντιοχείας θέμενος θρόνον, τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀναδείκνυται, τῶν περὶ Ἀκάκιον ἐνθρονισάντων αὐτόν· οἳ ἐλάνθανον ἑαυτοὺς, ἐναντία νομοθετοῦντες τοῖς ὑπ' αὐτῶν κεκριμένοις. Οἱ γὰρ Δρακόντιον καθελόντες διότι ἐκ Γαλατίας μετέβη εἰς Πέργαμον, οὐκ ἐλογίζοντο, Εὐδόξιον δεύτερον τότε ποιούμενον τὴν μετάβασιν ἐνθρονίζοντες, ὡς ὑπεναντία τοῖς οἰκείοις δόγμασιν ἔπραττον. Ταῦτα κατεργασάμενοι, τὴν μὲν ἀναγνωσθεῖσαν πίστιν εἰς τὴν Ἀρίμηνον (92) μετὰ τῆς γενομένης προσθήκης, ὡς διορθώσαντες ἐξεπέστειλαν· ἐντειλάμενοι τοὺς μὴ ὑπογράφοντας αὐτῇ ἐξορίζεσθαι, κατὰ πρόσταγμα τοῦ βασιλέως. C

agerct. Nam et uxorem ducere prohibebat, et a cibis esse abstinendum docebat. **159** Unde multos quidem qui matrimonia contraxerant, a conjugibus separavit; et illis qui ecclesias aversabantur, suasit ut domi communicarent. Sed et servos prætextu pietatis, a dominis suis abstraxit. Ipse vero philosophi habitum gestans, sectatores suos nova atque insolenti veste indui jussit. Mulieres quoque tonderi fecit. Et præscripta quidem jejunia fugienda esse; diebus vero Dominicis jejunandum præcepit. Denique in ædibus conjugatorum precationes fieri vetuit; et presbyteri uxorem habentis, quam dum esset laicus legitimo matrimonio sibi copulaverat, benedictionem et communionem instar piaculi declinandam docebat. Hæc et hujusmodi alia plurima cum ille et faceret et doceret, synodus Gangris in Paphlagonia congregata, uti jam dixi, eum deposuit, ejusque dogmata anathemate damnavit. Verum hæc postea gesta sunt. Tunc vero, expulso Macedonio, Eudoxius Antiochenam sedem parvipendens, Constantinopoleos episcopus constituitur, ordinantibus eum Acacianis. Qui quidem non animadvertebant, se contraria iis quæ ipsi antea judicaverant, decernere. Nam qui Dracontium idcirco deposuerant, quod ex Galatia Pergamum transiliisset, iidem Eudoxium tunc secundo ad alium episcopatum transilientem ordinantes, illud minime reputabant, se suis ipsorum decretis contraria gerere. His rebus perfectis, lectam fidem cum supplemento, tanquam a se correctam, Ariminum miserunt; mandantes ut

## VALESII ANNOTATIONES.

(89) *Καὶ διὰ τούτων*. Codex Leonis Allatii scriptum habet καὶ διὰ τοῦτο, quod magis placet.

(90) *Καὶ τὰς ἐκκλησίας ἐκτρεπομένους*. Non probo versionem Musculi et Christophorsoni, qui hunc locum ita verterunt: *Et illis qui ecclesias aversabantur, domi communicare persuaserat*. Ego vero hæc cum prioribus connectenda esse censeo. Non enim dixit Socrates καὶ τοὺς τὰς ἐκκλησίας ἐκτρεπομένους, ut hæc intelligantur de omnibus iis qui aversabantur ecclesias. Jungenda sunt igitur cum superioribus, et capienda de illis qui Eustathii suasu, sese ab uxorum consortio separaverant. His suadebat Eustathius, ut ecclesiarum consortia refugerent, nec cum reliquis fidelibus communicarent, sed tanquam puri atque integri, seorsum domi sacra mysteria participarent. De hoc Eustathio vide quæ scribit Epiphanius in hæresi Aetianorum, et Basilius in epistolis.

(91) *Ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον ἐγένετο*. Non assentior Socrati, qui synodum Gangrensem, in qua damnatus est Eustathius, recentiorem facit Seleuciensi et Constantinopolitana synodo. Rectius Sozomenus in libro IV, cap. 24, Gangrensem synodum vetustiorem facit Antiochensi concilio, quod in Encæniis celebratum est anno Christi 341. Baronius quidem in Annalibus ecclesiasticis, ad annum Christi 361, Gangrensem synodum confert in tempora Constantini Magni. Sed refellit eum Socrates atque Sozomenus. Nam Socrates quidem recentiorem illam facit Seleuciensi et Constantinopolitana synodo. Sozomenus vero eam collocat post depositionem Eustathii, factam ab Eusebio Constantinopolitano episcopo. Atqui Eusebius Constantinopolitanam sedem invasit principatu Constantii, ut inter omnes constat. Denique Basilius in epistola 74, quam scripsit ad Occidentales contra Eustathium Sebastenum, Gangrensis concilii nullam mentionem facit. Ex quo manifeste colligitur, tunc cum Basilius eam epistolam conscriberet, scripsit autem sub Valente, nondum celebratum fuisse Gangrense concilium in quo damnatus est Eustathius. Dicet fortasse aliquis id quod a Baronio dictum est, Eustathium illum qui in Gangrensi synodo condemnatus est, diversum esse ab Eustathio Sebasteno. Verum hoc gratis dicitur, nec ullius auctoris testimonio nititur.

(92) *Εἰς τὴν Ἀρίμηνον*. Hunc locum ita vertit D Epiphanius Scholasticus: *Quo facto lectam fidem Arimini cum augmento, quod ipsi in Constantinopolitana urbe adjecerant, undequaque miserunt*. Eumdem sensum secutus est in versione sua Christophorsonus. Ego vero hæc verba εἰς τὴν Ἀρίμηνον, referenda esse censeo ad id quod sequitur ἐξεπέστειλαν. Idque diserte confirmat Athanasius in libro De synodis pag. 905: Ταῦτα γράψαντες ἐν τῇ Ἰσαυρίᾳ, ἀνελθόντες εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, ὥσπερ μεταγνόντες, ἤλλαξαν συνήθως ταῦτα, καὶ προσθέντες λεξείδιά τινα, ὥστε μηδὲ ὑπόστασιν λέγειν ἐπὶ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, διεπέμψαντο αὐτὰ τοῖς ἐν Ἀριμήνῳ, etc., quem Athanasii locum describere hic videtur Socrates.

## VARIORUM.

[b] *Εὐδόξιος*. De Eudoxio, ejusque studio in honoribus ambiendis vide supra, ad initium capitis 37 hujus lib.

Digitized by Google

quicunque ei nollent subscribere, ex imperatoris edicto in exsilium pellerentur. Postremo cuncta ab se gesta, tum aliis per Orientem qui idem cum ipsis sentiebant, tum Patrophilo Scythopoleos episcopo significarunt. Hic enim ab urbe Seleucia recta in suam civitatem contenderat. Porro Eudoxio in urbe regia sacerdote constituto, magna ecclesia **160** quæ Sophia cognominatur, sub idem tempus dedicata est, consulatu Constantii decimo et Juliani Cæsaris tertio, quintodecimo die mensis Februarii. Eudoxius vero simul atque in sede illa collocatus est, primam hanc protulit sententiam, quæ omnium sermone celebratur: Pater ἀσεβής, Filius εὐσεβής. Unde cum tumultus ac seditio exorta esset: Nolite, inquit, turbari ob ea quæ dixi. Nam Pater quidem ἀσεβής est, quippe qui neminem colit; Filius autem εὐσεβής, quia colit Patrem. Quæ cum dixisset Eudoxius tumultus quidem sedatus est: ingens vero risus in ecclesia excitatus tumultum excepit. Atque hoc dictum cum risu et cachinno hactenus commemoratur. Hujusmodi cavillationibus utentes hæresiarchæ, et in talibus voculis occupati, Ecclesiam disciderunt. Atque hunc finem Constantinopolitana quoque synodus sortita est.

A Γνώριμα δὲ καθιστῶσι τὰ ὑπ' αὐτῶν πεπραγμένα, τοῖς τε ἄλλοις τοῖς κατὰ τὴν ἀνατολὴν ὁμοδόξοις, καὶ Πατροφίλῳ τῷ Σκυθοπόλεως. Οὗτος γὰρ ἐκ τῆς Σελευκείας ἐπὶ τὴν οἰκείαν εὐθὺς ὥρμησε πόλιν. Εὐδοξίου δὲ ἀναδειχθέντος τῆς μεγαλοπόλεως τηνικαῦτα ἡ μεγάλη ἐκκλησία ὀνομαζομένη Σοφία [c] ἐνεκαινίσθη (93), ἐν ὑπατείᾳ Κωνσταντίου τὸ δέκατον, καὶ Ἰουλιανοῦ Καίσαρος τὸ τρίτον, τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ Φεβρουαρίου μηνός. Εὐδόξιος δὲ καθεσθεὶς εἰς τὸν θρόνον αὐτῆς, πρώτην ἐκείνην τὴν πολυθρύλλητον ἀφῆκε φωνὴν, φράσας· Ὁ Πατὴρ ἀσεβὴς· ὁ Υἱὸς εὐσεβής. Θορύβου δὲ καὶ στάσεως ἐπὶ τοῦτο γενομένης, Μηδὲν, ἔφη, ταράττεσθε πρὸς τὸ λεχθὲν ὑπ' ἐμοῦ· ὁ γὰρ Πατὴρ ἀσεβὴς, ὅτι οὐδένα σέβει· ὁ δὲ Υἱὸς εὐσεβὴς, ὅτι σέβει τὸν Πατέρα. Τοιαῦτα δὲ τοῦ Εὐ- B δοξίου εἰπόντος, ὁ μὲν θόρυβος κατεστάλη· γέλως δὲ ἀντὶ θορύβου κατεῖχε πολὺς τὴν ἐκκλησίαν. Καὶ μένει τὸ λεχθὲν ἄχρι δεῦρο γελώμενον. Τοιαῦτα γὰρ δὴ οἱ αἱρεσιάρχαι σοφιζόμενοι, καὶ περὶ τοιαύτας ἀσχολούμενοι λέξεις, τὴν Ἐκκλησίαν διέσπασαν. Τοῦτο μὲν οὖν τοιοῦτο (94) τέλος καὶ ἡ ἐν Κωνσταντίνου πόλει γενομένη σύνοδος ἔσχεν.

## CAP. XLIV.

*De Meletio Antiochiæ episcopo*

Nunc tempus est ut de Meletio dicamus. Hic enim post depositionem Eustathii, Sebastiæ Armeniorum episcopus factus est, sicut paulo ante dixi. Postea vero a Sebastia translatus est Berœam, quæ urbs est Syriæ. Cumque Seleuciensi concilio interfuisset,

## ΚΕΦΑΛ. ΜΔ'.

*Περὶ Μελετίου τοῦ Ἀντιοχείας ἐπισκόπου.*

Ἤδη δὲ λοιπὸν καὶ τὰ περὶ Μελετίου λεκτέον. Οὗτος γὰρ, ὡς μικρὸν ἔμπροσθεν εἶπον, τῆς Ἀρμενίων Σεβαστείας ἐπίσκοπος προεβλήθη, Εὐσταθίου καθαιρεθέντος. Ἐκ δὲ Σεβαστείας εἰς Βέροιαν τῆς C Συρίας μετηνέχθη (95). Γενόμενος δὲ ἐν τῇ κατὰ Σε-

## VALESII ANNOTATIONES.

(93) *Ἡ μεγάλη ἐκκλησία ἐνεκαινίσθη.* Hunc locum ex manuscriptis codicibus Florentino et Sfortiano supplevi atque emendavi. De hujus ecclesiæ dedicatione ita scriptum est in Fastis Idatii: *Constantio decimo et Juliano tertio. His. coss. dedicatum est Constantinopoli Dominicum, die* XV *Kal. Martias.* Cedrenus in Chronico ait, hanc secundam fuisse dedicationem hujus ecclesiæ. Primum enim dedicatam fuisse dicit ab Eusebio episcopo Constantinopoleos. Sed cum postea corruisset, denuo instauratam a Constantio Augusto, et ab Eudoxio consecratam. Vide omnino Chronicum Alexandrinum, in quo multa habentur de hac dedicatione non vulgaria.

(94) *Τοῦτο μὲν οὖν τοιοῦτο.* Alterutra vox delenda est ut superflua. In codice Leonis Allatii scriptum inveni τότε μὲν οὖν τοιοῦτον τὸ τέλος.

(95) *Εἰς Βέροιαν τῆς Συρίας μετηνέχθη.* Meletium a Sebastia Armeniæ ad episcopatum Berœæ translatum fuisse, ægre admodum crediderim. Sozomenus enim ac Theodoritus, et ante illos Hieronymus, illum a Sebastia Armeniæ ad sedem Antiochenam translatum esse dicunt, nulla episcopatus Berœensis mentione facta. Id tantum dicit Theodoritus, Meletium, cum ad Sebastensem episcopatum promotus fuisset, animadversa subditorum contumacia, inde alio secessisse. Tunc igitur Berœam Syriæ se recepit, ut conjicio. Sed episcopatum Berœensem nequaquam administravit. Hunc Socratis errorem vidit etiam Baronius ad annum Christi 360. Quem quidem ille sic emendat, ut Meletium a Berœa Sebastiam, non a Sebastia Berœam translatum D esse dicat. Quod tamen verum non puto, cum nec Theodoritus, nec Sozomenus id de Meletio dixerint.

## VARIORUM.

[c] *Ἐκκλησία ὀνομαζομένη Σοφία.* In Chronico Alexandrino, sub consulibus anni 360, legitur: *Hoc anno, mense Peritio* (*seu* 15 *Februarii*) *magna ecclesia Constantinopolitana dedicata est. Macedonius episcopus Constantinopolitanus propter multa ipsius propria crimina exauctoratus est, et in locum ejus subrogatus Eudoxius mense Audynæo* (*seu Jan.* 27) *præsentibus episcopis* LXXII. Paulo post: *In ea synodo episcoporum non post multos dies ab inauguratione Eudoxii episcopi Constantinopoleos, Encœnia magnæ ecclesiæ ejusdem urbis celebrata sunt anno tricesimo quarto plus minus quam fundamenta Constantinus Victor Augustus jecerat. Acta sunt Encœnia etiam his coss.* XVI *Kal. Martias, qui dies mensis Peritii* (*seu Februarii*) 14. *Ad ea Encœnia imperator Constantius Augustus vota seu munera, multa cimelia aurea et argentea ingentia, gemmisque et auro intertextas telas pro altari multas contulit. Quin et in januis geminas utrinque fores aureas vario opere fecit, ipsasque exteriores portas auro mire variavit. Multa beneficia magnifice contulit cum in universum clerum, tum in religiosas virgines et viduas*, etc. Loquitur auctor de concilio Constantinopolitano, in quo Eudoxius ad sedem Constantinopolitanam translatus est. Supra, loco 16 *Kal. Martias*, legendum 15, et loco *Februarii* 14, legendum 15: eo enim die ecclesiam S. Sophiæ dedicatam jam dixerat, quo etiam ea Encænia peracta diserte testatur Idatius in Fastis. Hæc dedicatio, ingentesque largitiones factæ occasione Quinquennalium Juliani Cæsaris, postquam jam Augustus ab exercitu dictus esset. (Ant. Pagi ad ann. 360, n. 13.)

Digitized by Google

λεύκειαν συνόδῳ, καὶ τῇ πίστει τῶν περὶ Ἀκάκιον ὑπογράψας, ὡς εἶχεν ἐπὶ τὴν Βέροιαν ἀνεχώρησε. Γενομένης δὲ τῆς ἐν Κωνσταντίνου πόλει συνόδου, οἱ ἐν Ἀντιοχείᾳ πυθόμενοι τὸν Εὐδόξιον καταπεφρονηκέναι μὲν τῆς αὐτῶν Ἐκκλησίας, ἐπὶ δὲ τὸν πλοῦτον Κωνσταντινουπόλεως ἀποκεκλικέναι, μεταπεμψάμενοι τὸν Μελέτιον[d] ἐκ τῆς Βεροίας, εἰς τὴν Ἀντιοχείας Ἐκκλησίαν ἐνθρονίζουσιν. Ὁ δὲ, πρῶτον μὲν περὶ δόγματος διαλέγεσθαι ὑπερετίθετο, μόνην δὲ τὴν ἠθικὴν διδασκαλίαν τοῖς ἀκροαταῖς προσῆκειν (96). Προβαίνων δὲ, τὴν ἐν Νικαίᾳ παρετίθετο πίστιν, καὶ διδάσκει τὸ ὁμοούσιον [e]. Ταῦτα πυθόμενος ὁ βασιλεὺς, τὸν μὲν ἐξόριστον γενέσθαι ἐκέλευσεν· Εὐζώϊον δὲ τὸν ἤδη πρότερον ἅμα Ἀρείῳ καθαιρεθέντα, τῆς Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον προχειρισθῆναι πεποίηκεν. Ὅσοι δὲ τὴν πρὸς Μελέτιον διάθεσιν ἔσωζον, καταλιπόντες τὸ B Ἀρειανικὸν ἄθροισμα, κατ' ἰδίαν τὰς συναγωγὰς ἐποιήσαντο· τῶν τὸ ὁμοούσιον ἐξ ἀρχῆς φρονούντων μὴ θελησάντων αὐτοῖς κοινωνεῖν, διότι ἐκ τῆς Ἀρειανῆς ψήφου τὴν χειροτονίαν Μελέτιος εἶχε λαβών· καὶ ὅτι ἀκολουθήσαντες αὐτῷ, ὑπ' ἐκείνων βαπτισθέντες ἐτύγχανον. Τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόπον, καὶ ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἐκκλησία εἰς ἕτερον ὁμόδοξον διετέθη μέρος. Ὁ μέντοι βασιλεὺς, πυθόμενος κινεῖσθαι πάλιν κατὰ Ῥωμαίων τὰ Περσῶν ἔθνη, ταχέως ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν ὥρμησεν.

A et fidei illic ab Acacio editæ subscripsisset, recta inde Berœam repetiit Posthæc concilio apud Constantinopolim congregato, Antiocheni cum Eudoxium comperissent, spreta ipsorum Ecclesia, ad Constantinopolitanæ sedis opulentiam transiliisse, Meletium Berœa accitum, in sede Antiochena collocant. **161** Hic initio quidem de dogmatibus fidei disserere supersedit, solamque morum doctrinam auditoribus suis tradidit. Progressu vero temporis, Nicænam illis fidem exposuit, et consubstantialis doctrinam asserere cœpit. Quæ cum accepisset imperator, eum quidem relegari jussit: Euzoium vero, qui una cum Ario olim depositus fuerat, Antiochensis Ecclesiæ antistitem fecit promoveri. Verum quotquot propenso erga Meletium animo erant, relicto Arianorum cœtu, separatim conventus egerunt: cum ii qui ab initio consubstantialis doctrinam probaverant, communionem ipsorum refugissent, eo quod Meletius Arianorum suffragio ordinatus fuisset, ipsique ejus sectatores baptismum ab iisdem suscepissent. Ad hunc modum Antiochensis quoque Ecclesia duas in partes, licet in doctrina fidei consentientes, divisa est. Interea imperator, cum ipsi nuntiatum fuisset Persas iterum expeditionem movere adversus Romanos, propere Antiochiam perrexit.

## ΚΕΦΑΛ. ΜΕ'.

*Περὶ τῆς Μακεδονίου αἱρέσεως.*

Μακεδόνιος δὲ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκβληθεὶς, καὶ μὴ φέρων τὴν καταδίκην, ἡσυχάζειν οὐδαμῶς ἠνείχετο· ἀλλὰ ἀποκλίνει μὲν πρὸς τοὺς τοῦ C ἑτέρου μέρους, οἳ ἐν τῇ Σελευκείᾳ καθεῖλον τοὺς περὶ Ἀκάκιον. Διεπρεσβεύετο δὲ πρός τε Σωφρόνιον καὶ Ἐλεύσιον, ἀντέχεσθαι μὲν τῆς πρότερον ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκτεθείσης πίστεως, μεταταῦτα δὲ ἐν Σελευκείᾳ βεβαιωθείσης, καὶ παρασήμῳ ὀνόματι (97)

## CAP. XLV.

*De hæresi Macedonii.*

At Macedonius, qui Constantinopoli expulsus fuerat, condemnationem iniquo animo ferens, quiescere haudquaquam sustinuit; sed ad alterius partis episcopos, qui apud Seleuciam Acacium cum sociis deposuerant, transgressus est. Missa igitur ad Sophronium et Eleusium legatione, hortatus est ut eam fidem quæ Antiochiæ primum exposita ac deinde Seleuciæ confirmata fuerat, mordicus reti-

### VALESII ANNOTATIONES.

(96) *Τοῖς ἀκροαταῖς προσήκειν*. Scribendum videtur παρεῖχεν, vel προσῆγεν. Porro nomen Meletii, tum hic, tum alibi, diversimode scriptum reperias. Per ι tamen scribi malim. Hanc enim scripturam confirmat Gregorius Nazianzenus in carmine iambico De vita sua, ubi illum μέλιτος ἐπώνυμον vocat.

(97) *Παρασήμῳ ὀνόματι*. Hunc locum non intellexerunt interpretes. Qui tamen ex Harpocrationis Lexico discere poterant, παράσημον significare adulterinum, metaphora sumpta a moneta quæ falsam habet notam. Ὁμοιούσιον [e] ergo (sic enim scribendum est ex manuscriptis codicibus Florentino et Sfortiano) adulterinum nomen vocat Socrates, eo quod corruptum sit et adulteratum pro ὁμοούσιον, quod veræ ac sinceræ fidei nomen est. Porro Acaciani tam ὁμοιούσιον, quam ὁμοούσιον rejiciebant: ὅμοιον duntaxat retinentes; vocabulum autem οὐσίας penitus aspernantes.

### VARIORUM.

[d] *Μελέτιον*. Anno 361 ineunte, Meletius, vir pietate, sanctimonia, eruditione insignis, studio et opera Arianorum, qui non sat explorato ejus animo, inter suos hominem connumerabant, in episcopum Antiochenum delectus est. Verum, ut in tanto munere vix latere potest quid quisque sentiat, cum potissimum ille nec obscure τὸ ὁμοούσιον prædicaret propugnaretque, Ariani, deprehensa ejus doctrina, deturbatum ex episcopatu curarunt in exsilium ablegari, cum vix triginta sedisset dies, in ejusque locum Euzoium cooptarunt, nequaquam suspectum sibi, nec dubiæ fidei hominem, sed Arianum, Arianæque hæreseos vindicem acerrimum. Hinc tres in partes distracta civitas. Prima numero D potior Arianorum, Euzoio episcopo. Secunda Meletianorum qui in Palæa seu veteri urbe collectas agebant, a Meletio sanam edocti fidem. Tertia Eustathianorum, a S. Eustathio olim episcopo. (Cl. monachi Benedictini *Vit. Athanas.* ad ann. 361). Alii autem Meletium formulæ Acacianæ in synodo Seleuciensi subscripsisse observant: Philostorgius lib. v, cap. 1, ipsum τὸ ἑτερούσιον simulasse, et Ariminensi formulæ subscripsisse affirmat. Aliter Theodorit. Hist. lib. II, cap. 31, et Epiphan. hæres. 73, n. 29, etc.

[e] Eruditissimi Benedictini in Athanas. De synodis, pag. 746, hanc vocem ὁμοιούσιον scribunt, et sic esse scribendam contendunt.

Digitized by Google

nerent, eamque adulterino vocabulo ὁμοιούσιον, id est *similis substantiæ* cognominarent. Proinde multi ex amicis et familiaribus ad eum confluxerunt, qui nunc ex ejus nomine Macedoniani vocantur. Sed et quotquot in Seleuciensi concilio ab Acacio dissenserant, ab hoc tempore vocem ὁμοιούσιον palam asseruerunt, cum antehac eam minime evulgarent. Invaluit tamen **162** apud plerosque hæc opinio, non a Macedonio primum istud excogitatum fuisse, sed a Marathonio, quem illi ad episcopatum Nicomediensis Ecclesiæ paulo ante promoverant. Unde et Marathoniani dicuntur hujus dogmatis sectatores. Ad istorum societatem sese etiam adjunxit Eustathius, Sebastia depulsus ob eam causam quam paulo ante commemoravi. Sed postquam Macedonius Spiritum sanctum a divinæ Trinitatis consortio cœpit excludere, tum Eustathius : Ego, inquit, Spiritum sanctum nec Deum nominare in animum induco, nec creaturam vocare sustineo. Atque ob hanc causam qui fidem consubstantialis tuentur, Πνευματομάχους eos appellant, id est *Spiritus sancti oppugnatores*. Quanam autem ratione factum sit, ut in Hellesponto potissimum exuberent Macedoniani, dicam suo loco. Acaciani vero omni studio laborarunt, ut iterum Antiochiæ congregarentur, cum ipsos pœniteret, quod omnino Filium Patri similem esse dixissent. Sequente igitur anno, Tauro et Florentio consulibus, convenientes Antiochiæ quæ est in Syria, cum Euzoius ei præesset Ecclesiæ, et imperator ibidem moraretur, pauci quidem ea quæ prius ab ipsis decreta fuerant, rursus in quæstionem vocarunt, vocem similis tollendam esse dicentes ex fide quæ tum Arimini, tum apud Constantinopolim fuerat promulgata. Nec amplius dissimulantes, palam affirmarunt Filium Patri prorsus dissimilem esse, non substantia solum, verum etiam voluntate : eumque ex non exstantibus,

A ὁμοιούσιον τὴν πίστιν ἐπιφημισθῆναι παρῄνεσε. Συνέῤῥεον οὖν πρὸς αὐτὸν πολλοὶ τῶν γνωρίμων αὐτῷ, οἳ νῦν Μακεδονιανοὶ χρηματίζουσιν ἐξ αὐτοῦ· ὅσοι τε ἐν τῇ κατὰ Σελεύκειαν συνόδῳ τοῖς περὶ Ἀκάκιον διεκρίθησαν, φανερῶς τὸ ὁμοιούσιον ἐδογμάτισαν τὸ πρότερον, ἤδη (98) μὲν οὐκ ἐκτρανοῦντες αὐτό. Φήμη δέ τις παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐκράτει, ὡς οὐκ εἴη Μακεδονίου τοῦτο εὕρεμα· Μαραθωνίου δὲ μᾶλλον, ὃν μικρὸν ἔμπροσθεν τῆς Νικομηδείας πεποιήκεισαν ἐπίσκοπον· διὸ καὶ Μαραθωνιανοὺς καλοῦσιν αὐτούς. Τούτοις δὴ προσφεύγει καὶ Εὐστάθιος, ὁ τῆς Σεβαστείας ἐκβληθεὶς, διὰ πρόφασιν ἣν μικρῷ πρότερον εἴρηκα. Ὡς δὲ ὁ Μακεδόνιος τὸ ἅγιον Πνεῦμα συναναλαβεῖν εἰς τὴν θεολογίαν τῆς Τριάδος ἐξέκλινε [f], τότε δὴ καὶ Εὐστάθιος· Ἐγὼ, ἔφη, οὔτε Θεὸν ὀνομάζειν
B τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον αἱροῦμαι, οὔτε κτίσμα καλεῖν τολμήσαιμι. Διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν, καὶ Πνευματομάχους ἀποκαλοῦσιν αὐτοὺς οἱ τὸ ὁμοούσιον φρονοῦντες. Ὅπως μὲν οὖν οἱ περὶ Μακεδόνιον εἰς τὸν Ἑλλήσποντον (99) πλεονάζουσι, κατὰ χώραν ἐρῶ. Οἱ δὲ περὶ Ἀκάκιον, σπουδὴν πεποίηνται αὖθις ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ συνελθεῖν, μεταγνόντες ὅτι ὅλως ὅμοιον εἰρήκασι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί. Τῇ οὖν ἑξῆς ὑπατείᾳ, ἥτις ἐστὶ Ταύρου καὶ Φλωρεντίου, γενόμενοι κατὰ τὴν Συρίας Ἀντιόχειαν. Εὐζωΐου κρατοῦντος τῆς ἐκεῖ Ἐκκλησίας, καὶ τοῦ βασιλέως ἐν αὐτῇ διατρίβοντος, ὀλίγοι τινὲς ἀνεκίνουν αὖθις τὰ δεδογμένα αὐτοῖς, φάσκοντες δεῖν περιαιρεθῆναι τὴν τοῦ ὁμοίου λέξιν ἐκ τῆς ἐκδοθείσης πίστεως ἐν τῇ Ἀριμήνῳ, καὶ ἐν Κωνσταντίνου πόλει. Οὐκέτι ἐπικρύπτοντες, ἀλλὰ
C ἀναφανδὸν λέγοντες, ὅτι κατὰ πάντα ἀνόμοιος ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, οὐ μόνον κατὰ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ δὴ καὶ κατὰ βούλησιν· ἐξ οὐκ ὄντων τε αὐτὸν, ὡς Ἄρειος ἔλεγε, καὶ αὐτοὶ γενέσθαι ἀπεφήναντο. Συνελαμβάνοντο δὲ ταύτῃ τῇ δόξῃ, οἱ ἐν Ἀντιοχείᾳ τότε τὰ Ἀετίου φρονοῦντες· διόπερ μετὰ τοῦ ἔχειν τὴν Ἀρειανὴν προσωνυμίαν, ἔτι καὶ ἀνόμοιοι καὶ ἐξουκόντιοι (1) ἐκλήθησαν [g]

## VALESII ANNOTATIONES.

(98) *Τὸ πρότερον ἤδη*. Hic locus prava verborum transpositione corruptus est, quem tamen levi negotio ita corrigo : φανερῶς τὸ ὁμοιούσιον ἐδογμάτισαν ἤδη, τὸ πρότερον μὲν οὐκ ἐκτρανοῦντες αὐτό. Posset etiam, et fortasse rectius, ita scribi, ἤδη μὲν φανερῶς τὸ ὁμοιούσιον ἐδογμάτισαν, τὸ πρότερον οὐκ, etc. Nec dubito quin Socrates ita scripserit. Et Christophorsonus quidem ac Musculus sensum hujus loci minime assecuti sunt. Epiphanius autem Scholasticus recte ita verterat : *Quicunque enim in Seleuceno concilio Acacium declinaverunt, aperte verbum, similis substantiæ, sancierunt : cum prius hoc non manifesto judicio declarassent.* Epiphanius igitur in suo codice scriptum invenerat ὅσοι γάρ, quod non displicet.

(99) *Εἰς τὸν Ἑλλήσποντον*. In codice Leonis Allatii scriptum est περὶ τὸν Ἑλλήσποντον.

(1) *Ἀνόμοιοι καὶ ἐξουκόντιοι*. Hausit hæc Socrates ex Athanasii libro De synodis Arimini et D Seleuciæ. Sic enim ibi scribit Athanasius pag. 906 et 907 : Διὰ γοῦν τὴν πολλὴν ἀναίδειαν τῆς βλασφημίας αὐτῶν, ἀνόμοιοι παρὰ πᾶσιν ἐκλήθησαν, ἔχοντες καὶ τὴν ἐξουκοντίων ἐπωνυμίαν, etc.

## VARIORUM.

[f] *Ὁ Μακεδόνιος τὸ ἅγιον Πνεῦμα συναναλαβεῖν εἰς τὴν θεολογίαν τῆς Τριάδος ἐξέκλινε*. Macedonius primus, vel saltem præcipuus fuit hæreseos, quæ Spiritum sanctum creatum asserit, auctor et seminator; et ab eo hæreseos istius propugnatores, Macedoniani postea dicti sunt, præsertim S. Augustini et Socratis temporibus. *Macedoniani sunt a Macedonio CPolitanæ Ecclesiæ episcopo, quos et* Πνευματομάχους *Græci vocant, eo quod de Spiritu sancto litigent. Nam de Patre et Filio recte sentiunt, quod unius sint ejusdemque substantiæ, vel essentiæ, sed de Spiritu sancto hoc nolunt credere, creaturam eum esse dicentes. Hos quidam Semiarianos vocant, quod in hac quæstione ex parte cum illis sint, ex parte nobiscum.* Aug. hæres. 52. Epiphanius autem Πνευματομάχους distincte a Semi-arianis recenset, refutatque, hæres. 73, sect. 25.

[g] *Ἐξουκόντιοι ἐκλήθησαν*. Nempe quia Filium ἐξ οὐκ ὄντων generatum seu creatum esse dice-

Digitized by Google

ὑπὸ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ φρονούντων μὲν τὸ ὁμοούσιον, A διῃρημένων δὲ τότε διὰ τὴν ἐπὶ Μελετίῳ γενομένην αἰτίαν, ὥς μοι καὶ πρότερον εἴρηται. Ἐρωτηθέντες δ' οὖν ὅμως παρ' ἐκείνων, διὰ τί ἐν τῇ ἐκθέσει τῆς ἑαυτῶν πίστεως, Θεὸν ἐκ Θεοῦ τὸν Υἱὸν εἰπόντες, ἀνόμοιόν τε καὶ ἐξ οὐκ ὄντων τολμῶσιν ὀνομάζειν, τοιοῖσδε σοφίσμασιν ἐπεχείρουν τὴν ἀντίθεσιν ἀποδύεσθαι· ὅτι Οὕτως, φησὶν, εἴρηται τὸ ἐκ Θεοῦ, ὡς εἴρηται παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ, *Τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ*· ἓν οὖν τῶν πάντων, καὶ ὁ Υἱός ἐστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ (2)· καὶ διατοῦτο πρόσκειται ἐν ταῖς ἐκδόσεσι τὸ, Κατὰ τὰς Γραφάς. Τούτου δὲ τοῦ σοφίσματος ἀρχηγὸς ἦν Γεώργιος ὁ Λαοδικείας ἐπίσκοπος. Ὅστις ἀνάγωγος ὢν τῶν τοιούτων λόγων, ἠγνόησεν ὅπως τὰ τοιαῦτα τοῦ Ἀποστόλου ἰδιώματα τοῖς ἀνωτέρω χρόνοις Ὠριγένης πλατύτερον ἐξετάσας B ἡρμήνευσεν. Ἀλλ' ὅμως, εἰ καὶ τοιαῦτα ἐπεχείρουν σοφίζεσθαι, τοὺς ὀνειδισμοὺς καὶ τὴν κατάγνωσιν οὐ φέροντες ἀνέγνωσαν τὴν αὐτὴν πίστιν, ἣν καὶ ἐν Κωνσταντίνου πόλει. Καὶ οὕτως κατὰ πόλεις τὰς ἑαυτῶν ἀνεχώρησαν. Γεώργιος μὲν οὖν ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ὁρμήσας, τῶν τε Ἐκκλησιῶν ἐκράτει (3), Ἀθανασίου ἔτι ἀφανοῦς τυγχάνοντος, καὶ τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μὴ φρονοῦντας τὰ αὐτοῦ συνήλαυνε. Χαλεπὸς δὲ ἦν καὶ τῷ δήμῳ τῆς πόλεως· τοῖς πλείοσι γὰρ ἦν ἀπεχθής. Ἐν δὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις ἀντὶ Κυρίλλου προεχειρίσθη Ἀῤῥήνιος (4). Ἰστέον δὲ, ὅτι καὶ μετ' ἐκεῖνον Ἡράκλειος (5) κατέστη, καὶ αὖθις Ἱλάριος· ὕστερον δὲ χρόνῳ Κύριλλος ἐπέβη τῶν Ἱεροσολύμων, καὶ τῆς ἐκεῖ Ἐκκλησίας ἐγκρατὴς ἐγένετο. Τότε δὲ καὶ ἑτέρα παρεφύη αἵρεσις, ἐξ C αἰτίας τοιᾶσδε.

sicut Arius dixerat, factum esse pronuntiarunt. Huic autem opinioni favebant ii qui tum Antiochiæ Aetii sectam sequebantur. Quamobrem præter cognomen quod illis inditum fuerat Arianorum, Anomœi insuper et Exucontii vocati sunt ab iis qui doctrinam quidem consubstantialis tuebantur Antiochiæ, tunc vero Meletii causa inter se divisi erant, ut supra retulimus. Ab istis igitur interrogati, cur, cum in expositione fidei suæ Filium Deum ex Deo dixissent, eumdem nunc dissimilem et ex non exstantibus dicere non dubitarent, hujusmodi cavillationibus objectionem eludere conabantur: Sic, aiebant, dictum est Deum ex Deo, ut apud Apostolum dicitur : *Omnia autem ex Deo* [89]. Unus porro ex omnibus est ipse quoque Filius Dei. Atque idcirco in editione fidei adjecta sunt hæc verba, Secundum Scripturas. **163** Hujus sophisticæ cavillationis auctor fuit Georgius Laodicenus episcopus. Qui quidem, utpote in hujusmodi sermonibus parum exercitatus, ignorabat quemadmodum Origenes has loquendi formas quibus utitur Apostolus, superiori tempore uberrime excussit atque explanavit. Verum licet cavillari ad hunc modum conarentur, probra tamen et condemnationem sui non ferentes, eamdem fidei formulam recitarunt quam prius Constantinopoli ediderant. Quo facto, singuli ad suas civitates regressi sunt. Georgius igitur Alexandriam reversus et ecclesias sicut antea obtinuit, latente etiam tum Athanasio: et cunctos qui ab ipso in fidei causa dissentiebant Alexandriæ, est persecutus. Sed et plebi civitatis gravis erat ac molestus, utpote plurimis eorum invisus. Hierosolymis vero in locum Cyrilli subrogatus est Herennius. Sciendum porro est, post hunc episcopum ordinatum fuisse Heraclium, ac deinde Hilarium : tandemque Cyrillum Hierosolyma reversum, Ecclesiam suam recuperasse. Per idem tempus nova quædam hæresis exorta est hujusmodi ex causa.

## ΚΕΦΑΛ. ΜϚ'.

*Περὶ τῶν Ἀπολιναριστῶν, καὶ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν.*

Ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Συρίας δύο ἦσαν ἄνδρες ὁμώνυμοι, πατήρ τε καὶ παῖς. Ἑκατέρῳ γὰρ ἦν ὄνομα

## CAP. XLVI.

*De Apollinaristis, deque eorum hæresi.*

Laodiceæ in Syria duo erant viri eodem nomine nuncupati, pater et filius. Uterque enim Apollina-

[89] I Cor. VIII, 6.

### VALESII ANNOTATIONES.

(2) *Καὶ ὁ Υἱός ἐστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ.* In codice Leonis Allatii deest præpositio, optime, meo quidem judicio.

(3) *Ἔτι ἐκράτει.* Primam vocem delevi, secutus auctoritatem codicis Allatiani.

(4) *Ἀῤῥήνιος.* In codice Leonis Allatii Ἐρέννιος dicitur, totusque locus ita concipitur : ἐν δὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις Κυρίλλου καθαιρεθέντος, ὡς εἴρηται, παραλαμβάνει τὴν Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίαν Ἐρέννιος· μετ' ἐκεῖνον Ἑῤῥάκιος· ἐφεξῆς δὲ τούτου Ἱλάριος. Hieronymus autem in Chronico Irenium vocat. Sic enim habent optimi codices, et editio Joannis Miræi : *Maximus Hierosolymorum epi-* D *scopus moritur. Post quem Ecclesiam Ariani invadunt, id est Cyrillus, Eutychius, rursum Cyrillus, Irenius, tertio Cyrillus, Hilarius, quarto Cyrillus.* In Chronico Nicephori Constantinopolitani Arsenius dicitur, pessime.

(5) *Ἡράκλειος.* Maximus Hierosolymorum episcopus moriens successorem sibi instituerat Heraclium. Sed Acacius episcopus Cæsareæ, una cum aliis Arianis episcopis, parvi habita ejus ordinatione, Cyrillum in locum Maximi defuncti substituerunt. Qui mox Heraclium ex episcopali fastigio in presbyteri locum regradavit; ut scribit Hieronymus in Chronico.

### VARIORUM.

bant. Hinc corrigendus Theodoritus, *Hæret. fab.* lib. IV, cap. 3, ubi de Arianis, qui, tempore Eudoxii, appellati quoque fuerint Eudoxiani et ἐξακιονῖται, lege ἐξουκόντιοι. Corrigendus etiam Cedrenus, qui, pag. 302, de Justiniano, ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς πάσας τὰς ἐκκλησίας τῶν αἱρετικῶν δέδωκε τοῖς ὀρθοδόξοις, χωρὶς τῶν ἐξωκιονιτῶν Ἀρειανῶν, lege ἐξουκοντίων. (Gasp. SUICER. in voce *Ἐξουκόντιοι.*)



Digitized by Google

ris dicebatur. Et pater quidem presbyteri gradum in Ecclesia obtinebat, filius vero lectoris fungebatur officio. Ambo Græcarum disciplinarum magistri. Pater grammaticam docebat; filius rhetoricam. Pater oriundus fuit Alexandria, cumque Beryti primum docuisset, postea Laodiceam migraverat, atque ibi, ducta uxore, filium ex ea susceperat Apollinarem. Florebat eodem tempore una cum illis Epiphanius sophista. Cui cum essent arctissimo amicitiæ vinculo conjuncti, omni studio eum fovebant. Theodotus vero Laodicenus episcopus, veritus ne assidua hominis consuetudine paulatim ad gentilium superstitionem delaberentur, vetuit ne ad illum ventarent. At illi parvi pendentes episcopum, amicitiam Epiphanii constanter retinuerunt. Post hæc Georgius successor Theodoti, ab Epiphanii consuetudine eos avellere conatus, cum id illis persuadere non potuisset, utrumque communione mulctavit. Id factum Apollinaris filius contumeliæ loco duxit. Et sophistica dicendi facultate fretus, novam ipse quoque hæresim condidit, quæ ab auctoris nomine appellata etiamnum **164** viget. Sunt qui dicant illos a Georgio dissensisse, non tam ob causam supra commemoratam, quam quod illum viderent absurda docentem: et nunc quidem profitentem, Filium Patri similem esse, quemadmodum in Seleuciensi concilio convenerat, nunc vero in Arii sententiam deflectentem. Hanc igitur speciosam causam prætendentes, ab eo discesserunt. Sed cum nemo illos sectaretur, novam quamdam religionis speciem inducere cœperunt. Et initio quidem dicebant, hominem absque anima a Deo Verbo assumptum esse in dispensatione incarnationis. Postea vero tanquam pœnitentia ducti, ac pristinum emendantes errorem, adjecerunt animam quidem assumptam esse, sed quæ mentem non haberet: Deum autem Verbum mentis loco esse in homine assumpto. In hoc igitur solo a Catholicis dissidere se dicunt qui ab illorum nomine vocantur Apollinaristæ. Nam Trinitatem quidem consubstantialem esse profitentur. Verum de utroque Apollinare iterum infra dicemus suo loco.

A Ἀπολινάριος. Ὧν ὁ μὲν πατὴρ, τοῦ πρεσβυτερίου κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν ἠξιοῦτο· ὁ δὲ παῖς, τὴν τοῦ ἀναγνώστου τάξιν εἶχεν. Ἀμφότεροι δὲ ἦσαν Ἑλληνικῶν λόγων διδάσκαλοι· γραμματικῶν μὲν ὁ Πατὴρ, ῥητορικῶν δὲ ὁ υἱός. Ὁ μὲν οὖν πατὴρ, Ἀλεξανδρεὺς ὢν τὸ γένος, πρότερον δὲ ἐν τῇ Βηρυτῷ διδάξας, εἶτα μεταστὰς εἰς Λαοδίκειαν, καὶ γήμας ἐκεῖ, ἴσχει τὸν υἱὸν Ἀπολινάριον. Ἄμφω δὲ ὅμως τότε συνήκμαζον Ἐπιφανίῳ τῷ σοφιστῇ, καὶ γνήσιοι ὄντες φίλοι, συνεκρότουν αὐτόν. Δείσας δὲ Θεόδοτος ὁ τῆς Λαοδικείας ἐπίσκοπος, μὴ τῇ συνεχεῖ τἀνδρὸς ὁμιλίᾳ πρὸς τὸν Ἑλληνισμὸν ἀποκλίνωσι, διεκώλυε φοιτᾷν παρ' αὐτῶν[h]. Οἱ δὲ μικρὰ τοῦ ἐπισκόπου φροντίσαντες, τὴν τοῦ Ἐπιφανίου φιλίαν ἠσπάζοντο. Μεταταῦτα Γεώργιος ὁ Θεοδότου διάδοχος, σπεύσας ἀπο- B καταστῆσαι αὐτοὺς, καὶ μηδενὶ τρόπῳ πεῖσαι δυνηθεὶς, ἄμφω τῆς κοινωνίας ἐζημίωσεν. Ὕβριν τε ἡγεῖται (6) ὁ παῖς Ἀπολινάριος τὰ γενόμενα, καὶ τῇ εὐροίᾳ τοῦ σοφιστικοῦ λόγου θαῤῥῶν, καινοτομεῖ καὶ αὐτὸς αἵρεσιν, ἣ νῦν ἐπιπολάζει, τοὔνομα τοῦ εὑρόντος ἔχουσα. Φασὶ δέ τινες διενεχθῆναι αὐτοὺς πρὸς Γεώργιον, οὐ τοσοῦτον διὰ τὴν προειρημένην αἰτίαν· ἀλλ' ὅτι ἑώρων αὐτὸν ἀλλόκοτα δογματίζοντα, καὶ νῦν μὲν ὅμοιον ὁμολογοῦντα τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, καθ' ὃ ἐν τῇ Σελευκείᾳ συνέθετο· νῦν δὲ εἰς τὴν Ἀρειανὴν ἀποκλίναντα δόξαν. Διόπερ εὐπροφάσιστον λαβόντες αἰτίαν, ποιοῦνται τὴν ἀναχώρησιν· ὡς δὲ οὐδεὶς αὐτοῖς προσεῖχε, παρεισάγουσι σχῆμα θρησκείας. Καὶ πρότερον μὲν ἔλεγον ἀναληφθῆναι τὸν ἄνθρωπον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐν τῇ οἰκονομίᾳ τῆς C ἐνανθρωπήσεως ψυχῆς ἄνευ. Εἶτα ὡς ἐκ μετανοίας ἐπιδιορθούμενοι, προσέθεσαν ψυχὴν μὲν ἀνειληφέναι· νοῦν δὲ οὐκ ἔχειν αὐτὴν[i], ἀλλ' εἶναι τὸν Θεὸν Λόγον ἀντὶ νοῦ εἰς τὸν ἀναληφθέντα ἄνθρωπον. Περὶ τούτου μόνου δὴ (7) λέγουσι διαφέρεσθαι, οἱ νῦν ἐξ ἐκείνων τὴν προσωνυμίαν ἔχοντες· τὴν γὰρ Τριάδα ὁμοούσιον εἶναι φασί. Περὶ μὲν οὖν τῶν Ἀπολιναρίων καὶ αὖθις κατὰ χώραν μνημονεύσομεν.

## CAP. XLVII.

*De morte imp. Constantii.*

Porro dum Constantius imperator Antiochiæ moraretur, Julianus Cæsar in Galliis cum ingenti Barbarorum multitudine congressus victoriam reportavit,

## ΚΕΦΑΛ. ΜΖ'.

*Περὶ τῆς Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως τελευτῆς.*

Τοῦ μέντοι βασιλέως Κωνσταντίου ἐν Ἀντιοχείᾳ διάγοντος, ὁ Καῖσαρ Ἰουλιανὸς ἐν ταῖς Γαλλίαις D πολλοῖς Βαρβάροις συμπλέκει[j]. Καὶ νικήσας, πᾶσι

### VALESII ANNOTATIONES.

(6) *Ὕβριν τε ἡγεῖται.* Rectius scriberetur ὕβριν δὲ ἡγεῖται.

(7) *Περὶ τούτου μόνου δή.* Magis placet scriptura codicis Allatiani, περὶ τούτου οὖν μόνον λέγουσι διαφέρεσθαι.

### VARIORUM.

[h] *Διεκώλυε φοιτᾷν παρ' αὐτῶν.* Lege αὐτόν. W. Lowth.

[i] *Νοῦν δὲ οὐκ ἔχειν αὐτήν.* *Apollinaristæ de anima Christi ab Ecclesia catholica dissenserunt, dicentes, sicut Ariani, Deum Christum carnem sine anima suscepisse. In quæstione testimoniis evangelicis victi, mentem qua rationalis est anima hominis, non fuisse in anima Christi, sed pro hac ipsum Verbum in ea fuisse dixerunt.* Aug. hæres. 55. Ὁ Ἀπολινάριος ἔμψυχον μὲν ἔφησεν εἶναι τοῦ Σωτῆρος τὸ σῶμα, οὐ μὴν τὴν λογικὴν ἐσχηκέναι ψυχήν· περιττὸς γὰρ ἦν, φησὶν, ὁ νοῦς, τοῦ Θεοῦ λόγου παρόντος. Theodoret. *Hæret. fab.* lib. v, cap. 11.

[j] *Πολλοῖς Βαρβάροις συμπλέκει.* *Julianus in campis Argentoratensibus apud Gallias, cum paucis militibus infinitas hostium copias delevit. Stabant acervi montium similes; fluebat cruor fluminum modo. Captus rex nobilis Chonodomarius, fusi omnes optimates: redditus limes Romanæ possessionis. Ac postmodum cum Alemannis dimicans, potentissimum eorum regem Badomarium cepit. Hic a militibus Gallicanis Augustus pronuntiatur. Hinc Consta-*

Digitized by Google

μὲν τοῖς στρατευομένοις ἐπέραστος διατοῦτο γεγονὼς, ὑπ' αὐτῶν ἀναγορεύεται βασιλεύς. Τούτου διαγγελθέντος, ὁ βασιλεὺς Κωνστάντιος εἰς ἀγῶνα κατέστη. Βαπτισθεὶς δὲ ὑπὸ Εὐζωΐου, ἐπὶ τὸν πρὸς αὐτὸν ἐχώρει πόλεμον. Γενόμενος δὲ μεταξὺ Καππαδοκίας καὶ Κιλικίας, ἐν Μόψου χρήναις ἐτελεύτα τὸν βίον, ὑπὸ φροντίδος ἀποπληξίᾳ ληφθεὶς [k], ἐν ὑπατείᾳ Ταύρου καὶ Φλωρεντίου, τῇ τρίτῃ τοῦ Νοεμβρίου μηνός. Τοῦτο δὲ ἦν ἔτος πρῶτον τῆς διακοσιοστῆς ὀγδοηκοστῆς πέμπτης ὀλυμπιάδος. Ἔζησε δὲ Κωνστάντιος ἔτη τεσσαράκοντα πέντε, βασιλεύσας ἔτη τριάκοντα ὀκτώ. Συμβασιλεύσας μὲν τῷ πατρὶ ἔτη δεκατρία· μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ, ἔτη εἰκοσιπέντε. Ὅσωνπερ καὶ ἡ βίβλος περιέχει χρόνον ἐτῶν.

A atque idcirco universis militibus acceptus, ab iisdem imperator renuntiatus est. Ea res imperatori Constantio nuntiata, animum ejus gravissimo dolore perculit. Mox ab Euzoio baptizatus, expeditionem suscepit adversus Julianum. Sed cum ad fines Cappadociæ et Ciliciæ pervenisset, præ nimia sollicitudine in morbum apoplexiæ delapsus, Mopsucrenis vitam finivit, Tauro et Florentio consulibus, die tertio Nonas Novembres. Erat hic annus primus olympiadis ducentesimæ octogesimæ quintæ. Vixit autem Constantius annos quinque et quadraginta. Imperavit annis octo et triginta. Ex quibus tredecim quidem regnavit cum patre : post ejus autem obitum viginti quinque : quot etiam annorum tempus complectitur hic liber.

## VARIORUM ANNOTATIONES.

*tius urgere legationibus, ut in statum nomenque pristinum revertatur. Julianus mandatis mollioribus refert se sub nomine celsi imperii multo officiosius pariturum. Hinc Constantius magis magisque ardens dolore, atque, ut erat talium impatiens, in radicibus Tauri montis apud Mopsocrenem febri acerrima, quam indignatio nimia vigiliis augebat, interiit anno ævi quarto et quadragesimo, imperii nono atque tricesimo, verum Augustus quarto vicesimoque: octo solus; cum fratribus atque Magnentio sedecim: quindecim Cæsar.* Victor in Epitome. Cujus in hac re chronologiam tutatur Ant. Pagi ad ann. 361, quo obiit Constantius, n. 5, corrigitque Amm. Marcel- B linum, qui lib. XXI, cap. 5, ait, *Constantium abiisse e vita III Non. Octobrium, imperii vitæque anno quadragesimo, et mensibus paucis :* sicut errat in imperii vitæque annis, ita et in die emortuali Constantii, nisi locus corruptus sit ; quod verosimilius. Nam præter Socratem, Idatius in *Fastis* et auctor Chronici Alexandrini testantur Constantium exstinctum fuisse tertio die Novembris. Corpus ingenti pompa in ecclesia Apostolorum CP. depositum fuit.

[k] Ἀποπληξίᾳ ληφθείς. Gregorius Nazianz. ait, Constantium Juliani fraude interemptum, veneno, ut videtur, per unum ex ejus domesticis. (Invectiv. 1, pag. 68. W. LOWTH.)

# LIBER TERTIUS.

### ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΚΑΙ Η ΤΡΙΤΗ ΒΙΒΛΟΣ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ.

ΚΕΦ. Α'. *Περὶ Ἰουλιανοῦ, καὶ γένους αὐτοῦ καὶ παιδεύσεως· καὶ ὅπως ἐπὶ τὴν βασιλείαν παρελθὼν, ἐπὶ τὸ ἑλληνίζειν ἀπέκλινε.*
Β'. *Περὶ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γενομένης στάσεως, καὶ ὅπως Γεώργιος ἀνῃρέθη.*
Γ'. *Ὡς ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῇ Γεωργίου χαλεπήνας ἀναιρέσει, δι' ἐπιστολῆς τῶν Ἀλεξανδρέων καθήψατο.*
Δ'. *Ὡς Γεωργίου ἀναιρεθέντος, Ἀθανάσιος κατελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, τῆς Ἀλεξανδρείας ἐγκρατὴς ἐγένετο.*
Ε'. *Περὶ Λουκίφερος, καὶ Εὐσεβίου.*
Ϛ'. *Ὡς Λούκιφερ ἐν Ἀντιοχείᾳ γενόμενος, Παυλῖνον ἐχειροτόνησεν.*
Ζ'. *Ὡς Εὐσέβιος ἑνωθεὶς Ἀθανασίῳ, σύνοδον ἐπισκόπων ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συνήθροισαν, τρανῶς τὴν Τριάδα ὁμοούσιον ἀνακηρύξαντες.*
Η'. *Ἐκ τοῦ ἀπολογητικοῦ Ἀθανασίου, περὶ τῆς ἑαυτοῦ φυγῆς.*
Θ'. *Ὡς μετὰ τὴν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῶν τὸ ὁμοούσιον πρεσβευσάντων σύνοδον, Εὐσέβιος εἰς Ἀντιόχειαν ὑποστρέψας, καὶ τοὺς ὁμοδόξους διῃρημένους εὑρὼν διὰ τὴν Παυλίνου χειροτονίαν, καὶ τούτους ἑνῶσαι μὴ δυνηθεὶς, ὑπανεχώρησεν.*
Ι'. *Περὶ Ἱλαρίου τοῦ Πυκτάβων ἐπισκόπου.*
ΙΑ'. *Ὡς ὁ βασιλεὺς Ἰουλιανὸς χρήματα τοὺς Χριστιανοὺς εἰσεπράττετο.*
ΙΒ'. *Περὶ Μάρι τοῦ ἐπισκόπου Χαλκηδόνος.*

### 165-166 IN TERTIO LIBRO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ SOCRATIS HÆC CONTINENTUR.

CAP. I. *De Juliano, deque genere ejus et educatione : et quomodo imperator factus ad gentilium religionem descivit.*
II. *De seditione orta Alexandriæ, et quomodo interfectus sit Georgius.*
III. *Quomodo imperator ob cædem Georgii indignatus, Alexandrinos per epistolas objurgavit.*
IV. *Qualiter Athanasius, occiso Georgio, Alexandriam reversus, Ecclesiam suam recuperavit.*
V. *De Lucifero et Eusebio.*
VI. *Quomodo Lucifer Antiochiæ Paulinum ordinavit.*
VII. *Qualiter Eusebius et Athanasius inter se consentientes, synodum Alexandriæ congregarunt, in qua Trinitatem consubstantialem diserte pronuntiarunt.*
VIII. *Ex Athanasii apologetico de fuga sua.*
IX. *Quomodo Eusebius post synodum orthodoxorum apud Alexandriam episcoporum, Antiochiam reversus, cum Catholicos illic dissidentes ob Paulini ordinationem reperisset, nec eos ad concordiam revocare posset, abscessit.*
X. *De Hilario Pictavorum episcopo.*
XI. *Quomodo imperator Julianus pecunias a Christianis exegerit.*
XII. *De Mari episcopo Chalcedonensi.*

Digitized by Google

XIII. *De tumultu quem pagani contra Christianos excitarunt.*
XIV. *De fuga Athanasii.*
XV. *De iis qui regnante Juliano apud Merum Phrygiæ urbem martyrio perfuncti sunt.*
XVI. *Quomodo Apollinares ad scribendos libros sese contulerint, cum imperator Christianos Græcis disciplinis institui vetuisset.*
XVII. *Quomodo imperator contra Persas expeditionem parans, cum ab Antiochensibus derisus esset, orationem quæ Misopogon inscribitur, adversus eos edidit.*
XVIII. *Quomodo imperatori oraculum sciscitanti, dæmon metu Babylæ martyris nihil responderit.*
XIX. *De imperatoris ira, et de Theodoro confessore.*
XX. *Quomodo imperator Judæos ad sacrificandum impulerit, et de integra Hierosolymorum eversione.*
XXI. *De imperatoris in Persidem irruptione, deque ejus cæde.*
XXII. *De nuncupatione imperatoris Joviani.*
XXIII. *Confutatio eorum quæ Libanius rhetor de Juliano dixit.*
XXIV. *Quomodo ad Jovianum omnes undique confluxerunt episcopi, sperantes singuli se illum ad suam fidem traducturos.*
XXV. *Quomodo Macedoniani et Acaciani Antiochiæ congregati, Nicænam fidem confirmarunt.*
XXVI. *De Joviani imperatoris obitu.*

ΙΓ'. *Περὶ τῆς ταραχῆς ἣν ἐποίουν οἱ Ἕλληνες κατὰ τῶν Χριστιανῶν.*
ΙΔ'. *Περὶ τῆς Ἀθανασίου φυγῆς.*
ΙΕ'. *Περὶ τῶν ἐν Μηρῷ τῇ πόλει τῆς Φρυγίας ἐπὶ Ἰουλιανοῦ μαρτυρησάντων.*
Ις'. *Ὡς τοῦ βασιλέως κωλύσαντος τοὺς Χριστιανοὺς Ἑλληνικὴν παίδευσιν μανθάνειν, οἱ Ἀπολινάριοι εἰς τὸ ἐπιγράφειν λόγους ὡρμήθησαν.*
ΙΖ'. *Ὡς ὁ βασιλεὺς εἰς Πέρσας μέλλων ἐλαύνειν, καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ γενόμενος, ὑπ' αὐτῶν σκωφθεὶς, τὸν Μισοπώγωνα λόγον προσεφώνησε.*
ΙΗ'. *Ὡς τοῦ βασιλέως χρησμὸν θελήσαντος λαβεῖν, τὸ δαιμόνιον οὐκ ἀπεκρίνατο, εὐλαβηθὲν Βαβυλᾶν τὸν μάρτυρα.*
ΙΘ'. *Περὶ τῆς τοῦ βασιλέως ὀργῆς, καὶ περὶ Θεοδώρου τοῦ ὁμολογητοῦ.*
Κ'. *Ὡς καὶ Ἰουδαίους ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὸ θύειν ἐτρέψατο, καὶ περὶ τῆς τῶν Ἱεροσολύμων τελείας ἀνατροπῆς.*
ΚΑ'. *Περὶ τῆς εἰς Περσίδα τοῦ βασιλέως ἀφίξεως, καὶ περὶ τῆς ἀναιρέσεως αὐτοῦ.*
ΚΒ'. *Περὶ τῆς ἀναγορεύσεως Ἰοβιανοῦ.*
ΚΓ'. *Πρὸς Λιβάνιον τὸν σοφιστὴν ἀντιλογία.*
ΚΔ'. *Ὡς οἱ πανταχόθεν ἐπίσκοποι προσέδραμον Ἰοβιανῷ, ἐλπίζοντες ἕκαστος αὐτῶν εἰς τὴν ἑαυτῶν πίστιν τοῦτον ἐπισπάσασθαι.*
ΚΕ'. *Ὡς οἱ τὰ Μακεδονίου φρονοῦντες, καὶ οἱ περὶ Ἀκάκιον ἐν Ἀντιοχείᾳ συνελθόντες τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ἐκύρωσαν.*
Κς'. *Περὶ τῆς τελευτῆς Ἰοβιανοῦ τοῦ βασιλέως.*

# LIBER TERTIUS.

## CAPUT PRIMUM.

**167** *De Juliano, deque genere ejus et educatione; et quomodo imperator factus ad gentilium religionem descivit.*

Imperator quidem Constantius die tertio Nonas Novembris, Tauro et Florentio consulibus, in finibus Ciliciæ vita defunctus est. Julianus vero iisdem consulibus, die tertio Idus Decembris ex partibus Occidentis profectus Constantinopolim venit, in eaque urbe imperator est renuntiatus. Sed quoniam de imperatore Juliano, viro imprimis diserto, pauca narrare hic nobis propositum est, nemo ex ejus familiaribus verborum phaleras a nobis requirat, perinde quasi necesse sit ut oratio, ejus de quo instituitur, magnitudini ex æquo respondeat. Enimvero cum Christianæ religionis historiam scribere aggressi simus, perspicuitati studentes, humili ac pedestri genere dicendi uti pergemus, quemadmodum initio professi sumus. Dicturi igitur de illo, deque genere illius et educatione, et quo modo ad imperium pervenerit, paulo altius sermonem repetamus necesse est. Constantinus, qui Byzantium

# ΤΟΜΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

A *Περὶ Ἰουλιανοῦ, καὶ γένους αὐτοῦ καὶ παιδεύσεως, καὶ ὅπως ἐπὶ τὴν βασιλείαν παρελθὼν, ἐπὶ τὸ Ἑλληνίζειν ἀπέκλινεν.*

Ὁ μὲν βασιλεὺς Κωνστάντιος ἐν μεθορίοις τῆς Κιλικίας περὶ τρίτην τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς, ὑπατευόντων Ταύρου καὶ Φλωρεντίου, ἐτελεύτα τὸν βίον. Ἰουλιανὸς δὲ ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὑπάτων, περὶ τὴν ἐνδεκάτην τοῦ ἑξῆς μηνὸς (8) Δεκεμβρίου ἐκ τῶν ἑσπερίων μερῶν ἐλάσας, εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν εἰσελήλυθε, καὶ ἐν αὐτῇ αὐτοκράτωρ ἀποδείκνυται. Ἐπεὶ δὲ περὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ βασιλέως ἐλλογίμου ἀνδρὸς ὀλίγα διεξελθεῖν πρόκειται, μηδεὶς τῶν αὐτῷ γνωρίμων ἐπιζητείτω κόμπον φράσεως, ὡς δέον τὸν περὶ τοιούτου λόγον μὴ ἀπολείπεσθαι, περὶ οὗ ὁ λόγος (9). Χριστιανικῆς δ' οὔσης τῆς ἱστορίας, διὰ σαφήνειαν ταπεινὸς καὶ χαμαίζηλος πρόεισιν ὁ
B λόγος· καὶ τοῦτο ἐξ ἀρχῆς ἐπηγγείλατο. Ὅμως δὲ λεκτέον περὶ αὐτοῦ, καὶ γένους αὐτοῦ καὶ παιδεύσεως, καὶ ὅπως ἐπὶ τὴν βασιλείαν παρῆλθεν· καὶ τοῦτο ποιητέον ἡμῖν μικρὸν ἄνωθεν ἀρξαμένοις. Κωνσταντῖνος ὁ τὸ Βυζάντιον τῷ ἰδίῳ προσαγορεύσας

## VALESII ANNOTATIONES.

(8) *Περὶ τὴν ἐνδεκάτην τοῦ ἑξῆς μηνός.* Idem scribitur in *Fastis* Idatii : *Tauro et Florentio. His consulibus diem functus Constantius Aug. Mopsucrinis in finibus Ciliciæ Phœniciæ provinciæ* III *Non. Novemb. Et introivit Julianus Aug. Constantinopolim* III *Idus Decemb.* Quod autem subdit Socrates, Julianum in ea urbe imperatorem nuncupatum fuisse, ita intelligendum est, non quasi tunc primum salutatus fuerit imperator : diu quippe antea, superstite adhuc Constantio, imperator nuncupatus fuerat in Galliis : verum ubi ingressus est, a senatu populoque Constantinopolitano Augustus appellatus, Orientis imperium suscepit.

(9) *Μὴ ἀπολείπεσθαι, περὶ οὗ ὁ λόγος.* Scribendum puto, μὴ ἀπολείπεσθαι τοῦ περὶ οὗ ὁ λόγος.

Digitized by Google

ὀνόματι, δύο ἔσχεν ὁμοπατρίους ἀδελφοὺς, οὐκ ἐκ τῆς αὐτῆς γενομένους μητρός· Δαλμάτιος ὄνομα τῷ ἑνὶ, θατέρῳ δὲ Κωνστάντιος. Καὶ Δαλμάτιος μὲν υἱὸν ἔσχεν ὁμώνυμον αὐτῷ. Κωνσταντίῳ δὲ δύο ἐγεννήθησαν υἱοὶ, Γάλλος καὶ Ἰουλιανός [1]. Ὡς οὖν μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ κτίστου τῆς Κωνσταντίνου πόλεως, οἱ στρατιῶται τὸν νέον ἀνεῖλον Δαλμάτιον, τότε δὴ καὶ οὗτοι ἀπορφανισθέντες τοῦ οἰκείου πατρὸς, μικροῦ δεῖν τῷ Δαλματίῳ συνεκινδύνευσαν. Εἰ μὴ Γάλλον μὲν νόσος προσδοκίαν ἔχουσα θανάτου ἐρύσατο· Ἰουλιανὸν δὲ ἡ ἡλικία, ὀκταετὴς γὰρ ἦν ἔτι, διέσωσεν. Ἐπεὶ δὲ ἡ κατ' αὐτῶν τοῦ βασιλέως ὀργὴ ἐκεχαύνωτο, Γάλλος μὲν τοῖς ἐν Ἰωνίᾳ κατὰ τὴν Ἔφεσον ἐφοίτα διδασκάλοις, ἔνθα αὐτοῖς καὶ κτῆσις ἦν ἐκ προγόνων πολλή. Ἰουλιανὸς δὲ αὐξηθεὶς, τῶν ἐν Κωνσταντίνου πόλει παιδευτηρίων ἠκροᾶτο, B εἰς τὴν βασιλικὴν, ἔνθα τότε τὰ παιδευτήρια ἦν, ἐν λιτῷ σχήματι προϊὼν, καὶ ὑπὸ Μαρδονίου τοῦ εὐνούχου παιδαγωγούμενος. Τῶν μὲν οὖν γραμματικῶν λόγων, Νικοκλῆς [m] ὁ Λάκων (10) ἦν αὐτῷ παιδευτής· ῥητορικὴν δὲ, παρὰ Ἐκηβολίῳ κατώρθου τῷ σοφιστῇ, Χριστιανῷ τότε τυγχάνοντι. Τούτου δὲ ὁ βασιλεὺς Κωνστάντιος προενόησε, μήπως Ἕλληνος διδασκάλου ἀκροώμενος, πρὸς δεισιδαιμονίαν ἐκκλίνοι. Χριστιανὸς γὰρ ἦν ἐξ ἀρχῆς Ἰουλιανός. Ἀκμάζοντος δὲ αὐτοῦ περὶ τοὺς λόγους [n], φήμη τις εἰς τὸν δῆμον διέτρεχεν, ὡς εἴη ἱκανὸς τὰ Ῥωμαίων πράγματα διοικεῖν. Καὶ τοῦτο λοιπὸν φανερῶς θρυλλούμενον, ταραχὴν ἐποίει τῷ βασιλεῖ. Διὸ μεθίστησιν αὐτὸν ἐκ τῆς μεγαλοπόλεως εἰς τὴν Νικομήδειαν, κελεύσας μὴ φοιτᾷν παρὰ Λιβανίῳ [o] τῷ Σύρῳ σοφιστῇ. C Τότε γὰρ ὁ Λιβάνιος ὑπὸ τῶν παιδαγωγῶν τῆς Κωνσταντίνου πόλεως ἐκβληθεὶς, ἐν τῇ Νικομηδείᾳ τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο. Οὗτος μὲν οὖν τὴν ὀργὴν κατὰ τῶν παιδαγωγῶν, εἰς τὸν κατ' αὐτῶν αὐτῷ γραφέντα λόγον (11) ἐκένωσεν· Ἰουλιανὸς δ' ἐκωλύετο φοιτᾷν παρ' αὐτῷ, διότι Λιβάνιος Ἕλλην τὴν θρησκείαν

A suo nomine appellavit, duos habuit fratres ex eodem patre, non autem ex eadem matre genitos: quorum alter Dalmatius, alter Constantius vocabatur. Et Dalmatius quidem filium habuit sibi cognominem. Constantii vero duo filii fuere, Gallus et Julianus. Porro post obitum Constantini conditoris Constantinopoleos, **168** cum juniorem Dalmatium milites peremissent, isti quoque parente orbati, in idem cum Dalmatio periculum propemodum inciderunt. Sed Gallum quidem morbus qui letalis videbatur, periculo eripuit; Julianum vero tenera ætas, vix enim octo annos impleverat, conservavit. Post hæc cum imperatoris animus adversus illos emollitus jam esset, Gallus Ephesi in Ionia scholas frequentavit, qua in regione multa ipsis prædia a majoribus relicta erant. Julianus vero ubi adolevisset, Constantinopoli liberalibus disciplinis est institutus; in basilicam, ubi tunc scholæ erant, simplici habitu procedens una cum pædagogo suo Mardonio eunucho. Et in grammatica quidem magistrum habuit Nicoclem Laconem; in rhetorica vero præceptore usus est Ecebolio sophista, qui tunc temporis erat Christianus. Id enim prudenter ab imperatore prospectum fuerat, ne ille paganum sophistam audiens, ad gentilium superstitionem delaberetur. Quippe ab ineunte ætate Christianus erat Julianus. Porro cum in humanioribus litteris magnos faceret progressus, fama per urbem spargi cœpit, idoneum illum esse qui Romanam rempublicam gubernaret. Quod cum jam latius sermone omnium divulgaretur, imperatoris animum conturbavit. Quamobrem illum ab urbe regia transtulit Nicomediam, præcipiens ne scholam adiret Libanii sophistæ Syri. Namque id temporis Libanius a pædagogis Constantinopoli expulsus, Nicomediæ scholam aperuerat. Et hic quidem iram adversus pædagogos conceptam, scripta in illos oratione effu-

## VALESII ANNOTATIONES.

(10) *Νικοκλῆς ὁ Λάκων*. Ad hunc Nicoclem plures exstant Libanii epistolæ, nominatim septima libri quarti, in qua Libanius excusat insolentiam cujusdam ex urbe Antiochia, qui illum probris affecerat; aitque inter cætera, peccatum unius civis non esse ascribendum universæ civitati. Nam in urbe quæ centum quinquaginta millia civium habeat, mirandum non esse si unus malus civis reperiatur: cum nec in tua Sparta, quæ tamen Lycurgum habet legislatorem, omnes pariter sint boni ac generosi.

(11) *Εἰς τὸν κατ' αὐτῶν αὐτῷ γραφέντα λόγον*. Hæc Libanii oratio adversus pædagogos hodie non exstat, quod quidem sciam.

## VARIORUM.

[1] *Ἰουλιανός*. Julianus, cognomento ὁ Παραβάτης, sive Apostata, quod a Christianismo ad ethnicismum impie desciverat, Julii Constantii filius ordine tertius ex Basilina, natus est anno 331, die sexta Novembris, ut legitur in Laterculo Silvii. Septennis adhuc Mardonium eunuchum præceptorem sortitus est; quem paganismi suspectum immerito reddit Baronius. (Ant. Pagi, Guil. Cave, Joh. Jac. Hofman. in *Juliano*.)

[m] *Νικοκλῆς*. Eum vocat Libanius *justitiæ sacerdotem, eruditionis ducem, qui, si ullus unquam, Homericæ mentis arcana, et universi addicti Homero chori, noverat.* Liban. *Legatione ad Julian.*, tom. II, pag. 157.

[n] *Ἀκμάζοντος δὲ αὐτοῦ περὶ τοὺς λόγους*. *Incredibile quo quantoque ardore rerum principalium notitiam celsam indagans, et quasi pabula quædam animo* D *ad sublimiora scandenti conquirens, per omnia philosophiæ membra prudenter disputando currebat. Sed tamen cum hæc effecte pleneque colligeret, nec humiliora despexit, poeticam mediocriter et rhetoricam (ut ostendit orationum epistolarumque ejus cum gravitate comitas incorrupta) et nostrarum externarumque rerum historiam multiformem.* Amm. Marcellinus, lib. XVI, cap. 5.

[o] *Παρὰ Λιβανίῳ*. Libanius, patria Antiochenus, claruit anno Chr. 360, et ad extrema Theodosii M. tempora perduravit, ab eo ad prætorio præfecti dignitatem evectus; Constantinopoli, Nicomediæ, denique Antiochiæ rhetoricam docuit. Multa de se habet libro quem de vita sua conscripsit, ubi de se rebusque suis usque ad nauseam agit. (Guil. Cave inter scriptores gentiles sæc. IV.)

Digitized by Google

dit; Julianus vero idcirco ad Libanium prohibitus erat accedere, quod is religione gentilis esset. Orationum tamen illius amore captus, clam eas sibi comparans studiose lectitabat. Cumque in rhetorica proficeret, advenit Nicodemiam Maximus philosophus, non ille Byzantius, Euclidis pater, sed Ephesius, quem postea tanquam artes magicas exercentem imperator Valentinianus interfici jussit. Verum **169** id diu postea contigit. Tunc temporis vero nullam aliam ob causam, sed sola Juliani fama impulsus Nicomediam advenerat. Apud hunc Julianus cum philosophiæ rudimenta et quemdam quasi gustum percepisset, statim religionem præceptoris imitari cœpit. Qui etiam imperandi cupiditatem in ejus animum injecit. Cum hæc ad imperatoris aures perlata essent, Julianus inter spem ac metum constitutus, ut suspicionem effugeret, qui prius verus fuerat Christianus, tunc repente falsus exstitit: et ad cutem usque tonsus, monasticam vitam simulavit. Et clam quidem philosophiæ operam dabat; palam vero sacros Christianorum legebat libros. Quinetiam in ecclesia Nicomediensi lector est constitutus. Hujusmodi simulatione usus, imperatoris furorem effugit. Et ista quidem metu adductus egit. Cæterum spem animo conceptam minime abjiciens, plurimis amicorum felicia fore tempora dicebat, quibus ipse summa rerum potiretur. Dum res Juliani hoc in statu essent, frater ejus Gallus qui Cæsar renuntiatus fuerat, in Orientis partes proficiscens, visendi ipsius causa venit Nicomediam. Gallo paulo post interfecto, statim Julianus in suspicionem venit imperatoris; atque idcirco jussus est custodiri. Sed cum custodes suos effugere valuisset, mutatis subinde latebris salutem sibi quæsivit. Tandem vero uxor imperatoris Eusebia, cum eum latitantem deprehendisset, persuasit imperatori ut nullo malo eum afficeret, sed potius Athenas ire permitteret, philosophiæ operam

A ἐτύγχανεν ὤν· ὅμως δὲ ἐραστὴς ὢν τῶν λόγων αὐτοῦ, λεληθότως συνάγων αὐτοὺς ἤσκεῖτο. Προκόπτοντος δὲ αὐτοῦ κατὰ τὴν ῥητορικὴν, ἐφίσταται τῇ Νικομηδείᾳ Μάξιμος ὁ φιλόσοφος, οὐχ ὁ Βυζάντιος ὁ Εὐκλείδου πατὴρ (12), ἀλλ' ὁ Ἐφέσιος p, ὃν ὕστερον ὡς μαγγανείας ποιοῦντα ὁ βασιλεὺς Οὐαλεντινιανὸς ἀναιρεθῆναι ἐκέλευσε. Τοῦτο μὲν οὖν ὕστερον γέγονε. Τότε δὲ, οὐ δι' ἕτερόν τι παρῆν εἰς τὴν Νικομήδειαν, ἀλλὰ Ἰουλιανοῦ φήμη ἦγεν αὐτόν. Παρὰ τούτῳ δὴ φιλοσόφων λόγων γευσάμενος, εὐθὺς ἐμιμεῖτο καὶ τὴν θρησκείαν τοῦ παιδευτοῦ, τοῦ καὶ ἐπιθυμίαν τῆς βασιλείας ἐμβάλλοντος αὐτῷ (13). Ἐπεὶ δὲ ταῦτα τὰς ἀκοὰς τοῦ κρατοῦντος ἐλάνθανεν (14), ἐν μέσῳ ἐλπίδος καὶ φόβου ὢν, τὴν ὑπόνοιαν ἐκφυγεῖν βουλόμενος, ὁ πρώην γνήσιος Χριστιανὸς, τότε B πλαστὸς ἐγένετο· ἐν χρῷ τε κειράμενος, τὸν τῶν μοναχῶν ὑπεκρίνετο βίον. Καὶ λεληθότως μὲν ἤσκεῖτο τὰ φιλόσοφα· ἐν δὲ τῷ φανερῷ, τὰ ἱερὰ τῶν Χριστιανῶν ἀνεγίνωσκε Γράμματα. Καὶ δὴ τῆς ἐν Νικομηδείᾳ ἐκκλησίας ἀναγνώστης καθίσταται. Καὶ διὰ τοῦ τοιούτου προσχήματος, τὴν τοῦ βασιλέως ἐλάνθανεν ὁρμήν. Καὶ διὰ μὲν τὸν φόβον ταῦτα ἔπραττεν. Τῆς δὲ ἐλπίδος οὐκ ἀφιστάμενος, πολλοῖς τῶν γνωρίμων εὐδαιμονίσειν ἔλεγε τοὺς καιροὺς, ἣν αὐτὸς τὸν ὅλων κρατήσειεν. Ἐν τούτοις δὲ καθεστώτων τῶν κατ' αὐτὸν, Γάλλος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Καῖσαρ ἀναδειχθεὶς, ἧκεν ὀψόμενος αὐτὸν εἰς τὴν Νικομήδειαν, ὅτι ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἐπορεύετο. Ἐπεὶ δὲ Γάλλος μικρὸν ὕστερον ἀνῃρέθη, παραχρῆμα καὶ Ἰουλιανὸς C ὕποπτος κατέστη τῷ βασιλεῖ q· διὸ καὶ φρουρεῖσθαι αὐτὸν ἐκέλευσεν. Ἰσχύσας δὲ διαδρᾶσαι τοὺς φρουροῦντας αὐτὸν, τόπον ἐκ τόπου ἀμείβων διεσώζετο. Ὀψὲ δέ ποτε ἡ τοῦ βασιλέως γαμετὴ Εὐσεβία κρυπτόμενον ἀνευροῦσα, πείθει τὸν βασιλέα μηδὲν μὲν αὐτὸν δρᾶσαι κακὸν, συγχωρῆσαι δὲ ἐπὶ τὰς Ἀθήνας ἐλθόντι φιλοσοφεῖν. Ἐντεῦθεν αὐτὸν, ὡς συντόμως εἰπεῖν, ὁ βασιλεὺς μεταπεμψάμενος, κατέστησε Καίσαρα· καὶ δοὺς αὐτῷ γυναῖκα τὴν ἀδελφὴν

## VALESII ANNOTATIONES.

(12) *Οὐχ ὁ Βυζάντιος ὁ Εὐκλείδου πατήρ.* Maximus Epirotes seu Byzantius philosophus memoratur a Suida, qui de insolubilibus quæstionibus et de numeris, et Commentarium in Aristotelem scripserat ad Julianum imperatorem discipulum suum. Quod si ita est, duos Maximos præceptores in philosophia habuit Julianus, alterum Epirotem seu Byzantium; alterum Ephesium. Maximi autem Ephesii elogium exstat apud Libanium in epistola 41 libri v: Καὶ φιλοσοφίας ἣν ἐδέξατο παρὰ Μαξίμου τοῦ φιλοσοφίαν αὐξήσαντός τε ἡνίκα ἔζη, καὶ σβέσαντος τῇ τελευτῇ.

(13) *Καὶ ἐπιθυμίαν τῆς Βασιλείας ἐμβάλλοντος αὐτοῦ.* In Florentino codice legitur ἐμβαλόντος αὐτῷ, quod magis placet.

(14) *Τὰς ἀκροὰς τοῦ κρατοῦντος ἐλάνθανεν.* D Addenda est particula negativa ex Nicephoro et Epiphanio Scholastico, scribendumque οὐκ ἐλάνθανεν. Quo modo etiam legit Christophorsonus.

## VARIORUM.

p *Ὁ Ἐφέσιος.* Maximo huic Ephesio, eique Cynico, util iquet e Juliani ad eumdem epistola, summo ea ætate philosopho, teste Amm. Marcellino, Nicomediæ primum dedisse operam Julianum, referunt Socrates et Sozomenus: quod tamen in Ionia, in quam ille adolescens se contulerat, ac ubi agebat Maximus, ab eo factum memorant Libanius et Eunapius. Quanti hunc philosophum Julianus fecerit, abunde ostendit, ubi ait *se, quandiu ille abfuit, vita frui non posse, nisi quatenus litteras ejus legerit*. Epistola 15.

q *Ὕποπτος κατέστη τῷ βασιλεῖ.* Audi de hac re ipsum Julianum. Ἅπαντα χρόνον εὔνουν ἐμαυτὸν ἐκείνῳ καὶ πιστὸν παρέχων. *Cum ego perpetuo meum illi (imperatori) amorem ac fidem præstitissem, nescio quibus ex causis commotum in me illum animadverti. At illa (Eusebia) cum primum inanes nescio quas suspiciones audisset, sine cujusdam criminis nomine, ut de ea re prius inquireret, petiit, nec prius falsam et iniquam calumniam admitteret. Hæc flagitare non destitit, donec me ad conspectum imper. perduxisset, mihique pro me dicendi facultatem impetrasset*, etc. Encomio in Eusebiam, orat. 3.

Digitized by Google

Ἑλένην, ἐπὶ τὰς Γαλλίας κατὰ τῶν Βαρβάρων ἀπέστειλεν [r]. Οἱ γὰρ δὴ Βάρβαροι, οὓς ὁ βασιλεὺς Κωνστάντιος εἰς συμμαχίαν κατὰ Μαγνεντίου μικρὸν ἔμπροσθεν ἐμισθώσατο, εἰς οὐδὲν χρήσιμον (15) κατὰ τοῦ τυράννου γενόμενοι, τὰς Ῥωμαίων ἔφθειρον πόλεις· καὶ ἐπειδὴ νέος ἦν τὴν ἡλικίαν, ἐκέλευσε μηδὲν αὐτὸν πράττειν δίχα γνώμης ἡγουμένων τοῦ στρατοῦ. Ὡς δὲ ἐκεῖνοι τῆς ἐξουσίας ταύτης λαβόμενοι, ῥᾳθυμότερον τῶν πραγμάτων ἐφρόντιζον, καὶ διὰ τοῦτο τὰ Βαρβάρων ἐπικρατέστερα ἦν, ὁ Ἰουλιανὸς τοὺς μὲν στρατηγοὺς εἴα τρυφαῖς καὶ πότοις σχολάζειν· τοὺς δὲ στρατιώτας προθυμοτέρους ἐποίησε, μισθὸν ὡρισμένον τῷ ἀνελόντι βάρβαρον ὑποσχόμενος. Τοῦτο παρέσχεν ἀρχὴν τοῦ καὶ τὰ Βαρβάρων ἐλαττοῦσθαι, καὶ αὐτὸν ἐράσμιον παρὰ τοῖς στρατιώταις γενέσθαι. Λόγος δέ τις, ὅτι εἰς ἓν τῶν πολιχνίων εἰσελθόντος αὐτοῦ, στέφανος ἀφ' ὧν τὰς πόλεις κοσμοῦσιν (16), ἐν μέσῳ τῶν κιόνων ἐκ καλωδίων ἠρτημένος, τῇ κεφαλῇ κατενεχθεὶς ἥρμοσεν, ἐπί τε τούτῳ πάντας τοὺς παρόντας ἀναβοῆσαι· προδηλοῦσθαι γὰρ αὐτῷ διὰ τοῦ γενομένου σημείου τὴν βασιλείαν. Φασὶ δέ τινες, ὡς Κωνστάντιος αὐτὸν διατοῦτο ἐπὶ τοὺς Βαρβάρους ἀπέστειλεν, ἵνα ἐκεῖ διαφθαρῇ, συμπλεκόμενος αὐτοῖς. Οὐκ οἶδα δὲ, εἰ οἱ τὸ τοιοῦτο λέγοντες ἀληθεύουσιν. Ὁ γὰρ τὴν ἀδελφὴν τὴν ἰδίαν αὐτῷ συνοικήσας, ἐπιβουλεύων, οὐδὲν ἄλλο ἢ καθ' ἑαυτοῦ τὴν ἐπιβουλὴν ἔτρεπε. Τοῦτο μὲν οὖν, ὡς ἑκάστῳ δοκεῖ, κρινέτω. Ἰουλιανοῦ δὲ μεμψαμένου παρὰ βασιλεῖ τὴν ῥᾳθυμίαν τῶν στρατηγούντων, ἕτερος ἐπέμφθη στρατηγὸς, ἡρμοσμένος τῇ προθυμίᾳ Ἰουλιανοῦ. Ὃν ἔχων ὑπουργὸν, θαῤῥῶν τοῖς Βαρβάροις συνέβαλλεν. Οἱ δὲ διεπρεσβεύοντο πρὸς αὐτὸν, δεικνύντες ὡς τὰ βασιλέως γράμματα εἰς τὴν Ῥωμαίων χώραν παρεῖναι κελεύει αὐτοὺς, καὶ τὰς ἐπιστολὰς ἐπεδείκνυον. Ὁ δὲ τὸν, μὲν πρεσβευτὴν δεσμώτην ἐποίησε· συμβάλλει δὲ τῷ πλήθει, καὶ κατακράτος νικᾷ· καὶ τὸν βασιλέα τῶν Βαρβάρων αἰχμάλωτον λαβὼν, Κωνσταντίῳ ἔπεμψε. Ταῦτα εὐτυχήσας, ἀναγορεύεται ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν βασιλεύς. Ὡς δὲ στέφανος βασιλικὸς οὐ παρῆν, εἷς τῶν δορυφόρων, ὃν εἶχε περιτραχήλιον ἑαυτοῦ στρεπτὸν

A daturum. Postea vero, ut rem breviter complectar, imperator eum inde accersitum, Cæsarem renuntiat: et sorore sua Helena illi in conjugium data, in Gallias contra barbaros mittit. Etenim barbari, quos Constantius imperator ad auxilium sibi ferendum contra Magnentium paulo ante conduxerat, cum nullum sui usum præbuissent in bello adversus tyrannum, urbes imperii Romani populabantur. Et quoniam Julianus ætate adhuc juvenis erat, præcepit ei Constantius ne quid ageret absque ducum militarium consilio. Sed cum illi, hac potestate accepta, negligentius rem agerent, atque **170** ob eam causam superiores essent barbari, Julianus duces quidem deliciis et compotationibus indulgere passus est: milites vero alacriores red- B didit, certam mercedem pollicitus ei qui barbarum occidisset. Hinc factum est ut et barbarorum copiæ minuerentur, et ipse militibus esset acceptior. Fertur autem, cum oppidum quoddam ingrederetur, coronam qua civitates ornari solent, in duas columnas suspensam funibus, in caput ejus aptissime descendisse: eoque viso cunctos qui aderant exclamasse, quasi eo signo imperium illi præsignificari videretur. Sunt qui dicant illum contra barbaros eo consilio missum esse a Constantio, ut illic cum barbaris dimicans interiret. Sed utrum vera dicant qui id asserunt, equidem nescio. Nam sorore propria illi in matrimonium data, si postea insidias ei struxisset, prorsus contra seipsum eas molitus esset. Verum hac de re singuli pro arbi- C trio suo judicent. Porro cum Julianus de negligentia ac socordia ducum apud imperatorem questus esset, alius missus est magister militum, alacritati Juliani egregie respondens. Hunc ille administrum nactus, fidenti animo cum barbaris congressus est. Illi vero legatione ad eum missa, docuerunt imperatoris se litteris evocatos venisse in regionem Romanorum. Simul etiam imperatoris litteras ostendebant. At Julianus legatum quidem conjecit in vincula: conserto autem cum ipsis prælio, barbarorum copias funditus delevit, ca-

## VALESII ANNOTATIONES.

(15) *Εἰς οὐδὲν χρήσιμον.* Lego χρήσιμοι. Quomodo etiam legisse videtur Epiphanius; sic enim vertit: *Cum nihil profuissent contra tyrannum.*

(16) *Στέφανος ἀφ' ὧν τὰς πόλεις κοσμοῦσιν.* Epiphanius Scholasticus *coronam lauream* interpretatur, quibus civitates exornari solebant. Sane D et provinciæ imperii Romani hoc habitu pingi consueverant, coronas quasdam turritas capite gestantes, ut videre est in Notitia imperii Romani. Suspicari tamen quis possit, hoc loco scribendum esse, ἀφ' ὧν αἱ πόλεις τοὺς βασιλέας κοσμοῦσι.

## VARIORUM.

[r] *Ἐπὶ τὰς Γαλλίας ἀπέστειλεν.* Cum Constantium exagitarent assidui nuntii deploratas jam Gallias indicantes, Julianum in imperii societatem ascitum, et Helenæ sororis jugali fœdere sibi copulatum, hujus belli ducem renuntiavit. Julianus, non ignarus quantis periculis objiceretur, non tam se ad honorem quam ad mortem vocatum arbitrabatur. *Et certe,* inquit Amm. Marcellinus, *illud rumore tenus ubique jactabatur, quod Julianus non levaturus incommoda Galliarum electus esset, sed ut posset per bella deleri sævissima, rudis etiam tum, ut æstimabatur, ac ne sonitum quidem duraturus armorum.* At rudis iste adolescens, et in Academiæ umbra, non in sole ac pulvere militari educatus, mira celeritate barbaros Gallia expulit, septem totius Germaniæ potentissimos reges uno ingenti difficillimoque prœlio ad Argentoratum devicit, omninoque res Galliæ accisas atque afflictas in integrum statum restituit, quod omnes uno ore scriptores illius ætatis prædicant. Vide Marcellin. lib. xv, et ipsum Julian. *ad Athenienses.* Ant. Pagi ad ann. 355, n. 4, Julianus, inquit, hoc anno Cæsar creatus, et Galliis præpositus; quod in Italia factum, teste Zosimo, initio libri III, et quidem Mediolani, ut Hieronymus in Chronico scribit.

Digitized by Google

plumque eorum regem misit ad Constantium. His rebus prospere gestis, Augustus a militibus appellatur. Cum autem imperialis deesset corona, unus ex stipatoribus torquem quem collo gestabat Juliani capiti imposuit. Hoc modo Julianus ad imperium pervenit. Quæ vero deinceps gessit, utrum philosopho conveniant, lectoribus judicandum relinquo. Nam neque legationem ad Constantium misit, neque illum tanquam bene de se meritum colere perseveravit: sed cuncta pro arbitrio suo egit. Ac rectores quidem provinciarum mutavit. Per urbes autem singulas carpebat Constantium, litteras ab illo ad barbaros scriptas pro concione recitans. Quum ob causam a Constantio deficientes, ad illius partes se transferebant. Eodem tempore Christianæ religionis simulationem prorsus abjecit. Singulas enim civitates circumiens, templa aperire, et simulacris sacrificare cœpit, seque ipse pontificem maximum appellavit. Itaque pagani festos dies numinum suorum gentili ritu celebrabant. Atque hæc agens, civile bellum commovebat adversus Constantium, **171** occasiones conquirens. Et quantum quidem in ipso erat, universa mala quæ bellum comitari solent, contigissent. Neque enim absque multorum hominum cæde, hujus philosophi cupiditas fuisset expleta. Sed Deus, qui suorum ipsius consiliorum solus est arbiter, e duobus adversariis alterum sine ullo reipublicæ damno ab instituto revocavit. Etenim Juliano in Thraciis constituto, nuntiatum est Constantium diem extremum obiisse. Hoc modo Romanum imperium tunc temporis civili bello liberatum est. At Julianus Constantinopolim ingressus, statim inquirere animo cœpit, quonam pacto populum demereri, ejusque benevolentiam sibi comparare posset. Ad hanc igitur rem tali usus est arte: Norat Constantium, omnibus qui consubstantialis fidem amplectebantur invisum fuisse, tum quod ipsos Eccle-

A λαβὼν, τῇ κεφαλῇ Ἰουλιανοῦ περιτέθεικε. Τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόπον Ἰουλιανὸς ἐβασίλευσε. Τὰ δὲ ἐντεῦθεν, εἰ φιλοσόφου, δοκιμαζέτωσαν οἱ ἀκούοντες. Μὴ διαπρεσβευσάμενος γὰρ πρὸς Κωνστάντιον, μηδὲ θεραπεύσας ὡς εὐεργέτην, πάντα ἔπραττεν ἃ ἐδόκει αὐτῷ. Καὶ τοὺς μὲν κατ' ἐπαρχίαν ἄρχοντας ἠμείβε· διέσυρε δὲ τὸν Κωνστάντιον κατὰ πόλεις, ἀναγινώσκων αὐτοῦ δημοσίᾳ τὰς πρὸς τοὺς Βαρβάρους ἐπιστολάς. Διόπερ αὐτῷ προσετίθεντο, Κωνσταντίου δὲ ἀφίσταντο. Τότε δὴ καὶ τὴν ὑπόκρισιν ª τοῦ χριστιανίζειν φανερῶς ἀπεδύσατο· περιιὼν γὰρ κατὰ πόλεις, τούς τε ναοὺς ἀνοίγων, τοῖς ἀγάλμασι προσέφερε, καὶ ἑαυτὸν ἀρχιερέα ὠνόμαζεν· οἵ τε τὴν θρησκείαν Ἕλληνες ἑορτὰς ἐπετέλουν Ἑλληνικάς. Καὶ ταῦτα ποιῶν, πόλεμον ἐμφύλιον ἀνεῤῥίπιζε κατὰ B Κωνσταντίου ποιούμενος τὰς ἀφορμάς (17). Καὶ ὅσον μέντοι ἐπ' αὐτῷ, πάντα ἂν ἐγεγόνει, ὅσα ὁ πόλεμος ἔχει κακά. Οὐ γὰρ ἂν δίχα πολλῶν αἱμάτων διεκρίθη ἡ τοῦ φιλοσόφου σπουδή (18). Θεὸς δὲ ὁ τῶν ἰδίων βουλημάτων κριτὴς, τὸν ἕτερον τῶν ἀνταγωνιστῶν δίχα τῆς τῶν ἄλλων ζημίας ἔπαυσε τῆς ὁρμῆς. Γενομένου γὰρ Ἰουλιανοῦ περὶ τὰ Θρᾳκῶν ἔθνη, ἀπηγγέλθη τεθνηκέναι Κωνστάντιον. Καὶ οὕτω τὸν ἐμφύλιον πόλεμον τότε διέφυγεν ἡ Ῥωμαίων ἀρχή. Καταλαβὼν δὲ Ἰουλιανὸς τὴν Κωνσταντίνου πόλιν, εὐθὺς ἐσκόπει τίνα τρόπον οἰκειώσεται τὰ πλήθη, καὶ τὴν ἀπ' αὐτῶν εὔνοιαν ἐπισπάσεται. Τέχνῃ οὖν χρῆται τοιαύτῃ· Εὖ ἠπίστατο Κωνστάντιον ὑπὸ ὅλων τῶν λαῶν τῶν τὸ ὁμοούσιον φρονούντων μισούμενον, ἐφ' C οἷς τε τῶν Ἐκκλησιῶν ἐλαύνοντο, καὶ ὅτι τοὺς αὐτοῖς καθήκοντας ἐπισκόπους δημεύσας ἐξώρισεν. Ἐγίνωσκέ τε σαφῶς τοὺς Ἑλληνίζοντας ἀνιωμένους ᵇ, ἐφ' οἷς θύειν ἐκωλύοντο· ἐπιθυμεῖν τε καιροῦ δράξασθαι, ἐν ᾧ καὶ τὰ ἱερὰ ἀνοιγήσεται, καὶ ἐξέσται αὐτοῖς θυσίας ἀναφέρειν τοῖς ἀγάλμασιν. Οὕτω μὲν οὖν ἑκατέρους ἰδίᾳ λυπουμένους πρὸς τὸν ἀπελθόντα ἐγίνωσκε. Κοινῇ δὲ πάντας πρὸς τὴν τῶν εὐνούχων βίαν, καὶ τοὺς πρωτοτύπους Εὐσεβίου τε τὰς ἁρπα-

## VALESII ANNOTATIONES.

(17) *Ποιούμενος τὰς ἀφορμάς*. Epiphanius Scholasticus vertit: *Intestinum bellum contra Constantium quæsita occasione parabat*. Neque aliter Christophorsonus, quasi legeretur πορίζόμενος. Posset tamen quis aliter hæc verba interpretari, hoc scilicet modo, *expeditione suscepta*.

(18) *Διεκρίθη ἡ τοῦ φιλοσόφου σπουδή*. Verbum διακρίνεσθαι hoc loco idem valet quod perfici et adimpleri. Recte igitur Epiphanius Scholasticus hunc locum ita vertit: *Non enim sine multo sanguine studium ejus philosophi poterat adimpleri*. D Posset etiam non incommode verti, *dissipari*, seu *discuti*. Nam quod Musculus vertit, *declarari*, et Christophorsonus, *internosci*, meo quidem judicio absurdum est. Nicephorus vero in lib. x *Historiæ ecclesiasticæ*, cap. 2, hunc Socratis locum ita interpolavit: Καί γε ἂν ὅσον τὸ ἐπ' αὐτῷ, αἵμασι διεκρίθη τὸ τῆς ἐκείνου φιλοσοφίας ἀπέριττον. Quæ Langus sic interpretatur: *Et quantum in ipso situm erat, sanguine fuso de exuberanti philosophia ejus judicium factum fuisset*.

## VARIORUM.

ª *Τότε δὴ καὶ τὴν ὑπόκρισιν*. Julianus Christianismum viginti annis professus est, ut ipse ait Alexandrinis, epistola 51, quos a fide Christi ad paganismum avertere conatur, hoc argumento: Οὐχ ἁμαρτήσεσθε παρὰ ὀρθῆς ὁδοῦ πειθόμενοι τῷ πορευθέντι κἀκείνην τὴν ὁδὸν ἄχρις ἐτῶν εἴκοσι. *Non enim a recto tramite aberrabitis, si ei fidem habeatis, qui per viginti annos illa via* (nempe fide Christi) *progressus est*.

ᵇ *Τοὺς Ἑλληνίζοντας ἀνιωμένους*. Quanquam Christiana pietas ac religio, e latebris velut educta, jam caput extulit, ipsique purpuræ imperatoriæ novum ac divinius lumen attulisset, gentilium tamen numerus erat haud contemnendus, maxime eorum qui artium liberalium et scientiarum gymnasia occupabant.

Digitized by Google

γὰς (19) ἀχθομένους ἐφεύρισκεν. Πᾶσιν οὖν τεχνικῶς A προσεφέρετο. Καὶ τοὺς μὲν εἰρωνεύετο· τινὰς δὲ καὶ πρὸς τὸ κενόδοξον ἀφορῶν εὐηργέτει· κοινῇ δὲ πᾶσιν ὅπως εἶχε περὶ τὴν δεισιδαιμονίαν ἐδείκνυε. Καὶ πρῶτον μὲν, τὴν Κωνσταντίου ὠμότητα περὶ τοὺς ὑπηκόους διαβάλλειν καὶ ἐξελέγχειν παρὰ τῷ πλήθει βουλόμενος, τοὺς ἐξορισθέντας ἐπισκόπους ἀνακληθῆναι ἐκέλευσε, καὶ τὰς δημευθείσας οὐσίας αὐτοῖς ἀπεδίδου· καὶ τὰ ἱερὰ τῶν Ἑλλήνων ᾗ τάχος ἀνοίγειν, τοῖς ἐπιτηδείοις προσέταττε. Τοὺς δὲ ὑπὸ τῶν εὐνούχων ἀδικηθέντας, ἀπολαμβάνειν τὰ κακῶς ἀφαιρεθέντα ἐθέσπιζεν. Εὐσέβιον δὲ τὸν προεστῶτα τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος, ἐζημίωσε θανάτῳ, οὐ μόνον δὲ (20) διὰ τὸ πολλοὺς ἠδικῆσθαι ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλ' ὅτι καὶ Γάλλον τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν, ἀναιρεῖσθαι ἐκ τῆς ἐκείνου διαβολῆς ἐπυνθάνετο. Καὶ τὸ μὲν σῶμα B Κωνσταντίου [u] βασιλικῶς τιμήσας, ἐκήδευσεν· ἐξέβαλε δὲ τῶν βασιλείων εὐνούχους, κουρεῖς, μαγείρους. Εὐνούχους μὲν, διὰ τὸ ἀποβεβληκέναι τὴν γαμετὴν [v], μεθ' ἣν ἄλλην οὐκέτι ἠγάγετο. Μαγείρους δὲ, διὰ τὸ λιτῇ χρῆσθαι διαίτῃ [x]. Κουρεὺς δὲ, ἔφη, εἷς πολλοῖς ἀρκέσειε. Τοὺς μὲν οὖν διὰ ταύτας τὰς αἰτίας ἐξέβαλε [y]. Τῶν μέντοι ὑπογραφέων τοὺς πλείστους τῇ ἐξ ἀρχῆς παραδοὺς τύχῃ, τοῖς λοιποῖς αὐτῶν μισθὸν ὑπογραφέως ἐκέλευσε δίδοσθαι. Περιεῖλε δὲ καὶ τὸν δημόσιον τῶν χρειῶν δρόμον (21),

A siis expulerat, tum quod episcopos ipsorum proscriptos in exsilium egerat. Compertum etiam habebat, gentiles moleste admodum ferre, quod sacrificare diis suis prohiberentur, et optare omnibus votis, ut tempus illud sibi contingeret, quo et delubra aperirentur, et immolare simulacris liceret. Has igitur ob causas, populos utrosque privatim infenso et exulcerato adversus Constantium animo esse intelligebat. In commune vero cunctos violentiam eunuchorum, ac præsertim præpositi illorum Eusebii rapinas ægre ferre. Cum omnibus igitur callide egit ac veteratorie. Nam alios quidem blanda simulatione palpabat; alios beneficiis afficiebat, inanis gloriæ cupiditate ductus: omnibus porro ex æquo patefecit, quonam B animo esset erga superstitionem gentilium. Ac primum quidem, ut Constantii in subditos crudelitatem traduceret, eumque apud multitudinem infamaret, episcopos qui ab illo relegati fuerant, revocari jubet, et bona quæ fisco addicta fuerant, iisdem restituit; deinde familiaribus suis mandavit, ut gentilium templa confestim aperirent. Eos autem qui ab eunuchis injuria affecti fuerant, res inique abreptas recuperare jussit. Eusebium vero præpositum imperialis cubiculi capitali supplicio affecit, tum quod multos injuriis oppresserat, tum præ-

## VALESII ANNOTATIONES.

(19) *Καὶ τοὺς πρωτοτύπους τε τὰς ἁρπαγάς.* Hujus loci vitium non viderunt interpretes. Nam Christophorsonus ita vertit, *contraque notabiles Eusebii rapinas.* Quasi τὰς πρωτοτύπους legeretur, quod prorsus esset insulsum. In codice quidem Florentino hic locus ita legitur: Καὶ τοὺς πρωτοτύπους Εὐσεβίου τε τὰς ἁρπαγάς, etc. In Sfortiano vero Εὐσεβίου δέ, etc. Mihi non dubium est quin Socrates ita scripserit, Εὐσεβίου τε τοῦ πρωτοτύπου τὰς ἁρπαγάς, etc. Est autem πρωτότυπος, præpositus sacri cubiculi, quam dignitatem tunc gerebat Eusebius. Certe Socrates hanc vocem ita usurpare solet, ut videre est in libro II, cap. 2.

(20) *Οὐ μόνον δέ.* Expungenda est ultima particula, utpote superflua, et ab oscitante librario perperam repetita.

C (21) *Τὸν δημόσιον τῶν χρειῶν δρόμον.* Publicum cursum a Juliano recte ordinatum fuisse fatetur etiam Gregorius Nazianzenus in priore Invectiva adversus Julianum. Nam Constantius Augustus eum magnopere imminuerat, concesso passim ejus usu episcopis, ut ad synodos ab ipso convocatas accurrerent. Quidnam autem in ea re constitutum fuerit a Juliano, difficile est dicere. Ex Socratis tamen verbis conjicere possumus, vehicularem cursum qui etiam clavularis dicebatur, ab illo sublatum fuisse; solum vero relictum ad usus publicos equorum cursum. De publico cursu multa Joannes Lydus scripserat in libro De mensibus, cujus locum hic ascribere non pigebit: Πάντων σχεδὸν ἐναλλαγέντων, διέμεινε τὸ τοῦ λεγομένου μαγίστρου φρόντισμα· ἐπείθετο δὲ αὐτῷ τάξις

## VARIORUM.

[u] *Τὸ μὲν σῶμα Κωνσταντίου.* Julianus, cum Constantii mortem, dum in Dacia esset, ut ait Ammianus initio lib. XXII, accepisset, Constantinopolim venit XI die Decembris. Philostorgius, lib. VI, cap. 6, testatur, Julianum ante feretrum processisse, diademate de capite sublato. Libanius in oratione funebri, p. 289, ait, eum manibus contigisse feretrum, omnibus regni insignibus præter chlamydem depositis. Imo Greg. Nazianz. hunc Juliani in Constantii funere habitum sive vi sive sponte ascitum ait, additque *demisso vultu imperatori extremum officium præstitisse.* Ant. Pagi ad ann. 361, n. 6.

[v] *Διὰ τὸ ἀποβεβληκέναι τὴν γαμετήν.* Quam alii in puerperii doloribus interiisse in palatio Juliani, alii expulsam e palatio scripsere, ut ait Zonaras. Fuerunt et quidam qui veneno a Juliano necatam esse dicerent, ut docet Libanius in oratione ms. adversus Polyclem. Decessit autem postquam Julianus ab exercitu creatus erat Augustus, ut ipse testatur in epistola *ad Athenienses.* Vales. in A. Marcell. lib. XXI, cap. 1.

D [x] *Λιτῇ χρῆσθαι διαίτῃ.* Hoc idem de se prædicat Julianus in Misopogone, cum se propterea invisum Antiochensibus esse conqueritur. *Noctes insomnes in stragulo, et victus omnis expers satietatis, mores acerbos efficiunt, et delicatæ urbi repugnantes. Nolite tamen putare vestra causa id a me fieri: gravis quidam et stultus error jam inde a puero me induxit, ut ventri bellum facerem: neque enim eum permitto epulis expleri.*

[y] *Τοὺς μὲν οὖν ἐξέβαλε.* *Evenerat, ut ad demendum imperatoris capillum tonsor venire præceptus, introiret quidam ambitiose vestitus. Quo viso Julianus obstupuit: Ego, inquit, non rationalem jussi, sed tonsorem acciri. Interrogatus tamen ille quid haberet ex arte compendii; vicenas diurnas respondit annonas, totidemque pabula jumentorum (quæ vulgo dictitant capita) et annuum stipendium grave absque fructuosis petitionibus multis. Unde motus, omnes hujusmodi, cum coquis similibusque aliis eadem accipere pene consuetos, ut parum sibi necessarios, data quo velint eundi potestate, projecit.* Am. Marcellinus, lib. XXII.

Digitized by Google

cipue quod fratrem suum Gallum per ejus calumnias interemptum esse compererat. Et corpus quidem **172** Constantii regalibus exsequiis honoravit; eunuchos vero, tonsores et coquos ejecit ex palatio. Eunuchos quidem, eo quod ipse uxorem suam amiserat, post cujus obitum aliam nolebat ducere. Coquos vero, propterea quod tenui ac simplici cibo uteretur. Tonsores denique, quia unus, ut aiebat, tonsor sufficit plurimis. Has igitur ob causas hujusmodi hominum genus palatio expulit. Jam vero ex notariis plurimos ad pristinam conditionem redegit. Reliquis salarium notario congruens dari præcepit. Sed et publicum cursum qui publicis necessitatibus inserviebat, sustulit; mulorum scilicet, boum et asinorum: solum equorum cursum ejusmodi necessitatibus ministrare permittens. Hæc ejus acta laudantur a paucis: sed plures sunt qui vituperent, eo quod sublata regiarum opum magnificentia, quæ vulgi animos in admirationem rapit, vile et contemptui obnoxium reddidisset imperium. Porro noctu vigilans, orationes scribebat, easque postea procedens ex palatio in senatu recitabat: quippe ex imperatoribus qui a Julio Cæsare ad nostram usque ætatem regnarunt, solus hic et primus orationes in curia recitavit. Et studiosos quidem disciplinarum omnium honorabat: sed eos præcipue qui philosophiam profitebantur. Proinde fama hujus rei exciti omnes qui ubique erant philosophi, gestientes in palatium confluebant: qui pallium gestantes, plerique habitu magis quam doctrina conspiciebantur. Graves porro ac molesti omnes erant Christianis, utpote impostores, et qui imperatoris religionem perpetuo amplecterentur. Cæterum cum imperator inanis gloriæ morbo supra modum laboraret, cunctos ante se imperatores perstrinxit in eo libro, quem inscripsit *Cæsares*. Eodem animi morbo impulsus, contra Christianos etiam scripsit. Et quidem quod coquos ac tonsores ex palatio ejecit, philosophi id opus fuit, non imperatoris. Quod vero infamare alios ac probris incessere instituit, non **173** jam philosophi, sed neque imperatoris istud fuit. Utrique enim istorum ab omni obtrectatione et invidia sunt alieni. Et imperatori quidem philosophari licet, in eis tantum quæ ad modestiam ac temperantiam pertinent; philosophus vero si cuncta quæ imperatoris propria sunt, imitari voluerit, a scopo aberrabit. Sed de Juliano, deque ejus genere, et institutione atque indole, denique qua ratione ad imperium pervenerit, strictim hæc dicta sint.

A οἷον ἡμιόνων, βοῶν, καὶ ὄνων· μόνον δὲ τῶν ἵππων ταῖς δημοσίαις χρείαις συνεχώρησεν ὑπουργεῖν. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐπαινοῦσι μὲν ὀλίγοι· οἱ πλείους δὲ ψέγουσιν, ὅτι παυομένη ἡ ἐκ τοῦ βασιλικοῦ πλούτου τοῖς πολλοῖς ἐγγινομένη κατάπληξις, εὐκαταφρόνητον ἐποίει τὴν βασιλείαν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ διανυκτερεύων, λόγους συνέγραφε [z], καὶ τούτους κατιὼν εἰς τὴν συγκλήτου βουλὴν ἐπεδείκνυτο· μόνος γὰρ βασιλέων ἀπὸ Ἰουλίου Καίσαρος πρῶτος εἰς τὴν τῆς συγκλήτου βουλὴν λόγους ἐπεδείκνυτο. Ἐτίμα δὲ καὶ τοὺς περὶ παιδείαν ἐσπουδακότας· μάλιστα δὲ, τοὺς ἐπαγγελλομένους φιλοσοφεῖν. Διὸ καὶ τοὺς πανταχῆ ἦγεν ἡ φήμη βριάζοντας ἐπὶ τὰ βασίλεια, οἳ φοροῦντες τοὺς τρίβωνας, πολλοὶ ἐκ τοῦ σχήματος μᾶλλον, ἢ ἐκ παιδείας ἐδείκνυντο· πάντες δὲ ἦσαν βαρεῖς τοῖς Χρι- B στιανίζουσιν, ἄνδρες ἀπατεῶνες, καὶ ἀεὶ τοῦ κρατοῦντος οἰκειούμενοι τὴν θρησκείαν. Ἔχων δὲ ὁ βασιλεὺς πλεονάζον ἐν ἑαυτῷ τὸ κενόδοξον, πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ βασιλεῖς ἐκωμῴδησεν ἐν τῷ λόγῳ ὃν ἐπέγραψε *Καίσαρας*. Ἐκ τοῦ τοιούτου ἤθους κινούμενος, καὶ τοὺς κατὰ Χριστιανῶν λόγους συνέγραψε. Τὸ μὲν γὰρ μαγείρους (22) καὶ κουρεῖς ἐκβαλεῖν, φιλοσόφου ἔργον, οὐ μὴν βασιλέως. Τὸ δὲ διασύρειν ἢ σκώπτειν, οὐκέτι φιλοσόφου, ἀλλὰ μὴν οὐδὲ βασιλέως. Ἀμφότεροι γὰρ πᾶσαν λοιδορίαν καὶ βασκανίαν ὑπερβεβήκασι. Βασιλεῖ μὲν γὰρ ἐξέστω φιλοσοφεῖν, ὅσα πρὸς σωφροσύνην ὁρᾷ· φιλόσοφος δὲ, εἰ πάντα τῶν βασιλέων μιμήσαιτο, διαπεσεῖται τοῦ σκοποῦ. Περὶ μὲν δὴ Ἰουλιανοῦ τοῦ βασιλέως, γένους τε αὐτοῦ καὶ παιδεύσεως καὶ ἤθους, καὶ ὅπως C ἐπὶ τὴν βασιλείαν παρῆλθεν, τοσαῦτα ὡς ἐν ἐπιδρομῇ εἰρήσθω.

## CAP. II.

*De seditione orta Alexandriæ, et quomodo interfectus sit Georgius.*

Nunc transeamus ad ea commemoranda quæ per idem tempus in Ecclesiis gesta sunt. Igitur in

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

*Περὶ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γενομένης στάσεως, καὶ ὅπως Γεώργιος ἀνῃρέθη.*

Αὖθις δὲ τῶν περὶ τὰς Ἐκκλησίας ὑπὸ τὸν αὐτὸν γενομένων χρόνον μνήμην ποιούμεθα. Κατὰ τὴν με-

### VALESII ANNOTATIONES.

τις πεντήκοντα τὸν ἀριθμὸν ἀνδρῶν, οἱ φρουμεντάριοι καὶ χοριώσοι προσηγορεύοντο, οἷον σιτῶναι καὶ περίεργοι· καὶ οἱ μὲν σιτῶναι τῆς εὐθηνίας τῶν ἐν τῷ παλατίῳ ἀντείχοντο· οἱ δὲ περίεργοι ἡγοῦντο τοῦ δημοσίου δρόμου· κλαβουλάριος ὀχηματικός· κλάβον γὰρ τὸν οἴακα καλοῦσιν· βέλοξ, ὀξύς, ὃς καὶ Βεραιδαρικὸς ἐστὶ καὶ νῦν λέγεται· βεραίδους δὲ Ἰταλοῖς D εἶναι δοκεῖ τοὺς ὑποζυγίους ἵππους, ὅπερ ἐστὶν ἕλκειν τὸ ὄχημα· ὅθεν καὶ δασύνουσι γράφοντες τὸ ῥαίδας ὄνομα ἐκ τοῦ ῥᾳδίως ἐπιῤῥήματος παρηγμένον· οἱ γὰρ βεραίδους τοὺς ῥαίδας ἐκτὸς λέγοντες σφόδρα πλανῶνται.

(22) *Τὸ μὲν γὰρ μαγείρους*. Malim scribere τὸ μέντοι, vel τὸ μέν γε.

### VARIORUM.

[z] *Διανυκτερεύων λόγους συνέγραφε*. Orationes quidem ante et post imperium ab eo scriptas, quo nomine πατέρα πολλῶν λόγων, *multarum orationum patrem* eumdem vocat, tradit alicubi Libanius: qui in funebri hujus imperatoris laudatione, nominatim duas tangit ejus orationes, quas ille una nocte singulas conscripsit.

Digitized by Google

γάλην Ἀλεξάνδρου πόλιν, συνέβη ταραχὴν γενέσθαι [a] ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε· Τόπος ἦν τῇ πόλει, ἐκ παλαιῶν τῶν χρόνων ἔρημος καὶ ἠμελημένος, συρφετοῦ τε γέμων πολλοῦ, ἐν ᾧ οἱ Ἕλληνες τὸ παλαιὸν τῷ Μίθρᾳ [b] τελετὰς ποιοῦντες, ἀνθρώπους κατέθυον. Τοῦτον Κωνστάντιος ὡς σχολαῖον, ἤδη πρότερον τῇ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ προσκεκυρώκει. Γεώργιος δὲ βουλόμενος ἐν αὐτῷ εὐκτήριον οἶκον κατασκευάσαι, ἀνακαθαρθῆναι κελεύει τὸν τόπον. Καὶ δὴ καθαιρομένου, ἄδυτον ηὕρηται κατὰ βάθους πολλοῦ, ἐν ᾧ τὰ μυστήρια τῶν Ἑλλήνων ἐκέκρυπτο· ταῦτα δὲ ἦν κρανία ἀνθρώπων πολλὰ, νέων τε καὶ παλαιῶν, οὓς λόγος κατεῖχε πάλαι ἀναιρεῖσθαι, ὅτε ταῖς διὰ σπλάγχνων μαντείαις ἐχρῶντο οἱ Ἕλληνες, καὶ μαγικὰς ἐτέλουν θυσίας, καταμαγγανεύοντες τὰς ψυχάς. Οἱ οὖν Χριστιανοὶ ταῦτα εὑρόντες ἐν τῷ ἀδύτῳ τοῦ Μιθρείου, B σπουδὴν ἔθεντο πᾶσιν ἐν τῷ φανερῷ γέλωτα δεῖξαι τὰ Ἑλλήνων μυστήρια. Ἐξεπόμπευον δὲ εὐθὺς, γυμνὰ τῷ δήμῳ τὰ κρανία δεικνύοντες. Ταῦτα ὁρῶντες οἱ κατὰ Ἀλεξάνδρειαν Ἕλληνες, καὶ μὴ φέροντες τὸ τοῦ πράγματος ἐπονείδιστον, εἰς ὀργὴν ἐξάπτονται· καὶ πᾶν τὸ παρατυχὸν ὅπλον ποιούμενοι, ὥρμησαν κατὰ τῶν Χριστιανῶν, καὶ διὰ πάσης ἐπιβουλῆς ἀνεῖλον (23) πολλοὺς ἐξ αὐτῶν· τοὺς μὲν γὰρ ξίφεσι, τοὺς δὲ ξύλοις ἢ λίθοις ἀπέκτειναν· ἄλλους δὲ σχοινίοις ἀπέπνιξαν. Τινὰς δὲ αὐτῶν καὶ ἐσταύρωσαν, ἐφ' ὕβρει τοῦ σταυροῦ τοῦτον ἐπάγοντες τὸν θάνατον· τοὺς δὲ πλείστους, τραυματίας ἐποίησαν. Τότε δὲ, οἷα ἐν τοῖς τοιούτοις φιλεῖ γίνεσθαι, οὐδὲ τῶν οἰκειοτάτων ἀπέσχοντο· ἀλλὰ καὶ φίλος φίλον ἔπληξε, καὶ ἀδελφὸς ἀδελφὸν, καὶ γονεῖς παῖδας, καὶ ἀλλήλων πρὸς C φόνον ὥρμησαν. Διὸ καὶ οἱ Χριστιανοὶ τοῦ ἐκκαθαίρειν τὸ Μιθρεῖον ἐπαύσαντο· οἱ δὲ τὸν Γεώργιον τῆς Ἐκκλησίας ἐκσύραντες, καμήλῳ τε προσδήσαντες, καὶ σπαράξαντες, σὺν αὐτῇ κατέκαυσαν [c].

A magna illa Alexandrinorum civitate, orta est seditio hujusmodi ex causa : Locus erat in urbe jam inde a priscis temporibus vacuus ac neglectus, ac multa sordium colluvie refertus, in quo gentiles Mithræ mysteria peragentes, immolare homines consueverant. Hunc tanquam vacuum ac desertum, Constantius Ecclesiæ Alexandrinorum jam antea donaverat. Georgius vero cum ecclesiam in eo loco ædificare vellet, repurgari eum jussit. Quod dum fieret, adytum repertum est immensæ altitudinis, in quo mysteria gentilium erant recondita : complures scilicet hominum calvariæ, juvenum pariter ac seniorum, qui olim mactati esse dicebantur, tunc cum gentiles divinatione quæ per extorum inspectionem fit, uterentur, et magica sacrificia ad animas incantandas peragerent. His igitur in adyto templi Mithræ repertis, Christiani dederunt operam ut gentilium mysteria palam omnibus spectanda ad ludibrium exponerentur. Statimque circumferre ea per civitatem cœperunt, nudas hominum calvas multitudini ostentantes. At pagani qui erant Alexandriæ, cum id cernerent, opprobrium non ferentes, ira exarserunt : et quodcunque obvium erat vice teli arrepto, contra Christianos impetum fecere, multosque eorum vario mortis genere exstinxere : alios enim gladiis, alios fustibus, alios lapidibus necarunt; nonnullos funibus strangularunt; quosdam etiam cruci affixerunt, hoc genere supplicii eos de industria afficientes ad sacræ crucis contumeliam; plurimos vero diversis vulneribus sauciarunt. Atque, ut in ejusmodi tumultibus fieri solet, ne proximis quidem parcebant; sed amicus amicum, frater fratrem, parentes filios percutiebant, et in cædem mutuam ruebant. Itaque Christiani a repurgando Mithræ templo destiterunt; gentiles vero Georgium ab ecclesia abstractum et ad camelum **174** alligatum, tractumque ac dilaceratum, simul cum ipsa camelo incenderunt.

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

*Ὡς ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῇ Γεωργίου χαλεπήνας ἀναιρέσει, δι' ἐπιστολῆς τῶν Ἀλεξανδρέων καθήψατο.*

Ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ Γεωργίου ἀναιρέσει χαλεπήνας ὁ βασιλεὺς, δι' ἐπιστολῆς τοῦ Ἀλεξανδρέων δήμου

## CAP. III.

*Quomodo imperator ob cædem Georgii indignatus, Alexandrinos per epistolam objurgavit.*

At imperator cædem Georgii moleste ferens, populum Alexandrinum per epistolam corripuit. Fama

### VALESII ANNOTATIONES.

(23) *Καὶ διὰ πάσης ἰδέας θανάτου.* In codice Sfortiano legitur πάσης ἐπιβουλῆς, sed Florentinus nihil mutat.

### VARIORUM.

[a] *Συνέβη ταραχὴν γενέσθαι.* Seditiosum Alexandrinorum ingenium a multis scriptoribus notatum est, Græcis Latinisque. Hujus autem seditionis causas paulo aliter tradit A. Marcell. loco a Valesio citato.

[b] *Τῷ Μίθρᾳ.* Mithra Persis dicitur Sol. Strabo lib. xv, Τιμῶσι δὲ καὶ ἥλιον, ὃν Μίθραν καλοῦσι. Plutarch. *de Iside et Osiride*, post relatam eorum sententiam qui duos esse deos credebant, quasi adversarios et ἀντιτέχνους, quorum alter bona, alter mala operaretur, illumque deum, hunc dæmonem appellabant, idem et Zoroastrem sensisse ait, qui ἐκάλει τὸν μὲν (sc. bonum genium) Ὠρομάζην seu Ὠρομάσδην· τὸν δὲ (sc. malum genium) Ἀρειμάνιον· μέσον δὲ ἀμφοῖν τὸν Μίθραν εἶναι. D Διὸ καὶ Μίθραν Πέρσαι τὸν μεσίτην ὀνομάζουσιν.

[c] *Σὺν αὐτῇ κατέκαυσαν.* Georgius, inquit Epiphanius, *in camelum impositus, tota urbe ignominiose traductus est. Ac primum ab gentilibus circumseptus, ac multa perpessus et fustibus percussus, totaque propemodum urbe tractatus, in iis suppliciis exstinctus est; ac post obitum concrematus, et cum multis pecudum ac bestiarum ossibus in cinerem redactus, atque in ventos dispersus. Multitudo*, ut ait Amm. Marcellinus, *cineres projecit in mare, id metuens, ut clamabat, ne collectis supremis, ædes illi exstruerentur, ut reliquis, qui deviare a religione compulsi, pertulere cruciabiles pœnas, adusque gloriosam mortem intemerata fide progressi, et nunc martyres appellantur.* Hæc autem Antonius Pagi refert anno 362.

Digitized by Google

porro in vulgus sparsa est, hæc adversus Georgium admissa esse ab iis, qui Athanasii causa illum odio prosequebantur. Ego vero sic existimo, eos qui odio atque inimicitia ducuntur, plerumque in seditionibus adjungi solere iis, qui adversus iniquos homines impetum faciunt. Ipsa certe imperatoris epistola plebem potius insimulat quam Christianos. Cæterum Georgius, et tunc temporis, et antea, gravis omnibus ac molestus fuisse videbatur; eamque ob causam tumultus et contentio multitudinis adversus illum exarsit. Quod autem imperator, ut dixi, plebem insimulet, ex ipsa epistola licet cognoscere.

A καθήψατο. Λόγος δὲ διεδόθη, ὡς ταῦτα εἰς Γεώργιον ἔδρασαν οἱ δι' Ἀθανάσιον ἀπεχθῶς ἔχοντες πρὸς αὐτόν. Ἐγὼ δὲ ἡγοῦμαι μὲν καὶ τοὺς μισοῦντας ἐν ταῖς στάσεσι συνεπιτίθεσθαι τοῖς ἀδικοῦσιν. Ἡ μέντοι τοῦ βασιλέως ἐπιστολὴ τῷ δήμῳ μᾶλλον, ἢ Χριστιανοῖς ἐγκαλεῖ. Ἐφάνη δὲ Γεώργιος (24), καὶ πρότερον καὶ μεταταῦτα βαρὺς γεγονὼς καὶ ὀχληρὸς τοῖς πᾶσι· καὶ διατοῦτο ἐξεκαύθη εἰς φιλονεικίαν τὰ πλήθη. Ὅτι δὲ τῷ δήμῳ μᾶλλον ἐγκαλεῖ, αὐτῆς ἐπάκουε τῆς ἐπιστολῆς [a].

*Imperator Cæsar Julianus, Maximus, Augustus, populo Alexandrinorum.*

Si Alexandri conditoris urbis vestræ, et quod majus est, si dei magni, sanctissimi Serapidis nulla vos tangit reverentia, at quomodo communis naturæ, et humanitatis ac decori vos cepit oblivio? addo etiam nostri, quibus tum omnes dii, tum præcipue magnus ille Serapis imperium orbis terrarum adjudicarunt. Quibus certe æquum erat ut judicium de iis qui vos injuria affecerunt, reservaretis. Sed fortasse ira vos decepit ac furor: qui quidem ubi mentem exturbavit, atrocissima quæque perpetrare solet. Verum posthæc represso impetu, iis quæ subito a vobis bene consulta fuerant, iniquum facinus subjecistis. Neque veriti estis vos plebeii, ea committere, propter quæ illos merito odistis. Enimvero dicite mihi, quæso, per Serapim, quas ob injurias adversus Georgium commoti sitis. Dicetis omnino, eo quod beatæ recordationis Constantium contra vos excitaverat; deinde quod exercitum in sacram urbem induxerit, et rex Ægypti sanctissimum Dei templum occuparit, et **175** imagines ac donaria, et reliquum templorum ornatum inde abripuerit. Cumque vos indigne ferretis, ut par erat, et Deo, seu potius Dei rebus atque opibus succurrere velletis, ille injuste et impie ausus est in vos immittere armatos. Sed fortasse sibi ipsi cavebat, quippe qui Georgium magis quam

*Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Ἰουλιανὸς, Μέγιστος, Σεβαστὸς, Ἀλεξανδρέων τῷ δήμῳ.*

Εἰ μὴ τὸν Ἀλέξανδρον τὸν οἰκιστὴν ὑμῶν, καὶ πρό B γε τούτου, τὸν θεὸν τὸν μέγαν, τὸν ἁγιώτατον Σάραπιν αἰδεῖσθε, τοῦ κοινοῦ γοῦν ὑμᾶς καὶ ἀνθρωπίνου καὶ πρέποντος, πῶς οὐδεὶς εἰσῆλθε λόγος; προσθήσω δὲ ὅτι καὶ ἡμῶν, οὓς οἱ θεοὶ πάντες, ἐν πρώτοις δὲ ὁ μέγας Σάραπις, ἄρχειν ἐδικαίωσαν τῆς οἰκουμένης. Οἷς πρέπον ἦν τὴν ὑπὲρ τῶν ἠδικηκότων ὑμᾶς φυλάξαι διάγνωσιν. Ἀλλ' ὀργὴ τυχὸν ἴσως ὑμᾶς ἐξηπάτησε καὶ θυμὸς, ὅσπερ οὖν εἴωθε τὰ δεινὰ πράττειν, τὰς φρένας μετοικίσας· εἶτα τῆς ὁρμῆς ἀναστείλαντες (25), τῆς παραχρῆμα βεβουλευμένης καλῶς ὕστερον ἐπήγαγε τὴν παρανομίαν. Οὐδ' ᾐσχύνθητε δῆμος ὄντες τολμῆσαι ταῦτα, ἐφ' οἷς ἐκείνους ἐμισήσατε δικαίως. Εἴπατε γάρ μοι πρὸς τοῦ Σαράπιδος, ὑπὲρ ποίων ἀδικημάτων ἐχαλεπήνατε Γεωργίῳ. Τὸν μακαριώτατον Κωνστάντιον ἐρεῖτε δήπουθεν ὅτι καθ' C ὑμῶν παρώξυνεν· εἶτα εἰσήγαγεν εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν στρατόπεδον. Καὶ κατέλαβεν ὁ βασιλεὺς τῆς Αἰγύπτου (26) τὸ ἁγιώτατον τοῦ Θεοῦ τέμενος, ἀποσυλήσας ἐκεῖθεν εἰκόνας, καὶ ἀναθήματα, καὶ τὸν ἐν τοῖς ἱεροῖς κόσμον. Ὑμῶν δὲ ἀγανακτούντων εἰκότως, καὶ πειρωμένων ἀμύνειν τῷ Θεῷ, μᾶλλον δὲ τοῖς τοῦ Θεοῦ κτήμασιν, ὁ δὲ ἐτόλμησεν ὑμῖν ἐπιπέμψαι τοὺς ὁπλίτας, ἀδίκως, καὶ παρανόμως καὶ ἀσεβῶς. Ἴσως Γεώργιον μᾶλλον, ἢ τὸν Κωνστάντιον δεδοικὼς, ἑαυτὸν παρεφύλαττεν. Εἰς μετριώτερον (27) ὑμῖν καὶ

## VALESII ANNOTATIONES.

(24) *Ἐφάνη δὲ Γεώργιος*. In codice Florentino scriptum inveni, καὶ φαίνεται δὲ Γεώργιος, etc., quam scripturam magis probo. Cæterum de causis odii Alexandrinorum adversus Georgium, consulendus est Ammianus Marcellinus in libro XXII, et Epiphanius in hæresi 76, quæ est Anomœorum.

(25) *Εἶτα τῆς ὁρμῆς ἀναστείλας*. In optimis codicibus Florentino et Sfortiano scriptum est ἀναστείλαντες. Quare non dubito quin totus hic locus ita restituendus sit: Εἶτα τῆς ὁρμῆς ἀναστείλαντες, τοῖς παραχρῆμα βεβουλευμένοις καλῶς ὕστερον ἐπηγάγετε τὴν παρανομίαν. Id est, *Deinde represso impetu, iis quæ subito a vobis recte consulta erant, iniquum postea facinus subjecistis*: quam lectionem confirmat Nicephorus.

(26) *Ὁ βασιλεὺς τῆς Αἰγύπτου*. Artemium ducem Ægypti intelligit, ut jampridem notavi ad librum XXII Ammiani Marcellini. Conjecturam nostram confirmat codex Florentinus et Nicephorus, in quibus diserte scriptum legitur: ὁ στρατηγὸς τῆς Αἰγύπτου. Hujus martyrium exstat apud Simeonem Metaphrastem, in quo multa continentur quæ historiam illorum temporum valde illustrant.

(27) *Εἰς μετριώτερον*. In editione operum Juliani D et apud Nicephorum hic locus ita legitur ac distinguitur: Ἑαυτὸν παρεφύλαττεν, εἰ μετριώτερον ὑμῖν καὶ πολιτικώτερον, ἀλλὰ μὴ τυραννικώτερον πόῤῥωθεν προσεφέρετο. Porro cum is Juliani locus a quatuor interpretibus in Latinum sermonem conversus sit, unius Langi versionem cæteris anteponendam censeo. Ea sic habet: *Qui melius sibi ipsi consuluisset, si moderate vobiscum et civiliter, nec tam tyrannice ab initio egisset*. Eumdem fere sensum in interpretatione mea secutus sum. At in Christophorsoni versione primum illud reprehensionem meretur, quod vocem γάρ adjecit, contra fidem omnium

## VARIORUM.

[a] *Αὐτῆς τῆς ἐπιστολῆς*. Hæc est decima inter Juliani epistolas ab Ezech. Spanhemio editas anno 1696.

Digitized by Google

πολιτικώτερον, ἀλλὰ μὴ τυραννικώτερον πόῤῥωθεν A προσεφέρετο. Τούτων οὖν ἕνεκεν ὀργιζόμενοι τῷ Θεοῖς ἐχθρῷ Γεωργίῳ, τὴν ἱερὰν αὖθις ἐμιάνατε πόλιν, ἐξὸν ὑποβάλλειν αὐτὸν ταῖς τῶν δικαστῶν ψήφοις. Οὕτω γὰρ ἐγίνετο ἂν οὐ φόνος, οὐδὲ παρανομία τὸ πρᾶγμα· δίκη δὲ ἐμμελὴς, ὑμᾶς μὲν ἀθώους πάντη φυλάττουσα, τιμωρουμένη μὲν τὸν ἀνίατα δυσσεβήσαντα, σωφρονίζουσα δὲ τοὺς ἄλλους πάντας, ὅσοι τῶν θεῶν ὀλιγωροῦσι, καὶ προσέτι τὰς τοιαύτας πόλεις καὶ τοὺς ἀνθοῦντας δήμους, ἐν οὐδενὶ τίθενται· τῶν ἑαυτῶν δὲ ποιοῦνται πάρεργον δυναστείας τὴν κατ' ἐκείνων ὠμότητα. Παραβάλλετε τοίνυν ταύτην μου τὴν ἐπιστολὴν, ᾗ μικρῷ πρώην ἐπέστειλα (28)· καὶ τὸ διάφορον κατανοήσατε, πόσους μὲν ὑμῶν ἐπαίνους ἔγραφον τότε. Νυνὶ δὲ, μὰ τοὺς θεοὺς, ὀφείλων ὑμᾶς ἐπαινεῖν, οὐ δύναμαι διὰ τὴν παρανομίαν. Τολμᾷ B δῆμος ὥσπερ οἱ κύνες, ἄνθρωπον σπαράττειν. Εἶτα οὐκ αἰσχύνεται καὶ φυλάττειν (29) καθαρὰς τὰς χεῖρας ὡς προσάγειν πρὸς τοὺς θεοὺς, αἵματος καθαρευούσας. Ἀλλὰ Γεώργιος ἄξιος ἦν τοῦ τοιαῦτα παθεῖν. Καὶ τούτων ἴσως ἐγὼ φαίην ἂν χείρονα καὶ πικρότερα. Καὶ δι' ὑμᾶς ἐρεῖτε (30)· σύμφημι καὶ αὐτός· παρ' ὑμῶν δὲ εἰ λέγοιτο τοῦτο, οὐκέτι συγχωρῶ. Νόμοι γὰρ ὑμῖν εἰσιν, οὓς χρὴ τιμᾶσθαι μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων ἰδίᾳ καὶ στέργεσθαι. Πλὴν ἐπειδὴ συμβαίνει τῶν καθ' ἕκαστόν τινας παρανομεῖν, ἀλλὰ τὰ κοινὰ γοῦν εὐνομεῖσθαι χρὴ, καὶ πειθαρχεῖν τοῖς νόμοις ὑμᾶς, καὶ μὴ παραβαίνειν ὅσαπερ ἐξ ἀρχῆς ἐνομίσθη καλῶς. Εὐτύχημα γέγονεν ὑμῖν, ἄνδρες Ἀλεξανδρεῖς, ἐπ' ἐμοῦ πλημμελῆσαι τοιοῦτό τοι πρὸς ὑμᾶς, ὃς αἰδοῖ τῇ πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ διὰ τὸν C πάππον τὸν ἐμὸν καὶ ὁμώνυμον (31), ὃς ἦρξεν αὐτῆς τε Αἰγύπτου, καὶ τῆς ὑμετέρας πόλεως, ἀδελφικὴν ὑμῖν εὔνοιαν ἀποσώζω. Τὸ γὰρ τῆς ἐξουσίας ἀκαταφρόνητον, καὶ τὸ ἀπηνέστερον καὶ καθαρὸν τῆς ἀρχῆς, οὔποτε ἂν δήμου περιιδεῖν τόλμημα (32), μὴ καθάπερ νόσημα χαλεπὸν, πικροτέρῳ διακαθᾶραι φαρμάκῳ. Προσφέρω δὲ ἐγὼ ὑμῖν, δι' ἅσπερ ἔναγχος ἔφην αἰτίας, τὸ προσηνέστατον, παραίνεσιν καὶ λόγους. Ὑφ' ὧν εὖ οἶδ' ὅτι πείσεσθε μᾶλλον, ἥπερ ἐστὲ, καθάπερ ἀκούω, τό τε ἀρχαῖον Ἕλληνες, καὶ τὰ νῦν ἐπὶ τῆς

A Constantium formidaret. Scilicet modestius ac civilius, non autem tyrannico more erga vos antea se gesserat. Has igitur ob causas adversus Georgium diis inimicum ira succensi, sacram denuo urbem scelere polluistis, cum judicum sententiis eum subjicere liceret. Hoc enim pacto nec cædes, nec iniquitas fuisset ulla, sed potius absoluta justitia : quæ vos quidem insontes ac puros ab omni scelere servasset, illum vero qui inexpiabilia scelera commiserat, punivisset : quæ denique alios repressisset omnes, qui deos immortales contemnunt, tantasque urbes et florentes populos pro nihilo habent, et crudelitatem qua in illos sæviunt, velut ludum quemdam potentiæ suæ esse ducunt. Conferte igitur hanc epistolam meam cum illa quam B paulo ante ad vos misi, et quantum inter eas intersit, considerate. Quantis vos laudibus tunc ornavi! Nunc vero, per deos immortales, cum vos laudare deberem, ob gravitatem admissi facinoris id facere non possum. Audet populus instar canum hominem discerpere. Nec posthæc pudore afficitur : et manus quasi puras servat, ut eas ab omni cæde integras ad deos tendat. Atenim dignus erat Georgius qui talia pateretur. Imo, fateor, his fortasse graviora et acerbiora. Ac si propter vos illud commeruisse dixeritis, equidem vobis assentiar; sed si addatur, a vobis istud pati debuisse, id nequaquam concedo. Sunt enim vobis leges quæ ab omnibus privatim ac publice coli atque observari debent. Quod si contigerit, ut eæ a privatis hominibus C violentur, at rempublicam bonis legibus gubernari oportet, vosque illis obtemperare decet, nec transgredi ea quæ ab initio præclare sunt constituta. Feliciter omnino id vobis cessit, cives Alexandrini, quod me regnante hujusmodi facinus admisistis; qui tum ob reverentiam erga Deum, tum propter avum meum, et avunculum mihi cognominem, qui universam Ægyptum et civitatem vestram administravit, fraternam erga vos charitatem conservo. Certe potestas quæ contemni se non patitur, et severus **176** atque integer principatus, nunquam

## VALESII ANNOTATIONES.

librorum. Deinde quod Artemium ducem Ægypti excusat, perinde quasi ille civiliter ac moderate se gessisset initio administrationis suæ. Quod quidem absurdissimum esset, si Julianus eum excusaret, quem quasi noxium occidi jusserat. Si quis igitur versionem nostram sequi maluerit, unica tantum particula supplenda est hoc modo : ἴσως δὲ Γεώργιον μᾶλλον, et cætera, ut supra. Petavius vero in notis ad epistolam illam Juliani, ex scriptis codicibus aliam profert emendationem hujusmodi, ὃς αὐτὸν παρεφύλαττεν, etc.

(28) *Ἣν μικρῷ πρώην ἐπέστειλα*. Magis placet lectio, quam in codice Florentino et apud Nicephorum inveni, ᾗ μικρῷ πρώην ἐπέστειλα.

(29) *Καὶ φυλάττειν*. In epistolis Juliani Cæsaris legitur καὶ φυλάττει. Quam scripturam secutus est Langus interpres Nicephori, ita ut particula negativa subaudiatur ἀπὸ κοινοῦ.

(30) *Καὶ δι' ὑμᾶς ἐρεῖτε*. Scribendum est κἂν δι' ὑμᾶς ἐρεῖτε.

D (31) *Διὰ τὸν πάππον τὸν ἐμὸν καὶ ὁμώνυμον*. Rectius apud Nicephorum legitur τὸν θεῖον τὸν ἐμὸν καὶ ὁμώνυμον. Julianum enim intelligit ex præfecto Ægypti, de quo multa scribit Ammianus Marcellinus. In epistolis Juliani utraque lectio habetur hoc modo : διὰ τὸν πάππον τὸν ἐμὸν καὶ τὸν θεῖον ὁμώνυμον. Verum hæc scriptura ferri non potest; cur enim hoc loco Julianus avum suum commemoraret? Certe Sozomenus scripturam Nicephori confirmat. Sic enim habet in cap. 7 lib. v : Καὶ τὴν τιμωρίαν συνεχώρησεν, αἰδοῖ, φησὶ, τῇ πρὸς Σάραπιν τὸν αὐτῶν πολιοῦχον, καὶ Ἀλέξανδρον, τὸν οἰκιστὴν, καὶ Ἰουλιανὸν τὸν αὐτοῦ θεῖον, ὃς πρὸ τούτου Αἰγύπτου καὶ τῆς Ἀλεξανδρείας αὐτῆς ἦρξεν, etc.

(32) *Δήμου ἰδεῖν τόλμημα*. In optimis codicibus Florentino et Sfortiano et apud Nicephorum legitur δήμου περιιδεῖν τόλμημα. In vulgatis autem editionibus Juliani scriptum est ἴδοιεν τόλμημα. Quare non dubito quin scribendum sit hoc loco, οὔποτε ἂν δήμου περιίδοιεν τόλμημα.

Digitized by Google

negligere solet ejusmodi populorum facinora, sed A tanquam gravem morbum acerbiore medicamento purgare. Ego vero ob eas causas quas supra commemoravi, lenius vobis remedium adhibeo, sermonem scilicet et exhortationem. Quibus libentius, uti confido, parebitis : quippe qui et a prima origine, ut audio, Græci estis; et hujus nobilitatis illustrem et eximiam notam in vestris mentibus ac studiis etiamnum retinetis. Proponatur civibus meis Alexandrinis. Atque hæc sunt ab imperatore scripta.

εὐγενείας ἐκείνης (33) ὕπεστιν ὑμῖν ἀξιόλογος καὶ γενναῖος ἐν τῇ διανοίᾳ καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ὁ χαρακτήρ. Προστεθήτω τοῖς ἐμοῖς (34) πολίταις Ἀλεξανδρεῦσιν. Τοιαῦτα μὲν οὖν ὁ βασιλεύς.

## CAP. IV.

*Qualiter Athanasius, occiso Georgio, Alexandriam reversus, Ecclesiam suam recuperavit.*

Haud multo post, Athanasium ab exsilio reversum Alexandrinus populus libenter suscepit; et Arianos quidem ecclesiis ejecit, Athanasio vero eas tradidit. Porro autem Ariani in ædibus quibusdam vilibus et obscuris conventus agentes, in locum Georgii Lucium quemdam substituerunt. Et B Alexandriæ quidem hic rerum status tunc temporis fuit.

## ΚΕΦΑΛ. Δ'.

*Ὡς Γεωργίου ἀναιρεθέντος, Ἀθανάσιος κατελθὼν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν, τῆς Ἀλεξανδρείας ἐγκρατὴς ἐγένετο.*

Οὐκ εἰς μακρὰν τῆς φυγῆς κατελθόντα Ἀθανάσιον[a], ἀσμένως ὁ τῶν Ἀλεξανδρέων λαὸς ἐδέξατο· ἐξώθησαν τότε ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν τοὺς τοῦ Ἀριανοῦ δόγματος· παραδιδόασι δὲ Ἀθανασίῳ τοὺς εὐκτηρίους τόπους. Οἱ δὲ ἀρειανίζοντες, ἐν οἰκίσκοις ἀσήμοις συναγόμενοι, εἰς τόπον Γεωργίου Λούκιον προχειρίζονται. Ἐν τοιαύτῃ μὲν δὴ καταστάσει τὰ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἦν.

## CAP. V.

*De Lucifero et Eusebio.*

Eodem tempore Lucifer et Eusebius, imperatoris jussu ab exsilio revocati sunt : quorum Lucifer quidem, Caralis quæ urbs est Sardiniæ, erat episcopus; Eusebius vero Vercellarum, quæ civitas
177 est Ligurum in Italia, ut etiam antea dixi. Ambo itaque ex superiori Thebaide ab exsilio redeuntes, consilium inter se inierunt, quonam modo ecclesiasticis legibus subvenirent, nec eas violari impune paterentur.

## ΚΕΦΑΛ. Ε'.

*Περὶ Λουκίφερος, καὶ Εὐσεβίου.*

Ἐν δὲ δὴ τῷδε τῷ χρόνῳ Λούκιφερ καὶ Εὐσέβιος, προστάγματι τοῦ βασιλέως, τῆς ἐξορίας ἀνακέκληντο· Λούκιφερ μὲν Καράλων ἐπίσκοπος [f], ἥ ἐστι πόλις Σαρδανίας· Εὐσέβιος δὲ Βρεκέλλων· πόλις δὲ αὕτη τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Λιγύων, ὥς μοι καὶ πρότερον εἴρηται. Ἄμφω οὖν τῶν ἄνω Θηβῶν τῆς ἐξορίας ἐπανιόντες, σύμβουλον ἐποιοῦντο (35), τίνα τρόπον τὸν τῆς Ἐκκλησίας κανόνα διαφθειρόμενον μὴ παρίδωσιν.

## CAP. VI.

*Quomodo Lucifer Antiochiæ Paulinum ordinavit.*

C Placuit igitur ut Lucifer quidem Antiochiam proficisceretur, Eusebius autem Alexandriam : ut una cum Athanasio synodum congregantes, Eccle-

## ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

*Ὡς Λούκιφερ ἐν Ἀντιοχείᾳ γενόμενος, Παυλῖνον ἐχειροτόνησεν.*

Ἐδόκει οὖν, Λουκίφερα μὲν ἐπὶ τὴν Συρίας Ἀντιόχειαν παραγενέσθαι, Εὐσέβιον δὲ ἐπ' Ἀλεξάνδρειαν· ὅπως ἂν σύνοδον ἅμα Ἀθανασίῳ ἀθροίσαντες, τὰ τῆς

## VALESII ANNOTATIONES.

(33) *Ἐπὶ τῆς εὐγενείας ἐκείνης.* Procul dubio scribendum est καὶ τανῦν ἔτι τῆς εὐγενείας ἐκείνης ὕπεστιν, etc. Quod miror ab interpretibus animadversum non fuisse. In editione operum Juliani legitur ἐπεὶ τῆς εὐγενείας, gravi errore. Paulo ante oblitus fueram monere scribendum esse εἴπερ ἐστέ, ut legitur apud Julianum et Nicephorum.

(34) *Προστεθήτω τοῖς ἐμοῖς.* Scribendum omnino est προτεθήτω, ut habet Nicephorus. Id est, *proponatur civibus meis Alexandrinis.* De hac clausula quæ imperatoriis edictis apponi solebat, multa observavi in Annotationibus Eusebianis, quæ hic repetere superfluum duxi.

(35) *Συμβουλὴν ἐποιοῦντο.* Non soli Eusebius ac Lucifer, de reparando Ecclesiarum statu et de stabilienda fidei regula consilium inierunt; sed alii præterea episcopi, qui Juliani imperatoris edicto tunc ab exsilio revocati sunt : Hilarius scilicet, Asterius et reliqui, ut recte notat Theodoritus in libro III, cap. 4. Qui zelo catholicæ fidei succensi, hæreticos et schismaticos ad veritatis tramitem reducere, et pristinam concordiam revocare instituerunt. Quod ergo Baronius ait, Eusebium ac D Luciferum legatos apostolicæ sedis creatos esse a Liberio ad reparandum Ecclesiæ statum, id verum esse non potest. Idem enim dicendum esset de Hilario ac reliquis. Adde quod Rufinus hoc diserte refellit. Scribit enim legationem hanc Eusebio et Asterio injunctam esse ab Alexandrina synodo.

## VARIORUM.

[a] *Τῆς φυγῆς κατελθόντα Ἀθανάσιον.* Post publicatum Juliani edictum, quo exsulibus redeundi potestas erat, Athanasius Alexandriam reversus, ingenti de more plebis catholicæ gaudio exceptus est. In hunc reditum Gregorius Naz. ea omnia confert, quæ ad reditum anni 349 pertinent. In defuncti Georgii locum Arianos Lucium suæ factionis hominem cooptasse narrat Socrates. Verum reclamare videntur Acta, Joviano principe edita. Non dicitur enim eo loco Arianos episcopum sibi Lucium constituisse, sed constituere voluisse. Et fortasse cum in Georgii sedem Lucium subrogare vellent, coerciti a Catholicis fuerant, quorum ingens erat Alexandriæ multitudo. (Cl. monachi Benedict. *Vit. Athanasii,* ad ann. 362.)

[f] *Λούκιφερ Καράλων ἐπίσκοπος.* Lucifer Calaritanus, sive Caralitanus in Sardinia episcopus claruit circa ann. 354, eodem tempore cum Eusebio Vercellensi, eorumdem laborum, certaminum, itinerum, et exsiliorum comes fere individuus, cum

Digitized by Google

Ἐκκλησίας κρατύνωσι δόγματα. Λούκιφερ μὲν οὖν διάκονον (36) εἰς τὸν αὐτοῦ τόπον ἀποστέλλει, δι' οὗ στέρξειν ὡμολόγει τὰ ὑπὸ τῆς συνόδου τυπούμενα. Αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν χωρήσας, εὑρίσκει τεταραγμένην τὴν Ἐκκλησίαν· ἐδιχονόει γὰρ τὰ πλήθη πρὸς ἑαυτά. Οὐ γὰρ μόνον ἡ Ἀρειανὴ αἵρεσις ὑπὸ Εὐζωΐου τυγχάνουσα τὴν Ἐκκλησίαν ἐχώριζεν· ἀλλὰ γὰρ καὶ, ὡς ἤδη πρότερον ἔφην, καὶ οἱ Μελετίῳ ἀκολουθήσαντες, ἐν σπουδῇ τῇ περὶ τὸν καθηγητὴν, πρὸς τοὺς ὁμόφρονας διεκρίνοντο. Καταστήσας οὖν Παυλῖνον ἐπίσκοπον αὐτοῖς, αὖθις ἀπεχώρει.

A siæ dogmata confirmarent. Ac Lucifer quidem diaconum misit suo loco, per quem pollicitus est assensurum se iis quæ a synodo decreta essent. Ipse vero Antiochiam profectus, perturbatam ejus loci Ecclesiam reperit. Nam populus inter se dissidebat. Non enim solum Ariana hæresis, quæ ab Euzoio fuerat inducta, dirimebat Ecclesiam : sed et ii qui Meletium sectati fuerant, ob studium atque amorem erga præceptorem suum, ut antea dixi, sejunxerant se ab iis qui in fide idem cum ipsis sentiebant. Lucifer ergo cum Paulinum illis episcopum ordinasset, inde discessit.

## ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

*Ὡς Εὐσέβιος ἑνωθεὶς Ἀθανασίῳ, σύνοδον ἐπισκόπων πεποιήκασιν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τρανῶς τὴν Τριάδα ὁμοούσιον ἀνακηρύξαντες.*

Εὐσέβιος δὲ καταλαβὼν τὴν Ἀλεξάνδρειαν, σπουδαιότερον ἅμα Ἀθανασίῳ συνεκρότει τὴν σύνοδον.

## 178 CAP. VIII.

*Qualiter Eusebius et Athanasius inter se consentientes, synodum Alexandriæ congregarunt, in qua* B *Trinitatem consubstantialem diserte pronuntiarunt.*

Eusebius vero cum venisset Alexandriam, confestim una cum Athanasio synodum convocavit.

## VALESII ANNOTATIONES.

(36) *Λούκιφερ μὲν οὖν διάκονον*. Sumpsit hæc Socrates ex Rufino, qui in libro x Historiæ ecclesiasticæ, cap. 27, ita scribit : *Lucifer autem cum exoraretur ab Eusebio, ut ad videndum Athanasium Alexandriam pergerent, communique tractatu cum his qui superſuerant sacerdotibus, de statu Ecclesiæ decernerent, præsentiam sui abnegans, legatum pro se diaconum suum mittit.* Ex epistola tamen synodica, quam Athanasius scripsit nomine synodi Alexandrinæ ad catholicos episcopos qui erant in urbe Antiochia, discimus Luciferum duos diaconos suos, Herennium et Agapetum, misisse ad synodum Alexandrinam, cum Paulinus jam ordinatus esset episcopus Antiochiæ. Nam et legati ipsius Paulini C huic synodo interfuerunt, et synodicæ Athanasii epistolæ subscripserunt. Sic enim hæc gesta sunt : Statim post profectionem Eusebii ad synodum Alexandrinam, Lucifer una cum episcopis Cymatio et Anatolio, quorum alter Palti, alter Berœæ erat episcopus, Paulinum Antiochiæ creavit episcopum. Qui mox ordinatus legatos suos Maximum et Calemerum, ad Alexandrinam synodum direxit. Apollinaris quoque Laodicenus episcopus, qui sectam propriam et episcopum factionis suæ habebat Antiochiæ, legatos suos eodem misit. Episcopi igitur Ægyptii, qui Alexandriæ congregati erant, cum Eusebium et Asterium et legatos Luciferi, a Lucifero, Cymatio et Anatolio missos audiissent, legatos item a Paulino et Apollinare missos suscepissent, singuli ad suas sedes recesserunt, mandaruntque Athanasio et aliquot aliis episcopis qui Alexandriæ remanserant, ut epistolam ad episcopos Antiochiæ congregatos scriberent, de recipiendis in communionem hæreticis ac schismaticis, qualiter in eo negotio se gerere deberent. Horum mandato obsecutus Athanasius, scripsit epistolam ad episcopos Antiochiæ collectos, Luciferum scilicet, Eusebium et Asterium (hi enim jam ab Alexandrina synodo redierant), Cymatium et Anatolium. Exstat hæc epistola inter opera Athanasii, quam Baronius quidem synodicam esse synodi Alexandrinæ existimavit. Apparet tamen ex lectione ipsius epistolæ, non ab ipsa synodo, sed ab Athanasio eam scriptam esse, nec ad omnes episcopos, sed ad Antiochenos peculiariter datam. Quod quidem colligere est, tum ex inscriptione ipsa, cum ex textu totius epistolæ. De solius enim Antiochensis Ecclesiæ rebus illic agitur, ut præter cætera docet hic locus : Πάντας τοίνυν τοὺς βουλομένους εἰρηνεύειν πρὸς ἡμᾶς, μάλιστα τοὺς ἐν τῇ παλαιᾷ συναγομένους, καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν Ἀρειανῶν, προσκαλέσασθε παρ' ἑαυτοῖς. Quem locum ita vertit interpres : *Omnes igitur qui nobiscum pacifice agere volunt, in primis autem illos, qui in veteris Ecclesiæ communione ſuerunt, deinde qui ab Arianis redierunt, elicite ad vos*, etc. Atqui Athanasius non dicit, τοὺς ἐν τῇ παλαιᾷ ἐκκλησίᾳ συναχθέντας, sed, ἐν τῇ παλαιᾷ συναγομένους. Quare ita vertendus erat hic locus : *Omnes igitur qui pacem nobiscum servare volunt, in primis autem eos qui in veteri urbe collectas agunt, et eos qui ab Arianis veniunt, ad vos allicite.* Intelligit Athanasius eos qui Meletio Antiochensi episcopo adhærebant. Hi enim ab Eustathianis segregati, in Palæa, id est in veteri urbe, collectas agebant, ut testatur Theodo-

## VARIORUM.

eo ad Constantium in Gallias profectus, cum eo Liberii pontificis in synodo Mediolanensi vices gerebat anno 364 ; junctisque cum eo studiis Arianos viriliter oppugnavit : cum eo denique in Palæstinam relegatus, Eleutheropoli præcipue substitit. Hic loci duos pro Athanasio in Constantium libros edidit, in quibus imperatorem parum verecunde, et ne quid gravius dicam, longe infra summi principis majestatem aspere atque inclementer tractavit. Exsulavit Lucifer non tantum in Palæstina, verum et in aliis Orientis locis : tandem cum Eusebio suo in superiora Thebaidos deportatus. Exinde imperante Juliano, diacono suo ad synodum Alexandrinam misso, ipse recta Antiochiam contendit ; ubi Catholicos inter se dissentientes deprehendens, Paulinum Antiochiæ episcopum ordinavit, intempestive quidem, et reclamante magna Catholicorum parte, qui cum Paulino convenire renuebant, in majus D et apertius adhuc schisma erumpentes. Factum improbavit Eusebius Vercellensis, qui, relicta Alexandria, Antiochiam venerat ; quod ubi rescivit Lucifer, iracundia et stomacho exardescens, amicum integerrimum acriter excepit, ab ejusque communione sese abjunxit. Ad hæc paulo commotior, quod præter ipsius sententiam synodus Alexandrina pœnitentes episcopos qui Arianis communicassent, ad pacem recipiendos esse statuisset, in Sardiniam reversus, non modo communicatione Ariana pollutos condemnavit, verum etiam se ab eorum communione secrevit, qui eos sub satisfactione vel pœnitentia recepissent. Hinc natum Luciferianum schisma, quod tamen ultra hujus sæculi terminum durasse non videtur. Obiit Lucifer eodem quo Eusebius Vercellensis, anno 371. (Guill. Cave ad ann. 354, p. 167.)

Digitized by Google

Convenerunt ergo ex diversis civitatibus episcopi, A et de plurimis rebus valde necessariis inter se contulerunt. Ac sancti quidem Spiritus divinitatem illic asseruerunt, eum in consubstantiali Trinitate comprehendentes. Christum vero hominem factum, non carnem modo, sed animam etiam humanam assumpsisse pronuntiarunt; quæ quidem sententia olim fuerat ecclesiasticorum virorum. Non enim novam quamdam doctrinam a se primum excogitatam in Ecclesiam invexerunt : sed ea sanxerunt quæ et ecclesiastica traditio ab initio docuerat, et Christianorum philosophi certissimis argumentis astruxerant. Ita enim omnes antiqui, qui hac de re disputarunt, suam nobis sententiam scriptis proditam reliquerunt. Irenæus certe et Clemens, et Apollinaris Hierapolitanus, et Serapion Antiochenæ B urbis episcopus, Christum qui homo factus est, anima præditum fuisse, velut rem communi omnium consensu receptam suis in libris asserunt. Quin et synodus quæ propter Beryllum Philadelphiæ in Arabia episcopum facta est, scribens ad eumdem Beryllum, eadem tradidit. Origenes quoque in omnibus libris suis, Christum hominem factum anima præditum esse agnoscit. Sed specialiter in nono tomo Commentariorum quos scripsit in Genesim, hujus rei sacramentum exponit : quo loco Adamum quidem Christi, Evam autem Ecclesiæ typum gerere pluribus verbis asseruit. Hujus rei testes sunt locupletissimi S. Pamphilus, et qui ab illo cognomen traxit Eusebius. C Ambo enim cum simul juncti vitam Origenis conscriberent, et iis qui ex anticipata quadam opinione eum aversabantur, responderent, in præclaris illis libris quos pro ejus defensione elucubrarunt, Origenem non primum in hoc argumento versatum

Συνῆλθόν τε ἐκ διαφόρων πόλεων ἐπίσκοποι, καὶ περὶ πλείστων καὶ ἀναγκαιοτάτων λόγους ἐγύμνασαν. Ἔνθα καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα θεολογήσαντες, τῇ ὁμοουσίῳ Τριάδι συνανελαμβάνοντο. Καὶ τὸν ἐνανθρωπήσαντα, οὐ μόνον ἔνσαρκον, ἀλλὰ καὶ ἐμψυχωμένον ἀπεφήναντο, ἣ καὶ πάλαι τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἀνδράσιν ἐδόκει. Οὐ γὰρ νεαράν τινα θρησκείαν ἐπινοήσαντες εἰς τὴν Ἐκκλησίαν εἰσήγαγον, ἀλλὰ ἅπερ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἡ ἐκκλησιαστικὴ παράδοσις ἔλεγε, καὶ ἀποδεικτικῶς παρὰ τοῖς Χριστιανῶν σοφοῖς ἐφιλοσοφεῖτο. Οὕτω γὰρ πάντες οἱ παλαιότεροι περὶ τούτου λόγον γυμνάσαντες, ἔγγραφον ἡμῖν κατέλιπον. Καὶ γὰρ Εἰρηναῖός τε καὶ Κλήμης, Ἀπολινάριός τε ὁ Ἱεροπολίτης, καὶ Σαραπίων ὁ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ προεστὼς ἐκκλησίας, Ἔμψυχον τὸν ἐνανθρωπήσαντα, ἐν τοῖς πονηθεῖσιν αὐτοῖς λόγοις ὡς ὁμολογούμενον αὐτοῖς (37) φάσκουσιν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡ διὰ Βήρυλλον τὸν Φιλαδελφίας (38) τῆς ἐν Ἀραβίᾳ ἐπίσκοπον γενομένη σύνοδος, γράφουσα Βηρύλλῳ, τὰ αὐτὰ παραδέδωκεν. Ὠριγένης δὲ πανταχοῦ μὲν ἐν τοῖς φερομένοις αὐτοῦ βιβλίοις, ἔμψυχον τὸν ἐνανθρωπήσαντα οἶδεν. Ἰδικῶς δὲ, ὁ εἰς τὴν Γένεσιν αὐτῷ πεπονημένος ἔννατος τόμος, τὸ περὶ τούτου μυστήριον ἐφανέρωσεν, ἔνθα Ἀδὰμ μὲν τὸν Χριστὸν, Εὔαν δὲ τὴν Ἐκκλησίαν εἶναι πλατύτερον κατεσκεύασε. Μάρτυρες τούτων ἀξιόπιστοι, ὅ τε ἱερὸς Πάμφιλος, καὶ ὁ ἐξ αὐτοῦ χρηματίζων Εὐσέβιος. Ἄμφω γὰρ κοινῇ τὸν Ὠριγένους παρατιθέμενοι βίον, καὶ πρὸς τοὺς ἐκ προλήψεως ἀπεχθανομένους πρὸς τὸν ἄνδρα ἀπαντῶντες, ἐνδόξοις βιβλίοις ἀπολογίαν ὑπὲρ αὐτοῦ ποιούμενοι, οὐ πρῶτον Ὠριγένην ἐπὶ ταύτην τὴν πραγματείαν ἐλθεῖν φασιν, ἀλλὰ τὴν τῆς Ἐκκλησίας μυστικὴν ἑρμηνεῦσαι παράδοσιν. Κἀκεῖνοι δὲ οἱ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ συνόδῳ παρόντες, οὐκ ἀβασάνιστον εἴασαν, φημὶ δὴ τὸ περὶ οὐσίας καὶ ὑποστάσεως [a],

## VALESII ANNOTATIONES.

ritus in libro II, cap. 31; et in lib. III cap. 4. De iisdem loquitur Athanasius in dicta epistola : Ἐπειδὴ δὲ συγχαίρομεν τοῖς βουλομένοις συνάπτεσθαι, πᾶσι μὲν, ἐξαιρέτως δὲ τοῖς ἐν τῇ παλαιᾷ συναγομένοις, et paulo post : καὶ μηδὲν πλέον τούτων, καθὰ προείπομεν, μήτε τοὺς ἐν τῇ παλαιᾷ συναγομένους ἀπαιτεῖσθαι παρ' ὑμῶν, μήτε τοὺς περὶ Παυλῖνον, etc. Ubi vides eos qui in Palæa collectas agebant, distingui ab asseclis Paulini, id est, ab Eustathianis. Ex horum enim numero erat Paulinus. Illi ergo qui in Palæa conventus agebant, alii esse non possunt D quam fautores Meletii, quas præcipue commendat Athanasius.

(37) *Ὡς ὁμολογούμενον αὐτοῖς*. Ultima vox delenda esse mihi videtur, utpote ex superiore linea ob oscitante librario repetita. Nicephorus tamen in libro decimo cap. 14, hunc Socratis locum describens, pro ὁμολογούμενον posuit ὁμοούσιον, seu quod in exemplari suo ita legerat, seu quod vocem ὁμολογούμενον ita interpretandam censebat.

(38) *Ἡ διὰ Κύριλλον τὸν Φιλαδελφίας*. Cyrillum quoque vocat Nicephorus in loco superius indicato. Verum nos ex optimis codicibus Florentino et Sfortiano Βήρυλλον restituimus. Emendationem nostram confirmat Epiphanius Scholasticus, qui hunc locum ita vertit : *Necnon per Beryllum Philadelphiæ episcopum in Arabia constitutæ, facta synodus scribens ad eumdem Beryllum, hæc ipsa contradidit*. Beryllus, non Philadelphiæ, ut ait Socrates, sed Bostrorum in Arabia fuit episcopus, qui Christum ante incarnationem Deum fuisse negabat, ut docet Eusebius in libro sexto Historiæ ecclesiasticæ, cap. 33. Ad hujus errorem refellendum synodus in Arabia congregata est, ad quam evocatus Origenes, Berylli hæresim confutavit, ut ibidem testatur Eusebius. De hac hæresi Berylli intelligendus est Origenis

## VARIORUM.

[a] *Φημὶ δὴ τὸ περὶ οὐσίας καὶ ὑποστάσεως*. In hac synodo actum de hypostasibus, quas jam cœperant nonnulli in controversiam vocare. Erant nimirum qui tres hypostases in Trinitate esse dicerent, aliis unam esse pugnantibus. Re autem quæsita et deliberata, expensisque singulorum sententiis, utrorumque fidem sanam et orthodoxam esse deprehensum est. Nam qui tres hypostases dicerent, se ita profiteri aiebant, quod Trinitatem non nomine tenus crederent, sed singulas personas vere exsistentes et subsistentes; ita tamen admissa distinctione, ut neque tres deos, neque totidem principia vellent prædicari, sed Filium Patri consubstantialem, Spiritumque sanctum non rem creatam, sed a substantia Patris et Filii indivisum. Qui autem unam hypostasin esse defendebant, non ea mente

Digitized by Google

Ὅσιος γὰρ ὁ Κοδρούβης τῆς ἐν Ἱσπανίᾳ ἐπίσκοπος, A οὗ καὶ ἔμπροσθεν πεποιήμεθα μνήμην, ὑπὸ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου εἰς τὸ κατασβέσαι τὴν τότε ὑπὸ τοῦ Ἀρείου γενομένην ταραχὴν προαποσταλεὶς, τὸ Σαβελλίου τοῦ Λίβυος ἐκβαλεῖν δόγμα προθυμούμενος, τὴν περὶ οὐσίας καὶ ὑποστάσεως πεποίηται ζήτησιν, ἥτις καὶ αὐτὴ ἑτέρας ἐρεσχελίας ὑπόθεσις γέγονεν. Ἀλλὰ τότε μὲν ἡ ἐν Νικαίᾳ ἐπιγενομένη σύνοδος, περὶ τὴν τούτου ζήτησιν (39) οὐδὲ λόγου ἠξίωσεν· ἐπεὶ δὲ μεταταῦτά τινες περὶ τούτου ἐρεσχελεῖν ἤθελον, διατοῦτο ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ, περὶ οὐσίας τε καὶ ὑποστάσεως τάδε ἀπεφήναντο· Οὐκ ἐπὶ Θεοῦ δεῖν ἔφασαν (40) ταύταις χρῆσθαι ταῖς λέξεσιν. Οὐσίαν μὲν γὰρ μηδὲ ὠνομάσθαι ὑπὸ τῶν ἱερῶν Γραμμάτων· τῷ δὲ τῆς ὑποστάσεως ὀνόματι καταχρήσασθαι τὸν Ἀπόστολον τῇ τῶν δογμάτων ἀνάγκῃ· B καθ' ἕτερον δὲ λόγον προσπαραλαμβάνειν τὰς λέξεις ἐδογμάτισαν, ὅτ' ἂν τὴν Σαβελλίου δόξαν ἐκβάλλωσιν, ἵνα μὴ στενώσει τῶν λέξεων, ὡς ἓν πρᾶγμα τριώνυμον νομίζωμεν, ἀλλ' ἕκαστον τῶν ὀνομαζομένων (41) περὶ τῆς Τριάδος, ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει θεολογοῖτο. Ταῦτα μὲν τότε ἡ σύνοδος. Ἃ δὲ ἡμεῖς περὶ

esse dicunt, sed mysticam Ecclesiæ traditionem esse interpretatum. Cæterum episcopi qui in Alexandrino concilio aderant, hanc præterea quæstionem diligenter examinarunt, de substantia scilicet et hypostasi.
**179** Etenim Hosius Cordubæ Hispaniarum urbis episcopus, cujus etiam antea mentionem fecimus, cum ab imperatore Constantino ad hoc missus esset ut excitatum ab Ario tumultum exstingueret; dum Sabellii Libyensis dogma studet evertere, de substantia deque hypostasi quæstionem agitavit: quæ quidem quæstio alteri contentioni materiam præbuit. Verum Nicæna synodus, quæ paulo postea congregata est, de hac quæstione ne verbum quidem fecit. Sed quoniam nonnulli postea hac de re contendere cœperunt, idcirco in hac synodo hæc de substantia deque hypostasi definita sunt, eas scilicet voces de Deo usurpandas non esse. Nam substantiæ quidem vocabulum in sacris Litteris nusquam reperiri; hypostaseos autem nomine abusum esse Apostolum ob dogmatum necessitatem. Alia autem ratione has voces admittendas esse decreverunt, tunc videlicet cum opinionem refutant Sa-

## VALESII ANNOTATIONES.

locus, in Commentariis Epistolæ ad Titum, qui sic habet: *Sed et eos qui hominem dicunt Dominum Jesum præcognitum et prædestinatum, qui ante adventum carnalem substantialiter et proprie non exstiterit, sed quod homo natus Patris solam in se habuerit deitatem, ne ipsos quidem sine periculo Ecclesiæ sociari.* Habetur hic locus in Apologetico Pamphili pro Origene. Meminit etiam Gennadius in C libro *De dogmatibus ecclesiasticis*, cap. 4: *Neque sic est natus ex Virgine, ut et divinitatis initium homo nascendo acceperit, quasi antequam nasceretur ex Virgine, Deus non fuerit, sicut Artemon et Beryllus et Marcellus docuerunt.*

(39) *Περὶ τὴν τούτου ζήτησιν*. Transposita hic sunt vocabula, quæ sic restitue, τὴν περὶ τούτου ζήτησιν οὐδὲ λόγου ἠξίωσε.

(40) *Οὐκ ἐπὶ Θεοῦ δεῖν ἔφασαν*. Acta synodi Alexandrinæ hodie quidem non exstant, verum ex epistola synodica quam nomine ejus concilii scripsit Athanasius, et ex eo ipso quod magnus Athanasius huic synodo interfuit, satis apparet falsum esse quod hic ait Socrates. Quod enim ad synodicam attinet epistolam, nusquam in ea legitur nomina illa substantiæ et hypostasis usurpanda non esse quoties de Deo loquimur. Nec Athanasius in sua synodo id decerni unquam passus esset, quod fidei Nicænæ manifeste refragatur. Quippe D vox substantiæ in symbolo fidei Nicænæ posita cernitur. Imposuisse videntur Socrati hæc verba, quæ leguntur in epistola synodica: Πάντες τε τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, καὶ μετὰ τὰς τοιαύτας ἑρμηνείας ὁμοῦ συντίθενται, τῶν τοιούτων λέξεων βελτίονα καὶ ἀκριβεστέραν εἶναι τὴν ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν Πατέρων ὁμολογηθεῖσαν πίστιν, καὶ τοῦ λοιποῦ τοῖς ταύτης ἀρκεῖσθαι μᾶλλον καὶ χρῆσθαι ῥήμασιν. *Omnes denique post istarum vocum interpretationem, Dei gratia, communi consensu approbarunt, meliorem et exactiorem esse eam fidem quæ Nicææ a Patribus exposita esset, et in posterum sufficere debere ut ejus fidei vocabula potius usurpentur.* Quibus verbis non damnantur voces illæ οὐσία et ὑπόστασις, sed id tantum asseritur, tutius esse uti vocabulis synodi Nicænæ, quam illis trium hypostaseon et unius hypostasis. De his enim duntaxat vocibus tunc agebatur, cum alii quidem tres hypostases dicerent in Trinitate, sectatores scilicet Meletii; alii vero, qui cum Paulino erant, unam hypostasim profiterentur. De substantia vero nulla tunc erat quæstio. Utraque enim pars unam esse substantiam in Trinitate asseverabat. Quomodo igitur stare potest quod ait Socrates, decretum esse in Alexandrina synodo, voces illas, substantia et hypostasis, in Deo usurpari non oportere? Fortasse etiam Sabinus, cujus collectionem diligenter legerat Socrates, eum in errorem induxit.

(41) *Ἀλλ' ἕκαστον τῶν ὀνομάτων*. In codice Florentino legitur τῶν ὀνομαζομένων. Vulgatam tamen scripturam tuetur Nicephorus. Sic enim hunc Socratis locum posuit: Ἀλλ' ἕκαστον τῶν ἐν τῇ Τριάδι παραλαμβανομένων ὀνομάτων ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει θεολογοῖτο τριχῆ διαιρούμενον. Quæ doctus interpres ita vertit: *Sed tribus usurpatis nominibus, res quæque in Trinitate tripliciter distincta peculiari subsistentia sua intelligatur.* Verum hanc interpretationem probare non possum, quippe quæ a verbis auctoris nimium recedit. Turbavit scilicet Langum vox illa τῶν ὀνομάτων, nec immerito. Neque enim nomen ipsum Patris, aut Filii, aut Spiritus sancti θεολογεῖται, id est, Deus esse creditur ac prædicatur, sed res quæ nominibus illis significantur. Quare præferenda est, meo quidem judicio, lectio codicis Florentini.

## VARIORUM.

ita enuntiabant, ut, quemadmodum Sabellius, Filium ac Spiritum sanctum de medio tollerent; sed quia existimarent idem esse hypostasin atque οὐσίαν sive substantiam, quam unam eamdemque in Patre, Filio, et Spiritu sancto esse propugnabant. Re sic utrinque explanata, eamdem omnium sententiam esse exploratum fuit. Atque uno omnium ore, uno consensu, hæretici omnes proscripti, Nicæna fides, ut omnium præstantissima, admissa est. Ea porro in disputatione et controversia, Orientalium Asterius, Occidentalium Eusebius Vercellensis causam et partes egerunt. (Cl. Monachi Benedictini, Vita Athanas., p. 79, ad ann. 362.)



Digitized by Google

bellii, ne, verborum inopia, Trinitatem rem unam esse putaremus triplici nomine appellatam, sed ut potius unumquemque eorum qui nominantur in Trinitate, Deum in propria persona esse credamus. Et hæc quidem tunc a synodo sunt decreta. Quid autem nos de substantia deque hypostasi didicerimus, nihil vetat quominus hic breviter exponamus. Qui Græcam inter Græcos philosophiam tradiderunt, substantiam quidem pluribus modis definierunt; hypostaseos vero nullam prorsus mentionem fecere. Irenæus quidem Grammaticus in Lexico per ordinem litterarum digesto, **180** quod Atticistes inscribitur, hanc vocem barbaram esse affirmat. Neque enim apud quemquam veterum scriptorum eam reperiri : ac sicubi fortasse reperiatur, non eo sensu quo nunc sumitur, usurpari. Etenim apud Sophoclem in tragœdia Phœnice ea vox insidias significat. Apud Menandrum vero condimenta : perinde ac si quis fæcem vini in dolio subsidentem appellet ὑπόστασιν. Verum licet ab antiquioribus philosophis hæc vox usurpata non fuerit, sciendum est tamen recentiores ea frequenter usos fuisse pro substantiæ vocabulo. Substantiam porro variis modis definierunt. Quod si substantia definitione circumscribitur, quomodo hac dictione proprie uti poterimus in Deo, qui comprehendi non potest? Evagrius quidem in libro quem Monachicum inscripsit, monet ne de Deo temere et inconsiderate disseramus. Divinitatem vero definire prorsus vetat, utpote rem simplicissimam. Definitiones enim rerum compositarum esse dicit. Idem quoque his utitur verbis. Omnis propositio, aut genus habet quod prædicatur, aut speciem, aut differentiam, aut proprium, aut accidens, aut quod compositum est ex istis. At in sancta Trinitate nihil horum reperiri potest. Quod igitur verbis explicari non potest, silentio adoretur. Hæc Evagrius, de quo quidem infra dicturi sumus. Nos vero, licet quasi excursu quodam a proposito sermone digredientes hæc dixisse videamur, tamen tanquam instituto nostro utilia hic retulimus.

A οὐσίας καὶ ὑποστάσεως ἴσμεν, οὐδὲν κωλύει διὰ βραχέων εἰπεῖν. Οἱ τὴν Ἑλληνικὴν παρ' Ἕλλησι σοφίαν (42) ἐκθέμενοι, τὴν μὲν οὐσίαν πολλαχῶς ὡρίσαντο· ὑποστάσεως δὲ οὐδ' ἡντιναοῦν μνήμην πεποίηνται. Εἰρηναῖος δὲ ὁ γραμματικὸς (43) ἐν τῷ κατὰ στοιχεῖον Ἀττικιστῇ, καὶ βάρβαρον ἀποκαλεῖ τὴν λέξιν. Μηδὲ γὰρ παρά τισι τῶν παλαιῶν εἰρῆσθαι. Εἰ δέ που καὶ ηὕρηται, μὴ ταῦτα σημαίνειν, ἐφ' ὧν νῦν παραλαμβάνεται. Παρὰ μὲν γὰρ Σοφοκλεῖ ἐν Φοίνικι ἐνέδραν σημαίνειν τὴν ὑπόστασιν. Παρὰ δὲ Μενάνδρῳ, τὰ καρυκεύματα, ὡς εἴ τις λέγοι (44) τὴν ἐν τῷ πίθῳ τοῦ οἴνου τρύγα, ὑπόστασιν. Ἰστέον μέντοι ὅτι εἰ καὶ οἱ παλαιοὶ φιλόσοφοι τὴν λέξιν παρέλιπον, ἀλλ' ὅμως οἱ νεώτεροι τῶν φιλοσόφων συνεχῶς ἀντὶ τῆς οὐσίας, τῇ λέξει τῆς B ὑποστάσεως ἀπεχρήσαντο. Οὐσίας δὲ τὸν ὅρον, ὡς ἔφαμεν, διαφόρως ἀποδεδώκασιν. Εἰ δὲ ὅρῳ ἡ οὐσία περιλαμβάνεται, πῶς ἐπὶ Θεοῦ τοῦ μὴ δυναμένου περιληφθῆναι, κυρίως τῇ λέξει χρησαίμεθα; Εὐάγριος δὲ ἐν τῷ Μοναχικῷ, προπετῶς μὲν καὶ ἀπερισκέπτως θεολογεῖν ἀποσυμβουλεύει· ὁρίζεσθαι δὲ ὡς ἁπλοῦν τὸ Θεῖον πάντη ἀπαγορεύει. Τῶν γὰρ συνθέτων εἶναι τοὺς ὅρους φησίν. Ὁ δὲ αὐτὸς καὶ ταῦτα κατὰ λέξιν διδάσκει. Πᾶσα πρότασις, φησὶν, ἢ γένος ἔχει κατηγορούμενον, ἢ διαφορὰν, ἢ εἶδος, ἢ ἴδιον, ἢ συμβεβηκὸς, ἢ τὸ ἐκ τούτων συγκείμενον, οὐδὲν δὲ ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος (45) τῶν εἰρημένων ἔστι λαβεῖν. Σιωπῇ προσκυνείσθω τὸ ἄῤῥητον. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Εὐάγριος, περὶ οὗ εἰς ὕστερον ἐροῦμεν. Ἡμεῖς δὲ εἰ καὶ ἐν παρεκβάσει δοκοῦμεν ταῦτα εἰρηκέναι, ἀλλ' ὡς χρησίC μων τῇ ὑποθέσει τῆς ἱστορίας ἐμνημονεύσαμεν.

## CAP. VIII.

*Ex Athanasii apologetico de fuga sua.*

Eodem tempore Athanasius librum apologeticum quem pro fugæ suæ defensione jamdudum composuerat, coram familiaribus recitavit. Ex quo loca quædam quæ utilia mihi videntur ac fructuosa, hic

## ΚΕΦΑΛ. Η'.

*Ἐκ τοῦ Ἀπολογητικοῦ Ἀθανασίου, περὶ τῆς ἑαυτοῦ φυγῆς.*

Ἀθανάσιος δὲ καὶ τὸν περὶ τῆς φυγῆς ἀπολογητικὸν λόγον πάλαι πεπονημένον αὐτῷ, ἐπὶ τῶν παρόντων τότε διεξῆλθεν. Οὗ μέρη τὰ χρήσιμα καὶ ἐπωφελῆ, ἐνταῦθα προσγράφων, τὸν ὅλον λόγον πολύστιχον

### VALESII ANNOTATIONES.

(42) *Οἱ τὴν Ἑλληνικὴν παρ' Ἕλλησι σοφίαν.* Alterutrum hic supervacuum est. Et Nicephorus quidem cum hunc locum exscriberet, omisit τὴν Ἑλληνικήν. Epiphanius autem Scholasticus eam solam retinuit, rejectis duabus aliis quæ sequuntur.

(43) *Εἰρηναῖος δὲ ὁ γραμματικός.* Irenæus Grammaticus fuit Alexandrinus, Heliodori Metrici discipulus, qui Latino vocabulo Minucius Pacatus dicebatur. Hic multos libros de Atticæ linguæ proprietate conscripserat. Nam *Ἀττικῶν ὀνομάτων* tres scripsit libros, et totidem alios de Attica consuetudine in dictione et in prosodia, qui per ordinem litterarum erant contexti : de Atticismo item unum, ut refert Suidas in Lexico.

(44) *Ὡς εἴ τις λέγοι.* Hunc locum aliter legit Nicephorus. Pro his enim quæ citavimus, sic D habet : Καὶ ἄλλος τὴν ἐν πίθῳ τρύγα φησίν. Epiphanius autem Scholasticus hunc locum ita vertit : *Apud Menandrum vero veluti fæces quæ ex vino colliguntur in dolio,* ὑπόστασιν, *id est subsistentiam designare dicit.* Ego vero alium esse sensum existimo horum verborum, ut scilicet Menander condimentum vocarit ὑπόστασιν, eo quod subsidat in fundo patinæ, perinde ac fæx in dolio.

(45) *Οὐδὲν δὲ ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος.* Nicephorus hunc Evagrii locum citans, vocem addit hoc modo : εἰ οὐδὲν δέ, etc. Ita ut post vocem ἄῤῥητον ponatur finalis distinctio. Certe in editione Roberti Stephani, post vocem λαβεῖν subdistinctio duntaxat apposita est. Epiphanius tamen Scholasticus vulgatam lectionem tuetur, et post vocem λαβεῖν finalem apponit distinctionem, quem nos hic secuti sumus.

Digitized by Google

ὄντα, ζητεῖν καὶ ἀναγινώσκειν τοῖς φιλοπόνοις ἀνῆκα. A Ἰδοὺ ταῦτα [h] τῶν ἀσεβῶν τὰ τολμήματα. Ταῦτx δρῶντες, καὶ μὴ ἐντραπέντες ἐφ' οἷς πρότερον καθ' ἡμῶν ἐτυράννευσαν (46) κακοῖς, ἔτι καὶ νῦν κατηγοροῦσιν ἐκφυγεῖν δυνηθέντας αὐτῶν τὰς ἀνδροφόνους χεῖρας· μᾶλλον δὲ ὀδύρονται πικρῶς, ὅτι μὴ καὶ ἐκποδὼν τέλεον πεποιήκασι. Καὶ λοιπὸν προφασίζονται δειλίαν ὀνειδίζοντες, ἀγνοοῦντες ὅτι καὶ τοῦτο γογγύζοντες, εἰς ἑαυτοὺς ἐπιστρέφουσι μᾶλλον τὴν μέμψιν. Εἰ γὰρ φαῦλον τὸ φεύγειν, πολλῷ χεῖρον τὸ διώκειν. Ὁ μὲν γὰρ, ἵνα μὴ ἀποθάνῃ, κρύπτεται· ὁ δὲ, διώκει ζητῶν ἀποκτεῖναι. Καὶ τὸ μὲν φεύγειν γέγραπται· ὁ δὲ ζητῶν ἀναιρῆσαι, παραβαίνει τὸν νόμον, καὶ μᾶλλον αὐτὸς τὴν πρόφασιν τοῦ φεύγειν παρέχει. Εἴπερ οὖν τὴν φυγὴν ὀνειδίζουσιν, ἐντρεπέτωσαν πλέον ἑαυτοὺς οἱ διώκοντες· παυέσθωσαν ἐπι- B βουλεύοντες, καὶ παύονται καὶ οἱ φεύγοντες εὐθύς. Ἀλλὰ τῆς μὲν ἰδίας πονηρίας οὐ παύονται· τοῦ δὲ καταβαλεῖν [i] ἕνεκα, πάντα πράττουσιν· εἰδότες ὅτι τῶν διωκομένων ἡ φυγὴ, μέγας ἔλεγχός ἐστι κατὰ τῶν διωκόντων. Οὐδεὶς γὰρ τὸν πρᾶον καὶ φιλάνθρωπον φεύγει, ἀλλὰ μᾶλλον τὸν ἄγριον καὶ πονηρὸν ὄντα τὸν τρόπον. Πᾶς γὰρ κατώδυνος καὶ ὑπόχρεως, ἀπὸ μὲν τοῦ Σαοὺλ ἔφευγε, πρὸς δὲ τὸν Δαβὶδ κατέφευγε. Διατοῦτο καὶ οὗτοι τοὺς κρυπτομένους αὐτοῖς [j] ἀναιρεῖν σπουδάζουσιν, ὑπὲρ τοῦ μὴ δοκεῖν ἔχειν τῆς ἑαυτῶν πονηρίας τὸν ἔλεγχον. Ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ δοκοῦσιν τυφλώττειν οἱ πλανώμενοι. Ὅσῳ γὰρ ἡ φυγὴ πρόδηλος, τοσούτῳ πλέον ἡ ἐξ ἐπιβουλῆς γιγνομένη παρ' αὐτῶν ἀναίρεσις καὶ ἐξορία, προφανεστέρα γενήσεται. Ἄν τε γὰρ ἀποκτείνωσιν, ὁ θάνατος μεῖζον ἠχή- C σει κατ' αὐτῶν. Ἄν τε πάλιν ἐξορίσωσι, πανταχοῦ καθ' ἑαυτῶν αὐτοὶ μνημεῖα τῆς παρανομίας ἐξαποστέλλουσιν. Εἰ μὲν οὖν ἔσωζον τὰς φρένας, ἔβλεπον ἑαυτοὺς ἐν τούτοις συνεχομένους, καὶ τοῖς ἑαυτῶν προσκ*πτοντας λογισμοῖς. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὸ σωφρονεῖν ἀπώλεσαν, διατοῦτο καὶ διώκοντες ἐξάγονται, καὶ ζητοῦντες ἀνελεῖν, οὐχ ὁρῶσιν ἑαυτῶν τὴν ἀσέβειαν. Εἰ γὰρ λοιδοροῦσι τοὺς κρυπτομένους ἀπὸ τῶν ζητούντων ἀνελεῖν, καὶ διαβάλλουσι τοὺς φεύγοντας ἀπὸ τῶν διωκόντων, τί ποιήσουσιν ὁρῶντες τὸν μὲν Ἰακὼβ φεύγοντα τὸν ἀδελφὸν Ἠσαῦ· τὸν δὲ Μωϋσῆν εἰς Μαδιὰν ἀναχωροῦντα διὰ τὸν φόβον τοῦ Φαραώ; Τί δὲ τοιαῦτα φλυαροῦντες ἀπολογήσονται τῷ Δαβὶδ φεύγοντι τὸν Σαοὺλ, ἀπὸ τῆς οἰκίας ἀποστείλαντα D αὐτὸν ἀναιρεθῆναι (47), καὶ κρυπτομένῳ μὲν αὐτῷ

apponam : integrum autem librum, quia prolixior est, studiosis inquirendum ac perlegendum relinquo. Hæc sunt, inquit, impiorum hominum facinora. Ista cum agant, nec erubescant ob ea mala quæ contra nos antea machinati sunt, nunc præterea accusant, quod cruentas ipsorum manus effugere valuimus: imo potius moleste ferunt quod nos e medio non sustulerint. Denique vana quædam prætexentes, ignaviam nobis exprobrant, ignari se, dum ista garriunt, crimen in seipsos retorquere. Nam si malum est fugere, multo pejus est persequi. Ille enim abdit se **181** ne occidatur: hic persequitur ut occidat. Et fugiendum quidem esse Scriptura docet. Qui autem persequitur ut occidat, legem violat, et fugiendi causam ipse aliis præbet. Si ergo fugam exprobrant, erubescant potius ipsi qui persequuntur. Cessent ab insidiis, et statim fugere desistent hi qui fugiunt. Verum illi malitiæ quidem suæ nullum finem faciunt. Ut autem comprehendant, omnia moliuntur: quippe qui probe sciant, fugam eorum quos persequuntur, gravissimum probrum afferre persequentibus. Nemo enim mansuetum hominem ac benignum fugit, sed ferocem et malignum. Atque idcirco, quotquot mœsti erant et ære alieno oppressi, a Saule quidem fugiebant, ad Davidem autem se conferebant. Quamobrem isti eos qui se occultant interficere nituntur, ne sint qui improbitatem ipsorum possint convincere. Verum cum ubique cæcutiant, hic quoque obcæcati mihi videntur. Quanto enim manifestior est fuga, tanto magis cædes per insidias eorum patratæ, et exsilia manifesta omnibus fient. Nam sive occiderint, mors contra ipsos clarius personabit; sive in exsilium miserint, injustitiæ suæ monumenta contra seipsos ubique statuunt. Quod si sana mente præditi essent, sese in his constringi viderent, et in suis consiliis impingere. Sed quoniam mente capti sunt, ob eam causam alios persequendo ipsi raptantur; et dum alios quærunt ad necem, suam ipsi impietatem non vident. Nam si vituperant eos qui sese, dum ad necem quæruntur, occultant, et calumniantur eos qui vitant persecutores: quid, quæso, facturi sunt cum viderint Jacobum quidem fugientem fratrem suum Esau: Moysem vero metu Pharaonis ad Madianitarum regionem se recipientem? Quid autem garruli isti re-

## VALESII ANNOTATIONES.

(46) *Καθ' ἡμῶν ἐτυράννευσαν*. Sic etiam legitur in editionibus Athanasii, pag. 705. Malim tamen scribere ἐτύρευσαν, quemadmodum legit Nicephorus. Nec aliter legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit : *Nec erubescentes in quibus primum contra nos mala sunt machinati.*

(47) *Ἀποστείλαντι αὐτὸν ἀναιρεθῆναι*. Emendavi ἀποστείλαντα, ut legitur apud Nicephorum. In Athanasio tamen legitur : Ὅτε ἀπέστειλεν αὐτὸν ἀναιρεθῆναι· καὶ κρυπτομένῳ μὲν ἑαυτὸν ἐν τῷ σπηλαίῳ· ἀλλοιοῦντι δέ, etc. Sed vulgatam lectionem tuetur Epiphanius, nisi quod ἐπὶ τὴν οἰκίαν videtur legisse.

## VARIORUM.

[h] *Ἰδοὺ ταῦτα*. Hæc habentur apud Athanas. vol. I, p. 324 edit. Benedict.; et apud Niceph. lib. x, cap. 16.

[i] *Καταβαλεῖν*. Apud Athanas. legitur καταβαλεῖν, quod rectius videtur; et mox, οὐκ εἰδότες. Totam autem pericopen sic vertunt doctiss. editores : *Nihil certe non agunt ut nos comprehendant, non advertentes fugam eorum qui persecutionem patiuntur, permagnum esse in persecutores argumentum.*

[j] *Τοὺς κρυπτομένους αὐτοῖς*. Athanas. legit αὐτούς· mox ἀεὶ πλανώμενοι, elegantius.

Digitized by Google

sponsuri sunt Davidi, qui fugit Saulem, cum ille percussores e domo sua submisisset ad ipsum interficiendum, et se quidem abdidit in spelunca, vultum autem suum immutavit, quoad præteriisset Abimelech, et insidias evitasset? Aut quid isti, qui temere quidvis effutiunt, dicturi sunt cum viderint magnum illum Eliam, qui Deum invocabat et mortuum suscitabat, metu Achabi sese occultare, et ob minas Jezabel fugam arripere? Quo quidem tempore etiam filii prophetarum qui quærebantur ad necem, absconderunt se, in speluncis latentes apud Abdiam. An ista quidem tanquam vetera minime legerunt? Eorum vero quæ sunt in Evangelio non meminerunt. Nam et discipuli metu Judæorum, fuga et latebris salutem sibi quæsierunt; **182** et Paulus in urbe Damasco cum ab ethnarcha perquireretur, de muro in sporta demissus, quærentis manus effugit. Cum igitur sacra Scriptura de sanctis ista commemoret, quam excusationem temeritatis suæ comminisci poterunt? Nam si timiditatem exprobrant, contra seipsos tanquam insani loquuntur. Sin contra Dei voluntatem id illos facere calumniantur, prorsus ignari sunt sacrarum Litterarum. In lege enim mandatum erat, ut civitates constituerentur perfugii, quo scilicet ii qui ad necem quærebantur, quoquo modo possent evadere [60]. In fine autem sæculorum, cum ipse Patris Sermo qui Moysi ante locutus fuerat, venisset in terras, rursus hoc mandatum dedit, dicens: *Cum persecuti vos fuerint, ex hac civitate fugite in aliam.* Et aliquanto post: *Cum ergo videritis abominationem desolationis quæ prædicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat: tunc qui in Judæa sunt, fugiant ad montes. Qui in tecto est, ne descendat, ut tollat aliquid de domo sua; qui est in agro, non revertatur ut tollat vestimenta sua* [61]. Cum hæc scirent sancti, hujusmodi vivendi rationem inierunt. Etenim quæ tunc præcepit Dominus, ante corporalem præsentiam suam jam locutus fuerat in sanctis. Et hæc est universis hominibus regula, ad perfectionem ducens: ut scilicet quodcunque Deus præceperit, illud faciamus. Hanc ob causam ipse Dei Sermo propter nos homo factus, cum quæreretur, perinde ac nos, occultare se dignatus est, et cum persecutionem iterum pateretur, fugere et insidias declinare. Decebat enim ut, quemadmodum esuriendo, sitiendo atque patiendo, sic etiam ista ratione hominem se factum ostenderet. Ab initio enim, simul atque homo factus fuerat, ipse adhuc puer per angelum mandavit Josepho: *Surgens accipe puerum cum matre ejus, et fuge in Ægyptum. Futurum est enim ut Herodes quærat animam*

A ἐν τῷ σπηλαίῳ, καὶ ἀλλοιοῦντι τὸ πρόσωπον ἑαυτοῦ, ἕως οὗ παρέλθῃ τὸν Ἀβιμέλεχ [k], καὶ τὴν ἐπιβουλὴν ἐκκλίνῃ; Τί δ' ἂν εἴποιεν οἱ πάντα λέγοντες εὐχερῶς, τὸν μέγαν Ἠλίαν ὁρῶντες, ἐπικαλούμενον μὲν τὸν Θεὸν, καὶ νεκρὸν ἐγείραντα, κρυπτόμενον δὲ διὰ τὸν Ἀχαὰμ, καὶ φεύγοντα διὰ τὰς ἀπειλὰς τῆς Ἰεζάβελ; Τότε γὰρ ζητούμενοι καὶ οἱ υἱοὶ προφητῶν ἐκρύπτοντο, λανθάνοντες ἐν τοῖς σπηλαίοις παρὰ τῷ Ἀβδίᾳ [l]. Ἢ τούτοις μὲν ὡς παλαιοῖς οὐκ ἐνέτυχον; Τῶν δὲ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, οὐδεμίαν μνήμην ἔχουσι. Καὶ γὰρ καὶ οἱ μαθηταὶ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, ἀνεχώρουν κρυπτόμενοι· καὶ ὁ Παῦλος ἐν Δαμασκῷ παρὰ τοῦ ἐθνάρχου ζητούμενος, ἀπὸ τοῦ τείχους ἐν σαργάνῃ κεχάλασται, καὶ ἐξέφυγε τοῦ ζητοῦντος τὰς χεῖρας. Τῆς τοίνυν Γραφῆς τοιαῦτα λεγούσης περὶ B τῶν ἁγίων, ποίαν ἄρα πρόφασιν τῆς ἑαυτῶν προπετείας ἐξευρεῖν δυνήσονται; Ἄν τε γὰρ δειλίαν ὀνειδίσωσι, κατ' αὐτῶν ὡς μαινομένων τὸ τόλμημα. Κἄν τε ὡς παρὰ τὸ βούλημα τοῦ Θεοῦ ποιοῦντας αὐτοὺς διαβάλλουσιν, οὐκ εἰδότες εἰσὶ παντελῶς τὰς Γραφάς. Ἐν μὲν γὰρ τῷ νόμῳ, πρόσταξις ἦν ἐκταγῆναι καὶ πόλεις φυγαδευτηρίους, ὑπὲρ τοῦ τοὺς ζητουμένους εἰς θάνατον, ὅπως δήποτε δύνασθαι διασώζεσθαι. Ἐπὶ δὲ συντελείᾳ τῶν αἰώνων παραγενόμενος αὐτὸς, ὁ τῷ Μωϋσῇ λαλήσας Λόγος τοῦ Πατρὸς, πάλιν ἐντολὴν ταύτην δίδωσι λέγων· *Ὅταν δὲ διώκωσιν ὑμᾶς, ἐκ τῆς πόλεως ταύτης φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν.* Καὶ μετ' ὀλίγα φησίν· *Ὅταν οὖν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ· ὁ ἀναγινώσκων νοείτω·* C *τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη. Ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ καταβήτω ἆραι τὰ ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ· ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ μὴ ἐπιστρεψάτω ἆραι τὰ ἱμάτια αὐτοῦ.* Ταῦτα γὰρ εἰδότες οἱ ἅγιοι, τοιαύτην εἶχον τῆς πολιτείας ἀγωγήν. Ἃ γὰρ νῦν προσέταξεν ὁ Κύριος, ταῦτα καὶ πρὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας ἐν τοῖς ἁγίοις ἐλάλει. Καί ἐστιν οὗτος ὅρος ἀνθρώποις εἰς τελειότητα φέρων, ὃ δ' ἂν ὁ Θεὸς προστάξῃ, τοῦτο ποιεῖν. Διατοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ Λόγος, δι' ἡμᾶς γενόμενος ἄνθρωπος, κατηξίωσε ζητούμενος ὡς ἡμεῖς κρυβῆναι, καὶ πάλιν διωκόμενος φεύγειν, καὶ τὴν ἐπιβουλὴν ἐκκλῖναι. Ἔπρεπε γὰρ αὐτὸν, ὡς ἐκ τοῦ πεινῆν καὶ διψῆν καὶ τοῦτο παθεῖν, οὕτω καὶ ἐκ τούτου δεικνύειν ἑαυτὸν ἐνανθρωπήσαντα. Ἐξ ἀρχῆς μὲν D ἅμα τῷ γενέσθαι ἄνθρωπος, ὅτε παιδίον ἦν αὐτὸς, διὰ τοῦ ἀγγέλου ἐνετείλατο τῷ Ἰωσὴφ, *Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον· μέλλει γὰρ Ἡρώδης ζητεῖν τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου.* Καὶ ἀποθανόντος δὲ Ἡρώδου, φαίνεται δι' Ἀρχέλαον τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀναχωρῶν εἰς τὴν Ναζαρέτ. Ὅτε δὲ λοιπὸν καὶ Θεὸν ἑαυτὸν ἐδείκνυε, καὶ τὴν ξηρὰν χεῖρα πεποίηκεν ὑγιῆ, οἱ μὲν

[60] Exod. xxi, 13; Deut. xix, 3. [61] Matth. xxiv, 15-18.

## VARIORUM ANNOTATIONES.

[k] *Ἀβιμέλεχ.* Hic vocatur Ἀγχοῦς in textu Græco sacræ Scripturæ, et Achis in Vulgata I Reg. xxi, 13: quod observarunt Cl. Benedictini.

[l] *Παρὰ τῷ Ἀβδίᾳ.* Athanas.: Διὰ τοῦ Ἀβδίου, *Abdiæ ope.*

Digitized by Google

Φαρισαῖοι ἐξελθόντες συμβούλιον ἐποίουν κατ' αὐτοῦ, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς γνοὺς ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν. Καὶ γὰρ καὶ ὅτε τὸν Λάζαρον ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, ἀπ' ἐκείνης, φησὶ, τῆς ἡμέρας ἐβουλεύσαντο ἵνα ἀποκτείνωσιν αὐτόν. Ὁ οὖν Ἰησοῦς οὐκέτι παῤῥησίᾳ περιεπάτει ἐν τοῖς Ἰουδαίοις· ἀλλὰ ἀπῆλθεν ἐκεῖθεν εἰς τὴν χώραν ἐγγὺς τῆς ἐρήμου. Εἶτα λέγοντος τοῦ Σωτῆρος· *Πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι, οἱ μὲν Ἰουδαῖοι ἔλαβον λίθους, ἵνα βάλωσιν ἐπ' αὐτόν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐκρύβη, καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ· καὶ διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν, ἐπορεύετο καὶ παρῆγεν.* Οὕτως ἄρα ταῦτα βλέποντες, μᾶλλον δὲ κατανοοῦντες (48), ἐπεὶ μὴ βλέπουσι κατὰ τὸ γεγραμμένον, οὐ θέλουσι γενέσθαι πυρίκαυστοι, ὅτι ἐναντία ὧν ὁ Κύριος ποιεῖ καὶ διδάσκει, βουλεύονται καὶ φθέγγονται; Καὶ γὰρ ὅτε Ἰωάννης μεμαρτύρηκε, καὶ οἱ μαθηταὶ τὸ σῶμα ἔθαψαν, ἀκούσας ὁ Ἰησοῦς ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν ἐν πλοίῳ εἰς ἔρημον τόπον κατ' ἰδίαν. Ὁ μὲν οὖν Κύριος ἐποίει ταῦτα, καὶ οὕτως ἐδίδασκεν. Εἴθε δὲ οὗτοι κἂν οὕτως αἰσχυνθῶσι, καὶ μέχρι τῶν ἀνθρώπων στήσωσιν ἑαυτῶν τὴν προπέτειαν, καὶ μὴ πλέον μανέντες, ἐγκαλέσωσι καὶ τῷ Σωτῆρι δειλίαν, ἅπαξ κατ' αὐτοῦ βλασφημεῖν μελετήσαντες (49). Ἀλλ' οὔτε μαινομένων αὐτῶν τις ἀνέξεται. Μᾶλλον δὲ καὶ τὰ Εὐαγγέλια μὴ νοοῦντες ἐλεγχθήσονται. Ἔστι γὰρ ἡ πρόφασις τῆς τοιαύτης ἀναχωρήσεως καὶ φυγῆς, εὔλογος καὶ ἀληθής· ἣν ἐπὶ μὲν τοῦ Σωτῆρος οἱ εὐαγγελισταὶ κειμένην ἀπεμνημόνευσαν. Δεῖ δὲ ἡμᾶς ἐκ τούτου ἐπὶ πάντων τῶν ἁγίων τὴν αὐτὴν λογίζεσθαι. Ἃ γὰρ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἀνθρωπίνως γέγραπται, ταῦτα τῷ κοινῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἀναφέρεσθαι προσήκει. Τὰ γὰρ ἡμῶν [m] ἐκεῖνος ἀνεδέξατο, καὶ τὰ τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας πάθη ἐνεδείκνυτο. Ἅπερ ὁ Ἰωάννης ἔγραφεν οὕτως· *Ἐζήτουν οὖν αὐτὸν πιάσαι, καὶ οὐδεὶς ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, ὅτι οὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ.* Καὶ γὰρ καὶ πρὸ τοῦ ταύτην ἐλθεῖν, ἔλεγεν αὐτὸς τῇ μὲν μητρί· *Οὔπω ἦλθεν ἡ ὥρα μου.* Τοῖς δὲ χρηματίσασιν ἀδελφοῖς αὐτοῦ, *Ὁ ἐμὸς καιρὸς οὔπω πάρεστι.*

A *pueri* [62]. Mortuo autem Herode, metu Archelai eum Nazareth secedentem videmus. Posthæc cum seipsum Deum ostenderet, et aridam manum sanitati restitueret, Pharisæi quidem egressi, consilium adversus ipsum inierunt, ut eum interimerent. Jesus autem re cognita, inde discessit [63]. Sed et cum Lazarum a mortuis excitavit: *Ab illa*, inquit, *die consilium cœperunt ut eum occiderent. Jesus ergo non amplius palam ambulabat inter Judæos, sed abiit inde in regionem quæ vicina est solitudini* [64]. Deinde cum dixisset Servator: *Antequam Abraham fieret, ego sum, Judæi quidem sumpsere lapides ut in eum conjicerent. Jesus autem occultavit se, et egressus est e templo, et transiens per medium illorum abiit, atque ita evasit* [65]. Hæc illi cum videant, B aut potius audiant, neque enim vident, nonne **183** juxta id quod scriptum est, igne comburendi sunt, eo quod contraria iis quæ Dominus fecit et docuit, ipsi et moliuntur et dicunt? Denique cum Joannes martyrium pertulisset, et corpus ejus a discipulis sepultum esset, Jesus hoc audito ascendens in navem, secessit in locum desertum. Et Dominus quidem ita fecit et docuit. Isti vero utinam vel sic erubescerent, et adversus homines tantum temeritatem suam exercerent, nec ulterius insania progressi, Domino ipsi timiditatem exprobrarent, semel edocti contra illum impie loqui! Verum eos insanientes nemo unquam feret. Imo potius ignari Evangeliorum ab omnibus convincentur. Est enim C hujusmodi secessus ac fugæ rationi consentanea ac verissima causa: quam in Servatore quidem exstitisse evangelistæ commemorarunt. Nos vero ex eo conjicere debemus, eamdem quoque fuisse in omnibus sanctis. Quippe illa quæ humano more de Servatore nostro dicta sunt, ad commune hominum genus referre oportet. Nostram enim naturam ille suscepit, et infirmitatis nostræ affectiones in seipso declaravit. Quod quidem Joannes prodidit his verbis: *Quærebant eum apprehendere; sed nemo misit in eum manus, quia nondum advenerat hora*

[62] Matth. II, 13. [63] Matth. XXVI, 4. [64] Joan. XI, 53. [65] Joan. VIII, 58, 59; Luc. IV, 30.

## VALESII ANNOTATIONES.

(48) *Μᾶλλον δὲ κατανοοῦντες.* In editione Athanasii legitur, μᾶλλον δὲ κἂν ἀκούοντες, ἐπεὶ μὴ βλέπουσι, πῶς κατὰ τὸ γεγραμμένον οὐ θελήσουσι γενέσθαι πυρίκαυστοι, etc. Quam scripturam secutus est Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit: *Putas hæc videntes, magis autem audientes, cum non videant, quomodo secundum quod scriptum est, non debeant igne comburi*, etc. At Musculus et Christophorsonus hæc verba κατὰ τὸ γεγραμμένον, jungunt cum βλέπουσιν, quasi Athanasius alludat ad illud Evangelii, *ut videntes non videant*. Quod non probo. Nam Ariani ista tunc videre non poterant D quæ diu ante ipsorum ætatem fuerant gesta. Vocem quoque πυρίκαυστοι de igne æterno malim intelligere cum Lango, vel certe de igne cœlitus immisso. Denique verbum θέλουσι positum videtur pro μέλλουσι, vel ὀφείλουσι.

(49) *Ἅπαξ κατ' αὐτοῦ βλασφημεῖν μελετήσαντες.* Male hunc locum verterunt interpretes. Unum excipio Langum interpretem Nicephori, qui ita vertit: *Qui semel blasphemare et maledictis eum incessere consulto instituerunt.* Arianos enim intelligit, qui Christum in creaturarum ordine reponebant.

## VARIORUM.

[m] *Τὰ γὰρ ἡμῶν.* Hæc sic habentur apud Athanasium: Τὸ γὰρ ἡμῶν ἐκεῖνος ἐφόρησε σῶμα, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν ἐνεδείκνυτο. *Nostrum quippe corpus ille gestavit, et humanam in se exhibuit infirmitatem.* (Interpr. Benedict.)

Digitized by Google

ejus [66]. Certe antequam hora illa venisset, matri quidem suæ dixit ipse: *Nondum venit hora mea* [67]. Iis vero qui fratres ejus appellabantur: *Nondum*, inquit, *adest tempus meum*. Cum autem tempus jam advenisset, dixit discipulis: *Dormite nunc et requiescite. Ecce enim appropinquavit hora, et Filius hominis tradetur in manus peccatorum* [68]. Neque igitur antequam tempus venisset, comprehendi se permisit; neque cum tempus adesset, sese occultavit: sed ultro semetipsum tradidit insidiatoribus. Ita etiam beatissimi martyres, in persecutionibus quæ subinde ingruebant, se gesserunt; et fugiebant quidem cum persecutionem paterentur, atque in latebris perseverabant; deprehensi vero, martyrio perfungebantur. Hæc ab Athanasio dicuntur in Apologetico quem de fuga sua conscripsit.

Πάλιν τε ἐλθόντος τοῦ καιροῦ, ἔλεγε τοῖς μαθηταῖς· *Καθεύδετε λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε. Ἰδοὺ γὰρ ἤγγικεν ἡ ὥρα, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν.* Οὔτε δὲ πρὸ τοῦ τὸν χρόνον ἐλθεῖν, ἤφιεν ἑαυτὸν κρατεῖσθαι· οὔτε τοῦ καιροῦ παρόντος, ἐκρύπτετο· ἀλλὰ καὶ ἔκδοτον ἑαυτὸν ἐδίδου τοῖς ἐπιβουλεύουσιν. Οὕτω καὶ οἱ μακάριοι μάρτυρες, ἐν τοῖς κατὰ καιροὺς διωγμοῖς ἐφύλαττον. Καὶ διωκόμενοι μὲν ἔφευγον, καὶ λανθάνοντες ἐκαρτέρουν· εὑρισκόμενοι δὲ, ἐμαρτύρουν. Τοιαῦτα μὲν οὖν Ἀθανάσιος ἐν τῷ περὶ τῆς φυγῆς Ἀπολογητικῷ διεξῆλθεν.

## 184 CAP. IX.

*Quomodo Eusebius post synodum orthodoxorum apud Alexandriam episcoporum, Antiochiam reversus, cum Catholicos illic dissidentes ob Paulini ordinationem reperisset, nec eos ad concordiam revocare posset abscessit.*

Eusebius vero Vercellensis episcopus, statim post synodum Alexandria digressus, Antiochiam perrexit. Cumque illic Paulinum quidem a Lucifero ordinatum, plebem vero inter se dissidentem reperisset (nam Meletii fautores separatim conventus agebant), commotus eo quod ordinationi illi non omnes consentirent, apud se quidem factum damnavit. Sed ob reverentiam erga Luciferum, rem dissimulans abscessit; pollicitus se in episcoporum concilio cuncta emendaturum. Postea tamen cum magnopere laborasset ut partes dissentientes ad concordiam reduceret, id perficere non potuit. Interea vero Meletius ab exsilio regressus est. Qui cum sectatores suos seorsum a reliquis collectas agere deprehendisset, eis præfuit. Sed Euzoius quidem Arianæ perfidiæ antistes ecclesiis potiebatur. Paulinus vero unam duntaxat ex minoribus ecclesiis intra urbem obtinuit, ex qua illum Euzoius reverentia viri commotus, non ejecerat. At Meletius extra urbis portas plebem colligebat. Ad hunc igitur modum Eusebius tunc temporis Antiochia discessit. Lucifer vero cum ordinationem suam ab Eusebio susceptam non esse intelligeret, eam rem contumeliæ loco ducens, permoleste tulit. Proinde ab Eusebii communione sese abjunxit, et ea quæ a synodo decreta fuerant, studio contentionis adductus, cœpit reprehendere. Hæc dum per tem-

## ΚΕΦΑΛ. Θ΄.

*Ὡς μετὰ τὴν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῶν τὸ ὁμοούσιον πρεσβευσάντων σύνοδον, Εὐσέβιος εἰς Ἀντιόχειαν ὑποστρέψας, καὶ τοὺς ὁμοδόξους διῃρημένους εὑρὼν διὰ τὴν Παυλίνου χειροτονίαν, καὶ τούτους ἑνῶσαι μὴ δυνηθεὶς, ὑπανεχώρησεν.*

Εὐσέβιος δὲ ὁ Βρεχέλλων ἐπίσκοπος, εὐθὺς μετὰ τὴν σύνοδον ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν ὥρμησεν. Εὑρών τε Παυλῖνον μὲν ὑπὸ Λουκίφερος χειροτονηθέντα, τὰ δὲ πλήθη διεστηκότα (οἱ γὰρ Μελιτίῳ ἀκολουθήσαντες ἰδίᾳ συνήγοντο), ταραχθεὶς ὅτι τῇ γενομένῃ χειροτονίᾳ μὴ πάντες συνῄνουν, κατέγνω μὲν καθ' ἑαυτὸν (50) τοῦ γενομένου· τῇ δὲ πρὸς Λουκίφερα αἰδοῖ, σιωπήσας ἀνεχώρησεν, ἐπαγγειλάμενος ἐν συνεδρίῳ ἐπισκόπων τὰ γενόμενα διορθώσασθαι. Καὶ μετὰ ταῦτα πολλὴν σπουδὴν θέμενος ἑνῶσαι τοὺς διεστῶτας, οὐκ ἴσχυσεν· ἔφθασε δὲ Μελίτιος τῆς ἐξορίας ἐπανελθών. Καὶ εὑρὼν ἰδίᾳ συναγομένους τοὺς συνελθόντας αὐτῷ, τούτων προΐστατο. Ἀλλὰ τῶν μὲν ἐκκλησιῶν ἐκράτει Εὐζώϊος ὁ τῆς Ἀρειανῆς προεστὼς θρησκείας. Παυλῖνός τε μίαν τῶν μικρῶν ἔνδον τῆς πόλεως ἐκκλησιῶν εἶχεν, ἧς αὐτὸν Εὐζώϊος αἰδοῖ τῇ πρὸς αὐτὸν οὐκ ἐξέβαλε. Μελίτιος δὲ ἔξω τῶν πυλῶν τῆς πόλεως τὰς συναγωγὰς ἐποιεῖτο [n]. Τότε μὲν δὴ οὕτω τῆς Ἀντιοχείας Εὐσέβιος ἀνεχώρησε. Λούκιφερ δὲ πυθόμενος μὴ δέχεσθαι ὑπὸ Εὐσεβίου τὴν χειροτονίαν αὐτοῦ, ὕβριν ἡγεῖτο, καὶ δεινῶς ἠγανάκτει. Διεκρίνετο οὖν κοινωνεῖν Εὐσεβίῳ· καὶ τὰ τῇ συνόδῳ ἀρέσαντα, ἀποδοκιμάζειν ἐκ φιλονεικίας ἐβούλετο. Ταῦτα ἐν καιρῷ λύπης λεγόμενα, πολλοὺς τῆς Ἐκκλησίας ἀπέστησε. Καὶ γίνεται πάλιν Λουκιφεριανῶν ἑτέρα αἵρεσις. Ἀλλὰ Λούκιφερ τὴν ὀργὴν ἀποπληρῶσαι οὐκ ἴσχυ-

[66] Joan. VII, 30. [67] Joan. II, 4. [68] Matth. XXVI, 45.

### VALESII ANNOTATIONES.

(50) *Κατέγνω μὲν καθ' ἑαυτοῦ.* Scribendum est καθ' ἑαυτόν, ut habetur in codice Florentino.

### VARIORUM.

[n] *Μελίτιος δὲ ἔξω τῶν πυλῶν τῆς πόλεως τὰς συναγωγὰς ἐποιεῖτο.* Antiochia in duas urbes fuit divisa, antiquam sc., quæ secundum Orontis fluvii oram longum terræ occupabat spatium; et novam, in ejusdem fluvii insula sitam, forma rotunda, quæ quinque pontibus antiquæ jungebatur. In antiqua exstabat vetus ecclesia ab apostolis fundata, quam ideo apostolicam vocat Theodoretus; in qua Meletius conventus agebat. Paulinus vero parvam suam ecclesiam in nova urbe occupabat. (Cl. Monachi Benedictini in *Athanas.* vol. II, p. 771.)

Digitized by Google

σεν. Ἐδέδετο γὰρ ταῖς ἑαυτοῦ ἀπολογίαις (51), δι' ὧν ἀποστείλας τὸν διάκονον, στέρξειν τὰ ὑπὸ τῆς συνόδου τυπούμενα καθυπέσχετο. Διόπερ αὐτὸς μὲν τὰ τῆς Ἐκκλησίας φρονῶν, εἰς τὴν Σαρδανίαν ἐπὶ τὸν οἰκεῖον θρόνον ἀπεχώρει. Οἱ δὲ πρότερον συλλυπηθέντες αὐτῷ, ἔτι καὶ νῦν τῆς Ἐκκλησίας χωρίζονται. Εὐσέβιος μέντοι δίκην ἀγαθοῦ ἰατροῦ κατὰ τὴν Ἀνατολὴν τὰς πορείας ποιούμενος, τοὺς ἠσθενηκότας περὶ τὴν πίστιν ἀνελάμβανε, στοιχειῶν καὶ διδάσκων τὰ ἐκκλησιαστικὰ κηρύγματα. Μεταβὰς δὲ ἐκεῖθεν, ἐπί τε Ἰλλυριοὺς παραγίνεται, καὶ Ἰταλίας ἐπιβὰς º, τὰ αὐτὰ διεπράττετο.

A pus discordiarum geruntur, multos ab unitate Ecclesiæ segregarunt. Quippe nova tunc exorta est hæresis eorum qui Luciferiani dicuntur. Verum Lucifer iram suam explere non valuit. Constrictus enim suis ipsius pollicitationibus tenebatur, quibus per diaconum missis spoponderat se decretis concilii assensurum. Itaque ipse quidem ecclesiasticam retinens fidem, in Sardiniam ad propriam sedem recessit. Hi vero qui una cum ipso primum fuerant exulcerati, hactenus ab Ecclesia segregati permanent. At Eusebius, instar præstantis cujusdam medici, Orientis **185** provincias peragrans, eos qui in fide infirmi erant ad integram valetudinem restituit, ecclesiastica doctrina eos instituens atque erudiens. Inde digressus, in Illyricum venit, tandemque in Italiam delatus, idem agere perseveravit.

B

## ΚΕΦΑΛ. Ι'.

*Περὶ Ἱλαρίου τοῦ Πυκτάβων ἐπισκόπου.*

Ἐφθάκει δὲ καὶ Ἱλάριος p, ὁ Πυκτάβων ἐπίσκοπος, πόλις δὲ αὕτη δευτέρας Ἀκυτανίας, προκαταβεβλημένος τὰ τῆς ὁμοδόξου πίστεως δόγματα, τοῖς τε ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Γαλλίᾳ ἐπισκόποις. Καὶ γὰρ πρότερος τῆς ἐξορίας ἐπανιών, κατειλήφει τοὺς τόπους. Ἄμφω μὲν οὖν γενναίως τῇ πίστει συνηγωνίσαντο. Ἱλάριός τε (52) καὶ ἐλλόγιμος ὤν, βιβλίοις τῇ Ῥωμαίων γλώττῃ τὰ τοῦ ὁμοουσίου παρέδωκε δόγματα· δι' ὧν ἱκανῶς μὲν τοῦτο συνέστη· δυνατῶς δὲ καὶ τῶν Ἀρειανῶν δογμάτων καθήψατο. Ταῦτα μὲν οὖν μικρὸν ὕστερον μετὰ τὴν ἀνάκλησιν τῶν ἐξορισθέντων ἐγένετο. Ἰστέον δὲ, ὅτι κατὰ τόνδε τὸν χρόνον οἱ περὶ Μακεδόνιον καὶ Ἐλεύσιον, Εὐστάθιόν τε καὶ Σωφρόνιον, πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς Μακεδονιανοὶ χρηματίζοντες, συνόδους συνεχῶς ἐν διαφόροις ἐποιοῦντο τόποις (53). Καὶ συγκαλοῦντες τοὺς ἐν Σελευκείᾳ τῇ αὐτῶν ἀκολουθήσαντας γνώμῃ, τοὺς τοῦ ἑτέρου

## CAP. X.

*De Hilario Pictavorum episcopo.*

Sed præverterat eum Hilarius Pictavorum, quæ secundæ Aquitaniæ civitas est, episcopus, et cunctis per Galliam sacerdotibus rectæ fidei dogmata jam ante insinuaverat. Prior enim ab exsilio reversus, ad illas regiones pervenerat. Ambo igitur pro fide fortiter propugnarunt. Hilarius vero, utpote disertissimus, libris Latino sermone scriptis fidem consubstantialis asseruit: in quibus et fidem illam abunde confirmavit, et Arianorum dogmata validissime confutavit. Sed hæc aliquanto post revocationem eorum qui relegati fuerant, contigerunt. Per idem tempus Macedonius, Eleusius, Eustathius

C atque Sophronius, cum cæteris ejusdem sectæ qui communi vocabulo Macedoniani dicebantur, crebra concilia variis in locis fecerunt. Et convocatis iis qui apud Seleuciam ipsorum partibus adhæserant, alterius partis episcopos, Acacianos scilicet, ana-

## VALESII ANNOTATIONES.

(51) *Ταῖς ἑαυτοῦ ἀπολογίαις.* Vox ἀπολογίαις, nullo modo hic convenit. Itaque Nicephorus ejus loco substituit has voces, ταῖς ἰδίαις πάγαις. Ego vero scribendum puto ταῖς ὁμολογίαις, quemadmodum legit Epiphanius. Sic enim vertit : *Erat enim confessionibus suis obstrictus.* Rufinus autem in libro I, p. 30, id solum habet : *Sed constringebatur legati sui vinculo, qui in concilio ipsius auctoritate subscripserat.* Addit postea Rufinus de Lucifero : *Si vero recepisset Alexandrini decreta concilii, omne suum frustrandum videbat inceptum.* Ego vero, cur Lucifer Alexandrinæ synodi decreta recusare debuerit, causam non video. Etenim synodus Alexandrina ordinationem Paulini approbaverat ut superius notavi ex epistola synodica Athanasii. Cui epistolæ cum Eusebius quoque Vercellensis subscripserit, ipse etiam ordinationem Paulini a Lucifero factam comprobasse videri potest. Idem tamen post Alexandrinum concilium, cum venisset Antiochiam, animadverso Catholicorum dissidio neutri parti communicavit, ut testatur Rufinus : id est a Paulini et Meletii communione pariter abstinuit.

(52) *Ἱλάριός τε.* Lego Ἱλάριος δέ.

(53) *Συνόδους συνεχῶς ἐν διαφόροις ἐποιοῦντο*

D *τόποις.* De his Macedonianorum conciliabulis intelligendus est Basilii locus in epist. 72 ad Eusæsenos : Πίστις παρ' ἡμῖν οὐκ ἄλλη μὲν ἐν Σελευκείᾳ, ἄλλη δὲ ἐν Κωνσταντίνου πόλει· καὶ ἄλλη ἐν Ζήλαις, καὶ ἐν Λαμψάκῳ ἄλλη, καὶ ἐπὶ Ῥώμῃ ἑτέρα.

## VARIORUM.

º *Ἰταλίας ἐπιβάς.* Eusebius hic, natione quidem Sardus, postea Vercellensis dictus a Vercellis urbe Italiæ in Insubrum confinio, cujus episcopus factus est. Peragratis Orientis provinciis, in Italiam rediit, obiitque anno 371, non tantum confessoris titulo, sed et martyris etiam honorandus, ab Arianis quippe lapidibus obrutus, modo genuina sit inscriptio in sepulcro ejus inventa, in qua acrostichis versibus habebatur, *Eusebius episcopus et martyr*, et modo vera referant scriptores nonnulli; quos tamen omnes recentiores esse Baronius agnoscit. (Guil. Cave ad annum 354, pag. 166.)

p *Ἱλάριος.* Hilarius, origine Gallus, patria Pictaviensis, ex pagana superstitione ad Christianam religionem transiisse videtur. Conjugatum fuisse, et cum uxore etiam post susceptum episcopatum cohabitasse non desunt qui asserant. Factionem Arianorum etiam in Occidente dominantem multum compescuit, oblato ad Constantium libello. Præcipue in synodo Biterrensi, anno 356, Arianis se strenue opposuit, inde ab imperatore, Saturnini Arelatensis episcopi dolis

Digitized by Google

themate damnarunt: rejectaque fide Ariminensis concilii, eam quæ Seleuciæ recitata fuerat, confirmarunt. Hæc autem ipsa est quæ prius Antiochiæ fuerat exposita, ut in superiori libro commemoravi. Cumque a nonnullis interrogarentur hoc modo: Vos, qui Macedoniani vocamini, si aliud in fide sentitis quam Acaciani, cur cum illis hactenus tanquam idem vobiscum sentientibus communicastis? **186** Per Sophronium Pompeiopolis Paphlagoniæ urbis episcopum ita responderunt: Occidentales quidem consubstantialis errore quasi morbo quodam implicati tenebantur; in Orientis autem partibus Aetius fidei doctrinam adulterans, dissimilis substantiæ opinionem invexerat. Utraque porro sententia impia erat. Nam illi quidem distinctas Patris ac Filii personas in unam temere cogebant, et consubstantialis vocabulo, quasi quodam pravitatis vinculo colligabant. Hic vero naturæ Filii cum natura Patris conjunctionem penitus divellebat, inducto dissimilis substantiæ vocabulo. Cum igitur hæ duæ sententiæ in oppositum utrin-

A ἀ εθεμάτιζον μέρους, λέγω δὴ τοὺς περὶ Ἀκάκιον· καὶ τὴν ἐν Ἀριμήνῳ πίστιν ἐκβάλλοντες, τὴν ἐν Σελευκείᾳ ἀναγνωσθεῖσαν ἐκύρουν. Αὕτη δὲ ἦν ἐν Ἀντιοχείᾳ ἤδη πρότερον ἐκτεθεῖσα, ὡς ἐν τῷ πρὸ τούτου βιβλίῳ πεποιήμεθα μνήμην. Ἐρωτηθέντες γοῦν ὑπό τινων· Ὑμεῖς, φησὶ, οἱ Μακεδονιανοὶ χρηματίζοντες, εἰ ἕτερα φρονεῖτε τοῖς περὶ Ἀκάκιον, πῶς αὐτοῖς ἄχρι νῦν ὡς ὁμοδόξοις ἐκοινωνεῖτε (54); Πρὸς ταύτην τὴν πεῦσιν ἀπεκρίναντο διὰ Σωφρονίου τοῦ Πομπηΐου πόλεως τῆς ἐν Παφλαγονίᾳ ἐπισκόπου, τάδε· Οἱ κατὰ τὴν Δύσιν, φησὶν, ἐνόσουν τὸ ὁμοούσιον. Ἀέτιος δὲ ἐν τῇ Ἀνατολῇ, παραχαράξας εἰσήγαγε τὸ κατ' οὐσίαν ἀνόμοιον. Καὶ ἦν ἔκνομα ἀμφότερα. Οἱ μὲν γὰρ ἀτάκτως τὰς ἰδιαζούσας ὑποστάσεις Πατρὸς καὶ Υἱοῦ συνέπλεκον εἰς ἑνότητα, τῷ B τοῦ ὁμοουσίου ὀνόματι χορδῇ κακίας δεσμούμενοι. Ὁ δὲ καὶ σφόδρα τῆς τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα φύσεως διΐστα τὴν οἰκειότητα, τῷ τοῦ ἀνομοίου κατ' οὐσίαν ὀνόματι. Ἀμφοτέρων δὲ εἰς πολλὴν τῶν ἐναντίων πιπτόντων ἀκρότητα, ἡ μέση ἀμφοῖν ὁδὸς ἱκανῶς ἡμῖν ἐφάνη τὴν τῆς ἀληθείας ἔχειν εὐσέβειαν, ὅμοιον

## VALESII ANNOTATIONES.

(54) *Πῶς αὐτοῖς ἄχρι νῦν ὡς ὁμοδόξοις ἐκοινωνεῖτε.* Merito id objiciebatur Macedonianis, quod cum in formula fidei dissentirent ab Acacianis, et ab illis depositi essent in synodo Seleuciensi et Constantinopolitana, nihilominus cum illis communicarent. Certe hoc nomine eos accusat Basilius in epistola 73 ad suos monachos. De his enim hæc intelligenda sunt illius verba: *Qui enim erroris nos insimulant, conspicue deprehensi sunt hæreticorum favere parti. Qui nos propter aliena quædam scripta condemnant, ii propriis confessionibus, quas scriptas nobis commendarunt, contrarii inveniuntur. Observate consuetudinem eorum qui talia audent. Solent perpetuo ad prævalentem deficere partem, et imbecillibus amicis proculcatis, colere potentes. Qui enim divulgatas illas epistolas contra Eudoxium totamque ipsius factionem scripserunt, et ad omnes fratrum conventus miserunt, contestatique sunt ut communionem illorum tanquam animarum pestem fugerent, et ob hanc causam prolatas de sua ipsorum depositione sententias non receperunt, eo quod ab hæreticis latæ essent, sicut nobis tum persuadebant, iidem nunc, omnium obliti, cum hæreticis illis conjuncti sunt, nec ullo pacto id negare possunt. Suum enim propositum aperte declararunt, dum Ancyræ communionem eorum in ædibus privatis amplexi sunt. Siquidem hoc pacto in commune ab illis suscepti sunt.* Hæc Basilii verba de Eustathio et Macedonianis intelligenda sunt, qui Basilium insimulabant quod olim cum Eudoxio communicasset, ut patet ex epistola 79, ad Eustathium. — *Ἄχρι νῦν ἐκοινωνεῖτε.* Hæc Socratis verba aliter cepit Nicephorus, hoc modo: Τί δήποτε νῦν τοῖς περὶ C Ἀκάκιον διαφέρονται, ὁμόφρονες αὐτοῖς τὸ πρότερον καὶ κοινωνοὶ καθεστῶτες; id est, *Cur nunc dissentitis ab Acacianis, quibuscum antea consensistis et communicastis?* Nicephorus igitur verba illa ἄχρι νῦν cepisse videtur pro ἄχρι τότε. Ego tamen hanc expositionem non probo, et ἐκοινωνεῖτε positum puto a Socrate pro κοινωνεῖτε. Quod mirifice confirmat Basilius in epistola supra citata, et Epiphanius in hæresi Semiarianorum, ubi Semiarianos, licet in plures factiones divisi essent, verbis tantum dissensisse dicit, re autem ipsa in unam sententiam conspirasse: adeo ut difficile esset assignare in quo inter se dissiderent. Sed nunc re attentius examinata, sensum Nicephori veriorem puto. Ait enim Socrates Eleusium et Eustathium et reliquos Macedonianos hoc primum tempore, id est principatu Juliani, propriæ sectæ corpus conflasse, et collectis synodis fidem Antiochenæ synodi comprobasse, et Acacium cum sociis anathemate damnasse; interrogatos autem a nonnullis cur tamdiu post Seleuciensem synodum cum Acacianis communicassent, quorum fidem repudiabant, ita respondisse per Sophronium: Occidentales quidem errabant qui homoousion asserebant; Orientales vero opinionem Aetii sectantes, dissimilem D substantiam confitebantur. Nos mediam viam insistentes, similem secundum hypostasim dicimus. Hæc est responsio Sophronii. Quæ ut satisfaciat interrogationi, id necessario subaudiendum est: Idem ergo cum senserint Acaciani, nihil mirum si cum illis hactenus communicavimus. Certe Acacius similem Patri Filium profitebatur, perinde ac Macedoniani. Vide Sozomenum in lib. v, cap. 14.

## VARIORUM.

circumvento, actus in exsilium in Phrygiam relegatur. Anno 359 in concilio Seleuciensi Ecclesias Gallicanas ab infami Sabellianismi crimine vindicavit. Legatos synodi Constantinopolim secutus, extremo fidei animadverso periculo, tribus libellis publice datis ab imperatore poposcit ut coram Arianis disceptare liceret; quod hæretici maximopere abnuerunt. Postremo quasi discordiæ seminator et perturbator Orientis (Sulpicii Severi verbis utor, l. II, p. 163), redire ad Gallias jubetur, rediitque ineunte imperium Juliano. Domum reversus grassantem ubique hæresin Arianam habitis frequentibus intra Galliam synodis auctoritate sua et doctrina pene exterminavit. Illud apud omnes constitit, inquit Sulpicius, unius Hilarii beneficio Gallias nostras piaculo hæresis liberatas. Circa ann. 368, vel 369, Mediolanum se contulit, ut Auxentium hujus urbis episcopum, Arianorum primipilum, coram imp. Valentiniano detegeret et refutaret. Rediens eodem anno animam Deo pie reddidit. (Guil. Cave ad ann. 354, p. 164.)

Digitized by Google

λέγουσα τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ καθ' ὑπόστασιν. Τοιαῦτα A μὲν οὖν οἱ Μακεδονιανοὶ πρὸς τὴν πεῦσιν διὰ Σωφρονίου ἀπεκρίναντο, καθὰ ὁ Σαβῖνος ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν συνοδικῶν φησι. Διὰ δὲ τοῦ μέμψασθαι Ἀέτιον (55) ὡς τοῦ ἀνομοίου ἀρχηγὸν, καὶ μὴ τοὺς περὶ Ἀκάκιον, φαίνονται σοφιζόμενοι τὴν ἀλήθειαν, δοκοῦντες ἐν μέρει τοὺς Ἀρειανοὺς ἐκκλίνειν, ἐν μέρει δὲ τοὺς φρονοῦντας τὸ ὁμοούσιον. Ἐλέγχονται δὲ διὰ τῆς ἰδίας φωνῆς, ὅτι ἀμφοτέρων καινοτομοῦντες ἐξέδυσαν. Τοσαῦτα δὴ καὶ περὶ τούτων λελέχθω.

que labantur excessum, mediam inter utrasque sententiam pietati veritatique magis congruere judicavimus, eam scilicet quæ Filium Patri similem esse statuit secundum hypostasim. Hæc sunt quæ Macedoniani ad illam interrogationem per Sophronium responderunt, quemadmodum tradit Sabinus in Collectione gestorum synodalium. Verum in eo quod Aetium velut auctorem opinionis Anomœorum, non autem Acacium insimulant, veritati fucum facere videntur, dum partim Arianos, partim homousianos nituntur effugere. Etenim suis ipsorum verbis convincuntur, quod novitatis studio ab utrisque discesserint. Verum de his hactenus.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

### *Ὡς ὁ βασιλεὺς Ἰουλιανὸς χρήματα τοὺς Χριστιανοὺς εἰσεπράττετο.*

Ὁ μέντοι βασιλεὺς Ἰουλιανὸς κατ' ἀρχὰς ἡδὺς B τοῖς πᾶσιν φανεὶς q, προβαίνων οὐ πᾶσιν ὅμοιος ἐδείκνυτο. Ἀλλ' ἔνθα μὲν διαβολή τις κατὰ Κωνσταντίου ἐγίνετο, προθυμότατα τοῖς Χριστιανοῖς τὰς αἰτήσεις παρεῖχεν. Ὅπου δὲ μὴ τοῦτο ἦν, τὸ οἰκεῖον μῖσος, ὃ κοινῇ κατὰ πάντων Χριστιανῶν εἶχε, φανερῶς πᾶσιν ἀπεδείκνυεν. Αὐτίκα γοῦν Ναυατιανῶν μὲν τὴν ἐν Κυζίκῳ ἐκκλησίαν ὑπὸ Εὐζωΐου (56) εἰς ἔδαφος καθαιρεθεῖσαν, οἰκοδομηθῆναι κελεύει, καταδίκην βαρυτάτην ἐπιθεὶς Ἐλευσίῳ τῷ τῇδε ἐπισκόπῳ, ἢν μὴ ἐντὸς δύο μηνῶν οἰκείοις ἀναλώμασι τὴν οἰκοδομίαν ποιήσηται. Τὸν μέντοι Ἑλληνισμὸν συνεκρότει. Καὶ τὰ μὲν ἱερὰ τῶν Ἑλλήνων, ὡς ἔφην, ἠνέῳκτο· θυσίας δὲ ἐπετέλει τῇ Κωνσταντίνου πόλεως Τύχῃ δημοσίᾳ ἐν τῇ βασιλικῇ (57), ἔνθα καὶ τὸ τῆς Τύχης ἵδρυται ἄγαλμα. C

## CAP. XI.

### *Quomodo imp. Julianus pecunias a Christianis exegerit.*

Cæterum imperator Julianus cum initio imperii cunctis lenis ac placidus visus esset, progressu temporis non eumdem se erga **187** omnes præbuit. Ubicunque enim occasio dabatur obtrectandi Constantio, Christianorum petitionibus annuebat. Ubi vero ista occasio minime suppetebat, privatum odium quod contra universos Christianos conceperat, palam omnibus ostendebat. Statim igitur ecclesiam Novatianorum in urbe Cyzico, quam Euzoius solo æquaverat, instaurari jubet : gravissima multa Eleusio ejus civitatis episcopo indicta, nisi intra bimestre spatium suis sumptibus illam restituisset. Gentilium autem religionem omni studio promovere cœpit. Ac templa quidem paganorum aperuit, ut antea dixi. Ipse vero Genio urbis Constantinopolitanæ hostias publice immolavit in basilica, in qua positum est simulacrum Genii publici.

## VALESII ANNOTATIONES.

(55) *Διὰ δὲ τοῦ μέμψασθαι Ἀέτιον.* Hic locus non modicam habet difficultatem, ac responsum quidem illud Macedonianorum quod supra ex Sabino retulit Socrates, satis obscurum est. Censura vero ac reprehensio ejusdem responsi, quam nunc Socrates subjungit, adhuc videtur obscurior. Nec quidquam nos adjuvat Nicephorus, qui hunc Socratis locum pene ad verbum exscripsit. Conabimur tamen aliquid proferre ad illustrationem hujus loci. Hæc igitur est nostra sententia : Interrogati erant Macedoniani quamobrem dissentirent ab Acacio, quocum antea communicaverant. Respondentes illi, Homousianos causabantur et Aetium. Nihil hoc ad rem, dicit Socrates. Non enim de Aetio interrogati estis, sed de Acacio; fucum omnino facitis veritati ; nam et Acacius perinde ac vos damnat Aetii dogma. Quod si Aetii dogma damnatis, non ideo minus estis hæretici. Vestris siquidem verbis novitatis seu hæreseos convincimini, dum Filium dicitis ὅμοιον καθ' ὑπόστασιν. In quo et a Catholicis Nicænæ fidei sectatoribus dissentitis, qui consubstantialem profitentur ; et ab Arianis, qui creaturam, aut dissimilem secundum substantiam asserebant. Certe Theodoritus in libro IV *Hæreticarum fabularum*, ait Macedonium D asseruisse Filium Dei ὅμοιον κατὰ πάντα, et ὁμοιούσιον primum excogitasse. Fuit ergo ex Semiarianis perinde atque Acacius.

(56) *Ὑπὸ Εὐζωΐου.* Scribendum est ὑπὸ Ἐλευσίου, ut ex sequentibus apparet. Atque ita legit Christophorsonus, ut ex interpretatione ejus colligitur. Vide Sozomenum.

(57) *Ἐν τῇ βασιλικῇ.* Intelligo basilicam quæ erat in regione quarta urbis Constantinopolitanæ. Hæc enim simpliciter et absolute Basilica dicebatur. Altera vero cum adjunctione vocabatur Basilica Theodosiana, quæ erat in regione septima, ut docet vetus descriptio ejusdem urbis. In priore igitur Basilica positum olim erat simulacrum Genii publici urbis Constantinopolitanæ. Sic enim vertenda sunt hæc Socratis verba, τῇ Κωνσταντίνου πόλεως τύχῃ δημοσίᾳ, non, ut Christophorsonus vertit, *fortunæ popularis.* Græci enim τύχην dicere solent, quem Latini Genium vocant; et τυχία templa Genii publici, ut notavi in commentariis tum ad Ammianum Marcellinum, tum ad Eusebium. Quanquam δημοσίᾳ hoc loco non refertur ad vocem τύχῃ, sed potius adverbialiter sumendum est, et referendum ad verbum ἐπετέλει.

## VARIORUM.

q *Ἡδὺς τοῖς πᾶσιν φανείς.* Julianus epistola 43, Hecebolo : Ἐγὼ μὲν κέχρικα τοῖς Γαλιλαίοις· *Equidem de Galilæis omnibus adeo clementer et humaniter statui, ut nemini vis inferatur, nemo in templum trahatur, neque alia de re ulla, præter voluntatem suam, contumelia quisquam afficiatur.* Rursus epistola 52, Bostrenis, Λόγῳ δὲ πείθεσθαι χρή· *Oratione persuaderi docerique satius est homines,*

Digitized by Google

A

## CAP. XII.

*De Mari episcopo Chalcedonensi.*

Quo tempore Maris Chalcedonis Bithyniæ urbis episcopus, perductus ad imperatorem : nam cum esset provecta admodum ætate, oculorum suffusione laborabat : illum graviter objurgavit, impium et apostatam vocans, et religionis expertem. At ille conviciis reddens convicia, cæcum eum appellavit. Neque vero, inquit, Deus tuus Galilæus te unquam sanaturus est. Quippe Julianus Christum Galilæum, et Christianos Galilæos appellare consueverat. Maris contra majore cum fiducia imperatori respondens : Gratias, inquit, ago Deo qui me luminibus orbavit, ne viderem vultum tuum, qui in tantam prolapsus es impietatem. Ad hæc imperator tum quidem nihil respondit. Sed postea eum graviter ultus est. Nam cum videret eos qui regnante Diocletiano martyrium subierant, a Christianis honorari, multosque animadverteret alacri animo ad martyrium contendere; quasi hoc ipso Christianos ulcisci volens, aliam ipse viam ingreditur. Et nimiam quidem crudelitatem illam, quæ Diocletiani temporibus viguerat, declinavit : nec tamen a persecutione prorsus abstinuit. Persecutionem enim appello, cum homines quiete et pacate degentes qualicunque modo infestantur. Infestavit autem eos hac ratione : Legem tulit ne Christiani humanioribus **188** disciplinis instituerentur : ne si linguam, ut aiebat, acuissent, gentilium dialecticis expeditius responderent.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΒʹ.

*Περὶ Μάρι τοῦ ἐπισκόπου Χαλκηδόνος.*

Τότε δὴ καὶ Μάρις [r] ὁ τῆς ἐν Βιθυνίᾳ Χαλκηδόνος ἐπίσκοπος χειραγωγούμενος· ἦν γὰρ δὴ πρὸς τῷ γήρᾳ ὑπόχυσιν ὀφθαλμῶν ὑπομείνας· πολλὰ τὸν βασιλέα προσελθὼν περιύβρισε, τὸν ἀσεβῆ καλῶν, τὸν ἀποστάτην καὶ ἄθεον. Ὁ δὲ λόγοις τὰς ὕβρεις ἠμύνετο, τυφλὸν καλέσας. Καὶ οὐκ ἄν, φησὶν, ὁ Γαλιλαῖός σου Θεὸς θεραπεύσει σε. Γαλιλαῖον γὰρ εἰώθει ὁ Ἰουλιανὸς καλεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ τοὺς Χριστιανοὺς Γαλιλαίους. Ὁ δὲ δὴ Μάρις, παῤῥησιαίτερον πρὸς τὸν βασιλέα ἀπήντησεν. Εὐχαριστῶ, φησὶ, τῷ Θεῷ τυφλώσαντί με, ἵνα μὴ ἴδω τὸ πρόσωπόν σου οὕτως ἐκπεπτωκὸς πρὸς τὴν ἀσέβειαν. Οὐδὲν πρὸς ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀπεκρίνατο. Δεινῶς δὲ καὶ
B τοῦτον μετήρχετο (58). Ἑωρακὼς γὰρ τοὺς ἐπὶ Διοκλητιανοῦ μαρτυρήσαντας ὑπὸ τῶν Χριστιανῶν τιμωμένους, προθύμως τε σπεύδειν ἐπὶ τὸ μαρτυρῆσαι πολλοὺς ἐπιστάμενος, ὥσπερ αὐτῷ τούτῳ τοὺς Χριστιανοὺς ἀμυνόμενος, ἐπὶ ἑτέραν ἐτρέπετο. Καὶ τὴν μὲν ὑπερβάλλουσαν ἐπὶ Διοκλητιανοῦ ὠμότητα ὑπερέθετο· οὐ μὴν πάντῃ τοῦ διώκειν ἀπέσχετο. Διωγμὸν δὲ λέγω (59), τὸ ὁπωσοῦν ταράττειν τοὺς ἡσυχάζοντας. Ἐτάραττε δὲ ὧδε· Νόμῳ ἐκέλευε [s], Χριστιανοὺς παιδεύσεως μὴ μετέχειν. Ἵνα μὴ, φησὶν, ἀκονώμενοι τὴν γλῶτταν, ἑτοίμως πρὸς τοὺς διαλεκτικοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀπαντῶσιν.

C

## CAP. XIII.

*De tumultu quem pagani contra Christianos excitarunt.*

Interdixit etiam ne in palatio militarent, qui Christianam religionem abjicere, et simulacris sacrificare nollent. Ad hæc ne Christiani regendas provincias acciperent, quippe, aiebat, lex ipsorum gladio uti vetat adversus eos qui capitale supplicium commeriti fuerint. Multos præterea partim blanditiis, partim muneribus, ad sacrificandum

## ΚΕΦΑΛ. ΙΓʹ.

*Περὶ τῆς ταραχῆς ἣν ἐποίησαν οἱ Ἕλληνες κατὰ τῶν Χριστιανῶν.*

Ἐκέλευε δὲ, μηδὲ κατὰ τὰ βασίλεια στρατεύεσθαι τοὺς μὴ βουλομένους καταλιπεῖν μὲν τὸν Χριστιανισμὸν, ἐπὶ τὸ θύειν δὲ τοῖς ἀγάλμασιν ἔρχεσθαι. Μήτε μὴν Χριστιανοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας γίνεσθαι, λέγων ὡς κελεύει νόμος μὴ χρῆσθαι ξίφει κατὰ τῶν ἄξια θανάτου πεπλημμεληκότων. Πολλοὺς δὲ καὶ κολακείαις καὶ δωρεαῖς ἐπὶ τὸ θύειν προετρέπετο.

### VALESII ANNOTATIONES.

(58) *Δεινῶς δὲ καὶ τοῦτον μετήρχετο.* In optimis codicibus Florentino et Sfortiano scriptum inveni, καὶ τοῦτο μετήρχετο. Quod magis placet. Neque enim Julianus posthæc ulla in re ultus est Marim ipsum; sed in commune omnes Christianos persecutus est, eo persecutionis genere quod refert
D Socrates. Atque ita in suo codice legerat Nicephorus. Sic enim hunc Socratis locum expressit : δεινῶς δὲ λίαν τὸ πρᾶγμα μετήρχετο.

(59) *Διωγμὸν δὲ λέγω.* Sensus ipse postulat ut scribatur διωγμὸν γὰρ λέγω, quomodo etiam legit Christophorsonus.

### VARIORUM.

*quam verberibus ac contumeliis corporumque suppliciis. Ergo iterum ac sæpius eos admoneo qui in verum religionem voluntate sua feruntur, ne qua injuria Galilæos afficiant, aut contumeliis vexent. Etenim misericordia potius illi, quam odio digni sunt, qui maximis in rebus calamitatem patiuntur.*

[r] *Μάρις.* Hunc Socrates sæpius memorat inter episcopos Athanasio infestos. Vide lib. I, cap. 27.

[s] *Νόμῳ ἐκέλευε.* Hoc reprehendit Am. Marcellinus, ipse gentilis, et Juliani haud modicus alias laudator, lib. XXV, cap. 4 : *Jura condidit non molesta, præter pauca : inter quæ erat illud inclemens, quod docere vetuit magistros rhetoricos et grammaticos Christianos, ni transissent ad numinum cultum.* Ipsemet autem Julianus rationem reddit hujus prohibitionis, epist. 42 : Ἄτοπον μὲν οἶμαι τοὺς ἐξηγουμένους τὰ τούτων, ἀτιμάζειν τοὺς ὑπ' αὐτῶν τιμηθέντας θεούς. *Absurdum duco, ut isti, qui horum* (sc. Homeri, Hesiodi, Demosthenis, etc.) *libros exponunt, deos vituperent quos illi coluerunt.* Existimavit Baronius Christianos a docendo solum, non a discendo fuisse prohibitos. In quo reprehenditur, ut contrarius omnibus Christianis scriptoribus, ab Antonio Pagi, ad ann. 362, n. 39.

Digitized by Google

Αὐτίκα γοῦν ὡς ἐν χωνευτηρίῳ, οἵ τε ὄντες Χριστιανοὶ καὶ οἱ νομιζόμενοι, φανεροὶ πᾶσιν ἐγίνοντο. Οἱ μὲν γὰρ ὀρθῇ γνώμῃ Χριστιανίζοντες, εὐθυμότεροι τὴν ζώνην ἀπετίθεντο, πάντα μᾶλλον ὑπομένειν ἢ ἀρνεῖσθαι τὸν Χριστὸν αἱρούμενοι. Ἐν τούτοις ἦσαν Ἰοβιανὸς, Οὐαλεντινιανός τε καὶ Οὐάλης, οἱ καὶ ὕστερον βασιλεύσαντες. Ἕτεροι δὲ ὅσοι μὴ ὀρθῇ γνώμῃ ἐχριστιάνιζον, ὅσοι τὰ χρήματα (60) καὶ τὴν ἐνταῦθα τιμὴν, τῆς ἀληθοῦς εὐδαιμονίας προκρίναντες, μὴ μελλήσαντες πρὸς τὸ θύειν ἀπέκλινον. Ὧν εἷς ἦν καὶ ὁ Κωνσταντινουπόλεως σοφιστὴς Ἐκηβόλιος. Ὅστις τοῖς ἤθεσι τῶν βασιλέων ἑπόμενος, ἐπὶ μὲν Κωνσταντίου διαπύρως Χριστιανίζειν ὑπεκρίνατο· ἐπὶ δὲ Ἰουλιανοῦ, γοργὸς Ἕλλην ἐφαίνετο· καὶ αὖθις μετὰ Ἰουλιανὸν, Χριστιανίζειν ἤθελε. Ῥίψας γὰρ ἑαυτὸν πρηνῆ πρὸ τῆς πύλης τοῦ εὐκτηρίου οἴκου, Πατήσατέ με, ἐβόα, τὸ ἅλας τὸ ἀναίσθητον. Τοιοῦτος μὲν οὖν κοῦφος καὶ εὐχερὴς Ἐκηβόλιος πρότερόν τε καὶ ὕστερον ἦν. Τότε δὲ ὁ βασιλεὺς, Πέρσας ἀμύνεσθαι [t] βουλόμενος, ἀνθ' ὧν ἐπὶ Κωνσταντίου τὴν Ῥωμαίων χώραν κατέδραμον, σπουδαίως διὰ τῆς Ἀσίας ἐπὶ τὰ ἑῷα μέρη διέβαινεν. Εἰδὼς δὲ ὅσα πόλεμος ἔχει κακὰ, καὶ ὡς πολλῶν δεῖται χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐ κατορθοῦται, πανούργως ἐπενόησε συλλέγειν τὰ χρήματα παρὰ τῶν Χριστιανῶν. Τοῖς γὰρ μὴ βουλομένοις θύειν, ἐπέθηκε χρηματικὴν καταδίκην [u]. Καὶ ἀπαίτησις κατὰ τῶν ἀληθῶς Χριστιανιζόντων ἐγίνετο σύντονος. Ἕκαστος γὰρ κατὰ τὴν ὕπαρξιν ἀναλόγως εἰσέφερε. Καὶ ὁ βασιλεὺς ἐκ τῆς ἀδίκου συλλογῆς τῶν ἀδίκων χρημάτων, ταχὺ πλούσιος ἦν. Ἐχρῆτο γὰρ τῷ νόμῳ, ὅπου τε μὴ παρῆν, καὶ ὅπου διέβαινε. Τηνικαῦτα καὶ οἱ Ἕλληνες τῶν Χριστιανιζόντων κατέτρεχον· σύῤῥοιά τε τῶν φιλοσοφεῖν λεγόντων ἐγίνετο. Καὶ τελετάς τινας συνίστασαν, ὡς καὶ σπλαγχνοσκοπούμενοι παῖδας καταθύειν ἀφθόρους, ἄῤῥενας καὶ θηλείας, καὶ τῶν σαρκῶν ἀπογεύεσθαι. Καὶ ταῦτα ἐποίουν κατά τε τὰς ἄλλας πόλεις, καὶ κατὰ τὰς Ἀθήνας, καὶ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν. Ἔνθα καὶ κατὰ Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου σκευωρίαν ποιησάμενοι, γνωρίζουσι βασιλεῖ, ὡς λυμαίνοιτο τὴν πόλιν καὶ πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον, καὶ δεῖν αὐτὸν ἀπαλλάττειν τῆς πόλεως.

A impulit. Confestim igitur tum qui veri, tum qui falsi Christiani essent, tanquam in fornace probati, omnibus innotuerunt. Nam qui sincere atque ex animo Christiani erant, libenti animo cingulum deposuerunt, quidvis ferre parati potius quam Christum negare. Inter hos fuere Jovianus, Valentinianus et Valens, qui postea imperium tenuerunt. Cæteri vero, qui non ex animo Christiani erant, sed divitias et honores hujus sæculi veræ felicitati præferebant, sine ulla cunctatione ad sacrificandum se contulerunt. Ex quorum numero fuit Ecebolius sophista urbis Constantinopolitanæ. Qui quidem ad imperatorum mores sese fingens atque accommodans, Constantio quidem regnante, Christianam se religionem ardentissime colere simula- B vit; Juliani vero temporibus, gentilium superstitioni supra modum addictus apparuit; post obitum autem Juliani, rursus Christianam religionem profiteri voluit. Etenim pro foribus ecclesiæ se pronum abjiciens, his vocibus usus esse dicitur: Calcate me ut sal insipidum. Hujusmodi fuit Ecebolius; sicut antea levis atque inconstans, ita etiam postea. Per idem tempus imperator, cum Persas ulcisci vellet ob crebras incursiones quas Constantii temporibus in agrum Romanum fecerant, per Asiam in Orientis partes propere contendit. Cumque intelligeret quot mala bellum apportare soleat, et quanta pecunia opus sit, sine qua bellum commode geri non potest, magnam auri vim callide a Christianis extorquere constituit. Etenim C pecuniariam multam imposuit iis qui sacrificare abnuerent: ipsaque exactio in eos qui vere Christiani essent, plena erat severitatis. Unusquisque enim pro modo facultatum suarum pecuniam conferre cogebatur. Ita imperator per injustam **189** malæ pecuniæ exactionem brevi locuples factus est. Nam lex executioni mandabatur, non solum ubi imperator aderat, sed in iis etiam locis ad quæ minime accesserat. Tunc etiam pagani in Christianos irruerunt, et concursus factus est eorum qui se philosophos prædicabant. Quinetiam nefanda quædam mysteria ab illis excogitata sunt:

## VALESII ANNOTATIONES.

(60) *Ὅσοι τὰ χρήματα.* Scribendum puto ὡς τὰ χρήματα καὶ τὴν ἐνταῦθα τιμὴν, τῆς ἀληθοῦς εὐδαιμονίας προκρίνοντες. Quam emendationem confirmat Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit hunc locum: *Quippe qui pecunias et honorem præsentem felicitati veræ fidei præponerent*, etc. Nicephorus vero in lib. x, cap. 23, hunc Socratis locum ita expressit: Ὅσοι δὲ μὴ ὀρθῇ γνώμῃ τὰ D Χριστιανῶν ἠσπάζοντο, καὶ τὸ ἀληθὲς εὔδαιμον τῆς ἐνταῦθα τιμῆς καὶ τῶν χρημάτων προυτίθεντο, etc. Quod emendationem nostram non mediocriter confirmat.

## VARIORUM.

[t] *Τότε δὲ ὁ βασιλεὺς Πέρσας ἀμύνεσθαι.* Julianus antequam in Persas moveret, decennalia vota emisisse videtur, ut deos suos sibi magis propitios redderet. Hujus festivitatis occasione persecutio adversus Christianos acta; quorum, post victoriam, sanguinem diis suis votavit, ut aliqui prodiderunt. Hæc refert Ant. Pagi, ad ann. 363, n. 1.

[u] *Ἐπέθηκε χρηματικὴν καταδίκην.* Et hac occasione improbissime etiam cavillatus, se id agere, ἵνα εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εὐοδώτερον πορεύθῶσι, *quo facilius in regnum cœlorum veniant.* Juliani epist. 43.

Digitized by Google

ita ut pueros impuberes utriusque sexus immolarent, extaque eorum inspicerent, carnes denique degustarent. Atque hæc tum in aliis urbibus facta sunt, tum Athenis et Alexandriæ. Qua quidem in civitate, concinnatis adversus Athanasium calumniis, imperatori significarunt urbem ab illo et universam Ægyptum vastari, eumque pellendum esse ex civitate. Sed et præfectus Ægypti, jussu imperatoris, adversus eumdem Athanasium insurrexit.

## CAP. XIV.

### *De fuga Athanasii.*

Igitur ille fugam denuo capessit, amicos his verbis affatus : Secedamus paulisper, o amici : nam nubecula est, quæ cito evanescet. His dictis, protinus conscensa nave, trajectoque Nili alveo, in Ægyptum fugit. Insequebantur eum a tergo qui comprehendere illum studebant. Ille cum persecutores haud procul abesse didicisset, comitesque ipsum hortarentur ut denuo fugeret ad solitudinem, prudenti usus consilio manus persequentium effugit. Persuasit enim illis ut conversi persequentibus occurrerent. Quod quidem celerrime factum est. Cum igitur hi qui paulo ante fugiebant, jam proximi essent persequentibus, illi qui Athanasium quærebant, nihil aliud ab ejus comitibus quæsierunt, quam utrum Athanasium vidissent. Isti vero eum prope esse indicaverunt, ac si properarent, brevi illum comprehensuros esse. Ita illi delusi, Athanasium acriter frustra consectati sunt. Ille autem elapsus, clanculo venit Alexandriam; ibique delituit quoad usque sedata esset persecutio. Hujusmodi mala Alexandrinum episcopum excepere, post crebras partim a Christianis, partim a gentilibus illatas ei persecutiones atque ærumnas.

**190** Porro præsides provinciarum ex imperatoris superstitione occasionem lucrandi captantes, ultra quam mandatum fuerat a principe, Christianos vexabant : nunc pecuniæ majorem vim quam opor-

A Κεκίνητό τε κατ' αὐτοῦ, ἐκ προστάγματος βασιλικοῦ [v] καὶ ὁ Ἀλεξανδρείας ἔπαρχος (61).

## ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

### *Περὶ τῆς Ἀθανασίου φυγῆς.*

Ὁ δὲ φεύγει πάλιν, εἰπὼν τοῖς γνωρίμοις, Ὑποσταλῶμεν μικρὸν, ὦ φίλοι· νεφύδριον γάρ ἐστι, καὶ παρέρχεται. Ταῦτα εἰπὼν, εὐθὺς ὡς εἶχε, πλοίῳ διὰ τοῦ Νείλου εἰς τὴν Αἴγυπτον ἔφυγεν. Ἐδίωκον δὲ κατόπιν οἱ συλλαβεῖν αὐτὸν σπεύδοντες. Ἐπειδὴ δὲ οὐ πόῤῥωθεν εἶναι ἐπύθετο τοὺς διώκοντας, οἱ μὲν συνόντες, ὡς ἐπὶ τὴν ἔρημον αὖθις φεύγειν ἐκέλευον· B ὁ δὲ, σοφῇ γνώμῃ χρησάμενος, διέφυγε τοὺς διώκοντας. Τοῖς γὰρ διώκουσιν, ἐξυποστρέψαντας, ἀπαντᾷν συνεβούλευε. Καὶ τοῦτο ᾗ τάχος ἐγίνετο. Ἐπεὶ δὲ πλησίον τῶν διωκόντων οἱ πρὸ μικροῦ φεύγοντες ἦσαν, οὐδὲν οἱ ζητοῦντες ἠρώτων (62) τοὺς περὶ Ἀθανάσιον, ἢ που Ἀθανάσιον τεθέανται. Οἱ δὲ, ἐγγὺς αὐτοῦ που εἶναι ἐμήνυον· καὶ εἰ ἐπισπεύσειεν, οὐκ εἰς μακρὰν αὐτὸν καταλήψεσθαι ἔλεγον. Καὶ οὕτως οἱ μὲν παρατραπέντες, συντόνως μάτην ἐδίωκον. Ὁ δὲ διαφυγὼν, τὴν Ἀλεξάνδρειαν λαθραίως κατέλαβε. Καὶ ἐκεῖ λανθάνων διῆγεν, ἕως οὗ ὁ διωγμὸς ἐπαύσατο [x]. Τοιαῦτα μὲν οὖν μετὰ τοὺς πολλοὺς Χριστιανικοὺς διωγμοὺς, καὶ τὰ παρ' Ἑλλήνων κακὰ, τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον διεδέξατο. Οἱ μέντοι κατὰ τὰς ἐπαρχίας ἄρχοντες, καιρὸν οἰκείου κέρδους C τὴν τοῦ βασιλέως θρησκείαν νομίσαντες, πέρα τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων τοὺς Χριστιανοὺς κακῶς διετίθεσαν· χρήματα μὲν πλείονα ἢ ἐχρῆν εἰσπραττόμενοι· ἔστι δὲ ὅτε καὶ σωματικὰς τιμωρίας προσάγοντες. Ταῦτα μανθάνων ὁ βασιλεὺς περιεώρα, καὶ

## VALESII ANNOTATIONES.

(61) *Καὶ ὁ Ἀλεξανδρείας ἔπαρχος.* Hic præfectus Ægypti vocabatur Ecdicius, ut docet Julianus in epistola 6. Successerat autem Ecdicius Hermogeni, præfecto Ægypti, ad quem exstat Juliani epistola 23.

(62) *Οὐδὲν οἱ ζητοῦντες ἠρώτων ἤπου.* Totum hunc locum ita scribi mallem : Οἱ ζητοῦντες ἠρώτων τοὺς περὶ Ἀθανάσιον, εἴπου Ἀθανάσιον τεθέανται, expuncta voce οὐδέν, quæ inepta est ac superflua. Emendationem nostram confirmat Nicephorus, apud quem hæc vox non legitur, sive quod ipse eam in suo codice non invenerat, sive quod eam locutionem non probabat. Porro hæc narratio desumpta est ex Rufino.

## VARIORUM.

[v] *Ἐκ προστάγματος βασιλικοῦ.* In Juliani epist. 26, cui titulus Ἀλεξανδρεῦσι διάταγμα, sic habetur : Ἀθανάσιον δὲ πυνθάνομαι τὸ τολμηρότατον· *Audio Athanasium, hominem audacissimum, solita audacia elatum, episcopatus, ut ipsi vocant, sedem usurpare. Quæ res non mediocriter Alexandrino populo displicet. Quare eum jubemus urbe excedere. quo die humanitatis nostræ litteras acceperit. Quod si in urbe remanserit, longe majores gravioresque pœnas ei denuntiamus.* Interpellantibus autem pro Athanasio Christianis Alexandrinis, prolixa epistola 51 rescribit Julianus, quam claudit his verbis : Ἀπελθεῖν αὐτῷ προηγορεύσαμεν τῆς πόλεως πάλαι· νυνὶ δὲ καὶ Αἰγύπτου πάσης· *Cedere illum pridem urbe jussimus, nunc autem Ægypto etiam universa.* Ut autem Athanasii exsilium magis adhuc urgeret, aliam misit epistolam, gravem cohorti ejus multam minatus, ni Athana- D sium ante Kalendas Decembres ex urbe, vel potius universa Ægypto ejicerent. Ubique autem venerandum Patrem odiosis nominibus probrisque exagitat; Arium interim et Aetium hæreticos amicissimis verbis compellat. Quod notatu dignum ob quosdam hujus ævi pseudo-Christianos, Ario quam Athanasio longe faventiores. Videant hic quo duce id faciant.

[x] *Καὶ ἐκεῖ λανθάνων διῆγεν ἕως οὗ ὁ διωγμὸς ἐπαύσατο.* Ita quidem et Theodoritus. Verum hæc aperte repugnant historiæ quam narrat Ammonius, epistola in Actis SS. 14 Maii : cui utpote Athanasio æquali fidem negare nefas. In desertum igitur, teste Ammonio, profugit Athanasius : et ad Juliani usque obitum, nec satis tutus ab insidiis inimicorum, incertis sedibus apud monachos diversabatur. (Cl. monachi Benedict. Vita Athanas. ad ann. 362, p. 81.)

Digitized by Google

τοῖς Χριστιανοῖς περὶ τούτου προσελθοῦσιν αὐτῷ, Ὑμέτερόν ἐστιν, ἔλεγεν, αὐτοὺς πάσχοντας κακῶς ὑπομένειν· τοῦτο γὰρ τοῦ ὑμετέρου Θεοῦ παράγγελμα.

### ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

*Περὶ τῶν ἐν Μηρῷ τῇ πόλει τῆς Φρυγίας, ἐπὶ Ἰουλιανοῦ μαρτυρησάντων.*

Ἐν γοῦν τῇ Μηρῷ [y] πόλει τῆς ἐπαρχίας τῆς Φρυγίας ἄρχων ἦν Ἀμάχιος (63), τὸ τῇδε ἱερὸν ἀνοιγῆναι προστάξας, ἐκκαθαίρεσθαί τε τὸν ἐκ τοῦ χρόνου συναχθέντα ῥύπον ἐκέλευε, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ἀγάλματα ἐπιμελείας ἠξίου. Τοῦτο γινόμενον, σφόδρα τοὺς Χριστιανοὺς ἐλύπει. Μακεδόνιος [z] δέ τις καὶ Θεόδουλος καὶ Τατιανὸς, ζήλῳ τοῦ Χριστιανισμοῦ, τὴν λύπην οὐχ ἤνεγκαν. Ἀλλ' ἔνθερμον τὸ φρόνημα πρὸς ἀρετὴν κεκτημένοι, νυκτὸς εἰς τὸν ναὸν εἰσπηδήσαντες, συντρίβουσι τὰ ἀγάλματα. Τοῦ δὲ ἡγεμόνος ἐπὶ τῷ γεγονότι σφόδρα χαλεπήναντος, καὶ πολλοὺς τῶν κατὰ πόλιν ἀναιτίων ἀναιρεῖσθαι σπουδάζοντος, προσφέρουσιν ἑαυτοὺς οἱ αὐθένται τοῦ πράγματος· καὶ μᾶλλον αὐτοὶ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀποθνήσκειν ᾑροῦντο, ἤπερ ἰδεῖν ἑτέρους ἀνθ' ἑαυτῶν ἀποθνήσκοντας. Τούτους λαβὼν ὁ ἡγεμὼν, ὡς ὑπὲρ τοῦ ἀδικήματος τοῦ παρ' αὐτῶν γενομένου διὰ θυσίας ἀπολογεῖσθαι ἐκέλευε· μὴ ποιοῦντας δὲ τοῦτο, τιμωρεῖσθαι ἠπείλει. Οἱ δὲ, γενναῖοι τὸ φρόνημα ὄντες, μικρὰ τῶν ἀπειλῶν φροντίσαντες, πάνθ' ὑπομένειν ἑτοίμως εἶχον· καὶ μᾶλλον θνήσκειν ᾑροῦντο, ἢ ταῖς θυσίαις μολύνεσθαι. Τότε δὴ πάσαις βασάνοις ὑποβαλὼν τοὺς ἄνδρας, τέλος ἐσχάραις ἐπιθεὶς, καὶ πῦρ ταύταις ἐπιτεθῆναι κελεύσας, οὕτως ἀπόλλυσιν. Οἱ δὲ, τὴν κορωνίδα τῆς ἀνδρίας τηνικαῦτα ἐπέδειξαν, πρὸς τὸν ἡγεμόνα τοιαῦτα εἰπόντες· Εἰ ἐπεθύμησας ὀπτῶν, ὦ Ἀμάχιε, κρεῶν ἀπογεύσασθαι, στρέψον ἡμᾶς καὶ εἰς τὰς ἑτέρας πλευρὰς, ἵνα μὴ εἰς τὴν γεῦσιν ἡμίοπτοι φανῶμέν σοι. Τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόπον οὗτοι τὸν βίον ἐτέλεσαν.

### ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

*Ὡς τοῦ βασιλέως κωλύσαντος τοὺς Χριστιανοὺς Ἑλληνικὴν παίδευσιν μανθάνειν, οἱ Ἀπολινάριοι εἰς τὸ ἐπιγράφειν λόγους ὡρμήθησαν.*

Ὁ μέντοι τοῦ βασιλέως νόμος, ὃς τοὺς Χριστιανοὺς Ἑλληνικῆς παιδείας μετέχειν ἐκώλυε, τοὺς Ἀπολιναρίους, ὧν καὶ πρότερον ἐμνημονεύσαμεν, φανερωτέρους ἀπέδειξεν. Ὡς γὰρ ἄμφω ἤστην ἐπιστήμονες λόγων, ὁ μὲν πατὴρ γραμματικῶν, σοφιστικῶν δὲ ὁ υἱὸς, χρειώδεις ἑαυτοὺς πρὸς τὸν παρόντα καιρὸν τοῖς Χριστιανοῖς ἀπεδείκνυον. Ὁ μὲν γὰρ εὐθὺς γραμματικὸς ἅτε, τὴν τέχνην γραμματικὴν (64)

A tebat, ab illis exigentes : interdum etiam tormenta corporibus eorum infligentes. Hæc imperator cum probe sciret, negligebat tamen : et Christianis ob eam causam ipsum adeuntibus ita respondit : Vestrum est patienter ferre aliorum injurias : hoc enim est præceptum Dei vestri.

### CAP. XV.

*De iis qui regnante Juliano apud Merum Phrygiæ urbem martyrio perfuncti sunt.*

Eodem tempore apud Merum urbem Phrygiæ præses provinciæ Amachius templum aperiri jussit, et sordes quæ longinquitate temporis in eo coacervatæ erant, exportari : statuas denique illic positas expoliri præcepit. Hoc illius factum Christianorum animis gravem incussit dolorem. Itaque
B Macedonius quidam et Theodulus ac Tatianus, zelo Christianæ religionis incensi, eam indignitatem ferre minime potuerunt. Sed incredibili quodam virtutis amore flagrantes, noctu in templum irruunt, et statuas omnes confringunt. Quo facto præses graviter commotus, cum multos in ea urbe, qui prorsus insontes erant, supplicio afficere vellet, auctores facinoris ultro sese obtulere, et pro veritatis defensione ipsi occumbere maluerunt, quam sinere ut alii ipsorum vice occiderentur. Eos igitur comprehendens judex, jubet ut facinus ab ipsis perpetratum eluant sacrificando : ni ita fecerint, supplicium interminatur. At illi utpote generoso animo præditi, spretis ejus minis, paratos se ostenderunt ad tormenta quælibet sustinenda,
C et mori multo quam sacrificiis pollui maluerunt. Judex igitur cum omni tormentorum genere eos excruciasset, tandem craticulæ impositos subdito igne cremari jussit. Tunc vero illi extremum specimen fortitudinis ediderunt, his verbis præsidem allocuti : Si cupis, Amachi, carnes assas degustare, verte nos in alterum latus, ne forte gustui tuo semiassati videamur. Hoc illi modo vitam finierunt.

### 191 CAP. XVI.

*Quomodo Apollinares ad scribendos libros sese contulerint, cum imperator Christianos Græcis disciplinis institui vetuisset.*

Cæterum lex illa imperatoris Juliani, qua Christianos Græcorum disciplinis institui vetabat, duos illos Apollinares quorum superius mentionem fecimus, multo quam antea illustriores reddidit. Nam
D cum uterque humaniorum disciplinarum peritia esset instructus, pater quidem grammaticæ, filius autem rhetoricæ, ambo plurimum utilitatis eo tempore Christianis attulerunt. Pater enim utpote

## VALESII ANNOTATIONES.

(63) *Ἄρχων ἦν Ἀμάχιος.* Delendum est ἦν, vel certe ejus loco scribendum est ὤν.

(64) *Ἅτε τὴν τέχνην γραμματικήν.* Melius scriberetur, τήν τε τέχνην γραμματικὴν, vel certe mutanda est distinctio hoc modo : Ὁ μὲν γὰρ εὐθὺς γραμματικὸς ἅτε.

## VARIORUM.

[y] *Ἐν τῇ Μηρῷ.* De hac urbe vide Valesii annot. ad Sozom. lib. v, cap. 11.

[z] *Μακεδόνιος.* Macedonii et sociorum memoria celebratur duodecimo die Septembris.

Digitized by Google

grammaticus, artem grammaticam ad Christianæ religionis formam composuit, et Moysis Libros heroico carmine interpretatus est; alios præterea Veteris Instrumenti libros qui historiarum more conscripti sunt, partim dactylico carmine exposuit, partim ad formam tragœdiæ personis adhibitis elaboravit. Omnique numerorum genere de industria usus est, ne qua Græcanicæ locutionis forma Christianis nova atque inaudita relinqueretur. Junior autem Apollinaris, in arte dicendi valde exercitatus, Evangelia et apostolorum scripta ad formam dialogorum exposuit, exemplum Platonis apud Græcos secutus. Ad hunc modum cum Christianæ religioni utiles se præbuissent, imperatoris calliditatem suo labore superarunt. Verum divina Providentia tum diligentiam illorum, tum imperatoris conatum multis partibus vicit. Etenim lex illa simul cum ipso principe celeriter exstincta est, ut in progressu historiæ declarabimus: istorum autem labores perinde habentur ac si nunquam scripti fuissent. Verum hic aliquis nobis acriter occurret ita dicens: Cur Dei providentia ista fieri affirmas? Etenim celerem quidem imperatoris interitum Christianorum rebus profuisse constat. Quod vero Christiana Apollinarium scripta abjecta sunt e manibus, et Christiani Græcorum disciplinis denuo imbui cœperunt, id Christianæ religionis haudquaquam conducit. Periculosa enim imprimis et noxia est Græcorum disciplina, quippe quæ deorum multitudinem inducit. Ad hæc nos pro virili parte ea respondebimus, quæ nobis in mentem veniunt. Gentilium disciplinas Christus et ejus discipuli nec susceperunt tanquam inspiratas divinitus, nec **192** tanquam noxias penitus rejecerunt. Atque id consulto ab illis factum esse opinor. Multi enim apud Græcos philosophi, a Dei cognitione haud procul abfuerunt. Nam disserendi scientia instructi, adversus Epicureos et alios contentiosos sophistas qui Dei providentiam negabant, strenue decertarunt, eorum confutantes inscitiam. Ac per hos quidem libros viris pietatis studiosis non parum attulerunt utilitatis: id tamen quod religionis caput est, haudquaquam sunt assecuti, propterea quod mysterium Christi a ge-

A Χριστιανικῷ τύπῳ συνέταττε· τά τε Μωϋσέως Βιβλία [a], διὰ τοῦ ἡρωϊκοῦ λεγομένου μέτρου μετέβαλε· καὶ ὅσα κατὰ τὴν Παλαιὰν Διαθήκην ἐν ἱστορίας τύπῳ συγγέγραπται, καὶ τοῦτο μὲν τῷ δακτυλικῷ μέτρῳ συνέταττε, τοῦτο δὲ, καὶ τῷ τῆς τραγῳδίας τύπῳ δραματικῶς ἐξειργάζετο. Καὶ παντὶ μέτρῳ ῥυθμικῷ ἐχρῆτο, ὅπως ἂν μηδεὶς τρόπος τῆς Ἑλληνικῆς γλώττης τοῖς Χριστιανοῖς ἀνήκοος ᾖ. Ὁ δὲ νεώτερος Ἀπολινάριος εὖ πρὸς τὸ λέγειν παρεσκευασμένος, τὰ Εὐαγγέλια, καὶ τὰ ἀποστολικὰ δόγματα, ἐν τύπῳ διαλόγων ἐξέθετο, καθὰ καὶ Πλάτων παρ' Ἕλλησιν. Οὕτω μὲν οὖν τῷ Χριστιανισμῷ χρειώδεις φανέντες, τοῦ βασιλέως τὸ σόφισμα διὰ τῶν οἰκείων πόνων ἐνίκησαν. Ἀλλ' ἡ πρόνοια τοῦ Θεοῦ κρείσσων ἐγένετο, καὶ τῆς τούτων σπουδῆς, καὶ τῆς τοῦ B βασιλέως ὁρμῆς. Ὁ μὲν γὰρ νόμος, οὐκ εἰς μακρὰν ἀπέσβη τῷ βασιλεῖ, ὡς προϊόντες δηλώσομεν· τῶν δὲ οἱ πόνοι, ἐν ἴσῳ τοῦ μὴ γραφῆναι λογίζονται [b]. Ἀλλ' ἐρεῖ τις γοργῶς πρὸς ἡμᾶς ἀπαντῶν· Πῶς φῂς προνοίᾳ Θεοῦ ταῦτα γενέσθαι; Τὴν μὲν γὰρ τοῦ βασιλέως ταχεῖαν τελευτὴν, λυσιτελῆσαι τῷ Χριστιανισμῷ δῆλόν ἐστι. Τὸ δὲ παρεῤῥίφθαι τὰ τῶν Ἀπολιναρίων χριστιανικὰ ποιήματα, καὶ πάλιν τοὺς Χριστιανοὺς τὴν Ἑλλήνων μανθάνειν παιδείαν, οὐκέτι τοῦτο λυσιτελεῖν τῷ Χριστιανισμῷ. Πρὸς βλάβης γὰρ εἶναι τὴν Ἑλληνικὴν παιδείαν, πολυθεΐαν διδάσκουσαν. Πρὸς ταῦτα οὖν, τὰ ὑποπίπτοντα ἡμῖν ὡς οἷόν τε λέξομεν. Ἡ Ἑλληνικὴ παίδευσις, οὔτε παρὰ τοῦ Χριστοῦ, οὔτε παρὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, ἢ ὡς θεόπνευστος ἐδέχθη, ἢ ὡς ἐπιβλαβὴς ἐξεβλήθη. Καὶ C τοῦτο, ὡς ἡγοῦμαι, οὐκ ἀπρονοήτως ἐποίησαν. Πολλοὶ γὰρ τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσοφησάντων, οὐ μακρὰν τοῦ γνῶναι τὸν Θεὸν ἐγένοντο. Καὶ γὰρ καὶ πρὸς τοὺς ἀπρονοησίαν εἰσάγοντας, οἷον Ἐπικουρίους, ἢ ἄλλως ἐριστικοὺς, μετὰ τῆς λογικῆς ἐπιστήμης γενναίως ἀπήντησαν, τὴν ἀμαθίαν αὐτῶν ἀνατρέποντες· καὶ διὰ τούτων τῶν λόγων, χρειώδεις μὲν τοῖς τὴν εὐσέβειαν ἀγαπῶσι κατέστησαν· οὐ μὴν τῆς κεφαλῆς τοῦ λόγου ἐκράτησαν, τοῦ μὴ γνῶναι τὸ ἀποκρυπτόμενον ἀπὸ τῶν γενεῶν καὶ ἀπὸ τῶν αἰώνων κατὰ Χριστὸν μυστήριον. Καὶ τοῦθ' οὕτως ἔχειν, ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολῇ ὁ Ἀπόστολος δείκνυσι, δι' ὧν φησιν· *Ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ Θεοῦ ἀπ' οὐρανῶν, ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀν-*

## VARIORUM ANNOTATIONES.

[a] *Τά τε Μωϋσέως Βιβλία.* Imo, si rem recte narrat Sozomenus, totam Hebræorum antiquitatem usque ad regnum Saulis, eodem versus genere conscripsit, et universum opus in quatuor et viginti partes distribuens, singulis libris ex Græci alphabeti litteris ordine recensitis cognomentum indidit: adeo ut brevi tempore lucubrationes composuerit et numero et præstantia æquales iis quæ apud Græcos in eo genere celebres exstitere, seu genium, seu dictionem, seu formam, seu dispositionem operis spectes. (Guil. Cave vol. I, pag. 176.)

[b] *Τῶν δὲ οἱ πόνοι, ἐν ἴσῳ τοῦ μὴ γραφῆναι λογίζονται.* Verum exstat hodie metaphrasis Psalmorum tum in Appendice ab Bibliothecam Patrum, Paris. 1624, tum seorsum edita Græce Paris. D 1580, 8°, quæ nunc patri Apollinari, nunc filio tribuitur. Patri rectius meo judicio ascribit Gerardus Vossius, De histor. Græc. lib. II, cap. 18, cui etiam ascriberem ego tragœdiam quæ Christus patiens dicitur, et sub Greg. Nazianzeni nomine inter ejus Opera excudi solet. Filii librorum fragmenta aliquot in Catenis veterum in Job, in Psalmos, in Matthæum, Lucam, etc., reperiri possunt. Exstant etiam Gr. Lat. epistolæ duæ ad Basilium apud Coteler. Monument. Eccles. Græc. tom. II; verum an genuinæ sint, dubitari potest. Aubertus Miræus notis in Hieronymi Catalogum meminit libelli cujusdam De ætatibus hominum, sub Apollinarii nomine Leodici anno 1575 editi: de quo quod dicam non habeo, utpote quem nunquam vidi. (Cave ibid. et pag. 203.)

Digitized by Google

*ὑμῶν, τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων, διότι τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς. Ὁ Θεὸς γὰρ αὐτοῖς ἐφανέρωσε. Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης, εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους· διότι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν.* Διὰ τούτων φαίνονται γνῶσιν μὲν ἀληθείας ἔχοντες, ἣν ὁ Θεὸς αὐτοῖς ἐφανέρωσεν. Ἔνοχοι δὲ γίνονται, διότι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν. Οὐκοῦν τὸ μὴ κωλῦσαι τὰ Ἑλλήνων μανθάνειν, τῇ γνώμῃ τῶν βουλομένων κατέλιπον. Εἷς μὲν οὖν οὗτος λόγος εἰρήσθω ἡμῖν πρὸς τὸ προκείμενον. Ἕτερος δὲ τοιοῦτος· Αἱ θεόπνευστοι Γραφαὶ, δόγματα μὲν θαυμαστὰ καὶ ὄντως θεῖα διδάσκουσι. Καὶ πολλὴν μὲν εὐλάβειαν καὶ βίον ὀρθὸν τοῖς ἀκροαταῖς ἐντιθέασι, πίστιν τε θεοφιλῆ τοῖς σπουδαίοις παρέχουσιν. Οὐ μὴν τέχνην διδάσκουσι λογικὴν, πρὸς τὸ δύνασθαι ἀπαντᾷν τοῖς βουλομένοις τῇ ἀληθείᾳ προσπολεμεῖν. Σφόδρα δὲ καταπολεμοῦνται οἱ πολέμιοι, ὅταν τοῖς αὐτῶν ὅπλοις χρώμεθα κατ' αὐτῶν. Τοῦτο δὲ οὐκ ἐνῆν ὑπάρχειν τοῖς Χριστιανίζουσι, δι' ὧν οἱ Ἀπολινάριοι ἔγραψαν. Τοῦτο καὶ ὁ βασιλεὺς Ἰουλιανὸς σκοπήσας, νόμῳ τοὺς Χριστιανοὺς ἀπέτρεπε τὰ Ἑλλήνων παιδεύεσθαι. Εὖ γὰρ ἠπίστατο, ὡς οἱ μῦθοι εὐδιάβολον αὐτοῦ τὴν δόξαν ποιήσουσιν. Ὧν καὶ καταγνοὺς Σωκράτης ὁ παρ' αὐτοῖς κορυφαιότατος φιλόσοφος, ὡς παραχαράσσων τὰ παρ' αὐτοῖς δαιμόνια κατεκρίθη. Ἄλλως τε παρεγγυῶσιν ἡμῖν ὅ τε Χριστὸς καὶ ὁ τούτου Ἀπόστολος (65), γίνεσθαι τραπεζῖται δόκιμοι, ὥστε τὰ πάντα δοκιμάζειν, τὸ καλὸν κατέχοντας. Προσέχειν δὲ μή τις ὑμᾶς ἔσται συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης. Τοῦτο δὲ οὐκ ἂν πεισόμεθα, εἰ μὴ ὅπλα τῶν πολεμίων κτησαίμεθα, καὶ ἐν τῷ κτᾶσθαι, μὴ τὰ τῶν πολεμίων φρονῶμεν· ἀλλὰ τὸ μὲν κακὸν ἐκτρεπόμεθα· τὸ δὲ καλὸν καὶ τὴν ἀλήθειαν ἔχοντες, πάντα προσλαμβάνομεν δοκιμάζοντες. Τὸ γὰρ καλὸν ἔνθα ἂν ᾖ, ἴδιον τῆς ἀληθείας ἐστίν. Εἰ δέ τις ἡμᾶς βιαίως ταῦτα λέγειν νομίζει, σκοπησάτω ὅτι ὁ Ἀπόστολος οὐ μόνον οὐ κωλύει μανθάνειν Ἑλληνικὴν παίδευσιν· ἀλλὰ γὰρ φαίνεται καὶ αὐτὸς μὴ ἀμελήσας αὐτῆς, ἕνεκεν τοῦ γνῶναι πολλὰ τῶν εἰρημένων τοῖς Ἕλλησιν. Ἐπεὶ πόθεν ὁρμώμενος ἔλεγε· *Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαὶ*, εἰ μὴ τοὺς Ἐπιμενίδου τοῦ Κρητὸς, ἀνδρὸς τελεστοῦ, ἀνεγνώκει χρησμούς (66);

A nerationibus et sæculis absconditum ignorarent [69]. Atque hoc ita se habere, Apostolus in Epistola ad Romanos declarat his verbis: *Revelatur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem et iniquitatem hominum, qui veritatem in injustitia detinent; quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis revelavit Invisibilia enim ejus a creatione mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus atque divinitas: adeo ut sint inexcusabiles; quia cum cognovissent Deum, non ut Deum glorificaverunt* [70]. Ex quibus apparet habuisse quidem illos veritatis cognitionem, quam Deus ipsis patefecerat; reos tamen esse, propterea quod cum Deum cognovissent, non sicut Deum glorificarunt. Cum igitur apostoli gentilium B disciplinis operam dare nequaquam vetuerint, id in cujusque arbitrio situm esse voluerunt. Atque hæc prima sit ratio qua ad propositam quæstionem respondemus. Altera vero est hujusmodi: Scripturæ divinitus inspiratæ dogmata quidem admiranda tradunt prorsusque divina: et tum eximiam pietatem rectamque vivendi rationem auditorum animis insinuant, tum fidem Deo acceptam studiosis hominibus præbent. Artem vero dicendi minime docent, qua illis qui veritatem oppugnare nituntur, resistere possimus. Porro adversarii tunc facillime expugnantur, cum illorum armis contra ipsos utimur. Istud autem Christianis suppetere non poterat ex iis libris quos Apollinares conscripsere. Quod cum Julianus etiam perspexis- C set, lege lata prohibuit ne Christiani Græcorum disciplinis imbuerentur. Probe enim sciebat futurum ut fabulæ opinionem, quam ipse imbiberat, ridiculam et reprehensioni obnoxiam redderent. Quas quidem Socrates philosophorum apud illos facile princeps cum improbaret, perinde ac si dæmonia ipsorum violare tentasset, condemnatus est. Præterea tum Christus, tum ejus Apostolus nobis præcipiunt ut simus boni nummularii, omnia quidem explorantes, quod autem probum est retinentes [71]. Attendamusque ne quis per philosophiam et inanem fallaciam nos decipiat [72]. Istud autem nunquam assequemur, nisi adversariorum armis potiamur, iisque potiti, non idem cum ipsis D sentiamus, sed malum quidem aversemur, bonum autem ac **193** veritatem tenentes, cuncta quæ assumimus exploremus. Bonum enim, ubi-

[69] Coloss. I, 26. [70] Rom. I, 18-21. [71] I Thess. V, 21. [72] Coloss. II, 8.

## VALESII ANNOTATIONES.

(65) *Ὅ τε Χριστὸς καὶ ὁ τούτου Ἀπόστολος.* Quo in loco id præceptum Christi legatur, *ut simus boni nummularii*, incertum est. Nam in Evangeliis hoc præceptum non legitur. Sed cum Origenes et Hieronymus istud a Christo mandatum esse consentiant, et ab Apostolo postea inculcatum sit, assentior Jacobo Usserio, qui dictum illud Christi in Evangelio secundum Hebræos relatum fuisse existimat. Porro hujus dicti frequens mentio est apud veteres. Meminit inter cæteros Palladius in Vita Joannis Chrysostomi, ita loquens: *Γίνεσθε γάρ*, φησὶν ἡ Γραφὴ, *δόκιμοι τραπεζῖται, τὸ κίβδηλον ἀπὸ τοῦ δοκίμου ῥίπτοντες*. Vide quæ notavi ad librum VI Eusebii cap. 7.

(66) *Ἀνεγνώκει χρησμούς.* Multa quidem prædicta sunt ab Epimenide, partim Atheniensibus, partim Lacedæmoniis, partim etiam Cretensibus, ut videre est apud Diogenem Laertium. Oracula tamen ab eo scripta esse nusquam legi. Suidas ait eum scripsisse poemata quædam mystica et expiatoria, et alia quædam obscura: Ἔγραψε δὲ πολλὰ ἐπικῶς, μυστήρια καὶ καθάρματα, καὶ ἄλλα αἰνι-

Digitized by Google

cunque fuerit, proprium est veritatis. Quod si quis hæc a nobis violentius et præter sensum Scripturarum dici existimat, is consideret, Apostolum non modo non prohibere ne Græcorum litteris erudiamur, sed ipsum quoque videri eas minime neglexisse, quippe qui multa quæ dicta sunt a Græcis, nosse deprehendatur. Nam unde, quæso, hoc dixit: *Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri* [73], nisi quod Epimenidis Cretensis initiatoris oracula legerat? Aut unde istud noverat · *Illius enim et genus sumus* [74], nisi Arati astronomi Phænomena didicisset? Sed et illud, *Bonos mores corrumpunt colloquia prava* [75], satis ostendit, illum Euripidis Tragœdiarum non ignarum fuisse. Verum quid opus est prolixiorem de hac re sermonem contexere? Etenim jam inde a priscis temporibus, tanquam ex inolita quadam consuetudine, Ecclesiarum doctores in Græcorum disciplinis ad extremam usque senectutem sese exercuisse deprehenduntur; idque partim eloquentiæ et ingenii excolendi causa, partim ut ea ipsa convincerent in quibus Græci a veritate aberraverant. Atque hæc Apollinarium gratia a nobis pro captu nostro dicta sint.

A Ἢ πόθεν ἐγνώκει τὸ, *Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν*, εἰ μὴ τὰ Φαινόμενα τοῦ ἀστρονόμου Ἀράτου ἠπίστατο; Ἀλλὰ καὶ τὸ, *Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαὶ*, δείκνυσι μὴ ἀνήκοον τῶν Εὐριπίδου δραμάτων τυγχάνοντα. Καὶ τί δεῖ περὶ τούτων μηκύνειν τὸν λόγον; Καὶ ἀνέκαθεν ὡς ἔκ τινος μὴ κεκωλυμένης συνηθείας, οἱ κατὰ τὰς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι, δείκνυνται ἄχρι γήρως τὰ Ἑλλήνων ἀσκούμενοι· τοῦτο μὲν εὐγλωττίας χάριν καὶ γυμνασίας τοῦ νοῦ· τοῦτο δὲ, καὶ πρὸς τὴν αὐτῶν ἐκείνων κατάγνωσιν, περὶ ὧν ἀπεσφάλησαν. Ταῦτα μὲν οὖν ἕνεκεν τῶν Ἀπολιναρίων οἷόν τε εἰρήσθω.

## CAP. XVII.

*Quomodo imperator contra Persas expeditionem parans, cum ab Antiochensibus derisus esset, orationem quæ Misopogon inscribitur, adversus eos edidit.*

Interea imperator cum magnam pecuniæ vim a Christianis corrasisset, contra Persas properans, Antiochiam Syriæ ingressus est. In qua dum moratur, gloriæ studium quo flagrabat, Antiochenis etiam volens ostendere, pretia rerum venalium plus æquo imminuit, nulla temporis ratione habita; nec illud animo reputans, præsentiam numerosi exercitus necessario damnum inferre provincialibus, et rerum necessariarum abundantiam civitatibus adimere. Itaque cociones et dardanarii, dispendium quod ex imperatoris præcepto sibi contigerat, ægre ferentes, a negotiatione deinceps abstiterunt. Hinc factum est ut annona in foro deficeret. Quem casum non ferentes **194** Antiocheni, homines suopte ingenio proni ad conviciandum, sine mora in imperatorem ipsum erumpunt, et adversus illum vociferantur. Et in barbam ejus cavillantes (erat enim ille prolixiore barba), tondendam esse dicebant, et

B

## ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

*Ὡς ὁ βασιλεὺς εἰς Πέρσας μέλλων ἐλαύνειν, καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ γενόμενος, ὑπ' αὐτῶν σκωφθεὶς, τὸν Μισοπώγωνα λόγον προσεφώνησε.*

Ὁ μέντοι βασιλεὺς πλεῖστα ἐκ τῶν Χριστιανῶν κομισάμενος χρήματα, ἐπὶ Πέρσας τε τὴν σπουδὴν ποιούμενος, τὴν ἐν Συρίᾳ καταλαμβάνει Ἀντιόχειαν. Ἐν ᾗ γενόμενος, τὸ προσόν τε αὐτῷ φιλότιμον καὶ Ἀντιοχεῦσιν ἐπιδεῖξαι βουλόμενος, τὰς τιμὰς τῶν ὠνίων [c] πλέον ἢ ἔδει, εἰς ἔλαττον κατεβίβασε, μὴ στοχασάμενος τοῦ καιροῦ· μηδὲ λογισάμενος, ὡς παρουσία πολυπληθίας στρατοπέδου, τοῖς τε ἐπαρχιώταις ἐξανάγκης ζημία γίνεται, καὶ τὴν ἀφθονίαν ἐκκόπτει τῶν πόλεων. Διόπερ οἱ μεταβολεῖς (67) καὶ οἱ τῶν ὠνίων κάπηλοι, μὴ ἐνεγκόντες τὴν ἐκ τοῦ C βασιλικοῦ προστάγματος ζημίαν, τῆς ἐμπορίας τότε ἀπέσχοντο. Ἐκ δὲ τούτου, τὰ ὤνια ἀπελείπετο. Καὶ τὴν προσβολὴν μὴ ἐνεγκόντες οἱ Ἀντιοχεῖς· εὐρίπιστοι γὰρ οἱ ἄνθρωποι εἰς ὕβρεις· μὴ μελλήσαντες, κατὰ τοῦ βασιλέως ἐχώρησαν· κατεβόων τε αὐτοῦ, καὶ ἀπέσκωπτον εἰς τὸν πώγωνα· βαθυγένειος γὰρ ἦν· κείρειν τε ἔλεγον τοῦτον [d] καὶ σχοινία πλέκειν

[73] Tit. I, 12. [74] Act. XVII, 28. [75] I Cor. XV, 33.

## VALESII ANNOTATIONES.

γματώδη. Hæc igitur oracula dici possunt. Certe Epimenides vir fuit lustrationum et consecrationum peritissimus. Usus est autem in lustrationibus præcipue scilla. Quare et scillæ quædam species ab ejus nomine ἐπιμενίδειος dicta. Theophrastus in libro VII, cap. 10: Ἐδώδιμοι γὰρ οὐ μόνον βόλβοι καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ ἀσφοδέλου, καὶ τῆς σκίλλης· πλὴν οὐ πάσης, ἀλλὰ τὸ ἐπιμενιδείου καλουμένης, ἥτις ἀπὸ τῆς χρήσεως ἔχει τὴν προσηγορίαν. Hinc apparet cur Socrates Epimenidem vocarit ἄνδρα τελεστὴν, id est consecratorem seu initiatorem, non ut Musculus vertit, *initiatum*.

(67) *Διόπερ οἱ μεταβολεῖς*. Ita Græci vocant viles ac minutos mercatores, eo quod merces exiguo pretio commutent. Μεταβάλλειν enim est mercari, et μεταβολὴ mercatura, ut docet Pollux in libro III, cap. 25. Hinc παλίμβολος olim dictus est, qui sæpe auctione venditus fuerat: ὁ πολλάκις ἐπ' ἐμπολῇ μεταβεβλημένος, ut ait Harpocration. Eos Latini cociones dixerunt et arilatores ac dardanarios. D Glossæ cocio μεταβολεύς. Item aliæ glossæ μεταβολεὺς, μεταπράτης, dardanarius, cociator, arilator. Nicephorus vero παλινκαπήλους dixit, quos Socrates vocat μεταβολεῖς. Sunt autem παλινκάπηλοι, qui Latine revenditores, et regrattarii vocantur, quales olim erant dardanarii. Glossæ veteres παλινκάπηλος, dardanarius.

## VARIORUM.

[c] *Τὰς τιμὰς τῶν ὠνίων*. *Popularitatis amore vilitati studebat venalium rerum, quæ nonnunquam secus quam convenit ordinata, inopiam gignere solet et famem*, inquit Amm. Marcell. lib. XXII, cap. 14. Id quod accidit sub Commodo, ut de eo testatur Lampridius. *Ipse vero*, inquit, *sæculum aureum Commodianum nomine assimulans, vilitatem proposuit, ex qua majorem postea penuriam fecit.*

[d] *Κείρειν τε ἔλεγον τοῦτον*. *Ridebatur ut cercops, homo brevis, humeros extentans angustos,*

Digitized by Google

ἐξ αὐτοῦ· τὸ νόμισμά τε αὐτοῦ ταῦρον ἔχειν ᵉ, καὶ τὸν κόσμον ἀνατετράφθαι. Ὢν γὰρ δὴ ὁ βασιλεὺς πολὺ δεισιδαίμων, ταύρους τε συνεχῶς θύων πρὸς τοῖς βωμοῖς τῶν εἰδώλων, βωμὸν καὶ ταῦρον ἐντυπωθῆναι κεκελεύκει τῷ ἑαυτοῦ νομίσματι. Ἐκ τούτων δὴ τῶν σκωμμάτων εἰς ὀργὴν ἐκπεσὼν ὁ βασιλεὺς, διηπείλει πᾶν ποιῆσαι κακὸν τῇ Ἀντιοχέων πόλει· καὶ ἐπὶ Ταρσὸν τῆς Κιλικίας ἐξυποστρέφει (68)· ἐκεῖ τε τὰ ἐπιτήδεια κελεύσας εὐτρεπισθῆναι, ἀπαίρειν ἐσπούδαζεν. Ὅθεν ὑπόθεσιν ἔσχεν ὁ σοφιστὴς Λιβάνιος, γράψαι τόν τε πρεσβευτικὸν ὑπὲρ Ἀντιοχέων, καὶ τὸν πρὸς Ἀντιοχεῖς περὶ τῆς τοῦ βασιλέως ὀργῆς (69). Ἀλλὰ τούτους μὲν τοὺς λόγους φασὶ γράψαντα τὸν σοφιστὴν, μηκέτι εἰς πολλοὺς εἰρηκέναι. Ὁ βασιλεὺς δὲ ἀφέμενος ἔργοις τοὺς ὑβρικότας ἀμύνασθαι, τῷ ἀντισκῶψαι τὴν ὀργὴν διελύσατο· τὸν γὰρ πεπονημένον αὐτῷ B Ἀντιοχικὸν, ἤτοι μισοπώγωνα λόγον ᶠ διεξελθὼν, στίγματα διηνεχῆ τῇ Ἀντιοχέων πόλει κατέλιπεν. Περὶ μὲν δὴ τούτων τοσαῦτα εἰρήσθω. Λεκτέον δὲ καὶ οἷα τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ Χριστιανοῖς ὁ βασιλεὺς τότε πεποιήκει.

A funes ex ea texendos. Denique aiebant taurum in ejus nummis sculptum esse, a quo scilicet eversus esset orbis terrarum. Quippe imperator cum dæmonum superstitioso cultui admodum deditus esset, et ad aras deorum suorum assidue tauros immolaret, aram et taurum nummis suis insculpi jusserat. His dicteriis imperator ad iram provocatus, malo se mulctaturum urbem Antiochensium minatus est, et Tarsum Ciliciæ reversurum. Cumque illic necessaria parari jussisset, ex civitate discessit. Quæ res occasionem præbuit sophistæ Libanio duas orationes scribendi : alteram ad imperatorem pro Antiochensibus, alteram ad Antiochenses de imperatoris ira. Verum has orationes scripsisse quidem sophista ille dicitur, non tamen publice recitasse. Imperator vero abjecto priore consilio, quo injuriam sibi a conviciatoribus illatam factis ulcisci decreverat, reciprocis conviciis ac dicteriis iram suam explevit. Libro enim adversus eos edito, quem Antiochicum sive Misopogonem inscripsit, Antiochensium civitati notam inussit sempiternam. Sed de his hactenus. Jam vero dicendum quoque est, quibus tunc malis Christianos Antiochiæ idem imperator affecerit.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

vates essem. Id enim satius erat, quam ut orbis terrarum tantis repleretur malis, et tale monstrum exsisteret, quale nunquam antea visum fuerat, tametsi multa diluvia memorentur atque incendia; multi terræ motus atque hiatus; ad hæc hominum inhumanæ species ac belluinæ; feræ denique prodigiosæ atque ex diversis generibus compositæ referantur. Enimvero dignum amentia sua finem sortitus est. » Hæc Gregorius de Juliano scripsit. Cæterum quod in libris suis quos adversus Christianos scripserunt, veritatem obruere conati sint, nonnulla e sacris Litteris pervertendo, quædam inserendo, cuncta vero ad suum sensum atque institutum interpretando: multi scriptis adversus illos responsionibus ostenderunt, et sophisticas illorum argutias everterunt ac refutarunt. Sed præ reliquis omnibus Origenes, qui quidem Juliano longe vetustior fuit, ea quæ in sacris Scripturis animos legentium conturbare videbantur, sibimetipse objiciens atque exponens, sophisticas malevolorum hominum cavillationes repulit. Quæ si diligenter perlegissent Julianus atque Porphyrius, et si placido animo ea suscepissent, prorsus stylum suum ad aliud argumentum convertissent, nec ad impietatis plena sophismata conscribenda, animum suum unquam applicuissent. Quod vero imperator cavillari studuerit, apud rudes et imperitos verba faciens, non apud eos qui ex sacris Litteris expressam veritatis gerunt imaginem, hinc licet perspicere: nam cum multa quæ propter dispensationem necessitatis causa humano more de Deo **203** dicuntur excerpsisset atque in unum collegisset, tandem hæc subjungit ad verbum. Horum singula, nisi sermo ipse arcanam quamdam habeat intelligentiam, quod quidem facile existimo, multa in Deum impietate referta sunt. Hæc ille in tertio contra Christianos libro totidem verbis scripsit. In eo autem libro quem de cynica philosophia inscripsit, docens qua ratione sacras fabulas fingere deceat, hujusmodi in rebus occultandam ait esse verita-

A ἀνώτερος ὤν, τὰ δοκοῦντα ταράττειν τοὺς ἐντυγχάνοντας ταῖς ἱεραῖς Βίβλοις ἀνθυπενεγκὼν ἑαυτῷ, καὶ ἑρμηνεύσας, τὰς τῶν ἀγνωμονούντων σοφιστικὰς εὑρεσιλογίας ἀπέκλεισεν. Οἷς εἰ μὴ παρέργως ἐντετυχήκασιν Ἰουλιανὸς καὶ Πορφύριος, εὐγνωμόνως τε αὐτὰ ἐδέξαντο, πάντως ἂν εἰς ἑτερά τινα τοὺς λόγους ἔτρεψαν, καὶ οὐκ ἂν εἰς τὰ σοφίσματα (84) βλάσφημα γράφειν ἐτράπησαν. Ὅτι δὲ ὁ βασιλεὺς σκῶψαι ἐπετήδευσε πρὸς τοὺς ἰδιώτας καὶ ἁπλουστέρους τοὺς λόγους ποιούμενος, οὐ μὴν πρὸς τοὺς ἐκ τῶν ἱερῶν Γραμμάτων, μόρφωσιν τῆς ἀληθείας ἔχοντας, ἐκεῖθεν δῆλόν ἐστι· λαβὼν γὰρ τὰ ῥήματα, ὅσα χρείας ἕνεκεν οἰκονομικῶς ἐπὶ τοῦ Θεοῦ ἀνθρωπικώτερον τέτακται, καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἐπισυνείρας, τέλος ἐπιφέρει κατὰ λέξιν τάδε. Τούτων τοίνυν ἕκαστον, εἰ μὴ λόγος ἐστὶν B ἀπόῤῥητον ἔχων τινὰ θεωρίαν, ὅπερ ἐγὼ νενόμικα, πολλῆς γέμουσιν οἱ λόγοι περὶ αὐτοῦ βλασφημίας. Ταῦτα μὲν ἐν τῷ τρίτῳ αὐτοῦ κατὰ Χριστιανῶν βιβλίῳ αὐταῖς λέξεσιν εἴρηκε. Καὶ ἐν τῷ λόγῳ δὲ αὐτοῦ ὃν περὶ Κυνισμοῦ (85) ἐπέγραψε, διδάσκων ὅπως δεῖ τοὺς ἱεροὺς πλάττειν μύθους, φησὶ δεῖν κρύπτειν τὴν περὶ τῶν τοιούτων ῥημάτων ἀλήθειαν, λέγων αὐτοῖς ῥήμασι τάδε· Φιλεῖ γὰρ ἡ φύσις κρύπτεσθαι· καὶ τὸ κεκρυμμένον τῆς τῶν θεῶν οὐσίας οὐκ ἀνέχεται γυμνοῖς εἰς ἀκαθάρτους ἀκοὰς ῥίπτεσθαι ῥήμασι. Φαίνεται δὴ διὰ τούτων ὁ βασιλεὺς ὑπόνοιαν ἔχειν περὶ τῶν θείων Γραφῶν, ὡς εἴησαν λόγοι μυστικοὶ, ἀπόῤῥητόν τινα θεωρίαν ἔχοντες· ἀγανακτεῖ δὲ, ἐφ' οἷς μὴ καὶ πάντες τὴν αὐτὴν περὶ C τούτων ὑπόνοιαν ἔχουσι, καὶ κατατρέχει τῶν ἐν Χριστιανοῖς ἁπλουστέρων δεχομένων τὰ λόγια (86). Οὐκ ἔδει δὲ τοσοῦτον καταδραμεῖν τῆς ἁπλότητος τῶν πολλῶν, οὐδὲ τυφωθῆναι δι' ἐκείνους κατὰ τῶν ἱερῶν γραμμάτων· οὐδὲ μισῆσαι καὶ ἀποστραφῆναι τὰ καλῶς αὐτῷ νοούμενα (87), ὅτι μὴ πάντες αὐτὰ ἐνόουν, ὡς αὐτὸς ἐβούλετο. Νῦν δὲ, ὡς ἔοικε, τὰ αὐτὰ Πορφυρίῳ [a] πέπονθεν. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ πληγὰς ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης ὑπό τινων Χριστιανῶν εἰληφὼς, καὶ μὴ ἐνεγκὼν τὴν ὀργὴν, ἐκ μελαγχολίας, τὸν μὲν Χριστιανισμὸν ἀπέλειπε (88)

## VALESII ANNOTATIONES.

(84) *Οὐκ ἂν εἰς τὰ σοφίσματα.* Scribendum est εἰς τὸ, quemadmodum etiam Savilius ad oram sui codicis adnotavit.

(85) *Ἐν τῷ λόγῳ δὲ αὐτοῦ ὃν περὶ Κυνισμοῦ.* Intelligit librum adversus Heraclium Cynicum, qui inscribitur, πῶς Κυνιστέον. In eo enim libro legitur hic locus, pag. 403.

(86) *Ἁπλουστέρων δεχομένων τὰ λόγια.* Scribendum est, ἁπλούστερον adverbialiter, ut legerunt interpretes.

(87) *Τὰ καλῶς αὐτὰ νοούμενα.* In codice Sforliano legitur τὰ καλῶς αὐτῷ νοούμενα, non male. Magis tamen placet id quod olim conjiciebam, scribendum esse τὰ καλῶς ἄλλοις νοούμενα. Posset D etiam simpliciter legi τὰ καλῶς νοούμενα. Vos enim αὐτὰ ex sequenti linea perperam huc irrepsit.

(88) *Τὸν μὲν Χριστιανισμὸν ἀπέλειπε.* In Florentino codice scriptum est κατέλειπε. Nicephorus vero in capite 36 libri decimi, pro hoc verbo posuit ἐξόμνυται, et pro μὴ ἐνεγκὼν τὴν ὀργὴν maluit dicere τὴν ὕβριν.

## VARIORUM.

[a] *Πορφυρίῳ.* Porphyrius, quem Socrates *Tyrium senem*, quippe urbe Tyro oriundum, et Juliani patrem, utpote cujus libros magno in pretio imperator habuit, appellat; patria lingua vocabatur Malchus, quod nomen proprie *regem* significat. Claruit an. Chr. 270. Obiit, ut videtur, ineunte sequente sæculo. Nescio plane, *inquit Caveus noster*, an fidem meretur quod de eo refert Nicephorus, lib. x, cap. 36, qui tamen Eusebium hac in re testem citat, Porphyrium primo quidem fuisse Christianum: verum cum a Christianis quibusdam Cæsareæ verberatus esset, nec injuriam illam bene concoquere posset, atra bile percitum Christianismum ejurasse, atque ad Christum Christianorumque Scripturas impiis conviciis proscindendas animum appulisse. Nicephoro præivisse videtur

Digitized by Google

μίσει δὲ τῶν τυπτησάντων αὐτὸν, εἰς τὸ βλάσφημα κατὰ Χριστιανῶν γράφειν ἐξέπεσεν, ὡς αὐτὸν Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐξήλεγξεν, ἀνασκευάσας τοὺς λόγους αὐτοῦ. Ὁ δὲ βασιλεὺς πρὸς τοὺς ἰδιώτας ὑπεροπτικῶς κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἐσχηκὼς, ἐκ τοῦ αὐτοῦ πάθους εἰς τὴν Πορφυρίου βλασφημίαν ἀπέκλινεν. Ἀμφότεροι οὖν ἑκουσίως δυσσεβήσαντες, ἐν γνώσει ἁμαρτίας τὸ ἐπιτίμιον ἔχουσιν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ὁ σοφιστὴς Λιβάνιος ἐπιχλευάζων, Τὸν ἐκ Παλαιστίνης, φησὶν, ἄνθρωπον, Θεόν τε καὶ Θεοῦ Παῖδα ποιοῦσιν, ἐκλελῆσθαί μοι δοκεῖ, ὅπως αὐτὸς ἐπὶ τέλει τοῦ αὐτοῦ λόγου τὸν Ἰουλιανὸν ἀπεθέωσε. Τὸν γὰρ πρῶτον φησὶ ἄγγελον τῆς τελευτῆς μικροῦ κατέλευσαν, ὡς Θεοῦ καταψευδόμενον. Εἶτα πρόσω μικρὸν ὑποβὰς, Ὦ δαιμόνων μὲν, φησὶ, τρόφιμε, δαιμόνων δὲ μαθητὰ, δαιμόνων δὲ παρεδρευτά! Εἰ καὶ αὐτὸς ἄλλως ἐνόει· ἀλλ' οὖν γε τὴν ὁμωνυμίαν τοῦ χείρονος μὴ ἐκκλίνας, ταῦτ' ἔδοξε λέγειν, ἃ καὶ οἱ Χριστιανοὶ ὀνειδίζοντες λέγουσιν. Εἰ οὖν ἐπαίνων ἐφρόντιζεν, ἔδει φυγεῖν τὴν ὁμωνυμίαν, ὥσπερ ἔφυγε καὶ ἑτέραν λέξιν, δι' ἣν λοιδορηθεὶς, τῶν ἑαυτοῦ λόγων ἐξέκοψεν. Ὅπως μὲν οὖν ὁ κατὰ Χριστὸν ἄνθρωπος θεολογεῖται, καὶ ὅπως τὸ μὲν φανερὸν ἄνθρωπος ἦν, τὸ δὲ ἀφανὲς Θεὸς, ὅπως τε ἀληθῆ ἄμφω ἐστὶ, Χριστιανῶν μὲν οἱ θεῖοι λόγοι ἐπίστανται· Ἕλληνες δὲ πρὸ τοῦ πιστεῦσαι, συνιέναι οὐ δύνανται. Καὶ γὰρ λόγιόν ἐστι τὸ λέγον, ὅτι [a] *Ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδ' οὐ μὴ συνῆτε.* Διὸ οὐκ αἰσχύνονται, πολλοὺς ἀνθρώπους ἀποθεώσαντες, καὶ εἴθε γε κἂν χρηστοὺς τὸν τρόπον, ἢ δικαίους, ἢ σώφρονας· ἀλλὰ ἀνάγνους, ἀδίκους, μέθῃ δεδουλωμένους· Ἡρακλέας φημὶ καὶ Διονύσους, καὶ Ἀσκληπιούς· καθ' ὧν συνεχῶς ἐν τοῖς αὐτοῦ λόγοις ὀμνύων Λιβάνιος οὐκ αἰσχύνεται· ὧν τοὺς ἀῤῥενικοὺς καὶ θηλυκοὺς ἔρωτας εἰ ἀπαριθμησαίμην, μακρὸς ἡμῖν ἔσται ὁ τῆς παρεκβάσεως λόγος. Ἀρκέσει δὲ τοῖς ταῦτα γνῶναι ἐθέλουσιν ὁ Ἀριστοτέλους Πέπλος (89), καὶ Διονύσου Στέφανος (90), καὶ Ῥηγίνου ὁ Πολυμνήμων (91), καὶ τῶν ποιητῶν τὸ πλῆθος· οἳ περὶ αὐτῶν γράψαντες, γέλωτα ὄντως καὶ φλη-

A tem: sic enim loquitur. Amat enim latere natura: et abdita deorum substantia nudis et apertis verbis in impuras aures projici se non sustinet. Ex quibus apparet imperatorem de divinis Scripturis ita sensisse: eas scilicet esse sermones mysticos, arcanam quamdam intelligentiam complectentes. Quin etiam indignatur, quod non omnes eamdem de illis habeant opinionem: et invehitur in Christianos illos, qui divina oracula simplici et obvio sensu interpretantur. Atqui non decebat simplicitatem vulgi tantopere insectari, nec illius causa adversus sacras Litteras insolentia efferri: neque odisse et aversari ea quæ recte ab aliis intelliguntur, propterea quod non omnes, sicut ipsi libitum est, eas intelligant. Nunc vero idem illi contigisse B videtur quod Porphyrio. Etenim ille cum apud Cæsaream Palæstinæ a quibusdam Christianis verberatus fuisset, iram comprimere non valens, præ nimio furore Christianam religionem deseruit: et odio illorum a quibus cæsus fuerat, impulsus, libros maledicentissimos adversus nomen Christianum composuit; sicut eum coarguit Eusebius Pamphili, qui libros ejus validissime confutavit. Imperator vero coram imperita multitudine arroganter se efferens contra Christianos, ex eodem morbo ad Porphyrii blasphemiam prolapsus est. Cum igitur a vero sua sponte ad impietatem proruperint, ipsa criminis sui notitia et conscientia puniuntur. Jam vero quod Libanius sophista Christianos irridens C ait, hominem quemdam ex Palæstina Deum Deique Filium ab iis fieri; in eo mihi videtur oblitus, se in fine orationis illius Julianum inter deos retulisse. Sic enim ibi scribit: Eum enim qui primus mortem ejus nuntiaverat, propemodum lapidibus obruerunt, quasi de Deo mentitus fuisset. **204** Deinde paululum progressus ista subjicit: O dæmonum quidem alumne, dæmonum discipule, dæmonum assessor! Qui licet hoc aliter intelligeret, tamen cum ambiguitatem vocabuli quod in malam

## VALESII ANNOTATIONES.

(89) *Ὁ Ἀριστοτέλους Πέπλος.* De Aristotelis Peplo vide quæ adnotavit olim vir doctissimus Guillelmus Canterus.

(90) *Διονύσου Στέφανος.* Malim scribere Διονυσίου. Quis sit autem hic Dionysius, qui librum hoc titulo composuit, difficile est dicere. Existimo tamen hunc esse Dionysium Milesium, qui Κύκλον ἱστορικὸν conscripsit, teste Suida. Idem enim est Κύκλος ac Στέφανος. De hoc opere Dionysii, quo tota deorum historia continebatur, idem Suidas in voce Νύμφαι ita loquitur: Περὶ δὲ τῶν θεῶν Διονυσίῳ πᾶσα ἡ ἱστορία συνῆκται ἐν τριάκοντα καὶ D τρισὶ βιβλίοις. Ex quibus apparet Dionysium in iis libris de deabus duntaxat scripsisse. Cur enim Suidas de nymphis loquens, ista subjiceret?

(91) *Ῥηγίνου ὁ Πολυμνήμων.* Reginus Grammaticus librum scripserat, cui titulus erat Πολυμνήμων, ut refert Suidas. Hic est, ni fallor, Reginus, cui Phrynichus sophista unum ex libris quos de oratorio apparatu scripserat, nuncupavit, ut testatur Photius in Bibliotheca, cap. 158. Certe Phrynichus non nisi viris doctis libros suos nuncupaverat, quemadmodum ibidem testatur Photius.

## VARIORUM.

B. Augustinus, *De civit. Dei*, lib. x, c. 28. *Omisit hunc Socratis nostri locum vir eruditiss.* Inter varia quæ condidit volumina, edidit in Sicilia tunc agens, *contra Christianos* libros xv. in quibus id præcipue pensi habuit, ut S. Scripturæ auctoritatem, cui quasi fundamento innixa est Christiana religio, convelleret. Scripta ejus Theodosius Magnus lege lata igne aboleri jussit. Cave, in fine sæc. iii.

[a] *Ἐὰν μὴ πιστεύσητε.* Vide Isa. vii, 9 juxta Septuaginta. W. Lowth.

Digitized by Google

partem etiam sumitur, nequaquam vitaverit: eadem visus est dicere, quæ Christiani exprobrandi causa dicere consueverunt. Quocirca si quidem hominem laudare instituerat, vocis ambiguitatem vitare debebat: sicut et aliam vitavit dictionem, ob quam cum esset reprehensus, ex orationibus suis eam postea delevit. Porro quomodo homo in Christo Deus prædicetur, et quomodo manifeste quidem erat homo, invisibiliter autem Deus, et quemadmodum utrumque horum verissimum est, divini quidem Christianorum libri norunt: Gentiles vero antequam crediderint, intelligere non possunt. Est enim oraculum Dei, quod ita pronuntiat: *Nisi credideritis, non intelligetis* [78]. Proinde illos non pudet, qui plurimos homines in deorum numerum retulerint. Atque utinam saltem viros bonos et justos et sobrios; ac non potius impuros, injustos et ebrietati addictos: Hercules intelligo, Bacchos, et Æsculapios, per quos Libanius in suis orationibus passim jurare non erubescit: quorum amores tam in virilem quam in muliebrem sexum effusos si recensere voluero, prolixa mihi et ab instituto operis nostri aliena nascetur oratio. Verum his qui ista nosse desiderant, sufficiet Aristotelis Peplum, et Dionysii Corona, et Rhegini liber cui titulus est Polymnemon, et turba poetarum: qui dum de istis rebus scribunt, nugas et vanitatem gentilis theologiæ omnibus patefaciunt. Porro quod Gentilium proprium ac solemne sit, homines temere in deorum numerum referre, obiter a nobis demonstrandum est. Rhodiis quidem oraculum consulentibus, cum in calamitatem incidissent, responsum est ut Attin insanorum in Phrygia mysteriorum antistitem colerent. Oraculum autem ita se habet:

A ναφον παρὰ πᾶσι τῆς Ἑλλήνων θεολογίας δεικνύουσιν· ὅτι δὲ ἴδιον Ἑλλήνων τὸ εὐχερῶς ἀνθρώπους ἀποθεοῦν, ἀρκέσει ὀλίγων ὑπομνησθῆναι. Ῥοδίοις μὲν γὰρ συμφορᾷ περιπεσοῦσιν ἐδόθη χρησμὸς, ὅπως ἂν τὸν Φρύγιον Ἄττιν, τὸν ἱερέα τῆς μανικῆς ἐν Φρυξὶν τελετῆς θεραπεύωσιν. Ἔχει δὲ ὁ χρησμὸς ὧδε·

*Attin deum magnum placate purum Adonim,*
*Bonæ vitæ et felicitatis largitorem, pulchra coma præditum Bacchum.*

B *Ἄττιν ἱλάσκεσθαι* (92), *θεὸν μέγαν, ἁγνὸν Ἄδωνιν,*
*Εὔβιον, ὀλβιόδωρον, ἐϋπλόκαμον Διόνυσον.*

Et oraculum quidem Attin, qui præ amoris insania seipsum exsecuit, Adonim et Bacchum appellat. Cum autem Alexander Macedonum rex in Asiam trajecisset, Amphictyones ei gratificati sunt, et 205 Pythia ejusmodi oraculum edidit:

Ὁ μὲν δὴ χρησμὸς Ἄττιν τὸν ἐκ μανίας ἐρωτικῆς ἑαυτὸν ἀποκόψαντα, τὸν Ἄδωνιν καὶ Διόνυσον εἶναί φησι. Τοῦ δὲ Μακεδόνων βασιλέως Ἀλεξάνδρου ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαβαίνοντος, οἱ Ἀμφικτύονες Ἀλεξάνδρῳ ἐχαρίζοντο, καὶ ἀνεῖλεν ἡ Πυθία τάδε·

*Jovem deum summum, et Minervam Tritogeniam*
*Colite, in corpore mortali absconditum regem,*
*Quem felici satu genuit Jupiter, vindicem*
*Justitiæ mortalibus Alexandrum regem.*

*Ζῆνα θεῶν ὕπατον, καὶ Ἀθηνᾶν Τριτογένειαν*
*Τιμᾶτε, βροτέων ἐν σώματι κρυπτὸν ἄνακτα,*
*Ὃν Ζεὺς ἀρίσταις γοναῖς* (93) *ἔσπειρεν, ἀρωγὸν*
*Εὐνομίης θνητοῖσιν Ἀλέξανδρον βασιλῆα.*

Hæc dæmon apud Delphos respondit: qui et ipse cum regibus assentaretur, eos in deorum numerum retulit. Sed fortasse istud quidem per adulationem factum est. Quid vero dicemus de C Cleomede pugile, quem inter deos retulerunt, hoc de illo edentes oraculum:

Ταῦτα τὸ ἐν Πυθοῖ δαιμόνιον ἐχρημάτισεν· ὃ καὶ αὐτὸ τοὺς δυνάστας κολακεῦον ἐθεοποίει. Καὶ τοῦτο μὲν ἴσως κολακείᾳ ἐποίει. Τί δ' ἂν εἴποι τις ὡς C Κλεομήδην τὸν πύκτην ἀποθεώσαντες, ἔχρησαν περὶ αὐτοῦ τάδε·

*Ultimus heroum Cleomedes Astypalæus:*
*Hunc victimis colite, utpote qui non amplius sit mortalis.*

*Ὕστατος ἡρώων Κλεομήδης Ἀστυπαλιεύς·*
*Ἐν θυσίαις τιμᾶτ', ὡς* (94) *μηκέτι θνητὸν ἐόντα.*

Ob quod oraculum Diogenes Cynicus et Œnomaus philosophus Apollinem Pythium condemnarunt. Cyziceni etiam Adrianum tertium decimum

Διὰ μὲν οὖν τὸν χρησμὸν τόνδε Διογένης ὁ Κύων, καὶ Οἰνόμαος ὁ φιλόσοφος (95), κατέγνωσαν τοῦ Πυθίου Ἀπόλλωνος. Κυζικηνοὶ δὲ τρισκαιδέκατον

[78] Isa. VII, 9.

## VALESII ANNOTATIONES

(92) *Ἄττιν ἱλάσκεσθαι.* Attin eumdem esse ac Bacchum docet etiam Clemens Alexandrinus in Protreptico his verbis: Δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἀπεικότως τὸν Διόνυσόν τινες Ἄττιν προσαγορεύεσθαι θέλουσιν, αἰδοίων ἐστερημένον. Demosthenes in oratione Pro Corona: Καὶ βοῶν εὐοῖ σαβοῖ, καὶ ἐπορχούμενος ὕης Ἄττης. Quæ Demosthenis verba Harpocration de Atti Phryge intellexit. Quidam tamen veterum in illo Demosthenis loco, non Ἄττις legerunt, sed Ἄτης, quod est epithetum Bacchi, sicut et ὕης. Auctor Etymologici: Ἄτης, inquit, ὁ Διόνυσος ἐπιθετικῶς, ἀπὸ τῆς γενομένης ἐκ τῶν Τιτάνων εἰς αὐτὸν ἄτης καὶ φθορᾶς. De altero autem Bacchi epitheto, quod est ὕης, vide eumdem etymologum, D et Suidam in voce ὕης.

(93) *Ὃν Ζεὺς ἀρίσταις γοναῖς*, etc. Scribendum omnino est ἀῤῥήτοισι γοναῖς, ut lex carminis postulat. Epiphanius autem Scolasticus nescio quam lectionem secutus ita vertit: *Quem Jupiter heroum seminavit generibus adjutorem.*

(94) *Ἐν θυσίαις τιμᾶτε.* Scribendum est, ὃν θυσίαις τιμᾶτε, ut legit Epiphanius Scholasticus.

(95) *Οἰνόμαος ὁ φιλόσοφος.* Œnomaus cynicæ sectæ philosophus, cum Apollinis oraculo delusus fuisset, ulcisci se volens, librum scripsit de oraculorum falsitate, cui titulus erat Φωραγοήτων: id est detectio præstigiatorum, ut ex Porphyrio tradit Eusebius in libro V De præparatione.

Digitized by Google

θεὸν Ἀδριανὸν ἀνηγόρευσαν. Αὐτός τε Ἀδριανὸς A Ἀντίνοον [b] τὸν ἑαυτοῦ ἐρώμενον ἀπεθέωσε. Καὶ ταῦτα γέλωτα καὶ φλήναφον οὐκ ὀνομάζει Λιβάνιος· καίτοι καὶ τοὺς χρησμοὺς καὶ τὸ μονόβιβλον ὁ Ἀδρίας εἰς τὸν Ἀλεξάνδρου βίον (96) ἐπέγραψεν, ἐπιστάμενος, οὐκ ἐγκαλύπτεται (97) καὶ αὐτὸν ἀποθεῶν τὸν Πορφύριον. Ἵλεως γὰρ, φησὶν, ὁ Τύριος εἴη, προκρίνων αὐτοῦ τὰ τοῦ βασιλέως βιβλία. Ταῦτα μὲν οὖν διὰ τὴν τοῦ σοφιστοῦ λοιδορίαν, ἐν παρεκβάσει αὐτάρκως εἰρήσθω· ἰδίας τε πραγματείας δεόμενα παραλιπεῖν μοι δοκῶ. Τὰ δὲ λοιπὰ τῆς ἱστορίας ἐπιτεθείη ἡμῖν.

deum appellaverunt. Sed et ipse Adrianus Antinoum, quem in deliciis habebat, inter deos retulit. Et ista quidem Libanius non dicit esse ridicula et meras nugas, tametsi probe nosset oracula, et singularem librum quem Arrianus de Alexandri vita composuit. Ac neque Porphyrium ipsum diis accensere erubescit. Sic enim ait: Propitius mihi sit Tyrius, cujus libris libros imperatoris anteponebat. Atque hæc ob sophistæ maledicentiam, quasi per excessum a nobis dicta sufficiant: reliqua vero quæ peculiarem tractationem desiderant, omittenda esse duxi. Nunc earum rerum quæ nobis adhuc restant, narrationem subjiciamus.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

*Ὡς οἱ πανταχόθεν ἐπίσκοποι προσέδραμον Ἰοβιανῷ, ἐλπίζοντες ἕκαστος αὐτῶν εἰς τὴν ἑαυτῶν πίστιν τοῦτον ἐπισπάσασθαι.* B

Τοῦ δὲ βασιλέως Ἰοβιανοῦ ἀπὸ τῆς Περσίδος ἀναχωρήσαντος, αὖθις ἀνεκινεῖτο τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν, οἵ τε προεστῶτες τῶν Ἐκκλησιῶν προτρέχειν ἐσπούδαζον, προσδοκῶντες ἕκαστος τῇ ἑαυτῶν πίστει προσθήσεσθαι τὸν βασιλέα. Ὁ δὲ ἐξ ἀρχῆς μὲν τῇ ὁμοουσίῳ πίστει προσέκειτο· τοῦτο δὲ πᾶσιν εἰρηκὼς προέκρινε. Καὶ ἀναῤῥώννυσι μὲν διὰ γραμμάτων [c] τὸν τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον Ἀθανάσιον, ὃς εὐθὺς, μετὰ τὴν τελευτὴν Ἰουλιανοῦ, τῆς Ἐκκλησίας τῶν Ἀλεξανδρέων ἐγκρατὴς ἐγένετο· τότε δὴ παῤῥησιαίτερος ἐκ τῶν γραμμάτων γενόμενος, καὶ τοῦ πανταχόθεν δέους ἀπήλλακτο. Ἀνεκάλει δὲ ὁ βασιλεὺς τοὺς ὑπὸ Κωνσταντίου μὲν ἐξορισθέντας ἐπι- C σκόπους, ὑπὸ Ἰουλιανοῦ δὲ ἀνακληθῆναι μὴ φθάσαντας. Τηνικαῦτα δὴ καὶ τὰ ἱερὰ τῶν Ἑλλήνων πάντα ἀπεκλείετο· αὐτοὶ δὲ ἄλλως ἀλλαχῇ κατεδύοντο. Οἵ τε τριβωνοφόροι τοὺς τρίβωνας ἀπέθεντο, καὶ εἰς τὸ κοινὸν σχῆμα μετημφιέννυντο. Πέπαυτο δὲ αὐτοῖς καὶ ὁ δι' αἵματος δημοσίᾳ γινόμενος μολυσμὸς (98), ᾧ καταχόρως ἐπὶ Ἰουλιανοῦ κατεχρήσαντο.

## CAP. XXIV.

*Quomodo ad Jovianum omnes undique confluxerunt episcopi, sperantes singuli se illum ad suam fidem traducturos.*

Cæterum post Joviani reditum ex Perside, Ecclesiarum motus renovari cœpere. Nam qui Ecclesiis præsidebant, alius alium prævertere studuerunt, dum singuli imperatorem suis partibus assensurum sperarent. At ille ab initio consubstantialis fidem amplexus fuerat, eamque se præferre cunctis palam **206** denuntiavit. Et Athanasium quidem scriptis ad eum litteris confirmavit; qui cum statim post Juliani obitum Ecclesiam Alexandrinam recuperasset, tunc ex imperatoris litteris majorem fiduciam adeptus, omnique metu liberatus est. Reliquos autem episcopos, qui a Constantio quidem relegati, a Juliano vero nondum restituti fuerant, ab exsilio revocavit. Eodem tempore cuncta Gentilium templa ubique occludebantur: ipsique dæmonum sacerdotes variis in locis, ubi quisque poterat, sese abdebant. Sed et philosophi pallium deponebant, et vulgarem habitum sumebant. Sublata item est publica illa per victimarum sanguinem contaminatio, quam Juliani temporibus ad nauseam usque celebraverant.

## VALESII ANNOTATIONES.

(96) *Τὸ μονόβιβλον ὁ Ἀδρίας εἰς τὸν Ἀλεξάνδρου βίον.* Musculus quidem et Christophorsonus Ἀδρίας nomen proprium esse existimarunt. Langus vero in adnotationibus ad librum x Nicephori Callisti, cap. 36, pro Ἀδρίας scribendum censet Ἀδριανός. Certe vox Ἀδρίας tolerari non potest. Neque enim ullus unquam eo nomine est appellatus. Itaque Nicephorus pro ea voce substituit Ἀλεξανδρεῖς, pessime. Intelligit porro Socrates hoc loco librum Luciani, qui vulgo Ἀλέξανδρος, ἢ ψευδόμαντις inscribitur. Quo in libro Lucianus fraudem et præstigias Alexandri cujusdam Paphlagonis, qui oraculum callide machinatus fuerat, describit. Quare pro Ἀδρίας vel Ἀνδρίας, ut in Florentino codice legitur, scribendum est Λουκιανός. Nisi dicamus Socratem, memoria lapsum, librum hunc Adriano vel Arriano cuidam ascripsisse.

D (97) *Οὐκ ἐγκαλύπτεται.* Ante hæc verba distinctionem finalem apposui, secutus auctoritatem Nicephori. Sed præterea scribendum est οὐδὲ ἐγκαλύπτεται, etc. Sic enim malo, quam, ut Nicephorus habet, ὁ δὲ οὐκ ἐγκαλύπτεται.

(98) *Ὁ δι' αἵματος δημοσίᾳ γινόμενος μολυσμός.* Taurobolia et Criobolia intelligere videtur, quibus susceptis gentiles se in æternum renasci credebant, ut docent antiquæ inscriptiones. Ritum omnem luculente describit Prudentius in passione Romani martyris.

## VARIORUM.

[b] *Ἀντίνοον.* De Antinoo vide Euseb. *Hist.*, l. IV, cap. 8; Just. M. *Apol.* I; Tatianum pag. 40, 41; Athenag. *Legat.* pag. 121; Theophil., *Ad Autolyc.* lib. III, pag. 122; Tertull. *Apol.* cap. 13; Origen. *in Cels.* l. III, p. 133; Pausan. in *Arcadicis*, pag. 469; Spartian., in *Adriano*, aliosque plurimos.

[c] *Διὰ γραμμάτων.* Hæc Joviani epistola exstat apud Athanas., vol. II, p. 779, quæ cum brevior sit, hic repræsentare non pigebit, juxta versionem Cl. monach. Benedictinorum: *Religiosissimo et Deo dilecto Athanasio, Jovianus. Cum magnopere miremur honestissimam vitam tuam, similitudinem tuam cum Deo universorum, tuumque erga Christum Salvatorem nostrum affectum, quæ tuæ sunt præclaræ virtutes; te laudamus, honoratissime episcope, quod nullum laborem, nullum persecutorum furorem*

Digitized by Google

## CAP. XXV.

*Quomodo Macedoniani, et Acaciani Antiochiæ congregati, Nicænam fidem confirmarunt.*

Res vero Christianorum neutiquam tranquillæ erant. Etenim cujusque sectæ principes imperatorem adibant, sperantes singuli auctoritatem se ab illo et licentiam adepturos, contra illos qui adversari ipsis videbantur. Ac primo quidem Macedoniani libellum ei offerunt, postulantes ut ii quidem qui dissimilem Patri Filium asserebant, pellerentur ecclesiis, ipsi vero in eorum locum substituerentur. Hunc libellum precum obtulerunt, Basilius Ancyræ, Silvanus Tarsi, Sophronius Pompeiopoleos, Pasinicus Zenorum, Leontius Comanorum, Callicrates Claudiopolis, Theophilus Castabalorum episcopi. Imperator vero, cum eorum libellum accepisset, ipsos sine responso dimisit, hoc tantum prolocutus: Ego contentionem aversor: eos vero qui concordiæ student, diligo atque observo. Quæ cum ad aures reliquorum perlata essent, impetum eorum qui altercari cupiebant, fregere. Atque id imperatori cessit ex sententia. Tunc etiam pervicax Acacianorum ingenium omnibus patefactum est: qui quidem manifeste declararunt, quantopere ad nutum et sententiam eorum qui rerum **207** potiebantur, flectere se semper soliti essent. Etenim apud Antiochiam Syriæ congregati, colloquium habuerunt cum Melitio, qui paulo antea consubstantialis fidem amplexus, sese ab illis segregaverat. Id autem propterea fecerunt, quod

## ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

*Ὡς οἱ τὰ Μακεδονίου φρονοῦντες, καὶ οἱ περὶ Ἀκάκιον ἐν Ἀντιοχείᾳ συνελθόντες, τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ἐκύρωσαν.*

Τὰ μέντοι Χριστιανῶν οὐχ ἡσύχαζεν. Οἱ γὰρ προεστῶτες τῶν θρησκειῶν προελεύσεις ἐποίουν τῷ βασιλεῖ (99), τὴν παρ' αὐτοῦ κατὰ τῶν νομιζομένων αὐτοῖς ἀντιπάλων παῤῥησίαν ὑπάρχειν νομίζοντες. Καὶ πρῶτοι μὲν οἱ Μακεδονιανοὶ χρηματίσαντες, βιβλίον προσφέρουσιν, ἀξιοῦντες ἐξωθεῖσθαι μὲν τῶν ἐκκλησιῶν τοὺς τὸ ἀνόμοιον δογματίζοντας, ἑαυτοὺς δὲ ἀντεισάγεσθαι. Ἦσαν δὲ οἱ τὸ βιβλίον τῶν δεήσεων ἐπιδόντες, Βασίλειος ὁ Ἀγκύρας, Σιλβανὸς Ταρσοῦ, Σωφρόνιος Πομπηϊουπόλεως, Πασίνικος Ζήνων (1), Λεόντιος Κομάνων, Καλλικράτης Κλαυδίου πόλεως, Θεόφιλος Κασταβάλων. Τούτων δεξάμενος τὸ βιβλίον ὁ βασιλεὺς, ἀναποκρίτους αὐτοὺς ἀπέπεμψε, μόνον δὲ τοῦτο ἐφθέγξατο· Ἐγὼ, ἔφη, φιλονεικίαν μισῶ· τοὺς δὲ τῇ ὁμονοίᾳ προστρέχοντας ἀγαπῶ καὶ τιμῶ. Ταῦτα εἰς τὰς ἀκοὰς τῶν ἄλλων δοθέντα, τὸν τόνον τῶν φιλονεικεῖν αἱρουμένων ἐχαύνωσε· καὶ τοῦτο κατὰ σκοπὸν τοῦ βασιλέως ἐγίνετο. Καὶ γὰρ δὴ τηνικαῦτα (2) καὶ ὁ τῶν περὶ Ἀκάκιον φιλόνεικος τρόπος ἠλέγχετο, καὶ ὡς εἴησαν ἀεὶ πρὸς τοὺς κρατοῦντας ἀποκλίνοντες, φανερῶς ἐπέδειξαν. Συνελθόντες γὰρ ἐν Ἀντιοχείᾳ [d] τῆς Συρίας, εἰς λόγους ἔρχονται Μελιτίῳ, ὃς μικρὸν ἔμπροσθεν αὐτῶν χωρισθεὶς, τῷ ὁμοουσίῳ προσέθετο. Τοῦτο δὲ ἐποίησαν, ἐπειδὴ τιμώμενον ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἑώρων ἐκεῖ τότε διάγοντος. Κοινῇ οὖν γνώμῃ βιβλίον συντάξαντες, καθομολογοῦσι τὸ ὁμοούσιον,

### VALESII ANNOTATIONES.

(99) *Προελεύσεις ἐποίουν τῷ βασιλεῖ.* Scribendum est προσελεύσεις, quod idem valet ac προσόδους. Προελεύσεις vero aliud significant, processum videlicet, seu πρόοδον.

(1) *Πασίνικος Ζήνων.* Legendum puto Ζήλων, quemadmodum legit Epiphanius Scholasticus. Zela seu Zelæ oppidum est Cappadociæ, teste Plinio et aliis. Ejus meminit Basilius in epistola 72 ad Euæsenos: καὶ ἄλλη μὲν ἐν Ζήλαις, ἄλλη δὲ ἐν Λαμψάκῳ. Idem in epistola 73 ad monachos suos: διὸ τί μέχρι καὶ νῦν ἐπέρχονται ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Ἀμασείας καὶ Ζήλων.

(2) *Καὶ γὰρ δὴ τηνικαῦτα.* Tres priores voces superfluæ sunt, et deleri possunt absque ullo sensus incommodo.

### VARIORUM.

*extimuisti, pericula, gladiorumque minas ne flocci quidem fecisti, atque clavum charæ tibi orthodoxæque fidei retinens, hactenus certasti pro veritate: itemque quod exemplum te typumque virtutis universo fidelium populo assidue exhibes. Te itaque revocat majestas nostra, atque ad salutis doctrinam reverti jubet. Remigra igitur ad sanctas Ecclesias, et pasce Dei populum, atque alacri animo una fundite preces ad Deum pro nostra clementia. Novimus quippe tua supplicatione cum nos tum eos qui nobiscum Christiane sentiunt, magnum a summo Deo auxilium consecuturos.* Acta sunt hæc circa medium anni 363, statim post Juliani interitum.

(d) *Συνελθόντες γὰρ ἐν Ἀντιοχείᾳ.* Jovianus imp. *mense Hyperberetæo*, id est Octobri, *Antiochiam advenit*, inquit Theophanes. Ammianus lib. xxv testatur, eum in ea urbe *moratum paulisper* esse, et *flagrante hieme* inde profectum Tarsum Ciliciæ urbem venisse, ac postea Ancyram. Quare post mensem Septembrem synodus Antiochena habita videtur. Agit de ea libellus Synodicus, ubi dicitur, eam Nicæna decreta synodice confirmasse. Sed quia hæc verba epistolæ Synodicæ a Sozomeno lib. iv, cap. 4, recitatæ, *ut sc. Filius ex substantia Patris genitus, et quoad substantiam Patri similis esse, intelligatur*, in perversum sensum ab his qui non bene de Meletio sentiebant, acciperentur; quod voces illæ, *similis in substantia*, Semiarianis et Macedonianis communes essent; scriptus adversus hanc synodum Antiochenam liber, qui tomo I operum Athanasii legitur, cujus titulus est; *Refutatio hypocriseos Meletii, Eusebii, et Pauli Samosatensis.* Qui liber Athanasio perperam adjudicatus, cum potius sit Paulini Antiochensis, aut alterius ex ejus factione. Imo D. Hieronymus qui Paulinum sequebatur, in Chronico suo scripsit: *Synodus Antiochiæ a Meletio et suis facta: in qua homousio anomœoque rejecto, medium inter hæc homœusion Macedonianum dogma vindicaverunt.* Ita enim in omnibus exemplaribus legitur. (Ant. Pagi ad ann. 363, quo hæc synodus celebrata fuit, n. 8.)

Digitized by Google

καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν κυρώσαντες, τῷ βασιλεῖ προσκομίζουσιν. Ἔστι δὲ τὸ βιβλίον ἐν τοῖσδε·

*Τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ Δεσπότῃ ἡμῶν Ἰοβιανῷ Νικητῇ Αὐγούστῳ, ἡ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ παρόντων ἐπισκόπων ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν σύνοδος.*

Τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην τε καὶ ὁμόνοιαν, ὅτι σοῦ καὶ πρώτη πρεσβεύειν ἐσπούδασεν ἡ εὐσέβεια, εὖ ἴσμεν καὶ αὐτοὶ, θεοφιλέστατε βασιλεῦ. Ὅτι δὲ κεφάλαιον τῆς τοιαύτης ἑνότητος, τῆς ἀληθοῦς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως καλῶς ὑπείληφας τὸν χαρακτῆρα, οὐδὲ τοῦτο ἀγνοοῦμεν. Ἵνα μὴ τοίνυν μετὰ τῶν παραχαρασσόντων τὸ δόγμα τῆς ἀληθείας τετάχθαι νομιζώμεθα, ἀναφέρομεν τῇ σῇ εὐλαβείᾳ, ὅτι τῆς ἁγίας B συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ πάλαι πρότερον συγκροτηθείσης τὴν πίστιν καὶ ἀποδεχόμεθα, καὶ κατέχομεν. Ὁπότε καὶ τὸ δοκοῦν ἐν αὐτῇ ξένον τισὶν ὄνομα (3), τὸ τοῦ ὁμοουσίου φαμὲν, ἀσφαλοῦς τετύχηκε παρὰ τοῖς πατράσιν ἑρμηνείας, σημαινούσης ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς ἐγεννήθη, καὶ ὅτι ὅμοιος κατ' οὐσίαν τῷ Πατρί. Οὔτε δὲ ὡς πάθους τινὸς περὶ τὴν ἄῤῥητον γέννησιν ἐπινοουμένου, οὔτε κατά τινα χρῆσιν Ἑλληνικὴν λαμβάνεται τοῖς Πατράσι τὸ ὄνομα τῆς οὐσίας· εἰς ἀνατροπὴν δὲ τοῦ ἐξ οὐκ ὄντων, περὶ τοῦ Χριστοῦ ἀσεβῶς τολμηθέντος παρὰ τοῦ Ἀρείου, ὅπερ καὶ οἱ νῦν ἐπιφοιτήσαντες Ἀνόμοιοι, ἔτι θρασύτερον καὶ τολμηρότερον ἐπὶ λύμῃ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὁμονοίας ἀναισχύντως παῤῥησιάζονται. Διὸ συνετάξαμεν τῇδε ἡμῶν τῇ ἀναφορᾷ καὶ τὸ ἀντίγραφον C τῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ ὑπὸ τῶν συγκροτηθέντων ἐπισκόπων ἐκτεθείσης, ἥν τινα καὶ ἀγαπῶμεν, ἥτις ἐστίν· Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ μαθήματος πλήρης (4). Μελίτιος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας, ἔδωκα συναινῶν τοῖς προγεγραμμένοις. Εὐσέβιος Σαμοσάτων, Εὐάγριος Σικελῶν (5), Οὐράνιος Ἀπαμείας, Ζωΐλος Λαρίσων, Ἀκάκιος Καισαρείας, Ἀντίπατρος Ῥώσου, Ἀβράμιος Οὐρίμων, Ἀριστόνικος Σελευκοβήλου, Βαρλαμένος Περγάμου (6), Οὐράνιος Μελιτινῆς, Μάγνος Χαλκηδόνος, Εὐτύχιος Ἐλευθεροπόλεως, Ἰσακόκις (7) Ἀρμενίας μεγάλης, Τῖτος Βόστρων, Πέτρος

A illum ab imperatore qui tum in ea urbe morabatur, summo in pretio haberi cernerent. Communi ergo consilio consubstantialis doctrinam amplexi, Nicænam fidem confirmarunt, et libellum a se compositum obtulerunt imperatori in hæc verba:

*Piissimo Deoque charissimo, domino nostro Joviano Victori Augusto, synodus episcoporum ex variis provinciis congregatorum Antiochiæ.*

Quod ecclesiasticam pacem atque concordiam tua primum pietas prædicare studuerit, nobis quoque exploratum, piissime imperator. Quod vero caput hujus unitatis recte senseris non aliud esse quam formam veræ atque orthodoxæ fidei, neque illud ignotum est nobis. Quocirca ne inter illos qui doctrinam veritatis adulterant, esse videamur, religioni tuæ suggerimus, nos sacrosanctæ synodi olim apud Nicæam congregatæ, fidem et suscipere et constanter retinere. Si quidem vocabulum consubstantialis, quod novum quibusdam et insolens visum est, cauta interpretatione a Patribus est explanatum; ita ut significet Filium ex Patris substantia genitum esse, et similem esse Patri secundum substantiam. Neque vero quasi passio aliqua in generatione illa inexplicabili intelligatur, aut juxta Græci sermonis usum, substantiæ nomen accipitur: sed ad subversionem ejus quod Arius de Christo ausus est dicere, illum scilicet ex non exstantibus ortum esse: quod quidem etiam Anomœi isti qui nuper exorti sunt, longe audacius atque impudentius ad dirimendam Ecclesiæ concordiam asseverant. Quamobrem huic nostræ suggestioni adjunximus exemplum fidei olim ab episcopis apud Nicæam congregatis expositæ, quam nos etiam amplectimur. Est autem hujusmodi. Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem; et reliqua quæ sequuntur in Symbolo. Melitius **208** Antiochiæ episcopus obtuli, consentiens suprascriptis. Eusebius Samosatensis. Evagrius Sicelorum. Uranius Apameæ. Zoilus Larissæ. Acacius Cæsareæ. Antipater Rhosi. Abramius Urimorum. Aristonicus Seleuciæ ad Belum. Barlamenus Pergami. Uranius Melitinæ. Magnus Chalcedonis. Eutychius Eleutheropolis. Isacoces Armeniæ majoris. Titus Bostræ.

## VALESII ANNOTATIONES.

(3) *Τὸ δοκοῦν ἐν αὐτῇ ξένον τισὶν ὄνομα.* Vocem ξένον ex Nicephoro Callisto addidit Christophorsonus. Nam in codice Regio quo usus est Robertus Stephanus, et in Florentino ac Sfortiano hæc vox deerat. Sed neque Epiphanius Scholasticus in suo codice eam vocem legerat, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Quando etiam consubstantialitatis nomen, quod aliter se quibusdam habere videtur, dicimus cautam interpretationem a Patribus excepisse.* Videtur etiam Epiphanius sequentia aliter legisse ac distinxisse, hoc modo, φαμὲν ἀσφαλοῦς τετυχηκέναι παρὰ τοῖς Πατράσιν ἑρμηνείας.

(4) *Καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ μαθήματος πλήρης.* Jam supra in annotationibus ad librum primum observavi, vocem μάθημα a Græcis usurpari pro symbolo fidei, quod memoriter addisci solet. Vox autem πλήρης nullum hic locum habet. Melius meo quidem judicio poneretur post verba quæ paulo supra D leguntur, ἥτις ἐστίν. Nicephorus vero pro hac voce ista substituit: καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ μαθήματος ἀπαραλλάκτως ὡς χρέων εἰρημένα. Ex quibus apparet Nicephorum legisse πλήρη. Id est, *plene usque ad finem, nullo verbo dempto aut immutato.*

(5) *Εὐάγριος Σικελός.* In codice Sfortiano legitur Σικελῶν, quod magis placet. Est id nomen urbis cujusdam in Oriente positæ, de qua nihil adhuc comperi. Inter episcopos partis Acacii, qui Seleuciensi synodo subscripserunt, refertur Evagrius Mitylenes provinciæ insularum.

(6) *Βαρλαμένος Περγάμου.* Nomen hoc nec Græcum est, nec Latinum. In Historia Tripartita scribitur Barbabentus.

(7) *Ἰσακόκις.* Epiphanius Scholasticus Isacium vertit. Idem videtur esse qui Ἰωσάκης dicitur in epistola 69 Basilii, quæ est Synodica concilii Antiocheni sub Meletio. Recensetur autem medius inter Cosroem et Narsem.

Digitized by Google

Petrus Sipporum. Pelagius Laodiceæ. Arabianus Antri. Piso Adanorum per Lamydrionem presbyterum. Sabinianus Zeugmatis. Athanasius Ancyræ per Orfitum et Aetium presbyteros. Irenio Gazæ. Piso Augustæ. Patricius Palti per Lamyrionem presbyterum. Anatolius Berœæ. Theotimus Arabum. Lucianus Arcenus. Hunc libellum in Sabini libro qui Collectio gestorum synodalium inscribitur, relatum invenimus. Cæterum imperator id sibi proposuerat, ut dissidentium jurgia blanditiis et leni verborum persuasione exstingueret; aiebatque se nemini omnino qualiscunque fidei esset, molestiam exhibiturum : eos tamen præ cæteris amaturum atque in pretio habiturum, qui reparandæ in Ecclesia pacis auctores ac duces se præberent. Atque hæc ita ab illo gesta esse testatur etiam Themistius philosophus. Nam in oratione quam de illius consulatu scripsit, imperatorem magnis effert laudibus, ob id quod concessa cuique libera facultate colendi numinis prout vellet, adulatorum mores compresserit. Quos quidem facete perstringens, ait experimento cognitum esse, illos non Deum sed purpuram colere : planeque similes esse Euripo, qui modo in hanc, modo in illam partem fertur.

A Σίππων (8), Πελάγιος Λαοδικείας, Ἀραβιανὸς Ἄντρου (9), Πίσων Ἀδάνων διὰ Λαμυδρίωνος (10) πρεσβυτέρου, Σαβινιανὸς Ζεύγματος, Ἀθανάσιος Ἀγκύρων διὰ Ὀρφίτου καὶ Ἀετίου πρεσβυτέρων, Εἰρηνίων Γάζης (11), Πίσων Αὐγούστης, Πατρίκιος Πάλτου διὰ Λαμυρίωνος πρεσβυτέρου, Ἀνατόλιος Βεροίων, Θεότιμος Ἀράβων, Λουκιανὸς Ἄρκων. Τοῦτο μὲν δὴ τὸ βιβλίον τῇ συναγωγῇ τῶν συνοδικῶν Σαβίνου γεγραμμένον εὑρήκαμεν. Ὁ μέντοι βασιλεὺς πρόθεσιν εἶχε, κολακείᾳ καὶ πειθοῖ τῶν διεστώτων τὴν φιλονεικίαν ἐκκόψαι, φήσας μηδενὶ ὀχληρὸς τῶν ὁπωσοῦν πιστευόντων ἔσεσθαι· ἀγαπήσειν δὲ καὶ ὑπερτιμήσειν τοὺς ἀρχὴν τῇ ἑνώσει τῆς Ἐκκλησίας παρέξοντας. Ταῦτα δὲ οὕτως αὐτὸν πρᾶξαι καὶ Θεμίστιός [e] φησιν ὁ φιλόσοφος. Ὑπατικὸν γὰρ λόγον B εἰς αὐτὸν διελθὼν, θαυμάζει τὸν βασιλέα, ὡς τὸ ἐφεῖναι (12) θρησκεύειν ὡς ἕκαστοι βούλονται, νικήσαντα τῶν κολάκων τοὺς τρόπους· οὓς καὶ διασύρων πάνυ γελοίως ἔφη, ἐλέγχεσθαι αὐτοὺς ἁλουργίδα, οὐ Θεὸν θεραπεύοντας· μηδέν τε διαφέρειν αὐτοὺς Εὐρίπου, νῦν μὲν ἐπὶ τάδε, νῦν δὲ εἰς τοὐναντίον τὰ ῥεύματα μεταβάλλοντος.

## 209 CAP. XXVI.

*De Joviani imperatoris obitu.*

Ad hunc modum imperator impetum eorum qui contentionibus studebant, tunc temporis compescuit. Statimque Antiochia digressus, cum Tarsum Ciliciæ venisset, corpus Juliani sepulturæ

## ΚΕΦΑΛ. ΚϚ'.

*Περὶ τῆς τελευτῆς Ἰοβιανοῦ τοῦ βασιλέως.*

Οὕτω μὲν οὖν βασιλεὺς τότε τὴν ὁρμὴν τῶν ἐρεσχελεῖν προαιρουμένων ἐπέσχεν. Ἢ τάχος δὲ τῆς Ἀντιοχείας ἀναχωρήσας, τὴν Ταρσόν τε καταλαβὼν τῆς Κιλικίας, ἐκεῖ τὸ Ἰουλιανοῦ σῶμα ἔθαψε· καὶ

### VALESII ANNOTATIONES.

(8) *Πέτρος Σίππων*. Scribe meo periculo Πέτρος Ἵππων. Fuit hic Petrus episcopus Hippi provinciæ Palæstinæ. Subscripserat concilio Seleuciensi una cum aliis partis Acacii qui hic recensentur, verbi gratia, Zoilo Larissæ, Eutychiano Eleutheropoleos episcopo, sicut legere est apud Epiphanium in hæresi Semiarianorum, ubi hæc leguntur : Πέτρος ἐπίσκοπος Ἵππου Παλαιστίνης. Hippos, oppidum Palæstinæ, triginta stadiis distans a Tiberiade, memorat Josephus in Vita sua.

(9) *Ἀραβιανὸς Ἄντρου*. Apud Epiphanium Scholasticum est *Arabianus Adrensis*, recte omnino. Hic enim est Arabianus seu Arabion episcopus Adraorum, qui Seleuciensi concilio subscripsit, inter episcopos partis Acacianæ, ut refert Epiphanius in hæresi Semiarianorum, ubi post Exeresium Gerasorum episcopum, et proxime ante Charistum C Azoti episcopum collocatur. Adra seu Adraon urbs est Arabiæ sub episcopatu Bostrensi, ut docet Guillelmus Tyrius. Certe Uranius Adranensis episcopus numeratur in synodo prima Constantinopolitana inter episcopos provinciæ Arabiæ. In synodo autem quinta Constantinopolitana, Dorymenius quidam recensetur episcopus Adraorum.

(10) *Διὰ Λαμυδρίωνος*. Malim scribere Λαμυρίωνος ex Epiphanio Scholastico. Est enim nomen formatum ἀπὸ τοῦ λαμυροῦ. Mox pro Ἀτετίου, idem Epiphanius legit Ἀετίου, quomodo in Florentino codice scriptum inveni.

(11) *Εἰρηνίων Γάζης*. Hujus mentio fit a Marco diacono in Vita Porphyrii Gazensis episcopi, quam habes apud Surium.

(12) *Ὡς τὸ ἐφεῖναι*. Scribendum est διὰ τὸ ἐφεῖναι θρησκεύειν.

### VARIORUM.

(e) *Θεμίστιος*. Themistius philosophus, cognomento Εὐφραδής, hoc est, Eloquens, in Paphlagonia patrem habuit Eugenium philosophiæ professorem, ut ipse testatur orat. II et XIV. Cum præcipua sapientiæ laude floreret Themistius, certatimque sibi eum urbes ac provinciæ asciscerent, Antiochiæ, Nicomediæ, Constantinopoli et Romæ philosophiam professus est. Romæ quidem tanto hominum applausu, ut cum honestissimis conditionibus propositis eum apud se retinere frustra essent conati, imperatorem ipsum interpellandum putaverint. Sed cum nihil ne sic quidem promoverent, reversus Constantinopolim, ad usitatum se docendi munus contulit. Uxorem duxit, liberosque procreavit : imperatoribus cum primis gratiosus fuisse traditur : D a quibus in senatorium ordinem cooptatus, præfecturam etiam urbis administravit. Apud Valentem magna valuit auctoritate; cujus sævientem in orthodoxos rabiem aliquoties oratione compescuit : de qua vide Sozom. l. VI, cap. 36. Gentilis semper mansit, quod ex orationibus ejus evidenter apparet : fuisse tamen cum Gregorio Naz. amicitia ac familiaritate conjunctum, ipsiusmet ex Gregorii scriptis ad eum epistolis 139 et 140 constat. Themistii etiam meminerunt Augustinus *De categoriis decem*, cap. 3; Niceph. *Hist. eccl.* l. X, cap. 42, Photius *Biblioth*, Suidas, Constantius *Epist. ad senatum*, in cod. Theod. lib. VI, tit. 4. Vide Dionys. Petavium in Vita Themistii orationibus præmissa, unde hæc desumpsimus.

Digitized by Google

πάντα ἐπὶ τῇ κηδείᾳ τὰ νόμιμα πληρώσας, ὕπατος A τε ἀναγορεύεται. Καὶ αὖθις ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν (13) διαβαίνειν σπουδάζων, ἐν χωρίῳ τινὶ παραγίνεται, ᾧ προσωνυμία Δαδάστανα· μεθόριον δέ ἐστι τοῦτο Γαλατίας καὶ Βιθυνίας. Ἔνθα καὶ Θεμίστιος ὁ φιλόσοφος μετὰ τῶν ἄλλων συγκλητικῶν ἀπαντήσας, τὸν ὑπατικὸν ἐπ' αὐτοῦ διεξῆλθε λόγον, ὃν ὕστερον καὶ ἐν Κωνσταντίνου πόλει ἐπὶ τοῦ πλήθους ἐπεδείξατο. Ἀλλ' εὐτυχῶς τὰ Ῥωμαίων ἔπραξεν ἄν, τά τε δημοσίᾳ, καὶ τὰ ἐκ τῶν Ἐκκλησιῶν, οὕτως ἀγαθοῦ βασιλέως εὐτυχήσαντα, εἰ μὴ ἀφνίδιος ἐπιγενόμενος θάνατος, τὸν τοιοῦτον ἄνδρα τῶν πραγμάτων ἀφείλετο. Ἐν γὰρ τῷ προῤῥηθέντι χωρίῳ, χειμῶνος ὥρᾳ τῷ τῆς ἐμφράξεως νοσήματι συσχεθεὶς ἐτελεύτησεν, ἐν ὑπατείᾳ τῇ αὐτοῦ καὶ Βαρωνιανοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τῇ ἑπτακαιδεκάτῃ τοῦ Φεβρουαρίου [f] μηνός· B βασιλεύσας μῆνας ἑπτὰ, ζήσας ἔτη τριακοντατρία. Περιέχει δὲ ἡ βίβλος χρόνον ἐτῶν δύο, μηνῶν πέντε [g].

mandavit, peractaque exseqniarum ejus solemnitate, consul renuntiatur. Inde Constantinopolim contendens, venit ad locum quemdam cui nomen est Dadastana, in finibus Galatiæ et Bithyniæ situm. Ibi Themistius philosophus cum aliis senatorii ordinis viris obviam ei progressus, orationem consularem coram illo recitavit, quam iterum postea Constantinopoli coram populo pronuntiavit. Ac profecto res Romanæ tam civiles quam ecclesiasticæ, utpote optimum principem nactæ, ad summam felicitatem perventuræ erant, nisi repentina mors talem virum reipublicæ subtraxisset. Nam in loco superius memorato, hiemis tempore obstructionis morbo correptus, excessit e vita, consulatu suo et Varroniani filii, die XIII Kalendas Martii, cum regnasset menses septem, vixisset vero annos tres ac triginta. Porro hic liber complectitur res gestas spatio biennii et mensium quinque.

## VALESII ANNOTATIONES.

(13) *Καὶ αὖθις ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν.* Scribendum videtur καὶ αὐτίκα, vel καὶ εὐθύς, etc. Paulo post etiam malim scribere τά τε δημόσια καὶ τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν, sicut legit Epiphanius.

## VARIORUM.

[f] *Τῇ ἑπτακαιδεκάτῃ τοῦ Φεβ.* Atqui occurrit lex Joviani contra raptores, data undecimo Kal. Mart. h. e. 19 Februarii, in cod. Theodos. lib. IX, tit. 25, W. LOWTH. Auctor Chronici Alex. XII Kal.; Idatius in Fastis XI Kal. Martii diem supremum obiisse Jovianum tradunt. In Eutropio, qui tunc temporis vixit, legitur dies emortualis fuisse XIV Kal. Mart., quanquam aliqui legunt XIII, et sic quidem cum Socrate consentit Eutropius. *Super Joviani obitu dubietates emersere complures*, inquit Marcellinus lib. XXV, in fine. *Fertur enim recenti calce cubiculi illiti ferre odorem noxium nequivisse, vel extuberato capite periisse succensione prunarum immensa; aut certe ex colluvione ciborum avida cruditate distentus. Decessit autem tricesimo ætatis et tertio.* Chrysostomus homil. 15 in Philippenses, venenata potione exstinctum fuisse palam affirmat. Vino et Veneri indulsisse Jovianum testantur Marcellinus et Zonaras.

[g] *Μηνῶν πέντε.* Atqui quatuor tantum menses supra biennium numerari possunt, juxta ipsius Socratis computationem, scil. a tertio Non. Novemb. ann. Chr. 361, ad 17 diem Februarii, ann. Chr. 364. W. LOWTH.

# LIBER QUARTUS.

—

### *ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΚΑΙ Η ΤΕΤΑΡΤΗ ΒΙΒΛΟΣ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ.*

ΚΕΦ. Α'. *Ὅτι Ἰοβιανοῦ τελευτήσαντος, Οὐαλεντινιανὸν ἀναγορεύουσιν, ὃς δὴ κοινωνὸν τῆς βασιλείας λαμβάνει τὸν ἀδελφὸν Οὐάλεντα. Καὶ ὅτι Οὐαλεντινιανὸς μὲν ὀρθόδοξος, Οὐάλης δ' Ἀρειανός.*

Β'. *Ὅτι Οὐαλεντινιανοῦ ἐπὶ τὰ ἑσπέρια μέρη γενομένου, Οὐάλης ἐν Κωνσταντίνου πόλει προελθόντων Μακεδονιανῶν, καὶ αἰτούντων σύνοδον γενέσθαι, ἐπένευσε· καὶ ὅτι τοὺς τοῦ ὁμοουσίου ἐπολέμει.*

Γ'. *Ὅτι Οὐάλεντος κακῶς ποιοῦντος ἐν τῇ Ἀνατολῇ τοὺς τὸ ὁμοούσιον φρονοῦντας, ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει, τύραννος ἀνέστη Προκόπιος. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ καιρῷ καὶ σεισμὸς ἐπιγενόμενος, καὶ θαλάσσης ἐπίκλυσις, τὰς πολλὰς τῶν πόλεων ἔβλαψεν.*

Δ'. *Ὅτι θορύβου ὄντος ἐν τοῖς δημοσίοις καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς, οἱ τὴν σύνοδον ἐν τῇ Λαμψάκῳ συγκροτήσαντες Μακεδονιανοί, τὴν μὲν ἐν Ἀντιοχείᾳ πίστιν αὖθις*

210-12

### *IN QUARTO LIBRO ECCLES. HISTORIÆ SOCRATIS HÆC CONTINENTUR.*

CAP. I. *Quomodo post obitum Joviani Valentinianus factus est imperator, qui Valentem fratrem imperii consortem ascivit. Et quod Valentinianus quidem orthodoxus, Valens vero Arianus exstiterit.*

II. *Quomodo, Valentiniano in Occidentem profecto, Valens Constantinopoli degens, Macedonianis ipsum adeuntibus et synodum fieri poscentibus, id permisit; et quomodo Homousianos prosecutus est.*

III. *Quomodo, dum Valens Homousianos in Oriente persequitur, Constantinopoli surrexit tyrannus Procopius: eodemque tempore terræ motus et maris inundatio plurimas urbes evertit.*

IV. *Quomodo, turbato reipublicæ et Ecclesiæ statu, Macedoniani, collecta apud Lampsacum synodo, Antiochenam fidem iterum confirmarunt; Arimi-*



Digitized by Google

| | | | |
|---|---|---|---|
| | *nensem vere anathemate damnarunt : et depositionem Acacii atque Eudoxii denuo roborarunt.* | | κρατύναντες, τὴν ἐν Ἀριμήνῳ ἀνεθεμάτισαν· καὶ αὖθις τὴν Ἀκακίου καὶ Εὐδοξίου καθαίρεσιν βεβαιοῦσιν. |
| V. | *Quomodo, conserto prælio circa urbem Phrygiæ, Valens Procopium tyrannum, proditione ducum captum, una cum ipsis ducibus inusitatis suppliciis interemit.* | Ε'. | Ὅτι συμβολῆς γενομένης περὶ πόλιν τῆς Φρυγίας, τοῦ τε βασιλέως καὶ τοῦ τυράννου Προκοπίου, προδοσίᾳ τῶν στρατηγῶν ἑλὼν τὸν τύραννον, αὐτόν τε καὶ αὐτοὺς ξέναις τιμωρίαις ὑποβαλὼν ἀνεῖλεν. |
| VI. | *Quomodo imperator, interfecto tyranno, eos qui synodo interfuerant, cunctosque pariter Christianos Arii opinionem amplecti coegerit.* | Ϛ'. | Ὅτι μετὰ τὴν τοῦ τυράννου ἀναίρεσιν, πάλιν ὁ βασιλεὺς ἠνάγκαζε τοὺς τῆς συνόδου ἀρειανίσαι, καὶ πάντας τοὺς Χριστιανούς. |
| VII. | *Quomodo, pulso Eleusio Macedoniano, Eunomius Cyzici episcopatum adeptus est, et unde ortus fuerit : et quod cum notarius esset Aetii impii, illum sibi imitandum proposuit.* | Ζ'. | Ὅτι Εὐνόμιος Κυζίκου γέγονεν ἐπίσκοπος, Ἐλεύσιον τὸν Μακεδονιανὸν ἐκβαλών, καὶ περὶ τοῦ πόθεν ὥρμητο· καὶ ὅτι Ἀετίου τοῦ ἀθέου ὑπογραφεὺς ὤν, τὰ ἐκείνου ἐζήλωσεν. |
| VIII. | *De oraculo quod in lapide inciso inventum est, tunc cum Chalcedonos muri ob iram Valentis Augusti destruerentur.* | Η'. | Περὶ τοῦ εὑρεθέντος χρησμοῦ ἐν λίθῳ γεγλυμμένῳ, ὅτε τὸ Χαλκηδόνος τεῖχος ἐλύετο, κατ' ὀργὴν τοῦ βασιλέως Οὐάλεντος. |
| IX. | *Quomodo imperator Valens Novatianos, qui consubstantialis doctrinam perinde ac Catholici tuebantur, persecutus sit.* | Θ'. | Ὡς ὁ βασιλεὺς Οὐάλης, καὶ Ναυατιανοὺς ὁμοίως τοῖς ὀρθοδόξοις τὸ ὁμοούσιον φρονοῦντας ἤλαυνεν. |
| X. | *Quod imperator Valentinianus filium genuit Valentinianum, cum Gratianum filium ante imperium suum suscepisset.* | Ι'. | Ὡς ὁ βασιλεὺς Οὐαλεντινιανὸς ὁμώνυμον αὐτῷ παῖδα γεγέννηκε, Γρατιανοῦ πρότερον τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἤδη γεγεννημένου. |
| XI. | *De inusitatæ magnitudinis grandine quæ cecidit e cœlo, et de terræ motibus per Hellespontum ac Bithyniam.* | ΙΑ'. | Περὶ τῆς κατενεχθείσης οὐρανόθεν ἐξαισίου χαλάζης, καὶ περὶ τῶν ἐν Βιθυνίᾳ καὶ Ἑλλησπόντῳ γενομένων σεισμῶν. |
| XII. | *Quomodo Macedoniani propter imperatoris adversus ipsos violentiam in angustias redacti, missa ad Liberium Romanum episcopum legatione, fidei consubstantialis subscripserunt.* | ΙΒ'. | Ὡς οἱ τὰ Μακεδονίου φρονοῦντες διὰ τὴν τοῦ βασιλέως περὶ αὐτοὺς βίαν στενοχωρούμενοι, πρὸς Λιβέριον τὸν Ῥώμης διαπρεσβευσάμενοι, τῷ ὁμοουσίῳ ἐγγράφως προσέθεντο. |
| XIII. | *Quomodo Eunomius se ab Eudoxio sejunxit, eo quod Aetio addictus est : et quomodo tumultu Alexandriæ per Eudoxium excitato, iterum fugit Athanasius : cumque ob id populus seditionem movisset, timens imperator, lenitis per litteras Alexandrinis, Athanasium denuo Ecclesiam suam obtinere jussit.* | ΙΓ'. | Ὅπως Εὐνόμιος Εὐδοξίου κεχώριστο, διὰ τὸ προσκεῖσθαι αὐτὸν Ἀετίῳ, καὶ ὅτι σπουδῇ Εὐδοξίου ταραχῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γενομένης, Ἀθανάσιος πάλιν φεύγει· καὶ ὅτι τοῦ λαοῦ διὰ τοῦτο στασιάσαντος ὁ βασιλεὺς δείσας, διὰ γραμμάτων τε τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παρακαλέσας, αὖθις τὸν Ἀθανάσιον κρατεῖν ἀδεῶς τὴν Ἐκκλησίαν ἐκέλευσεν. |
| XIV. | *Quomodo, mortuo Constantinopoli Eudoxio, Ariani quidem Demophilum, Orthodoxi vero Evagrium, annitente Eustathio Antiocheno, ordinaverunt.* | ΙΔ'. | Εὐδοξίου ἐν Κωνσταντινουπόλει τελευτήσαντος, οἱ μὲν Ἀρειανοὶ Δημόφιλον, οἱ ὀρθόδοξοι δὲ Εὐάγριον, δι' Εὐσταθίου τοῦ Ἀντιοχείας, ἐχειροτόνησαν. |
| XV. | *Quomodo, Evagrio et Eustathio in exsilium ab imperatore pulsis, Ariani Homousianos gravissime oppresserunt.* | ΙΕ'. | Ὡς τοῦ βασιλέως Εὐάγριον καὶ Εὐστάθιον ἐξορίσαντος, οἱ τὰ Ἀρείου φρονοῦντες, σφόδρα τοὺς τὸ ὁμοούσιον κρατοῦντας ἐκάκουν. |
| XVI. | *De sanctis presbyteris jussu Valentis in navigio crematis, et de fame quæ Dei indignatione ob id accidit in Phrygia.* | ΙϚ'. | Περὶ τῶν ἐν τῷ πλοίῳ κατακαέντων ἁγίων πρεσβυτέρων ὑπὸ Οὐάλεντος· καὶ περὶ τοῦ γεγονότος κατὰ μῆνιν Θεοῦ ἐν τῇ Φρυγίᾳ λιμοῦ. |
| XVII. | *Quomodo imperator dum Antiochiæ versaretur, Homousianos persecutus fuerit.* | ΙΖ'. | Ὡς ὁ βασιλεὺς ἐν Ἀντιοχείᾳ γενόμενος, τοὺς τὸ ὁμοούσιον φρονοῦντας ἐδίωκεν. |
| XVIII. | *De his quæ Edessæ facta sunt, deque præfecti contumelia, et de civium fide et constantia, et de pia quadam muliere.* | ΙΗ'. | Περὶ τῶν ἐν Ἐδέσσῃ γενομένων τῆς τε τοῦ ὑπάρχου ὕβρεως, καὶ περὶ τῆς τῶν πολιτῶν πίστεώς τε καὶ παῤῥησίας, καὶ τῆς θεοφιλοῦς γυναικός. |
| XIX. | *Quomodo imperator Valens multos qui primam sui nominis litteram haberent Theta, occiderit, ob quamdam divinationem qua id prædictum fuerat.* | ΙΘ'. | Ὡς βασιλεὺς Οὐάλης πολλοὺς ἀνεῖλε, στοιχεῖον Θῆτα ἔχοντας ἐν τῇ καταρχῇ τοῦ ὀνόματος, ἔκ τινος νεκυομαντείας τοῦτο φημισθείσης. |
| XX. | *De obitu Athanasii, et de promotione Petri.* | Κ'. | Περὶ τῆς Ἀθανασίου τελευτῆς, καὶ Πέτρου προαγωγῆς. |
| XXI. | *Quomodo post mortem Athanasii, Ariani jussu Valentis imp. Lucio, quem prius ordinaverant, ecclesias tradiderunt, et Petrum custodiæ manciparunt.* | ΚΑ'. | Ὡς Ἀθανασίου τελευτήσαντος, οἱ Ἀρειανοὶ προστάξει τοῦ βασιλέως Οὐάλεντος, Λουκίῳ τῷ ὑπ' αὐτῶν πρότερον χειροτονηθέντι, τὰς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παραδόντες ἐκκλησίας, τὸν Πέτρον φυλακῇ παρέδοσαν. |


Digitized by Google

ΚΒ'. Ὅτι πολλῶν κακῶν γενομένων εἰς τὸν Λουκίου ἐνθρονισμὸν, Σαβῖνος ὁ Μακεδονιανὸς συγγραφεὺς, οὐδενὸς ἐμνημόνευσε· Πέτρος δὲ συγγράφων ἐμνήσθη, ὃς καὶ διαφυγὼν πρὸς Δάμασον τὸν Ῥώμης ἀπεσώθη· οἱ δὲ Ἀρειανοὶ καὶ Λούκιος, πολλὰ κακὰ τοῖς ἐν ἐρήμῳ ἁγίοις μονάζουσιν ἐνεδείξαντο.

ΚΓ'. Περὶ τοῦ ἁγίου μονάζοντος Ἀμμοῦ, καὶ ἑτέρων ἁγίων ἀνδρῶν κατάλογος, ἐκ τῆς Εὐαγρίου συγγραφῆς.

ΚΔ'. Περὶ τῶν ἐξορισθέντων ἁγίων μοναχῶν, ὅπως ὁ Θεὸς ταῖς αὐτῶν θαυματοποιΐαις, πάντας πρὸς ἑαυτὸν ἐφειλκύσατο.

ΚΕ'. Περὶ Διδύμου τοῦ τυφλοῦ.

ΚϚ'. Περὶ Βασιλείου Καισαρείας, καὶ Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζοῦ.

ΚΖ'. Περὶ Γρηγορίου τοῦ Νεοκαισαρείας.

ΚΗ'. Περὶ Ναυάτου, καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ Ναυατιανῶν· καὶ ὡς μετέθεσαν οἱ κατὰ τὴν Φρυγίαν ἐξ αὐτῶν οἰκοῦντες, τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτὴν, ὁμοίως τοῖς Ἰουδαίοις.

ΚΘ'. Περὶ Δαμάσου τοῦ Ῥώμης, καὶ Οὐρσίνου, ὅπως δι' αὐτοὺς ταραχῆς καὶ στάσεως ἐν Ῥώμῃ γενομένης, φόνος πολὺς ἐπηκολούθησεν.

Λ'. Ὡς τοῦ Μεδιολάνων ἐπισκόπου Αὐξεντίου τελευτήσαντος, καὶ στάσεως ἐπὶ τῇ ἐκλογῇ τοῦ μέλλοντος χειροτονηθῆναι γενομένης, Ἀμβρόσιος ὁ τοῦ ἔθνους ἔπαρχος, τὴν στάσιν μετὰ στρατιωτικῆς χειρὸς καταπαύων, ψήφῳ κοινῇ, καὶ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως Οὐαλεντινιανοῦ συναινέσαντος, πάντων προεκρίθη τῆς ἐκκλησίας πρόεδρος.

ΛΑ'. Περὶ τῆς τελευτῆς Οὐαλεντινιανοῦ.

Ὀλίγον δὲ ὕστερον τοῦδε τοῦ πολέμου, κατὰ τὴν αὐτὴν ὑπατείαν, Οὐαλεντινιανῷ τῷ βασιλεῖ (32) ἐν

### VALESII ANNOTATIONES.

(31) *Ὧν ἐπ' ὀνόματι καὶ δημοσίᾳ λουτρά.* Falsum est quod ait Socrates, Anastasianas balneas quæ erant Constantinopoli, ita dictas fuisse ab Anastasia Valentis filia, et a Valente ædificatas. Imo a Constantino Maximo ædificatæ sunt, et ex C sororis ipsius nomine Anastasianæ appellatæ. Docet id Ammianus Marcellinus in lib. XXVI, ubi tyrannidem Procopii describit: *Idem Procopius diductus in cogitationes varias, Anastasianas balneas petit, a sorore Constantini cognominatas.* Ad quem locum jam pridem notavi Anastasiam Constantini sororem nuptam fuisse Bassiano Cæsari. Exstitit postea in Britannia vir quidam nobilis atque eruditus, qui hanc meam annotationem reprehendit, et Bassianum Cæsarem fuisse pertinaciter negavit. Quanam igitur ratione motus id affirmaverim, paucis hoc loco dicam. Cum imperator Constantinus, victo Maxentio, Constantiam sororem suam nuptui tradidisset Licinio, paulo post reversus in Gallias, Constantium fratrem suum ad Licinium misit, suadens ut Bassianus Cæsar fieret; cui nupta erat altera Constantini soror Anastasia. *Sed Licinio talia frustrante, per Senicionem Bassiani fratrem, qui ipsi fidus erat, in Constantinum Bassianus armatur. Qui tamen in conatu deprehensus, Constantino jubente convictus et stratus est. Cum Sinicius auctor insidiarum posceretur ad pœnam, negante Licinio fracta concordia est.* Ita legitur in excerptis de Vita Constantini, quæ olim edidi ad calcem Ammiani Marcellini. Ex quibus ita concludo, primum quidem Constantinum apud Licinium egisse ut Bassianus Cæsar fieret; deinde Bassianum a Licinio sollicitatum, non solum conspirasse adversus Constantinum, sed etiam bellum ei intulisse. Tyrannidem ergo Bassianus arripuerit necesse est, ac proinde Cæsaris nomen per vim assumpserit, quod Constantinus ei dare cogitabat, si consensus accessisset Licinii. His rationibus impulsus, Bassianum Cæsarem appellavi, quem tamen tyrannum potius, nec legitimum Cæsarem unquam fuisse fateor. Porro cum Anastasianæ balneæ fuerint Constantinopoli ante tumultum Procopii, sicut ex Ammiano Marcellino ostendimus, satis inde colligitur eas a Valente exstructas non esse, quippe qui eo tempore recens adhuc imperium administraret. Cæterum in hoc Socratis loco scribendum est δημόσια λουτρά.

(32) *Κατὰ τὴν αὐτὴν ὑπατείαν, Οὐαλεντινιανῷ τῷ βασιλεῖ.* Errat hic graviter Socrates. Valentinianus enim junior qui natus est Gratiano et Dagalaifo consulibus, non Valentiniani, sed Valentis Augusti filius fuit. Id docet aperte Idatius in *Fastis: Gratiano Nob. et Dagalaifo consulibus. His consulibus natus est Valentinianus junior, filius Augusti Valentis, die 15 Kalend. Februarias.* Scio quidem in editione Jacobi Sirmondi vulgo legi, *filius Augusti Valentiniani.* Verum in vetustissimo codice manuscripto collegii Claromontani, ex quo Jacobus Sirmondus olim hos Fastos edidit, diserte scriptum inveni, *filius Augusti Valentis.* D Sed præter testimonium horum Fastorum, multis aliis argumentis evinci potest, Valentinianum hunc juniorem, qui natus est Gratiano et Dagalaifo consulibus anno trecentesimo sexagesimo sexto natalis Dominici, filium fuisse Valentis Augusti. Hic enim ipse est, ut inter omnes constat, qui postea consul fuit cum Victore, anno Christi 369; et cui Themistius orationem consularem dixit, quæ hodieque exstat sub hoc titulo : Προτρεπτικὸς Οὐαλεντινιανῷ νέῳ. Porro in hac oratione Themistius passim Valentem Valentiniani hujus patrem, et Gratianum ἀνεψιόν, id est patruelem appellat. Exempli gratia, pag. 253,

### VARIORUM.

¶ *Ἐν ὑπατείᾳ Γρατιανοῦ καὶ Δαγαλαΐφου.* Procopius tyrannus his consulibus victus in Phrygia Salutari ad Nacoliam, interfectusque, Ammiano lib. XXVI, cap. 9; Zosimo, lib. IV, p. 739, et Hieronymo in Chronico testibus. datius in Fastis eum oppressum scribit sexto Kalendas Junias : in quo cum Socrate consentit. ( Ant. Pagi, ad ann. 366, n. 2.)

Digitized by Google

τοῖς ἑσπερίοις μέρεσιν, ἐτέχθη υἱὸς ὁμώνυμος αὐτῷ· A Γρατιανὸς γὰρ ἤδη πρότερον πρὸ τῆς βασιλείας αὐτῷ γεγέννητο.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

*Περὶ τῆς κατενεχθείσης οὐρανόθεν ἐξαισίου χαλάζης, καὶ περὶ τῶν ἐν Βιθυνίᾳ καὶ Ἑλλησπόντῳ σεισμῶν.*

Τῇ δὲ ἑξῆς ὑπατείᾳ, ἥτις ἦν Λουπικίνου καὶ Ἰοβιανοῦ [r], χειροπληθὴς κατηνέχθη χάλαζα ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει, τῇ δευτέρᾳ τοῦ Ἰουλίου μηνὸς, λίθοις ἐμφερής. Τὴν δὲ χάλαζαν πολλοὶ ἔφασκον κατὰ μῆνιν Θεοῦ κατενηνέχθαι, ὅτι πολλοὺς τῶν ἱερωμένων ἀνδρῶν ἐξορίστους ὁ βασιλεὺς ἐποίει, μὴ βουλομένους κοινωνεῖν Εὐδοξίῳ. Ὀλίγον δὲ μετὰ τόνδε τὸν χρόνον κατὰ τὴν αὐτὴν ὑπατείαν, Οὐαλεντινιανὸς ὁ βασιλεὺς τὸν υἱὸν Γρατιανὸν βασιλέα κατέστησε, τῇ B τετάρτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ Αὐγούστου μηνός. Τῇ δὲ ἑξῆς ὑπατείᾳ, ἥτις ἦν Οὐαλεντινιανοῦ τὸ δεύτερον καὶ Οὐάλεντος τὸ δεύτερον, σεισμὸς περὶ τὴν Βιθυνίαν γενόμενος, Νίκαιαν τὴν πόλιν κατέστρεψεν τῇ ἑνδεκάτῃ τοῦ μηνὸς Ὀκτωβρίου. Τοῦτο ἦν δωδέκατον ἔτος [s] μετὰ τὴν Νικομηδείας πτῶσιν. Ὀλίγον δὲ μετὰ τόνδε τὸν σεισμὸν, καὶ Γέρμης τῆς Ἑλλησπόντου τὰ πολλὰ μέρη ὑπὸ τοῦ ἑτέρου σεισμοῦ κατηνέχθη. Καὶ τούτων γινομένων, οὐδεμία εὐλάβεια οὔτε Εὐδόξιον ὑπεισῄει τὸν τῶν Ἀρειανῶν ἐπίσκοπον, οὔτε μὴν

est filius, patri cognominis. Nam Gratianus diu antequam imperium suscepisset, ei natus fuerat.

## CAP. XI.

*De inusitatæ magnitudinis grandine quæ cecidit e cœlo, et de terræ motibus per Hellespontum ac Bithyniam.*

Sequente anno, Lupicino et Jovino consulibus, sexto Nonas Julii, grando immensæ magnitudinis, instar lapidum cecidit Constantinopoli. Hanc autem grandinem ira Dei immissam esse multi dicebant, eo quod imperator complures sacerdotes qui Eudoxio communicare nollent, in exsilium miserat. Non multo post, iisdem consulibus Valentinianus filium suum Gratianum imperatorem renuntiavit, die nono Kalendas Septembres. Sequente autem anno, quo Valentinianus et Valens iterum consules fuere, terræ motus in Bithynia factus Nicæam urbem subvertit, die quinto Idus Octobris. Annus hic erat duodecimus a ruina urbis **223** Nicomediæ. Nec multo post alio terræ motu magna pars urbis Germæ in Hellesponto corruit. Quæ licet fierent, nullus tamen metus, nec Eudoxium Arianorum episcopum, nec Valentem imperatorem subiit. Neque enim destiterunt a persecutione eorum qui ab ipsis dissentiebant. Hi porro terræ motus signa quædam

## VALESII ANNOTATIONES.

Ἔτι δὲ ἐν ἀγκάλαις περιφερόμενος συστρατεύεις τῷ πατρὶ καὶ συστρατηγεῖς, et reliqua. Præterea cædem atque interitum tyranni Procopii, ortu ejusdem C Valentiniani significatam esse a Deo affirmat Themistius, pagina 254. Certe Valentinianus junior natus est Gratiano et Dagalaifo consulibus, die 15 Kalend. Februarias, ut legitur in Fastis Idatii et in Chronico Alexandrino. Quo anno Procopius tyrannus a Valente superatus est die 6 Kalendas Junias, ut in iisdem Fastis habetur. At si Valentinianus hic junior Valentiniani senioris fuisset filius, ejus ortus nihil significasset Valenti. Deinde si hic Valentinianus Valentiniani senioris revera filius fuit, cur in Oriente versatus est? Quomodo in tam longinquam peregrinationem a patre mitti potuit adhuc infans? Nam Valentem in expeditione Gothica comitatus est, teste Themistio non procul ab initio hujus orationis. Denique constat ex oratione quinquennali Themistii sub finem, Valenti filium fuisse unicum, tunc cum quinquennalia ageret, hoc est anno Dominici natalis 368. Cum igitur anno sequente Valentinianus nobilissimus D consul factus fuerit in Oriente, non alius potest hic esse quam Valentis filius. Et Themistius quidem in calce orationis quinquennalis, postquam de illo unico Valentis filio locutus est, hæc subjicit verba: Ὃν ἐγὼ Ἀλέξανδρον ποιησαίμην, καὶ θρέμμα αὖθις τοιοῦτον αὐχήσειε φιλοσοφία. In exhortatione vero quam anno sequenti dixit Valentiniano juniori, iisdem pene verbis puerum alloquitur: Δεῦρ' ἴθι, παῖ, ἐπὶ τῶν ἐμῶν καθίζου γονάτων. Et paulo post: Συμπαιδαγωγήσουσι δέ σε ἐμοὶ Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης, οἳ καὶ τὸν μέγαν Ἀλέξανδρον ἐπαιδαγώγησαν. Ex quo apparet unum eumdemque esse de quo Themistius utrobique loquitur; ac proinde Valentinianum juniorem, quem in exhortatione illa Themistius alloquitur, eum ipsum esse Valentis unicum filium. Cæterum hic Valentinianus junior alio nomine etiam Galates dictus est. Sic enim eum appellant Socrates atque Sozomenus. Ac Sozomenus quidem in libro sexto capite decimo quinto diserte affirmat Valenti unicum fuisse filium ex Dominica uxore, nomine Galaten. Cum igitur constet ex iis quæ proxime dixi, Valentinianum nobilissimum Valentis filium fuisse, unus idemque sit necesse est Valentinianus et Galates. Equidem crediderim Galatæ cognomentum puerum inditum fuisse ex eo quod in Galatia natus sit, tunc cum Valens adversus Procopium bellum gereret. Porro Sozomeni ac Socratis error ex eo manasse mihi videtur, quod duos Valentinianos juniores, alterum Valentis, alterum Valentiniani senioris filium inter se confuderunt, et ex duobus unum fecerunt. Putarunt enim Valentinianum nobilissimum, qui consul fuit cum Victore, eumdem esse cum Valentiniano juniore, qui post mortem patris sui Valentiniani senioris imperium tenuit cum Gratiano. Sed hunc errorem jam pridem refutavi in annotationibus ad librum xxx Ammiani Marcellini.

## VARIORUM.

[r] *Λουπικίνου καὶ Ἰοβιανοῦ.* Auctor Chronici Alexandrini sub his consulibus scribit, *Deum Constantinopoli grandinem saxeam depluisse mense Desio*, hoc est, Junio. Idatius in Fastis dicit id contigisse sub hujus anni consulibus, *die 4 Nonas Julias.* Porro oratio Gregorii Nazianz., *De plaga grandinis*, quam Baronius hanc in rem citat, a Gregorio jam episcopo composita, ut Nicetas observat, ideoque alia occasione dicta. (Ant. Pagi, ad ann. 367, n. 4.)

[s] *Τοῦτο ἦν δωδέκατον ἔτος.* Nicomedia terræ motu cecidit die 9 Kal. Sept., ut testatur Idatius in Fastis, et Ammianus, lib. xvii, cap. 7, consulatu Datiani et Cerealis, anno Chr. 358. Vide supra lib. ii, cap. 39.

Digitized by Google

esse videbantur perturbationis Ecclesiarum. Ac A multi quidem sacerdotes in exsilium ejecti sunt, sicut antea dixi. Soli tamen divina quadam providentia, propter eximiam sui reverentiam exsilium passi non sunt Basilius atque Gregorius : quorum ille Cæsareæ Cappadociæ erat episcopus : hic Nazianzi, urbis exiguæ quæ in vicinia Cæsareæ sita est. Sed de Basilio et Gregorio uberius postea dicemus.

τὸν βασιλέα Οὐάλεντα· τοῦ γὰρ διώκειν τοὺς μὴ τὰ αὐτῶν φρονοῦντας οὐκ ἐπαύοντο. Τεκμήρια δὲ ἐδόκει εἶναι τὰ τῶν σεισμῶν, τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν ταραχῆς. Ἐγίνοντο οὖν, ὡς ἔφην, ἐξόριστοι πολλοὶ τῶν ἱερωμένων ἀνδρῶν· μόνοι δὲ ἔκ τινος Θεοῦ προνοίας, δι' ὑπερβάλλουσαν εὐλάβειαν οὐχ ὑπεβλήθησαν ἐξορίαις, Βασίλειος καὶ Γρηγόριος. Ὧν ὁ μὲν Καισαρείας (33) τῆς ἐν Καππαδοκίᾳ ἐπίσκοπος ἦν· Γρηγόριος δὲ Ναζιανζοῦ πόλεως εὐτελοῦς γειτνιαζούσης τῇ Καισαρείᾳ. Περὶ μὲν οὖν Βασιλείου καὶ Γρηγορίου, προϊόντες ἐροῦμεν.

## CAP. XII.

*Quomodo Macedoniani propter imperatoris adversus ipsos violentiam in angustias redacti, missa ad Liberium Romanum episcopum legatione, fidei consubstantialis subscripserunt.*

B

Cæterum cum Homousiani tunc temporis gravissime vexati fugatique essent, denuo persecutores adversus Macedonianos grassari cœpere. Qui metu magis quam violentia constricti, per singulas civitates ultro citroque legatos inter se miserunt, significantes necessario confugiendum esse tum ad fratrem imperatoris, tum ad Liberium Romanæ urbis episcopum, eorumque fidem amplectendam potius quam ut cum Eudoxio communicarent.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

*Ὡς οἱ τὰ Μακεδονίου φρονοῦντες, διὰ τὴν τοῦ βασιλέως περὶ αὐτοὺς βίαν στενοχωρούμενοι, πρὸς Λιβέριον τὸν Ῥώμης διαπρεσβευσάμενοι, τῷ ὁμοουσίῳ ἐγγράφως προσέθεντο.*

Τῶν δὲ φρονούντων τὸ ὁμοούσιον σφοδρῶς τότε συνελαθέντων, αὖθις οἱ διώκοντες κατὰ τῶν Μακεδονιανῶν ἐχώρουν· οἱ δὲ, φόβῳ μᾶλλον καὶ βίᾳ στενοχωρούμενοι, κατὰ πόλεις διεπρεσβεύοντο πρὸς ἀλλήλους· δηλοῦντες δεῖν ἐξ ἀνάγκης καταφεύγειν, ἐπί τε τὸν ἀδελφὸν τοῦ βασιλέως, καὶ ἐπὶ Λιβέριον τὸν Ῥώμης ἐπίσκοπον. Ἀσπάζεσθαί τε τὴν ἐκείνων πίστιν μᾶλλον, ἢ κοινωνεῖν τοῖς περὶ Εὐδόξιον. Πέμπουσιν οὖν Εὐστάθιον (34) τὸν ἐκ Σεβαστείας, ὃς πολ-

## VALESII ANNOTATIONES.

(33) *Ὧν ὁ μὲν Καισαρείας.* Basilius episcopus Cæsareæ in Cappadocia factus est anno Christi trecentesimo sexagesimo nono, ut recte observavit Baronius. Socrates tamen episcopatum Basilii paulo vetustiorem facere videtur. Cum enim hoc loco ea referat quæ gesta sunt Valentiniano iterum et Valente iterum consulibus, qui fuit annus Christi C trecentesimus sexagesimus octavus, Basilium jam tum episcopum Cæsareæ agnoscit, et Gregorium Nazianzi. Cæterum quod ad Gregorium spectat, manifeste fallitur Socrates. Non enim Nazianzi, sed Sasimorum episcopus eo tempore a Basilio factus est Gregorius ; quem tamen episcopatum nunquam gessit, ut ipsemet testatur in epistolis. In Carminibus vero de Vita sua aperte queritur de Basilio, qui cum sexaginta sub se haberet episcopatus, vilis oppiduli Ecclesiam ipsi commendavisset, tametsi ipse nihilo inferior esset Basilio.

(34) *Πέμπουσιν οὖν Εὐστάθιον.* Baronius ad annum Christi 365 reprehendit Socratem, quod hanc Macedonianorum legationem ad Liberium papam, cujus princeps fuit Eustathius Sebastenus, conferat in annum Christi 368, quo anno Valentinianus et Valens iterum consules fuere. Ipse duobus potissimum argumentis innixus, missam esse censet anno Christi 365. Primum enim Eustathius cum D collegis missus est legatus a synodo Lampsacena. Atqui synodus Lampsacena congregata est anno Christi 365, septem annis post synodum Seleuciensem, ut testatur Socrates. Certe legati in libello fidei quem obtulerunt Liberio, diserte profitentur se legatos esse a synodo Lampsacena, ejusque synodi litteras ad Liberium afferre. Deinde si hæc legatio Macedonianorum missa esset anno Christi 368, non ad Liberium papam missa fuisset, sed ad Damasum. Liberius enim ex hac vita migravit anno Christi 367, Lupicino et Jovino consulibus : eodemque anno Damasus sedere cœpit. Atqui legati Macedonianorum, fidei suæ libellum obtulerunt Liberio, et ab eodem Liberio litteras ad suos acceperunt, ut refert Socrates hoc loco. Non igitur anno 368 missa est hæc legatio. Ego vero hanc legationem libentius contulerim in annum Christi 367, idque adversus Baronium hac ratione concludam. Fatetur Baronius Elpidium presbyterum urbis Romæ una cum Eustathio et collegis ejus missum esse ad Illyricianam synodum, cujus synodicam refert Theodoritus in libro IV *Historiæ ecclesiasticæ*. Atqui Illyriciana synodus cui Elpidius et Eustathius Sebastenus interfuit, collecta est anno Christi 367, aut 368, ut patet ex inscriptione epistolæ quam Valentinianus imperator scripsit ad episcopos Asiæ, ut synodum illam confirmaret. Hunc enim titulum habet imperialis epistola : *Valentinianus, Valens, et Gratianus Augusti episcopis*, etc., ut legere est apud Theodoritum in dicto libro. Atqui Gratianus a patre Augustus nuncupatus est, Lupicino et Jovino consulibus, IX Kalendas Septembris, ut præter Socratem docet Idatius in Fastis, et auctor Chronici Alexandrini. Proinde si Illyriciana synodus eodem anno contigit, quo legatio illa Macedonianorum, omnino Macedonianorum legatio conferenda erit in annum Christi 367 **, quo anno Liberius in vivis esse desiit ineunte Septembri. Potuit igitur Eustathius eum adire mense Junio, et ab eodem litteras accipere mense Augusto. Illyricianam autem synodum eodem anno mense Septembri celebratam esse opinor, quam confirmavit imperator Valentinianus, Gratiano jam ad Augustum culmen evecto.

## VARIORUM.

** Valesius in notis ad Sozomenum lib. VI, cap. 11, existimat cum Baronio, Socratem legationem Macedonianorum ad Liberium referre cum consulatu secundo Valentiniani et Valentis, anno 368 gesto ; hic autem eam in annum 367 conferendam esse. Sed utrobique perperam. Socrates enim refert consulatum illum secundum ad ea quæ cap. 11 narrat, quo ejusdem consulatus meminit, non vero ad legationem Macedonianorum quam capite præsenti narrat. Quare cum Lampsa-

Digitized by Google

λάκις καθῄρητο· Σιλβανὸν Ταρσοῦ τῆς Κιλικίας, καὶ Θεόφιλον Κασταβάλων · Κιλικίας δὲ καὶ ἥδε πόλις· ἐντειλάμενοι μὴ διακριθῆναι πρὸς Λιβέριον περὶ πίστεως, ἀλλὰ κοινωνῆσαι τῇ Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ, καὶ κυρῶσαι τὴν τοῦ ὁμοουσίου πίστιν. Οὗτοι γράμματα τῶν ἐν Σελευκείᾳ διακριθέντων ἐπικομιζόμενοι, τὴν παλαιὰν Ῥώμην κατέλαβον· καὶ τῷ βασιλεῖ μὲν οὐκ ἐντυγχάνουσι· περὶ τὰς Γαλλίας γὰρ ἠσχολεῖτο, Σαυρομάτας ἐκεῖ πολεμῶν (35)· Λιβερίῳ δὲ τὰς ἐπιστολὰς ἐγχειρίζουσιν · ὁ δὲ αὐτοὺς προσδέξασθαι οὐδαμῶς ἐβούλετο. Τῆς γὰρ Ἀρειανῶν μοίρας εἶναι, καὶ μὴ δύνασθαι δεχθῆναι ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἔλεγεν, ὡς τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ἀθετήσαντας. Οἱ δὲ ἀπεκρίναντο, ἐκ μεταμελείας ἐπεγνωκέναι τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἠρνῆσθαι μὲν ἤδη πρότερον τὴν τῶν ἀνομοίων B πίστιν, ὅμοιόν τε ὡμολογηκέναι κατὰ πάντα τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί· μηδέν τε διαφέρειν (36) τοῦ ὁμοουσίου τὸ ὅμοιον. Ταῦτα λέγοντας, Λιβέριος ἔγγραφον τὴν ὁμολογίαν τῆς γνώμης ἀπῄτησεν. Οἱ δὲ αὐτῷ βιβλίον ὤρεξαν, ἐν ᾧ καὶ τὰ ῥήματα τῆς κατὰ Νίκαιαν ἐκδοθείσης πίστεως προσεγέγραπτο. Τὰς μὲν οὖν ἐπιστολὰς, ἃς ἀπὸ Σμύρνης τῆς ἐν Ἀσίᾳ, καὶ ἀπὸ Πισιδίας, Ἰσαυρίας τε καὶ Παμφυλίας καὶ Λυκίας, συνόδους ποιησάμενοι ἔγραψαν, ἐνταῦθα διὰ τὸ μῆκος οὐ προσέγραψα. Τὸ μέντοι βιβλίον, ὃ οἱ περὶ Εὐστάθιον πρέσβεις Λιβερίῳ ἐπέδοσαν, ἔστι τόδε·

*Κυρίῳ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ Λιβερίῳ Εὐστάθιος, Θεόφιλος, Σιλβανὸς ἐν Κυρίῳ χαίρειν.*

Διὰ τὰς τῶν αἱρετικῶν μανιώδεις ὑπονοίας, οἳ οὐ C παύονται ταῖς Καθολικαῖς Ἐκκλησίαις σκάνδαλα ἐπιφέροντες, τούτου χάριν πᾶσαν ἀφορμὴν αὐτῶν ἀναιροῦντες, ὁμολογοῦμεν τὴν σύνοδον τὴν γενομένην ἐν Λαμψάκῳ καὶ ἐν Σμύρνῃ, καὶ ἐν ἑτέροις διαφόροις τόποις τῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων· ἧς συνόδου πρεσβείαν ποιούμενοι (37), πρὸς τὴν χρηστότητά σου καὶ

A Mittunt igitur Eustathium Sebastiæ episcopum, qui 224 jam sæpius depositus fuerat, Silvanum Tarsi Ciliciæ, et Theophilum Castabalorum, quæ etiam Ciliciæ urbs est : mandantque ne in fide dissentiant a Liberio, sed cum Ecclesia Romana communionem ineant, fidemque consubstantialis consensu suo confirment. Hi ergo cum litteris eorum qui Seleuciæ ab Acacio dissenserant, Romam venerunt. Et imperatorem quidem ipsum adire eis non licuit, quippe qui bello contra Sarmatas districtus in Galliis teneretur. Liberio vero litteras suas porrexerunt. Ille initio quidem eos admittere recusabat, Arianarum partium illos esse dicens, nec ab Ecclesia suscipi posse, utpote qui Nicænam fidem abrogassent. At illi se dudum resipuisse, et veritatem agnovisse responderunt : et Anomœorum quidem doctrinam ejurasse jampridem ; Filium vero Patri per omnia similem confessos esse, nec ullatenus differre consubstantialem a simili. Quæ cum dixissent, sententiæ suæ professionem scripto comprehensam Liberius ab iis exegit. Illi ergo libellum ei obtulerunt, in quo verba etiam fidei Nicænæ erant ascripta. Et epistolas quidem scriptas tum ab urbe Smyrna in Asia, tum ex Pamphylia, Isauria, ac Lycia, ubi concilia celebraverant, hic apponere brevitatis studio prætermisi. Libellus vero quem legati una cum Eustathio missi Liberio tradiderunt, ita se habet :

*Domino fratri et comministro Liberio, Eustathius, Theophilus et Silvanus in Domino S.*

Propter insanas hæreticorum opiniones, qui Ecclesiæ catholicæ offensionis causam præbere non cessant, nos omnem illis occasionem adimere cupientes, profitemur et asseveramus synodum orthodoxorum episcoporum quæ Lampsaci et Smyrnæ, aliisque in locis habita est ; cujus synodi legationem obeuntes, tum ad tuam beni-

## VALESII ANNOTATIONES.

(35) *Σαυρομάτας ἐκεῖ πολεμῶν.* Alamannos dicere debuit potius quam Sarmatas. Hoc enim tempore Valentinianus contra Alamannos bellum gerens in Galliis morabatur. Sub finem autem imperii, ut Sarmatis bellum inferret, profectus est in Illyricum.

(36) *Μηδέν τε διαφέρειν.* Lego μηδὲν δὲ διαφέρειν, etc., ut respondeat ei quod præcessit, καὶ ἠρνῆσθαι μέν, etc.

(37) *Ἧς συνόδου πρεσβείαν ποιούμενοι.* Notet hoc loco studiosus lector, Eustathium, Silvanum ac Theophilum, postquam de pluribus synodis locuti sunt, de Lampsacena videlicet ac Smyrnensi, D aliisque in Lycia, Pamphylia, Pisidia atque Isauria celebratis, nunc tamen dicere se ab una synodo legatos venisse, et unius synodi epistolam deferre. Sic enim loquuntur, ἧς συνόδου πρεσβείαν ποιούμενοι γράμμα κομίζομεν. Causa cur ita loquantur hæc est, quod synodus Smyrnensis et reliquæ per Pisidiam et Isauriam, Pamphyliam et Lyciam a Macedonianis celebratæ, ad exemplum ac similitudinem synodi Lampsacenæ compositæ fuerant, ejusque fidem ac doctrinam, tanquam primitivum exemplar expresserant. Quamobrem omnes istæ synodi pro una synodo sumuntur a legatis Macedonianorum : et singularum synodorum epistolæ, quas ab iisdem legatis perlatas esse paulo antea retulit Socrates, pro una eademque sumuntur epistola, eo quod eamdem fidei doctrinam complecterentur. Hæc ideo notavi, quod in versione Christophorsoni cuncta confusa sunt atque interpolata. Longe melius Epiphanius Scholasticus hunc locum interpretatus est.

## VARIORUM.

cena synodus anno 364 celebrata fuerit, legati Macedonianorum ultra annum 365 iter differre non potuerunt, ideoque existimandum eos sub hujus anni finem in Italiam pervenisse. Sozomenus enim lib. VI, cap. 10, inquit : *Legati cum in Italiam venissent, imperatorem in Galliis morari didicerunt, bellum gerentem cum barbaris eas accolentibus.* Parte alia Ammianus, lib. XXVI, cap. 5, affirmat, Valentinianum hoc anno ex Italia *prope Kalendas Novembres Parisios* venisse, quo anno, ut et duobus consequentibus, exercitus magnus in Galliis oppositus erat adversus Alemannos potissimum, ut narrat initio libri XXVII. Quare adventus legatorum Macedonianorum ab anno 365 removendus non est. (Ant. Pagi, ad eum annum, n. 5.)

Digitized by Google

gnitatem, tum ad universos Italiæ et Occidentis **225** episcopos litteras afferimus, *catholicam fidem tenere et custodire, quæ in sacrosancta synodo Nicæna, temporibus beatæ memoriæ Constantini, a trecentis decem et octo episcopis comprobata, hactenus integra et inconcussa perpetuo permansit: in qua consubstantialis vocabulum adversus pravam Arii doctrinam pie sancteque positum est; similiter et nos una cum supradictis eamdem fidem tenuisse ac tenere, et usque ad extremum spiritum servaturos esse, ipsi manu nostra profitemur; Arium et impiam ejus doctrinam una cum discipulis illius et eadem cum illo sentientibus condemnantes; omnem præterea hæresim Sabellii, Patropassianos, Marcionistas, Photinianos, Marcellianos, Pauli denique Samosateni, horum omnium doctrinam, et cunctos qui idem cum illis sentiunt, omnes denique hæreses adversantes sanctæ fidei supradictæ, quæ pie et catholice a sanctis Patribus Nicææ exposita est. Sed præcipue anathemate damnantes fidem illam quæ in Ariminensi synodo recitata est, utpote contrariam supradictæ fidei sancti concilii in urbe Nicæna celebrati: cui ex oppido Thraciæ Nice allatæ, dolo ac perjurio circumventi episcopi Constantinopoli subscripsere. Fides autem nostra, et eorum quos supra diximus, et quorum legatione fungimur, est hæc: Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium factorem; et in unum unigenitum Deum, Dominum Jesum Christum, Filium Dei, genitum ex Patre, id est ex Patris substantia, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero; genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo et quæ in terra. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit e cœlo, et incarnatus homoque factus est: passus est etiam et resurrexit tertia die, et ascendit in cœlum, venturusque est ut judicet vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt: Fuit tempus cum non esset, et, Antequam gigneretur non erat; et, De non exstantibus factus est: aut qui dicunt ex alia hypostasi vel substantia exstitisse Filium Dei, aut mutationi

A πάντας τοὺς Ἰταλούς τε καὶ Δυτικοὺς ἐπισκόπους γράμμα κομίζομεν, τὴν Καθολικὴν πίστιν κρατεῖν καὶ φυλάττειν, ἥτις ἐν τῇ ἁγίᾳ Νικαέων συνόδῳ ἐπὶ τοῦ μακαρίου Κωνσταντίνου, ὑπὸ τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων βεβαιωθεῖσα, ἀκεραίᾳ καὶ ἀσαλεύτῳ καταστάσει ἕως νῦν καὶ διηνεκῶς διαμένει· ἐν ᾗ τὸ ὁμοούσιον ἁγίως καὶ εὐσεβῶς κεῖται ὑπεναντίως τῆς Ἀρείου διαστροφῆς· ὁμοίως καὶ ἡμᾶς καὶ τὰ τῶν προειρημένων (38) τὴν αὐτὴν πίστιν κεκρατηκέναι, καὶ κρατεῖν, καὶ ἄχρι τέλους φυλάσσειν, ἰδίᾳ χειρὶ ὁμολογοῦμεν, κατακρίνοντες Ἄρειον, καὶ τὴν ἀσεβῆ διδαχὴν αὐτοῦ, σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ τοὺς ὁμόφρονας αὐτοῦ, καὶ πᾶσαν αἵρεσιν Σαβελλίου, Πατροπασσιανοὺς (39), Μαρκιωνιστὰς, Φωτιανοὺς, Μαρκελλιανοὺς, καὶ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, καὶ τού-
B των τὴν διδαχὴν καὶ πάντας τοὺς ὁμόφρονας αὐτῶν, καὶ πάσας τὰς αἱρέσεις τὰς ἐναντιουμένας τῇ προειρημένῃ ἁγίᾳ πίστει, ἥτις εὐσεβῶς καὶ καθολικῶς ὑπὸ τῶν ἁγίων ἐξετέθη Πατέρων ἐν Νικαίᾳ. Ἀναθεματίζοντες ἐξαιρέτως καὶ τὴν ἐν Ἀριμήνῳ συνόδῳ (40) ἀναγνωσθεῖσαν ἔκθεσιν, ὡς ὑπεναντίως τῆς προειρημένης ταύτης πίστεως τῆς ἁγίας συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ πραχθεῖσαν· οἷς δόλῳ καὶ ἐπιορκίᾳ ὑποπεισθέντες ἐν Κωνσταντίνου πόλει [t] κομισθεῖσαν ἀπὸ Νίκης [u] τῆς Θρᾴκης ὑπέγραψαν. Ἔστι δὲ ἡ πίστις ἡμῶν, καὶ αὐτῶν ὧν προείρηται, ὧν καὶ τὴν πρεσβείαν ποιούμεθα, αὕτη· Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα μονογενῆ Θεὸν, Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ· γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρὸς, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ
C Πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα· καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα· καὶ παθόντα, καὶ ἀναστάντα [v] τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· ἀνελθόντα εἰς οὐρανούς· καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Τοὺς δὲ λέγοντας, Ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ Πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ Ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ Καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ. Ἐγὼ δὲ Εὐστάθιος ἐπὶ

## VALESII ANNOTATIONES.

(38) *Καὶ τὰ τῶν προειρημένων*. Scribendum est μετὰ τῶν προειρημένων, ut legit Epiphanius Scholasticus.

(39) *Πατροπασσιανούς*. Patripassianos vertit Epiphanius Scholasticus, recte. De his vide quæ notavi supra ad librum II hujus Historiæ.

(40) *Τὴν ἐν Ἀριμήνῳ συνόδῳ*. Apparet scribendum esse τὴν ἐν τῇ Ἀριμήνῳ συνόδῳ. Paulo
D post scribendum puto οἷς τε δόλῳ καὶ ἐπιορκίᾳ ὑποπεισθέντες ἐν Κωνσταντινουπόλει κομισθεῖσιν ἀπὸ Νίκης, etc. Anathematizant enim non solum formulam fidei quæ recitata fuerat in concilio Ariminensi, sed et acta apud Nicen. Thraciæ, quibus perlatis Constantinopolim, episcopi fraude inducti, tanquam actis synodi Nicænæ subscripserant.

## VARIORUM.

[t] *Ἐν Κωνσταντίνου πόλει*. Vide lib. II, cap. 41. W. Lowth.

[u] *Κομισθεῖσαν ἀπὸ Νίκης*. Vide lib. II, cap. 37, ad fin. Prius ergo Nicæ editum est symbolum illud quam Constantinopoli. Acta enim pseudosynodi Nicænæ testantur episcopos VI Id. Octob. ibi congregatos; synodus autem Constantinopolitana circa Kal. Jan. anni insequentis, scil. 360, coacta est. Vide Sozom. lib. IV, cap. 23, ad fin. W. Lowth.

[v] *Παθόντα καὶ ἀναστάντα*. Nihil hic de descensu ad inferos, ut observavit doctiss. Pearsonus, *Expos. Symb.*, p. 225.

Digitized by Google

σκοπος πόλεως Σεβαστείας, καὶ Θεόφιλος, καὶ Σιλβανὸς, πρέσβεις συνόδου Λαμψάκων, Σμύρνης, καὶ τῶν λοιπῶν, ταύτην τὴν ὁμολογίαν χερσὶν ἡμῶν, καὶ οἰκείαις προαιρέσεσιν ἐγράψαμεν. Εἰ δέ τις μετὰ τὴν ἐκτεθεῖσαν παρ' ἡμῶν πίστιν, καθ' ἡμῶν ἤτοι τῶν ἀποστειλάντων ἡμᾶς ἔγκλημά τι προσενεγκεῖν θελήσει, μετὰ γραμμάτων τῆς σῆς ἁγιωσύνης, πρὸς οὓς ἐὰν (41) δοκιμάσῃ ἡ σὴ ἁγιότης ὀρθοδόξους ἐπισκόπους ἔρχεσθαι, καὶ ἐπ' αὐτῶν μεθ' ἡμῶν διαδικάζεσθαι [x]· καὶ εἴ τι ἐγκλήματος ἕνεκεν συσταθῇ, εἰς τὸν αἴτιον ἐκδικηθείη. Τούτῳ δὴ τῷ βιβλίῳ τοὺς πρέσβεις ἀσφαλισάμενος ὁ Λιβέριος, εἰς κοινωνίαν τε ἐδέξατο, καὶ τάδε τὰ γράμματα δοὺς, ἀπέλυσεν.

A conversionique obnoxium esse, anathematizat catholica et apostolica Dei Ecclesia. Ego Eustathius episcopus urbis Sebastiæ, et Theophilus et Silvanus, Lampsacenæ synodi et Smyrnensis aliarumque legati, hanc professionem propriis manibus et nostra sponte conscripsimus. Quod si quis post **226** hanc fidem a nobis expositam, adversus nos aut adversus illos a quibus missi sumus, aliquam criminationem inferre voluerit, cum litteris sanctitatis tuæ coram orthodoxis episcopis qui a te probati fuerint, veniat, et apud illos judicio contendat nobiscum. Ac si quid criminis convictum fuerit, in auctorem animadvertatur. Hoc libello cum legatos quasi cautione quadam Liberius obligavisset, eos in communionem suscepit, datisque hujusmodi litteris dimisit.

B *Ἐπιστολὴ Λιβερίου [y] τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ῥωμαίων, πρὸς τοὺς ἐπισκόπους τῶν Μακεδονιανῶν.*

Τοῖς ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς καὶ συλλειτουργοῖς, Εὐηθίῳ, Κυρίλλῳ, Ὑπερεχίῳ, Οὐρανίῳ, Ἥρωνι, Ἐλπιδίῳ, Μαξίμῳ, Εὐσεβίῳ, Εὐχαρπίῳ, Ἑορτασίῳ, Νέωνι, Εὐμαθίῳ, Φαυστίνῳ, Προκλίνῳ, Πασινίκῳ, Ἀρσενίῳ, Σευήρῳ, Διδυμίωνι, Βρεττανίῳ, Καλλικράτει, Δαλματίῳ, Αἰδεσίῳ, Εὐστοχίῳ, Ἀμβροσίῳ, Γελωνίῳ, Παρδαλίῳ, Μακεδονίῳ, Παύλῳ, Μαρκέλλῳ, Ἡρακλείῳ, Ἀλεξάνδρῳ, Ἀδολίῳ, Μαρκιανῷ, Σθενέλῳ, Ἰωάννῃ, Μάκερι, Χαρισίῳ, Σιλβανῷ, Φωτεινῷ, Ἀντωνίῳ, Ἀνύθῳ (42), Κέλσῳ, Εὐφράνορι, Μιλησίῳ, Πατρικίῳ, Σευηριανῷ, Εὐσεβίῳ, Εὐμολπίῳ, Ἀθανασίῳ, Διοφάντῳ, Μηνοδώρῳ, Διοκλεῖ, Χρυσαμπέλῳ, Νέωνι, Εὐγενίῳ, Εὐσταθίῳ, Καλλικράτει, C Ἀρσενίῳ, Εὐγενίῳ, Μαρτυρίῳ, Ἱερακίῳ, Λεοντίῳ, Φιλαγρίῳ, Λουκίῳ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ ἀνατολῇ ὀρθοδόξοις ἐπισκόποις Λιβέριος ἐπίσκοπος Ἰταλίας (43), καὶ οἱ κατὰ τὴν δύσιν ἐπίσκοποι, ἐν Κυρίῳ πάντοτε χαίρειν. Τὴν εὐκταιοτάτην ἡμῖν χαρὰν τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ὁμονοίας ἤνεγκε τὰ ὑμέτερα

*Epistola Liberii Romanæ urbis episcopi ad episcopos Macedonianorum.*

Dilectis fratribus et comministris Euethio, Cyrillo, Hyperechio, Uranio, Heroni, Elpidio, Maximo, Eusebio, Eucarpio, Heortasio, Neoni, Eumathio, Faustino, Proclino, Pasinico, Arsenio, Severo, Didymioni, Britannio, Callicrati, Dalmatio, Ædesio, Eustochio, Ambrosio, Gelonio, Pardalio, Macedonio, Paulo, Marcello, Heraclio, Alexandro, Adolio, Marciano, Sthenelo, Joanni, Macro, Charisio, Silvano, Photino, Antonio, Aytho, Celso, Euphranori, Milesio, Patricio, Severiano, Eusebio, Eumolpio, Athanasio, Diophanto, Menodoro, Diocli, Chrysampelo, Neoni, Eugenio, Eustathio, Callicrati, Arsenio, Eugenio, Martyrio, Hieracio, Leontio, Philagrio, Lucio, et universis per Orientem orthodoxis episcopis, Liberius episcopus Italiæ et omnes Occidentis episcopi in Domino salutem. Optatissimum nobis pacis et concordiæ gaudium attulerunt litteræ vestræ, fidei lumine resplendentes, fratres dilectissimi, redditæ nobis

## VALESII ANNOTATIONES.

(41) *Πρὸς οὓς ἐάν*. Mallem legere πρὸς οὓς ἄν, etc. Quod autem sequitur ἔρχεσθαι, infinitivum ponitur pro imperativo, quod non infrequens est apud Græcos.

(42) *Ἀύθῳ*. Ita constanter scribitur in manuscriptis codicibus Florentino et Sfortiano. Apud Epiph. Scholast. scriptum est *Autho*. Christophorsonus vertit *Aytho* tribus syllabis. Nusquam id nomen memini me legere. Forte *Antho* scribendum est.

(43) *Λιβέριος ἐπίσκοπος Ἰταλίας*. Delenda est vox Ἰταλίας, quam nec Epiphanius Scholasticus agnoscit: vel certe scribendum est Λιβέριος ἐπίσκοπος· οἵ τε τῆς Ἰταλίας καὶ οἱ κατὰ τὴν δύσιν, etc. Quod quidem verius puto. Sic enim episcopos Italiæ a reliquis Occidentis episcopis dis- D tinguit Liberius initio ipsius epistolæ: πρός τε τὴν ἐμὴν ἐλαχιστότητα, καὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ δυτικῶν πάντων. Nec aliter in libello fidei quem legati obtulerunt Liberio.

## VARIORUM.

[x] *Ἔρχεσθαι — διαδικάζεσθαι*. Videtur legendum ἐρχέσθω — διαδικαζέσθω. Porro de hac legatione Macedonianorum ad Liberium PP. observavit Valesius falli Socratem, qui eam in ann. 368 conferat. Verum non minus fallitur Valesius, qui eamdem ad ann. 367 refert. Liberius siquidem mortuus est, Gratiano et Dagalaifo coss., h. e. anno 366, teste Faustino in Præfat. ad libellum Precum. W. Lowth.

[y] *Ἐπιστολὴ Λιβερίου*. Hæc est (inquit Severinus Binius) illa pacifica et communicatoria Liberii pontificis epistola, qua Semiarianorum legati, simulata fide, oblatoque Nicænæ confessionis libello, Romani pontificis, omniumque prope occidentalium episcoporum communionem impetrarunt: quave in Tyanensi concilio ostensa, Eustathius Sebastenus sedem episcopalem, unde dejectus fuerat, opera orthodoxorum recepit. Sed quia auctoritate Basilii aperte constat hæc omnia ab ipsis simulate peracta fuisse, ipsumque Eustathium postea turpius lapsum esse, Liberius, omnesque occidentales episcopi, ejusmodi nebulones alias sæpe damnatos, communioni catholicæ restituentes, facilitatis nimiæ jure meritoque redargui fortasse possent, si intima cordis scrutari, seque ipsos a subreptione securos reddere potuissent. (*Concil.* tom. II, p. 760)



Digitized by Google

per charissimos fratres et episcopos Eustathium, Silvanum ac Theophilum: idque eo maxime, quod sententiam vestram atque doctrinam cum tenuitate nostra, cumque omnibus Italis et Occidentalibus consentire prorsus et consonare affirmarunt simul ac demonstrarunt. Hanc autem catholicam **227** et apostolicam fidem esse agnoscimus, quæ usque ad concilium Nicænum integra et inconcussa permansit. Et hanc legati vestri se habere professi sunt: et cum incredibili gaudio omne vestigium ac fomitem absurdæ suspicionis abolentes, non verbis solum, verum etiam scripto eam exposuerunt. Cujus etiam exemplum his litteris subjiciendum esse existimavimus, ne quam hæreticis occasionem ad struendas iterum insidias relinquamus: quibus incentiva malitiæ suæ commoventes, de integro discordiarum ignes pro more excitent. Hoc insuper professi sunt charissimi fratres Eustathius, Silvanus ac Theophilus, tum ipsos, tum vestram charitatem semper hanc fidem habuisse, et ad extremum usque spiritum servaturos esse: eam scilicet quæ a trecentis decem et octo catholicis episcopis apud Nicæam probata est: quæ et perfectam continet veritatem, et omnes hæreticorum catervas confutat atque evertit. Non enim fortuito casu, sed divino nutu, tot episcoporum numerus adversus Arii vesaniam congregatus est: quanto scilicet numero beatus Abraham tot hostium millia per fidem profligavit. Quæ quidem fides in hypostasi et in consubstantialis vocabulo comprehensa, tanquam firmum et inexpugnabile monumentum, impetus omnes et machinas Arianæ dementiæ reprimit ac repellit. Quocirca cum omnes occidentalium partium episcopi Ariminum convenissent, quo illos Arianorum improbitas convocaverat, eo consilio ut blanda persuasione, seu, quod verius est, sæcularis potentiæ auctoritate coacti, id quod in fide cautissime positum fuerat, tolle-

A γράμματα, τῷ τῆς πίστεως φωτὶ προλαμπόμενοι (44), ἀδελφοὶ ἀγαπητοὶ, τὰ ἀποδοθέντα ἡμῖν διὰ τῶν τιμιωτάτων ἀδελφῶν τῶν ἐπισκόπων, Εὐσταθίου, Σιλβανοῦ καὶ Θεοφίλου· καὶ ταύτῃ μάλιστα, ὅτι τὴν ὑμετέραν γνώμην καὶ τὰ ὑμέτερα φρονήματα συμφωνεῖν καὶ συνᾴδειν, πρός τε τὴν ἐμὴν ἐλαχιστότητα, καὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ, καὶ δυτικῶν πάντων διεβεβαιώσαντο καὶ ἀπέδειξαν. Καὶ ταύτην εἶναι γινώσκομεν τὴν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν πίστιν, ἥτις μέχρι τῆς κατὰ Νίκαιαν συνόδου (45) ἀκεραία καὶ ἀσάλευτος διέμεινε. Ταύτην τε αὐτοῖς ἔχειν ὡμολόγησαν (46), καὶ χαρᾶς ἀναπλησθέντες, πᾶν ἴχνος καὶ ζώπυρον ἀτόπου ὑπονοίας ἐκβαλόντες, οὐ μόνον διὰ λόγου, ἀλλὰ καὶ ἐγγράφως ταύτην ἐξέθεντο. Ἧς καὶ τὸ ἀντίτυπον ἀναγκαίως τούτοις τοῖς γράμμασιν B ὑποτάξαι ἡγησάμεθα δεῖν, μή τινα πρόφασιν τοῖς αἱρετικοῖς εἰς ἐπιβουλὴν αὖθις καταλείπωμεν, ἐν ᾗ πάλιν τὰ ὑπεκκαύματα τῆς ἰδίας κακίας ἀνακινοῦντες, πυρκαϊὰς διὰ διχοστασιῶν συνήθως ἐξάπτοιεν. Ἐπεί τε καὶ τοῦτο ὡμολόγησαν (47) οἱ τιμιώτατοι ἀδελφοὶ ἡμῶν, Εὐστάθιος καὶ Σιλβανὸς καὶ Θεόφιλος, ἑαυτούς τε καὶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην πάντοτε ταύτην τὴν πίστιν ἐσχηκέναι, καὶ ταύτην μέχρι τέλους διαφυλάξειν, δηλαδὴ τὴν ἐν Νικαίᾳ δοκιμασθεῖσαν ὑπὸ τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ὀρθοδόξων ἐπισκόπων· ἥτις τὴν τελείαν περιέχει ἀλήθειαν, καὶ πάντα τὰ τῶν αἱρετικῶν πλήθη ἐπιστομίζει τε καὶ ἀνατρέπει. Οὐδὲ γὰρ ἀπὸ ταὐτομάτου, ἀλλὰ θείῳ νεύματι, ὁ τῶν τοσούτων ἀριθμὸς ἐπισκόπων συνεκρατήθη κατὰ τῆς Ἀρείου μανίας· ἀλλ' ἐν ὅσῳ ἀριθμῷ ὁ μακάριος C Ἀβραὰμ τοσαύτας χιλιάδας διὰ πίστεως κατεστρέψατο. Ἥτις πίστις ἐν τῇ ὑποστάσει καὶ τῷ ὀνόματι τοῦ ὁμοουσίου περιεχομένη, ὥσπερ ἔρυμα ὀχυρὸν καὶ ἄμαχον, πάσας τὰς προσβολὰς καὶ τὰς κακομηχανίας τῆς Ἀρείου κενοδοξίας καθαιρεῖ τε καὶ ἀποτρέπεται. Τοιγαροῦν πάντων τῶν κατὰ τὴν δύσιν ἐπισκόπων, τῶν εἰς τὸ Ἀρίμηνον (48) συνελθόντων, ὁπότε τούτους ἡ κακοήθεια τῶν Ἀρειανῶν συνεκρό-

## VALESII ANNOTATIONES.

(44) *Τῷ τῆς πίστεως φωτὶ προλαμπόμενοι.* Scribendum est procul dubio προλαμπόμενα, ut referatur ad vocabulum quod præcessit, γράμματα. Atque ita legit Epiphanius Scholasticus, et Langus interpres Nicephori. Certe ineptum esset veteres episcopos vocare, fidei lumine illustratos, quasi neophytos quosdam aut recens ad fidem conversos.

(45) *Μέχρι τῆς κατὰ Νίκαιαν συνόδου.* Melius scriberetur μέχρι νῦν ἀπὸ τῆς κατὰ Νίκαιαν συνόδου. Sic in libello fidei quem legati porrexerunt Liberio: Ἥτις ἐν τῇ ἁγίᾳ Νικαέων συνόδῳ βεβαιωθεῖσα, ἀκεραίᾳ καὶ ἀσαλεύτῳ καταστάσει ἕως νῦν καὶ διηνεκῶς διαμένει. Atque ita hunc locum legerunt Musculus et Christophorsonus.

(46) *Ταύτην τε αὐτοῖς ἔχειν ὡμολόγησαν.* Scribendum est αὐτοί, id est, legati vestri. Intelligit enim Liberius libellum fidei quem legati Macedonianorum ipsi obtulerant. Quo in libello profitentur legati, tum eos a quibus missi fuerant, eam fidem quæ Nicææ olim exposita erat, constanter retinere; tum ipsos eamdem fidem servare, et perpetuo servaturos esse. Pessime Musculus et Christophorsonus hæc verba de Nicænis Patribus intellexerunt, quo nihil absurdius. Fefellit eos Langus, qui in versione Nicephori hunc locum de Nicænis Patribus exposuit. D Longe rectius Epiphanius Scholasticus hæc verba de legatis Macedonianorum accepit, ita vertens: *Et hanc ipsi retinere professi sunt, gaudioque repleti, et omne vestigium ac nebulas ineptæ suspicionis abjicientes, non solum sermone eam, sed etiam scriptura currente professi sunt.* Certe verba illa: πᾶν ἴχνος καὶ ζώπυρον ἀτόπου ὑπονοίας ἐκβαλόντες, prorsus alludunt ad initium libelli Macedonianorum. Sic enim ibi legitur: διὰ τὰς τῶν αἱρετικῶν μανιώδεις ὑπονοίας, etc. τούτου χάριν πᾶσαν ἀφορμὴν αὐτῶν ἀναιροῦντες, et reliqua.

(47) *Ἐπεί τε καὶ τοῦτο ὡμολόγησαν.* Epiphanius Scholasticus legisse videtur ἔπειτα καὶ τοῦτο. Sic enim vertit: *Hæc insuper sunt professi*, etc. Ego tamen mallem legere ἐπεὶ καὶ τοῦτο ὡμολόγησαν, id est, *siquidem et istud professi sunt charissimi fratres nostri.*

(48) *Τῶν εἰς τὸ Ἀρίμηνον.* Delendum est τό.

Digitized by Google

τησεν, ὅπως ἢ διὰ πειθοῦς τινος, ἢ, ἵνα ἀληθέστερον εἴπω, κοσμικῆς δυναστείας, τοῦθ' ὅπερ ἀσφαλέστατον ἦν ἐν τῇ πίστει κείμενον ἀνέλοιεν, ἢ πλαγίως ἀρνήσωνται, οὐδὲν τούτων ὠφέλησεν ἡ πανουργία. Καὶ γὰρ σχεδὸν πάντες ἐκεῖνοι οἱ ἐν τῇ Ἀριμήνῳ γενόμενοι, καὶ δελεασθέντες ἢ ὑπαχθέντες τότε, νῦν ἀναφρονήσαντες, καὶ ἀναθεματίσαντες τὴν ἔκθεσιν τῶν ἐν Ἀριμήνῳ συνελθόντων, καὶ ὑπογράψαντες τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ πίστει τῇ κατὰ Νίκαιαν θεσπισθείσῃ· οἳ καὶ ἡμῖν κοινωνήσαντες, ἐκθυμότερον κατὰ τοῦ Ἀρείου δόγματος, καὶ κατὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν χαλεπαίνουσιν· οὗ τινος πράγματος τὸν ἔλεγχον καὶ αὐτοὶ οἱ πρέσβεις τῆς ὑμετέρας ἀγάπης ἐπιγνόντες, ὑμᾶς αὐτοὺς τῇ οἰκείᾳ ὑπογραφῇ συνέζευξαν· καὶ ἀναθεματίζοντες Ἄρειον, καὶ τὰ ἐν Ἀριμήνῳ πραχθέντα κατὰ τῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ θεσπισθείσης· οἷς καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ δελεασθέντες δι' ὁρκωμοσιῶν ὑπεγράψατε (49). Ὅθεν ἀκόλουθον ἡμῖν ἐφάνη, γράψαι πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, καὶ βοηθῆσαι τοῖς δίκαια αἰτουμένοις· μάλιστα δὲ, ὅτε (50) διὰ τῆς ὁμολογίας τῶν ὑμετέρων πρεσβειῶν, ἀναφρονήσαντας τοὺς ἀνατολικοὺς συμφωνεῖν πρὸς τοὺς ὀρθοδόξους τῶν δυτικῶν ἐπέγνωμεν. Καὶ δηλοῦμεν ὅπως εἰδέναι ἔχοιτε τὰς ἐν τῇ Ἀριμήνῳ βλασφημίας, καὶ ὑπὸ τῶν δοξασάντων τότε κατὰ συναρπαγὴν παραβεβλάφθαι νῦν ἀναθεματισθείσας, καὶ πάντας πρὸς τὴν κατὰ Νίκαιαν πίστιν συμπεπνευκέναι. Καὶ χρὴ δι' ὑμῶν τοῦτο πᾶσι γνωσθῆναι, ὅπως δυνηθεῖεν καὶ οἱ κατ' ἐπήρειαν παραβλαφθέντες, ἤδη ποτὲ ἐκ τοῦ αἱρετικοῦ σκότους πρὸς τὸ θεῖον φῶς τῆς καθολικῆς ἐλευθερίας ἀνακάμψαι· οἵτινες μετὰ ταύτην τὴν σύνοδον, εἰ μὴ θελήσειαν ἀποπτύσαι τὸν τῆς κακοδοξίας ἰὸν, καὶ τὰς βλασφημίας Ἀρείου πάσας ἀνελεῖν, ταύτας τε ἀναθεματίσαι, γινωσκέτωσαν ἑαυτοὺς μετὰ τοῦ Ἀρείου καὶ τῶν τούτου μαθητῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ὄφεων, ἤτοι Σαβελλιανῶν, ἢ Πατροπασσιανῶν, ἢ οἱασδήποτε ἄλλης αἱρέσεως, ἐκσπόνδους εἶναι καὶ ἀκοινωνήτους τῶν ἐκκλησιαστικῶν συνάξεων, ἥτις τοὺς ἐκ μοιχείας υἱοὺς οὐ προσίεται. Ὁ Θεὸς ὑμᾶς ἐῤῥωμένους διαφυλάξοι, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί.

Ταῦτα τὰ γράμματα οἱ περὶ Εὐστάθιον δεξάμενοι, αὖθις ἐπὶ τὴν Σικελίαν ὥρμησαν· ἐκεῖ τε παρασκευάσαντες γενέσθαι σύνοδον τῶν Σικελῶν ἐπισκόπων [a], ἐπ'

A rent aut oblique negarent: nihil profecit illorum versutia. Etenim omnes propemodum illi qui tunc apud Ariminum collecti, partim illecebris, partim dolo decepti fuerant, nunc ad sanam mentem reversi, formulam fidei ab Ariminensi concilio editam anathemate damnarunt, et catholicæ atque apostolicæ fidei olim apud Nicæam promulgatæ subscripserunt. Et nobiscum inita communione, adversus Arii doctrinam ejusque discipulos graviori indignatione commoventur. Cujus rei argumentum legati charitatis vestræ cum viderent, vos quoque ipsos in subscriptione sua adjunxerunt: Arium anathemate damnantes, et ea quæ contra Nicænam fidem Arimini gesta sunt: **228** quibus etiam vos perjurio in fraudem inducti subscripsistis. Quam- B obrem congruum nobis visum est, ad charitatem vestram litteras scribere, et justa petentibus subvenire: præsertim cum ex professione legatorum vestrorum cognoverimus, Orientales, ad sanam mentem reversos, cum orthodoxis Occidentis episcopis consentire. Significamus autem vobis, ne sitis nescii, omnes Ariminensis concilii blasphemias ab illis ipsis qui tunc per fraudem decepti fuisse videntur, anathemate damnatas esse, et universos in Nicænam fidem conspirantibus animis consensisse. Sed et vos id omnibus indicare debetis, ut qui per vim ac fraudem detrimentum aliquod fidei suæ passi sunt, nunc tandem ex hæretica caligine ad divinam catholicæ libertatis C lucem possint emergere; qui quidem si post hoc concilium, perversæ doctrinæ virus evomere, et omnes Arii blasphemias rejicere, easque anathemate damnare noluerint, sciant se pariter cum Ario ejusque discipulis et reliquis serpentibus, Sabellianis scilicet, Patropassianis, aut aliis quibuslibet hæreticis, extraneos esse et alienos a communione Ecclesiæ, quæ adulterinos filios non admittit. Incolumes vos Deus servet, fratres charissimi.

His litteris acceptis, qui cum Eustathio erant, in Siciliam proficiscuntur. Cumque illic synodum episcoporum Siciliæ fieri curassent, et consubstantialis fidem coram ipsis confessi essent,

## VALESII ANNOTATIONES.

(49) *Οἷς καὶ ὑμεῖς δελεασθέντες, δι' ὁρκωμοσιῶν ὑπεγράψατε.* Prava distinctio quæ habetur in editione Roberti Stephani, fraudi fuit Christophorsono. Sic enim vertit: *cum jurejurando adhibito subscripsistis.* Rectius Langus, et ante illum Epiphanius Scholasticus verterunt: *quibus vos perjurio capti subscripsistis.* Certe in libello fidei Macedonianorum diserte scribitur, episcopos fraude ac perjurio deceptos, fidei apud Nicen Thraciæ ex- D positæ subscripsisse. Ariani enim cum apud Nicen Thraciæ synodo celebrata, formulam fidei conscripsissent, jurabant eam fidem esse synodi Nicænæ.

(50) *Μάλιστα δὲ, ὅτε.* Scribendum videtur ὅτι. Atque ita legit Epiphanius. Paulo post legendum omnino est ὑπὸ τῶν δοξάντων τότε παραβεβλάφθαι, ut legerunt omnes interpretes, non δοξασάντων, ut habent editiones et scripti codices.

## VARIORUM.

[a] *Σύνοδον τῶν Σικελῶν ἐπισκόπων.* Synodus Sicula anno 366 coacta. Testatur enim Sozomenus lib. VI, cap. 2, legatos Macedonianorum confessionem suam scriptis proditam Liberio tradidisse, et acceptis Liberii litteris de rebus quæ gestæ fuerant, in Siciliam navigasse. Subdit Sozomenus capite sequenti: *Ibi congregato concilio, cum episcopi illius insulæ eadem decrevissent, his rebus confectis, in patriam reversi sunt.* (Ant. Pagi, ad ann. 365, n. 6.)

Digitized by Google

fidemque concilii Nicæni comprobassent, acceptis illorum quoque litteris in camdem sententiam scriptis, ad eos a quibus missi fuerant, reverterunt. Qui, suscepta Liberii epistola, legatos per singulas civitates miserunt ad eos qui consubstantialis fidem propugnabant: hortantes ut Tarsum Ciliciæ pariter omnes convenirent, quo et Nicænam confirmarent fidem, et omnes quæ postea exortæ fuerant contentiones penitus abolerent. Atque id fortasse perfectum fuisset, nisi Eudoxius Arianæ religionis episcopus, qui tum apud imperatorem plurimum poterat, obstitisset. Qui ob indictam Tarsi synodum magis exasperatus, gravioribus malis eos affecit. Porro Macedonianos missis ad Liberium legatis cum eo communicasse, et Nicænam fidem comprobasse, ipse etiam Sabinus fatetur in collectione gestorum synodalium.

A αὐτῶν τε τὴν τοῦ ὁμοουσίου πίστιν ὁμολογήσαντες, καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν κυρώσαντες, ὁμόψηφά τε καὶ παρ' ἐκείνων δεξάμενοι γράμματα, ἐπανῆκον παρὰ τοὺς πέμψαντας. Οἱ δὲ τὰς Λιβερίου ἐπιστολὰς δεξάμενοι, διεπρεσβεύοντο κατὰ πόλεις πρὸς τοὺς προεστῶτας τῆς ὁμοουσίου πίστεως, προτρεπόμενοι συνελθεῖν ὁμοθυμαδὸν εἰς Ταρσὸν τῆς Κιλικίας, ἐπὶ τὸ κυρῶσαι τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν, καὶ λῦσαι πᾶσαν μετὰ ταῦτα γεγενημένην ἐρεσχελίαν. Καὶ δὴ ἴσως ἂν ταῦτα ἐγεγόνει, εἰ μὴ ὁ μέγιστον τότε δυνάμενος παρὰ βασιλεῖ διεκώλυσε· λέγω δὴ Εὐδόξιος, ὁ τῆς Ἀρειανῆς προεστὼς θρησκείας· ὃς καὶ πλείω διὰ τὴν κηρυχθεῖσαν σύνοδον ἐξαφθεὶς, μείζονα κακὰ τούτους εἰργάσατο. Ὅτι μὲν οὖν Μακεδονιανοὶ δι' ὧν ἔπεμψαν πρεσβευτῶν κοινωνήσαντες Λιβερίῳ, B τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ἐκύρωσαν, αὐτὸς Σαβῖνος ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν συνοδικῶν ὡμολόγησεν.

**229** CAP. XIII.

*Quomodo Eunomius se ab Eudoxio sejunxerat, eo quod Aetio addictus esset; et quomodo tumultu Alexandriæ per Eudoxium excitato, iterum fugit Athanasius; cumque ob id populus seditionem movisset, timens imperator, lenitis per litteras Alexandrinis, Athanasium denuo Ecclesiam suam obtinere jussit.*

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

*Ὅπως Εὐνόμιος Εὐδοξίου κεχώριστο, διὰ τὸ προσκεῖσθαι αὐτὸν Ἀετίῳ, καὶ ὅτι σπουδῇ Εὐδοξίου ταραχῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γενομένης, Ἀθανάσιος πάλιν φεύγει· καὶ ὅτι τοῦ λαοῦ διὰ τοῦτο στασιάσαντος, ὁ βασιλεὺς δείσας, διὰ γραμμάτων τε τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παρακαλέσας, αὖθις τὸν Ἀθανάσιον κρατεῖν ἀδεῶς τὴν Ἐκκλησίαν ἐκέλευσε.*

Sub idem tempus Eunomius ab Eudoxio sejunctus, conventus seorsum celebravit, eo quod Eudoxius sæpenumero ab ipso rogatus ut Aetium præceptorem suum reciperet, id facere recusarat. Nec tamen Eudoxius sua sponte hoc præstitit: ipse enim opinionem Aetii minime rejiciebat, quippe quæ eadem prorsus esset cum ipsius opinione; sed propterea quod omnes qui cum Eudoxio consentiebant, Aetium ut contraria sentientem aversabantur. Hæc fuit causa quamobrem Eunomius ab Eudoxio secederet. Atque hæc quidem Constantinopoli gesta sunt in hunc modum. Alexandriæ vero edictum præfectorum prætorii studio atque opera Eudoxii eo missum, Ecclesiam conturbavit. Verum Athanasius improvidum multitudinis impetum metuens, veritusque ne si quid gravius fieret, ipsi tanquam auctori tribueretur, quatuor integros menses in paterno monumento

Περὶ δὲ τούσδε τοὺς χρόνους Εὐνόμιος Εὐδοξίου χωρισθεὶς, κατ' ἰδίαν τὰς συναγωγὰς ἐποιήσατο, ὅτι πολλάκις αὐτοῦ παρακαλοῦντος δεχθῆναι τὸν καθηγητὴν ἑαυτοῦ Ἀέτιον, Εὐδόξιος οὐχ ὑπήκουσε. Τοῦτο δὲ οὐχ ἑκὼν ἐποίησεν· οὐ γὰρ τὴν Ἀετίου δόξαν C ἠθέτει, τὴν αὐτὴν οὖσαν τῇ ἑαυτοῦ· ἀλλ' ὅτι πάντες οἱ ὁμόφρονες ὡς ἑτερόδοξον περιΐσταντο (51)· αὕτη ἡ αἰτία τοῦ Εὐδοξίου τὸν Εὐνόμιον χωρισθῆναι πεποίηκε. Ταῦτα μὲν ἐν Κωνσταντίνου πόλει τοῦτον τὸν τρόπον ἐγένετο. Κατὰ δὲ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, πρόσταγμα [a] ἐπάρχων (52) σπουδῇ Εὐδοξίου πεμφθὲν τὴν Ἐκκλησίαν ἐτάραξεν· Ἀθανάσιος δὲ τὴν ἐκ τοῦ πλήθους ἄλογον ὁρμὴν ὑφορώμενος, δεδοικώς τε μὴ τῶν γενησομένων ἀτόπων αὐτὸς τὴν αἰτίαν λάβῃ, τέσσαρας ὅλους μῆνας ἐν μνημείῳ πατρῴῳ ἀπέκρυπτεν ἑαυτόν. Ἐπειδὴ δὲ διὰ τὴν αὐτοῦ ἀπουσίαν ὁ λαὸς πόθῳ τῷ πρὸς αὐτὸν ἐστασίαζε, μαθὼν ὁ βασιλεὺς στυγνάζειν διατοῦτο τὴν Ἀλεξάνδρειαν, διὰ

## VALESII ANNOTATIONES.

(51) *Ὡς ἑτερόδοξον περιΐσταντο.* Hoc loco περιΐστασθαι, idem est ac declinare et aversari, quemadmodum Lucianus usurpat in Hermotimo. Abhorrere vertit Langus et Christophorsonus. Epiphanius vero cum hanc hujus verbi significationem ignoraret, ita vertit: *Sed quoniam omnes unanimes illius, eum sectæ alterius fatebantur.*

(52) *Πρόσταγμα ἐπάρχων.* Præceptum præfectorum prætorio intelligit. Mos enim erat ut præfectus prætorio, quoties edictum aliquod emittebat, reliquorum præfectorum prætorio nomen adjungeD ret. Cujus rei exemplum occurrit tum in gestis purgationis Cæciliani, quæ edita sunt post collationem Carthaginensem, tum in Novellis Theodosii et Valentiniani. Illustre est hujus rei testimonium apud antiquum scriptorem de quæstionibus Veteris ac novi Testamenti, capite 97: *Nam si in unius præfecti prætorio programmate, etiam cæteri præfecti jubere dicuntur, propter auctoritatem unius potestatis; quanto magis in unius Dei imperio, si locutus unus e tribus fuerit, non incongrue dicentur tres locuti?*

## VARIORUM.

[a] *Πρόσταγμα.* Edictum Valentis adversus episcopos orthodoxos, et fuga S. Athanasii ad annum 367 pertinent: ideoque Valentis persecutio triennio tardius quam oportuerit, a Baronio consignata. (Ant. Pagi, ad ann. 370, n. 3. Cl. Benedictini, ad ann. 367. Vide et Sozomen. lib. vi, cap. 12, ubi hæc de Athanasio fusius narrantur.)

Digitized by Google

γραμμάτων ἐσήμανεν, ἀδεῶς κρατεῖν τῶν Ἐκκλησιῶν A Ἀθανάσιον. Καὶ τοῦτ' ἦν αἴτιον τοῦ μὴ ταραχθῆναι τὴν Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίαν, ἕως τῆς Ἀθανασίου τελευτῆς. Ὅτι μὲν οὖν, μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ, πάλιν οἱ τοῦ Ἀρειανοῦ μέρους τῶν Ἐκκλησιῶν ἐκράτησαν, μικρῷ ὕστερον λέξομεν.

delituit. Sed cum populus absentiam ejus graviter ferens, ob amorem ejus ac desiderium, seditionem conflasset, audiens imperator ea de causa turbari Alexandriam, missis litteris præcepit, ut Athanasius secure et absque metu Ecclesias obtineret. Hac ratione factum est ut Alexandrinorum Ecclesia usque ad obitum Athanasii quieta et pacata permanserit. Qualiter vero post ejus mortem Ariani iterum Ecclesiis potiti sint, paulo post dicemus.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

*Ὡς Εὐδοξίου ἐν Κωνσταντινουπόλει τελευτήσαντος, οἱ μὲν Ἀρειανοὶ Δημόφιλον, οἱ ὀρθόδοξοι δὲ Εὐάγριον, δι' Εὐσταθίου τοῦ Ἀντιοχείας, ἐχειροτόνησαν.*

Τοιγαροῦν ὁ βασιλεὺς Οὐάλης πάλιν ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν σπεύδων (53) ἀπῆρεν ἀπὸ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως· καὶ γενόμενος ἐν Νικομηδείᾳ πόλει τῆς Βιθυνίας, ἐπεσχέθη κατ' αὐτὴν δι' αἰτίαν τοιαύτην. B Εὐδόξιος οὗτος ὁ τῆς Ἀρειανῆς ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, εὐθὺς μετὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἔξοδον τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο, ἐν ὑπατείᾳ Οὐαλεντινιανοῦ τὸ τρίτον καὶ Οὐάλεντος τὸ τρίτον, δεκαεννέα ἐνιαυτοὺς (54) τῆς ἐν Κωνσταντίνου πόλει Ἐκκλησίας τὸν θρόνον κατεσχηκώς· διὸ οἱ Ἀρειανοὶ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ καθιστῶσι Δημόφιλον [b]. Καιροῦ δὲ νομίσαντες δεδράχθαι οἱ τοῦ ὁμοουσίου, τῆς ἑαυτῶν πίστεως Εὐάγριόν τινα προεβάλλοντο· καὶ χειροτονεῖ τοῦτον Εὐστάθιος, ὁ πάλαι (55) ποτὲ ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας γεγονώς· ὃς πρότερον μὲν ὑπὸ Ἰοβιανοῦ τῆς ἐξορίας ἀνακέκλητο, τότε δὲ παρῆν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, σκοπῷ τοῦ στηρίξαι τοὺς τῆς ὁμοουσίου πίστεως· καὶ κατ' αὐτὴν λανθάνων διέτριβεν.

## 230 CAP. XIV.

*Quomodo mortuo Constantinopoli Eudoxio, Ariani quidem Demophilum, Orthodoxi vero Evagrium, annitente Eustathio Antiocheno, ordinaverint.*

Porro imperator Valens relicta Constantinopoli, iterum Antiochiam contendit. Cumque Nicomediam Bithyniæ venisset, illic substitit ob hanc causam. Eudoxius, Arianæ factionis episcopus, post imperatoris discessum, statim extremum diem obierat, Valentiniano tertium et Valente tertium consulibus, cum novemdecim annis Constantinopolitanam Ecclesiam rexisset. Quamobrem Ariani in ejus locum Demophilum substituerunt. Homousiani vero opportunum sibi tempus oblatum rati, quemdam fidei suæ virum, Evagrium nomine, elegerunt: eumque ordinavit Eustathius, olim Antiochiæ episcopus: qui prius quidem Joviani principis edicto ab exsilio fuerat revocatus, tunc vero cum venisset Constantinopolim eo consilio ut homousianorum fidem stabiliret, occultus in ea urbe commorabatur.

## VALESII ANNOTATIONES.

(53) *Πάλιν ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν σπεύδων.* Jam C antea imperator Valens Antiochiam contenderat. Verum in itinere audita defectione Procopii, regredi coactus est, ut testatur Ammianus Marcellinus in lib. 26. Immerito igitur Baronius Socratem reprehendit. Neque enim Socrates dicit Valentem jam antea venisse Antiochiam, sed tantum eo contendisse, quod certe verissimum est. Sed Christophorsoni versio Baronium videtur fefellisse, quæ sic habet : *Imperator Valens denuo Antiochiam ire maturans.*

(54) *Δεκαεννέα ἐνιαυτούς.* Rectius Sozomenus undecim duntaxat episcopatus annos tribuit Eudoxio. Certe Eudoxius episcopatum Constantinopoleos invasit Eusebio et Hypatio consulibus, qui fuit annus Christi 359. Mortuus est autem Valentiniano et Valente tertium consulibus, anno Christi 370. Quare apud Socratem scribendum est δεκαένα, quod confirmat Epiphanius Scholasticus. Itaque Baronius hic quoque immerito reprehendit D Socratem, cum non Socrates ipse, sed Socratis codices hic falsi sunt. Cæterum de obitu Eudoxii videndus est Philostorgius in libro IX.

(55) *Χειροτονεῖ τοῦτον Εὐστάθιος, ὁ πάλαι.* Idem quoque refert Sozomenus in libro VI, utrumque tamen reprehendit Baronius, ad annum Christi 370. Eustathium enim Antiochenum diu antea mortuum esse contendit regnante Constantio. Certe Hieronymus in libro De scriptoribus ecclesiasticis, Eustathium mortuum esse scribit in exsilio, sepultumque Trajanopoli in Thracia, ubi exsulabat. Quod si ita est, Constantii temporibus mortuus fuerit necesse est; Julianus enim, et post illum Jovianus cunctos episcopos ab exsilio revocavit. Sane vix credibile est, Eustathium Antiochenum ad hæc usque tempora pervenire potuisse. Cum enim interfuerit concilio Nicæno, quod anno Christi 325 celebratum est, ponamus eum tunc quintum et quadragesimum ætatis annum egisse. Ab hoc anno usque ad tertium consulatum Valentiniani et Valentis, quo Eustathius Evagrium ordinasse dicitur Constantinopoli, anni intersunt quinque et quadraginta. Ita Eustathius nonaginta annos natus fuerit oportet, si hoc anno Evagrium ordinavit episcopum. Porro non omittendum est, quod ex Victoris Tununensis Chronico didici, Eustathium Antiochenum non Trajanopoli, ut scribit Hieronymus, sed Philippis sepultum fuisse. Sic enim scribit : *Post consulatum tertium Longini, Calendio Antiochenus episcopus reliquias prædecessoris sui Eustathii episcopi et confessoris ex Philippis Macedoniæ colligit, et Antiochiam summo cum honore perducit.* Idem tradit Theodorus Lector in libro secundo excerptorum *Historiæ ecclesiasticæ*, his verbis : Καλανδίων δὲ αἰτήσας τὸν Ζήνωνα, τὸ λείψανον Εὐσταθίου εἰς Ἀντιόχειαν ἤνεγκεν ἀπὸ Φιλίππων τῆς Μακεδονίας, ἔνθα καὶ ἐξώριστο καὶ ἀπέθανεν. Male Baronius hanc translationem reli-

## VARIORUM.

[b] *Εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ καθιστῶσι Δημόφιλον.* De Eudoxio vide Socratis lib. II, cap. 42 ; de Demophilo Philostorgii lib. IX, cap. 10 et 14.

Digitized by Google

231 CAP. XV.

*Quomodo Evagrio et Eustathio in exsilium ab imperatore pulsis, Ariani Homousianos gravissime oppresserunt.*

Quo facto, Ariani Homousianos de integro persequi cœpere. Ea res ad imperatoris notitiam celeriter perlata est. Qui veritus ne ex contentione multitudinis orta seditio civitatem subverteret, militares copias ex urbe Nicomedia Constantinopolim misit: jussitque ut comprehensi simul ambo, tam is qui ordinaverat, quam ille qui ordinatus fuerat, alius alio in exsilium ejicerentur. Et Eustathius quidem in oppidum Thraciæ Bizuam est relegatus: Evagrius vero in alium abductus est locum. Quibus ita gestis, Ariani insolentia elati, Catholicos multo acerbius vexarunt, nunc verberibus, nunc contumeliis eos afficientes: alios in carcerem conjicientes, alios multantes pecunia: omnia denique malorum genera prorsus intoleranda iis inferentes; quæ cum illi ferre non possent, significandi causa imperatorem adeunt, quo ex parte saltem Arianorum violentia liberarentur; verum cum id sibi proposuissent, spe sua longe exciderunt, quippe qui jus sibi fieri exspectarent ab eo qui injuriarum ipse auctor esset.

CAP. XVI.

*De sanctis presbyteris jussu Valentis in navigio crematis, et de fame quæ Dei indignatione ob id accidit in Phrygia.*

Nam cum lecti quidam religiosi viri, ordinis ecclesiastici, octoginta numero, quorum principes erant Urbanus, Theodorus ac Menedemus, Nicomediam profecti libellos supplices imperatori obtulissent, quibus ei Arianorum violentiam suggerebant, et quanta mala ipsi ab illis perpessi essent: imperator ira succensus, in præsentia quidem eam occultavit, clam vero mandavit Modesto præfecto ut homines comprehensos neci daret. Porro mortis genus novum fuit atque inusitatum: ac proinde memoriæ tradi debet. Præfectus metuens ne si

A ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

*Ὡς τοῦ βασιλέως Εὐάγριον καὶ Εὐστάθιον ἐξορίσαντος, οἱ τὰ Ἀρείου φρονοῦντες σφόδρα τοὺς τὸ ὁμοούσιον κρατοῦντας ἐκάκουν.*

Τούτου δὲ γενομένου, αὖθις ἐξ ἑτέρας ἀρχῆς ἀνεκίνουν οἱ Ἀρειανοὶ τὸν διωγμὸν κατ' αὐτῶν. Εἰς γνῶσιν οὖν τοῦ βασιλέως ταχέως ἔρχεται τὰ γινόμενα· εὐλαβούμενός τε μή τις ἐκ τῆς παρατριβῆς τῶν ὄχλων γενομένη στάσις ἀνατρέψει τὴν πόλιν, στρατιωτικὴν χεῖρα ἐκ τῆς Νικομηδείας εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἔπεμψεν· ἐκέλευσέν τε ἐν ταὐτῷ συλληφθέντας τὸν χειροτονήσαντα καὶ τὸν χειροτονηθέντα, ἄλλον ἀλλαχοῦ περιορίζεσθαι. Εὐστάθιος μὲν οὖν ἐν Βιζύῃ τῆς Θρᾴκης (56) πόλει περιωρίζετο· Εὐάγριος δὲ εἰς ἄλλον τόπον ἀπήχθη. Τούτων οὕτω καταπραB χθέντων, πλέον οἱ Ἀρειανίζοντες καταθρασυνόμενοι, τοὺς τῆς Ἐκκλησίας ἔβλαπτον· τύπτοντες, καθυβρίζοντες, κατακλείστους δεσμωτηρίοις ποιοῦντες, χρήμασι ζημιοῦντες, πάντα ἁπλῶς τὰ ἀνήκεστα πράττοντες κατ' αὐτῶν· ἅπερ μὴ φέροντες, ἐπὶ τῷ δεηθῆναι τοῦ βασιλέως ἤρχοντο, εἴ πως δύναιντο μετρικῶς γοῦν ἀνεθῆναι τῆς βίας· ἀλλὰ τοῦτο σκεψάμενοι, πολὺ τῆς ἐλπίδος διήμαρτον, ὅτι παρὰ τοῦ ἀδικοῦντος τῶν δικαίων προσεδόκων τυχεῖν.

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

*Περὶ τῶν ἐν τῷ πλοίῳ κατακαέντων ἁγίων πρεσβυτέρων, καὶ περὶ τοῦ διὰ ταῦτα κατὰ μῆνιν Θεοῦ ἐν τῇ Φρυγίᾳ γεγονότος λιμοῦ.*

Ὡς γὰρ ἐπιλεχθέντες ἄνδρες εὐλαβεῖς, τοῦ ἐκκλη-C σιαστικοῦ τυγχάνοντες τάγματος, τὸν ἀριθμὸν ὄντες ὀγδοήκοντα, ὧν ἡγοῦντο Οὐρβανὸς, Θεόδωρος, Μενέδημος, εἰς τὴν Νικομήδειαν παρεγένοντο, καὶ ἱκεσίας ὤρεγον τῷ βασιλεῖ, ἀναδιδάσκοντες τὴν βίαν καὶ ὅσα ὑπέμενον· περιοργὴς γενόμενος ὁ βασιλεὺς, τοσοῦτον ἐπέκρυψε τῆς ὀργῆς, ὅσον λαθραίως Μοδέστῳ ᵃ τῷ ἐπάρχῳ κελεῦσαι, συλλαβεῖν καὶ θανάτῳ ζημιῶσαι τοὺς ἄνδρας. Ὁ δὲ τρόπος τοῦ θανάτου ξένος τις ἦν· διὸ καὶ μνήμη παραδοθήσεται. Δεδιὼς ὁ ὕπαρχος μὴ στάσιν ὑπὸ τοῦ πλήθους ἄλογον ὑπομείνῃ ἐν

VALESII ANNOTATIONES.

quiarum Eustathii refert anno Christi 482, cum ex Victoris Tununensis Chronico facta fuerit anno Christi 490, Longino II et Fausto consulibus. Sed quod Theodorus Lector ibidem subdit, Eustathianos, qui antea seorsum collectas agebant, tunc demum adunatos esse Catholicis, post annos centum ab obitu Eustathii, licet Theophanis testimonio confirmetur, falsum existimo. Hoc enim posito Eustathius ad annum Christi trecentesimum ac nonagesimum vitam produxisset.

(56) *Εὐστάθιος μὲν οὖν ἐν Βιζύῃ τῆς Θρᾴκης.* Hæc narratio nequaquam convenit cum iis quæ supra retulimus ex Hieronymo, nec cum iis quæ Theodorus Lector et Theophanes in Chronico scribunt. Nam Hieronymus ait Eustathium adhuc sua ætate sepultum fuisse Trajanopoli, quo in exsilium pulsus fuerat. Theodorus autem Lector ac Theophanes Philippis eum exsulasse, atque ibidem D conditum esse scribunt. Diversus igitur ab hoc Eustathio Antiocheno fuerit oportet Eustathius iste, qui Bizuam a Valente relegatus est. Est autem Bizua urbs Thraciæ, olim Astorum Thracum regia, teste Stephano. Ejusdem meminit Eutropius in libro sexto, ubi de L. Lucullo loquens, qui Bessos Thracas subegit: *Inde multas supra Pontum positas civitates aggressus est. Illic Apolloniam evertit. Calatim, Parthenopolim, Tomos, Istrum, Buziam omnem cepit.* [Lego, *Bizuam et Scythiam omnem cepit.*]

VARIORUM.

ᵃ *Μοδέστῳ.* Is Auxonio præfecto præt. successerat anno Dom. 371, Gratiano II et Probo coss. Hunc Modestum intelligit Gregor. Nazianz. in oratione funebri De laudibus Basilii M., ut testatur etiam Theodorus: quem quidem Arianum fuisse, utpote ab Arianis baptizatum, Gregorius refert, et variis blanditiarum artibus Valentem sibi conciliando, præfecturam prætorianam diutius retinuisse. (Valesius in Amm. Marcellin. lib. XXIX, cap. 1.

Digitized by Google

τῷ φανερῷ φονεύων αὐτοὺς, πλάττεται εἰς ἐξορίαν **A** πέμπειν τοὺς ἄνδρας. Τῶν δὲ εὐγενῶς καταδεξαμένων, ὁ ὕπαρχος κελεύει, πλοίῳ ἐμβληθέντας ὡς ἐπὶ τὴν ἐξορίαν δῆθεν ἀπάγεσθαι· ἐντειλάμενος τοῖς ναύταις, ἐπειδὰν κατὰ μέσου γένωνται τοῦ πελάγους, ὑφάψαι τὸ πλοῖον· ἵνα τὸν τρόπον τοῦτον ἀποθανόντες μὴ ἔξωσι τοὺς κηδεύοντας. Ταῦτα ἐγίνοντο. Καὶ ἀναχθέντες, κατὰ μέσον τε τοῦ Ἀστακηνοῦ πελάγους [d] γενόμενοι, ποιοῦσι τὸ προσταχθέν· εἰς ἕτερόν τε παρεπόμενον ἀκάτιον μεταβάντες ἀπεχώρησαν, τὸ πλοῖον ὑφάψαντες. Συμβὰν δὲ ἄνεμον πνεῖν ἀφηλιώτην σφοδρὸν, ἐξωθεῖται ἐπιπολὺ καιομένη ἡ ναῦς· ὥστε τάχιον μὲν τὴν ὁρμὴν ποιεῖσθαι, διαρκέσαι δὲ ἄχρι τοῦ ἐπινείου, ᾧ προσωνυμία Δακιδίζος (57), κἀκεῖ τελέως σὺν τοῖς ἀνδράσιν ἀναλωθῆναι. **B** Τοῦτο οὐκ ἀτιμώρητον ἔλεγον γεγενῆσθαι πολλοί· λιμὸν γὰρ σύντονον (58) ἐπισυνέβη γενέσθαι περὶ τὰ Φρυγῶν ἔθνη, ὡς ἀνάγκην ἔχειν πρὸς ὀλίγον τῆς χώρας ἀπανίστασθαι τῶν ἐνοικούντων τοὺς πλείονας, καὶ καταφεύγειν ἐπί τε Κωνσταντινούπολιν καὶ ἄλλας ἐπαρχίας. Ἀεὶ γὰρ δὴ Κωνσταντινούπολις, καὶ ἄπειρα τρέφουσα πλήθη, τὰ πολλὰ εὐθηνεῖται, τῷ τε διὰ θαλάσσης ἔχειν τῶν πανταχόθεν ἐπιτηδείων τὴν προσκομιδὴν, καὶ ὅτι ὁ Εὔξεινος Πόντος παρακείμενος ἄφθονον αὐτῇ, ἡνίκα προσδεηθῇ, παρέχει τὸν σῖτον.

homines illos sub oculis omnium interficeret, seditionem contra se imperitæ multitudinis concitaret, fingit se illos in exsilium missurum esse. Quod cum illi constanti animo excepissent, præfectus eos in navigium imponi jubet, tanquam in exsilium abducendos : **232** præcipiens nautis ut, posteaquam in medium pelagus pervenissent, navigium incenderent : ut hoc genere mortis exstincti, sepultura etiam privarentur. Sic igitur factum est. Nautæ ex portu profecti, cum ad medium Astaceni sinus venissent, faciunt id quod imperatum fuerat : et succensa nave, in scapham quæ pone sequebatur transgressi, discesserunt. Cum autem ventus subsolanus vehemens ingruisset, navis quæ conflagrabat, violentius impelli cœpit : adeo ut velociori quidem cursu ferretur, integra autem pervenerit ad navale cui nomen est Dacidizo, ibique cum viris ipsis penitus consumpta sit. Atque hoc scelus nequaquam inultum mansisse plerique referunt. Statim enim secuta est fames per universam Phrygiam adeo gravis, ut plerique incolarum ex suis sedibus ad tempus migrare necesse habuerint, et partim Constantinopolim, partim ad alias provincias se receperint. Etenim Constantinopolis quamvis innumerabilem populi multitudinem alat, semper tamen annonæ abundat copia, tum quod res omnes ad victum necessariæ mari ad eam importantur; tum quod Pontus Euxinus ei adjacens, frumenti copiam, quotiescunque opus fuerit, ei suppeditat.

**C**

## ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

*Ὡς ὁ βασιλεὺς, ἐν Ἀντιοχείᾳ γενόμενος, πάλιν τοὺς τὸ ὁμοούσιον φρονοῦντας ἐδίωκε.*

Οὐάλης δὲ ὁ βασιλεὺς, μικρὰ τῶν ἐκ τοῦ λιμοῦ γενομένων φροντίσας, ἐπὶ τὴν Συρίας Ἀντιόχειαν παραγίνεται [e]· διατρίβων τε κατ' αὐτὴν, ἐπόρθει τοὺς μὴ Ἀρειανίζοντας. Τέλεον γὰρ ἐξελάσας τοὺς τὸ ὁμοούσιον φρονοῦντας τῶν Ἐκκλησιῶν σχεδὸν τῶν ἀνατολικῶν πόλεων, οὐκ ἠρκεῖτο τούτῳ, ἀλλὰ καὶ διαφόροις κολαστηρίοις ὑπέβαλλεν· ἀπώλλυεν δὲ πολλῷ πλείους τῶν πρότερον, διαφόροις μὲν θανάτοις παραδιδοὺς, ἐξαιρέτως δὲ τῷ ποταμῷ.

## CAP. XVII.

*Quomodo imperator dum Antiochiæ versaretur, Homousianos persecutus fuerit.*

Verum imperator Valens, mala quæ ex fame oriebantur parvipendens, Antiochiam pervenit. Ibi dum moratur, eos qui Arianam opinionem aversabantur, hostiliter vexavit. Nam cum Homousianos per universas fere Orientis provincias Ecclesiis expulisset, ea re minime contentus, variis suppliciis eos affecit : multoque tunc plures quam antea e medio sustulit, tum aliis mortis generibus, tum præcipue in fluvio eos necando.

### VALESII ANNOTATIONES.

(57) *Δακιδίζος*. Sozomenus in libro sexto eamdem rem commemorans, Dacibizam vocat urbem maritimam Bithyniæ. Cedrenus quoque vocat Dacibysa, μέχρι Δακιβύζων. Sed Theophanes, perinde ac Socrates noster, habet Dacidiza. **D**

(58) *Λιμὸν γὰρ σύντονον*. De hac fame ita scribitur in Fastis veteribus, quos sub Idatii nomine publicavit Sirmondus : *Valentiniano* III, *et Valente* III ; *his consulibus magna fames fuit in partibus Phrygiæ.*

### VARIORUM.

[d] *Τοῦ Ἀστακηνοῦ πελάγους*. Astacenus sinus, nunc *le Golfe de Concidia*, teste Gillio, pars est Propontidis in Bithyniam excurrens ad ortum, versus Nicomediam. Sic dictus ab Astaco urbe Bithyniæ, quæ distat a Nicomedia 15 milliaribus in occasum æstivum, et 50 fere a Constantinopoli in ortum. Baudrand.

[e] *Ἐπὶ τὴν Συρίας Ἀντιόχειαν παραγίνεται*. Valens initio anni 372 Antiochiam ingressus est. Certe Libanius in Vita sua se quinquagenarium fuisse Joviano imperante testatur, pag. 46. Postea pag. 48, annum ætatis octavum et quinquagesimum egisse se dicit, tum cum Valens Antiochiam venit. Jovianus autem Antiochiam profectus est sub finem anni 363, teste Ammiano, lib. xxv. Quare si eo anno Libanius quinquagenarius erat, anno 372 quinquagesimum octavum compleverat, ideoque non alio anno Valens Antiochiam adventavit. Quod si jam antea ad eamdem urbem is accessisset, prioris illius adventus mentionem Libanius fecisset. Interim obiter observandum, imperatores nonnisi per hiemem in Cilicia iter habuisse, propter immodicos in æstivo tempore solis ardores. (Ant. Pagi, ad ann. 372, n. 6.)

Digitized by Google

## 233 CAP. XVIII.

*De his quæ Edessæ facta sunt, deque præfecti contumelia: et de civium fide et constantia, et de pia quadam muliere.*

Sed ea quæ Edessæ in Mesopotamia facta sunt, nefas arbitror silentio præterire. In ea urbe illustris ac splendida est basilica Thomæ apostoli, in qua propter loci sanctitatem collectæ sine intermissione celebrantur. Hanc imperator videre cupiens, cum sciret universam convenientium multitudinem hæresim suam detestari, ipse manu sua præfectum percussisse fertur, quod illos inde etiam expellendos non curasset. Præfectus autem contumelia affectus, cum imperatoris iræ licet invitus obsequi pararet, nec tamen tantam hominum multitudinem interficere vellet, clam illos monuit B ne quis in basilica remaneret. Sed nemo consilio ejus aut minis animum intendit: postero enim die universi ad basilicam confluxere. Cumque præfectus cum ingenti militum numero ad basilicam properaret, quo imperatoris bilem expleret, paupercula quædam mulier, parvulum filium manu trahens, contendit ad ecclesiam, agmenque eorum qui præfectum stipabant, perrumpit. Quod moleste ferens præfectus, mulierem ad se adduci jubet, eamque compellat his verbis: O infelix muliercula, quo tam audacter et inverecunde properas? Tum illa: Quo, inquit, etiam alii properant. At præfectus: Non audisti, inquit, cunctos qui illic reperti fuerint, a præfecto esse interimendos? Mulier, Audivi equidem, ait, atque idcirco festino C ut ipsa quoque illic inveniar. Cumque præfectus dixisset: Et quo hunc parvulum trahis? respondit mulier, ut et iste martyrium subire mereatur. His auditis præfectus conjecit ex eo, quanta esset reliquorum qui eo conveniebant animi confidentia. Statimque ad imperatorem regressus, retulit illi cunctos ad mortem pro fide sua subeundam paratos esse; simul absurdum esse dicens, tantam multitudinem momento temporis interficere, imperatoris iram compescuit. Ad hunc modum Edesseni, ne ab imperatore suo tanquam ab hoste vastarentur, effugerunt.

A ## ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'

*Περὶ τῶν ἐν Ἐδέσῃ γενομένων, τῆς τε τοῦ ὑπάρχου ὕβρεως, καὶ περὶ τῆς τῶν πολιτῶν πίστεως καὶ παῤῥησίας, καὶ τῆς θεοφιλοῦς γυναικός.*

Λεκτέον δὲ οἷα καὶ ἐν Ἐδέσῃ τῆς Μεσοποταμίας ἐγίνετο. Ἐν δὲ τῇδε τῇ πόλει Θωμᾶ τοῦ ἀποστόλου μαρτύριόν ἐστι λαμπρὸν καὶ περιφανὲς, συνεχεῖς τε ἐν αὐτῷ συνάξεις ἐπιτελοῦνται, διὰ τὴν τοῦ τόπου ἁγιότητα. Τοῦτο ἱστορῆσαι ὁ βασιλεὺς Οὐάλης θελήσας, καὶ μαθὼν πᾶν τῆς αὐτοῦ ἀπεχθεῖς αἱρέσεως εἶναι τῶν συνερχομένων τὸ πλῆθος, λέγεται τῇ χειρὶ πλῆξαι τὸν ὕπαρχον, ὅτι μὴ προυνόησε ἐξελάσαι κἀκεῖθεν αὐτούς. Ὡς δὲ ὁ ὕπαρχος περιυβρισθεὶς, ἕτοιμος ἦν ἄκων ὑπουργεῖν τῇ βασιλέως ὀργῇ, οὐ γὰρ ἐβούλετο τοσούτων ἀνδρῶν φόνον ἐργάζεσθαι, B λαθραίως δηλοῖ, ὅπως ἂν μηδεὶς ἐν τῷ μαρτυρίῳ καταληφθῇ. Ἀλλὰ προσεῖχεν οὐδεὶς, οὐδὲ τῇ συμβουλῇ, οὐδὲ τῇ ἀπειλῇ· πάντες γὰρ τῇ ἑξῆς εἰς τὸν εὐκτήριον τόπον συνέῤῥεον. Ὡς δὲ ὁ ὕπαρχος σὺν χειρὶ πολλῶν στρατιωτῶν ἐπὶ τὸ μαρτύριον ἔσπευδεν, ἐκπληρώσων τὴν τοῦ βασιλέως ὀργὴν, γυνή τις πενιχρὰ τὸ ἑαυτῆς παιδίον ἐκ χειρὸς ἕλκουσα, ἐπὶ τὸ μαρτύριον ἔτρεχε, καὶ διακόπτει τὸ τάγμα τῶν δορυφορούντων (59) τὸν ὕπαρχον. Ἀγανακτήσας δὲ ὁ ὕπαρχος προσάγεσθαι αὐτῷ τὴν γυναῖκα κελεύει, καί φησι πρὸς αὐτήν· Ὦ ταλαίπωρον γύναιον, ποῦ τρέχεις οὕτως ἀκόσμως [f]; Ἡ δὲ, Ἔνθα, φησὶ, καὶ οἱ ἄλλοι συντρέχουσι. Ὁ δὲ, Οὐκ ἀκήκοας, ἔφη, ὅτι ὁ ὕπαρχος μέλλει πάντας ἀναιρεῖν οὓς ἂν εὑρίσκῃ; Καὶ ἡ γυνὴ, Ἤκουσα, ἔφη, καὶ διατοῦτο σπεύδω, C ὥστε ἐκεῖ εὑρεθῆναι (60). Καὶ ποῦ τοῦτο τὸ μικρὸν ἕλκεις παιδίον; φήσαντος τοῦ ἐπάρχου, ἡ γυνή φησιν, ὥστε καὶ αὐτὸ μαρτυρίου καταξιωθῆναι. Ταῦτα ὡς ἤκουσεν ὁ ἀνὴρ, ἐτεκμήρατο τῶν συνερχομένων τὴν ἀπόνοιαν. Καὶ εὐθὺς παραγενόμενος πρὸς τὸν βασιλέα, ἐδίδασκεν αὐτὸν, ὡς εἴησαν πάντες ἕτοιμοι ὑπὲρ τῆς αὐτῶν ἀποθνήσκειν πίστεως· καὶ ἄλογον εἶναι εἰπὼν τοσούτους ἐν βραχεῖ χρόνῳ ἀνελεῖν, παρέπεισε τὸν βασιλέα παύσασθαι τῆς ὀργῆς. Τοῦτον τὸν τρόπον Ἐδεσηνοὶ τὸ μὴ καταπολεμηθῆναι ὑπὸ τοῦ οἰκείου βασιλέως ἐξέφυγον.

## 234 CAP. XIX.

*Quomodo imp. Valens multos qui primam sui nominis literam Θ haberent, occiderit, ob quamdam divinationem qua id prædictum fuerat.*

Per idem tempus, pessimus quidam dæmon im-

D ## ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

*Ὡς βασιλεὺς Οὐάλης πολλοὺς ἀνεῖλε, στοιχεῖον θῆτα ἔχοντας ἐν τῇ καταρχῇ τοῦ ὀνόματος, ἔκ τινος νεκυομαντείας τοῦτο φημισθείσης.*

Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον (61) καὶ δαίμων τις

### VALESII ANNOTATIONES.

(59) *Τάγμα τῶν δορυφορούντων.* Rufinus, ex quo hæc desumpsit Socrates, in lib. II *Historiæ Ecclesiasticæ* ita dicit: *Infantem quoque parvulum secum trahentem, cursuque rapido, irrupto etiam officii agmine, festinantem.* Porro hoc memorabile factum mulieris Edessenæ contigit anno Christi 371 aut 372, ut mox videbimus. Male Baronius id retulit anno 370.

(60) *Ὥστε ἐκεῖ εὑρεθῆναι.* Post hæc verba duas D integras lineas, quæ in editione Roberti Stephani deerant, supplevi ex codice Florentino et Sfortiano. Easdem agnoscit Epiphanius Scholasticus, et Rufinus, ex quo Socrates ista descripsit. Cæterum ex hoc etiam loco perspici potest, Christophorsonum nullos manuscriptos Socratis codices consuluisse.

(61) *Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον.* Totam hanc scenam infelicis oraculi quod gentiles quidam

### VARIORUM.

*Οὕτως ἀκόσμως.* Rufinus lib. II, cap. 5, ait mulierculam hanc *ita festinam et properam domo sua prorupisse, ut nec clauderet ostium, nec operire se, ut mulierum habitum decet, diligentius potuisset.*

Digitized by Google

A ἀλάστωρ τῇ τοῦ βασιλέως ὠμότητι ἀπεχρήσατο. Ἀνέπεισε γάρ τινας περιεργαζομένους, τίς μετὰ Οὐάλεντα βασιλεύσειεν, νεκυομαντείαν ποιήσασθαι. Οἷς τισι μαγικῇ τινι μαγγανείᾳ χρωμένοις, ἀνεῖλεν ὁ δαίμων οὐ φανερὰ, ἀλλὰ συνήθως λοξὰ, δείξας τέσσαρα γράμματα θ, καὶ ε, καὶ ο, καὶ δ· εἰπὼν ἐκ τούτων ἄρχεσθαι τοὔνομα τοῦ μετὰ Οὐάλεντα βασιλεύσοντος· εἶναι δὲ αὐτῷ σύνθετον. Ἧκει δὲ εἰς τὰς ἀκοὰς τοῦ βασιλέως ἡ τῶν γενομένων φήμη. Καὶ γὰρ οὐ παρεχώρει τὸ μέλλον εἰδέναι Θεῷ, καὶ ποιεῖν ὃ ἐδόκει τῷ πάντα διοικοῦντι καλῶς· ἀλλὰ παρεὶς τὰ τοῦ Χριστιανισμοῦ παραγγέλματα, ὧν ζῆλον ἔχειν ἐνόμιζεν, πολλοὺς ἀπώλλυεν, οὓς τυραννήσειν ὑπώπτευεν. Ἀπεκτίννυντο οὖν Θεόδωροι, καὶ Θεόδοτοι, καὶ Θεοδόσιοι, καὶ Θεόδουλοι, καὶ ὅσοι τούτοις εἶχον ὀνόματα παραπλήσια. B Ἐν οἷς καὶ (62) Θεοδοσιολός τις, ἀνὴρ γενναῖος ἐκ τῶν εὐπατριδῶν τῆς Ἱσπανίας καταγόμενος, ἀνῃρεῖτο. Ὑπὸ δὲ τοῦ ἐπικειμένου δέους, πολλοὶ τὰ ἑαυτῶν ὀνόματα μετετίθεσαν, ἀπαρνούμενοι ἃ οἱ γονεῖς τεχθεῖσιν ἐπέθεσαν, ὡς κίνδυνον ἔχοντα. Περὶ μὲν δὴ τούτου τοσαῦτα εἰρήσθω.

peratoris abusus est crudelitate. Quosdam enim homines eo impulit ut per magicas artes scrutarentur quisnam post Valentem imperio esset potiturus. Qui cum magica quadam incantatione usi essent, dæmon, ut solet, non aperta, sed obliqua quædam responsa dedit: quatuor duntaxat ostensis litteris, θ, ε, ο, δ, ab his incipere dicens nomen illius qui post Valentem imperaturus esset, nomenque ei compositum esse. Hujus rei fama ad principis aures pervenit. Ille vero rerum futurarum notitiam, et jus arbitriumque faciendi quidquid voluerit, Deo cuncta rite administranti neutiquam reservavit: sed spretis Christianæ religionis præceptis, quorum se studiosissimum esse arbitrabatur, plurimos interemit, quos imperium affectare suspicabatur. Necabantur itaque Theodori, Theodoti, Theodosii ac Theoduli, et quotquot hujusmodi habebant nomina. Inter quos etiam Theodosiolus quidam vir fortissimus, nobili genere in Hispania oriundus, neci datus est. Itaque ob imminentis periculi metum, multi tunc nomina sua immutarunt, ea quæ a parentibus acceperant, tanquam periculo obnoxia ejurantes. Sed de his hactenus.

## ΚΕΦΑΛ. Κ'.

*Περὶ τῆς Ἀθανασίου τελευτῆς, καὶ Πέτρου προαγωγῆς.*

Ἰστέον δὲ, ὅτι ἕως περιῆν Ἀθανάσιος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπος, ἔκ τινος Θεοῦ προνοίας ὑπερέθετο ταράξαι τὴν Ἀλεξάνδρειαν καὶ τὴν Αἴγυπτον ὁ βασιλεὺς, πυνθανόμενος πλεῖστον εἶναι κατ' αὐτὴν τὸ πλῆθος τῶν προσκειμένων Ἀθανασίῳ, καὶ ἐκ C τούτου ὑφορώμενος μήποτε, γενομένης κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν στάσεως, φύσει τὸ δημῶδες ἔνθερμον ὂν προσβλάψῃ τὰ δημόσια πράγματα. Ὁ δὲ Ἀθανάσιος, ἐν ὑπατείᾳ Γρατιανοῦ ᵇ τὸ δεύτερον καὶ Πρό-

## CAP. XX.

*De obitu Athanasii et de promotione Petri.*

Sciendum porro est, quandiu superstes fuit Athanasius Alexandrinæ urbis episcopus, imperatorem, divina id agente providentia, abstinuisse a vexatione Ægypti atque Alexandriæ; quippe qui comperisset maximam illic hominum multitudinem Athanasio favere: atque idcirco metueret ne, orta Alexandriæ seditione, plebs quæ suopte ingenio ferventior est, publicis rebus damnum afferret. Porro Athanasius Gratiano iterum et Probo con-

## VALESII ANNOTATIONES.

consuluerant, ut quisnam Valenti in imperio successurus esset cognoscerent, fuse refert Ammianus Marcellinus in lib. XXIX. Sed quonam anno id contigerit obscurum est. Baronius quidem in Annalibus, anno Christi 370 id assignat. Ego vero anno Domini 371, aut 372 ineunte id gestum puto. Valens enim anno ᵃ Christi 371, finita jam æstate Antiochiam ingressus est, Gratiano secundo et Probo consulibus, ut in annotationibus ad supradictum librum Marcellini demonstravi, partim ex legibus Codicis Theodosiani, partim ex Libanii libro de Vita sua. Tragœdia autem illa, et conspiratio maleficorum adversus Valentem, contigit post ejus ingressum in urbem Antiochenam, ut constat ex Marcellino. Anno igitur 371, vel certe ineunte 372, contigerit necesse est. Certe Theophanes ac Cedrenus Valentis ingressum in urbem Antiochenam anno illius octavo assignant. Illam autem impiorum D conspirationem, qui oraculum de futuro imperatore consuluerant, anno Valentis nono adscribit idem Theophanes. Quod cum nostra sententia optime congruit, si Valentis annum primum computemus a consulatu Joviani et Varroniani.

(62) *Θεοδοσιολός τις, ἀνὴρ γενναῖος.* Quisnam sit hic Theodosius, incertum est. Neque enim Theodosium illum esse existimo Theodosii imperatoris patrem, de quo Ammianus Marcellinus loquitur passim in suis libris. Hic enim in Occidente versatus est, nec nisi post obitum Valentiniani occisus fuit, per fraudem et insidias malevolorum. Verba tamen illa quæ addit Socrates, ἀνὴρ γενναῖος ἐκ τῶν εὐπατριδῶν τῆς Ἱσπανίας, optime illi conveniunt. In codice Sfortiano legitur Θεοδόσιος ἄλλος τις. Epiphanius quoque Scholasticus Theodosium vocat.

## VARIORUM.

ᵃ Verum Antonius Pagi non dubitat quin hæ quæstiones de iis qui magos consuluerant, habitæ fuerint anno 373. Ad ann. 370, n. 31.

ᵇ *Ὁ δὲ Ἀθανάσιος ἐν ὑπατείᾳ Γρατιανοῦ.* Hanc chronologiæ rationem quæ confert mortem Athanasii in annum 371, sat firmitatis non habere, suadent aperta antiquiorum scriptorum testimonia. Hieronymus, ad annum Domini 371, ait Petrum Athanasii sedem excepisse, qui annus est æræ nostræ 373. Proterius vero, unus ex successoribus Athanasii in sede Alexandrina, in epistola Paschali sic habet: *In octogesimo nono anno ab imperio Diocletiani, superstite patre nostro et episcopo Athanasio, cum* XIV *luna Paschalis,* XXVIII *die mensis Phaminoth, id est nono Kalendarum Aprilium die provenisset, die Dominico, in subsequentem trans-*

Digitized by Google

sulibus, post **235** tot et tanta pro Ecclesia certamina ex hac luce migravit, cum annos sex et quadraginta non sine ingentibus periculis episcopatum administrasset : successorem relinquens Petrum, virum religiosum ac disertum.

### CAP. XXI.

*Quomodo post mortem Athanasii, Ariani jussu Valentis imperatoris Lucio, quem prius ordinaverant, ecclesias tradiderunt, et Petrum custodiæ manciparunt.*

Confestim igitur Ariani animos resumpsere, ob imperatoris religionem insolentia elati. Et absque mora Valenti, qui tum Antiochiæ versabatur, rem significarunt. Quam occasionem opportune sibi oblatam arripiens Euzoius, qui tum apud Antiochiam Arianæ præerat Ecclesiæ, ambivit ut ipse Alexandriam mitteretur, quo ejus loci ecclesias Lucio Ariano traderet. Idem quoque visum est imperatori. Protinus itaque cum imperialibus copiis Alexandriam venit. Nam et Magnus regiorum thesaurorum comes una cum illo perrexit. Et mandatum imperatoris missum est ad Palladium præfectum Ægypti, jussumque erat ut milites operam suam ac ministerium præberent. Quocirca Petrum quidem comprehensum in vincula conjecerunt : reliquis autem clericis fugatis et hac atque illac dispersis, Lucium in episcopali sede collocarunt.

### 236 CAP. XXII.

*Quod malorum quæ in enthronismo Lucii acciderunt, Sabinus quidem scriptor Macedonianus nullam mentionem fecit ; Petrus vero in epistola sua meminit. Qui ad Damasum Romanorum episcopum fugiens evasit : Lucius vero et Ariani monachos in solitudine plurimis malis affecerunt.*

Porro quæ mala in ingressu Lucii perpetrata

A δου, μετὰ πολλοὺς ἐκείνους τοὺς ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας ἀγῶνας τὸν τῇδε βίον κατέλειπε, τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτη σὺν πολλοῖς κινδύνοις τὴν ἐπισκοπὴν διανύσας, καταλιπὼν εἰς τὸν ἑαυτοῦ τόπον Πέτρον [h], ἄνδρα εὐλαβῆ καὶ ἐλλόγιμον.

### ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

*Ὡς Ἀθανασίου τελευτήσαντος, οἱ Ἀρειανοὶ προστάξει τοῦ βασιλέως Οὐάλεντος, Λουκίῳ τῷ ὑπ' αὐτῶν πρότερον χειροτονηθέντι, τὰς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παραδόντες ἐκκλησίας, τὸν Πέτρον φυλακῇ παρέδοσαν.*

Εὐθὺς οὖν ἀνεθάῤῥουν οἱ Ἀρειανίζοντες, τῇ τοῦ βασιλέως αὐχοῦντες θρησκείᾳ. Καὶ μηδὲν μελλήσαντες, γνωρίζουσι βασιλεῖ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν τότε διάγοντι. Τότε δὴ καὶ Εὐζώϊος, ὁ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Ἀρειανῆς προεστὼς θρησκείας, ἁρπάζει τὸ εὐεπιχείρητον τοῦ B καιροῦ· κατασκευάζει τε αὐτὸς κατελθεῖν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἐπὶ τῷ παραδοῦναι Λουκίῳ τῷ Ἀρειανῷ τὰς ἐκεῖ ἐκκλησίας. Ταῦτ' ἐδόκει καὶ βασιλεῖ. Καὶ ἦ τάχος σὺν δυνάμει βασιλικῇ παρῆν ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν. Καὶ γὰρ Μάγνος ὁ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν (63) συγκατῆλθεν αὐτῷ. Καὶ βασιλέως πρόσταγμα Παλλαδίῳ τῷ Ἀλεξανδρείας ἐπάρχῳ ἐγέγραπτο, καὶ στρατιωτικὴ χεὶρ ὑπουργεῖν προσετέτακτο· διὸ τὸν μὲν Πέτρον συλλαβόντες κατάκλειστον πεποιήκασι· τοὺς δὲ ἄλλους κληρικοὺς ἄλλον ἀλλαχῇ διασπείραντες, τὸν Λούκιον ἐνθρονίζουσιν [i].

### ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

C *Ὅτι πολλῶν κακῶν γενομένων εἰς τὸν Λουκίου ἐνθρονισμὸν, Σαβῖνος ὁ Μακεδονιανὸς οὐδενὸς ἐμνημόνευσε, Πέτρος δὲ συγγράφων ἐμνήσθη, ὃς καὶ διαφυγὼν πρὸς Δάμασον τὸν Ῥώμης ἀπεσώθη· οἱ δὲ Ἀρειανοὶ καὶ Λούκιος πολλὰ κακὰ τοῖς ἐν ἐρήμῳ ἁγίοις μονάζουσιν ἐνεδείξαντο.*

Οἷα μὲν οὖν κακὰ ἐπὶ τῆς εἰσόδου Λουκίου γεγέ-

## VALESII ANNOTATIONES.

(63) *Μάγνος ὁ ἐπὶ τῶν θησαυρῶν.* Hic Magnus comes largitionum Comitatensium dicitur in epistola Petri Alexandrini, quam refert Theodoritus in libro III *Historiæ Ecclesiasticæ*.

## VARIORUM.

*latum est hebdomadem, ita ut quinta die mensis Pharmuthi, hoc est pridie Kalendarum Aprilium, celebraretur Pascha Dominicum.* Quæ notæ omnes in annum quadrant 373. Hisce aliud adjicit argumentum vir eruditus Pagius mutuatum ex historia patriarcharum Coptitarum, Latine versa et evulgata per Abrahamum Ecchellensem, ubi dicitur obiisse sanctum patriarcham *septimo Bescinas die Jovis*, cujus dies septimus cum die secunda Maii concurrit. Quare cum, anno 373, dies secunda Maii in feriam quintam inciderit, in eumdem annum optime confertur mors Athanasii ; obiit prope octogenarius. (Cl. monachi Benedictini, in fine Vitæ Athanasii.)

[h] *Πέτρον.* Petrus, Ecclesiæ Alexandrinæ sub Athanasio archipresbyter, itinerum et peregrinationum ejus comes individuus, quocum varia subiit pericula. Quanti ab omnibus haberetur, exinde constat quod anno 380 Theodosius imperator eum una cum Damaso papa orthodoxæ veritatis normam lege lata constitueret, eum apostolicæ pietatis virum appellans. Scripsit in carcere detentus *Epistolam encyclicam* de vi sibi ad episcopatum recens evecto ab Arianis illata, et flagitiosa Lucii sedem

D Alexandrinam sibi per fas et nefas arripientis ambitione. Exstat fere integra, principio duntaxat et fine truncata, apud Theodorit. lib. IV, cap. 22. Porro alterius cujusdam epistolæ ad episcopos Ægyptios fidei causa exsules fragmenta duo nobis conservavit Facundus lib. IV, cap. 2, et lib. IX, cap. 2. (Guil. Cave, *Hist.*, vol. I, p. 206, ad ann. 371.)

[i] *Τὸν Λούκιον ἐνθρονίζουσι.* Lucius, unde oriundus, incertum. Primo episcopus Samosatenus ab Arianis, fugato Valentis jussu Eusebio, vi ac armis constitutus. De enormi ejus adversus orthodoxos tyrannide, dum sedem Alexandrinam occuparit, lectorem plenius edocebit Petrus Alexandr. in epistola sua apud Theod. lib. IV, cap. 22. Sub Valentis imperii finem, Petro Alexandriam reverso, ab infensa plebe episcopali sede ejectus, conscenso navigio Constantinopolim statim perrexit, Catholicos (uti credi par est) apud imperatorem criminaturus. Verum Valente paulo post a Gothis occiso, voto suo excidit. Vir inquieti admodum et truculenti ingenii, ut a Gregorio Naz. perhibetur, orat. 23, p. 417. (Guil. Cave, *ubi supra*.)

Digitized by Google

νηται, ἢ ὅσα κατὰ τῶν ἐξωθισθέντων, ἔν τε δικαστηρίοις καὶ ἐκτὸς δικαστηρίων ἐπράχθη, ὅπως τε οἱ μὲν βασάνοις ποικίλαις ὑπεβλήθησαν, οἱ δὲ καὶ μετὰ τὰς βασάνους ἐξωρίσθησαν· Σαβῖνος μὲν οὐδ' ἡντιναοῦν πεποίηται μνήμην. Ἀρειανίζων γὰρ τὸ ἥμισυ κρύπτει τὰ τῶν φίλων ἀδικήματα. Πέτρος δέ τοι γράμμασιν οἰκείοις, ἃ μετὰ τὴν ἐκ τῶν δεσμῶν φυγὴν ταῖς πανταχοῦ ἐκκλησίαις διεπέμψατο, φανερὰ τοῖς πᾶσι κατέστησεν. Οὗτος μὲν οὖν, διαδρᾶναι τῆς εἱρκτῆς ἰσχύσας, πρὸς Δάμασον τὸν ἐπίσκοπον Ῥώμης ἀνέδραμε. Πάλιν δὲ οἱ Ἀρειανοὶ καὶ ὀλίγοι τυγχάνοντες, τῶν κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐκκλησιῶν ὅμως ἐκράτησαν. Οὐ πολὺς δὲ ἐν μέσῳ χρόνος ἐγίνετο, καὶ βασιλέως ἐκέλευσε πρόσταγμα, τῆς τε Ἀλεξανδρείας καὶ πανταχόθεν τῆς Αἰγύπτου ἐλαύνεσθαι τοὺς φρονοῦντας τὸ ὁμοούσιον. Ἐπετέτακτο δὲ καὶ ὁ ἄρχων, σὺν πολλῷ πλήθει στρατιωτῶν διώκειν πανταχόθεν, ὅσους ἐκέλευε Λούκιος. Ἔσκυλαν δὲ τηνικαῦτα καὶ ἐτάραξαν, καὶ δεινῶς κατεπολέμησαν τὰ ἐν τῇ ἐρήμῳ μοναστήρια. Ἐπελθόντες γὰρ ἔνοπλοι γυμνοῖς ἀνδράσι, καὶ οὐδὲ τὴν χεῖρα αὐτὴν ἐκτείνειν πρὸς πληγὴν αἱρουμένοις, οὕτως ἐλεεινῶς ἐξεπόρθησαν, ὡς εἶναι λόγου κρείσσονα τὰ κατ' αὐτῶν πάθη γενόμενα.

A sint, et quæ adversus illos qui expulsi sunt, tum in judiciis tum extra judicium sunt gesta; et quomodo alii quidem tormentis excruciati, alii vero post cruciatus etiam exsilio damnati sint: Sabinus quidem nullatenus commemoravit. Nam cum ipse Semiarianus esset, amicorum suorum scelera obtexit. Petrus vero per litteras suas, quas ex vinculis elapsus ad omnes ubique ecclesias scripsit, omnibus ea patefecit. Et hic quidem cum se ex carcere proripuisset, ad Damasum Romanæ urbis episcopum contendit. Ariani vero, licet numero pauci, nihilominus Alexandrinas Ecclesias obtinuerunt. Nec multo post, ex imperatoris rescripto universi qui fidem consubstantialis profitebantur, tum ex urbe Alexandria, tum ex universa undique B Ægypto pelli jubentur. Simul præfecto Ægypti mandatum est ut militari manu ubique persequeretur eos quos Lucius pelli jussisset. Eodem tempore monasteria in solitudine vexata ab illis, atque exagitata et crudeliter oppugnata sunt. Armati enim irruentes in viros inermes, qui ne manum quidem extendere ad feriendum volebant, adeo atrociter eos devastarunt, ut quæ adversus illos perpetrata sunt, omnem dicendi superent facultatem.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

*Κατάλογος τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἁγίων μοναχῶν.*

Ἐπειδὴ δὲ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ μοναστηρίων μνήμην ἐποιησάμην, οὐδὲν κωλύει περὶ αὐτῶν βραχέα διεξελθεῖν. Τὰ ἐν Αἰγύπτῳ ἀσκητήρια ἴσως μὲν ἐκ μακρῶν τῶν χρόνων ἔλαβε τὴν ἀρχήν. Ἐπλατύνθη μέντοι καὶ ἐπὶ μεῖζον προέκοψεν ἐξ ἀνδρὸς θεοφιλοῦς, ᾧ ὄνομα ἦν Ἀμμοῦν [1]. Οὗτος νέος ὢν παρῃτεῖτο τὸν γάμον. Ὡς δέ τινες τῶν προσηκόντων παρῄνουν μὴ καθυβρίζειν τὸν γάμον, ἀλλὰ γυναῖκα ἄγεσθαι, πείθεται μὲν, καὶ ἔρχεται ἐπὶ γάμον. Εὐθὺς δὲ ἀπὸ τῆς παστάδος παραλαβὼν τὴν παρθένον, καὶ ἀγαγὼν ἐπὶ τὴν κοιτῶνα μετὰ τῆς εἰωθυίας πομπῆς, τέλος ἀναχωρησάντων τῶν ἐπιτηδείων, αὐτὸς βιβλίον λαβὼν ἀποστολικὸν, τὴν πρὸς Κορινθίους Παύλου ἐπιστολὴν ἀνεγίνωσκε, καὶ πρὸς τὴν γαμετὴν τὰ τοῦ Ἀποστόλου πρὸς τοὺς γεγαμηκότας παραγγέλματα διεξῄρχετο. Πολλὰ δὲ καὶ ἔξωθεν αὐτὸς προστιθεὶς ἐδίδασκεν, ὅσα ὁ γάμος ἔχει φορτικὰ, ὅπως τε ἐπώδυνος ἡ μεταξὺ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συμβίωσις, καὶ οἷαι ὠδῖνες τὴν κυοφοροῦσαν ἐκδέχονται· καὶ τὰ ἐκ τῆς παιδοτροφίας προσετίθει μοχθηρά. Ἐπῆγε δὲ τὰ ἐκ τῆς ἁγνείας χρηστὰ, καὶ ὅπως ὁ καθαρὸς βίος ἐστὶν ἐλεύθερος, καὶ ἀμόλυντος, καὶ παντὸς ῥύπου ἐκτός· καὶ ὅτι ἡ παρθενία παρὰ Θεὸν εἶναι ποιεῖ. Ταῦτα καὶ πολλὰ τοιαῦτα πρὸς τὴν γαμετὴν παρθένον οὖσαν διελθὼν, πείθει αὐτὴν σὺν αὐτῷ, πρὸ τοῦ συνελθεῖν, ἀποτάξασθαι τῷ βίῳ τῷ κοσμικῷ. Καὶ ταύτας ἄμφω τὰς συνθήκας θέμενοι, ἐπὶ τὸ ὄρος τῆς

## CAP. XXIII.

*Catalogus sanctorum monachorum qui in solitudine vixerunt.*

Sed quoniam monasteriorum Ægypti mentionem C fecimus, nihil vetat quominus de iisdem pauca dicamus. Monasteria quæ in Ægypto sunt, forsitan quidem ab ultima antiquitate traxerunt originem. Aucta tamen et amplificata sunt mirum in modum a viro sanctissimo, cui nomen erat Ammon. Qui cum esset adolescens, nuptias aversabatur. Sed cum nonnulli ex propinquis eum hortarentur ut uxorem duceret, nec conjugium contumeliis afficeret, paruit ille, et nuptias celebravit. Statimque cum virginem e thalamo apprehensam cum solemni pompa duxisset in cubiculum, tandem propinquis ac familiaribus digressis, ipse apostolicum librum in manus sumens, Epistolam Pauli ad Corinthios legere cœpit, et quæ ille conjugatis præciperet, conjugi suæ exponere. Multa præterea ipse aliunde adjiciens, do- D cet **237** quanta conjugium habeat incommoda, quantisque molestiis plenus sit viri ac mulieris convictus: quam acerbi dolores mulierem gravidam excipiant: addens etiam molestias quæ ex liberorum educatione nasci solent. Tunc vicissim castitatis commoda cœpit recensere: quam libera sit vita pura, quam incorrupta et ab omni labe vacua: et quod virginitas homines Deo proximos faciat. Hæc et alia ejusmodi plurima apud uxorem suam virginem locutus, persuasit illi ut simul ambo antequam congrederentur, sæcularem vitam

## VARIORUM ANNOTATIONES.

1 *Ἀμμοῦν*. Ammon, sive Ammonius, monachorum Nitriensium Pater, claruit sub Constantino circa ann. 330, inquit Guil. Cave, *Hist.*, vol. I, p. 150.

Digitized by Google

abjicerent. Cum hæc inter se pacti essent, ad montem qui Nitriæ dicitur se conferunt. Ibi in tugurio degentes, ad modicum tempus communi usi sunt monasterio, sine ullo virilis ac muliebris sexus discrimine, cum unum essent in Christo, sicut ait Apostolus. Non longo post tempore, novicia et incorrupta virgo Ammonem sic allocuta est : Te qui castitatem consectaris, non decet in tam arcto domicilio mulierem intueri. Quamobrem, si placet, uterque nostrum separatim exercitationes nostras peragamus. Id quoque pactum ex æquo placuit ambobus. Sejuncti igitur a se invicem, reliquum vitæ tempus ita transegere, a vino quidem et oleo abstinentes : solo autem pane, interdum post diem integrum, interdum post biduum, post plures nonnunquam dies vescentes. Hujus Ammonis animam post obitum ab angelis susceptam Antonius, qui iisdem vivebat temporibus, vidit, sicut in ejus vita narrat Athanasius Alexandrinus episcopus. Multi porro hujus Ammonis vitam imitati sunt : et montes Nitriæ atque Scetis paulatim monachorum multitudine sunt repleti : quorum omnium vitas conscribere, peculiaris argumenti opus foret. Verum quoniam inter illos quidam Deo accepti, et in monastica disciplina illustres præ cæteris exstiterunt, qui et vitam apostolicam duxerunt, et utilia quædam ac memoratu digna tum gesserunt, tum etiam dixerunt; operæ pretium duxi, pauca ex multis huic Historiæ nostræ inserere, ad legentium utilitatem. Aiunt igitur hunc Ammonem nunquam seipsum vidisse nudum; solitumque dicere, turpe esse monacho vel suum ipsius corpus nudum spectare. Cumque aliquando fluvium trajicere vellet, pigeretque eum vestes exuere, Deum precatus est ut ipsi absque ulla propositi sui jactura transitus concederetur. Statimque **238** ab angelo ad ulteriorem fluvii ripam translatus est. Alius quidam monachus Didymus nomine, licet nonaginta annos vixerit, usque ad obitum tamen nullius hominis contubernio est usus. Alius item nomine Arsenius juniores monachos qui deliquerant a communione minime separabat, sed eos qui provecta essent ætate. Dicebat enim juvenem qui excommunicatur contumacem fieri; seniorem vero cito excommunicationis dolorem sentire. Pior ambulans cibum

A καλουμένης Νιτρίας [k] χωροῦσιν. Ἐκεῖ τε βραχὺν χρόνον καλύβῃ διάγοντες, ἀσκητήριον εἶχον κοινὸν, οὐκ ἔχοντες διάκρισιν θηλείας τε καὶ ἄῤῥενος· ἀλλὰ ὄντες ἓν, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ἐν Χριστῷ. Οὐ πολλοῦ δὲ παραδραμόντος καιροῦ, ἡ νεόνυμφος καὶ ἀμόλυντος τοιάδε πρὸς τὸν Ἀμμοῦν ἔλεξεν· Οὐ πρέπον, ἔφη, ἀσκοῦντί σοι σωφροσύνην, ὁρᾷν ἐν τοσούτῳ οἰκήματι (64) θήλειαν. Διὸ, εἰ δοκεῖ, ἕκαστος ἰδίᾳ τὴν ἄσκησιν ποιησώμεθα. Αὗται πάλιν αἱ συνθῆκαι ἤρεσκον ἀμφοτέροις· καὶ χωρισθέντες ἀπ' ἀλλήλων, οὕτως τὸ λοιπὸν τοῦ βίου διήνυσαν, ἀπεχόμενοι οἴνου τε καὶ ἐλαίου, μόνον τε ξηρὸν ἄρτον, καὶ αὐτὸν ποτὲ μὲν ὑπὲρ μίαν ἡμέραν, ποτὲ δὲ ὑπὲρ δύο, ἔστι δὲ καὶ ὑπὲρ πλείους ἐσθίοντες. Τούτου τοῦ Ἀμμοῦν τὴν ψυχὴν [l] μετὰ θάνατον ἀναλαμβανομένην ὑπὸ ἀγγέλων B ὁ κατ' αὐτὸν βιώσας Ἀντώνιος ἐθεάσατο, ὥς φησιν ἐν τῷ βίῳ αὐτοῦ ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος Ἀθανάσιος. Ἐζήλωσαν οὖν τὸν βίον τοῦ Ἀμμοῦν πάνυ πολλοὶ, καὶ κατὰ μέρος ἐπληρώθη τὸ τῆς Νιτρίας ὄρος, καὶ τὸ τῆς Σκίτεως, ἐκ τοῦ πλήθους τῶν μοναχῶν. Ὧν πάντων τὸν βίον συγγράφειν, ἰδίας ἔργον ἐστὶν ὑποθέσεως. Ἐπεὶ δὲ ἐγένοντο ἐν αὐτοῖς ἄνδρες θεοφιλεῖς, καὶ ἐν τῇ ἀσκήσει διαπρέψαντες, καὶ ἀποστολικὸν βίον βιώσαντες, χρειώδη τέ τινα καὶ ἄξια τοῦ ἀπομνημονεύεσθαι ἐποίησάν τε καὶ ἔλεξαν, χρήσιμον οἶμαι ἐκ πολλῶν ὀλίγα ἐγκαταμῖξαι τῇ Ἱστορίᾳ, πρὸς ὠφέλειαν τῶν ἐντυγχανόντων. Λέγεται τοίνυν Ἀμμοῦν οὗτος γυμνὸν ἑαυτὸν μὴ ἑωρακέναι ποτὲ, λέγων ἀπρεπὲς εἶναι μοναχῷ, καὶ τὸ C ἑαυτοῦ σῶμα γυμνὸν θεωρεῖν. Καί ποτε διαβῆναι ποταμὸν βουλόμενος, ὤκνει ἀποδύσασθαι· ηὔξατό τε τῷ Θεῷ, γενέσθαι αὐτῷ τὴν διάβασιν μὴ ἐγκοπτομένῳ τὴν πρόθεσιν· καὶ ἄγγελος μετέθηκεν αὐτὸν εἰς τὸ πέραν τοῦ ποταμοῦ. Δίδυμος ἄλλος οὗτος μοναχὸς, ἐννενήκοντα ἔτη βιοὺς, οὐδενὶ ἀνθρώπῳ συνέμεινεν ἄχρι τῆς τελευτῆς. Ἀρσήνιος ἄλλος τοὺς τῶν νέων πταίσαντας οὐκ ἀφώριζεν, ἀλλὰ τοὺς προκόψαντας· λέγων ὅτι ὁ νέος ἀφορισθεὶς, καταφρονητὴς γίνεται, ὁ δὲ προκόψας τῆς ἐκ τοῦ ἀφορισμοῦ ὀδύνης ταχεῖαν λαμβάνει τὴν αἴσθησιν. Πίωρ περιπατῶν ἤσθιεν. Πυθομένου δέ τινος διὰ τί οὕτως ἐσθίει· Οὐ βούλομαι, ἔφη, ὡς ἔργῳ τῷ βρώματι χρήσασθαι, ἀλλ' ὡς παρέργῳ. Πρὸς ἄλλον δὲ περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐρωτήσαντα ἀπεκρίνατο· Ἵνα μηδὲ ἐν τῷ D ἐσθίειν, φησὶν, ἡδονῆς σωματικῆς αἰσθάνοιτο ἡ

## VALESII ANNOTATIONES.

(64) *Ἐν τοσούτῳ οἰκήματι.* Christophorsonus vertit, *in tantillo domicilio.* Sed Græcum vocabulum hanc expositionem admittere non potest. Itaque malim scribere, ἐν τῷ σῷ οἰκήματι, id est, *non decet te, qui continentiam sectaris, videre mulierem in domicilio tuo.*

## VARIORUM.

[k] *Ἐπὶ τὸ ὄρος τῆς καλουμένης Νιτρίας.* Nitria (*sic dicta a nitri fodinis in ea repertis*, ut e Strabone notavit Cellarius) mons est Ægypti prope Scyathim, sive Scetim urbem. Inter illum et Alexandriam Maria, seu Mareotis lacus intercedit. BAUDRAND.

[l] *Τούτου τοῦ Ἀμμοῦν τὴν ψυχήν.* Athanasius in Vita S. Antonii, p. 841 edit. Benedict., hæc habet : Καὶ γάρ ποτε πάλιν καθήμενος ἐν τῷ ὄρει, καὶ ἀναβλέψας, εἶδεν ἐν τῷ ἀέρι ἀναγόμενόν τινα, πολλήν τε τῶν ἀπαντώντων γινομένην τὴν χαράν· εἶτα θαυμάζων καὶ μακαρίζων τὸν τοιοῦτον χορὸν, ηὔχετο μαθεῖν, τί ἂν εἴη τοῦτο. Καὶ εὐθὺς ἦλθεν αὐτῷ φωνή· ταύτην εἶναι τοῦ Ἀμοῦν τὴν ψυχὴν, τοῦ ἐν τῇ Νιτρίᾳ μοναχοῦ. Ἦν δὲ τὸ διάστημα τὸ ἀπὸ Νιτρίας ἕως τοῦ ὄρους ἔνθα ἦν ὁ Ἀντώνιος ἡμερῶν ἐπὶ δεκατριῶν. Οἱ τοίνυν ὄντες μετὰ Ἀντωνίου, βλέποντες τὸν γέροντα θαυμάζοντα, ἠξίωσαν μαθεῖν· καὶ ἤκουσαν ὅτι ἄρτι τετελεύτηκεν ὁ Ἀμοῦν. *Iterum in monte cum sederet Antonius, sublatis oculis, vidit in aere*

Digitized by Google

ψυχῇ. Ἰσίδωρος ἔλεγε τεσσαρακοστὸν ἔτος ἔχειν, ἀφ' A οὗ αἰσθάνεσθαι μὲν τῆς κατὰ διάνοιαν ἁμαρτίας, μηδέ ποτε δὲ συγκατατίθεσθαι, μήτε ἐπιθυμίᾳ, μήτε θυμῷ. Παμβὼς δὲ ἀγράμματος ὢν, προσῆλθέ τινι ἐπὶ τῷ διδαχθῆναι ψαλμόν· ἀκούσας δὲ τὸν πρῶτον στίχον τοῦ λη' ψαλμοῦ τοῦ λέγοντος· « Εἶπα, Φυλάξω τὰς ὁδούς μου, τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν με ἐν γλώσσῃ μου· » δευτέρου ἀκοῦσαι μὴ ἀνεχόμενος, ἀνεχώρησεν· ἀρκεῖσθαι φήσας τούτῳ τῷ ἑνὶ στίχῳ, ἐὰν δυνηθῶ ἔργῳ αὐτὸν ἐκμαθεῖν. Ἐγκαλέσαντος δὲ τοῦ παραδεδωκότος τὸν στίχον, διὰ τί ἑξαμηνιαίου παραδραμόντος χρόνου μὴ ἑωράκει αὐτὸν, ἀπεκρίνατο· ὅτι Τοῦ ψαλμοῦ τὸν στίχον οὔπω τῷ ἔργῳ ἐξέμαθον. Μετὰ ταῦτα δὲ πολλοὺς ἐπιβιοὺς χρόνους, πρός τινα τῶν γνωρίμων ἐρωτήσαντα εἰ τὸν στίχον ἐξέμαθεν· Ἐν ὅλοις, ἔφη, ἐννεακαίδεκα ἔτεσι μόλις B αὐτὸν πράττειν ἐξέμαθον. Ὁ αὐτὸς, δεδωκότος τινὸς χρυσίον εἰς διατροφὴν τῶν πτωχῶν, καὶ εἰπόντος, Ἀρίθμησον ὃ δέδωκα, ἔφη, ἀριθμοῦ οὐ χρήζειν, ἀλλ' ὑγιοῦς διαθέσεως. Οὗτος ὁ Παμβὼς, Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου παρακαλέσαντος, κατῆλθεν ἐκ τῆς ἐρήμου εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν. Ἰδὼν δὲ ἐκεῖ γυναῖκα θεατρικὴν, σύνδακρυς ἐγένετο· τῶν δὲ παρόντων πυθομένων διὰ τί ἐδάκρυσε, Δύο μὲν, ἔφη, ἐκίνησεν (65)· ἓν μὲν, ἡ ἐκείνης ἀπώλεια· ἕτερον δὲ, ὅτι ἐγὼ οὐ τηλικαύτην ἔχω σπουδὴν πρὸς τὸ ἀρέσαι τῷ Θεῷ, ὅσον αὕτη ἵνα ἀρέσῃ ἀνθρώποις αἰσχροῖς. Ἄλλος δέ τις ἔλεγεν, ὅτι ὁ μοναχὸς εἰ μὴ ἐργάζοιτο, ἐπίσης τῷ πλεονέκτῃ κρίνεται. Πητιροῦς πολλά τινα φυσικὰ θεωρήματα ἠπίστατο· καὶ συνεχῶς ἄλλοτε ἄλλα πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἔλεγεν· καθ' ἕκαστον δὲ τῶν C θεωρημάτων ηὔχετο. Ἐγένοντο δὲ ἐν τοῖς μοναχοῖς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, δύο ἄνδρες θεοφιλεῖς ὁμώνυμοι ἑαυτοῖς· ἑκατέρῳ γὰρ αὐτῷ (66) ὄνομα ἦν Μακάριος. Ὧν ὁ μὲν ἐκ τῆς ἄνω Αἰγύπτου ἦν· ὁ δὲ, ἐκ τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως. Ἀμφότεροι δὲ πολλῶν ἕνεκεν ἐγένοντο περιβόητοι, δι' ἄσκησιν, διὰ βίον, διὰ τὰ ἐν χερσὶν αὐτῶν γενόμενα θαύματα. Ὁ μὲν οὖν Αἰγύπτιος Μακάριος * τοσαύτας θεραπείας ποιησάμενος, καὶ τοσούτους τῶν δαιμονώντων ἐξήλασε δαίμονας, ὡς ἰδίας δεῖσθαι συγγραφῆς, ὧν χάριτι Θεοῦ διεπράξατο. Ἦν δὲ μετὰ τοῦ εὐλαβοῦς πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας αὐστηρός. Ὁ δὲ Ἀλεξανδρεὺς

sumebat. Interrogatus autem quam ob causam ita comederet : Nolo, inquit, ad cibum, tanquam ad opus aliquod serium, sed tanquam ad rem supervacuam obiter accedere. Alteri vero de eadem re sciscitanti respondit : Ne vel inter vescendum corporea voluptate animus afficiatur. Isidorus dicebat quadragesimum jam annum esse ex quo peccatum in animo sentiret, se tamen nec cupiditati nec iracundiæ unquam consensisse. Pambos cum expers esset litterarum, accessit ad quemdam ut psalmum disceret. Sed cum primum versum audisset octavi ac tricesimi psalmi, qui sic habet : « Dixi, custodiam vias meas, ne delinquam in lingua mea : » sequentem audire nolens abscessit : unum hunc versum sufficere sibi dicens, modo illum perfecte ediscere, et opere ipso adimplere posset. Cumque is qui versum discendum tradiderat, eum reprehenderet, quod per sex continuos menses ad ipsum non venisset, respondit se versum psalmi nondum opere ipso didicisse. Multis deinde post annis interrogatus a quodam ex familiaribus num versum illum didicisset : Integris, inquit, novem ac decem annis opere eum explere vix didici. Idem, cum quidam ad pauperum alimoniam aurum ipsi dedisset, dixissetque : Numera quod dedi : Nihil, inquit, opus est numero, sed recto animi affectu. Idem Pambos, rogante Athanasio episcopo, ex solitudine venit Alexandriam. Cumque ibi scenicam mulierem conspicatus esset, illacrymatus est. Tum vero sciscitantibus qui aderant quamobrem flevisset : Duæ res, inquit, me commoverunt. Prima est mulieris hujus exitium ; altera, quod tantum ipse studii ac diligentiæ non adhibeo ut Deo placeam, quantum adhibet illa ut obscenis hominibus placere possit. Alius quidam dixit, monachum qui opus non faceret, non secus ac alieni cupidum, judicatum iri. Petirus eximia quadam rerum naturalium cognitione erat instructus, et nova subinde naturalis philosophiæ theoremata ipsum adeuntibus exponebat. In singulis autem expositionibus Deum orabat. Porro inter monachos qui eo tempore vixerunt, duo fuere sanctissimi eodem no-

## VALESII ANNOTATIONES.

(65) *Δύο μὲν, ἔφη, ἐκίνησεν.* Scribendum videtur δύο μὲ, ἔφη, ἐκίνησεν.

(66) *Ἑκατέρῳ γὰρ αὐτῷ.* Scribendum est αὐ- D τῶν. In Regio codice quo usus est Robertus Stephanus legitur, αὐτῷ cum accentu gravi.

## VARIORUM.

*quemdam efferri, et magnum eorum gaudium qui ipsi irent obviam. Admiratus ille, atque ejusmodi cœtum beatum prædicans, rogabat ut quid illud esset edisceret. Voxque statim ad illum facta est, esse Amunis in Nitria monachi animam. Atqui a Nitria distat mons in quo erat Antonius, tredecim dierum itineris intervallo. Qui cum Antonio erant, cernentes admirantem senem, rogabant quid id esset, audiereque : Jam obiit Amun.* Fratres autem post dies triginta ex Nitria advenientes interrogarunt, atque compererunt ea ipsa die et hora obiisse Ammunem, qua ejus animam sursum ferri senex viderat.

* *Αἰγύπτιος Μακάριος.* Macarius senior ex Thebaide oriundus, monachus Scetensis, Magni Antonii discipulus, clar. circa ann. 373. Vide Sozom., lib. III, cap. 14 ; et Theod., lib. IV, cap. 21. Exactis in solitudine annis sexaginta, obiit nonagenarius anno, ut volunt, 391. Scripsit homilias spirituales quinquaginta, *De integritate quæ decet Christianos* : quæ ab aliquo forsan sequioris sæculi interpolatæ exstant Gr. Lat. Paris. 1559, 8°, Francofurt, 1594, 8° ; denique cum Operibus Greg. Thaumaturgi, Paris. 1622, fol. (Guil. Cave, *Hist.*, vol. I, p. 207.)

Digitized by Google

mine nuncupati : uterque enim Macarius dicebatur. Quorum alter ex superiore Ægypto, alter ex urbe Alexandria erat oriundus. Cæterum ambo præ cæteris illustres fuerunt, tum propter abstinentiam, tum ob mores et conversationem, tum ob miracula quæ per eorum manus perpetrabantur. Ægyptius **239** quidem Macarius tot sanavit ægros, tot obsessos a dæmonibus liberavit, ut quæ per gratiam Dei gessit, separatum opus desiderent. Erat porro reverendus pariter ac severus erga illos qui ipsum adibant. Macarius vero Alexandrinus, cum usquequaque similis esset Ægyptio, in hoc uno discrepabat, quod hilaris esset erga eos qui ad ipsum accesserant, et urbanitate quadam juniores ad disciplinam monasticam alliceret. Horum discipulus Evagrius, cum antea verbis solum philosophatus esset, ab iis opere ipso philosophari didicit. Qui primum a Gregorio Nazianzeno Constantinopoli diaconus ordinatus, postmodum una cum illo in Ægyptum profectus est : ibique cum supra memoratis viris congressus, eorum vivendi genus æmulatus est. Nec pauciora aut minora miracula ab illo, quam ab ejus præceptoribus sunt edita. Hic libros conscripsit valde utiles : quorum unus Monachus inscribitur, seu de virtute activa : alter Gnosticus, vel ad eum qui scientiam consequi meruit. Hic liber in quinquaginta distributus est capita. Tertius Antirrheticus inscribitur, ex divinis Scripturis collectus contra dæmones tentatores : et in octo partes divisus, juxta numerum octo cogitationum. Scripsit præterea gnostica problemata sexcenta. Denique duos carminum libros : alterum ad monachos qui in cœnobiis seu congregationibus degunt : alterum ad virginem. Qui quidem quam eximii sint et admiratione digni, quisquis eos legerit, facile cognoscet. Non alienum autem fuerit, ut opinor, ex iis quæ ab illo de monachis commemorantur, pauca quædam superioribus attexere. Sic enim ille dicit ad verbum : Necessarium etiam est monachorum qui ante nos recte ambulaverunt vias inquirere, et ad earum exemplar nos corrigere. Multa enim ab illis sunt et

A Μακάριος [a] κατὰ πάντα παραπλήσιος ὢν τῷ Αἰγυπτίῳ, ἐν τούτῳ διήλλασσεν, ὅτι πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἱλαρός τε ἦν, καὶ τῷ χαριεντίζεσθαι τοὺς νέους ἦγεν πρὸς ἄσκησιν. Τούτων Εὐάγριος γενόμενος μαθητὴς, τὴν δι' ἔργων φιλοσοφίαν ἐκτήσατο, πρότερον λόγῳ μόνῳ φιλόσοφος ὤν. Ὃς ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει ὑπὸ Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζηνοῦ εἰς τὴν τοῦ διακόνου προχειρισθεὶς τάξιν, εἶτα ἅμα αὐτῷ εἰς τὴν Αἴγυπτον κατελθὼν, καὶ τοῖς προλεχθεῖσιν ἐντυχὼν ἀνδράσι, τὸν ἐκείνων βίον ἐζήλωσε. Καὶ τοσαῦτα τεράστια ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ γέγονεν, ὅσα καὶ ἐν ταῖς τῶν αὐτοῦ καθηγητῶν. Τούτῳ καὶ βιβλία ἄγαν σπουδαῖα συγγέγραπται. Ὧν τὸ μὲν, Μοναχὸς (67), ἢ περὶ πρακτικῆς ἐπιγέγραπται· τὸ δὲ, Γνωστικὸς, ἢ πρὸς τὸν καταξιωθέντα γνώσεως. Κεφάλαια δὲ B αὐτοῦ πεντήκοντα. Τὸ δὲ, Ἀντιῤῥητικὸς, ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν πρὸς τοὺς πειράζοντας δαίμονας, ἐν ὀκτὼ διῃρημένον μέρεσι, κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ὀκτὼ λογισμῶν. Καὶ ἑξακόσια προγνωστικὰ προβλήματα· ἔτι μὴν καὶ στιχηρὰ δύο· ἓν πρὸς τοὺς ἐν τοῖς κοινοβίοις ἢ ἐν συνοδίαις μοναχούς· καὶ ἓν πρὸς τὴν παρθένον. Ἅ τινα ὅπως ἐστὶ θαυμαστὰ, οἱ ἐντυγχάνοντες εἴσονται. Εὔκαιρον δὲ, ὡς ἡγοῦμαι, μικρὰ τῶν αὐτῷ μνημονευθέντων περὶ τῶν μοναχῶν τούτοις συνάψαι. Φησὶ γὰρ κατὰ λέξιν τάδε· Ἀναγκαῖον καὶ τὰς ὁδοὺς τῶν προοδευσάντων μοναχῶν ὀρθῶς διερωτᾷν, καὶ πρὸς αὐτὰς κατορθοῦσθαι. Πολλὰ γάρ ἐστιν ὑπ' αὐτῶν ῥηθέντα τε καὶ πραχθέντα καλῶς. Ἐν οἷς καὶ τοῦτό τις ἔφησεν, ὅτι τὴν ξηροτέραν καὶ μὴ ἀνώμαλον δίαιταν ἀγάπῃ συζευχθεῖσαν, θᾶττον C διάγειν τὸν μοναχὸν εἰς τὸν τῆς ἀπαθείας λιμένα. Ὁ δὲ αὐτὸς ταρασσόμενόν τινα νύκτωρ τῶν ἀδελφῶν τῶν φασμάτων ἀπήλλαξεν, ἀσθενοῦσι μετὰ νηστείας ὑπηρετῆσαι προστάξας. Οὐδενὶ γὰρ οὕτως, ἐρωτηθεὶς ἔφησεν, ὡς ἐλέῳ τὰ τοιαῦτα κατασβέννυται πάθη. Τῷ δικαίῳ Ἀντωνίῳ προσῆλθέν τις τῶν τότε σοφῶν, καὶ Πῶς διακαρτερεῖς, εἶπεν, ὦ Πάτερ, τῆς ἐκ τῶν βιβλίων παραμυθίας ἐστερημένος; Τὸ ἐμὸν βιβλίον, ἔφη ὁ Ἀντώνιος, ὦ φιλόσοφε, ἡ φύσις τῶν γεγονότων ἐστὶ, καὶ πάρεστιν ὅτε βούλομαι τοὺς λόγους ἀναγινώσκειν τοὺς τοῦ Θεοῦ. Ἠρώτησέ με τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, ὁ Αἰγύπτιος γέρων Μακάριος, τί δή

## VALESII ANNOTATIONES.

(67) *Ὧν τὸ μὲν, Μοναχός*. Epiphanius Scholasticus in suo codice legerat μοναχικός. Sic enim vertit : *Conscripsitque libros valde necessarios : quorum unus quidem Μοναχικός inscribitur, et est de actuali : alius cognitionalis, secundum quod quispiam cognitione sit dignus*. Nicephorus tamen in libro XI, capite 42, vulgatam lectionem confirmat. Sed quod pertinet ad alterum Evagrii librum, ejus titulum ita concipit : Γνωστικὸς, ἢ περὶ τοῦ καταξιωθέντος γνώσεως. Posset etiam scribi, ἢ πρὸς D τὸν καταξιωθέντα γνώσεως, quam scripturam in versione mea secutus sum. De hujus Evagrii libris quid senserit Hieronymus, vide in epistola ad Ctesiphontem adversus Pelagianos : ubi eum Origenistam fuisse docet. Palladius in Lausiaca tres ab eo libros scriptos esse dicit. Horum primum vocat Ἱερόν, secundum Μοναχόν, tertium Ἀντιῤῥητικόν, qui est adversus fraudes diaboli. Συντάττει οὖν τρία βιβλία, Ἱερὸν, Μοναχὸν, Ἀντιῤῥητικόν, etc. Ubi Ἱερόν vocat quem Socrates Γνωστικόν.

## VARIORUM.

[a] *Ἀλεξανδρεὺς Μακάριος*. Macarius, *junior* et πολιτικός dictus, domo Alexandrinus, ubi ætate prima bellaria vendendo quæstum exercebat ; postea Antonii discipulus vitam monasticam amplexus est : dein presbyter et archimandrita Nitriensis. Vide Sozom., lib. III, cap. 14, et Theod., lib. IV, cap. 21. Obiit centenarius, circa an. 404. Cave, *ubi supra* : qui ibid. ex ms. edidit *Sermonem de exitu statuque animarum post hanc vitam* sub nomine hujus Macarii Gr., Lat. quem tamen parvi pendet, et recentioris cujusdam Græculi commentum esse censet.

Digitized by Google

ποτε μνησικακοῦντες μὲν τοῖς ἀνθρώποις, τὴν μνημονευτικὴν δύναμιν τῆς ψυχῆς ἀφανίζομεν· δαίμοσι δὲ μνησικακοῦντες, ἀβλαβεῖς διαμένομεν. Κἀμοῦ πρὸς τὴν ἀπόκρισιν ἀπορήσαντος, καὶ παρακαλοῦντος τὸν λόγον μαθεῖν· Διότι, φησὶν ἐκεῖνος, τὸ μὲν πρότερον πάθος παρὰ φύσιν, τὸ δὲ δεύτερον κατὰ φύσιν ἐστὶ τοῦ θυμοῦ. Παρέβαλλον κατ' αὐτὴν τὴν σταθηρὰν μεσημβρίαν τῷ ἁγίῳ Πατρὶ Μακαρίῳ, καὶ λίαν ὑπὸ τῆς δίψης φλεγόμενος, ᾔτουν ὕδωρ πιεῖν. Ὁ δέ φησιν, Ἀρκέσθητι τῇ σκιᾷ· πολλοὶ γὰρ ὁδοιποροῦντες νῦν ἢ καὶ πλέοντες καὶ ταύτης ἐστέρηνται. Εἶτα λόγους μου πρὸς αὐτὸν περὶ ἐγκρατείας γυμνάζοντος, Θάρσει, φησὶν, ὦ τέκνον· ἐν ὅλοις εἴκοσιν, οὔτε ἄρτου, οὔτε ὕδατος, οὔτε ὕπνου κόρον εἴληφα. Τὸν μὲν γὰρ ἄρτον μου ἤσθιον σταθμῷ· τὸ δὲ ὕδωρ ἔπινον μέτρῳ· τοῖς τοίχοις δὲ ἐμαυτὸν παρανακλίνων, μικρόν τι τοῦ ὕπνου μέρος (68) ἀφήρπαζον. Ἐμηνύθη τινὶ τῶν μοναχῶν θάνατος τοῦ πατρός. Ὁ δὲ πρὸς τὸν ἀπαγγείλαντα, Παῦσαι, φησὶ, βλασφημῶν· ὁ γὰρ ἐμὸς πατὴρ ἀθάνατός ἐστιν. Ἐκέκτητό τις τῶν ἀδελφῶν Εὐαγγέλιον μόνον. Καὶ τοῦτο πωλήσας, ἔδωκεν εἰς τροφὴν τοῖς πεινῶσιν, ἄξιον μνήμης ἐπιφθεγξάμενος ῥῆμα· Αὐτὸν γὰρ, φησὶ, τὸν λόγον πεπώληκα τὸν λέγοντα· Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς. Ἔστι δέ τις περὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν νῆσος, κατ' αὐτὸ τὸ βόρειον, πέραν τῆς λίμνης κειμένη τῆς καλουμένης Μαρίας. Προσοικεῖ δὲ αὐτῇ μοναχὸς, τῆς Παρεμβολῆς τῶν Γνωστικῶν (69) ὁ δοκιμώτατος, ὅστις ἀπεφήνατο πάντα τὰ πραττόμενα ὑπὸ τῶν μοναχῶν πράττεσθαι δι' αἰτίας πέντε· διὰ Θεὸν, διὰ φύσιν, διὰ ἔθος, δι' ἀνάγκην, διὰ ἔργον χειρῶν. Ὁ δὲ αὐτὸς ἔλεγε πάλιν, μίαν μὲν εἶναι τῇ φύσει τὴν ἀρετήν· εἰδοποιεῖσθαι δὲ αὐτὴν ἐν ταῖς δυνάμεσι τῆς ψυχῆς. Καὶ γὰρ καὶ τὸ φῶς τὸ ἡλιακὸν, ἀσχημάτιστον μὲν, φησὶν, ἐστί· ταῖς δὲ δι' ὧν εἰσβάλλει θυρίσι σχηματίζεσθαι πέφυκεν. Ἄλλος δέ τις τῶν μοναχῶν, Διὰ τοῦτο περιαιρῶ τὰς ἡδονὰς, εἶπεν, ἵνα τὰς τοῦ θυμοῦ περικόψω προφάσεις. Οἶδα γὰρ αὐτὸν ἀεὶ μαχόμενον ὑπὲρ τῶν ἡδονῶν, καὶ ἐκταράσσοντά μου τὸν νοῦν, καὶ τὴν γνῶσιν ἀποδιώκοντα. Ἔλεγε δέ τις τῶν γερόντων, ὅτι ἡ ἀγάπη παραθήκας βρωμάτων ἢ χρημάτων τηρεῖν οὐκ ἐπίσταται. Ὁ δὲ αὐτὸς, Οὐκ οἶδα, φησὶν, εἰς ταὐτὸ δὶς ὑπὸ δαιμόνων

A dicta et facta præclare. Cujusmodi illud est quod quidam eorum dicere solebat, aridiorem et æquabilem victum cum charitate conjunctum, monachum brevi perducturum esse ad portum ab omni perturbatione animi vacuum. Idem cum quemdam fratrem nocturnis visis perturbari solitum videret, eum liberavit, præcipiens ut ægrotantibus jejunus ministraret. Et interrogatus, cur id præciperet : Nulla re, inquit, hujusmodi perturbationes facilius exstinguuntur quam misericordia. Ad justum Antonium quidam ejus temporis philosophus accedens : Quomodo, **240** inquit, pater, potes vivere, librorum solatio destitutus? Cui ille : Meus ait, liber, o philosophe, est natura rerum : quæ quidem præsto est, quoties Dei verba legere voluero. B Ægyptius senex Macarius, vas illud electum, interrogavit me quam ob causam acceptarum quidem ab hominibus injuriarum reminiscendo, memoriæ vim ac facultatem in animo corrumpamus : acceptas vero a dæmonibus injurias memoriæ commendantes, illæsi maneamus. Cumque ego hæsissem ignarus quid respondendum esset, petiissemque ab illo ut ipse mihi ejus rei causam exponeret : Quia, inquit, prior quidem affectio animi contra naturam est, posterior vero secundum naturam. Accessi aliquando ad sanctissimum Patrem Macarium, cum ferveret meridies, et siti vehementer oppressus, aquam petii ad bibendum. At ille : Umbra, inquit, contentus esto. Multi C enim qui nunc iter faciunt aut navigant, hujus carent solatio. Deinde disputanti mihi et conferenti cum illo de abstinentia : Confide, ait, o fili. Viginti totos annos nec pane nec aqua nec somno usus sum ad satietatem. Nam panem quidem meum certo pondere semper comedi : aquam vero cum mensura bibi : somni denique exiguam partem suffuratus sum, ad parietem me inclinando. Cuidam monacho mors patris sui nuntiata est. At ille nuntianti dixit : Noli impie loqui : pater enim meus immortalis est. Quidam ex fratribus nihil præter unum Evangeliorum codicem possidebat. Hunc cum vendidisset, pecuniam ad alendos pauperes erogavit, addens verba memoratu dignissima : Eum ipsum, inquit,

## VALESII ANNOTATIONES.

(68) *Μικρόν τι τοῦ ὕπνου μέρους*. In codice Florentino et apud Nicephorum legitur μέρος. Somni enim pars potius erat quam somnus, ille quem capiebat Macarius, capite ad parietem inclinato. Nam brevi admodum tempore ita dormiebat. Quare somnum illum rapuisse se potius dicit quam cepisse.

(69) *Τῆς Παρεμβολῆς τῶν Γνωστικῶν*. Turpiter hoc loco hallucinati sunt interpretes. Nam Christophorsonus quidem ita vertit : *In ea monachus ex secta Gnosticorum vir spectatissimus habitavit*. Langus vero interpres Nicephori hunc Evagrii locum ita transtulit : *Habitat in ea monachus Gnosticorum ordinis celeberrimus*. Sed primo quidem Evagrius non dicit monachum illum habitasse in ea insula trans Mariam paludem : sed tantum dicit juxta illam insulam eum habitasse. Id enim sonat verbum προσοικεῖ. Deinde παρεμ- D βολὴ non significat sectam neque ordinem : nec Gnostici hoc loco sumuntur pro secta hæreticorum, sed est genus quoddam monachorum, de quibus Evagrius librum scripserat. Parembole igitur hic vicus est haud procul Alexandria juxta Mareoticum lacum. Hujus meminit Athanasius in Apologetico secundo adversus Arianos, ubi indiculum refert clericorum quos Meletius habebat in urbe et in territorio Alexandrino. Post commemoratos igitur presbyteros et diaconos partis suæ quos habebat Alexandriæ, addit postremo : καὶ Μακάριος πρεσβύτερος τῆς Παρεμβολῆς. Parembole item memoratur in Notitia imperii Romani, in qua sedes erant legionis secundæ Trajanæ sub dispositione comitis rei militaris per Ægyptum. Ptolemæus quoque in Ammoniaca juxta Mareoticum ponit Alexandri Parembolen. Hic igitur habitabat monachus ille inter Gnosticos probatissimus.

Digitized by Google

librum vendidi qui dicit: Vende omnia quæ habes, et da pauperibus. Insula quædam est circa Alexandriam, ad borealem ejus partem ultra lacum Marcotim sita. Juxta hanc habitat monachus ex Paremhole, inter Gnosticos probatissimus: qui cuncta quæ a monachis gererentur, ob quinque causas fieri dixit: propter Deum, propter naturam, propter consuetudinem, propter necessitatem, propter opus manuum. Idem dicere solebat, natura quidem unicam esse virtutem, sed pro animi facultatibus eam in varias species dividi. Nam et lumen solis, aiebat, figura caret; a fenestris tamen per quas intrat, figuram solet accipere. Alius quidam monachus dixisse fertur: Ideo voluptates subtraho, ut occasiones iracundiæ præcidam. **241** Hanc enim semper pro voluptatibus certare probe scio, et mentis meæ statum perturbare, ac scientiam expellere. Quidam ex senioribus dixit charitatem servare non posse depositum ciborum aut pecuniæ. Idem quoque aiebat: Nunquam memini eadem in re bis me deceptum esse a dæmone. Hæc Evagrius in libro qui Practicus inscribitur, iisdem plane verbis commemoravit. In eo autem libro quem Gnosticum inscripsit, ita loquitur: Quatuor virtutes earumque contemplationes esse, a justo Gregorio didicimus; prudentiam et fortitudinem, temperantiam atque justitiam. Ac prudentiæ quidem proprium esse dicebat, sanctas illas et intellectuales potestates contemplari sine ullis rationibus. Has enim a sapientia manifestari docuit. Fortitudinis autem proprium esse affirmabat, perstare in veris, tametsi quis graviter oppugnetur, nec unquam ad ea quæ non sunt deflectere. Jam vero temperantiæ id proprium esse respondit, ut a primo summoque agricola sementem accipiamus; eum vero qui superserere vult, repellamus. Justitiæ denique opus illud assignabat, pro cujusque merito ac dignitate sermonem rebus attemperare; et alia quidem obscure enuntiare, alia per ænigmatum figuras significare, alia vero manifeste exponere ad utilitatem audientium. Veritatis columna Basilius Cappadox aiebat: Scientia quidem quæ ab hominibus percipitur, assiduo usu et exercitatione perfectior evadit. Ea vero quæ per Dei gratiam infunditur, justitia, patientia et misericordia. Ac priorem quidem illam scientiam in eos etiam qui perturbationibus obnoxii sunt, cadere: posterioris vero solos capaces esse illos qui perturbatione sunt vacui: qui quidem orationis tempore, propriam lucem quæ ipsorum mentem illustrat, contemplantur. Luminare illud Ægyptio-

A ἀπατηθείς. Ταῦτα μὲν ὁ Εὐάγριος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ αὐτοῦ Πρακτικῷ κατὰ λέξιν ἀπεμνημόνευσεν. Ἐν δὲ τῷ Γνωστικῷ αὐτοῦ τοιαῦτά φησι· Τέσσαρας ἀρετὰς, καὶ τὰς θεωρίας αὐτῶν, παρὰ τοῦ δικαίου Γρηγορίου μεμαθήκαμεν εἶναι· φρόνησιν καὶ ἀνδρείαν, σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην. Καὶ φρονήσεως μὲν ἔργον ἔλεγεν εἶναι, τὸ θεωρεῖν τὰς νοερὰς καὶ ἁγίας δυνάμεις, δίχα τῶν λόγων. Τούτους γὰρ ὑπὸ τῆς σοφίας δηλοῦσθαι παραδέδωκεν. Ἀνδρείας δὲ, τὸ ἐγκαρτερεῖν τοῖς ἀληθέσι καὶ πολεμούμενον, καὶ μὴ ἐμβατεύειν εἰς τὰ μὴ ὄντα. Τὸ δὲ παρὰ τοῦ πρώτου γεωργοῦ δέχεσθαι σπέρματα, καὶ ἀπωθεῖσθαι τὸν ἐπισπορέα, τῆς σωφροσύνης ἴδιον ἀπεκρίνατο εἶναι. Δικαιοσύνης δὲ πάλιν, τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστου λόγον ἀποδιδόναι, τὰ μὲν σκοτεινῶς ἀπαγγέλλουσαν· τὰ δὲ
B δι' αἰνιγμάτων σημαίνουσαν· τινὰ δὲ καὶ φανεροῦσαν πρὸς ὠφέλειαν τῶν ἁπλουστέρων. Τῆς ἀληθείας στύλος ὁ Καππαδόκης Βασίλειος, Τὴν μὲν ἀπ' ἀνθρώπων, φησὶν, ἐπισυμβαίνουσαν γνῶσιν προσεχὴς μελέτη καὶ γυμνασία κρείσσονα ποιεῖ· τὴν δὲ ἐκ Θεοῦ χάριτος ἐγγινομένην, δικαιοσύνη καὶ ἀοργησία καὶ ἔλεος. Καὶ τὴν μὲν προτέραν δυνατὸν καὶ τοὺς ἐμπαθεῖς ὑποδέξασθαι· τῆς δὲ δευτέρας οἱ ἀπαθεῖς μόνοι εἰσὶ δεκτικοὶ, οἳ καὶ παρὰ τὸν καιρὸν τῆς προσευχῆς τὸ οἰκεῖον φέγγος τοῦ νοῦ περιλάμπον αὐτοὺς θεωροῦσι. Τῶν Αἰγυπτίων ὁ ἅγιος φωστὴρ Ἀθανάσιος· Τὴν τράπεζαν, φησὶ, Μωϋσῆς εἰς τὸ βόρειον μέρος στῆσαι προστάσσεται. Γινωσκέτωσαν οἱ Γνωστικοὶ, τίς ὁ πνέων ἐστὶ κατ' αὐτῶν, καὶ πάντα πειρασμὸν γενναίως ὑπομενέτωσαν, καὶ μετὰ
C προθυμίας τοὺς προσιόντας τρεφέτωσαν. Ἔλεγε δὲ ὁ τῆς Θμουϊτῶν Ἐκκλησίας ἄγγελος Σαραπίων (70), ὅτι ὁ νοῦς μὲν πεπωκὼς πνευματικὴν γνῶσιν τελείως καθαίρεται· ἀγάπη δὲ τὰ φλεγμαίνοντα μόρια τοῦ θυμοῦ θεραπεύει· πονηρὰς δὲ ἐπιθυμίας ἐπιῤῥεούσας ἵστησιν ἐγκράτεια. Τοὺς περὶ Προνοίας καὶ κρίσεως κατὰ σαυτὸν ἀεὶ γύμναζε λόγους, φησὶν ὁ μέγας καὶ γνωστικὸς διδάσκαλος Δίδυμος, καὶ τούτων τὰς ὕλας διὰ μνήμης φέρειν πειράθητι. Ἅπαντες γὰρ σχεδὸν ἐν τούτοις προσπταίουσι. Καὶ τοὺς μὲν περὶ κρίσεως λόγους, ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν σωμάτων καὶ κατὰ τὸν κόσμον εὑρήσεις· τοὺς δὲ περὶ Προνοίας, ἐν τοῖς τρόποις τοῖς ἀπὸ κακίας καὶ ἀγνωσίας ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἢ ἐπὶ τὴν γνῶσιν ἡμᾶς ἐπανάγουσι. Τοσαῦτα μὲν ἐκ τῶν Εὐαγρίου ἐνταῦθα
D παρεθέμεθα. Ἐγένετο δὲ καὶ ἄλλος ἀνὴρ θαυμάσιος ἐν τοῖς μοναχοῖς, ᾧ ὄνομα Ἀμμώνιος, ὅστις οὕτως ἦν ἀπερίεργος, ὥστε ἐν τῇ Ῥώμῃ ἅμα Ἀθανασίῳ γενόμενος, μηδὲν ἑλέσθαι ἱστορῆσαι τῶν ἔργων τῆς πόλεως· μόνον δὲ ἰδεῖν τὸ Πέτρου καὶ Παύλου μαρ-

## VALESII ANNOTATIONES.

(70) *Θμουϊτῶν ἄγγελος Σαραπίων.* De hoc Serapione Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* ita dicit: *Serapio Thmueos Ægypti urbis episcopus, qui ob elegantiam ingenii Scholasticus dictus est*, etc. Decessit e vita sub Constantio ante concilium Seleuciense, id est ante annum Christi 359: in concilio enim Seleuciensi inter episcopos partis Acacianæ recensetur Ptolemæus episcopus Thmueos Augustonicæ. Fuit enim Thmuis urbs Augustonicæ seu Augustanicæ. Neque enim audiendus est Baronius qui in annotationibus ad Martyrologium Romanum, Thmuin in Sceti provincia fuisse dicit. Atqui Scethis non fuit nomen provinciæ, sed ipsa potius fuit in provincia Augustanica. Thmuin tamen in Ægypto proprie dicta locat Marcellinus, in libro XXII.

Digitized by Google

τύριον. Οὗτος ὁ Ἀμμώνιος εἰς ἐπισκοπὴν ἑλκόμενος, A καὶ διαφυγὼν, τὸ δεξιὸν οὖς αὐτοῦ ἐξέκοψεν, ὅπως ἂν τῷ ἀσχήμῳ τοῦ σώματος τὴν χειροτονίαν ἐκφύγῃ. Ἐπειδὴ δὲ χρόνῳ ὕστερον καὶ Εὐάγριος ὑπὸ Θεοφίλου τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας πρὸς ἐπισκοπὴν συλληφθεὶς ἀπέφυγεν, οὐδὲν ἀκρωτηριάσας τοῦ σώματος, περιτυχὼν τῷ Ἀμμωνίῳ χαριεντιζόμενος ἔλεγεν, ὡς κακῶς εἴη πράξας, ἐκκόψας τὴν ἀκοὴν, καὶ ἔνοχος εἶναι Θεοῦ τοῦτο ποιήσας. Ὁ δὲ Ἀμμώνιος πρὸς αὐτόν· Ἀλλὰ σὺ, ἔφη, Εὐάγριε, οὐκ οἴει δώσειν δίκην, τὴν γλῶσσαν ἀποτεμὼν, διὰ φιλαυτίαν τῇ δοθείσῃ χάριτι μὴ χρησάμενος; Ἐγένοντο μὲν οὖν κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐν τοῖς μοναστηρίοις καὶ ἄλλοι πλεῖστοι ἄνδρες θαυμαστοὶ καὶ θεοφιλεῖς, ὧν ἐν τῇ προκειμένῃ συγγραφῇ μνημονεύειν μακρὸν ἂν εἴη· ἄλλως τε καὶ ἐκβαίνειν τοῦ προκειμένου ἀνάγκη, B εἰ βουλοίμεθα καθέκαστον τῶν ἀνδρῶν τοὺς βίους, καὶ ὅσα ἐποίησαν θαύματα διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτοῖς ἁγιότητα λέγειν. Εἰ δέ τις βούλοιτο τὰ περὶ αὐτῶν μανθάνειν, ὧν τε ἐποίησαν, ὧν τε ἔπραξαν, καὶ ὧν πρὸς ὠφέλειαν τῶν ἀκουσάντων ἐφθέγξαντο, ὅπως τε αὐτοῖς τὰ θηρία ὑπήκουον, πεπόνηται Παλλαδίῳ τῷ μοναχῷ ἴδιον μονόβιβλον, ὃς Εὐαγρίου μὲν ἦν μαθητής· πάντα δὲ ἀκριβῶς περὶ αὐτῶν διεξῆλθεν. Ἐν ᾧ καὶ γυναικῶν ἐφάμιλλον τοῖς προειρημένοις ἀνδράσιν ἐπανελομένων βίον, μνήμην πεποίηται. Εὐάγριος ᵒ μὲν οὖν καὶ Παλλάδιος ᵖ μικρὸν ὕστερον μετὰ τὴν Οὐάλεντος τελευτὴν ἤνθησαν. Ἐπανέλθωμεν δὲ ὅθεν ἐξέβημεν. C

rum sanctus Athanasius: Præceptum, inquit, est Moysi, ut ad septentrionem mensam statueret. Intelligant igitur Gnostici quisnam sit is qui contra illos spirat, omnemque tentationem generoso animo sustineant, et eos qui ad ipsos venerint, alacri animo pascant. Thmuitarum Ecclesiæ Angelus Serapio dicebat, mentem quidem spiritalis scientiæ haustu plene purgari, partes autem animæ ira effervescentes charitate sanari: pravas vero cupiditates quæ in animum influunt, coerceri abstinentia. Sermones de providentia et de judicio Dei assidua meditatione tecum ipse recole, ait magnus ille doctor et spiritali scientia instructus Didymus, eorumque sermonum materias fac in memoria circumferas. Omnes enim fere in his labuntur. Et sermones quidem ac rationes de judicio in differentia corporum et in partibus mundi reperies. Sermones autem de providentia in modis illis quibus a vitio et ignorantia ad virtutem et cognitionem ducimur, deprehendes. Atque hæc ex Evagrii libris desumpta **242** hic inseruimus. Fuit etiam alius quidam inter monachos vir mirabilis, nomine Ammonius. Qui quidem adeo parum curiosus exstitit, ut cum Romam venisset una cum Athanasio, ex magnificis urbis operibus nullum videre desideraverit, sed solas Petri et Pauli basilicas viderit. Idem Ammonius cum ad episcopatum traheretur, fuga dilapsus, dextram sibi aurem amputavit, ut corporis mutilatione ordinationis honorem effugeret. Postea vero Evagrius, cum et ipse ad episcopatum raptus a Theophilo, Alexandrinæ urbis episcopo, aufugisset nulla corporis sui parte mutilata, Ammonio occurrenti festive dixit, male illum fecisse qui aurem sibi præcidisset, atque ob id factum in culpa esse coram Deo. Ammonius contra ei respondit: Tu vero, Evagri, an non putas te pœnas daturum, qui linguam tibi abscindens, concessa tibi gratia præ nimio tui ipsius amore uti nolueris? Per idem tempus plures quoque alii in monasteriis fuere viri admirabiles et Deo chari, quos quidem in hoc opere commemorare nimis longum esset. Adde quod a proposito nobis scopo digredi omnino necesse foret, si vitam singulorum et miracula quæ ob eximiam, qua præditi erant, sanctitatem gesserunt, persequi vellemus. Quod si quis accurate velit cognoscere ea quæ ab illis facta et ad audientium utilitatem dicta sunt, et quomodo feræ illis obtemperaverint, exstat liber singularis a Palladio monacho Evagrii discipulo elucubratus, in quo cuncta quæ ad illos pertinent, accuratissime exponuntur. In eodem libro mentionem etiam facit mulierum quæ parem cum viris illis vivendi rationem ac disciplinam consectatæ sunt. Porro Evagrius et Palladius paulo post obitum Valentis Augusti floruerunt. Sed jam eo revertamur unde digressi sumus.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

*Περὶ τῶν ἐξορισθέντων ἁγίων μοναχῶν, ὅπως ὁ Θεὸς ταῖς αὐτῶν θαυματοποιΐαις πάντας πρὸς ἑαυτὸν ἐφειλκύσατο.* D

Τοῦ τοίνυν βασιλέως Οὐάλεντος νόμῳ κελεύσαντος διώκεσθαι τούς τ' ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ τοὺς κατ' Αἴγυπτον, πάντα ἐπορθεῖτο καὶ ἀνετρέπετο· τῶν μὲν

## CAP. XXIV.

*De sanctis monachis in exsilium pulsis, et quomodo Deus miraculis per illos editis cunctos ad se attraxerit.*

Cum igitur imperator Valens lege lata præcepisset ut orthodoxi, tam qui Alexandriæ, quam qui in reliqua Ægypto erant, fugarentur, vastata

### VARIORUM ANNOTATIONES.

ᵒ *Εὐάγριος*. Evagrius, presbyteri filius, ex Iberorum urbe quæ ad Euxinum Pontum sita est, oriundus, a S. Basilio Ecclesiæ Cæsariensis lector ordinatus, post ejus mortem a Gregorio Nysseno diaconus factus, claruit ab anno 380. A Gregorio Naz. sacrarum Litterarum scientiam hausit, ab eo ad Ecclesiæ Constantinopolitanæ archidiaconatum provectus. Qua occasione vitam monasticam amplexus est, docet Sozom. lib. VI, cap. 30. (Vide Guil. Cave, *Hist.*, vol. I, p. 227, et Ant. Pagi, ad ann. 388, n. 16.)

ᵖ *Παλλάδιος*. Palladius, gente Galata, natus anno 368, viginti annos natus in exteras regiones peregrinari cœpit. Anno 391 in Nitriam montem secessit, ubi Evagrium præceptorem nactus est, a quo Origenismi amorem hausit. (Vide Cave et Pagi, ubi supra; Socrat. lib. VII, c. 26, præcipue vero ipsius Palladii *Historiam Lausiacam*.)



Digitized by Google

protinus ac subversa sunt omnia: dum alii quidem ad tribunalia traherentur, alii conjicerentur in vincula, alii aliis modis torquerentur. Varia enim suppliciorum genera pacatis hominibus et quietem optantibus inferebantur. Postquam hæc Alexandriæ **243** pro arbitrio Lucii gesta, et Euzoius Antiochiam reversus esset, statim isti ad Ægypti monasteria contendunt, dux videlicet cum ingenti militum multitudine, et Lucius Arianus. Nam et iste tunc adfuit, et sanctorum hominum cœtum nulla miseratione prosecutus, gravius quam ipsi milites afflixit. Cumque ad locum ipsum pervenissent, viros solitis studiis et exercitationibus occupatos deprehenderunt, orantes scilicet, morbis medentes, dæmonia ejicientes. Verum isti qui divinæ potentiæ miracula parvi æstimabant, ne solemnes quidem preces in oratoriis fieri permiserunt: sed ex iis etiam locis sanctos viros expulerunt. Nec his contenti, ulterius etiam progredientes, armis adversus illos sunt usi. Hæc Rufinus et vidisse se coram, et cum illis perpessum esse dicit. Proinde renovabantur in illis ea quæ ab Apostolo sunt dicta. Illudebantur enim et cædebantur flagris: nudabantur, vinciebantur, lapidabantur, gladio interficiebantur viri oberrantes in solitudine, ovillis et caprinis pellibus tecti, destituti, pressi, afflicti, quibus dignus non erat mundus: in desertis locis errantes, in montibus, in speluncis et cavernis terræ: tametsi testimonium haberent tum a fide, tum ab operibus et curationibus quas per ipsorum manus divina gratia perficiebat. Verum Dei providentia, ut verisimile est, hæc illos pati ideo permisit, ut per mala quæ isti tolerabant, alii salutem in Domino consequerentur. Idque ita esse, exitus rei postea comprobavit. Cum igitur admirabiles illi viri omni violentia quæ ipsis inferebatur, superiores exsisterent, animum tandem despondens Lucius consilium dat duci ut Patres monachorum in exsilium mittat. Erant autem tunc Patres Macarii duo, Ægyptius et Alexandrinus. Isti ergo deportati sunt in insulam in qua nullus erat Christianus. In eadem insula templum erat, et sacerdos quidam quem incolæ instar dei cujusdam venerabantur. Verum ubi viri sancti ac Deo chari ad eam insulam appulerunt, metus illico ac trepidatio ejus loci dæmones invasit. Eodem tempore aliud quidpiam contigit. Sacerdotis filia

A ἑλκομένων εἰς δικαστήρια, τῶν δὲ βαλλομένων εἰς δεσμωτήρια, ἄλλων τε ἄλλως στρεβλουμένων. Διάφοροι γὰρ τιμωρίαι κατὰ τῶν ἡσυχάζειν φιλούντων ἐγίνοντο. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ᾗ ἐδόκει Λουκίῳ ἐπέπρακτο, Εὐζώϊος δὲ (71) ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν αὖθις ὑπέστρεψεν· οἱ δὲ εὐθὺς ἐπὶ τὰ τῆς Αἰγύπτου μοναστήρια ἐχώρουν· ὁ δὲ στρατηγὸς (72) σὺν πλήθει πολλῶν στρατιωτῶν, καὶ ὁ Ἀρειανὸς Λούκιος. Οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἀπελείπετο, ἀλλὰ στῖφος ἁγίων ἀνδρῶν οὐδαμῶς οἰκτιζομένων [q], χείρονα τῶν στρατιωτῶν διεπράττετο. Ὡς δὲ ἐπὶ τὸν τόπον ἐγίνοντο, κατελάμβανον τοὺς ἄνδρας τὰ συνήθη πράττοντας· εὐχομένους, πάθη θεραπεύοντας, δαίμονας ἐξελαύνοντας. Οἱ δὲ, μικρὰ τῶν τοῦ Θεοῦ θαυμάτων φροντίσαντες, οὐδὲ τὰς συνήθεις εὐχὰς ἐν τοῖς εὐκτηρίοις B τόποις συνεχώρουν ἐπιτελεῖσθαι· ἀλλὰ αὐτοὺς καὶ τούτων ἐξέβαλλον. Καὶ οὐκ ἐπὶ τούτων μόνον ἔστησαν, ἀλλὰ προϊόντες, τοῖς ὄχλοις ἐκέχρηντο (73) κατ' αὐτῶν. Ταῦτα καὶ ὁ Ῥουφῖνος ἑωρακέναι παρ' ὧν καὶ πεπονθέναι φησίν. Ἀνενεοῦντό τε καὶ ἐπ' αὐτῶν τὰ τοῦ Ἀποστόλου λεγόμενα· ἐνεπαίζοντο γὰρ, καὶ μαστίγων πεῖραν ἐλάμβανον, ἐγυμνοῦντο, ἐδεσμοῦντο, ἐλιθάζοντο, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθνησκον, ἄνδρες περιεχόμενοι (74) κατὰ τὴν ἔρημον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακοχούμενοι, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος, ἐπ' ἐρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς· καὶ ταῦτα μαρτυρηθέντες ὑπό τε τῆς πίστεως καὶ τῶν ἔργων καὶ τῶν ἰαμάτων, ὅσα ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν ἡ τοῦ Χριστοῦ χάρις εἰργάζετο. Ἀλλ' C ὡς ἔοικεν, ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια ταῦτα παθεῖν τοὺς ἄνδρας συνεχώρησεν, κρεῖττόν τι προβλεψαμένη, ἵνα δι' ὧν αὐτοὶ κακῶς ἔπασχον, ἕτεροι τὴν ἐν Θεῷ σωτηρίαν εὕρωσιν. Καὶ τοῦτο ἡ ἀπόβασις ἔδειξεν. Ὡς οἱ θαυμάσιοι ἐκεῖνοι ἄνδρες κρείττονες τῆς ἐπιφερομένης ἀνάγκης ἐγίνοντο, ἀποκνήσας ὁ Λούκιος γνώμην δίδωσι τῷ ἡγουμένῳ τοῦ στρατιωτικοῦ τάγματος, ὑποβάλλειν ἐξορίᾳ τοὺς Πατέρας τῶν μοναχῶν. Αὐτοὶ δὲ ἦσαν, ὁ Αἰγύπτιος Μακάριος, καὶ ὁ Ἀλεξανδρεὺς, ὁ τούτου ἐπώνυμος. Ἐξωρίζοντο οὖν οἱ ἄνδρες εἰς νῆσόν τινα, ἥτις οὐδένα τῶν Χριστιανῶν εἶχεν οἰκήτορα. Κατ' αὐτὴν τε τὴν νῆσον ἐτύγχανεν ὂν ἱερὸν, καὶ ἱερεὺς ἐν αὐτῷ, ὃν πάντες οἱ ἐκεῖ ἴσα θεῷ ἐσέβον. Γενομένων δὲ τῶν θεοφιλῶν ἀνδρῶν ἐν τῇ νήσῳ, πάντα D μὲν τὰ ἐκεῖ δαιμόνια ἐν θορύβῳ καὶ φόβῳ ἐγίνοντο. Συνέβαινε δὲ κατ' αὐτὸ, καὶ τοιοῦτόν τι πρᾶγμα γενέσθαι. Ἡ τοῦ ἱερέως θυγάτηρ ἄφνω ὑπὸ δαίμονος

## VALESII ANNOTATIONES.

(71) *Εὐζώϊος δέ*. Scribendum est procul dubio Εὐζώϊος μὲν ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν αὖθις ὑπέστρεψεν. Christophorsonus tamen, Epiphanium Scholasticum secutus, vulgatam scripturam retinet, et post verbum ὑπέστρεψεν subdistinctionem tantum apponit: quod equidem probare non possum.

(72) *Ὁ δὲ στρατηγός*. Scribendum est ὅ τε στρατηγός, et mutanda distinctio in hunc modum: Οἱ δὲ εὐθὺς ἐπὶ τὰ τῆς Αἰγύπτου μοναστήρια ἐχώρουν, ὅ τε στρατηγός, etc., quemadmodum legit Epiphanius Scholasticus.

(73) *Τοῖς ὄχλοις ἐκέχρηντο*. Lego τοῖς ὅπλοις. Idque confirmat Rufinus in lib. XI, cap. 3. Quem locum designat hic Socrates. Mox scribendum est ἑωρακέναι παρών absque dubio.

(74) *Ἄνδρες περιεχόμενοι*. Lego περιερχόμενοι, et paulo post scribo κακουχούμενοι. Alludit enim ad locum Pauli apostoli in *Epistola ad Hebræos*, cap. XI.

## VARIORUM.

[q] *Οἰκτιζομένων*. Lege οἰκτιζόμενος. W. Lowth.

Digitized by Google

A κάτοχος γενομένη ἐξεμάνη, καὶ πάντα ἀνέτρεπεν. Ἀκατάσχετός τε ἦν, καὶ οὐδενὶ τρόπῳ ἡσυχάσαι ἠδύνατο· ἀλλ' ἐβόα μεγάλα, καὶ πρὸς θεοφιλεῖς ἐκείνους ἄνδρας, Τί, φησὶν, ἤλθετε καὶ ἐνταῦθα ἐξελάσαι ἡμᾶς; Πάλιν οὖν οἱ ἄνδρες ἐκεῖ τὸ ἴδιον ἔργον ὃ ἐκ Θεοῦ χάριτος εἰλήφασιν, ἐπεδείκνυντο. Ἐξελάσαντες γὰρ τὸν δαίμονα τῆς παρθένου, καὶ ὑγιῆ αὐτὴν τῷ πατρὶ παραδόντες, εἰς πίστιν τοῦ Χριστιανισμοῦ ἤγαγον τόν τε ἱερέα, καὶ πάντας τοὺς ἐκεῖ ἐνοικοῦντας ἐν τῇ νήσῳ. Εὐθὺς οὖν τὰ μὲν ἀγάλματα ἐξέβαλον· τὸ δὲ σχῆμα τοῦ ναοῦ εἰς ἐκκλησίας τύπον (75) μεταποιήσαντες, ἐβαπτίζοντό τε καὶ πάντα τὰ τοῦ Χριστιανισμοῦ χαίροντες ἐδιδάσκοντο. Οὕτω μὲν δὴ ἐλαυνόμενοι διὰ τὴν τοῦ ὁμοουσίου πίστιν οἱ θαυμάσιοι ἐκεῖνοι ἄνδρες, αὐτοί τε δοκιμώτεροι ἐγίνοντο, καὶ ἄλλους ἔσωζον, καὶ τὴν πίστιν βεβαιοτέραν εἰργάζοντο. B

## ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

### *Περὶ Διδύμου τοῦ τυφλοῦ.*

Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ ἕτερον ἄνδρα πιστὸν ἔδειξεν ὁ Θεὸς, δι' αὐτοῦ μαρτυρηθῆναι δικαιώσας τὴν πίστιν. Δίδυμος [r] γὰρ ἀνὴρ θαυμαστὸς καὶ ἐλλόγιμος, κατὰ τὸν αὐτὸν ἤνθησε χρόνον, πάσῃ διαπρέψας παιδεύσει. Οὗτος κομιδῇ νέος ὢν, καὶ τὰ πρῶτα τῶν γραμμάτων στοιχεῖα μαθὼν, τῷ τῆς ὀφθαλμίας περιέπεσε πάθει· καὶ κακῶς διατεθεὶς, τὸ ὁρατικὸν ἀπέβαλεν. Ὁ Θεὸς δὲ αὐτῷ ἀντὶ τῶν αἰσθητῶν ὀφθαλμῶν παρέσχε τοὺς νοητούς. Ἃ γὰρ δι' ὀφθαλμῶν παιδευθῆναι οὐκ ἴσχυσε, ταῦτα δι' ἀκοῆς ἐξεμάνθανε. Ἐκ παιδὸς γὰρ ὢν εὐφυὴς, καὶ ψυχῆς λαχὼν ἀγαθῆς, ἐνίκα τοὺς εὐφυεῖς (76) καὶ ὀξύτατα C βλέποντας. Γραμματικῆς τε γὰρ τοὺς κανόνας ῥᾳδίως κατώρθου, καὶ ῥητορικῆς πάλιν θᾶττον ἐλάμβανεν. Ἐλθὼν δὲ ἐπὶ τὰ φιλόσοφα, θαυμαστῶς πως καὶ τὴν διαλεκτικὴν ἐξέμαθε, καὶ ἀριθμητικήν τε καὶ μουσικὴν, καὶ τὰ ἄλλα τῶν φιλοσόφων μαθήματα ἐν τῇ ψυχῇ κατέθετο, ὡς προθύμως αὐτὸν ἀπαντᾷν πρὸς τοὺς ταῦτα δι' ὀφθαλμῶν κατορθώσαντας. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ θεῖα λόγια Παλαιᾶς καὶ Καινῆς Διαθήκης οὕτως ἀκριβῶς ἐγνώκει, ὥστε πολλὰ μὲν ἐκδοῦναι βιβλία· ὑπαγορεῦσαι δὲ καὶ τὰ περὶ Τριάδος τρία βιβλία· ἑρμηνεῦσαι δὲ καὶ τὰ περὶ ἀρχῶν Ὠριγένους, ὑπομνήματά τε ἐκδοὺς εἰς αὐτὰ (77), δι' ὧν

subito a dæmone correpta, furere cœpit et cuncta subvertere. Nec ulla vi compesci poterat ac sedari, sed ingenti voce clamabat, et sanctos istos alloquens viros, Cur, aiebat, venistis ut nos hinc etiam ejiceretis? **244** Tum vero sancti viri potestatem quam a Deo acceperant, iterum illic ostenderunt. Fugato enim dæmone, cum virginem patri incolumem restituissent, tum sacerdotem ipsum, tum reliquos qui in insula degebant, ad Christianæ religionis fidem adduxerunt. Statim itaque simulacra projicientes, fabricam templi in ecclesiæ speciem commutarunt : susceptoque baptismo, Christianæ fidei doctrinam alacri animo didicerunt. Ad hunc modum admirabiles illi viri ob consubstantialis fidem persecutionem passi, tum ipsi probatiores evaserunt, tum aliis salutem attulerunt, tum fidem illam multo magis confirmarunt.

## CAP. XXV.

### *De Didymo cæco.*

Sub idem tempus alium quoque fidelem virum Deus in medium produxit, eo consilio ut fides testimonio et assertione ejus roboraretur. Didymus enim, vir plane admirabilis ac disertissimus, per id temporis in omni genere doctrinæ florebat. Hic admodum adolescens, cum jam prima litterarum elementa didicisset, in morbum oculorum incidit : quo quidem graviter vexatus, videndi facultatem penitus amisit. Verum Deus pro corporalibus oculis spiritales ei largitus est. Nam ea quæ oculorum visu percipere non poterat, didicit audiendo. Cum enim a puero egregia esset indole et excellenti ingenio præditus, æquales suos qui oculorum acie pollebant, longe superavit. Quippe et grammaticæ præcepta facile addidicit, et rhetoricæ multo adhuc celerius. Inde ad philosophiam transgressus, admirabili facilitate dialecticam, arithmeticam et musicam perdidicit, et reliquas philosophorum disciplinas adeo penitus in animo suo recondidit, ut adversus illos qui eas artes oculorum beneficio perceperant, prompte atque alacriter disputaret. Sed et divina oracula quæ tam in Vetere quam in Novo Testamento continentur, adeo perfecte norat, ut multos in ea conscriberet libros; ac præterea

## VALESII ANNOTATIONES.

(75) *Εὐθὺς οὖν τύπον.* Ante vocem τύπον deerat integra linea, quam nos ex codicibus nostris Florentino ac Sfortiano supplevimus hoc modo : Εὐθὺς οὖν τὰ μὲν ἀγάλματα ἐξέβαλον· τὸ δὲ σχῆμα τοῦ ναοῦ εἰς ἐκκλησίας τύπον, etc. Ita quoque Epiphanius Scholasticus in suo codice scriptum invenerat, ut ex versione ejus apparet.

(76) *Ἐνίκα τοὺς εὐφυεῖς.* Vox εὐφυεῖς delenda est, quæ ex superiore linea huc videtur irrepsisse. Certe Epiphanius Scholasticus eam non agnoscit; sic enim vertit : *Qui cum a puero fuisset ingeniosus, vincebat etiam acuta conspicientes.*

D (77) *Ὑπομνήματά τε ἐκδοὺς εἰς αὐτά.* De his Didymi commentariis in Origenis libros Περὶ ἀρχῶν, loquitur Hieronymus in libro I adversus Rufinum : *Et multo his deteriora, quæ longum esset retexere, vel ita vertisse ut in Græco invenerat, vel de commentariolis Didymi, qui Origenis apertissimus propugnator est, exaggerata et firmiora posuisse.* Et in libro secundo adversus eumdem Rufinum : *In primo libro Περὶ ἀρχῶν, ubi Origenes lingua sacrilega blasphemavit quod Filius Patrem non videat, tu*

## VARIORUM.

[r] *Δίδυμος.* Didymus, genere Alexandrinus, scholæ Catecheseon Alexandrinæ præfectus, Hieronymi et Rufini præceptor. Claruit præcipue circa ann. 370 ab ipso Constantii tempore non inceleberis. Vide Sozom., lib. III, cap. 15, et Theod., lib. IV, cap. 29. In vivis adhuc erat anno 392, quo octogesimum tertium ætatis annum excesserat. (Guil. Cave, *Hist.*, vol. I, p. 205.)

Digitized by Google

de Trinitate tres libros dictavit, et Origenis libros De principiis interpretatus est, editis in eos commentariis, quibus illos recte scriptos esse asserit, frustraque contendere eos qui virum illum accusare, et libros ejus calumniari conantur: neque enim
245 excellentem hominis sapientiam, inquit, intelligentia assequi possunt. Si quis igitur multiplicem Didymi eruditionem et animi ejus ardorem cognoscere desiderat, id ex libris qui ab illo sunt elaborati, facile perspiciet. Cum hoc Didymo Antonius monachus diu ante Valentis tempora collocutus esse dicitur, tunc cum propter Arianos relicta solitudine, venit Alexandriam: perspectaque hominis doctrina, hæc ei dixisse: Nihil te moveat, o Didyme, jactura corporalium oculorum. Ejusmodi enim oculis orbatus es quibus et muscæ et culices videre possunt. Gaude potius quod illos habeas oculos quibus angeli vident, quibus Deus cernitur, et lux ejus comprehenditur. Et istud quidem diu ante hæc tempora ab Antonio dictum est Didymo: Tunc vero maximus fidei patronus ac propugnator Didymus habebatur, quippe qui adversus Arianos validissime disputaret, eorumque sophisticas cavillationes dissolveret, et falsos ac fraudulentos eorum sermones refelleret.

A συνίστησιν ὡς εἴη ἄριστα γεγραμμένα, καὶ μάτην ἐρεσχελοῦσιν οἱ κατηγορεῖν τὸν ἄνδρα καὶ τὰ βιβλία διασύρειν σπουδάζοντες· μηδὲ γὰρ αὐτοὺς δύνασθαί φησιν ἑλεῖν τὴν τοῦ ἀνδρὸς σύνεσιν. Εἴ τις οὖν τὴν πολυμαθίαν καὶ τὸ διάπυρον τῆς ψυχῆς Διδύμου γνῶναι προῄρηται, ἐντυχὼν τοῖς πεπονημένοις αὐτῷ βιβλίοις μαθήσεται. Τούτῳ λέγεται καὶ Ἀντώνιον ἤδη πρότερον κατὰ τὸν Οὐάλεντος χρόνον (78) *, ὅτε διὰ τοὺς Ἀρειανοὺς ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ἐκ τῆς ἐρήμου κατῆλθεν, ἐντυχεῖν τῷ Διδύμῳ, καὶ μαθόντα τὴν τοῦ ἀνδρὸς σύνεσιν, εἰπεῖν πρὸς αὐτόν· Μηδὲν, ὦ Δίδυμε, ταραττέτω σε ἡ τῶν αἰσθητῶν ὀφθαλμῶν ἀποβολή. Τοιοῦτοι γάρ σοι λείπουσιν ὀφθαλμοὶ, οἷς καὶ μυῖαι καὶ κώνωπες βλέψαι ἰσχύουσιν (79)· χαῖρε δὲ ὅτι ἔχεις ὀφθαλμοὺς, οἷς καὶ ἄγγελοι βλέπουσι, B δι' ὧν καὶ ὁ Θεὸς θεωρεῖται, καὶ τὸ αὐτοῦ φῶς καταλαμβάνεται. Ταῦτα μὲν ἤδη πρότερον παρὰ τοῦ θεοφιλοῦς Ἀντωνίου πρὸς Δίδυμον εἴρητο. Τότε δὲ μέγιστος συνήγορος τῆς οἰκείας πίστεως ἐφαίνετο Δίδυμος, πρὸς τοὺς Ἀρειανοὺς ἀπαντῶν, καὶ σοφίσματα ἀναλύων αὐτῶν, καὶ τοὺς κιβδήλους καὶ δολεροὺς αὐτῶν λόγους ἐξελέγχων.

## CAP. XXVI.

*De Basilio Cæsariensi, et Gregorio Nazianzeno.*

Ac Didymum quidem Arianis qui Alexandriæ erant, divina opposuit providentia; in aliis autem civitatibus Basilium Cæsariensem et Gregorium Nazianzenum; de quibus opportunum arbitror pauca commemorare. Sufficere quidem ad utriusque commendationem poterat, tum memoria illorum atque fama, quæ etiamnum apud omnes perseverat, tum doctrinæ copia quæ ex eorum libris quotidie percipitur. Sed quoniam tunc temporis Ecclesiis plurimum profuerunt, ac veluti fomites quidam fidei a Deo conservati sunt, instituti nostri ratio postulat ut illorum mentionem præcipue faciamus. Si quis igitur Basilium et Gregorium inter se conferre, et utriusque vitam ac mores, et quæ in illis fuerunt virtutes exponere voluerit,

## ΚΕΦΑΛ. ΚϚʹ.

*Περὶ Βασιλείου Καισαρείας, καὶ Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζοῦ.*

Ἀλλὰ Δίδυμον μὲν τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀρειανίζουσιν ἡ τοῦ Θεοῦ ἀντέταξε πρόνοια· ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις πόλεσιν, Βασίλειόν τε τὸν Καισαρέα, καὶ Γρηγόριον τὸν Ναζιανζηνόν· περὶ ὧν βραχέα εἰπεῖν C εὔκαιρον ἡγοῦμαι. Ἤρκει μὲν γὰρ ἡ παρὰ πᾶσι τῶν ἀνδρῶν σωζομένη μνήμη, καὶ ἡ τῶν γεγραμμένων αὐτοῖς βιβλίων μάθησις, παραθέσθαι τὴν ἑκατέρου εὔκλειαν. Ἐπεὶ δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τὰ πολλὰ ταῖς Ἐκκλησίαις αὐτοὶ συνεβάλλοντο, καὶ ὡς ἐμπύρευμα τῆς πίστεως ἐφυλάχθησαν, ἀπαιτεῖ ἡ ὑπόθεσις μάλιστα τούτων μνήμην ποιήσασθαι. Βασιλείου τοίνυν καὶ Γρηγορίου εἴ τις βούλοιτο σύγκρισιν ποιήσασθαι, διεξιέναι τε τὸν ἑκάστου βίον καὶ τρόπον, καὶ τὰς προσούσας αὐτοῖς ἀρετὰς, ἀμφιβάλλοι ἂν ἕτερον τοῦ ἑτέρου προκρῖναι. Ἄμφω γὰρ ἦσαν ἀλλήλοις ἐφ-

### VALESII ANNOTATIONES.

*etiam causas reddis, quasi ex persona ejus qui scripsit: et Didymi interpretaris σχόλιον, in quo ille casso labore conatur alienum errorem defendere, quod Origenes quidem bene dixerit: sed nos simplices homines et cicures Enniani, nec illius sapientiam, nec tuam, qui interpretatus es, intelligere possumus.*

(78) *Ἤδη πρότερον κατὰ τὸν Οὐάλεντος χρόνον.* Male Epiphanius Scholasticus et reliqui interpretes hunc locum transtulerunt, quasi Alexandriam venerit Valentis Augusti temporibus. Atqui constat Antonium monachum ex hac vita migrasse regnante Constantio. Docet id Hieronymus in *Chronico* et in *Vita Hilarionis*. Quonam autem Constantii imperatoris anno Antonius relicta soli- D tudine Alexandriam descenderit, incertum est, utrum sub initium imperii Constantii, ante ordinationem Gregorii Ariani; an potius post concilium Serdicense et secundam restitutionem Athanasii.

(79) *Κώνωπες βλέψαι ἰσχύουσι.* Cedrenus ad annum sextum Constantii βλάψαι legit. Neque aliter Epiphanius Scholasticus in suo codice scriptum invenerat, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Non te conturbet, o Didyme, amissio sensibilium oculorum. Tales enim oculi tibi desunt, quibus et muscæ et culices nocere possunt.* Rufinus tamen, ex quo hæc desumpsit Socrates, vulgatam lectionem tuetur. Eam quoque confirmat Hieronymus in *Epistola ad Castrutium*.

### VARIORUM.

* *Ἤδη πρότερον κατὰ τὸν Οὐάλεντος χρόνον.* Legendum ἤδη πρότερον ἢ κατὰ τόν, etc., atque ita legisse videtur interpres. W. LOWTH.

Digitized by Google

ἅμιλλοι, κατά τε τὴν ὀρθὴν πολιτείαν, καὶ κατὰ τὰς παιδεύσεις, τήν τε Ἑλληνικήν φημι, καὶ τὴν τῶν ἱερῶν Γραμμάτων. Νέοι γὰρ δὴ ὄντες οὗτοι, ἐν ταῖς Ἀθήναις γενόμενοι τῶν τότε ἀκμασάντων σοφιστῶν, Ἱμερίου καὶ Προαιρεσίου [t] ἀκροαταὶ γενόμενοι, καὶ μεταταῦτα ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας Λιβανίῳ συμφοιτήσαντες (80), ἄκρως τὴν ῥητορικὴν ἐξεπόνησαν. Ἄξιοί τε τοῦ σοφιστεύειν κριθέντες, ὑπὸ πολλῶν παρεκλήθησαν ἐπὶ τὸν διδασκαλικὸν βίον ἐλθεῖν. Ἄλλων δὲ αὐτοὺς ἐπὶ δικανικὴν παρακαλούντων, ἀμφοτέρων κατεφρόνησαν· καὶ καταλιπόντες τὸ σοφιστεύειν, τὸν μονήρη βίον προέκριναν. Ἀψάμενοι οὖν φιλοσόφων λόγων παρὰ τῷ τηνικαῦτα ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ συμπράττοντι τὰ φιλόσοφα, μετ' οὐ πολὺ τὰ Ὠριγένους βιβλία συνάγοντες, ἐξ αὐτῶν τὴν ἑρμηνείαν τῶν ἱερῶν Γραμμάτων ἐπέγνωσαν. Μέγα γὰρ κλέος τὸ Ὠριγένους καθ' ὅλης τότε τῆς οἰκουμένης ἐφήπλωτο. Ὧν ἀσκηθέντες, δυνατῶς ἀπήντων πρὸς τοὺς Ἀρειανίζοντας· καίτοι τῶν Ἀρειανῶν τὰ Ὠριγένους βιβλία εἰς μαρτυρίαν, ὡς ᾤοντο, τοῦ ἰδίου καλούντων δόγματος, αὐτοὶ ἐξήλεγχον, καὶ ἐδείκνυον μὴ νοήσαντας τὴν Ὠριγένους σύνεσιν. Παρὰ τοῖς πολλοῖς τε τότε οἱ Ἀρειανοὶ, καὶ ὁ τότε Ἀρειανίζων Εὐνόμιος, ἐλλόγιμοι νομίζοντες εἶναι, τοῖς περὶ Γρηγόριον καὶ Βασίλειον ἐντυγχάνοντες, ἀπαίδευτοι τελείως ἐδείκνυντο. Βασίλειος [u] μὲν οὖν ὑπὸ Μελετίου τοῦ Ἀντιοχείας ἐπισκόπου εἰς τὴν τοῦ διακόνου τάξιν προχειρισθεὶς, μεταταῦτα δὲ καὶ ἐπίσκοπος τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος (81), λέγω δὴ τῆς ἐν Καππαδοκίᾳ Και-

A omnino anceps hærebit, utrum alteri præponat. Ambo enim inter se pares et æquales fuere, seu rectam vivendi rationem spectes, seu doctrinam tam gentilium quam sacrarum Litterarum. Nam cum essent adolescentes, celeberrimorum eo tempore sophistarum, Himerii ac Prohæresii Athenis auditores fuerunt; ac postea **246** Antiochiæ in Syria Libanii scholam simul frequentantes, ad summum eloquentiæ culmen pervenerunt. Cumque digni sophistico throno judicarentur, multi eos hortati sunt ut ad docendum se conferrent. Aliis vero ad causas agendas eos hortantibus, utrumque vitæ genus aspernati sunt, abjectaque rhetoricæ artis disciplina, monasticam vitam amplexi sunt. Cum igitur philosophiæ præcepta sub magisterio ejus qui tum Antiochiæ B philosophiam docebat, paululum delibassent, paulo post, comparatis Origenis libris, interpretationem sacrarum Litterarum ex illis hauserunt. Quippe ea tempestate per universum orbem celebris erat Origenis fama. In hujus igitur librorum lectione cum sese exercuissent, adversus Arianos fortissime decertarunt. Et quamvis Ariani libros Origenis ad dogmatis sui, ut putabant, confirmationem adducerent, illi tamen eos redarguerunt, et Origenis doctrinam ab iis nequaquam intelligi demonstrarunt. Ariani certe, eorumque fautor Eunomius, licet eo tempore disertissimi haberentur, quoties tamen cum Gregorio ac Basilio in colloquium venerant, rudes omnino atque imperiti

## VALESII ANNOTATIONES.

(80) *Ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ Λιβανίῳ συμφοιτήσαντες.* Falsum puto quod hic ait Socrates, Basilium atque Gregorium post confectum Athenis studiorum liberalium cursum, Libanium sophistam audiisse Antiochiæ. Refellit hoc Gregorius in Carmine de vita sua, ubi scribit se tricesimum ætatis annum egisse cum Athenis digressus est, et amicos ipsum Athenis detinere voluisse, ut professor esset eloquentiæ : id quod etiam Rufinus testatur in libro II *Historiæ :* se tamen paulo post clanculo inde aufugisse, et in patriam se recepisse.

(81) *Ἐπίσκοπος τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος.* Baronius Basilium anno Christi 369 ad episcopatum Cæsareæ promotum esse dicit : idque ex Gregorii Nysseni testimonio demonstrare conatur. Theophanes tamen ac Cedrenus in *Chronico*, initium episcopatus Basilii Magni anno Valentis nono consignant, qui fuit annus Christi 371. Anno autem octavo ejusdem Valentis Basilium adhuc C presbyterum fuisse scribunt. Sic enim ait Theophanes ad illum Valentis annum : Ὁμοίως καὶ ἐν Καππαδοκίᾳ τὰς ἐκκλησίας παραδοῦναι ἐσπούδαζεν, τῆς ἐναντιώσεως δραξάμενος, ἧς ἔσχεν παρ' αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Βασιλείου πρεσβυτέρου τότε τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Καισαρείας ὑπάρχοντος, καὶ Εὐσέβιον τὸν ἐπίσκοπον διεγείροντος εἰς ζῆλον ὀρθοδοξίας, μὴ ὑπείκειν τῇ δυσσεβείᾳ Οὐάλεντος. Eadem habet Cedrenus, nisi quod post vocem Βασιλείου addit Ἰουλιανός, quod non probo. Idem confirmat Gregorius Nazianzenus in Oratione de laudibus Basilii. Ibi enim diserte testatur, tum cum Valens succinctus hæreticorum antistitum manu expeditionem suscepit adversus ecclesias Orientis, quas Arianis tradere festinabat, Basilium adhuc presbyterum fuisse Cæsariensis Ecclesiæ. Porro Valens expeditionem illam adversus orthodoxos suscepit tertio suo consulatu, id est anno Christi 370, ut docet Socrates. Idem confirmat Gregorius Nyssenus

## VARIORUM.

[t] *Ἱμερίου καὶ Προαιρεσίου.* Himerius, Aminii rhetoris filius, ex Prusiade Bithyniæ urbe, sophista, claruit anno 361, sub Juliano imperatore. Obiit grandævus, oculis captus, morbo comitiali correptus. Edidit declamationes varias, quibus, teste Photio, latenter mordentes imitatus canes, Christianos allatravit. Prohæresius, Himerii æmulus, Pancratii filius, Cæsarea Cappadociæ oriundus. Antiochiæ apud Ulpianum disciplinis operam dedit. Athenis docuit paulo ante Libanium. Scripsit declamationes rhetoricas. Suidas, Eunapius, Photius.

[u] *Βασίλειος.* Basilius, Magnus dictus, ex illustri et vetusto genere, parentibus sanctissimis Basilio et Emmelia natus, majores habuit qui sub Maximiano confessionis gloria claruerunt. Basilii pa- D trem Possevinus, Labbeus, aliique, episcopum fuisse tradunt, absque levissima, quod sciam, veterum auctoritate. Ipse Basilius ortu Cappadox, seu, ut pressius loquar, Ponticus, civitate, si conjecturis agendum sit, Neocæsariensis; quod enim aliqui de Helenoponto dicunt, nullo auctore fulcitur. Præfuit Ecclesiæ Cæsariensi annis octo, mortuus anno 378, postremis his verbis habitis : *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.* Philotheus patriarcha CP. hoc Basilii peculiare esse observat, de singulis tanto vigore disserere, ὥσπερ τινὰ ψυχὴν τοῖς ἀψύχοις λόγοις ἐμπνέειν, *ut animam quamdam sermonibus inanimatis inspirare videatur.* (Guil. Cave ad an. 370.) Natum fuisse dicit clariss. dom. Dupin circiter ann. Dom. 328, denatum Kalend. Januar. anni 379.

Digitized by Google

videbantur. Ac Basilius quidem primum a Meletio Antiochenæ urbis episcopo ad officium diaconi promotus, inde ad patriæ suæ, Cæsareæ scilicet Cappadociæ, episcopatum evectus, Ecclesiarum curam suscepit. Veritus enim ne Ariani dogmatis novitas Ponti quoque provincias depasceretur, celeriter ad eas partes se **247** contulit. Cumque illic monasteria constituisset, et cunctos suis prædicationibus instituisset, nutantes eorum animos confirmavit. Gregorius vero Nazianzi, vilis Cappadociæ oppidi, cui etiam pater ipsius ante præfuerat, episcopus constitutus, eadem quæ Basilius gessit. Nam ipse urbes circumeundo, segnes et languentes in fide corroboravit. Sed præcipue Constantinopoli commoratus, orthodoxos illic degentes prædicationi- B

A σαρείας προβληθεὶς, φροντίδα τῶν ἐκκλησιῶν ἐποιεῖτο. Δεδιὼς γὰρ μή πως Ἀρειανὴ καινοτομία καὶ τὰς κατὰ τὸν Πόντον ἐπινεμηθῇ ἐπαρχίας, δρομαῖος ἐπὶ τὰ ἐκεῖ μέρη διέβαινεν (82)· ἐκεῖ τε ἀσκητήρια συστησάμενος, καὶ κατηχήσας τοὺς ἄνδρας ταῖς αὐτοῦ διδασκαλίαις, τοὺς σαλευομένους ἐστήριξε. Γρηγόριος [v] δὲ τῆς Ναζιανζοῦ (83) πόλεως εὐτελοῦς ἐν Καππαδοκίᾳ, ἧς καὶ ὁ αὐτοῦ πατὴρ πρότερον Ἐκκλησίας προέστη, κατὰ τὰ αὐτὰ τῷ Βασιλείῳ διεπράττετο (84). Περιιὼν γὰρ καὶ αὐτὸς τὰς πόλεις, τοὺς ῥᾳθυμοῦντας περὶ τὴν πίστιν ἀνεῤῥώννυε. Μάλιστα δὲ τὰ πολλὰ τῇ Κωνσταντίνου πόλει ἐπιδημῶν, τοὺς ἐν αὐτῇ ὁμόφρονας ταῖς διδασκαλίαις ἐστήριξε· διὸ καὶ μικρὸν ὕστερον ψήφῳ πολλῶν ἐπισκόπων προέστη τοῦ ἐν Κωνσταντίνου πόλει λαοῦ. Ὡς οὖν τὰ παρ' ἀμφοτέρων γινόμενα εἰς ἀκοὰς ἧκει τοῦ βασι-

## VALESII ANNOTATIONES.

in libro primo *adversus Eunomium*, ubi respondens Eunomio, qui Basilio pavorem ac pusillum animum objecerat, Valentis apparatum et expeditionem adversus ecclesias sic describit : Ἐξήλαυνε μὲν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπὶ τὴν ἑῴαν ὁ βασιλεὺς, ἄρτι τοῖς κατὰ τῶν βαρβάρων αὐτῷ κατορθωθεῖσιν ἐπηρμένος τὸ φρόνημα, etc. *Progressus imperator Constantinopoli, cum ingenti apparatu proficiscebatur in Orientem, elatus animo ob res paulo ante adversus barbaros feliciter gestas*, id est post bellum adversus Gothos, et fœdus cum iisdem percussum. Quod contigit anno Christi 369, ut testatur Ammianus Marcellinus. Quare Valentis illa profectio C ad vastandas ecclesias Dei contigit anno Christi 370, ut jam dixi. Tunc vero Basilium adhuc fuisse presbyterum, ibidem docet frater ejus Gregorius. Ait enim præfectum prætorii, Modestum scilicet, primo quidem blanditiis usum fuisse, ac promisisse Basilio præsulatum et gubernaculum Ecclesiæ, si modo imperatori parere vellet. Verba Nysseni hæc sunt : Πεισθέντι μὲν τὴν ἐκ βασιλέως τιμὴν, καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς Ἐκκλησίας προτείνων. Nondum ergo tunc Basilius episcopus erat Cæsariensis Ecclesiæ, cum illum Modestus subvertere conatus est. Porro Modestus præfecturam prætorii primum gessit Gratiano secundo et Probo consulibus, anno Christi 371, ut notavi ad librum XXIX Ammiani Marcellini. Alio quoque argumento probari potest Basilium post annum Christi 370 ad episcopatum Cæsariensis Ecclesiæ promotum fuisse. Etenim Nazianzenus in *Oratione funebri* quam D in eum conscripsit, ait Basilium adhuc presbyterum fuisse, tunc cum fames illa, omnium quæ unquam fuisse memorantur longe gravissima, contigit in Cappadocia. Hæc autem ipsa est cujus supra meminit Socrates, quæ accidit Valentiniano tertio et Valente tertium consulibus.

(82) *Δρομαῖος ἐπὶ τὰ ἐκεῖ μέρη διέβαινεν*. Gregorius Nazianzenus, cui magis credendum est in his rebus, in Oratione funebri de laudibus Basilii testatur Basilium adhuc presbyterum ad eas partes se contulisse eo consilio ut Arianorum perfidiæ sese opponeret.

(83) *Γρηγόριος δὲ τῆς Ναζιανζοῦ*. Hausit hoc Socrates ex Rufino, qui in libro secundo *Historiæ*, capite 9, ita scribit : *Gregorius vero apud Nazianzon oppidum in locum patris episcopus subrogatus, hæreticorum turbinem fideliter tulit.* Constat tamen Gregorium non episcopum, sed coadjutorem duntaxat patris ipsius Gregorii in episcopatu Nazianzeno factum fuisse : verum ea conditione ne patri in episcopatu succederet, ut ipsemet testatur in oratione 8, et in *Carmine de vita sua*. Prius vero episcopus Sasimorum constitutus est a Basilio Magno, qui hunc episcopatum primum instituerat, ut locum illum Ecclesiæ suæ assereret, quemadmodum testatur Gregorius in *Carmine de vita sua*. Hinc ad Constantinopolitanam sedem translatus, paulo post ea relicta, Nazianzum se recepit, et episcopatum ejus loci aliquandiu administravit, donec senio ac morbis defatigatus, successorem sibi ipse delegit. Recte ergo Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* ita scribit : *Gregorius primum Sasimorum, deinde Nazianzenus episcopus*, etc. Mirumque est, cum tres episcopatus gesserit, omnes tamen ambiguos esse atque incertos. Certe ipse in epistolis sæpius negat se episcopatum Sasimorum unquam administrasse, aut sacerdotale munus ullum illic obiisse. Constantinopolitanum autem episcopatum nec Hieronymus ejus discipulus, nec Rufinus ei ascribunt. Nazianzenum denique episcopatum alteri potius tradidit, quam ipse gessit.

(84) *Κατὰ τὰ αὐτὰ τῷ Βασιλείῳ διεπράττετο.* Scribendum est procul dubio καὶ τὰ αὐτά, etc.

## VARIORUM.

[v] *Γρηγόριος*. Gregorius Nazianzenus natus est Arianzi in prædio paterno prope Nazianzum, circa Nicæni concilii tempora. Patrem habuit Gregorium, virum optimum, at Hypsistariorum erroribus misere seductum (secta ea fuit ex Judaismo et gentilismo conflata, quæ tamen summum illum et ὕψιστον Θεόν, unde sectæ nomen, unice colebat), matrem Nonnam, feminam lectissimam et pietate conspicuam, qua mediante conjux ab erroribus ad Christianam religionem revocatur, et ad Nazianzenæ urbis episcopatum promovetur, quem 45 annis tenuit, et pene centenarius obiit. Gregorius filius diserte negat se unquam Nazianzi episcopum factum, sed patris solummodo coadjutorem. A Theodosio M. in Constantinopolitanæ urbis cathedra collocatur filius ; in eadem a concilio œcumenico anni 381 illic coacto confirmatus. Verum orta mox in synodo non levi hac de re contentione, ipse sedi suæ sponte renuntiavit. Obiit anno 389, ætatis suæ circiter 65. Vir erat in quovis disciplinarum genere præstantissimus, in theologia summus ; unde *Theologus* κατ' ἐξοχὴν dictus. (Guil. Cave, ad ann 370.)

Digitized by Google

λέως Οὐάλεντος, αὐτίκα Βασίλειον ἀπὸ τῆς Καισαρείας ἀγώγιμον (85) ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν γενέσθαι ἐκέλευσεν. Ἤγετο οὖν εὐθὺς, καὶ κατὰ γνώμην τοῦ βασιλέως εἰς τὸ τῶν ὑπάρχων εἰσήγετο δικαστήριον. Πεῦσίν τε προσαγαγόντος αὐτῷ τοῦ ὑπάρχου (86) τοῦ χάριν μὴ τὴν πίστιν τοῦ βασιλέως ἀσπάζεσθαι, ὁ Βασίλειος παῤῥησίᾳ πολλῇ, τῇ μὲν τοῦ βασιλέως θρησκείᾳ ἐμέμφετο, τῇ δὲ τοῦ ὁμοουσίου πίστει συνίστατο. Ἐπεὶ δὲ ὁ ὕπαρχος θάνατον αὐτῷ διηπείλησεν, Εἴθε, ἔφη ὁ Βασίλειος γένοιτό μοι διὰ τὴν ἀλήθειαν ἀπαλλαγῆναι τῶν δεσμῶν τοῦ σώματος. Τοῦ δὲ ὑπάρχου πάλιν ἐπισκέψασθαι εἰπόντος, λέγεται εἰπεῖν τὸν Βασίλειον, Ἐγὼ καὶ σήμερον καὶ αὔριον ὁ αὐτός εἰμι, ὄφελον σὺ ἑαυτὸν μὴ ἐνήλλαττες (87). Τότε μὲν οὖν κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν φρουρούμενος διετέλει Βασίλειος. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ συνέβη νήπιον υἱὸν τοῦ Οὐάλεντος, ᾧ ὄνομα ἦν Γαλάτης (88), ἀῤῥωστῆσαι ἰσχυρῶς, ὥστε ἀπογνωσθῆναι ὑπὸ τῶν ἰατρῶν. Ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ, ἡ βασίλισσα Δομνίκα, λόγους πρὸς τὸν βασιλέα προσέφερε, φάσκουσα ἑαυτὴν μὲν ἐν τοῖς ὀνείροις κακῶς διατεθῆναι ὑπὸ φοβερῶν φασμάτων· τὸ δὲ παιδίον κακῶς ἔχειν διὰ τὴν εἰς τὸν ἐπίσκοπον ὕβριν. Ταῦτα εἰς νοῦν βαλλόμενος ὁ βασιλεὺς, μεταπέμπεται τὸν Βασίλειον· καὶ ἀπόπειραν ποιούμενος, φησὶ πρὸς αὐτόν· Εἰ ἀληθῆ τὰ σὰ δόγματα, εὖξαι ἵνα μου ὁ υἱὸς μὴ ἀποθάνῃ. Ὁ δὲ, Εἰ πιστεύσειας, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, καθάπερ ἐγὼ, καὶ ἡ Ἐκκλησία ἑνωθῇ, ζήσεται τὸ παιδίον. Τοῦ δὲ μὴ συνθεμένου, Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Βασίλειος, περὶ τοῦ παιδὸς τὸ θέλημα γενήσεται τοῦ Θεοῦ. Ταῦτα εἰπόντα τὸν Βασίλειον ἀφεθῆναι ἐκέλευσε. Τὸ μέντοι παιδίον μετ' οὐ πολὺ ἐτελεύτησε. Τοσαῦτα περὶ τῶν ἀνδρῶν τούτων ὡς ἐν ἐπιτομῇ εἰρήσθω. Βιβλία δὲ ἑκάτερος αὐτῶν πολλὰ καὶ θαυμαστὰ συνέγραψαν καὶ ἐξέδωκαν· ἀφ' ὧν τινα ὁ Ῥουφῖνος εἰς τὴν Ῥωμαίων γλῶσσαν μεταβεβληκέναι φησίν. Ἐγένοντο δὲ ἀδελφοὶ Βασιλείου Πέτρος καὶ Γρηγόριος. Ἀλλὰ Πέτρος μὲν τὸν

A bus suis confirmavit; eamque ob causam paulo post multorum episcoporum suffragio episcopus illius urbis est constitutus. Porro cum ad Valentis imp. aures perlata essent quæ ab utroque horum gerebantur, confestim Basilium ab urbe Cæsarea Antiochiam abduci jubet. Sine mora igitur adductus, imperatoris præcepto ad tribunal præfectorum sistitur. Interrogatusque a præfecto cur imperatoris fidem non amplecteretur, multa cum fiducia Basilius religionem quidem imperatoris reprehendit, fidem vero consubstantialis asseruit. Cumque præfectus mortem illi interminaretur: Utinam, inquit Basilius, hoc mihi contingat, ut pro veritatis defensione corporis vinculis liberer! Deinde cum præfectus monuisset ut rem attentius B apud se consideraret, respondisse fertur Basilius: Ego quidem et hodie et cras idem sum. Tu vero utinam te non mutares! Ac tum **248** quidem Basilius eo die sub custodia mansit. Accidit vero non multo postea ut parvulus Valentis filius, nomine Galates, in gravem morbum incideret, adeo ut medici de salute ejus desperarent. Mater autem pueri, Dominica Augusta, imperatori affirmavit se per somnum horrendis quibusdam visis vexatam fuisse, puerumque male habere propter contumeliam episcopo illatam. Hæc imperator secum ipse reputans, Basilium accersit, et ut periculum ejus faceret, ita eum alloquitur: Si vera est doctrina fidei tuæ, ora ne moriatur filius meus. C Tum Basilius: Si credideris, inquit, o imperator, quemadmodum ego credo, et si adunata fuerit Ecclesia, vivet puer. Sed cum imperator minime assentiretur: Fiat igitur, ait Basilius, de puero quodcunque Deus voluerit. Hæc cum dixisset Basilius, imperator eum dimitti præcepit. Puer autem non multo post ex hac vita migravit. Atque hæc de istis viris obiter, quasi compendio dicta

## VALESII ANNOTATIONES.

(85) *Βασίλειον ἀπὸ τῆς Καισαρείας ἀγώγιμον.* Hæc non conveniunt cum iis quæ de Basilio narrant Gregorii duo, Nazianzenus scilicet in *Oratione funebri*, et Nyssenus in libro primo *Adversus Eunomium*. Neque enim Antiochiæ exhibitum esse Basilium coram Modesto præfecto prætorio, sed in urbe Cæsarea id gestum esse testantur. Recte ergo Sozomenus errorem Socratis hoc loco correxit in libro sexto, capite 16, ubi scribit Valentem Antiochia venisse Cæsaream, et jussisse ut Basilius ad tribunal præfecti prætorio traheretur. Porro notandum est Valentem Augustum bis Cæsaream venisse, et Basilium expugnare tentasse: primum cum Basilius adhuc esset presbyter, quod anno Christi 370 factum esse supra demonstravimus. Idque plane confirmat Sozomenus in libro sexto. Iterum postea ex urbe Antiochena venit Cæsaream, Basilio jam ad episcopatum promoto. Sed quo anno id factum sit, non satis liquet. Suspicor tamen id anno Christi 371 aut 372 contigisse. Id autem colligo ex Modesti præfectura, quæ in eos annos incidit. Has duas Valentis profectiones distinguit Nazianzenus in oratione 20, pag. 346, his verbis, Ἀλλ' ἧκεν ἡμῖν αὖθις, etc.

(86) *Πεῦσίν τε προσαγαγόντος τοῦ ὑπάρχου.* Sumpsit hæc Socrates ex Rufini libro secundo *Historiæ Ecclesiasticæ*. Cæterum Gregorius Nyssenus in libro primo *Adversus Eunomium*, Basilium bis ante tribunal Modesti præfecti prætorio stetisse dicit, semel cum esset presbyter, iterum deinde cum esset episcopus. Verum prioris illius interrogationis nullam mentionem facit Nazianzenus.

(87) *Ὄφελον σὺ ἑαυτὸν μὴ ἐνήλλαττες.* Rufinus habet: *Utinam te non mutares!* Quibus verbis objurgat Modestum Basilius, quod se ex Catholico Arianum fecisset ut principi gratificaretur. Modestum certe Arianum fuisse docet Gregorius in *Oratione funebri*.

D (88) *Υἱὸν τοῦ Οὐάλεντος, ᾧ ὄνομα ἦν Γαλάτης.* Hic alio nomine Valentinianus junior vocabatur, ut supra observavi. Galates autem cognominatus est, eo quod natus esset in Galatia. Porro cum Socrates eum hic νήπιον appellet, id est, infantem; hinc non mediocriter confirmatur opinio nostra, quam supra retulimus, hæc scilicet gesta esse circa annum Christi 371 aut 372. Valentinianus enim junior natus est anno Christi 366, ut supra notavi, a quo anno ad annum 372, anni sunt sex absoluti. Ita sexennis mortuus fuerit junior Valentinianus, qui et Galates: sexennis autem puer νήπιος recte dicitur.

Digitized by Google

sint. Porro uterque eorum multos et eximios A libros conscripsit atque evulgavit; ex quibus nonnullos a se in Latinum sermonem conversos esse testatur Rufinus. Cæterum Basilius duos habuit fratres, Petrum et Gregorium. Sed Petrus quidem monasticam Basilii vitam æmulatus est, Gregorius vero ejus in docendo eloquentiam; qui et librum Basilii De opere sex dierum, quem ille imperfectum reliquerat, post obitum fratris supplevit, et Orationem funebrem in laudem Meletii Antiochensis episcopi Constantinopoli recitavit. Exstant et aliæ plures orationes ab eo conscriptæ.

μονήρη βίον Βασιλείου ἐζήλωσε· Γρηγόριος δὲ τὸ διδασκαλικὸν τοῦ λόγου· ὃς καὶ τὴν πονηθεῖσαν Βασιλείῳ ἑξαήμερον, ἅτε δὴ καταλειφθεῖσαν [x], προσανεπλήρωσε μετὰ θάνατον τοῦ ἀδελφοῦ· καὶ ἐπιτάφιον εἰς Μελέτιον τὸν Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει διεξῆλθε. Φέρονται δὲ αὐτοῦ καὶ ἄλλοι λόγοι διάφοροι.

## CAP. XXVII.

*De Gregorio Thaumaturgo.*

Sed quoniam ex nominis similitudine, et ex libris qui Gregorii titulum præferunt, nonnulli in errorem ducuntur, sciendum est alium esse Ponticum B Gregorium, qui ex urbe Ponti Neocæsarea oriundus, istis antiquior fuit, quippe qui discipulus fuerit Origenis. Hujus Gregorii celebris fama est Athenis ac Beryti, et per universam Ponticam diœcesim, ac per universum prope dixerim terrarum orbem. Nam cum ex Atheniensium scholis discessisset, juris civilis discendi causa Berytum profectus est. Ubi cum accepisset Origenem sacras Litteras Cæsareæ interpretari, celeri cursu in eam urbem contendit. Cumque magnificam sacrorum Librorum expositionem auscultasset, **249** Romanis legibus valedicens, Origeni se totum dedidit. A quo cum veram philosophiam didicisset, postea a parentibus revocatus, rediit in patriam. Ubi primo quidem, dum adhuc laicus esset, multa C fecit miracula : nunc ægrotos sanans, nunc dæmones per epistolam fugans, gentiles denique non verbis tantum, sed multo magis operibus ad fidem alliciens. Hujus mentionem facit etiam Pamphilus Martyr, in libris quos pro Origenis defensione scripsit : quibus etiam adjuncta est Gregorii Oratio, quam ille ab Origene discedens, in ejus laudem composuit. Fuerunt igitur, ut compendio dicam, Gregorii plures. Primus est antiquus iste, discipulus Origenis; secundus Nazianzenus; tertius frater Basilii; est etiam alius Gregorius, quem Ariani, dum Athanasius in exsilio ageret, episcopum constituerunt. Verum de his hæc dicta sufficiant.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

*Περὶ Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ.*

Ἐπειδὴ δέ τινες ἐκ τῆς ὁμωνυμίας πλανῶνται, καὶ ἐκ τῶν ἐπιγραφομένων Γρηγορίου βιβλίων, δεῖ εἰδέναι ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ Ποντικὸς Γρηγόριος [y], ὅστις ἐκ τῆς ἐν Πόντῳ Νεοχαισαρείας ὁρμώμενος, ἀρχαιότερος τούτων ἐστί· μαθητὴς γὰρ Ὠριγένους ἐγένετο. Περὶ τούτου τοῦ Γρηγορίου, πολὺς ὁ λόγος ἔν τε Ἀθήναις καὶ Βηρυτῷ, καὶ ὅλῃ τῇ Ποντικῇ διοικήσει (89), ὡς δὲ εἰπεῖν, καὶ πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ. Οὗτος γὰρ ὡς τῶν Ἀθήνησι παιδευτηρίων ἀναχωρήσας, ἐν τῇ Βηρυτῷ νόμους ἐμάνθανε. Πυθόμενός τε ἐν τῇ Καισαρείᾳ τὰ ἱερὰ Γράμματα ἑρμηνεύειν Ὠριγένην, δρομαῖος ἐπὶ τὴν Καισάρειαν παραγίνεται· ἀκροασάμενός τε τῆς μεγαλοφώνου θεωρίας τῶν ἱερῶν Γραμμάτων, πολλὰ χαίρειν εἰπὼν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς νόμοις, ἀχώριστος ἦν τοῦ λοιποῦ· καὶ ὑπ' αὐτοῦ παιδευθεὶς τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν, καὶ μεταταῦτα ἐπὶ τὴν πατρίδα, τῶν γονέων καλεσάντων, ἀνεχώρησε. Κἀκεῖ πρῶτον μὲν λαϊκὸς ὤν, πολλὰ σημεῖα ἐποίησε, νοσοῦντας θεραπεύων, καὶ δαίμονας δι' ἐπιστολῶν φυγαδεύων, καὶ τοὺς Ἑλληνίζοντας, τοῖς τε λόγοις, καὶ πλέον τοῖς γινομένοις ὑπ' αὐτοῦ προσαγόμενος. Μέμνηται δὲ αὐτοῦ καὶ Πάμφιλος ὁ μάρτυρ ἐν τοῖς περὶ Ὠριγένους (90) πονηθεῖσιν αὐτῷ βιβλίοις, ἐν οἷς καὶ συστατικὸς λόγος Γρηγορίου εἰς Ὠριγένην (91) παράκειται. Γεγόνασιν οὖν, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, Γρηγόριοι· ὅ τε ἀρχαῖος οὗτος καὶ μαθητὴς Ὠριγένους, καὶ ὁ Ναζιανζηνός, καὶ ὁ ἀδελφὸς Βασιλείου. Ἐγένετο δὲ καὶ ἄλλος Γρηγόριος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ὃν οἱ Ἀρειανοὶ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς φυγῆς Ἀθανασίου κατέστησαν. Περὶ μὲν δὴ τούτων τοσαῦτα λελέχθω.

## VALESII ANNOTATIONES.

(89) *Ποντικῇ οἰκήσει.* Hoc loco secutus auctoritatem Nicephori, emendavi Ποντικῇ διοικήσει, quamvis scripti codices nihil mutent.

(90) *Περὶ Ὠριγένους.* Melius scriberetur ὑπὲρ Ὠριγένους. Intelligit enim *Apologeticum* Pamphili pro Origene, de quo vide Photium in *Bibliotheca*.

(91) *Συστατικὸς λόγος Γρηγορίου εἰς Ὠριγένην.* Musculus vertit : *Liber Gregorii adjungitur, quo Origenem commendavit.* Christophorsonus autem ita interpretatur, *Oratio Gregorii in Origenis commendationem conscripta.* Verum hanc interpretationem D probare non possum : neque enim oratio illa a Gregorio Thaumaturgo scripta est ad commendationem Origenis, sed ad agendas gratias præceptori, cum ex ejus schola discederet. Συστατικαὶ quidem dicuntur *Epistolæ commendatitiæ*. Orationes autem συστατικαὶ nullæ unquam fuerunt. Quare non dubito quin συνταχτικός scribendum sit, licet Nicephorus vulgatam lectionem confirmet. Est autem συνταχτικὸς λόγος, oratio qua vale dicitur, ut monui in *Annotationibus Eusebianis*, quas studiosus lector consulet.

## VARIORUM.

x *Ἅτε δὴ καταλειφθεῖσαν. Quem ille imperfectum reliquerat*, vertente Valesio; mihi videtur vox deesse. W. Lowth.

y *Ὁ Ποντικὸς Γρηγόριος.* De Gregorio Thaumaturgo, qui obiit anno 265, vide Euseb. *Hist.* lib. VI, cap. 30.

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

*Περὶ Ναυάτου, καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ Ναυατιανῶν, καὶ ὡς μετέθεσαν οἱ κατὰ τὴν Φρυγίαν ἐξ αὐτῶν οἰκοῦντες τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτὴν, ὁμοίως τοῖς Ἰουδαίοις.*

Κατὰ δὲ τὸν χρόνον τόνδε, καὶ Ναυατιανῶν οἱ περὶ Φρυγίαν οἰκοῦντες, τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα μετέθεσαν. Πῶς δὲ τοῦτο ἐγένετο λέξω· πρότερον εἰπὼν, ὅτου χάριν ἐπικρατεῖ περὶ τὰ Φρυγῶν καὶ Παφλαγόνων ἔθνη ὁ ἀκριβὴς τῆς Ἐκκλησίας αὐτῶν κανών. Ναυάτος [z], πρεσβύτερος (92) ὢν τῆς ἐν Ῥώμῃ Ἐκκλησίας, διεκρίθη, ἐπειδὴ Κορνήλιος ὁ ἐπίσκοπος τοὺς ἐπιθύσαντας πιστοὺς ἐν τῷ διωγμῷ, ὃν ὁ βασιλεὺς Δέκιος κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐκίνησεν, εἰς κοινωνίαν ἐδέξατο. Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν διακριθεὶς, εἰς ἐπισκοπὴν παρὰ τῶν συμφρονησάντων αὐτῷ ἐπισκόπων προχειρισθεὶς, ταῖς πανταχοῦ Ἐκκλησίαις ἔγραφε, μὴ δέχεσθαι τοὺς ἐπιτεθυκότας εἰς τὰ μυστήρια· ἀλλὰ προτρέπειν μὲν αὐτοὺς εἰς μετάνοιαν, τὴν δὲ συγχώρησιν ἐπιτρέπειν Θεῷ, τῷ δυναμένῳ καὶ ἐξουσίαν ἔχοντι συγχωρεῖν ἁμαρτήματα. Τοιαύτας ἐπιστολὰς οἱ κατ' ἐπαρχίαν δεχόμενοι, πρὸς τὰ οἰκεῖα ἤθη ἐποιοῦντο τῶν δηλουμένων τὰς κρίσεις. Ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἐδήλου μὴ δεῖν ἀξιοῦσθαι τῶν μυστηρίων τοὺς μετὰ τὸ βάπτισμα εἰς θάνατον ἁμαρτίαν πεποιηκότας, τοῖς μὲν ἐδόκει πικρὰ καὶ ἀπηνὴς εἶναι τοῦ τοιούτου κανόνος ἡ ἔκθεσις· οἱ δὲ ὡς δίκαιον τὸν κανόνα καὶ ὀρθοῦντα τὴν πολιτείαν ἐδέχοντο. Ἐν τοσούτῳ δὲ τούτου (93) κινουμένου τοῦ ζητήματος, ἐπικαταλαμβάνει τοῦ ἐπισκόπου Κορνηλίου γράμματα, καὶ τοῖς μετὰ τὸ βάπτισμα ἡμαρτηκόσιν ἐπαγγελλόμενα τὴν συγχώρησιν. Οὕτω δὲ ἀμφοτέρων ἐπιστελλόντων τὰ ἐναντία, καὶ ἐκ τῶν θείων ὀχυρούντων ἃ ἑκάτερος ἔλεγεν, ἕκαστος κατ' ἔθος (94) εἰς τοῦτο ἔτρεψεν εἰς ὃ καὶ πρότερον μᾶλλον ἐπέκλινεν. Ὅσοι γὰρ φιλαμαρτήμονες, δραξάμενοι τῆς τότε δοθείσης συγχωρήσεως, καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἐπὶ πάσης ἁμαρτίας αὐτῇ συνεχρήσαντο. Φαίνεται δὲ τὰ Φρυγῶν ἔθνη σωφρονέστερα εἶναι τῶν ἄλλων ἐθνῶν· καὶ γὰρ δὴ καὶ σπανιάκις Φρύγες ὀμνύουσιν. Ἐπικρατεῖ γὰρ τὸ μὲν θυμικὸν παρὰ Σκύθαις καὶ Θρᾳξί· τῷ δὲ ἐπιθυμητικῷ οἱ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον τὴν οἴκησιν ἔχοντες πλέον δουλεύουσι. Τὰ δὲ Παφλαγόνων καὶ Φρυγῶν ἔθνη πρὸς οὐδέτερον τούτων ἐπιῤῥεπῶς ἔχει. Οὐδὲ γὰρ ἱπποδρομίαι, οὐδὲ θέατρα σπουδάζονται

## CAP. XXVIII.

*De Novato, dictisque ab eo Novatianis; et quomodo hi qui Phrygiam incolebant Novatiani, festum Paschæ ad Judaicum morem transtulerint.*

Per idem tempus Novatiani qui Phrygiam incolunt, festum Paschæ diem commutarunt. Id quomodo factum sit, breviter dicam, ubi prius commemoravero qua de causa in provinciis Phrygiæ ac Paphlagoniæ exacta Ecclesiæ illorum regula ac disciplina etiamnum vigeat. Novatus presbyter Ecclesiæ Romanæ, ideo dissidium fecit quod Cornelius episcopus fideles qui tempore persecutionis a Decio imperatore contra Ecclesiam excitatæ, idolis sacrificaverant, in communionem suscepisset. Hanc igitur ob causam cum secessisset, ab episcopis qui idem cum ipso sentiebant ad pontificatum evectus, scripsit ad omnes ubique Ecclesias, ne eos qui dæmonibus immolaverant, ad sacra mysteria admitterent, sed ut hortarentur quidem eos ad pœnitentiam, indulgentiam autem criminum relinquerent Deo, penes quem jus arbitriumque est crimina remittendi. His litteris ad omnes provincias perlatis, singuli pro suis moribus, de his quæ significabantur, tulere judicium. Quod enim ille significaverat, ad sacramentorum communionem admittendos non esse eos qui post baptismum crimen letiferum commisissent, aliis quidem
**250** acerba et immitis videbatur hujus regulæ promulgatio : alii vero hanc regulam ut justam et ad stabiliendam emendatioris vitæ disciplinam inprimis utilem susceperunt. Dum hæc agitatur controversia, supervenerunt litteræ Cornelii Romani pontificis, quæ iis etiam qui post baptismum deliquissent, indulgentiam spondebant. Ita utrisque contraria inter se scribentibus, et sacrarum Litterarum testimonio sententiam suam confirmantibus, unusquisque, ut fieri solet, ad eam partem se contulit, ad quam jam antea suopte ingenio erat propensior. Nam quibus peccare in deliciis erat, hi, arrepta occasione indulgentiæ quæ tum concedebatur, ea in posterum ad omne criminum genus abusi sunt. Porro gens Phrygum temperantior videtur esse reliquis gentibus : nam et raro jurant Phryges. Et Scythæ quidem ac Thraces procliviores sunt ad

### VALESII ANNOTATIONES.

(92) *Ναυάτος πρεσβύτερος*. Sic fere Græci vocant eum qui Novatianus dicebatur. De cujus hæresi consulendus est Eusebius et Epiphanius, et auctor *Quæstionum Veteris ac Novi Testamenti*, et Theodoritus.

(93) *Ἐν τοσούτῳ δὲ τούτου*. Scribendum est procul dubio ἐν τούτῳ δὲ τοσούτου κινουμένου τοῦ ζητήματος, etc. Nec dubito quin Socrates ita scriptum reliquerit.

(94) *Ἕκαστος κατ' ἔθος*. Musculus vertit, *quisque sicut fieri solet*. Christophorsonus vero interpretatur : *ut moris est*. Quod non probo. Neque enim κατ' ἔθος Græci dicunt hoc sensu, sed ὡς ἔθος. Quare malim hoc loco scribere κατ' ἔθνος, quemadmodum legit Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit : *Singuli provincialium diversas sunt secuti sententias*. Idem enim est κατ' ἔθνος ac κατ' ἐπαρχίαν, quod paulo ante posuit Socrates, cum ait : Τοιαύτας τὰς ἐπιστολὰς οἱ κατ' ἐπαρχίαν δεχόμενοι, ubi codex Florentinus scriptum habet κατ' ἐπαρχίας.

### VARIORUM.

[z] *Ναυάτος*. De Novato et Novatiano, quos duos homines fuisse ex Cypriano observavit Beveregius, annot in can., p. 69, vide Euseb., *Hist.*, lib. VI, cap. 43.

Digitized by Google

iracundiam : qui vero ad orientem solem degunt, magis dediti sunt cupiditatibus. Verum Paphlagones et Phryges ad neutrum istorum vitiorum propendent. Nam neque circensium, nec theatralium ludorum hodie admodum studiosi sunt. Atque ob hanc causam, tum isti, tum alii qui idem sentiunt, litteris a Novato tunc scriptis assensisse mihi videntur. Quippe apud illos scortatio instar piaculi habetur. Certe Phryges et Paphlagones modestius quam cujuscunque alterius sectæ homines vivere videmus. Eamdem quoque causam fuisse existimo illis qui Occidentis partes incolunt, et qui Novati sententiam sunt secuti. Cæterum Novatus, licet ob vigorem arctioris disciplinæ sese ab aliis segregaverit, tamen festum Paschæ diem nullatenus immutavit. Eodem enim modo quo Occidentales, etiam ipse Pascha perpetuo celebravit. Porro illi Pascha semper celebrant post æquinoctium, more ipsis antiquitus tradito, jam inde ab eo tempore quo Christiani esse cœperunt. Et ipse quidem postea, principatu Valeriani qui persecutionem adversus Christianos exercuit, martyrio perfunctus est. Ii vero qui ex ejus nomine appellati sunt in Phrygia Novatiani, concessam **251** ejus rei communionem aversantes, circa hoc tempus diem festum Paschæ immutarunt. Pauci quippe et obscuri Novatianorum in Phrygia episcopi, collecta synodo in vico Pazo, ubi fontes amnis Sangarii visuntur, regulam promulgarunt, ut quotannis observaretur quo die

A νῦν παρ' αὐτοῖς. Διό μοι δοκεῖ μᾶλλον ἐπινενευκέναι τούτους τε καὶ τοὺς οὕτω φρονοῦντας, πρὸς τὰ παρὰ Ναυάτου τότε γραφόμενα· ὡς μῦσος γὰρ ἐξαίσιον παρ' αὐτοῖς ἡ πορνεία νομίζεται. Καὶ γὰρ τοὺς οἱασδήποτε ἄλλης αἱρέσεως σωφρονέστερον βιοῦντας Φρύγας καὶ Παφλαγόνας ἔστιν εὑρεῖν. Τὴν δὲ αὐτὴν αἰτίαν καὶ περὶ τοὺς οἰκοῦντας τὰ ἑσπέρια μέρη, καὶ Ναυάτῳ πειθαρχήσαντας, εἶναι νομίζω. Ναυάτος μὲν οὖν, εἰ καὶ περὶ πολιτείας ἀκριβοῦς διεκρίθη, ἀλλ' οὖν γε τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτὴν οὐ μετέθηκεν. Ἀεὶ γὰρ κατὰ τὰ ἑσπέρια μέρη ἐποίει, καὶ οὕτως ἐπετέλεσε (95). Ποιοῦσι δὲ διαπαντὸς οἱ ἐκεῖ μετ' ἰσημερίαν ἀνέκαθεν, ἀφ' οὗ καὶ Χριστιανίζουσιν. Ἀλλ' οὗτος μὲν ὕστερον, ἐπὶ Οὐαλεριανοῦ (96) τοῦ βασιλέως διωγμὸν κατὰ Χριστιανῶν κινήσαντος, ἐμαρτύρησεν. B Οἱ δὲ ἐξ αὐτοῦ ἐν Φρυγίᾳ ἐπώνυμοι, κατὰ τὴν κοινωνίαν τούτου συνεχωρήθησαν (97) ἐκτρεπόμενοι, περὶ τόνδε τὸν χρόνον καὶ τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα μετέθεσαν. Σύνοδον γὰρ ἐν Πάζῳ κώμῃ, ἔνθα τοῦ Σαγγαρίου ποταμοῦ εἰσιν αἱ πηγαί, ποιήσαντες ὀλίγοι τινὲς καὶ οὐκ εὐσημοι τῶν περὶ Φρυγίαν Ναυατιανῶν ἐπίσκοποι, ὅρον ἐκφέρουσιν ὥστε Ἰουδαίους ἐπιτηρεῖν ποιοῦντας τὰ ἄζυμα, καὶ σὺν αὐτοῖς τὴν τοῦ Πάσχα ἐπιτελεῖν ἑορτήν. Ταῦτα ἡμῖν ἀνήγγειλέ τις ἀνὴρ παλαιὸς (98), πρεσβυτέρου μὲν εἶναι λέγων ἑαυτὸν υἱόν· ἅμα δὲ τῷ πατρὶ παρεῖναι τῇ γενομένῃ συνόδῳ, καθ' ἣν οὔτε Ἀγέλιος παρῆν ὁ Κωνσταντινουπόλεως Ναυατιανῶν ἐπίσκοπος, οὐδὲ Μάξιμος ὁ Νικαίας, οὐδὲ ὁ Νικομηδείας, οὐδὲ μὴν ὁ Κοτυαείου·

## VALESII ANNOTATIONES.

(95) *Καὶ οὗτος ἐπετέλεσε*. In codice Sfortiano legitur οὕτως adverbialiter. Sed si vulgatam lectionem retinere voluerimus, quam Epiphanius et Nicephorus confirmant, tum delendum erit verbum ἐποίει, quod neque Epiphanius agnoscit : aut certe scribendum erit, καθὼς τὰ ἑσπέρια μέρη ἐποίει, καὶ οὗτος ἐπετέλεσε, sicut legisse videtur Nicephorus.

(96) *Οὗτος μὲν ὕστερον ἐπὶ Οὐαλεριανοῦ*. Novatiani auctorem sectæ suæ martyrem fuisse jactabant ; qui et librum conscripserunt cui titulus erat *Martyrium Novatiani*. Sed hunc librum mendaciis ac fabulis refertum jampridem confutavit Eulogius episcopus Alexandrinus in libro sexto contra Novatianos, cujus excerpta habentur in *Bibliotheca* Photii. Cæterum in actis illis martyrii Novatiani, non martyrium passus esse dicebatur Novatianus, sed tantum fidem Christi confessus. Ex octo enim presbyteris Ecclesiæ Romanæ, qui erant sub Macedonio episcopo urbis Romæ, septem quidem idolis sacrificasse dicit auctor *Actorum* una cum Macedonio, solum vero Novatum egregio confessionis martyrio perfunctum esse. Cum Novatiano autem tres episcopos, solos fere ex Occidentis partibus, martyrium dixisse, Marcellum scilicet et Alexandrum Aquileiæ episcopos, et Agamemnonem episcopum Portuensem, vel potius Tiburtinum. Qui post illam confessionem separatim degentes, et collectas celebrantes cum Novatiano, communionem eorum fugiebant qui sacrificaverant idolis. Ac paulo post manus imponentes Novatiano, eum episcopum urbis Romæ ordinarunt.

(97) *Κατὰ τὴν κοινωνίαν τούτου συνεχωρήθησαν*. Hic locus mirum in modum corruptus est. Nec recens hoc mendum, sed jam temporibus Epiphanii Scholastici corrupta erant exemplaria ; sic enim vertit Epiphanius : *Hi vero qui ex eo nomen habuerunt, ejusque fuere participes*, etc. Nice- C phorus vero quomodo hunc Socratis locum legerit, incertum est, cum Græca ejus hac in parte desiderentur. Langus tamen, qui Græcum Nicephori codicem viderat, ita vertit : *Qui vero ejus nomine in Phrygia censentur, ab institutis et communione ejus, cum sibi ipsis indulgentes degenerassent, hoc tempore paschale quoque festum mutarunt*. De reliquis interpretibus nihil dico, in quorum versione nihil sani reperies. Ego locum levi mutatione ita restituendum puto : Καὶ τὴν κοινωνίαν τούτου συγχωρηθεῖσαν ἐκτρεπόμενοι, id est, *Ii vero qui ex illius nomine Novatiani dicuntur in Phrygia, permissam ipsis communionem cum reliquis Catholicis in festivitate Paschæ aversantes, circa hæc tempora diem festum Paschæ immutarunt*. Nihil apertius hoc sensu. Ante Valentis tempora Novatiani in Phrygia eodem tempore quo reliqui Catholici Pascha celebraverant. Exinde vero communionem ac societatem Catholicorum in hac etiam parte refugere cœperunt. Porro, etsi judicium Socratis valde D probo, qui causam reddit quamobrem præcipue Phryges Novatianam hæresim amplexi sint, alia tamen ratio ejus rei afferri potest. Novatus enim, seu potius Novatianus, ex Phrygum gente ortus fuisse dicitur, ut scribit Philostorgius in libro VIII : Καὶ τὸν Ναυάτον ἐκ φυλῆς ὁρμᾶσθαι τῶν Φρυγῶν. Quare non mirum est si multos in ea provincia dogmatis sui habuit sectatores.

(98) *Τις ἀνὴρ παλαιός*. Suspicor hunc esse Auxanonem illum longævum, presbyterum Ecclesiæ Novatianorum, cujus testimonio utitur Socrates in lib. I, cap. 10 et 13. Cæterum non omittenda sunt hoc loco Nicephori verba de Socrate nostro : *Hæc sibi renuntiata esse Socrates, qui hoc loco non abhorrere se a Novatianorum institutis palam præ se fert, a sene quodam scribit*, etc. Ego tamen non assentior Nicephoro.

Digitized by Google

ὑπὸ τούτων γὰρ ἡ Ναυατιανῶν θρησκεία μάλιστα κανονίζεται. Ταῦτα μὲν οὖν οὕτως τότε ἐγένετο· διῃρέθη δὲ μικρὸν ὕστερον καὶ ἡ Ναυατιανῶν Ἐκκλησία δι' ἐκείνην τὴν σύνοδον, ὡς κατὰ χώραν ἐροῦμεν· μετιτέον τε ἐντεῦθεν, ἐπὶ τὰ κατ' αὐτὸν τὸν χρόνον ἐν τοῖς ἑσπερίοις γενόμενα μέρεσιν.

A Judæi azyma celebrarent, et una cum illis festum paschale celebraretur. Hæc mihi renuntiata sunt a quodam sene qui se presbyteri filium esse dicebat, et supradictæ synodo una cum patre interfuisse. Cui tamen synodo nec Agelius, Novatianorum apud Constantinopolim episcopus, nec Maximus Nicææ, nec Nicomediæ aut Cotuæi adfuerunt episcopi, licet ab his præcipue regatur Ecclesia Novatianorum. Et hæc quidem tunc temporis gesta sunt ad hunc modum. Sed paulo post Novatianorum Ecclesia propter istam synodum duas in partes divisa est, uti suo loco dicemus. Nunc transeamus ad ea quæ per idem tempus in Occidentis partibus contigerunt.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

*Περὶ Δαμάσου τοῦ Ῥώμης, καὶ Οὐρσίνου, ὅπως δι' αὐτοὺς ταραχῆς καὶ στάσεως ἐν Ῥώμῃ γενομένης, φόνος πολὺς ἐπηκολούθησεν.*

Τοῦ γὰρ βασιλέως Οὐαλεντινιανοῦ ἡσύχως διάγοντος, καὶ οὐδεμίαν σκύλλοντος αἵρεσιν, Δάμασος [a] μετὰ Λιβέριον τὴν τῆς ἐπισκοπῆς ἱερωσύνην ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐδέξατο· ἐφ' οὗ συνέβη (99) ταραχθῆναι τὴν ἐν Ῥώμῃ Ἐκκλησίαν, διὰ τοιαύτην αἰτίαν· Οὐρσῖνός [b] τις τῆς αὐτῆς Ἐκκλησίας διάκονος, ὑπόψηφος γέγονεν, ἡνίκα ἡ ἐπιλογὴ τοῦ ἐπισκόπου ἐγίνετο. Ἐπεὶ οὖν προεκρίθη Δάμασος, μὴ φέρων ὁ Οὐρσῖνος τὴν τῆς ἐλπίδος ἀποτυχίαν, παρασυνάξαι (1) τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐσπούδασε· καὶ πείθει τινὰς ἀσήμους ἐπισκόπους, ἐν παραβύστῳ χειροτονῆσαι αὐτόν. Καὶ χειροτονεῖται οὐκ ἐν ἐκκλησίᾳ, ἀλλ' ἐν ἀποκρύφῳ τόπῳ τῆς βασιλικῆς, τῆς ἐπικαλουμένης Σικίνης. Τούτου δὴ γενομένου, διχόνοια τὸν λαὸν ἐκράτησεν. Ἐστασίαζον οὖν πρὸς ἑαυτοὺς, οὐ διά τινα πίστιν ἢ αἵρεσιν, ἀλλὰ περὶ τοῦ μόνον τίς ὀφείλει τοῦ ἐπισκοπικοῦ θρόνου ἐγκρατὴς γενέσθαι. Ἐντεῦθεν δὲ συμπληγάδες τῶν ὄχλων ἐγίνοντο· ὥστε καὶ ἐκ τῆς παρατριβῆς πολλοὺς ἀποθανεῖν, καὶ διὰ τοῦτο πολλοὺς λαϊκούς τε καὶ κληρικοὺς ὑπὸ τοῦ τότε ἐπάρχου Μαξιμίνου (2) τιμωρηθῆναι, καὶ οὕτω τὸν τότε Οὐρσῖνον

## CAP. XXIX.

*De Damaso Romano episcopo, et Ursino; et quomodo, seditione Romæ propter illos facta, plurimi interfecti sunt.*

Cum imperator Valentinianus in summa tranquil-B litate degeret, nulli sectæ ac religioni molestiam exhibens, Romæ Damasus post Liberium episcopatus administrationem suscepit. Sub quo Romanæ Ecclesiæ gravis orta est perturbatio, hujusmodi ex causa: Ursinus quidam ejusdem Ecclesiæ diaconus, cum de eligendo episcopo ageretur, inter alios nominatus fuerat. Qui cum Damasum sibi prælatum videret, ægre ferens quod spe sua excidisset, seorsum ab ecclesia conventus agere instituit; et obscuris quibusdam episcopis persuasit ut ipsum in occulto ordinarent. Ordinatus est itaque, non in ecclesia, sed in secreto loco basilicæ quæ Sicinii vocatur. Quod factum maximam dissensionem inter cives excitavit. **252** Dissidebant autem non ob fidem, aut propter aliquam hæresim, sed de hoc C tantum, uter illorum episcopalem sedem obtinere deberet. Hinc crebra utrinque jurgia et conflictus vulgi exstitere, adeo ut ex ea concertatione plurimi interierint. Quam ob causam multi, tum clerici, tum laici, a Maximino tunc præfecto urbis suppli-

## VALESII ANNOTATIONES.

(99) *Ἀφ' οὗ συνέβη*. Scribendum omnino est ἐφ' οὗ, ut legitur in codice Florentino et apud Nicephorum.

(1) *Παρασυνάξαι*. Verbum elegans ad significandos conventus schismaticorum, qui altare contrarium altari erigere dicuntur. Hinc derivatur *παρασυναγωγή*, genus schismatis de quo loquitur Basilius in Epistola canonica ad Amphilochium de baptismo hæreticorum. Verba Basilii hæc sunt: Παρασυναγωγὰς δὲ τὰς παρασυνάξεις, τὰς παρὰ τῶν ἀνυπευθύνων πρεσβυτέρων καὶ ἐπισκόπων, ἢ παρὰ τῶν ἀπαιδεύτων λαῶν γινομένας.

(2) *Ὑπὸ τοῦ τότε ὑπάρχου Μαξιμίνου*. Sumpsit D hæc Socrates ex Rufini lib. II *Historiæ Ecclesiasticæ*, qui de Ursini schismate loquens ita dicit: *Quæ res factione Maximini præfecti, sævi hominis, ad invidiam boni et innocentis versa est sacerdotis, ita ut causa ad clericorum usque tormenta duceretur.* Eo quidem anno quo Ursinus suum schisma conflavit, non Maximinus, sed Juventius præfectus urbi fuit, ut testatur Ammianus Marcellinus in lib. XXVII. Sed cum hoc schisma multos annos duraverit, fieri potest ut Maximinus præfectus annonæ de eodem negotio cognoverit, et nonnullos clericorum tormentis affecerit. Fuit autem hic Maximinus præfectus annonæ anno septimo Valentiniani, ut scribit Hieronymus in *Chronico*. De eodem multa habet Marcellinus.

## VARIORUM.

[a] *Δάμασος*. Damasus, Antonii cujusdam filius, gente Hispanus, patria ex Mantua Carpetanus, quem tamen alii Tarraconensem, alii ex Lusitanis Egeditanum fuisse volunt: Ecclesiæ Romanæ sub Liberio diaconus, deinde presbyter, denique episcopus anno 366 (scribe cum Pagio et Vales. 367) constitutus, alia interim factione Ursinum sive Ursicinum diaconum Romæ episcopum ordinante. Magna utrinque contentione et multo sanguine res acta est; adeo ut uno die, notante Ammiano, lib. XXVII, cives CXXXVII occisi sunt. Victo demum fugatoque Ursicino, Damasus sedem quietam tenuit. (Guil. Cave, ad ann. 366.)

[b] *Οὐρσῖνος*. Ita in codice Regio, Valent. et Colb. nominatur. Neque aliter eum appellant Hieronymus et Cassiodorus. Accedunt epistolæ concilii Aquileiensis et concilii Romani a Jac. Sirmundo editæ, in quibus Ursinus dicitur, ut et apud Rufinum. Valesius, *Not. in Ammian.* lib. XXVII, cap. 3, ubi etiam legit: *Ursinus*. Doctiss. tamen dom. Du Pin, Caveus, et Pagius *Ursicinus* malunt.

Digitized by Google

cio affecti sunt. Atque ita tum Ursinus a conatu suo abstinuit, tum qui illius partes sequebantur, penitus quieverunt.

## CAP. XXX.

*Quomodo post mortem Auxentii Mediolanensis episcopi, cum orta esset seditio ob electionem futuri antistitis, Ambrosius præses provinciæ, qui ad sedandum tumultum cum militari manu perrexerat, communi omnium suffragio, et ipsius Valentiniani imp. consensu, episcopus factus est.*

Sub idem tempus Mediolani aliud quiddam contigit memoratu dignissimum. Mortuo enim Auxentio Ecclesiæ illius episcopo, qui ab Arianis fuerat ordinatus, iterum Mediolanenses in eligendo episcopo tumultuari cœpere : magnaque inter illos contentio excitata est, aliis alium eligere studentibus. Cumque ob id conflata esset seditio, rector provinciæ qui consularis dignitatem gerebat, nomine Ambrosius, veritus ne ex eo tumultu mali quidpiam civitas pateretur, ad ecclesiam contendit, eo consilio ut tumultum sedaret. Postquam populus ad ejus conspectum conquievisset, et ille longa atque utili exhortatione vesanos multitudinis impetus repressisset, repente omnes in unam sententiam conspirant, et Ambrosium episcopatu dignum esse vociferantur, eumque sibi postulant ordinari : ita demum populum **253** ad unitatem esse rediturum, et eamdem de fide amplexurum sententiam. Igitur cum episcopi qui aderant, istam populi consensionem divino quodam nutu factam esse judicavissent, absque mora Ambrosium comprehendunt. Et postquam sacro eum lavacro initiassent, adhuc enim erat catechumenus, ad episcopatus dignitatem parant promovere. Sed quoniam Ambrosius libenti quidem animo baptismum susceperat, sacerdotium vero omnibus modis detrectabat, episcopi rem ad Valentinianum imperatorem referunt. Imperator consensionem populi admiratus, Deique opus esse agnoscens id quod evenerat, rescripsit episcopis ut obsequerentur Deo qui illum ordinari jussisset : Dei namque potius quam hominum suffragio illum esse designatum. Ad hunc modum ordinato Ambrosio, Mediolanenses, qui prius inter se divisi fuerant, ejus interventu ad unitatem redierunt.

A παύσασθαι τῆς ἐπιχειρήσεως, καὶ κατασταλῆναι τοὺς βουληθέντας ἀκολουθῆσαι αὐτῷ.

## ΚΕΦΑΛ. Λ'.

*Ὡς τοῦ Μεδιολάνων ἐπισκόπου Αὐξεντίου τελευτήσαντος, καὶ στάσεως ἐπὶ τῇ ἐκλογῇ τοῦ μέλλοντος χειροτονηθῆναι γενομένης, Ἀμβρόσιος ὁ τοῦ ἔθνους ἔπαρχος, τὴν στάσιν μετὰ στρατιωτικῆς χειρὸς καταπαύων, ψήφῳ κοινῇ, καὶ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως Οὐαλεντινιανοῦ συναινέσαντος, πάντων προεκρίθη τῆς Ἐκκλησίας πρόεδρος.*

Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ ἕτερον μνήμης ἄξιον ἐν τῇ Μεδιολάνῳ συνέβη γενέσθαι. Τελευτήσαντος γὰρ τοῦ ἐν αὐτῇ ἐπισκόπου Αὐξεντίου (3), ὃς ὑπὸ τῶν Ἀρειανῶν κεχειροτόνητο, πάλιν οἱ ἐν τῇ B Μεδιολάνῳ περὶ ἐπιλογῆς ἐπισκόπου ἐταράσσοντο· πολλή τε ἦν αὐτοῖς ἡ φιλονεικία, ἄλλων ἄλλον προβάλλεσθαι σπευδόντων. Ὡς δὲ περὶ τούτου στάσις ἐγίνετο, εὐλαβηθεὶς ὁ τῆς ἐπαρχίας ἄρχων, τὸ ὑπατικὸν ἔχων ἀξίωμα, ᾧ ἦν ὄνομα Ἀμβρόσιος [c], μήπως ἐκ τῆς ταραχῆς ἄτοπόν τι κατὰ τὴν πόλιν γένηται, εἰστρέχει εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ὡς καταπαύσων τὴν στάσιν. Ὡς δὲ ἐκεῖ γενομένῳ ὁ λαὸς ἡσυχίαν παρέσχε, πολλά τε λυσιτελοῦντα παραινῶν, κατέστελλε τὰς ἀλόγους τοῦ πλήθους ὁρμὰς, αἰφνίδιος μία συμφωνία τῶν πάντων ἐγίνετο· καὶ ἐβόων Ἀμβρόσιον ἄξιον εἶναι τῆς ἐπισκοπῆς, αὐτόν τε χειροτονεῖσθαι πάντες ἠξίουν· οὕτω γὰρ μόνως ἕνωσίν τε ἕξειν τὸν λαὸν, καὶ στέρξειν τὴν περὶ τὴν πίστιν ὁμόνοιαν. Ἐπεὶ δὲ ἔκ τινος θείου ἡ ὁμοφωνία τοῦ λαοῦ γενέσθαι τοῖς C παροῦσιν ἐπισκόποις ἐφαίνετο, μηδὲν ὑπερθέμενοι, συλλαμβάνουσι τὸν Ἀμβρόσιον. Καὶ βαπτίσαντες, κατηχούμενος γὰρ ἦν, εὐθὺς πρὸς τὴν τῆς ἐπισκοπῆς ἱερωσύνην προχειρίζεσθαι ἔμελλον. Ἐπεὶ δὲ Ἀμβρόσιος τὸ μὲν βάπτισμα ἡδέως ἐδέξατο, πολὺς δὲ ἦν τὴν ἱερωσύνην παραιτούμενος, γνωρίζουσι τῷ βασιλεῖ Οὐαλεντινιανῷ τὰ γενόμενα. Ὁ δὲ βασιλεὺς θαυμάσας τὴν τοῦ λαοῦ ὁμόνοιαν, Θεοῦ τε ἔργον εἶναι γνοὺς τὸ γενόμενον, ἐδήλου τοῖς ἐπισκόποις, ὑπουργεῖν τῷ Θεῷ κελεύοντι χειροτονεῖν· Θεοῦ γὰρ μᾶλλον, ἢ ἀνθρώπων εἶναι τὴν ψῆφον τὴν ἐπ' αὐτῷ. Τοῦτον τὸν τρόπον καταστάντος Ἀμβροσίου, οἱ ἐν Μεδιολάνῳ πρότερον διεστῶτες, δι' αὐτὸν τότε ἡνώθησαν.

### VALESII ANNOTATIONES.

(3) *Τελευτήσαντος γὰρ.... Αὐξεντίου.* Hæc pene ad verbum transcripsit Socrates ex Rufini lib. II *Historiæ.* Eumdem enim ordinem servat quem Rufinus, post ordinationem Damasi continuo subjungens Ambrosii promotionem. Verum licet Rufinus ac Socrates has duas ordinationes, velut eodem tempore factas conjunxerint, multum tamen tem- D poris inter utramque ordinationem intercessit. Nam Damasus quidem pontificatum iniit Lupicino et Jovino consulibus, anno Christi 367; Ambrosius vero ad episcopatum Mediolanensem evectus est anno Christi 374, Gratiano tertio et Equitio consulibus, ut ex Hieronymi *Chronico* observavit Baronius.

### VARIORUM.

[c] *Ἀμβρόσιος.* Ambrosius, origine Romanus, ortu Gallus, nobili et splendida familia natus est anno 333. Patrem habuit Ambrosium, tunc temporis Galliarum prætorio præfectum; quem Arelate, Galliæ Narbonensis metropoli, domicilium habuisse probabile est. In cunis adhuc vagientis, et aperto ore in area prætorii dormientis pueri subito insedit ori examen apum; quæ cum ingrediendi egrediendique vices frequentassent, in sublime tandem evolarunt. Quo viso pater juxta deambulans : *Si vixerit,* inquit, *infantulus iste, aliquid magni erit.* Puer adhuc cum Romæ ageret,

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

### Περὶ τῆς τελευτῆς Οὐαλεντινιανοῦ.

Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς, Σαυροματῶν ἐπεξελθόντων τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ, ἐπ' αὐτοὺς ἐχώρει μετὰ πλείστης παρασκευῆς. Ταύτην οὐκ ἤνεγκαν τὴν παρασκευὴν ἀκούσαντες οἱ βάρβαροι· ἀλλὰ πρεσβευσάμενοι πρὸς αὐτὸν, ᾐτοῦντο ἐπὶ συνθήκαις εἰρήνης τυχεῖν. Τῶν πρέσβεων δὲ εἰσελθόντων, καὶ φανέντων οὐκ ἀξιοπρεπῶν, ἠρώτησεν εἰ τοιοῦτοι Σαυρομάται πάντες εἰσίν. Ἀποκριναμένων δὲ τῶν πρέσβεων, τοὺς ἀρίστους Σαυροματῶν ἥκειν πρὸς αὐτὸν, πληροῦται θυμοῦ Οὐαλεντινιανὸς, καὶ μέγα βοῶν ἔλεγε· κακῶς πράττειν τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν περιελθοῦσαν εἰς αὐτὸν, ὅπου τοιοῦτο γένος τῶν βαρβάρων εὐτελὲς οὐκ ἀγαπᾷ παρ' ἑαυτῷ μένειν σωζόμενον, B ἀλλ' ὅπλα αἱρεῖται, καὶ Ῥωμαίων ὅρους πατεῖ, καὶ εἰς πόλεμον θρασύνεται. Καὶ τοσοῦτον ἐν τῇ βοῇ διασπαράξας ἔτυχεν ἑαυτὸν, ὥστε πᾶσαν μὲν ἀναστομωθῆναι φλέβα, πᾶσάν τε ἀρτηρίαν διαῤῥαγῆναι. Καὶ οὕτως αἵματος ἐκδοθέντος, τελευτᾷ [d] ἐν φρουρίῳ ᾧ προσωνυμία Βεργιτίων, μετὰ τὴν ὑπατείαν Γρατιανοῦ τὸ τρίτον καὶ Ἐκοιτίου, περὶ τὴν ἑπτακαιδεκάτην τοῦ Νοεμβρίου [e] μηνός· ζήσας ἔτη νδ', βασιλεύσας ἔτη δεκατρία [f]. Τελευτήσαντος οὖν Οὐαλεντινιανοῦ, οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν στρατιῶται ἕκτῃ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν τελευτὴν, τὸν ὁμώνυμον τῷ πατρὶ Οὐαλεντινιανὸν [g] νέαν ἄγοντα κομιδῇ τὴν ἡλικίαν, C βασιλέα ἀνηγόρευσαν ἐν Ἀκίνκῳ πόλει τῆς Ἰταλίας (1).

A

## CAP. XXXI.

### *De obitu Valentiniani.*

Postea vero cum Sarmatæ in Romanorum fines incursionem fecissent, imperator cum ingentibus copiis contra eos expeditionem movit. Cujus rei nuntio territi barbari, missa ad eum legatione pacem sub conditionibus postularunt. Legati in consistorium introducti, cum imperatori viles admodum abjectique viderentur, sciscitatus est imperator utrum omnes Sarmatæ essent ejusmodi. Cumque respondissent legati, totius gentis nobilissimos ad ipsum venisse, Valentinianus ira excanduit : vocemque altius attollens, malo quodam fato principem se factum esse dixit imperii Romani, quando hujusmodi barbarorum gens, adeo vilis et contempta, suis se finibus minime contineret, nec satis haberet salutem suam in tuto collocare, sed ultro arma caperet, et Romanorum fines calcaret, et ad bellum usque inferendum prorumperet. Atque in tantum semetipse distendit vociferando, ut et venas omnes aperiret, et arterias disrumperet. Ad hunc modum erumpente sanguinis copia interiit in castello Brigitione, post consulatum Gratiani tertium et Equitii, die quintodecimo Kalendas Decembris, cum vixisset annis quatuor et quinquaginta, imperasset autem tredecim. Mortuo itaque Valentiniano, milites qui in Italia erant, sexto post mortem ejus die, filium ei

## VALESII ANNOTATIONES.

(1) *Ἐν Ἀκίνκῳ πόλει τῆς Ἰταλίας.* Duplex error, alter librariorum, alter Socratis. Sed errorem quidem librariorum facile sustulimus ex auctoritate codicum nostrorum Florentini ac Sfortiani. Socratis vero errorem hic notasse sufficiet, qui Acincum urbem Italiæ vocat, quæ fuit Pannoniæ.

## VARIORUM.

et matrem viduam una cum sorore ejusque comite, episcopi manum osculantem videret, ipse iis dextram obtulit, lepide dicens, *sibi id ab iis fieri oportere*, siquidem episcopum se futurum esse memorabat. Omni sæcularium litterarum genere perpolitus, causas in auditorio præfecturæ prætorii tanta eloquentia egit, ut Probus prætorii præfectus eum sibi consiliarium asciverit, mox etiam insignia consularia ei detulerit, commissis ipsius regimini Liguria et Æmilia provinciis, eique proficiscenti mandata dedit his verbis : *Vade, age non ut judex, sed ut episcopus.* Provinciam ingressus, Mediolani lares fixit, donec anno 374, mortuo Auxentio ejusdem urbis episcopo, et de novi episcopi D electione acriter contendentibus, hinc Catholicis, inde Arianis, cum res jam in nervum eruptura esset, adest Ambrosius, ut auctoritate sua paci publicæ consuleret ; cum subito vox quasi infantis in populo audita est, *Ambrosium episcopum.* Voci acclamarunt, calculisque suis approbarunt episcopi et populus astantes. (Guil. Cave, ad ann. 374.) Vide Sozom., lib. VI, cap. 24; Theodorit., *Hist.*, lib. IV, c. 6 ; Rufin., lib. II, c. 11; præcipue vero Paulin., *Vit. D. Ambrosii.* Docliss. Ant. Pagi et Du Pin Ambrosium existimant natum fuisse ann. 340. De Auxentio vide supra, lib. II, cap. 37.

[d] *Καὶ οὕτως αἵματος ἐκδοθέντος τελευτᾷ.* Eadem fere de causa et modo mortis Valentiniani tradunt Ammianus, lib. XXX, cap. 6, et Zosimus, lib. IV.

[e] *Περὶ τὴν ἑπτακαιδεκάτην τοῦ Νοεμβρίου.* Idatius in *Fastis* ad annum 375 hæc habet : *Diem functus Valentinianus senior* XV *Kal. Decemb. in castello Virgitione. Et levatus est Valentinianus junior Aug. filius Aug. Valentiniani ab exercitu in tribunali, die* X *Kal. Decemb. in civitate Acinco,* aliis Aquinco, quam Cluverius Budam esse autumat (alii *Cepol* ad Danubium). Ammianus, lib. XXX, cap. 6, ait mortuum esse Valentinianum *anno ætatis quinquagesimo quinto, imperii minus centum dies secundo et decimo.* Ex quo liquet Ammianum emortualem diem non excludere, scil. XVII Novembris; recteque Socratem, lib. IV, cap. 1, scripsisse, Valentinianum die vigesima quinta Februarii dictum esse imperatorem ; cum a die XVII Novembris anni 375, ad XXV Februarii anni sequentis, dies centum numerentur, die XXV, quo Valentinianus electus, excluso : sequens enim annus bissextilis fuit. (Ant. Pagi, ad ann. 375, n. 2.)

[f] *Βασιλεύσας ἔτη δεκατρία.* Imo non totos annos duodecim, ut recte Zosimus, lib. IV ; deerant enim tres menses et aliquot dies : imperium scil. auspicatus est Valentinianus Febr. 26 ann. 364, mortuus est Novemb. 17 ann. 375. W. LOWTH.

[g] *Τὸν ὁμώνυμον τῷ πατρὶ Οὐαλεντινιανόν.* Quem tunc quadrimum memorant Marcellinus, Victor in *Epitome*, et Zonaras : Zosimus certe vix quinquennem fuisse dicit. Verum quidem est plures annos ei Baronium attribuere, quod existimet eum esse Valentinianum illum qui anno 366 in lucem prodiit, quique non multo post, Victore collega, consulatum gessit. At hunc errorem refutavit Ant. Pagi, ad ann. 366, n. 6, ostenditque Valentinianum illum Dominicæ et Valentis filium

Digitized by Google

cognominem Valentinianum admodum puerum, imperatorem **254** renuntiarunt in oppido Italiæ Acinco. Quod ubi nuntiatum est imperatoribus, ægre tulerunt ambo, non quod Valentinianus junior, qui alterius frater, alterius nepos ex fratre erat, imperator factus fuisset : sed quod inconsulto utroque renuntiatus fuisset, quem ipsi erant renuntiaturi. Uterque tamen imperio ejus consensit. Ad hunc igitur modum Valentinianus junior in locum patris sui est subrogatus. Sciendum porro est, hunc Valentinianum natum esse ex Justina Augusta, quam Valentinianus senior superstite adhuc Severa priore conjuge, duxit tali de causa : Justus pater Justinæ qui Constantii temporibus Picenum provinciam administrarat, visus est sibi in somnis imperialem purpuram a dextro latere parere. Id somnium cum aliis multis evulgatum fuisset, tandem ad aures pervenit Constantii. Is somnii significationem conjiciens, futurum scilicet ut ex Justo imperator nasceretur, misso percussore hominem interfecit. Justina igitur parente orbata, virgo diu permansit. Progressu vero temporis, Severæ Valentiniani imperatoris conjugi innotescere cœpit, et frequenter cum Augusta versabatur. Cumque crevisset familiaritas, simul etiam cum ea lavabatur. Severa itaque cum Justinam secum lavantem vidisset, admirata est virginis pulchritudinem, et imperatori de ea renuntiavit : Justi filiam virginem esse dicens tanta corporis venustate præditam, ut ipsa licet mulier, ejus forma nihilominus capta sit. Imperator vero, cujus animo penitus infixus hæserat conjugis

Καὶ τούτου διαγγελθέντος, ἠγανάκτουν οἱ βασιλεῖς, οὐχ ὅτι γέγονε τοῦ μὲν ἀδελφὸς, τοῦ δὲ ἀδελφιδοῦς βασιλεύς· ἀλλ' ὅτι παρὰ γνώμην ἀμφοτέρων ἐχειροτονήθη, ὃν αὐτοὶ χειροτονεῖν ἔμελλον. Ὅμως δὲ ἀμφότεροι σύμψηφοι τῆς βασιλείας ἐγένοντο. Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ὁ νέος Οὐαλεντινιανὸς ἱδρύθη εἰς τὸν τόπον τοῦ ἰδίου πατρός. Ἰστέον δὲ ὅτι Οὐαλεντινιανῷ ἐγεγόνει οὗτος ἐξ Ἰουστίνης, ἣν ἐπέγημεν ζώσης αὐτοῦ τῆς προτέρας γυναικὸς Σευήρας, δι' αἰτίαν τοιάνδε· Ἰοῦστος ὁ Ἰουστίνης πατὴρ, τῆς περὶ Πικίνον ἐπαρχίας ἤδη πρότερον ἐπὶ τῶν Κωνσταντίου χρόνων ἄρχων καθεστὼς, ἴδεν ὄναρ, ὡς ἐκ τοῦ δεξιοῦ μέρους ἁλουργίδα βασιλικὴν ἀπεκύησε. Τὸ δὲ ὄναρ εἰς πολλοὺς λεχθὲν, ἧκει καὶ εἰς τὰς ἀκοὰς Κωνσταντίου. Ὁ δὲ συμβαλὼν τὸ ὄναρ, ὡς βασιλέως ἐξ αὐτοῦ τεχθησομένου, πέμψας ἀναιρεῖ τὸν Ἰοῦστον· ἡ δὲ αὐτοῦ θυγάτηρ Ἰουστῖνα ἀπορφανισθεῖσα τοῦ πατρὸς ἔμεινε, παρθένος οὖσα [h]. Χρόνῳ δὲ ὕστερον τῇ γαμετῇ τοῦ βασιλέως Οὐαλεντινιανοῦ Σευήρᾳ γνωρίμη καθίσταται, καὶ συνεχεῖς ἐποιεῖτο πρὸς τὴν βασίλισσαν τὰς συντυχίας. Ἐπεὶ δὲ ἐκρατύνθη ἡ συνήθεια, ἤδη καὶ συνελούετο αὐτῇ. Ὡς οὖν ἴδεν αὐτὴν λουομένην τὴν Ἰουστῖναν ἡ Σευήρα, ἠράσθη τοῦ κάλλους τῆς παρθένου. Καὶ πρὸς τὸν βασιλέα διεξῄει περὶ αὐτῆς, ὡς οὕτως εἴη θαυμαστὸν ἔχουσα κάλλος ἡ παρθένος ἡ τοῦ Ἰούστου θυγάτηρ, ὡς καὶ αὐτὴν, καίτοι γυναῖκα οὖσαν, ἐρασθῆναι τῆς εὐμορφίας αὐτῆς. Ὁ δὲ βασιλεὺς ταμιευσάμενος τὸν τῆς γυναικὸς λόγον, ἀγαγέσθαι τὴν Ἰουστῖναν ἐβουλεύσατο, μὴ ἐκβαλὼν τὴν Σευήραν, ἀφ' ἧς αὐτῷ Γρατιανὸς ἐγεγόνει, ὃν μικρὸν ἔμπροσθεν ἀνηγορεύκει βασιλέα. Νόμον οὖν ὑπαγορεύσας (5), δημοσίᾳ προτίθησι κατὰ πόλεις, ὥστε

## VALESII ANNOTATIONES.

(5) *Νόμον οὖν ὑπαγορεύσας*. Hujus legis Valentiniani nulla usquam fit mentio. Sed nec Ammianus Marcellinus, qui res Valentiniani accurate commemoravit, hujus legis meminit in suis libris. Certe hujusmodi lex nequaquam convenire mihi videtur Valentiniano, principi serio et Christiano. Tota igitur hæc narratio de Justinæ conjugio dubiæ fidei mihi videtur.

## VARIORUM.

fuisse, et hoc tempore, ut videtur, jam obiisse : Valentinianum vero, qui Valentiniano seniori successit, filium fuisse ejusdem Valentiniani ex Justina secunda ejus uxore. Vide eumd. Pagi, ad ann. 375, n. 5, et Vales. in Socratis lib. III, cap. 10.

[h] *Παρθένος οὖσα*. Tota hæc de Justina narratio Valesio suspectæ fidei est, nec immerito. Rationibus a Valesio adductis illa etiam adjici potest, Justinam hanc non fuisse virginem, sed Magnentio tyranno prius nuptam, teste Zosimo. W. Lowth. Baronius totam narrationem exsibilat, tanquam anilem fabellam, ob has rationes :

1. « Unde, quæso, Socrati, Justinam fuisse virginem, cum eam Valentinianus accepit in conjugem, quam constat uxorem fuisse Magnentii tyranni? Testatur id quidem inter hujus temporis scriptores Zosimus, lib. IV, qui certe quo non pretio redemisset, ut in Christianum imperatorem proxime succedentem post Julianum, quem in odium Christianæ religionis adeo celebrat, potuisset tantum facinus exprobrare? Et quid dicemus de Ammiano, æque gentili, et in Christianos principes parum æquo, qui tamen nihil adeo celebrat in Valentiniano atque commendat, ac castitatem? Sed ejus verba reddamus ex lib. XXX, cap. 9 : *Omni pudicitiæ cultu domi castus et foris, nullo contagio conscientiæ violatus obscenæ nihil incestum : hancque ob causam tanquam retinaculis petulantiam frenarat aulæ regalis*, etc. Hæc ad finem Vitæ ipsius Ammianus. Appello nunc rectum eruditorum omnium sanumque judicium : Potuissentne hæc de Christiano principe a scriptoribus in Christianam religionem infensis adeo prædicari, si Valentinianus fuisset publica illa obscenitate pollutus, quam scimus a Romanorum rerum historicis in barbaris esse derisam, et in Romano imperatore id tentatum magnopere improbatam?

2. « At quomodo non magis iidem scriptores ethnici pudendum scelus voce præconis in una quaque civitate Romani imperii proclamatum fuissent invectivis gravissimis insectati? cum non solum id minime fecisse reperiantur, sed contra potius virtutem illam domi forisque lucentem, perspicuam conspicuamque omnibus factam, nulla valentem offundi caligine, castitatem tanti principis tanto præconio efferant, quanto sciam nec antea nec postea quemquam eo nomine ab eis esse laudatum, cum alioqui si talia perpetrasset, turpior videri potuisset Commodo et Heliogabalo, qui licet impurissimi, nunquam tamen hujusmodi facinus pertentassent. Et quidem honestiores illo Valerianus et Gallienus imperatores, qui suis legi-

Digitized by Google

ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ δύο νομίμους ἔχειν γυναῖκας. Καὶ ὁ μὲν νόμος προέκειτο. Ὁ δὲ ἄγεται τὴν Ἰουστίναν, ἀφ' ἧς αὐτῷ γίνεται Οὐαλεντινιανός τε ὁ νέος, καὶ θυγατέρες τρεῖς, Ἰούστα, Γράτα, Γάλλα. Ὧν αἱ μὲν δύο παρθενεύουσαι διετέλεσαν. Γάλλαν δὲ ὕστερον βασιλεὺς ἔγημε Θεοδόσιος ὁ μέγας, ἀφ' ἧς αὐτῷ Πλακιδία θυγάτηρ ἐγένετο. Ἀρκάδιον γὰρ καὶ Ὀνώριον ἐκ Πλακίδης (6) ἔσχεν τῆς προτέρας γυναικός. Περὶ μὲν οὖν Θεοδοσίου καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, κατὰ τὴν ἑκάστου χώραν ἐροῦμεν.

sermo, consilium iniit de Justina uxore ducenda; ita tamen ut Severam non repudiaret, ex qua filium habebat Gratianum, quem paulo ante Augustum nuncupaverat. Legem igitur a se dictatam publice per singulas civitates proposuit, ut cuivis liceret duas simul uxores legitimas habere. Et lex quidem ita proposita est. Ipse vero Justinam duxit uxorem, ex qua Valentinianum juniorem suscepit, tresque præterea filias : Justam, Gratam et Gallam. Quarum priores quidem duæ in virginitatis proposito perseverarunt; Galla vero imperatori Theodosio seniori postmodum nupta est, ex qua ille Placidiam filiam sustulit. Arcadium siquidem et Honorium ex Flaccilla priore conjuge susceperat. Verum de Theodosio ejusque liberis, suo loco sigillatim dicemus.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΒʹ.

*Περὶ Θεμιστίου τοῦ φιλοσόφου· καὶ ὡς ἐκ τοῦ προσφωνητικοῦ αὐτοῦ λόγου δυσωπηθεὶς Οὐάλης, μικρόν τι τὸν κατὰ Χριστιανῶν ἐμετρίασε θάνατον.*

Οὐάλης δὲ ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ διάγων, ἀπὸ μὲν τῶν ἔξω πολέμων τέως ἡσύχαζε. Πανταχόθεν γὰρ οἱ βάρ-

## 255 CAP. XXXII.

*De Themistio philosopho, et quomodo Valens ejus oratione lenitus, de persecutione Christianorum aliquantulum remisit.*

Interea Valens Antiochiæ degens, ab exteris quidem bellis liber ac vacuus erat. Quippe omnes

### VALESII ANNOTATIONES.

(6) *Ἐκ Πλακίδης*. Flaccilla dicitur ab Epiphanio Scholastico, rectius. Sic enim nummi veteres eam appellant. Sed mirum est Græcos in hoc nomine fere hallucinari. Supra enim observavimus, Πλάκιτον dici a Socrate non semel pro Flaccillo, qui fuit Antiochensis episcopus. Porro hæc Flaccilla filia fuit Antonii, ejus qui consul fuit cum Syagrio, ut docet Themistius in gratiarum actione ad Theodosium ob pacem factam cum Gothis.

### VARIORUM.

bus duas simul habentes uxores notarunt infamia. Quin et Valentiniano puriores ac justiores dicendi Diocletianus et Maximianus Augusti, qui hæc rescripsisse reperiuntur ad Sebastianum : *Neminem, qui sub ditione sit Romani nominis, binas uxores habere posse, vulgo patet; cum etiam in edicto prætoris hujusmodi viri infamia notati sint. Quam rem competens judex inultam esse non patiatur.* Hæc ipsi.

3. « At quantum revera exsecrabilis fuerit Christianis principibus ejusmodi polygamia, docuit Theodosius imperator, qui post Valentinianum cum Gratiano regnavit; nam ejusmodi scelus sic persecutus est, ut correxerit in externis : prohibuit enim Judæos duas simul habere uxores (lib. VII, c. *De Judæis*) : quod multo magis emendasset in Christianis, si talibus invenisset sordibus inquinatos : quorum innumera tunc plane multitudo fuisset, si, quod vult Socrates, imperator lata per orbem lege carnis immunditiis laxasset habenas, imo et nefandæ licentiæ justo prætextu viam aperuisset. Sed et quem tunc oportuisset concitatum esse per universum Romanum imperium tumultum, cum abrogata turpi lege a successoribus imperatoribus, quæ secundo loco ductæ erant uxores, dimittendæ fuissent? Cum tamen nulla de his vel levis memoria habeatur, quod scilicet hæc omnia falso essent asserta.

4. « Sed et quonam modo, quæso, res toto Romano imperio diffamata, non nisi uni qui post hæc tempora vixit, innotuit Socrati? Ex eo enim cæteri descripsere, Paulus diaconus, Zonaras, qui uno eodemque tempore duas Valentinianum tradunt habuisse uxores, atque Nicephorus, et si qui alii, qui inconsulte nimis prævium ducem cæcum secuti sunt. Non hæc Hieronymus, Orosius, non Severus, et alii plures Latini qui his temporibus claruere scriptores, hujus ætatis eventa scribentes : neque penes Græcos Sozomenus vel Theodoritus, qui ejusdem imperatoris res gestas prosecuti sunt; qui de his ne verbum quidem vel nutum minimum edidere. Plus sane quam millies necessitas poposcisset hujus sæculi Latinos ecclesiasticos tractatores ejusmodi a Valentiniano editæ legis meminisse, Hieronymum, Ambrosium et Augustinum, cum eos de polygamia frequenter disputare contigerit, et illud Pauli ad Timotheum Epist. I, cap. III, sæpe sæpius reciprocare, *unius uxoris virum*, si aliquando edita illa fuisset; cujus quidem apud eos nec vel levis mentio reperitur; cum alioqui penes Hieronymum, epist. 49, Valentinianum ipsum, ut austerum nimis vindicem violatæ castitatis videas in crimen adduci, dum agit de muliere septies icta. Sed et Ammianus, lib. XXVIII, fidem facit sub ejus imperio complures virgines et nuptas adulterii Romæ esse damnatas.

5. « At si cessarent hæc omnia, illud unum satis ad ejusmodi explodendum commentum. Passurusne fuisset Damasus papa, laturive id reliqui catholicæ communionis episcopi, a Christiano imperatore promulgari legem qua solveretur penitus Christianæ disciplinæ censura, atque hæresis sanciretur? Quorum causa obtinendum erat omnibus, ut generalibus coactis conciliis, adversaria decreta ederentur, legarenturque episcopi, qui velut Joannes Herodem, redarguerent imperatorem. At de his ne levis quidem rumusculus : cum alioqui, si vera fuissent, totus commovendus fuisset catholicus orbis.

« Cesset igitur de infami lege suspicio, et de duarum simul uxorum conjugio sileat falso asserta calumnia, atque evanescat in auras qui summa levitate concinnatus et ab aliquibus acceptus est error. Duxit quidem Justinam, sed post Severæ prioris uxoris obitum, cujus nulla postea mentio prorsus habetur. » (Baronius ad ann. Chr. 370, p. 272.) De hoc loco monuit me vir singularis eruditionis Josephus Bingham, occasione libri cujusdam cui titulus, *Polygamia triumphatrix*, cujus auctor hanc Socratis nostri fabulam in causæ suæ subsidium fidenter adducit.

Digitized by Google

circumquaque barbari suis se finibus continebant. Eos vero qui consubstantialis fidem profitebantur, graviter impugnabat, acerbiora in dies supplicia adversus eos comminiscens. Donec Themistius philosophus atrocitatem ejus aliqua ex parte mitigavit, dicta illi oratione quæ Προσφωνητικὸς inscribitur : in qua imperatorem admonet ne magnopere miretur quod tanta sit dogmatum diversitas apud Christianos. Eam enim exiguam esse, si cum multitudine et discrepantia opinionum quæ apud Græcos sunt conferatur; quippe cum apud istos plures quam trecentæ sint opiniones. Porro ex varietate opinionum necessario consequi maximam dissensionem. Deum tamen hac opinionum varietate delectari, ut singuli majestatem ipsius magis revereantur, vel ob id, quod difficile est eum cognoscere. Hæc et ejusmodi alia cum philosophus ei exposuisset, aliquanto mitior in posterum factus est imperator. Nec tamen furorem ex animo penitus abjecit; sed mortis loco exsilium irrogavit sacerdotibus. Tandem vero hunc quoque illius impetum repressit hujusmodi casus.

βαροι κατὰ τὰς οἰκείας ἔμενον χώρας. Δεινῶς δὲ ἐπολέμει τοὺς φρονοῦντας τὸ ὁμοούσιον, καὶ καθ' ἑκάστην μείζονας τὰς τιμωρίας ἐφεύρισκεν κατ' αὐτῶν. Ἕως αὐτοῦ τὴν πολλὴν ἀπήνειαν ὁ φιλόσοφος Θεμίστιος [i] μετριωτέραν τῷ Προσφωνητικῷ λόγῳ (7) εἰργάσατο, ἐν ᾧ μὴ δεῖν ξενίζεσθαι ἐπὶ τῇ διαφωνίᾳ τῶν Χριστιανικῶν δογμάτων παραινεῖ τῷ βασιλεῖ. Μικρὰν γὰρ εἶναι τὴν αὐτῶν διαφωνίαν, ὡς πρὸς τὸ πλῆθος καὶ τὴν σύγχυσιν τῶν παρ' Ἕλλησι δογμάτων· εἶναι γὰρ ὑπὲρ τὰ τριακόσια δόγματα. Καὶ πρὸς τὸ δόξαν, ἐξ ἀνάγκης καὶ τὴν διαφωνίαν εἶναι πολλήν· βούλεσθαί τε οὕτως τὸν Θεὸν διαφόρως δοξάζεσθαι, ἵνα ἕκαστος πλέον αὐτοῦ τὴν μεγαλειότητα φοβοῖτο, ἐκ τοῦ μὴ πρόχειρον ἔχειν τὴν γνῶσιν αὐτοῦ. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τοῦ φιλοσόφου προσφωνήσαντος, πραότερος ὁ βασιλεὺς ἐγίνετο. Οὐ μὴν τελέως ὑφίει τῆς ὀργῆς, ἀλλὰ ἀντὶ θανάτου ἐξορίαν ἐτίθει τὴν ζημίαν τοῖς ἱερωμένοις ἀνδράσιν, ἕως ἀπέπαυσεν αὐτοῦ καὶ ταύτην τὴν ὁρμὴν ἐπιγενόμενον πρᾶγμα τοιόνδε.

## CAP. XXXIII.

*Quomodo Gothi, regnante Valente, facti sint Christiani.*

Barbari trans Danubium incolentes, qui Gothi appellantur, intestino bello inter ipsos orto, duas in partes dirempti sunt : quarum alteri Fritigernus, alteri præerat Athanarichus. Porro cum Athanarichus prævaluisset, Fritigernus ad Romanos confugiens, eorum auxilium imploravit. Quod ubi Valenti Augusto nuntiatum est, jussit ut milites qui præsidium agebant in Thracia, barbaris contra barbaros militantibus, auxilium ferrent. Horum igitur subsidio, Gothi trans Danubium victoriam de Athanaricho retulerunt, copiis ejus in fugam conversis. **256** Ob hanc causam multi ex barbaris Christianam religionem amplexi sunt. Nam Fritigernus ut ob acceptum beneficium imperatori gratiam referret, tum ipse imperatoris religionem amplexus est, tum suos ad idem fa-

## ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'.

*Ὅπως οἱ Γότθοι κατὰ Οὐάλεντα ἐχριστιάνισαν.*

Οἱ πέραν τοῦ Ἴστρου βάρβαροι οἱ καλούμενοι Γότθοι [j], ἐμφύλιον πρὸς ἑαυτοὺς κινήσαντες πόλεμον, εἰς δύο μέρη ἐτμήθησαν· ὧν τοῦ ἑνὸς ἡγεῖτο Φριτιγέρνης, τοῦ δὲ ἑτέρου, Ἀθανάριχος. Ἐπικρατεστέρου δὲ τοῦ Ἀθαναρίχου φανέντος, Φριτιγέρνης προσφεύγει Ῥωμαίοις, καὶ τὴν αὐτῶν κατὰ τοῦ ἀντιπάλου ἐπεκαλεῖτο βοήθειαν. Γνωρίζεται ταῦτα τῷ βασιλεῖ Οὐάλεντι· καὶ κελεύει τοὺς ἐνιδρυμένους κατὰ τὴν Θρᾴκην στρατιώτας, βοηθεῖν τοῖς βαρβάροις κατὰ βαρβάρων στρατεύουσι. Καὶ ποιοῦνται νίκην κατὰ Ἀθαναρίχου πέραν τοῦ Ἴστρου, τοὺς πολεμίους εἰς φυγὴν τρέψαντες. Αὕτη πρόφασις γέγονε, τοῦ Χριστιανοὺς γενέσθαι τῶν βαρβάρων πολλούς. Ὁ γὰρ Φριτιγέρνης χάριν ἀποδιδοὺς ὧν εὐεργετεῖτο, τὴν θρησκείαν τοῦ βασιλέως ἠσπάζετο, καὶ τοὺς ὑφ' ἑαυτῷ τοῦτο ποιεῖν προετρέπετο. Διὸ καὶ μέχρι νῦν πλείους οἱ Γότθοι τῆς Ἀρειανῆς θρησκείας ὄντες

## VALESII ANNOTATIONES.

(7) *Τῷ Προσφωνητικῷ λόγῳ*. Hæc oratio Themistii ad Valentem hodie exstat Latine edita a Dudițio. Nam quod Socrates ait Themistium in ea oratione locutum esse de discrepantia dogmatum philosophicorum, habetur in versione Duditii, pag. 507 : *Artes quidem quarum magnus in vita usus et delectatio est, nunquam ad tantam sublimitatem et elegantiam pervenissent, nisi artificum inter ipsos discrepantia judiciorum et certamen quoddam exstitisset. Quippe ipsa philosophia mater omnium laudandarum artium, ab exiguis orta principiis, nonne doctissimorum hominum dissensione ita crevit, ut ad ejus absolutionem nihil desiderari videatur ?* Jam vero quod ait Socrates in ea oratione dictum a Themistio, Deum velle hanc opinionum de se varietatem, ut homines majestatem sui numinis magis revereantur, eo quod nequaquam obvia nec in promptu sit cognitio numinis sui, idem habetur in Duditiana, pag. 508 : *Quocirca quod a cognitione nostra se longissime removit, neque ad captum ingeniorum nostrorum se demittit, satis argumenti habet, non postulare eum ab omnibus unum idemque jus religionis, sed cuique de sua, non aliena sponte, opinandi facultatem relinquere. Ex quo etiam evenit ut major quædam hominum animis admiratio divini numinis et religiosior æternæ illius majestatis veneratio ingeneretur. Fit enim ut quæ in promptu sunt, et ad omnem intelligentiam objecta, fastidiamus, et pro nihilo ducamus*, etc.

## VARIORUM.

i *Θεμίστιος*. De Themistio vide supra annot. ad fin. cap. 25, lib. III.

j *Γότθοι*. Historiæ de origine, moribus, et gestis Gothorum per Procopium Cæsariensem, Jornandem, Isidorum Hispalensem, aliosque, videantur in uno volumine ab Hugone Grotio editæ Amstelodami, apud Lud. Elzevirium, 1665.

Digitized by Google

τυγχάνουσι, τότε διὰ τὸν βασιλέα ταύτῃ προσθέμενοι· τότε δὲ καὶ Οὐλφίλας ὁ τῶν Γότθων ἐπίσκοπος, γράμματα ἐφεῦρε [k] Γοτθικὰ, καὶ τὰς θείας Γραφὰς εἰς τὴν Γότθων μεταβαλὼν, τοὺς βαρβάρους μανθάνειν τὰ θεῖα λόγια παρεσκεύασεν. Ἐπειδὴ δὲ Οὐλφίλας οὐ μόνον τοὺς ὑπὸ Φριτιγέρνην, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπὸ Ἀθανάριχον ταττομένους βαρβάρους τὸν χριστιανισμὸν ἐξεδίδασκεν, ὁ Ἀθανάριχος ὡς παραχαραττομένης τῆς πατρῴου θρησκείας, πολλοὺς τῶν χριστιανιζόντων τιμωρίαις ὑπέβαλλεν· ὥστε γενέσθαι μάρτυρας τηνικαῦτα βαρβάρους ἀρειανίζοντας. Ἀλλὰ Ἄρειος μὲν πρὸς τὴν Σαβελλίου τοῦ Λίβυος δόξαν ἀπαντῆσαι μὴ δυνηθεὶς, τῆς ὀρθῆς ἐξέπεσε πίστεως, πρόσφατον Θεὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ (8) δογματίσας. Οἱ δὲ βάρβαροι, ἁπλότητι τὸν χριστιανισμὸν δεξάμενοι, ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως τῆς ἐνταῦθα ζωῆς κατεφρόνησαν. Ταῦτα μὲν περὶ τῶν χριστιανιζόντων.

A ciendum incitavit. Atque idcirco plerique Gothorum Arianæ sectæ sunt dediti, utpote qui eo tempore imperatoris gratia ad eam sectam se contulerint. Eodem etiam tempore Ulphila Gothorum episcopus, Gothicas litteras excogitavit, et sacris Scripturis in Gothorum sermonem conversis, effecit ut barbari divina eloquia perdiscerent. Sed quoniam Ulphila non eos tantum barbaros qui Fritigernum sequebantur, verum etiam illos qui Athanaricho parebant, Christianæ fidei doctrina instituebat, Athanarichus ægre id ferens, perinde quasi majorum religio violaretur, Christianos diversis suppliciis affecit, ita ut barbari quidam qui Ariani erant, martyres fierent. Verum Arius quidem, cum Sabellii Libyensis opinionem refellere B non posset, a recta fide aberravit, Filium Dei recentem Deum esse statuens. Barbari vero Christianam religionem simplici animo amplexi, pro fide Christi vitam hujus sæculi contempserunt. Sed de Gothis qui ad Christianam religionem transierunt, hactenus dictum sit.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΔ'.

*Ὡς οἱ Γότθοι ὑφ' ἑτέρων βαρβάρων καταπολεμηθέντες, τῇ τῶν Ῥωμαίων χώρᾳ προσέφυγον, καὶ ὑπὸ τοῦ βασιλέως προσεδέχθησαν· ὅπερ αἴτιον ἀπωλείας καὶ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, καὶ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως κατέστη.*

Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ οἱ βάρβαροι φιλίαν πρὸς ἀλλήλους σπεισάμενοι, αὖθις ὑφ' ἑτέρων βαρβάρων γειτνιαζόντων αὐτοῖς τῶν καλουμένων Οὔννων [l] καταπολεμηθέντες, καὶ τῆς ἰδίας ἐξελαθέντες χώρας, εἰς τὴν Ῥωμαίων γῆν καταφεύγουσι, δουλεύειν τῷ βασιλεῖ συντιθέμενοι, καὶ τοῦτο πράττειν, ὅπερ ἂν ὁ Ῥωμαίων προστάξειε βασιλεύς. Ταῦτα εἰς γνῶσιν ἧκει τοῦ Οὐάλεντος· καὶ μηδὲν προϊδόμενος, κελεύει τοὺς ἱκετεύοντας οἴκτου τυχεῖν, πρὸς ἓν τοῦτο μόνον οἰκτίρμων γενόμενος. Ἀφορίζει οὖν αὐτοῖς τὰ μέρη τῆς Θρᾴκης, εὐτυχεῖν ταμάλιστα ἐπὶ τούτῳ νομίσας. Ἐλογίζετο δὲ ὡς εἴη ἕτοιμον καὶ εὐτρεπὲς κτησάμενος κατὰ πολεμίων στράτευμα· ἤλπιζε γὰρ βαρβάρους Ῥωμαίων φοβερωτέρους ἔσεσθαι φύλακας· καὶ διατοῦτο ἠμέλει τοῦ λοιποῦ, τοὺς Ῥωμαίων στρατιώτας αὐξῆσαι. Καὶ τοὺς μὲν ἤδη πάλαι στρατευομένους, καὶ κατὰ τοὺς πολέμους γενναίως ἀγωνισαμένους ὑπερεώρα· τὸν δὲ συντελούμενον ἐκ τῶν ἐπαρχιῶν κατὰ κώμας στρατιώτην ἐξηργύρισεν (9) ὀγδοή-

## CAP. XXXIV.

*Quomodo Gothi ab aliis barbaris devicti, ad Romanos confugerunt; et ab imperatore, suscepti, tum imperio Romano, tum ipsi imperatori exitio fuere.*

Non multo post barbari mutua inter se amicitia redintegrata, ab aliis vicinis barbaris qui Hunni appellantur, bello superati, suisque sedibus pulsi, ad Romanorum ditionem confugiunt, famulaturos se imperatori, et quidquid ille jusserit, facturos se polliciti. Quæ postquam Valenti nuntiata sunt, C ille eventum rei nequaquam animo prospiciens, supplices clementer excipi jussit, in hoc uno negotio clemens ac misericors visus. Igitur Thraciæ partes eis ad incolendum assignat, felicem se judicans ea de causa. Quippe existimabat, paratum se instructumque exercitum contra hostes habiturum: sperabatque barbaros terribiliores fore custodes limitis, quam Romanos. Hanc ob causam in posterum de supplendo Romanorum militum numero parum fuit sollicitus. Ac veteranos quidem, qui præteritis bellis strenuam operam navaverant, despicere cœpit: militis vero quem provinciales vicatim conferre soliti erant, **257** pre-

### VALESII ANNOTATIONES.

(8) ***Πρόσφατον τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ***. Codex Sfortianus vocem interserit hoc modo, πρόσφατον Θεὸν τὸν, etc. Atque ita etiam codex Florentinus, nisi quod Θεοῦ habet.

(9) ***Στρατιώτην ἐξηργύρισεν***. In Florentino codice scriptum est ἐξηργυρίασεν, rectius ni fallor. Vulgata tamen scriptura proba est, nec immutanda. Sic enim loquitur Joannes Chrysostomus in cap. xxi Matthæi, homilia 67, ubi eleemosynam comparans D tributariæ functioni, his utitur verbis: Οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα δοῦναι μισθὸν τῆς μετακομιδῆς τῶν εἰσφερομένων· οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα χαμεῖν ἐξαργυρίζοντας, etc. Glossæ veteres exponunt, *adærat* ἐξαργυρίζεται. Porro quod hic notat Socrates, Valentem pro militari supplemento aurum deinceps a provincialibus exegisse, idem quoque narrat Marcellinus in libro xxxi, p. 441. Quem locum, quia corruptus est etiam in editione nostra, hic prout restitui

### VARIORUM.

[k] *Οὐλφίλας γράμματα ἐφεῦρε*. Vide eruditissimi viri Georgii Hickesii *Linguarum vett. septentrionalium Thesaurum*, fol. pag. 2, ubi antiquo alphabeto exhibito demonstrat, Ulphilam partim ex Latinis, partim ex Græcis litteris alphabetum suum integrum sumpsisse. De Ulphila vide supra, ad fin. c. 41, lib. ii, et Sozom. lib. iv, c. 24, et vi, c. 37.

[l] *Οὔννων*. De Hunnorum sedibus et moribus, deque hac Gothorum migratione in Thraciam legatur Ammiani liber xxxi, initio, sub anno 376 juxta chronologiam Valesianam, cum qua concordat Ant. Pagi, num. 5.



Digitized by Google

tium adæravit, octoginta aureos pro unoquoque milite a collatoribus exigi jubens, licet antea tributariam functionem minime relevasset. Atque ob hanc causam respublica Romanorum aliquanto temporis spatio adversam fortunam experta est.

A χοντα χρυσίους ὑπὲρ ἑκάστου στρατιώτου τοὺς συντελεστὰς ἀπαιτεῖσθαι κελεύσας, οὐ πρότερον τὰς συντελείας κουφίσας αὐτοῖς. Τοῦτο ἀρχὴ γέγονε τοῦ δυστυχῆσαι (10) τότε πρὸς ὀλίγον τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν.

## CAP. XXXV.

*Quomodo imperator de bello contra Gothos sollicitus, bellum adversus Christianos remissius gessit.*

Barbari enim, accepta Thracia, cum provinciam Romanorum secure ac libere possiderent, felicitate sua moderate uti neutiquam potuerunt: sed bene meritos bello aggressi, cuncta per Thraciam et finitimas regiones subverterunt. Quæ cum ad aures Valentis perlata essent, effecerunt ut Homousianos in exsilium mittere desisteret. Perturbatus enim hoc nuntio, relicta confestim Antiochia, venit Constantinopolim. Atque idcirco bellum quod contra Christianos illic gesserat, sedatum est. Eodem tempore Euzoius, Arianæ partis apud Antiochiam episcopus, extremum diem obiit, consulatu Valentis Augusti quinto, et Valentiniani Junioris primo; ejusque in locum substitutus est Dorotheus.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΕ'.

*Ὡς ὁ βασιλεὺς τῇ φροντίδι τοῦ πρὸς Γότθους πολέμου, τὸν κατὰ Χριστιανῶν πόλεμον ἀνῆκεν.*

Οἱ γὰρ βάρβαροι [m] τὴν Θρᾴκην κατειληφότες, ἐν ἀδείᾳ τὴν Ῥωμαίων καρπούμενοι χώραν, τὴν εὐτυχίαν οὐκ ἤνεγκαν· ἀλλὰ κατὰ τῶν εὐεργετησάντων χωροῦσι, καὶ πάντα τὰ περὶ Θρᾴκην ἀνέτρεπον. Ταῦτα οὕτως ἐπιγενόμενα, εἰς γνῶσιν ἐλθόντα τοῦ Οὐάλεντος, τοῦ εἰς ἐξορίαν πέμπειν τοὺς φρονοῦντας τὸ ὁμοούσιον ἀφίστατο. Ἐν θορύβῳ γὰρ γενόμενος,
B εὐθὺς ἐκ τῆς Ἀντιοχείας ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἦλθε. Διὸ καὶ ὁ κατ' αὐτὴν χριστιανικὸς ἐλώφησε πόλεμος. Τότε δὴ καὶ Εὐζώϊος, ὁ τῆς Ἀρειανῆς θρησκείας ἐν Ἀντιοχείᾳ προεστὼς, τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο, κατὰ τὴν ὑπατείαν Οὐάλεντος τὸ πέμπτον, καὶ Οὐαλεντινιανοῦ Νέου τὸ πρῶτον· καὶ καθίσταται εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ Δωρόθεος.

## CAP. XXXVI.

*Quomodo Saraceni, Mavia femina tunc apud eos regnante, ad fidem Christi conversi sint, et Mosem quemdam, pium ac fidelem monachum, episcopum acceperint.*

Post imperatoris discessum ex urbe Antiochia, Saraceni, qui prius fœderati erant, a Romanis defecere, Mavia regina post viri sui obitum eos ductante. Cuncta igitur versus Orientem loca a Saracenis eo tempore vastabantur. Verum divina Providentia eorum impetum compressit **258** hoc modo: Moses quidam genere Saracenus, monasticam in solitudine vitam degens, tum ob pietatem ac fidem, tum ob miracula celeberrimus apud omnes erat. Hunc Mavia Saracenorum regina genti suæ episcopum dari a Romanis postulavit, ea conditione ut bellum cum ipsis dissolveret. Quibus au-

## ΚΕΦΑΛ. ΛϚ'.

*Ὡς καὶ Σαρακηνοὶ τηνικαῦτα τῇ πίστει Χριστοῦ προσέθεντο, Μαυΐας γυναικὸς αὐτῶν ἀρχούσης, Μωσῆν τινα θεοσεβῆ καὶ πιστὸν μονάζοντα λαβόντες ἐπίσκοπον.*

Ἀναχωρήσαντος δὲ τῆς Ἀντιοχείας τοῦ βασιλέως, Σαρακηνοὶ [n] οἱ πρώην ὑπόσπονδοι, τότε Ῥωμαίων ἀπέστησαν, στρατηγούμενοι ὑπὸ Μαυΐας γυναικὸς, τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς τελευτήσαντος.
C Πάντα οὖν τὰ ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν (11), ὑπὸ τῶν Σαρακηνῶν κατὰ τὸν αὐτὸν ἐπορθεῖτο χρόνον. Ἀλλά τις Θεοῦ πρόνοια, τὰ Σαρακηνῶν κατέστειλε δι' αἰτίαν τοιαύτην. Μωσῆς τις ὄνομα [o], Σαρακηνὸς τὸ γένος, ἐν τῇ ἐρήμῳ τὸν μοναχικὸν μετερχόμενος βίον, ἐπ' εὐλαβείᾳ καὶ πίστει καὶ τεραστίοις περιβόητος ἦν. Τοῦτον ἡ τῶν Σαρακηνῶν βασίλισσα Μαυΐα, ἐπίσκοπον τοῦ οἰκείου ἔθνους ᾔτει λαβεῖν, ἐπὶ συνθήκαις τοῦ καταλῦσαι τὸν πόλε-

## VALESII ANNOTATIONES.

debet apponam: *Eruditis adulatoribus in majus fortunam principis extollentibus; quod ex ultimis terris tot tirocinia trahens, ei nec opinanti offerret, ut collatis in unum suis et alienigenis viribus, invictum haberet exercitum; et pro militari supplemento quod provinciatim annuum pendebatur, thesauris accederet auri cumulus magnus.*

(10) *Τοῦτο ἀρχὴ γέγονε τὸ δυστυχῆσαι.* Scribendum est τοῦ δυστυχῆσαι. Id enim poscunt leges grammaticæ.

(11) *Πάντα οὖν τὰ ὑπὸ τὴν ἀνατολήν.* Lego τὰ πρὸς τὴν ἀνατολήν. Statim enim sequitur ὑπὸ τῶν Σαρακηνῶν, etc. Et insuavis esset ejusdem præpositionis iteratio. Paulo post, ubi legitur ἐκεῖ τὴν ἱερωσύνην δεξάμενος, scribendum est δεξόμενος. Porro hanc narrationem de episcopo Saracenis dato, et de pace cum iisdem facta, desumpsit quidem Socrates ex Rufini libro II cap. 6, sed non servavit ordinem Rufini: Rufinus enim id
D retulit sub initium episcopatus Lucii, post Edessenorum persecutionem, non sub Valentis exitum. Atque ego sententiam Rufini sequi malim, quam Socratis atque Sozomeni. Movet me id quod sit Socrates, Maviam reginam, facta cum Romanis pace, despondisse filiam suam Victori magistro militum. Atqui Victor sub exitum imperii Valentis, nimium provectus erat ætate ut de ducenda uxore adhuc cogitaret.

## VARIORUM.

[m] *Οἱ γὰρ βάρβαροι.* Barbarorum multitudinem in Thraciam receptam, omnem numerum et calculum, etiam Xerxis Græciam invadentis copias superasse, asserit Ammianus. Qualiter autem Thraciam rapinis, cædibus, stupris, incendiisque fœdabant, narrat idem, lib. XXXI, cap. 8.

[n] *Σαρακηνοί.* De Saracenorum origine et moribus videantur Sozomenus lib. VI, cap. 38; Marcellinus, lib. XIV, cap. 4, alibique.

[o] *Μωσῆς τις ὄνομα.* Saracenorum conversionem ad fidem, ad tempora Valentiniani obitum præcedentia refert Pagi in *Critic. ad Baron.*, ann. 372, n. 10. W. Lowth.

Digitized by Google

A μον. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Ῥωμαίων στρατηγοὶ, ἀγαπητὸν ἡγήσαντο ἐπὶ τοιαύταις συνθήκαις εἰρήνην ποιήσασθαι· εὐθύς τε ὡς εἶχον ἐπέταττον τοῦτο γενέσθαι. Καὶ συλληφθεὶς ὁ Μωσῆς, ἐκ τῆς ἐρήμου ἤγετο εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἐκεῖ τὴν ἱερωσύνην δεξάμενος. Ἐπεὶ δὲ πρὸς τὸν κρατοῦντα τότε τῶν ἐκκλησιῶν Λούκιον ἤχθη p, τὴν χειροτονίαν ἀπέφυγε, τοιαῦτα εἰπὼν πρὸς Λούκιον· Ἐγὼ μὲν ἐμαυτὸν ἡγοῦμαι τῆς ἱερωσύνης ἀνάξιον. Εἰ δὲ λυσιτελεῖ τοῦτο τοῖς δημοσίοις πράγμασιν, οὐκ ἐπιθήσει μοι χεῖρα Λούκιος. Πεπλήρωται γὰρ αὐτοῦ αἱμάτων ἡ δεξιά. Τοῦ δὲ Λουκίου λέγοντος μὴ δεῖν ὑβρίζειν, ἀλλὰ πρότερον μανθάνειν παρ' αὐτοῦ τῆς θρησκείας τὰ δόγματα, ὁ Μωσῆς· Ἀλλ' οὐ δογμάτων λόγος, ἔφη, νῦν ζητεῖται, ἀλλ' αἱ πράξεις σου αἱ κατὰ τῶν ἀδελφῶν γενόμεναι, ἐξελέγχουσιν ὡς χριστιανικὰ ἔχεις δόγματα. B Ὁ γὰρ χριστιανὸς οὐ πλήσσει, οὐ λοιδορεῖ, οὐδὲ μάχεται· δοῦλον γὰρ Κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι. Σοῦ δὲ τὰ ἔργα βοᾷ διὰ τῶν πεμφθέντων εἰς ἐξορίαν, καὶ θηρίοις παραβληθέντων, καὶ πυρὶ παραδοθέντων. Μείζονα δὲ ἔχει τὴν ἀπόδειξιν τὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρώμενα, ἢ ταῖς ἀκοαῖς λαμβανόμενα. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα λέγοντα τὸν Μωσῆν, ἀπῆγον οἱ ἐπιτήδειοι πρὸς τὸ ὄρος, ὅπως ἂν τὴν χειροτονίαν παρὰ τῶν εἰς ἐξορίαν τυγχανόντων δέξηται. Οὕτως οὖν τότε τοῦ Μωσέως χειροτονηθέντος, ὁ Σαρακηνῶν ἐσβέσθη πόλεμος· εἶχέ τε τοῦ λοιποῦ ἡ Μαυΐα πρὸς Ῥωμαίους εἰρήνην, ὡς καὶ θυγατέρα αὐτῆς τῷ στρατηλάτῃ κατεγγυῆσαι Βίκτορι. Ταῦτα περὶ Σαρακηνῶν.

ditis, Romanorum duces præclare secum agi existimantes, si pax hujusmodi conditionibus firmaretur, statim nulla mora interposita, id quod petebatur, fieri jusserunt. Moses itaque comprehensus, ex solitudine in urbem Alexandriam perducitur, honorem sacerdotii illic suscepturus. Exhibitus autem Lucio qui tum ecclesias obtinebat, ordinationem detrectans, ita Lucium allocutus est: Equidem sacerdotio indignum me esse profiteor. Verum si reipublicæ necessitas hoc postulat, nunquam Lucius mihi manum imponet. Ejus enim dextra sanguine adhuc stillat. Cumque Lucius diceret abstinendum esse a conviciis, decere potius ut ex ipso disceret religionis dogmata, tum Moses: At non jam, inquit, ratio exigitur dogmatum. Nam facinora quæ adversus fratres perpetrasti, satis ostendunt quam Christiana habeas dogmata. Christianus enim non percutit, non conviciatur, non pugnat: quippe servum Dei pugnare non decet. At tua facta, tanquam voce emissa clamant per eos qui in exsilium missi, qui bestiis traditi, qui incendio consumpti sunt. Ea porro quæ oculis conspiciuntur, longe plus valent ad convincendum, quam ea quæ auditione accipiuntur. Hæc et hujusmodi cum dixisset Moses, necessarii eum ad montem perducunt, ut ab iis qui illic exsulabant, ordinaretur episcopus. Ad hunc igitur modum Mose tunc consecrato, bellum Saracenorum sopitum est. Ac deinceps Mavia pacem cum Romanis servavit, adeo ut filiam suam Victori magistro militum desponderet. Atque hæc de Saracenis sint dicta.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΖ'.

*Ὡς ἀναχωρήσαντος Οὐάλεντος ἀπὸ Ἀντιοχείας, οἱ ἐν τῇ Ἀνατολῇ θαρσήσαντες ὀρθόδοξοι, καὶ μάλιστα ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τὸν Λούκιον ἐκβαλόντες, αὖθις τῷ Πέτρῳ τὰς ἐκκλησίας παραδεδώκασι, γράμμασι Δαμάσου τοῦ Ῥώμης ἐπισκόπου κατωχυρωμένῳ.*

C Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον, τοῦ βασιλέως Οὐάλεντος ἐκ τῆς Ἀντιοχείας ἀναχωρήσαντος q, ἀνεῤῥώννυντο οἱ πανταχοῦ ἐλαυνόμενοι, καὶ μάλιστα οἱ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν. Πέτρου τε ἐπανελθόντος (12) ἀπὸ τῆς Ῥώμης μετὰ γραμμάτων Δαμάσου τοῦ Ῥώμης ἐπισκόπου, βεβαιούντων τὴν τοῦ ὁμοουσίου πίστιν καὶ τὴν τοῦ Πέτρου κατάστασιν· ἀναθαῤῥήσας οὖν ὁ λαὸς, τὸν μὲν Λούκιον ἐξελαύνουσιν· ἀντεισάγουσι δὲ τὸν Πέτρον. Ἀλλὰ Λούκιος μὲν ὡς εἶχεν ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν ἔπλεεν. Πέτρος δὲ ὀλίγον ἐπιβιοὺς χρόνον τελευτᾷ, διάδοχον καταλιπὼν Τιμόθεον ἀδελφὸν ἑαυτοῦ.

## CAP. XXXVII.

*Quomodo post imperatoris discessum, orthodoxi in Oriente, et maxime apud Alexandriam, resumptis animis Lucium ejecerunt, et Petro qui Damasi Romani pontificis litteris munitus redierat, ecclesias reddiderunt.*

Per idem tempus cum Antiochia Valens imp. discessisset, quotquot ubique persecutionem passi erant, magnopere animis confirmati sunt, ac præcipue Alexandrini. **259** Quippe tunc recens ab urbe Roma reversus erat Petrus cum litteris Damasi episcopi Romani, quibus ille et consubstantialis fidem, et Petri ordinationem confirmabat. Itaque populus, resumpta fiducia, Lucium quidem exturbat, Petrum vero in ejus locum substituit. Et Lucius quidem statim conscenso navigio Constantinopolim perrexit. D Petrus vero cum exiguo tempore superstes fuisset, ex hac vita migravit, Timotheum fratrem sedis suæ successorem relinquens.

## VALESII ANNOTATIONES.

(12) *Πέτρου τε ἐπανελθόντος.* Scribendum est Πέτρου τότε ἐπανελθόντος, et tollenda finalis distinctio, quæ ante hæc verba apposita est. Eamque lectionem secutus videtur Epiphanius.

## VARIORUM.

p *Πρὸς Λούκιον ἤχθη.* Lucius hic Georgio sedis Alexandrinæ invasori, ab Arianis subrogatus est, ut scribunt Socrates, lib. III, cap. 4, et Sozomen., lib. V, cap. 7. Ea subrogatio anno 373, post Athanasii obitum facta. (Ant. Pagi, ad ann. 362, n. 13.)

q *Οὐάλεντος ἐκ τῆς Ἀντιοχείας ἀναχωρήσαντος.* Diu Valens Antiochiæ moratus est, ut insinuant Zosimus, lib. IV, p. 747; Ammianus, lib. XXXI, cap. 11. Socrates et Sozomen., ab anno nempe 372, ad ann. 377. Nisi quod dum illic moraretur, modo Cæsaream, modo Edessam, modo in alias Orientis urbes sese contulerit. (Ant. Pagi, ad ann. 377, n. 2.)

Digitized by Google

## CAP. XXXVIII.

*Quomodo imperator Constantinopolim reversus, cum a populo propter Gothos conviciis appeteretur, contra barbaros profectus est: et cum illis congressus juxta Adrianopolim Macedoniæ urbem, interfectus est: cum vixisset annis quinquaginta, imperasset autem annis sexdecim.*

Porro imperator Valens ingressus Constantinopolim die tertio Kalendas Junias, consulatu ipsius sexto, et Valentiniani Junioris secundo, populum ingenti affectum mœstitia offendit. Nam barbari qui jam Thraciam depopulati fuerant, ipsa quoque Constantinopoleos suburbana vastabant, cum nullæ tunc adessent copiæ ad resistendum ipsis idoneæ. Verum ubi barbari ad ipsa urbis mœnia propius accedere tentarunt, cives eam rem moleste ferentes, B adversus principem murmurare cœperunt, quasi qui hostes ipse eo adduxisset: quippe cum non illico adversus illos signa movisset, sed bellum de industria traheret. Itaque cum equestre certamen ageretur, omnes uno consensu adversus imperatorem vociferati sunt, ut qui nullam reipublicæ curam gereret. Clamabantque acriter: Da nobis arma, et ipsi pugnabimus. His auditis imperator ad iracundiam provocatus est; et die tertio Idus Junii urbe egreditur, minatus se de Constantinopolitanis pœnas sumpturum, si rediisset incolumis: tum ob convicia quibus ipsum tunc affecerant, tum quod antea tyrannidi Procopii favissent. Urbem igitur eversurum se, et aratrum solo ejus impacturum minatus, contra barbaros proficiscitur. Et C illos quidem procul ab urbe repulit, et Adrianopolim usque persecutus est, quæ urbs est Thraciæ, in finibus Macedoniæ sita. Ibi congressus cum barbaris occubuit, **260** die tertio Idus Augusti, iisdem consulibus quos supra nominavi. Annus hic erat quartus ducentesimæ octogesimæ nonæ olympiadis. Et alii quidem incendio eum periisse nar-

## A ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

*Ὡς ὁ βασιλεὺς ὑποστρέψας ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει, καὶ ὑπὸ τοῦ δήμου διὰ τοὺς Γότθους κατονειδισθείς, ἐξελαύνει τῆς πόλεως κατὰ βαρβάρων· καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς ἐν Ἀδριανουπόλει τῆς Μακεδονίας, ὑπ' αὐτῶν ἀναιρεῖται, ζήσας μὲν ἔτη πεντήκοντα, βασιλεύσας δὲ ἔτη ἓξ πρὸς τοῖς δέκα.*

Ὁ δὲ βασιλεὺς Οὐάλης περὶ τὴν τριακάδα τοῦ Μαΐου μηνὸς [r], ἐν τῇ ἕκτῃ ἑαυτοῦ ὑπατείᾳ καὶ Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ Νέου τὸ δεύτερον, ἐλθὼν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, εὑρίσκει τὸν δῆμον ἐν ἀθυμίᾳ καθεστῶτα πολλῇ. Οἱ γὰρ βάρβαροι καταδραμόντες τὴν Θρᾴκην, ἤδη καὶ τὰ προάστεια ἐπόρθουν τῆς Κωνσταντίνου πόλεως, μηδεμιᾶς οὔσης ἀξιομάχου τηνικαῦτα δυνάμεως. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῖς τείχεσι προσπελάζειν ἐπεχείρουν οἱ βάρβαροι, χαλεπῶς ἡ πόλις ἔφερε τὰ γινόμενα· ἐψιθύριζόν τε κατὰ τοῦ βασιλέως, ὡς ἐπαγαγόντος τοὺς πολεμίους, καὶ ὅτι μὴ ἀντεπεξῆγεν εὐθὺς, ἀλλὰ παρεῖλκε τὸν πρὸς τοὺς βαρβάρους πόλεμον. Καὶ δὴ ἱπποδρομίας ἐπιτελουμένης, πάντες ἐκ συμφωνίας κατεβόων τοῦ βασιλέως ὡς περιορῶντος τὰ πράγματα. Ἔκραζον οὖν συντόνως· Δὸς ὅπλα καὶ πολεμοῦμεν ἡμεῖς. Ταῦτα βοώντων, ἐξάπτεται πρὸς ὀργὴν ὁ βασιλεύς. Καὶ ὑπερβαίνει (13) περὶ τὴν ἑνδεκάτην τοῦ Ἰουνίου μηνὸς ἐπαπειλήσας ἣν ὑποστρέψῃ, δίκην ὑπὸ Κωνσταντινουπολιτῶν λήψεσθαι, ὧν τότε ὑβρίζειν αὐτὸν ἐδόκουν, καὶ ὑπὲρ ὧν ἤδη πρότερον τῇ τυραννίδι Προκοπίου προσέθεντο· ἐρημόν τε καταστήσειν τὴν πόλιν, καὶ ἄρατρον εἰπὼν βαλεῖν κατ' αὐτὴν, ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ἐχώρει. Καὶ ὠθεῖ μὲν αὐτοὺς πόῤῥω τῆς πόλεως· ἐδίωκε δὲ ἄχρι τῆς ἐν Θρᾴκῃ Ἀδριανουπόλεως, ἣ ἐν τοῖς ὁρίοις τῆς Μακεδονίας ἐστίν. Ἐκεῖ τε συμβαλὼν τοῖς βαρβάροις, ἀπέθανε τῇ ἐννάτῃ τοῦ Αὐγούστου μηνὸς [s], ἐν τῇ αὐτῇ ὑπατείᾳ. Τοῦτο δὲ ἦν τέταρτον ἔτος τῆς διακοστῆς (14) ὀγδοηκοστῆς ἐννάτης Ὀλυμπιάδος. Καὶ οἱ μὲν πυρί φασιν ἀπολέσθαι αὐτὸν [t], εἰς κώμην καταφυγόντα τινὰ, ἣν ἐπι-

## VALESII ANNOTATIONES.

(13) *Καὶ ὑπερβαίνει.* Legendum est ὑπεκβαίνει. Iidem porro dies notantur in *Fastis* Idatii: *Valente* VI *et Valentiniano* II. *His coss. ingressus est Valens Aug. ab Oriente Constantinopolim die* III *Kalend. Junias. Et ipso anno profectus est Valens Aug. ex urbe ad Fossatum die* III *Idus Junias.*

(14) *Τῆς διακοστῆς.* Scribendum est διακοσιοστῆς. Sic antiquarii brevitati studentes, scribere solebant hæc vocabula. Nam et διακοστόν scribebant et τριακόστόν, pro διακοσιοστῷ et τριακοσιοστῷ.

## VARIORUM.

[r] *Περὶ τὴν τριακάδα τοῦ Μαΐου μηνός.* His forte diebus [*scil. in fine mensis Maii anni* 378, *ut docent Valesius et Pagius*], Valens tandem excitus Antiochia, longitudine viarum emensa venit Constantinopolim: ubi moratus paucissimos dies (duntaxat duodecim), seditioneque popularium levi pulsatus, Sebastiano paulo ante ab Italia, ut petierat, misso, vigilantiæ notæ ductori, pedestris exercitus cura commissa, quem regebat antea Trajanus; ipse ad Melanthiada villam Cæsarianam profectus, militem stipendio fovebat, et alimentis, et blanda crebritate sermonum. Ammian., lib. XXXI, cap. 11.

[s] *Ἀπέθανε τῇ ἐννάτῃ τοῦ Αὐγούστου μηνός.* Scribit Idatius in *Fastis* ad annum 378: *Pugnam magnam fuisse cum Romanis et Gothis milliario* XII *ab Andrianopoli, die quinto Idus Augusti. Ex ea* D *die Valens Aug. nunquam apparuit.* In quo consentit cum Socrate, licet non cum Valesii interpretatione, qui τῇ ἐννάτῃ τοῦ Αὐγούστου μηνός perperam reddit, *die tertio Idus Augusti.*

[t] *Οἱ μὲν πυρί φασιν ἀπολέσθαι αὐτόν. Hanc pugnam* (quam Cannensi æquiparat Ammianus) *nox diremit. Primaque caligine tenebrarum inter gregarios imperator, ut opinari dabatur (neque enim vidisse se quisquam, vel præsto fuisse asseveravit) sagitta perniciose saucius ruit: spirituque mox consumpto decessit, nec postea repertus est usquam. Alii dicunt Valentem animam non exhalasse confestim, sed cum candidatis et spadonibus paucis prope ad agrestem casam relatum secunda contignatione fabre munitam dum fovetur manibus imperitis, circumsessum ab hostibus qui esset ignorantibus, dedecore*

Digitized by Google

δραμόντες οἱ βάρβαροι ἐνέπρησαν· οἱ δὲ ἀμείψαντα A τὸ βασιλικὸν σχῆμά φασιν αὐτὸν εἰς μέσον τὸ στῖφος τῶν πεζῶν εἰσδραμεῖν· εἶτα τῶν ἱππέων προδεδωκότων, καὶ οὐχ ἁψαμένων τῆς μάχης, ἐν τῇ συμβολῇ τούτους περιχυθέντας πάντας ἀθρόως πεσεῖν. Ἔνθα δή φασιν αὐτὸν ἀγνοηθῆναι κείμενον, οὐκ ὄντος βασιλικοῦ σχήματος τοῦ καταμηνύσαντος ὅστις ἦν. Τελευτᾷ δὲ ζήσας ἔτη ν', συμβασιλεύσας μὲν τῷ ἀδελφῷ ἔτη δεκατρία· μετὰ δὲ τὸν ἀδελφὸν βασιλεύσας ἔτη τρία. Περιέχει ἡ βίβλος χρόνον ἐτῶν ιϛ'.

rant, cum in vicum quemdam confugisset, quem supervenientes barbari concremarunt. Alii dicunt eum abjecto imperiali habitu in medium agmen peditum se conjecisse: cumque equites proditionem fecissent, et prœlium committere detrectassent, pedites Romanos undique a barbaris circumfusos, omnes in acie occubuisse: inter quos ipsum quoque imperatorem jacuisse, sed ignotum, eo quod imperialem habitum, quo internosci poterat, prius deposuisset. Vixit annis quinquaginta. Et cum fratre quidem imperavit annos tredecim; post fratrem vero regnavit triennio. Porro hic liber sexdecim annorum res gestas complectitur.

## VARIORUM.

*captivitatis exemptum. Flamma enim supposita, ædificium cum hominibus torruerunt.* Ammian. lib. xxxi, cap. 13. Priori sententiæ suffragatur Libanius, in Oratione ad Theodosium de cæde Juliani vindicanda: at cæteri fere omnes historici crematum fuisse consentiunt, ut notavit Valesius in dictum Ammiani locum.

# LIBER QUINTUS.

### *ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΚΑΙ Η ΠΕΜΠΤΗ ΒΙΒΛΟΣ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ.*

ΚΕΦ. Α'. *Ὡς μετὰ τὸν θάνατον Οὐάλεντος τῶν Γότθων ἐπελθόντων κατὰ Κωνσταντίνου πόλεως, ὁ δῆμος αὐτῆς ἀντεπεξῄει, συμμάχους τοὺς Σαρακηνοὺς ἔχων, τοὺς ὑπὸ Μαυΐας ταττομένους.*

Β'. *Ὡς Γρατιανὸς ὁ βασιλεὺς τοὺς ὀρθοδόξους ἐπισκόπους ἐκ τῶν ἐξοριῶν ἀνακαλεσάμενος, τοὺς αἱρετικοὺς τῶν ἐκκλησιῶν ἐξεδίωξεν· ὅτε καὶ κοινωνὸν τῆς βασιλείας Θεοδόσιον προσελάβετο.*

Γ'. *Τίνες ἐπίσκοποι τῶν μεγάλων ἐκκλησιῶν τηνικαῦτα τὴν προστασίαν εἶχον.*

Δ'. *Ὡς Μακεδονιανοὶ, οἱ πρότερον πρὸς Δάμασον τὸν Ῥώμης περὶ τοῦ ὁμοουσίου διαπρεσβευσάμενοι, αὖθις τῇ προτέρᾳ πλάνῃ ὑπήχθησαν.*

Ε'. *Περὶ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ διὰ Παυλῖνον καὶ Μελίτιον τηνικαῦτα συμβάντων.*

ϛ'. *Ὡς Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ, κοινῷ δόγματι τῶν ὀρθοδόξων, τὴν προστασίαν τῆς ἐν Κωνσταντίνου πόλει Ἐκκλησίας ἀναδέδεκται· καθ' ὃν καιρὸν καὶ Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς, μετὰ τὴν κατὰ βαρβάρων νίκην ἐν Θεσσαλονίκῃ νοσήσας, ὑπὸ Ἀσχολίου τοῦ ἐπισκόπου βαπτίζεται.*

Ζ'. *Ὡς Γρηγορίου ἐν Κωνσταντινουπόλει εἰσελθόντος, καί τινων ἐπισκόπων ἐπὶ τούτῳ διαγογγυσάντων, αὐτὸς τῆς ἐκκλησίας τὴν προστασίαν παρῃτήσατο· ὁ δὲ βασιλεὺς τῷ Ἀρειανῷ ἐπισκόπῳ Δημοφίλῳ δηλοῖ, ἢ προσθέσθαι τῷ ὁμοουσίῳ, ἢ τῆς πόλεως ἐξιέναι· ὅπερ μᾶλλον ἐποίησεν.*

Η'. *Περὶ τῶν ρν' ἐπισκόπων, τῶν ἐν Κωνσταντίνου πόλει συνελθόντων· καὶ περὶ ὧν αὐτοὶ ἐθέσπισαν, χειροτονήσαντες ἐν αὐτῇ καὶ Νεκτάριον.*

Θ'. *Ὡς ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος, Παῦλον τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπου τὸ σῶμα σὺν τιμῇ μετεκόμισεν ἀπὸ τῆς ἐξορίας, ὅτε καὶ ὁ τῆς Ἀντιοχέων Μελίτιος τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο.*

Ι'. *Ὡς τοῦ βασιλέως σύνοδον πασῶν αἱρέσεων γενέσθαι παρακελευσαμένου, ὅτε καὶ Ἀρ-*

261-262

### *IN QUINTO LIBRO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ SOCRATIS SCHOLASTICI HÆC CONTINENTUR.*

CAP. I. *Quomodo post Valentis obitum, cum Gothi Constantinopolim oppugnarent, cives adversus eos eruptionem fecerunt, auxiliantibus Saracenis qui Maviæ parebant.*

II. *Quomodo imperator Gratianus orthodoxis episcopis ab exsilio revocatis, hæreticos ecclesiis expulit, et consortem imperii Theodosium sibi ascivit.*

III. *Quinam eo tempore majorum Ecclesiarum fuerint episcopi.*

IV. *Quomodo Macedoniani, qui prius ad Liberium Romanum episcopum pro consubstantialis fide scripserant, denuo ad pristinum errorem revoluti sunt.*

V. *De his quæ Antiochiæ ob Melitium et Paulinum contigerunt.*

VI. *Qualiter Gregorius Nazianzenus communi orthodoxorum suffragio episcopus Constantinopolitanæ Ecclesiæ est constitutus: quo tempore et Theodosius imp. post relatam de barbaris victoriam in morbum delapsus, Thessalonicæ ab Ascholio episcopo baptizatus est.*

VII. *Qualiter Gregorius episcopis quibusdam ob translationem ipsius murmurantibus episcopatu se abdicavit; et imperator Demophilo Arianorum episcopo mandavit ut aut fidei consubstantialis assentiretur, aut urbe excederet: quod quidem Demophilus facere maluit.*

VIII. *De centum et quinquaginta episcopis Constantinopoli congregatis: deque illorum decretis, et ordinatione Nectarii.*

IX. *Quomodo imp. Theodosius corpus Pauli episcopi Constantinopolitani ab exsilio honorifice transtulit: quo tempore Melitius Antiochenus episcopus e vita discessit.*

X. *Quomodo imperator omnium sectarum episcopos in unum convenire jussit, quo tem-*

Digitized by Google

*pore Arcadius ejus filius, Augustus nuncupatus est, et quod Novatiani in fide cum Homousianis consentientes, soli intra urbem collectas agere permissi sunt; reliquis hæreticis procul ejectis.*

XI. *De Maximo tyranno; qualiter is Gratianum dolo interemit: quo tempore propter metum Maximi, Justina Valentiniani pueri mater, Ambrosio Mediolanensi episcopo insidiari invita destitit.*

XII. *Quomodo imp. Theodosius, collectis adversus Maximum ingentibus copiis, quo tempore Honorius ei ex Flacilla natus est, Arcadium quidem reliquit Constantinopoli, ipse vero juxta Mediolanum conflixit cum Maximo.*

XIII. *De tumultu quem Ariani Constantinopoli excitarunt.*

XIV *De victoria imperatoris Theodosii, deque tyranni clade.*

XV. *De Flaviano Antiocheno.*

XVI. *De idolorum templis Alexandriæ dirutis, et commissa ob id pugna inter gentiles et Christianos.*

XVII. *De litteris hieroglyphicis in Serapidis templo repertis.*

XVIII. *Quomodo imperator Theodosius Romæ degens, plurimum utilitatis urbi contulit, sublatis furum apud mancipes receptaculis, et turpibus crepitaculis lupanarium.*

XIX. *De presbyteris pœnitentium curam gerentibus, et quomodo ea tempestate sublati fuerint.*

XX. *Quod tum apud Arianos, tum apud alios hæreticos, multa schismata exstiterunt.*

XXI. *Quomodo etiam Novatiani inter se dissenserint.*

XXII. *Judicium hujus historiæ scriptoris, de discrepantia quæ quibusdam in locis cernitur tam in festo paschali, quam in baptismo, et jejuniis, et collectis, aliisque ecclesiasticis ritibus.*

XXIII. *De Arianis Constantinopoli, qui et Psathyriani sunt dicti.*

XXIV. *Qualiter Eunomiani quoque inter se divisi sint, variisque nominibus ex auctorum suorum vocabulis appellati.*

XXV. *De Eugenii tyrannide, et Valentiniani Junioris nece; deque victoria quam Theodosius Augustus retulit de tyranno.*

XXVI. *Quomodo imperator post victoriam morbo correptus, filium suum Honorium Mediolanum evocavit: et paulisper convaluisse visus, edito equestri certamine, eodem die excessit e vita.*

*κάδιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, Αὔγουστος ἀνηγορεύθη, οἱ μὲν Ναυατιανοὶ μόνοι κατὰ τὴν πίστιν ὁμοφρονοῦντες τῆς τοῦ ὁμοουσίου, ἔνδον τῆς πόλεως συνάγειν ἐπετράπησαν· οἱ δὲ λοιποὶ τῶν αἱρετικῶν ἀπηλλάχθησαν.*

ΙΑ'. *Περὶ Μαξίμου τοῦ τυράννου, καὶ τῆς Γρατιανοῦ δόλῳ ἀναιρέσεως· ὅτε καὶ τῆς κατὰ Ἀμβροσίου τοῦ ἐπισκόπου Μεδιολάνων ἐπιβουλῆς, διὰ τὸ πρὸς Μάξιμον δέος, Ἰουστῖνα ἡ μήτηρ Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ μικροῦ, ἄκουσα ἀπέσχετο.*

ΙΒ'. *Ὡς ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος κατὰ Μαξίμου δύναμιν μεγίστην εὐτρεπίσας, καθ' ὃν καιρὸν Ὁνώριος αὐτῷ ἐκ Πλακίλλης ἐτέχθη, Ἀρκάδιον μὲν ἐν Κωνσταντίνου πόλει κατέλιπεν· αὐτὸς δὲ ἐν Μεδιολάνῳ τῷ τυράννῳ προσέμιξεν.*

ΙΓ'. *Περὶ τῆς γενομένης ἐν Κωνσταντίνου πόλει ταραχῆς ὑπὸ Ἀρειανῶν.*

ΙΔ'. *Περὶ τῆς νίκης τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου, καὶ τῆς ἥττης τοῦ τυράννου.*

ΙΕ'. *Περὶ Φλαβιανοῦ τοῦ Ἀντιοχείας.*

ΙϚ'. *Περὶ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καθαιρέσεως τῶν εἰδωλικῶν ναῶν, καὶ τῆς διὰ ταῦτα συμβολῆς Ἑλλήνων καὶ Χριστιανῶν.*

ΙΖ'. *Περὶ τῶν εὑρεθέντων ἐν τῷ τοῦ Σαράπιδος ναῷ γραμμάτων.*

ΙΗ'. *Ὡς ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος ἐν τῇ Ῥώμῃ γεγονὼς, πολλὰ τὴν πόλιν ὠφέλησε, περιελὼν τά τε ἐν τοῖς μαγκηπείοις λῃστήρια, καὶ τὰ ἐν τοῖς πορνείοις ἄτοπα τῶν σείστρων.*

ΙΘ'. *Περὶ τῶν ἐπὶ τῆς μετανοίας πρεσβυτέρων, ὅπως τηνικαῦτα περιῃρέθησαν.*

Κ'. *Ὡς καὶ ἐν Ἀρειανοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις αἱρετικοῖς, σχίσματα πολλὰ γεγόνασιν.*

ΚΑ'. *Ὡς καὶ Ναυατιανοὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐστασίασαν.*

ΚΒ'. *Περὶ τῶν δοξάντων τῷ συγγραφεῖ διαφωνιῶν κατά τινας τόπους, περί τε τοῦ Πάσχα, καὶ βαπτισμάτων, καὶ νηστειῶν, καὶ γάμων, καὶ συνάξεων, καὶ λοιπῶν ἐκκλησιαστικῶν παρατηρήσεων.*

ΚΓ'. *Περὶ τῶν ἐν Κωνσταντίνου πόλει Ἀρειανῶν, τῶν καὶ Ψαθυριανῶν μετονομασθέντων.*

ΚΔ'. *Ὡς καὶ Εὐνομιανοὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἐστασίασαν, διαφόρους προσωνυμίας ἐκ τῶν προεστώτων κτησάμενοι.*

ΚΕ'. *Περὶ τῆς τυραννίδος Εὐγενίου, καὶ τῆς Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ Μικροῦ ἀναιρέσεως, καὶ τῆς Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως κατὰ τοῦ τυράννου νίκης.*

ΚϚ'. *Ὡς μετὰ τὴν νίκην ὁ βασιλεὺς ἀῤῥωστήσας, τὸν υἱὸν Ὁνώριον ἐν Μεδιολάνῳ μετεκαλέσατο· καὶ μικρὸν δόξας τῆς νόσου ῥαΐσαι, ἱπποδρομίαν τελεσάμενος, κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν ἐτελεύτησεν.*

# LIBER QUINTUS.

## 263 PROŒMIUM.

Antequam libri quinti historiam ordiamur, eos qui hoc opus lecturi sunt rogamus ne nobis vitio vertant quod, cum ecclesiasticam historiam scribere instituerimus, bella quoque variis subinde temporibus gesta, quorum quidem certissimam notitiam nobis habere licuit, eidem interseramus. Id enim facimus multis de causis. Primum ut rerum gestarum notitiam lectoribus tradamus.

# ΤΟΜΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

## ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

A Πρὶν ἀρξώμεθα τῆς ἱστορίας τοῦ πέμπτου βιβλίου, φαμὲν πρὸς τοὺς μέλλοντας ἐντυγχάνειν τῇδε τῇ ὑποθέσει, μὴ μέμψασθαι ἡμῖν, ὅτι προθέμενοι ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν συγγράψασθαι, ἐπιμίγνυμεν αὐτῇ καὶ τοὺς κατὰ καιρὸν γενομένους πολέμους, ὅσον [a] τὴν ἱστορίαν μετὰ τῆς ἀληθείας ἐδυνήθημεν γνῶναι. Τοῦτο γὰρ πολλῶν ἕνεκα ποιοῦμεν· τοῦ εἰς γνῶσιν ἄγειν τὰ γινόμενα· ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῦ τοὺς

VARIORUM.

[a] Ὅσον. Legendum ὅσων, ut videtur. W. Lowth.

Digitized by Google

ἐντυγχάνοντας μὴ προσκορεῖς γενέσθαι, ἐκ τοῦ μὴ σχολάζειν (15) τῇ φιλονεικίᾳ τῶν ἐπισκόπων, καὶ οἷς κατ' ἀλλήλων ἐτύρευσαν· πρὸ δὲ τούτων, ἵνα γνωσθῇ ὅπως τῶν δημοσίων ταραττομένων, ὡς ἔκ τινος συμπαθείας καὶ τὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἐταράττετο. Εἰ γάρ τις παρατηρήσει, συνακμάσαντα εὑρήσει τά τε δημόσια κακὰ, καὶ τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν δυσχερῆ. Ἢ γὰρ κατὰ ταυτὸ κινηθέντα εὑρήσει, ἢ ἐπακολουθοῦντα ἀλλήλοις· καὶ ποτὲ μὲν τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν ἡγούμενα, εἶτα αὖθις ἐπακολουθοῦντα τὰ δημόσια· ποτὲ δὲ τοὔμπαλιν· ὥστε με τῶν διαδοχῶν τούτων, μὴ ἔκ τινος συντυχίας δύνασθαι νομίζειν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἡμετέρων πλημμελημάτων λαμβάνειν τὰς ἀρχὰς, τιμωρίας δὲ ἕνεκεν ἐπιφέρεσθαι τὰ κακὰ, εἴγε κατὰ τὸν Ἀπόστολον, *Τινῶν ἀνθρώπων αἱ ἁμαρτίαι πρόδηλοί εἰσιν εἰσάγουσαι εἰς κρίσιν*· τισὶ δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσιν. Διὰ ταύτην δὴ τὴν αἰτίαν, τῇ *Ἐκκλησιαστικῇ Ἱστορίᾳ* καί τινα τῶν δημοσίων πραγμάτων ἐπισυμπλέκομεν. Τὰ μὲν γὰρ ἐπὶ Κωνσταντίνου περὶ τοὺς πολέμους γενόμενα, διὰ χρόνου μῆκος εὑρεῖν οὐκ ἰσχύσαμεν. Τῶν δὲ μετὰ ταῦτα, ὅσα παρὰ τῶν ἔτι ζώντων ἐμάθομεν, ἐν ἐπιδρομῇ ποιούμεθα μνήμην. Συνεχῶς δὲ καὶ τοὺς βασιλεῖς τῇ ἱστορίᾳ περιλαμβάνομεν, διότι ἀφ' οὗ χριστιανίζειν ἤρξαντο, τὰ τῆς Ἐκκλησίας πράγματα ἤρτητο ἐξ αὐτῶν, καὶ αἱ μέγισται σύνοδοι τῇ αὐτῶν γνώμῃ γεγόνασί τε καὶ γίνονται. Οὐ μὴν ἀλλὰ τοῦ Ἀρειανισμοῦ μνήμην πεποιήμεθα, διότι τὰς Ἐκκλησίας ἐτάραξε. Καὶ ταῦτα μὲν ἐν προοιμίῳ αὐτάρκως εἰρήσθω. Ἤδη δὲ τῆς ἱστορίας ἁπτώμεθα.

Deinde ne lectores fastidio afficiantur, si in episcoporum contentionibus, et in iis quæ adversus se invicem moliti sunt, perlegendis, eos assidue detineamus. Præcipue vero ut intelligatur qualiter, turbato reipublicæ statu, Ecclesia quoque quasi quadam compassione turbata est. Nam si quis animum attenderit, reipublicæ mala et Ecclesiarum calamitates simul viguisse deprehendet. Aut enim uno eodemque tempore orta utraque esse reperiet, aut brevi temporis spatio se invicem subsecuta : et interdum quidem Ecclesiarum calamitates præire; deinde subsequi motus reipublicæ, interdum vero vice versa. Adeo ut in animum meum inducere non possim, harum rerum vicissitudinem ex fortuito casu, sed potius ex sceleribus nostris causam ortus sui ducere, et ad eorum castigationem immitti calamitates. Si quidem, ut ait Apostolus [1], *quorumdam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad judicium*; quosdam vero etiam subsequuntur. Hanc igitur ob causam *Ecclesiasticæ Historiæ* quædam etiam in republica gesta adjunximus. Et ea quidem quæ Constantini principatu in bello acta sunt, ob temporis vetustatem reperire haudquaquam potuimus. Quæ vero posthæc gesta sunt, ea sicut ab iis qui adhuc supersunt accepimus, strictim commemoramus. Sed et ipsos subinde imperatores in hoc opere perpetuo includimus, propterea quod ex quo illi Christiani esse cœperunt, **264** ex illis pependerunt res ecclesiasticæ : et maxima quæque concilia eorum arbitrio tum facta sunt antea, tum hodieque fiunt. Postremo Arianæ sectæ mentionem fecimus, eo quod illa Ecclesiarum statum perturbavit. Atque hæc proœmii loco dixisse sufficiat : nunc historiam ordiamur.

## ΚΕΦΑΛ. Α'.

*Ὡς μετὰ τὸν θάνατον Οὐάλεντος, τῶν Γότθων ἐπελθόντων κατὰ Κωνσταντίνου πόλεως, ὁ δῆμος αὐτῆς ἀντεπεξῄει, συμμάχους τοὺς Σαρακηνοὺς ἔχων, τοὺς ὑπὸ Μαυΐας ταττομένους.*

Τοῦ δὴ βασιλέως Οὐάλεντος ἄδηλον ἐσχηκότος τὴν τελευτὴν, οἱ βάρβαροι πάλιν ἕως τῶν τειχῶν τῆς Κωνσταντίνου πόλεως ἐλθόντες, τὰ περὶ αὐτὴν ἐπόρθουν προάστεια. Ἐφ' οἷς ὁ δῆμος ἀγανακτῶν, δι' ἑαυτῶν τοῖς βαρβάροις ἀντεπεξῄεσαν, ἕκαστος τὸ παρατυγχάνον ἀντὶ ὅπλου λαμβάνοντες. Ἐδίδου δὲ τοῖς ἐξιοῦσιν εἰς τὸν πόλεμον ἡ τοῦ βασιλέως γυνὴ Δομνίκα [v] μισθὸν ἐκ τοῦ βασιλικοῦ ταμείου, καθὰ καὶ τοῖς στρατιώταις ἐνενόμιστο. Ἐπεβοήθουν δὲ αὐτοῖς ὀλίγοι Σαρακηνοὶ [x] ὑπόσπονδοι, παρὰ Μαυΐας

## CAP. I.

*Quomodo post Valentis obitum, cum Gothi Constantinopolim oppugnarent, cives adversus eos eruptionem fecerunt, auxiliantibus Saracenis qui Maviæ parebant.*

Postquam Valens incerto mortis genere periisset, barbari ad ipsa usque mœnia Constantinopoleos iterum progressi, suburbana undique vastare cœperunt. Quod cum cives ægre admodum ferrent, arrepto vice teli eo quod cuique obvium erat, suopte motu adversus barbaros erumpunt. Uxor autem imperatoris Dominica, cunctis ad bellum egredientibus ex regali ærario stipendium dabat, quemadmodum militibus erogari solet. Aderant etiam auxilio pauci quidam fœderati Saraceni

[1] I Timoth. v, 24.

## VALESII ANNOTATIONES.

(15) *Ἐκ τοῦ μὴ σχολάζειν.* Lego ἐκ τοῦ ἀεὶ σχολάζειν. Insuavis enim est et odiosa particulæ negativæ repetitio, cum præcedat τοῦ τοὺς ἐντυγχάνοντας μὴ προσκορεῖς γενέσθαι. Post hæc enim verba sequi debet affirmatio.

## VARIORUM.

v *Δομνίκα.* Valentiniani Junioris, qui et Galates dictus est, ex Valente mater.

x *Ἐπεβοήθουν δὲ αὐτοῖς ὀλίγοι Σαρακηνοί.* Ex *Saracenis crinitus quidam, nudus omnia præter pubem, subraucum et lugubre strepens, educto pugione agmini se medio Gothorum inseruit, et interfecit hostis*

Digitized by Google

a Mavia regina missi, cujus etiam antea mentionem fecimus. Ad hunc igitur modum cum cives certamen iniissent, barbari procul ab urbe regia discesserunt.

A πεμφθέντες, ἧς καὶ ἀνωτέρω ἐμνημονεύσαμεν. Τοῦτον οὖν τὸν τρόπον τηνικαῦτα τοῦ δήμου ἀγωνισαμένου, πόῤῥω τῆς πόλεως ἀπεχώρησαν οἱ βάρβαροι.

## CAP. II.

*Quomodo imp. Gratianus orthodoxis episcopis ab exsilio revocatis, hæreticos ecclesiis expulit, et consortem imperii Theodosium sibi ascivit.*

Gratianus vero una cum Juniore Valentiniano imperii summam adeptus, damnata Valentis patrui sui in Christianos crudelitate, cunctos qui ab illo in exsilium ejecti fuerant, revocavit. Lege præterea sanxit ut omnes cujuscunque religionis homines absque ullo discrimine in ecclesiis convenirent; soli autem Eunomiani, Photiniani et Manichæi pellerentur ecclesiis. Cumque imperium Romanum languere, barbaros vero invalescere animadverteret, remque publicam viro strenuo indigere, 265 collegam imperii adsumit Theodosium, virum nobili genere in Hispaniis ortum, qui et in bello multa strenue gesserat, et ob eam causam jampridem etiam ante designationem Gratiani, dignus imperio ab omnibus fuerat judicatus. Cum igitur imperatorem eum renuntiasset Sirmii, quæ urbs est Illyrici, consulatu Ausonii et Olybrii, die septimo decimo Kalendas Februarii, curam belli adversus barbaros gerendi cum illo partitur.

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

*Ὡς Γρατιανὸς ὁ βασιλεὺς τοὺς ὀρθοδόξους ἐπισκόπους ἐκ τῶν ἐξοριῶν ἀνακαλεσάμενος, τοὺς αἱρετικοὺς τῶν ἐκκλησιῶν ἐξεδίωξε, καὶ κοινωνὸν τῆς βασιλείας, Θεοδόσιον προσελάβετο.*

Γρατιανὸς [y] δὲ ἅμα τῷ Νέῳ Οὐαλεντινιανῷ τῆς βασιλείας ἐγκρατὴς γενόμενος, καταγνούς τε τοῦ θείου Οὐάλεντος τῆς περὶ τοὺς Χριστιανοὺς ὠμότητος, τοὺς μὲν ὑπ' ἐκείνου ἐξορισθέντας ἀνεκάλει· νόμῳ τε ἐθέσπισε (16), μετὰ ἀδείας ἑκάστην τῶν θρησκειῶν ἀδιορίστως ἐν τοῖς εὐκτηρίοις συνάγεσθαι· B μόνους δὲ τῶν ἐκκλησιῶν εἴργειν Εὐνομιανοὺς, Φωτινιανοὺς, καὶ Μανιχαίους. Συνεωρακὼς δὲ κάμνουσαν τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, καὶ τὰ βαρβάρων ἐπικρατοῦντα, καὶ ὅτι δεῖται τὰ δημόσια γενναίου ἀνδρὸς, κοινωνὸν προσλαμβάνει τῆς βασιλείας Θεοδόσιον [z], ἄνδρα ἐκ τῶν εὐπατριδῶν τῆς Ἰσπανίας καταγόμενον, πολλά τε κατὰ τοὺς πολέμους ἀγωνισάμενον, καὶ διὰ τοῦτο ἄξιον τῆς βασιλείας ἤδη πάλαι, καὶ πρὸ τῆς Γρατιανοῦ χειροτονίας ὑπὸ πάντων κριθέντα. Ἀναγορεύσας οὖν αὐτὸν ἐν τῷ Σιρμίῳ, πόλις δὲ Ἰλλυριῶν αὕτη, ἐν ὑπατείᾳ Αὐσονίου καὶ Ὀλυβρίου, τῇ ἑκκαιδεκάτῃ τοῦ Ἰαννουαρίου μηνὸς [a], μερίζεται αὐτῷ τοὺς κατὰ βαρβάρων ἀγῶνας.

## VALESII ANNOTATIONES.

(16) *Νόμῳ τε ἐθέσπισε*.. Hanc Gratiani legem C memorat etiam Sozomenus in lib. VII, capite 1, et Theodoritus in libro V, capite 2, qui Saporem magistrum militum a Gratiano in Orientis partes missum esse dicit, ut eam legem exsecutioni mandaret. Id autem contigit anno Christi 378. Ea lex Gratiani hodie non exstat. Ejus tamen videtur fieri mentio in lege quinta, Codice Theodosiano de fide catholica.

## VARIORUM.

*jugulo labra admovit, effusumque cruorem exsuxit. Quo monstroso miraculo barbari territi, postea, non ferocientes ex more, cum agendum appeterent aliquid, sed ambiguis gressibus incedebant. Processu dein audacia fracta, exinde digressi sunt.* Amm. Marcellinus, lib. XXX, cap. 16.

[y] *Γρατιανός*. Gratianus, Valentiniani I ex Severa filius, qui patri simul et Valenti patruo in D imperio successit: ingenio, facundia, modestia, castitate, fortitudine, zelo contra hæreticos inclytus. *Principem Christianissimum* vocat eum D. Ambrosius. Pontificatus summi ethnicorum dignitatem, ab antecessoribus hactenus retentam, constanter recusavit. Tandem a Maximo, suo belli duce, per insidias in Galliis interfectus. Præceptorem habuit Ausonium Burdigalensem, quem ad consularem dignitatem Romæ perduxit. Vide Ammian., lib. XXVII. Hieron. epist. 3, Ambrosium *De obitu Valentis*, et in psalm. LXI; Zosim., Auson. *Grat. act. pro cos.*

[z] *Κοινωνὸν προσλαμβάνει τῆς βασιλείας Θεοδόσιον*. Theodosius Magnus imperator, filius Theodosii, ducis inclyti, et magistri equitum per Gallias, invidia quorumdam aulicorum Carthagine occisi anno 377, sed non nisi baptismate prius accepto. OROSIUS, lib. VII, cap. 33. Noster, audita patris cæde, ex Mœsia in Hispaniam secessit, ut præter Ambrosium docet Theodorit. *Hist.*, lib. V, cap. 5, unde postea evocatus a Gratiano, magister militum, ac mox Augustus creatus est anno 379, Gratiano cædem patris, quam malo consilio ductus admiserat, honore filii compensare cupiente. Hinc nova imperii divisio facta. Theodosio cessit Oriens cum Thracia, ut docet Zosimus lib. IV; Orosius, lib. VII, et Miscella. lib. XII. Inter Gratianum vero et Valentinianum fratres divisum imperium occidentale, ita ut Gratiano cesserint Galliæ, Hispaniæ, Britanniæ: Valentiniano Italia, Illyricum, et Africa. Vide Vales. *annot. in Marcellini*, lib. XXIX, cap. 5; Pagi, ad ann. 379, n. 5. Theodosii egregium encomium habetur apud Victorem in *Epitome*, ubi imp. Trajano corpore et mente similis, vitiis tantum dissimilis fuisse asseritur.

[a] *Τῇ ἑκκαιδεκάτῃ τοῦ Ἰαννουαρίου μηνός*. Theodosius non XVII Kal. Februarii, ut perperam scribit Socrates, et Baronius cum eo, sed XIV Kal. Feb. seu die XIX Januarii, in consortium imperii ascitus, ut Idatius in *Fastis*. Auctor *Chronici Alexandrini*, Marcellinus in *Chronico*, et Farrago Alexandrina testantur. (Ant. Pagi, ad ann. 379, n. 5.)

Digitized by Google

### ΚΕΦΑΛ. Γ'.

*Τίνες ἐπίσκοποι τῶν μεγάλων Ἐκκλησιῶν τηνικαῦτα τὴν προστασίαν εἶχον.*

Κατὰ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον, τῆς μὲν ἐν Ῥώμῃ Ἐκκλησίας Δάμασος προΐστατο, διαδεδεγμένος Λιβέριον· τῆς δὲ Ἱεροσολύμων ἔτι Κύριλλος ἐκράτει. Ἡ δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ, ὡς ἔφημεν, τριχῇ διῄρητο. Τῶν μὲν γὰρ Ἐκκλησιῶν, Δωρόθεος ὁ Ἀρειανὸς μετὰ Εὐζώϊον ἐγκρατὴς ἐγένετο. Τῶν δὲ ἄλλων οἱ μὲν ὑπὸ Παυλίνῳ, οἱ δὲ ὑπὸ Μελιτίῳ τῆς ἐξορίας ἀνακληθέντι ἐτάττοντο. Καὶ τῶν κατὰ Ἀλεξάνδρειαν δὲ, Ἀρειανῶν μὲν Λούκιος καὶ ἐν φυγῇ διάγων· τῆς δὲ ὁμοουσίου πίστεως, Τιμόθεος μετὰ Πέτρον προΐστατο. Ἐν δὲ Κωνσταντίνου πόλει, τῶν μὲν Ἐκκλησιῶν Δημόφιλος ἦν ἐγκρατὴς, ὁ μετὰ Εὐδόξιον τῆς Ἀρειανῆς προεστὼς θρησκείας. Οἱ δὲ τοῦτον ἐκτρεπόμενοι, καθ' ἑαυτοὺς τὰς συναγωγὰς ἐποιοῦντο.

### ΚΕΦΑΛ. Δ'.

*Ὡς Μακεδονιανοὶ, οἱ πρότερον πρὸς τὸν Ῥώμης Δάμασον περὶ τοῦ ὁμοουσίου διαπρεσβευσάμενοι, αὖθις τῇ προτέρᾳ πλάνῃ ὑπήχθησαν.*

Μακεδονιανοὶ δὲ μετὰ τὴν πρὸς Λιβέριον πρεσβείαν, ἀδιάφορον ἕως τινὸς χρόνου τὴν κοινωνίαν ἐποιοῦντο, κατὰ τὰς Ἐκκλησίας τὰς ἐν ἑκάστῃ πόλει ἀλλήλοις ἐπιμιγνύμενοι αὐτοί τε, καὶ οἱ ἐξ ἀρχῆς τὸν ὅρον τῆς ἐν Νικαίᾳ στέρξαντες πίστεως. Ἐπειδὴ δὲ ὁ Γρατιανοῦ τοῦ βασιλέως νόμος [b] ἄδειαν ταῖς θρησκείαις παρεῖχε, διακριθῆναι πάλιν ἐσπούδασαν. Συναχθέντες δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας, αὖθις ἐδογμάτισαν ἐκτρέπεσθαι τὴν τοῦ ὁμοουσίου φωνὴν, καὶ τοῖς ἀσπαζομένοις τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν μηδαμῶς ἐπιμίγνυσθαι. Ἀλλ' οὐκ ἀπώναντο τοῦ ἐπιχειρήματος· καταγνόντες γὰρ αὐτῶν οἱ πλείους, ὡς ἄλλοτε ἄλλα δογματιζόντων, ἀπέστησάν τε αὐτῶν, καὶ τοῖς τὸ ὁμοούσιον φρονοῦσι βεβαίως ἡνώθησαν.

### ΚΕΦΑΛ. Ε'.

*Περὶ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ διὰ Παυλῖνον καὶ Μελίτιον τηνικαῦτα συμβάντων.*

Τότε δὴ καὶ τὰ κατὰ Ἀντιόχειαν τὴν ἐν Συρίᾳ, διὰ Μελίτιον φιλονεικίαν ἔσχεν τοιάνδε. Φθάσαντες εἴπομεν, ὅτι Παυλῖνος ὁ τῆς Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος, δι' ὑπερβάλλουσαν εὐλάβειαν, εἰς ἐξορίαν οὐκ ἐπέμπετο. Μελίτιος δὲ μετὰ τὴν ὑπὸ Ἰουλιανοῦ ἀνάκλησιν, πάλιν ὑπὸ Οὐάλεντος ἐξορισθεὶς, ὕστερον ἐπὶ Γρατιανοῦ ἀνεκλήθη. Ἐλθών τε εἰς Ἀντιόχειαν, κατέλαβε Παυλῖνον ἤδη γηραιὸν ὄντα. Εὐθὺς οὖν πάντες οἱ αὐτῷ προσκείμενοι, σπουδὴν ἐτίθεντο σύνθρονον γενέσθαι Παυλίνῳ τὸν Μελίτιον. Τοῦ δὲ Παυλίνου λέγοντος παρὰ κανόνας εἶναι, σύνθρονον λαβεῖν τὸν ὑπὸ Ἀρειανῶν χειροτονηθέντα, ἐκβιάζεται ὁ λαός·

### CAP. III.

*Quinam eo tempore majorum Ecclesiarum fuerint episcopi.*

A Eodem tempore Ecclesiæ quidem Romanæ præerat Damasus, qui Liberio successerat: Hierosolymitanam autem Ecclesiam adhuc obtinebat Cyrillus (16*). Antiochensis porro Ecclesia, sicut antea dixi, tres in partes divisa erat. Etenim Ecclesiis quidem post Euzoium Dorotheus Arianus potiebatur. Reliqui partim Paulino, partim Melitio qui ab exsilio revocatus fuerat, obtemperabant. Alexandriæ vero, Arianorum quidem Ecclesias Lucius, licet in fugam actus, administrabat: consubstantialis autem fidem profitentibus, post Petrum Timotheus præsidebat. Apud Constantinopolim Demophilus Arianæ partis post Eudoxium episcopus, B Ecclesias possidebat. Hi vero qui communionem illius aversabantur, seorsum conventus agebant.

### CAP. IV.

*Quomodo Macedoniani, qui prius ad Liberium Romanum episcopum pro consubstantialis fide scripserant, denuo ad pristinum errorem revoluti sunt.*

At Macedoniani post legationem ad Liberium missam, per Ecclesias singularum civitatum sine ullo discrimine communicabant, permiscentes se mutuo cum iis qui Nicænæ fidei formulam ab initio fuerant amplexi. Verum ubi lex imperatoris Gratiani omnibus sectis licentiam concessit, denuo seorsum agere instituerunt. Igitur Antiochiæ congregati, decreverunt vocem consubstantialis rejiciendam esse, nec ullo modo communicandum cum C iis qui Nicænam fidem profiterentur. **266** Sed hic conatus male ipsis cessit. Plerique enim damnata eorum inconstantia, utpote qui alia subinde atque alia fidei decreta promulgarent, ab iis recesserunt, et fidei consubstantialis sectatoribus constanter in posterum adhæserunt.

### CAP. V.

*De his quæ tunc Antiochiæ propter Paulinum et Melitium contigerunt.*

Per idem tempus, Antiochiæ etiam in Syria propter Melitium gravis contentio exarsit. Jam antea diximus, Paulinum episcopum Antiochiæ ob eximiam sanctitatem in exsilium minime ejectum fuisse: Melitium vero, postquam a Juliano restitutus fuisset, iterum a Valente pulsum in exsilium, D tandem a Gratiano esse revocatum. Qui cum rediisset Antiochiam, Paulinum jam senio confectum offendit. Statim igitur omnes qui favebant Melitio, operam dederunt ut una cum Paulino in episcopali solio resideret. Cumque diceret Paulinus refragari ecclesiasticis regulis, ut is qui ab Arianis

VALESII ANNOTATIONES.

(16*) Lib. III, cap. 6, 9.

VARIORUM.

[b] *Ὁ Γρατιανοῦ νόμος.* In Cod. Theodos. XVI, tit. 5, indicat ipse Gratianus legem a se post Valentis obitum editam, cujus meminere Socrates, prius, Sozom. lib. VII, cap. 1, Suidas in voce Γρατιανός, et Joannes Antiochenus in Excerptis Constantinianis, qua cautum fuerat ut sine fraude vel metu, quam quisque fidem profiteretur, impune sectaretur, exceptis tantum Manichæis, Photinianis et Eunomianis.

Digitized by Google

ordinatus fuisset, ad societatem cathedræ admitteretur, populus vi adhibita perfecit ut in quadam extra urbem ecclesia Melitius in sede episcopali collocaretur. Quo facto ingens contentio exorta est. Postea vero populus ad concordiam rediit, pactis inter se ejusmodi conditionibus. Cum eos omnes qui ad episcopatum gerendum idonei videbantur, collegissent : erant autem sex numero, inter quos etiam erat Flavianus : eos sacramento adegerunt ut, altero e duobus episcopis mortuo, nemo ipsorum episcopalem sedem ambiret, sed alterum qui superstes esset, demortui locum sinerent retinere. Ad hunc modum præstito juramento, populus ad unitatem rediit, nec ulterius inter se divisus est. At Luciferiani se a reliquis sejunxere, propterea quod Melitius qui ab Arianis ordinatus fuerat, ad episcopale munus susceptus fuisset. Dum Antiochena Ecclesia in hoc statu esset, negotii cujusdam necessitas exegit ut Melitius Constantinopolim proficisceretur.

A καὶ ἐν μιᾷ τῶν πρὸ τῆς πόλεως Ἐκκλησιῶν, παρασκευάζουσιν ἐνθρονισθῆναι αὐτόν. Τούτου γενομένου, πολλὴ φιλονεικία κεκίνητο. Μετὰ δὲ ταῦτα, εἰς ὁμόνοιαν ἦλθον οἱ λαοὶ ἐπὶ τοιαύταις συνθήκαις. Συναγαγόντες τοὺς ὑποψήφους εἰς ἐπισκοπὴν, εὑρίσκουσι τοὺς πάντας τὸν ἀριθμὸν ἕξ, ἐν οἷς ἦν καὶ Φλαβιανός· ὅρκῳ τε τούτους ἠσφαλίσαντο, τὸ μηδένα παρελθεῖν εἰς τὴν ἐπισκοπὴν, ἑνὸς τῶν ἐπισκόπων προτελευτήσαντος, ἀλλὰ συγχωρεῖν τὸν ὑπολειφθέντα κατέχειν τοῦ προαπελθόντος τὸν θρόνον. Οὕτω δοθέντων τῶν ὅρκων, ὁ λαὸς εἶχεν ὁμόνοιαν, καὶ οὐκέτι πρὸς ἀλλήλους διεκρίνοντο. Οἱ δὲ Λουκίφεροι διατοῦτο διεκρίθησαν, ὅτι Μελίτιος ὑπὸ τῶν Ἀρειανῶν χειροτονηθεὶς εἰς τὴν ἐπισκοπὴν ἐδέχθη. Ἐν τοιαύτῃ καταστάσει τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ καθεστώτων, ἐδέησε τὸν
B Μελίτιον ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν.

## CAP. VI.

*Qualiter Gregorius Nazianzenus communi orthodoxorum suffragio episcopus Ecclesiæ Constantinopolitanæ est constitutus : quo tempore et Theodosius imp. post relatam de barbaris victoriam in morbum prolapsus, Thessalonicæ ab Ascholio episcopo baptizatus est.*

Quo quidem tempore Gregorius communi multorum episcoporum suffragio ab episcopatu urbis Nazianzi ad Constantinopolitanæ Ecclesiæ sacerdotium translatus est. Atque id quidem ita factum est, ut dixi. Sub idem vero tempus imperatores Gratianus et Theodosius victoriam de barbaris singuli
267 retulerunt. Et Gratianus quidem confestim ad Gallias reversus est, eo quod Alamanni provincias illas popularentur. Theodosius vero post erecta de barbaris tropæa Constantinopolim contendens, venit Thessalonicam. Ubi cum in morbum incidisset, Christianorum more baptismum percipere concupivit : quippe qui jam inde a majoribus Christianus esset, et consubstantialis fidem profiteretur. Porro cum ob ingruentem morbum quantocius baptizari vellet, et Thessalonicensem episcopum ea de causa ad se accersisset, prius ab eo percontatus est quam ille fidem sectaretur. Cumque respondisset episcopus, opinionem Arii ad

## ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

*Ὡς Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ, κοινῷ δόγματι τῶν ὀρθοδόξων, τὴν προστασίαν τῆς ἐν Κωνσταντίνου πόλει Ἐκκλησίας ἀναδέδεκται, καθ' ὃν καιρὸν καὶ Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς, μετὰ τὴν κατὰ βαρβάρων νίκην ἐν Θεσσαλονίκῃ νοσήσας, ὑπὸ Ἀσχολίου τοῦ ἐπισκόπου βαπτίζεται.*

Ὅτε κοινῷ δόγματι πολλῶν ἐπισκόπων, Γρηγόριος ἀπὸ τῆς Ναζιανζοῦ πρὸς τὴν Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκοπὴν μετετίθετο. Τοῦτο μὲν οὕτως ἐγένετο. Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον οἱ βασιλεῖς Γρατιανὸς καὶ
C Θεοδόσιος, κατὰ βαρβάρων ἤραντο νίκας [c]. Καὶ Γρατιανὸς μὲν εὐθὺς ἐπὶ τὰς Γαλλίας ἐχώρει, Ἀλαμανῶν κατατρεχόντων τὴν ἐκεῖ χώραν· Θεοδόσιος δὲ μετὰ τὰ τρόπαια ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν σπεύδων, τὴν Θεσσαλονίκην καταλαμβάνει, ἐκεῖ τε ἀῤῥωστίᾳ περιπεσὼν, ἀξιωθῆναι τοῦ χριστιανικοῦ βαπτίσματος ἐπεθύμησεν, ἄνωθεν μὲν ἐκ προγόνων χριστιανὸς ὑπάρχων, καὶ τῇ τοῦ ὁμοουσίου πίστει προσκείμενος. Τὸ δὲ βαπτισθῆναι διὰ τὴν ἀῤῥωστίαν σπεύσας, ἐπιζητήσας τε τῶν Θεσσαλονικέων ἐπίσκοπον [d], ἠρώτησε πρότερον ποίαν πίστιν ἠσπάζετο. Τοῦ δὲ εἰπόντος, ὡς οὐ παρῆλθεν ἡ Ἀρειανῶν δόξα κατὰ Ἰλλυριῶν ἔθνη, οὐδὲ ἴσχυσε συναρπάσαι ἡ παρ' ἐκείνου γεγενημένη καινοτομία τὰς τῇδε Ἐκκλησίας, ἀλλὰ μένουσι φυλάσσοντες ἀσάλευτον τὴν ἄνωθεν μὲν

### VARIORUM ANNOTATIONES.

[c] *Κατὰ βαρβάρων ἤραντο νίκας*. Vide Zosim., lib. IV; Sozom., lib. VII, cap. 4; Orosium, lib. VII, cap. 20; Jornandem tam in lib. *De regnorum successione*, quam in lib. *De rebus Geticis*, cap. 26; Marcellinum in *Chronico*, et Idatium in *Fastis*, utrumque anno 379. Imo Idatius diem memorat quo hujus victoriæ nuntium Romam perlatum est. Ausonio enim et Olybrio coss. anno scil. 379 prodit : *Ipso anno multa bella Romani cum Gothis commiserunt. Deinde victoriæ nuntiatæ sunt adversus Gothos, Alanos, atque Hunnos die* XV *Kal. Decemb.* (Ant. Pagi, ad ann. 380, n. 2.)

D [d] *Τῶν Θεσσαλονικέων ἐπίσκοπον*. Thessalonicam in Illyrico fuisse sitam, recte mox insinuat Socrates ; totius enim Illyrici metropolis erat, ut Theodoritus lib. V, cap. 16, ostendit, ideoque non solius Macedoniæ, quæ tamen et ipsa in Illyrico fuit. Quare lapsus est Baronius, cum Socratem hac parte erroris arguit, et Thessalonicam non in Illyrico, verum in Macedonia fuisse scribit. Illyricum quippe orientale ex duabus diœcesibus constabat, Macedonia videlicet et Dacia, et Macedoniæ diœcesis Thessalonica metropolis fuit ; episcopus vero Thessalonicensis Illyrici totius primas. (Ant. Pagi ad ann. 380, n. 2.)

Digitized by Google

καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐκ τῶν ἀποστόλων παραδοθεῖσαν πίστιν, ἐν δὲ τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ βεβαιωθεῖσαν, ὁ βασιλεὺς ἀσμενέστατα ὑπὸ Ἀσχολίου τοῦ ἐπισκόπου βαπτίζεται. Ἀναῤῥωσθεὶς οὖν ἐκ τῆς νόσου, μετ' οὐ πολλὰς τὰς ἡμέρας ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν ἔρχεται, περὶ τὴν τετάρτην καὶ εἰκάδα τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς [e], ἐν ὑπατείᾳ Γρατιανοῦ τὸ πέμπτον, καὶ αὐτοῦ Θεοδοσίου τὸ πρῶτον.

Illyrici usque provincias minime penetrasse, et inductam ab illo novitatem Ecclesias illic sitas decipere nequaquam valuisse : sed eam fidem quæ initio ab apostolis tradita, et postea in concilio Nicæno confirmata est, ab incolis constanter retineri, imperator ab Ascholio libentissime baptizatus est. Paucis autem post diebus morbo liberatus Constantinopolim advenit, die octavo Kalendas Decembris, consulatu Gratiani quinto, et ipsius Theodosii primo.

## ΚΕΦΑΛ. Ζʹ.

*Ὡς Γρηγορίου εἰσελθόντος ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ τινων ἐπισκόπων ἐπὶ τούτῳ διαγογγυσάντων, αὐτὸς τῆς ἐκκλησίας τὴν προστασίαν παρῃτήσατο· ὁ δὲ βασιλεὺς τῷ Ἀρειανῷ ἐπισκόπῳ Δημοφίλῳ δηλοῖ, ἢ προσθέσθαι τῷ ὁμοουσίῳ, ἢ τῆς πόλεως ἐξιέναι· ὅπερ μᾶλλον ἐποίησεν.*

Τότε δὲ Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ μετατεθεὶς (17) ἔνδον τῆς πόλεως ἐν μικρῷ εὐκτηρίῳ τὰς συναγωγὰς ἐποιεῖτο· ᾧτινι ὕστερον οἱ βασιλεῖς μέγιστον οἶκον εὐκτήριον προσσυνάψαντες, Ἀναστασίαν ὠνόμασαν (18). Γρηγόριος μὲν οὖν ἀνὴρ ἐλλόγιμος, καὶ εὐλαβείᾳ τοὺς καθ' ἑαυτὸν ὑπερβάλλων, γνοὺς διαγογγύζοντάς τινας, ὡς εἴη ὑπερόριος, ἀσμένως τὴν τοῦ βασιλέως παρουσίαν δεξάμενος, τὴν ἐν Κωνσταντίνου πόλει διαγωγὴν παρῃτήσατο [f]. Ὁ μέντοι βασιλεὺς ἐν τοιαύτῃ καταστάσει τὴν Ἐκκλησίαν εὑρὼν, φροντίδα ἐτίθετο, ὅπως οὖν εἰρήνην ποιήσας, ὁμόνοιαν κατεργάσηται, καὶ τὰς Ἐκκλησίας αὐξήσειε. Δηλοῖ οὖν εὐθὺς τῷ Δημοφίλῳ [g], ὃς τῆς Ἀρειανῆς θρησκείας προειστήκει, εἰ βούλοιτο πιστεύειν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ, ἑνοῦν τε τὸν λαὸν καὶ τὴν εἰρήνην ἀσπάζεσθαι. Τοῦ δὲ φυγόντος τὴν πρότασιν· Οὐκοῦν, ἔφη ὁ βασιλεὺς, εἰ τὴν εἰρήνην καὶ τὴν ὁμόνοιαν φεύγεις, φεύγειν σε καὶ τῶν εὐκτηρίων τόπων κελεύω. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Δημόφιλος, καὶ λογισάμενος ὡς χαλεπὸν πρὸς κρείσσονας ἀντιπίπτειν, συγκαλεσάμενος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰ πλήθη, ἐν μέσοις τε ἀναστὰς, τοιάδε δι' αὐτοῦ πρὸς

## CAP. VII.

*Qualiter Gregorius episcopis quibusdam ob translationem ipsius murmurantibus, episcopatu se abdicavit : et imperator Demophilo Arianorum episcopo mandavit ut aut fidei consubstantialis assentiretur, aut urbe excederet : quod quidem Demophilus facere maluit.*

Eodem tempore Gregorius ab urbe Nazianzo translatus, intra urbem regiam in exiguo oratorio conventus agebat : cui postea imperatores cum maximam basilicam adjunxissent, Anastasiæ nomen ei indiderunt. At Gregorius, vir disertissimus et omnium sui temporis religiosissimus, cum quosdam ob id murmurare intelligeret, quod esset peregrinus, imperatoris **268** adventum avide amplexus, Constantinopoli morari ulterius recusavit. In hoc statu Ecclesiam cum reperisset imperator, sollicite inquirebat quonam modo redintegrata pace concordiam firmaret, et Ecclesias amplificaret. Confestim igitur mandat Demophilo Arianæ partis episcopo, utrum Nicænæ fidei consentire, et populum adunare, pacemque amplecti vellet. Illo conditionem sibi oblatam detrectante : Si pacem, inquit, et concordiam fugis, te quoque ex Ecclesiis fugere jubeo. Quæ cum audisset Demophilus, secum ipse perpendens quam difficile esset potentioribus resistere, convocata in ecclesiam multitudine, ipse in medio stans, gregales

## VALESII ANNOTATIONES.

(17) *Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ μετατεθείς.* Credidit scilicet Socrates Gregorium ab episcopatu Nazianzeno translatum fuisse Constantinopolim. Qua in sententia fuerunt alii quoque complures. Gregorius tamen nunquam episcopus fuit Nazianzi, sed tantum adjutor fuit patris sui Gregorii in episcopatu Nazianzeno, illuc a patre jam grandævo accitus ex solitudine, in quam post susceptum simul ac repudiatum Sasimorum episcopatum sese contulerat, anno Christi 371, ut notavit Baronius.

(18) *Ἀναστασίαν ὠνόμασαν.* Non assentior Socrati, qui ecclesiæ illi in qua Gregorius Nazianzenus verbum Dei prædicare solitus erat Constantinopoli, Anastasiæ vocabulum a subsecutis imperatoribus inditum esse scribit. Imo ætate ipsius Gregorii jam vocabatur Anastasia, ut patet tum ex oratione ipsius Gregorii, in qua nominatim valedicit Anastasiæ et apostolis ; tum ex carmine elegiaco de insomnio Anastasiæ. Vide Baronium ad annum Christi 378.

## VARIORUM

[e] *Περὶ τὴν τετάρτην καὶ εἰκάδα τοῦ Νοεμβρίου μηνός.* Idatius ad ann. 380 : *His coss.* (Gratiano nempe et Theodosio) *victoriæ nuntiatæ sunt amborum Augustorum. Eo ipso anno ingressus est Theodosius Aug. Constantinopolim, die* XVIII *Kal. Decemb.* Verum, ut observat Gothofredus in *Chronologia Codicis Theodosiani*, nota numeralis X rejicienda, reponendumque VIII Kal. Decemb. Nam XV vel XVI Kal. Decemb. Theodosius erat adhuc Thessalonicæ, ut docet lex 15 Cod. Theod. *De petitionibus.* Præterea auctor *Chronici Alexandrini* Theodosium VIII Kal. Decemb. Constantinopolim ingressum diserte scribit. (Ant. Pagi, ad ann. 380, n. 9.)

[f] *Τὴν ἐν Κωνσταντίνου πόλει διαγωγὴν παρῃτήσατο.* Qui Gregorium hujus sedis gubernacula per duodecim annos tenuisse scribunt, totum illud tempus ei attribuunt, quod ab anno 379, quo Constantinopolim se contulit, usque ad mortem ejus fluxit. Revera enim paucarum hebdomadarum episcopatum gessit, cum eadem synodo et episcopus renuntiatus sit, et exauctoratus. Ant. Pagi (ad ann. 381, n. 10.)

[g] *Δημοφίλῳ.* Demophilus Arianus in locum Eudoxii Constantinopolitani ejusdem factionis episcopi suffectus, anno 370. De eo legendus Philostorgius, lib. IX, c. 10 et 14.

Digitized by Google

suos ita allocutus est : Fratres, scriptum est in Evangelio : *Si vos persecuti fuerint in hac civitate, fugite in aliam* [1]. Quoniam igitur imperator nos ab ecclesiis excludit, sciatis nos crastina die extra urbem conventum esse habituros. His dictis egreditur : Evangelici oraculi sententiam minime assecutus, cujus hæc est intelligentia, ut ex conversatione hujus sæculi fugientes, cœlestem Jerusalem requiramus. Ille ergo extra urbis portas deinceps conventus celebravit. Exiit etiam una cum illo Lucius, qui Alexandria ejectus, sicut antea diximus (19'), profugus Constantinopoli degebat. Ad hunc modum Ariani, cum quadraginta annis Ecclesias obtinuissent, concordiam, ad quam eos invitabat Theodosius imperator, aversati, ex urbe discesserunt, consulatu Gratiani quinto et Theodosii Augusti primo, die sexto Kalendas Decembris. Hi vero qui consubstantialis fidem tuebantur, in eorum locum succedentes, ecclesias postliminio recuperarunt.

## CAP. VIII.

*De centum et quinquaginta episcopis Constantinopoli congregatis : deque illorum decretis et ordinatione Nectarii.*

Posthæc imperator nihil cunctatus, suæ fidei episcoporum concilium convocat, quo et Nicæna fides confirmaretur, **269** et Constantinopoli ordinaretur episcopus. Et quoniam in spem venerat Macedonianos fidei suæ posse sociari, eorum quoque antistites evocavit. Conveniunt igitur, ex iis quidem qui consubstantialis fidem profitebantur, Timotheus Alexandriæ episcopus, Cyrillus Hierosolymorum, qui tunc pœnitentia ductus consubstantialis fidei adhærebat. Melitius vero jamdudum aderat, propter ordinationem Gregorii illuc accitus : Ascholius item Thessalonicæ episcopus, aliique plures; universi centum

[1] Matth. x, 23.

A τοὺς ὑπηκόους ἐφθέγξατο· Ἀδελφοί, γέγραπται, φησὶν, ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· *Ἐὰν ὑμᾶς διώκωσιν ἐκ τῆς πόλεως ταύτης, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην*. Ἐπεὶ τοίνυν ὁ βασιλεὺς τῶν ἐκκλησιῶν χωρίζει (19), ἴστε τῇ ἑξῆς συναχθησομένους ἡμᾶς ἔξω τῆς πόλεως. Ταῦτα εἶπε, καὶ ἐξῆλθεν· οὐχ ὡς τὸ τοῦ Εὐαγγελίου λόγιον ἔχει, τὴν θεωρίαν εἰδὼς, ἐκ τῆς τοῦ κόσμου διαγωγῆς τούτους φεύγοντας, ζητεῖν τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ· ἀλλ' ἔξω τῶν πυλῶν τῆς πόλεως, τὰς συναγωγὰς τοῦ λοιποῦ ἐποιήσατο. Συνεξῄει δὲ αὐτῷ καὶ Λούκιος ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας, ὡς πρότερον ἔφην, ἐκβληθεὶς, φυγῇ τε χρησάμενος ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει διέτριβεν. Οὕτω μὲν οὖν οἱ Ἀρειανοὶ ἐπὶ τεσσαράκοντα ἔτη [b] τῶν εὐκτηρίων τόπων κρατήσαντες, τὴν τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου ὁμόνοιαν φεύγοντες, B ὑπεξῆλθον τῆς πόλεως ἐν ὑπατείᾳ Γρατιανοῦ τὸ πέμπτον, καὶ Θεοδοσίου τοῦ Αὐγούστου τὸ πρῶτον, μηνὶ Νοεμβρίῳ, εἰκάδι ἕκτῃ. Ἀντεισῄεσαν δὲ καὶ ἀπελάμβανον οἱ τῆς ὁμοουσίου πίστεως τὰς ἐκκλησίας.

## ΚΕΦΑΛ. Η'.

*Περὶ τῶν ρν' ἐπισκόπων, τῶν συνελθόντων ἐν Κωνσταντίνου πόλει· καὶ περὶ ὧν αὐτοὶ ἐθέσπισαν, χειροτονήσαντες ἐν αὐτῇ καὶ Νεκτάριον.*

Μηδὲν δὲ ὁ βασιλεὺς ὑπερθέμενος, σύνοδον ἐπισκόπων τῆς αὐτοῦ πίστεως συγκαλεῖ [i], ἐπὶ τὸ κρατῦναι τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν χειροτονῆσαι τῇ Κωνσταντίνου πόλει ἐπίσκοπον. Ἐλπίσας δὲ δύνασθαι καὶ τοὺς ἀπὸ Μακεδονίου ἑνῶσαι τοῖς ἑαυτοῦ, καὶ τοὺς C ἐκείνης τῆς αἱρέσεως προεστῶτας ἐκάλεσε. Συνῆλθον οὖν τῆς μὲν ὁμοουσίου πίστεως, ἐκ μὲν Ἀλεξανδρείας Τιμόθεος· ἐκ δὲ Ἱεροσολύμων Κύριλλος, τότε ἐκ μεταμελείας τῷ ὁμοουσίῳ προσκείμενος. Μελίτιος δὲ ἐξ Ἀντιοχείας πάλαι παρῆν, ὅτε διὰ τὴν Γρηγορίου κατάστασιν μετεστάλη καὶ ἐκ Θεσσαλονίκης Ἀσχόλιος (20), καὶ ἄλλοι πολλοί· πάντες δὲ ἦσαν ἑκατὸν πεντήκοντα [j]. Τοῦ δὲ Μακεδονιανῶν μέρους ἡγεῖτο

## VALESII ANNOTATIONES.

(19) *Ὁ βασιλεὺς τῶν ἐκκλησιῶν χωρίζει*. Longe etiam lectionem reperimus in codicibus nostris Florentino et Sfortiano. Sic enim ambo scriptum habent, ἐκκλησιῶν χρῄζει. Quam scripturam secutus est Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet. Ita enim ille vertit : *Quia igitur imperator ecclesiis opus habet*. Nicephorus tamen vulgatam lectionem tuetur. Nam pro χωρίζει habet, ἡμᾶς ἐξελαύνει. Mihi quidem scripta lectio magis placet.

(19') Lib. IV, cap. 37.

D (20) *Θεσσαλονίκης Ἀσχόλιος*. In codice Sfortiano hic, et supra in capite 6 hujus libri, Ἀχόλιος scribitur. Atque ita Latini fere eum appellant. Sic enim Ambrosius, et Prosper in *Chronico*, et Jornandes in libro *De successione regnorum* eum nominant. Ascholius tamen fere vocatur a Græcis. Hic est Ascholius de cujus obitu et virtutibus ac miraculis scribit beatus Ambrosius in epistola 59 *ad Clerum Thessalonicensem*, ubi et Anysium discipulum ei successisse dicit.

## VARIORUM.

[b] *Ἐπὶ τεσσαράκοντα ἔτη*. Ab anno nempe 340, quo Eusebius ex urbe Nicomediensi Constantinopolim fuit translatus.

[i] *Σύνοδον συγκαλεῖ*. Synodus Constantinopolitana quarta œcumenica secunda, a Theodosio M. convocata, ut liquet ex Epistola synodica ad Theodosium, qua episcopi se et ejus mandatis ad eam vocatos testantur, et gestorum confirmationem ab ipso petunt. Præterquam quod Sozom., lib. VII, cap. 7 ; Theod., lib. V, cap. 7, et Auctor anonymus vitæ S. Pauli CPolitani episcopi apud Photium in Bibliotheca, codice 257, Theodosium suæ fidei episcoporum concilium convocasse diserte testantur. Sed tantum ex post facto œcumenica exstitit, Damaso totaque Ecclesia occidentali assensum suum præbentibus. (Ant. Pagi, ad ann. 381, n. 5.)

[j] *Ἑκατὸν πεντήκοντα*. Episcopos centum quinquaginta in hoc concilio congregatos fuisse, pro concesso ab omnibus habetur. (Bevereg., *Annot. in canones hujus conc.* p. 90.)

Digitized by Google

μὲν Ἐλεύσιος ὁ Κυζίκου, καὶ Μαρκιανὸς Λαμψάκου. Πάντες δὲ ἦσαν τριάκοντα ἕξ, ὧν οἱ πλείους τῶν περὶ Ἑλλήσποντον πόλεων ἦσαν. Συνῆλθον οὖν ἐν ὑπατείᾳ Εὐχαρίου καὶ Εὐαγρίου, τῷ Μαΐῳ μηνί. Ὁ οὖν βασιλεὺς, καὶ οἱ τῆς αὐτοῦ πίστεως ἐπίσκοποι, παντοῖοι ἐγένοντο ὁμονοῆσαι αὐτοῖς τοὺς περὶ Ἐλεύσιον ὑπομιμνήσκοντες τῆς πρεσβείας, ἧς αὐτοὶ πρὸς Λιβέριον πρότερον τὸν Ῥώμης ἐπίσκοπον διὰ τῶν περὶ Εὐστάθιον ἐπεποίηντο· καὶ ὅτι οὐ πρὸ πολλοῦ χρόνου, τὴν κοινωνίαν ἑκουσίως ἀδιάκριτον ἐποιήσαντο (21)· μὴ ποιεῖν τε ὅσια τοὺς ἐπιγνόντας τὴν ὁμογνώμονα πίστιν, αὖθις ἐπιχειρεῖν ἀνατρέπειν τὰ καλῶς αὐτοῖς ἐγνωσμένα. Οἱ δὲ μικρὰ καὶ τῶν παραινέσεων καὶ τῶν ἐλέγχων φροντίσαντες, μᾶλλον ἔφθασαν τὴν Ἀρειανὴν αἱρεῖσθαι ὁμολογεῖν δόξαν, ἢ τῷ ὁμοουσίῳ συντίθεσθαι. Ταῦτα ἀποκρινάμενοι, ἀπηλλάγησαν τῆς Κωνσταντίνου πόλεως. Ἔγραφον δὲ ταῖς κατὰ πόλεις παρεγγυῶντες, μηδαμῶς ὁμονοῆσαι εἰς τὴν πίστιν τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου. Οἱ δὲ τοῦ ἑτέρου μέρους ἐπιμείναντες, περὶ χειροτονίας ἐπισκόπου βουλὴν ἐτίθεντο. Γρηγόριος γὰρ, ὡς μικρὸν ἔμπροσθεν ἔφην, παραιτησάμενος, ἐπὶ τὴν Ναζιανζὸν ἀπαίρειν ἐστέλλετο. Ἦν δέ τις Νεκτάριος [k] ὄνομα, συγκλητικοῦ μὲν γένους, ἐπιεικὴς δὲ τὸν τρόπον, δι' ὅλου θαυμαζόμενος, καίτοι τὴν τοῦ πραίτωρος (22) χειρίζων ἀρχήν· ὃς ἁρπασθεὶς ὑπὸ τοῦ λαοῦ, εἰς τὴν ἐπισκοπὴν προεβλήθη, τῶν τότε παρόντων ἑκατὸν πεντήκοντα ἐπισκόπων χειροτονησάντων αὐτόν. Τότε δὴ καὶ ὅρον ἐκφέρουσιν, ὥστε τὸν Κωνσταντίνου πόλεως ἐπίσκοπον (23) τὰ πρεσβεῖα ἔχειν τῆς τιμῆς μετὰ τὸν Ῥώμης ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ῥώμην. Ἐβεβαίωσάν τε αὖθις τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν· καὶ πατριάρχας κατέστησαν (24), διανειμάμενοι τὰς

A et quinquaginta numero. Macedonianæ vero partis principes erant Eleusius Cyzicenus, et Marcianus Lampsaci episcopus. Omnes porro illius sectæ triginta sex erant; plerique ex civitatibus Hellesponti. Convenerunt itaque Euchario et Evagrio consulibus, mense Maio. Et imperator quidem cum episcopis partis ipsius, omni ope adnitebatur ut Eleusium eosque qui cum illo erant, ad partes suas traducerent: revocata illis in memoriam legatione quam olim ad Liberium Romanum episcopum miserant per Eustathium, et quod ipsi haud ita dudum sua sponte promiscuam cum Catholicis communionem iniissent (21*). Nec recte eos facere, qui cum consentientem fidei doctrinam semel agnoverint, iterum nunc ea quæ ab ipsis sapienter decreta

B sunt, subvertere conentur. Verum illi tam exhortationes quam argumenta quibus convincebantur parvipendentes, Arianam opinionem profiteri maluerunt, quam consubstantialis fidei consentire. Hæc cum respondissent, Constantinopoli discesserunt; et per singulas civitates suæ partis hominibus scripserunt, monentes ne unquam Nicænæ fidei consensum accommodarent. Alterius autem partis episcopi cum remansissent, de eligendo episcopo consilium inierunt. Nam Gregorius, ut paulo ante dixi, episcopatu repudiato, Nazianzum proficisci parabat. Erat tunc vir quidam generis senatorii, Nectarius nomine: moribus placidus, et in omni vita plane admirandus, quamvis prætoris

C officio fungeretur. Hic a populo raptus, ad episcopale munus obeundum eligitur, et ab episcopis centum et quinquaginta qui tum illic aderant, ordinatur. Tunc etiam decretum ab illis promulgatum

## VALESII ANNOTATIONES.

(21) *Καὶ ὅτι οὐ πρὸ πολλοῦ χρόνου τὴν κοινωνίαν ἀδιάκριτον ἐποιήσαντο.* Vide quæ supra notavit Socrates in capite quarto hujus libri.

(21*) Lib. IV, cap. 12.

(22) *Καίτοι τὴν τοῦ πραίτωρος.* Malim scribere: Καὶ τότε τὴν τοῦ πραίτωρος, etc. Quam emendationem confirmat Nicephorus. Sic enim habet: Καὶ διὰ πάντων ὡς εἰπεῖν θαυμαζόμενος, τηνικαῦτα δὲ τὴν τοῦ πραίτωρος χειρίζων ἀρχήν.

(23) *Ὥστε τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον.* Hoc canone Patres synodi Constantinopolitanæ episcopo Constantinopolitano secundi loci prærogativam tribuerunt post episcopum urbis Romæ, ut recte Zonaras observat in notis ad tertium canonem synodi Constantinopolitanæ. Porro notandum est, Patres supradictæ synodi diœcesim episcopi Constantinopolitani prædicto canone haudquaquam definiisse; sicut nec Nicæni Patres diœcesim episcopi Romani definire voluerunt, ob honorem, ut opinor, ac reverentiam. Falluntur tamen qui existimant, tempore Constantinopolitanæ synodi, episcopum urbis illius nullam habuisse diœcesim. Jam enim ante hæc tempora in Hellesponto, ac Bithynia episcopos ordinabat præsul Constantinopolitanus, ut superius demonstravi. Quippe Eudoxius Eunomium Cyzici episcopum constituit, et Euphronium Nicææ, ut testatur Philostorgius.

D (24) *Καὶ πατριάρχας κατέστησαν.* In secundo canone synodi Constantinopolitanæ, quem hic designat Socrates, nulla fit mentio patriarcharum. Eo enim tempore nondum usu receptum erat patriarcharum vocabulum. Nulla item in eo canone divisio fit provinciarum. Quinam ergo sensus est illius canonis? Agitur in eo de diœcesibus Orientalis Ecclesiæ; et interdicit synodus ne episcopi ex una diœcesi in aliam transiliant ad ordinationes faciendas, aut ad alia negotia ecclesiastica; jubetque ut episcopi ea tantum curent quæ sunt suæ diœceseos. Quare hic canon non ad patriarchas solum pertinet et exarchos, sed ad omnes generaliter episcopos cujusque diœcesis. Constituta porro videtur hæc regula præcipue ob Meletium Antio-

## VARIORUM.

k *Νεκτάριος.* Nectarius Tarso Ciliciæ oriundus, vir senatorii ordinis dignitate in urbe Constantinopoli perfunctus. Vacante jam sede Constantinopolitana anno 381, cum in patriam reditum adornaret, et Diodorum Tarsensem episcopum conveniret, ecquid ille Tarsi factum vellet sciscitaturus; Diodorus canitiem viri, vultumque sacerdotio dignum, et morum gravitatem reveritus, eum sedi præficiendum censuit; ac proinde effecit ut inter eligendorum nomina imperatori offerenda, ejus quoque nomen, omnium quidem postremum, in charta scriberetur. Perlecto indiculo in Nectario substitit imperator, eumque elegit, quam electionem episcopi suffragio suo comprobarunt. Obiit anno 398. (Guil. Cave, ad ann. 381.)

Digitized by Google

est, ut Constantinopolitanus **270** episcopus post episcopum Romanum honoris prærogativam obtineret, eo quod Constantinopolis esset junior Roma. Præterea Nicænam fidem denuo confirmarunt. Sed et patriarchas constituerunt, provinciarum divisione facta, ita ut nullus episcopus ultra propriam diœcesim alienas ecclesias invaderet. Id enim antea propter persecutiones promiscue factum fuerat. Ac Nectarius quidem regiam urbem et Thraciæ provincias sortitus est; Helladius vero qui, Cæsareæ

A ἐπαρχίας, ὥστε τοὺς ὑπὲρ διοίκησιν ἐπισκόπους (25) ταῖς ὑπερορίοις ἐκκλησίαις μὴ ὑπερβαίνειν (26). Τοῦτο γὰρ πρότερον διὰ τοὺς διωγμοὺς ἐγίνετο ἀδιαφόρως. Καὶ κληροῦται Νεκτάριος μὲν τὴν μεγαλόπολιν καὶ τὴν Θρᾴκην· τῆς δὲ Ποντικῆς διοικήσεως, Ἑλλάδιος ὁ μετὰ Βασίλειον Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν ἐπίσκοπος, Γρηγόριος ὁ Νύσσης [1], ὁ Βασιλείου ἀδελφός· Καππαδοκίας δὲ καὶ ἥδε πόλις· καὶ Ὀτρήϊος ὁ τῆς ἐν Ἀρμενίᾳ Μελιτηνῆς τὴν πατριαρχίαν ἐκληρώσατο (27). Τὴν Ἀσιανὴν δὲ λαγχάνουσιν Ἀμφι-

## VALESII ANNOTATIONES.

chenum episcopum, et Gregorium Nazianzenum, et ob Petrum Alexandrinum. Nam Meletius quidem relicta Orientis diœcesi Constantinopolim venerat, ut Gregorium illic ordinaret episcopum. Et Gregorius, relicto Sasimorum episcopatu, qui in Pontica erat diœcesi, Constantinopolim migraverat. Petrus vero Alexandrinus septem Ægypti episcopos miserat Constantinopolim, qui Maximum Cynicum illic episcopum ordinarent. Ad hæc igitur reprimenda hunc canonem sanxerunt Patres synodi Constantinopolitanæ. Neque enim audiendus est Socrates noster, qui scribit Patres hoc canone comprimere voluisse excursus episcoporum ex una diœcesi in aliam, qui antea ob crebras persecutiones sæpius contingebant. At non hæc fuit causa canonis istius, imo ea quam supra dixi. Ex iis enim quæ supra gesta retulimus in ordinatione Gregorii et Maximi, gravissimi tumultus excitati fuerant in Ecclesia Constantinopolitana; ad quos sedandos collecta illic erat synodus jussu imperatoris Theodosii.

(25) *Τοὺς ὑπὲρ διοίκησιν ἐπισκόπους.* Verba sunt secundi canonis Constantinopolitani, quæ sic vertit Dionysius Exiguus : *Qui sunt super diœcesim episcopi, nequaquam extra præfixos sibi terminos accedant.* Duplex potest esse sensus horum verborum. Nam ὑπὲρ διοίκησιν ἐπίσκοποι dici possunt, qui sunt supra diœcesim, id est qui præsunt toti diœcesi; qualis est episcopus Alexandriæ, vel episcopus Antiochiæ, qui non super unam provinciam, sed super diœcesim est constitutus, ut loquitur Innocentius papa in *Epist. ad Alexandrum episcopum Antiochiæ.* Aut certe ὑπὲρ διοίκησιν dicuntur, qui sunt extra suam diœsesim, seu ὑπὲρ τὴν ἀνήκουσαν αὐτῷ ἐπαρχίαν, ut Zonaras exponit in commentariis ad hunc canonem. Priorem sensum amplexus est Lucas Holstenius. Sic enim ille ad latus codicis sui notaverat hunc Socratis locum exponendum esse : *Ne episcopi suis diœcesibus præfecti, Ecclesias extra suos limites sitas invaderent.* Sed tamen verior est posterior sensus, quod declarat canon ipse in sequentibus : addunt enim Patres Ἀκλήτους δὲ ἐπισκόπους ὑπὲρ διοίκησιν μὴ ἐπιβαίνειν. Quare ὑπὲρ διοίκησιν ἐπίσκοποι iidem sunt ac ὑπερόριοι, quomodo Socrates paulo ante vocavit Gregorium Nazianzenum. Porro notandum est diœcesim in hoc canone non significare parœciam nec provinciam, ut Græci interpretes Zonaras ac Bal-

B samon crediderunt, sed multas simul junctas provincias, quæ uni rectori subjacent. Unde hic canon περὶ διοικήσεων inscribitur. Sic enim diserte dicit : φυλαττομένου δὲ τοῦ προγεγραμμένου περὶ τῶν διοικήσεων κανόνος, εὔδηλον ὡς τὰ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἡ τῆς ἐπαρχίας σύνοδος διοικήσει. Vides quis sit titulus hujus canonis, et quomodo ἐπαρχίαν, id est provinciam, distinguat a diœcesi. Non enim vetitum est hoc canone ne episcopi ex una provincia ad aliam commeent ad ordinationes celebrandas. Id enim aliter fieri non potest. Verbi gratia, in Asiana diœcesi non prohibent Patres ne ex Lycia in Pamphyliam, neve ex Caria in Lydiam migrent ob negotia ecclesiastica, sed tantum vetant ne ex una diœcesi in aliam transiliant.

(26) *Ταῖς ὑπερορίοις ἐκκλησίαις μὴ ὑπερβαίνειν.* Corrigendum est μὴ ἐπιβαίνειν, ut habetur in dicto canone. Verba supra retulimus.

(27) *Τὴν πατριαρχίαν ἐκληρώσατο.* Observet

C hic studiosus lector singularem usum vocabuli Πατριαρχίαν, quæ non sumitur pro patriarchatu, sed pro regimine ac gubernatione. Eodem sensu Socrates patriarchas paulo ante usurpavit, cum ait : Καὶ πατριάρχας κατέστησαν, διανειμάμενοι τὰς ἐπαρχίας. Neque enim vult dicere patriarchas a Constantinopolitana synodo esse constitutos. Quippe jam antea confirmata fuerat patriarcharum potestas canone 6 concilii Nicæni, ut ad illum canonem fusius demonstravi. Intelligit ergo Socrates non veros atque ordinarios patriarchas, sed extraordinarios legatos, qui ad stabiliendam rectam fidem per singulas diœceses fuerant destinati. Nam si veros patriarchas intellexisset, unum duntaxat in unaquaque diœcesi poneret. Nunc vero cum plures in unaquaque nominet, verbi gratia in Pontica diœcesi Helladium et Gregorium ; in Asiana Amphilochium et Optimum ; apparet eum non de veris atque ordinariis patriarchis locutum esse. Porro utrum hæc

D potestas istis episcopis mandata fuerit a synodo, haud satis compertum habeo. Acta enim hujus synodi desiderantur. Verius tamen mihi videtur hanc eis potestatem datam esse ab imperatore Theodosio, speciali lege quæ habetur in Codice Theodosii titulo *De fide catholica.* Idque confirmat Sozomenus in libro VII, cap. 9, qui in ea parte Socratem emendavit, suppresso ejus nomine.

## VARIORUM.

[1] *Γρηγόριος ὁ Νύσσης.* Interpres legisse videtur, καὶ μετ' αὐτοῦ Γρηγ. W. LOWTH. Constitutus est autem Gregorius Nyssæ in confinio Cappadociæ urbis episcopus, exeunte, ut videtur, anno 370, fidei Nicænæ propugnator acerrimus. Eo nomine mox in exsilium Valentis imp. jussu missus. Anno 378 sedi restitutus, a synodo Antiochena una cum aliis quibusdam episcopis ad visitandas Arabiæ Ecclesias legatus est, Theodosio imp. currus publici usum ei concedente. In hoc concilio Antiocheno Symboli synodici compositionem curæ suæ commissam habuit, teste Nicephoro lib. XII, cap. 13, ut quæ in symbolo Nicæno deerant, ipse suppleret, ac perfectionem fidei confessionem conderet. Vix aliter a Nicæno differt hoc Symbolum, quam in articulo de deitate et processione Spiritus sancti Macedonianis opposito; et adversus Marcelli Ancyrani dogma hac clausula, *cujus regni non erit finis.* Symbolum Nicænum vulgo audit. De obitu ejus nihil liquet : id modo certissime constat, usque ad synodi CPoli anno 394 habitæ, cui præsens aderat, tempora vitam prorogasse. (Cave, ad ann. 370, et vol. II, ad ann. 381.)

Digitized by Google

A λόγιος ὁ Ἰκονίου, καὶ Ὄπτιμος ὁ Ἀντιοχείας τῆς Πισιδίας. Τὰ δὲ κατὰ τὴν Αἴγυπτον Τιμοθέῳ τῷ Ἀλεξανδρείας προσενεμήθη. Τῶν δὲ κατὰ τὴν ἀνατολὴν Ἐκκλησιῶν τὴν διοίκησιν τοῖς αὐτοῖς ἐπισκόποις ἐπέτρεψαν, Πελαγίῳ τε τῷ Λαοδικείας, καὶ Διοδώρῳ τῷ Ταρσοῦ, φυλάξαντες τὰ πρεσβεῖα τῇ Ἀντιοχέων Ἐκκλησίᾳ, ἅπερ τότε παρόντι Μελετίῳ ἔδοσαν. Ὥρισαν δὲ, ὥστε εἰ χρεία καλέσοι, τὰ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἵνα ἡ τῆς ἐπαρχίας σύνοδος διοικῇ. Τούτοις καὶ ὁ βασιλεὺς ἐγένετο σύμψηφος (28). Ἡ μὲν οὖν σύνοδος τοιοῦτον ἔσχε τέλος.

Cappadociæ post Basilium erat episcopus, Ponticæ diœcesis patriarchatum obtinuit, et una cum illo Basilii frater Gregorius, episcopus Nyssæ, quæ et ipsa urbs est Cappadociæ, et Otreius episcopus Melitinæ in Armenia. Asianæ autem diœcesis patriarchatum sortitur Amphilochius Iconii, et Optimus Antiochiæ Pisidiæ episcopus. Ægypti Ecclesiarum administratio **271** Timotheo Alexandriæ episcopo attributa est; Orientis autem Ecclesiarum regimen et curam episcopis illius regionis commiserunt, Pelagio scilicet Laodiceæ, et Diodoro Tarsi episcopo, servata tamen honoris prærogativa Antiochensi Ecclesiæ, quam quidem prærogativam Melitio tunc præsenti tribuerunt. Porro decreverunt ut, si necessitas posceret, provinciæ cujusque negotia provincialis synodus dijudicaret. Quæ quidem imperator etiam consensu suo comprobavit. Hujusmodi fuit exitus istius concilii.

B

## ΚΕΦΑΛ. Θ'.

*Ὡς ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος, Παύλου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπου τὸ σῶμα σὺν τιμῇ μετεκόμισεν ἀπὸ τῆς ἐξορίας· ὅτε καὶ ὁ τῆς Ἀντιοχέων Μελίτιος τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο.*

Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸ σῶμα Παύλου τοῦ ἐπισκόπου ἐκ τῆς Ἀγκύρας τότε μετέφερεν· ὃν Φίλιππος ὁ τῶν βασιλείων ἔπαρχος διὰ Μακεδόνιον εἰς ἐξορίαν πέμψας, ἐν Κουκουσσῷ τῆς Ἀρμενίας ἀποπνιγῆναι πεποίηκεν, ὥς μοι καὶ πρότερον εἴρηται. Σὺν τιμῇ οὖν καὶ σεβάσματι πολλῷ δεξάμενος, εἰς τὴν ἐκκλησίαν τὴν νῦν ἐξ αὐτοῦ χρηματίζουσαν ἀπέθετο, ἣν πρότερον οἱ τὰ Μακεδονίου φρονοῦντες κατέσχον, τῶν Ἀρειανῶν χωρισθέντες. Τότε δὲ ἐξωσθέντες ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ὅτι αὐτοῦ τὴν πίστιν ἀπέφυγον. Τότε δὴ καὶ Μελίτιος ὁ τῆς Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος ἀῤῥωστίᾳ περιπεσὼν, ἐτελεύτησεν· ὅτε καὶ τὸν ἐπικήδειον ἐπ' αὐτῷ λόγον (29) ὁ ἀδελφὸς Βασιλείου Γρηγόριος ἐπεξῆλθεν. Ἀλλὰ Μελιτίου μὲν τὸ σῶμα οἱ προσήκοντες ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν διεκόμισαν. Πάλιν δὲ οἱ Μελιτίῳ προσκείμενοι, ὑπὸ Παυλῖνον εἶναι οὐκ ἤθελον· ἀλλ' εἰς τόπον Μελιτίου Φλαβιανὸν [m] προ-

## CAP. IX.

*Quomodo imperator Theodosius corpus Pauli episcopi Constantinopolitani ab exsilio honorifice transtulit: quo tempore Melitius Antiochenus episcopus e vita discessit.*

Paulo post imperator corpus Pauli episcopi ex urbe Ancyra transferendum curavit: quem quidem olim Philippus præfectus prætorii, Macedonii gratia in exsilium ejectum, in oppido Armeniæ Cucuso strangulari jusserat, ut supra commemoravi. (28*) Hujus igitur cadaver magno honore ac reverentia excipiens Theodosius, deposuit in basilica quæ nunc ex ipsius nomine vocatur: quam Macedoniani prius possederant, olim quidem ab Arianis sejuncti; tunc vero ab imperatore expulsi, eo quod fidem C ipsius amplecti recusassent. Eodem tempore Melitius Antiochensis episcopus in morbum prolapsus, e vivis excessit: ejusque in laudem Gregorius Basilii frater orationem funebrem dixit. Porro corpus Melitii, necessarii ejus Antiochiam transtulerunt. Rursus vero hi qui Melitii partes secuti fuerant, Paulino parere abnuerunt; sed Flavianum in locum

## VALESII ANNOTATIONES.

(28) *Τούτοις καὶ ὁ βασιλεὺς ἐγένετο σύμψηφος.* Vide legem tertiam in Codice Theodosiano, titulo *De fide Catholica:* quæ data est ad Auxonium proconsulem Asiæ, III Kal. Aug. Heracleæ, Eucherio et Syagrio coss. Eam enim legem hic intelligit Socrates. Sed verba ipsius legis operæ pretium fuerit hic apponere, ut ex iis judicet lector verumne dixerit Socrates. Sic igitur lex habet: « Episcopis tradi omnes ecclesias mox jubemus, qui unius majestatis atque virtutis Patrem et Filium et Spiritum sanctum confitentur, ejusdem gloriæ, claritatis unius: nihil dissonum profana divisione facientes. Quos constabit communioni Nectarii episcopi Constantinopolitanæ Ecclesiæ, Timothei necnon intra Ægyptum Alexandrinæ urbis episcopi esse sociatos. Quos etiam in Orientis partibus Pelagio episcopo Laodicensi et Diodoro episcopo Tarsensi; in Asia, necnon proconsulari, atque Asiana diœcesi Amphilochio episcopo Iconiensi, et Optimo episcopo Antiocheno: in Pontica diœcesi Helladio episcopo Cæsariensi, et Otreio Meliteno, et Gregorio episcopo Nysseno: Terentio episcopo Scythiæ, Martyrio episcopo Marcianopolis communicare constiterit. Hos ad obtinendas catholicas ecclesias ex communione et consortio probabilium sacerdotum oportebit admitti. Omnes autem qui ab eorum, D quos commemoratio specialis expressit, fidei communione dissentiunt, ut manifestos hæreticos ab ecclesiis expelli, neque his penitus posthac obtinendarum Ecclesiarum pontificium facultatemque permitti. Ut veræ ac Nicænæ fidei sacerdotia casta permaneant: nec post evidentem præcepti nostri formam, malignæ locus detur astutiæ. » Notabis obiter nullam hic Meletii Antiocheni fieri mentionem, eo quod Meletius, ut opinari datur, jam e vivis abierat, cum hæc lex promulgata est.

(28*) Lib II, cap. 16 et 26.

(29) *Ἐπικήδειον ἐπ' αὐτῷ λόγον.* Hæc *Oratio funebris* in laudem Meletii Antiocheni exstat hodie inter Opera Gregorii Nysseni.

## VARIORUM.

[m] *Φλαβιανόν.* Flavianus, nobili genere natus, patria, ni fallor, Antiochenus, exsulante Meletio gregis Antiocheni curam egit, primusque psallentium chorum duas in partes divisit, et Davidicos hymnos alternatim canere docuit. Non dissimulandum est subrogationem ejus in locum Meletii mala fide factam esse, eo quod juramento olim sese obstrinxisset, se, superstite adhuc Paulino,

Digitized by Google

Melitii subrogari fecerunt. Iterum ergo populus duas in partes discissus est. Ad hunc modum Antiochensis Ecclesia, non quidem propter fidem, sed episcoporum causa, inter se divisa est.

## 272 CAP. X.

*Quomodo imperator omnium sectarum episcopos in unum convenire jussit, quo tempore Arcadius, ejus filius, Augustus nuncupatus est : et quod Novatiani in fide cum Homousianis consentientes, soli intra urbem colleotas agere permissi sunt ; reliquis hæreticis procul ejectis.*

Sed in aliis urbibus tumultus excitati sunt, dum Ariani ecclesiis pellerentur. Hic vero imperatoris prudentiam mirari mihi in mentem subit. Neque enim passus est urbes diutius tumultuosis motibus agitari : sed pro virili parte huic malo occurrens, brevi elapso tempore, omnium sectarum concilium iterum cogi jussit : ratus ex mutuo episcoporum inter se colloquio futurum, ut una apud omnes eademque sententia obtineret. Atque hoc imperatoris institutum, causam fuisse arbitror eorum quæ tum illi feliciter evenerunt. Iisdem enim temporibus divina quadam providentia barbaræ gentes sub illius ditionem redactæ sunt. Inter alios Athanarichus Gothorum rex cum universo populo sese ei dedidit : qui quidem paulo post Constantinopoli extremum diem obiit. Tunc etiam imperator Arcadium filium suum Augustum renuntiavit, Merobaude iterum et Saturnino consulibus, die septimo decimo Kalendas Februarii. Nec multo post uniuscujusque sectæ episcopi undique convocati adfuerunt, iisdem consulibus, mense Junio. Imperator igitur accito Nectario episcopo, sollicita deliberatione cum eo tractavit, quonam modo Christiana religio dissensionibus liberari, et Ecclesia ad unitatem revocari posset. Aiebatque discutiendam esse controversiam quæ Ecclesias segregaret, ut amputatis discordiarum causis, Ecclesiis concordia restitueretur. His auditis Nectarius anxius ac sollicitus hærebat. Et accersito Agelio, tunc temporis Novatianorum episcopo, utpote qui cum ipso in fide consentiret, imperatoris consilium ei aperit.

A βληθῆναι παρασκευάζουσι. Πάλιν τε ὁ λαὸς ἄνωθεν διεκρίνετο. Οὕτως αὖθις διὰ τοὺς ἐπισκόπους, οὐ μὴν διὰ τὴν πίστιν, ἡ Ἀντιοχέων Ἐκκλησία διῄρητο.

## ΚΕΦΑΛ. Ι'.

*Ὡς τοῦ βασιλέως σύνοδον πασῶν τῶν αἱρέσεων γενέσθαι παρακελευσαμένου, ὅτε καὶ Ἀρκάδιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, Αὔγουστος ἀνηγορεύθη, οἱ μὲν Ναυατιανοὶ μόνοι κατὰ τὴν πίστιν ὁμοφρονοῦντες τοῖς τοῦ ὁμοουσίου, ἔνδον τῆς πόλεως συνάγειν ἐπετράπησαν· οἱ δὲ λοιποὶ τῶν αἱρετικῶν ἀπηλάθησαν.*

Ἐγίνοντο δὲ ταραχαὶ καὶ κατὰ τὰς ἄλλας πόλεις, ἐξωθουμένων τῶν Ἀρειανιζόντων ἐκ τῶν εὐκτηρίων τόπων. Ἐφ' ᾧ θαυμάσαι ἔπεισι τὴν τοῦ βασιλέως γνώμην. Οὐ γὰρ ἠνέσχετο ὅσον τὸ ἐπ' αὐτῷ θορύβων B πληρῶσαι τὰς πόλεις· ἀλλὰ βραχέως χρόνου διελθόντος, αὖθις σύνοδον [a] πασῶν τῶν αἱρέσεων συγκροτηθῆναι παρεσκεύασε, νομίσας ἐκ τῆς πρὸς ἑαυτοὺς τῶν ἐπισκόπων διαλέξεως, μίαν παρὰ πᾶσιν ὁμόφωνον δόξαν κρατήσειν. Ταύτην ἡγοῦμαι τὴν πρόθεσιν τοῦ βασιλέως, αἰτίαν αὐτῷ τοῦ εὖ πράττειν γενέσθαι. Θείᾳ γάρ τινι προνοίᾳ ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, τὰ βαρβάρων ἔθνη αὐτῷ ὑπετάττετο. Ἐν οἷς καὶ Ἀθανάριχος (30) ὁ τῶν Γότθων ἀρχηγὸς, ὑπήκοον ἑαυτὸν ἅμα τῷ οἰκείῳ πλήθει παρέσχεν, ὃς καὶ εὐθὺς ἐν Κωνσταντίνου πόλει τὸν βίον κατέστρεψεν. Τότε δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς τὸν υἱὸν Ἀρκάδιον Αὔγουστον ἀνηγόρευσε, κατὰ τὴν ὑπατείαν Μεροβαύδου τὸ δεύτερον, καὶ Σατορνίλου, τῇ ἑκκαιδεκάτῃ τοῦ Ἰαννουαρίου μηνός [o]. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ μεταταῦτα C παρῆσαν οἱ πανταχόθεν πάσης θρησκείας ἐπίσκοποι, κατὰ τὴν αὐτὴν ὑπατείαν, τῷ Ἰουνίῳ μηνί. Μεταπεμψάμενος οὖν ὁ βασιλεὺς Νεκτάριον τὸν ἐπίσκοπον, ἐκοινολογεῖτο πρὸς αὐτὸν, τίς ἂν γένοιτο μηχανὴ, ὅπως ἂν μὴ διαφωνοίη ὁ χριστιανισμὸς, ἀλλ' ἑνωθῇ ἡ Ἐκκλησία. Ἔλεγέν τε δεῖν γυμνασθῆναι τὸ χωρίζον τὰς Ἐκκλησίας ζήτημα, τήν τε διαφωνίαν ἐκποδὼν ποιήσαντας, ὁμοφωνίαν ταῖς Ἐκκλησίαις ἐργάσασθαι· τοῦτο ἀκούσας ὁ Νεκτάριος, ἐν φροντίσιν ἦν. Καὶ μεταστειλάμενος τὸν τηνικαῦτα τῶν Ναυατιανῶν ἐπίσκοπον Ἀγέλιον, ὡς κατὰ τὴν πίστιν ὁμόφρονα, φανερὰν αὐτῷ τὴν τοῦ βασιλέως

### VALESII ANNOTATIONES.

(30) *Ἐν οἷς καὶ Ἀθανάριχος.* Athanarichus rex Gothorum ingressus est Constantinopolim Eucherio et Evagrio consulibus, die tertia Idus Januarii. Eodem mense diem functus Athanarichus octavo Kalendas Februarii, ut scribitur in *Fastis* D Idatii, et in *Chronico* Marcellini. Sequente autem anno, qui fuit Christi 382, Antonio et Syagrio consulibus, universa gens Gothorum sese Theodosio tradidit die v Nonas Octobris, ut tradit idem Idatius.

### VARIORUM.

novi episcopi Meletio subrogandi electioni non consensurum, Cod. Theod., l. v, c. 9. Post mortem demum Paulini, ejusque successoris Evagrii, pro egregia qua pollebat prudentia, Ecclesiæ Antiochenæ, exstincto schismate, pristinam concordiam restituit, atque ita populus a longo tempore divisus in unum coaluit. Obiit circa ann. 403. (Guil. Cave, ad ann. 381.)

[a] *Σύνοδον.* Concilium CPolitanum v, anno 383, mense Julio habitum, inquit Guil. Cave; mense Junio, inquit Ant. Pagi ad eum ann., n. 13.

[o] *Τῇ ἑκκαιδεκάτῃ τοῦ Ἰαννουαρίου μηνός.* Arcadius a Theodosio patre Augustus renuntiatus xiv Kal. Febr., seu die xix Januarii, ut habent auctor *Chronici Alexandrini*, et Miscella. Quare errant Theodorus Lector in fine libri ii, ubi hoc factum scribit die xvii Januarii, Socrates ac Idatius in *Fastis*, qui id factum tradunt die xvi Januarii. Die xix electus, quia Theodosius eodem imperium acceperat. Porro eam inaugurationem anno 383 peractam, ex Arcadii nummis, et Themistii oratione 16, quæ est de pace et consulatu Saturnini, hujus anni initio recitata, certum redditur. (Ant. Pagi, ad ann. 383, n. 12.)

Digitized by Google

καθίστησι γνώμην. Ὁ δὲ, τὰ μὲν ἄλλα ἦν εὐλαβὴς· συστῆναι δὲ λόγοις περὶ τοῦ δόγματος οὐκ ἰσχύων, ἀναγνώστην ὑπ' αὐτῷ Σισίννιον, ὄνομα, πρὸς τὸ διαλεχθῆναι προεβάλλετο. Σισίννιος δὲ, ἀνὴρ ἐλλόγιμος, καὶ πραγμάτων ἔμπειρος, ἀκριβῶς τε εἰδὼς τὰς τῶν ἱερῶν Γραμμάτων ἑρμηνείας καὶ τὰ φιλόσοφα δόγματα, σύνοιδεν ὡς αἱ διαλέξεις οὐ μόνον οὐχ ἑνοῦσι τὰ σχίσματα, ἀλλὰ γὰρ καὶ φιλονεικοτέρας τὰς αἱρέσεις μᾶλλον ἀπεργάζονται· καὶ διατοῦτο τοιάνδε τινὰ συμβουλὴν τῷ Νεκταρίῳ ὑπέθετο. Εὖ ἐπιστάμενος ὡς οἱ παλαιοὶ ἀρχὴν ὑπάρξεως τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ δοῦναι ἀπέφυγον· κατειλήφεισαν γὰρ αὐτὸν συναΐδιον τῷ Πατρί· συμβουλεύει φυγεῖν μὲν τὰς διαλεκτικὰς μάχας· μάρτυρας δὲ καλέσειν τὰς ἐκδόσεις τῶν παλαιῶν (31), καὶ πεῦσιν παρὰ τοῦ βασιλέως τοῖς αἱρεσιάρχαις προσάγεσθαι, πότερον λόγον ποτὲ ποιοῦνται τῶν πρὸ τῆς διαιρέσεως ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ προσαρμοσάντων διδασκάλων (32), ἢ ὡς ἀλλοτρίους τοῦ Χριστιανισμοῦ παραχρούονται. Εἰ μὲν γὰρ τούτους ἀθετοῦσιν, οὐκοῦν ἀναθεματίζειν αὐτοὺς τολμάτωσαν· καὶ εἰ τοῦτο τολμῆσαι ποιήσωσιν, ὑπὸ τοῦ πλήθους ἐξελαθήσονται. Καὶ τούτου γενομένου, προφανὴς ἔσται ἡ νίκη τῆς ἀληθείας. Εἰ δὲ μὴ παραχρούονται τοὺς ἀρχαίους τῶν διδασκάλων, ἡμέτερόν ἐστι τὸ παρασχεῖν τὰς βίβλους τῶν παλαιῶν, δι' ὧν ἡ παρ' ἡμῶν δόξα μαρτυρηθήσεται. Ταῦτα ἀκούσας παρὰ τοῦ Σισιννίου ὁ Νεκτάριος, δρομαῖος ἐπὶ τὰ βασίλεια χωρεῖ· γνωρίζει δὲ τῷ βασιλεῖ τὰ συμβεβουλευμένα αὐτῷ. Ὁ δὲ ἁρπάζει τὴν γνώμην, καὶ σοφῶς τὸ πρᾶγμα μετεχειρίσατο. Οὐ γὰρ προειπὼν τὸν σκοπὸν, ἐδήλωσε μόνον, εἰ λόγον ἔχουσι καὶ δέχονται τὰ τῶν πρὸ τῆς διαιρέσεως τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλων. Τῶν δὲ οὐκ ἀρνησαμένων, ἀλλὰ καὶ πάνυ τιμᾷν αὐτοὺς ὡς καθηγητὰς εἰπόντων P, αὖθις ἐδήλου ὁ βασιλεὺς, εἰ τούτοις στοιχοῦσιν ἀξιοπίστοις μάρτυσι τοῦ Χριστιανικοῦ δόγματος. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ τῶν θρησκειῶν προεστῶτες, καὶ οἱ παρ' ἑκάστοις αὐτῶν διαλεκτικοὶ, καὶ γὰρ ἦσαν πολλοὶ παρ' αὐτῶν ηὐτρεπισμένοι πρὸς τὸν ἀγῶνα τῆς διαλέξεως, οὐκ εἶχον ὅ τι ποιήσουσιν. Ἐνέπεσε γὰρ εἰς ἑκάστους διαφωνία, τῶν μὲν λεγόντων καλὴν εἶναι τὴν τοῦ βασιλέως πρότασιν· τῶν δὲ, μὴ συμφέρουσαν

A Ille cum vir esset alioqui pius ac religiosus, sed qui de fidei doctrina cominus disputare haudquaquam valeret, Sisinnium lectorem suum, qui hoc disserendi munus obiret, elegit. At Sisinnius, vir imprimis disertus, et magno rerum usu præditus, et qui præter sacrarum Litterarum scientiam, Græcorum quoque philosophiam egregie callebat, cum **273** probe nosset, ejusmodi disputationibus non modo discidia minime sanari, verum etiam hæreses ad majorem contentionem accendi, hoc consilium suggessit Nectario. Quoniam compertum habebat, veteres studiose cavisse ne principium exsistentiæ Filio tribuerent, quippe qui censerent illum Patri coæternum esse: suadet ut dialecticas quidem concertationes omittat; expositiones au- B tem veterum in testimonium adducat: utque imperator singularum sectarum principes interroget, utrum veterum doctorum qui ante discidium in Ecclesia floruissent, rationem habendam esse censerent, an vero tanquam a Christiana religione alienos eos rejicerent. Nam si illos rejiciunt, audeant igitur eos etiam anathemate damnare. Id vero si facere ausi fuerint, a multitudine vulgi protinus extrudentur. Atque hoc facto manifesta erit veritatis victoria. Quod si priscos doctores minime repudiabunt, nostrum erit libros veterum proferre, quorum testimonio sententia nostra confirmetur. Hæc Nectarius cum a Sisinnio audiisset, statim in palatium contendit, et quid sibi suggestum sit consilii, C imperatori significat. Ille consilium avide amplexus, rem ipsam prudenter exsequitur. Occultans enim id quod in animo habebat, id unum ex illis sciscitatus est, num rationem aliquam ducerent eorum qui ante ortam dissensionem doctores Ecclesiæ exstitissent, et utrum eos admitterent. Illis minime inficiantibus, seque eos tanquam magistros impense colere affirmantibus; iterum quæsivit imperator, utrum illis tanquam idoneis ac fide dignis Christianæ doctrinæ testibus acquiescant. Quæ cum audiissent sectarum episcopi eorumque dialectici, erant enim cum illis non pauci ad disputationis certamen instructi, quid acturi essent ambigebant. Et-

## VALESII ANNOTATIONES.

(31) *Τὰς ἐκδόσεις τῶν παλαιῶν.* Christophorsonus vertit *formulas fidei a veteribus traditas*. Epiphanius autem Scholasticus *traditionem veterum* interpretatur. Neutrum probo. Libros enim veterum Ecclesiæ doctorum intelligit Socrates, ac præcipue interpretationes sacræ Scripturæ ab illis editas. Certe quas hic vocavit ἐκδόσεις, paulo post vocat τὰς βίβλους τῶν παλαιῶν. Quare *expositiones* hoc D loco interpretari malui cum Musculo. Certe Socrates infra vocat ἀρχαίων ἔκθεσιν, quas hic dixerat ἐκδόσεις.

(32) *Προσαρμοσάντων διδασκάλων.* Non dubito quin scribendum sit προακμασάντων. Quam emendationem confirmat Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit: *De antiquis Ecclesiæ doctoribus, qui ante divisionem floruissent.*

## VARIORUM.

P *Πάνυ τιμᾷν αὐτοὺς ὡς καθηγητὰς εἰπόντων.* Ipsi Ariani, quanquam apud imperitam plebem se fidem a Patribus traditam tenuisse jactitarint, adeoque colorem aliquem obducere potuerint suæ hæresi ex dictis quibusdam Patrum nonnullorum perperam intellectis; disputatione tamen pressi, Veterum judicium atque auctoritatem prorsus declinarunt; quod ex hac historia satis patet. Cui addi potest quod Alexander Alexandrinus testetur in Epistola ad cognominem suum CPolitanum, apud Theodor., *Hist.* lib. I, c. 4, primos Arianæ hæresis propugnatores nullo in pretio habuisse priscos doctores, atque (ad instar Fanaticorum et Enthusiastarum nostrorum) se per revelationem edoctos impudenter jactitasse. (Cl. Bullus in *Epilogo Defens. fid. Nic.*)



Digitized by Google

enim singuli in varias distrahebantur sententias: dum alii rectum esse dicerent id quod ab imperatore proponeretur, alii suis rationibus id nequaquam conducere existimarent. Quippe alii aliter affecti erant erga priscorum libros. Exinde ergo male inter ipsos convenit: dissidebantque non solum ab aliis sectis, verum etiam inter semetipsos ii qui ejusdem sectæ esse videbantur. Concors itaque malitia, non secus ac veterum illorum gigantum lingua, divisa est, et improbitatis turris eversa. Postquam imperator multiplicem eorum dispersionem animadvertit, eosque sola disputatione, non autem veterum Patrum expositione fretos esse, ad aliud consilium se convertit. Jussitque ut singulæ sectæ fidei suæ formulam scripto comprehensam ipsi offerrent. **274** Tunc ex unaquaque secta hi qui disertissimi habebantur, singula verba accuratissime perpendentes, dogma suum conscripserunt. Cumque dies adesset quæ ad id præstituta fuerat, singularum sectarum episcopi ad palatium vocati accurrerunt. Aderant igitur Nectarius quidem et Agelius, consubstantialis fidei propugnatores; Arianorum vero Demophilus; Eunomianorum Eunomius ipse;

A τῷ σκοπῷ τῷ αὐτῶν. Ἄλλοι γὰρ ἄλλως εἶχον περὶ τὰ βιβλία τῶν παλαιῶν· καὶ οὐκέτι ἀλλήλοις συνέπνεον· ἐδιχονόουν τε οὐ μόνον πρὸς τὰς ἄλλας τῶν θρησκειῶν, ἀλλ' ἤδη καὶ εἰς ἑαυτοὺς, οἱ τῆς μιᾶς ὄντες αἱρέσεως. Ἡ οὖν ὁμόφωνος κακία, ὡς ἡ γλῶσσα τῶν πάλαι γιγάντων διέσπαρτο, καὶ ἀνατέτραπτο ὁ τῆς κακίας πύργος αὐτῶν. Γνοὺς δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν συγκεχυμένην αὐτῶν διασπορὰν, καὶ ὡς διαλέξει μόνῃ, καὶ οὐκ ἀρχαίων ἐκθέσει τεθαῤῥήκασιν, ἐπὶ δευτέραν γνώμην ἐβάδιζε. Καὶ δηλοῖ ἔγγραφον ἑκάστην θρησκείαν γνωρίζειν τὸν ὅρον αὐτῶν (33), ἧς ἔχουσι πίστεως. Τότε οἱ παρ' ἑκάστοις δεινοὶ τὰς λέξεις ἀκριβοῦντες, τὸ οἰκεῖον δόγμα ἐνέγραφον. Ὡριστό τε ἡμέρα, καὶ οἱ παρ' ἑκάστοις ἐπίσκοποι ἐπὶ τὰ βασίλεια κληθέντες συνήρχοντο.
B Παρῆσαν οὖν Νεκτάριος μὲν καὶ Ἀγέλιος, τῆς ὁμοουσίου προεστῶτες πίστεως· Ἀρειανῶν δὲ Δημόφιλος· Εὐνομιανῶν δὲ αὐτὸς Εὐνόμιος (34)· τῶν δὲ τὰ Μακεδονίου φρονούντων, Ἐλεύσιος ὁ Κυζίκου. Ὁ δὲ βασιλεὺς, δέχεται μὲν τοὺς συνεληλυθότας· καὶ τὸ παρ' ἑκάστου δόγμα ἔγγραφον λαβὼν, καθ' ἑαυτόν τε γενόμενος, ηὔξατο ἐκτενῶς συνεργῆσαι αὐτῷ τὸν Θεὸν, πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπιλογήν.

## VALESII ANNOTATIONES.

(33) *Γνωρίζειν τὸν ὅρον αὐτῶν.* Malim scribere αὐτῷ, ut habet Nicephorus.

(34) *Εὐνομιανῶν δὲ αὐτὸς Εὐνόμιος.* Hanc fidei expositionem quam tunc Eunomius obtulit principi Theodosio, manuscriptam penes me habeo, beneficio viri clarissimi ac doctissimi Emerici Bigotii. In codice quidem Bavarico, et in exemplari Livineii, subjecta erat libris Gregorii Nysseni *Contra Eunomium*, ut testatur Gretserus. Verum in codice Florentino, ex quo Bigotius eam descripsit, præfixa erat iisdem libris. Nec inutile fuerit eam hic apponere. Etsi enim totam Eunomii impietatem complectitur, quædam tamen habet minime spernenda.

*Εὐνομίου ἔκθεσις.*

Τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ δικαίαν κρίσιν φήσαντος ὁμολογεῖν ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τοὺς ὁμολογοῦντας αὐτὸν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἀπαρνεῖσθαι τοὺς ἀρνουμένους αὐτόν· καὶ τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας προτρεπούσης ἡμᾶς, ἑτοίμους εἶναι πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ ἐπερωτῶντι λόγον· καὶ τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων ταύτην ἐπιζητούντων τὴν ὁμολογίαν, προθύμως ὁμολογοῦμεν ἃ φρονοῦμεν, καὶ ὅτι πιστεύομεν εἰς τὸν ἕνα καὶ μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, κατὰ τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν, οὐκ ἐψευσμένῃ φωνῇ τιμῶντες· ἔστι γὰρ ἀψευδής· ἀλλ' ὄντως ὄντα φύσει τε καὶ δόξῃ Θεὸν ἕνα· ἀνάρχως, ἀϊδίως, ἀτελευτήτως μόνον· οὐ τὴν οὐσίαν καθ' ἥν ἐστιν εἷς χωριζόμενον ἢ μεριζόμενον εἰς πλείους· ἢ ἄλλοτε ἄλλον γινόμενον, ἢ τοῦ εἶναι ὅ ἐστιν μεθιστάμενον. Οὔτε ἐκ μιᾶς οὐσίας εἰς ὑποστάσεις τρεῖς σχηματιζόμενον· πάντη γὰρ καθάπαξ ἐστὶν εἷς, καὶ κατὰ τὰ αὐτά τε καὶ ὡσαύτως διαμένων μόνος· οὐ κοινωνὸν ἔχων τῆς θεότητος, οὐ μεριστὴν τῆς δόξης, οὐ σύγκληρον τῆς ἐξουσίας, οὐ σύνθρονον τῆς βασιλείας· εἷς γάρ ἐστι καὶ μόνος Θεὸς παντοκράτωρ, Θεὸς θεῶν, βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων· ὕψιστος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, ὕψιστος ἐν οὐρανοῖς, ὕψιστος ἐν ὑψίστοις τοῖς ἐπουρανίοις· ἀληθινὸς ἐν τῷ εἶναι ὅ ἐστιν ἀεὶ καὶ διαμένει· ἀληθινὸς ἐν ἔργοις, ἀληθινὸς ἐν λόγοις· ἀρχὴ ἁπάσης ὑποταγῆς, ἐξουσίας, βασιλείας· ἀνώτερος τροπῆς, καὶ μεταβολῆς ἐλεύθερος, ὡς ἀκήρατος· οὐκ ἐν τῷ γεννᾷν τὴν ἰδίαν οὐσίαν μερίζων, καὶ ὁ αὐτὸς γεννῶν καὶ γεννώμενος, ἢ ὁ αὐτὸς Πατὴρ γινόμενος καὶ Υἱός· ἔστι γὰρ ἄφθαρτος· οὐκ ἐν τῷ ποιεῖν ἢ μερῶν ἢ φυσικῶν ὀργάνων προσδεόμενος· ἔστι γὰρ πάντων ἀπροσδεής. Πιστεύο-
C μεν καὶ εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ Υἱὸν, τὸν μονογενῆ Θεὸν, τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως, Χριστὸν ἀληθινὸν Θεὸν, οὐκ ἀγέννητον· οὐκ ἄνευ γεννήσεως πρὸ τοῦ εἶναι ὀνομαζόμενον Υἱὸν, πρὸ πάσης κτίσεως γενόμενον· οὐκ ἄκτιστον· ἀρχὴν ὁδῶν ἔργων τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν ἀρχῇ ὄντα Λόγον· οὐκ ἄναρχον· σοφίαν ζῶσαν, ἀλήθειαν ἐνεργοῦσαν, δύναμιν ὑφεστῶσαν, ζωὴν γεννητήν. Ὡς Υἱὸν Θεοῦ ζωογονοῦντα τοὺς ζῶντας· καὶ ζωοποιοῦντα τοὺς νεκρούς· φῶς ἀληθινὸν, φωτίζων πάντα ἄνθρωπον εἰσερχόμενον εἰς τὸν κόσμον· ἀγαθὸν καὶ χορηγὸν ἀγαθῶν· ὡς ἀγαθότητι καὶ δυνάμει γεννηθέντα τοῦ Πατρός. Οὐχὶ τῷ μερίσαντι συμμερισάμενον τὴν ἀξίαν, οὐκ ἄλλῳ τινὶ τὴν πατρικὴν οὐσίαν, οὐ τὴν βασιλείαν· ἀλλὰ γενόμενον ἐκ γεννήσεως ἔνδοξον, καὶ τῆς δόξης Κύριον· καὶ λαβόντα παρὰ τοῦ Πατρὸς τὴν δόξαν, οὐ τῆς ἐκείνου μεταλαβόντα δόξης· ἀμετάδοτος γὰρ ἡ δόξα τοῦ παντοκράτορος, καθὼς εἶπε, Τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ δώσω· δεδοξασμένον ὑπὸ τοῦ Πατρὸς πρὸ τῶν αἰώνων· δεδοξασμένον ὑπὸ τοῦ Πατρὸς δι' αἰῶνος, καὶ πάσης
D λογικῆς καὶ γεννητῆς οὐσίας· δορυφορούμενον ὑπὸ πάσης ἐπουρανίου στρατιᾶς· Κύριος γάρ ἐστι καὶ βασιλεὺς τῆς δόξης, ὡς Υἱὸς Θεοῦ καὶ Θεός· δημιουργὸς ἀθανάτων καὶ θνητῶν, δημιουργὸς τῶν πνευμάτων καὶ πάσης σαρκός· πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν· βασιλεὺς καὶ Κύριος πάσης ζωῆς καὶ πνοῆς τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων· πάντα γὰρ αὐτῷ παρεδόθη παρὰ τοῦ Πατρὸς, κατὰ τὴν ἁγίαν αὐτοῦ φωνὴν, καὶ πάντα δέδωκεν ὁ Πατὴρ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ· ὑπήκοος πρὸς τὴν τῶν ὄντων δημιουργίαν καὶ γένεσιν· ὑπήκοος πρὸς πᾶσαν διοίκησιν· οὐκ ἐκ τῆς ὑπακοῆς προσλαβὼν τὸ εἶναι Υἱὸς ἢ Θεός· ἀλλ' ἐκ τοῦ Υἱὸς εἶναι καὶ γεννηθῆναι μονογενὴς Θεὸς γενόμενος· ὑπήκοος ἐν ἔργοις· ὑπήκοος ἐν λόγοις· μεσίτης ἐν δόγμασι· μεσίτης ἐν νόμοις· τοῦτον ἴσμεν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ μονογενῆ Θεόν· τοῦτον ὅμοιον τῷ γεννήσαντι μόνον κατ' ἐξαίρετον ὁμοιότητα καὶ τὴν ἰδιάζουσιν ἔννοιαν· οὐχ ὡς Πατρὶ Πατέρα· οὐ γάρ εἰσι δύο Πατέρες·

Digitized by Google

Εἶτα ἕκαστον τῶν γεγραμμένων δογμάτων ἀναγνούς, τὰ μὲν ἄλλα πάντα ὡς χωρισμὸν τῆς Τριάδος εἰσάγοντα μεμψάμενος, ἔῤῥηξε ¶ · μόνην δὲ τὴν τοῦ

A 275 Macedonianorum Eleusius Cyzicenus. Postquam convenissent, imperator eos benigne excepit: et libello fidei a singulis accepto, inde in cubiculum

## VALESII ANNOTATIONES.

οὐδὲ ὡς Υἱῷ Υἱὸν, οὐκ ὄντων δύο Υἱῶν· οὐδὲ ὡς ἀγέννητον ἀγεννήτῳ· μόνος γάρ ἐστιν ἀγέννητος ὁ παντοκράτωρ· καὶ μόνος Υἱὸς ὁ μονογενής· ἀλλ' ὡς Υἱὸν Πατρί· ὡς εἰκόνα καὶ ὡς σφραγῖδα πάσης τῆς τοῦ παντοκράτορος ἐνεργείας καὶ δυνάμεως· σφραγῖδα τῶν τοῦ Πατρὸς ἔργων καὶ λόγων καὶ βουλευμάτων· τοῦτον ὁμολογοῦμεν ἕνα τὸν ἐν ὕδασιν ἐπικεύσαντα τὴν γῆν· τὸν πυρὶ καταφλέξαντα Σοδομίτας· τὸν ἐπιθέντα δίκην Αἰγυπτίοις· τὸν θέμενον τοὺς νόμους κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου Θεοῦ· τὸν ἐπὶ τῶν προφητῶν ὁμιλήσαντα τοῖς παλαιοῖς· τὸν καλέσαντα τοὺς ἀπειθοῦντας· τὸν λαβόντα πᾶσαν B τοῦ κρίνειν τὴν ἐξουσίαν· ὁ γὰρ Πατὴρ κρίνει οὐδένα· τὴν γὰρ κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ· τὸν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν γενόμενον ἐν σαρκί· γενόμενον ἐκ γυναικός· γενόμενον ἄνθρωπον ἐπὶ ἐλευθερίᾳ καὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους ἡμῶν· ἀναλαβόντα τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπον· τὸν διὰ γλώσσης καὶ στόματος εὐαγγελισάμενον τὴν εἰρήνην τοῖς ἐγγὺς καὶ τοῖς μακράν· τὸν γενόμενον ὑπήκοον μέχρι σταυροῦ καὶ θανάτου· καὶ μὴ ἰδόντα διαφθοράν, ἀλλ' ἀναστάντα τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν· καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀνακεφαλαιωσάμενον τοῖς ἑαυτοῦ τὸ μυστήριον· καὶ καθήμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρός· τὸν ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Καὶ μετὰ τοῦτον πιστεύομεν εἰς τὸν Παράκλητον τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας· τὸν καθηγητὴν τῆς εὐσεβείας· γενόμενον ὑπὸ τοῦ Μονογενοῦς, καὶ τοῦ καθάπαξ ὑποτεταγμένον· οὔτε κατὰ τὸν Πατέρα· οὔτε τῷ Πατρὶ συναριθμούμενον· εἷς γάρ ἐστι καὶ μόνος Πατὴρ ὁ ἐπὶ πάντων Θεός· οὔτε τῷ Υἱῷ συνεξισούμενον· μονογενὴς γάρ ἐστιν, οὐδένα ἔχων ἀδελφὸν ὁμογενῆ· οὔτε μὴν ἄλλῳ τινὶ συντασ- C σόμενον· ἁπάντων γὰρ ἀναβέβηκε τῶν διὰ τοῦ Υἱοῦ γενομένων ποιημάτων γενέσει καὶ φύσει, καὶ δόξῃ καὶ γνώσει· ὡς πρῶτον ἔργον καὶ κράτιστον τοῦ Μονογενοῦς· μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον· εἷς δὲ καὶ οὗτος ὢν καὶ πρῶτος καὶ μόνος· καὶ πάντων προὔχων τῶν τοῦ Υἱοῦ ποιημάτων κατὰ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν φυσικὴν ἀξίαν, πᾶσαν ἐνέργειαν καὶ διδασκαλίαν ἐξανύει κατὰ τὸ δοκοῦν τῷ Υἱῷ, πεμπόμενον ὑπ' αὐτοῦ καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνων· καὶ ἀναγγέλλων τοῖς παιδευομένοις· καὶ τῆς ἀληθείας καθηγούμενον· ἁγιάζων τοὺς ἁγίους· μυσταγωγῶν τοὺς προσιόντας τῷ μυστηρίῳ· διανέμων πᾶσαν δωρεὰν τῷ πνεύματι τοῦ διδόντος τὴν χάριν· συνεργῶν τοῖς πιστοῖς πρὸς κατανόησιν καὶ θεωρίαν τῶν διατεταγμένων· ὑφηγῶν εὐχομένοις· ὁδηγῶν πρὸς τὸ συμφέρον· κρατύνων πρὸς εὐσέβειαν· φωτίζων τὰς ψυχὰς τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως· καθαίρων τοὺς λογισμούς· δαίμονας ἀπείργων, καὶ νοσοῦντας θερα- D πεύων· τοὺς νοσοῦντας ἰώμενος· πλανωμένους ἐπιστρέφων· θλιβομένους παρακαλῶν· ὀκλάζοντας ἀνορθῶν· πονοῦντας ἀνακτώμενος· ἀγωνιζομένοις ὑποφωνῶν· δειλανδροῦντας θαρσύνων· ἁπάντων κηδεμόνα· πᾶσαν φροντίδα καὶ πρόνοιαν εἰσφερόμενον εἰς προσαγωγὴν τῶν εὐνουστέρων καὶ φυλακὴν τῶν πιστοτέρων. Πιστεύομεν ἐπὶ τούτοις εἰς τὴν γενησομένην ἀνάστασιν διὰ τοῦ Σωτῆρος, αὐτῶν τῶν διαλυθέντων σωμάτων, μετὰ τῶν οἰκείων καὶ μερῶν καὶ μορίων· οὐδενὸς ἐλλείποντος οὔτε ἐνηλλαγμένου τῶν τοῦ ἑκάστου σῶμα συμπληρούντων κατὰ τὸν παρόντα βίον· ἔτι μὴν καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις κρίσιν τῶν ἐπὶ κακῶς δοξαζομένων ἢ βεβιωμένων· καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν γενομένων ἔργων καὶ λόγων καὶ ἐνεργειῶν, πράξεων, ἐνθυμημάτων, νοημάτων· μηδενὸς τὸ παράπαν λανθάνοντος τῶν μεγίστων ἢ τῶν ἐλαχίστων· μηδενὸς περιορωμένου τῶν ἐνθέσμως ἢ παρανόμως εἰργασμένων, ἢ πεπραγμένων· τῆς συμμέτρου καὶ δικαίας ἐπιμετρουμένης δίκης· καὶ τοὺς μὲν εἰς τέλος ἀσεβήσαντας ἢ ἁμαρ- B τήσαντας, πρὸς τὴν ἀτελεύτητον κόλασιν παραπεμπούσης· τοὺς δὲ ὁσίως καὶ δικαίως βιώσαντας πρὸς τὴν αἰωνίαν ζωὴν ἀναφερούσης. Ταῦτα καὶ φρονοῦμεν παρὰ τῶν ἁγίων μαθόντες, καὶ φρονοῦντες πιστεύομεν. Οὐδὲν ὑπ' αἰσχύνης ἢ δέους παρέντες ὧν ἐμάθομεν· οὔτε μὴν ἐπ' αἰσχύνης ἢ φιλονεικίας προστιθέντες πλεῖον ἢ διαστρέφοντες· οὐδὲ συνειδότες οὐδὲν ἀπηχὲς ἢ δύσφημον, ὁποῖα πλάττουσι καθ' ἡμῶν οἱ συκοφαντοῦντες ἢ διαβάλλοντες· ὧν τὸ κρίμα ἔνδικόν ἐστιν. Quæ nos in Latinum sermonem transtulimus hoc modo.

### *Fides exposita ab Eunomio.*

Cum Deus ac Salvator noster Jesus Christus justissima sententia dixerit, confessurum se coram Deo Patre eos qui ipsum confiterentur coram hominibus, et negaturum eos qui ipsum negarent: cumque apostolica doctrina hortetur nos ut prompti paratique simus ad reddendam rationem cuili- C bet eam poscenti: cum denique imperialia præcepta hanc confessionem requirant, alacri animo confitemur ea quæ sentimus, et quod credimus in unum ac solum verum Deum, juxta ipsius doctrinam, neutiquam falsa voce eum honorantes. Est enim expers mendacii. Quippe qui et natura et gloria revera est unus Deus; sine principio, semper et indesinenter solus: substantia secundum quam unus est nequaquam divisus, aut partitus in plures: aut alius atque alius subinde exsistens, aut ab eo quod est recedens: nec ex una substantia in tres hypostases figuratus. Omnino enim et semel unus est, uno semper atque eodem modo permanens solus: nullum habens socium Divinitatis, nullum gloriæ participem, nullum consortem potentiæ, nullum regni assessorem. Unus enim est ac solus Deus omnipotens, Deus deorum, Rex regum, et Dominus dominantium: altissimus super omnem terram: altissimus in cœlis: altissimus D in altissimis ac cœlestibus: verus in exsistendo id quod est et manet semper: verus in operibus, verus in sermonibus: principium omnis subjectionis, potestatis, imperii. Superior conversione, et expers mutationis, utpote illibatus. Propriam substantiam non partiens in generando, nec idem generans et generatus, aut idem Pater exsistens et Filius. Est enim incorruptus. In faciendo nequaquam indigens

## VARIORUM.

¶ *Τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἔῤῥηξε*. Finito hoc concilio, Theodosius duplicem adversus hæreticos constitutionem emisit. Priorem VIII Kal. Aug., qua omnem hæreticis coeundi potestatem abrogat; posteriorem III Non. Sept., qua vetat ne in agris etiam et villis cœtus suos celebrarent; domos in quibus conventus suos habuerint, fisco adjudicandas, ordinationes hæreticorum prohibendas; qui alio commigrant docendi, vel mysteriorum suorum exercendorum causa, ad proprias urbes esse remittendos, inflicta damnationis pœna officialibus judicum, urbiumque magistratibus, qui hujusmodi cœtus non prohiberent. Habentur hæ duæ leges Cod. Theod., tit. *De hæret.*, l. IX et XII, ubi vide quæ notavit cl. Gothofredus. In priore lege Eunomiani, Ariani, Macedoniani Pneumatomachi, Manichæi, Encratitæ, Apotactitæ, Saccophori, et Hydroparastatæ nominatim recensentur. (Guil. Cave vol. II, ad ann. 383)

Digitized by Google

digressus, remotis arbitris Deum intente precatus est, ut ad dignoscendam veritatem sibi auxilio esset. Posthæc perlectis uniuscujusque dogmatis libellis, cætera quidem dogmata, utpote quæ Trinitatis divisionem inducerent, damnavit, chartas-

A ὁμοουσίου ἐπαινέσας ἐδέξατο. Αὕτη πρόφασις γέγονε τοῦ τοὺς Ναυατιανοὺς πάλιν εὐπράξαντας, ἔνδον τῶν πόλεων τὰς συναγωγὰς ποιεῖσθαι. Ὁ γὰρ βασιλεὺς θαυμάσας αὐτῶν τὴν περὶ τοὺς οἰκείους (35) κατὰ τὴν πίστιν ὁμόνοιαν, νόμῳ ἐκέλευε τῶν μὲν

## VALESII ANNOTATIONES.

materia, aut membris, aut naturalibus instrumentis. Nulla enim re opus habet. Credimus etiam in Filium Dei unigenitum Deum, primogenitum omnis creaturæ, Christum verum Deum, non ingenitum: non antequam esset, sine generatione Filium nominatum: genitum ante omnem creaturam: non increatum: principium viarum Dei ad opera, et in principio exsistentem Sermonem: non expertem principii: sapientiam viventem: veritatem operantem: virtutem subsistentem: vitam genitam. Qui, utpote Filius Dei, vivos vivificat, et suscitat mortuos. Lucem veram quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum. Bonum, et suppeditatorem bonorum: quippe qui bonitate ac virtute Patris est genitus. Qui neque cum eo qui ipsi impertitus est dignitatem, neque cum ullo alio paternam substantiam aut regnum participavit. Sed qui ex generatione factus est gloriosus et Dominus gloriæ. Qui a Patre accepit gloriam, non autem participavit gloriam Patris. Nam gloria Omnipotentis est incommunicabilis, sicut ipse dixit: *Gloriam meam alteri non dabo.* (*Isa.* XLII, 8.) Qui a Patre glorificatus est ante sæcula. Qui glorificatur a Patre per sæcula, et per universam rationalem et creatam substantiam. Quem stipat universa cœlestis militia. Est enim Dominus et Rex gloriæ, utpote Dei Filius ac Deus: opifex mortalium atque immortalium: opifex spirituum et universæ carnis. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil: Rex et Dominus vitæ omnis ac spiritus eorum quæ per ipsum facta sunt. Omnia enim ei tradita sunt a Patre, juxta sanctissimam ejus vocem, et omnia dedit Pater in manu ejus. Obediens ad opificium et creationem omnium rerum. Obediens ad omnem administrationem. Qui non ex obedientia accepit ut esset Filius aut Deus. Sed ex eo quod Filius est, et quod unicus genitus est, factus est Deus. Obediens in operibus, obediens in verbis. Mediator in sententiis, mediator in legibus. Hunc Filium Dei et unigenitum Deum agnoscimus; solum similem Patri ob præcipuam similitudinem et propriam significationem: non ut Patrem Patri. Neque enim duo sunt patres. Non ut Filium Filio: quippe cum non sint duo filii. Neque ut ingenitum ingenito: unus enim ingenitus est, Deus scilicet omnipotens; et unus Filius, unigenitus scilicet. Sed similem, ut Filium Patri: quippe qui imago sit et sigillum omnis operationis ac virtutis paternæ; sigillum omnium operum ac sermonum et consiliorum Patris. Hunc confitemur unum esse eorum qui terram inundarunt, eum qui Sodomitas igne exussit; qui Ægyptios supplicio affecit; qui leges tulit juxta mandatum æterni Dei; qui tempore prophetarum locutus est ad priscos; qui vocavit eos qui parere recusabant; qui omnem judicandi potestatem accepit; Pater enim non judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio; qui in ultimis diebus factus est in carne, factus ex muliere; factus est homo ad liberationem et salutem generis nostri; qui hominem ex anima constantem et corpore assumpsit; qui ore et lingua annuntiavit pacem vicinis simul ac remotis; qui factus est obediens usque ad crucem et ad mortem: et qui non vidit corruptionem, sed surrexit tertia die; et post resurrectionem discipulis suis per compendium exposuit mysterium; qui sedet ad dexteram Patris, qui venturus est ut vivos judicet ac mortuos. Post hunc credimus in Paracletum, Spiritum veritatis doctorem pietatis; qui factus est

ab Unigenito, et illi semel subjectus: nec post Patrem, nec cum Patre connumeratus. Unus enim ac solus Pater est Deus super omnia. Nec Filio coæquatus; unicus enim est Filius, nullum fratrem habens simul genitum. Nec tamen cum ulla alia re comparatus. Omnia enim quæ per Filium facta sunt opera, transcendit generatione ac natura, et gloria et cognitione; quippe qui primum sit ac præstantissimum, et maximum ac pulcherrimum opus Unigeniti. Qui cum unus ac solus sit etiam ipse, primusque et excellentissimus omnium Filii opificiorum, B ob substantiam et naturæ dignitatem, operationem omnem ac doctrinam perficit ex arbitrio Filii, missus ab illo et ab eodem accipiens: et renuntians iis qui instituuntur: docens veritatem: sanctos sanctificans: deducens eos qui ad sacramentum accedunt: dividens spiritui omne donum ejus qui dat gratiam. Qui cooperatur fidelibus ad intelligentiam et contemplationem eorum quæ mandata sunt. Qui orantibus subsonat. Qui ad id quod utile est præit viam. Qui ad pietatem corroborat. Qui animas luce cognitionis illustrat. Qui purgat cogitationes. Qui dæmones abigit, ægros curat, sanat languidos. Qui errantes reducit in viam: solatur contritos: titubantes erigit: reficit laborantes. Qui pugnantibus subclamat: timidis addit animos: curator universorum. Qui curam omnem ac sollicitudinem adhibet ut benevolos promoveat, et fideliores quosque custodiat. Posthæc credimus in eam quæ per Servatorem futura est, resurrectionem C corporum, horum scilicet ipsorum quæ dissoluta sunt, una cum propriis membris ac partibus: nullo deficiente aut immutato ex iis quæ uniuscujusque corpus componebant dum viveret. Præterea credimus judicium quod postea fiet, eorum quæ male cogitata atque acta fuerint in vita, et omnium pariter operum ac verborum et actuum, cogitationum ac sensuum, qui fuerint in hac vita: ita ut nihil omnino lateat, nec maximum quidquam, nec minimum: nihil negligatur ex iis quæ illegitime aut injuste gesta sunt ac perpetrata: sed justa et æqua merces rependatur: et ii quidem qui usque ad exitum vitæ impie se gesserint aut peccaverint, sempiterno tradantur supplicio: ii vero qui juste ac pie vixerint, ad æternam vitam perducantur. Hæc sentimus, prout a sanctis accepimus; et sentientes credimus: nihil eorum quæ accepimus, præ pudore aut præ metu omittentes: sed neque per impudentiam aut pervicaciam aliquid amplius adD dentes aut pervertentes: nec nobis conscii ullius impietatis ac blasphemiæ, cujusmodi adversus nos contingunt calumniatores, quorum juxta est condemnatio.

Porro hanc esse confessionem fidei quæ ab Eunomio tradita est Theodosio, mense Junio, Merobaude II, et Saturnino consulibus, constat ex verbis quæ leguntur initio hujus confessionis: Καὶ τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων ταύτην ἐπιζητούντων ὁμολογίαν.

(35) *Τὴν περὶ τοὺς οἰκείους.* Emendandum est procul dubio τὴν πρὸς τοὺς οἰκείους κατὰ τὴν πίστιν ὁμόνοιαν. Idem error in superiore pagina, ubi dicit: Ἄλλοι γὰρ ἄλλως εἶχον περὶ τὰ βιβλία τῶν παλαιῶν. Nam et illic scribendum est, πρὸς τὰ βιβλία, etc.

Digitized by Google

οἰκείων κρατεῖν ἀδεῶς εὐκτηρίων τόπων· ἔχειν δὲ καὶ προνόμια τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν, ἅπερ καὶ οἱ τῆς αὐτοῦ πίστεως ἔχουσιν (36). Οἱ δὲ προεστῶτες τῶν ἄλλων θρησκειῶν, ἐκ τῆς πρὸς ἑαυτοὺς διαφωνίας ἐν καταγνώσει παρὰ τοῖς ὑφ' ἑαυτοῖς ἐγεγόνεισαν· ἀμηχανίᾳ τε καὶ λύπῃ κατασχεθέντες ἀνεχώρουν· καὶ γράμμασι τοὺς οἰκείους παρεμυθοῦντο, παραινοῦντες μὴ ἄχθεσθαι ἐφ' οἷς πολλοὶ καταλιπόντες αὐτοὺς, τῷ ὁμοουσίῳ προσέθεντο. Πολλοὺς γὰρ εἶναι τοὺς κλητοὺς, ὀλίγους δὲ τοὺς ἐκλεκτούς. Ὅπερ οὐκ ἔλεγον, ἡνίκα τὸ πολὺ τοῦ λαοῦ αὐτοῖς ἐκ δυναστείας προσέκειτο. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ οἱ τῆς ὁμοουσίου πίστεως, τῶν λυπηρῶν τελέως ἦσαν ἐλεύθεροι· τὰ γὰρ κατὰ Ἀντιόχειαν, τοὺς τῇ συνόδῳ παρόντας διέκρινεν. Αἰγύπτιοι μὲν γὰρ καὶ οἱ ἐξ Ἀραβίας καὶ Κύπρου πάλιν συμπράττοντες, τὸν Φλαβιανὸν ἐξωθεῖσθαι τῆς Ἀντιοχείας ἔλεγον. Οἱ δὲ ἐκ Παλαιστίνης, Φοινίκης τε καὶ Συρίας, ὑπὲρ Φλαβιανοῦ συνεστήκεσαν. Τοῦτο μὲν οἷον τέλος ἐδέξατο, κατὰ χώραν ἐρῶ.

A quæ laceravit : solam vero consubstantialis fidem laudavit atque suscepit. Atque hæc causa fuit cur Novatiani iterum prospere agentes, 276 intra urbes sacros conventus peragerent. Etenim imperator doctrinam fidei illorum plane cum suis consentientem admiratus, lege lata præcepit ut oratoriis suis intrepide potirentur, utque eorum ecclesiæ eadem quæ fidei suæ basilicæ, privilegia possiderent. Aliarum vero sectarum antistites ob mutuam inter ipsos dissensionem in reprehensionem suorum venerunt, et ad inopiam consilii redacti ac mœrore confusi, domum discesserunt; scriptisque ad suos litteris eos consolati sunt, monentes ne ob id molestia afficerentur, quod multi ab ipsorum partibus deficientes, ad consubstantialis fidem accederent. Quippe multos quidem vocatos esse, paucos autem electos. Quod quidem ipsi minime dicebant, tunc cum per vim ac metum omnes fere ab eorum partibus starent. Sed ne illi quidem qui consubstantialis vocem tuebantur, omni penitus dolore ac molestia caruerunt. Etenim Antiochensis Ecclesiæ causa, episcopi qui concilio interfuerant, duas in partes sunt dirempti. Ægyptii enim et Arabes ac Cyprii rursus in unum coeuntes, aiebant Flavianum Antiochia expelli debere. Palæstinæ vero et Phœnices ac Syriæ episcopi Flaviano favebant. Cujusmodi autem exitus fuerit hujus negotii, dicam suo loco.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

*Περὶ Μαξίμου τοῦ τυράννου, ὅπως τὸν Γρατιανὸν ἀνεῖλε δόλῳ· ὅτε καὶ τῆς κατὰ Ἀμβροσίου τοῦ ἐπισκόπου Μεδιολάνων ἐπιβουλῆς, διὰ τὸ πρὸς Μάξιμον δέος, Ἰουστῖνα ἡ μήτηρ Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ μικροῦ, ἄκουσα ἐπέσχετο.*

C Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, καθ' οὓς ἐν Κωνσταντίνου πόλει τὰ τῶν συνόδων ἐγίνετο, τάδε περὶ τὰ ἑσπέρια μέρη ἐγένετο. Μάξιμος [r] ἐκ τῶν περὶ τὰς Βρεττανίας μερῶν, ἐπανέστη τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ, καὶ κάμνοντι Γρατιανῷ εἰς τὸν κατὰ Ἀλαμανῶν πό-

## CAP. XI.

*De Maximo tyranno : qualiter is Gratianum dolo interemit : quo tempore propter metum Maximi, Justina. Valentiniani pueri mater, Ambrosio Mediolanensi episcopo insidiari invita destitit.*

Iisdem fere temporibus quibus hæc concilia Constantinopoli celebrabantur, in Occidentis partibus hæc gesta sunt. Maximus ex insula Britannia profectus, imperium invasit, et Gratianum contra Alamannos tunc temporis bellum geren-

### VALESII ANNOTATIONES.

(36) *Ἅπερ καὶ οἱ τῆς αὐτοῦ πίστεως*. Lego ἅπερ καὶ αἱ τῆς αὐτοῦ πίστεως ἔχουσιν. Subauditur enim ἐκκλησίαι. Privilegia autem Ecclesiarum sunt, jus asyli, jus legata accipiendi, et similia.

### VARIORUM.

[r] *Μάξιμος*. Τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν τὰ τῶν αὐτοκρατόρων ἤθη διαφθείρειν εἰωθόσι πειθόμενος, etc. *Gratianus iis obtemperans qui principum mores in aulis corrumpere solent, Alanos quosdam transfugas susceptos, et militum numeris ascriptos, muneribus largis cohonestabat, tantique faciebat, ut eis maximi res momenti crederet, nulla ratione suorum militum habita. Pariebat hoc imperatori apud milites odium : quod paulatim succensum et auctum ad rerum novarum libidinem perpulit cum alios milites, tum vel maxime Britannicis in insulis constitutos : ut qui magis contumaciæ et iracundiæ, quam cæteri omnes, indulgerent. Incitabat etiam magis eos Maximus, Hispanus natione, qui Theodosii principis in Britannia commilito fuerat. Is permoleste ferens, Theodosium quidem habitum fuisse dignum imperio, se vero nullum ad honorificum magistratum pervenisse, magis etiam milites ad imperatoris odium irritabat. Illi facile ad seditionem impulsi, Maximum imperatorem appellant; ac tradita illi cum diademate purpura, confestimque transmisso navibus Oceano, ad ostia Rheni appulerunt. Exercitibus autem qui erant in Germania, cæterisque secundum hanc regionibus, summa cum benevolentia designationem hanc approbantibus; objiciebat ei se Gratianus, prælio congressurus, quod non exigua pars exercitus adhuc* D *ab ipso staret. Ubi copiæ propius ad se invicem accessissent, ad quinque dies inter se velitationibus utebantur. Conspicatus autem Gratianus primo Mauros equites universos discessionem fecisse, ac Maximum Augustum conclamasse, deinde cæteros etiam paulatim ad Maximi partes transire : desperatis rebus, sumptisque secum trecentis equitibus, pleno cursu cum eis versus Alpes aufugit. Eas cum nullo munitas præsidio reperisset, versus Rhætias et Noricum, et Pannonias, et Mysiam superiorem tendit. Hac illius fuga non neglecta Maximus, magistrum equitum Andragathium oriundum a Ponto Euxino, qui esse peramica in ipsum animo videretur, cum equis laborum tolerantissimis ad eum persequendum mittit. Is impetu continuo Gratianum persequens, cum Sigiduni pontem transiturum assecutus esset, occidit; atque hoc modo stabilius imperium Maximo reddidit.* Zosim., *Hist.*, lib. IV, pag. 760. In eamdem sententiam, sed multo brevius scribit Victor in *Epitome*. Maximus a Gilda *Germen plantationis Britannicæ*, ab Ausonio *Rutupinus latro* nominatur, non aliam ob causam, quam quod apud Britanniam tyrannidem arripuisset. Optime hunc locum Socratis reddidit cl. Usserius, de Britann. Eccles. primordiis, p. 198 : *Maximus ex partibus Britanniæ arma contra imperium Romanum tulit.*

Digitized by Google

tem aggressus est. In Italia vero, cum Valentinianus adhuc admodum puer esset, rerum cura penes
277 Probum erat, virum consularem, qui tum præfecturam prætorii administrabat. At Justina Valentiniani Augusti mater, cum esset Ariana, viro quidem superstite consubstantialis fidei sectatores nullo damno afficere potuerat. Sed post mortem viri, cum filius ipsius adhuc tenera ætate esset, Mediolanum veniens, maximos tumultus adversus Ambrosium excitavit, eumque deportari in exsilium jussit. Cumque populus pro incredibili amore quo Ambrosium prosequebatur, resisteret, et eos qui illum in exsilium rapere contendebant, repelleret; eodem temporis momento nuntiatum est, Gratianum Maximi tyranni dolo interemptum fuisse. Etenim Andragathius comes Maximi, occultatus in lectica muliebri quæ a mulis portabatur, cum satellitibus suis præcepisset ut ubique divulgarent imperatoris uxorem ea lectica vehi, juxta urbem Galliæ Lugdunum occurrit imperatori fluvium transeunti. Ille uxorem suam esse credens, dolum minime præcavit : sed in hostis manus, tanquam cæcus in foveam incidit. Repente enim Andragathius e vehiculo prosiliens, Gratianum peremit. Obiit igitur Gratianus Merobaude et Saturnino consulibus, cum regnasset annis quindecim, vixisset autem annis quatuor ac viginti. Hic casus iram matris imperatoris Valentiniani adversus Ambrosium repressit. Valentinianus vero necessitati temporis obsecutus, invitus licet, Maximum imperii collegam admisit. Probus tamen Maximi potentiam reformidans, ad partes Orienti propiores secedere constituit. Confestim igitur ex Italia digressus, venit in Illyricum, et in urbe Macedoniæ Thessalonica sedem fixit.

A λεμον ἐπιτίθεται. Ἐν δὲ τῇ Ἰταλίᾳ κομιδῇ νέου τυγχάνοντος Οὐαλεντινιανοῦ, τὴν τῶν πραγμάτων εἶχε φροντίδα Πρόβος ἀπὸ ὑπάτων, τὴν ὑπάρχων τότε χειρίζων ἀρχήν. Ἰουστίνα δὲ ἡ τοῦ βασιλέως Οὐαλεντινιανοῦ μήτηρ, τὰ Ἀρειανῶν φρονοῦσα, ζῶντος μὲν τοῦ ἀνδρὸς, οὐδὲν εἶχε βλάπτειν τοὺς φρονοῦντας τὸ ὁμοούσιον. Ἐπειδὴ δὲ κομιδῇ νέος ἦν ὁ υἱὸς, καταλαμβάνουσα τὴν Μεδιολάνων, ταραχὰς μεγίστας κατὰ τοῦ ἐπισκόπου Ἀμβροσίου ἐκίνησεν [*], εἰς ἐξορίαν αὐτὸν πεμφθῆναι κελεύουσα. Ὡς δὲ ὁ λαὸς ἀντεῖχεν ὑπερβαλλόντως ἀγαπῶν τὸν Ἀμβρόσιον, καὶ τοῖς ἕλκειν ἐπὶ τὴν ἐξορίαν σπουδάζουσιν ἀνθίστατο, ἐν τοσούτῳ ἀγγέλλεται, ὅτι Γρατιανὸς δόλῳ τοῦ τυράννου Μαξίμου ἀνῄρητο. Ἐν φορείῳ γὰρ κλίνην μιμουμένῳ, καὶ ὑπὸ ἡμιόνων φερομένῳ, καταχρυφθεὶς B ὁ τοῦ Μαξίμου στρατηγὸς Ἀνδραγάθιος, προλέγειν τοῖς δορυφόροις κελεύσας, ὡς εἴη τοῦ βασιλέως Γρατιανοῦ γαμετὴ, ὑπαντᾷ τῷ βασιλεῖ πρὸ Λουγδούνου τῆς ἐν Γαλλίᾳ πόλεως ποταμὸν διαβαίνοντι. Ὁ δὲ πιστεύσας τὴν γαμετὴν εἶναι, τὸν δόλον οὐκ ἐφυλάξατο· ἀλλ' ὥσπερ τυφλὸς εἰς ὄρυγμα, τοῦ πολεμίου εἰς τὰς χεῖρας ἔπεσεν. Ἐκπηδήσας γὰρ ἐκ τοῦ φερέτρου Ἀνδραγάθιος, τὸν Γρατιανὸν διεχειρίσατο. Τελευτᾷ οὖν ἐν ὑπατείᾳ Μεροβαύδου καὶ Σατορνίνου, βασιλεύσας ἔτη δεκαπέντε [1], ζήσας ἔτη εἰκοσιτέσσαρα. Τοῦτο ἐπιγενόμενον ἔπαυσε τὴν κατὰ Ἀμβροσίου τῆς μητρὸς τοῦ βασιλέως ὀργήν. Οὐαλεντινιανὸς δὲ καὶ ἄκων, τῇ ἀνάγκῃ τοῦ καιροῦ πεισθεὶς, τὴν Μαξίμου βασιλείαν προσδέχεται. Τότε ὁ Πρόβος C φοβηθεὶς τὴν Μαξίμου δύναμιν, ἐπὶ τὰ ἀνατολικώτερα μέρη ἀναχωρεῖν πειρᾶται. Εὐθὺς οὖν ὡς εἶχεν ἀναχωρεῖ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, καὶ ἐπὶ τὴν Ἰλλυρίδα γενόμενος γῆν, ἐν Θεσσαλονίκῃ τῆς Μακεδονίας (37) διέτριβεν.

## VALESII ANNOTATIONES.

(37) *Ἐν Θεσσαλονίκῃ τῆς Μακεδονίας.* Hoc loco dubitationem meam lectori proponam. Existimo igitur Thessalonicam, quæ caput fuit Macedoniæ, fuisse sub imperio Theodosii. Movet me primo quidem quod Theodosius, postquam a Gratiano Augustus renuntiatus fuisset Sirmii, Thessalonicam profectus, illic diu sedit, et legationes civitatum Orientis excepit : cumque in morbum incidisset, ab Ascholio ejus civitatis episcopo baptizatus est, ut scribunt Zosimus, Prosper, Socrates, et cæteri. Deinde in ea urbe positus multas leges edidit, quæ in Codice Theodosiano referuntur, sub titulo *De fide catholica et de hæreticis*, datæ Thessalonicæ. Denique in synodo Constantinopolitana, cui solos Orientis episcopos interfuisse constat, recensetur Ascholius episcopus Thessalonicæ, ut videre est supra, cap. 8. Post tempora quidem Theodosii, quin Thessalonica sub Orientis imperatoribus fuerit, dubitari non potest. Fuit enim caput Illyrici orientalis, quod Macedoniam continebat et Daciam, ut docet Notitia imperii Romani. Sed sub initium imperii Theodosii an ita fuerit, dubitari merito potest. Etenim Aurelius Victor et Zonaras diserte testantur, Gratianum Orientem duntaxat et Thracias tradidisse Theodosio. Et Zosimus scribit Valentinianum Juniorem, diviso cum fratre D imperio, Italiam, Africam et Illyricum habuisse. Sed neque Constantius et Valens, qui ante Theodosium Orientis imperium rexerant, sub ditione sua Illyricum habuerunt. Certe Valentis temporibus Mamertinus præfectus prætorio, Italiam, Africam et Illyricum simul administravit, teste Ammiano Marcellino [*]. Videtur tamen Valens post mortem fratris Valentiniani, Macedoniam et Daciam impe-

## VARIORUM.

[*] *Ταραχὰς μεγίστας κατὰ τοῦ ἐπισκόπου Ἀμβροσίου ἐκίνησεν.* Egit Justina cum divo Ambrosio ut basilicam Arianis concederet, ut suos conventus celebrarent. Ambrosius nullis promissis aut minis ad id inflecti potuit. Unde Oratio ejus *de non tradendis basilicis*. Excitata in eum persecutio anno 385, biennium duravit. (Ant. Pagi ad ann. 386. *n.* 3.)

[1] *Βασιλεύσας ἔτη δεκαπέντε.* Imo sedecim annos imperavit, utpote anno 367 Augustus factus. W. Lowth. *Imperavit cum patre Valentiniano annos octo, dies octoginta quinque: cum patruo et fratre tres : cum eodem fratre ac Theodosio quatuor, et cum his omnibus accedente Arcadio menses sex.* Victor in Epitome : *Satis accurate*, inquit Ant. Pagi, ad ann. 383, n. 9, ubi observat Gratianum obiisse VIII Kal. Septembris ejus anni.

[*] Levissimam hanc conjecturam vocat Ant. Pagi, ad ann. 388, n. 7, et divisionem Illyrici in Occidentale et Orientale Gratiano Theodosium in imperii consortium asciscenti attribuit.

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

A

*Ὡς ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος κατὰ Μαξίμου δύναμιν μεγίστην εὐτρεπίσας, καθ' ὃν καιρὸν Ὀνώριος αὐτῷ ἐκ Πλακίλλης ἐτέχθη, Ἀρκάδιον μὲν ἐν Κωνσταντίνου πόλει κατέλιπεν· αὐτὸς δὲ ἐν Μεδιολάνῳ τῷ τυράννῳ προσέμιξεν.*

Ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος ἐν φροντίδι μεγάλῃ καθίστατο, δύναμίν τε μεγίστην κατὰ τοῦ τυράννου ηὐτρέπιζεν, εὐλαβούμενος μὴ καὶ τῷ Νέῳ Οὐαλεντινιανῷ ὁ τύραννος φόνον βουλεύσειε. Κατὰ ταὐτὸ δὲ καὶ πρεσβεία Περσῶν παρῆν, εἰρήνην παρὰ τοῦ βασιλέως αἰτοῦσα. Τότε δὴ καὶ προσγίνεται τῷ βασιλεῖ υἱὸς Ὀνώριος [a], τεχθεὶς αὐτῷ ἐκ τῆς γαμετῆς Πλακίλλης, ἐν ὑπατείᾳ Ῥιχομηλίου καὶ Κλεάρχου, τῇ ἐννάτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός. Καθ' ἣν ὑπατείαν καὶ Ἀγέλιος ὁ τῶν Ναυατιανῶν ἐπίσκοπος, μικρῷ πρότερον ἐτελεύτησεν. B Τῇ δὲ ἑξῆς ὑπατείᾳ, ἥτις ἦν Ἀρκαδίου Αὐγούστου τὸ πρῶτον καὶ Βαύδωνος, τελευτήσαντος Τιμοθέου τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, Θεόφιλος τὴν ἐπισκοπὴν ἐκδέχεται. Μεταταῦτα δὲ ἐνιαυτῷ ὕστερον καὶ Δημόφιλος ὁ τῆς Ἀρειανῆς προεστὼς θρησκείας, τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο. Ἀρειανοὶ δὲ Μαρῖνόν τινα ἐπίσκοπον τῆς οἰκείας αἱρέσεως ἐκ Θρᾴκης μεταστειλάμενοι, αὐτῷ τὴν ἐπισκοπὴν ἐπέτρεψαν. Ἀλλ' οὐκ ἐχρόνισεν ὁ Μαρῖνος. Ἐπ' αὐτῷ γὰρ διῃρέθη ἡ Ἀρειανῶν θρησκεία, ὡς ὕστερον λέξω· Δωρόθεόν τε αὖθις ἐκ τῆς Ἀντιοχείας τῆς ἐν Συρίᾳ μεταπεμψάμενοι, ὑπ' αὐτῷ ἐτάττοντο. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπὶ τὸν κατὰ Μαξίμου πόλεμον ἤλαυνε, καταλιπὼν ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει τὸν υἱὸν Ἀρκάδιον βασιλεύοντα· καταλαβών τε τὴν Θεσσαλονίκην, C εὑρίσκει τοὺς περὶ Οὐαλεντινιανὸν (38) πολλῇ ἀθυμίᾳ διάγοντας, ὅτι δι' ἀνάγκην τὸν τύραννον ὡς βασιλέα ἐδέξαντο. Ὁ Θεοδόσιος δὲ, ἐν μὲν τῷ φανερῷ οὐδέτερον ἐδείκνυεν. Οὔτε γὰρ ἠθέτει, οὔτε προσεδέχετο (39) τὴν Μαξίμου πρεσβείαν. Οὐ μὴν ἠνείχετο περιορᾷν τυραννουμένην τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, προσχήματι βασιλικοῦ ὀνόματος· ἀναλαβὼν δὲ τὰς δυνάμεις τῶν στρατιωτικῶν ταγμάτων, ἐπὶ τὴν Μεδιόλανον ἐχώρει (40)· ἐκεῖ γὰρ ἐφθάκει ὁ Μάξιμος.

## 278 CAP. XII.

*Quomodo imperator Theodosius, collectis adversus Maximum ingentibus copiis, quo tempore Honorius ei ex Flaccilla natus est, Arcadium quidem reliquit Constantinopoli, ipse vero juxta Mediolanum conflixit cum Maximo.*

Imperator vero Theodosius in maximam sollicitudinem conjectus est: metuensque ne Juniorem quoque Valentinianum tyrannus per insidias interficeret, ingentes adversus eum copias comparavit. Eodem tempore Persarum legati advenere, pacem ab imperatore flagitantes. Alter etiam filius Honorius imperatori tunc natus est ex Flaccilla conjuge, Richomere et Clearcho consulibus, die quinto Idus Septembris. Quo quidem anno Agelius Novatianorum episcopus ex hac luce migravit paulo antequam nasceretur Honorius. Sequente anno, Arcadio Augusto primum et Bautone consulibus, mortuo Timotheo Alexandrinæ urbis episcopo, Theophilus sacerdotii curam suscepit. Anno post Demophilus Arianæ partis episcopus extremum diem obiit. In cujus locum Ariani Marinum quemdam suæ sectæ episcopum ex Thracia accitum substituerunt. Verum Marinus non diu permansit. Ejus porro temporibus, Arianorum secta duas in partes divisa est, ut dicemus infra. Post hunc igitur Ariani Dorotheum ex Antiochia Syriæ revocantes, episcopum sibi constituerunt. Interea imperator Theodosius, ad bellum contra Maximum cum exercitu proficiscitur, relicto Constantinopoli filio suo Arcadio Augusto. Cumque Thessalonicam venisset, Valentinianum ejusque comites mœrore oppressos offendit, propterea quod necessitate compulsi, tyrannum quasi imperatorem suscepissent. At Theodosius palam quidem nullum in alterutram partem indicium animi sui dabat. Nam neque legationem Maximi repudiabat, neque admittebat. Sed cum imperium Romanum sub imperatoris nomine tyrannica dominatione oppressum videret, id diutius ferre non potuit. Collectis igitur Romanorum militum copiis, Mediolanum contendit. Illuc enim jam Maximus advenerat.

### VALESII ANNOTATIONES.

rio suo adjunxisse, ex consensu filiorum fratris sui. Id autem colligo ex libro XXXI Marcellini in fine, ubi ait, milites ac palatinos Valentis, qui apud Adrianopolim obsessi fuerant a Gothis, soluta tandem obsidione digressos, alios in Daciam, alios in Macedoniam properasse, Valentem eo se recepisse existimantes.

D

(38) *Εὑρίσκει τοὺς περὶ Οὐαλεντινιανόν.* Pessime Christophorsonus vertit milites Valentiniani. Ipsum enim Valentinianum intelligit Socrates: qui hoc anno, Valentiniano ipso III et Eutropio coss. victus a Maximo, ut docet Sulpitius in libro primo de *Vita Martini*, una cum matre Justina et præfectis et comitibus, Thessalonicam profugit.

(39) *Οὔτε γὰρ ἠθέτει, οὔτε προσεδέχετο.* Zosimus tamen scribit legationem Maximi susceptam esse a Theodosio, et Theodosium imperium atque imagines Maximi suscepisse, et Cynegio præfecto prætorii per Orientem mandasse ut imagines Maximi publice Alexandriæ proponeret, illumque consortem imperii sui esse populo ediceret. Quam rem Sigonius in libro *De occidentali imperio* male retulit anno Christi 384, Ricomere et Clearcho consulibus, cum id gestum sit Valentiniano III et Eutropio consulibus, anno Christi 387. Hoc enim anno Cynegius præfectus fuit prætorii.

(40) *Ἐπὶ τὴν Μεδιόλανον ἐχώρει.* Aquileiam potius dicere debuerat. Eo enim progressus fuerat Maximus, ut docet Zosimus, et reliqui chronographi.

### VARIORUM.

[a] *Ὀνώριος.* Auctor *Chronici Alexandrini* sub hujus anni (384) consulibus ait: *Eodem anno natus est Honorius, germanus frater Arcadii Aug. mense Gorpiæo seu Septembri*, V *Idus Septembres.* Idem habet Idacius in *Fastis*. Mater ejus fuit prima Theodosii M. uxor, ex qua tres liberos suscepit, Gratianum, Arcadium, et Honorium, ut testatur Greg. Nyssenus in Oratione funebri de hujus reginæ laudibus. (Ant. Pagi, ad ann. 384, n. 5.)

Digitized by Google

279 ## CAP. XIII.

### *De tumultu quem Ariani Constantinopoli excitarunt.*

Dum imperator expeditione bellica occupatus teneretur, Ariani Constantinopoli degentes tumultum excitaverunt, hujusmodi astu usi. Solent homines de rebus quas ignorant rumores, confingere. Quod si quam forte occasionem nacti fuerint, pro suo quisque voto multo majores spargunt rumores, utpote cupidi semper rerum novarum. Id vero tum contigit Constantinopoli. Nam de bello quod procul gerebatur, alii aliud confingentes divulgabant, semper in deteriorem partem exitum rerum spe sua præsumentes. Et cum nihil adhuc in bello gereretur, ipsi perinde ac si rerum spectatores fuissent, de iis quæ non viderant loquebantur : tyrannum scilicet de imperatoris exercitu victoriam retulisse, et in prœlio tot ex hac, tot ex illa parte milites occubuisse : ipsum denique imperatorem propediem in tyranni manus ac potestatem venturum esse. Tunc vero Ariani gravi dolore succensi : ægre enim ferebant, ecclesias intra urbem positas, ab iis quos antea persecuti fuerant, obtineri : rumores amplificare cœperunt. Postquam vero alia quæ nuntiabantur, ipsis falsorum rumorum auctoribus persuaserant, non conficta esse, sed vera quæ ipsi vulgavissent : nam qui ea auditione acceperant, ipsis mendacii auctoribus affirmabant rem plane ita se habere ut ab illis accepissent : tunc vero Ariani resumpta fiducia in apertam eruperunt insaniam : domumque episcopi Nectarii conjectis facibus incenderunt. Id factum est Theodosio Augusto iterum et Cynegio consulibus.

A ## ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

### *Περὶ τῆς γενομένης ἐν Κωνσταντίνου πόλει ταραχῆς ὑπὸ Ἀρειανῶν.*

Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καθ' ὃν ὁ βασιλεὺς τῷ πολέμῳ ἐσχόλαζεν, καὶ οἱ ἐν Κωνσταντίνου πόλει Ἀρειανοὶ ταραχὴν κεκινήκασι δι' ἐπινοίας τοιᾶσδε. Φιλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι λόγους πλάττειν περὶ ὧν οὐκ ἐπίστανται. Εἰ δὲ καί ποτε προφάσεως ἐπιλάβονται, μείζονας τὰς περὶ ὧν βούλονται, φήμας ἐξάπτουσι, νεωτέρων ἀεὶ ὀρεγόμενοι πραγμάτων. Τοῦτο δὴ καὶ τότε κατὰ τὴν πόλιν ἐγίνετο· ἄλλος γὰρ ἄλλο περὶ τοῦ μακρὰν γενομένου πολέμου πλάττοντες διεφήμιζον, ἀεὶ ἐπὶ τὸ χεῖρον τὴν ἐλπίδα λαμβάνοντες. Καὶ μηδενὸς ἐπιγινομένου κατὰ τὸν πόλεμον, αὐτοὶ ὡς τὰ κατ' αὐτὸν ἱστορήσαντες, περὶ ὧν οὐκ ᾔδεισαν
B ἔλεγον· ὡς ὁ τύραννος ἐπικρατέστερος εἴη τῆς βασιλέως δυνάμεως· καὶ ὅτι τόσοι καὶ τόσοι κατὰ τὴν μάχην πεπτώκασι· καὶ ὅτι ὁ βασιλεὺς ὅσον οὐδέπω τῷ τυράννῳ ὑποχείριος γίνεται. Τότε δὲ καὶ οἱ Ἀρειανίζοντες ἐκ πάθους κινούμενοι· σφόδρα γὰρ ἠνιῶντο, ὅτι τῶν ἔνδον ἐκκλησιῶν ἐκράτουν οἱ παρ' αὐτῶν πρότερον διωκόμενοι· τὰς φήμας πολλαπλασίους εἰργάζοντο. Ἐπεὶ δὲ ἑτερά τινα τῶν λεγομένων, αὐτοὺς τοὺς πεπλακότας αὐτὰ εἰς πίστιν ἦγεν οὐχ ὡς πεπλασμένων, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς γενομένων ἃ ἔπλασαν· οἱ γὰρ ἀκοῇ παραλαβόντες, διεβεβαιοῦντο πρὸς τοὺς λογοποιοῦντας, μὴ ἄλλως ἔχειν, ἢ ὡς παρ' αὐτῶν ἀκηκόασι· τότε δὴ ἀναθαρρήσαντες οἱ Ἀρειανίζοντες, εἰς ἄλογον χωροῦσιν ὁρμήν· καὶ τὴν οἰκίαν τοῦ ἐπισκόπου Νεκταρίου, πῦρ ἐμβαλόντες ἀνήλωσαν.
C Τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον ἐγένετο, κατὰ τὴν ὑπατείαν Θεοδοσίου τὸ δεύτερον καὶ Κυνηγίου.

## CAP. XIV.

### *De victoria imperatoris Theodosii, deque tyranni clade.*

Interim imperatore adversus tyrannum signa commovente, milites qui sub Maximo erant, apparatus bellici magnitudinem audientes, ne fama quidem tenus impetum sustinere valuerunt, sed timore perculsi, tyrannum ipsum vinctum imperatori dediderunt : qui quidem interfectus est iisdem

## ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

### *Περὶ τῆς νίκης τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου, καὶ τῆς ἥττης τοῦ τυράννου.*

Τοῦ δὲ βασιλέως ἐπιόντος τῷ τυράννῳ, πυνθανόμενοι τὴν παρασκευὴν οἱ ὑπὸ Μαξίμῳ ταττόμενοι, οὔτε τὴν ἐκ τῆς φήμης προσβολὴν ἐνεγκεῖν ἐδυνήθησαν· ἀλλὰ καταπτήξαντες, δέσμιον αὐτῷ τὸν τύραννον ἐνεχείρισαν[v]· ὃς ἀνῃρέθη ἐν τῇ αὐτῇ ὑπατείᾳ, ἑβδόμῃ καὶ εἰκάδι τοῦ Αὐγούστου μηνός (41). Ἀν-

## VALESII ANNOTATIONES.

(41) *Ἑβδόμῃ καὶ εἰκάδι τοῦ Αὐγούστου μηνός.* Fallitur Socrates. Non enim die vicesima quinta Augusti, sed vicesimo octavo mensis Julii occisus est Maximus, ut scribit Idatius in *Chronico*. Idem quoque traditur in *Fastis* quos sub Idatii nomine vulgavit Jacobus Sirmondus. Sic enim in iis scribitur : *Theodosio Aug.* II *et Cynegio coss. ipso anno occiditur hostis publicus Maximus tyrannus a Theodosio Aug. in milliario 3 de Aquileia,* V *Kalendas Augusti. Sed et filius ejus Victor occiditur post paucos dies in Galliis a comite Theodosii.* Porro hic Victor a patre primum Cæsar, deinde Augustus fuerat renuntiatus, ut docet vetus inscriptio quam retulit
D Sigonius in libro IX *De occidentali imperio* : DD. NN. MAG. CL. MAXIMO ET FL. VICTORI PIIS FELICIBUS SEMPER AUGUSTIS BONO R. P. NATIS. Ubi vides Maximum duo habere pronomina, Magni Clementis scilicet. Certe Sulpitius Severus, in libro II *Historiæ sacræ*, eum Clementem Maximum vocat. Ab Orosio autem Magnus Maximus vocatur.

## VARIORUM.

[v] *Δέσμιον αὐτῷ τὸν τύραννον ἐνεχείρισαν.* Maximus relicta Gallia, superatisque Alpibus Cottiis, ad Julias Alpes sese contulerat, ut testatur Pacatus, cap. 30, tandemque intra Aquileiam, amissa omni spe imperii, quasi amens resedit, quinto tyrannidis anno, teste eodem Pacato, cap. 24, et Philostorgio lib. X, c. 8; tandem tertio ab Aquileia milliari *Theodosius incautum, nec opinantem adoritur. Cumque pars quædam fusi exercitus impetu celerrimo Aquileiam intrasset, Maximus, dum pecuniam in milites suos partitur, solio deturbatur. Mox habitu imperatorio exutus, ad Theodosium deducitur. Is paucis quæcunque contra rempublicam deliquisset, velut exprobrationis loco recen-*

Digitized by Google

δραγάθιος δὲ ὁ τοῦ βασιλέως Γρατιανοῦ φονεύς, τῆς ἥττης αἰσθόμενος, εἰς τὸν παρακείμενον ποταμὸν ῥίψας ἑαυτὸν ἀπεπνίγη. Τότε οὖν οἱ βασιλεῖς νικηφόροι ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐχώρουν· ἦν δὲ καὶ ὁ υἱὸς Ὀνώριος σὺν αὐτοῖς, κομιδῇ νέος ὤν· μετὰ γὰρ τὴν κατὰ Μαξίμου νίκην, μεταπέμπεται αὐτὸν ὁ πατὴρ ἐκ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως. Ἦσαν οὖν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπινικίους ἑορτὰς ἐπιτελοῦντες [x]· ὅτε καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀγαθότητα ἐπὶ Συμμάχου τοῦ ἀπὸ ὑπάτων (42) ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος. ἐπεδείξατο. Οὗτος γὰρ ὁ Σύμμαχος [y], πρῶτος μὲν ἦν τῆς ἐν Ῥώμῃ συγκλήτου. Ἐθαυμάζετο δὲ ἐπὶ παιδεύσει λόγων Ῥωμαϊκῶν. Καὶ γὰρ αὐτῷ πολλοὶ λόγοι συγγεγραμμένοι τῇ Ῥωμαίων γλώσσῃ τυγχάνουσι. Βασιλικὸν οὖν λόγον εἰς Μάξιμον ἔτι περιόντα γεγραφὼς καὶ διεξελθὼν, τῷ τῆς καθοσιώσεως ἐγκλήματι ἔνοχος ὕστερον ἐγένετο· διατοῦτο δὴ δεδιὼς τὸν θάνατον, τῇ ἐκκλησίᾳ προσέφυγεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς οὕτως ἦν περὶ τὸν Χριστιανισμὸν εὐλαβὴς, ὡς μὴ μόνον τοὺς τῆς αὐτοῦ πίστεως ἱερεῖς ὑπερτιμᾷν· ἀλλὰ γὰρ καὶ Ναυατιανοὺς τὸ ὁμοούσιον φρονοῦντας ἀσμένως προσεδέχετο. Λεοντίῳ γοῦν ἐπισκόπῳ τῆς ἐν Ῥώμῃ τῶν Ναυατιανῶν Ἐκκλησίας παρακαλοῦντι χάριν διδοὺς, τὸν Σύμμαχον ἀπέλυσε τοῦ ἐγκλήματος. Συγγνώμης οὖν ἀξιωθεὶς ὁ Σύμμαχος, τὸν ἀπολογητικὸν λόγον εἰς τὸν αὐτοκράτορα Θεοδόσιον ἔγραψεν. Ὁ μὲν δὴ πόλεμος κατ' ἀρχὰς μεγίστην ἀπειλὴν ἐσχηκὼς, τελευτῶν ταχεῖαν ἔσχε τὴν κρίσιν.

A consulibus quos supra dixi, die sexto Kalendas
280 Septembris. Andragathius vero, is qui Gratianum Augustum sua manu occiderat, cognita Maximi clade, in vicinum fluvium semetipse præcipitem dedit, atque ita suffocatus est. Tunc igitur ambo imperatores Romam victores ingressi sunt: cum quibus etiam erat Honorius adhuc admodum puer. Nam post victoriam relatam de Maximo, Theodosius eum Constantinopoli evocaverat. Romæ itaque triumphales ludos ediderunt: quo quidem tempore, Theodosius clementiæ suæ specimen adversus Symmachum consularem virum dedit. Hic namque Symmachus inter senatores principem locum obtinebat, et ob præstantiam Latinæ facundiæ in summa admiratione erat. Multæ certe ora- B tiones ejus exstant Latina lingua conscriptæ. Cum vero superstite adhuc Maximo orationem de laudibus illius composuisset, et coram illo recitasset, eo nomine postmodum in crimen majestatis vocatus est. Quocirca extremum supplicium metuens, ad ecclesiam confugit. Imperator vero Christianam religionem tanta prosequebatur reverentia, ut non solum fidei suæ antistites præcipuo quodam honore observaret, verum etiam Novatianos qui consubstantialis fidem profitebantur, libenter exciperet. Leontio igitur Novatianorum in urbe Roma episcopo gratificatus, Symmachum crimine absolvit. Qui veniam consecutus, apologeticum librum in laudem imperatoris Theodosii conscripsit. Hoc igitur modo bellum quod ingentia mala minari initio videbatur, celeri exitu terminatum est.

C

## ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

### *Περὶ Φλαβιανοῦ τοῦ Ἀντιοχείας.*

Περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον, περὶ τὴν Συρίας Ἀντιόχειαν (43) τάδε ἐγένετο. Παυλίνου τελευτήσαντος, ὁ ὑπ' αὐτῷ λαὸς τὸν Φλαβιανὸν ἐξετρέπετο· καὶ διατοῦτο παρασκευάζει χειροτονηθῆναι τοῦ οἰκείου μέρους Εὐάγριον [z]. Τοῦ δὲ οὐ πολὺν ἐπιβιώσαντος χρόνον, ἕτερος εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ οὐκέτι καθίσταται, Φλαβιανοῦ τοῦτο κατασκευάσαντος. Ὅσοι δὲ τὸν Φλαβιανὸν διὰ τὴν παράβασιν ἀπεστρέφοντο τῶν ὅρκων, κατ' ἰδίαν τὰς συναγωγὰς ἐποιοῦντο. Φλαβιανὸς δὲ, τὸ τοῦ λόγου, πάντα λίθον ἐκίνει, ὑφ' αὐτῷ

## CAP. XV.

### *De Flaviano Antiocheno.*

Eadem tempestate apud Antiochiam Syriæ hæc gesta sunt. Post mortem Paulini, populus qui eum sequebatur, Flaviano parere detrectavit: eamque ob causam Evagrium suæ partis episcopum ordinandum curavit. Qui cum post ordinationem modico tempore superstes fuisset, cura et studio Flaviani nullus postea in ejus locum subrogatus est. Hi vero qui ob violatum jusjurandum aversabantur Flavianum, separatim collectas agebant. At Flavianus omnem, ut est in veteri proverbio, lapi-

VALESII ANNOTATIONES.

(42) *Συμμάχου τοῦ ἀπὸ ὑπάτων.* Error aut Socratis aut exemplarium. Symmachus enim, cujus hodie epistolas habemus, eo tempore consul nondum fuerat, sed tertio post anno consulatum D gessit cum Tatiano.

(43) *Περὶ τὴν Συρίας Ἀντιόχειαν.* Malim scribere κατὰ τὴν Συρίας Ἀντιόχειαν.

VARIORUM.

*sitis, hominem carnifici tradit;* ut scribit Zosimus lib. IV, pag. 770, qui ibidem confirmat ea quæ Socrates de Andragathii exitu narrat. Hæc autem refert Ant. Pagi anno 388, n. 6.

x *Ἦσαν οὖν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπινικίους ἑορτὰς ἐπιτελοῦντες.* Pagi in *Critic. ad Baron.*, ad ann. 389, n. 4, contendit Theodosium solum Romæ triumphasse, fretus auctoritate Panegyrici a Pacato tunc temporis Theodosio dicti. W. Lowth.

y *Σύμμαχος.* Q. Aur. Symmachus, Roma oriundus, ejusdemque urbis senator et præfectus, claruit præcipue anno 384. Consulatum gessit anno 391. Infensum Christianæ religioni animum ubique prodit, imprimis in *Relatione pro ara Victoriæ,* quam imp. Valentiniano obtulit, in qua gentilium causam strenue et ex professo agit, adversarium nactus D. Ambrosium, qui Symmachi opus eleganter et strenue refellit. Nec causa sua modo excidit Symmachus, sed et paulo post, tanquam reus majestatis, rhedæ impositus, ad centesimum ab urbe lapidem in exsilium missus est; mox a Theodosio in gratiam receptus. Exstat hæc Symmachi *Relatio* tum inter Ambrosii Opera, tum inter Symmachi Epistolas. (Guil. Cave, inter scriptores gentiles sæc. IV.)

z *Εὐάγριον.* De Evagrio supra, lib. IV, cap. 23, successit autem in episcopatum Antiochensem, juxta calculum Ant. Pagi, anno 389. De Flaviano vid. cap. 5 et 9 hujus libri.

Digitized by Google

dem movebat, quo istos etiam suis partibus adjungeret. Quod quidem haud diu postea perfecit, cum indignationem **281** erga se Theophili Alexandrini episcopi sedasset, ejusque interventu Damasum Romanum episcopum sibi conciliasset. Uterque enim infensus erat Flaviano, tum ob perjurium ab eo admissum, tum quod populis consentientibus causam dissidii præbuisset. Placatus itaque a Flaviano Theophilus, misso Romam Isidoro presbytero, Damasi animum adhuc offensum mitigavit: monens ad reparandam populi concordiam necesse esse ut a Flaviano admissa culpa dissimulatione ac silentio obliteraretur. Ad hunc modum restituta Flaviano communione, populus Antiochenus progressu temporis paulatim ad concordiam rediit. Et res quidem Antiochensis Ecclesiæ hunc exitum habuere. Ariani enim ex ecclesiis pulsi, in suburbanis conventus agebant. Per idem tempus, mortuo Cyrillo Hierosolymorum episcopo, Joannes succedit.

A καὶ τούτους ποιήσασθαι. Ὅπερ καὶ μικρὸν ὕστερον ἐξίσχυσε κατεργάσασθαι, τὴν ὀργὴν θεραπεύσας Θεοφίλου τότε τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου, δι' οὗ καὶ κατήλλαξε Δάμασον τὸν τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον. Ἀμφότεροι γὰρ πρὸς Φλαβιανὸν ἐχαλέπαινον, οὐ μόνον διὰ τὸ ἐπιορκηκέναι, ἀλλ' ὅτι καὶ αἰτίαν παρεῖχε τοῦ χωρίζεσθαι τοὺς ὁμόφρονας. Θεραπευθεὶς οὖν τὴν ὀργὴν Θεόφιλος, πέμψας τε Ἰσίδωρον πρεσβύτερον, καταλλάσσει λυπούμενον Δάμασον, λυσιτελεῖν εἰπὼν δι' ὁμόνοιαν τοῦ λαοῦ, παριδεῖν τὸ φθάσαν Φλαβιανοῦ πλημμέλημα. Οὕτως τε τῷ Φλαβιανῷ τῆς κοινωνίας ἀποδοθείσης, ὁ ἐν Ἀντιοχείᾳ λαὸς κατὰ βραχὺ προϊόντος τοῦ χρόνου, τὴν ὁμόνοιαν ἔστερξαν. Τὰ μὲν δὴ κατὰ Ἀντιόχειαν τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος. Οἱ γὰρ κατ' αὐτὴν Ἀρειανοὶ τῶν ἐκκλη-
B σιῶν ἐξωθηθέντες, ἐν προαστείοις τῆς πόλεως τὰς συναγωγὰς ἐποιήσαντο. Ἐν τοσούτῳ δὲ καὶ Κύριλλον[a] τὸν τῶν Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπον τελευτήσαντα, Ἰωάννης διαδέχεται.

## CAP. XVI.

*De idolorum templis Alexandriæ dirutis, et ob id commissa pugna inter gentiles et Christianos.*

Eodem tempore Alexandriæ quoque motus contigit hujusmodi. Instante atque adnitente Theophilo episcopo, jusserat imperator ut templa gentilium Alexandriæ destruerentur, utque id fieret cura ac studio Theophili. Hanc potestatem nactus Theophilus, nihil prætermisit quo gentilium mysteria contumelia afficeret. Ac Mithræ quidem Spelæum repurgavit; Serapeum vero subvertit [1]. Et cruenta quidem Mithræ sacra publice spectanda proposuit: Serapidis vero, et aliorum deorum mysteria, quam ridicula essent ostendit, phallos per medium forum sublimes circumferri jubens. Quæ cum fieri cernerent gentiles qui Alexandriæ degebant, iique præsertim qui philosophiam profitebantur, dolorem suum comprimere haudquaquam potuerunt: sed tragicis facinoribus quæ olim perpetraverant, multo graviora adjecerunt. Etenim signo dato, omnes simul uno impetu in Christianos irruentes, obvium quemque obtruncant; sed et Christiani seipsos defendere cœperunt, malumque malo cumulabatur. Pugna porro eo usque producta est, quoad cædis satietas finem malo im-

## ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

*Περὶ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καθαιρέσεως τῶν εἰδωλικῶν ναῶν, καὶ τῆς διὰ ταῦτα συμβολῆς Ἑλλήνων καὶ Χριστιανῶν.*

Κατὰ δὲ τὸν χρόνον τόνδε[b], καὶ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ τοιοῦτο πάθος ἐγένετο. Τῇ τοῦ ἐπισκόπου Θεοφίλου σπουδῇ, βασιλέως ἐκέλευε πρόσταγμα λύεσθαι τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῶν Ἑλλήνων ναοὺς, καὶ τοῦτο γίνεσθαι τῇ Θεοφίλου φροντίδι. Ταύτης τῆς ἐξουσίας
C δραξάμενος ὁ Θεόφιλος, παντοῖος ἐγένετο καθυβρίσαι τὰ τῶν Ἑλλήνων μυστήρια· καὶ ἀνακαθαίρει μὲν τὸ Μιθρεῖον. Καταστρέφει δὲ τὸ Σαραπεῖον· καὶ τὰ μὲν τοῦ Μιθρείου φονικὰ μυστήρια, δημόσια ἐπόμπευε· τὰ δὲ τοῦ Σαράπιδος καὶ τῶν ἄλλων, γέλωτος ἐδείκνυ μεστὰ, τοὺς φαλλοὺς φέρεσθαι κελεύσας διὰ μέσης τῆς ἀγορᾶς. Ταῦτα οὕτω γενόμενα ὁρῶντες οἱ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν Ἕλληνες, καὶ μάλιστα οἱ φιλοσοφεῖν ἐπαγγελλόμενοι, τὴν λύπην οὐχ ἤνεγκαν· ἀλλὰ τοῖς πάλαι δραματουργηθεῖσι προσέθηκαν μείζονα. Μιᾷ γὰρ ὁρμῇ ἔκ τινος συνθήματος κατὰ τῶν Χριστιανῶν χωρήσαντες, πάντα φόνον εἰργάζοντο. Ἠμύνοντο δὲ καὶ οἱ Χριστιανοὶ, καὶ πᾶν κακὸν ἐπηκολούθει κακῷ. Ἕως τε τοσούτου ἐξετάθη ἡ μάχη, ἕως οὗ κόρος τῶν φόνων τὸ γινόμενον ἔπαυσεν.
D Ἀπώλοντο γὰρ ἐν τῇ συμβολῇ, τῶν μὲν Ἑλλήνων ὀλίγοι· τῶν δὲ Χριστιανῶν σφόδρα πολλοί. Οἱ δὲ

[1] Lib. III, c. 2.

## VARIORUM ANNOTATIONES.

[a] *Ἐν τοσούτῳ δὲ καὶ Κύριλλον.* S. Cyrillus ad Deum migravit anno 386. Joannem ejus successorem Henschenius et Papebrochius primum Hierosolymorum patriarcham faciunt. Verum patriarchatus ille sæculo tantum sequenti post concilium Ephesinum exortus est. Ant. (Pagi, ann. 386, n. 5.)

[b] *Κατὰ δὲ τὸν χρόνον τόνδε.* Serapidis templum eversum fuit anno 391. Sozomenus enim lib. v, cap. 16, de Serapio loquens, ait: *Erat tunc temporis dux militum in Ægypto Romanus: Evagrius vero præfectus Augustalis erat Alexandriæ.* Socrates etiam in hoc capite de ejusdem templi eversione disserens inquit: *Præfectus Alexandriæ, et dux militum Ægypti Theophilo* (episcopo Alexandrino) *suppetias tulere.* Quare, cum lex. 11 Codicis Theod. *De paganis*, data xv *Kalend. Jul. Aquileiæ, Tatiano et Symmacho coss.*, anno scil. 391, qua per Ægyptum sacrificia aditusque templorum interdicuntur, inscripta sit: *Evagrio P. F. Augustali, et Romano Ægypti;* non videtur dubium quin Serapii excidium ad illum annum revocandum sit. (Ant. Pagi, ad ann. 389, n. 12.)

Digitized by Google

τραυματίαι, ἐξ ἑκατέρου μέρους ἦσαν ἀναρίθμητοι. Φόβος ἐκ τῶν γεγονότων εἶχε τοὺς Ἑλληνίζοντας, δεδοικότας τὴν τοῦ βασιλέως ὀργήν. Πράξαντες γὰρ ἃ ἐδόκει αὐτοῖς, καὶ ταῖς μιαιφονίαις τὸν θυμὸν ἀποσβέσαντες, ἄλλος ἀλλαχῆ κατεκρύπτοντο· πολλοὶ δὲ καὶ ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας ἔφυγον, κατὰ τὰς πόλεις μεριζόμενοι. Ὧν ἦσαν οἱ δύο γραμματικοὶ, Ἑλλάδιος καὶ Ἀμμώνιος (44), παρ' οἷς ἐγὼ κομιδῇ νέος ὢν ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει ἐφοίτησα. Ἑλλάδιος μὲν οὖν ἱερεὺς τοῦ Διὸς εἶναι ἐλέγετο· Ἀμμώνιος δὲ πιθήκου. Οὕτω δὴ τοῦ κακοῦ κατασταλέντος, συνελαμβάνοντο τῷ Θεοφίλῳ πρὸς τὴν κατάλυσιν τῶν ναῶν, ὅ τε τῆς Ἀλεξανδρείας ἔπαρχος (45), καὶ ὁ ἡγούμενος τοῦ στρατιωτικοῦ τάγματος. Τὰ μὲν οὖν ἱερὰ κατεστρέφετο, τὰ δὲ ἀγάλματα τῶν θεῶν μετεχωνεύετο εἰς λεβήτια, καὶ εἰς ἑτέρας χρείας τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας, τοῦ βασιλέως χαρισαμένου τοὺς θεοὺς εἰς δαπανήματα τῶν πτωχῶν. Πάντας οὖν τοὺς θεοὺς συντρίψας ὁ Θεόφιλος, ἓν ἄγαλμα τοῦδε τοῦ θεοῦ ἀχώνευτον τηρεῖσθαι κελεύσας, δημοσίᾳ προέστησεν· ἵνα, φησὶ, χρόνου προϊόντος μὴ ἀρνήσωνται οἱ Ἕλληνες τοιούτους προσκεκυνηκέναι θεούς. Ἐπὶ τοῦτο πάνυ ἀνιώμενον οἶδα Ἀμμώνιον τὸν γραμματικὸν, ὃς ἔλεγε δεινὰ πεπονθέναι τὴν Ἑλλήνων θρησκείαν· ἵνα μὴ καὶ ὁ εἷς ἀνδριὰς (46) ἐχωνεύθη, ἀλλ' ἐπὶ γέλωτι τῆς Ἑλλήνων θρησκείας φυλάττηται. Ἑλλάδιος δὲ παρά τισιν ηὔχει, ὡς ἐννέα εἴη ἄνδρας ἐν τῇ συμπληγάδι φονεύσας. Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν τότε τοιαῦτα ἐγένετο.

posuisset. Perierunt autem eo conflictu, ex gentilibus quidem pauci : ex Christianis vero quamplurimi. Vulnerati autem ex utraque parte erant innumerabiles. Exinde ob admissum facinus metus invasit gentiles, iram principis reformidantes. Nam posteaquam cuncta pro libidine sua patrassent, **282** et furorem suum cædibus exsatiassent, alius alibi sese occultavit. Multi etiam ex urbe Alexandria profugerunt, per varias civitates dispersi. Ex quorum numero fuere grammatici duo, Helladius et Ammonius : quorum ego admodum adolescens Constantinopoli auditor fui. Et Helladius quidem Jovis; Ammonius vero simiæ sacerdos esse dicebatur. Malo ad hunc modum sedato, præfectus Alexandriæ et dux militum Ægypti, Theophilo in destruendis templis suppetias tulere. Ac templa quidem disturbata sunt. Statuæ vero in lebetes et in alios Alexandrinæ Ecclesiæ usus conflatæ, cum imperator deos gentilium ad sustentandos pauperes ei donavisset. Cæterum Theophilus cum omnes deorum statuas confregisset, unam illius quem supra nominavimus dei integram servari ac publice proponi jussit : ne gentiles, ut aiebat, quandoque inficiarentur hujusmodi se deos coluisse. Quam rem ægre admodum tulisse Ammonium Grammaticum equidem certo scio. Quippe dicere solebat, gravi injuria affectam esse gentilium religionem, quod unica statua conflata non esset, sed ad religionis ipsorum ludibrium servaretur. Helladius vero apud quosdam gloriatus est, quod in conflictu novem homines sua manu interemisset. Et hæc quidem tunc temporis gesta sunt Alexandriæ.

## VALESII ANNOTATIONES.

(44) *Γραμματικοὶ Ἑλλάδιος καὶ Ἀμμώνιος.* Helladii Grammatici excerpta quædam habentur in *Bibliotheca* Photii, cap. 279. Verum hic, cujus meminit Photius, alius est ab illo quem hoc loco nominat Socrates. Prior enim ille patriam habuit Antinoum urbem Thebaidis, vixitque temporibus Licinii et Maximiani, ut testis est Photius. Helladius autem noster Alexandrinus fuisse videtur, vixitque temporibus Theodosii. Fuit etiam alter Helladius, qui *Lexicon* conscripsit, teste Photio in *Bibliotheca*, cap. 145.

(45) *Ὅ τε τῆς Ἀλεξανδρείας ἔπαρχος.* Hunc Evagrium vocat Sozomenus in libro VII, cap. 15. Comitem autem rei militaris in Ægypto, Romanum dictum esse scribit. Eunapius quoque in Vita Ædesii utrumque simul nominat, et Theophilo Alexandrino antistiti egregiam operam navasse testatur in subvertendo Serapidis templo. Ejus verba, quia emendatione opus habent, hic apponam : Καὶ τὰ περὶ τὸν κάνωβον ἱερὰ ταυτὸ τοῦτο ἔπασχον, Θεοδοσίου μὲν τότε βασιλεύοντος, Θεοφίλου δὲ προστατοῦντος τῶν ἐναγῶν ἀνθρώπων τινὸς Εὐρυμέδοντος,

*Ὅς ποθ' ὑπερθύμοισι γιγάντεσσιν βασίλευεν.*

Εὐετίου δὲ τὴν πολιτικὴν ἄρχοντος· Ῥωμανοῦ δὲ τοὺς κατ' Αἴγυπτον στρατιώτας πεπιστευμένου. Scribe meo periculo, Εὐαγρίου δὲ τὴν πολιτικὴν ἀρχὴν ἄρχοντος, id est, *Evagrio res civiles administrante.* Ad hunc Evagrium præfectum Ægypti, et ad Romanum comitem rei militaris per Ægyptum, exstat lex Theodosii in Codice Theodosiano, titulo *De paganis*, data Aquileiæ, Tatiano et Symmacho consulibus. Ex qua colligi videtur templum Serapidis destructum esse Alexandriæ anno Christi 391. Reclamat tamen * Marcellinus in *Chronico*, qui id gestum esse scribit Timasio et Promoto consulibus, qui fuit annus Christi 389. Quod quidem verius puto; etenim Cynegius præfectus prætorio, cum in Ægyptum mitteretur, a Theodosio in mandatis acceperat ut templa gentilium everteret, quemadmodum scribit Zosimus in libro primo. Idque exsecutus fuerat, ut tradit Idatius in *Fastis*. Mortuus est autem in consulatu suo, anno Christi 388.

(46) *Ἵνα μὴ καὶ ὁ εἷς ἀνδριάς.* Scribendum est potius ὅτι μὴ καὶ ὁ εἷς ἀνδριάς. Intelligit autem Socrates statuam dei Simii, quam de industria servari jusserat Theophilus. Atque ita hunc Socratis locum exposuit Epiphanius Scholasticus : rectius omnino quam Christophorsonus, qui hæc Socratis verba τοῦδε τοῦ θεοῦ, non de Simio intellexit, sed de certo quodam deo, vel potius incerto.

## VARIORUM.

* Non dubito quin Marcellinus in *Chronico*, ubi totus in chronologia peccat, hallucinatus hic fuerit. Neque audiendus Valesius in eo quod postea de Cynegio dicit. Nam accidere potuit ut Cynegius, anno 388 demortuus, omnia templa evertere non potuerit, vel seditionem timens a Serapio disturbando abstinuerit. Præterquam quod Idatius tantum habet : *Simulacra gentium evertit*, id est, statuas, vel denique multa templa, sed non omnia. Certe si omnia Cynegius disturbasset, constitutione II *De paganis* opus non fuisset. (Ant. Pagi, ad ann. 389, n. 13.)

Digitized by Google

## 283 CAP. XVII.

*De litteris hieroglyphicis in Serapidis templo repertis.*

Porro dum Serapidis templum destrueretur ac nudaretur, inventæ sunt in eo litteræ lapidibus incisæ, quas hieroglyphicas appellant. Eæ litteræ crucis formam referebant. Quas cum cernerent gentiles simul et Christiani, suæ quisque religioni eas adaptabant. Nam Christiani signum esse dicentes salutaris Christi passionis, propriam religionis suæ notam, crucem scilicet, esse censebant. Gentiles vero commune quiddam Christo et Serapidi esse affirmabant : siquidem crucis effigies aliud apud Christianos, aliud apud gentiles significat. Dum hæc inter illos agitatur controversia, quidam ex gentilium errore ad Christi fidem conversi, qui hujusmodi litterarum notitiam habebant, notam hanc crucis forma depictam interpretantes, venturam vitam significare docuerunt. Hoc igitur Christiani, utpote quod ad religionem suam magis faceret, avide arripientes, animos efferre cœperunt. Posteaquam vero aliis etiam hieroglyphicis litteris indicatum est, finem tunc habiturum Serapidis templum, cum nota crucis apparuisset, id enim designare venturam vitam, multo plures ad Chri-

A

## ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

*Περὶ τῶν εὑρεθέντων ἐν τῷ τοῦ Σαράπιδος ναῷ γραμμάτων ἱερογλυφικῶν.*

Ἐν δὲ τῷ ναῷ τοῦ Σαράπιδος λουομένου καὶ γυμνουμένου, ηὕρητο γράμματα ἐγκεχαραγμένα τοῖς λίθοις, τῷ καλουμένῳ ἱερογλυφικῷ (47). Ἦσαν δὲ οἱ χαρακτῆρες, σταυρῶν ἔχοντες τύπους [c]. Τούτους ὁρῶντες Χριστιανοί τε καὶ Ἕλληνες, τῇ ἰδίᾳ ἑκάτεροι θρησκείᾳ προσηρμόζοντο. Χριστιανοὶ μὲν γὰρ, σημεῖον τοῦ κατὰ Χριστὸν σωτηριώδους πάθους εἶναι λέγοντες τὸν σταυρὸν, οἰκεῖον εἶναι τὸν χαρακτῆρα ἐνόμιζον· Ἕλληνες δὲ τί κοινὸν Χριστῷ καὶ Σαράπιδι ἔλεγον· εἰ ὁ σταυροειδὴς χαρακτὴρ, ἄλλο μὲν Χριστιανοῖς, ἄλλο δὲ Ἕλλησι ποιεῖται τὸ σύμβολον. Τούτων δὲ ἀμφισβητουμένων, τινὲς τῶν Ἑλλήνων B τῷ Χριστιανισμῷ προσελθόντες, τά ἱερογλυφικά τε γράμματα ἐπιστάμενοι, διερμηνεύοντες τὸν σταυροειδῆ χαρακτῆρα, ἔλεγον σημαίνειν ζωὴν ἐπερχομένην. Τοῦτο πλεῖον οἱ Χριστιανοὶ εἰς τὴν οἰκείαν θρησκείαν ἁρπάσαντες, ἀλαζονικώτερον διετέθησαν. Ὡς δὲ καὶ δι' ἑτέρων γραμμάτων ἱερογλυφικῶν (48) ἐδηλοῦτο, τέλος ἕξειν τὸ τοῦ Σαράπιδος ἱερὸν, ὅτε σταυροειδὴς φανῇ χαρακτὴρ, τοῦτο γὰρ εἶναι τὴν ἐπερχομένην ζωὴν, πολλῷ πλείους προσήρχοντο τῷ Χριστιανισμῷ. Καὶ τὰς ἁμαρτίας ἐξομολογούμενοι,

### VALESII ANNOTATIONES.

(47) *Τῷ καλουμένῳ ἱερογλυφικῷ.* Scribendum videtur τα καλούμενα ἱερογλυφικά, ut legisse videtur Epiphanius. Et Socrates quidem ac Sozomenus has hieroglyphicas litteras in templo Serapidis repertas esse scribunt, parietibus incisas. Rufinus vero ibi repertas esse non dicit. Imo potius apud Canopum eas servatas atque expositas esse refert. Sic enim ait in libro II, capite 26 : *Jam vero Canopi quis enumeret superstitiosa flagitia? Ubi prætextu sacerdotalium litterarum, ita enim appellant antiquas Ægyptiorum litteras, magicæ artis erat pene publica schola.*

(48) *Ὡς δὲ καὶ δι' ἑτέρων γραμμάτων ἱερογλυφικῶν.* Ex Rufini libro secundo, capite vigesimo nono, hæc mutuatus est Socrates : sed Rufini mentem non assecutus est. Neque enim Rufinus dicit, per alias sacerdotales litteras prædictum fuisse paganis templum Serapidis tunc destruendum esse cum signum illud crucis apparuisset : sed tantum dicit, Ægyptios ita a majoribus suis traditum accepisse, quod fana quæ apud ipsos colebantur, tandiu starent quandiu signum illud venisset in quo erat vita. Sed quoniam de Serapidis cultu, et de litteris in ejus templo repertis incidit mentio, quid vetat quominus vetus epigramma de Serapide, quod relatum est ab Eusebio in libris *De demonstratione evangelica*, in gratiam studiosorum hic exponamus? Nam et ritum continet quo is deus ab Ægyptiis colebatur : nec intelligi potuit a Scaligero in Animadversionibus Eusebianis, numero MDCCXXX. Sic igitur habet epigramma :

*Ἑπτά με φωνήεντα θεὸν μέγαν ἄφθιτον αἰνεῖ*
*Γράμματα, τὸν πάντων ἀκάματον πατέρα.*

Id est : *Septem me vocales litteræ laudant magnum Deum immortalem, et omnium rerum indefessum patrem.* Sciendum est Ægyptiorum sacerdotes non alio ritu Serapim deum laudare solitos, quam septem vocales litteras subinde recitando. Itaque pro hymnis et canticis, pro tibia et cithara, septem vocalium sonus in templo Serapidis audiebatur. Auctor est Dionysius Halicarnassensis in libro Περὶ C ἑρμηνείας, in capite *De collisione vocalium*, ubi postquam docuit collisionem vocalium non adeo refugiendam esse, quippe quæ interdum euphoniam afferat, hæc addit : Ἐν Αἰγύπτῳ δὲ καὶ τοὺς θεοὺς ὑμνοῦσι διὰ τῶν ἑπτὰ φωνηέντων οἱ ἱερεῖς, ἐφεξῆς ἠχοῦντες αὐτά· καὶ ἀντὶ αὐλοῦ καὶ ἀντὶ κιθάρας, τῶν γραμμάτων τούτων ὁ ἦχος ἀκούεται. Elias Vinetus in notis ad Ausonii epistolam 18, refert veterem inscriptionem ab se visam, quæ reperta est in aurea lamina, pectori cujusdam cadaveris affixa. Ea septem vocales Græcas continet, septem versibus repetitas, eo ordine quem illic videre licet. Sed non dubito quin septem alii versus fuerint in altera parte ejusdem laminæ, eodem ordine quo in anteriori parte. Ita scilicet ut secundus versus partis aversæ inceperit ab Θ, quartus ab Υ, sextus ab Ω. Et Vinetus quidem hoc ænigma explicare non potuit. Ego Serapidis nomen his litteris designari puto, qui ex eo ἑπταγράμματος D dictus est, teste Hesychio, non solum quod in ejus nomine septem reperiuntur litteræ, sed quod septem vocalibus litteris laudari solitus sit. Moris autem fuit superstitiosis gentilibus, ut Serapidis nomen in ærea insculptum lamina, collo appensum gestarent. Docet id Artemidorus in libro IV his verbis : Ἔδοξέ τις τὸ ὄνομα τοῦ Σεράπιδος ἐγγεγραμμένον λεπίδι χαλκῇ περὶ τὸν τράχηλον δεδέσθαι, ὥσπερεὶ σκυτίδα.

### VARIORUM.

[c] *Σταυρῶν ἔχοντες τύπους.* Joannes Grævius, mathematicus Oxoniensis, vir integerrimus, qui Ægyptum peragravit, testatur inter hieroglyphica se crucis formam sæpius vidisse : nonnunquam etiam super condita Ægyptiorum more cadavera eamdem saxeam aut testaceam occurrisse. *Pyramidographia*, p. 51, edit. 1646. — De signo crucis apud Ægyptios vid. cl. viri Roselly de Lorgues opus inscriptum : *La Croix dans les deux mondes* p. 171 seqq. ed 1845.

Digitized by Google

ἐβαπτίζοντο. Τὰ μὲν οὖν ἐπὶ τῷ σταυροειδεῖ χαρακτῆρι γενόμενα, τοιαῦτα ἀκήκοα. Ἐγὼ δὲ οὔ φημι τοὺς Αἰγυπτίων ἱερεῖς, τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ προγινώσκοντας, ἀποτυπῶσαι τὸ σταυροειδὲς γράμμα. Εἰ γὰρ τὸ περὶ τῆς εἰς τὸν κόσμον καθόδου μυστήριον ἦν ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος, καὶ ἔλαθε τὸν ἄρχοντα τῆς πονηρίας διάβολον, πολλῷ μᾶλλον τοὺς ὑπηρέτας αὐτοῦ ἱερεῖς Αἰγυπτίων τοῦτο διέφυγεν. Ἀλλ' ἡ Πρόνοια παρεσκεύασε τοῦτο γενέσθαι, ἐπὶ τῇ τοῦ γράμματος ζητήσει, ὅπερ καὶ ἐν τῷ Ἀποστόλῳ Παύλῳ ἐπέδειξε πρότερον. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Πνεύματος σοφὸς γεγονὼς, τῇ ὁμοίᾳ μεθόδῳ πρὸς Ἀθηναίους χρησάμενος, πολλοὺς εἰς τὴν πίστιν προσήγαγεν, ὅτε τὰ ἐπὶ τῷ βωμῷ γεγραμμένα ἀναγνοὺς, τῷ ἰδίῳ λόγῳ προσήρμοσεν. Εἰ μὴ ἄρα τις λέγοι, ἐνηργηκέναι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον εἰς τοὺς Αἰγυπτίων ἱερεῖς, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Βαλαὰμ, καὶ ἐπὶ τοῦ Καϊάφα. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἄκοντες περὶ τῶν ἀγαθῶν προεφήτευσαν. Τοσαῦτα μὲν περὶ τούτων εἰρήσθω.

A stianam religionem se contulerunt, et peccata sua confitentes, baptismum Christi susceperunt. Atque hæc sunt quæ de crucis symbolo auditione accepi. Ego vero nequaquam existimo, Ægyptiorum sacerdotes dum hanc crucis effigiem lapidibus inciderent, eorum quæ Christo eventura erant notitiam habuisse. Nam si mysterium **284** adventus Christi in terras absconditum fuit a sæculis et generationibus, ut loquitur Apostolus [1], ipsumque totius malitiæ principem diabolum latuit; multo magis ministros illius, Ægyptiorum scilicet sacerdotes fugit. Verum Dei providentia in ejus litteræ inquisitione idem fieri permisit quod antea in apostoli Pauli prædicatione ostenderat [2]. Ille enim cum divini Spiritus sapientia instructus esset, si- B mili via et arte usus, multos Atheniensium ad Christi fidem traduxit, tunc cum titulum quem aræ inscriptum legerat, prædicationi suæ adaptavit. Nisi quis fortasse dicat, verbum Dei operatum esse in sacerdotibus Ægyptiorum perinde ac olim in Balaamo et in Caiapha [3]. Nam et isti præter animi sui sententiam bona vaticinati sunt. Sed de his satis.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

*Ὡς ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος ἐν τῇ Ῥώμῃ γεγονὼς, πολλὰ τὴν πόλιν ὠφέλησε, περιελὼν τά τε ἐν τοῖς μαγκηπείοις λῃστήρια, καὶ τὰ ἐν τοῖς πορνείοις ἄτοπα τῶν σείστρων.*

Ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος ἐπ' ὀλίγον κατὰ τὴν Ἰταλίαν διατρίψας, μέγιστα τὴν Ῥωμαίων ὤνησε πόλιν· τὰ μὲν τῷ δοῦναι, τὰ δὲ τῷ περιελεῖν. Καὶ γὰρ πολλὰ ἐφιλοτιμήσατο· καὶ περιεῖλε διττὴν αἰσχύνην τῆς πόλεως· μίαν μὲν τήνδε. Ἦσαν ἐξ ἀρχαίου κατὰ τὴν μεγίστην Ῥώμην οἶκοι παμμεγέθεις, ἐν οἷς ὁ τῇ πόλει χορηγούμενος ἄρτος ἐγίνετο. Οἵ τε προϊστάμενοι τούτων, οἳ μάγκιπες (49) τῇ

## CAP. XVIII.

*Quomodo imperator Theodosius Romæ degens, plurimum utilitatis urbi contulit, sublatis furum apud mancipes receptaculis et turpibus crepitaculis lupanarium.*

Porro imperator Theodosius exiguo tempore in Italia commoratus, Romanæ civitati plurimum profuit, partim largiendo, partim auferendo. Nam et multa liberaliter in eam contulit, et duo ejusdem probra ac dedecora sustulit. Horum alterum C fuit hujusmodi. Erant in urbe Roma ædes amplissimæ a priscis temporibus ædificatæ, in quibus panis fiebat qui civibus dividebatur. Harum ædium

[1] Coloss. I, 26. [2] Act. XVII, 22 sqq. [3] Num. XXIV, 1 sqq.; Joan. XI, 50.

## VALESII ANNOTATIONES.

(49) *Οἱ μάγκιπες*. Mancipes dicebantur pistores, qui pistorum collegio et panificio erant mancipati: eorumque bona ac familia, huic necessitati erant obnoxia. Sic in lege decima octava Codice, Theodosiano de pistoribus: « Ut concessa decurialibus privilegia nolumus abrogari, ita lege super mancipibus data nihil jubemus imminui. Nam si qui ob hoc ad decurias illicite transierunt, ut munus evaderent mancipatus, necesse est erga eos privilegia non posse servari, quos sibimet recte vindicat obnoxios functio memorata. In tantum etiam defensiones diversorum principum largitate concessas erga decurias manere decernimus, et mancipatui obnoxios jubemus addici; ut si quispiam super absolutione mancipatus nostræ majestati preces obtulerit, bonorum amissione plectatur. » Ubi decuriales sunt qui erant ex decuriis urbis Romæ; de quibus multa olim annotavi in commentariis ad Ammianum Marcellinum. Hi acta omnia et monumenta servabant: præcipue sententias judicum, contractus, adoptiones et similia. Unde, ut ait Cassiodorus in libro quinto, epistola 21, omnium hominum quies ac securitas, et publica fides in eorum scriniis servabatur. Præerat autem his omnibus rector decuriarum, de cujus officio vide Cassiodorum in epistola 21 et 22 libri citati. Verum, ut ad mancipes redeamus, notandum est in ea lege mancipatum vocari functionem mancipum seu pistorum. Sic in lege octava, Cod. Theod. de diversis officiis et app., et in lege unica, Codice Theodosiano de mancipibus: « Quicunque vel rescripti adversus veteres sanctiones subreptiva defensione munitur, vel de minusculis corporibus, aut certe otiosis idoneus approbatur, functioni mancipatus est addicendus. » Quæ lex Romæ data est a Theodosio, Timasio et Promoto consu- D libus, eodem tempore quo hæc gesta esse refert Socrates. Vide Glossarium Meursii. Porro illud notandum est, hæc quæ Romæ ordinata esse a Theodosio post victoriam de Maximo tyranno scribit Socrates, Cedrenum referre post victoriam Theodosii de Eugenio tyranno. Sed corrupta sunt Cedreni verba, quæ sic emendo: Μετὰ δὲ τὴν νίκην τούτου εἰσελθὼν ἐν Ῥώμῃ, πλεῖστον τῇ πόλει ἐχαρίσατο, καὶ τὰ ἐν τοῖς μαγκιπείοις κατὰ τῶν ἐμπιπτόντων ξένων ἄχρι γήρως τοῖς μύλωσι συγκλειομένων, καὶ ἀλήθειν κατεπειγομένων περιεῖλε, etc. Auctor hujus emendationis est Theophanes, qui hoc factum Theodosii refert etiam post victoriam de Eugenio. De his mancipibus exstat insignis locus in excerptis Joannis Lydi, de mensibus Græcorum, in mense Martio: Οἱ δὲ μάγκιπες οἱονεὶ τεχνῖται τοῦ ἀνδραποδώδους ἄρτου ἔπεμπον τοῖς ἐν λόγῳ Ῥωμυλίους ἀννόνας· οὕτω δὲ ταύτας ἐκάλουν διὰ τὸ κατὰ τὴν ἐννάτην ὥραν ἐπιδίδοσθαι πρὸς τοῦ Ῥωμύλου τὴν τροφὴν τοῖς στρατιώταις.

Digitized by Google

præpositi, quos Romani patrio sermone mancipes vocant, ædes illas progressu temporis furum receptacula effecerunt. Nam cum pistrina ædium illarum in profundo sita essent, ipsi ad latus singularum ædium exstructis popinis, scorta in illis prostituentes, hac arte multos insidiose deceperunt, qui vel cibi capiendi, vel explendæ libidinis causa eo accesserant. Ex caupona enim, artificio cujusdam machinæ delabebantur in pistrinum. **285** Hujusmodi insidiis excipiebantur præcipue peregrini qui Romæ degebant. Cæterum capti, in pistrino opus facere cogebantur. Multique in illis consenuerunt, cum exeundi facultas non esset, et propinqui mortem illos oppetiisse crederent. Forte quidam ex imperatoris Theodosii militibus, in hunc laqueum decidit. Qui cum in pistrino conclusus egredi prohiberetur, districto quem gestabat pugione, eos qui prohibebant interfecit. Illi metu perculsi, hominem dimiserunt. Quod cum imperator cognovisset, mancipes quidem ipsos supplicio affecit: ædes vero quæ latronum erant receptacula, destrui jussit, atque hoc unum est ex probris ac flagitiis, quibus imperator Theodosius urbem regiam liberavit. Alterum vero fuit hujusmodi. Mulierem quæ in adulterio deprehensa fuerat, eo supplicii genere afficiebant, quod non illam emendaret, sed potius delictum augeret. Quippe illam in angustum quoddam lupanar inclusam, impudenter scortari cogebant. Dumque obscenum opus perficeretur, tintinnabula concuti curabant, ne scilicet id quod intus gerebatur, prætereuntes lateret: sed ut ex sonitu tintinnabulorum quæ pulsabantur, ignominiosum illud supplicium cunctis innotesceret. Hanc inverecundam consuetudinem ubi cognovisset imperator, ulterius pati non potuit: sed sistra illa, sic enim vocabantur lupanaria, destruxit, et mulieres adulterii convictas aliis legibus coercuit. Duobus his nequissimis ac turpissimis flagitiis imperator Theodosius urbem Romam purgavit. Qui cum reliqua ad eumdem modum præclare disposuisset, Valen-

A Ῥωμαίων γλώσσῃ καλοῦνται, προϊόντος τοῦ χρόνου ληστήρια τοὺς οἴκους πεποίηνται. Ὡς γὰρ ἦσαν οἱ τῶν οἴκων μυλῶνες κατὰ βάθους τὴν θέσιν ἔχοντες, κατὰ τὸ πλευρὸν ἑκάστου οἰκήματος καπηλεῖα κατασκευάσαντες, πόρνας τε ἐν αὐτοῖς προστησάμενοι, δι' αὐτῶν ἐλοχῶντο πολλούς· τοὺς μὲν τῇ χρείᾳ τῆς τροφῆς εἰσιόντας, τοὺς δὲ καὶ δι' ἀκρασίαν αἰσχρᾶς ἡδονῆς. Ἔκ γάρ τινος μηχανῆς, ἐκ τοῦ καπηλείου εἰς τὸν μυλῶνα ἐνέπιπτον. Καὶ τοῦτο ἔπασχον μάλιστα οἱ ξένοι τῇ Ῥώμῃ ἐπιδημοῦντες. Ἠναγκάζοντό τε οἱ ἁλόντες, ἐν τοῖς μυλῶσιν ἐργάζεσθαι. Πολλοί τε κατεγήρασαν ἐν αὐτοῖς, μὴ συγχωρηθέντες ὑπεξελθεῖν, τοῖς τε οἰκείοις ἑαυτῶν τοῦ τεθνηκέναι δόξαν παρεσχηκότες. Ἐν τῇ παγίδι ταύτῃ τῶν στρατιωτῶν τις τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου ἐνέπεσεν. Ἐπεὶ δὲ ὁ B στρατιώτης κατάκλειστος τῷ μυλῶνι γενόμενος ἐξελθεῖν οὐκ ἠφίετο, σπασάμενος ἣν εἶχε παραξιφίδα, τοὺς κωλύοντας διεχρήσατο. Οἱ δὲ φόβῳ τῶν γινομένων, τὸν στρατιώτην ἀπέλυσαν. Γνοὺς ταῦτα ὁ βασιλεὺς, τοὺς μάγκηπας μὲν ἐτιμωρήσατο· τοὺς δὲ ληστοδόχους οἴκους ἐκείνους καταστραφῆναι ἐκέλευσε. Μίαν μὲν δὴ τοιαύτην αἰσχύνην ὁ βασιλεὺς περιεῖλε τῆς βασιλευούσης πόλεως· ἑτέραν δὲ τοιαύτην. Εἰ ἥλω ἐπὶ μοιχείᾳ γυνὴ, οὐ διορθώσει, ἀλλὰ προσθήκῃ τῆς ἁμαρτίας ἐτιμωροῦντο τὴν πταίσασαν. Ἐν γὰρ πορνείῳ στενῷ κατάκλειστον ποιήσαντες, ἀναιδῶς ἐποίουν πορνεύεσθαι. Κώδωνάς τε σείεσθαι (50) κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀκαθάρτου πράξεως ἐποίουν, ὅπως ἂν μὴ λανθάνῃ τοὺς παρόντας τὸ γινόμενον· ἀλλ' ἐκ τοῦ ἤχου τῶν σειομένων κωδώνων, ἡ ἐφύβριστος C τιμωρία τοῖς πᾶσιν ἐγνωρίζετο. Ταῦτα οὐκ ἤνεγκεν ὁ βασιλεὺς, πυθόμενος τὴν ἀναιδῆ συνήθειαν· ἀλλὰ κατέλυσε τὰ σεῖστρα, οὕτω γὰρ ὠνομάζετο τὰ τοιαῦτα πορνεῖα· τοῖς ἄλλοις ὑποπίπτειν νόμοις τὰς ἁλούσας ἐπὶ μοιχείᾳ κελεύσας. Τοιούτων μὲν δὴ φαυλοτάτων καὶ ἐφυβρίστων δύο πραγμάτων, ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐλευθέραν πεποίηκε. Καταστησάμενος δὲ καλῶς καὶ τὰ ἄλλα πράγματα, καταλείπει μὲν ἐν τῇ Ῥώμῃ Οὐαλεντινιανὸν βασιλεύοντα. Αὐτὸς δὲ ἅμα τῷ υἱῷ Ὀνωρίῳ ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπορεύθη [d], εἰς αὐτὴν

## VALESII ANNOTATIONES.

(50) *Κώδωνάς τε σείεσθαι.* Vix crediderim Romanos ea pœna affecisse mulieres adulteras. Nam Romani post Constantini tempora adulterium capitali supplicio semper punierunt. Docent id leges imperatorum in utroque Codice relatæ, sub titulo ad legem Juliam de adulteriis. Prætermitto testimonium Ammiani Marcellini in libro XXVIII. Porro etiam suspicari quispiam possit, tintinnabula ista, quorum hic meminit Socrates, non ad puniendas adulteras fuisse excogitata, sed communia fuisse cunctis meretricibus, quæ in cellis suis prostantes, hujusmodi signo viatores ad se vocabant. De quo more Dio Cassius in fragmentis libri LXXIX, quæ jampridem publicavi, ita loquitur: † Καὶ τέλος ἐν τῷ παλατίῳ οἴκημά τι ἀποδείξας, ἐνταῦθα D ἠσέλγαινε, γυμνός τ' ἐπὶ τῆς θύρας αὐτοῦ ἑστὼς ὥσπερ αἱ πόρναι, καὶ τὸ σινδόνιον χρυσοῖς κρίκοις ἐξηρτημένον διασείων, τούς τε παριόντας ἁβρᾷ καὶ κεκλασμένῃ τῇ φωνῇ προσεταιριζόμενος. *Denique constituta intra palatium cella, libidinari erat solitus, nudo corpore in vestibulo cellæ instar meretricum stans, et linteum aureis suspensum annulis vibrans, mollique et fracta voce prætereuntes invitans.*

## VARIORUM.

† Hæc de imperatore Heliogabalo scribit Dio Cassius.

[d] *Ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπορεύθη.* Marcellinus in *Chronico* ait Theodosium, postquam Romæ triumphasset, exinde egressum Kal. Septembris anni 389. Tres igitur menses ibi mansit; nam urbem introivit die Iduum Juniarum, ut testatur Idatius in *Fastis.*

Digitized by Google

τε εἰσέρχεται ἐν ὑπατείᾳ Τατιανοῦ καὶ Συμμάχου, τῇ δεκάτῃ τοῦ Νοεμβρίου μηνός.

A tinianum quidem Juniorem Romæ imperatorem reliquit. Ipse vero una cum filio suo Honorio Constantinopolim reversus, consulatu Tatiani et Symmachi in eam ingressus est, die quarto Idus Novembris.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

*Περὶ τῶν ἐπὶ τῆς μετανοίας πρεσβυτέρων, ὅπως τηνικαῦτα περιῃρέθησαν.*

Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἔδοξε καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς μετανοίας περιελεῖν πρεσβυτέρους τῶν ἐκκλησιῶν, δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἀφ' οὗ Ναυατιανοὶ τῆς Ἐκκλησίας διεκρίθησαν (51), τοῖς ἐπταικόσιν ἐν τῷ ἐπὶ Δεκίου διωγμῷ κοινωνῆσαι μὴ θελήσαντες, οἱ ἐπίσκοποι τῷ ἐκκλησιαστικῷ κανόνι (52) τὸν πρεσβύτε-

## CAP. XIX

*De presbyteris pœnitentium curam gerentibus, et quomodo ea tempestate sublati fuerint.*

Sub idem tempus presbyteros ecclesiarum qui pœnitentiæ præerant, placuit aboleri, idque ob hujusmodi causam. Postquam Novatiani se ab Ecclesia sejunxissent, eo quod cum illis qui persecutione **286** Deciana lapsi fuerant, communicare noluissent, ex illo tempore episcopi pœnitentia-

## VALESII ANNOTATIONES.

(51) *Ἀφ' οὗ Ναυατιανοὶ τῆς Ἐκκλησίας διεκρίθησαν.* Nullus est locus in *Historia Ecclesiastica*, qui doctorum hominum ingenia magis exercuerit, quam iste de presbytero pœnitentiario Constantinopoli sublato. Atque, ut fieri solet, quisque pro cultu ac religione sua, varias ejus loci interpretationes attulit. Nos vero qui notationes duntaxat scribere instituimus, rem omnem paucis absolvemus. Tria sunt igitur potissimum observanda et examinanda in hac controversia. Primum est de presbytero pœnitentiario, cur is, et quando fuerit institutus. Secundum est de matrona illa quæ crimina sua pœnitentiario presbytero confessa esse dicitur: fueritne publica ejus confessio, an secreta; utrum pœnitentiam publicam egerit, an non. Tertium est de facto Nectarii, utrum confessionem sustulerit, an publicam pœnitentiam; utrum laudem, an reprehensionem mereatur. Quod spectat ad primam partem hujus disputationis, Socrates quidem noster hic affirmat, presbyterum pœnitentiarium institutum fuisse in Ecclesia post Novatiani schisma, et post Decianam persecutionem, eo consilio ut fideles delicta quæ post baptismum commiserant ei confiterentur. Eamdem causam ejus instituendi affert Sozomenus in libro septimo. Sed tempus quo institutus est in Ecclesia presbyter pœnitentiarius non assignat. Socratis tamen nostri sententia mihi videtur admodum probabilis. Etenim ante Decianam persecutionem, cum minor esset numerus Christianorum, nec tam gravia adhuc et crebra delicta, nondum opus erat presbytero pœnitentiario. Solus episcopus ad confessionis et pœnitentiæ negotium exsequendum sufficiebat. Verum ubi gentes ac populi confertim in Ecclesiam ingredi cœpere, labente paulatim disciplina, ut fieri solet in tanta hominum multitudine, et crebrescentibus vitiis, opus fuit presbytero pœnitentiario, præcipue in majoribus Ecclesiis, qui episcopum multis districtum negotiis sublevaret; et qui quasi censor quidam ac præfectus morum, in crimina multitudinis inquireret. Certe apud veteres, Justinum videlicet ac Irenæum Græcos, et apud Tertullianum ac Cyprianum Latinos, nulla hujus pœnitentiarii presbyteri fit mentio. Quare facile adducor ut credam presbyterum hunc post Deciana tempora institutum fuisse. Nam cum lapsos ea persecutione in Ecclesiam admitti placuisset, legitima prius pœnitentia purgari eos oportuit. Itaque præficiendus eis necessario fuit presbyter quidam, qui eos seorsum in Ecclesia dispositos regeret, et jejuniis, precationibus, ac reliquis exercitationibus probaret, donec impletis omnibus officiis, ab episcopo reconciliarentur.

(52) *Οἱ ἐπίσκοποι τῶν ἐκκλησιῶν κανόνι.* In codice Sfortiano ita scribitur hic locus: Οἱ ἐπίσκοποι τῷ ἐκκλησιαστικῷ κανόνι τὸν πρεσβύτερον τὸν ἐπὶ τῆς μετανοίας προσέθεσαν. Eamdem lectio-

B nem in suis codicibus repererunt Epiphanius Scholasticus et Nicephorus. Nam Epiphanius quidem ita vertit, *Ex illo episcopi pro ecclesiastica regula presbyterum super pœnitentes esse constituerunt.* Nicephorus vero hunc Socratis locum ita expressit: Οἱ γὰρ τηνικάδε ἐπίσκοποι τῷ Ναυάτου ἀντιφερόμενοι δόγματι, τὸν ἐπὶ τῶν μετανοούντων πρεσβύτερον ἐφ' ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ κατέστησαν, τῷ ἐκκλησιαστικῷ κανόνι ἑπόμενοι. Vides utrumque in hoc Socratis loco legisse τῷ ἐκκλησιαστικῷ κανόνι, uti scriptum est in codice Sfortiano, et canonem sumpsisse pro regula seu decreto ecclesiastico. In qua etiam sententia fuit Dionysius Petavius, vir doctissimus, nec unquam sine honore nominandus, qui in Animadversionibus ad Epiphanium, hunc Socratis locum exponens, reprehendit Christophorsonum qui sic verterat: *Ecclesiarum episcopi canoni adjunxerunt, ut in singulis Ecclesiis presbyter quidam pœnitentiæ præesset.* Musculus vero ante Christophorsonum ita transtulerat: C *Episcopi ecclesiastico canoni presbyterum certum quemdam pœnitentibus constitutum ob hoc adjecerant*, etc. At Petavius alium putat esse sensum horum verborum, hunc scilicet: *Episcopi novo canone edito, presbyterum qui pœnitentibus præesset, adjecerunt.* Porro sententiam suam ipsius Socratis testimonio confirmat. Sic enim subjungit Socrates: Οὗτος ὁ κανὼν κρατεῖ μέχρι νῦν ἐν ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσι. Ubi canon manifeste pro regula et decreto sumitur. Nihilominus tamen assentiri non possum viro doctissimo. Neque enim Græci sermonis proprietas hunc sensum admittit. Deinde si novus tunc canon de institutione hujus presbyteri sancitus est, quæro ubinam, et quo in concilio fuerit publicatus? Magis igitur placet, ecclesiasticum canonem hic accipere pro matricula ecclesiæ. Ita Socrates noster in lib. I, pag. 47: Τὰς παρθένους τὰς ἀναγεγραμμένας ἐν τῷ τῶν ἐκκλησιῶν κανόνι. Nec aliter sumitur ea vox in canone 16 et 17 concilii Nicæni. Sic in canone secundo concilii Chal- D cedonensis sumitur ea vox, ἢ ὅλως τινὰ τοῦ κανόνος, quæ verba optime Zonaras interpretatur hoc modo, ἤτοι τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ τάγματος. Porro canon latius patet quam clerus: nam clerus eos tantum complectitur qui per manus impositionem ordinantur. Canon vero officia quoque ecclesiastica comprehendit, ut sunt œconomi, defensores, mansionarii, quemadmodum testatur canon Chalcedonensis. Pauperes etiam, virgines ac viduæ in canone Ecclesiæ censebantur, ut docet Zonaras in expositione Epistolæ canonicæ Basilii ad Amphilochium. Sic etiam Epiphanius in hæresi Melitianorum, cap. 6, τοὺς ἀπὸ τοῦ κανόνος dixit pro clericis. Hinc κανονικοὶ dicuntur Ecclesiastici, eo quod canoni seu matriculæ adscripti essent. Ita Cyrillus Hierosolymitanus in Præfatione Catecheseon: Βλέπεις μοι τὸ σεμνὸν τοῦτο τῆς ἐκκλησίας κατάστημα; θεωρεῖς μοι τάξιν καὶ ἐπιστήμην; Γραφῶν

Digitized by Google

rium presbyterum albo ecclesiastico adjecerunt, ut qui post baptismum lapsi essent, coram presbytero ad eam rem constituto, delicta sua confiterentur. Et apud alias quidem sectas hæc regula etiamnum perseverat. Soli vero Homousiani, et qui cum illis in fide consentiunt Novatiani, presbyterum pœnitentiæ præpositum rejecerunt. Nam Novatiani ne initio quidem supplementum hoc admiserunt. Homousiani vero qui nunc ecclesias obtinent, cum hoc institutum diu retinuissent, tandem Nectarii episcopi temporibus abrogarunt, ob facinus quoddam quod in ecclesia commissum fuerat. Mulier quædam nobilis ad pœnitentiarium presbyterum accedens, delicta post **287** baptismum a se perpetrata sigillatim confessa erat. Presbyter vero præcepit mulieri, ut jejuniis et orationibus continuis vacaret, quo scilicet una cum delictorum confessione opus etiam pœnitentiæ conveniens ostenderet. Progressu temporis mulier aliud facinus confessa est ecclesiæ videlicet diaconum cum

ρον τὸν ἐπὶ τῆς μετανοίας προσέθεσαν, ὅπως ἂν οἱ μετὰ τὸ βάπτισμα πταίσαντες, ἐπὶ τοῦ προβληθέντος τούτου πρεσβυτέρου ἐξομολογῶνται (53) τὰ ἁμαρτήματα. Οὗτος ὁ κανὼν (54) κρατεῖ μέχρι νῦν ἐν ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσι. Μόνοι δὲ οἱ τοῦ ὁμοουσίου φρονήματος, καὶ οἱ τούτοις κατὰ τὴν πίστιν ὁμόφρονες Ναυατιανοὶ, τὸν ἐπὶ τῆς μετανοίας πρεσβύτερον παρῃτήσαντο. Ναυατιανοὶ μὲν γὰρ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν τὴν προσθήκην ταύτην ἐδέξαντο. Οἱ δὲ νῦν τῶν ἐκκλησιῶν κρατοῦντες, ἕως πολλοῦ φυλάξαντες, ἐπὶ Νεκταρίου τοῦ ἐπισκόπου μετέθεσαν, τοιούτου τινὸς ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν συμβάντος. Γυνή τις τῶν εὐγενῶν (55) προσῆλθεν τῷ ἐπὶ τῆς μετανοίας πρεσβυτέρῳ· καὶ κατὰ μέρος ἐξομολογεῖται τὰς ἁμαρτίας, ἃς ἐπεπράχει μετὰ τὸ βάπτισμα. Ὁ δὲ πρεσβύτερος παρήγγειλε τῇ γυναικὶ, νηστεύειν καὶ συνεχῶς εὔχεσθαι, ἵνα σὺν τῇ ὁμολογίᾳ καὶ ἔργον τι δεικνύειν ἔχῃ τῆς μετανοίας ἄξιον (56). Ἡ δὲ γυνὴ προβαίνουσα (57), καὶ ἄλλο πταῖσμα ἑαυτῆς κατηγόρει. Ἔλεγε γὰρ, ὡς εἴη συγκαθευδήσας αὐτῇ τῆς ἐκκλησίας διά-

## VALESII ANNOTATIONES.

ἀνάγνωσιν, κανονικῶν παρουσίαν, etc. Exstat etiam Epistola Basilii ad Simpliciam canonicam, id est diaconissam. Zonaras quoque in commentariis ad epistolas canonicas, κανονικούς usurpat pro clericis seu ecclesiasticis. Eadem ratione κανονικοί dicuntur libri sacræ Scripturæ, qui sunt in canone, id est indiculo seu catalogo sacræ Scripturæ

(53) *Ἐπὶ τοῦ προβληθέντος τούτου πρεσβυτέρου ἐξομολογῶνται.* Antequam institutus fuisset hic presbyter, fideles peccata quæ post baptismum admiserant, coram episcopo confitebantur; qui pro modo delictorum, pœnitentiam singulis injungebat. Postea vero instituto in singulis Ecclesiis pœnitentiario presbytero, lapsus suos coram illo confiteri cœperunt. Notet autem studiosus lector Socratem, etsi de confessione ea loquatur quæ fiebat a pœnitentibus ante publicam pœnitentiam, dicere tamen eam fieri solitam ἐπὶ τοῦ πρεσβυτέρου, non vero ἐπὶ τοῦ λαοῦ. Proinde secreta fuit ista confessio, non publica. Idque plane confirmat Sozomenus in libro septimo.

(54) *Οὗτος ὁ κανών.* Paulo ante monuimus, canonem a Socrate positum videri pro matricula. Verum in hoc posteriore loco negari non potest quin κανών sumatur pro regula. Regulæ porro seu canones ecclesiastici, in duplici sunt differentia. Alii enim sunt scripti, ut Nicæni, Antiocheni, et aliorum conciliorum. Alii sine scripto, quos scilicet a majoribus traditos accepimus. Sic Eusebius in libro tertio *De vita Constantini*, ἀποστολικὸν κανόνα et ἀποστολικὴν παράδοσιν appellat, ne episcopi relictis Ecclesiis suis in alienas invaderent.

(55) *Γυνή τις τῶν εὐγενῶν.* Veniamus ad alteram partem hujus disputationis, quæ est de matrona Constantinopolitana, quæ ad presbyterum pœnitentiarium accessit confitendi causa. In hac quæstione duo maxime inquirenda sunt, fueritne ejus confessio secreta, an publica; et utrum mulier illa pœnitentiam publicam egerit tunc cum a diacono ecclesiæ vitiata est. Quod ad primam quæstionem attinet, notandum est matronam illam bis confessam esse coram presbytero. Primum quidem cum omnia delicta quæ post baptismum commiserat, ei sigillatim exposuit. Ad quorum expiationem, jussa est a presbytero jejuniis et orationibus vacare. Altera ejusdem mulieris confessio fuit, se cum diacono stupri consuetudinem habuisse. Hæ duæ confessiones, et tempore, et modo, diversæ fuere. Prima fuit omnium delictorum κατὰ μέρος, ut ait Socrates, id est sigillatim facta; secunda unius duntaxat criminis. Utramque vero secretam fuisse hinc apparet. Primo quia nunquam Ecclesiæ moribus recepta fuit publica confessio, ut recte observavit Dionysius Petavius in Animadversionibus ad Epiphanium. Deinde Socrates hoc loco non dicit matronam illam accusasse se coram populo, sed coram presbytero. Idem quoque Sozomenus affirmat. Non igitur publica fuit ista confessio, sed secreta, et qualis hodie a Catholicis fieri solet. Quid enim aliud hodie facimus? Numquid κατὰ μέρος ἐξομολογοῦμεν τὰς ἁμαρτίας, ἃς ἐπράξαμεν μετὰ τὸ βάπτισμα· id est, *omnia delicta nostra sigillatim confitemur coram presbytero?*

(56) *Καὶ ἔργον δεικνύειν ἔχῃ τῆς μετανοίας ἄξιον.* Dubitare quis non immerito possit, utrum hæc matrona publicam egerit pœnitentiam. Ego certe adduci non possum ut id credam. Raro enim mulieres ad publicam pœnitentiam cogebantur, Ecclesia scilicet parcente matronarum pudori. Deinde nihil est hoc loco quod cogat nos ut hanc matronæ istius pœnitentiam publicam fuisse dicamus. Nam in priore ejus confessione nullum apparet crimen publicum. Denique quod jejunare jussa est, et assiduis orationibus incumbere, de privata satisfactione intelligi potest, quæ domi et secreto peragebatur. Certe si publicam egisset pœnitentiam matrona illa, jussa fuisset stare in ordine pœnitentium. Quod cum nec Socrates, nec Sozomenus dixerit, nihil est quod pœnitentiam illius publicam fuisse convincat. Cæterum in codice Sfortiano hic locus ita legitur : ἵνα σὺν τῇ ὁμολογίᾳ καὶ ἔργον τι δεικνύειν, etc.

(57) *Ἡ δὲ γυνὴ προβαίνουσα.* Christophorsonus hunc locum ita vertit : *Mulier longius in confitendo progressa.* Verum hæc interpretatio ferri non potest. Neque enim προβαίνειν significat, *ulterius in confitendo progredi*, quæ verba de suo adjecit Christophorsonus. Προβαίνουσα idem est ac προϊοῦσα; hoc est, *progressu temporis*, seu *procedente tempore.* Vult enim designare Socrates hanc secundam fuisse confessionem illius mulieris. Idque plane confirmant Sozomenus ac Nicephorus. Nam Nicephorus quidem ita hoc refert : Οὕτω δὲ ἔχουσα ἔπειτα κατεμήνυσεν, etc. Sozomenus vero scribit matronam illam confessam esse, se dum in ecclesia diutius moraretur adimplendæ pœnitentiæ suæ

Digitized by Google

κονος. Τοῦτο λεχθὲν (58), τὸν μὲν διάκονον τῆς A Ἐκκλησίας ἐκπεσεῖν παρεσκεύασε. Ταραχὴ δὲ κατέσχε τὰ πλήθη· ἠγανάκτουν γὰρ οὐ μόνον ἐπὶ τῷ γενομένῳ, ἀλλ' ὅτι καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ βλασφημίαν ἡ πρᾶξις καὶ ὕβριν προὐξένησεν. Διασυρομένων δὲ ἐκ τούτου τῶν ἱερωμένων ἀνδρῶν, Εὐδαίμων τις τῆς Ἐκκλησίας πρεσβύτερος, Ἀλεξανδρεὺς τὸ γένος, γνώμην τῷ ἐπισκόπῳ δίδωσι Νεκταρίῳ, περιελεῖν μὲν τὸν ἐπὶ τῆς μετανοίας πρεσβύτερον (59)· συγχωρῆσαι δὲ ἕκαστον, τῷ ἰδίῳ συνειδότι τῶν μυστηρίων μετέχειν· οὕτω γὰρ μόνως ἕχειν τὴν Ἐκκλησίαν τὸ ἀβλασφήμητον (60). Ταῦτα παρὰ τοῦ Εὐδαίμονος ἀκούσας ἐγὼ, τῇ γραφῇ τῇδε παραδοῦναι ἐθάῤῥησα. Ὡς γὰρ πολλάκις ἔφην, πᾶσαν σπουδὴν παρ' ἑκάστου τῶν εἰδότων ἐθέμην μανθάνειν τὰ

ipsa stupri consuetudinem habuisse. Id cum dixisset, diaconus quidem ecclesia ejectus est: populus vero graviter commoveri cœpit. Neque enim solum ob scelus quod patratum fuerat indignabantur, verum etiam eo quod labes haud mediocris atque infamia hoc facto aspersa videbatur Ecclesiæ. Cum igitur eam ob causam ecclesiastici homines dicteriis appeterentur, Eudæmon quidam Ecclesiæ presbyter, Alexandria oriundus, episcopo Nectario suasit ut pœnitentiarium quidem presbyterum expungeret, unumquemque vero pro arbitrio et pro animi **288** sui conscientia ad sacramentorum communionem sineret accedere. Neque enim aliter fieri posse ut Ecclesia ab omni probro libera esset. Hæc ego cum ab ipso Eudæmone ac-

## VALESII ANNOTATIONES.

causa, a diacono stupratam fuisse. Posset etiam B hoc loco non incommode scribi προσβαίνουσα, hoc est, προσερχομένη, ut supra locutus est Socrates. *Mulier*, inquit, *ad presbyterum accedens, aliud quoque flagitium suum detulit.*

(58) *Τοῦτο λεχθέν*. Id est, *cum matrona hoc dixisset presbytero, diaconus quidem ob id depositus est: populus vero fremere cœpit*. Hic oritur difficultas, quonam modo hoc facinus ad notitiam vulgi pervenire potuerit, si secreta fuit mulieris confessio. Quomodo item episcopus id rescire potuerit, qui diaconum ob hoc flagitium a gradu suo removit. Equidem existimo pœnitentiarium presbyterum, cui mulier hoc flagitium confessa fuerat, primum quidem accersivisse diaconum, et eum coram muliere arguisse, et ad fatendum crimen suum compulisse: deinde vero rem omnem retulisse ad Nectarium episcopum, a quo præpositus fuerat pœnitentibus, et cujus vices agebat in eo munere. Nam pœnitentiarius confessiones duntaxat audiebat, pœnasque injungebat, idque ex mandato episcopi. Episcopus vero ipse pœnitentes reconciliabat. Nec est quod quis objiciat, confessionis arcana reserari, si hoc admittimus quod dixi. Nego id consequi. Solum enim diaconi flagitium presbyter indicavit episcopo, matronæ vero nomen reticuit. Cæterum depositio diaconi plane confirmat id quod dixi. Neque enim Nectarius episcopus deponere illum potuit, nisi admonitus fuisset a pœnitentiario qui diaconum convicerat de stupro.

(59) *Περιελεῖν μὲν τὸν ἐπὶ τῆς μετανοίας πρεσβύτερον*. Tertia nunc occurrit quæstio, de facto scilicet Nectarii: quidnam ab illo actum sit, et utrum confessionem, an vero publicam pœnitentiam sustulerit. Quidam ex recentioribus confessionem simul ac pœnitentiam a Nectario tunc sublatas esse existimant. Alii, inter quos est Petavius noster, publicam duntaxat pœnitentiam a Nectario abrogatam fuisse censent; confessionem vero salvam atque incolumem remansisse. Ego vero, re attentius examinata, neutrum a Nectario penitus sublatum esse affirmo, nec confessionem scilicet, nec pœnitentiam. Quidnam igitur fecit Nectarius? Pœnitentiarium quidem presbyterum sustulit, id est ex albo Ecclesiæ delevit. Sed non ideo confessionem ac pœnitentiam una cum pœnitentiario abolevit. Neque enim interdixit fidelibus ne quis in posterum aut ipsum, aut alium ex presbyteris adiret, confitendorum criminum causa: neque sibi ipse potestatem ademit, eos qui publicum crimen admisissent, a sacris mysteriis arcendi, et ad publicam pœnitentiam compellendi. Denique dispensativa ac temporaria fuit ea Nectarii constitutio. Non enim lege in perpetuum victura id sanxit, sed ad tempus aliquod presbyterum illum removit, ob populi frementis indignationem. Sane verba Socratis, si quis ea accurate exponere voluerit, plane sonant id quod dixi. Duo enim ab Eudæmone suggesta et a Nectario facta ait Socrates. Primum est quod pœnitentiarium presbyterum abrogavit; in quo utitur voce περιελεῖν, quæ tollere atque abolere significat. Alterum est, quod fidelibus permisit ut pro sua quisque sententia ad mysteriorum perceptionem accederet: Συγχωρῆσαι δὲ ἕκαστον, τῷ ἰδίῳ συνειδότι τῶν μυστηρίων μετέχειν. Adverte hic verbum συγχωρῆσαι, quod dispensationem significat et indulgentiam. Eodem verbo utitur Sozomenus in libro septimo, de hoc facto Nectarii loquens: Συμβουλευσάντων δέ τινων συγχωρεῖν ἕκαστον, ὡς ἂν ἑαυτῷ συνειδείη καὶ θαῤῥεῖν δύναιτο, κοινωνεῖν τῶν μυστηρίων, etc. Ex illo igitur tempore Nectarius neminem laicorum ad confessionem et publicam pœnitentiam compulit; sed C in cujusque arbitrio situm esse voluit, ut ante sacram communionem peccata sua confiteretur sacerdoti, utque pro arbitrio suo quisque pœnitentiam ageret. Certe non dubito quin post hanc constitutionem Nectarii, multi ex fidelibus confessionis causa eum adierint. Quid enim? si quis ex laicis, meticulosam habens conscientiam, nec audens ad sacram mensam accedere, Nectarium convenisset, eique conscientiæ suæ vulnera aperuisset, dicemusne Nectarium eum repulsurum fuisse? nonne potius auditurum hominis confessionem, ac remedia ei subministraturum pœnitentiæ?

(60) *Οὕτω γὰρ μόνως ἔχειν τὴν Ἐκκλησίαν τὸ ἀβλασφήμητον*. Pœnitentiarius presbyter curiose inquirebat in crimina singulorum; audiebat testes ac delatores, et coram illis noxios convincebat, et convictis convenientem injungebat pœnitentiam. Ita fiebat ut crimina publicarentur, et ad notitiam vulgi pervenirent. Ex quo probra nascebantur, et D Ecclesia Dei non mediocri aspergebatur infamia, cum gentiles atque hæretici tot ac tantorum criminum reos inter Christianos reperiri cernerent. Hujus rei illustre documentum habemus in hac historia. Nam flagitium quod mulier admiserat cum diacono, occultum erat, antequam mulier confessa illud fuisset pœnitentiario. Postea vero quam res delata esset ad pœnitentiarium, per inquisitionem pœnitentiarii et convictionem diaconi emanavit in publicum. Unde exorta est indignatio populi adversus clericos, et gentilium derisio. Nec tamen hujus mali causa ascribenda fuit pœnitentiario, nisi forte nimis diligens et nimis scrupulosus fuerat in disquirendo illo crimine, quod ex occulto publicum reddiderat.



Digitized by Google

ceperim, Historiæ huic inserere minime dubitavi. Etenim, ut sæpius dixi, omnem curam ac diligentiam eo contuli, ut res gestas ex iis qui eas optime norant condiscerem, easque accurate perscrutarer, ne quid a veritate alienum scriptis mandarem. Et initio quidem Eudæmoni ista dixi : Consilium tuum, o presbyter, utrum Ecclesiæ profuerit, an non, Deus viderit. Cæterum ansam ex eo singulis datam esse video, ut delicta sua invicem amplius non coarguant, nec observent præceptum illud Apostoli, quod ita se habet : *Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum ; sed potius redarguite* [1]. Verum de his satis.

A πράγματα, καὶ ἀκριβῶς ἐρευνῷν, ἵνα μὴ ἔξω τῆς ἀληθείας τι γράφοιμι, ἐγὼ δὲ πρὸς τὸν Εὐδαίμονα πρότερον ἔφην (61)· Ἡ συμβουλή σου, ὦ πρεσβύτερε, εἰ συνήνεγκε τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἢ εἰ μή, Θεὸς ἂν εἰδείη· ὁρῶ δὲ ὅτι πρόφασιν παρέσχε τοῦ μὴ ἐλέγχειν (62) ἀλλήλων τὰ ἁμαρτήματα, μηδὲ φυλάττειν τὸ τοῦ Ἀποστόλου παράγγελμα τὸ λέγον· *Μηδὲ συγκοινωνεῖτε τοῖς ἔργοις τοῖς ἀκάρποις τοῦ σκότους, μᾶλλον δὲ καὶ ἐλέγχετε.* Περὶ μὲν οὖν τούτων αὐτάρκως εἰρήσθω.

## CAP. XX.

*Quod tum apud Arianos, tum apud alios hæreticos, multa schismata exstiterunt.*

Congruum porro arbitror ea quoque commemorare quæ apud alios gesta sunt : Arianos intelligo et Novatianos, eosque qui a Macedonio aut ab Eunomio cognomentum sortiti sunt. Discissa enim Ecclesia, in eo dissidio quod semel factum fuerat, minime conquievit. Sed denuo conversi, adversus se mutuo concurrere cœperunt, et exigua levique occasione arrepta, abs se invicem discessere. Et quo quidem modo, et quando, quibusque de causis singuli dissidia inter se excitaverint, procedente sermone indicabimus. Illud autem sciendum est, imperatorem Theodosium neminem illorum insectatum fuisse, præter Eunomium. Quem Constantinopoli in privatis ædibus collectas celebrantem, et libros a se conscriptos **289** recitantem, in exsilium mitti jussit, eo quod multos doctrina sua corrumperet. Reliquos omnes nulla affecit molestia, nec communicare secum coegit : sed singulos in suis conventiculis coire, et de fide Christiana pro suo captu sentire permisit. Et aliis quidem copiam fecit ut extra urbes oratoria sibi

## ΚΕΦΑΛ. Κ'.

*Ὡς καὶ ἐν Ἀρειανοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις αἱρετικοῖς, σχίσματα πολλὰ γεγόνασιν.*

B Ἄξιον δὲ ἡγοῦμαι, μὴ ἀμνημόνευτα καταλιπεῖν καὶ τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις γενόμενα, φημὶ δὴ Ἀρειανοῖς καὶ Ναυατιανοῖς, καὶ τοῖς ἀπὸ Μακεδονίου καὶ Εὐνομίου τὰς προσωνυμίας εἰληφόσιν. Ἡ γὰρ Ἐκκλησία διαιρεθεῖσα, ἐπὶ τῇ ἅπαξ γενομένῃ διαιρέσει οὐχ ἵστατο· ἀλλὰ στραφέντες καθ' ἑαυτῶν πάλιν ἐχώρουν· καὶ μικρᾶς καὶ εὐτελοῦς προφάσεως λαβόμενοι, ἀλλήλων διεχωρίζοντο. Ὅπως μὲν οὖν καὶ πότε, καὶ δι' ἃς αἰτίας ἕκαστοι καὶ εἰς ἑαυτοὺς διαιρέσεις πεποίηντο, προϊόντος τοῦ λόγου δηλώσομεν. Τοῦτο δὲ ἰστέον, ὡς βασιλεὺς Θεοδόσιος οὐδένα τούτων ἐδίωκε [a], πλὴν ὅτι τὸν Εὐνόμιον ἐν Κωνσταντίνου πόλει ἐπὶ οἰκίας συνάγοντα, καὶ τοὺς συγγραφέντας αὐτῷ λόγους ἐπιδεικνύμενον, ὡς ταῖς διδασκαλίαις πολλοὺς λυμαινόμενον, εἰς ἐξορίαν πεμφθῆναι C ἐκέλευσε. Τῶν μέντοι ἄλλων οὐδένα οὔτε ἔσκυλ[λ]εν, οὔτε αὐτῷ κοινωνῆσαι ἠνάγκαζεν· ἀλλ' ἑκάστους συνεχώρει κατὰ τοὺς ἰδίους τόπους συνάγεσθαι, καὶ δοξάζειν τὰ τοῦ Χριστιανισμοῦ, ὡς καταλαβεῖν ἕκαστοι τὴν περὶ αὐτῶν δόξαν ἠδύναντο. Καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἔξω τῶν πόλεων συνεχώρησε εὐκτηρίους οἰ-

[1] Ephes. v, 11.

### VALESII ANNOTATIONES.

(61) *Πρὸς τὸν Εὐδαίμονα πρότερον ἔφην.* Quid significet πρότερον, non satis video. An vult dicere Socrates se, cum primum convenit Eudæmonem, hæc ei dixisse quæ subjungit, antequam Eudæmon totam rem ipsi narrasset? Probabilius tamen est ac verisimilius, hæc a Socrate dicta esse Eudæmoni post Eudæmonis narrationem.

(62) *Πρόφασιν παρέσχε τοῦ μὴ ἐλέγχειν.* Delatio igitur et accusatio instituebatur coram pœnitentiario. Ex quo intelligendus est locus Chrysostomi cum dicit : Ἀμάρτυρόν ἐστι τὸ δικαστήριον. Sublato enim pœnitentiario, nulli amplius testes noxium coram pœnitentiario arguebant. Porro hujus pœnitentiarii presbyteri officium designare videtur Origenes in libro III *Contra Celsum*, his verbis : Παρ' οἷς εἰσί τινες τεταγμένοι πρὸς τὸ φιλοπευστεῖν τοὺς βίους καὶ τὰς ἀγωγὰς τῶν προσιόντων, ἵνα τοὺς μὲν ἐπίῤῥητα πράττοντας ἀποκωλύσωσιν ἥκειν ἐπὶ τὸν κοινὸν αὐτῶν σύλλογον, etc. Id est, *Apud quos*, Christianos scilicet, *quidam sunt constituti ad inquirendum in vitam ac mores eorum qui ad sacra ipsorum accedunt : ut eos qui turpia perpetrant facinora, a publicis ipsorum conventibus arceant.* Cæterum ex hoc loco satis apparet hanc Nectarii constitutionem displicuisse Socrati nostro. Ait enim concessam exinde fuisse licentiam sceleri, cum nemo posthac vereretur ne quis ipsum coram pœni- D tentiario accusaret. Unde etiam necessario colligitur Socratem nostrum non fuisse Novatianum; nam si Novatianus fuisset, nunquam profecto decretum illud improbasset Nectarii, qui pœnitentiarium abrogaverat, nec de consilio quod Eudæmon Nectario suggesserat, pronuntiare dubitasset, utrum illud utile, an damnosum esset Ecclesiæ : quippe Novatiani nec pœnitentiam, nec pœnitentiarium presbyterum unquam admiserant. Adde quod Socrates hoc loco Ecclesiam simpliciter vocat conventum Homousianorum : quod utique nunquam faceret, si Novatianorum sectam secutus fuisset.

### VARIORUM.

[a] *Οὐδένα τούτων ἐδίωκε.* Lapsum hic Socratem ex eo contendit Baronius (ad ann. 386, n. 60), quod multas Constitutiones adversus hæreticos ediderit Theodosius, quæ in Codice Theodosiano etiamnum occurrunt. Vide eumdem etiam ad ann. 391, n. 16. W. Lowth.

Digitized by Google

κους κατασκευάζειν· Ναυατιανοὺς δὲ ὡς ὁμόφρονας τῇ αὐτοῦ πίστει, ἐντὸς τῶν πόλεων τὰς ἑαυτῶν ἐκκλησίας θαῤῥοῦντας ἔχειν ἐκέλευσεν, ὥς μοι καὶ πρότερον εἴρηται. Περὶ ὧν μνημονεῦσαι μικρὰ εὔκαιρον εἶναι ἡγοῦμαι, ἀναλαβόντας βραχύ.

### ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

*Ὡς καὶ Ναυατιανοὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐστασίασαν.*

Τῆς ἐν Κωνσταντίνου πόλει τῶν Ναυατιανῶν Ἐκκλησίας ἐπὶ ἔτη τεσσαράκοντα προέστη Ἀγέλιος, ἀπὸ τῶν Κωνσταντίνου χρόνων ἕως εἰς τὸ ἕκτον ἔτος τῆς βασιλείας Θεοδοσίου, ὥς που καὶ πρότερον ἐμνημόνευσα. Τελευτῶν δὲ, χειροτονεῖ εἰς τὸν τόπον ἑαυτοῦ Σισίννιον ἐπίσκοπον· ὃς πρεσβύτερος μὲν ἦν τῶν ὑπ' αὐτῷ ταττομένων· ἐλλόγιμος δὲ ἄλλως, καὶ ὑπὸ Μαξίμου τοῦ φιλοσόφου ἅμα Ἰουλιανῷ τῷ βασιλεῖ τὰ φιλόσοφα παιδευθείς. Τοῦ δὲ λαοῦ τῶν Ναυατιανῶν μεμψαμένου τὴν χειροτονίαν, ὅτι μὴ μᾶλλον Μαρκιανὸν ἐπ' εὐλαβείᾳ ἐκπρέποντα ἐχειροτόνησε, δι' ὃν ἐπὶ Οὐάλεντος οἱ Ναυατιανοὶ ἀτάραχοι μεμενήκεσαν, ὁ Ἀγέλιος τὴν τοῦ λαοῦ παραμυθήσασθαι λύπην βουλόμενος, ἐπιχειροτονεῖ τὸν Μαρκιανόν. Καὶ μικρὸν ῥαΐσας τῆς νόσου, πρόεισιν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ προσεφώνει δι' ἑαυτοῦ εἰπών. Μαρκιανὸν μὲν, φησὶν, ἔχετε μετ' ἐμέ· μετὰ δὲ Μαρκιανὸν, Σισίννιον. Ταῦτα προειπὼν, καὶ μικρὸν ἐπιβιοὺς χρόνον, ἐτελεύτησε. Μαρκιανοῦ τοίνυν ἐπισκόπου τῶν Ναυατιανῶν καθεστῶτος, διῃρέθη καὶ ἡ αὐτῶν Ἐκκλησία, ἐξ αἰτίας τοιαύτης· Σαββάτιος ἀπὸ Ἰουδαίων Χριστιανίσας, ὑπὸ Μαρκιανοῦ πρὸς τὴν τοῦ πρεσβυτέρου προβληθεὶς ἀξίαν, οὐδὲν ἧττον τῇ Ἰουδαϊκῇ προλήψει δουλεύειν ἐσπούδαζε· σὺν δὲ τούτῳ, καὶ τῆς ἐπισκοπῆς ὠρέγετο δράξασθαι. Προσλαβὼν οὖν τῆς ἐπιθυμίας ἑαυτοῦ συνίστορας δύο πρεσβυτέρους, Θεόκτιστον καὶ Μακάριον, τὴν καινοτομηθεῖσαν ἐπὶ τῆς βασιλείας Οὐάλεντος τοῦ Πάσχα ἑορτὴν ἐν Πάζῳ κώμῃ τῆς Φρυγίας, ὥς μοι καὶ πρότερον εἴρηται, διεκδικεῖν ἐβουλεύετο. Καὶ πρότερον μὲν προκαλύμματι χρώμενος τῇ ἀσκήσει, τῆς ἐκκλησίας ὑπανεχώρει, λυπεῖσθαι λέγων πρός τινας· ὑπονοεῖν γὰρ αὐτοὺς μὴ ἀξίους εἶναι τῆς τῶν μυστηρίων κοινωνίας· προϊὼν δὲ καὶ φανερὸς ἐγίνετο κατ' ἰδίαν συνάγειν βουλόμενος. Ταῦτα γνοὺς ὁ Μαρκιανὸς, ἐμέμφετο μὲν τὴν ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ πλάνην, ὅτι οὕτω κενοδόξους ἀνθρώπους εἰς πρεσβυτέριον προηγάγετο· καὶ δυσφορῶν ἔλεγε, βέλτιον ἦν (60) ἐπ' ἀκάνθαις τεθεικέναι τὰς χεῖρας τὰς ἑαυτοῦ, ἢ ὅτε τοὺς περὶ Σαββάτιον εἰς τὸ πρεσβυτέριον προεβάλλετο. Παρασκευάζει δὲ σύνοδον [f] Ναυατιανῶν ἐπισκόπων γενέσθαι ἐν

A exstruerent; Novatianis vero, utpote idem cum ipso in fide sentientibus, concessit ut ecclesias suas intra urbium septa absque ullo metu retinerent, sicut a me jam antea commemoratum est. De quibus hoc loco pauca narrare opportunum puto, paulo altius repetito sermonis exordio.

### CAP. XXI.

*Quomodo etiam Novatiani inter se dissenserint.*

Novatianorum Ecclesiæ apud Constantinopolim per annos quadraginta præfuit Agelius, a temporibus scilicet Constantini ad sextum Theodosii imperatoris annum, ut jam supra referre memini [1]. Hic morti jam proximus, Sisinnium suo loco ordinavit episcopum [2]: qui dignitate quidem erat
B presbyter Ecclesiæ illius quam regebat Agelius: cæterum disertus imprimis, et a Maximo philosopho una cum imperatore Juliano in philosophia institutus. Cumque plebs Novatianorum hanc ordinationem reprehenderet, quod non Marcianum potius designasset, virum eximiæ pietatis, cujus opera ipsi Valentis principatu ab omni persecutione vacui permanserant: Agelius dolorem multitudinis lenire cupiens, Marcianum insuper ordinavit episcopum. Et cum ex morbo paululum recreatus esset, in ecclesiam delatus, populum ita allocutus est: Marcianum quidem post me episcopum habete, post Marcianum vero Sisinnium. Hæc locutus, cum aliquandiu supervixisset, extremum diem clausit. Marciano igitur episcopo Novatianorum constituto, eorum Ecclesia divisa est ob
C hanc causam: Sabbatius quidam, ex Judæo factus Christianus, et a Marciano ad presbyteri dignitatem promotus, Judæorum nihilominus opinioni, qua prius fuerat imbutus, studiose inserviebat. Adipiscendi præterea episcopatus cupiditate incendebatur. Adjunctis itaque sibi duobus presbyteris, ambitionis suæ consciis, Theoctisto et Macario, paschalis festi solemnitatem, quam Novatiani Valentis Augusti temporibus in vico Phrygiæ Pazo, sicut antea dixi [3], innovaverant, ipse defendere instituit. Ac principio quidem, austerioris vitæ simulatione, ab ecclesia se subduxit, dolore se affici dicens propter quosdam, quos sacramentorum communione indignos esse suspicaretur. Pro-
D gressu autem temporis consilium ejus patefactum est, quod scilicet conventus seorsum agere vellet. Hæc ubi comperisset Marcianus, suum ipsemet in ordinando errorem reprehendit, qui homines tantopere cupidos inanis gloriæ ad honorem presby-

[1] Lib. IV, c. 9. [2] Lib. V, c. 10. [3] Lib. IV, c. 28.

## VALESII ANNOTATIONES.

(60) *Βέλτιον ἦν.* Scribendum omnino est βέλτιον εἶναι, ut ex sequentibus apparet. Alioqui dicendum esset, τὰς χεῖρας τὰς ἐμαυτοῦ, et προεβαλλόμην, non autem προεβάλλετο.

## VARIORUM.

[f] *Παρασκευάζει σύνοδον.* *Angariense* seu *Sangariense* concilium, circa annum 391 habitum refert Guil. Cave, *Hist.* vol. II, pag. 130. De Sabbatio vide Sozom., lib. VII, cap. 18.

Digitized by Google

terii extulisset. Dolensque sæpenumero dicere solebat : Satius **290** fuisset spinis manus meas imponere, quam Sabbatio, tunc cum illum presbyterum ordinavi. Concilium porro Novatianorum episcoporum fieri curavit apud Sangarum, quod est emporium in Bithynia juxta Helenopolim situm. Illic congregati Sabbatium accersunt, jubentque ut coram synodo doloris sui causas exponeret. Cumque ille diceret, dissensionem de festo paschali causam sibi doloris præbuisse : hoc enim festum juxta morem Judæorum, et juxta formulam in Pazensi synodo promulgatam observari oportere : episcopi qui aderant, suspicantes Sabbatium episcopalis sedis cupiditate ductum ista prætexere, jurejurando hominem adigunt, nunquam illum episcopatus dignitatem suscepturum esse. Cum ille in hæc verba jurasset, regulam de festo paschali promulgarunt, quam ἀδιάφορον, hoc est indifferentem vocarunt : affirmantes dissensionem de festo Paschæ die tanti non esse ut ejus causa quisquam ab Ecclesia secedere debeat; nec eos qui Pazi convenerant, præjudicium catholicæ et universali regulæ fecisse. Nam veteres, et qui ab apostolorum temporibus proxime abfuerunt, licet in hujus festi observantia discreparent, inter se tamen communicasse, nec ullum unquam fecisse dissidium. Sed et Novatianos qui Romæ degunt, Judæorum morem nunquam secutos esse, verum post æquinoctium Pascha perpetuo celebrasse : nec ideo tamen abrupisse se a reliquis fidei suæ consortibus, qui non eodem quo ipsi modo festum paschale celebrarent. Hæc et ejusmodi multa cum sollicite perpendissent, indifferentem illam, ut dixi, regulam de Pascha constituerunt : ut unicuique liceat pro arbitrio Pascha celebrare, juxta eam consuetudinem quam semel animo imbiberit; nec ulla sit in communione discrepantia : sed ut

A Ἀγγάρῳ (61)· ἐμπόριον δὲ τοῦτο ἐν Βιθυνίᾳ, πλησίον τῆς Ἑλενουπόλεως κείμενον. Ἔνθα συναχθέντες, μεταπέμπονται τὸν Σαββάτιον, καὶ προτιθέναι ἐπὶ τῆς συνόδου τὰς αἰτίας τῆς λύπης ἐκέλευον. Τοῦ δὲ τὴν διαφωνίαν τῆς ἑορτῆς αἰτίαν τῆς λύπης εἶναι λέγοντος· δεῖν γὰρ ἐπιτελεῖσθαι αὐτὴν ὡς καὶ Ἰουδαῖοι παρατηροῦσι, καὶ ὡς οἱ ἐν Πάζῳ συνελθόντες ἐτύπωσαν· ὑπονοήσαντες οἱ τῆς συνόδου φιλοκαθεδρίας ἕνεκεν προφασίζεσθαι τὸν Σαββάτιον, ὅρκῳ αὐτὸν κατασφαλίζονται, ὡς οὐδέ ποτε τὴν ἐπισκοπὴν καταδέξαιτο. Τοῦ δὲ ἐπὶ τούτοις ὀμόσαντος, ἐκφέρουσι κανόνα περὶ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα, ὃν ἐκάλεσαν ἀδιάφορον· φήσαντες μὴ ἀξιόλογον εἶναι αἰτίαν πρὸς χωρισμὸν τῆς Ἐκκλησίας, τὴν διαφωνίαν τῆς ἑορτῆς· μηδὲ μὴν τοὺς ἐν Πάζῳ συναχθέντας, πρόκριμα τῷ B καθολικῷ κανόνι γενέσθαι. Καὶ γὰρ τοὺς ἀρχαίους καὶ τοὺς ἐγγὺς τῶν ἀποστόλων, διαφωνοῦντας περὶ ταύτης τῆς ἑορτῆς, κοινωνεῖν τε ἀλλήλοις, καὶ μηδαμῶς διαφέρεσθαι. Ἄλλως τε καὶ τοὺς ἐν τῇ βασιλευούσῃ Ῥώμῃ Ναυατιανοὺς μηδέ ποτε ἠκολουθηκέναι Ἰουδαίοις· ἀλλὰ ποιοῦντας ἀεὶ μετ' ἰσημερίαν τὸ Πάσχα, μὴ διακρίνεσθαι πρὸς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως, τοὺς μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον αὐτοῖς ἐπιτελοῦντας τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτήν. Ταῦτα καὶ τοιαῦτα πολλὰ λογισάμενοι, ὁρίζουσι τὸν ἀδιάφορον, ὡς ἔφην, περὶ τοῦ Πάσχα κανόνα, ἐφ' ᾧ τε ἕκαστον μὲν κατὰ τὴν συνήθειαν ἣν ἐκ προλήψεως ἔχει ποιεῖν τὸ Πάσχα, εἰ βούλοιτο· μὴ διαφέρεσθαι δὲ πρὸς τὴν κοινωνίαν, ἀλλὰ τοὺς διαφόρως ἑορτάζοντας εἶναι πάλιν ἐν ὁμονοίᾳ τῆς Ἐκκλησίας. Τοῦ ὅρου τοίνυν τούτου περὶ τῆς C ἑορτῆς τοῦ Πάσχα παρ' αὐτῶν τότε βεβαιωθέντος, ὁ Σαββάτιος τοῖς ὅρκοις δεθεὶς, εἴποτε διαπεφωνημένη ἐγένετο ἡ τοῦ Πάσχα ἑορτὴ, αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν προλαμβάνων ἐνήστευε, καὶ νυκτερεύων, τὴν νενομισμένην (62) τοῦ Σαββάτου ἡμέραν ἐπετέλει τοῦ Πάσχα· καὶ πάλιν τῇ ἑξῆς ἅμα πᾶσι κατὰ τὴν ἐκκλησίαν συνήγετο, καὶ τῶν μυστηρίων μετελάμβανεν· ἐποίει

## VALESII ANNOTATIONES.

(61) *Ἐν Ἀγγάρῳ.* Procul dubio legendum est ἐν Σαγγάρῳ, quemadmodum legit Epiphanius Scholasticus et Nicephorus. Apud Sozomenum quoque ita scriptum est.

(62) *Καὶ νυκτερεύων, τὴν νενομισμένην*, etc. Corruptus est hic locus, nec heri aut nudiustertius invecta est hæc depravatio. Jam enim ætate Epiphanii Scholastici hoc mendum irrepserat in Socratis codices, ut ex interpretatione Epiphanii colligitur. Sic enim vertit Epiphanius : *Cum hæc ab eis tunc fuisset regula definita, Sabbatius juramentis obstrictus, si quando paschalis festivitas discordaret, ille apud seipsum jejunabat, et noctu solemnem diem Paschæ in Sabbato celebrabat : et rursus cum omnibus in ecclesia conveniebat, et mysteriis fruebatur.* Eumdem sensum in sua versione expressit Christophorsonus. Nicephorus quoque in lib. duodecimo *Historiæ Ecclesiasticæ* eumdem sensum secutus est. Ait enim Sabbatium, quoties Christiani a Judæis dissentirent in celebratione Paschæ, seorsum apud se jejunare solitum, et Sabbato paschali sub vesperam more Judaico Pascha celebrasse. Deinde sequenti die Dominico, post solemnes vigilias Pascha celebrasse cum reliquis Christianis, seu potius Novatianis. Verum hæc interpretatio nullo modo placet. Sic enim Sabbatius, quoties Pascha Judaicum a Christianorum paschali festo discreparet, primum Pascha non celebrasset cum Judæis. Deinde si Sabbatius primum Pascha semper celebrabat die Sabbati sub vesperam more Judaico, quomodo fieri poterat ut eodem Sabbati die solemnes vigilias in Ecclesia celebraret? Id enim de illo diserte testantur Socrates D atque Sozomenus. Existimo igitur in hoc Socratis loco verba esse transposita, et in pristinum ordinem hoc modo restituenda : Ὁ Σαββάτιος τοῖς ὅρκοις δεθεὶς, εἴποτε διαπεφωνημένη ἐγένετο ἡ τοῦ Πάσχα ἑορτὴ αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν προλαμβάνων ἐνήστευε, καὶ ἐπετέλει τὸ Πάσχα καὶ νυκτερεύων τὴν νενομισμένην τοῦ Σαββάτου ἡμέραν, πάλιν τῇ ἑξῆς ἅμα πᾶσι κατὰ τὴν ἐκκλησίαν συνήγετο, καὶ τῶν μυστηρίων μετελάμβανεν. Id est, *Sabbatius juramento obstrictus, si quando dissensio in celebratione festi paschalis acciderat, ipse domi anticipans jejunabat, et Pascha peragebat. Et rursus solemni die Sabbati pernoctans, sequenti die una cum reliquis omnibus ecclesiam conveniebat, et mysteria participabat.* Hanc nostram emendationem plane confirmat Sozomenus in libro septimo, ubi eamdem rem multo clarius exponit his verbis : Ἐξ ἐκείνου δὲ Σαββάτιος τοῖς Ἰουδαίοις ἑπόμενος, εἰ μὴ κατὰ ταὐτὸ συνηνέχθη πάντας ἄγειν τὴν ἑορτὴν, φθάνων ὡς ἔθος ἐνήστευε, καὶ καθ' ἑαυτὸν

Digitized by Google

τε τοῦτο ἐπὶ ἔτη πολλά· καὶ διατοῦτο λανθάνειν τοὺς πολλοὺς οὐκ ἠδύνατο. Διὸ καί τινες τῶν ἁπλουστέρων, καὶ μάλιστα οἱ ἐκ τῆς Φρυγίας καὶ Γαλατίας ὁρμώμενοι, νομίζοντες ἑαυτοὺς ἐκ τούτου δικαιωθήσεσθαι, ἐζήλουν τε αὐτὸν, καὶ τὸ Πάσχα τὸν ἐκείνου τρόπον ἐπετέλουν λαθραίως. Ἀλλὰ Σαββάτιος ὑστέροις χρόνοις καὶ παρασυνῆξε καθ' ἑαυτὸν, μικρὰ τοῦ ὅρκου φροντίσας, καὶ τῶν ἀκολουθησάντων αὐτῷ κατέστη ἐπίσκοπος, ὡς προϊόντες δηλώσομεν.

ii qui diverso more festum celebrant, nihilominus in unitate et concordia Ecclesiæ perseverent. Hac igitur regula de festo Paschæ die ab illis tunc sancita, Sabbatius juramento constrictus, si quando discrepantia in celebratione festi Paschalis inciderat, ipse apud se seorsum jejunia antevertebat, et Pascha celebrabat. **291** Deinde solemni die Sabbati magni pernoctans, sequenti luce in ecclesiam una cum cæteris conveniebat, et sacramenta simul percipiebat. Id ab illo plures per annos factum; atque idcirco multitudinis notitiam effugere non potuit. Proinde nonnulli ex simplicioribus, et præcipue ii qui ex Phrygiæ et Galatiæ partibus oriundi erant, cum se hoc facto justificandos esse existimarent, Sabbatium imitari cœperunt, et juxta ejus consuetudinem Pascha in occulto celebrarunt. Verum Sabbatius quidem aliquanto post, spreta jurisjurandi religione, seorsum conventus egit, et eorum qui ipsum sectati fuerant episcopus est constitutus, sicut in progressu orationis declarabimus.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

*Περὶ τῶν δοξάντων τῷ συγγραφεῖ διαφωνιῶν κατά τινας τόπους, περὶ τοῦ Πάσχα, καὶ βαπτισμάτων, καὶ νηστειῶν, καὶ γάμων, καὶ συνάξεων, καὶ λοιπῶν ἐκκλησιαστικῶν παρατηρήσεων.*

Ὁ δὲ ἡμῖν ὑποπίπτει περὶ τοῦ Πάσχα, οὐκ ἄκαιρον, ὡς ἡγοῦμαι, διὰ βραχέων εἰπεῖν. Οὔ μοι δοκοῦσιν οὔτε οἱ πάλαι περὶ τῆς ἑορτῆς ταύτης εὐλόγως πεφιλονεικηκέναι, οὔτε οἱ νῦν Ἰουδαίοις ἐσπουδακότες ἀκολουθεῖν. Οὐ γὰρ εἰς νοῦν ἐβάλλοντο, ὅτι τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ μετατιθεμένου εἰς Χριστιανισμὸν, τὰ ἀκριβῆ καὶ τυπικὰ τοῦ Μωσαϊκοῦ νόμου ἐπαύσατο· καὶ τοῦτο αὐτόθεν ἔχει τὴν οἰκείαν ἀπόδειξιν. Ἰουδαΐζειν γὰρ Χριστιανοῖς οὐδὲ εἷς τοῦ Χριστοῦ νόμος ἐπέτρεψεν. Ἐκ τοῦ ἐναντίου δὲ καὶ ὁ Ἀπόστολος ἐκώλυσεν, οὐ μόνον τὴν περιτομὴν ἐκβάλλων, ἀλλὰ καὶ περὶ ἑορτῶν μὴ διακρίνεσθαι παραινῶν. Διὸ Γαλάταις γράφων φησί· *Λέγετέ μοι, οἱ ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι, τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε;* Καὶ βραχέα περὶ τούτου διαλεχθεὶς, δοῦλον μὲν δείκνυσι τὸν τῶν Ἰουδαίων λαόν· ἐπ' ἐλευθερίᾳ δὲ κεκλῆσθαι τοὺς προσεληλυθότας Χριστῷ. Παρῄνει δὲ καὶ μηδαμῶς παρατηρεῖσθαι ἡμέρας καὶ μῆνας καὶ ἐνιαυτούς. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ πρὸς Κολασσεῖς [1*] μεγάλῃ φησὶ τῇ φωνῇ, σκιὰν εἶναι τὰ παραφυλάγματα· *Διό*, φησὶ, *μηδεὶς ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει, ἢ ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς, ἢ Νουμηνίας, ἢ Σαββάτου, ἅτινά ἐστι σκιὰ τοῦ μέλλοντος.* Καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους δὲ, ὁ αὐτὸς ἐπισφραγιζόμενος τὰ τοιαῦτά φησι· *Μετατιθεμένης γὰρ τῆς ἱερωσύνης, ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθε-*

## CAP. XXII.

*Judicium hujus Historiæ scriptoris, de discrepantia quæ quibusdam in locis cernitur tam in festo paschali quam in baptismo, et jejuniis, et collectis, aliisque ecclesiasticis ritibus.*

Cæterum quod nobis in mentem venit de paschali festo, id hoc loco paucis exponere opportunum puto. Nec veteres nec recentiores qui Judæorum morem sequi studuerunt, idoneam mihi videntur habuisse causam cur de hoc festo tantopere contenderent. Neque enim illud animo perpenderunt, postquam Judaica religio in Christianum cultum commutata est, accuratam illam Mosaicæ legis observantiam et rerum futurarum figuras penitus desiisse. Idque certissimo argumento ita demonstrari potest. Etenim nulla lege Christi concessum est Christianis ut Judæorum ritus observent. Imo Apostolus hoc diserte vetuit, non modo circumcisionem rejiciens, verum etiam admonens ne de festis diebus inter se contenderent. Itaque scribens ad Galatas, his utitur verbis: *Dicite mihi qui sub lege vultis esse, legem non auditis* [1]? Et ubi pauca de hac re disseruit, servum quidem esse ostendit populum Judæorum, eos vero qui Christum secuti sunt, ad libertatem vocatos. Hortatur porro ne dies et menses aut anni ullatenus observentur. Quin etiam Colossensibus scribens, clara voce pronuntiat, observationes nihil aliud quam umbram esse. *Quamobrem*, inquit, *nemo vos judicet in cibo aut in potu, aut in parte festi vel*

[1] Galat. IV, 21.

### VALESII ANNOTATIONES.

διὰ τῶν νενομισμένων ἐπετέλει τὸ Πάσχα· τῷ δὲ Σαββάτῳ ἀφ' ἑσπέρας ἐπὶ τὸν δέοντα καιρὸν ἐν ἀγρυπνίᾳ καὶ ταῖς προσηκούσαις εὐχαῖς διαγινόμενος, τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ κοινῇ πᾶσιν ἐκκλησίαζε, καὶ τῶν μυστηρίων μετεῖχε. Id est, *Ex eo tempore Sabbatius Judæos sequens, nisi forte accidisset ut omnes, tam Christiani scilicet quam Judæi, eodem die Pascha celebrarent, prævertendo, ut moris est, jejunabat; et apud se domi solemnia peragens, Pascha celebrabat. Die vero Sabbati, a vespertino tempore usque ad congruum tempus, in vigiliis atque orationibus perseverans, sequenti die una cum reliquis omnibus in ecclesiam conveniebat et mysteria percipiebat.* Bis igitur uno eodemque anno Pascha celebrabat Sabbatius: primum cum Judæis, alterum cum Christianis; nisi forte evenerat ut Christiani cum Judæis in celebratione festi paschalis convenirent. Quod quidem raro admodum contingere poterat.

### VARIORUM.

1* Sic Valesius; usitatius scribitur Κολασσαεῖς. Stephanus, Κολασαεῖς.

Digitized by Google

*Neomeniæ vel Sabbati, quæ sunt umbra futurorum* [1]. Sed et in Epistola ad Hebræos, idipsum confirmans, ita dicit : *Translato enim sacerdotio, necesse est ut legis translatio fiat* [2]. Certe Apostolus et evangelistæ nusquam servitutis jugum illis imposuerunt qui ad prædicationem fidei accessissent : sed Paschæ **292** diem, aliosque festos dies, arbitrio æquitatique eorum qui beneficia illis diebus acceperant, colendos reliquerunt. Proinde, quoniam homines festos dies amant, propterea quod laborum remissionem ipsis afferunt, singuli locatim, prout cuique libitum fuit, salutaris passionis memoriam ex quadam consuetudine celebrarunt. Nam nec Servator nec apostoli id observandum esse nobis lege aliqua præscripserunt : neque multam aut supplicium aut imprecationem Evangelia nobis aut apostoli sunt comminati, quemadmodum Mosaica lex facere consuevit. Verum historiæ duntaxat causa, ad opprobrium Judæorum, eo quod diebus festis cædes patrare soliti essent, relatum est in Evangeliis, Servatorem passum fuisse diebus azymorum. Quippe propositum id fuit apostolis, non ut de diebus festis leges ferrent, sed ut rationem recte vivendi veramque pietatem ostenderent. Ac mihi quidem videtur, ut alia multa variis in locis usu quodam invaluerunt, sic etiam paschale festum apud singulos ex inolita quadam consuetudine peculiarem observationem habuisse, propterea quod nullus ex apostolis, ut dixi, de illo festo quidquam lege sancivit. Quod vero jam inde a priscis temporibus ex usu potius quam ex lege observatio ista profluxerit, res ipsæ declarant. Etenim in Asia minore plurimi antiquitus quartum decimum diem observarunt, neglecto Sabbati die. Quod dum facerent, nunquam tamen ab aliis qui alio modo Pascha celebrabant, sese abjunxerunt : donec Victor Romanæ urbis episcopus immodico iracundiæ succensus æstu, Quartodecimanis qui in Asia erant, excommunicationis libellum misit [3]. Quo facto Irenæus, Lugduni Galliarum urbis episcopus, Victorem per epistolam graviter perstrinxit:

A σις γίνεται. Οὐδαμοῦ τοίνυν ὁ Ἀπόστολος, οὐδὲ τὰ Εὐαγγέλια, ζυγὸν δουλείας τοῖς τῷ κηρύγματι προσελθοῦσιν ἐπέθηκαν· ἀλλὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα καὶ τὰς ἄλλας ἑορτὰς τιμᾷν, τῇ εὐγνωμοσύνῃ τῶν εὐεργετηθέντων κατέλιπον. Ὅθεν ἐπειδὴ φιλοῦσι τὰς ἑορτὰς οἱ ἄνθρωποι, διὰ τὸ ἀνίεσθαι τῶν πόνων ἐν αὐταῖς, ἕκαστοι κατὰ χώρας, ὡς ἐβουλήθησαν, τὴν μνήμην τοῦ σωτηριώδους πάθους ἐξ ἔθους τινὸς ἐπετέλεσαν. Οὐ γὰρ νόμῳ τοῦτο παραφυλάττειν ὁ Σωτὴρ, ἢ οἱ ἀπόστολοι ἡμῖν παρήγγειλαν· οὐδὲ καταδίκην ἢ τιμωρίαν ἢ κατάραν, ὡς ὁ Μωϋσέως νόμος τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ ἡμῖν τὰ Εὐαγγέλια ἢ οἱ ἀπόστολοι διηπείλησαν· ἱστορικῶς δὲ μόνον πρὸς διαβολὴν Ἰουδαίων, ὅτι ἐμιαιφόνουν κατὰ τὰς ἑορτὰς, ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις καὶ καιρῷ τῶν Ἀζύμων πεπονθέναι ὁ
B Σωτὴρ ἀναγέγραπται. Σκοπὸς μὲν οὖν γέγονε τοῖς ἀποστόλοις οὐ περὶ ἡμερῶν ἑορταστικῶν νομοθετεῖν, ἀλλὰ βίον ὀρθὸν καὶ τὴν θεοσέβειαν εἰσηγήσασθαι. Ἐμοὶ δὲ φαίνεται, ὅτι ὥσπερ ἄλλα πολλὰ κατὰ χώρας συνήθειαν ἔλαβεν, οὕτω καὶ ἡ τοῦ Πάσχα ἑορτὴ παρ' ἑκάστοις ἐκ συνηθείας τινὸς ἰδιάζουσαν ἔσχε τὴν παρατήρησιν, διὰ τὸ μηδένα τῶν ἀποστόλων, ὡς ἔφην, μηδενὶ νενομοθετηκέναι περὶ αὐτῆς. Ὅτι δὲ ἐξ ἔθους μᾶλλον ἢ ἀπὸ νόμου παρ' ἑκάστοις ἐξ ἀρχαίου τὴν παρατήρησιν ἔλαβεν, αὐτὰ τὰ πράγματα δεικνύει. Πλεῖστοι γὰρ περὶ τὴν μικρὰν Ἀσίαν ἐξ ἀρχαίου τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἐτήρησαν, τὴν τοῦ Σαββάτου ὑπεριδόντες ἡμέραν. Καὶ τοῦτο ποιοῦντες, πρὸς τοὺς ἑτέρως τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα ἐπιτελοῦν-
C τας οὐδέποτε διεφέροντο· ἕως ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος Βίκτωρ ἄμετρα θερμανθεὶς, ἀκοινωνησίαν τοῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ Τεσσαρεσκαιδεκατίταις ἀπέστειλεν. Ἐφ' ᾧ γενομένῳ Εἰρηναῖος ὁ Λουγδούνου τῆς ἐν Γαλλίᾳ ἐπίσκοπος, τοῦ Βίκτορος δι' ἐπιστολῆς γενναίως κατέδραμεν, μεμψάμενος μὲν αὐτοῦ τὴν θερμότητα, διδάξας δὲ, ὡς καὶ οἱ πάλαι διαπεφωνημένως ἐπιτελοῦντες τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτὴν, τῆς κοινωνίας οὐδαμῶς ἐχωρίζοντο. Καὶ ὅτι Πολύκαρπος ὁ τῆς Σμύρνης ἐπίσκοπος, ὃς ὕστερον ἐπὶ Γορδιανοῦ μαρτυρήσας (63), Ἀνικήτῳ τῷ ἐπισκόπῳ τῆς Ῥώμης ἐκοινώνει, μηδὲν διακρινόμενος περὶ ἑορτῆς πρὸς αὐ-

[1] Coloss. II, 16, 17. [2] Hebr. VII, 12. [3] Euseb. lib. V, c. 24.

## VALESII ANNOTATIONES.

(63) *Ὃς ὕστερον ἐπὶ Γορδιανοῦ μαρτυρήσας.* Aut hic legendum est ὁ ὕστερον, aut certe scribendum ὃς ὕστερον ἐπὶ Γορδιανοῦ ἐμαρτύρησε. Fallitur autem Socrates. Neque enim imperante Gordiano passus est Polycarpus, sed regnante [a] Marco Antonino, ut ex Eusebio aliisque scriptoribus constat. Certe Irenæus in libro tertio contra hæreses, quem librum scripsit Eleutherio Romanam Ecclesiam administrante, id est temporibus Marci Antonini, Polycarpum jam tum martyrio perfunctum fuisse scribit. Quare hæc verba, ὁ ὕστερον ἐπὶ Γορ-
D διανοῦ μαρτυρήσας, collocanda potius essent paulo supra, ubi legitur, Εἰρηναῖος ὁ Λουγδούνου τῆς ἐν Γαλλίᾳ ἐπίσκοπος. Melius enim conveniunt Irenæo quam Polycarpo. Verum de hoc prudens lector pro arbitrio suo statuet. Scio quidem in *Chronico* sancti Benigni Divionensis, martyrium Irenæi Lugdunensis episcopi poni ante martyrium Polycarpi. Auctor enim illius *Chronici* scribit Irenæum, jam martyrio perfunctum, apparuisse in somnis Polycarpo Smyrnensi episcopo, eique mandasse ut Benignum in Gallias mitteret. Verum hæ sunt nugæ meræ.

## VARIORUM.

[a] Ægidius Bucherius omnium primus passionem Polycarpi ad annum Marci 9, Domini 169 depressit, teste doctissimo Pearsono de annis priorum Rom. episc., pag. 308. Ipse autem Pearsonus censet Polycarpum diu ante, nono scilicet Antonini Pii anno Domini autem 147 passum fuisse, ibid., p. 284, ubi de hac re prolixe disserit.

Digitized by Google

A τὸν, καίτοι καὶ αὐτὸς ἐξ ἐγχωρίου τῆς ἐν Σμύρνῃ συνηθείας τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τὸ Πάσχα ἐπιτελῶν, ὡς ἐν τῇ πέμπτῃ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Εὐσέβιος λέγει. Τινὲς μὲν οὖν, ὡς ἔφην, κατὰ τὴν μικρὰν Ἀσίαν, τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην παρετήρουν· τινὲς δὲ περὶ τὰ ἀνατολικὰ μέρη (64), τὸ Σάββατον μὲν τῆς ἑορτῆς ἐτήρουν, διεφώνουν δὲ περὶ τὸν μῆνα. Οἱ μὲν γὰρ Ἰουδαίοις, καίτοι τὴν ἀκρίβειαν μὴ σώζουσι, δεῖν ἕπεσθαι περὶ τῆς ἑορτῆς ἔλεγον· οἱ δὲ, μετ' ἰσημερίαν (65) ἐπετέλουν, τὸ συνεορτάζειν Ἰουδαίοις ἐκτρεπόμενοι· φάσκοντες ἀεὶ τοῦ ἡλίου ἐν κριῷ ὄντος καθήκειν τὸ Πάσχα ἐπιτελεῖν, τῷ Ξανθικῷ μὲν κατὰ Ἀντιοχέας μηνὶ, Ἀπριλλίῳ δὲ κατὰ Ῥωμαίους· καὶ τοῦτο ποιεῖν, πειθομένους, μὴ τοῖς νῦν κατὰ πάντα πεπλανημένοις B Ἰουδαίοις, ἀλλὰ τοῖς ἀρχαίοις καὶ Ἰωσήπῳ [8], καθὰ ἐκεῖνος ἐν τῇ τρίτῃ τῆς Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας φησίν. Ἀλλ' οὗτοι μὲν οὕτως πρὸς ἑαυτοὺς διεφώνουν. Πάντες δὲ οἱ λοιποὶ, ἄχρι τῶν ἑσπερίων μερῶν καὶ αὐτοῦ ὠκεανοῦ, μετὰ ἰσημερίαν ἐξ ἀρχαίας τινὸς παραδόσεως τὸ Πάσχα ποιήσαντες εὑρίσκονται. Οὗτοι γὰρ πάντες τοῦτον ποιοῦντες τὸν τρόπον, οὐδέποτε πρὸς ἑαυτοὺς διεφώνησαν. Καὶ οὐχ ὥς τινες ἐπεθρύλλησαν (66), ἡ ἐπὶ Κωνσταντίνου σύνοδος τὴν ἑορτὴν ταύτην παρέτρεψεν. Αὐτὸς γὰρ Κωνσταντῖνος τοῖς διαφωνοῦσι περὶ ταύτης τῆς ἑορτῆς γράφων, παρῄνεσεν ὅπως ἂν αὐτοὶ ὀλίγοι ὄντες μιμῶνται τοὺς πλείονας. Ἀλλὰ τὴν μὲν ὅλην τοῦ βασιλέως ἐπιστολὴν, ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ Εὐσεβίου τῶν Εἰς τὸν βίον Κωνσταντίνου εὑρήσεις. Τὸ δὲ ἐν αὐτῇ περὶ τῆς ἑορτῆς τοῦ C Πάσχα μέρος, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· «Ἔστι τε τάξις εὐπρεπὴς, ἣν ἅπασαι αἱ τῶν δυτικῶν καὶ μεσημβρινῶν καὶ ἀρκτῴων μερῶν τῆς οἰκουμένης παραφυλάττουσιν Ἐκκλησίαι, καί τινες τῶν κατὰ τὴν ἑῴαν τόπων· οὗ ἕνεκεν ἐπὶ τοῦ παρόντος καλῶς ἔχειν πάντες ἡγήσαντο, καὶ αὐτὸς δὲ τῇ ὑμετέρᾳ ἀγχινοίᾳ ἀρέσειν ὑπεσχόμην· ἵν' ὅπερ δ' ἂν κατὰ τὴν Ῥωμαίων πόλιν, Ἰταλίαν τε καὶ Ἀφρικὴν, καὶ ἅπασαν Αἴγυπτον, Ἰσπανίας, Γαλλίας, Βρεττανίας, Λιβύας, ὅλην Ἑλλάδα, Ἀσιανήν τε διοίκησιν καὶ Ποντικὴν, καὶ

acriorem ejus impetum reprehendens, simulque ostendens vetustiores qui diverso inter se more festum Paschæ celebrabant, a mutua communione nequaquam separatos fuisse. Et Polycarpum episcopum Smyrnæ, qui postea Gordiano imperium obtinente martyrium perpessus est, cum Aniceto episcopo Romano communicasse, nullatenus ab eo dissidentem hujus festivitatis causa, quamvis ipse, juxta patrium morem Smyrnensis Ecclesiæ, quartodecimo die Pascha celebraret, ut in quinto Ecclesiasticæ Historiæ libro tradit Eusebius. Quidam igitur in minore Asia, ut jam dixi, quartum decimum observabant diem. Quidam vero in **293** Orientis partibus Sabbato quidem id festum agebant, sed in mense discrepabant. Nam illi quidem Judæos, licet exactam regulam non servarent, in hac festivitate sequendos esse dicebant. Hi vero post æquinoctium Pascha celebrabant, simul cum Judæis id festum agere respuentes. Quippe affirmant sole in Ariete constituto id festum perpetuo celebrari oportere, mense quem Xanthicum Antiochenses, Aprilem Romani vocant. Atque in eo sequi se, non recentiores Judæos, qui ubique fere hallucinantur, sed vetustiores et Josephum. Sic enim ille in tertio Judaicarum Antiquitatum libro scriptum reliquit. Et isti quidem hoc modo inter se dissentiebant; reliqui autem omnes ad Occidentis partes et ipsum usque Oceanum, post æquinoctium ex antiqua quadam traditione Pascha celebrasse deprehenduntur. Hi enim omnes, ad hunc modum Pascha peragentes, nunquam inter se dissenserunt. Neque enim, ut quidam calumniati sunt, concilium Constantini temporibus habitum festivitatem istam commutavit. Etenim Constantinus ipse ad eos scribens qui in hujus festi celebratione inter se dissidebant, hortatur ut, cum ipsi pauciores sint, alios sequantur qui sunt numero plures. Et ipsam quidem imperatoris epistolam in tertio Eusebii libro De vita Constantini integram reperies. Pars autem illius, in qua de festo paschali agitur, sic habet (c. 19) :

## VALESII ANNOTATIONES.

(64) *Τινὲς δὲ περὶ τὰ ἀνατολικὰ μέρη.* Syros, Cilicas et Mesopotamenos videtur intelligere, qui Pascha cum Judæis celebrabant ante concilium Nicænum, ut docet Athanasius in Epistola ad Afros : Ἐπειδὴ οἱ κατὰ Συρίαν καὶ Κιλικίαν καὶ Μεσοποταμίαν διεφώνουν πρὸς ἡμᾶς, καὶ τῷ καιρῷ, ἐν ᾧ ποιοῦσι οἱ Ἰουδαῖοι, ἐποίουν καὶ αὐτοί. Orientales igitur isti, de quibus loquitur Socrates, Judæos quidem sequebantur, in eo quod decimam quartam lunam primi mensis ante æquinoctium observabant. Verum non eodem die quo Judæi Pascha celebrabant, sed sequenti Dominico. Quare Athanasius scribit illos eodem tempore quo Judæos Pascha egisse, non autem eodem die, ut male vertit interpres.

D (65) *Οἱ δὲ, μετ' ἰσημερίαν.* Montanistas, ut puto, intelligit, et Pepusianos, qui Pascha quidem post æquinoctium celebrabant, sed mense Xanthico seu Aprili, ante diem octavum Idus Apriles illud perpetuo defigebant, quemadmodum testatur Sozomenus in libro VII.

(66) *Καὶ οὐχ ὥς τινες ἐπεθρύλλησαν.* Audiani scilicet. Hi enim aiebant synodum Nicænam paschale festum primum immutasse, ut testatur Epiphanius, pag. 822.

## VARIORUM.

[8] *Καὶ Ἰωσήπῳ.* Locus ad quem respicit Socrates sic se habet : Τῷ δὲ μηνὶ τῷ Ξανθικῷ, ὃς Νισὰν παρ' ἡμῖν καλεῖται, καὶ τοῦ ἔτους ἀρχὴ, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ κατὰ σελήνην, ἐν Κριῷ τοῦ ἡλίου καθεστῶτος (τούτῳ γὰρ τῷ μηνὶ τῆς ὑπ' Αἰγυπτίοις δουλείας ἠλευθερώθημεν), καὶ τὴν θυσίαν, ἣν τότε ἐξιόντας Αἰγύπτου θῦσαι προεῖπον ἡμᾶς Πάσχα λεγομένην, δι' ἔτους ἑκάστου θύ[ε]ιν ἐνόμισε· *Mense autem Xanthico, qui nostris Nisan vocatur, et annum exorditur, lunæ quartadecima, sole Arietem obtinente, quandoquidem hoc mense ab Ægyptiaca servitute liberati sumus, sacrificium quod tunc exeuntes fecisse diximus, Pascha nominatum quotannis instaurare lege jubemur.* Josephus, *Antiq.* lib. III, cap. 10, pag. 95.

Digitized by Google

« Cumque hic ordo decentissimus sit, quem omnes tam occidentalium quam meridianarum et septentrionalium orbis partium Ecclesiæ, ac nonnullæ quoque orientalium servant : idcirco id æquum rectumque esse omnes judicaverunt, quod et vobis placiturum esse spopondi : ut scilicet quod in urbe Roma perque omnem Italiam, Africam, Ægyptum, per Hispaniam, Gallias, Britannias, Libyas, per universam Achaiam, per Asianam et Ponticam diœcesim, et per Ciliciam concordi sententia observatur, id vestra quoque prudentia libentibus animis amplectatur, illud nimirum attendens, non modo majorem esse numerum Ecclesiarum in locis supra commemoratis ; verum etiam æquissimum esse, ut omnes in commune id velint, quod stricta ratio exigere videtur ; nec ullam cum Judæorum perjurio habeant societatem. » Hujusmodi est imperatoris epistola. Cæterum Quartodecimani **294** observantiam quartidecimi diei a Joanne apostolo sibi traditam esse affirmant. Romani vero, et qui Occidentis partes incolunt, consuetudinem quæ apud ipsos viget, a Paulo Petroque apostolis accepisse se dicunt. Neutri tamen ad hujus rei confirmationem scriptum aliquod testimonium proferre possunt. Porro autem paschale festum singulis locis usu quodam et consuetudine

A Κιλικίαν, μιᾷ καὶ συμφώνῳ φυλάττηται γνώμῃ (67), ἀσμένως τοῦτο καὶ ἡ ὑμετέρα προσδέξηται σύνεσις· λογιζομένη μὴ μόνον ὡς πλείων ἐστὶ κατὰ τοὺς προειρημένους τόπους Ἐκκλησιῶν ἀριθμὸς, ἀλλὰ καὶ ὡς τοῦτο μάλιστα κοινῇ πάντας ὁσιώτατόν ἐστι βούλεσθαι, ὅπερ καὶ ὁ ἀκριβὴς λόγος ἀπαιτεῖν δοκεῖ, καὶ οὐδεμίαν μετὰ τῆς Ἰουδαίων ἐπιορκίας ἔχειν κοινωνίαν (68). » Τοιαύτη μὲν ἡ τοῦ βασιλέως ἐπιστολή· Τεσσαρεσκαιδεκατῖται δέ φασιν, ὑπὸ Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου τὴν παρατήρησιν τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης παραδεδόσθαι αὐτοῖς· οἱ δὲ κατὰ τὴν Ῥώμην καὶ τὰ ἑσπέρια μέρη, τοὺς ἀποστόλους Παῦλον καὶ Πέτρον τὴν ἐκεῖ παραδεδωκέναι συνήθειαν λέγουσιν. Ἀλλ' οὐδεὶς μὲν τούτων ἔγγραφον ἔχει παρασχεῖν τὴν περὶ τούτων ἀπόδειξιν. Ὅτι μέντοι ἐκ συνηθείας τινὸς B μᾶλλον κατὰ χώρας ἐπιτελεῖται τοῦ Πάσχα ἑορτὴ, ἐκεῖθεν τεκμαίρομαι· Οὐδεμία τῶν θρησκειῶν τὰ αὐτὰ ἔθη φυλάττει, κἂν τὴν αὐτοῦ περὶ τούτων (69) δόξαν ἀσπάζηται. Καὶ γὰρ οἱ τῆς αὐτῆς πίστεως ὄντες, διαφωνοῦσι περὶ τὰ ἔθη πρὸς ἑαυτούς. Διὸ μικρὰ περὶ τῶν κατὰ τὰς Ἐκκλησίας ἐθῶν παραθέσθαι οὐκ ἄκαιρον. Αὐτίκα τὰς πρὸ τοῦ Πάσχα νηστείας, ἄλλως παρ' ἄλλοις φυλαττομένας ἔστιν εὑρεῖν. Οἱ μὲν γὰρ ἐν Ῥώμῃ, τρεῖς πρὸ τοῦ Πάσχα ἑβδομάδας (70), πλὴν Σαββάτου [h] καὶ Κυριακῆς, συνημμένας νηστεύουσιν. Οἱ δὲ ἐν Ἰλλυριοῖς καὶ ὅλῃ τῇ

## VALESII ANNOTATIONES.

(67) *Φυλάττηται γνώμῃ.* Apud Eusebium in libro III *De vita Constantini* legitur φυλάττεται, rectius procul dubio. In Florentino autem et Sfortiano codice scriptum inveni φυλάττεσθαι.

(68) *Ἔχει κοινωνίαν.* Codex Florentinus et Sfortianus hoc loco scriptum habent ἔχειν, quemadmodum legitur apud Eusebium. Neque aliter legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet.

(69) *Κἂν τὴν αὐτοῦ περὶ τούτων.* Scribendum puto κἂν τὴν αὐτὴν περὶ τοῦ Θεοῦ δόξαν ἀσπάζηται, id est, *omnes religiones et sectæ diversos ritus habent, quamvis idem de Deo sentiant.* Sed quæ sequuntur verba emendationem nostram plane confirmant. Addit enim Socrates : Οἱ γὰρ τῆς αὐτῆς πίστεως ὄντες, etc., hoc est : *Nam ii qui sunt ejusdem fidei, in ritibus tamen idem non sentiunt.* Nicephorus quoque huic nostræ emendationi suffragatur. Hunc enim Socratis locum ita expressit : Οὐ γὰρ δὴ πάντες, κἂν ὁμόδοξοι εἶεν, τὰς αὐτὰς παραδόσεις κατὰ τὰς Ἐκκλησίας φυλάττουσι.

(70) *Οἱ μὲν γὰρ ἐν Ῥώμῃ τρεῖς πρὸ τοῦ Πάσχα ἑβδομάδας.* Baronius ad annos Christi 57 et 591, Socratem duplicis erroris arguit, tum quod dixerit Romanos tres tantum hebdomadas ante Pascha jejunasse in Quadragesima ; tum quod ait in tribus illis hebdomadis exceptos fuisse dies Sabbati quibus Romani non jejunabant. Quod ad primum attinet, Socratis sententiam adversus Baronium defendit Halloixius in notationibus ad caput 11 *Vitæ Irenæi*, pag. 678. Movet me præcipue auctoritas Cassiodori, qui in *Historia Tripartita* hunc Socratis locum posuit his verbis : *Romani enim tres ante Pascha septimanas, præter Sabbatum et Dominicam, sub continuatione jejunant.* An potuit ignorare Cassiodorus morem Ecclesiæ Romanæ in observatione jejunii Quadragesimalis, ipse qui senator et consul C et præfectus prætorio fuit in urbe Roma ? Quis credat illum in *Historia* sua hæc Socratis verba positurum fuisse, si rem se aliter habuisse scivisset ? Certe Cassiodorus, si id falsum esse scivisset, hæc Socratis verba consulto omisisset, ne lectorem in fraudem induceret. Quod cum Cassiodorus non fecerit, sed Socratis testimonium de Quadragesimali Romanorum jejunio, in *Historia* quæ ipsius nomen præfert, legi voluerit, ex eo apparet vera esse quæ Socrates dixit de jejunio Romanorum. Certe in Ecclesia catholica, etsi Quadragesimæ jejunium ab omnibus fuit semper observatum, non tamen uno atque eodem modo jejunatum est, ut docet Irenæus in *Epistola ad Victorem papam.* Proinde immerito Baronius Socrati opponit testimonium Gregorii Magni. Aliter enim Socratis ætate, aliter Gregorii Magni temporibus, Romani per Quadragesimam jejunabant. Temporibus Leonis papæ, quibus fere æqualis fuit Socrates, Romani D tribus duntaxat diebus hebdomadis jejunabant in Quadragesima, secunda scilicet, quarta et sexta feria, ut patet ex sermonibus ejusdem papæ de Quadragesima. In *Ordine Romano* vestigium quoddam vetusti moris quem hic refert Socrates, videor mihi deprehendisse. Nam Dominica Quadragesimæ, quæ vulgo Dominica de Passione Domini dicitur, vocatur Dominica mediana ; idque nomen ex præcepto sedis apostolicæ ei inditum esse perhibetur. Causam autem cur ita dicta sit, non aliam video quam quod ex tribus hebdomadis, quibus Romani in Quadragesima jejunabant, hæc erat secunda Do-

## VARIORUM.

[h] *Πλὴν Σαββάτου.* Hic Socrates non modo D. Augustino contradicit, qui cum multis aliis Romanos Sabbato jejunasse asserit, verum et sibimet ipsi : mox enim sui oblitus ait : Ἐν Ῥώμῃ πᾶν Σάββατον νηστεύουσιν. (Guil. Beveregius *De jejunio Quadragesimali*, cap. 3, § 3.)

Digitized by Google

Ἑλλάδι, καὶ οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, πρὸ ἑβδομάδων A ἓξ (71) τὴν πρὸ τοῦ Πάσχα νηστείαν νηστεύουσι, Τεσσαρακοστὴν αὐτὴν ὀνομάζοντες. Ἄλλοι δὲ παρὰ τούτους, ἄλλοι [i] πρὸ ἑπτὰ τῆς ἑορτῆς ἑβδομάδων (72) τῆς νηστείας ἀρχόμενοι, καὶ τρεῖς μόνας πενθημέρους ἐκ διαλειμμάτων νηστεύοντες, οὐδὲν ἧττον καὶ αὐτοὶ Τεσσαρακοστὴν τὸν χρόνον τοῦτον καλοῦσι. Καὶ θαυμάσαι μοι ἔπεισι, πῶς οὗτοι (73) περὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν διαφωνοῦντες, Τεσσαρακοστὴν αὐτὴν ὀνομάζουσι [j]. Καὶ ἄλλος ἄλλον λόγον τῆς ὀνομασίας εὑρεσιλογοῦντες ἀποδιδόασιν. Ἔσται δὲ εὑρεῖν οὐ μόνον περὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν διαφωνοῦντας, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀποχὴν τῶν ἐδεσμάτων οὐχ ὁμοίαν ποιουμένους. Οἱ μὲν γὰρ πάντη ἐμψύχων ἀπέχονται· οἱ δὲ, τῶν ἐμψύχων ἰχθῦς μόνους μεταλαμβάνουσι. Τινὲς δὲ σὺν τοῖς ἰχθύσι, καὶ τῶν πτη- B νῶν ἀπογεύονται, ἐξ ὕδατος καὶ αὐτὰ κατὰ τὸν Μωϋσέα γεγενῆσθαι λέγοντες. Οἱ δὲ καὶ ἀκροδρύων καὶ ᾠῶν ἀπέχονται. Τινὲς δὲ καὶ ξηροῦ ἄρτου μόνου μεταλαμβάνουσιν· ἄλλοι δὲ οὐδὲ τούτου. Ἕτεροι δὲ ἄχρις ἐννάτης ὥρας νηστεύοντες (74), διάφορον ἔχουσι τὴν ἑστίασιν (75). Ἄλλως τε παρ' ἄλλοις φύλοις (76) καὶ μυρίαι αἰτίαι οὖσαι τυγχάνουσι. Καὶ ἐπειδὴ οὐδεὶς περὶ τούτου ἔγγραφον ἔχει δεῖξαι παράγγελμα, δῆλον ὡς καὶ περὶ τούτου τῇ ἑκάστου γνώμῃ καὶ προαιρέσει ἐπέτρεψαν οἱ ἀπόστολοι, ἵνα ἕκαστος μὴ φόβῳ, μηδὲ ἐξ ἀνάγκης τὸ ἀγαθὸν κατεργάζοιτο. Τοιαύτη

celebrari, hinc maxime conjicio : Nulla religionis secta easdem observat cæremonias, licet eamdem de Deo sententiam amplectatur. Etenim qui ejusdem sunt fidei, iidem in ritibus inter se dissentiunt. Proinde hoc loco de variis Ecclesiarum ritibus pauca subjicere, nequaquam erit intempestivum. Primum igitur jejunia illa quæ ante Pascha fiunt, aliter apud alios observari reperias. Nam qui Romæ sunt, tres continuas hebdomadas ante Pascha, exceptis Sabbato et Dominico die, jejunant. Qui vero in Illyrico et per universam Achaiam, et qui Alexandriæ degunt, sex ante Pascha septimanas jejunant, idque jejunium Quadragesimam vocant. Alii rursus diversum ab illis morem secuti, septima hebdomade ante Pascha jejunium ordiuntur ; ac tres duntaxat septimanas, quinque dierum singulas per intervalla jejunantes, nihilominus hoc tempus ipsi quoque Quadragesimam appellant. Ac mihi quidem mirari subit qua ratione isti, licet de numero **295** dierum inter se dissentiant, eodem tamen nomine Quadragesimam vocent. Hujus autem appellationis pro suo quisque ingenio alius aliam rationem affert. Neque vero in dierum numero duntaxat, verum etiam in ciborum abstinentia discrepare inter se reperiuntur. Nam alii quidem ab animatis penitus abstinent; alii ex ani-

## VALESII ANNOTATIONES.

minica. Beda in libro *De æquinoctio vernali*, scribit in Italia alios jejunasse dies viginti, alios septem. Jam vero quod ait Socrates de Sabbato, recte defendi potest. Nam ætate Leonis papæ, Romani in Quadragesima non jejunabant die Sabbati. Docet id sermo quartus ejusdem papæ de Quadragesima, in cujus calce ita legitur : *Secunda igitur et quarta et sexta feria jejunemus : Sabbato autem apud beatum Petrum apostolum vigilias celebremus*, etc. Accedit Beda in libro *De officiis*, ubi scribit quinta et septima feria plerosque non jejunasse in Quadragesima.

(71) *Καὶ οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πρὸ ἑβδομάδων ἕξ*. Idem testatur Sozomenus in libro septimo, capite decimo nono. Porro Alexandrini jejunium Quadragesimæ inchoabant, non a Dominica sextæ hebdomadis ante Pascha, ut putavit Joannes Filesacus in libro De Quadragesima, capite septimo, sed a feria secunda quæ sequebatur illam Dominicam. Itaque prima Dominica Quadragesimæ Alexandrinorum, erat quinta Dominica ante Pascha. Atque id manifeste docent Theophilus et Cyrillus in *Homiliis* seu *Epistolis Paschalibus*. Quod quidem miror Filesacum non animadvertisse, qui Theophili testimonium contra se adducit.

(72) *Ἄλλοι πρὸ ἑπτὰ τῆς ἑορτῆς ἑβδομάδων*. Constantinopolitani scilicet, et circumsiti populi usque ad Phœnicen, ut testatur Sozomenus in libro VII, capite 19.

(73) *Περὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν διαφωνοῦντες*. Codex Florentinus et Sfortianus hoc loco scriptum habent, περὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν νηστειῶν. Priorem tamen lectionem confirmat Socrates paulo supra, ubi dicit : Καὶ θαυμάσαι μοι ἔπεισι, πῶς οὗτοι περὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν διαφωνοῦντες, Τεσσαρακοστὴν αὐτὴν ὀνομάζουσι.

(74) *Ἕτεροι δὲ ἄχρις ἐννάτης ὥρας νηστεύοντες*. Paucos admodum ita jejunasse puto in Quadragesima. Jejunium enim Quadragesimæ producebatur ad vesperam. Missa enim celebrabatur hora nona, in qua sermo fiebat ad populum. Deinde sub vesperam populus dimittebatur, et solvebat jejunium. Sane Cæsarius Arelatensis missarum solemnia duarum circiter horarum spatio durasse tradit in homiliis quæ exstant. Epiphanius in Expositione fidei catholicæ : Πάλιν δὲ συνάξεις ἐπιτελοῦσι τὰς αὐτὰς ἕξ, καὶ ὅλην Τεσσαρακοστὴν ἀπὸ ἐννάτης ἕως ἑσπέρας. Idem tradit Amalarius in libro *De officiis*, et concilia anglicana.

(75) *Διάφορον ἔχουσι τὴν ἑστίασιν*. Malim scribere ἀδιάφορον, quemadmodum legit Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit : *Alii usque ad nonam jejunantes horam, sine discrimine ciborum reficiuntur.*

(76) *Ἄλλως τε παρ' ἄλλοις φύλοις*. Post hæc verba Savilius in suo codice subdistinctionem ap-

## VARIORUM.

[i] *Ἄλλοι παρὰ τούτους, ἄλλοι*. Delenda vox postrema. W. L.

[j] *Τεσσαρακοστὴν αὐτὴν ὀνομάζουσι*. Hinc necessario consequitur, Socratem in nostra fuisse sententia, quæ jejunium antepaschale Τεσσαρακοστὴν *Quadragesimam* propterea dictam fuisse judicat, quod *quadraginta* esset dierum. Alioquin enim mirari non potuit ut pauciorum dierum jejunia isthoc nomine indigitarentur. (Beveregius ubi supra.) Dies illi jejunii antepaschalis *Quadragesima* ab Origene nuncupantur : *Habemus Quadragesimæ dies jejuniis consecratos*, homil. 10 *in Levit.* D. Hieronymus in *Epistola ad Marcellam*, adversus Montanum, hoc jejunium ad apostolicam traditionem refert : *Nos unam Quadragesimam secundum traditionem apostolorum jejunamus.* Vide Bevereg. in canonem apostolicum 69 : Εἴ τις ἐπίσκοπος... τὴν ἁγίαν τοῦ Πάσχα Τεσσαρακοστὴν οὐ νηστεύει.

Digitized by Google

mantibus pisces solos comedunt. Nonnulli cum piscibus etiam avibus vescuntur; ex aquis, ut est apud Moysem, eas quoque conditas esse affirmantes. Quidam ab omni arborum fructu et ab ovis abstinent. Quidam solo vescuntur pane: alii ne hoc quidem utuntur. Nonnulli usque ad horam nonam jejunantes, quovis posthac ciborum genere utuntur absque discrimine. Aliæ rursus apud alias gentes observantiæ, et innumerabiles earum causæ afferuntur. Et quoniam nemo scriptum de hac re præceptum proferre potest, apparet apostolos arbitrio cujusque ac voluntati id permisisse, ut unusquisque quod bonum est, sua sponte, non metu ac necessitate perageret. Et hujusmodi quidem est per Ecclesias jejuniorum discrepantia. In collectis vero non minor est varietas. Nam cum omnes ubique terrarum Ecclesiæ per singulas hebdomadas die Sabbati sacra mysteria celebrent, Alexandrini tamen et Romani, vetustam quamdam traditionem secuti, id facere detrectant. Sed Ægyptii qui Alexandrinis vicini sunt, et ii qui Thebaidem incolunt, Sabbato quidem collectas celebrant: non tamen sicut mos est Christianorum, sacra mysteria percipiunt. Postquam enim epulati sunt, et omni ciborum genere saturati, sub vesperam oblatione facta communicant. Præterea Alexandriæ quarta feria, et ea quæ

μὲν καὶ περὶ νηστειῶν διαφωνία κατὰ τὰς Ἐκκλησίας ἐστί. Περὶ δὲ συνάξεων, ἕτερα τοιαῦτα. Τῶν γὰρ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησιῶν ἐν ἡμέρᾳ Σαββάτων, κατὰ πᾶσαν ἑβδομάδος περίοδον ἐπιτελουσῶν τὰ μυστήρια, οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ οἱ ἐν Ῥώμῃ, ἔκ τινος ἀρχαίας παραδόσεως τοῦτο ποιεῖν παρῃτήσαντο. Αἰγύπτιοι δὲ γείτονες ὄντες Ἀλεξανδρέων, καὶ οἱ τὴν Θηβαΐδα οἰκοῦντες, ἐν Σαββάτῳ μὲν ποιοῦνται συνάξεις· οὐχ ὡς ἔθος δὲ Χριστιανοῖς, τῶν μυστηρίων μεταλαμβάνουσι. Μετὰ γὰρ τὸ εὐωχηθῆναι, καὶ παντοίων ἐδεσμάτων ἐμφορηθῆναι, περὶ ἑσπέραν προσφέροντες, τῶν μυστηρίων μεταλαμβάνουσιν. Αὖθις δὲ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τῇ τετράδι [k] καὶ τῇ λεγομένῃ Παρασκευῇ Γραφαί τε ἀναγινώσκονται, καὶ οἱ διδάσκαλοι ταύτας ἑρμηνεύουσι, πάντα τε τὰ συνάξεως γίνεται, δίχα τῆς τῶν μυστηρίων τελετῆς. Καὶ τοῦτό ἐστιν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἔθος ἀρχαῖον. Καὶ γὰρ Ὠριγένης τὰ πολλὰ ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις φαίνεται ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας διδάξας. Ὅστις σοφὸς ὢν διδάσκαλος, καὶ κατιδὼν ὅτι τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου [l] Μωϋσέως ἀσθενεῖ πρὸς τὸ γράμμα ἀποδοθῆναι, τὸν περὶ τοῦ Πάσχα λόγον εἰς θεωρίαν ἀνήγαγεν, ἓν Πάσχα μόνον ἀληθινὸν γεγενῆσθαι λέγων, ὅπερ ὁ Σωτὴρ ἐπετέλεσεν, ἐνεργήσας κατὰ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων, διὰ τοῦ προσομιλῆσαι τῷ σταυρῷ, τροπαίῳ τούτῳ κατὰ τοῦ διαβόλου χρησάμενος. Ἐν τῇ αὐτῇ δὲ Ἀλεξανδρείᾳ ἀναγνῶσται καὶ ὑποβολεῖς (77) ἀδιάφορον, εἴτε κατηχού-

## VALESII ANNOTATIONES.

posuerat. Ego vero mediam distinctionem malim ascribere. Idque confirmat Nicephorus, qui hunc Socratis locum ita expressit: Καὶ ἄλλα παρ' ἄλλοις γένεσι καὶ φύλοις· ἐν οἷς καὶ μυρίαι αἰτίαι τῶν τοιούτων εἰσίν.

καὶ τῆς αἰτήσεως οὐχ ἠστόχησεν. Βακούριος [x] γὰρ A ὁ στρατηλάτης αὐτοῦ τοσοῦτον ἐπεῤῥώσθη, ὥστε σὺν τοῖς πρωταγωνισταῖς εἰσδραμεῖν, καθ' ὃ μέρος οἱ βάρβαροι ἐδιώκοντο· καὶ διαῤῥήσσει μὲν τὰς φάλαγγας· τρέπει δὲ εἰς φυγὴν τοὺς πρὸ βραχέως διώκοντας. Ἐπιγίνεται δὲ καὶ ἄλλο θαύματος ἄξιον. Ἄνεμος γὰρ σφοδρὸς ἐπιπνεύσας [y] τὰ πεμπόμενα βέλη παρὰ τῶν Εὐγενίου κατ' αὐτῶν περιέτρεπεν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν ἀντιπάλων μετὰ σφοδροτέρας τῆς ὁρμῆς ἔφερε κατ' αὐτῶν· τοσοῦτον ἴσχυσεν ἡ τοῦ βασιλέως εὐχή. Τοῦτον δὴ τὸν τρόπον γενομένης τῆς τοῦ πολέμου τροπῆς, ὁ τύραννος προσδραμὼν τοῖς τοῦ βασιλέως ποσὶν, ἐδέετο σωτηρίας τυχεῖν. Ἀλλὰ πρὸς τοῖς ποσὶ τοῖς αὐτοῦ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη. Ταῦτα πέπρακται τῇ B ἕκτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς, ἐν ὑπατείᾳ Ἀρκαδίου τὸ τρίτον, καὶ Ὁνωρίου τὸ δεύτερον. Ἀρβογάστης δὲ ὁ τῶν τηλικούτων κακῶν αἴτιος, μετὰ δύο τῆς συμβολῆς ἡμέρας φεύγων, ὡς ἔγνω οὐκ εἶναι αὐτῷ βιώσιμα, τῷ οἰκείῳ ξίφει ἑαυτὸν διεχρήσατο.

suo minime frustratus est. Etenim Bacurius magister militum ipsius, repente adeo confirmatus est, ut cum antesignanis procurrens in eam partem in qua barbari ab hostibus premebantur, ipsas quidem phalanges disrumperet, eos vero qui paulo ante fugientibus incumbebant, in fugam verteret. Accidit etiam aliud quiddam admiratione dignum. Ventus enim vehemens subito exortus tela quæ ab Eugenianis conjecta erant, adversus ipsos retorsit, ea vero quæ ab adversariis conjiciebantur, in eosdem Eugenianos validiore impetu detulit. Tantum valuit imperatoris precatio. Ad hunc modum conversa prœlii sorte, tyrannus ad imperatoris pedes provolutus, **304** ut incolumis servaretur poposcit. Verum milites ante ipsos imperatoris pedes caput illi amputarunt. Gesta sunt hæc die octavo Idus Septembris, Arcadio tertium et Honorio iterum consulibus. Arbogastes vero qui tantorum malorum auctor exstiterat, tertio post prœlium die fugiens, cum nullam spem salutis sibi superesse intelligeret, suo se gladio transfixit.

## ΚΕΦΑΛ. ΚϚʹ.

*Ὡς μετὰ τὴν νίκην ὁ βασιλεὺς ἀῤῥωστήσας, τὸν υἱὸν Ὁνώριον ἐν Μεδιολάνῳ μετεκαλέσατο· καὶ μικρὸν δόξας τῆς νόσου ῥαΐσαι, ἱπποδρομίαν τελεσάμενος, κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν ἐτελεύτησεν.*

Ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος ἐκ τοῦ πολεμικοῦ μόχθου κακῶς διετέθη τὸ σῶμα. Προσδοκήσας δὲ ἐκ τῆς C ἐπιγενομένης ἀῤῥωστίας τέλος ἔχειν αὐτῷ τὰ τῆς ζωῆς, μείζονα τῆς τελευτῆς περὶ τῶν δημοσίων πραγμάτων εἶχε φροντίδα, λογιζόμενος ὅσα καταλαμβάνει κακὰ τοὺς ἀνθρώπους, βασιλέως τελευτήσαντος. Μεταπέμπεται οὖν ᾗ τάχος τὸν υἱὸν Ὁνώριον ἐκ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως, καταστῆσαι τὰ ἑσπέρια μέρη βουλόμενος. Φθάσαντος δὲ τοῦ υἱοῦ ἐν τῇ Μεδιολάνῳ, ἀνεῤῥώσθη τῆς νόσου, ἱπποδρομίας τε ἐπινικίους ἐπιτελεῖ. Καὶ πρὸ ἀρίστου μὲν ἔῤῥωτο, τὰς ἱπποδρομίας θεώμενος· μετὰ δὲ τὸν ἄριστον ἐξαίφνης διετέθη κακῶς. Καὶ εἰς μὲν τὴν θέαν προελθεῖν οὐκ ἴσχυσεν· τὸν δὲ υἱὸν τὴν ἱπποδρομίαν ἐπιτελέσαι κελεύσας, νυκτὸς ἐπιγενομένης ἐτελεύτησεν, ἐν ὑπατείᾳ Ὀλυβρίου καὶ Προβίνου, τῇ ἑπτακαιδεκάτῃ τοῦ Ἰαννουαρίου μηνός [z]. Τοῦτο D δὲ ἦν πρῶτον ἔτος τῆς διακοσιοστῆς ἐννενηκοστῆς τετάρτης Ὀλυμπιάδος. Ἔζησε δὲ ὁ βασιλεὺς Θεοδό-

## CAPUT XXVI.

*Quomodo imperator, post victoriam morbo correptus, filium suum Honorium Mediolanum evocavit: et paulisper convaluisse visus, edito equestri certamine, eadem die excessit e vita.*

Cæterum imperator Theodosius ex ærumnis quas eo bello sustinuerat, malam corporis valetudinem contraxit. Cumque ex eo morbo finem vitæ sibi imminere speraret, de republica magis quam de vita sua sollicitus videbatur, secum ipse reputans, quot et quantæ calamitates post imperatoris obitum hominibus contingere soleant. Honorium igitur filium celeriter accersit Constantinopoli, cum in animo haberet statum occidentalis imperii ordinare. Qui cum Mediolanum venisset, imperator paululum ex morbo recreatus, victoriæ causa ludos equestres in circo edidit. Et ante prandium quidem commode habebat, dum circensibus spectaculis interesset. Post prandium vero, subito ingravescente morbo, ipse ad spectaculum venire non potuit. Sed filio spectaculis præsidere jusso, sequenti nocte animam exhalavit, Olybrio et Probino consulibus, ante diem XVI Calendas Januarii. Erat hic annus primus Olympiadis ducentesimæ nonagesimæ quar-

### ANNOTATIONES VARIORUM.

x *Βακούριος.* Ἕλκων μὲν ἐξ Ἀρμενίας τὸ γένος, ἔξω δὲ πάσης κακοηθείας ἀνὴρ, μετὰ τοῦ καὶ τὰ πολεμικὰ πεπαιδεῦσθαι. *Bacurius oriundus ex Armenia, vir omnis expers improbitatis, et rebus præterea bellicis exercitus.* Zosim. *loc. cit.*

y *Ἄνεμος σφοδρὸς ἐπιπνεύσας.* De hac clade ita scribit B. Augustinus, *De civitate Dei*, l. v, cap. 25: *Milites nobis qui aderant retulerunt, extorta sibi esse de manibus quæcunque jaculabantur: cum a Theodosii partibus in adversarios vehemens ventus iret, et non solum quæcunque in eos jaciebantur, concitatissime raperet, verum etiam ipsorum tela in eorum corpora retorqueret. Unde et poeta Claudianus, quamvis a Christi nomine alienus, in ejus tamen laudibus dixit:*

*O nimium dilecte Deo, cui militat æther,*
*Et conjurati veniunt ad classica venti.*

W. Lowth.

Narrat Zosimus, *ipso prœlii tempore talem defectum solis accidisse, ut majore temporis spatio nox esse potius quam dies existimaretur.*

z *Τῇ ἑπτακαιδεκάτῃ τοῦ Ἰαννουαρίου μηνός.* Vertendum: XVI *Kalendas Februarias.* W. Lowth.

Digitized by Google

tæ. Vixit porro imperator Theodosius annos sexaginta : imperavit autem annos sexdecim. Complectitur autem hic liber res gestas spatio annorum sedecim ac mensium octo.

A σιος ἔτη ἑξήκοντα [a]· ἐβασίλευσε δὲ ἔτη ις'. Περιέχει ἡ βίβλος χρόνον ἐτῶν δεκαὲξ, μηνῶν ὀκτώ.

## VARIORUM ANNOTATIONES.

a Ἔζησε δὲ ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος ἔτη ἑξήκοντα. Sexaginta cum annos vixisse tradunt etiam Sozomenus, Theophanes, Cedrenus et alii : licet auctor *Chronici Alexandrini* annos ei LXV attribuat, et Aurelius Victor scribat, Theodosium annum agentem quinquagesimum apud Mediolanum excessisse, corpusque ejus eodem anno Constantinopolim translatum atque sepultum : quod etiam Zosimus testatur. Hæc Ant. Pagi refert ad ann. 395, quo mortuus est Theodosius.

# LIBER SEXTUS.

## 305-06 *IN SEXTO LIBRO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ SOCRATIS SCHOLASTICI HÆC CONTINENTUR :*

CAP. I. *Quomodo post obitum imp. Theodosii, cum filii ejus imperium partiti essent, et redeuntibus ex Italia militibus Arcadius occurrisset, Rufinus præfectus prætorio ad pedes imperatoris ab ipsis occisus est.*

II. *De obitu Nectarii, et Joannis ordinatione.*

III. *De genere et institutione Joannis episcopi Constantinopolitani.*

IV. *De Serapione diacono, et quomodo Joannes ejus causa clericis suis invisus exstiterit.*

V. *Quod Joannes non solum adversus clericos, verum etiam adversus optimates simultates habuerit, et de Eutropio eunucho.*

VI. *De Gainæ Gothi tyrannide, et de tumultu quem Constantinopoli excitavit, deque ejus nece.*

VII. *De dissidio quod inter Theophilum Alexandrinum et monachos in solitudine degentes exortum est : et quomodo Theophilus libros Origenis anathemate damnavit.*

VIII. *De collectis nocturnorum hymnorum, tam Arianorum quam Homousianorum, et de pugna in illis facta; et quod cantus antiphonarum ab Ignatio Deifero est institutus.*

IX. *De monachis cognomento* Longis ; *et quomodo Theophilus cum implacabiles inimicitias adversus Joannem eorum causa suscepisset, deponere illum conatus est.*

X. *Quomodo etiam Epiphanius episcopus Cypri, dolis Theophili deceptus, collecta episcoporum synodo adversus Origenis libros, Joannem ob eorum librorum lectionem reprehenderit.*

XI. *De Severiano et Antiocho Syris, et quomodo quibusque de causis a Joanne discesserint.*

XII. *Quomodo Epiphanius cum venisset Constantinopolim, collectas et ordinationes absque Joannis permissu celebravit, ut Theophilo gratificaretur.*

XIII. *Quid hic scriptor pro defensione Origenis dicat.*

## *ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΚΑΙ Η ΕΚΤΗ ΒΙΒΛΟΣ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.*

ΚΕΦ. Α'. *Ὡς τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου τελευτήσαντος, τῶν υἱῶν αὐτοῦ διανειμαμένων τὴν βασιλείαν, καὶ τοῦ στρατοῦ μετ' ὀλίγον ἀπὸ τῆς Ἰταλίας ἐλθόντος, τοῦ τε Ἀρκαδίου αὐτοῖς ὑπαντήσαντος, Ῥουφῖνος ὁ ὑπάρχων πρὸς τοῖς ποσὶ τοῦ βασιλέως ὑπ' αὐτῶν ἀναιρεῖται.*

Β'. *Περὶ τῆς τελευτῆς Νεκταρίου, καὶ τῆς Ἰωάννου χειροτονίας.*

Γ'. *Περὶ γένους καὶ ἀγωγῆς βίου Ἰωάννου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπου.*

Δ'. *Περὶ Σαραπίωνος τοῦ διακόνου, καὶ ὅπως δι' αὐτὸν ὁ ἐπίσκοπος ἐχθρὸς τῷ κλήρῳ κατέστη καὶ πολέμιος.*

Ε'. *Ὅτι οὐ πρὸς τοὺς ἐν τῷ κλήρῳ μόνον Ἰωάννης, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἐν τέλει διεφέρετο, καὶ περὶ Εὐτροπίου τοῦ εὐνούχου.*

Ϛ'. *Περὶ τῆς τυραννίδος Γαΐνᾶ τοῦ Γότθου, καὶ τῆς ὑπ' αὐτοῦ γενομένης ταραχῆς ἐν Κωνσταντίνου πόλει, καὶ περὶ τῆς ἀναιρέσεως αὐτοῦ.*

Ζ'. *Περὶ τοῦ γενομένου σχίσματος μεταξὺ τοῦ Ἀλεξανδρείας Θεοφίλου, καὶ τῶν μοναζόντων τῆς ἐρήμου· καὶ ὡς τὰ Ὠριγένους ὁ Θεόφιλος βιβλία ἀνεθεμάτισεν.*

Η'. *Περὶ τῶν συνάξεων τῶν νυκτερινῶν ὕμνων τῶν τε Ἀρειανῶν, καὶ τῶν τὸ Ὁμοούσιον πρεσβευόντων, καὶ περὶ τῆς γενομένης ἐν αὐτοῖς συμβολῆς· καὶ ὅτι ἡ τῶν ἀντιφώνων ὑμνῳδία ἀπὸ Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου τὴν ἀρχὴν ἔσχεν.*

Θ'. *Περὶ τῶν* Μακρῶν *καλουμένων μοναχῶν, καὶ ὅπως δι' αὐτοὺς ἄσπονδον ἔχθραν ὁ Θεόφιλος πρὸς Ἰωάννην ἐσχηκὼς, καθαιρῆσαι τοῦτον ἐσπούδαζεν.*

Ι'. *Ὡς καὶ Ἐπιφάνιος ὁ Κύπρου ταῖς Θεοφίλου ἀπάταις συναπαχθεὶς, τῷ δοκεῖν κατὰ τῶν Ὠριγένους συγγραμμάτων, ἐπισκόπων σύνοδον ἐν τῇ Κύπρῳ συναγαγὼν, Ἰωάννῃ διεμέμψατο, χρωμένῳ ταῖς βίβλοις Ὠριγένους.*

ΙΑ'. *Περὶ Σεβηριανοῦ καὶ Ἀντιόχου τῶν Σύρων, ὅπως Ἰωάννου ἀπέστησαν, καὶ διὰ τίνας αἰτίας.*

ΙΒ'. *Ὡς καὶ ἐν Κωνσταντίνου πόλει εἰσελθὼν ὁ Ἐπιφάνιος συνάξεις καὶ χειροτονίας ἐπετέλει παρὰ γνώμην τοῦ Ἰωάννου, Θεοφίλῳ χαριζόμενος.*

ΙΓ'. *Οἷα φησὶν ὁ συγγραφεὺς ὑπὲρ Ὠριγένους.*

Digitized by Google

IΔ'. Ὡς Ἰωάννης προσκαλεσάμενος τὸν Ἐπιφάνιον, μὴ ὑπακούσαντα, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐν τῇ τῶν Ἀποστόλων ἐκκλησίᾳ παρασυνάγοντα, δηλοῖ αὐτῷ μεμφόμενος, ὡς παρὰ κανόνας πολλὰ πράττοντι· ὅθεν ὁ Ἐπιφάνιος εὐλαβηθεὶς ἀνεχώρησε.

IE'. Ὡς μετὰ τὸν ἀπόπλουν Ἐπιφανίου, λόγον κατὰ γυναικῶν Ἰωάννης δημηγορήσας, καὶ διατοῦτο σπουδῇ τοῦ βασιλέως καὶ τῆς βασιλίσσης, συνόδου γενομένης ἐν Χαλκηδόνι κατ' αὐτοῦ, τῆς Ἐκκλησίας ἐξωθεῖται.

IϚ'. Ὡς τοῦ λαοῦ στασιάσαντος, διὰ τὴν ἀπαγωγὴν Ἰωάννου, Βρίσων ὁ τῆς βασιλίδος Εὐνοῦχος ἀποσταλεὶς, πάλιν αὐτὸν ἐπανήγαγεν ἐν Κωνσταντίνου πόλει.

IZ'. Ὡς διὰ τοῦ βούλεσθαι Θεόφιλον τὰ καθ' Ἡρακλείδου ἀπόντος ἐξετάζεσθαι, τοῦ Ἰωάννου ἀντιλέγοντος, συμπληγάδος γενομένης, πολλοὶ ἀπώλοντο μεταξὺ τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν καὶ τῶν Ἀλεξανδρέων· ἐφ' οἷς φοβηθεὶς Θεόφιλος καί τινες τῶν ἐπισκόπων τῆς πόλεως ἐξεληλύθασι.

IH'. Περὶ τῆς ἀργυρᾶς στήλης τῆς Εὐδοξίας, καὶ ὡς διατοῦτο πάλιν Ἰωάννης τῆς Ἐκκλησίας ἐξωσθεὶς, εἰς ἐξορίαν ἀπήγετο.

IΘ'. Περὶ Ἀρσακίου τοῦ μετὰ Ἰωάννην χειροτονηθέντος, καὶ περὶ Κυρίνου τοῦ Χαλκηδόνος.

K'. Ὡς μετὰ Ἀρσάκιον Ἀττικὸς τὸν Κωνσταντίνου πόλεως θρόνον κατέσχεν.

KA'. Περὶ τῆς Ἰωάννου ἐν ἐξορίᾳ πὸς Κύριον ἀναλύσεως.

KB'. Περὶ Σισιννίου ἐπισκόπου Ναυατιανῶν, οἷα φησὶ προσωμιληκέναι πρὸς Ἰωάννην.

KΓ'. Περὶ τῆς Ἀρκαδίου τοῦ βασιλέως τελευτῆς.

XIV. *Quomodo Joannes cum Epiphanium ad se vocasset, et ille vocatus non paruisset, sed in ecclesia Apostolorum conventus celebrare pergeret, monuit eum ac reprehendit quod multa contra canones faceret. Qua re territus Epiphanius in patriam rediit.*

XV. *Quomodo post discessum Epiphanii, cum Joannes adversus mulieres orationem habuisset, ob eam causam collecta adversus ipsum synodo apud Chalcedonem, studio imperatoris et Augustæ Ecclesia expulsus est.*

XVI. *Qualiter exorta populi seditione, eo quod Joannes in exsilium duceretur, Briso Eunuchus Augustæ missus eum Constantinopolim reduxit.*

XVII. *Quomodo, cum Theophilus Heraclidis absentis causam examinari vellet, et Joannes reclamaret, orta contentione inter Constantinopolitanos et Alexandrinos, multi utrinque ceciderunt. Qua re territus Theophilus, aliique episcopi ex civitate aufugerunt.*

XVIII. *De argentea Eudoxiæ statua; et quomodo Joannes, ob eam causam Ecclesia denuo pulsus, in exsilium abductus est.*

XXIX. *De Arsacio qui post Joannem ordinatus est, et de Cyrino Chalcedonis episcopo.*

XX. *Quomodo post mortem Arsacii Atticus Constantinopolitanam sedem obtinuit.*

XXI. *De Joannis obitu in exsilio.*

XXII. *De Sisinnio Novatianorum episcopo, et de congressu quem cum Joanne habuisse dicitur.*

XXIII. *De obitu imp. Arcadii.*

# ΤΟΜΟΣ ΕΚΤΟΣ.

## ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

A Τὸ μὲν ἐπίταγμά σου, ὦ ἱερὲ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπε Θεόδωρε, ἐν πέντε τοῖς προλαβοῦσι βιβλίοις διεπονησάμεθα, ὡς οἷόν τε τὴν ἀπὸ τῶν Κωνσταντίνου χρόνων ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν συγγράψαντες. Ἴσθι δὲ ἡμᾶς μὴ ἐσπουδακέναι περὶ τὴν φράσιν, ἐννοήσαντας ὡς εἰ σπουδάσαιμεν καλλιλεξίᾳ χρήσασθαι, ἴσως μὲν καὶ ἀποπεσούμεθα τοῦ σκοποῦ. Εἰ δὲ καὶ ἐπιτευξόμεθα, οὐ τοιαῦτα πάντως δυνησόμεθα γράφειν, οἷα τοῖς παλαιοῖς συγγραφεῦσιν εἴρηται, δι' ὧν αὔξειν τε καὶ χείρονα ποιεῖν νομίζοιτο ἄν τις τὰ πράγματα. Ἔπειτα δὲ καὶ οὐδαμῶς οἰκοδομήσει τοὺς πολλοὺς καὶ ἰδιώτας ὁ λόγος, οἳ τὰ πράγματα βούλονται μόνον εἰδέναι, οὐ τὴν λέξιν ὡς καλῶς συγκειμένην θαυμάσαι. B Ἵνα οὖν μὴ ἀμφοτέροις ἀνόνητος ἡ πραγματεία γένηται, τοῖς μὲν εὐπαιδεύτοις, ὅτι μὴ ἀξία τῇ παλαιᾷ φράσει συγκρίνεσθαι, τοῖς δὲ ἰδιώταις, ὅτι μὴ δύνανται ἐφικέσθαι τῶν πραγμάτων, καλυπτομένων ὑπὸ τῆς κομψείας τοῦ λόγου· τὴν σαφεστέραν μὲν δοκοῦσαν, ταπεινοτέραν δὲ φράσιν ἐπετηδεύσαμεν.

# LIBER SEXTUS.

## PROOEMIUM.

**307** Munus quod nobis injunxeras, sacratissime vir Dei Theodore, quinque superioribus libris absolvimus: quibus rerum ecclesiasticarum historiam jam inde a Constantini temporibus pro virili parte complexi sumus. Scias porro nos verborum elegantiæ non magnam curam habuisse. Illud enim consideravimus, nos si sermonis ornatum consectati essemus, a proposito fortasse aberraturos fuisse. Si vero propositum assecuti essemus, non tamen a nobis talia omnino posse conscribi, qualia sunt a veteribus historicis elaborata: quibus quispiam aut amplificare res gestas aut imminuere se posse, non immerito existimaverit. Adde, quod hujusmodi oratio prorsus inutilis fuisset vulgaribus ac simplicioribus hominibus, qui res gestas duntaxat cognoscere student, non dictionem tanquam venuste compositam admirari. Itaque ne opus nostrum doctis simul atque indoctis infructuosum exsisteret: doctis quidem, propterea quod cum veterum in scribendo elegantia conferri minime posset; indoctis vero, quod res ipsas penitus assequi non possunt, utpote nimia verborum venustate obvolutas: eam scribendi rationem, quæ humilior quidem, magis tamen perspicua est, de industria secuti sumus.

Digitized by Google

Cæterum priusquam sextum hunc librum ordiamur, illud præmonemus: cum res nostra ætate gestas scribere aggrediamur, veritos esse nos, ne ea scriptis mandare videremur, quæ plerisque haudquaquam essent placitura: seu quod, juxta vetus proverbium, veritas acerba est: seu quod nomina eorum quos singuli præcipue diligunt, sine ullo laudis titulo appellamus: sive quod res ab illis gestas non extollimus. Et ii quidem qui religionis nostræ ardentissimi sunt æmulatores, reprehensuri sunt, quod episcopos non vocamus Deo charissimos et sanctissimos, et alia hujusmodi. Alii vero curiose observabunt, quod imperatores nec divinissimos, nec dominos, nec aliis titulis quibus **308** vulgo insigniri solent, appellamus. Ego vero cum veterum scriptorum testimonio probare possim atque ostendere, quod apud illos servus dominum proprio nomine compellare soleat, ob rerum necessitatem nulla dignitatis habita ratione; cumque historiæ legibus parere studeam, quæ puram ac sinceram rerum narrationem, nec ullo fuco adumbratam desiderat, opus ipsum jam aggrediar: ea conscribens quæ vel ipse vidi, vel ex iis qui viderant cognoscere potui: veritatem ex eo dijudicans, si qui mihi ista narrabant, inter se minime dissentirent. Porro in elicienda veritate non mediocris nobis labor fuit, propterea quod multi variique homines nobis res gestas referebant: quorum alii rebus ipsis se interfuisse dicebant, alii eas se optime nosse præ cæteris omnibus asseverabant.

Ἀρχόμενοι δὲ ὅμως τοῦ ἕκτου βιβλίου, ἐκεῖνο προλέγομεν, ὅτι τῶν ἐπὶ τῆς ἡμετέρας ἡλικίας γενομένων ἁπτόμενοι, δεδοίκαμεν ἤδη, μὴ οὐκ ἀρέσκοντα τοῖς πολλοῖς δόξωμεν γράφειν· ἢ ὅτι, κατὰ τὴν παροιμίαν, τὸ ἀληθές ἐστι πικρὸν (1), ὅτι μὴ σὺν ἐγκωμίῳ τὰ ὀνόματα ὧν φιλοῦσι παραλαμβάνομεν· ἢ ὅτι μὴ τὰς πράξεις αὐτῶν μεγαλύνομεν. Καὶ οἱ μὲν τῶν ἐκκλησιῶν ζηλωταὶ καταγνώσονται, ὅτι μὴ τοὺς ἐπισκόπους λέγομεν θεοφιλεστάτους ἢ ἁγιωτάτους, ἢ τὰ τοιαῦτα· ἄλλοι δὲ καὶ φιλοπραγμονήσουσιν ἔσθ' ὅτε, ὅτι μὴ τοὺς βασιλεῖς θειοτάτους καὶ δεσπότας, καὶ ὅσα χρηματίζειν εἰώθασιν, ὀνομάζομεν. Ἐγὼ δὲ καὶ ἐκ τῶν τοῖς παλαιοῖς γεγραμμένων παραστήσειν ἔχων, καὶ δεικνύναι δυνάμενος, ὡς ὁ δοῦλος παρ' αὐτοῖς (2) ἐξ ὀνόματος εἴωθε τὸν δεσπότην καλεῖν, διὰ τὴν τῶν πραγμάτων χρείαν, παρ' οὐδὲν τὸ ἀξίωμα θέμενος (3), καὶ τῇ τῶν νόμων ἱστορίᾳ πειθόμενος (4), οἳ τὴν τῶν πραγμάτων ἀπαιτοῦσι διήγησιν καθαρὰν καὶ ἀληθῆ, καὶ παντὸς ἀπηλλαγμένην ἐπικαλύμματος, ἐπ' αὐτὴν βαδιοῦμαι λοιπὸν τὴν ἐξήγησιν, ἅ τε αὐτὸς ἐθεασάμην συγγράφων, ἅ τε παρὰ τῶν ἑωρακότων ἠδυνήθημεν μαθεῖν, δοκιμάζων τἀληθὲς ἐκ τοῦ μὴ παραλλάττειν κατὰ τὴν ἀπαγγελίαν τοὺς διηγουμένους αὐτά. Ἐπιπόνως δέ μοι τὸ ἀληθὲς ἐγνωρίζετο, πολλῶν τε καὶ διαφόρων ἀπαγγελλόντων, καὶ τῶν μὲν παρεῖναι λεγόντων τοῖς πράγμασι, τῶν δὲ πάντων μᾶλλον ἀξιούντων εἰδέναι.

## CAP. I.

*Quomodo post obitum imp. Theodosii, cum filii ejus imperium partiti essent, et redeuntibus ex Italia militibus Arcadius occurrisset, Rufinus præfectus prætorio ad pedes imperatoris ab ipsis occisus est.*

Mortuo imperatore Theodosio, consulatu Olybrii et Probini, ante diem XVI Calendas Februarias, filii ejus Romani imperii administrationem suscepere. Et Arcadius quidem Orientis, Honorius vero Occidentis principatum obtinuit. Ecclesiis autem tunc temporis præsidebant, Romanæ quidem Damasus, Alexandrinæ vero Theophilus. Hierosolymitanam Ecclesiam Joannes, Antiochenam Flavianus regebat. Constantinopoli vero quæ junior Roma

## ΚΕΦΑΛ. Α'.

*Ὡς τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου τελευτήσαντος, τῶν υἱῶν αὐτοῦ διανειμαμένων τὴν βασιλείαν, καὶ τοῦ στρατοῦ μετ' ὀλίγον ἀπὸ τῆς Ἰταλίας ἐλθόντος, τοῦ τε Ἀρκαδίου αὐτοῖς ὑπαντήσαντος, Ῥουφῖνος ὁ ὑπάρχων πρὸς τοῖς ποσὶ τοῦ βασιλέως ὑπ' αὐτῶν ἀναιρεῖται.*

Τοῦ δὴ βασιλέως Θεοδοσίου τελευτήσαντος, ἐν ὑπατείᾳ Ὀλυβρίου καὶ Προβίνου, τῇ ἑπτακαιδεκάτῃ τοῦ Ἰαννουαρίου μηνὸς, οἱ αὐτοῦ υἱοὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν διαδέχονται. Καὶ Ἀρκάδιος μὲν τῶν ἑῴων, Ὁνώριος δὲ τῶν ἑσπερίων [a] εἶχε τὸ κράτος. Τῶν ἐκκλησιῶν δὲ κατὰ τούσδε τοὺς χρόνους προεστήκεισαν, ἐν μὲν τῇ βασιλευούσῃ Ῥώμῃ Δάμασος· ἐν δὲ Ἀλεξανδρείᾳ Θεόφιλος. Τῶν δὲ περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα Ἰωάννης ἐκράτει. Φλαβιανὸς δὲ τὴν Ἀντιο-

### VALESII ANNOTATIONES.

(1) *Ἢ ὅτι κατὰ τὴν παροιμίαν, τὸ ἀληθές ἐστι πικρόν*. Tota hæc pericope delenda mihi videtur, quippe quæ sensum turbat. Aut si hic locum habet, rejicienda est ad calcem periodi, post vocem μεγαλύνομεν. Si cui tamen hoc displicet, sufficit expungere particulam ἢ, et ad sequentis pericopæ caput apponere.

(2) *Ὡς ὁ δοῦλος παρ' αὐτοῖς*. In comœdiis scilicet Menandri et aliorum. Idem etiam videre est in comœdiis Latinis Plauti ac Terentii, in quibus servi dominos suos nominatim appellare solent.

(3) *Παρ' οὐδὲν τὸ ἀξίωμα θέμενος*. Male Musculus et Christophorsonus verbum θέμενος retulerunt ad ἐγώ, quod præcessit. Atqui refertur potius ad vocem δοῦλος. Alioqui oratio non satis cohæreret.

(4) *Καὶ τῇ τῶν νόμων ἱστορίᾳ πειθόμενος*. Enallage, pro καὶ τοῖς νόμοις τῆς ἱστορίας πειθόμενος.

### VARIORUM.

[a] *Ὁνώριος δὲ τῶν ἑσπερίων*. In imperio Occidentis Illyricum quoque, occidentale scilicet continebatur, teste Olympiodoro; Italia item, Galliæ, Hispaniæ, Britannia et Africa.

Digitized by Google

χέων εἶχε. Κατὰ δὲ τὴν νέαν Ῥώμην Κωνσταντινούπολιν Νεκτάριος εἶχε τὸν θρόνον, καθὰ καὶ ἐν τῷ προλαβόντι βιβλίῳ ἡμῖν ἱστόρηται. Περὶ δὲ τὴν ὀγδόην τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς, ἐν τῇ αὐτῇ ὑπατείᾳ, τὸ σῶμα Θεοδοσίου κομισθὲν, τῇ νενομισμένῃ κηδείᾳ ὁ υἱὸς ἐτίμα Ἀρκάδιος. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ μεταταῦτα, τῇ εἰκάδι ἑβδόμῃ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς, καὶ ὁ στρατὸς παρῆν, ὁ ἅμα τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ κατὰ τοῦ τυράννου στρατεύσας. Ὡς οὖν ὁ βασιλεὺς Ἀρκάδιος κατὰ τὸ εἰωθὸς πρὸ τῶν πυλῶν ἀπήντησε τῷ στρατῷ, τηνικαῦτα καὶ οἱ στρατιῶται Ῥουφῖνον [b] τὸν ὕπαρχον τοῦ βασιλέως ἀπέκτειναν. Ὑπωπτεύετο γὰρ εἰς τυραννίδα ὁ Ῥουφῖνος, καὶ δόξαν εἶχεν, ὡς αὐτὸς εἴη τοὺς Οὔννους (5) τὸ βάρβαρον ἔθνος ἐπικαλεσάμενος εἰς τὴν Ῥωμαίων χώραν. Καὶ γὰρ ἦσαν κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ Ἀρμενίαν τε καί τινα μέρη τῆς ἑῴας κατατρέχοντες. Καθ' ἣν μὲν οὖν ἡμέραν ὁ Ῥουφῖνος ἀνῄρητο, κατ' αὐτὴν καὶ ὁ τῶν Ναυατιανῶν ἐπίσκοπος Μαρκιανὸς ἐτελεύτησε· καὶ διαδέχεται τὴν ἐπισκοπὴν Σισίννιος, οὗ καὶ ἀνωτέρω ἐμνημονεύσαμεν.

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

*Περὶ τῆς τελευτῆς Νεκταρίου, καὶ τῆς Ἰωάννου χειροτονίας.*

Ὀλίγου δὲ διελθόντος χρόνου, καὶ Νεκτάριος ὁ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος ἐτελεύτησεν [c], ἐν ὑπατείᾳ Καισαρείου καὶ Ἀττικοῦ, περὶ τὴν εἰκάδα ἑβδόμην τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός. Εὐθὺς οὖν σπουδὴ περὶ χειροτονίας ἐπισκόπου ἐγίνετο. Καὶ ἄλλων ἄλλον ἐπιζητούντων, περί τε τούτου πολλάκις προτεθείσης βουλῆς, τέλος ἐδόκει ἐκ τῆς Ἀντιοχείας μεταπέμπεσθαι Ἰωάννην τὸν τῆς Ἀντιοχείας πρεσβύτερον. Φήμη γὰρ ἐκράτει περὶ αὐτοῦ, ὡς εἴη διδακτικὸς ἐν ταὐτῷ καὶ ἐλλόγιμος. Ὀλίγου οὖν διαδράσαντος χρόνου, ψηφίσματι κοινῷ ὁμοῦ πάντων, κλήρου τέ φημι καὶ λαοῦ, ὁ βασιλεὺς αὐτὸν Ἀρκάδιος μεταπέμπεται. Διὰ δὲ τὸ ἀξιόπιστον τῆς χειροτονίας παρῆσαν ἐκ βασιλικοῦ προστάγματος πολλοί τε καὶ ἄλλοι

dicitur, sacerdotium gerebat Nectarius, sicut in superiore libro a nobis commemoratum est. Cæterum corpus Theodosii allatum Constantinopolim iisdem consulibus, die sexto Idus Novembris, Arcadius ejus filius solemni exsequiarum honore prosecutus est. Nec multo post, ante diem quintum Calendas Decembris, exercitus qui una cum imperatore Theodosio bellum contra tyrannum gesserat, advenit. Cum igitur imperator Arcadius pro more exercitui obviam profectus esset extra portas, milites Rufinum præfectum prætorio interfecerunt. Quippe is in suspicionem 309 affectatæ tyrannidis venerat: et Hunni, quæ barbara gens est, ab illo evocati immissique in Romanum solum credebantur. Nam sub idem tempus Armeniam et quasdam Orientis provincias excursionibus vastaverant. Eadem porro die qua Rufinus necatus fuerat, Novatianorum episcopus Martianus ex hac luce migravit, eique in episcopatu successit Sisinnius, cujus etiam supra fecimus mentionem [1].

## CAP. II.

*De obitu Nectarii, et Joannis ordinatione.*

Brevi post tempore Nectarius Constantinopolitanus episcopus extremum diem obiit, Cæsario et Attico consulibus, quinto Calendas Octobris. Statim igitur de ordinando episcopo contentio exorta est, aliis alium postulantibus. Cumque hac de re consilium sæpius initum fuisset, placuit tandem ut Joannes Antiochensis Ecclesiæ presbyter Antiochia accerseretur. Fama enim de illo increbuerat, eum doctrina simul et eloquentia pollere. Modico igitur temporis spatio interlapso, imperator Arcadius communi omnium suffragio, cleri videlicet ac populi, eum accersit. Utque ejus ordinationi plus accederet auctoritatis, ex imperatoris mandato adfuerunt cum alii complures episcopi, tum Theophilus

[1] Lib v, cap. 21.

## VALESII ANNOTATIONES.

(5) *Τοὺς Οὔννους*. Zosimus in libro v, non Hunnos a Rufino sollicitatos esse scribit, sed Gothos et Alaricum. Idem quoque scribit Marcellinus in Chronico: *Olybrio et Probino consulibus, Rufinus Patricius Arcadio principi insidias tendens, Alaricum Gothorum regem, missis ei clam pecuniis, infestum reipubl. fecit, et in Græciam misit.* Socrati tamen suffragatur Sozomenus, nec ulla est inter supradictos auctores dissensio. Utrasque enim gentes Rufinus contra Romanos evocavit: Gothos primum duce Alarico; deinde fusis per Stiliconem Gothis, Hunnos quasi in Gothorum auxilium excivit, ut docet Claudianus in libro primo adversus Rufinum; et in libro II idem clarius dicit his versibus:

*Cladem divisit in orbem,*
*Dispositque nefas. Alii per terga ferocis*
*Danubii solidata ruunt, expertaque remos*
*Frangunt stagna rotis. Alii per Caspia claustra*
*Armeniasque nives inopino tramite ducti,*
*Invadunt Orientis opes. Jam pascua fumant*
*Cappadocum*, etc.

At Sigonius in libro decimo *De occidentali imperio*, ubi totam hanc historiam diligenter exponit, de hac Hunnorum irruptione nihil dicit: quæ quidem ejus negligentia excusari non potest.

## VARIORUM.

[b] *Ῥουφῖνον*. Arcadius Rufini, Honorius vero Stilichonis arbitrio regebatur; et inter duos ministros magna dissensio erat. De iis Suidas in voce Ῥουφῖνος ait: *Rufinus et Stilicho erant tutores filiorum Theodosii. Ambo omnia rapiebant, in divitiis imperium ponentes. Nec quisquam quidquam habebat proprium, nisi his placuisset. Omnesque causæ apud hos judicabantur, magnaque multitudo circumversantium erat, si forte alicui prædium aliquod fuisset locuples et fertile. Nam ejus dominus confestim corripiebatur, accusatione speciosa et probabili adversus ipsum conficta per quorumdam emissariorum subornatorum insidias.*

[c] *Νεκτάριος ἐτελεύτησεν*. Nectarius obiit A. D. 397: quippe eo anno consules fuere Cæsarius et Atticus, ut scribit Ant. Pagi. Consulatu et anno sequenti ordinatus est S. Chrysostomus.

Digitized by Google

Alexandrinus. Qui quidem summo studio laborabat, ut Joannis quidem gloriam detereret, Isidorum vero presbyterum suum ad episcopatum urbis regiæ promoveret. Hunc enim præcipue diligebat, propterea quod periculosum quoddam negotium ipsius causa suscepisset. Quodnam vero illud fuerit, jam dicendum est. Dum Theodosius imperator adversus Maximum tyrannum bellum gereret, Theophilus per Isidorum munera mittens ad imperatorem, binas ei tradidit epistolas, mandans ut victori munera simul ac litteras offerret. Quibus mandatis obsequens Isidorus, cum Romam venisset, eventum belli exspectabat. Verum ea res diu latere 310 non potuit. Nam lector qui eum comitabatur, epistolas clam surripuit. Quo facto conterritus Isidorus illico aufugit Alexandriam. Hæc fuit causa cur Theophilus Isidoro tantopere studeret. Verum qui in palatio erant, Joannem prætulerunt. Et quoniam multi Theophilum accusabant, et libellos varia crimina continentes episcopis qui tum aderant, offerebant : Eutropius, præpositus imperialis cubiculi, acceptos libellos ostendit Theophilo, eligere eum jubens, utrum mallet, Joannemne ordinare, an de criminibus ipsi objectis judicium subire. His perterrefactus Theophilus Joannem ordinavit. Ordinatus igitur Joannes in episcopali sede constituitur quarto Calendas Martii, consulatu proxime insequenti, quem Romæ quidem imperator Honorius, Constantinopoli vero Eutychianus præfectus prætorio editionibus ludisque celebrarunt. Sed quoniam hujus viri celebris fama est, tum ex libris quos scriptos reliquit, tum ex multis ærumnis quas pertulit, æquum esse arbitror ut res ejus non silentio tradantur a nobis, sed potius ea quæ pluribus de illo dici possunt, brevi compendio complectamur, dicamusque quis et unde fuerit : quomodo ad sacerdotii honorem vocatus, eodemque postea spoliatus sit : denique qua ratione plus honoris post obitum consecutus sit, quam dum viveret.

A ἐπίσκοποι, καὶ δὴ καὶ ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας Θεόφιλος [d], ὅστις σπουδὴν ἐτίθετο, διασύραι μὲν τὴν Ἰωάννου δόξαν, Ἰσίδωρον δὲ ὑπ' αὐτῷ πρεσβύτερον πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν προχειρίσασθαι, ὃν πάνυ ἠγάπα, ὅτι ὑπὲρ αὐτοῦ ποτε κινδυνῶδες ἐπίταγμα ἀνεδέξατο. Τί δὲ τοῦτό ἐστι, λεκτέον. Ἡνίκα ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος πρὸς τὸν τύραννον ἠγωνίζετο Μάξιμον, Θεόφιλος διὰ Ἰσιδώρου ξένια πέμπων βασιλεῖ, δισσὰς αὐτῷ ἐπιστολὰς ἐνεχείρισεν, ἐντειλάμενος προσενεγκεῖν τῷ νικήσαντι καὶ τὰ δῶρα καὶ τὰ γράμματα. Τούτοις διακονούμενος Ἰσίδωρος, καταλαβὼν τὴν Ῥώμην, τῇ νίκῃ ἐφέδρευεν. Ἀλλ' οὐκ εἰς μακρὰν τὸ γινόμενον ἔλαθεν, ἀναγνώστου τοῦ συνόντος αὐτῷ τὰς ἐπιστολὰς ἐπικλέψαντος. Οὗ ἕνεκεν ὁ Ἰσίδωρος ἐν φόβῳ γενόμενος, ὡς εἶχεν, ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἔφευγεν. Αὕτη B πρόφασις ἦν Θεοφίλῳ τῆς ὑπὲρ Ἰσιδώρου σπουδῆς. Οἱ μέντοι κατὰ τὰ βασίλεια τὸν Ἰωάννην προέκριναν. Ἐπειδὴ δὲ κατηγορίας κατὰ Θεοφίλου πολλοὶ ἀνεκίνουν, βιβλία τε κατ' αὐτοῦ ἄλλος δι' ἄλλην αἰτίαν τοῖς παροῦσιν ἐπισκόποις ἐδίδοσαν, ὁ προεστὼς τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος Εὐτρόπιος [e], λαβὼν τὰς ἐγγράφους κατηγορίας, ἐπέδειξεν τῷ Θεοφίλῳ, εἰπὼν, ἐπιλογὴν ἔχειν, ἢ χειροτονεῖν Ἰωάννην, ἢ τὰς κατ' αὐτοῦ κατηγορίας εἰς ἔλεγχον ἄγεσθαι. Ταῦτα φοβηθεὶς ὁ Θεόφιλος τὸν Ἰωάννην ἐχειροτόνησε. Χειροτονηθεὶς οὖν πρὸς τὴν (6) τῆς ἐπισκοπῆς ἱερωσύνην, ἐνθρονίζεται τῇ εἰκάδι ἕκτῃ τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς ὑπατείᾳ τῇ ἑξῆς, ἣ ἐπετέλουν (7), ἐν μὲν τῇ Ῥώμῃ ὁ βασιλεὺς Ὁνώριος, ἐν δὲ τῇ Κωνσταντίνου πόλει Εὐτυχιανὸς, ὁ τότε C τῶν βασιλέων ὕπαρχος (8). Ἐπεὶ δὲ ἐκφανὴς ὁ ἀνὴρ, ἐξ ὧν τε κατέλειπε λόγων, καὶ ἐξ ὧν πολλοῖς δεινοῖς περιέπεσεν, ἄξιον ἡγοῦμαι μὴ σιγῆσαι τὰ κατ' αὐτὸν, ἀλλ' ὡς οἷόν τε τὰ διὰ μακροτέρων λεχθησόμενα συστεῖλαι, εἰπεῖν τε ὅθεν ἦν, καὶ ἐκ τίνων, καὶ ὅπως ἐπὶ τὴν ἱερωσύνην ἐκλήθη· ὅπως τε ἀφῃρέθη αὐτῆς, καὶ ὡς μετὰ θάνατον ἐτιμήθη μᾶλλον ἢ περιών.

## VALESII ANNOTATIONES.

(6) *Χειροτονηθεὶς οὖν πρὸς τὴν*, etc. Hunc locum ita malim distinguere : Χειροτονηθεὶς οὖν, πρὸς τὴν τῆς ἐπισκοπῆς ἱερωσύνην ἐνθρονίζεται. Id est, *Ordinatus igitur, ad episcopatus functionem in solio collocatur.*

(7) *Ὑπατείᾳ τῇ ἑξῆς, ἣ ἐπετέλουν*. Scribendum est ἣν ἐπετέλουν. Leve mendum, sed quod ab interpretibus non animadversum, eos in gravissimum errorem conjecit. Sic enim verterunt : *Sequenti consulatu quo Romæ Honorius imperator, et Constantinopoli Eutychianus rempubl. administrarunt.* Verum ἐπιτελεῖν ὑπατείαν, est consulatum dare, seu edere ludos Circenses ob auspicia magistratus.

(8) *Ὁ τότε τῶν βασιλέων ὕπαρχος*. Male Christophorsonus præfectum imperatorum vertit, cum D vertere potius debuisset præfectum prætorii. Scribendum enim est τῶν βασιλείων. Similem errorem jam supra notavi in eadem voce. Fuit igitur Eutychianus eodem anno consul ac præfectus prætorii ; qui fere mos fuit illorum temporum, ut patet ex codice Theodosiano.

## VARIORUM.

[d] *Θεόφιλος*, Theophilus, patria forsan Alexandrinus, post mortem Timothei anno 385, Alexandriæ episcopus. Vide Theodorit., l. v, c. 22. Contra Anthropomorphitarum hæresin foventes fortiter dimicavit, Origenis librorum patrocinio subnixus. Mox vero, ut Dioscuro ejusque fratribus, paria quidem secum de incorporea Dei forma sentientibus, sed lites gravissimas agitantibus, invidiam apud monachos conflaret, Anthropomorphitam se repente professus est, et Origenis libros ab omnibus damnari jussit. Anno 403 Constantinopolim profectus, coacta synodo Chrysostomum deposuit. Obiit anno 412. (Guil. Cave, *Hist.*, vol. I, pag. 231.)

[e] *Εὐτρόπιος*. Eutropius Eunuchus, *procurator Theodosii imp.*, ut ait Eunapius, *potestatem Rufini adeptus adeo omnia concussit, et tonitruis terruit, ut non solum esset ipse Rufinus, sed etiam ille fabulis celebris Salmoneus cum ipso collatus parva quædam res esset*, inquit Suidas.

Digitized by Google

A

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

*Περὶ γένους καὶ ἀγωγῆς βίου Ἰωάννου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπου.*

Ἰωάννης [f], Ἀντιοχεὺς μὲν ἦν τῆς Κοίλης Συρίας, υἱὸς δὲ Σεκούνδου καὶ μητρὸς Ἀνθούσης, ἐξ εὐπατριδῶν τῶν ἐκεῖ. Μαθητὴς δὲ ἐγένετο Λιβανίου τοῦ Σοφιστοῦ, καὶ ἀκροατὴς Ἀνδραγαθίου τοῦ Φιλοσόφου. Μέλλων δὲ ἐπὶ δικανικὴν ὁρμᾷν, καὶ συνιδὼν τὸν ἐν τοῖς δικαστηρίοις (9) μοχθηρὸν καὶ ἄδικον βίον, ἐπὶ τὸν ἡσύχιον μᾶλλον ἐτρέπετο· καὶ τοῦτο ἐποίησε, ζηλώσας Εὐάγριον (10)· ὃς καὶ αὐτὸς φοιτῶν παρὰ τοῖς αὐτοῖς διδασκάλοις, τὸν ἡσύχιον πάλαι βίον μετήρχετο· εὐθύς τε καὶ μεταθεὶς τὸ σχῆμα καὶ βάδισμα, τοῖς ἀναγνώσμασι τῶν ἱερῶν γραμμάτων προσεῖχε τὸν νοῦν, καὶ συνεχεῖς ἐποιεῖτο τὰς ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν σπουδὰς (11). Πείθει δὲ καὶ Θεόδωρον καὶ Μάξιμον, συμφοιτητὰς αὐτῷ ὄντας παρὰ τῷ Σοφιστῇ Λιβανίῳ, καταλιπεῖν μὲν τὸν χρηματιστικὸν βίον, μετιέναι δὲ τὸν λιτόν. Ὧν Θεόδωρος μὲν ὕστερον Μόψου ἑστίας τῆς ἐν Κιλικίᾳ πόλεως ἐπίσκοπος γέγονε, Μάξιμος δὲ Σελευκείας τῆς ἐν Ἰσαυρίᾳ. Τηνικαῦτα οὖν οὗτοι σπουδαῖοι περὶ τὴν ἀρετὴν γενόμενοι, μαθητεύουσιν εἰς τὰ ἀσκητικὰ Διοδώρῳ καὶ Καρτερίῳ, οἵτινες τότε μὲν ἀσκητηρίῳ προ-

## CAP. III.

*De genere et institutione Joannis episcopi Constantinopolitani.*

Joannes igitur oriundus fuit Antiochia, quæ urbs est Syriæ Cœles, patre Secundo, matre Anthusa, nobili apud suos prosapia. In rhetorica Libanium Sophistam, in philosophia vero magistrum habuit Andragathium. Cumque causas agere jam pararet, considerans quam laboriosum quamque iniquum esset vivendi genus eorum qui in foro versantur, tranquilliorem vitam sequi maluit. Quod **311** quidem fecit exemplo Evagrii qui, sub iisdem cum illo præceptoribus eruditus, ad quietam vivendi rationem jampridem se contulerat. Confestim igitur B mutato habitu atque incessu, lectioni sacrarum Litterarum animum applicuit, et frequenter ad ecclesiam orationis causa properabat. Persuasit etiam Theodoro et Maximo condiscipulis suis, qui una cum ipso Libanium Sophistam audiverant, ut relicta professione quæ nihil præter quæstum spectaret, simplicem potius ac tenuem vitam amplecterentur. Ex his Theodorus quidem Mopsuestiæ in Cilicia, postmodum episcopus fuit, Maximus vero Seleuciæ in Isauria. Tunc temporis vero

## VALESII ANNOTATIONES.

(9) *Τὸν ἐν τοῖς δικαστηρίοις*. Non displicet conjectura quæ olim mihi in mentem venerat, scribendum hic esse τῶν ἐν τοῖς δικαστηρίοις. Porro Joannem Chrysostomum Socrates quidem et Sozomenus causidicinam non exercuisse scribunt. Aiunt enim eum e Libanii schola digressum, cum jam in foro causas acturus esse crederetur, C repente ad tranquilliorem vitam se contulisse; sunt tamen qui affirment, eum causas actitasse aliquandiu. Idque innuere videtur epistola Libanii, quam refert Isidorus Pelusiota in lib. II *Epistol*. Sed hæc epistola Libanii, vereor ne ad alterum quempiam Joannem scripta sit, qui tum Constantinopoli causas agebat, et qui Panegyricum illic dixit Theodosio ob filios ad consortium regni assumptos. Noster autem Chrysostomus, qui circa Valentis imperii initium e schola Libanii egressus est, nec Antiochia excessit, ut Libanius, qui Antiochiæ rhetoricam profitebatur, ad illum absentem litteras daret, nec Theodosium laudare potuit, qui eo tempore nondum erat imperator. Neque enim de alio imperatore verba Libanii accipi possunt, quam de Theodosio, qui filios suos in consortium imperii ascivit. Chrysostomum tamen inter causidicos aliquandiu militasse apparet ex initio libri primi *De sacerdotio*: Οὐ γὰρ ἦν τὸν δικαστηρίῳ προσεδρεύοντα, καὶ περὶ τὰς ἐν τῇ σκηνῇ τέρψεις ἐπτοημένον, συγγίνεσθαι πολλάκις τῷ βιβλίοις προσηλωμένῳ.

(10) *Ζηλώσας Εὐάγριον*. Quisnam sit hic Evagrius, qui diu ante Chrysostomum, relicto Libanii auditorio, pium ac religiosum vivendi genus amplexus fuerat, obscurum est. Neque enim Evagrium Ponticum esse existimo, qui postea sub Gregorio Nazianzeno et sub Nectario diaconus fuit Constantinopoli, atque inde in Ægypti solitudinem migravit. Baronius ad annum Christi 382, Evagrium hunc condiscipulum Chrysostomi vocat juniorem Evagrium, filium Evagrii nobilissimi civis Antiocheni; eumque ante Chrysostomum ait in eremum concessisse, et sub Diodoro atque Carterio monasticam vitam egisse. Sed nescio unde Baronius hæc hauserit, nec cur hunc Evagrium juniorem nominet. Nisi forte Evagrium hunc juniorem cognominavit, ad distinctionem senioris Evagrii Antiochensis, cujus supra mentionem fecerat ad annum Christi 372, ex epistola Basilii Magni ad Eusebium Samosatensem, cujus hæc sunt verba: Ὁ πρεσβύτερος Εὐάγριος, ὁ υἱὸς Πομπηϊανοῦ τοῦ Ἀντιοχέως, ὁ συναπάρας ποτὲ ἐπὶ τὴν δύσιν τῷ μακαρίῳ Εὐσεβίῳ. Interpres Latinus ita vertit: *Senior Evagrius, filius Pompeiani Antiochensis*, etc., cum vertere debuisset, *Evagrius presbyter*; de quo Hieronymus in *Chronico* Eusebii ita scribit: *Zenobia apud Immas, haud longe ab Antiochia vincitur; in qua pugna strenuissime adversus eam dimicavit Pompeianus dux cognomento Francus, cujus familia hodieque apud Antiochiam perseverat, ex cujus Evagrius, presbyter charissimus nobis, stirpe descendit.* Ejusdem mentionem facit Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*. Atque ego hunc D ipsum esse existimo condiscipulum Chrysostomi, cujus hic meminit Socrates. Nam quod de juniore Evagrio scribit Baronius, nullo auctore nititur.

(11) *Συνεχεῖς ἐποιεῖτο τὰς ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν σπουδάς*. Pessime hunc locum transtulerunt interpretes; nam Musculus quidem ita vertit: *Ad irremissam Ecclesiarum curam gerebat*. Christophorsonus vero hoc modo: *Operamque navavit assidue, ut Ecclesiæ Christi prodesset*. Magis probo versionem Epiphanii Scholastici, quæ sic habet: *Et frequentius ad sanctam concurrebat ecclesiam*.

## VARIORUM.

(f) *Ἰωάννης*. Ab insigni qua pollebat facundia, Chrysostomus dictus: sed quando ita cognominari cœpit, vivusne an mortuus, incertum relinquit clariss. Dom. L. E. Du Pin. Natum ait Guil. Cave circa ann. 354. Hujus vitam multi scripsere, sed optime omnium Palladius.

Digitized by Google

summo studio ad virtutis apicem contendentes, A monasticam vitam sub Diodoro et Carterio didicerunt, qui tunc quidem monasteriis præerant. Postea vero Diodorus ad episcopatum Tarsi promotus, multos conscripsit libros, simplicem duntaxat atque obvium Scripturarum sensum inquirens, allegoricam vero earum interpretationem refugiens. Sed de his satis. Joannem porro familiariter degentem cum Basilio, qui tunc quidem diaconus erat a Meletio constitutus, postea vero Cæsareæ Cappadociæ fuit episcopus, Zeno 312 episcopus Hierosolymis rediens lectorem Antio-

ἵσταντο (12). Διόδωρος δὲ αὐτῶν ὕστερον ἐπίσκοπος Ταρσοῦ γενόμενος, πολλὰ βιβλία συνέγραψε, ψιλῷ τῷ γράμματι τῶν θείων προσέχων Γραφῶν, τὰς θεωρίας αὐτῶν ἐκτρεπόμενος (13). Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τούτων. Ἰωάννην δὲ ἅμα Βασιλείῳ, τῷ ποτε μὲν διακόνῳ (14) ὑπὸ Μελετίου καταστaθέντι, μεταταῦτα δὲ γενομένῳ Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν ἐπισκόπῳ, τὰ πολλὰ συνδιάγοντα (15), Ζήνων ὁ ἐπίσκοπος ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ὑποστρέφων (16), ἀναγνώστην τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἐκκλησίας καθίστησιν. Ἐν τῇ τοῦ ἀναγνώστου οὖν τάξει καθεστὼς, τὸν κατὰ Ἰουδαίων λόγον συνέταξεν [6]. Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ

## VALESII ANNOTATIONES.

(12) *Ἀσκητηρίῳ προΐσταντο.* Lex grammatica postulat, ut scribatur ἀσκητηρίων, quemadmodum legitur apud Sozomenum. Nec aliter legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet. B Porro hæc Diodori et Carterii ἀσκητήρια Baronius quidem Græcos scriptores secutus, extra urbem sita fuisse existimat. Sed vir doctus, qui vitam Joannis Chrysostomi Gallico sermone nuper edidit, in urbe Antiochia fuisse contendit : cui tamen assentiri non possum. Probabilius est in suburbanis posita fuisse hæc domicilia, ut viri pii ac religiosi qui contemplationi et sacrorum librorum lectioni assidue vacabant, ab omni turba ac tumultu procul abessent. Quod autem idem vir doctus objicit ox Theodorito, Diodorum perpetuo versatum esse Antiochiæ, et grassantibus Arianis fortiter restitisse, nostram sententiam nullatenus labefactat. Ex suburbano enim monasterio facile potuit Diodorus, quoties vellet, in urbem venire.

(13) *Τὰς θεωρίας αὐτῶν ἐκτρεπόμενος.* Idem de Diodoro Tarsensi ait Sozomenus, eum sacras litteras πρὸς τὸ ῥητόν, id est ad litteram exposuisse, abstrusiorem vero et mysticum sensum refugisse. Idem etiam de illo scribit Hieronymus C in libro *De scriptoribus ecclesiasticis : Exstant ejus in Apostolum Commentarii, et multa alia, ad Eusebii magis Emiseni characterem pertinentia : cujus cum sensum secutus sit, eloquentiam imitari non potuit, propter ignorantiam sæcularium litterarum.* Ait Hieronymus Diodorum secutum esse sensum Eusebii Emiseni, id est, methodum in explanandis Scripturis. Videamus igitur quem sensum secutus sit Eusebius Emisenus. Ipse nos doceat Hieronymus, de Eusebio Emiseno ita scribens : *Magisque historiam secutus, ab iis qui declamare volunt, studiosissime legitur.* Ex quibus apparet Eusebium in exponendis Scripturis præcipue secutum esse sensum historicum et litteralem : mysticum vero et allegoricum non attigisse. Hos enim sensus complectitur ἡ θεωρία. Differt itaque allegoria a theoria, ut species a genere. Sane Diodorus Tarsensis episcopus, de quo nunc loquimur, librum scripserat hoc titulo, *Τίς διαφορὰ θεωρίας καὶ ἀλληγορίας*, teste Suida in voce Διόδωρος, hoc est, D *Quodnam discrimen sit inter theoriam et allegoriam.* Cæterum miror Hieronymum, qui Diodorum nec eloquentia, nec sæcularium litterarum scientia instructum fuisse dicat. Theodoritus tamen, in lib. IV *Historiæ*, ejus eloquentiam limpidissimo amni comparat : et Photius, in *Bibliotheca*, eum in dicendo purum ac perspicuum fuisse testatur.

(14) *Βασιλείῳ τῷ ποτε μὲν διακόνῳ.* Scribendum puto τῷ τότε μὲν διακόνῳ. Sequitur enim μετὰ ταῦτα δὲ γενομένῳ Καισαρείας ἐπισκόπῳ. Conjecturam nostram confirmat Epiphanius Scholasticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit : *Qui tunc a Meletio factus erat diaconus.* Porro Basilium Magnum a Meletio Antiochensi episcopo factum esse diaconum, scribit etiam Amphilochius in ejus Vita. Verum liber ille totus refertus est fabulis ac mendaciis. Sane cum Basilius Magnus lector ac presbyter per legitimos gradus promotus sit Cæsareæ, ut testatur Gregorius Nazianzenus in oratione funebri de laudibus ejusdem Basilii, vix credibile est, eum alibi quam Cæsareæ factum esse diaconum.

(15) *Τὰ πολλὰ συνδιάγοντα.* Chrysostomum familiariter vixisse cum Basilio constat ex libris Chrysostomi *De sacerdotio*. Sed quisnam fuerit Basilius ille, de quo in iis libris loquitur Chrysostomus, incertum est. Socrates quidem hoc loco affirmat esse Basilium Magnum, Photius vero in *Bibliotheca* Basilium Seleuciensem episcopum. Utriusque sententiam merito refellit Baronius ad annum Christi 382. Certe Chrysostomus initio ejus libri testatur, se et Basilium illum de quo ibi loquitur, eosdem semper præceptores habuisse. Atqui Basilius quidem Magnus Athenis rhetoricam didicit : Chrysostomus vero diu postea Libanium audivit Antiochiæ. Quod si Basilius Magnus is esset quem Chrysostomus inter sodales atque amicos suos principem locum obtinuisse dicit, exstarent hodie aliqua indicia ejus amicitiæ in epistolis Basilii. Atqui ex tot ejus epistolis quæ ad nos pervenerunt, nulla legitur ad nostrum Joannem data. Proinde assentior Baronio, qui Basilium illum, sodalem Chrysostomi, ait fuisse Basilium episcopum Raphanæ, vel certe Basilium episcopum Bybli. Hi enim ambo fuerunt æquales Chrysostomi, quippe qui subscripserint concilio Constantinopolitano.

(16) *Ζήνων ὁ ἐπίσκοπος ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ὑποστρέφων.* Nicephorus, nescio quem auctorem secutus, Zenonem hunc episcopum facit Gazæ seu Maiumæ. Sed cum Zeno episcopus Maiumæ creatus fuerit regnante Theodosio, ut scribit Sozomenus in libro quinto, capite 8; alius sit oportet ab illo Zenone qui Chrysostomum lectorem ordinavit, cum Chrysostomus lector factus sit principatu Valentis Augusti, anno Domini circiter 370. Baronius vero in *Annalibus ecclesiasticis*, ad annum Christi 382, Zenonem hunc a quo Chrysostomus lector Antiochiæ est ordinatus, scribit episcopum fuisse Tyri, cum qui interfuit concilio Constantinopolitano; et tunc absente Meletio vicarium ejus fuisse in Ecclesia Antiochena.

## VARIORUM.

[6] *Τὸν κατὰ Ἰουδαίων λόγον συνέταξεν.* Adversus Judæos sex libros conscripsit. Anonymus vero Βιογράφος rectius orationes hasce ab eo presbytero habitas esse refert. Primam in orationum contra Judæos numerum referendam non esse contendit Savilius.

Digitized by Google

τῆς τοῦ διακόνου ἀξίας παρὰ Μελετίου τυχὼν, τοὺς A περὶ ἱερωσύνης λόγους συνέταξε [h], καὶ τοὺς πρὸς Σταγείριον· ἔτι μὴν καὶ τοὺς περὶ ἀκαταλήπτου, καὶ τοὺς περὶ τῶν συνεισάκτων. Μεταταῦτα δὲ Μελετίου ἐν Κωνσταντίνου πόλει τελευτήσαντος· ἐκεῖ γὰρ παραγεγόνει διὰ τὴν Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζηνοῦ κατάστασιν· ἀναχωρήσας Ἰωάννης τῶν Μελετιανῶν, καὶ μήτε Παυλίνῳ συγκοινωνῶν, ἐπὶ τρεῖς ὅλους ἐνιαυτοὺς ἡσύχως διῆγεν· ὕστερον δὲ, Παυλίνου τελευτήσαντος, ὑπὸ Εὐαγρίου (17) τοῦ διαδεξαμένου Παυλῖνον χειροτονεῖται πρεσβύτερος. Αὕτη μὲν ἡ Ἰωάννου πρὸ τῆς ἐπισκοπῆς, ὡς συντόμως εἰπεῖν, διαγωγή. Ἦν δὲ ἄνθρωπος, ὥς φασι, διὰ ζῆλον σωφροσύνης πικρότερος, καὶ πλέον, ὡς ἔφη τις τῶν οἰκειοτάτων αὐτῷ ἐκ νέας ἡλικίας, θυμῷ μᾶλλον ἢ αἰδοῖ ἐχαρίζετο· καὶ διὰ μὲν ὀρθότητα βίου οὐκ B ἀσφαλῆς πρὸς τὰ μέλλοντα, δι' ἁπλότητα δὲ εὐχερής. Ἐλευθεροστομίᾳ τε πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀμέτρως ἐκέχρητο· καὶ ἐν μὲν τῷ διδάσκειν πολὺς ἦν ὠφελῆσαι τὰ τῶν ἀκουόντων ἤθη· ἐν δὲ ταῖς συντυχίαις ἀλαζονικὸς τοῖς ἀγνοοῦσιν αὐτὸν ἐνομίζετο.

chenæ Ecclesiæ designavit. In hoc lectorum ordine adhuc constitutus, librum contra Judæos composuit. Nec multo post diaconi dignitatem a Meletio consecutus, scripsit libros de sacerdotio, et alios adversus Stagirium : ad hæc de incomprehensibili Dei natura, et de commanentibus mulieribus. Posthæc Meletio mortuo Constantinopoli : illuc enim profectus fuerat Meletius propter ordinationem Gregorii Nazianzeni : Joannes a Meletianorum consortio recedens, nec tamen Paulini communionem amplexus, tres annos continuos in summa quiete vixit. Tandem vero, post obitum Paulini, ab Evagrio ejus successore presbyter ordinatur. Et ante episcopatum quidem, ut summatim dicam, hujusmodi vita Joannis fuit. Fuit autem, ut ferunt, ob nimium temperantiæ studium acerbior et, sicut aiebat quidam qui cum illo ab ineunte ætate familiariter vixerat, iræ magis deditus quam verecundiæ. Et ob vitæ quidem sanctimoniam incautus adversus futura, ob simplicitatem vero apertus et facilis. Immodica etiam loquendi libertate erga omnes utebatur. Et in docendo quidem id præcipue spectabat, ut mores audientium emendaret. In congressibus vero arrogantior videbatur iis qui mores ipsius ignorabant.

## ΚΕΦΑΛ. Δ'.

*Περὶ Σαραπίωνος τοῦ διακόνου, καὶ ὅπως δι' αὐτὸν ὁ ἐπίσκοπος ἐχθρὸς τῷ κλήρῳ κατέστη καὶ πολέμιος.*

Τοιοῦτος ὢν τὸ ἦθος, καὶ ἐπὶ τὴν ἐπισκοπὴν προβληθεὶς, μείζονι ἢ ἐχρῆν τῇ ὀφρύϊ κατὰ τῶν ὑπηκόων ἐκέχρητο, διορθοῦν τοὺς βίους τῶν ὑφ' αὐτῷ κληρικῶν [i], ὡς ᾤετο, προαιρούμενος. Εὐθὺς οὖν ἐν

## 313 CAP. IV.

*De Serapione diacono, et quomodo Joannes ejus causa clericis suis invisus extiterit.*

His moribus præditus Joannes, et ad episcopatus honorem provectus, majori, quam par erat, severitate in subditos usus est, dum clericorum suorum vitam, sicut sperabat, corrigere vellet.

## VALESII ANNOTATIONES.

Qua quidem in re facile assentior Baronio. Sed quod Socratem ibidem reprehendit, qui Zenonem illum fuisse dixerit episcopum Hierosolymorum, in eo perspicue fallitur. Neque enim Socrates Zenonem facit episcopum Hierosolymorum, sed tantum ait, Zenonem episcopum Hierosolymis redeuntem, ordinasse Chrysostomum lectorem Antiochiæ. Profectus autem fuerat Zeno Hierosolyma, vel orationis causa, ut mos fuit illorum temporum, vel ob aliquam ecclesiasticam necessitatem. Verum hoc loco nascitur difficultas. Si enim Zeno Hierosolymis rediens, lectorem Antiochiæ ordinavit Chrysostomum, necessario civitas cujus fuit episcopus, longius remota fuerit oportet ab Hierosolymis quam Antiochia, aut certe ad latus Antiochiæ sita. Quod de urbibus Tyro et Gaza dici non potest. Ambæ enim longe viciniores sunt Hierosolymis quam Antiochia. Alterius igitur civitatis episcopus fuit Zeno iste, qui lectorem Antiochiæ C constituit Chrysostomum. Zenonis cujusdam episcopi qui concilio Antiocheno interfuit sub Meletio, mentio fit in epistola 69 Basilii Magni : sed sedis nomen non ascribitur. Scio Palladium in Vita Chrysostomi scribere, eum a Meletio lectorem esse ordinatum. Verum hoc ita intelligendum puto, ut a Meletio id factum esse dicatur, quod a Zenone factum est, ejus vices agente.

(17) *Ὑπὸ Εὐαγρίου*. Hic est Evagrius de quo supra locuti sumus. Sed quod ait Socrates, Chrysostomum ab Evagrio ordinatum esse presbyterum, parum probabile est. Nam si verum est quod ait Socrates, Chrysostomum mortuo Meletio a communione Paulini abstinuisse, quomodo Evagrii qui successor Paulini fuit, ordinationem suscepisset? Præstat igitur sequi Palladium, Simeonem Metaphrasten, et reliquos, qui Chrysostomum a Flaviano episcopo ad presbyterii gradum evectum esse scribunt.

## VARIORUM.

[h] *Τοὺς περὶ ἱερωσύνης λόγους συνέταξε*. De Sacerdotio libros VI, dum adhuc in eremo hæreret, maximam partem elaboratos, postea diaconus factus ad umbilicum perduxit, inquit Guil. Cave. His primum locum τῷ τε ὕψει, καὶ τῇ φράσει, καὶ τῇ λειότητι, καὶ τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων jure merito Suidas tribuit.

[i] *Διορθοῦν τοὺς βίους τῶν ὑφ' αὐτῷ κληρικῶν*. D Dum in gulam eorum et avaritiam, et inverecundam illam vitam, quam cum mulieribus illis quæ dicuntur *subintroductæ*, agebant, inveheretur : dumque hortaretur viros, ut in nocturnis precibus assidui essent, eo quod interdiu non vacarent. Hoc autem angebat negligentiores e clero, noctem totam dormire solitos. Palladius in *Vita S. Chrysostomi*, pag. 45 etc., edit. Emerici Bigotii.

Digitized by Google

Statim igitur in ipso episcopatus exordio, cum ecclesiasticis viris asperior visus esset, in odium illorum venit: multique eum aversari, et tanquam iracundum vitare cœperunt. Incitabat autem illum Serapio ejus diaconus, ut omnium animos a se alienaret. Qui quadam die coram universo clero contenta voce episcopum sic allocutus est: Nunquam istis dominari poteris, o episcope, nisi una virga omnes abegeris. Hoc ejus dictum cunctorum odium adversus episcopum excitavit. Haud multo post episcopus multos variis de causis ecclesia ejecit. Illi vero, sicut in violento dominatu fieri solet, contra eum conspirarunt, eumque apud populum calumniati sunt. Porro ut multi audientium criminationibus fidem accommodarent, id præcipue faciebat, quod episcopus cum nemine unquam vesci vellet, nec vocatus ad convivium accedere. Qua potissimum ex causa gravis adversus illum calumnia invaluit. Cæterum quo consilio solus cibum capere instituerit, nemo unquam pro certo potuit exponere. Nam qui illum defendere cupiunt, aiunt illum imbecillioris fuisse stomachi, et morosum ac difficilem in sumendo cibo, atque idcirco solum comedere solitum. Alii dicunt, propter districtioris vitæ disciplinam id ab illo factum esse. Sed utcunque se res habuerit, non parum momenti attulit ejus accusatoribus ad struendam in eum calumniam. Populus tamen ob conciones quas ille in ecclesia habebat, ei favebat, eumque singulari amore prosequebatur, spretis iis qui accusare illum conabantur. Quales porro fuerint ejus conciones, seu quæ ab ipso editæ, seu quæ ex ore dicentis a notariis exceptæ sunt, quam illustres, et ad alliciendos auditorum animos accommodatæ, quid nunc attinet dicere, **314** cum liceat iis qui voluerint, eas pervolvere, et uberem ex illis fructum percipere?

ἀρχῇ φανεὶς τοῖς τῆς ἐκκλησίας τραχὺς, ὑπ' αὐτῶν ἐμισεῖτο, πολλοί τε πρὸς αὐτὸν ἀπηχθάνοντο, καὶ ὡς ὀργίλον ἐξέκλινον. Ἐνῆγε δὲ αὐτὸν πρὸς τὸ πᾶσι προσκρούειν Σαραπίων διάκονος ὑπ' αὐτῷ ταττόμενος. Καί ποτε παρόντων τῶν κληρικῶν, μεγάλῃ τῇ φωνῇ πρὸς τὸν ἐπίσκοπον τοιοῦτον λόγον ἐφθέγξατο· Οὔποτε, ὦ ἐπίσκοπε, τούτων κρατῆσαι δυνήσῃ, εἰ μὴ μιᾷ ῥάβδῳ πάντας ἐλαύνοις. Τοῦτο λεχθὲν τὸ κατὰ τοῦ ἐπισκόπου μῖσος ἐξήγειρεν. Ὁ δὲ ἐπίσκοπος οὐκ εἰς μακρὰν πολλοὺς τῆς ἐκκλησίας, ἄλλον δι' ἄλλην αἰτίαν ἐξέβαλλεν· οἱ δὲ, οἷα φιλεῖ γίνεσθαι ἐν ταῖς τοιαύταις τῶν κρατούντων ὁρμαῖς, φατρίας συνίστασαν κατ' αὐτοῦ, καὶ διαβολαῖς πρὸς τὸν δῆμον ἐκέχρηντο. Εἰς πίστιν δὲ ἦγεν τοὺς ἀκούοντας τὰ λεγόμενα, τὸ μὴ βούλεσθαι τὸν ἐπίσκοπον συνεσθίειν τινὶ, μηδὲ καλούμενον ἐφ' ἑστίαν παραγίνεσθαι· ἐξ οὗ καὶ μάλιστα ἡ μείζων ἐκράτησε διαβολὴ κατ' αὐτοῦ. Καὶ τίνι μὲν σκοπῷ συνεσθίειν οὐδενὶ προῄρητο [1], σαφῶς οὐδεὶς ἀπαγγεῖλαι δεδύνηται. Οἱ μὲν γὰρ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογεῖσθαι βουλόμενοι ἔφασκον, ὡς εἴη ἐμπαθὴς, καὶ δυσφόρως τὰ σιτία προσφέροιτο (18), καὶ διὰ τοῦτο μόνος ἐσθίει. Ἄλλοι δὲ, ὅτι δι' ὑπερβάλλουσαν ἄσκησιν τοῦτο ἐποίει. Ὅπως δὲ ἀληθείας ἂν εἶχε τὸ γινόμενον, οὐ μικρὰ συνεβάλλετο πρὸς διαβολὴν τοῖς κατηγοροῦσιν αὐτοῦ. Ὁ μέντοι λαὸς, διὰ τοὺς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ λεγομένους ὑπ' αὐτοῦ λόγους, σφόδρα συνεκρότει καὶ ἠγάπα τὸν ἄνθρωπον, μικρὰ φροντίζων τῶν κατηγορεῖν ἐπιχειρούντων αὐτοῦ. Ὁποῖοι δέ εἰσιν οἵ τε ἐκδοθέντες παρ' αὐτοῦ λόγοι, καὶ οἱ λέγοντος αὐτοῦ ὑπὸ τῶν ὀξυγράφων ἐκληφθέντες, ὅπως τε λαμπροὶ, καὶ τὸ ἐπαγωγὸν ἔχοντες, τί δεῖ νῦν λέγειν, ἐξὸν τοῖς βουλομένοις αὐτοὺς ἀναλέγεσθαι, καὶ τὴν ἐξ αὐτῶν ὠφέλειαν καρποῦσθαι;

## CAP. V.

*Quod Joannes non solum adversus clericos, verum etiam adversus optimates simultates habuerit; et de Eutropio eunucho.*

Et quandiu quidem solos clericos pulsabat Joannes, leves erant insidiæ quæ adversus eum comparabantur. Sed postquam multos ex ipsis proce-

## ΚΕΦΑΛ. Ε'.

*Ὅτι οὐ πρὸς τοὺς ἐν τῷ κλήρῳ μόνον Ἰωάννης, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἐν τέλει διεφέρετο· καὶ περὶ Εὐτροπίου τοῦ εὐνούχου.*

Ἕως μὲν οὖν τῷ κλήρῳ μόνῳ προσέκρουεν, ἀσθενὴς ἦν σκευωρουμένη ἡ κατ' αὐτοῦ μηχανή. Ἐπειδὴ δὲ καὶ πολλοὺς τῶν ἐν τέλει πέρα τοῦ προσήκοντος

### VALESII ANNOTATIONES.

(18) *Δυσφόρως τὰ σιτία προσφέροιτο.* Epiphanius Scholasticus vertit, *quod turpiter manducaret.* Quam interpretationem nemo, ut opinor, probaverit. Melius Nicephorus, καὶ τὸ δυσφόρως ἔχειν τὸν στόμαχον, ἀσθενῶς περὶ τὸ πέττειν ἔχοντα τὰ σιτία. Id est, *et quod ægrum haberet stomachum, haud satis firmum ad coquendos cibos.* Ego morosum ac difficilem in capiendo cibo interpretari malim, propter ægritudinem stomachi.

### VARIORUM.

[1] *Τίνι μὲν σκοπῷ συνεσθίειν οὐδενὶ προῄρητο.* Αὐτὸς ἤσθιεν μόνος, ὡς ἐκ μέρους γινώσκω, διὰ ταύτας τὰς αἰτίας — *Ipse solus edebat, ut ex parte novi, has ob causas: Primum quidem vinum non bibebat ob capitis calorem; nisi forte per æstum rosaceo uteretur. Secundo, quia stomachus ejus ob quamdam infirmitatem inordinatus erat, ita ut edulia bene præparata ipsi injucunda viderentur; et requireret alia quæ non adessent. Deinde aliquando edere obliviscebatur, ad vesperam usque differens; partim curis ecclesiasticis occupatus, partim divinis contemplationibus abstractus. Contendebat enim ut nihil divinarum Scripturarum sibi impervium esset. Talia autem aut inediam, aut levem cibum amant. Ad summam autem, ut puto, et verissime, valde parcus erat erga convivas luxuriosos, sacrilegium ratus sumptus qui in tales fierent, simul et œconomis furandi occasiones præcidens, ne decuplarent pretia opsoniorum in brevibus, necessitates pauperum sibi vendicantes.* Palladius, pag. 102.

Digitized by Google

ἐξελέγχειν ἐπειρᾶτο, τηνικαῦτα καὶ ὁ κατ' αὐτοῦ φθόνος πλείων ἐξήπτετο· καὶ πολλὰ μὲν ἐλέγετο κατ' αὐτοῦ· τὰ πλεῖστα δὲ λοιπὸν καὶ πίστιν ἐνεποίει τοῖς ἀκούουσι. Προσθήκην δὲ τῇ διαβολῇ ἐποίει, ἡ κατὰ Εὐτροπίου τότε λεχθεῖσα ὑπ' αὐτοῦ προσομιλία. Εὐτρόπιος γὰρ εὐνοῦχος προεστὼς τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος, καὶ τὴν τοῦ ὑπάτου ἀξίαν πρῶτος εὐνούχων παρὰ βασιλέως λαβὼν, ἀμύνασθαί τινας προσφεύγοντας τῇ ἐκκλησίᾳ βουλόμενος, σπουδὴν πεποίητο νόμον παρὰ τῶν αὐτοκρατόρων προτεθῆναι, κελεύοντα μηδένα προσφεύγειν ταῖς ἐκκλησίαις, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἤδη προσφεύγοντας ἀφέλκεσθαι. Δίκη δὲ εὐθὺς ἐπηκολούθει. Προὔκειτο γὰρ ὁ νόμος, καὶ μετ' οὐ πολὺ προσκρούσας τῷ βασιλεῖ ὁ Εὐτρόπιος, ἐν τοῖς πρόσφυξιν ἦν. Ὁ οὖν ἐπίσκοπος, τοῦ Εὐτροπίου ὑπὸ τὸ θυσιαστήριον κειμένου, καὶ ἐκπεπληγότος ὑπὸ τοῦ φόβου, καθεσθεὶς ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος [k] (19), ὅθεν εἰώθει καὶ πρότερον ὁμιλεῖν χάριν τοῦ ἐξακούεσθαι, λόγον ἐλεγκτικὸν ἐξέτεινε κατ' αὐτοῦ. Ἐφ' ᾧ πλέον ἐδόκει προσκρούειν τισὶν, ὅτι τὸν ἀτυχοῦντα οὐ μόνον οὐκ ἠλέει, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐναντίου καὶ ἤλεγχεν. Εὐτροπίου μὲν οὖν τότε [l] τὴν ὕπατον ἀξίαν ἐγχειρίζοντος, διά τινα πταίσματα ὁ βασιλεὺς τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθῆναι ἐκέλευσεν· ἐκ δὲ τοῦ καταλόγου τῶν ὑπάτων περιῃρέθη τὸ ὄνομα, καὶ μόνου τοῦ συνυπατεύσαντος Θεοδώρου ἐγέγραπτο (20). Λόγος δὲ, ὅτι ὁ ἐπίσκοπος Ἰωάννης καὶ Γαϊνᾶν τὸν τηνικαῦτα στρατηλάτην, τῇ συνήθει παῤῥησίᾳ χρώμενος, ἰσχυρῶς περιύβρισεν, ὅτι μίαν ἐκκλησίαν τῶν ἐντὸς τῆς πόλεως προσνεμηθῆναι τοῖς ὁμοθρήσκοις αὐτοῦ Ἀρειανοῖς παρὰ τοῦ βασιλέως αἰτῆσαι ἐτόλμησεν. Ἄλλον τε δι' ἄλλην αἰτίαν τῶν κρατούντων ἐξήλεγχεν σὺν παῤῥησίᾳ πολλῇ, δι' ἣν πολλοῖς διάφορος ἦν. Ὅθεν καὶ Θεόφιλος ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, εὐθὺς μετὰ τὴν χειροτονίαν, ἐπενόει ὅπως αὐτὸν σκευωρήσηται· καὶ τισι μὲν τῶν παρόντων περὶ τούτου κρυφαίως διελέγετο, πολλοῖς δὲ καὶ τῶν μακρὰν ἀπόντων τὴν οἰκείαν διήγγειλε βούλησιν. Ἐλύπει γὰρ αὐτὸν οὐ μόνον ἡ ὑπερβάλλουσα Ἰωάννου παῤῥησία, ἀλλ' ὅτι

A ribus acerbius quam decebat reprehendere aggressus est, tum vero gravior contra illum invidia exarsit. Et multa quidem adversus eum dicebantur: pleraque vero deinceps pro veris ab audientibus accipiebantur. Porro calumniam non mediocri accessione auxit oratio, ab illo tunc temporis habita contra Eutropium. Nam Eutropius eunuchus præpositus imperialis cubiculi, et qui consulatus dignitatem ab imperatore primus ex omnibus eunuchis acceperat, cum de nonnullis qui ad ecclesiam confugerant, pœnas sumere vellet, operam dederat ut lex ab imperatoribus promulgaretur, jubens ne quis ad ecclesias profugeret, sed ut quicunque ad eas confugissent, inde abstraherentur. Verum Dei vindicta continuo subsecuta est. Vix B enim lex proposita erat, cum Eutropius in offensionem veniens imperatoris, ipse quoque ad ecclesiam confugit. Episcopus igitur, dum Eutropius sub mensa altaris jaceret metu perculsus, sedens in ambone, unde etiam antea concionari solebat, quo facilius ab omnibus exaudiretur, objurgatoriam in eum habuit orationem. Quo facto visus est adhuc quorumdam animos a se alienare, quod hominem adversa utentem fortuna non modo miseratus non esset, verum etiam corripuisset. Eutropium igitur consulatum tunc gerentem imperator ob delicta quædam capite plecti jussit. Nomen quoque ejus ex fastis consularibus erasum est, solius Theodori qui collega ejus in consulatu fuerat, perscripto vocabulo. Gainam prælerea tunc C magistrum militum, Joannes episcopus solita libertate utens, **315** contumeliose reprehendisse dicitur, propterea quod ab imperatore petere ausus esset, ut ex ecclesiis intra urbem regiam positis una Arianis ejusdem cum ipso fidei cultoribus attribueretur. Plures quoque alios ex optimatibus, variis ex causis libere reprehendit: quæ quidem loquendi libertas multorum inimicitias ei conciliavit. Unde etiam Theophilus Alexandrinæ urbis

## VALESII ANNOTATIONES.

(19) *Καθεσθεὶς ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος.* Ex hoc loco apparet, episcopos olim solitos non esse ex ambone seu pulpito concionem ad populum habere. Id enim tanquam singulare quidpiam in Chrysostomo notat Socrates, quod verba facturus conscendere in ambonem consuevisset, ut a populo facilius exaudiretur. Ut plurimum autem episcopi in gradibus altaris concionabantur. Id docet Childeberti regis constitutio, quam Sirmondus retulit in tomo primo *Conciliorum Galliæ*, pag. 300, sed mutilam. Nos ex vetustissimo Codice Corbeiensi lacunam ita supplemus: *Qualiter in sacrilegos Dei injuria vindicetur, nostrum est pertractandum. Et quia fides nostra ut verba de altario sacerdote faciente quæcunque de Evangelio, prophetis vel apostolo fuerit annuntiatum, in quantum Deus dat intellectum: ad nos querimonia processit*, etc. Sensus horum verborum, quæ corruptissima sunt, hic est: *Quoniam questi sunt sacerdotes, dum sermones faciunt ad populum, bansatrices per agros ambulare, et populum ab ecclesia revocare, idcirco jubemus*, etc. D Vide Baronium ad annum Christi 407, numero 17.

(20) *Καὶ μόνου τοῦ συνυπατεύσαντος Θεοδώρου ἐγέγραπτο.* In codice Florentino scriptum est ἐγέγραπται, pro ἐγγέγραπται, quod magis placet. Hinc est quod in *Fastis* Prosperi, Idatii et Cassiodori, hic annus Manlium Theodorum solum habet consulem, expuncto Eutropii nomine. Porro de Eutropii nece consulendus est Zosimus.

## VARIORUM.

[k] *Ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος.* *Ambon* est vox Græcæ originis, significans quidquid eminet ac protuberat, forma rotunda vel κωνοειδεῖ, ἀπὸ τοῦ ἀμβαίνειν, sive ἀναβαίνειν. Denotat ergo *pulpitum*, *suggestum*, *cathedram* in mediis templis. *Suicer*. Vide etiam eruditiss. *Jos. Bingham* in *Originibus ecclesiasticis*, vol. III, part. I, pag. 165. Porro hæc Chrysostomi oratio exstat in tomo VIII, pag. 67 ed. Savil.

[l] *Εὐτροπίου μὲν οὖν τότε* — Tribigildus, qui militibus in Phrygia præerat, verno tempore anni

Digitized by Google

episcopus statim post ejus ordinationem sollicite cœpit inquirere, qua ratione illum everteret. Et cum nonnullis quidem qui aderant, ea de re clanculo collocutus est : multis vero longius dissitis consilium suum per litteras significavit. Neque enim solum immodica Joannis libertas ei displicebat, verum etiam quod Isidorum presbyterum suum ad episcopatum Constantinopoleos promovere minime valuisset. Hoc in statu erant res Joannis episcopi; statimque in ipso pontificatus exordio malum ei imminebat. Verum de rebus illius plura deinceps dicturi sumus.

καὶ Ἰσίδωρον τὸν πρεσβύτερον ὑπ' αὐτῷ ταττόμενον εἰς τὴν ἐπισκοπὴν Κωνσταντίνου πόλεως προβάλλεσθαι οὐκ ἴσχυσεν. Ἐν τούτοις μὲν τὰ κατὰ Ἰωάννην τὸν ἐπίσκοπον ἦν· καὶ εὐθὺς ἐν ἀρχῇ κατ' αὐτοῦ ὤδινε τὸ κακόν. Καὶ τὰ μὲν περὶ αὐτοῦ προϊόντες δηλώσομεν.

## CAP. VI.

*De Gainæ Gothi tyrannide, et de tumultu quem Constantinopoli excitavit, deque ejus nece.*

Nunc vero rem memoratu dignam quæ illis ipsis temporibus accidit, commemorabo : qualiter divina providentia urbem regiam et rempublicam Romanam ex gravissimo discrimine insperatis subsidiis liberaverit. Quænam vero sit ea res, jam dicendum est. Gaina genere quidem barbarus fuit. Qui cum ad Romanos confugisset, et militiæ nomen dedisset, paulatim ad altiorem gradum evectus, tandem magister utriusque militiæ, tam peditum scilicet quam equitum, constitutus est. Ubi vero tantam adeptus est potestatem, nec semetipsum cognoscere, nec animum suum moderari potuit, sed omnem, ut vulgo dicitur, lapidem movere cœpit, ut imperium Romanum sub ditionem suam redigeret. Et Gothorum quidem gentem universam ex sedibus suis accivit. Propinquos autem suos militaribus numeris præficiendos curavit. Porro cum Tribigildus quidam ex ejus necessariis, qui tribunus militum erat in Phrygia, impulsu Gainæ res novas concitasset, et universam Phrygiam late vastaret, hujus negotii curam Gaina sibi committi curavit. Idque imperator Arcadius libenti animo ei concessit, cum nihil mali suspicaretur. Gaina igitur confestim profectus est, specie quidem adversus Tribigildum, reipsa autem ad occupandam tyrannidem, ducens secum Gothorum barbarorum maximam multitudinem. Qui cum Phrygiam esset ingressus, cuncta cœpit subvertere. Romanos vero gravis subito invasit trepidatio, tum ob ingentem numerum barbarorum qui cum Gaina erant, tum quod opulentissimis Orientis provinciis et ad omnia opportunis grave periculum

## ΚΕΦΑΛ. ϛ'.

*Περὶ τῆς τυραννίδος Γαΐνᾶ τοῦ Γότθου, καὶ τῆς ὑπ' αὐτοῦ γενομένης ταραχῆς ἐν Κωνσταντίνου πόλει, καὶ περὶ τῆς ἀναιρέσεως αὐτοῦ.*

Πρᾶγμα δὲ ἄξιον μνήμης ἐπὶ τῶνδε τῶν χρόνων γενόμενον διηγήσομαι, δεικνὺς ὅπως ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια τὴν πόλιν καὶ τὰ Ῥωμαίων ἐκ μεγίστου κινδύνου παραδόξοις βοηθείαις ἐῤῥύσατο. Τί δέ ἐστι τοῦτο, λεκτέον. Γαΐνᾶς βάρβαρος μὲν ἦν τὸ γένος· ὑπὸ Ῥωμαίοις δὲ γενόμενος, καὶ στρατείᾳ προσομιλήσας, κατὰ βραχὺ δὲ προκόψας, τέλος στρατηλάτης Ῥωμαίων ἱππικῆς τε καὶ πεζικῆς ἀναδείκνυται. Ἐπιλαβόμενος δὲ τῆς τηλικαύτης δυναστείας, ἑαυτὸν οὐκ ἐγίνωσκεν, οὐδὲ τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν κατέχειν ἠδύνατο. Ἀλλὰ πάντα λίθον, τὸ δὴ λεγόμενον, ἐκίνει, ὅπως ἂν ὑφ' ἑαυτῷ τὰ Ῥωμαίων ποιήσειε. Καὶ πᾶν μὲν τὸ Γότθων ἔθνος ἐκ τῆς αὐτοῦ χώρας μετεπέμψατο. Τοὺς δὲ αὐτῷ ἐπιτηδείους τῶν στρατιωτικῶν ἀριθμῶν, τούτους ἔχειν παρεσκεύαζεν (21). Τριβιγίλδου δὲ, ἑνὸς τῶν αὐτοῦ συγγενῶν, χιλιαρχοῦντος τῶν ἱδρυμένων ἐν τῇ Φρυγίᾳ στρατιωτῶν, καὶ γνώμῃ Γαΐνᾶ νεωτερίσαντος, καὶ τὰ Φρυγῶν ἔθνη παντάπασιν ἀνατρέποντος, αὐτὸς ἐπιτραπῆναι ἑαυτῷ κατασκευάζει τὴν τῶν ἐκεῖ πραγμάτων φροντίδα. Ἔπειτα ὁ βασιλεὺς Ἀρκάδιος, οὐδὲν προειδόμενος, ἑτοίμως ἐπέτρεψεν· καὶ ὃς εὐθὺς ἐπορεύετο, τῷ μὲν λόγῳ κατὰ Τριβιγίλδου· τῷ δὲ ἔργῳ τυραννῆσαι βουλόμενος· ἦγε δὲ μεθ' ἑαυτοῦ Γότθων βαρβάρων οὐκ ὀλίγας μυριάδας· καὶ καταλαβὼν τὴν Φρυγίαν, πάντα ἀνέτρεπεν. Εὐθὺς οὖν ἐν ταραχῇ ἦν τὰ Ῥωμαίων, οὐ μόνον διὰ τὸ προσὸν τῷ Γαΐνᾷ πλῆθος βαρβάρων, ἀλλ' ὅτι καὶ τὰ τῆς ἑῴας ἐπίκαιρα μέρη κινδυνεύειν ἔμελλε. Τότε δὴ ὁ βασιλεὺς, γνώμῃ χρηστῇ πρὸς τὸν παρόντα καιρὸν χρησάμενος, τέχνῃ μετῆλθε τὸν βάρβαρον. Διαπεμψάμενος γοῦν πρὸς αὐτὸν, πᾶσι λόγοις καὶ ἔργοις θεραπεύειν ἕτοιμος ἦν. Τούτου δὲ ἐξαι-

## VALESII ANNOTATIONES.

(21) *Τούτους ἔχειν παρεσκεύαζεν.* Hunc locum ita corrigendum puto : Τοὺς δὲ αὐτῷ ἐπιτηδείους τῶν στρατιωτικῶν ἀριθμῶν ἀρχὰς ἔχειν παρεσκεύαζεν. Emendationem nostram plane confirmat Sozomenus in libro VIII, cap. 4, ubi de hac Gainæ conspiratione loquitur his verbis : Καὶ τοὺς ἐπιτηδείους συνταγματάρχας καὶ χιλιάρχους κατέστησε. Hunc Sozomeni locum si consuluissent interpretes, felicius hæc Socratis verba interpretati essent.

## VARIORUM.

398 magnos motus in Phrygia excitavit, adeo ut multæ gentes ab Arcadio deficere cœperint. Gainas, qui ibidem militabat, scripsit ad imperatorem, non aliter Tribigildum ad officium reduci posse, nisi malorum omnium maximus auctor Eutropius ei dederetur, in quem ipse statueret quidquid vellet. His auditis Arcadius Eutropium omnibus dignitatibus exutum, et ex ecclesia extractum in Cyprum relegavit, die XVI Kalend. Febr. anni 399, ut ex lege Cod. Theod. 17 *De pœnis*, ea die data constat. Non multo post inde abductus et capite mulctatus est, sive Gaina hoc agente, ut scribit Zosimus lib. V, pag. 793, sive aliis multis id potentibus, ut Claudianus innuere videtur.

Digitized by Google

τοῦντος δύο τῶν πρώτων τῆς συγκλήτου ἄνδρας ἀπὸ ὑπάτων, οὓς ἐπενόει ἐκκόψειν (22) αὐτοῦ τὰς ὁρμὰς, Σατορνῖνον καὶ Αὐρηλιανὸν, ἄκων αὐτοὺς τῇ ἀνάγκῃ τοῦ καιροῦ παρεῖχεν ὁ βασιλεύς. Καὶ οἱ μὲν, ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ προαποθνήσκειν αἱρούμενοι, γενναίως τῇ τοῦ βασιλέως κελεύσει ὑπήκουον· καὶ πόῤῥω τῆς Χαλκηδόνος, ἐν χωρίῳ ἱπποδρόμῳ ἀπήντων, ἕτοιμοι πάσχειν πᾶν ὁτιοῦν ὁ βάρβαρος ἤθελεν. Ἀλλ' οὗτοι μὲν οὐδὲν φαῦλον ὑπέμειναν. Ὁ δὲ ἀκκιζόμενος παρῆν ἐπὶ τὴν Χαλκηδόνα, ἀπήντα δὲ ἐκεῖσε καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀρκάδιος. Γενόμενοί τε ἐν τῷ μαρτυρίῳ, ἔνθα τὸ σῶμα [m] τῆς μάρτυρος Εὐφημίας ἀπόκειται, ὅρκοις ἐπιστοῦντο ἀλλήλοις ὅ τε βασιλεὺς καὶ ὁ βάρβαρος, ἦ μὴν μὴ ἐπιβουλεύσειν ἀλλήλοις. Ἀλλ' ὁ μὲν βασιλεὺς, εὔορκός τις ἀνὴρ, καὶ διατοῦτο θεοφιλὴς, τοῖς ὅρκοις ἐνέμεινε. Γαϊνᾶς δὲ παρεσπόνδει τε καὶ τοῦ οἰκείου σκοποῦ οὐκ ἐξέβαινεν, ἀλλ' ἐμπρησμούς τε καὶ λαφυραγωγίας ἐμελέτα ποιήσασθαι κατά τε τῆς Κωνσταντίνου πόλεως, καὶ καθ' ὅλης, εἰ δύναιτο, τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. Βεβαρβάρωτο οὖν ἡ πόλις ὑπὸ τῶν πολλῶν μυριάδων, καὶ οἱ αὐτῆς οἰκήτορες ἐν αἰχμαλώτων μοίρᾳ ἐγένοντο. Τοσοῦτος δὲ ἦν ὁ ἐπικρεμασθεὶς τῇ πόλει κίνδυνος, ὡς καὶ κομήτην [n] μέγιστον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καὶ μέχρι τῆς γῆς διήκοντα, καὶ οἷον οὐδεὶς ἐθεάσατο πρότερον, μηνύειν αὐτόν. Ὁ μέντοι Γαϊνᾶς πρῶτον μὲν ἐπειράθη ἀναίδην διαρπαγὴν τοῦ δημοσίᾳ ἐν τοῖς ἐργαστηρίοις πωλουμένου ἀργυρίου ποιήσασθαι. Ὡς δὲ, φήμης προμηνυθείσης, ἐφυλάξαντο προθεῖναι ἐν ταῖς τραπέζαις τὸν ἄργυρον, αὖθις ἐπὶ ἑτέραν χωρεῖ βουλήν· καὶ νυκτὸς μὲν οὔσης, ἐκπέμπει πλῆθος βαρβάρων ἐπὶ τὸ ἐμπρῆσαι τὰ βασίλεια. Τότε δὴ καὶ ἐδείχθη περιφανῶς, ὅπως ὁ Θεὸς πρόνοιαν ἐποιεῖτο τῆς πόλεως. Ἀγγέλων γὰρ πλῆθος ὤφθη τοῖς ἐπιβουλεύουσιν, ἐν σχήματι ὁπλιτῶν, μεγάλα ἐχόντων τὰ σώματα. Οὓς ὑποτοπήσαντες οἱ βάρβαροι ἀληθῶς εἶναι στρατὸν πολὺν καὶ γενναῖον, κατεπλάγησάν τε καὶ ὑπανεχώρησαν. Ὡς δὲ ἀγγελθὲν τοῦτο τῷ Γαϊνᾷ, πέρα πίστεως κατεφαίνετο. Ἠπίστατο γὰρ μὴ παρεῖναι τὸ πολὺ τῶν Ῥωμαίων ὁπλιτικόν· κατὰ τὰς πόλεις γὰρ ἐνίδρυτο. Πέμπει καὶ αὖθις ἑτέρους τῇ ἐχομένῃ νυκτὶ, καὶ μεταταῦτα πολλάκις. Ὡς δὲ καὶ διαφόρως ἀποστείλαντι (23) τὰ αὐτὰ ἀπηγγέλλετο· ἀεὶ γὰρ οἱ τοῦ Θεοῦ ἄγγελοι τὴν αὐτὴν τοῖς ἐπιβουλεύουσι παρεῖχον φαντασίαν, τέως αὐτὸς

A immminebat. Tum vero **316** imperator pro temporis ratione, prudenti consilio usus, arte barbarum aggressus est. Missis itaque ad eum legatis, quovis modo, tam verbis quam factis illum placare instituit. Cumque ille obsides sibi tradi postulasset duos ex senatorii ordinis primoribus consulares viros, Saturninum et Aurelianum, quos quidem conatibus suis obsistere posse existimabat: imperator, temporis necessitati cedens, invitus eos tradidit. Et isti quidem, pro republica mortem oppetere parati, imperatoris mandato libenter ac forti animo obtemperarunt, et procul a Chalcedone, in loco qui Hippodromus dicitur, barbaro obviam processerunt, parati perpeti quidquid illi placuisset. Sed illi quidem nihil perpessi sunt B mali; Gaina vero simulatione utens venit Chalcedonem. Eo quoque occurrit imperator Arcadius. Cumque ambo, imperator scilicet et barbarus, in ecclesiam venissent, in qua corpus Euphemiæ martyris reconditum est, juramentis invicem præstitis confirmarunt, neutrum alteri insidias structurum esse. Sed imperator quidem, utpote qui sacramenti fidem religiose coleret, atque idcirco Deo acceptus esset, juramentis stetit. Gaina vero et fœdus initum violavit, et a proposito suo nullatenus destitit: nam incendia, prædasque ac direptiones, tum Constantinopoli, tum per omnes, si posset, provincias imperii Romani facere meditabatur. Urbs igitur regia versa erat in barbariam, ob innumerabilem barbarorum multitudinem, C ejusque cives captivorum instar esse videbantur. Tantum porro erat periculum quod impendebat civitati, ut cometes maximus a cœlo ad terras usque pertingens, qualem nemo antea conspexerat, illud prænuntiaverit. Gaina ergo primum quidem argentariorum officinas in quibus moneta publice permutabatur, absque metu et verecundia diripere adortus est. Sed cum, rumore ejus rei antegresso, argentarii sibi caventes pecuniam in mensis minime exposuissent, ad aliud consilium se convertit. Nocte intempesta barbaros ad incendendum palatium mittit. Tum vero perspicue declaratum est, quantam Deus curam ac providentiam civitatis gereret. Angelorum enim multitudo visa

## VALESII ANNOTATIONES.

(22) *Οὓς ἐπενόει ἐκκόψειν.* Scribendum est οὓς ὑπενόει ἐκκόψειν αὐτοῦ τὰς ὁρμάς, quemadmodum habet Nicephorus. Ex his porro Aurelianus quidem hoc anno consulatum gerebat cum Stilichone: Saturninus vero jampridem consul fuerat cum Merobaude, temporibus Theodosii senioris. D De cujus laudibus multa Themistius dicit in gratiarum actione ad Theodosium ob pacem factam cum Gothis, et ob consulatum eidem Saturnino datum.

(23) *Ὡς δὲ καὶ διαφόρως ἀποστείλαντι.* Malim διαφόρους, quo modo Musculus videtur legisse.

## VARIORUM.

[m] *Ἐν τῷ μαρτυρίῳ, ἔνθα τὸ σῶμα* — Theophylactus lib. VIII, cap. 14, prodit, in urbe Chalcedonensi ex adverso Byzantii sita, esse templum S. Euphemiæ martyris, ubi ejusdem sacratissimum corpus asservatur. Hujus templi situm amœnissimum egregiaque ædificia pluribus extollit Evagrius Scholasticus *Hist. eccles.*, lib. II, cap. 3. Passa est Euphemia in persecutione Diocletianea. Colitur in Martyrologio Romano, aliisque, die 16 septembris. Acta ejus martyrii habentur apud Combefisium in *Auctuario*, tomo I.

[n] *Κομήτην.* Hunc cometem ensiformem fuisse, et supra Constantinopolim reluxisse, tradit Nicephorus, l. XIII, c. 6.

Digitized by Google

est ab insidiatoribus, qui militum enormis staturæ speciem referrent. Quos barbari ingentem revera ac fortem esse exercitum suspicati, stupefacti abscesserunt. Quod cum Gainæ nuntiatum fuisset, incredibile ei videbatur. Sciebat enim abesse maximam partem exercitus Romani, quippe qui per urbes Orientis distributus esset. Nocte igitur proxima aliisque iterum sequentibus alios mittit. 317 Cum vero varios mittenti eadem renuntiarentur: angeli enim eamdem perpetuo speciem insidiantibus objecerant: tandem ipse, cum ingenti multitudine progressus, spectator fit miraculi. Suspicatus itaque reipsa militum esse multitudinem, qui interdiu quidem delitescerent, noctu vero conatibus suis obsisterent, consilium cepit, Romanis quidem, ut putabat, exitiosum, verum, ut exitus docuit, perquam ipsis utile. Arreptitium se simulans, tanquam orationis causa pergit ad ecclesiam Joannis apostoli, quæ septem millibus passuum abest ab urbe. Profecti sunt una cum illo barbari, clam arma efferentes, quæ partim doliis occultaverant, partim aliis fraudibus ac machinamentis obtegebant. Sed cum portarum custodes, deprehenso dolo, tela exportari prohiberent, barbari strictis gladiis custodes interfecerunt. Gravis ex eo tumultus oritur in civitate, cunctisque jam impendere mors videbatur. Verum civitas nihil tum detrimenti passa est, portis ejus undique obfirmatis. Imperator vero, prudenti consilio tempestive usus, Gainam quidem hostem publicum renuntiavit, barbaros autem qui in urbe remanserant trucidari jussit. Cumque dies elapsus fuisset, ex quo portarum custodes interfecti fuerant, milites qui aderant, prœlium ineunt adversus barbaros intra portas, juxta ecclesiam Gothorum. Illuc enim confluxerant barbari quotquot in civitate remanserant. Et ipsam quidem ecclesiam incendio consumpserunt, barbarorum vero quamplurimos obtruncarunt. Porro Gaina, cum nuntiatum ipsi fuisset, cunctos qui in urbe remanserant necatos fuisse, fraudes suas infeliciter sibi cedere animadvertens, relicta Joannis basilica in Thraciam contendit. Et cum ad Chersonesum venisset, illinc trajicere et Lampsacum occupare conatus est, ut ex eo loco Orientis partes invaderet. Cum

A σὺν πλήθει πολλῷ προσελθὼν, πεῖραν λαμβάνει τοῦ θαύματος. Ὑπονοήσας δὲ ἀληθῶς στρατιωτῶν εἶναι πλῆθος, καὶ τοῦτο δι' ἡμέρας μὲν λανθάνειν, νύκτωρ δὲ πρὸς τὴν αὐτοῦ ἐπιχείρησιν ἀντέχειν, τεχνάζεται βούλησιν, ὡς μὲν ἐνόμιζεν, Ῥωμαίους βλάπτουσαν, ἐπωφελῆ δὲ, ὡς ἡ ἔκβασις ἔδειξεν. Ὑποκρινόμενος γὰρ δαιμονᾷν, ὡς εὐξόμενος τὸ μαρτύριον ° τοῦ ἀποστόλου Ἰωάννου (24) ἑπτὰ δὲ σημείοις ἀπέχει τοῦτο τῆς πόλεως· καταλαμβάνει. Συνεξῄεσαν δὲ αὐτῷ καὶ οἱ βάρβαροι, τὰ ὅπλα κρυφαίως ἐξάγοντες, τοῦτο μὲν κεράμοις καταχρύψαντες, τοῦτο δὲ καὶ ἑτέραις χρώμενοι μηχαναῖς. Ὡς δὲ οἱ φρουροὶ τῶν πυλῶν τὸν δόλον εὑρόντες, ἐκφέρεσθαι τὰ βέλη διεκώλυον, οἱ βάρβαροι τὰ ξίφη σπασάμενοι τοὺς φρουροὺς διεχρήσαντο. Θόρυβός τε ἐντεῦθεν τὴν πόλιν εἶχε δεινὸς, B καὶ πᾶσιν ὁ θάνατος παρεῖναι ἐδόκει. Ἀλλ' ὅμως ἡ μὲν πόλις ἐν τῷ ἀσφαλεῖ τότε ἐγίνετο, τῶν πανταχῇ πυλῶν αὐτῆς ὠχυρωμένων. Γνώμῃ δὲ χρηστῇ ὁ βασιλεὺς ἐν καιρῷ ἐχρήσατο, καὶ φανερὸν πολέμιον κηρύξας εἶναι τὸν Γαϊνᾶν, κελεύει τοὺς ὑπολειφθέντας ἐν τῇ πόλει βαρβάρους ἀναιρεῖσθαι. Μιᾶς τε ἐν μέσῳ μετὰ τὴν τῶν πυλῶν ἀναίρεσιν (25) διαγενομένης ἡμέρας, συμβάλλουσιν οἱ παρόντες στρατιῶται τοῖς βαρβάροις ἐντὸς τῶν πυλῶν, περὶ τὴν ἐκκλησίαν τῶν Γότθων· ἐνταῦθα γὰρ πάντες οἱ ὑπολειφθέντες ἠθροίσθησαν. Καὶ αὐτὴν μὲν ἐμπιμπρῶσιν· ἀναιροῦσι δὲ αὐτῶν σφόδρα πολλούς. Ὁ Γαϊνᾶς δὲ μαθὼν ἀνῃρῆσθαι τοὺς μὴ φθάσαντας ἐξελθεῖν τῶν πυλῶν, γνούς τε μηκέτι αὐτῷ προχωρεῖν τὰς ἀπάτας, ἄρας ἀπὸ C τοῦ μαρτυρίου, ἤλαυνεν ἐπὶ τὰ Θράκια μέρη· καὶ καταλαβὼν τὴν Χεῤῥόνησον, ἐξ αὐτῆς διαπεραιοῦσθαι, καὶ καταλαμβάνειν τὴν Λάμψακον ἐσπούδαζεν, ὅπως ἂν ἐντεῦθεν τῶν ἑῴων μερῶν κρατῆσαι δυνήσηται. Ὡς δὲ ὁ βασιλεὺς ἔφθη δύναμιν ἀποστείλας διά τε γῆς καὶ θαλάσσης, ἐνταῦθα πάλιν τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας θαυμαστὸν ἔργον ἐδείκνυτο. Ὡς γὰρ οἱ βάρβαροι ἀποροῦντες πλοίων, σχεδίας συμπήξαντες, ἐπ' αὐτῶν ἐπεραιοῦντο, ἑτέρων Ῥωμαίων στρατιωτικαὶ νῆες ὅσον οὐδέπω παρῆσαν, ἄνεμός τε Ζέφυρος πνεῖ σφοδρός. Καὶ οἱ μὲν Ῥωμαῖοι ταῖς ναυσὶ ῥᾳδίως διεξέπλεον· οἱ δὲ βάρβαροι ἅμα τοῖς ἵπποις ἐν ταῖς σχεδίαις ὑπὸ τοῦ κλύδωνος ἀναῤῥιπτούμενοι ἐξελιχμῶντο, καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ διεφθείροντο. Πολλοὶ δὲ καὶ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἀπώλλυντο. Οὕτω μὲν οὖν D τότε πλεῖστον πλῆθος τῶν βαρβάρων ἐν τῷ διέκπλῳ

## VALESII ANNOTATIONES.

(24) *Μαρτύριον τοῦ ἀποστόλου Ἰωάννου.* In septimo duæ fuerunt ecclesiæ sancti Joannis: altera scil. Joannis Baptistæ, quam Theodosius M. exstruxit, cum sacrum præcursoris caput illic deposuisset, ut scribit Sozomenus, lib. VII, cap. 21, altera sancti Joannis evangelistæ, cujus hic meminit Socrates. Utriusque mentionem facit Constantinus Porphyrogenetus in *Vita Basilii imp.*, pag. 162 editionis Allatii: et Codinus in *Orig.*, pag. 53.

(25) *Μετὰ τὴν τῶν πυλῶν ἀναίρεσιν.* Non dubito quin Socrates scripserit μετὰ τὴν τῶν φρουρῶν τῶν πυλῶν ἀναίρεσιν, vel potius μετὰ τὴν τῶν πυλωρῶν ἀναίρεσιν. Præcedente enim die custodes portarum a militibus Gainæ occisi fuerant, ut paulo ante retulit Socrates.

## VARIORUM.

° *Τὸ μαρτύριον* — Rectius Sozomenus ædem Joanni Baptistæ sacratam intelligit, lib. IV, cap. 8, eamdem scilicet quam Theodosius in suburbio Constantinopolitano exstruxerat. Vide eumdem lib. VII, c. 21. W. LOWTH.

Digitized by Google

ἀπώλετο. Γαϊνᾶς δὲ ἀναζεύξας, καὶ διὰ τῆς Θρᾴκης A φυγῇ χρώμενος, περιπίπτει ἑτέρᾳ δυνάμει Ῥωμαίων, καὶ ἀναιρεῖται p ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ βαρβάροις. Καὶ ταῦτα μὲν, ὡς ἐν ἐπιδρομῇ, περὶ Γαϊνᾶ (26) ἀποχρώντως λελέχθω. Εἰ δέ τῳ φίλον ἀκριβῶς μαθεῖν τὰ ἐν ἐκείνῳ τῷ πολέμῳ γεγενημένα, ἐντυγχανέτω τῇ Γαϊνίᾳ τοῦ Σχολαστικοῦ Εὐσεβίου (27), ὃς ἐφοίτα μὲν τηνικαῦτα παρὰ Τρωΐλῳ τῷ Σοφιστῇ· αὐτόπτης δὲ τοῦ πολέμου γενόμενος, ἐν τέσσαρσι βιβλίοις ἡρωϊκῷ μέτρῳ τὰ γενόμενα διηγήσατο. Καὶ προσφάτων ὄντων τῶν πραγμάτων, σφόδρα ἐπὶ τοῖς ποιήμασιν ἐθαυμάσθη. Καὶ νῦν δὲ ὁ ποιητὴς Ἀμμώνιος τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ῥαψῳδήσας, ἐν τῇ ἑκκαιδεκάτῃ ὑπατείᾳ τοῦ νέου Θεοδοσίου, ἣν ἅμα Φαύστῳ ἐπετέλει, ἐπὶ τοῦ αὐτοκράτορος ἐπιδειξάμενος, λαμπρῶς εὐδοκίμησε. Τέλος δὲ ἔσχεν οὗτος ὁ πόλεμος, ἐν τῇ ὑπατείᾳ Στε- B λίχωνος καὶ Αὐρηλιανοῦ. Τὴν δὲ ἑξῆς ὑπατείαν ἐδίδου Φραΰϊτος, Γότθος μὲν αὐτὸς τῷ γένει, μεγάλῃ δὲ εὐνοίᾳ τῇ πρὸς Ῥωμαίους χρησάμενος, μεγάλα δὲ καὶ ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ ἀγωνισάμενος. Διὸ καὶ τῆς τοῦ ὑπάτου ἀξίας μετέσχεν, καθ' ἣν τίκτεται τῷ βασιλεῖ Ἀρκαδίῳ υἱὸς, ὁ ἀγαθὸς Θεοδόσιος q, τῇ δεκάτῃ τοῦ Ἀπριλλίου μηνός. Τοσαῦτα μὲν οὖν περὶ τούτων εἰρήσθω. Τηλικούτων δὲ τότε κατειληφότων τὰ Ῥωμαίων πράγματα, οἱ τὴν ἱερωσύνην πεπιστευμένοι τοῦ ῥάπτειν καθ' ἑαυτῶν δόλους, ἐφ' ὕβρει τοῦ Χριστιανισμοῦ, οὐδαμῶς ἀπείχοντο. Καὶ γὰρ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐπαναστάσεις ἐμελέτων κατ' ἀλλήλων οἱ ἱερεῖς. Ἀρχὴν δὲ τὸ κακὸν ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἐλάμβανε, δι' αἰτίαν τοιαύτην·

vero imperator statim copias terra marique misisset, illustre divinæ providentiæ miraculum subsecutum est. Nam dum barbari, navibus destituti, ratibus temere contextis trajicere parant, ecce subito Romanorum naves armatæ apparuerunt, et zephyrus vehementi impetu flare cœpit. Ac Romani quidem facili navigatione utebantur. Barbari vero, simul cum equis vi tempestatis 318 in ratibus suis agitati disjectique, tandem marinis fluctibus obruti periere. Multi quoque eorum a Romanis interfecti sunt. Ad hunc modum ingens barbarorum multitudo in trajectu interiit. Gaina vero inde regressus, cum per Thraciam fugeret, in alias Romanorum incidit copias, a quibus una cum barbaris qui cum ipso erant, interemptus est. Atque hæc quidem de Gaina obiter dicta sufficiant. Quod si quis cuncta quæ eo bello gesta sunt, accurate scire desiderat, is legat Gaineam Eusebii Scholastici, qui eo tempore Troili Sophistæ fuit auditor: cumque hujus belli spectator fuisset, res in eo gestas quatuor libris heroico carmine scriptis complexus est, et recente adhuc rerum memoria, maximam gloriam ex carminibus retulit. Nuper quoque Ammonius poeta, cum idem argumentum versibus prosecutus esset, Theodosio juniore Augusto sedecies et Fausto consulibus, carmen suum coram imperatore recitavit, et summam ex eo laudem est consecutus. Cæterum hoc bellum finem accepit consulatu Stilichonis et Aureliani. Sequenti vero anno consulatum gessit Fravitus, natione quidem et ipse Gothus, magna tamen fide ac benevolentia erga Romanos præditus, et qui eo bello egregiam operam navaverat, atque idcirco ad consulatus dignitatem promotus est. Quo quidem anno imperatori Arcadio natus est filius optimus Theodosius quarto Idus Aprilis. Sed de his hactenus. Porro dum res Romana hujusmodi tempestatibus agitaretur, hi quibus sacerdotii dignitas commissa erat, fraudes in suam ipsorum perniciem struere non sine magno Christianæ religionis opprobrio pergebant. Eo quippe tempore episcopi tumultus adversus se invicem concitarunt. Quod malum ab Ægypto initium sumpsit, hujusmodi ex causa:

## VALESII ANNOTATIONES.

(26) *Ὡς ἐν ἐπιδρομῇ Γαϊνᾶ.* Scribendum videtur ὡς ἐν ἐπιδρομῇ περὶ τοῦ Γαϊνᾶ.

(27) *Τοῦ Σχολαστικοῦ Εὐσεβίου.* Scholastici olim dicebantur advocati, ut docet novella 74 et 76 Justiani. Macarius in homilia 15: Ὁ θέλων μαθεῖν πράγματα, ἀπέρχεται καὶ μανθάνει τὰ σημεῖα· καὶ ὅταν γένηται ἐκεῖ πρῶτος, ἀπέρχεται εἰς τὴν σχολὴν τῶν Ῥωμαϊκῶν, καί ἐστιν ὅλων ἔσχατος· πάλιν ὅταν ἐκεῖ γένηται πρῶτος, ἀπέρχεται πρὸς τὴν σχολὴν τῶν πραγματικῶν, καί ἐστι πάλιν ἐκεῖ ὅλων ἔσχατος, ἀρχάριος· εἶτα ὅταν γένηται σχολαστικὸς, ὅλων τῶν δικολόγων ἀρχάριος καὶ ἔσχατός ἐστι· πάλιν ὅταν ἐκεῖ γένηται πρῶτος, τότε γίνεται ἡγεμών· καὶ ὅταν γίνεται ἄρχων, λαμβάνει ἑαυτῷ βοηθὸν τὸν συγκάθεδρον. Id est, *Qui vult causas forenses addiscere, abit et discit notas seu signa. Cumque ibi fuerit primus, abit ad scholam Romanorum seu Latinorum,* C *et est omnium postremus. Deinde postquam ibi fuerit primus, transit ad scholam Pragmaticorum, in qua fit omnium postremus et archarius. Deinde cum factus fuerit scholasticus, omnium causidicorum archarius fit et ultimus. Rursus postquam ibi fuerit primus, præses fit seu rector provinciæ. Cumque præses factus fuerit, adjutorem sibi sumit consiliarium sive assessorem.* Plura vide in Glossario Francisci Pithœi ad Novellas Juliani antecessoris, et in Glossario Meursii. Porro hujus Eusebii Scholastici meminit Basilius in libro *De miraculis sanctæ Theclæ*, cap. 15, ubi eum Tharsensem fuisse dicit, et tum ob nobilitatem generis, tum ob pietatem valde commendat. Eumdem quoque poetam non ignobilem fuisse declarat his verbis: Οὐ πολὺ κλέος ἐπί τε εὐγενείᾳ καὶ εὐμουσίᾳ.

## VARIORUM.

p *Ἀναιρεῖται.* Postquam Gaina se in Thraciam receperat, eo consilio ut, transmisso Istro, se in ulteriorem Scythiam referret, Hudin, Hunnorum qui trans Istrum erant princeps, parum utilem rebus suis fore adventum ejus ratus, ac gratiam initurus ab Arcadio, eum a trajectione coercuit, prælioque memorabili edito vita exuit, ac caput ejus ad Arcadium misit: atque eo beneficio fœdere in D societatem acceptus est. (Zosim., lib. v, pag. 798.) Hæc autem Ant. Pagi refert anno 400.

q *Ὁ ἀγαθὸς Θεοδόσιος.* Anno Chr. 401, imperatori Arcadio natus est Theodosius, Junior vulgo dictus, tertio Idus Aprilis, ut scribit Marcellinus in *Chronico;* sed auctor *Chronici Alexandrini* cum Socrate de die consentit. (Ant. Pagi, ad ann. 401, n. 25.)



Digitized by Google

## 319 CAP. VII.

*De dissidio quod inter Theophilum Alexandrinum et monachos in solitudine degentes exortum est; et quomodo Theophilus libros Origenis anathemate damnarit.*

Mota fuerat paulo antea quæstio, utrum Deus corpus sit et humana figura præditus, an incorporeus et alienus non solum ab humana, sed ab omni omnino corporea figura. Ex hac porro quæstione rixæ et contentiones inter plurimos exortæ sunt, aliis huic sententiæ faventibus, aliis illius patrocinium suscipientibus. Ac multi quidem ex simplicioribus monachis Deum corporeum esse et humana præditum specie asseverabant. Plures vero, improbata istorum sententia, incorporeum esse Deum et corporalis figuræ penitus expertem affirmabant. Quibus etiam astipulatus est Theophilus Alexandrinus episcopus: adeo ut publice in ecclesia coram populo, eos quidem qui Deum humana specie præditum esse dicebant, insectaretur, ipse vero Deum incorporeum esse assereret. Quo comperto, Ægyptii monachi, relictis monasteriis suis, Alexandriam venere, et, tumultu adversus Theophilum concitato, impietatis eum damnantes, interficere cupiebant. Ea re cognita, Theophilus in maximam difficultatem conjectus est, astumque quo mortem sibi intentatam effugeret, excogitavit. Obviam illis progressus, blandiri eis cœpit, ita dicens: Perinde vos video ac vultum Dei. Hoc ejus dictum monachorum animos mitigavit. Tum illi: Si vere, inquiunt, dicis, vultum Dei perinde se habere ac nostrum, libros Origenis anathemate condemna. Quidam enim ex libris illis disputantes, opinionem nostram impugnant. Ni istud feceris, ea a nobis exspecta, quæ impios et divini nominis hostes pati par est. At Theophilus: Ego, inquit, faciam quæcunque vobis videntur. Nolite mihi succensere; nam et ipse libros Origenis aversor, eosque qui illos admittunt, reprehensione dignos judico. Hoc igitur modo Theophilus monachos tunc repulsos dimisit. Ac fortasse quæstio quæ eo usque processerat, penitus sopita jacuisset, nisi continuo aliud quid accessisset hujusmodi: Monasteriis in Ægypto quatuor præerant religiosi viri: Dioscorus, Ammonius, Euse-

A

## ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

*Περὶ τοῦ γενομένου σχίσματος μεταξὺ τοῦ Ἀλεξανδρείας Θεοφίλου, καὶ τῶν μοναζόντων τῆς ἐρήμου· καὶ ὡς τὰ Ὠριγένους ὁ Θεόφιλος βιβλία ἀνεθεμάτισε.*

Ἦν μικρὸν ἔμπροσθεν ζήτησις κινηθεῖσα, πότερον ὁ Θεὸς σῶμά ἐστι, καὶ ἀνθρώπου ἔχει σχῆμα, ἢ ἀσώματός ἐστιν, καὶ ἀπήλλακται ἀνθρωπίνου τε καὶ παντὸς, ἁπλῶς εἰπεῖν, σωματικοῦ σχήματος. Ἐκ δὲ τούτου τοῦ ζητήματος ἔριδες καὶ φιλονεικίαι παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐγίνοντο· τῶν μὲν τούτῳ προστιθεμένων τῷ λόγῳ, τῶν δὲ τῷ ἑτέρῳ συνηγορούντων. Καὶ μάλιστα μὲν πολλοὶ τῶν ἁπλοϊκῶν ἀσκητῶν σωματικὸν καὶ ἀνθρωπόμορφον τὸν Θεὸν (r) εἶναι ἐβούλοντο. Πλεῖστοι δὲ τούτων καταγινώσκοντες, ἀσώματον εἶναι τὸν Θεὸν B ἔλεγον, καὶ πάσης ἐκτὸς εἶναι σωματικῆς μορφῆς ἀπεφήναντο. Οἷς καὶ Θεόφιλος συνεφώνει ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, ὡς καὶ ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ἐπὶ τοῦ λαοῦ καταδραμεῖν μὲν τῶν ἀνθρωπόμορφον λεγόντων τὸ Θεῖον, ἀσώματον δὲ αὐτὸν δογματίσαι. Ταῦτα μαθόντες οἱ Αἰγυπτίων ἀσκηταὶ, καταλιπόντες τὰ μοναστήρια, ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἔρχονται· καὶ κατεστασίαζον τοῦ Θεοφίλου, κρίναντες ὡς ἀσεβοῦντα, καὶ ἀνελεῖν βουλόμενοι. Τοῦτο γνοὺς ὁ Θεόφιλος, εἰς ἀγῶνα καθίσταται, καὶ ἐπενόει τέχνην, ὅπως ἂν διαφύγῃ τὸν ἀπειλούμενον θάνατον. Καὶ ὀφθεὶς αὐτοῖς, κολακείᾳ μετῆλθε τοὺς ἄνδρας, οὕτως εἰπὼν πρὸς αὐτούς· Οὕτως ὑμᾶς εἶδον, ὡς Θεοῦ πρόσωπον. Τοῦτο λεχθὲν ἐχαύνωσε τοὺς μοναχοὺς τῆς ὁρμῆς. Ἀλλ' εἰ ἀληθεύεις, ἔφασαν, ὅτι τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσωπόν ἐστιν ὡς C καὶ τὸ ἡμέτερον, ἀναθεμάτισον τὰ Ὠριγένους βιβλία. Ἐξ αὐτῶν γάρ τινες διαλεγόμενοι (28) ἐναντιοῦνται τῇ δόξῃ ἡμῶν. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσεις, τὰ τῶν ἀσεβούντων καὶ θεομάχων ἐκδέχου παρ' ἡμῶν. Ἀλλ' ἐγὼ, ἔφη Θεόφιλος, ποιήσω τὰ δεδογμένα ὑμῖν, καὶ μὴ χαλεπαίνετε πρὸς μέ· καὶ γὰρ ἐγὼ ἀπεχθῶς ἔχω πρὸς τὰ Ὠριγένους βιβλία, καὶ μέμφομαι τοὺς δεχομένους αὐτά. Οὕτω μὲν οὖν τότε τοὺς μοναχοὺς ἀποκρουσάμενος, ἀπεπέμψατο. Καὶ ἴσως δ' ἂν ἡ περὶ τούτου ζήτησις ἄχρι τούτου προελθοῦσα, ἐπαύσατο, εἰ μὴ ἐπισυνήφθη τούτῳ ἕτερον πρᾶγμα τοιόνδέ τι· Τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἀσκητηρίων προεστήκεισαν τέσσαρες ἄνδρες εὐλαβεῖς, Διόσκορος, Ἀμμώνιος, Εὐσέβιος, Εὐθύμιος· οὗτοι αὐτάδελφοι μὲν ἦσαν, οἱ D Μακροὶ δὲ ἐκ τοῦ σώματος ὠνομάζοντο. Ἦσαν δὲ καὶ

### VALESII ANNOTATIONES.

(28) *Ἐξ αὐτῶν γάρ τινες διαλεγόμενοι.* Locus Origenis in quo disputat adversus eos qui Deum humana forma præditum esse affirmabant, exstat apud Theodoritum in *Quæstionibus in Genesin* capite xx, ex *Commentariis* Origenis *in Genesin.*

### VARIORUM.

r *Σωματικὸν καὶ ἀνθρωπόμορφον τὸν Θεόν.* Primus Anthropomorphita, ut docet Epiphanius, fuit Audius seu Audæus quidam sub Arii tempora, e Mesopotamia oriundus; qui cum episcopos ac presbyteros coram increpare ac redarguere non verebatur, ab iis male mulatus, seipsum ab Ecclesia cum pluribus sibi consentientibus segregavit: postea ab episcopo quodam, qui et ipse schismaticus erat, episcopus ordinatus est. Hujus sectatores duriore quodam et imperitiore modo Scripturas interpretantur. Nam quod ad imaginem Dei creatus Adam dicitur, præfracte illi referendum ad corpus existimant. Vide Epiphan. in Hæresi Audianorum: Αὐδαῖος δέ τις, ἐκ τῆς πέραν Εὐφράτου Συρίας ὁρμώμενος, ἀνθρωπόμορφον ἔφησε τὸν Θεὸν, καὶ τὰ τοῦ σώματος αὐτῷ περιτέθεικε μόρια, τὰ συγκαταβατικῶς παρὰ τῆς θείας εἰρημένα Γραφῆς ἀνοήτως νενοηκώς. *Audæus autem quidam ex Syria trans Euphratem ortus, Deum humana forma esse docuit, et corporis illi membra tribuit, stulte intelligens quæ per accommodationem in divina Scriptura dicta sunt.* Theodorit., *Hæret. fab.* lib. iv, cap. 10.

Digitized by Google

βίῳ καὶ λόγῳ ἐκπρέποντες· καὶ διατοῦτο πολὺς ἦν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ περὶ αὐτῶν λόγος. Θεόφιλός τε ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος πάνυ ἠγάπα καὶ ἐτίμα τοὺς ἄνδρας. Διὸ καὶ ἕνα μὲν αὐτῶν, τὸν Διόσκορον, ἐπίσκοπον καθιστᾷ Ἑρμουπόλεως, βίᾳ ἑλκύσας. Δύο δὲ ἐξ αὐτῶν παρεκάλεσε συνεῖναι αὐτῷ, καὶ μόλις μὲν ἔπεισεν· ὡς ἐπίσκοπος δὲ ὅμως καὶ προσηνάγκασεν, καὶ τῇ τῶν κληρικῶν ἀξίᾳ τιμήσας (29), τὴν οἰκονομίαν τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῖς ἐνεχείρισεν. Οἱ δὲ τῇ ἀνάγκῃ μὲν ἔμενον, καλῶς τῇ οἰκονομίᾳ προσέχοντες. Ἠνιῶντο δὲ ὅμως, ὅτι μὴ ἐφιλοσόφουν ὡς ἤθελον, τῇ ἀσκήσει προσκείμενοι. Ἐπεὶ δὲ, προϊόντος τοῦ χρόνου, καὶ προσβλάπτεσθαι τὴν ψυχὴν ἐνόμιζον, ὁρῶντες τὸν ἐπίσκοπον χρηματιστικόν τε μετερχόμενον βίον, καὶ πολλὴν σπουδὴν περὶ χρημάτων κτῆσιν τιθέμενον, καὶ διὰ ταῦτα, τὸ δὴ λεγόμενον, πάντα λίθον B κινοῦντα, παρῃτοῦντό τε (30) συνεῖναι αὐτῷ, τὴν ἐρημίαν ἀγαπᾷν εἰπόντες, καὶ ταύτην προτιμᾷν τῆς ἐν ἄστει διαγωγῆς. Ὁ δὲ, ἕως μὲν μὴ ἐγίνωσκε τὴν ἀληθῆ πρόφασιν, παρεκάλει προσμένειν. Ἐπεὶ δὲ ἔγνω καταγινωσκόμενος ὑπ' αὐτῶν, ὀργῆς ὑποπίμπλαται, καὶ πᾶν αὐτοῖς κακὸν ἠπείλει ποιεῖν. Τῶν δὲ μικρὰ φροντισάντων τῆς ἀπειλῆς, καὶ εἰς τὴν ἔρημον χωρησάντων, θερμός τις, ὡς ἔοικεν, ὁ Θεόφιλος ὢν, οὐ μικρὰν ἐποιεῖτο τὴν κίνησιν κατ' αὐτῶν· ἀλλὰ σκευωρεῖσθαι πάσαις μηχαναῖς τοὺς ἄνδρας ἐσπούδαζεν. Ἐμίσει δὲ εὐθὺς καὶ τὸν αὐτῶν ἀδελφὸν Διόσκορον, τὸν τῆς Ἑρμουπόλεως ἐπίσκοπον. Ἐλύπει δὲ αὐτὸν ἱκανῶς, τὸ προσκεῖσθαι αὐτῷ τοὺς ἀσκητὰς, καὶ περὶ αὐτὸν σέβας ἔχειν πολύ. Ἐγίνωσκέ τε C ὡς οὐδενὶ τρόπῳ βλάψει τοὺς ἄνδρας, εἰ μὴ τοὺς μοναχοὺς ἐκπολεμώσει αὐτοῖς. Μεθόδῳ οὖν χρῆται τοιαύτῃ· Εὖ ἠπίστατο τοὺς ἄνδρας πολλάκις ἅμα αὐτῷ περὶ Θεοῦ λόγους κεκινηκότας, ὡς εἴη ὁ Θεὸς ἀσώματος, καὶ οὐδαμῶς ἀνθρωπόμορφος· ἀκολουθεῖ γὰρ ἐξανάγκης τῷ ἀνθρωπομόρφῳ τὸ ἀνθρωποπαθές· καὶ τοῦτο γεγύμνασται παρά τε τῶν παλαιοτέρων, καὶ μάλιστα παρὰ Ὠριγένους. Οὕτως ἔχων καὶ φρονῶν περὶ Θεοῦ ὁ Θεόφιλος, διὰ τὸ ἀμύνασθαι τοὺς ἐχθροὺς, ἀντιστρέφων τὰ καλῶς αὐτοῖς δεδογμένα οὐκ ὤκνησεν· ἀλλὰ συναρπάζει τοὺς πλείστους τῶν μονα-

A bius et Euthymius, qui fratres quidem erant germani : cæterum ob proceritatem corporis vulgo Longi appellabantur. Porro tam vitæ sanctimonia, quam eruditione excellebant. Atque **320** idcirco celebris eorum fama erat Alexandriæ. Sed et Theophilus, Alexandrinæ urbis episcopus, singulari benevolentia et observantia eos prosequebatur. Itaque unum ex illis, Dioscorum scilicet, vi abstractum, Hermopolis episcopum constituit : duos vero alios rogavit, ut secum manere vellent. Et ægre quidem id illis persuasit, verum ut episcopus tandem compulit. Cum igitur eos clericos ordinasset, dispensationem rerum Ecclesiæ eis commisit. Verum illi necessitate quidem constricti manebant, dispensationis munus egregie obeuntes. Ægre tamen B ferebant, quod ipsis non liceret, sicut volebant, philosophari et monasticæ disciplinæ studiis incumbere. Tandem vero progressu temporis, animabus quoque suis detrimentum afferri existimantes, cum viderent episcopum quæstui deditum esse et in pecuniis comparandis plurimum studii impendere, et earum causa omnem, ut vulgo dicitur, lapidem commovere; cum illo amplius degere recusarunt, solitudinem sibi cordi esse dicentes, seque hanc urbanæ vitæ anteponere. At ille, quandiu quidem veram discessus eorum causam ignorabat, hortatus est eos ut adhuc manerent. Ubi vero sese ab illis condemnari sensit, gravi incensus ira, minatus est sese illos omnibus modis vexaturum C esse. Sed cum illi, parvi habitis ejus minis, in solitudinem se contulissent, Theophilus, qui suopte ingenio erat ferventior, non mediocrem in eos motum concitavit : imo vero omnes machinas intendit, ut illos malo afficeret. Fratrem quoque eorum Dioscorum, Hermopoleos episcopum, odio habere cœpit. Permoleste enim ferebat, quod monachi magnopere illi addicti essent, eumque summa observantia colerent. Sciebat etiam nullo se pacto iis nocere posse, nisi monachorum animos ab illis alienasset. Hac igitur via eos aggressus est : Probe norat eos viros, de natura Dei secum disputantes,

## VALESII ANNOTATIONES.

(29) *Καὶ τῇ τῶν κληρικῶν ἀξίᾳ τιμήσας.* Joannes Launoius in libro *De recta interpretatione sexti canonis Nicæni*, hunc Socratis locum adducit, ut probet episcopum Alexandriæ omnes per Ægyptum episcopos ac presbyteros et diaconos ordinasse. Duo enim hic observat fecisse Theophilum : primo Dioscorum Hermopolis episcopum constituisse, deinde duos ejus fratres clericos ordinasse, eidemque Dioscoro adjunxisse. Credidit scilicet Launoius, Ammonium et ejus fratrem a Theophilo factos esse clericos Ecclesiæ Hermopolitanæ. In qua etiam sententia fuisse video auctorem *Geographiæ sacræ*. Verum uterque hallucinatus est. Non enim Ecclesiæ Hermopolitanæ clericos eos fecit Theophilus, sed secum eos retinuit, et clericos Ecclesiæ suæ, id est Alexandrinæ, ordinavit. Testatur id Socrates his verbis : Δύο δὲ ἐξ αὐτῶν παρεκάλεσε συνεῖναι αὐτῷ, etc. Id est, *Duos autem ex illis hortatus est ut secum degerent*. Sed quæ sequuntur apud Socra- D tem, longe clarius id evincunt ; subdit enim Socrates, eos œconomos Ecclesiæ a Theophilo factos, primo quidem ægre tulisse, quod a solitudine abstracti, non amplius vacarent philosophiæ monasticæ ; tandem vero cum incredibilem Theophili avaritiam et opum cupiditatem cernerent, ejusque consuetudine sese maculari animadverterent, commeatum ab eo petivisse. Ex quibus verbis satis colligitur, eos versatos esse una cum Theophilo, et tanquam ejus contubernales ac domesticos, vitia ejus ac rapinas introspexisse, quippe qui œconomi, id est, dispensatores essent pecuniæ ecclesiasticæ. Porro imposuit viris doctis versio Epiphanii Scholastici, qui hunc locum sic interpretatur : *Quamobrem Dioscorum violenter tractum, Hermopoleos fecit episcopum. Duos autem eorum rogavit ut habitarent cum eo, et vix ut episcopus imperavit ; factos clericos, Ecclesiæ œconomos instituit.*

(30) *Παρῃτοῦντό τε.* Lego παρῃτοῦντο τότε.

Digitized by Google

sæpenumero validis rationibus asseruisse Deum incorporeum esse et humanæ figuræ penitus expertem. Humanam enim figuram humanæ quoque passiones necessario comitantur. Idque tum ab antiquis Ecclesiæ scriptoribus, tum ab Origene imprimis diligenter excussum est. Cum igitur de Deo ita sentiret Theophilus, tamen ut inimicos ulcisceretur, ea quæ illi recte cum ipso asseruerant, impugnare non dubitavit. Plurimosque ex monachis decepit, viros simplices quidem ac sinceros, sed rudes, ac plerosque etiam litterarum expertes. Missis enim litteris ad eos qui in solitudine **321** degebant, monuit ne Dioscorum fratresque ejus auscultarent, qui Deum incorporeum esse dicebant. Deus enim, aiebat, juxta sacræ Scripturæ testimonium, et oculos habet et aures, et manus ac pedes, quemadmodum homines. Hi vero qui cum Dioscoro sunt, Origenis doctrinam sequentes, impium dogma inducere conantur, Deum scilicet nec oculos, nec aures, nec manus, nec pedes habere. Hac fraude Theophilus multos monachos decepit : ortaque est inter illos gravis dissensio. Et ii quidem qui philosophiæ studiis animum excoluerant, ea calliditate minime sunt circumventi, sed Origeni ac Dioscoro adhæserunt. Simpliciores vero, qui et numero plures erant, et acri zelo succensi, statim adversus fratres insurrexerunt. Facta est igitur inter illos divisio, seque invicem tanquam impios carpebant. Et illi quidem qui a Theophili partibus stabant, fratres suos Origenistas et impios appellabant. Alii contra, eos qui cum Theophilo sentiebant, Anthropomorphitas cognominabant. Ex quo non mediocris altercatio inter monachos et bellum inexpiabile exarsit. At Theophilus, posteaquam animadvertit rem ex animi sui sententia successisse, cum magna hominum multitudine Nitriam petiit, quo in loco erant monachorum domicilia, et monachos contra Dioscorum ejusque fratres armavit. Illi in summum capitis discrimen adducti, vix tandem effugere potuerunt. Dum hæc in Ægypto gererentur, Joannes Constantinopolitanus episcopus, omnium istorum ignarus. doctrina et eloquentia florebat, et ob sermones ubique celeberrimus habebatur. Primus etiam precationes quæ in nocturnis hymnis fieri solent, tali de causa amplificavit :

A χῶν, ἀνθρώπους ἀκεραίους μὲν, ἰδιώτας δὲ τῷ λόγῳ, τοὺς πολλοὺς δὲ ἀγραμμάτους ὄντας. Καὶ διαπέμπεται τοῖς ἐν τῇ ἐρήμῳ ἀσκητηρίοις, μὴ δεῖν πείθεσθαι Διοσκόρῳ, μήτε τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, λέγουσιν ἀσώματον τὸν Θεόν. Ὁ γὰρ Θεὸς, φησὶν, κατὰ τὴν θείαν Γραφὴν, καὶ ὀφθαλμοὺς ἔχει καὶ ὦτα, καὶ χεῖρας καὶ πόδας, καθὰ καὶ οἱ ἄνθρωποι. Οἱ δὲ περὶ Διόσκορον, Ὠριγένει ἀκολουθοῦντες, βλάσφημον δόγμα εἰσάγουσιν, ὡς ἄρα ὁ Θεὸς οὔτε ὀφθαλμοὺς, οὔτε ὦτα, οὔτε πόδας, οὔτε χεῖρας ἔχει. Τούτῳ τῷ σοφίσματι συναρπάζει τοὺς πλείστους τῶν μοναχῶν· καὶ γίνεται διάπυρος στάσις ἐν αὐτοῖς. Ὅσοι μὲν οὖν γεγυμνασμένον εἶχον τὸν νοῦν, οὐ συνηρπάγησαν ὑπὸ τοῦ σοφίσματος· ἀλλὰ καὶ τοῖς περὶ Διόσκορον καὶ Ὠριγένην ἐπείθοντο. Οἱ δὲ ἁπλούστεροι, πλείους B τε ὄντες, καὶ ζῆλον ἔχοντες θερμὸν, κατὰ τῶν ἀδελφῶν εὐθέως ἐχώρουν. Ἦν οὖν διαίρεσις ἐν αὐτοῖς, καὶ ἀλλήλους ὡς ἀσεβοῦντας διέσυρον. Καὶ οἱ μὲν Θεοφίλῳ προσέχοντες Ὠριγενιαστὰς καὶ ἀσεβεῖς ἐκάλουν τοὺς ἀδελφούς· οἱ δὲ ἕτεροι Ἀνθρωπομορφιανοὺς τοὺς ὑπὸ Θεοφίλου ἀναπεισθέντας ὠνόμαζον. Ἐκ τούτου παρατριβὴ γίνεται οὐ μικρὰ, καὶ ἦν μεταξὺ τῶν μοναχῶν πόλεμος ἄσπονδος. Θεόφιλος δὲ ὡς ἔγνω προβάντα τὸν σκοπὸν, ἅμα πλήθει καταλαβὼν τὴν Νιτρίαν, ἔνθα εἰσὶ τὰ ἀσκητήρια, ἐξοπλίζει τοὺς μοναχοὺς κατά τε Διοσκόρου (31) καὶ τῶν αὐτοῦ ἀδελφῶν. Οἱ δὲ κινδυνεύσαντες ἀπολέσθαι, μόλις διέφυγον [8]. Ταῦτα κατὰ τὴν Αἴγυπτον γινόμενα ὁ Κωνσταντίνου πόλεως ἐπίσκοπος Ἰωάννης τέως ἠγνόει· ταῖς διδασκαλίαις τε ἤνθει, καὶ διαβόητος ἐπὶ ταύταις C ἦν. Ηὔξησε δὲ πρῶτος καὶ τὰς περὶ τοὺς νυκτερινοὺς ὕμνους εὐχὰς, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε·

## CAP. VIII.

*De collectis nocturnorum hymnorum, tam Arianorum quam Homousianorum, et de pugna in illis facta : et quod cantus antiphonarum ab Ignatio Deifero est institutus.*

Ariani, sicut antea dixi, extra urbem conventus ecclesiasticos agebant. Singulis igitur hebdomadis,

## ΚΕΦΑΛ. Η'.

*Περὶ τῶν συνάξεων τῶν νυκτερινῶν ὕμνων τῶν Ἀρειανῶν, καὶ τῶν τὸ ὁμοούσιον πρεσβευόντων, καὶ περὶ τῆς γενομένης ἐν αὐτοῖς συμβολῆς· καὶ ὅτι ἡ τῶν Ἀντιφώνων ὑμνῳδία ἀπὸ Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου τὴν ἀρχὴν ἔσχεν.*

Οἱ Ἀρειανίζοντες, ὥσπερ ἔφημεν, ἔξω τῆς πόλεως D τὰς συναγωγὰς ἐποιοῦντο. Ἡνίκα οὖν ἑκάστης ἑβδο-

### VALESII ANNOTATIONES.

(31) *Ἐξοπλίζει τοὺς μοναχοὺς κατὰ τοῦ Διοσκόρου.* Veram causam cur fratres Longi ex monasteriis Nitriæ pulsi sint a Theophilo, reticet Socrates. Pulsi enim sunt, eo quod essent Origenis defensores, quem cum erroribus suis damnarat Theophilus in synodo Alexandrina. Porro Socrates deceptus fuisse videtur a quodam Origenista, qui favens Ammonio ejusque fratribus, rem ipsi, non ut revera se habebat, narraverat. Ac Baronius quidem Socratem nostrum Origenistam palam appellat, non contentus Novatiani hæresim ei impingere. Nos vero id tantum dicimus, Socratem narrationem suam hausisse ab aliquo ex amicis Ammonii. Certe non dubito, quin Theophilus simultati et inimicitiis adversus Ammonium et ejus fratres errores Origenis et crimen hæreseos prætexuerit, sicut postea adversus Joannem Chrysostomum eamdem struxit calumniam.

### VARIORUM.

[8] *Μόλις διέφυγον.* Vide Valesii annot. ult. ad Sozomeni lib. VIII, cap. 12. Hæc autem acta censet Ant. Pagi anno 401.

Digitized by Google

μάδος ἑορταὶ κατελάμβανον, φημὶ δὴ τό τε Σάββατον καὶ ἡ Κυριακὴ, ἐν αἷς αἱ συνάξεις κατὰ τὰς ἐκκλησίας εἰώθασι γίνεσθαι, αὐτοὶ ἐντὸς τῶν τῆς πόλεως πυλῶν περὶ τὰς στοὰς ἀθροιζόμενοι, καὶ ᾠδὰς ἀντιφώνους πρὸς τὴν Ἀρειανὴν δόξαν συντιθέντες ᾖδον· καὶ τοῦτο ἐποίουν κατὰ τὸ πλεῖστον μέρος τῆς νυκτός. Ὑπὸ δὲ ὄρθρον, τὰ τοιαῦτα ἀντίφωνα λέγοντες, διὰ μέσης τῆς πόλεως ἐξῄεσαν τῶν πυλῶν, καὶ τοὺς τόπους ἔνθα συνῆγον κατελάμβανον. Ἐπεὶ δὲ ἐρεθισμοὺς κατὰ τῶν τὸ ὁμοούσιον φρονούντων λέγοντες οὐκ ἐπαύοντο· πολλάκις γὰρ καὶ τοιαύτην ᾠδὴν ἔλεγον· Ποῦ εἰσιν οἱ λέγοντες τὰ τρία μίαν δύναμιν; τότε δὴ καὶ Ἰωάννης εὐλαβηθεὶς, μήτις τῶν ἁπλουστέρων ὑπὸ τῶν τοιούτων ᾠδῶν ἀφελκυσθῇ τῆς Ἐκκλησίας, ἀντιτίθησιν αὐτοῖς τοὺς τοῦ ἰδίου λαοῦ, ὅπως ἂν καὶ αὐτοὶ ταῖς νυκτεριναῖς ὑμνολογίαις σχολάζοντες, ἀμαυρώσωσι μὲν τὴν ἐκείνων περὶ τούτου σπουδὴν, βεβαίους δὲ τοὺς οἰκείους πρὸς τὴν ἑαυτῶν πίστιν ἐργάσωνται. Ἀλλ' ὁ μὲν σκοπὸς Ἰωάννου ἐδόκει εἶναι χρηστός· σὺν ταραχῇ δὲ καὶ κινδύνοις τὸ τέλος ἐδέξατο. Ὡς γὰρ λαμπρότεροι οἱ τοῦ ὁμοουσίου ὕμνοι ἐν ταῖς νυκτεριναῖς ὑμνολογίαις ἐδείκνυντο· ἐπινενόηντο γὰρ παρ' αὐτοῦ σταυροὶ ἀργυροῖ, φέροντες φῶτα ἐκ τῶν κηρίνων λαμπάδων, τῆς βασιλίδος Εὐδοξίας παρεχούσης τὴν εἰς αὐτὰ δαπάνην· πλῆθος ὄντες οἱ Ἀρειανίζοντες, καὶ ζηλοτυπίᾳ ληφθέντες, ἀμύνεσθαί τε καὶ συμπληγάδας ἐπεχείρουν ποιεῖν. Ἔτι γὰρ ἐκ τῆς παραλαβούσης δυναστείας, ἔνθερμοί τε πρὸς μάχην ἦσαν, καὶ κατεφρόνουν αὐτῶν. Μὴ μελλήσαντες οὖν, ἐν μιᾷ τῶν νυκτῶν συγκρούουσι· καὶ βάλλεται μὲν λίθῳ κατὰ μετώπου Βρίσων ὁ τῆς βασιλίδος εὐνοῦχος, συγκροτῶν τότε τοὺς ὑμνῳδούς. Ἀπόλλυνται δὲ καί τινες τοῦ λαοῦ, ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν. Ὑφ' οἷς κινηθεὶς ὁ βασιλεὺς, διεκώλυσε τοὺς Ἀρειανοὺς τὰς ὑμνολογίας ἐν τῷ δημοσίῳ ποιεῖν. Καὶ τὰ μὲν λεγόμενα τοιαῦτα ἦν. Λεκτέον δὲ καὶ ὅθεν τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν ἡ κατὰ τοὺς ἀντιφώνους ὕμνους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ συνήθεια. Ἰγνάτιος Ἀντιοχείας τῆς Συρίας (32), τρίτος ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου

A quoties festi dies occurrebant, Sabbatum intelligo ac diem Dominicum, quibus collectæ in ecclesiis agi solent, ipsi intra civitatis portas circa porticus publicas congregati, hymnos apte ad Arianam hæresim compositos, alternatim sibi respondentes canebant. Idque majore noctis parte faciebant. Diluculo vero easdem antiphonas canentes, per **322** mediam urbem incedebant, et extra portas egressi, proficiscebantur ad locum in quo collectas celebrabant. Sed quoniam contumeliosis verbis Homousianos carpere non cessabant: frequenter enim inter canendum dicebant: Ubinam sunt qui tria unam dicunt esse potentiam? Joannes, veritus ne quis ex simplicioribus hujusmodi canticis ab Ecclesia abstraheretur, quosdam ex catholica plebe B quæ sub ipso erat, eis opposuit, qui nocturnos perinde hymnos decantando, et Arianorum circa hæc studium obscurarent, et suos in professione rectæ fidei confirmarent. Hoc Joannis consilium specie quidem probum atque utile fuit: verum seditiones ac pericula ex eo evenere. Nam quoniam Homousianorum hymni in nocturnis illis precationibus majore apparatu cani videbantur: cruces enim argenteæ a Joanne erant excogitatæ, quæ cereas faces accensas gestabant, Eudoxia Augusta sumptum ad hoc suppeditante: Ariani, numero abundantes, et æmulatione succensi, ulcisci se et pugnam ciere instituerunt. Etenim ex dominatu illo quem paulo ante obtinuerant, ad C hujusmodi certamina adhuc erant prompti, et adversarios facile contemnebant. Omni igitur cunctatione abjecta, nocte quadam prælium ineunt Et Briso quidem eunuchus Augustæ, qui tum hymnorum cantoribus erudiendis erat præpositus, in fronte lapide percussus est. Utrinque vero nonnulli ex populo cæsi interierunt. Quibus rebus permotus imperator interdixit Arianis, ne deinceps hymnos publice canerent. Et hæc quidem tunc temporis gesta sunt. Dicendum porro est,

## VALESII ANNOTATIONES.

(32) *Ἰγνάτιος Ἀντιοχείας τῆς Συρίας*. Nescio unde hæc hauserit Socrates. Constat enim primos omnium Flavianum ac Diodorum, regnante Constantio, psallentium choros Antiochiæ bifariam divisisse, et Psalmos Davidicos alternis canendos eis tradidisse, eamque rem primum Antiochiæ institutam, postea ad reliquas totius orbis Ecclesias dimanasse. Testatur id Theodoritus * in libro II Historiæ, cap. 24. Et ante illum Theodoretus Mopsuestenus, qui iisdem temporibus vixit, quibus Flavianus atque Diodorus. Verba Theodori refert Nicetas in Thesauro orthodoxæ fidei, libro v, cap. D 30. Quanquam ea psalmodiæ species jam ante Flavianum atque Diodorum a Syris videtur fuisse usurpata. Scribit enim Theodorus Flavianum ac Diodorum primos omnium eam psalmodiæ speciem quas antiphonas vocant, ex Syrorum lingua in Græcam transtulisse, et omnium prope solos hujus rei auctores cunctis orbis partibus apparuisse. Quod igitur Syri diu ante Flavianum fecerant, Psalmos Davidicos lingua Syriaca antiphonatim canentes, id Flavianus ac Diodorus a Græcis Antiochensibus Psalmos Græce canentibus fieri instituerunt.

## VARIORUM.

* At Joan. Bona card. eminentiss. libro *De divina psalmodia*, cap. 16, observavit Theodoritum non de quocunque alterno cantu, sed de solis Davidicis Psalmis intelligendum; et Flavianum ac Diodorum, psallentium choro duas in partes diviso, Psalmos Davidicos alternis canendos, primos instituisse, eam psalmodiæ speciem ex Syrorum lingua in Græcam transtulisse; ac ideo Socrati fidem non esse denegandam. Ea autem alternatio non statim in omnes terræ partes propagata, cum Cassianus lib. II *De instit. cœnob.*, cap. 5, etc., referat suo tempore hunc morem viguisse, ut, sedentibus cæteris et omni cordis intentione ad vocem psallentis intentis, unus in medio integrum psalmum solus cantaret. Imo quantalibet multitudo convenisset, nunquam amplius quam quatuor monachi psallebant in synaxi; quod etiam hodie in quibusdam Galliarum monasteriis servari accepi. Viguit

Digitized by Google

unde consuetudo illa hymnos in ecclesia alternis canendi, initium sumpserit. Ignatius, Antiochiæ in Syria episcopus, post apostolum Petrum ordine tertius, qui et cum apostolis ipsis familiariter versatus est, vidit aliquando angelos hymnis alternatim decantatis sanctam Trinitatem celebrantes; et canendi rationem quam in illa visione animadverterat, Ecclesiæ Antiochensi tradidit. Unde ista traditio ad omnes postea Ecclesias permanavit. Et hæc quidem de antiphonario hymnorum cantu accepimus.

Πέτρου ἐπίσκοπος, ὃς καὶ τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῖς συνδιέτριψεν, ὀπτασίαν εἶδεν ἀγγέλων, διὰ τῶν ἀντιφώνων ὕμνων τὴν ἁγίαν Τριάδα ὑμνούντων, καὶ τὸν τρόπον τοῦ ὁράματος τῇ ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἐκκλησίᾳ παρέδωκεν. Ὅθεν καὶ ἐν πάσαις ταῖς Ἐκκλησίαις αὕτη ἡ παράδοσις διεδόθη. Οὗτος μὲν οὖν ὁ περὶ τῶν ἀντιφώνων ὕμνων λόγος ἐστίν.

## 323 CAP. IX.

*De monachis cognomento Longis, et quomodo Theophilus, cum implacabiles inimicitias adversus Joannem eorum causa suscepisset, deponere illum conatus est.*

Haud multo post monachi, una cum Dioscoro et ejus fratribus ex solitudine profecti, Constantinopolim veniunt. Aderat cum illis etiam Isidorus, olim quidem charissimus Theophilo, tum vero inimicissimus ob hujusmodi causam: Petrus quidam fuit Alexandrinæ Ecclesiæ archipresbyter. Huic infensus cum esset Theophilus, Ecclesia eum expellere statuit: eique hoc crimen objecit, quod mulierem quamdam secta Manichæam ad sacra mysteria admisisset, antequam ab errore Manichæorum eam abstraxisset. Sed cum Petrus mulierem hanc sectæ suæ renuntiasse diceret, nec absque sententia Theophili susceptam fuisse, Theophilus tanquam calumnia appetitus graviter excanduit. Affirmabat enim ejus rei se penitus ignarum fuisse. Petrus igitur testem sibi advocavit Isidorum, quod episcopus non ignorasset id quod de muliere factum fuerat. Versabatur Romæ tunc temporis Isidorus. Missus enim fuerat a Theophilo ad Damasum, Romanæ urbis episcopum, ut illum

## ΚΕΦ. Θ'.

*Περὶ τῶν Μακρῶν καλουμένων μοναχῶν, καὶ ὅπως δι' αὐτοὺς ἄσπονδον ἔχθραν ὁ Θεόφιλος πρὸς Ἰωάννην ἐσχηκώς, καθαιρῆσαι τοῦτον ἐσπούδαζεν.*

Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ οἱ ἀπὸ τῆς ἐρήμου μοναχοὶ ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἔρχονται, ἅμα Διοσκόρῳ καὶ τοῖς αὐτοῦ ἀδελφοῖς. Συνῆν δὲ αὐτοῖς καὶ Ἰσίδωρος [1], ὁ πάλαι Θεοφίλῳ τῷ ἐπισκόπῳ φιλαίτατος· τότε δὲ ἀπεχθέστατος γενόμενος, δι' αἰτίαν τοιάνδε (33)· Πέτρος τις πρωτοπρεσβύτερος (34) ἦν τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἐκκλησίας. Πρὸς τοῦτον ἀπεχθῶς ἐσχηκὼς ὁ Θεόφιλος, τῆς Ἐκκλησίας αὐτὸν ἐκβαλεῖν ἐπενόησε· καὶ μέμψιν αὐτῷ κατήνεγκεν, ὡς εἴη τινὰ γυναῖκα, Μανιχαίαν τὴν θρησκείαν, εἰς τὰ ἱερὰ μυστήρια προσδεξάμενος, μὴ πρότερον τῆς Μανιχαϊκῆς αἱρέσεως ἀποστήσας αὐτήν. Ἐπεὶ δὲ ὁ Πέτρος ἔλεγε καὶ μετατίθεσθαι τῆς θρησκείας τὴν γυναῖκα, καὶ μηδὲ παρὰ γνώμην Θεοφίλου δεδέχθαι αὐτήν, ἠγανάκτει ὁ Θεόφιλος, ὡς συκοφαντούμενος· μὴ γὰρ εἰδέναι τὸ γεγονὸς ἔλεγεν. Ὁ οὖν Πέτρος Ἰσίδωρον ἐκάλει μαρτυρῆσαι αὐτῷ, ὡς οὐκ ἠγνόει τὰ περὶ τῆς γυναικὸς ὁ ἐπίσκοπος. Ἐτύγχανε δὲ κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν ἐν τῇ βασιλευούσῃ Ῥώμῃ διάγων ὁ Ἰσίδωρος· ἐπέμπετο γὰρ παρὰ Θεοφίλου πρὸς Δάμασον τὸν Ῥώμης

## VALESII ANNOTATIONES.

(33) *Τότε δὲ ἀπεχθέστατος γενόμενος δι' αἰτίαν τοιάνδε.* Præter hanc causam odii Theophili adversus Isidorum, duas alias causas refert Sozomenus in libro VIII, cap. 12: primam, quod testimonium dicere recusasset in gratiam sororis Theophili; alteram, quod Theophilum reprehendisset ob nimium studium in exstruendis ædibus sacris, in quibus pecuniam Ecclesiæ dilapidabat, quæ in egenos potius erat conferenda. Et has quidem fuisse causas inimicitiarum Theophili adversus Isidorum facile crediderim, cum Socrates et Sozomenus id diserte testentur. Non ideo tamen Ecclesia pulsus est Isidorus, sed damnatus episcopali judicio ob Origenis errores quos fovebat, ut ex Palladio in Lausiaca pridem docuit Baronius.

(34) *Πέτρος τις πρωτοπρεσβύτερος.* Sic Arsacius qui Chrysostomo in episcopatu successit, πρωτοπρεσβύτερος dicitur in Actis synodi ad Quercum; et Martyrius quidam πρωτοδιάκονος. Sozomenus hunc Petrum archipresbyterum vocat. Porro id nomen honoris est, non vetustatis. Episcopi enim ex presbyterorum collegio eos quos vellent archipresbyteros eligebant, ut docet Liberatus in Breviario, capite 14. Formula qua protopresbyter civitatis promovetur, exstat in Euchologio Græcorum, pag. 287. Et Jacobus quidem Goar, qui Euchologium Latine interpretatus est, archipresbyterum ubique vertit; quod non probo. Nam archipresbyteri quidem plures erant in una Ecclesia; protopresbyter autem unus est. Deinde archipresbyteri in vicis et oppidis interdum constituebantur, quippe qui successerant in locum chorepiscoporum: protopresbyter vero non erat nisi in civitate; unde et πρωτοπρεσβύτερος τῆς πόλεως dicitur in Euchologio. Continuator Theophanis in Vita Constantini Porphyrogenneti, initio de Artabaldo presbytero CPolitano sæpe loquens, ὃς διὰ τὴν τῶν γραμμάτων διαπόρθμευσιν, τῆς σοφίας πρῶτος τῶν ἱερωμένων κεκλήρωται.

## VARIORUM.

etiam apud ethnicos cantus alternatio, cum Homerus *Iliade* I, versu 604, Musas alternatim canentes describat; Christiani autem profanos gentilium mores in veri Dei cultum transferre soliti erant. Quare perperam Valesius in dubium revocat quod a Socrate scriptum, Ignatium nempe martyrem primum in Ecclesia orientali huic ritui initium dedisse: quod enim ipse scribit, discere potuit a scriptoribus quorum opera ad nos non pervenere. (Ant. Pagi, ad ann. 400, n. 15.)

[1] *Ἰσίδωρος.* Isidorum, presbyterum Alexandrinum, ex Athanasii ordinatione superstitem, octogesimum ætatis annum agentem, quomodo vexavit Theophilus, puerumque quemdam pretio conduxit, ut eum nefandæ libidinis accusaret, pluribus narrat Palladius, *Vita Chrysost.*, p. 56, etc.

Digitized by Google

ἐπίσκοπον, ἐπὶ τῷ καταλλάξαι αὐτὸν πρὸς Φλαβιανὸν A τὸν ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας. Διεκρίνοντο γὰρ οἱ Μελετίῳ προσκείμενοι πρὸς Φλαβιανὸν, διὰ τὸν ὅρκον, ὥς μοι καὶ πρότερον εἴρηται. Ἐπανελθὼν τοίνυν ἐκ τῆς Ῥώμης ὁ Ἰσίδωρος, καὶ πρὸς μαρτυρίαν παρὰ τοῦ Πέτρου κληθεὶς, ἔλεγεν ὡς εἴη δεχθεῖσα ἡ Μανιχαία κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου· μεταδεδωκέναι δὲ αὐτῇ καὶ αὐτὸν τὰ μυστήρια. Ἐξάπτεται οὖν πρὸς ὀργὴν ὁ Θεόφιλος, καὶ ἀμφοτέρους πρὸς ὀργὴν ἀπήλασεν [u]. Αὕτη πρόφασις γέγονε τοῦ καὶ Ἰσίδωρον ἅμα τοῖς περὶ Διόσκορον ἐλθεῖν ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει, ὅπως ἂν παρά τε τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ, τὰ κατ' αὐτῶν ἐσκευωρημένα ἐξελεγχθήσηται. Μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ Ἰωάννης, ἐν τιμῇ μὲν ἦγε τοὺς ἄνδρας, καὶ τῶν εὐχῶν μετέχειν οὐκ ἐκώλυσε, κοινωνίαν δὲ τῶν μυστηρίων οὐκ ἔφη πρὸ διαγνώσεως μεταδώσειν B αὐτοῖς [v]. Ἐν τούτοις καθεστῶτος τοῦ πράγματος, ἧκει εἰς τὰς ἀκοὰς Θεοφίλου λόγος ψευδὴς, ὡς εἴη Ἰωάννης καὶ εἰς τὰ μυστήρια δεξάμενος αὐτοὺς, καὶ ἕτοιμος πρὸς τὸ ἐπικουρῆσαι αὐτοῖς· καὶ παντοῖος ἐγίνετο, ὅπως ἂν μὴ μόνον τοὺς περὶ Διόσκορον καὶ Ἰσίδωρον ἀμύνηται, ἀλλὰ γὰρ καὶ Ἰωάννην κατενέγκῃ τοῦ θρόνου. Διαπέμπεται οὖν κατὰ πόλεις πρὸς τοὺς ἐπισκόπους ἐπιστολὰς, κρύπτων μὲν τὸν ἑαυτοῦ σκοπὸν, μόνοις δὲ τοῖς Ὠριγένους βιβλίοις δῆθεν μεμφόμενος· οἷς πρὸ αὐτοῦ Ἀθανάσιος μάρτυσι τῆς οἰκείας πίστεως, ἐν τοῖς κατὰ Ἀρειανῶν λόγοις, ἐχρήσατο πολλάκις.

cum Flaviano Antiochensi episcopo in gratiam reduceret. Quotquot enim Meletio adhæserant, secernebant se a Flaviano propter jusjurandum Flaviani sicut antea dixi [1]. Roma itaque reversus Isidorus et a Petro ad testimonium dicendum vocatus, mulierem Manichæam annuente episcopo susceptam fuisse affirmavit, ipsumque episcopum sacra mysteria ei præbuisse. Hinc ad iram concitatus Theophilus utrumque ecclesia ejecit. Hanc ob causam Isidorus quoque una cum Dioscoro et fratribus illius Constantinopolim venit, ut ea quæ contra ipsos per vim et calumniam gesta fuerant, coram ipso imperatore et coram **324** episcopo Joanne convincerent. Quibus cognitis, Joannes viros quidem illos honorifice excepit, et a precum communione minime exclusit, sacrorum vero mysteriorum communionem indulturum se negavit, antequam causa cognita esset. Dum res in hoc statu esset, falsus rumor ad aures Theophili perlatus est, Joannem eos ad sacra quoque mysteria admisisse, et ad opem illis ferendam paratum esse. Quamobrem Theophilus totus in hoc cœpit incumbere, ut non modo Dioscorum et Isidorum ulcisceretur, verum etiam Joannem ex episcopali sede dejiceret. Mittit igitur epistolas ad singularum civitatum episcopos, consilium quidem suum occultans, palam vero in illis reprehendens libros Origenis: quorum tamen testimonio diu ante illum Athanasius, in orationibus contra Arianos, ad fidei suæ confirmationem sæpenumero usus fuerat.

## ΚΕΦΑΛ. Ι'.

C

*Ὡς καὶ Ἐπιφάνιος ὁ Κύπρου ταῖς Θεοφίλου ἀπάταις συναπαχθεὶς, τῷ δοκεῖν κατὰ τῶν Ὠριγένους συγγραμμάτων ἐπισκόπων σύνοδον ἐν τῇ Κύπρῳ συναγαγὼν, Ἰωάννῃ διεμέμψατο, χρωμένῳ ταῖς βίβλοις Ὠριγένους.*

Σπένδεται δὴ φιλίαν καὶ πρὸς Ἐπιφάνιον τὸν Κωνσταντίας τῆς Κύπρου ἐπίσκοπον, πρότερον διαφερόμενος πρὸς αὐτόν. Ἐμέμφετο γὰρ Ἐπιφανίῳ (35) Θεόφιλος, ὡς μικρὰ φρονοῦντι περὶ Θεοῦ, ὅτι ἀνθρωπόμορφον αὐτὸν εἶναι ἐνόμιζεν. Οὕτως οὖν Θεόφιλος ἔχων περὶ Θεοῦ, καὶ μεμφόμενος τοῖς ἀνθρωπόμορφον τὸ Θεῖον νομίζουσι, διὰ τὴν πρὸς ἑτέρους ἀπέχθειαν, ἠρνεῖτο μὲν ἐν τῷ φανερῷ ἃ ἐδόξαζεν· φιλοποιεῖται

## CAP. X.

*Quomodo etiam Epiphanius episcopus Cypri, dolis Theophili deceptus, collecta episcoporum synodo adversus Origenis libros, Joannem ob eorum librorum lectionem reprehenderit.*

Amicitiam quoque redintegravit cum Epiphanio Constantiæ Cypri episcopo, a quo antea dissidebat. Insimulaverat enim Theophilus Epiphanium, tanquam abjecte sentientem de Deo, quem humana specie præditum esse arbitraretur. Cum ergo Theophilus de Deo ita sentiret, eosque reprehenderet qui Deum humana figura præditum esse censebant præ odio tamen quo in alios ferebatur, ea quæ

[1] Lib. v, c. 15.

### VALESII ANNOTATIONES.

(35) *Ἐμέμφετο γὰρ Ἐπιφανίῳ.* Falsum est Epiphanium stultissimæ Anthropomorphitarum hæresi unquam addictum fuisse. Perstrictus quidem fuerat aliquando eo nomine a Joanne Hierosolymitano. Sed hanc calumniam refellit Hieronymus, et Epiphanius ipse in ea concione quam habuit Hierosolymis coram Joanne ipso, ut refert Hieronymus in libro *ad Pammachium* de erroribus Joannis Hierosolymitani, et Baronius ad annum D Christi 393. Quare nihil opus fuit ut Theophilus se Anthropomorphitam simularet, ad captandam gratiam Epiphanii. Imposuit omnino Socrati ac Sozomeno Origenista quispiam, fautor Ammonii atque Dioscori, qui hæc ipsis narravit. Solebant enim Origenistæ hujus hæreseos crimen Catholicis a quibus condemnabantur, affingere, ut recte observavit Baronius.

### VARIORUM.

[u] *Πρὸς ὀργὴν ἀπήλασεν.* Delendæ duæ priores voces, quæ ex superiore linea huc irrepserunt. W. Lowth.

[v] *Κοινωνίαν δὲ τῶν μυστηρίων οὐκ ἔφη πρὸ διαγνώσεως μεταδώσειν αὐτοῖς.* Hæc Socratis verba confirmantur a Palladio in *Vita S. Chrysostomi*, p. 58, 59, etc.

Digitized by Google

sentiebat palam abnegavit: iniitque tunc amicitiam cum Epiphanio, quocum antea dissentiebat, perinde ac si pœnitentia ductus idem cum illo sentiret de Deo. Episcoporum quoque synodum in Cypro ab eodem fieri curavit, qua Origenis libri condemnarentur. Epiphanius vero ob singularem pietatem summa morum simplicitate præditus, Theophili litteris facile inductus est. Collectoque episcoporum totius insulæ concilio, lectionem librorum Origenis prohibuit. Misit etiam litteras ad Joannem episcopum, quibus eum hortabatur ut et ipse a legendis Origenis libris abstineret, et convocata synodo episcoporum suorum, idem cum ipso decerneret. Theophilus itaque, cum Epiphanium pietatis nomine celeberrimum in suam sententiam pertraxisset, rem sibi ex voto succedere animadvertens, **325** sumpta majore fiducia, plures episcopos convocavit, et libros Origenis qui ante ducentos ferme annos mortem oppetierat, eadem qua Epiphanius condemnationis sententia perculit, non quod revera id agendum sibi proposuisset, sed ut Dioscorum fratresque ejus ulcisceretur. Verum Joannes ea quæ tum ab Epiphanio, tum ab ipso Theophilo significata fuerant parvipendens, doctrinæ ecclesiasticæ sedulo incumbebat. Et ea quidem in re florebat cummaxime: insidias vero quæ ipsi struebantur, penitus contemnebat. Cæterum posteaquam palam factum est, Theophilum id agere ut Joannem episcopatu exueret, tum quicunque infenso adversus Joannem animo erant, ad concinnandas in eum calumnias excitabantur. Ac multi, tum ex clero, tum ex proceribus qui in palatio plurimum poterant, opportunum sibi tempus oblatum rati, quo se de Joanne ulciscerentur, maximam synodum Constantinopoli fieri procurarunt, episcopis partim per litteras, partim per internuntios accitis.

A δὲ τότε τὸν Ἐπιφάνιον, διαφερόμενος πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐκ μετανοίας ὁμοφρονήσας κατὰ τὴν περὶ Θεοῦ δόξαν αὐτῷ· καὶ παρασκευάζει σύνοδον ποιῆσαι τῶν ἐν Κύπρῳ ἐπισκόπων, ἐπὶ τῷ διαβαλεῖν τὰ Ὠριγένους βιβλία. Ἐπιφάνιος δὲ δι' ὑπερβάλλουσαν εὐλάβειαν ἁπλοϊκὸς ὢν τὸν τρόπον, ταχέως ὑπήχθη ὑπὸ τῶν Θεοφίλου γραμμάτων. Καὶ καθίσας συνέδριον τῶν ἐν τῇ νήσῳ ἐπισκόπων, ἀπαγορεύει μὲν τοῦ ἀναγινώσκειν τὰ Ὠριγένους βιβλία. Διαπέμπεται δὲ καὶ γράμματα πρὸς Ἰωάννην, παραινῶν ἀπέχεσθαι μὲν τῶν Ὠριγενείων ἀναγνωσμάτων· συνάγειν δὲ καὶ αὐτὸν συνέδριον, καὶ σύμψηφον κατὰ τοῦτο γίνεσθαι. Θεόφιλος τοίνυν τὸν ἐπ' εὐλαβείᾳ περιβόητον Ἐπιφάνιον συναρπάσας, καὶ γνοὺς προβάντα αὐτοῦ τὸν σκοπὸν, θαῤῥῶν καὶ αὐτὸς συνήγαγε πολλοὺς (36) τῶν B ἐπισκόπων· καὶ παραπλησίαν τῷ Ἐπιφανίῳ κατὰ τῶν Ὠριγένους βιβλίων, τοῦ πρὸ διακοσίων καὶ περίπου ἐτῶν (37) τελευτήσαντος, διαβολὴν ἐποιεῖτο· οὐ τοῦτον προηγουμένως ἔχων τὸν σκοπὸν, ἀλλὰ τοὺς περὶ Διόσκορον σπεύδων ἀμύνασθαι. Ἰωάννης δὲ μικρὰ φροντίσας τῶν μηνυθέντων αὐτῷ παρά τε Ἐπιφανίου καὶ αὐτοῦ Θεοφίλου, τῇ διδασκαλίᾳ τῶν Ἐκκλησιῶν προσεῖχε τὸν νοῦν. Καὶ ἤνθει μὲν κατ' αὐτήν· τῆς δὲ κατ' αὐτοῦ γενομένης σκευωρίας οὐδένα λόγον ἐτίθετο. Ἐπεὶ δὲ Θεόφιλος καταφανὴς ἐγένετο τοῖς πολλοῖς σπουδάζων καθελεῖν τῆς ἐπισκοπῆς τὸν Ἰωάννην, τότε δὴ καὶ οἱ ἀπεχθῶς πρὸς Ἰωάννην ἔχοντες πρὸς τὴν κατ' αὐτοῦ σκευωρίαν ἀνεκινοῦντο. Καὶ πολλοὶ μὲν τοῦ κλήρου, πολλοὶ δὲ C καὶ τῶν ἐν τέλει κατὰ τὰ βασίλεια μέγιστον ἰσχύοντες, καιρὸν εὑρηκέναι λογιζόμενοι καθ' ὃν Ἰωάννην ἀμύνωνται, μεγίστην ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει σύνοδον γενέσθαι παρεσκεύαζον, τοῦτο μὲν δι' ἐπιστολῶν, τοῦτο δὲ καὶ ἀγράφως διαπεμπόμενοι.

## CAP. XI.

*De Severiano et Antiocho Syris, et quomodo quibusque de causis a Joanne dissenserint.*

Odium porro adversus Joannem vehementer auxit alia quædam hujusmodi causa: Duo episcopi natione Syri eodem tempore florebant, Severianus

## ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

*Περὶ Σεβηριανοῦ καὶ Ἀντιόχου τῶν Σύρων, ὅπως Ἰωάννου ἀπέστησαν, καὶ διὰ τίνας αἰτίας.*

Ηὔξησε δὲ τὸ κατὰ Ἰωάννου μῖσος καὶ ἕτερον ἐπισυμβὰν τοιόνδε· Δύο ἐπίσκοποι κατ' αὐτὸν ἤνθησαν, Σύροι ὄντες τὸ γένος, Σεβηριανὸς καὶ Ἀντίοχος. Σε-

### VALESII ANNOTATIONES.

(36) *Θαῤῥῶν καὶ αὐτὸς συνήγαγε πολλούς.* Fallitur hic Socrates, eumque secutus Sozomenus, qui Alexandrinam synodum, in qua Theophilus libros Origenis una cum ipso Origene damnavit, celebratam putat post synodum Constantiæ ab Epiphanio congregatam *. Atqui constat primum omnium Theophilum collecto Alexandriæ concilio eam hæresim damnasse anno Christi 399. Quod factum est post multos super ea re tractatus episcoporum qui eo convenerant, ut docet Postumianus apud Sulpicium in Dialogis de vita B. Martini. Post hæc Theophilus synodicam suam misit ad omnes episcopos, et specialem ad Epiphanium misit epistolam, rogans et exhortans, ut, totius insulæ episcopis D congregatis, ipse quoque eamdem hæresim condemnaret, et synodicæ suæ subscriberet. Exstat hodie hæc Theophili epistola, a B. Hieronymo translata.

(37) *Πρὸ διακοσίων καὶ περίπου ἐτῶν.* Delenda est particula *καί*. Porro Socrates numerum plenum posuit pro imperfecto. Atque ob hanc causam adjecit *περίπου*, id est circiter. Sed si vere loqui velimus, detrahendi sunt ex hoc numero anni quinquaginta et amplius. Mortuus est enim Origenes anno Christi 252, ut ad Eusebium notavi. A quo anno usque ad annum Christi 399, quo damnatus est in synodo Alexandrina, anni sunt centum et quadraginta septem.

### VARIORUM.

* Utrumque concilium, tam Cyprium quam Alexandrinum, celebratum fuisse anno 401 censet Ant. Pagi.

Digitized by Google

βηριανὸς μὲν Γαβάλων, πόλις δὲ αὕτη τῆς Συρίας· A Ἀντίοχος δὲ Πτολεμαΐδος τῆς ἐν Φοινίκῃ Ἐκκλησίας προειστήκει. Ἄμφω μὲν οὖν διὰ λόγων ῥητορικῶν ἤχθησαν. Σεβηριανὸς δὲ δοκῶν πεπαιδεῦσθαι, οὐ πάνυ τῇ φωνῇ τὴν Ἑλληνικὴν ἐξετράνου γλῶσσαν· ἀλλὰ καὶ Ἑλληνιστὶ φθεγγόμενος, Σύρος ἦν τὴν φωνήν. Ἀντίοχος μὲν οὖν πρότερον ἐκ τῆς Πτολεμαΐδος ἐπὶ Κωνσταντινούπολιν ἐλθὼν, κατὰ τὰς ἐκκλησίας ἐπὶ χρόνον τινὰ πεπονημένως διδάξας, καὶ πολλὰ ἐκ τούτων χρηματισάμενος, ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀνέδραμε. Σεβηριανὸς δὲ πυθόμενος μεταταῦτα πολλὰ τὸν Ἀντίοχον ἐκ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως συλλέξαντα, ζηλοῦν καὶ αὐτὸς τοῦτο ἐσπούδασεν. Ἀσκηθείς τε οὖν καὶ συντάξας λόγους συχνοὺς, καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν ἔρχεται. Καὶ δεχθεὶς ἀσμένως ὑπὸ Ἰωάννου, μέχρι μέν τινος ὑπέτρεχε τὸν ἄνδρα καὶ B ἐκολάκευε, καὶ αὐτὸς οὐδὲν ἧττον ἀγαπώμενος καὶ τιμώμενος, ἤνθει τε κατὰ τὰς διδασκαλίας, καὶ πολλοῖς τῶν ἐν τέλει, καὶ δὴ καὶ αὐτῷ βασιλεῖ γίνεται γνώριμος. Ἐπειδὴ δὲ ἐν τοσούτῳ συνέβη τῆς Ἐφέσου τελευτῆσαι τὸν ἐπίσκοπον [x], ἀνάγκη κατέλαβε τὸν Ἰωάννην εἰς τὴν Ἔφεσον ἀπελθεῖν, ἐπὶ τῷ χειροτονῆσαι ἐπίσκοπον· καὶ γενόμενος ἐν αὐτῇ, ἄλλον τε ἄλλων προβάλλεσθαι σπουδαζόντων, καὶ σφόδρα διαπληκτιζομένων πρὸς ἑαυτοὺς περὶ ὧν ἕκαστος ἐψηφίζετο, συνιδὼν ὁ Ἰωάννης ἀμφότερα τὰ μέρη φιλονείκως διακείμενα, καὶ ἐν οὐδενὶ πείθεσθαι τῇ παραινέσει αὐτοῦ θέλοντα, ἐσπούδασεν ἀκοπιαστὶ τὴν τούτων ἔριν λῦσαι. Αὐτὸς τοίνυν Ἡρακλείδην τινὰ διάκονον ἑαυτοῦ, γένει Κύπριον, εἰς τὴν ἐπισκοπὴν C προεβάλλετο· καὶ οὕτω ἀμφότερα τὰ μέρη, παυσάμενα τῆς πρὸς σφᾶς φιλονεικίας, ἡσύχασαν. Ἀνάγκη οὖν γέγονε χρονίζειν τὸν Ἰωάννην κατὰ τὴν Ἔφεσον. Παρέλκοντος δὲ αὐτοῦ κατ' αὐτὴν, ὁ Σεβηριανὸς ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ἐρασμιώτερος τοῖς ἀκροαταῖς ἐγίνετο. Καὶ ταῦτα οὐκ ἐλάνθανε μὲν τὸν Ἰωάννην· ταχέως γὰρ αὐτῷ τὰ γινόμενα διηγγέλλετο. Σαραπίωνος δὲ, οὗ καὶ πρότερον ἐποιησάμην μνήμην, ὑποβάλλοντος καὶ ταράττεσθαι λέγοντος ὑπὸ Σεβηριανοῦ τὴν Ἐκκλησίαν, πρὸς ζηλοτυπίαν ὁ Ἰωάννης προήχθη. Ὁδοῦ οὖν πάρεργον, πολλὰς ἐκκλησίας Ναυατιανῶν καὶ Τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν ἀφελὼν, ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν ἔρχεται. Καὶ αὐτὸς μὲν πάλιν τὴν προσήκουσαν κηδεμονίαν τῶν ἐκκλησιῶν ἐποιεῖτο. Σαραπίωνος δὲ τὴν ὀφρὺν καὶ τὴν ἀλαζονείαν οὐδεὶς D ὑποφέρειν ἐδύνατο. Ἐπεὶ γὰρ πολλὴν τὴν παῤῥησίαν παρὰ τῷ ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ ἐκέκτητο, πέρα τοῦ καθήκοντος πᾶσι προσεφέρετο. Διὸ καὶ τὸ κατὰ τοῦ ἐπισκόπου μῖσος πλέον ἐξήπτετο· καί ποτε τοῦ Σεβηριανοῦ παριόντος, τὴν προσήκουσαν ἐπισκόπῳ τιμὴν οὐκ ἀπένειμεν· ἀλλὰ καθήμενος διετέλει, δεικνὺς μικρὰ φροντίζειν τῆς Σεβηριανοῦ παρουσίας. Ταύτην οὐκ ἤνεγκεν ὁ Σεβηριανὸς τὴν τοῦ Σαραπίωνος κατα-

A et Antiochus: quorum ille Ecclesiæ Gabalorum, quæ urbs est Syriæ, hic Ecclesiæ Ptolemaidis, quæ in Phœnice sita est, curam gerebat. Et ambo quidem eloquentiæ causa celeberrimi habebantur. Severianus vero, licet admodum eruditus videretur, Græca tamen minus distincte pronuntiabat: sed dum Græce loqueretur, Syrum nescio quid in ejus voce resonabat. Et Antiochus quidem, cum prior Ptolemaide venisset Constantinopolim, et in ecclesiis urbis regiæ summa cum diligentia aliquandiu docuisset, eaque ex re magnam vim pecuniæ collegisset, ad Ecclesiam suam redierat. Postea vero Severianus, audiens Antiochum Constantinopoli ingentem quæstum fecisse, exemplum ejus imitari studuit. Cum igitur diu se exercuisset, multasque B conciones elucubrasset, venit ipse Constantinopolim. Ibi libenter exceptus a Joanne, initio quidem eum palpabat eique assentabatur, et ab eodem amabatur vicissim et colebatur: florebat interim in concionibus, **326** eaque de causa multis proceribus civitatis, ipsique adeo imperatori familiaris effectus est. Forte contigit ut episcopus Ephesiorum eo tempore migraret e vita. Quam ob causam necesse habuit Joannes eo proficisci, ut episcopum ordinaret. Cum igitur Ephesum venisset, et alii alium ad episcopatum promovere studerent, et eorum causa quibus quisque suffragabatur, acriter inter se contenderent, cernens Joannes utramque partem pervicaciter altercari, suisque hortationibus C nullatenus obsequi velle, jurgium illorum sine ullius offensa dirimere statuit. Ipse ergo Heraclidem quemdam diaconum suum, genere Cyprium, ad episcopatum illum promovit; atque ita tandem ambæ partes pertinaci contentione deposita quievere. Hanc ob causam coactus est Joannes in urbe Epheso diutius morari. Interim vero dum ille ibi moram faceret, Severianus Constantinopoli charior in dies auditoribus fiebat. Neque ea res Joannem latuit, quippe cui cuncta celeriter nuntiabantur. Cum itaque Serapio, cujus paulo antea fecimus mentionem, Joanni id suggessisset, et Ecclesiam a Severiano perturbari retulisset, æmulatione accensus est Joannes. Qui cum obiter Novatianis et Quartadecimanis multas ecclesias ademisset, D Constantinopolim rediit. Et ipse quidem injunctam sibi Ecclesiarum curam de integro gerebat. Serapionis vero fastum et arrogantiam nemo erat qui ferre posset. Nam quoniam apud episcopum Joannem plurimum libertatis ac fiduciæ erat consecutus, ultra debitum modum omnibus insultabat. Unde etiam odium adversus episcopum gravius exarsit. Quodam etiam tempore, prætereunti Severiano honorem qui episcopo debetur, non præstitit, sed in

VARIORUM ANNOTATIONES.

[x] *Συνέβη τῆς Ἐφέσου τελευτῆσαι τὸν ἐπίσκοπον.* Anno 400 Chrysostomus Ephesum proficiscitur; et convocata synodo Heraclidem archidiaconum suum isti sedi præfecit, mortuo nuper Antonino, quem variorum criminum (quorum capita exhibet Palladius *Vit. Chrysost.*, cap. 13, pag. 125) coram Chrysostomo reum peregerat Eusebius episcopus Valentinopolitanus. Sex etiam Asiæ episcopos hoc tempore deposuit. (Guil. Cave in *Chrysostomo.*)

Digitized by Google

sede sua sicut erat, permansit, ostendens eo facto Severiani præsentiam a se quidem parvi fieri. Hanc Serapionis contumeliam non tulit Severianus, sed contenta voce coram omnibus dixit: Si Serapio moriatur Christianus, Christus homo factus non est. Hanc nactus causam Serapio Severianum Joanni aperte reddidit inimicum, prius quidem sententiæ membrum reticens, hoc est: Si Serapio mortuus fuerit Christianus, id vero solum a Severiano dictum esse affirmans: Christus profecto homo factus non est. Multos autem suæ factionis viros producebat, qui id ita dictum fuisse testificarentur. Joannes itaque nihil cunctatus, Severianum urbe expellit. Quibus cognitis, Eudoxia Augusta Joannem quidem graviter reprehendit: Severianum vero Chalcedone Bithyniæ quamprimum revocari jussit. Et hic quidem statim adfuit. Joannes vero ab illius familiaritate se removit, nec ulli ipsum ad hoc hortanti obtemperavit. Donec tandem Eudoxia Augusta in ecclesia Apostolorum, filium **327** suum Theodosium, qui nunc feliciter regnat, tunc temporis admodum puerum, ad genua Joannis abjiciens, et per illius caput crebro eum obtestans, ægre ab illo obtinuit ut Severianum in amicitiam suam admitteret. Ad hunc modum ambo isti palam quidem reconciliati sunt: intus tamen alter adversus alterum exulcerato animo permansit. Hæc Joanni adversus Severianum causa jurgii fuit.

A φρόνησιν· καὶ πρὸς τούτοις μέγα ἀνακέκραγεν εἰπών· Εἰ Σαραπίων Χριστιανὸς ἀποθάνοι, Χριστὸς οὐκ ἐνηνθρώπησε. Ταύτης τῆς ἀφορμῆς ὁ Σαραπίων δραξάμενος, φανερῶς ἐχθρὸν τὸν Σεβηριανὸν τῷ Ἰωάννῃ κατέστησεν, ἀποκρύψας μὲν τὸν προσδιορισμὸν τοῦ, Εἰ Σαραπίων Χριστιανὸς ἀποθάνοι· μόνον δὲ εἰρηκέναι εἰπὼν τὸν Σεβηριανὸν, Ἄρα Χριστὸς οὐκ ἐνηνθρώπησε. Καὶ τὸ στῖφος ἑαυτοῦ μάρτυρας ὡς ἐπὶ εἰρημένῳ τούτῳ παρῆγε. Μὴ μελλήσας οὖν ὁ Ἰωάννης ἐξελαύνει αὐτὸν τῆς πόλεως. Καὶ γνοῦσα ταῦτα ἡ Αὐγοῦστα Εὐδοξία, μέμφεται μὲν τῷ Ἰωάννῃ· παρασκευάζει δὲ ᾗ τάχος καλεῖσθαι τὸν Σεβηριανὸν ἐκ τῆς ἐν Βιθυνίᾳ Χαλκηδόνος. Καὶ ὁ μὲν ὅσον οὐδέπω παρῆν. Ἰωάννης δὲ τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν ἐξέκλινε, καὶ οὐδενὶ παραινοῦντι πειθήνιος ἦν· ὡς καὶ ἡ βασί- B λισσα Εὐδοξία (38-39), ἐν τῇ ἐπωνύμῳ τῶν Ἀποστόλων ἐκκλησίᾳ τὸν υἱὸν Θεοδόσιον τὸν νῦν εὐτυχῶς βασιλεύοντα, κομιδῇ τότε νήπιον ὄντα, εἰς τὰ γόνατα τοῦ Ἰωάννου ἐμβαλοῦσα, καὶ ὅρκους κατ' αὐτοῦ (40) πολλοὺς καθορκώσασα (41), μόλις τὴν πρὸς Σεβηριανὸν ἔπεισε φιλίαν ἀσπάσασθαι. Τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόπον οὗτοι κατὰ τὸ φανερὸν ἐφιλιώθησαν· ἔμενον δὲ οὐδὲν ἧττον τὴν γνώμην ὕπουλον πρὸς ἀλλήλους φυλάττοντες. Ἡ μὲν οὖν ὑπόθεσις τῆς πρὸς Σεβηριανὸν λύπης τοιαύτη τις ἦν.

## CAP. XII.

*Quomodo Epiphanius cum venisset Constantinopolim, collectas et ordinationes absque Joannis permissu celebravit, ut Theophilo gratificaretur.*

Haud multo post Epiphanius episcopus ex insula

## ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

*Ὡς καὶ ἐν Κωνσταντίνου πόλει εἰσελθὼν ὁ Ἐπιφάνιος, συνάξεις καὶ χειροτονίας ἐπετέλει παρὰ γνώμην τοῦ Ἰωάννου, Θεοφίλῳ χαριζόμενος.*

C Μετ' οὐ πολὺ δὲ ἐκ τῆς Κύπρου ὁ ἐπίσκοπος Ἐπι-

## VALESII ANNOTATIONES.

(38-39) *Ὡς καὶ ἡ βασίλισσα Εὐδοξία.* Scribendum puto ἕως οὗ ἡ βασίλισσα. Nec dubito quin a Socrate ita scriptum sit. Certe Nicephorus ita diserte scriptum habet ut emendavi. Apud Sozomenum vero legitur εἰσότε, quod idem est.

(40) *Καὶ ὅρκους κατ' αὐτοῦ.* Totum hunc locum pessime verterunt interpretes, ut ex collatione versionis nostræ lector perspicere poterit.

(41) *Κατ' αὐτοῦ καθορκώσασα.* Id est, *per filium suum adjurans.* Antiqui per pignora sua jurare consueverant. Sic apud Virgilium:

*Per caput hoc juro, per spem surgentis Iuli.*

D Pari modo, cum alios obtestari vellent, per illorum pignora et quidquid charissimum haberent, eos obsecrabant. Ita igitur Eudoxia Joannem Chrysostomum tum allocuta est: Per hunc parvulum meum, ac spiritalem filium tuum, quem ego genui, quem tu e sacro fonte suscepisti, redi in gratiam cum Severiano. Certe Chrysostomus Theodosium juniorem e sacro fonte susceperat, ut hoc loco tradit Nicephorus, ex Simeone Metaphraste ut opinor *. Porro Baronius hanc reconciliationem Severiani et Chrysostomi confert in annum Christi 401, Vincentio et Fravito consulibus. Ego vero in annum sequentem id conferre malim. Nam si verum est tunc sacro baptismo tinctum fuisse Theodosium, ut supra ex Nicephoro retulimus: quod certe admodum probabile est: neque enim Eudoxia filium suum in ecclesiam Apostolorum introduxisset, nisi jam baptizatum: hæc episcoporum reconciliatio anno Christi 402 contigerit necesse est. Natus est enim Theodosius junior Vincentio et Fravito consulibus, qui fuit annus Christi 401, die IV Idus Apriles. Sic enim legitur in Chronico Alexandrino, et in Chronico Marcellini quod edidit Onufrius. Male in editione Sirmondi legitur tertio Idus Apriles. Neque vero credibile est eum baptizari potuisse nisi in Pascha sequentis anni. Si quis tamen contenderit eum paucis postquam natus esset diebus, baptismum suscepisse, ut videtur innuere Marcus in Vita Porphyrii: concedamus id, si placet. Sed quis credat Theodosium a matre adductum fuisse in ecclesiam, et ad genua locatum Chrysostomi, priusquam annum unum, aut decem menses explesset?

## VARIORUM.

* Idem et Theophanes in Chronico tradit. Verum hoc probabile non videtur, siquidem, ut Georgius Alexandrinus aliique testantur, Eudoxia tunc temporis Chrysostomo succensuit, quod ipsam sanctus antistes severius increpuisset ob usurpatam viduæ cujusdam vineam. Qua de re vide Ant. Pagi, ad ann. 401, n. 26.

Digitized by Google

φάνιος ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν πάλιν ἔρχεται, ταῖς ὑποθήκαις Θεοφίλου πεισθεὶς, ἐπικομιζόμενος ἐν ταυτῷ τὰ καθαιρετικὰ τῶν Ὠριγένους βιβλίων, δι' ὧν οὐκ αὐτὸν Ὠριγένην ἀκοινώνητον εἶναι ἀπέφηνεν, ἀλλὰ τὰ βιβλία μόνον διέβαλλεν. Προσορμήσας οὖν τῷ ἐπὶ Ἰωάννην μαρτυρίῳ· ἀπέχει δὲ τοῦτο ἑπτὰ σημεῖα τῆς πόλεως· καὶ ἐξελθὼν τῆς νεὼς, σύναξίν τε ἐπιτελέσας, καὶ διάκονον χειροτονήσας (42), αὖθις εἰς τὴν πόλιν εἰσέρχεται. Καὶ τὴν μὲν προτροπὴν Ἰωάννου ἐξέκλινε, Θεοφίλῳ χαριζόμενος· ἐν ἰδιαζούσῃ δὲ καταλύει μονῇ· καὶ συγκαλῶν τοὺς ἐπιδημοῦντας τῶν ἐπισκόπων, τὰ καθαιρετικὰ τῶν βιβλίων Ὠριγένους ὑπανεγίνωσκεν. Οὐκ ἔχω μέν τι λέγειν (43) πρὸς αὐτά· δοκεῖ δὲ αὐτῷ καὶ Θεοφίλῳ ἐκβαλεῖν αὐτά. Καί τινες μὲν, αἰδούμενοι τὸν Ἐπιφάνιον, προσυπέγραφον· πολλοὶ δὲ τοῦτο ποιεῖν ἐξετρέποντο· ὧν ἦν καὶ Θεότιμος ὁ ἐπίσκοπος Σκυθίας, ὃς πρὸς τὸν Ἐπιφάνιον τοιάδε ἀπεκρίνατο· Ἐγὼ, ἔφη, ὦ Ἐπιφάνιε, οὔτε τὸν πάλαι καλῶς κεκοιμημένον καθυβρίζειν αἱροῦμαι· οὔτε βλάσφημον ἐπιχειρεῖν πρᾶγμα τολμῶ, ἐκβάλλων ἃ οἱ πρὸ ἡμῶν οὐκ ἠθέτησαν. Ἄλλως τε, μήτε κακὴν εἶναι διδασκαλίαν ἐν τοῖς Ὠριγένους βιβλίοις εἰπὼν (44), προκομίσας τε βιβλίον Ὠριγένους ὑπανέγνω καὶ ἐδείκνυεν τὰς ἐκκλησιαστικὰς ἐκθέσεις. Καὶ μεταταῦτα ἐπῆγε λέγων· Οἱ ταῦτα ὑβρίσαντες, εἰς τὰ περὶ ὧν οἱ λόγοι, ἐξυβρίσαντες ἔλαθον ἑαυτούς. Ταῦτα μὲν ὁ ἐπ' εὐλαβείᾳ καὶ βίου ὀρθότητι περιβόητος Θεότιμος πρὸς Ἐπιφάνιον ἀπεκρίνατο.

A Cypro Constantinopolim advenit, Theophili consiliis inductus, afferens una secum exemplum synodalis sententiæ, qua non ipsum quidem Origenem excommunicaverat, sed libros ab illo conscriptos condemnaverat. Qui cum ad basilicam S. Joannis appulisset, quæ septem passuum millibus ab urbe distat, nave egressus, collectam ibi celebravit, et ordinato diacono, posthac civitatem ingressus est. Et Joannem quidem a quo invitabatur, refugit, ut gratificaretur Theophilo: in privato autem quodam domicilio diversatus est. Collectisque quotquot in urbe regia aderant episcopis, damnationis sententiam contra libros Origenis prolatam ipsis recitavit: nihil quidem habens quod adversus eos libros diceret, nisi quod ipsi B ac Theophilo placuisset eos libros rejicere. Ac nonnulli quidem ob reverentiam Epiphanii huic decreto ipsi quoque subscripserunt: multi vero id facere recusarunt. Ex quorum numero fuit etiam Theotimus episcopus Scythiæ, qui Epiphanio **328** ita respondit: Ego, Epiphani, neque eum qui jam pridem pie defunctus est, contumelia afficere volo, neque impium facinus aggredi audeo, ut ea condemnem quæ majores nostri minime repudiarunt, præsertim cum sciam nihil malæ doctrinæ in libris Origenis reperiri. Simul proferens quemdam Origenis librum, recitare cœpit, et expositiones in eo ecclesiasticas ostendit. Deinde sub- C jecit hæc verba: Qui istos libros contumelia afficiunt, ii certe non animadvertunt, se illis ipsis voluminibus contumeliam inferre, de quibus libri isti conscripti sunt. Hæc sunt quæ Theotimus, vir ob pietatem vitæque sanctimoniam celeberrimus, Epiphanio respondit.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

*Οἷα φησὶν ὁ συγγραφεὺς ὑπὲρ Ὠριγένους.*

Ἐπειδὴ δὲ οἱ φιλολοίδοροι τοὺς πολλοὺς συνήρπασαν, ὡς βλασφήμῳ προσέχειν τῷ Ὠριγένει (45), μικρὰ διελθεῖν περὶ τούτων οὐκ ἄκαιρον εἶναι ἡγοῦμαι. Οἱ εὐτελεῖς καὶ ἀφ' ἑαυτῶν μὴ δυνάμενοι φαίνεσθαι, ἐκ τοῦ ψέγειν τοὺς ἑαυτῶν κρείττονας δείκνυσθαι βούλονται. Τοῦτο πέπονθε πρῶτος Μεθόδιος, τῆς ἐν Λυκίᾳ πόλεως λεγομένης Ὀλύμπου ἐπίσκοπος· εἶτα Εὐστάθιος ὁ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ πρὸς ὀλίγον Ἐκκλησίας προστάς· καὶ μεταταῦτα Ἀπολινάριος, καὶ τὸ τελευταῖον Θεόφιλος. Αὕτη τῶν κακολόγων τετρακτὺς, οὗ κατὰ

## CAP. XIII.

*Quid hic scriptor pro defensione Origenis dicat.*

Sed quoniam qui obtrectandi studio ducuntur, plurimos seduxerunt, ab Origenis lectione velut impii eos avertentes, non incommodum fore arbitror pauca de illis disserere. Viles homines et obscuri, qui per se ipsi inclarescere non possunt, ex potiorum vituperatione famam aucupari conantur. Laboravit hoc morbo primum Methodius, Olympi Lyciæ civitatis episcopus. Deinde Eustathius, qui exiguo temporis spatio Antiochensem D Ecclesiam rexit. Post hunc Apollinaris, ac po-

### VALESII ANNOTATIONES.

(42) *Καὶ διάκονον χειροτονήσας*. Baronius Socratem hoc loco erroris arguit, qui dixerit Epiphanium Constantinopoli diaconum ordinasse absque consensu episcopi illius civitatis. Fecerat id quidem antea Epiphanius in diœcesi Joannis episcopi Hierosolymitani, ut constat ex epistolis B. Hieronymi. Similitudine igitur nominis deceptus Socrates, et qui eum secuti sunt, id ab Epiphanio factum esse crediderunt in ecclesia Joannis Constantinopolitani. Hæc Baronius ad excusandum Epiphanium excogitavit. Sed quis non videt causam non esse, cur Socratem mendacii arguamus in iis rebus quas ipse videre potuit? Quod enim jam semel factum fuerat ab Epiphanio in Palæstina, cur Constantinopoli ab eodem postea usurpari non potuit? Neque enim tantum scelus fuit in ordinatione diaconi, quem Epiphanius nonnisi rogatus a multitudine astantium ordinavit.

(43) *Οὐκ ἔχω μέν τι λέγειν*. Procul dubio scribendum est οὐκ ἔχων, et paulo post lego ἐδόκει δέ, etc. In codice Sfortiano scriptum est δοκεῖν.

(44) *Ἐν τοῖς Ὠριγένους βιβλίοις εἰπών*. Assentior Christophorsono qui pro εἰπών legit εἰδώς, et post hoc verbum finalem apponit distinctionem. Aliquid tamen amplius hic desiderari existimo. Et post verbum εἰδώς locum ita supplendum esse arbitror: ταῦτα εἰπὼν, προκομίσας τε βιβλίον, etc. Quod confirmant Sozomenus ac Nicephorus. Sic enim habet Nicephorus: Ταῦτα λέγων, καί τι τῶν Ὠριγένους συγγραμμάτων εἰς μέσον προσῆγε. Ita quoque legisse videtur Epiphanius Scholasticus, ut ex ejus interpretatione colligitur.

(45) *Ὡς βλασφήμως προσέχειν τῷ Ὠριγένει*. In codice Sfortiano scriptum est ὡς βλασφήμῳ,

Digitized by Google

A ταὐτὸν ἐλθόντες, τὸν ἄνδρα διέβαλλον· ἄλλος γὰρ δι' ἄλλο ἐπὶ τὴν κατ' αὐτοῦ κατηγορίαν ἐχώρησαν, δεικνύντες ἕκαστοι, ὡς ὃ μὴ διέβαλλον, τοῦτο πάντως ἐδέξαντο. Ἐπειδὴ γὰρ ἄλλος ἄλλου δόγματος ὁ καθ' εἷς ἐπελαμβάνοντο, δῆλον ὡς ἕκαστος ὃ μὴ ἔσκωπτεν, τοῦτο ὡς ἀληθὲς πάντως ἐδέχετο, τῷ ἀποσιωπᾷν ἐπαινῶν τοῦτο ὃ μὴ διέβαλλε. Μεθόδιος μὲν οὖν πολλὰ καταδραμὼν τοῦ Ὠριγένους, ὕστερον ὡς ἐκ παλινῳδίας θαυμάζει (46) τὸν ἄνδρα ἐν τῷ διαλόγῳ, ᾧ ἐπέγραψε *Ξενῶνα* (47). Ἐγὼ δέ τι καὶ πλέον ἐκ τῆς ἐκείνων αἰτιάσεως εἰς σύστασιν Ὠριγένους φημί. Οἱ γὰρ κινήσαντες ὅσαπερ ᾤοντο μέμψεως ἄξια, δι' ὧν ὡς κακῶς δοξάζοντα περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος οὐδ' ὅλως ἐμέμψαντο, δείκνυνται περιφανῶς τὴν ὀρθὴν εὐσέβειαν μαρτυροῦντες αὐτῷ. Οὗτοι μὲν B οὖν διὰ τοῦ μὴ μέμψασθαι μαρτυροῦσιν αὐτῷ. Ἀθανάσιος δὲ ὁ τῆς ὁμοουσίου πίστεως ὑπερασπιστής, ἐν τοῖς κατὰ Ἀρειανῶν λόγοις, μεγάλῃ τῇ φωνῇ μάρτυρα τῆς οἰκείας πίστεως τὸν ἄνδρα καλεῖ, τοὺς ἐκείνου λόγους τοῖς ἰδίοις συνάπτων καὶ λέγων· Ὁ θαυμαστὸς, φησὶ, καὶ φιλοπονώτατος Ὠριγένης τάδε περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τῇ ἡμετέρᾳ δόξῃ μαρτυρεῖ, συναΐδιον αὐτὸν λέγων τῷ Πατρί. Ἔλαθον οὖν ἑαυτοὺς οἱ λοιδορήσαντες Ὠριγένην, βλασφημήσαντες καὶ τὸν ἐπαινέτην αὐτοῦ Ἀθανάσιον. Περὶ μὲν οὖν Ὠριγένους τοσαῦτα [y] εἰρήσθω· ἑξῆς δὲ τῆς ἱστορίας ἐχώμεθα.

stremo Theophilus. Hæc est quadriga maledicorum, qui non eadem incedentes via, Origenem calumniati sunt. Alius enim alia de causa ad accusationem ejus prorupit: quo facto singuli satis declararunt se omnino probasse ea quæ minime reprehendissent. Nam quoniam alius aliud dogma singillatim refutare aggressus est, perspicuum est singulos pro vero admisisse id quod minime insectati sunt: tacite scilicet comprobantes ea quæ non exagitabant. Methodius quidem cum in libris suis Origenem diu multumque insectatus fuisset, postea tamen quasi palinodiam canens, in dialogo quem *Xenonem* inscripsit, summa eum admiratione prosequitur. Ego vero ex illorum reprehensione **329** aliquid amplius accedere ad commendationem Origenis affirmo. Etenim qui omnia undique conquisiverunt quæ reprehensione digna existimabant, ii certe cum illum minime reprehenderint tanquam de sancta Trinitate male sentientem, rectæ ac sinceræ pietatis testimonium ei perhibere manifestissime convincuntur. Et isti quidem Origenem hac in parte non reprehendendo, eum testimonio suo comprobant. Athanasius vero consubstantialis fidei defensor acerrimus, in suis contra Arianos orationibus, clara voce illum fidei suæ advocat testem, verba illius suis intexens sermonibus in hunc modum: Vir immensi laboris planeque admirandus Origenes, nostram de Filio Dei sententiam testimonio suo confirmat, illum Patri coæternum esse dicens. Qui ergo Origenem vituperant, non animadvertunt se una quoque Athanasium laudatorem Origenis maledictis appetere. Sed de Origene hactenus dictum sit. Nunc ad historiæ ordinem revertamur.

## VALESII ANNOTATIONES.

etc. Atque ita in suo codice scriptum invenit Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit: *Sed quoniam detractores plurimis subrepentes, velut blasphemum respuunt Origenem*, etc. Lego itaque, ὡς βλασφήμῳ μὴ προσέχειν τῷ Ὠριγένει.

C (46) *Ὕστερον ὡς ἐκ παλινῳδίας θαυμάζει.* Baronius ad annum Christi 402 Socratem hic mendacii et calumniæ arguit, quod dixerit Methodium, cum Origenem antea probris appetivisset, postmodum cecinisse palinodiam, et laudes ejus prædicasse in dialogo, cui titulus erat *Xeno*, sive *Hospitium*. Atqui contrarium fecisse Methodium affirmat Baronius. Nam cum initio laudasset Origenem, postea, deprehensis ejus erroribus, eum insectatus est. Idque confirmat Baronius testimonio Eusebii, qui in libro VI *Apologiæ pro Origene*, ita scribit: *Quomodo ausus est Methodius nunc contra Origenem scribere, qui hæc et hæc de Origenis locutus est dogmatibus?* Quem Eusebii locum adducit Hieronymus in *Apologia adversus Rufinum*, D ut doceat se idem fecisse quod Methodius antea fecisset. Eusebius tamen in loco citato aperte non dicit Methodium fuisse antea locutum pro Origene. Neque enim dicit, qui hæc et hæc de Origenis locutus fuerat dogmatibus: sed tantum, *locutus est:* quod in utramque partem accipi potest. Non igitur mendacii accusandus est Socrates.

(47) *Ἐν τῷ διαλόγῳ ᾧ ἐπέγραψε **Ξενῶνα**.* Methodius libros suos fere in dialogorum morem conscripserat, ut apparet tum ex ejus *Convivio*, quod nuper editum est a duobus viris doctissimis; tum ex libris *De resurrectione*, quos adversus Origenem conscripserat, ex quibus excerpta quædam profert Epiphanius. Talis etiam fuit dialogus ejusdem, cui titulus erat Ξενών, id est *Hospitium*, in quo hospites diversantur. Ut enim παρθενών est domicilium virginum, ita ξενών domicilium hospitum. Ejus libri mentio fit apud Photium in *Bibliotheca*, in excerptis ex Methodii libro Περὶ γενητῶν, ubi legitur: ὅτι τὸ Μὴ βάλητε τὸ ἅγιον τοῖς κυσὶ, μηδὲ τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, μαργαρίτας μὲν τοῦ ξενῶνος τὰ μυστικώτερα τῆς θεοσδότου θρησκείας ἐκλαμβάνοντος μαθήματα· χοίρους δὲ, etc., ὁ μέγας Μεθόδιός φησιν. Quem locum pessime vertit interpres. Sic autem vertendus est: *Locum illum Evangelii, « Nolite projicere sanctum canibus »* (Matth. VII, 6), *ita exponente Xenone, ut margaritæ quidem sint arcana divinæ sapientiæ mysteria, porci vero*, etc., *sanctus Methodius dicit*, etc. In hoc igitur dialogo, cui titulus erat Περὶ γενητῶν, quidam inducebatur Origenista, Xenon nomine, adversus quem disputabat Methodius, non suo nomine, sed sub alia persona, ut Photius in iisdem excerptis testatur. Ex his apparet dialogum

## VARIORUM.

[y] *Περὶ μὲν οὖν Ὠριγένους τοσαῦτα.* Detur tamen hic locus criticæ Cl. Georgii Bulli de Origene sententiæ: *Liceat mihi*, inquit, *in scriptis Origenis non indiligenter versato, post accurate expensam etiam ipsius a veteribus descriptam historiam, judicium meum de theologia ejus universim libere, absque*

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

*Ὡς Ἰωάννης προσκαλεσάμενος τὸν Ἐπιφάνιον, μὴ ὑπακούσαντα, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐν τῇ τῶν Ἀποστόλων ἐκκλησίᾳ παρασυνάγοντα, δηλοῖ αὐτῷ μεμφόμενος, ὡς παρὰ κανόνας πολλὰ πράττοντι. Ὅθεν ὁ Ἐπιφάνιος εὐλαβηθεὶς ἀνεχώρησε.*

Ἰωάννης οὐκ ἠγανάκτησεν (48), ἐφ' οἷς παρὰ κανόνα ἐν τῇ αὐτοῦ Ἐκκλησίᾳ Ἐπιφάνιος χειροτονίαν πεποίητο· ἀλλὰ παρεκάλει, ἐν τοῖς ἐπισκοπικοῖς οἴκοις συμμένειν αὐτῷ. Ὁ δὲ οὐκ ἔφη, οὐδὲ συμμένειν αὐτῷ, οὐδὲ συνεύξασθαι, ἐὰν μὴ τοὺς περὶ Διόσκορον ἐξελάσῃ τῆς πόλεως, αὐτὸς δὲ καθυπογράψῃ τοῖς καθαιρετικοῖς τῶν Ὠριγένους βίβλων. Ἰωάννου δὲ ταῦτα ποιεῖν ὑπερτιθεμένου, καὶ λέγοντος μὴ δεῖν πρὸ καθολικῆς διαγνώσεως προπετές τι ποιεῖν, ἐπὶ ἑτέραν βουλὴν οἱ ἀπεχθῶς πρὸς Ἰωάννην ἔχοντες τὸν Ἐπιφάνιον ἄγουσι. Κατασκευάζουσι γὰρ, μελλούσης ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐπωνύμῳ τῶν Ἀποστόλων συνάξεως γίνεσθαι, προελθεῖν [z] τὸν Ἐπιφάνιον, καὶ ἐπὶ τοῦ λαοῦ παντὸς διαβαλεῖν μὲν τὰ Ὠριγένους βιβλία, ἀποκηρύξαι δὲ τοὺς περὶ Διόσκορον, καὶ διασῦραι Ἰωάννην, ὡς καὶ αὐτὸν ἐκείνοις τιθέμενον. Ταῦτα ἀνηγγέλη τῷ Ἰωάννῃ· καὶ τῇ ἑξῆς τῷ Ἐπιφανίῳ τὴν ἐκκλησίαν ἤδη κατειληφότι δηλοῖ διὰ Σαραπίωνος τάδε· Παρὰ κανόνας πράττεις πολλὰ, ὦ Ἐπιφάνιε· πρῶτον μὲν χειροτονίαν ἐν ταῖς ὑπ' ἐμὲ ἐκκλησίαις ποιησάμενος· εἶθ' ὅτι μὴ προταγεὶς παρ' ἐμοῦ, ἐν αὐταῖς ἐλειτούργησας, οἰκείᾳ αὐθεντίᾳ χρησάμενος. Πάλιν τε αὐτόθι (49) προτραπεὶς παρῃτήσω, καὶ νῦν αὖθις ἐπιτρέπεις σαυτῷ. Φύλαξαι οὖν, μὴ ταραχῆς ἐν τῷ λαῷ διαγενομένης, τὸν ἐκ ταύτης κίνδυνον ἀναδέξῃ καὶ αὐτός.

## CAP. XIV.

*Quomodo Joannes, cum Epiphanium ad se vocasset, et ille vocatus non paruisset, sed in ecclesia Apostolorum conventus celebrare pergeret, monuit eum ac reprehendit quod multa contra canones faceret. Qua re territus Epiphanius in patriam rediit.*

Joannes quidem, cum Epiphanius contra ecclesiasticam regulam in ipsius Ecclesia ordinationem fecisset, nequaquam succensuit: imo eum hortatus est ut in episcopali domo secum manere vellet. Verum ille nec mansurum se cum eo, nec precaturum esse dixit, nisi Dioscorum fratresque ejus e civitate expulisset, et ipse condemnationi librorum Origenis manu propria subscripsisset. Cum Joannes id facere differret, nihilque temere agendum esse diceret ante generalis concilii definitionem, Joannis inimici aliud consilium suggesserunt Epiphanio. Nam cum celebranda esset collecta in ecclesia Apostolorum, **330** Epiphanium in medium prodire fecerunt, et coram universo populo, primum quidem Origenis libros condemnare, deinde vero Dioscorum cum suis excommunicare, et Joannem utpote illis faventem simul perstringere. Hæc Joanni nuntiata sunt; qui postridie Epiphanio ecclesiam jam ingresso per Serapionem ista significavit: Multa contra regulas agis, o Epiphani, qui primum quidem in ecclesiis sub dispositione mea constitutis ordinationem feceris; deinde injussu meo, ex tua ipsius auctoritate in iisdem ecclesiis missarum solemnia celebraveris; et olim quidem invitatus illuc venire renueris, nunc vero id tibi ipse permittas. Cave igitur, ne, tumultu excitato in populo, periculum inde tibi

### VALESII ANNOTATIONES.

illum Methodii, quem *Xenonem* vocat Socrates, eum ipsum esse quem Photius Περὶ γενητῶν inscribit: et *Xenonem* non pro hospitio, sed pro persona potius dialogi accipiendum esse. Sed objiciet quispiam, in illo dialogo qui *Xenon* inscribebatur, Origenem a Methodio summis laudibus exornatum fuisse, in dialogo vero Περὶ γενητῶν, Centaurum a Methodio appellari. Sic enim in excerptis Photii legitur duobus locis. Respondeo fieri posse, ut Methodius initio quidem operis illius Origenem perstrinxerit, in fine vero aut in progressu ejusdem operis, quasi palinodiam canens, summis eum laudibus affecerit. Si quis tamen pertinacius contendere voluerit, dialogum *Xenonem* diversum esse a dialogo Περὶ γενητῶν, tum dicendum erit ξενῶνα non esse nomen proprium ullius viri, sed totam Origenis scholam potius designare, in qua auditores ac discipuli ex diversis orbis partibus profecti versabantur. Quod quidem verius puto. Certe si ξενών nomen esset proprium, accentum haberet in penultima.

(48) *Ἰωάννης οὐκ ἠγανάκτησεν.* Nimis abruptum est hoc exordium, præsertim cum præcesserit digressio illa de Origene. Itaque scribendum puto: Ὁ μὲν Ἰωάννης· et paulo post: Ὁ δὲ οὐκ ἔφη οὐδὲ συμμένειν αὐτῷ.

(49) *Πάλιν τε αὐτόθι.* Scribendum puto πάλαι τε, licet reclamantibus libris. Opponitur enim ei quod sequitur, καὶ νῦν, etc.

### VARIORUM.

*cujusquam invidia proferre. Erat vir ille, ut omnes consentiunt, eximie quidem pius, sed curiosi nimium, ac pene lascivientis ingenii. Pietas et religio cohibuit hominem quominus in regula fidei quidquam innovaret. In aliis vero quæ, salva fidei regula, in controversiam vocari poterant, nimium ingenio suo indulgens, pauca protulit a communiori doctorum sibi* ὁμηλίκων *sententia longius discrepantia. Huc refero paradoxa illa de animæ præexsistentia, de luminaribus cœli animatis, de infinitis mundis, et similia. Sed et in his conservavit modestiam quæ pium decuit; cum ea proposuerit non dogmatice et asseveranter, sed tanquam veritatem in quæstionibus nondum Ecclesiæ judicio expresse definitis diligenter inquirens. Qua de re consule omnino Pamphili Apologiam non longe ab initio, et Huetii Origenian.* lib. II, pag. 189. *Defens. fid. Nic.*, fol. pag. 127.

[z] *Κατασκευάζουσι.... προελθεῖν.* Male vertit Valesius, *Prodire fecerunt:* neque enim id Epiphanius revera præstitit, a Chrysostomo nimium deterritus, ut videre est apud Sozomen. l. VII, cap. 14. Vertendum itaque, ut apud Sozomen., ubi eadem verba occurrunt, *procurarunt ut prodiret*, vel, id egerunt ut prodiret. W. LOWTH.

Digitized by Google

quoque nascatur. His auditis territus Epiphanius, ex ecclesia abscedit, et Joannem graviter insimulans, Cyprum abnavigat. Sunt qui dicant, eum, cum jam navem conscensurus esset, hæc Joanni denuntiasse : Spero te non moriturum esse episcopum, Joannem vicissim illi sic respondisse : Spero te non perventurum esse in patriam. Utrum porro vera mihi dixerint qui ista narrarunt, equidem non possum affirmare. Utrique tamen illorum hujusmodi exitus contigit. Nam neque Epiphanius navem appulit Cyprum. Post discessum enim mortuus est in navigio. Et Joannes haud multo post ex episcopali sede dejectus est, sicut in progressu narrationis docebimus.

A Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἐπιφάνιος, εὐλαβηθεὶς ἀναχωρεῖ μὲν τῆς ἐκκλησίας. Πολλὰ δὲ τῷ Ἰωάννῃ μεμφόμενος, ἀπαίρειν ἐπὶ τὴν Κύπρον ἐστέλλετο. Λέγουσι δέ τινες ὅτι ἀπαίρειν μέλλων, τῷ Ἰωάννῃ ταῦτα ἐδήλωσεν, Ἐλπίζω σὲ μὴ ἀποθανεῖν ἐπίσκοπον. Ὁ δὲ ἀντεδήλωσεν, Ἐλπίζω σὲ μὴ ἐπιβῆναι (50) τῆς σαυτοῦ πατρίδος. Ταῦτα οὐκ ἔχω εἰπεῖν, εἰ ἀληθῆ ἔλεξαν οἱ ἐμοὶ ἀπαγγείλαντες. Ἀμφότεροι δὲ ὅμως ταύτην ἔσχον τὴν ἔκβασιν. Οὔτε γὰρ Ἐπιφάνιος τῆς Κύπρου ἐπέβη· ἐν γὰρ τῷ πλοίῳ ἀπιὼν ἐτελεύτησεν (51) [a]. Καὶ Ἰωάννης μικρὸν ὕστερον κατηνέχθη τοῦ θρόνου, ὡς προϊόντες δηλώσομεν.

## 331 CAP. XV.

*Quomodo post discessum Epiphanii, cum Joannes orationem adversus mulieres habuisset, ob eam causam collecta adversus ipsum synodo apud Chalcedonem, studio imperatoris et Augustæ, Ecclesia expulsus est.*

Etenim post discessum Epiphanii, quidam Joanni retulerunt Epiphanium adversus ipsum subornatum fuisse ab Eudoxia Augusta. Ille cum esset suopte ingenio ferventior, et ad dicendum paratus, sine mora orationem habuit ad populum, quæ omnium generaliter mulierum vituperationem continebat. Eum sermonem vulgus ita accepit, quasi contra Augustam figurate dictus fuisset. Exceptus igitur a malevolis ad principum notitiam perfertur. Quo cognito, Augusta illatam sibi contumeliam apud imperatorem conquesta est, utriusque communem esse dicens hanc injuriam. Curat igitur ut Theophilus quamprimum synodum convocet adversus Joannem. Idem quoque urget Severianus : adhuc

## ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

B *Ὡς μετὰ τὸν ἀπόπλουν Ἐπιφανίου, λόγον κατὰ γυναικῶν Ἰωάννης δημηγορήσας, καὶ διατοῦτο σπουδῇ τοῦ βασιλέως καὶ τῆς βασιλίσσης, συνόδου γενομένης ἐν Χαλκηδόνι κατ' αὐτοῦ, τῆς Ἐκκλησίας ἐξωθεῖται.*

Ἀποπλεύσαντος γὰρ τοῦ Ἐπιφανίου, πυνθάνεται παρά τινων ὁ Ἰωάννης, ὡς ἡ βασίλισσα Εὐδοξία τὸν Ἐπιφάνιον ἐξώπλισε κατ' αὐτοῦ. Καὶ θερμὸς ὢν τὸ ἦθος, καὶ περὶ τὸν λόγον ἕτοιμος, μὴ μελλήσας διέξεισι ψόγον κοινὸν κατὰ πασῶν γυναικῶν ἐπὶ τοῦ λαοῦ. Ἁρπάζει τὸ πλῆθος τὸν λόγον, ὡς αἴνιγμα κατὰ τῆς βασιλίδος λεχθέν. Καὶ ὁ λόγος ἐκληφθεὶς ὑπὸ τῶν κακουργούντων, εἰς γνῶσιν ἄγεται τῶν κρατούντων. Γνοῦσα δὲ ἡ Αὐγοῦστα, πρὸς τὸν βασιλέα τὴν οἰκείαν ὕβριν ὠδύρατο, αὐτοῦ ὕβριν εἶναι λέγουσα τὴν ἑαυτῆς. Παρασκευάζει οὖν, τὸν Θεόφιλον ταχεῖαν ποιεῖσθαι σύνοδον κατ' αὐτοῦ· συγ-
C κατασκευάζει δὲ ταῦτα καὶ Σεβηριανός· ἔτι γὰρ τὴν λύπην ἐφύλαττεν. Οὐ πολὺς οὖν ἐν μέσῳ χρόνος, καὶ

## VALESII ANNOTATIONES.

(50) *Ἐλπίζω σὲ μὴ ἐπιβῆναι.* Magis placet lectio codicis Florentini, ἔλπιζε μὴ ἐπιβῆναι τῆς σαυτοῦ πατρίδος. Nam si ἐλπίζω σὲ legeretur, dicendum esset, τῆς σῆς πατρίδος. Cum igitur σαυτοῦ legatur in omnibus libris, apparet legendum esse ἔλπιζε. Id est, *noli sperare, o Epiphani, te in patriam esse venturum.* Porro has prædictiones Epiphanii et Chrysostomi merito Baronius ut fabulosas et commentitias irridet : certe Socrates pro veris ac certis non refert : et sanctis hominibus ac sacerdotibus prorsus indignæ esse mihi videntur.

(51) *Ἀπιὼν ἐτελεύτησεν.* Conflictum quidem illum inter Epiphanium et Chrysostomum Baronius refert anno Christi 402. Sed de obitu Epiphanii non assentitur Socrati ac Sozomeno et reliquis D scriptoribus, qui Epiphanium paulo post, cum in patriam reverteretur, in itinere mortuum esse tradunt. At Baronius annum quo obierit Epiphanius, ignorari dicit. Quod quidem satis mirari non possum. Cum enim in præcedenti narratione conflictus illius qui fuit inter eximios viros, Socratem sequatur ac Sozomenum, quid causæ est cur in obitu Epiphanii ab illis dissentiat? Falli quidem potuerunt in prædictionibus mutuis Epiphanii et Chrysostomi referendis. Neque enim satis constat, utrum sibi mutuo ista prædixerint. Verum ea quæ utrique contigerunt, certissima sunt, nec ignorari potuerunt a Socrate atque Sozomeno, quorum hic Salaminius fuit, cujus urbis Epiphanius erat episcopus : uterque vero Epiphanii temporibus prope æqualis. Horum igitur testimonio constare debet, Epiphanium mortuum esse exeunte anno Christi 402, vel certe initio anni sequentis, ante synodum ad Quercum. Docet id Theophilus in Epistola ad Hieronymum, quam idem Hieronymus præfixit Paschalibus epistolis Theophili a se in Latinum sermonem conversis. In ea enim epistola Theophilus de Joanne Chrysostomo jam damnato ita scribit : *Sed ille, ut cætera ejus flagitia taceam, Origenistas in suam recipiens familiaritatem, et ex his plurimos in sacerdotium provehens, atque ob hoc celus beatæ memoriæ hominem Dei Epiphanium, qui inter episcopos clarum in orbe sidus effulsit, non parvo mœrore contristans, meruit audire : Cecidit, cecidit Babylon.* Ubi vides Theophilum de Epiphanio loqui jam mortuo, quippe quem beatæ memoriæ hominem appellat; et ante damnationem Chrysostomi mortuum esse significat *.

## VARIORUM.

* Verum epistola, unde locus citatus desumptus, scripta est, non a Theophilo ad Hieronymum, sed ab Hieronymo ad Theophilum, cui dedicat versionem trium epistolarum Paschalium a se curatam, idque post annum 404, ut ex ejus lectione apparet. Exstat tomo IX Operum Hieron. (Ant. Pagi, ad ann. 402, n. 8.)

[a] *Ἐτελεύτησεν.* Epiphanius diem supremum

Digitized by Google

παρῆν Θεόφιλος, πολλοὺς ἐκ διαφόρων πόλεων ἐπισκόπους [b] κινήσας. Τοῦτο δὲ καὶ τοῦ βασιλέως (52) ἐκέλευε πρόσταγμα· μάλιστα δὲ συνέῤῥεον, ὅσοι πρὸς Ἰωάννην ἄλλος δι' ἄλλην αἰτίαν λελύπηντο. Παρῆσαν δὲ καὶ ὅσους τῆς ἐπισκοπῆς ἀπεκίνησε· πολλοὺς γὰρ ὁ Ἰωάννης καθῃρήκει [c] τῶν ἐν Ἀσίᾳ ἐπισκόπων, ὅτε διὰ τὴν Ἡρακλείδου χειροτονίαν ἀπεληλύθει ἐπὶ τὴν Ἔφεσον. Πάντες οὖν συμφωνήσαντες εἰς τὴν Χαλκηδόνα τῆς Βιθυνίας συνήρχοντο. Τότε δὲ ἦν ἐπίσκοπος τῆς Χαλκηδόνος Κυρῖνος ὄνομα, γένει Αἰγύπτιος, ὅστις πολλὰ πρὸς τοὺς ἐπισκόπους ἔλεγε, τὸν ἀσεβῆ, τὸν ἀλαζόνα, τὸν ἀγόνατον ἀποκαλῶν (53). Ἥδοντο μὲν οὖν ἐπὶ τοῖς λεγομένοις οἱ ἐπίσκοποι. Μαρουθᾶς δὲ, Μεσοποταμίας ἐπίσκοπος, ἄκων τὸν πόδα τοῦ Κυρίνου ἐπάτησεν. Ὁ δὲ ὀδυνηρῶς ἐκ τούτου διατεθεὶς, συνδιαβῆναι τοῖς ἐπισκόποις ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν οὐ δεδύνηται. Ἀλλὰ μένει μὲν αὐτὸς ἐν τῇ Χαλκηδόνι· οἱ δὲ ἄλλοι διεπεραιώθησαν. Θεοφίλῳ δὲ οὐδενὸς τῶν τῆς ἐκκλησίας ἀπαντησάντων, οὐδὲ τιμὴν τὴν εἰωθυῖαν παρεσχηκότων· φανερὸς γὰρ ἐχθρὸς ἐγινώσκετο· τῶν Ἀλεξανδρέων τὸ ναυτικὸν, ἔτυχε γὰρ τότε παρεῖναι τὰ σιτηγοῦντα τῶν πλοίων, ἀπαντήσαντα σὺν εὐφημίᾳ ἐδέξαντο. Ὁ δὲ παρῃτεῖτο μὲν ἐπὶ τὸν εὐκτήριον οἶκον εἰσελθεῖν· ἐν μιᾷ δὲ τῶν βασιλίδων οἰκίᾳ καταλύει, ᾗ προσωνυμία Πλακιδιαναί. Τότε ἐντεῦθεν ἀνεκινοῦντο κατὰ Ἰωάννου κατηγορίαι πολλαί [d]· καὶ οὐκέτι μὲν τῶν Ὠριγένους βιβλίων μνεία τις ἦν· ἐπὶ ἑτέρας δὲ ἀτόπους κατηγορίας ἐτρέποντο. Τούτων δὲ οὕτω προκατεσκευασμένων, συνελθόντες οἱ ἐπίσκοποι ἐν προαστείῳ Χαλκηδόνος ᾧ ἐπώνυμον Δρῦς, καλοῦσιν εὐθὺς τὸν Ἰωάννην, ἀπολογησόμενον περὶ ὧν κατηγορεῖτο. Ἐκέλευον δὲ παρεῖναι ἅμα αὐτῷ Σαραπίωνα, καὶ Τίγριν εὐνοῦχον πρεσβύτερον, καὶ Παῦλον ἀναγνώστην. Καὶ γὰρ οὗτοι συγκατηγοροῦντο αὐτῷ. Ἐπεὶ δὲ ὁ Ἰωάννης τοὺς καλοῦντας ὡς ἐχθροὺς παρεγγράφετο (54), οἰκουμενικὴν δὲ ἐπεκαλεῖτο σύν-

A enim reconditam animo simultatem adversus Joannem gerebat. Elapso deinde brevi temporis spatio, advenit Theophilus una cum multis diversarum civitatum episcopis quos ille suis litteris evocaverat. Sed et imperatoris epistola idem fuerat imperatum. Præcipue tamen ii confluxere, qui Joanni variis de causis erant infensi. Adfuerunt præterea quos Joannes episcopatu dejecerat. Quippe Joannes multos in Asia deposuerat episcopos, tunc cum Heraclidis ordinandi causa profectus est Ephesum. Omnes igitur ex compacto Chalcedonem Bithyniæ conveniunt. Erat eo tempore Chalcedonis episcopus Cyrinus quidam, genere Ægyptius, qui apud episcopos multa contra Joannem blaterabat, impium illum et arrogantem et inexorabilem vocans. Delectabantur quidem ejusmodi dictis episcopi. Sed
B Maruthas, episcopus Mesopotamiæ, forte imprudens Cyrini pedem calcavit. Ille, eo vulnere graviter affectus, Constantinopolim una cum reliquis episcopis transfretare non potuit. Sed ipse quidem mansit Chalcedone: reliqui vero Constantinopolim trajecerunt. Cæterum cum nullus ex clericis Theophilo obviam processisset, nec honorem consuetum exhibuisset: palam enim Joannis inimicus agnoscebatur: nautæ Alexandrini, quorum frumentariæ naves tunc forte aderant, obviam progressi, faustis illum acclamationibus excepere. Et ipse quidem in ecclesiam ingredi recusavit, sed in **332** quamdam imperialem domum, quæ Placidiana appellatur,
C divertit. Exinde multæ adversus Joannem accusationes moveri cœpere. Nec jam librorum Origenis ulla fiebat mentio, sed absurdas alias criminationes intendebant. Quibus ad hunc modum præstructis, episcopi in suburbano Chalcedonis quod Quercus dicitur, congregati, Joannem confestim accersunt, ut de criminibus quæ ipsi objiciebantur, responderet. Simul etiam Serapionem diaconum

## VALESII ANNOTATIONES.

(52) *Τοῦτο δὲ καὶ τοῦ βασιλέως*. Mallem scribere τοῦτο γὰρ καὶ τοῦ βασιλέως ἐκέλευε πρόσταγμα. Porro Chrysostomus prorsus contrarium dicit in epistola ad Innocentium. Ait enim imperatorem mandasse Theophilo, solus ut veniret Constantinopolim, causam dicturus: illum autem eo venisse cum plurimis episcopis. Conciliari tamen hæc inter se possunt, si dicamus imperatorem, initio quidem hæc mandasse Theophilo, cum monachi ipsum adiissent; postea vero impulsum ab Eudoxia uxore, quæ Joanni infensa erat, jussisse ut plures secum episcopos ex Ægypto adduceret.

(53) *Ἀγόνατον ἀποκαλῶν*. Musculus *inflex bilem* vertit, Christophorsonus *contumacem*. Ego *inexorabilem* interpretari malui. Ad genua enim advolvimur eorum quos rogamus.

(54) *Παρεγγράφετο*. Scribendum est παρεγράφετο, quod est verbum juris civilis. Nam παραγραφὴ est exceptio. Est autem exceptionis species, judicum recusatio.

## VARIORUM.

obiit anno 402, saltem ineunte proximo, extrema quidem senectute, utpote ætatis anno prope centesimo, episcopatus tricesimo sexto. Quin si Polybio discipulo et itineris comiti credendum sit, ipse Epiphanius Constantinopoli cedens Arcadio imp. dixit se annos cxv, menses iii, natum esse. Vir erat pietate reliquisque virtutibus Christianis ornatissimus; Hebraice, Syriace, Ægyptiace, Græce et Latine doctus; unde Hieronymo πεντάγλωττος audit, antiquitatum præsertim ecclesiasticarum callentissimus; in narratiunculis tamen nullo habito examine admittendis nimis credulus, in temporibus distinguendis parum accuratus; cujus rei vel sola Arianæ hæreseos historia nobis fidem facit; in concertationibus adversus impias hæreses susce-
D ptis, judice Photio, ut plurimum infirmus. *Dictio ejus humilis*, inquit idem Phot., *ac plane talis, qualem ejus esse oportuit, qui Atticæ elegantiæ rationem nullam duceret.* (Guil. Cave, in *Epiphanio.*)

[b] *Πολλοὺς ἐπισκόπους*. Episcopi xlv hac synodo convenerunt. (Guil. Cave, in *Vit. Chrysost.*)

[c] *Πολλοὺς καθῃρήκει*. Chrysostomus sex Asianos episcopos, non sexdecim, ut inimici ejus affirmabant, deposuit. (Palladius, in ejus Vita)

[d] *Κατηγορίαι πολλαί*. Oblatus est accusationum libellus, 29 capita (quæ apud Photium habentur, cod. 59) complexus; cui postea alium 17 articulos continentem subrogavit Isaacius.

Digitized by Google

et Tigrim eunuchum presbyterum, et Paulum lectorem adesse jubent. Nam et isti una cum Joanne accusati fuerant. Sed quoniam Joannes exceptione utens, eos qui ipsum vocabant, tanquam inimicos, rejiciebat, et ad generale concilium provocabat, illi nihil cunctati quater eum citaverunt. Cumque ille sistere se in judicio noluisset, sed idem semper responsum daret, condemnarunt eum ac deposuerunt, nullum ei crimen objicientes, nisi quod vocatus non paruisset. Ea res sub vesperam nuntiata populum ad gravissimam seditionem excitavit. Itaque tota nocte excubantes eum ab ecclesia abduci nequaquam siverunt, sed causam ejus in majore concilio dijudicandam esse proclamabant. Verum imperatoris jussione præscriptum fuerat, ut continuo expelleretur, et in exsilium abduceretur. Quo comperto, Joannes tertio post damnationem die, circa meridiem ultro se ipse tradidit, inscia populi multitudine. Cavebat enim ne ipsius causa tumultus excitaretur. Et Joannes quidem abducebatur in exsilium.

οδον, μὴ μελλήσαντες τετράκις αὐτὸν ἐκάλεσαν. Τοῦ δὲ μὴ βουληθέντος ἀπαντῆσαι, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ λέγοντος, κατεψηφίσαντο καὶ καθεῖλον αὐτὸν, ἄλλο μὲν οὐδὲν αἰτιασάμενοι, μόνον δὲ ὅτι καλούμενος οὐχ ὑπήκουσε. Τοῦτο ἀπαγγελθὲν περὶ ἑσπέραν πρὸς μεγίστην στάσιν ἐξῆπτε τὸ πλῆθος· καὶ διανυκτερεύοντες οὐ συνεχώρουν ἀφέλκεσθαι τῆς ἐκκλησίας αὐτόν· ἀλλ' ἐβόων δεῖν κρίνεσθαι τὰ κατ' αὐτὸν ἐπὶ μείζονος συνεδρίου. Τοῦ βασιλέως δὲ ἐκέλευε πρόσταγμα, ᾗ τάχος ἐξωθεῖσθαι αὐτὸν, καὶ ἐπ' ἐξορίαν ἀπάγεσθαι. Τοῦτο γνοὺς ὁ Ἰωάννης, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν καθαίρεσιν περὶ τὸ μεσημβρινὸν ἑαυτὸν ἐξέδωκε (55), λαθὼν τὸ πλῆθος. Ἐφυλάττετο γὰρ μή τις ταραχὴ γένηται δι' αὐτόν· καὶ ὁ μὲν ἀπήγετο [e].

## CAP. XVI.

*Qualiter exorta populi seditione eo quod Joannes in exsilium duceretur, Briso eunuchus Augustæ missus eum Constantinopolim reduxit.*

Populus vero horrendum in modum tumultuabatur. Utque in hujusmodi rebus usuvenire solet, qui prius infenso in illum animo erant, miseratione movebantur, eumque calumniam passum esse dicebant, quem paulo antea depositum videre optaverant. Hanc igitur ob causam plures erant qui tam adversus imperatorem, quam contra concilium episcoporum vociferabantur. Sed præcipue in Theophilum culpam hujus calumniæ conferebant. Neque enim amplius fraus ejus in obscuro esse poterat: idque tum ex aliis multis indiciis, tum ex eo maxime, quod statim post Joannis depositionem, cum Dioscoro ejusque **333** fratribus qui Longi dicebantur, communicasset. Tunc etiam Severianus, cum in ecclesia verbum Dei prædicaret, visus est importune Joannem carpere, ita dicens: Etsi ob nihil aliud esset condemnatus Joannes, ejus tamen insolentia satis grave crimen est, ut ob eam solam deponi meruerit. Cuncta enim reliqua peccata hominibus condonantur, superbis vero Deus resistit, ut sacræ Scripturæ docent[1]. Hæc dicta plebis animos ad majorem pervicaciam provocarunt. Quamobrem

## ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

*Ὡς τοῦ λαοῦ στασιάσαντος, διὰ τὴν ἀπαγωγὴν Ἰωάννου, Βρίσων ὁ τῆς βασιλίδος εὐνοῦχος ἀποσταλεὶς πάλιν αὐτὸν ἐπανήγαγεν ἐν Κωνσταντίνου πόλει.*

Ὁ δὲ λαὸς ἀφόρητα ἐστασίαζεν. Οἷα δὲ ἐν τοῖς τοιούτοις φιλεῖ γίνεσθαι, πολλοὶ τῶν ἀπεχθῶς πρὸς αὐτὸν ἐχόντων ἐπὶ οἶκτον μετεβάλλοντο, καὶ συκοφαντεῖσθαι ἔλεγον, ὃν μικρῷ ἔμπροσθεν καθῃρημένον ἐπεθύμουν θεάσασθαι. Πλείους οὖν καὶ διατοῦτο ἐγίνοντο οἱ καταβοῶντες καὶ τοῦ βασιλέως καὶ τῆς συνόδου τῶν ἐπισκόπων. Μάλιστα δὲ Θεοφίλῳ τῆς σκευωρίας τὴν αἰτίαν ἐτίθεσαν. Οὐ γὰρ ἔτι λανθάνειν ἐπὶ τοῖς σκευωρημένοις ἐδύνατο· ἐκ πολλῶν μὲν οὖν καὶ ἄλλων τεκμηρίων, μάλιστα δὲ ὅτι τοῖς περὶ Διόσκορον, τοῖς ἐπιλεγομένοις Μακροῖς, εὐθὺς μετὰ τὴν Ἰωάννου καθαίρεσιν (56) ἐκοινώνησε. Τότε δὴ καὶ Σεβηριανὸς ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας διδάσκων, εὐκαίρως ἔδοξε διασύρειν τὸν Ἰωάννην, φήσας, Εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο κατέγνωστο Ἰωάννης, ἀλλ' οὖν γε ἱκανὸν ἔγκλημα πρὸς καθαίρεσιν τὸ ἀλαζονικὸν ἦθος αὐτοῦ. Πάντα μὲν γὰρ τὰ ἁμαρτήματα συγχωρεῖται τοῖς ἀνθρώποις· ὑπερηφάνοις δὲ ὁ Θεὸς ἀντιτάσσεται, ὡς διδάσκουσιν αἱ θεῖαι Γραφαί. Ταῦτα λεχθέντα, φιλονεικότερον ἐποίει τὸ πλῆθος. Διὸ τὴν ἀνάκλησιν ταχεῖαν ὁ βασιλεὺς ἐποίησε γενέσθαι. Πεμφθεὶς οὖν Βρίσων, ὁ τῆς βασιλίδος εὐνοῦχος, καταλαμβάνει

[1] Jac. IV, 6.

## VALESII ANNOTATIONES.

(55) *Περὶ τὸ μεσημβρινὸν ἑαυτὸν ἐξέδωκε.* Joannes Chrysostomus, in epistola ad Innocentium, testatur se sero jam vespere conjectum esse in navigium, et abductum in exsilium. Quare Baronius ad annum Christi 403, Socratem erroris arguit. Verum si verba Socratis attentius expendamus, ea nequaquam a Chrysostomi narratione dissentire reperiemus. Nam Socrates tantum ait, Joannem Chrysostomum circa meridiem tradidisse se ministris imperatoris: potuerunt ergo ministri imperatoris eum usque ad vesperam detinere sub custodia, quo sub noctem occultius abduceretur in exsilium.

(56) *Εὐθὺς μετὰ τὴν Ἰωάννου καθαίρεσιν.* Imo antequam Joannis causa examinaretur, id factum esse ait Sozomenus.

## VARIORUM.

[e] *Καὶ ὁ μὲν ἀπήγετο.* Edicto Cæsareo in Bithyniam relegatur anno 403, juxta Caveum et Pagium; vel, ut Cl. Savilius contendit, mense Novembri anni præcedentis.

Digitized by Google

A αὐτὸν ἐν Πρενέτῳ (57), ἐμπόριον δὲ τοῦτο καταντικρὺ τῆς Νικομηδείας κείμενον, καὶ ἀναστρέφει αὐτὸν ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν. Ἐπεὶ δὲ ἀνακληθεὶς Ἰωάννης οὐ πρότερον εἰς τὴν πόλιν εἰσελθεῖν προῃρεῖτο, ἢ ἐν μείζονι δικαστηρίῳ ἀθωωθῆναι, ἐν προαστείῳ, ὃ καλεῖται Μαριαναὶ (58) τέως ἐπέμενε. Παρέλκοντος δὲ αὐτοῦ καὶ μὴ βουλομένου εἰς τὴν πόλιν ἐπανελθεῖν, ἠγανάκτει τὸ πλῆθος, καὶ ᾗ τάχος βλάσφημα κατὰ τῶν κρατούντων ἠφίεσαν ῥήματα· διὸ καὶ ἀνάγκην ἐπέθηκαν τῇ ἐπανόδῳ αὐτοῦ. Ἀπαντῆσαν οὖν τὸ πλῆθος σὺν πολλῇ σεβασμίῳ τιμῇ, ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν εὐθὺς ἄγουσι· καὶ παρεκάλουν, ἔν τε τῷ ἐπισκοπικῷ θρόνῳ καθέζεσθαι, καὶ συνήθως τῷ λαῷ τὴν εἰρήνην ἐπεύξασθαι. Τοῦ δὲ παραιτουμένου, καὶ λέγοντος ὅτι τοῦτο δεῖ κρίσει γενέσθαι, καὶ δεῖν τοὺς καταψηφισαμένους πάλιν ἀποψηφίσασθαι, B ἐξεκαίετο τὸ πλῆθος, ἰδεῖν αὐτὸν καθήμενον ἐν τῷ θρόνῳ ποθοῦντες, καὶ πάλιν αὐτοῦ διδάσκοντος ἀκροᾶσθαι· ἐξίσχυσεν ὁ λαὸς ταῦτα κατεργάσασθαι. Καὶ καθίσας ὁ Ἰωάννης εἰς τὸν ἐπισκοπικὸν θρόνον συνήθως μὲν τὴν εἰρήνην τῷ λαῷ ἐπηύξατο. Προσαναγκασθεὶς δὲ καὶ ἐδίδαξε. Τοῦτο πραχθὲν τοῖς ἀπεχθῶς ἔχουσι πρὸς αὐτὸν ἑτέρας σκευωρίας παρέσχεν ὑπόθεσιν· ἀλλὰ περὶ τούτου μὲν τέως ἡσύχαζον.

imperator eum celerrime revocari jussit. Missus igitur Briso eunuchus Augustæ, offendit illum Præneti, quod emporium est ex adverso Nicomediæ situm: et Constantinopolim eum redire jubet. Sed quoniam Joannes ab exsilio revocatus, negabat se urbem ingressurum esse, nisi prius in majore judicum consessu innocentiam suam probasset, mansit interim in suburbano quod Marianæ appellatur. Porro dum moras necteret, nec civitatem ingredi vellet, plebs ad indignationem prorupit, statimque in ipsos imperatores maledicta congessit. Qua de causa Joannes redire coactus est. Obviam ergo progressa multitudo vulgi, eum cum summa reverentia in ecclesiam recta deducit, orans ut in episcopali cathedra sedere, et pro more solito pacem populo apprecari velit. Cum ille recusaret, diceretque id judicum decreto fieri debere, et oportere ut ii a quibus condemnatus esset, mutata sententia, ipsum absolverent, populus magis magisque incendebatur, eum in cathedra sedentem videre, et concionantem iterum audire votis omnibus concupiscens. Pervicit tandem populus ut ista fierent. Joannes ergo in episcopali solio residens, sicut antea consueverat, pacem populo pronuntiavit: ac præterea necessitate compulsus, sermonem habuit ad populum. Ea res adversariis Joannis alterius criminationis ansam præbuit. Verum hac de re tum quidem nihil dixerunt.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

*Ὡς διὰ τοῦ βούλεσθαι Θεόφιλον τὰ καθ' Ἡρακλείδου ἀπόντος ἐξετάζεσθαι, τοῦ Ἰωάννου ἀντιλέγοντος, συμπληγάδος γενομένης, C πολλοὶ ἀπώλοντο μεταξὺ τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν καὶ τῶν Ἀλεξανδρέων, ἐφ' οἷς φοβηθεὶς Θεόφιλος καί τινες τῶν ἐπισκόπων τῆς πόλεως ἐξεληλύθασι.*

Πρότερον δὲ κατὰ τὴν χειροτονίαν (59) Ἡρακλείδου [f] ἀναζητεῖσθαι Θεόφιλος παρεσκεύαζεν, ὅπως εἰ δύναιτο, ταύτην γοῦν ἀφορμὴν λάβοι πρὸς τὴν Ἰωάννου καθαίρεσιν. Ἡρακλείδης μὲν οὖν οὐ παρῆν· ἐκρίνετο δὲ ἀπὼν, ὡς εἴη τυπτήσας τινὰς ἀδίκως, ἁλύσει τε δήσας, καὶ πομπεῦσαι ποιήσας διὰ μέσης τῆς Ἐφεσίων πόλεως. Τῶν τοίνυν περὶ Ἰωάννου λεγόντων, μὴ δεῖν κατὰ ἀπόντων κριτήριον ποιεῖσθαι, οἱ

## 334 CAP. XVII.

*Quomodo cum Theophilus Heraclidis absentis causam examinari vellet, et Joannes reclamaret, orta contentione inter Constantinopolitanos et Alexandrinos, multi utrinque ceciderunt. Qua re territus Theophilus aliique episcopi ex civitate aufugerunt.*

Prius vero Heraclidis ordinationem in quæstionem vocari curavit Theophilus, ut inde, si posset, occasionem arriperet ad Joannem exauctorandum. Et ipse quidem Heraclides non aderat: absens tamen judicabatur, quasi quosdam injuste verberasset, et catenis vinctos per mediam Ephesiorum urbem traduxisset. Cumque Joannes ejusque fautores dicerent de absentibus judicium fieri non debere, contra Alexandrini contendebant admit-

### VALESII ANNOTATIONES.

(57) *Ἐν Πρενέτῳ.* Hujus oppidi nomen varie scribitur. Prænetum vocat Hierocles, Theophanes, Cedrenus ac Nicephorus, et Moschopulus. At Sozomenus Pronetum appellat. Apud Stephanum Πρόνεκτος dicitur. In tabula Putingerorum dicitur Pronetio. De hac urbe Continuator Theophanis manuscriptus in Gestis Constantini Porphyrogenneti sub finem ita loquitur: Καὶ πρὸς χώρας τῶν Βιθυνῶν ἐπεφοίτα, καὶ πρὸς Πρίετον, ἥτις Πραίνετος παρὰ τῶν ἐγχωρίων ἐπωνόμασται, ἔκ τινος πατρίου θεοῦ Βιθυνῶν τὴν κλῆσιν ἐπιτεθεῖσα.

(58) *Ἐν προαστείῳ ὃ καλεῖται Μαριαναί.* Προ- D άστεια dicebantur prætoria, seu prædia quæ ab urbe longius distabant, ut in annotationibus ad Eusebium observavi, quæ Latini interdum vocant suburbana. Quare fallitur Ortelius in *Thesauro Geographico*, qui Marianas suburbium esse Constantinopolis existimavit, cum sit villa, a conditore ita dicta. Sozomenus eam villam tunc in dominio Eudoxiæ Augustæ fuisse dicit.

(59) *Κατὰ τὴν χειροτονίαν.* Scribendum est procul dubio τὰ κατὰ τὴν χειροτονίαν Ἡρακλείδου, ut legitur apud Georgium Alexandrinum in *Vita Joannis Chrysostomi*.

### VARIORUM.

[f] *Ἡρακλείδου.* Heraclides, gente Cyprius, monasticum vivendi genus in Scetensi solitudine sectatus est, Evagrio Pontico præceptore usus. Tandem Constantinopolim delatus, anno 398, saltem ineunte sequenti, diaconus a Chrysostomo ordinatus est, Soz. lib. VIII, cap. 6. Archidiaconum vocat Nicephorus, lib. XIII, c. 9. Anno 402 ineunte, sedi Ephesinæ a Chrysostomo præfectus est, et in synodo LXX episcoporum ordinatus. Anno sequenti in Theophili synodo ad Quercum habita Origenismi accusatur una cum Palladio episcopo Helenopolitano, exhibitis adversus utrumque capitulis. Absentem judicari Heraclidem voluerunt Theophilus ejusque asseclæ, cum insuper injuriæ et crudelita-



Digitized by Google

tendos esse accusatores Heraclidis, licet eum absentem accusarent. Gravis inde seditio et concertatio inter Constantinopolitanos et Alexandrinos conflata est, commissaque pugna multi vulnerati, quidam etiam interempti sunt. Hæc cum videret Theophilus, illico Alexandriam profugit. Idem alii quoque fecerunt episcopi, præter paucos qui Joannis partes tuebantur: cunctique, arrepta fuga, ad suas sedes reverterunt. His ita gestis, Theophilus omnium judicio condemnabatur. Auxit porro odium contra illum, quod Origenis libros absque verecundia legere deinceps non cessabat. Cuidam certe interroganti cur libros quos damnaverat, rursus amplecteretur, in hunc modum respondit: Similes sunt Origenis libri prato cujusque generis floribus exornato. Si quid ergo in illis mihi occurrit boni, illud decerpo. Si quid vero spinosum apparuerit, hoc, utpote quod pungit, missum facio. Hæc sunt quæ respondit Theophilus, non reputans animo sententiam illam sapientissimi Salomonis: Verba sapientum similia esse boum stimulis, nec adversus ea calcitrare debere illos qui arcanis eorum sensibus punguntur [1]. Et Theophilus quidem his de causis omnium suffragio damnabatur. Cæterum Dioscorus Hermupoleos episcopus, unus eorum qui Longi appellabantur, paulo post fugam Theophili ex hac vita migravit,
**335** et splendidissima honoratus est sepultura, conditus scilicet in basilica quæ est ad Quercum, in qua propter Joannem synodus fuerat congregata. Joannes interim concionibus ecclesiasticis operam dabat. Quo tempore et Serapionem, cujus causa odium adversus ipsum exarserat, Heracleæ in Thracia episcopum constituit. Nec multo post ista etiam evenerunt.

A ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐφιλονείκουν, δεῖν δέχεσθαι τοὺς κατηγοροῦντας Ἡρακλείδου, εἰ καὶ κατηγοροῦσιν ἀπόντος αὐτοῦ. Στάσις οὖν ἐντεῦθεν καὶ διαπληκτισμὸς μεταξὺ τῶν Κωνσταντίνου πόλεως καὶ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐγίνετο σύντονος· καὶ γενομένης συμπληγάδος, πολλοὶ μὲν τραύματα ἔλαβον, ὀλίγοι δὲ καὶ ἀπώλοντο. Ταῦτα εἰδὼς Θεόφιλος, εὐθὺς, ὡς εἶχεν, ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἔφυγε. Τοῦτο δὲ καὶ οἱ ἄλλοι ἐποίουν ἐπίσκοποι, πλὴν ὀλίγων, οἳ τὰ Ἰωάννου ἠσπάζοντο· καὶ πάντες εἰς τὰ ἑαυτῶν φυγῇ ἀνεχώρησαν. Τούτων οὕτω γενομένων, ἐν καταγνώσει μὲν τοῖς πᾶσιν ὁ Θεόφιλος ἦν. Ηὔξησε δὲ τὸ κατ' αὐτοῦ μῖσος, τὸ αὖθις αὐτὸν μηδὲν ὑποστειλάμενον τὰ Ὠριγένους ἀσκεῖσθαι βιβλία. Ἐρωτηθεὶς οὖν ὑπό τινος, πῶς ἃ ἀπεκήρυξε, ταῦτα ἀσπάζεται πάλιν, ταῦτα ἀπεκρί- B νατο· Τὰ Ὠριγένους ἔοικε βιβλία λειμῶνι παντίων ἀνθέων. Εἴ τι οὖν ἐν αὐτοῖς ἐφεύρω καλὸν, τοῦτο δρέπομαι, εἰ δέ τί μοι ἀκανθῶδες φανείη, τοῦτο ὡς κεντοῦν ὑπερβαίνω. Τοιαῦτα Θεόφιλος ἀπεκρίνατο, μὴ λογισάμενος τὸ τοῦ σοφοῦ Σολομῶντος, ὅτι λόγοι σοφῶν ὡς τὰ βούκεντρα, καὶ οὐκ ὀφείλουσι λακτίζειν πρὸς αὐτοὺς οἱ ὑπὸ τῶν θεωρημάτων κεντούμενοι. Διαταῦτα μὲν δὴ ἐν καταγνώσει παρὰ πᾶσιν ὁ Θεόφιλος ἦν. Διόσκορος δὲ εἷς τῶν Μακρῶν, ὁ τῆς Ἑρμουπόλεως ἐπίσκοπος, ὀλίγον ὕστερον μετὰ τὴν Θεοφίλου φυγὴν ἐτελεύτησε (60), καὶ ταφῆς ἠξιώθη λαμπρᾶς, ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῷ ἐν τῇ δρυῒ κηδευθεὶς, ἔνθα διὰ Ἰωάννην γέγονεν ἡ σύνοδος. Ἰωάννης δὲ ταῖς διδασκαλίαις ἐσχόλαζε. Καὶ χειροτονεῖ Σαραπίωνα, τῆς ἐν Θρᾴκῃ C Ἡρακλείας ἐπίσκοπον, δι' ὃν τὸ κατ' αὐτοῦ μῖσος ἐγήγερτο. Μετ' οὐ πολὺ δὲ ταῦτα ἐπισυνέβη γενέσθαι.

## CAP. XVIII.

*De argentea Eudoxiæ statua: et quomodo Joannes ob eam Ecclesia denuo vulsus, in exsilium abductus est.*

Argentea statua Eudoxiæ Augustæ supra columnam purpuream erecta fuerat, amicta muliebri

## ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

*Περὶ τῆς ἀργυρᾶς στήλης Εὐδοξίας, καὶ ὡς διατοῦτο πάλιν Ἰωάννης τῆς Ἐκκλησίας ἐξωσθεὶς, εἰς ἐξορίαν ἀπήγετο.*

Τῆς Αὐγούστης Εὐδοξίας ἀνδριὰς ἀνέστη ἀργυροῦς (61) ἐπὶ κίονος πορφυροῦ, χλανίδα ἐνδεδυμένος. Ἕστηκε

[1] Eccle. XII, 11.

## VALESII ANNOTATIONES.

(60) *Ὀλίγον ὕστερον μετὰ τὴν Θεοφίλου φυγὴν ἐτελεύτησε.* Dioscorus Hermopoleos episcopus ante synodum quæ ad Quercum celebrata est, jam e vivis excesserat: nec in martyrio quod est ad Quercum sepultus est, sed in basilica S. Mocii, ut testatur Sozomenus. Erat autem basilica S. Mocii Constantinopoli, ut docet Procopius aliique. Quare fallitur Socrates qui Dioscoro tribuit id quod fratri ejus Ammonio potius conveniebat. Ammonius enim cum synodus ad Quercum convocaretur, in morbum delapsus est. Cumque ad Quercum trajecisset, paulo post abiit e vita, et in monasterio ejus loci splendidam meruit sepulturam, ut tradit Sozomenus.

(61) *Εὐδοξίας ἀνδριὰς ἀνέστη ἀργυροῦς.* Mar- D cellinus in *Chronico* id factum refert Theodosio juniore et Rumorido consulibus, qui fuit annus Christi 403: *Eudoxiæ Arcadii uxoris super porphyreticam columnam argentea statua juxta ecclesiam posita hactenus sistit.* Idem quoque scribit Theophanes, qui statuam illam erectam fuisse ait in loco qui Pittacia dicitur, juxta ecclesiam sanctæ Irenes: et in ejus dedicatione præfectum urbis, qui Manichæus erat et semipaganus, plebem ad plau-

## VARIORUM.

tis reum facientes. Verum reverso mox ab exsilio Joanne, et Theophilo a civibus CPolitanis fugato, evanuit ista tempestas. Tandem tamen Joanne secunda vice in exsilium misso, parem et ipse Heraclides fortunam subiit: anno enim 404 sede sua depositus, in carcerem Nicomediæ conjectus est; ubi quadriennium tunc exegerat, cum Palladius *Dialogum* suum scripsit. Quid illi exinde evenerit, non constat. Vir erat, teste Palladio, sæcularibus disciplinis optime institutus, et divinarum Scripturarum admodum peritus. (Guil. Cave, Hist. vol. I, pag. 288.)

Digitized by Google

δὲ οὗτος ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ, οὔτε ἐγγὺς πόῤῥω τῆς ἐκκλησίας, ἣ ἐπώνυμον Σοφία· ἀλλὰ διείργει ἄμφω μέση πλατείας ὁδός. Ἐπὶ τοῦτο συνήθως δημώδεις ἤγοντο παιδιαί. Ἰωάννης δὲ ὕβριν τὰ γινόμενα τῆς ἐκκλησίας νομίζων, τῇ συνηθείᾳ τε παῤῥησίαν ἀνακτησάμενος πάλιν, τὴν ἑαυτοῦ γλῶτταν κατὰ τῶν ταῦτα ποιούντων ἐξώπλιζε. Καὶ δέον τοὺς κρατοῦντας λόγῳ παρακλητικῷ πείθειν παῦσαι τῆς παιδιᾶς· ὁ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίει· καταφορικῇ δὲ τῇ γλώσσῃ χρησάμενος, ἔσκωπτε τοὺς γενέσθαι ταῦτα κελεύσαντας. Ἡ δὲ βασίλισσα πάλιν εἰς ἑαυτὴν εἷλκε τὰ γενόμενα· καὶ ὕβριν ἑαυτῆς τοὺς ἐκείνου λόγους νομίζουσα, πάλιν παρασκευάζει σύνοδον ἐπισκόπων συνάγεσθαι κατ' αὐτοῦ. Αἰσθόμενος δὲ ὁ Ἰωάννης τὴν περιβόητον ἐκείνην ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας διεξῆλθεν ὁμιλίαν, ἧς ἡ ἀρχή· Πάλιν Ἡρωδίας [g] μαίνεται, πάλιν ταράσσεται, πάλιν ὀρχεῖται, πάλιν ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου ζητεῖ λαβεῖν. Τοῦτο πλέον εἰς ὀργὴν ἐξῆψε τὴν βασιλίδα. Καὶ μετ' οὐ πολὺ παρῆσαν οἱ ἐπίσκοποι, Λεόντιος ἐπίσκοπος Ἀγκύρας, τῆς μικρᾶς Γαλατίας· Ἀμμώνιος Λαοδικείας, τῆς ἐν Πισιδίᾳ· Βρίσων Φιλίππων, τῶν ἐν Θρᾴκῃ (62)· Ἀκάκιος Βεροίας, τῆς ἐν Συρίᾳ, καὶ ἄλλοι τινές. Παρόντων δὲ τούτων, ἀνεκινοῦντο οἱ πρώην κατήγοροι. Ἰωάννης μὲν οὖν ἐθάῤῥει ἐπὶ τούτοις, καὶ ἠξίου ἐπιζητεῖσθαι τὰ κατηγορούμενα. Τῆς δὲ ἑορτῆς τῶν Γενεθλίων τοῦ Σωτῆρος ἐπελθούσης, ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν ἐκκλησίαν συνήθως οὐκ ἀπήντα, ἀλλὰ δηλοῖ τῷ Ἰωάννῃ ὡς οὐ πρότερον αὐτῷ κοινωνήσει, πρὶν ἂν πρότερον ἀποδύηται τὰ ἐγκλήματα. Ἐπεὶ δὲ τοῦ Ἰωάννου θαῤῥοῦντος οἱ κατήγοροι δειλότεροι ἐδείκνυντο, οἱ παρόντες ἐπίσκοποι ἄλλο μὲν ἐρευνῶν οὐδέν· μόνον δὲ τοῦτο δεῖν εἰς κρίσιν ἄγεσθαι ἔλεγον, ὅτι μετὰ τὴν καθαίρεσιν [h], μὴ ψηφισαμένης τῆς συνόδου αὐτῷ, εἰς τὸν θρόνον εἰσεπήδησε. Τοῦ δὲ λέγοντος, ὡς ἑξηκονταπέντε ἐπίσκοποι κοινωνήσαντες αὐτῷ ἐψηφίσαντο, οἱ περὶ Λεόντιον ἀντεπῆγον· Ἀλλὰ πλείους, ὦ Ἰωάννη,

A stola. Stabat hæc in edita basi, nec admodum contigua ecclesiæ quæ Sophia cognominatur; nec ab ea procul dissita : sed inter utramque media duntaxat plateæ via interjecta erat. Ad eam statuam popularium lusus celebrari consueverant. Porro Joannes, cum ad contumeliam ecclesiæ ista fieri censeret, pristinam loquendi libertatem resumens, contra eos qui hæc agebant, linguam suam denuo armavit. Et cum blanda hortatione potius persuadere debuisset principibus, ut ab hujusmodi ludicro abstinerent, istud quidem non præstitit : sed eloquentiæ suæ impetu abreptus, probris eos appetiit qui ista fieri præceperant. Hoc factum Augusta iterum ad se rapit : et Joannis verba contumeliam suam reputans, rursus episcoporum B synodum adversus illum congregari curat. Id ubi sensit Joannes, celebrem illam in ecclesia habuit orationem, cujus initium est, Rursus Herodias furit, rursus turbatur, rursus saltat, rursus Joannis caput in disco accipere concupiscit. Ea res Augustam multo amplius exacerbavit. Nec multo post advenerunt episcopi : Leontius scilicet episcopus Ancyræ quæ est in Galatia; Ammonius Laodiceæ quæ est in Pisidia ; Briso Philipporum Thraciæ; Acacius Berœæ quæ est in Syria, et quidam alii. Qui cum adessent, hi qui prius Joannem accusaverant, iterum excitati sunt. At Joannes coram istis judicibus fidenti erat animo, postulabatque ut de criminibus sibi objectis inquireretur. Interea vero cum natalis dies Servatoris C illuxisset, imperator ad **336** ecclesiam, sicut consueverat, non processit, sed Joanni mandavit, se non prius communicaturum cum illo, quam illata sibi crimina diluisset. Porro cum accusatores Joannis ob excelsam illius fiduciam cadere animis viderentur, episcopi qui aderant reliqua quidem omnia scrutari supersederunt : de hoc

## VALESII ANNOTATIONES.

sus et choreas ac tripudia excitasse, ita ut divinum officium in ecclesia tranquille peragi non posset, obstrepente saltantium multitudine. Baronius tamen dedicationem hujus statuæ confert in annum Christi 404. Sed cum Marcellinus Comes in *Chronico* id diserte referat consulatu Theodosii junioris et Rumoridi, tutius existimo ejus sententiam sequi, modo id post synodum ad Quercum, et post primam damnationem Chrysostomi factum esse dicamus, id est sub exitum anni 403. Idque confirmat Socrates. Subdit enim paulo post, instante D jam natali Domini, Arcadium mandasse Joanni se non posse ad ecclesiam accedere. Atqui Joannes depositus est paulo ante Pascha, anno Christi 404.

(62) *Βρίζων Φιλίππων τῶν ἐν Θρᾴκῃ*. Hic Briso alius esse videtur a Brisone episcopo, quem unum ex discipulis Joannis Chrysostomi fuisse scribit Cedrenus. Videtur autem Socrates Philippos hoc loco posuisse pro Philippopoli. Nam Philippopolis Thraciæ urbs est notissima, Philippi vero civitas est Macedoniæ.

## VARIORUM.

[g] *Πάλιν Ἡρωδιάς*. Occurrit hæc homilia, tomo VII Operum Chrysostomi, pag. 545 edit. Savil.

[h] *Ὅτι μετὰ τὴν καθαίρεσιν*. Canonem concilii Antiocheni contra Chrysostomum adductum, his verbis recitat Palladius in ejus Vita, p. 78 : Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἀδίκως ἢ δικαίως καθαιρεθεὶς, ἑαυτῷ ἐπεισέλθοι δίχα συνόδου εἰς τὴν ἐκκλησίαν, τὸν τοιοῦτον μηκέτι ἔχειν χώραν ἀπολογίας, ἀλλὰ τέλεον ἐξωθεῖσθαι. *Si quis episcopus aut presbyter jure aut injuria depositus, per se redeat ad Ecclesiam absque synodo, talis non habeat amplius locum defensionis, sed absolute expellatur.* Vide canonem IV concilii Antiocheni in hanc fere sententiam, nisi quod verba ἀδίκως ἢ δικαίως illic non habeantur. Non dubitat tamen Beveregius quin Chrysostomo objiceretur violatio duodecimi canonis ejusdem synodi, qui sic se habet : Εἴ τις ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου καθαιρεθεὶς πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἢ καὶ ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου, etc. *Si quis presbyter vel diaconus a proprio episcopo, vel episcopus a synodo depositus, ausus fuerit imperatoris auribus molestiam exhibere, cum oporteat ad majorem synodum converti, et jus, quod se habere putat, ad plures episcopos referre, eorumque examinationem*

Digitized by Google

autem uno quæstionem habendam esse dixerunt, quod post depositionem absque synodi auctoritate, suo ipsius arbitrio in episcopalem sedem invasisset. Cumque ille diceret, quinque et sexaginta episcopos qui ipsi communicaverant, istud decrevisse : Leontius contra, Plures, inquit, fuere, o Joannes, qui te in synodo condemnarunt. Rursus cum Joannes contenderet, non Ecclesiæ catholicæ, sed Arianorum canonem illum esse : episcopi enim olim Antiochiæ congregati ad evertendam consubstantialis fidem, præ odio quo adversus

A (63) κατεψηφίσαντό σου ἐν τῇ συνόδῳ. Ἐπεὶ δὲ πάλιν ὁ Ἰωάννης τὸν κανόνα τοῦτον οὐ τῆς αὐτῶν Ἐκκλησίας, ἀλλὰ τῶν Ἀρειανῶν εἶναι ἔλεγεν (64)· οἱ γὰρ ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ συνελθόντες ἐπὶ τῇ καθαιρέσει τῆς ὁμοουσίου πίστεως, ἀπεχθείᾳ τῇ πρὸς Ἀθανάσιον, τὸν κανόνα ἐξέδωκαν· μὴ προσδεξάμενοι τὰς ἀπολογίας, κατεψηφίσαντο· μὴ νοήσαντες, ὅτι τῷ κανόνι τούτῳ χρησάμενοι καὶ Ἀθανάσιον καθεῖλον (65). Ταῦτα πέπρακται, ἐγγιζούσης τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα. Δηλοῖ οὖν ὁ βασιλεὺς τῷ Ἰωάννῃ μὴ δύνασθαι εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐλθεῖν (66), ὅτι δύο αὐτοῦ κατεψηφίσαντο

## VALESII ANNOTATIONES.

(63) *Ἀλλὰ πλείους, ὦ Ἰωάννη.* Baronius, ad annum Christi 404, Socratem mendacii arguit. Nam in synodo ad Quercum triginta sex tantum episcopi Chrysostomum damnaverant : ex quibus novem ac viginti erant Ægyptii, reliqui ex diversis provinciis, ut refert Theodorus apud Palladium in Dialogo de vita Chrysostomi, idque ex actis synodi ad Quercum. Cum autem postea revocatus fuisset Constantinopolim, a sexaginta quinque episcopis receptus fuerat in communionem. Aut igitur falli Socratem necesse est, qui Chrysostomum a pluribus damnatum esse dixerit quam susceptum ac restitutum ; aut Palladium falli dicendum est. Nisi forte hæc inter se conciliare quis ita velit, ut dicamus Leontium episcopum simul hic numerasse suffragia episcoporum qui in utraque synodo, tam ea quæ ad Quercum, quam quæ Constantinopoli celebrata est, Joannem Chrysostomum condemnarunt. Etsi enim tunc cum hæc dicebat Leontius, episcopi qui in synodo Constantinopolitana aderant, nondum sententiam tulissent adversus Chrysostomum, Leontius tamen qui eos infensos esse sciebat Chrysostomo, de illorum suffragiis minime dubitabat.

(64) *Ἀλλὰ τῶν Ἀρειανῶν εἶναι ἔλεγεν.* Idem scribit Palladius a defensoribus Joannis Chrysostomi responsum fuisse, adversus canonem Antiocheni concilii, eum scilicet conditum esse ab Arianis episcopis. Sed hanc defensionem adversarii Joannis Chrysostomi rejiciebant, asserentes canonem illum ab episcopis catholicis statutum fuisse. Cumque Elpidius episcopus qui a partibus stabat Chrysostomi, ipsos urgeret, ut formulæ fidei ab iisdem episcopis tunc promulgatæ subscriberent, coram imperatore responderunt, paratos se esse ad subscribendum : sed rem in aliud tempus distulerunt. Quid ergo de hac quæstione statuendum est? Athanasius quidem in libro De synodis, synodum illam Antiochenam cum sua fidei formula prorsus rejicit, tanquam ab Arianis celebratam, eo consilio ut Nicænam fidem everterent. Verum Athanasio, qui in sua causa testis idoneus esse non potest, opponimus primo Hilarium, deinde Julium papam, postremo Orientales omnes et Occidentales, qui synodum illam tandem uno consensu susceperunt. Certe Hilarius in libro De synodis eam prorsus admittit, et fidei formulam in ea synodo conscriptam tanquam utilem ac necessariam commendat, ob hæreses quæ post Nicænum concilium exortæ fuerant. Sed et Julius papa synodicam epistolam scripsit ad omnes episcopos qui in ea synodo erant congregati ; inter quos erant Eusebius, Narcissus, Theodorus et Maris. Eam epistolam integram refert Athanasius in *Apologetico*. In titulo autem epistolæ et in corpore, eos dilectos fratres appellat Julius ; nunquam profecto id facturus, si illos pro Arianis habuisset. Cur autem eos habuisset pro Arianis, qui nullius adhuc synodi sententia damnati fuerant, et inter quos plerique erant Nicænæ fidei acerrimi defensores? quod nec Baronius negat. Cujusmodi fuit Dianius Cæsareæ Cappadocum episcopus, qui primo loco nominatur a Julio : de cujus laudibus peculiaris exstat epistola Basilii Magni. Denique Orientales omnes synodum illam pro catholica amplexi sunt, ejusque regulas in Codice canonum retulerunt, brevi post tempora Joannis Chrysostomi, ut patet ex concilio Chalcedonensi. Tandemque Occidentalis Ecclesia canones illos a Dionysio Exiguo in Latinum sermonem conversos paulatim admisit. Licuit tamen temporibus Joannis Chrysostomi eos repudiare, quippe qui communi totius Ecclesiæ consensu nondum recepti essent, nec ab Ecclesia Romana adhuc admitterentur. Certe Innocentius papa in Epistola ad clerum Constantinopolitanum, quam refert Sozomenus in lib. VIII, nullatenus eos canones admittit.

(65) *Καὶ Ἀθανάσιον καθεῖλον.* Christophorsonus de episcopis qui in Antiochena synodo consederant, hæc dici putavit a Socrate. Malim tamen hæc intelligere de episcopis, qui tunc adversus Joannem Chrysostomum congregati erant Constantinopoli. Atque ita hunc locum cepit Epiphanius Scholasticus et Musculus. Nam Epiphanius quidem ita vertit : *Non intelligentes, quod dum hac regula uterentur, Athanasium quoque deponerent.* Musculus vero feliciter interpretatur hoc modo : *Nec cogitantes, non Joannem se modo, sed et ipsum Athanasium hoc canone utentes deponere.*

(66) *Μὴ δύνασθαι εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐλθεῖν.* Christophorsonus hæc de Joanne dici existimavit, cui liberum deinceps non esset in ecclesiam ingredi. Ego tamen de ipso imperatore id accipere malim cum Epiphanio et Musculo. Confirmat sententiam nostram locus Socratis qui legitur paulo superius : ubi refert Arcadium appetente jam natali Domini, mandasse Joanni, non posse se in ecclesiam venire, nisi prius Joannes, qui synodali sententia damnatus fuerat, se in judicio purgasset.

## VARIORUM.

*et judicium suscipere : si itaque his contemptis imperatori molestus fuerit, is nulla venia dignus, neque sui defendendi locum habeat, nec restitutionis futuræ spem exspectet.* Atqui nullibi legitur, quod memini, Chrysostomum ad imperatorem contra concilium provocasse. Quomodo autem ab exsilio revocatus est, et in sedem restitutus, vide paulo ante, cap. 16, hujus lib. Utriusque canonis violationem S. Chrysostomo crimini datam fuisse censet Cl. Caveus in ejus Vita : *Chrysostomum*, inquit, *deponunt eo præsertim nomine, quod a synodo depositus, repugnantibus licet concilii Antiocheni canonibus* IV et XII, *sedem occupasset.*

Digitized by Google

σύνοδοι. Ἤργει οὖν ὁ Ἰωάννης λοιπὸν, οὐδαμῶς τε A εἰς τὴν ἐκκλησίαν κατήρχετο. Εὐθὺς οὖν πάντες οἱ αὐτῷ προσκείμενοι, ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀναχωρήσαντες, τὸ μὲν Πάσχα ἐν τῷ δημοσίῳ λουτρῷ τῷ ἐν Κωνσταντιαναῖς ἐπετέλεσαν· σὺν αὐτοῖς δὲ πολλοὶ ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι, καὶ ἄλλοι ἱερατικοῦ τάγματος. Ἐξ ἐκείνου τε κατ' ἰδίαν τὰς συναγωγὰς ἐν διαφόροις τόποις ποιούμενοι, Ἰωαννῖται προσηγορεύθησαν. Ἰωάννης δὲ ἐπὶ δύο μῆνας οὐδαμοῦ προέβαινεν, ἕως ὅτου βασιλέως ἐκέλευε πρόσταγμα εἰς ἐξορίαν ἀπάγεσθαι. Καὶ ὁ μὲν ἀπήγετο, τῆς ἐκκλησίας ἑλκυσθείς. Τινὲς δὲ τῶν Ἰωαννιτῶν κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τὴν ἐκκλησίαν ἐνέπρησαν [i]. Καιομένης δὲ αὐτῆς, ἄνεμος ἀπηλιώτης πνεύσας, καὶ τὸν οἶκον τῆς συγκλήτου γερουσίας (67) κατέκαυσε [j]. Τοῦτο γέγονε τῇ εἰκάδι τοῦ Ἰουνίου μηνὸς, ἐν ὑπατείᾳ Ὀνωρίου ἕκτῃ, B ἣν σὺν Ἀρισταινέτῳ ἐδίδου. Ὅσα μὲν οὖν διὰ τὸν γεγενημένον ἐμπρησμὸν, ὁ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως ὕπαρχος, ᾧ ὄνομα ἦν Ὀπτάτος, Ἕλλην τὴν θρησκείαν (68) ὑπάρχων καὶ διατοῦτο τοὺς Χριστιανοὺς μισῶν, κατὰ τῶν φιλούντων τὸν Ἰωάννην ἔπραξε, καὶ ὡς πολλοὺς ἐξ αὐτῶν ἐκόλασεν, παραλιπεῖν μοι δοκῶ.

Athanasium flagrabant, eum canonem condiderunt : Leontius et cæteri, repudiata ejus defensione, sententiam in illum dixerunt, istud minime reputantes, quod hac regula usi, ipsum etiam Athanasium deposuissent. Hæc gesta sunt festo Paschæ die appropinquante. Imperator igitur Joanni significavit, non posse se ad ecclesiam venire, eo quod ille duabus jam synodis esset condemnatus. **337** Itaque Joannes deinceps quievit, nec amplius ad ecclesiam perrexit. Proinde omnes qui ejus partibus adhærebant, relicta confestim ecclesia, Pascha celebrarunt in publicis Thermis quæ Constantianæ dicuntur. Erant cum illis multi episcopi ac presbyteri, aliique ecclesiastici ordinis viri : qui quoniam exinde collectas variis in locis seorsum agere instituerunt, Joannitæ sunt nominati. Joannes vero bimestri spatio in publicum non processit, donec imperatoris præcepto jussus est in exsilium duci. Et ille quidem ab ecclesia abstractus, procul abducebatur. Quidam autem ex Joannitis eo ipso die ecclesiam incenderunt. Quæ dum arderet, subsolano vento vehementius flante, curia etiam in qua senatus haberi solet, conflagravit. Id accidit XII die Kalendas Julii, Honorio sextum et Aristæneto consulibus. Porro quibus malis Optatus præfectus urbis Constantinopolitanæ, religione gentilis, atque ideo Christianis infensus, Joannis amicos propter hoc incendium affecerit, et quomodo multos eorum capitali animadversione sustulerit, omittendum puto.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΘʹ.

*Περὶ Ἀρσακίου τοῦ μετὰ Ἰωάννην χειροτονηθέντος, καὶ περὶ Κυρίνου τοῦ Χαλκηδόνος.*

C Ὀλίγων δὲ ἡμερῶν διελθουσῶν χειροτονεῖται ἐπίσκοπος Κωνσταντίνου πόλεως Ἀρσάκιος [k], ὃς ἀδελφὸς

## CAP. XIX.

*De Arsacio qui post Joannem ordinatus est, et de Cyrino Chalcedonis episcopo.*

Paucis post diebus Arsacius Constantinopoleos episcopus constituitur : qui **338** frater quidem

### VALESII ANNOTATIONES.

Eodem igitur modo nunc instante festo paschali, Arcadius mandat Joanni se non posse in ecclesiam procedere, quandiu Joannes a duabus jam synodis damnatus, in ea resideret.

(67) *Τὸν οἶκον τῆς συγκλήτου γερουσίας.* Ædes hæc Senatus vocabatur. Auctor *Chronici Alexandrini* Honorio VI et Aristæneto consulibus : Καὶ αἰφνιδίῳ ἐκάη ἡ μεγάλη ἐκκλησία σὺν τῷ σενάτῳ ἀπὸ κρατούντων αὐτῆς τῶν λεγομένων ξυλοχερκητῶν ἡμέρᾳ· δευτέρᾳ ὥρᾳ ϛʹ. Describit hanc ædem Zosimus in libro V. Erat autem in regione secunda urbis Constantinopolitanæ, ut docet vetus descriptio urbis illius, ante notitiam imperii Romani edita.

(68) *Ὀπτάτος Ἕλλην τὴν θρησκείαν.* Hic est, ni fallor, præfectus urbi Manichæus et semipaganus, qui in dedicatione statuæ Eudoxiæ Christianis illuserat, ut supra retulimus ex Theophane. De eodem Optato scribit Palladius in Vita Chrysostomi, cum cum esset præfectus urbi, coegisse matronas nobiles aut communicare cum Arsacio, qui in locum Joannis Chrysostomi fuerat subrogatus, aut ducentas auri libras fisco solvere.

### VARIORUM.

[i] *Τὴν ἐκκλησίαν ἐνέπρησαν.* Non desunt qui a nemine ignem, sed divinitus immissum tradant, ut diserte Palladius in Vita Chrysost., pag. 91, et Historia conciliabuli excitati contra Chrysostomum testantur. Duravit incendium ab hora sexta ad nonam, ἐν τρισὶν ὥραις ἡμεριναῖς πολυχρονίου ἔργου ἀφανισθέντος, *tribus diurnis horis multorum temporum opere deleto*, inquit Palladius, p. 93. Petiit Chrysostomus ut se de hoc incendio purgaret; verum loquendi copiam non impetravit. Id., *ibid*.

Chrysostomus festo Paschæ die appropinquante damnatus, post menses duos in exsilium missus est, nempe XX mensis Junii, in quam feria secunda incidebat, quave magna ecclesia et curia incensæ sunt. Arsacius vero ordinatus est die XXVI ejusdem mensis, in quem Dominica incidebat, quo die ordinationes episcoporum CPolitanorum fieri solitæ erant. Quare in *Chronico Alexandrino*, loco ἡμέρᾳ δευτέρᾳ legendum ἡμέρᾳ προτέρᾳ, id est, *feria* D *prima*, quæ hoc anno cum die XXVI Junii concurrit. (Ant. Pagi ad ann. 404, quo hæc gesta sunt, n. 13.)

[j] *Τὸν οἶκον .. κατέκαυσε.* Καὶ οὐ θαυμαστὸν περὶ τῆς ἐκκλησίας ὅπου γε καὶ τὴν καλουμένην παρὰ τοῖς ἔξω σύγκλητον, ἀπὸ πολλῶν βημάτων κειμένην ἀντικρὺ τῆς ἐκκλησίας ἐκ μεσημβρίας φρονίμως τὸ πῦρ, καθάπερ γέφυραν τὸν ἀγοραῖον δῆμον τὸν διὰ μέσου διαπεράσαν ἐλυμήνατο. *Nec id mirum de ecclesia, cum senatum qui apud exteros dicitur, multis passibus dissitum ex adverso ecclesiæ ad meridiem, ignis ille interjectam populi multitudinem pontis instar sapienter prætergressus pessum dederit.* Palladius pag. 92. Paulo post addit : *Videre erat inter duos igneos montes, illæsos populos ad sua negotia commeantes.*

[k] *Ἀρσάκιος.* Ἀρσάκιος δὲ ὁ ἀδελφὸς τοῦ μακαρίου Νεκταρίου, ἀντεισήγετο τῷ τόπῳ τοῦ Ἰωάννου, etc. *Arsacius autem, frater beati Nectarii, sub-*

Digitized by Google

erat Nectarii, ejus qui episcopatum regiæ urbis ante Joannem optime administraverat, sed admodum senex. Jam enim octogesimum ætatis annum impleverat. Qui dum ob singularem mansuetudinem episcopatum tranquille gubernaret, Cyrinus Chalcedonis episcopus, cujus pedem Maruthas episcopus Mesopotamiæ imprudens calcaverat [1], adeo male affectus est eo casu, ut, putrefacto pede, necesse habuerit eum abscindere. Neque vero id semel factum est, sed sæpius iterata sectio. Totum enim corpus depascebatur vis mali, adeo ut alter quoque pes eo correptus malo idem remedium sustinuerit. Hujus autem rei idcirco mentionem feci, quod plerique affirmabant, Cyrinum hæc passum esse propter probra et convicia quæ in Joannem conjecerat : quippe qui durum et inexorabilem eum identidem appellaret, sicut antea dixi. Et quoniam inusitatæ magnitudinis grando, tam Constantinopoli, quam in ejus suburbanis forte sub idem tempus ceciderat : id autem contigit pridie Kalendas Octobres, consulibus supra memoratis : hoc divina ultione factum esse dicebant ob injustam Joannis depositionem. Mors Augustæ statim subsecuta auctoritatem hujusmodi sermonibus addidit. Quarto siquidem die post delapsam grandinem migravit e vita. Alii vero affirmabant Joannem merito fuisse depositum, eo quod olim in Asia ac Lydia constitutus, multas Novatianorum et Quartadecimanorum aliorumque ecclesias invasisset, tunc scilicet cum Heraclidis ordinandi causa Ephesum profectus est. Verum utrum justa fuerit Joannis depositio, siculi dictum est ab iis qui Joanni erant infensi : vel utrum Cyrinus debitas maledicentiæ suæ pœnas dederit : et utrum propter Joannem grando ceciderit et Augusta interierit, an ob alias quasdam causas, an ob utrumque ista simul contigerint, Deus occultorum cognitor novit, qui ipsius quoque veritatis justus est judex. Ego ea quæ tunc temporis crebris hominum sermonibus jactabantur, scriptis prodidi.

A μὲν ἐγεγόνει Νεκταρίου, τοῦ πρὸ Ἰωάννου τὴν ἐπισκοπὴν καλῶς διοικήσαντος, γηραιὸς δὲ σφόδρα· ὑπὲρ γὰρ ὀγδοήκοντα ἔτη ἐτύγχανεν ὤν. Καὶ τούτου δι' ὑπερβολὴν πραότητος τὴν ἐπισκοπὴν ἡσύχως διέποντος, ὁ τῆς Χαλκηδόνος ἐπίσκοπος Κυρῖνος, οὗ τὸν πόδα ἄκων Μαρουθᾶς ὁ Μεσοποταμίας ἐπίσκοπος ἐπάτησεν, οὕτω κακῶς διετέθη, ὡς σηπεδόνα ποιῆσαι, καὶ γενέσθαι ἀνάγκην ὥστε ἀποπρισθῆναι τὸν πόδα. Οὐχ ἅπαξ δὲ τοῦτο ἐγένετο, ἀλλὰ πλειστάκις ἀπεπρίζετο. Ἐπενέμετο γὰρ τὸ πάθος καὶ ὅλον τὸ σῶμα, ὥστε καὶ τὸν ἕτερον πόδα, μεταλαβόντα τοῦ κακοῦ, τὸ αὐτὸ ὑπομεῖναι. Τούτου χάριν δὲ πεποίημαι μνήμην, ὅτι πολλοὶ ἔφασκον, διὰ τὴν εἰς Ἰωάννην βλασφημίαν ταῦτα παθεῖν τὸν Κυρῖνον, ὅτι ἀγόνατον αὐτὸν συνεχῶς ἀπεκάλει, ὥς μοι καὶ πρότερον B εἴρηται. Ἐπειδὴ δὲ συνέβη καὶ χάλαζαν παμμεγεθεστάτην ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει καὶ περὶ τὰ αὐτῆς κατενεχθῆναι προάστεια· γέγονε δὲ τοῦτο ἐν τῇ αὐτῇ ὑπατείᾳ, περὶ τὴν τριακάδα τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός· τοῦτο ἔλεγον κατὰ Θεοῦ μῆνιν γενέσθαι, ἐπὶ τῇ ἀκρίτῳ καθαιρέσει Ἰωάννου. Ηὔξησε δὲ τοὺς τοιούτους λόγους καὶ ἡ τῆς βασιλίδος ἐπιγενομένη τελευτή [1]· τετάρτῃ γὰρ ἡμέρᾳ μετὰ τὸ κατενεχθῆναι τὴν χάλαζαν ἐτελεύτησεν. Ἄλλοι δὲ ἔφασκον δίκαια πεπονθέναι τὸν Ἰωάννην ἐπὶ τῇ καθαιρέσει, ὅτι πολλὰς ἐκκλησίας τῶν Ναυατιανῶν καὶ Τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν, καὶ ἄλλων τινῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ τὴν Λυδίαν γενόμενος ἔλαβεν, ἡνίκα διὰ τὴν Ἡρακλείδου χειροτονίαν ἐπὶ τὴν Ἔφεσον ἐστάλη. Ἀλλὰ πότερον δικαία ἡ καθαίρεσις Ἰωάννου κατὰ τὸν λόγον τῶν C λυπηθέντων ὑπ' αὐτοῦ ἐγένετο, ἢ Κυρῖνος δικαίαν τῆς βλασφημίας ἐδίδου δίκην, καὶ πότερον διὰ Ἰωάννην ἡ χάλαζα κατηνέχθη, καὶ ἡ βασίλισσα ἐτελεύτησεν, ἢ ταῦτα δι' ἑτέρους ἐγίνετο λόγους, ἢ καὶ δι' ἀμφότερα, Θεὸς ἂν εἰδείη, ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης, ὁ καὶ αὐτῆς τῆς ἀληθείας κριτὴς δίκαιος. Ἐγὼ δὲ τὰ τότε θρυλλούμενα ἔγραψα.

[1] Supra, cap. 15.

## VARIORUM ANNOTATIONES.

*stitutus est in locum Joannis, magni sacrorum interpretis : vir pisce magis mutus, et rana rebus agendis minus idoneus. Aliquando enim et actio ipsa loquitur, cum sui ipsius causa bonum opus factum fuerit. Ille cum ad quatuordecim menses vitam suam protendisset, mortuus est, violato suo in Evangelio juramento. Quippe fratri suo Nectario juraverat, nullius unquam episcopatus ordinationem admissurum se, quando Nectarius exprobravit ipsi, quod noluisset Tarsensi Ecclesiæ præfici, quasi mortem ipsius specularetur. Fuit causa perjurii primum quidem vana gloria, propter quam ambiebat, ut ita dicam, nuptias uxoris fratris sui : deinde pudor increpationum ipsi a fratre prophetice factarum.* Palladius.

[1] *Ἡ τῆς βασιλίδος τελευτή*. Zonaras, Cedrenus, aliique Eudoxiam, tribus mensibus post Chrysostomi mortem exactis, puerperam obiisse tradunt. W. Lowth. De hac Eudoxia Arcadii uxore sic Philostorgius, lib. II, cap. 6 : *Arcadius imper. post patris obitum filiam Bautonis duxit uxorem. Erat autem Bauto natione barbarus et magisterio militum in Occidentis partibus perfunctus fuerat.* D Nec Zosimus, lib. v, p. 781, contrarium scribit, ut arbitratur Baronius ; nam tantum dicit puellam, quam Arcadius conjugem duxit, educatam in domo unius ex filiis *Promoti*, non vero, ut interpretatur Baronius, *Promoti* filiam fuisse. *Ælia Eudoxia* nuncupatur in inscriptione Gruteri, p. 1048. Eam e vivis excessisse anno 404, tribus ante Chrysostomum annis, præter auctores a Baronio citatos, ac Theophanem in *Chronico*, testatur Eunapius. Auctor *Chronici Alexandrini* sub hujus anni consulibus, ejus mortis diem ac mensem his verbis notavit : *Mortua est Eudoxia Augusta mense Hyperberetæo, pridie Non. Octob. feria* v, *et humata est in ecclesia SS. Apostolorum, Hyperberetæo mense*, IV *Id. Octob. feria* IV. Gravida et abortiens vita decessit, ut tradit Photius in *Bibliotheca*, cod. 77, territa scilicet grandine ταλαντιαίᾳ, quæ omnia circa urbem vastavit. Georgius patriarcha Alexandrinus, qui Eudoxiam post Chrysostomum mortuam tradit, et quo innixus Baronius mortem ejus usque ad annum 407 differt, scriptor est in historia futilissimus et mendacissimus. Porro Zonaras aliique quidam ideo

Digitized by Google

### ΚΕΦΑΛ. Κ'.

*Ὡς μετὰ Ἀρσάκιον Ἀττικὸς τὸν Κωνσταντινουπόλεως θρόνον κατέσχεν.*

A Ἀρσάκιος δὲ οὐ πολὺν ἐπεβίω τῇ ἐπισκοπῇ χρόνον. Τῇ γὰρ ἑξῆς ὑπατείᾳ, ἥτις ἦν Στελίχωνος τὸ δεύτερον καὶ Ἀνθεμίου, περὶ τὴν ἑνδεκάτην τοῦ Νοεμβρίου [m] μηνὸς ἐτελεύτησε. Περισπουδάστου δὲ πολλοῖς γενομένης τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ διατοῦτο πολλοῦ διαδραμόντος χρόνου, τῇ ἑξῆς ὑπατείᾳ, ἥτις ἦν Ἀρκαδίου τὸ ἕκτον καὶ Πρόβου, προεβλήθη εἰς τὴν ἐπισκοπὴν ἀνὴρ εὐλαβὴς, ᾧ ὄνομα ἦν Ἀττικός. Ὃς τὸ μὲν γένος ἐκ Σεβαστείας τῆς Ἀρμενίας κατῆγεν, ἀσκητικὸς δὲ τὸν βίον ἐκ νέας ἡλικίας, καὶ ἄλλως μετὰ τοῦ μετρίως πεπαιδεῦσθαι, πλέον φυσικῶς φρόνιμος ἦν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου μικρὸν ὕστερον λέξω.

### ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

*Περὶ τῆς Ἰωάννου ἐν ἐξορίᾳ πρὸς Κύριον ἀναλύσεως.*

Ἰωάννης δὲ ἐπὶ τὴν ἐξορίαν ἀπαγόμενος ἐν Κομάνοις τοῦ Εὐξείνου Πόντου ἐτελεύτησε [n], τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς (69), τῇ ἑξῆς ὑπατείᾳ, ἥτις ἦν Ὀνωρίου τὸ ἕβδομον καὶ Θεοδοσίου τὸ δεύτερον· ἀνὴρ, ὡς καὶ πρότερον ἔφην, διὰ ζῆλον σωφροσύνης, θυμῷ πλέον ἢ αἰδοῖ χαριζόμενος, καὶ διὰ σωφροσύνην παῤῥησιαιτέρᾳ διὰ βίου τῇ γλώσσῃ χρησάμενος. Θαυμάσαι δέ μοι ἔπεισι, πῶς τοσοῦτον ζῆλον σωφροσύνης ἀσκῶν, ἐν προσομιλίαις αὐτοῦ καταφρονεῖν τῆς σωφροσύνης ἐδίδαξε. Μιᾶς γὰρ μετὰ τὸ βάπτισμα παρὰ τῆς συνόδου τῶν ἐπισκόπων μετανοίας τοῖς ἐπταικόσι δοθείσης, αὐτὸς C ἀπετόλμησεν εἰπεῖν· Χιλιάκις μετανοήσας εἴσελθε (70). Ἐφ' ᾗ διδασκαλίᾳ πολλοὶ μὲν καὶ τῶν

[1] Cap. 3.

### 339 CAP. XX.

*Quomodo post mortem Arsacii Atticus Constantinopolitanam sedem obtinuit.*

Cæterum Arsacius post susceptum episcopatum non diu supervixit. Sequenti enim anno, id est Stilichone iterum et Anthemio consulibus, die tertio Idus Novembris mortem obiit. Cum autem multi episcopatum illum ambirent, eamque ob causam multum jam temporis elapsum esset, altero post anno, Arcadio sextum et Probo consulibus, ad episcopatum promotus est Atticus, vir religiosus. Hic ex Sebastia Armeniæ generis sui originem ducebat. Cæterum monasticum vitæ genus ab ineunte adolescentia sectatus fuerat, ac disciplinis quidem mediocriter institutus, naturali prudentia B magis valebat. Sed de illo plura postea dicam.

### CAP. XXI.

*De Joannis obitu in exsilio.*

Joannes vero in exsilium abductus Comanis in Euxino Ponto extremum diem obiit, octavodecimo Kalendas Octobres, proximo anno post supradictum consulatum, id est Honorio septies et Theodosio iterum consulibus: vir, ut antea dixi [1], propter abstinentiæ studium, iracundiæ magis indulgens quam verecundiæ, et qui ob singularem sanctimoniam immodica oris libertate perpetuo usus est. Porro mirari non immerito subit, cur cum tanto studio flagraret temperantiæ, eam tamen contemnendam esse in concionibus suis docuerit. Nam cum a synodo episcoporum semel duntaxat iis qui post baptismum peccassent, 340 concessa fuisset pœnitentia, ipse pronuntiare non

## VALESII ANNOTATIONES.

(69) *Τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ Νοεμβρίου μηνός.* Scribendum est τοῦ Σεπτεμβρίου ex codice Sfortiano, et ex versione Epiphanii Scholastici. Nec aliter legit Nicephorus, qui addit diem quo obiit Joannes Chrysostomus, dicatum fuisse Exaltationi sanctæ crucis. Sic enim conveniebat, ut is qui vitam omnem sub cruce transegerat, nec alia re quam cruce Domini sui gloriatus fuerat, festo illius die compage corporis solveretur, ut eleganter scribit idem Nicephorus.

(70) *Χιλιάκις μετανοήσας εἴσελθε.* In quanam homilia id a Chrysostomo dictum fuerit, equidem incompertum habeo. De Socratis tamen fide dubitari non potest, quippe qui iisdem temporibus vixerit, et utrumque, tam Chrysostomum, quam Sisinnium Novatianorum episcopum, concionantes audire D potuerit. Cæterum ex hoc loco certius quam ex ullo alio colligi potest, Socratem Novatianum fuisse. Nam et Chrysostomi sententiam perperam interpretatur, et Sisinnio Novatianæ partis episcopo palam favet adversus Joannem Chrysostomum. Mihi vero hic videtur esse sensus verborum Chrysostomi. Meminisse debemus, paulo antea sublatum fuisse a Nectario pœnitentiarium presbyterum permissumque omnibus ut pro sua quisque sententia ad sacra mysteria accederet. Quo facto pœnitentia publica non mediocriter labefactata fuerat, sublato scilicet presbytero, qui vigorem ejus ac disciplinam integram atque incolumem servabat. Sic igitur ait Chrysostomus, auditores suos ad pœnitentiam exhortans: Antea quidem semel tantum pœnitentiam agere licebat, publicam scilicet. Nunc privatim pœnitentiam agere potes quoties volueris. Antea non admittebatur secunda pœnitentia. Nunc etiam si millies pœnitentiam egeris, te admittam. Vides Chrysostomum loqui de privata et quotidiana pœnitentia, non autem de publica. Itaque frustra Socrates objicit ei decretum episcoporum de non iteranda pœnitentia publica. Sciendum porro est hoc dictum objectum esse

## VARIORUM.

Eudoxiam tribus a Chrysostomi obitu mensibus elapsis periisse scribunt, quia tribus post exsilium Chrysostomi mensibus exstincta est. Is error irrepsit in *Breviarium Romanum* ad lectiones Officii S. Chrysostomi. (Ant. Pagi ad ann. 404, n. 28.)

[m] *Περὶ τὴν ἑνδεκάτην τοῦ Νοεμβρίου.* Si Arsacius obiit die XI Novembris, Stilichone iterum et Anthemio coss., id est, anno Dom. 405, cum anno superiori die 26 mensis Junii ordinatus fuerit, sedit annum unum, menses quatuor, dies septemdecim. Verum Palladius menses tantum quatuordecim ei attribuit. Quod si error in numerum non irrepsit, non dubium quin Palladio tunc viventi, et de rebus Chrysostomi optime edocto, major fides adhibenda sit, quam Socrati. Atticus mense Februario aut Martio sequentis anni, die incerto consecratus est. (Ant. Pagi ad ann. 405, n. 8.)

[n] *Ἐν Κομάνοις... ἐτελεύτησε.* Πλησιάσαντες τῇ

Digitized by Google

dubitavit: Licet millies pœnitentiam egeris, accede. Ob quam doctrinam, tum a familiaribus suis reprehensus est, tum etiam a Sisinnio Novatianorum episcopo. Qui librum quoque adversus hoc dictum conscripsit, et Joannem ob idipsum graviter exagitavit. Verum hæc diu ante contigerant.

## CAP. XXII.

*De Sisinnio Novatianorum episcopo, et de congressu quem cum Joanne habuisse dicitur.*

De Sisinnio vero pauca dicere, haudquaquam intempestivum puto. Vir fuit, ut jam dixi, admodum disertus, et in philosophiæ studiis excellens. Præcipue vero dialecticam excoluerat, et sacrarum Litterarum interpretationem apprime callebat: adeo ut Eunomius hæreticus, ejus præstantiam in arte disserendi formidans, sæpenumero refugerit. Victu autem non adeo simplex erat. Sed licet summæ esset temperantiæ, victu tamen magnifico et sumptuoso utebatur. Quippe delicate vivens, et candida veste indutus, bis quotidie in balneis publicis lavabat. Et cum aliquando a quodam interrogaretur, cur ipse qui episcopus esset, bis lavaret quotidie, respondit: Quoniam tertio lavare non possum. Alio quodam die cum Arsacium honoris causa inviseret, a quibusdam Arsacii familiaribus interrogatus, cur vestem episcopo minime convenientem gestaret, et ubinam scriptum esset, sacerdotem alba veste indui debere, respondisse fertur: Tu prior mihi dicas velim, quo in loco scriptum sit, episcopum atra veste uti debere. Cumque is qui interrogaverat, ad hanc contrariam interrogationem hæreret, subjecit Sisinnius: Tu quidem ostendere nunquam poteris, sacerdotem debere atris vestibus indui. Me vero Salomon adhortatus est ita dicens: *Sint tibi vestimenta alba* [1]. Et Servator

A γνωρίμων αὐτοῦ κατέγνωσαν· μάλιστα δὲ Σισίννιος ὁ τῶν Ναυατιανῶν ἐπίσκοπος. Ὃς καὶ λόγον ὑπεναντίον τοῦ λεχθέντος συνέγραψεν, καὶ γενναίως αὐτοῦ διατοῦτο κατέδραμεν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἤδη πρότερον ἐγεγόνει.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΒʹ.

*Περὶ Σισιννίου ἐπισκόπου Ναυατιανῶν, οἷά φησι προσωμιληκέναι πρὸς Ἰωάννην.*

Περὶ δὲ Σισιννίου βραχέα διεξελθεῖν, οὐκ ἄκαιρον εἶναι ἡγοῦμαι. Ἀνὴρ ἦν, ὡς πολλάκις ἔφην, ἐλλόγιμος, καὶ τὰ φιλόσοφα ἄκρως μαθών. Διαλεκτικῆς δὲ σφόδρα ἐπεμελεῖτο, καὶ τὰ ἱερὰ Γράμματα ἄκρως ἑρμηνεύειν ἠπίστατο· ὡς καὶ Εὐνόμιον τὸν αἱρετικὸν πολλάκις αὐτοῦ φυγεῖν τὴν ἐπὶ τῇ διαλέξει δεινότητα. B Τὴν δὲ δίαιταν ἦν οὐ λιτός. Ἀλλ' ἐν ἄκρᾳ σωφροσύνῃ, πολυτελεῖ ταύτῃ ἐκέχρητο, τρυφῶν τε ἐν ἐσθῆτι λευκῇ, καὶ δὶς τῆς ἡμέρας ἐν λουτροῖς δημοσίοις λουόμενος διετέλει. Καί ποτε ἐρομένου αὐτόν τινος, τοῦ χάριν ἐπίσκοπος ὤν, δὶς λούοιτο τῆς ἡμέρας, Ἐπειδὴ τρίτον οὐ φθάνει, ἀπεκρίνατο. Ἄλλοτε δὲ Ἀρσάκιον τὸν ἐπίσκοπον κατὰ τιμὴν ὁρῶν, ἠρωτήθη ὑπό τινος τῶν περὶ Ἀρσάκιον, διὰ τί ἀνοίκειον ἐπισκόπῳ ἐσθῆτα φοροίη, καὶ ποῦ γέγραπται λευκὰ τὸν ἱερωμένον ἀμφιέννυσθαι· ὁ δὲ, Σὺ πρότερον, ἔφη, εἰπὲ ποῦ γέγραπται μέλαιναν ἐσθῆτα φορεῖν τὸν ἐπίσκοπον. Τοῦ δὲ ἐρωτήσαντος ἐν ἀπόρῳ γενομένου πρὸς τὴν ἀντερώτησιν, ἐπήγαγεν ὁ Σισίννιος· Ἀλλὰ σὺ μὲν οὐκ ἂν, ἔφη, δεῖξαι C δυνήσῃ, ὡς δεῖ τὸν ἱερωμένον μέλανα ἀμφιέννυσθαι· ἐμοὶ δὲ καὶ ὁ Σολομὼν παρῄνεσε λέγων, « Ἔστωσάν σοι ἱμάτια λευκά· » καὶ ὁ Σωτὴρ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις λευκῇ φαίνεται ἐσθῆτι χρησάμενος. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Μωϋσῆν καὶ Ἠλίαν λευκοφοροῦντας τοῖς ἀποστόλοις ἔδειξεν. Ταῦτα δὴ καὶ ἄλλα πολλὰ ἑτοίμως εἰπὼν,

[1] Eccle. IX, 8.

## VALESII ANNOTATIONES.

Chrysostomo ab Isaacio episcopo in synodo ad Quercum, quod licentiam peccantibus præberet, ita docens: *Si iterum peccasti, pœniteat iterum. Et quoties peccaveris, veni ad me, et ego te sanabo.*

## VARIORUM.

Κομάνῃ, καθάπερ γέφυραν αὐτὴν παρῆλθον, ἔξω τοῦ τείχους ἐν τῷ μαρτυρίῳ μείναντες ἀπὸ πέντε ἢ ἓξ σημείων. *Cum Comanis appropinquassent, pontis instar ea prætergressi, extra muros in martyrio quinque aut sex millibus dissito manserunt. Eadem ipsa nocte apparuit eis loci illius martyr, nomine Basiliscus (qui episcopus Comanorum cum esset, martyrium passus est Nicomediæ in Bithynia, sub Maximino, una cum Luciano presbytero Antiocheno), dicens: Macte animo, frater Joannes; crastina enim die una erimus. Prædixerat quoque, ut aiunt, et ibi permanenti presbytero: Para locum fratri Joanni; venit enim. Oraculo fidens Joannes sequenti die oravit milites, ut ad horam quintam usque ibi permanerent. Illi vero, non auditis ejus precibus, inde abscesserunt. Confectis circiter triginta stadiis, rursus ad martyrium unde discesserant, redierunt, cum graviter ille sese haberet. Sic igitur reversus, candidas vestes, vita quam duxerat dignas, requirit; exutusque prioribus, eas sibi jejunus induit, omnibus ad calceamenta usque mutatis; atque reliquas præsentibus distribuit. Et sumptis Dominicis symbolis coram astantibus ultimam orationem facit. Et cum* D *dixisset more suo,* Gloria Deo propter omnia, *et ultimum Amen obsignasset, extendit pedes qui pulchre cucurrerant ad salutem eorum qui elegerant pœnitentiam, et ad reprehensionem illorum qui peccata copiose excoluerant.* Palladius in *Vita Chrysostomi*, p. 99, 100. Sanctissimam animam cœlo remisit die Septemb. 14, anno Chr. 407, ætatis supra mensem octavum completo LII; exsilii anno III, mense III; episcopatus anno IX, mense VI, die XVI. Sepultus est in martyrio S. Basilisci prope Comana, eidem cui et ipse martyr, tumulo inclusus: unde post XXX annos ossa ejus solenni pompa Constantinopolim translata sunt, et in SS. Apostolorum basilica recondita. (Guil. Cave in *Chrysost.*, vol. I, pag. 234.) Consentiunt viri docti diem Chrysostomi emortualem fuisse XIV Septembris: legitur tamen in Græca ejus vitæ *Epitome* ad calcem *Dialogi* Palladii: ἐτελεύτησε δὲ μηνὶ Νοεμβρίῳ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ.

Digitized by Google

τὰ μέγιστα ἐπὶ τῶν παρόντων ἐθαυμάσθη. Λεοντίου A δὲ, τοῦ Ἀγκύρας τῆς ἐν τῇ μικρᾷ Γαλατίᾳ ἐπισκόπου, Ναυατιανῶν ἐκκλησίαν ἀφαιρουμένου, καὶ τῇ Κωσταντίνου πόλει ἐπιδημοῦντος, ὁ Σισίννιος ἐλθὼν παρ' αὐτὸν, παρεκάλει ἀποδοῦναι τὴν ἐκκλησίαν. Ὁ δὲ θερμῶς ἀπήντησε, καί φησι πρὸς αὐτόν· Ὑμεῖς, φησὶν, οἱ Ναυατιανοὶ οὐκ ὀφείλετε ἐκκλησίας ἔχειν, τὴν μετάνοιαν ἀναιροῦντες, καὶ τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ Θεοῦ ἀποκλείοντες. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα πλείονα τοῦ Λεοντίου κακῶς τοὺς Ναυατιανοὺς λέγοντος, ἔφη ὁ Σισίννιος· Καὶ μὴν οὐδεὶς οὕτω μετανοεῖ ὡς ἐγώ. Τοῦ δὲ πάλιν ἐπάγοντος, Πῶς μετανοεῖς; ἔφη ὁ Σισίννιος, Ὅτι σε εἶδον, ἀπεκρίνατο (71). Ἰωάννου δέ ποτε τοῦ ἐπισκόπου ἐγκαλοῦντος αὐτῷ, καὶ λέγοντος, ὅτι οὐ δύναται ἡ πόλις B δύο ἐπισκόπους ἔχειν, ὁ Σισίννιος ἔφη, Οὐδὲ γὰρ ἔχει. Τοῦ δὲ Ἰωάννου χαλεπήναντος, καὶ φήσαντος, Ὁρᾷς ὅτι μόνος εἶναι βούλει ἐπίσκοπος; ὁ Σισίννιος, Οὐ τοῦτο, ἔφη, λέγω, ἀλλ' ὅτι ἐγὼ παρὰ σοὶ μόνῳ οὐκ εἰμὶ ἐπίσκοπος, ὃς τοῖς ἄλλοις εἰμί. Ὁ δὲ Ἰωάννης πρὸς τὸ λεχθὲν ἀγανακτήσας, Ἀλλ' ἐγώ σε, ἔφη, παύσω προσομιλεῖν· αἱρετικὸς γὰρ ὑπάρχεις. Πρὸς δὴ τούτῳ χαριέντως ὁ Σισίννιος ὑπήντησεν· Ἀλλ' ἐγὼ, ἔφη, καὶ μισθοὺς παρέξω, εἴ με τηλικούτου καμάτου ἀπαλλάξειας. Διαμαλαχθεὶς δὲ ἐκ τῆς ἀποκρίσεως ὁ Ἰωάννης, Ἀλλ' οὐκ ἄν σε, ἔφη, παύσω τοῦ προσομιλεῖν ἐγὼ, εἴ σε ὅλως τὸ λέγειν λυπεῖ. Οὕτω μὲν οὖν ἕτοιμος πρὸς τὰς ἀποκρίσεις, καὶ χαρίεις ἦν ὁ Σισίννιος. Γράφειν δὲ ταῦτα καὶ ἀπομνημονεύειν τὰ εἰρημένα αὐτῷ, μακρὸν ἂν εἴη· διὸ καὶ δι' C ὀλίγων ἐπέδειξα οἷος ἦν, ἀρκεῖν ἡγησάμενος. Ἐκεῖνο δέ φημι, ὅτι διὰ παίδευσιν περιβόητος ἦν· καὶ διὰ ταύτην πάντες ἐφεξῆς οἱ ἐπίσκοποι ἠγάπων τε καὶ ἐτίμων αὐτόν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ τῆς συγκλήτου περιφανεῖς ἔστεργόν τε αὐτὸν καὶ ἐθαύμαζον. Καὶ πολλὰ μὲν αὐτῷ βιβλία συγγέγραπται· λεξιθηρεῖ δὲ ἐν αὐτοῖς, καὶ ποιητικὰς παραμίγνυσι λέξεις. Λέγων δὲ μᾶλλον, ἢ ἀναγινωσκόμενος ἐθαυμάζετο. Προσῆν γὰρ αὐτῷ χάρις, τῷ τε προσώπῳ καὶ τῇ φωνῇ, καὶ τῷ σχήματι καὶ τῷ βλέμματι, καὶ τῇ ὅλῃ κινήσει τοῦ σώματος. Ἠγαπᾶτο οὖν καὶ διὰ ταῦτα παρὰ πασῶν τε τῶν θρησκειῶν, καὶ μάλιστα παρὰ τοῦ ἐπισκόπου Ἀττικοῦ. Καὶ τὰ μὲν περὶ Σισιννίου ἐξαρκεῖν ἡγοῦμαι.

noster in Evangeliis alba veste usus esse deprehenditur [1]. Moysen etiam atque Eliam albis indumentis vestitos apostolis ostendit. His aliisque extemporali facilitate dictis, cunctos qui aderant, in admirationem sui rapuit. Cum autem Leontius episcopus Ancyræ quæ est in Galatia, Novatianis ecclesiam ademisset, ac tum forte versaretur Constantinopoli, Sisinnius eum adiens rogavit, ut ecclesiam redderet. At ille asperius eum excipiens, ita dixit : Vos, Novatiani, ecclesias habere non decet, qui pœnitentiam tollitis, Deique benignitatem intercluditis. Hæc et ejusmodi plura **341** in Novatianos deblateranti Leontio Sisinnius sic respondit : Atqui nemo magis pœnitentiam agit quam ego. Cumque Leontius iterum adjecisset : Quomodo pœnitentiam agis ? subjunxit Sisinnius, Quia te vidi. Cum aliquando a Joanne episcopo reprehenderetur, Joannesque diceret civitatem non posse duos episcopos habere, respondit Sisinnius : Nec profecto habet. Hic cum Joannes indignaretur, ac diceret : Solus, ut video, vis esse episcopus, subjecit Sisinnius : Non hoc dico, sed quod apud te solum episcopus non sim, qui tamen episcopus sum aliis omnibus. Quo responso exasperatus Joannes : Faciam, inquit, ne in posterum concioneris. Hæreticus enim es. Cui Sisinnius facete respondit : At ego, inquit, mercedem tibi solvam, si me tanto labore liberaveris. Mollitus eo dicto Joannes : Ego, inquit, non faciam ut ne in posterum concioneris, siquidem tibi molestum est concionandi munus. Adeo ad respondendum paratus et facetus erat Sisinnius. Omnia porro scribere et commemorare quæ sunt ab illo scite dicta, prolixum esset. Proinde pauca ista sufficere existimavi, ut ex iis qualis hic vir fuerit ostenderetur. Id unum addam, eum eruditionis causa celeberrimum fuisse, eoque nomine a cunctis continuo ordine sibi succedentibus episcopis cultum simul et amatum. Sed et primores ordinis senatorii eum singulari benevolentia et admiratione prosequebantur. Scripsit quidem plures libros. Sed in illis nimium studet verborum elegantiæ, atque interdum poeticas inserit dictiones. Proinde dicendo majorem gloriam adeptus est quam scribendo. Nam in ejus vultu ac voce, in habitu etiam atque obtutu, et in totius corporis motu plurimum inerat venustatis. Has ob dotes, tum ab omnibus sectis diligebatur, tum præcipue ab Attico episcopo. Sed de Sisinnio satis dictum puto.

D

## ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

*Περὶ τῆς Ἀρκαδίου τοῦ βασιλέως τελευτῆς.*

Τελευτᾷ δὲ οὐ πολὺ μετὰ τὴν Ἰωάννου τελευτὴν ὁ βασιλεὺς Ἀρκάδιος, ἀνὴρ πρᾷος καὶ ἡσύχιος, καὶ πρὸς τῷ τέλει τῆς ζωῆς, θεοφιλοῦς δόξαν κτησάμενος

## CAP. XXIII.

*De obitu imperatoris Arcadii.*

Non diu post mortem Joannis imperator etiam Arcadius excessit e vita, vir mitis ac placidus, et qui sub exitum vitæ Dei charus ab omnibus exi-

[1] Luc. IX, 29.

## VALESII ANNOTATIONES.

(71) *Ὅτι σε εἶδον, ἀπεκρίνατο.* Apud Suidam in voce Σισίννιος, ubi totus hic Socratis locus describitur, deest vox ἀπεκρίνατο. Quæ aut omnino expungenda est ut superflua, aut delenda vox ἔφη quæ præcessit.

Digitized by Google

stimatus est ob hanc causam : Constantinopoli A ædes est amplissima, quæ Carya cognominatur, propterea quod in ejus atrio nux est arbor, in qua Acacius martyr olim suspensus martyrium consummasse fertur. Quam ob causam parva etiam basilica juxta illam arborem ædificata est. Eam imperator Arcadius videre cupiens, quodam die ingressus est. Cumque ibi precationem fecisset, discessit. Omnes porro qui in vicinia illius basilicæ habitabant, imperatoris videndi causa confluxerant. Et alii quidem extra ædem progressi, **342** viarum transitus occupare studuerant : unde et imperatoris vultum et pompam omnem stipatorum facilius prospicere se posse arbitrabantur. Alii vero subsequebantur, donec universi cum mulieribus simul et parvulis extra basilicam B tandem sunt constituti. Quo facto, ædes amplissima quæ in ambitu illius basilicæ erat circumstructa, repente corruit. Clamor exinde consecutus est cum ingenti admiratione, quod imperatoris precatio tantam hominum multitudinem ab interitu servasset. Et id quidem contigit ad hunc modum. Porro Arcadius, relicto filio Theodosio adhuc octenni, mortuus est, Basso et Philippo consulibus, Kalendis Maii, anno secundo Olympiadis ducentesimæ nonagesimæ septimæ. Imperavit una cum patre Theodosio annis tredecim, post patris autem obitum annis quatuordecim. Vixit annos unum et triginta. Complectitur autem hic liber historiam annorum duodecim et sex mensium.

*In aliis exemplaribus reperta sunt quæ sequuntur, non quasi omissa, sed alio dicendi genere conscripta. Operæ pretium igitur censui ea ascribere C hoc loco.*

Interim vero cum episcopus Ephesi forte e vita migrasset, Joannes necesse habuit eo proficisci, ut episcopum ordinaret. Cum igitur Ephesum venisset, et alii alium ad eum locum promovere studerent, ipse Heraclidem quemdam diaconum suum, genere Cyprium, ad episcopatum promovit. Hac de causa cum seditio Ephesi orta esset eo quod Heraclides sacerdotio indignus videretur, coactus est Joannes in urbe Epheso diutius commorari. Dum ergo illic moram faceret, interim Severianus Constantinopoli charior in dies auditoribus fiebat. Neque ea res Joannem diu latuit : quippe cui cuncta a Serapione celeriter nuntiabantur. D Hunc enim Joannes singulari benevolentia prosequebatur, eique totius episcopatus sui curam commiserat, eo quod religiosus esset, et fidus inprimis ac sobrius, et in tuendis episcopi parti-

A ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε· Ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει οἶκος ἐστὶ μέγιστος, Καρύαν ἔχων ἐπώνυμον· ἔστι γὰρ ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ οἴκου δένδρον καρύα, ἐφ' ἧς κρεμασθῆναι λόγος τὸν μάρτυρα Ἀκάκιον καὶ τελειωθῆναι· δι' ἣν αἰτίαν καὶ οἰκίσκος τῷ δένδρῳ παρῳκοδομήθη εὐκτήριος. Τοῦτον ἱστορῆσαι ὁ βασιλεὺς Ἀρκάδιος βουληθεὶς, εἰς αὐτὸν παρεγένετο. Εὐξάμενός τε αὖθις ἀπεχώρει. Πάντες δὲ οἱ περιοικοῦντες τὸν εὐκτήριον οἶκον ἐπὶ τῷ θεάσασθαι τὸν βασιλέα συνέτρεχον· καὶ οἱ μὲν, ἔξω τῆς οἰκίας γενόμενοι, προκαταλαβεῖν τὰς παρόδους ἐσπούδαζον, ἀφ' ὧν φανερώτερόν τε τοῦ βασιλέως τὸ πρόσωπον, καὶ τὴν περὶ αὐτὸν δορυφορίαν ἡγοῦντο θεάσασθαι. Ἄλλοι δὲ ἐπηκολούθουν, ἕως ἅπαντες σὺν γυναιξὶ καὶ παιδίοις ἐκτὸς τοῦ οἴκου ἐγένοντο. Καὶ μετατοῦτο εὐθὺς ὁ περικείμενος B τῷ εὐκτηρίῳ μέγιστος οἶκος, ἅπας κατέπεσεν. Ἐκ δὴ τούτου βοὴ σὺν θαύματι ἐπηκολούθει, ὡς ἡ τοῦ βασιλέως εὐχὴ τοσούτους τῆς ἀπωλείας ἐῤῥύσατο. Τοῦτο μὲν οὕτως ἐγένετο. Καταλιπὼν δὲ τὸν υἱὸν Θεοδόσιον ὀκταετῆ τυγχάνοντα, ἐτελεύτησεν ἐν ὑπατείᾳ Βάσσου καὶ Φιλίππου [o], τῇ πρώτῃ τοῦ Μαΐου μηνός· τοῦτο δὲ ἦν ἔτος δεύτερον τῆς διακοσιοστῆς ἐνενηκοστῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος· συμβασιλεύσας μὲν τῷ πατρὶ Θεοδοσίῳ ἔτη δεκατρία, μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν τοῦ πατρὸς, ἔτη δεκατέσσαρα· ζήσας ἔτη τριακονταέν. Περιέχει ἡ βίβλος χρόνον ἐτῶν δώδεκα, μηνῶν ἕξ.

*Ἐν ἄλλοις ἀντιγράφοις εὕρηται ταῦτα κείμενα, οὐχ ὡς λείποντα, ἀλλὰ κατὰ τρόπον ἄλλον φράσεως ὄντα. Συνείδομεν οὖν ὡς καλόν ἐστι ταῦτα παραθέσθαι· τούτου χάριν ταῦτα παρεθήκαμεν ἐνταῦθα.*

Ἐπειδὴ [p] δὲ ἐν τοσούτῳ συνέβη τῆς Ἐφέσου τελευτῆσαι τὸν ἐπίσκοπον, ἀνάγκη κατέλαβε τὸν Ἰωάννην εἰς τὴν Ἔφεσον ἀπελθεῖν, ἐπὶ τὸ χειροτονῆσαι ἐπίσκοπον. Καὶ γενόμενος ἐν αὐτῇ, ἄλλων τε ἄλλον προβαλέσθαι σπουδαζόντων, αὐτὸς Ἡρακλείδη τινὰ διάκονον ἑαυτοῦ, γένει Κύπριον, εἰς τὴν ἐπισκοπὴν προεβάλετο. Γενομένης δὲ ἐπὶ τούτῳ στάσεως ἐν τῇ Ἐφέσῳ, ὡς οὐκ ἀξίου πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν τοῦ Ἡρακλείδου, ἀνάγκη γέγονε χρονίζειν τὸν Ἰωάννην κατὰ τὴν Ἔφεσον. Παρέλκοντος δὲ αὐτοῦ κατ' αὐτὴν, ὁ Σεβηριανὸς ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει ἐρασμιώτερος τοῖς ἀκροαταῖς ἐγίνετο. Καὶ ταῦτα οὐκ ἐλάνθανε τὸν D Ἰωάννην· ταχέως γὰρ αὐτῷ τὰ γινόμενα διηγγέλλετο παρὰ Σαραπίωνος, ὃς πάνυ ἠγαπᾶτο παρὰ τοῦ Ἰωάννου, καὶ πᾶσαν τὴν περὶ τὸ ἐπισκόπειον φροντίδα ἐκεχείριστο, διὰ τὸ εὐλαβὲς αὐτοῦ, καὶ ἐν πᾶσι πιστὸν, καὶ περὶ πάντα νηφάλεον καὶ σπουδαῖον περὶ τὴν τοῦ

## VARIORUM ANNOTATIONES.

o *Ἐτελεύτησεν ἐν ὑπατείᾳ Βάσσου καὶ Φιλίππου.* Arcadium imperatorem anno Christi 408 vitam cum morte commutasse, inter omnes convenit; sed de die ac mense mortis ejus controversia versatur. Zosimus, lib. v, pag. 811, ait, mortem ejus accidisse ante diem x Kal. Septembr. Theophanes xi Kal. Septembr. Verum standum omnino Socrati, tam hic quam initio lib. vii, Theodoro lectori in fine lib. ii, et auctori *Miscellæ*, qui eum Kalendis Maii vita functum tradidere. (Ant. Pagi ad ann. 408, n. 2.)

p *Ἐπειδή.* Hoc additamentum eadem fere continet quæ supra memorantur, cap. xi hujus libri. Proinde Musculus et Grynæus in versionibus suis illud omiserunt; Christophorsonus tamen et Curterius retinuerunt. Exstat Græcum in editione Roberti Stephani.

Digitized by Google

ἐπισκόπου συγκρότησιν. Ἀλλ' οὐκ εἰς μακρὰν Ἰωάννης ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἔρχεται. Καὶ αὐτὸς μὲν πάλιν τὴν προσήκουσαν κηδεμονίαν τῶν ἐκκλησιῶν ἐποιεῖτο. Μεταξὺ δὲ Σαραπίωνος τοῦ διακόνου καὶ Σεβηριανοῦ τοῦ ἐπισκόπου πολλή τις ἦν μικροψυχία, τοῦ μὲν Σαραπίωνος ἀντικειμένου τῷ Σεβηριανῷ, διὰ τὸ ἐθέλειν αὐτὸν ἐν ταῖς διαλέξεσι παρευδοκιμεῖν τοῦ Ἰωάννου· τοῦ δὲ Σεβηριανοῦ ζηλοῦντος τὸν Σαραπίωνα, διὰ τὸ προσκεῖσθαι αὐτῷ Ἰωάννην τὸν ἐπίσκοπον, καὶ πᾶσαν τὴν φροντίδα ἐγχειρισθῆναι τοῦ ἐπισκοπείου. Οὕτω δὲ πρὸς ἀλλήλους ἐχόντων, συνέβη τὴν κακίαν τοῦ μίσους ἐπὶ πλεῖον προελθεῖν, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε· Ποτὲ γὰρ τοῦ Σεβηριανοῦ παριόντος, τὴν προσήκουσαν ἐπισκόπῳ τιμὴν ὁ Σαραπίων οὐκ ἀπένειμεν· ἀλλὰ καθήμενος διετέλει, ἢ μὴ B ἑωρακὼς αὐτὸν, ὡς ὕστερον ἐπὶ τοῦ συνεδρίου μεθ' ὅρκων ἐβεβαιοῦτο, ἢ μικρὰ φροντίσας ὡς κατὰ ἐπισκόπου παρουσίας, καθὼς ἔλεγε Σεβηριανὸς, οὐκ ἔχω λέγειν· ὁ Θεὸς μόνος ἴστω. Τότε δὲ Σεβηριανὸς οὐκ ἤνεγκε τὴν τοῦ Σαραπίωνος καταφρόνησιν, ἀλλὰ παρ' αὐτὰ καὶ πρὸ κοινῆς διαγνώσεως συνεδρίου, μεθ' ὅρκου κατακρίνει (72) τὸν Σαραπίωνα, καὶ οὐ μόνον τῆς ἀξίας τοῦ διακόνου ἀποκηρύττει, ἀλλὰ καὶ τῆς Ἐκκλησίας αὐτῆς. Μαθὼν ταῦτα Ἰωάννης βαρέως ἤνεγκεν. Τοῦ δὲ πράγματος μεταταῦτα ζητουμένου ἐπὶ συνεδρίου, καὶ τοῦ Σαραπίωνος ἀπολογουμένου, καὶ πιστουμένου τὸ μὴ ἑωρακέναι, ἀλλὰ καὶ μάρτυρας παράγοντος, τὸ μὲν κοινὸν τῶν συνεληλυθότων ἐπισκόπων συνεγίνωσκε, καὶ παρεκάλει τὸν Σεβηριανὸν δέξασθαι ἀπολογούμενον τὸν Σαραπίωνα. Ὁ δὲ C ἐπίσκοπος Ἰωάννης, πρὸς πληροφορίαν Σεβηριανοῦ, ἀφορίζει τὸν Σαραπίωνα, ἑβδομάδα ἀποστήσας τῆς τιμῆς τοῦ διακόνου· καίτοι ἐν πᾶσι τοῖς πράγμασι δεξιὰν χεῖρα ἔχων αὐτὸν, καὶ περὶ τὰς ἐκκλησιαστικὰς ἀποκρίσεις ὀξύτατον καὶ σπουδαῖον ὄντα. Σεβηριανὸς δὲ οὐδ' οὕτως ἐπείθετο· ἀλλὰ παντοῖος ἐγίνετο, τελείως ἀποκηρυχθῆναι τῆς διακονίας τὸν Σαραπίωνα, καὶ τῆς κοινωνίας. Λυπηθεὶς σφόδρα ἐπὶ τούτοις Ἰωάννης, καὶ ἀναστὰς ἀπὸ τοῦ συνεδρίου, κατέλιπε τοῖς παροῦσιν ἐπισκόποις τὰ τῆς δίκης, εἰρηκὼς πρὸς αὐτοὺς, Τὸ παριστάμενον ὑμῖν καταξιώσατε αὐτοὶ διαλαβόντες, καὶ κρίναντες ὁρίσαι· ἐγὼ γὰρ παραιτοῦμαι τὴν μεταξὺ αὐτῶν διάγνωσιν. Τούτων λεχθέντων ὑπὸ Ἰωάννου, καὶ ἀναστάντος αὐτοῦ, ὁμοίως καὶ τὸ κοινὸν τοῦ συνεδρίου ἀναστὰν, D κατέλιπεν οὕτω τὰ τῆς δίκης, καταμεμφόμενοι μᾶλλον Σεβηριανὸν, διὰ τὸ μὴ εἶξαι τοῖς ῥηθεῖσι παρὰ τοῦ ἐπισκόπου Ἰωάννου. Τοῦ λοιποῦ δὲ οὐκέτι εἰς συντυχίαν τὸν Σεβηριανὸν Ἰωάννης ἐδέξατο· ἀλλ' εἰς τὴν πατρίδα τὴν αὐτοῦ ἐκδημεῖν αὐτὸν παρεκελεύετο, δηλώσας αὐτῷ τοιάδε· Οὐκέτι χρήσιμον, φησὶ, ὦ Σεβηριανὲ, ἐν τοσούτῳ χρόνῳ τὴν ἐμπιστευθεῖσάν σοι

A bus studiosissimus. Non diu post Joannes venit Constantinopolim. Et ipse quidem pro officio suo sollicitam Ecclesiarum curam de integro gerebat. Inter Serapionem vero diaconum et episcopum Severianum ingens dissensio exorta est: dum ille quidem obsistit Severiano, ut qui concionandi gloria Joannem superare niteretur: hic vero invidet Serapioni, eo quod Joannes illum unice complectebatur, totamque episcopii curam ei commendaverat. **343** Cum ad hunc modum erga se invicem animis affecti essent, odii vis multo magis aucta est ex hujusmodi causa: Forte prætereunti Severiano Serapio honorem qui episcopo debetur, non præstitit, sed in sede sua, sicut erat, permansit: sive quod illum non viderat, uti postea in concilio episcoporum cum jurejurando affirmavit, sive quod episcopi præsentiam parvipenderet, ut aiebat Severianus. Utrum horum verius sit, equidem nequeo dicere: solus Deus noverit. Tunc vero Severianus hunc Serapionis contemptum non tulit, sed repente, antequam causa in publico episcoporum concilio cognita esset, addito juramento Serapionem condemnat: nec solum a diaconatus gradu, verum etiam ab Ecclesiæ communione expellit. Id ubi cognovit Joannes, iniquo animo tulit. Postea vero cum causa in concilio disceptaretur, et Serapio factum excusaret, affirmaretque se tum non vidisse Severianum, ac testes præterea adduceret: concilium quidem episcoporum veniam ei indulsit, oravitque Severianum ut Serapionis excusationem admitteret. Joannes vero, ut Severiano cumulatius satisfieret, Serapionem hebdomadis unius spatio ab officio suspendit diaconi: quamvis in omnibus negotiis illo tanquam manu dextra uteretur, utpote ad respondendum in causis ecclesiasticis solertissimo ac diligentissimo. Verum Severianus ne sic quidem flecti potuit, sed omnibus modis perficere nitebatur, ut Serapio penitus non solum diaconatu abdicaretur, verum etiam a communione excluderetur. Ob hæc graviter indignatus Joannes, surgens ex concilio, episcopis qui aderant, causam judicandam reliquit, ita eos allocutus: Causam ad vos delatam perpendentes ipsi ac dijudicantes definite. Ego enim recuso causam eorum judicare. Quibus dictis cum Joannes surrexisset, concilium episcoporum simul consurgens causam in eo statu reliquit, Severianum potius accusans, quod Joannis episcopi dictis non acquievisset. Deinceps vero Joannes Severianum ad colloquium non admisit: sed eum monuit ut in patriam rediret, hæc illi per internuntium mandans: Non expedit, Severiane, ut

## VALESII ANNOTATIONES.

(72) *Μεθ' ὅρκου κατακρίνει.* Intelligit jusjurandum illud cujus supra meminit Socrates: *Si Serapio Christianus moriatur, Christus non est incarnatus.* Porro hæc verba, κατακρίνει et ἀποκηρύττει, minas potius Severiani designant, quam rem ipsam. Neque enim Severianus Gabalorum episcopus jus habuit damnandi ac deponendi diaconum alterius parœciæ; sed tantum ei comminatus est se hoc perfecturum, et querelam suam ad judicium episcoporum detulit.

Digitized by Google

Ecclesia tibi commissa tanto temporis spatio neglecta maneat, et episcopi sui præsentia destituta. Quamobrem ocius ad Ecclesias tuas regredere, donumque quod Deus tibi impertiit, negligere noli. Cum igitur Severianus iter jam ingressus esset, Eudoxia Augusta, his de rebus certior facta, Joannem quidem reprehendit : Severianum vero Chalcedone Bithyniæ quamprimum revocari curat. Et hic quidem statim adfuit. Joannes vero familiaritatem illius aversatus est, nec ulli ipsum ad hoc hortanti obtemperavit. Donec tandem Eudoxia Augusta, in ecclesia Apostolorum filium suum Theodosium juniorem, tunc temporis admodum
344 puerum, ad genua Joannis abjiciens, et per illius caput crebro eum adjurans atque obtestans, ægre ab illo obtinuit ut Severianum in amicitiam suam admitteret. Ad hunc modum, et cætera, ut supra cap. XI.

A παροικίαν ἀπρονόητον καὶ ἐκτὸς ἐπισκόπου τυγχάνειν. Διὸ σπεύσας κατάλαβε τὰς ἐκκλησίας σου, καὶ μὴ ἀμέλει τοῦ χαρίσματος τοῦ ἐν σοί. Ἤδη δὲ στειλαμένου αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ὁδοιπορίαν, γνοῦσα ταῦτα ἡ Αὐγοῦστα Εὐδοξία, μέμφεται μὲν τῷ Ἰωάννῃ, παρασκευάζει δὲ ᾗ τάχος καλεῖσθαι τὸν Σεβηριανὸν ἐκ τῆς ἐν Βιθυνίᾳ Χαλκηδόνος· καὶ ὁ μὲν ὅσον οὐδέπω παρῆν. Ἰωάννης δὲ τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν ἐξέκλινε, καὶ οὐδενὸς παρακαλοῦντος ἐπείθετο· ἕως ἡ βασίλισσα Εὐδοξία, ἐν τῇ ἐπωνύμῳ τῶν Ἀποστόλων ἐκκλησίᾳ τὸν υἱὸν Θεοδόσιον τοῦτον τὸν νέον, τότε κομιδῇ νήπιον ὄντα, εἰς τὰ γόνατα τοῦ Ἰωάννου ἐμβαλοῦσα, καὶ ὅρκους κατ' αὐτοῦ πολλοὺς καθορκώσασα, μόλις τὴν πρὸς Σεβηριανὸν ἔπεισε φιλίαν ἀσπάσασθαι. Τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόπον, καὶ τὰ ἑξῆς.

---

# LIBER SEPTIMUS.

345-46 *IN SEPTIMO LIBRO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ SOCRATIS SCHOLASTICI HÆC CONTINENTUR.*

I. *Quomodo post obitum imp. Arcadii, Theodosio ejus filio octo annos nato, Anthemius præfectus summam imperii administravit.*

II. *De Attico Constantinopolitano episcopo, quibus moribus fuerit præditus.*

III. *De Theodosio et Agapeto, Synadorum episcopis.*

IV. *De Judæo paralytico, qui ab Attico episcopo in baptismo sanatus est.*

V. *Quomodo Sabbatius, Novatianorum presbyter ex Judæo, a fidei suæ consortibus defecerit.*

VI. *De iis qui Arianorum sectæ eo tempore præfuerunt.*

VII. *Quomodo Cyrillus Theophilo Alexandriæ episcopo successerit.*

VIII. *De Marutha episcopo Mesopotamiæ, et quomodo Christiana religio ab ipso in Perside propagata est.*

IX. *Qui tum temporis Antiochiæ et Romæ fuerint episcopi.*

X. *Qualiter Roma eo tempore in barbarorum potestatem venerit, Alaricho eam vastante.*

XI. *De episcopis urbis Romæ.*

XII. *De Chrisantho Novatianorum apud Constantinopolitanos episcopo.*

XIII. *De pugna inter Christianos et Judæos Alexandriæ facta, et de Cyrilli episcopi adversus præfectum Orestem simultate.*

*ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΚΑΙ Η ΕΒΔΟΜΗ ΒΙΒΛΟΣ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.*

Α'. *Ὡς τοῦ βασιλέως Ἀρκαδίου τελευτήσαντος, καὶ καταλιπόντος τὸν υἱὸν Θεοδόσιον ὀκταετῆ, Ἀνθέμιος ὕπαρχος τὴν τῶν ὅλων διοίκησιν ἐποιεῖτο.*

Β'. *Περὶ Ἀττικοῦ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπου, ὁποῖος ἦν τὸ ἦθος.*

Γ'. *Περὶ Θεοδοσίου καὶ Ἀγαπητοῦ, τῶν ἐν Συνάδοις ἐπισκοπησάντων.*

Δ'. *Περὶ τοῦ ἰαθέντος ἐν τῷ θείῳ βαπτίσματι Ἰουδαίου παραλυτικοῦ, ὑπὸ Ἀττικοῦ τοῦ ἐπισκόπου.*

Ε'. *Ὅπως Σαββάτιος ὁ ἐξ Ἰουδαίων, Ναυατιανῶν πρεσβύτερος, ἀπέστη τῶν ὁμοδοξούντων αὐτῷ.*

Ϛ'. *Περὶ τῶν προεστώτων τηνικαῦτα τῆς τῶν Ἀρειανῶν δόξης.*

Ζ'. *Ὡς Θεόφιλον τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον Κύριλλος διεδέξατο.*

Η'. *Περὶ Μαρουθᾶ τοῦ Μεσοποταμίας ἐπισκόπου, καὶ ὡς δι' αὐτοῦ ὁ Χριστιανισμὸς ἐν Περσίδι διεπλατύνθη.*

Θ'. *Οἱ κατὰ τούσδε τοὺς χρόνους ἐν Ἀντιοχείᾳ καὶ Ῥώμῃ ἐπισκοπήσαντες.*

Ι'. *Ὡς κατὰ τόνδε τὸν χρόνον ἡ Ῥώμη ὑπὸ βαρβάροις γέγονεν, Ἀλαρίχου ταύτην πορθήσαντος.*

ΙΑ'. *Περὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ τηνικαῦτα ἐπισκοπησάντων.*

ΙΒ'. *Περὶ Χρυσάνθου, τοῦ Ναυατιανῶν ἐν Κωνσταντίνου πόλει ἐπισκόπου.*

ΙΓ'. *Περὶ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γενομένης μάχης μεταξὺ Χριστιανῶν καὶ Ἰουδαίων, καὶ τῆς τοῦ ἐπισκόπου Κυρίλλου πρὸς τὸν ὕπαρχον Ὀρέστην διαφορᾶς.*

Digitized by Google

| | | | |
|---|---|---|---|
| ΙΔ'. | Ὡς οἱ κατὰ τὴν Νιτρίαν μοναχοὶ εἰς Ἀλεξάνδρειαν ὑπὲρ Κυρίλλου κατελθόντες, πρὸς τὸν ὕπαρχον Ὀρέστην ἐστασίασαν. | XIV. | Quomodo Nitriæ monachi, Cyrilli causa Alexandriam ingressi, seditionem contra præfectum Orestem concitaverunt. |
| ΙΕ'. | Περὶ Ὑπατίας τῆς φιλοσόφου. | XV. | De Hypatia philosopha. |
| ΙϚ'. | Ὡς πάλιν Ἰουδαῖοι, πρὸς Χριστιανοὺς πόλεμον συμμίξαντες, δίκας ἔτισαν. | XVI. | Quomodo Judæi, Christianos iterum aggressi, pœnas dederint. |
| ΙΖ'. | Περὶ Παύλου ἐπισκόπου Ναυατιανῶν, καὶ περὶ τοῦ γεγονότος παραδόξου σημείου ὑπ' αὐτοῦ, μέλλοντος βαπτίζειν τὸν ἀπατεῶνα Ἰουδαῖον. | XVII. | De Paulo Novatianorum episcopo, et de miraculo quod ab eo perpetratum est, cum impostorem Judæum baptizaret. |
| ΙΗ'. | Ὡς τοῦ βασιλέως τῶν Περσῶν Ἰσδιγέρδου τελευτήσαντος, αἱ μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Περσῶν σπονδαὶ διελύθησαν, καὶ πόλεμος ἰσχυρὸς γέγονεν, ἡττηθέντων τῶν Περσῶν. | XVIII. | Quomodo post obitum Isdigerdis regis Persarum, ruptum est fœdus inter Romanos et Persas: et, commisso certamine, Persæ superati sunt. |
| ΙΘ'. | Περὶ Παλλαδίου τοῦ ταχυδρόμου. | XIX. | De Palladio cursore. |
| Κ'. | Ὅπως πάλιν οἱ Πέρσαι κατακράτος ὑπὸ Ῥωμαίων ἡττήθησαν. | XX. | Quomodo Persæ rursus ingenti prælio victi sunt a Romanis. |
| ΚΑ'. | Οἷα τοῖς τῶν Περσῶν αἰχμαλώτοις Ἀκάκιος Ἀμίδης ἐπίσκοπος πεποίηκε. | XXI. | Quomodo Acacius episcopus Amidæ erga captivos Persarum se gesserit. |
| ΚΒ'. | Περὶ τῶν προσόντων καλῶν τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ τῷ νέῳ. | XXII. | De virtutibus quæ in Theodosio juniore inerant. |
| ΚΓ'. | Περὶ Ἰωάννου τοῦ τυραννήσαντος ἐν Ῥώμῃ, μετὰ θάνατον Ὀνωρίου τοῦ βασιλέως· καὶ ὅπως αὐτὸν ὁ Θεὸς ταῖς εὐχαῖς Θεοδοσίου καμφθεὶς, χερσὶ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατοῦ παραδέδωκε. | XXIII. | De Joanne qui post obitum imp. Honorii, tyrannidem Romæ arripuit. Et qualiter Deus Theodosii precibus mollitus, eum in manus exercitus Romani tradiderit. |
| ΚΔ'. | Ὡς κατὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ τυράννου Ἰωάννου, Οὐαλεντινιανὸν τὸν Κωνσταντίου καὶ Πλακιδίας τῆς αὐτῷ θείας, ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος βασιλέα τῆς Ῥώμης ἀνέδειξε. | XXIV. | Quomodo post cædem Joannis tyranni, Theodosius imp. Valentinianum Constantii et Placidiæ amitæ suæ filium, imperatorem Romæ renuntiavit. |
| ΚΕ'. | Περὶ τῆς Ἀττικοῦ διοικήσεως τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ ὅτι τὸ ὄνομα Ἰωάννου τοῖς διπτύχοις τῆς Ἐκκλησίας ἐνέταξε, καὶ ὅτι τὸν ἑαυτοῦ θάνατον προέγνω. | XXV. | De Attico quomodo ecclesias rexerit, et Joannis nomen ecclesiasticis tabulis inscripserit: et quod suam ipsius mortem præsciverit. |
| ΚϚ'. | Περὶ Σισιννίου τοῦ μετὰ Ἀττικὸν τῆς Κωνσταντίνου πόλεως ἐπισκοπήσαντος. | XXVI. | De Sisinnio, qui Attico in episcopatu Constantinopolitano successit. |
| ΚΖ'. | Περὶ Φιλίππου πρεσβυτέρου τοῦ ἀπὸ Σίδης. | XXVII. | De Philippo presbytero Sidensi. |
| ΚΗ'. | Ὡς Πρόκλον Κυζίκου ἐπίσκοπον ὁ Σισίννιος ἐχειροτόνησεν· οἱ δὲ Κυζικηνοὶ τοῦτον οὐ προσεδέξαντο. | XXVIII. | Quomodo Sisinnius Proculum Cyzici episcopum ordinavit, quem tamen Cyziceni suscipere noluerunt. |
| ΚΘ'. | Ὡς μετὰ τὴν τελευτὴν Σισιννίου, Νεστόριον ἐκ τῆς Ἀντιοχείας μεταπεμψάμενοι, ἐπίσκοπον Κωνσταντίνου πόλεως πεποιήκασιν· ὃς εὐθὺς ἐφωράθη ὁποῖος ἦν. | XXIX. | Quomodo post mortem Sisinnii, Nestorius Antiochia accitus, Constantinopolitanum episcopatum suscepit: statimque qualis esset deprehensus est. |
| Λ'. | Τίνα τρόπον ἐπὶ τοῦ νέου Θεοδοσίου Βουργούζιωνες ἐχριστιάνισαν. | XXX. | Quomodo Theodosii junioris principatu, Burgundiones Christianam religionem amplexi sunt. |
| ΛΑ'. | Οἷα πεπόνθασιν ὑπὸ Νεστορίου Μακεδονιανοί. | XXXI. | Quibus malis Nestorius Macedonianos afflixerit. |
| ΛΒ'. | Περὶ Ἀναστασίου πρεσβυτέρου, δι' οὗ καὶ Νεστόριος εἰς τὸ δυσσεβεῖν κατηνέχθη. | XXXII. | De Anastasio presbytero, a quo Nestorius ad impietatem perductus est. |
| ΛΓ'. | Περὶ τοῦ γενομένου μύσους ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ὑπὸ τῶν φυγάδων δούλων. | XXXIII. | De piaculo in ipso altari majoris ecclesiæ a servis fugitivis commisso. |
| ΛΔ'. | Περὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ τοπρότερον κατὰ Νεστορίου συναθροισθείσης συνόδου. | XXXIV. | De priore synodo Ephesi adversus Nestorium congregata. |
| ΛΕ'. | Ὡς μετὰ τὴν καθαίρεσιν Νεστορίου, τὸν Πρόκλον τινῶν βουλομένων ἐνθρονίσαι, προχειρίζονταί τινες τῶν ἐπισκόπων Μαξιμιανὸν τῆς Κωνσταντίνου πόλεως ἐπίσκοπον. | XXXV. | Quomodo post abdicationem Nestorii, cum quidam Proculum in episcopali sede collocare voluissent, quidam episcopi Maximianum Constantinopolitanum episcopum elegerunt. |
| ΛϚ'. | Παραδείγματα δι' ὧν, ὡς δοκεῖ, κατασκευάζει ὁ συγγραφεὺς, ἀκώλυτον εἶναι τὴν ἀπὸ θρόνου εἰς θρόνον μετάθεσιν. | XXXVI. | Exempla quibus hic scriptor, ut sibi quidem videtur, astruit, non esse prohibitam ab uno episcopatu ad alterum translationem. |
| ΛΖ'. | Περὶ Σιλβανοῦ τοῦ ἀπὸ Φιλίππου πόλεως εἰς Τρωάδα μετενεχθέντος. | XXXVII. | De Silvano, qui Philippopoli translatus est Troadem. |
| ΛΗ'. | Περὶ τῶν ἐν Κρήτῃ Ἰουδαίων, ὅπως ἐχριστιάνισαν τηνικαῦτα πολλοί. | XXXVIII. | Quomodo ex Judæis qui in Creta erant, multi Christianam religionem amplexi sunt. |
| ΛΘ'. | Περὶ τοῦ γεγονότος ἐμπρησμοῦ ἐν τῇ Ναυατιανῶν ἐκκλησίᾳ. | XXXIX. | De incendio ecclesiæ Novatianorum. |
| Μ'. | Ὡς Μαξιμιανὸν ἐπίσκοπον διαδέχεται Πρόκλος. | XL. | Quomodo Proculus Maximiano successerit. |
| ΜΑ'. | Περὶ Πρόκλου ἐπισκόπου, ὁποῖός τις ἦν. | XLI. | De Proculo episcopo, cujusmodi vir fuerit. |
| ΜΒ'. | Ὅτι πολὺν καταβάλλεται λόγον ὁ συγγρα- | XLII. | Qualiter hic scriptor probitatem Theodosii |


Digitized by Google

*junioris pluribus verbis extollit.*

XLIII. *Quot et quanta mala passi sunt barbari, qui Joanni tyranno suppetias tulerant.*

XLIV. *Quomodo Valentinianus junior Eudoxiam Theodosii filiam duxit uxorem.*

XLV. *Quomodo Proculus episcopus imperatori persuasit, ut Joannis corpus ab exsilio transferret Constantinopolim, et in ecclesia Apostolorum deponeret.*

XLVI. *De morte Pauli Novatiorum episcopi, et de Marciano ejus successore.*

XLVII. *Quomodo imperator Theodosius uxorem suam Eudoxiam misit Hierosolymam.*

XLVIII. *De Thalassio Cæsareæ Cappadociæ episcopo.*

*φεὺς περὶ τῆς καλοκαγαθίας τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου τοῦ νέου.*

ΜΓ'. *Ὁποῖα πεπόνθασιν οἱ βάρβαροι, οἱ τῷ τυράννῳ Ἰωάννῃ συμμαχήσαντες.*

ΜΔ'. *Ὡς ὁ βασιλεὺς Οὐαλεντινιανὸς ὁ νέος Εὐδοξίαν ἔγημε τὴν θυγατέρα Θεοδοσίου.*

ΜΕ'. *Ὡς ἐπίσκοπος Πρόκλος πέπεικε τὸν βασιλέα, τὸ σῶμα Ἰωάννου μετακομίσαι εἰς Κωνσταντίνου πόλιν ἀπὸ τῆς ἐξορίας, καὶ ἐν τῇ τῶν Ἀποστόλων ἐκκλησίᾳ καταθέσθαι.*

ΜϚ'. *Περὶ τοῦ θανάτου Παύλου, τοῦ Ναυατιανῶν ἐπισκόπου, καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν χειροτονηθέντος Μαρκιανοῦ.*

ΜΖ'. *Ὡς ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος Εὐδοκίαν τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ἐξαπέστειλε.*

ΜΗ'. *Περὶ Θαλασσίου τοῦ Καισαρείας Καππαδοκίας ἐπισκόπου.*

# LIBER SEPTIMUS.

## 347 CAPUT PRIMUM.

*Quomodo post obitum imp. Arcadii, Theodosio ejus filio octo annos nato, Anthemius præfectus summam imperii administravit.*

A Mortuo igitur imperatore Arcadio Kalendis Maii, Basso et Philippo consulibus, Honorius quidem frater ejus Occidentis partes gubernabat: Orientis vero imperium sub ditione fuit Theodosii junioris ejus filii, qui tunc temporis octo annos natus erat. Anthemius vero præfectus prætorio summam rerum sub illo administrabat. Erat hic nepos Philippi illius, qui regnante Constantio Paulum episcopum Ecclesia expulerat, et Macedonium ejus loco introduxerat [1]. Idem Constantinopolim magnis undique mœnibus cinxit. Omnium porro sui temporis prudentissimus et habitus est et revera fuit. Nihil unquam inconsulto gerere solitus, sed de rebus agendis cum plurimis familiarium consultabat, præsertim vero cum Trollo Sophista, qui, B

# ΤΟΜΟΣ ΕΒΔΟΜΟΣ.

## ΚΕΦΑΛ. Α'.

*Ὡς τοῦ βασιλέως Ἀρκαδίου τελευτήσαντος, καὶ καταλιπόντος τὸν υἱὸν Θεοδόσιον ὀκταετῆ, Ἀνθέμιος ὕπαρχος τὴν τῶν ὅλων διοίκησιν ἐποιεῖτο.*

Τοῦ δὴ βασιλέως Ἀρκαδίου τελευτήσαντος τῇ πρώτῃ τοῦ Μαΐου μηνὸς, ἐν ὑπατείᾳ Βάσσου καὶ Φιλίππου, Ὀνώριος μὲν ὁ αὐτοῦ ἀδελφὸς τὰ ἑσπέρια διεῖπε μέρη· ὑπὸ δὲ τῷ υἱῷ τῷ νέῳ Θεοδοσίῳ ὀκταετεῖ τυγχάνοντι τὰ τῆς ἑῴας ἐτάττετο, Ἀνθεμίου τοῦ ὑπάρχου τὴν διοίκησιν ποιουμένου ⁋ τῶν ὅλων. Ὃς ἔγγονος μὲν ἦν Φιλίππου τοῦ Παῦλον τὸν ἐπίσκοπον ἐπὶ Κωνσταντίου ἐκβαλόντος τῆς ἐκκλησίας, ἀντεισαγαγόντος δὲ Μακεδόνιον. Οὗτος τὰ μεγάλα τείχη τῇ Κωνσταντίνου πόλει περιεβάλετο (73). Φρονιμώτατος δὲ τῶν τότε ἀνθρώπων καὶ ἐδόκει καὶ ἦν, καὶ ἀβούλως ἔπραττεν οὐδέν· ἀλλὰ ἀνεκοινοῦτο πολλοῖς τῶν γνωρίμων περὶ τῶν πρακτέων, μάλιστα δὲ Τρωΐλῳ τῷ Σοφιστῇ (74) ὃς μετὰ τῆς οὔσης αὐτῷ σοφίας (75), καὶ κατὰ τὴν πολιτικὴν φρόνησιν τῷ

[1] Supra, l. II, c. 16.

## VALESII ANNOTATIONES.

(73) *Οὗτος τὰ μεγάλα τείχη τῇ Κωνσταντίνου πόλει περιεβάλετο.* Nicephorus in libro XIV, cap. I, scribit hunc Anthemium pomœrium urbis auxisse, et destructis veteribus muris, novos qui ipsius ætate adhuc supererant, muros versus continentem ædificasse: totumque opus incredibili celeritate perfectum fuisse, intra duorum mensium spatium. Sic enim interpretor χερσαῖα τείχη, non autem cum Lango lateritios muros. Sed falli videtur Nicephorus, qui Anthemio tribuit id quod diu postea factum est a Cyro præfecto urbis Constantinopolitanæ, ut narrat Cedrenus in *Chronico*, anno 26 Theodosii junioris. Porro totam hanc pericopen in Socrate nostro libenter expungerem. Sensum enim interrumpit, et ex margine in textum irrepsisse videtur.

(74) *Τρωΐλῳ τῷ Σοφιστῇ.* Inter præcipuos Anthemii amicos fuit hic Troilus Sophista, ut præter Socratem docet Synesius in epistola 73 ad Troilum. Ejusdem meminit Socrates supra in libro V, ubi de Eusebio Scholastico loquitur, qui bellum Gainæ versibus scripserat. De eodem Suidas in Τρωΐλος, ubi ait eum scripsisse *Orationes politicas* et *Epistolarum* libros.

(75) *Ὃς μετὰ τῆς οὔσης αὐτῷ φιλίας.* Rectius in codice Florentino scribitur σοφίας. Quam emendationem confirmat Nicephorus. Sic enim ille: ᾧ C μετὰ τῶν προσόντων καλῶν καὶ πολιτική τις φρόνησις ἐφάμιλλος Ἀνθεμίῳ οὐχ ἧττον ἦν. De Troili sapientia testis est Synesius in epistola 47 ad Theotimum, ubi illum admirabilem et philosophum appellat. Sed et in epistola 26 eumdem vocat optimum philosophorum. Sic etiam in epistola 73 et 109. Itaque pro voce φιλίας, hoc loco scribi possit,

## VARIORUM.

⁋ *Ἀνθεμίου τὴν διοίκησιν ποιουμένου.* Non parum adjumenti ad imperium bene gerendum contulit Pulcheria Theodosii soror, teste Theophane his verbis: *Theodosio octenni in imperatorem accepto soror ejus Pulcheria, quindecim annorum virgo, Dei consilio ac ductu publicas res egregie administrabat.* Eamdem miris laudibus effert Sozomenus lib. IX, cap. 1, et Cedrenus p. 275.

Digitized by Google

Ἀνθεμίῳ ἐφάμιλλος ἦν· διὸ σχεδὸν πάντα τῇ συμβουλῇ Τρωΐλου ἐπράττετο.

præterquam quod illi amicitia conjunctus erat, civilium quoque rerum peritia Anthemio par existimabatur. Quam ob causam Troili consilio cuncta propemodum gerebantur.

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

*Περὶ Ἀττικοῦ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπου, ὁποῖος ἦν τὸ ἦθος.*

Τοῦ τοίνυν βασιλέως ὄγδοον ἔτος ἄγοντος, τρίτον ἔτος εἶχεν Ἀττικὸς τοῦτο ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει διαπρέπων· ἀνὴρ, ὡς φθάσαντες εἴπομεν, μετὰ τοῦ πολὺ πεπαιδεῦσθαι, εὐλαβής τε καὶ φρόνιμος. Διὸ καὶ τὰς ἐκκλησίας ἐπὶ αὐτοῦ συνέβη εἰς μέγα ἐπιδοῦναι. Οὐ γὰρ μόνον τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως συνεκρότει, ἀλλὰ καὶ τοὺς αἱρεσιώτας τῇ φρονήσει κατέπληττε· καὶ σκύλλειν αὐτοὺς οὐδαμῶς ᾑρεῖτο, φοβεῖν δὲ ἐπιχειρῶν, αὖθις αὐτοῖς πρᾶον ἑαυτὸν ἐπεδείκνυεν. Ἀλλὰ μὴν οὔτε λόγων ἠμέλει. Ἐπόνει γὰρ περὶ τὰ τῶν παλαιῶν ἀναγνώσματα, διανυκτερεύων ἐν αὐτοῖς· διὸ καὶ οὐκ ἐξενοφωνεῖτο παρὰ τῶν φιλοσόφων ἢ σοφιστῶν. Ἦν δὲ καὶ τοῖς ἐντυγχάνουσι χαρίεις τε καὶ ἐπαγωγός· καὶ τοῖς λυπουμένοις συνεστύγναζε. Καὶ ἁπλῶς, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, τοῖς πᾶσι τὰ πάντα ἐγίνετο. Καὶ πρότερον μὲν ἡνίκα ἐν τῷ πρεσβυτερίῳ ἐτάττετο, ἐκμαθὼν οὓς καὶ ἐπόνει λόγους, ἐπ' ἐκκλησίας ἐδίδασκε. Μετὰ δὲ ταῦτα σὺν τῇ φιλοπονίᾳ καὶ παῤῥησίαν κτησάμενος, ἐξ αὐτοσχεδίου καὶ πανηγυρικωτέραν τὴν διδασκαλίαν ἐποιεῖτο. Οὐ μὴν τοιοῦτοι ἦσαν οἱ λόγοι, ὡς καὶ παρὰ τῶν ἀκροατῶν σπουδάζεσθαι, ἢ γραφῇ παραδίδοσθαι. Περὶ μὲν ἤθους αὐτοῦ καὶ τρόπου καὶ παιδεύσεως ἀποχρώντως εἰρήσθω. Ὅσα μέντοι μνήμης ἄξια ἐπὶ τῶν αὐτοῦ χρόνων ἐγένετο, διηγήσομαι.

## 348 CAP. II.

*De Attico Constantinopolitano episcopo, quibus moribus fuerit præditus.*

Interim vero dum imperator Theodosius octavum ætatis annum ageret, Atticus tertium episcopatus sui transigens annum celeberrimus habebatur : vir, ut jam dixi, præter magnam quæ in illo fuit eruditionem, pietate quoque ac prudentia excellens. Unde etiam Ecclesiæ sub ejus pontificatu maximum incrementum cepere. Neque enim solum domesticos fidei tuebatur, verum etiam hæreticos admiratione prudentiæ suæ percellebat. Et eos quidem nullatenus vexare cupiebat, sed cum eos terrere aggressus fuisset, mitem se posthac et placidum erga ipsos ostendebat. Neque vero doctrinæ studia neglexit. Etenim in veterum libris multum operæ posuit, noctes insomnes in eorum lectione traducens. Proinde philosophorum ac sophistarum sermonibus, tanquam re nova, minime terrebatur. Erat præterea in colloquiis urbanus, et ad alliciendos hominum animos aptissimus. Gemebat cum dolentibus : denique exemplo Apostoli, omnia omnibus factus est. Et antea quidem, cum adhuc in presbyterii gradu esset constitutus, orationes a se compositas quas memoriter didicerat, in ecclesia recitabat. Postea vero ex laboris assiduitate fiduciam nactus, ex tempore loqui et panegyricam concionandi rationem sectari cœpit. Nec tamen ejus conciones hujusmodi fuerunt, ut ab auditoribus vel plausu exciperentur, vel scriptis mandarentur. Sed de ejus ingenio et moribus atque eruditione ista sufficiant. Nunc res memoratu dignas quæ illius temporibus contigerunt, exponere aggrediar.

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

*Περὶ Θεοδοσίου καὶ Ἀγαπητοῦ, τῶν ἐν Συνάδοις ἐπισκοπησάντων.*

Ἐν Συνάδῳ (76) πόλει τῆς Πακατιανῆς Φρυγίας Θεοδόσιός τις ἐπίσκοπος ἦν, ὃς τοὺς ἐν αὐτῇ αἱρετικοὺς, πολλοὶ δὲ ἐν αὐτῇ ὄντες ἐτύγχανον τῆς Μακεδονιανῶν θρησκείας, συντόνως ἐδίωκεν· ἐξελαύνων αὐτοὺς οὐ μόνον τῆς πόλεως, ἀλλὰ δὴ καὶ τῶν ἀγρῶν. Καὶ τοῦτο ἐποίει, οὐκ εἰωθὸς διώκειν τῇ ὀρθοδόξῳ

## CAP. III.

*De Theodosio et Agapeto Synadorum episcopis.*

Synnadis quæ Phrygiæ Pacatianæ urbs est, Theodosius quidam fuit episcopus. Hic hæreticos quorum in ea civitate ingens erat multitudo ex Macedonianorum secta, acriter persequebatur, eos non ex urbe solum, verum etiam ex agris expellens. Id autem agebat, non ex more orthodoxæ

### VALESII ANNOTATIONES.

φιλοσοφίας. De eodem Troilo intelligendus est Synesii locus in epistola 79 ad Anastasium, qui sic habet, τοῦ σοφιστοῦ, φησὶ, μόνου παρόντος, etc. De Anthemio loquitur præfecto prætorio, cui ægrotanti Constantinopoli solum assedisse ait Sophistam, Troilum scilicet.

(76) *Ἐν Συνάδῳ πόλει.* Melius scriberetur Συννάδῳ, per duplex νν, sic enim frequentius scribitur nomen hujus urbis in veteribus nummis. Certe Joannes Tristanus nummum imperatoris Caracallæ protulit, qui hanc habet inscriptionem, Συνναδέων. Interdum tamen cum unico ν scribitur. Ita certe legitur in vetere nummo imp. Nervæ, in cujus aversa parte insculptus est Jupiter cum hac inscriptione,

ΔΙΑ ΠΑΝΔΙΜΟΝ CΥΝΑDIS.

Fuit hic nummus in thesauro illustris viri domini Bryennii, de cujus explicatione cum interrogatus essem a doctissimo viro Francisco Ogerio, cui Patinus nummum illum communicaverat, respondi ita legendum esse Δία Πάνδιμον Συναδεῖς. Jovem enim cognomine Pandemon colebant Synnadenses, eo quod ex multis Græciæ populis in unum collecti olim ab Acamante Thesei filio, urbem Synnada incoluissent. Unde et urbem ipsam ita nominatam esse scribit Stephanus, ἀπὸ τοῦ σὺν ναίειν. Porro populi illi, ex quibus collecta primum fuit Synnadensium colonia, duo fuere : Macedones scilicet, et Athenienses sive Iones qui erant in Asia, quemadmodum scribit idem Stephanus. Ex quo intelligimus cur in nummo imperatoris Caracallæ, quem edidit Joannes Tristanus, Synnadenses dicantur Dorienses et Iones. Sic enim habet inscriptio, Συνναδέων Δωριέων Ἰώνων. Nam Macedones quos illuc

Digitized by Google

Ecclesiæ, quæ persecutionem exercere non solet, nec rectæ fidei studio **349** incitatus: sed avaritiæ obnoxius, pecunias ex hæreticis colligere cupiebat. Omnia igitur molitus est adversus eos qui Macedonianam sectam sequebantur, clericorum suorum manus armans, et diversis machinationibus eos appetens: adeo ut judiciorum etiam nexibus eos astringere non cessaret. Præcipue vero episcopum illorum, cui nomen erat Agapetus, variis affecit molestiis. Verum quoniam rectores provinciæ ad puniendos hæreticos haudquaquam ei sufficere videbantur, Constantinopolim profectus, edicta præfectorum prætorio flagitavit. Dum Theodosius hujus rei causa Constantinopoli moram faceret, Agapetus, qui Macedonianæ sectæ præerat, ut dixi, prudens iniit consilium. Communicata enim re cum universo clero, et populo qui sub ipso erat ad concionem vocato, persuasit ut consubstantialis fidem amplecterentur. Quo confecto, protinus cum ingenti multitudine, imo vero cum universo populo recta ad ecclesiam tendit. Cumque orationem celebrasset, cathedram in qua Theodosius sedere consueverat, occupavit. Adunatoque populo fidem consubstantialis deinceps prædicans, ecclesiarum quæ ad Synadensem episcopatum pertinent, compos factus est. His ad hunc modum gestis, haud multo post adest Theodosius præfecturæ auxilium secum adducens: ignarusque eorum quæ gesta fuerant, confestim ad ecclesiam pergit. Unde ab omnibus simul expulsus, iterum Constantinopolim regressus est. Ibi coram Attico episcopo casum suum deploravit, quod inique episcopatu pulsus fuisset. Porro Atticus rem ex utilitate Ecclesiæ cessisse considerans, ipsum quidem Theodosium verbis consolatus est, monens ut patienti animo quietum vitæ genus amplecteretur, et publica commoda privatis rationibus anteferret.

Ἐκκλησίᾳ (77), οὔτε μὴν ζήλῳ τῆς ὀρθῆς πίστεως· ἀλλὰ φιλαργυρίας πάθει δουλεύων, ἐκ τῶν αἱρετικῶν χρήματα συλλέγειν ἐσπούδαζεν. Διὸ πάντα ἐκίνει κατὰ τῶν τὰ Μακεδονίου φρονούντων, τὰς χεῖρας ἐξοπλίζων τῶν ὑφ' αὐτῷ κληρικῶν, καὶ μυρίαις κατ' αὐτῶν χρώμενος μηχαναῖς, οὐδὲ τοῦ δικαστηρίοις αὐτοὺς προσδεσμεῖν (78) ἀπήλλακτο. Μάλιστα δὲ τὸν ἐπίσκοπον αὐτῶν, ᾧ ὄνομα ἦν Ἀγαπητὸς, διαφόρως ἐτάραττεν. Ἐπειδὴ δὲ οἱ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντες οὐδαμῶς ἐξαρκεῖν αὐτῷ πρὸς τιμωρίαν ἐδόκουν, ἀναδραμὼν ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν, ἐπαρχικῶν προσταγμάτων ἐδέετο. Ἐν ὅσῳ οὖν ὁ Θεοδόσιος ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει διὰ ταῦτα παρεῖλκεν, ὁ Ἀγαπητὸς ὃν προεστάναι τῆς Μακεδονίου θρησκείας ἔφην, ἐπὶ ἀγαθὴν ἦλθεν ἀπόνοιαν (79). Βουλευσάμενος γὰρ ἅμα τῷ αὐτοῦ κλήρῳ παντὶ, καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ὑφ' αὐτῷ λαὸν, πείθει τὴν τοῦ ὁμοουσίου πίστιν προσδέξασθαι. Καὶ τοῦτο καταστήσας, εὐθὺς ὡς εἶχε σὺν πλήθει πολλῷ, μᾶλλον δὲ σὺν παντὶ τῷ λαῷ, ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν ὥρμησεν. Εὐχήν τε ἐπιτελέσας, καταλαμβάνει τὸν θρόνον ἐν ᾧ εἰώθει ὁ Θεοδόσιος προκαθέζεσθαι. Ἑνώσας δὲ τὸν λαὸν, καὶ τοῦ λοιποῦ τὴν τοῦ ὁμοουσίου πίστιν διδάσκων, τῶν ὑπὸ Σύναδα ἐκκλησιῶν ἐγκρατὴς ἐγένετο. Τούτων οὕτω γενομένων, ἐφίσταται μετ' οὐ πολὺ Θεοδόσιος, τὴν ἐπαρχικὴν βοήθειαν ἐπαγόμενος· οὐδέν τε τῶν γενομένων εἰδὼς, ὡς εἶχεν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐχώρει· ἐξελαθεὶς δὲ ἐξ αὐτῆς παρὰ πάντων ὁμοῦ, αὖθις ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν πάλιν ἐπορεύετο. Γενόμενός τε ἐν αὐτῇ, ἐπὶ τοῦ ἐπισκόπου Ἀττικοῦ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀπωδύρετο, ὡς παραλόγως εἴη τῆς ἐπισκοπῆς ἐκβληθεὶς (80). Ἀττικὸς δὲ γνοὺς πρᾶγμα λυσιτελῶς ἀποβὰν τῇ Ἐκκλησίᾳ, τὸν μὲν Θεοδόσιον λόγῳ παρεμυθήσατο, πείσας ἀνεξικάκως τὸν ἡσύχιον βίον ἀσπάζεσθαι, προκρίνειν τε τὰ κοινὰ τῶν ἰδίων διδάξας· γράφει τε τῷ Ἀγαπητῷ, ἔχεσθαι τῆς ἐπισκοπῆς, μηδὲν ἐκ τῆς Θεοδοσίου λύπης ἀνιαρὸν ὑφορώμενον.

## VALESII ANNOTATIONES.

colonos deduxit Acamas, erant origine Dorienses. Athenienses vero qui cum Acamante Thesei filio illuc profecti sunt, et coloni quos ex Asia collegisse dicitur Acamas, Iones erant, ab Ione Atheniense ita dicti.

(77) *Οὐκ εἰωθὸς διώκειν τῇ ὀρθοδόξῳ Ἐκκλησίᾳ*. Celebris quæstio est, et in utramque partem agitari solita, liceatne Catholicis, ac præsertim episcopis, persequi hæreticos. Ego in ea re dijudicanda opus esse distinctione existimo. Certum est enim pecuniæ colligendæ causa non licere Catholicis hæreticos divexare, quod tunc faciebat Theodosius Synnadensis episcopus. Eosdem quoque criminalibus judiciis persequi, et eorum sanguinem expetere, perinde illicitum est, ut Idatius et alii quidam Hispaniæ episcopi Priscillianistas persecuti sunt. Quorum communioni cum se aliquando junxisset B. Martinus, magnum sibi detrimentum ex ea re accidisse confessus est, ut scribit Sulpitius Severus in ejus Vita. Licet tamen, ac semper licuit Catholicis auxilium principum ac magistratuum implorare adversus hæreticos, ut coerceantur et in officio contineantur, ne supra Catholicos insolentius sese efferant, neve insultent et illudant catholicæ religioni. Augustinus quidem fatetur antea se in hac fuisse sententia, hæreticos a Catholicis vexandos non esse, sed omni mansuetudine potius invitandos. Postea tamen sententiam mutavit, reipsa doctus, leges principum adversus hæreticos latas ipsis hæreticis ad conversionem prodesse. Idque fassos esse ait ipsos Donatistas, qui postea ad catholicam Ecclesiam rediissent. Hi enim affirmabant nunquam se ad Ecclesiam reversuros fuisse, sed perpetuo in errore mansuros, nisi pœnis illis ac multis legum imperialium provocati et quasi attracti fuissent. Locus Augustini elegantissimus est in epistola 48 *ad Vincentium*; cui jungendus est alter ejusdem locus in libro primo *Contra Gaudentium*, capite 23.

(78) *Δικαστηρίοις αὐτοὺς προσδεσμεῖν*. Id est, ad tribunalia judicum eos trahebat et quasi alligabat. Interpretes tamen hæc de vinculis dici existimarunt, quasi Theodosius episcopus hæreticos vinctos judicibus exhibuisset. Ita quoque accepit Nicephorus. Verum Socratis verba hunc sensum respuunt.

(79) *Ἐπὶ ἀγαθὴν ἀπόνοιαν*. Nicephorus et Christophorsonus ἐπίνοιαν legunt, quod magis placet.

(80) *Ὡς παραλόγως εἴη τῆς ἐπισκοπῆς ἐκβληθεὶς*. Malim legere παρανόμως, quemadmodum legit Epiphanius Scholasticus, et Nicephorus.

Digitized by Google

Agapeto vero scribit, ut episcopatum retineat, nec molesti quidquam ex offensione Theodosii sibi eventurum suspicetur.

### ΚΕΦΑΛ. Δ'. A

*Περὶ τοῦ ἰαθέντος ἐν τῷ θείῳ βαπτίσματι Ἰουδαίου παραλυτικοῦ ὑπὸ Ἀττικοῦ τοῦ ἐπισκόπου.*

Ἐν μὲν οὖν τοῦτο χρηστὸν ἐπὶ τῶν Ἀττικοῦ χρόνων τῇ Ἐκκλησίᾳ ὑπῆρξεν. Οὔτε δὲ θαυμάτων, ἢ ἰαμάτων, ἡ τῶν χρόνων τούτων κατάστασις ἄμοιρος ἦν. Ἰουδαῖος γάρ τις παραλυτικὸς ὢν ἐκ πολλῶν ἐτῶν, ἐπὶ κλίνης κατέκειτο, καὶ πάσης ἰατρικῆς εἰς αὐτὸν γυμνασθείσης, καὶ πάσης Ἰουδαϊκῆς εὐχῆς οὐδὲν ἐπ' αὐτῷ δυνηθείσης, τέλος προστρέχει τῷ χριστιανικῷ βαπτίσματι, τούτῳ μόνῳ ἀληθινῷ ἰατρῷ χρήσασθαι πιστεύσας. Τοῦτο καταφανὲς τῷ ἐπισκόπῳ Ἀττικῷ ταχέως ἐγίνετο. Κατηχήσας οὖν αὐτὸν, καὶ τὴν εἰς Χριστὸν ἐλπίδα εὐαγγελισάμενος, κομισθῆναι σὺν τῇ κλίνῃ κελεύει ἐπὶ τὸ φωτιστήριον. Ὁ δὲ παραλυτικὸς Ἰουδαῖος εἰλικρινεῖ πίστει τὸ βάπτισμα B δεξάμενος, ἀπὸ τῆς κολυμβήθρας τοῦ βαπτιστηρίου ἀναληφθεὶς, εὐθὺς ἀπήλλακτο τοῦ νοσήματος, καὶ τοῦ λοιποῦ ἐν τοῖς ὑγιαίνουσιν ἦν. Ταύτην τὴν θεραπείαν ἡ τοῦ Χριστοῦ δύναμις καὶ ἐπὶ τοῖς ἡμετέροις καιροῖς δεῖξαι τοῖς ἀνθρώποις ἠθέλησε· δι' ἣν Ἕλληνες μὲν πολλοὶ πιστεύσαντες ἐβαπτίσθησαν· Ἰουδαίους δὲ καίπερ σημεῖα ζητοῦντας, οὐδὲ τὰ γινόμενα σημεῖα προσηγάγετο. Τοιαῦτα μὲν οὖν παρὰ τοῦ Χριστοῦ τοῖς ἀνθρώποις ὑπῆρχε χρηστά.

### ΚΕΦΑΛ. Ε'.

*Ὅπως Σαββάτιος ὁ ἐξ Ἰουδαίων, Ναυατιανῶν πρεσβύτερος, ἀπέστη τῶν ὁμοδοξούντων αὐτῷ.*

Πολλοὶ δὲ παρ' οὐδὲν ταῦτα τιθέμενοι, τῇ αὐτῶν C μοχθηρίᾳ ἐσχόλαζον. Οὐ γὰρ μόνον Ἰουδαῖοι τοῖς γινομένοις τεραστίοις ἠπίστουν, ἀλλὰ δὴ καὶ οἱ φιλοῦντες ἐκείνοις ἀκολουθεῖν, ἐφάμιλλα αὐτοῖς φρονοῦντες ἠλέγχθησαν. Σαββάτιος μὲν οὖν, οὗ μικρὸν ἔμπροσθεν ἐμνήσθημεν, μὴ βουλόμενος ἐν τῷ οἰκείῳ τάγματι τοῦ πρεσβυτερείου μένειν, ἐπισκοπεῖν δὲ ἐξ ἀρχῆς σπεύδων, ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τῆς Ναυατιανῶν Ἐκκλησίας ἀνεχώρησε, πρόφασιν τὴν παρατήρησιν τοῦ Ἰουδαϊκοῦ Πάσχα ποιούμενος. Παρασυνάγων οὖν τῷ ἐπισκόπῳ ἑαυτοῦ Σισιννίῳ ἐν τόπῳ τῆς πόλεως, ᾧ προσωνυμία Ξηρόλοφος, ἐν ᾧ νῦν ἡ ἀγορὰ Ἀρκαδίου ὀνομάζεται, πρᾶγμα ἐτόλμησε πολλῶν κινδύνων ἄξιον. Ἐν ἡμέρᾳ γὰρ συνάξεως, τοῦ Εὐαγγελίου περιοχὴν ἀναγινώσκων ἐν ᾧ λέλεκται, ὅτι *Ἦν δὲ ἡ ἑορτὴ ἡ λεγομένη τῶν Ἰουδαίων Πάσχα*, D προστίθησι τὰ μηδαμῶς μήτε γεγραμμένα, μήτε ἀκουσθέντα ποτέ· ἔστι δὲ ταῦτα· Ἐπικατάρατος, φησὶν, ὁ ἔξω ἀζύμων (81) τὸ Πάσχα ποιήσας. Τοῦτο ἀκουσθὲν, διεδόθη εἰς τοὺς πολλούς. Καὶ συναρπασθέντες οἱ ἀκέραιοι τῶν παρὰ Ναυατιανοῖς λαϊκῶν, πρὸς αὐτὸν ἐχώρουν. Οὐ μὴν ἀπώνατο τοῦ σοφίσμα-

### 350 CAP. IV.

*De Judæo paralytico, qui ab Attico episcopo in baptismo sanatus est.*

Et hoc quidem inter cætera emolumentum temporibus Attici accessit Ecclesiæ. Sed nec miraculis aut sanationibus eadem tempora caruerunt. Judæus enim quidam plures jam per annos paralyticus in lecto jacebat. Qui cum omnia medicorum remedia frustra expertus esset, nec ullæ Judæorum preces opem ipsi afferre potuissent, tandem ad Christianorum baptismum confugit, hunc solum verum ac salutarem sibi medicum fore sperans. Ea res Attico confestim renuntiata est. Hic igitur cum primis fidei rudimentis hominem instituisset, spemque in Christum ei annuntiasset, eum in lecto jacentem ad baptisterium deferri jussit. Tum Judæus paralyticus, sincera fide baptismum suscipiens, simul atque ex baptisterii fonte levatus est, morbo penitus caruit, ac deinceps sanus permansit. Hanc mirabilem curationem Christi potentia nostris etiam temporibus ostendere dignata est : quæ quidem effecit ut multi gentilium suscepta fide ad baptismum accederent. Judæi vero licet miracula requirant, tamen ne præsentibus quidem miraculis adducti sunt ad fidem. Hujusmodi beneficia Christus hominibus conferebat.

### CAP. V.

*Quomodo Sabbatius, Novatianorum presbyter ex Judæis, a fidei suæ consortibus defecerit.*

Plerique tamen, ista pro nihilo ducentes, in nequitia sua perstiterunt. Neque enim Judæi solum his quæ fiebant prodigiis fidem accommodare noluerunt : sed et ii qui Judæos imitari student, idem cum illis sentire deprehensi sunt. Sabbatius certe, cujus paulo antea mentionem fecimus [1], cum intra presbyterii gradum se continere nollet, sed jam inde ab initio episcopatum ambiret, his temporibus ab Ecclesia Novatianorum recessit, Paschæ Judaici observationem prætendens. Nam cum in quodam civitatis loco qui Xerolophus nuncupatur, ubi nunc est forum Arcadii, separatim ab episcopo suo Sisinnio collectas celebraret, facinus aggressus est multis periculis obnoxium. Etenim die quodam conventus ecclesiastici, cum capitulum quoddam Evangelii legeret, in quo dicitur : *Erat autem dies festus qui dicitur Judæorum Pascha* [2]; ipse de suo adjecit quæ nec uspiam sunt scripta, nec unquam audita : ista videlicet : Maledictus qui extra azyma celebraverit Pascha. Hoc auditum emanavit ad multos. Et quicunque simpliciores erant ex laicis Novatianorum, hac

[1] Lib. v, c. 21. [2] Luc. xxii, 1.

## VALESII ANNOTATIONES.

(81) *Ἔξω ἀζύμων.* Non probo versionem Langi et Christophorsoni, qui sic interpretati sunt hunc locum : *Maledictus, qui absque azymis Pascha celebrat.* Ego vero ita vertendum puto : *Qui extra diem azymorum.* Non enim in Græco est ἄνευ vel χωρὶς, sed ἔξω, quod significat, *extra*, seu *præterquam.*



Digitized by Google

351 arte decepti, ad illum se contulerunt. Sed nihil ipsi profuit hoc commentum. Falsitas enim illa infelicem exitum sortita est. Siquidem paulo post cum Sabbatius festum diem anticipata opinione celebraret, multique ad eum concurrerent, et solemni pervigilio in ecclesia pernoctarent, tumultus quidam ac terror dæmoniacus repente eos corripuit, quasi Sisinnius ipsorum episcopus cum ingenti hominum multitudine in ipsos impetum faceret. Ortaque ex eo, ut fieri solet, perturbatione, noctu in angusto loco conclusi, semetipsos obtriverunt : adeo ut plus quam septuaginta ex illis interierint. Ob hanc causam multi a Sabbatii partibus defecerunt. Nonnulli tamen, quorum animos agrestis illa occupaverat opinio, cum eo mansere. Verum qua ratione Sabbatius violata sacramenti religione ad episcopatum pervenerit, dicemus paulo post.

A τος. Εἰς κακὸν γὰρ τέλος αὐτῷ τὰ τῆς πλαστογραφίας κατέστρεψε. Μετ' οὐ πολὺ γὰρ τὴν ἐκ προλήψεως ἑορτὴν (82) ἐπετέλει· καὶ συνέῤῥεον πρὸς αὐτὸν ἐξ ἔθους (83) πολλοί· καὶ τὴν ἐξ ἔθους παννυχίδα ποιούντων (84), θόρυβός τις δαιμόνιος ἐνέπεσεν εἰς αὐτοὺς, ὡς ἄρα Σισίννιος ὁ αὐτῶν ἐπίσκοπος σὺν πολλῷ πλήθει ἔρχεται κατ' αὐτῶν. Καὶ ταραχῆς γενομένης, οἷα εἰκὸς, ἐν νυκτὶ καὶ στενῷ τόπῳ ἀποληφθέντες, ἑαυτοὺς συνέτριψαν· ὡς ἀπολέσθαι ἐξ αὐτῶν ὑπὲρ τοὺς ἑβδομήκοντα ἀνθρώπους. Τοῦτο γενόμενον, πολλοὺς τοῦ Σαββατίου ἀπέστησε. Τινὲς δὲ αὐτῷ παρέμειναν, τῇ ἀγροικικῇ προλήψει κρατούμενοι. Ἀλλὰ Σαββάτιος μὲν, ὡς ἐπὶ τὴν ἐπίορκον παρῆλθεν ἐπισκοπὴν, μικρὸν ὕστερον λέξομεν.

## CAP. VI.

*De iis qui Arianorum sectæ eo tempore præfuerunt.*

B Dorotheus vero, Arianæ factionis episcopus, quem ex Antiochena sede Constantinopolim ab Arianis translatum fuisse supra retulimus [1], cum centum ac novemdecim vixisset annos, ex hac luce migravit, Honorio septimum et Theodosio Augusto iterum consulibus, die octavo Idus Novembris. Post hunc Arianæ sectæ præfuit Barba. Hujus temporibus, Arianorum religio felici quodam fato, duos disertissimos viros habuit, utrumque presbyteri dignitate decoratum. Horum alter Timotheus, alter Georgius dicebatur. Sed Georgius quidem Græcorum disciplinis magis erat excultus. Timotheus vero in sacris Litteris plus operæ posuerat. Et Georgius quidem Aristotelis et Platonis libros assidue habebat in manibus. Timotheus autem Origenem adamabat : et cum sacras Litteras publice exponeret, Hebraicæ quoque linguæ ignarus non erat. Ac prius quidem Psathyrianorum sectæ

## ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

*Περὶ τῶν προεστώτων τηνικαῦτα τῆς τῶν Ἀρειανῶν δόξης.*

Δωρόθεος δὲ, ὁ τῆς Ἀρειανῆς προεστὼς θρησκείας, ὃν ἐκ τῆς Ἀντιοχείας ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν μετενηνέχθαι ὑπὸ τῶν Ἀρειανῶν ὡς ἀνωτέρω [a] ἐμνημονεύσαμεν, ἑκατὸν πρὸς τοῖς δεκαεννέα ἐπιβιοὺς ἔτη, ἐτελεύτησεν ἐν ὑπατείᾳ Ὀνωρίου τὸ ἕβδομον καὶ Θεοδοσίου Αὐγούστου τὸ δεύτερον, τῇ ἕκτῃ τοῦ Νοεμβρίου μηνός. Μετὰ δὲ τοῦτον τῆς Ἀρειανῆς θρησκείας προέστη Βάρβας. Ἐπὶ τούτου δὴ τοῦ Βάρβα, δύο ἀνδρῶν ἐλλογίμων ἡ τῶν Ἀρειανῶν θρησκεία ηὐτύχησε, τὴν ἀξίαν τοῦ πρεσβυτέρου ἐχόντων. Τιμόθεος θατέρῳ ὄνομα· τῷ δὲ ἑτέρῳ Γεώργιος. Ἀλλὰ Γεώργιος μὲν μᾶλλον τὴν Ἑλληνικὴν κατωρθώκει C παίδευσιν· Τιμόθεος δὲ πάλιν τὰ ἱερὰ ἤσκεῖτο γράμματα. Καὶ μὴν καὶ τὰ Ἀριστοτέλους καὶ Πλάτωνος ἀεὶ μετὰ χεῖρας εἶχεν ὁ Γεώργιος· Τιμόθεος δὲ τὸν Ὠριγένην ἀνέπνεεν· καὶ δημοσίᾳ τὰ ἱερὰ ἑρμηνεύων γράμματα, οὐδὲ τῆς Ἑβραίων γλώσσης ἄμοιρος ἦν. Καὶ Τιμόθεος μὲν ἤδη πρότερον, τῆς Ψαθυριανῶν [b]

[1] Lib. v, c. 12.

## VALESII ANNOTATIONES.

(82) *Τὴν ἐκ προλήψεως*. Langus et Christophorsonus verterunt : *Cum ex anticipata opinione festum Paschæ celebraret*. Magis probo interpretationem Musculi, qui vertit, *per anticipationem celebraret*. Nam Sabbatius, more Judaico Pascha celebrans, Christianos præveniebat, ante diem Dominicum illud peragens. Quod si ita intelligamus, scribendum erit τὴν ἑορτὴν τὴν ἐκ προλήψεως. Eadem voce paulo post utitur Socrates de eadem re loquens : τῇ ἀγροικικῇ προλήψει κρατούμενοι. Ubi tamen πρόληψις sumi videtur pro anticipata opinione.

(83) *Συνέῤῥεον πρὸς αὐτὸν ἐξ ἔθους*. Delenda sunt hæc verba ἐξ ἔθους, quæ ex sequente linea perperam huc irrepserunt.

(84) *Καὶ τὴν ἐξ ἔθους παννυχίδα ποιούντων*. Intelligo vigiliam festi paschalis. Neque enim alia potest esse ἡ ἐξ ἔθους παννυχίς, quam vigilia festi Paschalis. Quippe Sabbatius, etsi Pascha anticiparet, et una cum Judæis illud celebraret, tamen Sabbato paschali vigilias agebat cum reliquis Christianis, et diem Paschæ cum iisdem Christianis simulate ac perfunctorie celebrabat, quemadmodum supra retulit Socrates in libro quinto, capite 21. Atque ita hunc Socratis locum accepit Nicephorus, τῇ δὲ εἰωθυίᾳ παννυχίδι τὸ προσῆκον γέρας ἀφοσιουμένων, etc. Quæ sic vertenda sunt · D *Cum autem solemnem vigiliam dicis causa congruo cultu celebrarent*, etc. Porro cur Sabbatius, licet Judæos sequens in observatione Paschæ, Christianorum tamen Pascha celebrare simulaverit, hæc, ut opinor, causa est, quod timebat leges imperatorum, qui pro hæreticis habendos esse sanxerant eos, qui non uno atque eodem die cum reliquis Pascha celebrarent. Sic enim imperator Theodosius in lege nona Codice Theodosiano de hæreticis : *Sublimitas itaque tua summa exploratione rimetur, ut quicunque in unum Paschæ diem non obsequenti religione convenerint, tales indubitanter quales hac lege damnavimus, habeantur.*

## VARIORUM.

[a] *Ὡς ἀνωτέρω*. Redundat ὡς. W. Lowth.

[b] *Ψαθυριανῶν*. Ἐκ δὲ τῆς Ἀρείου βλασφημίας πάλιν ἕτερον ἀπεῤῥάγη τμῆμα. Οὗτοι δέ φασι, Πατὴρ ὁ Θεὸς, ἀεὶ δὲ ὁ Υἱὸς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκτισμένος· ταὐτὸν γάρ ἐστιν ἐπὶ τοῦ Θεοῦ, τὸ κτίσαι καὶ τὸ γεννῆσαι· τούτους οἱ Ἀντιοχεῖς Ψαθυριανοὺς ὀνομάζουσι· τὸν

Digitized by Google

θρησκείας ἦν. Γεώργιος δὲ ὑπὸ Βάρβα κεχειροτόνητο. Τῷ δὴ Τιμοθέῳ καὶ αὐτὸς ἐντετύχηκα, καὶ ἔγνων ὅπως τοῖς ἐπερωτῶσιν ἕτοιμος ἦν ἀποκρίνεσθαι, διαλύων ὅσα ἀσαφῆ κατὰ τὰ θεῖα εὑρίσκοιτο λόγια. Πανταχοῦ τε τὸν Ὠριγένην ἐκάλει, ὡς ἀληθῆ μάρτυρα τῶν ὑπ' αὐτῷ λεγομένων. Θαυμάσαι οὖν μοι ἔπεισι, πῶς οὗτοι οἱ ἄνδρες τῇ Ἀρειανῶν θρησκείᾳ παρέμειναν, ὧν ὁ μὲν τὸν Πλάτωνα ἀεὶ μετὰ χεῖρας εἶχεν· ὁ δὲ τὸν Ὠριγένην ἀνέπνεεν. Οὐδὲ γὰρ Πλάτων τὸ δεύτερον καὶ τὸ τρίτον αἴτιον, ὡς αὐτὸς ὀνομάζειν εἴωθεν, ἀρχὴν ὑπάρξεως εἰληφέναι φησί. Καὶ Ὠριγένης συναΐδιον πανταχοῦ ὁμολογεῖ τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί. Πλὴν εἰ καὶ τῇ ἑαυτῶν Ἐκκλησίᾳ παρέμειναν, ἀλλ' ὅμως τὴν Ἀρειανὴν θρησκείαν λεληθότως ἐπὶ τὸ κρεῖσσον μετέθεσαν. Πολλὰς γὰρ τῶν τοῦ Ἀρείου βλασφημιῶν ταῖς οἰκείαις διδασκαλίαις ἐξέβαλλον. B Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων τοιαῦτα εἰρήσθω. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ καὶ Σισιννίου τοῦ Ναυατιανῶν ἐπισκόπου τελευτήσαντος ἐν τῇ αὐτῇ ὑπατείᾳ, χειροτονεῖται Χρύσανθος, περὶ οὗ μικρὸν ὕστερον λέξομεν.

A adhæserat Timotheus. Georgius vero a Barba ordinatus **352** fuerat. Cum hoc Timotheo ipse quoque sum collocutus, reque ipsa perspexi, quam paratus esset et expeditus ad respondendum interrogantibus, dum obscuriora loca quæ in sacris reperiuntur oraculis explanaret. Porro Origenem tanquam certissimum testem eorum quæ diceret, perpetuo laudabat. Ac mihi quidem mirari subit, quonam modo viri isti in Ariana secta perseveraverint : quorum alter Platonis assidue terebat libros, alter Origenem semper in ore habebat. Etenim nec Plato secundam ac tertiam causam, ut ipse quidem nominare solet, exsistendi initium cepisse dicit. Et Origenes passim in suis libris Filium Patri coæternum esse confitetur. Verum, licet illi in sua permanserint Ecclesia, Arianorum tamen sectam sensim ad meliorem frugem reduxerunt. Multas quippe Arii impietates atque blasphemias suis prædicationibus penitus eliminarunt. Sed de his hactenus. Non multo post Sisinnio, Novatianorum episcopo, iisdem consulibus mortuo, ordinatus est Chrysanthus, de quo infra dicturi sumus.

## ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

*Ὡς Θεόφιλον τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον Κύριλλος διεδέξατο.*

Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Θεόφιλος ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, ληθαργικῷ πάθει περιπεσὼν, ἐτελεύτησεν [1] ἐν ὑπατείᾳ Ὀνωρίου τὸ ἔννατον καὶ Θεοδοσίου τὸ πέμπτον, τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνός. Ἐπιμάχου δὲ γενομένης καὶ ἐνταῦθα τῆς ἐπισκοπῆς, οἱ μὲν ἐζήτουν ἐνθρονισθῆναι Τιμόθεον C ἀρχιδιάκονον, οἱ δὲ Κύριλλον, ὃς ἦν ἀδελφιδοῦς (85) Θεοφίλου. Στάσεως δὲ διατοῦτο μεταξὺ τοῦ λαοῦ κινηθείσης, συνελαμβάνετο τῷ μέρει Τιμοθέου ὁ τοῦ στρατιωτικοῦ τάγματος ἡγεμὼν Ἀβουδάντιος. Διὸ τρίτῃ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν τελευτὴν Θεοφίλου ὁ Κύριλλος ἐνθρονισθεὶς, ἐπὶ τὴν ἐπισκοπὴν ἀρχικώτερον Θεοφίλου παρῆλθε· καὶ γὰρ ἐξ ἐκείνου, ἡ ἐπισκοπὴ Ἀλεξανδρείας παρὰ τῆς ἱερατικῆς τάξεως (86) κατα-

## CAP. VII.

*Quomodo Cyrillus Theophilo Alexandriæ episcopo successerit.*

Aliquanto post Theophilus quoque, Alexandrinus episcopus, morbo veterni correptus, extremum diem obiit, Honorio nonum et Theodosio quintum consulibus, Idibus Octobris. Ortaque etiam illic de episcopatu contentione, alii quidem Timotheum archidiaconum, alii vero Cyrillum sororis Theophili filium in ea sede collocare studebant. Cumque ob id mota esset populi seditio, Timothei quidem partibus favebat Abundantius, dux militum Ægypti. Quamobrem tertio post obitum Theophili die Cyrillus ordinatus, majore cum potestate quam Theophilus, ad episcopatum accessit. Ex eo enim tempore, episcopi Alexandrini sacerdotalem gradum atque ordinem supergressi, principatum

## VALESII ANNOTATIONES.

(85) *Κύριλλον, ὃς ἦν ἀδελφιδοῦς.* Musculus vertit, *qui nepos Theophili erat ex sorore.* Christophorsonus vero fratris filium interpretatur. Sane Nicephorus in libro XIV, cap. 25, Theophilum ait fuisse patruum Cyrilli, θεῖον πρὸς πατρός. Theodoritus tamen θεῖον duntaxat vocat. Quare avunculum potius Cyrilli eum fuisse crediderim. Sororis Theophili mentio fit apud Sozomenum. Facundus Hermianensis, et Epiphanius Scholasticus Theophilum Cyrilli consobrinum vocant, male id quidem : sed ex quo Cyrillum cognatione junctum fuisse Theophilo per sororem, haud obscure significatur.

(86) *Παρὰ τῆς ἱερατικῆς τάξεως.* Haud dubie scribendum est πέρα, ut ex libro Christophorsoni D Savilius ad oram sui codicis adnotarat. Interpretes tamen ambo vulgatam lectionem secuti sunt, quæ nullo modo ferri potest. Certe Socrates in cap. 11, infra de eadem re loquens, utitur vocabulo πέρα· Τῆς Ῥωμαίων ἐπισκοπῆς ὁμοίως τῇ Ἀλεξανδρέων πέρα τῆς ἱερωσύνης ἐπὶ δυναστείαν ἤδη πάλαι προελθούσης.

## VARIORUM.

γὰρ τῆς αἱρέσεως ἄρχοντα λέγουσι τοιούτων ποπάνων γεγενῆσθαι δημιουργόν. *Ex Arii autem blasphemia alia rursus secta erupit. Hi dicunt, Pater Deus, semper etiam Filius a Deo creatus. Idem est in Deo creare et gignere. Hos Antiocheni Psathyrianos vocant, quod hæresis auctorem hujusmodi placentarum artificem fuisse ferunt.* Theodorit., *Hæret. fab.*, lib. IV, cap. 5. Vide et Socratis lib. V., cap. 23.

[1] *Θεόφιλος ἐτελεύτησεν.* Theophilus hic, odio in Chrysostomum notissimus, obiit XV die Octobris, anno Chr. 412. In *Historia patriarcharum Coptitarum* dicitur Theophilus sedisse annos 27, dies 87. Sedem autem inierat die vicesima Julii anni Chr. 385. Quare auctor anonymus illius *Historiæ* sedis Theophili tempus accurate supputavit : cumque asserat Theophilum mortuum esse die 18 Babæ, qui diei 15 Octobris nostri respondet, diem illum emortualem exclusit. Ant. Pagi, ad ann. 412, n. 23.

Digitized by Google

A quamdam obtinere, et cuncta pro imperio agere cœperunt. Statim igitur Cyrillus, clausis Novatianorum ecclesiis quotquot erant Alexandriæ, primo
**353** quidem sacra earum vasa atque ornamenta abstulit : deinde episcopum illorum Theopemptum omnibus suis facultatibus nudavit.

## CAP. VIII.

*De Marutha episcopo Mesopotamiæ, et quomodo Christiana religio ab ipso in Perside propagata est.*

Sub idem tempus Christiana religio in Perside propagata est, hujusmodi ex causa : Inter Romanos et Persas crebræ legationes ultro citroque mittuntur. Variæ quippe nascuntur causæ, ob quas subinde legatos ad se invicem mittere necesse habent. B Forte igitur negotii cujusdam necessitas tunc exegit, ut Maruthas, episcopus Mesopotamiæ, cujus paulo antea mentionem fecimus[1], ab imperatore Romano ad regem Persarum destinaretur. Rex autem Persarum, cum eum virum eximia pietate præditum esse deprehendisset, magnum illi honorem exhibuit, et tanquam Dei vere amicum auscultavit. Ea res offendit animos magorum, qui apud regem Persarum plurimum valent. Verebantur enim ne is persuaderet regi, ut Christianam religionem amplecteretur. Etenim diuturnum capitis dolorem, quo magi eum liberare non potuerant, Maruthas precibus suis curaverat. Fraudem ergo comminiscuntur magi. Et quoniam Persæ ignem colunt, solebatque rex ignem perpetuo ardentem in æde quadam adorare; hominem quem- C dam terra occultantes, eo tempore quo rex adorare consueverat, exclamare jusserunt : Foras exturbandum esse regem : impie enim illum egisse qui sacerdotem Christianorum Deo charum esse existimet. His auditis Isdigerdes, hoc enim nomine vocabatur rex Persarum, licet Marutham reverentia prosequeretur, dimittere tamen in animo habebat: At Maruthas, vere Deo acceptus, orationi-

[1] Lib. VI, c. 15, 19.

δυναστεύειν τῶν πραγμάτων ἔλαβε τὴν ἀρχήν. Εὐθέως οὖν Κύριλλος τὰς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ναυατιανῶν ἐκκλησίας ἀποκλείσας [u], πάντα μὲν αὐτῶν τὰ ἱερὰ κειμήλια ἔλαβεν· τὸν δὲ ἐπίσκοπον αὐτῶν Θεόπεμπτον, πάντων ὧν εἶχεν ἀφείλετο.

## ΚΕΦΑΛ. Η'.

*Περὶ Μαρουθᾶ τοῦ Μεσοποταμίας ἐπισκόπου, καὶ ὡς δι' αὐτοῦ ὁ Χριστιανισμὸς ἐν Περσίδι διεπλατύνθη.*

Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον, καὶ τὸν ἐν Περσίδι Χριστιανισμὸν πλατυνθῆναι συνέβη ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε· Μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Περσῶν συνεχεῖς ἀεὶ πρεσβεῖαι γίνονται. Διάφοροι δέ (87) εἰσιν αἰτίαι [v], δι' ἃς συνεχῶς παρ' ἀλλήλους πρεσβεύονται. Χρεία δὴ οὖν καὶ τότε ἤγαγεν, ὥστε Μαρουθᾶν τὸν Μεσοποταμίας ἐπίσκοπον, οὗ μικρὸν ἔμπροσθεν μνήμην πεποιήμεθα, πεμφθῆναι παρὰ τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων πρὸς τὸν βασιλέα Περσῶν. Ὁ δὲ βασιλεὺς τῶν Περσῶν πολλὴν εὐλάβειαν παρὰ τῷ ἀνδρὶ εὑρηκώς, διὰ τιμῆς ἦγεν αὐτὸν, καὶ ὡς ὄντως θεοφιλεῖ προσεῖχεν. Τοῦτο γινόμενον ὑπέκνιζε τοὺς μάγους, οἳ πολλοὶ (88) παρὰ τῷ Περσῶν βασιλεῖ ἰσχύουσιν. Ἐδεδοίκεισαν γὰρ, μὴ τὸν βασιλέα Χριστιανίζειν πείσῃ. Καὶ γὰρ κεφαλαλγίαν αὐτοῦ χρονίαν, ἣν οἱ μάγοι θεραπεῦσαι μὴ δεδύνηνται, ταύτην ὁ Μαρουθᾶς εὐχαῖς ἐθεράπευσε. Βουλεύονται οὖν ἀπάτην οἱ μάγοι. Καὶ ἐπειδὴ οἱ Πέρσαι τὸ πῦρ σέβουσιν, εἰώθει δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν οἴκῳ τινὶ τὸ διηνεκῶς καιόμενον πῦρ προσκυνεῖν, ὑπὸ γῆν κατακρύψαντες ἄνθρωπον, καθ' ὃν εἰώθει καιρὸν ὁ βασιλεὺς εὔχεσθαι, παρεσκεύασαν ἀναφθέγγεσθαι, ἔξω βάλλεσθαι δεῖν τὸν βασιλέα· ἠσεβηκέναι γὰρ, ὅτι τὸν τῶν Χριστιανῶν ἱερέα νομίζῃ θεοφιλῆ. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἰσδιγέρδης, τοῦτο γὰρ ὄνομα τῷ Περσῶν βασιλεῖ, αἰδούμενος μὲν, ἀποπέμπεσθαι δ' οὖν ὅμως τὸν Μαρουθᾶν ἐβούλετο. Μαρουθᾶς δὲ ἀληθῶς θεοφιλὴς ἄνθρωπος, εὐχαῖς προσέκειτο, δι' ὧν εὑρίσκει τὸν παρὰ τῶν μάγων γενόμενον δόλον. Τῷ οὖν βασιλεῖ, Μὴ παίζου, ἔφη, βασιλεῦ. Ἀλλ' εἰσ-

### VALESII ANNOTATIONES.

(87) *Διάφοροι δέ*. Melius scriberetur διάφοροι γάρ εἰσιν αἱ αἰτίαι, etc.

(88) *Οἱ πολλοί*. Scribendum est procul dubio D οἳ πολὺ παρὰ τῷ Περσῶν βασιλεῖ ἰσχύουσιν, quemadmodum legitur apud Niceph.

### VARIORUM.

[u] *Κύριλλος τὰς Ναυατιανῶν ἐκκλησίας ἀποκλείσας*. Invidiose hæc refert Socrates, ubique Novatianis nimium favens, quasi Cyrillus hoc privata sua auctoritate fecerit; cum tamen ante aliquot annos conventicula et prædia hæreticorum Ecclesiæ catholicæ vindicata fuerint, ex lege Honorii, quam anno 412 renovavit, ut ex Cod. Theodos., lib. XVI, tit. 5, *De Hæret.*, leg. 52, observavit doctissimus Josephus Bingham in *Orig. Ecclesiast.*, lib. V, cap. 4, n. 11. W. LOWTH.

[v] *Διάφοροι δέ εἰσιν αἰτίαι*. Procopius lib. I, *De bello Persico*, cap. 2, narrata Arcadii morte, ait : *Conscripto testamento hæredem imperii filium, hujus tutorem instituit Isdigerdem, regem Persarum, eum enixe rogans ut ad imperium Theodosio asserendum potentiam suam omnem providentiamque conferret*, etc. *Rex autem Persarum Isdigerdes, magnitudine animi jam ante clarissimus, cum oblatas sibi tabulas legisset, virtutis exemplum edidit mirum valde ac memorandum. Mandata enim Arcadii minime aspernatus, Romanos, quandiu vixit, pace beavit altissima, et imperium Theodosio conservavit.* Idem habent Agathias, lib. IV, et Theophanes, qui addit Isdigerdem mox submisisse Antiochum, virum moribus egregium, et eximiæ eruditionis, in pueri procuratorem et pædagogum; pacemque diu inter Romanos et Persas traductam, *Antiocho maxime plura pro Christianis scribente; atque ita Christiana lex per totam Persidem dilatata fuit*, inquit Theophanes.

Digitized by Google

ελθὼν ὅτε τῆς φωνῆς ἀκούσεις, ὀρύξας τὸν δόλον εὑρήσεις. Οὐ γὰρ τὸ πῦρ φθέγγεται, ἀλλὰ ἀνθρώπων κατασκευὴ τοῦτο ποιεῖ. Πείθεται τῷ Μαρουθᾷ ὁ Περσῶν βασιλεὺς, καὶ αὖθις εἰσῄει εἰς τὸν οἰκίσκον, ὅπου ἦν τὸ ἄσβεστον πῦρ. Ἐπειδὴ δὲ αὖθις ἀκούει τῆς αὐτῆς φωνῆς, ὀρύττεσθαι τὸν τόπον ἐκέλευσε. Καὶ ὁ προπέμπων τὴν νομισθεῖσαν θεοῦ φωνὴν, ἐξηλέγχετο. Περιοργὴς οὖν γενόμενος ὁ βασιλεὺς, τὸ τῶν μάγων γένος ἀπεδεκάτωσε. Τούτου γενομένου, εἶπεν τῷ Μαρουθᾷ, ἔνθα ἂν βούλοιτο, κτίζειν ἐκκλησίας. Ἐκ τούτου παρὰ Πέρσαις ὁ Χριστιανισμὸς ἐπλατύνετο. Τότε μὲν οὖν Μαρουθᾶς ἀποχωρήσας τῶν Περσῶν, αὖθις ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν ἐπανέρχεται. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ πάλιν πρεσβείας ἕνεκεν ἀντεπέμπετο. Αὖθίς τε οἱ μάγοι σκευωρίας ἐπενοοῦντο, ὅπως ἂν μηδαμῶς τὸν ἄνδρα προσδέχοιτο ὁ βασιλεύς. Ἐπενόησάν τε (89) δυσωδίαν τινὰ κατασκευαστὴν, ὅθεν ὁ βασιλεὺς εἰώθει προσέρχεσθαι· διαβολῇ τε ἐχρῶντο, ὡς ἄρα ταύτην οἱ τῷ Χριστιανισμῷ συνόντες εἰργάσαντο. Ὡς δὲ ὁ βασιλεὺς ἤδη πρότερον ὑπόπτους ἔχων τοὺς μάγους, σπουδαιότερον ἀνεζήτει τοὺς δράσαντας, αὖθις ἐξ αὐτῶν ἀνηυρίσκοντο οἱ τῆς κακῆς ὀδμῆς ποιηταί. Διὸ καὶ αὖθις πολλοὺς αὐτῶν ἐτιμωρήσατο· Μαρουθᾶν δὲ διὰ πλείονος ἦγε τιμῆς. Καὶ ἠγάπα μὲν Ῥωμαίους, καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς φιλίαν ἠσπάζετο. Μικρὸν δὲ ἐδέησε καὶ χριστιανίσαι αὐτὸν [x], πεῖραν δεδωκότος ἑτέραν τοῦ Μαρουθᾶ, σὺν Ἀνλδᾷ (90) τῷ ἐπισκόπῳ Περσίδος. Ἄμφω γὰρ τὸν ὀχλοῦντα δαίμονα τῷ υἱῷ βασιλέως ἀπήλασαν, νηστείαις καὶ προσευχαῖς σχολάσαντες. Καὶ ὁ Ἰσδιγέρδης μὲν ἔφθασε τελευτῆσαι, πρὶν τελείως χριστιανίσαι· εἰς δὲ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Βαραράνην ἧκεν ἡ βασιλεία. Ἐφ' οὗ αἱ μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Περσῶν σπονδαὶ διελύθησαν, ὡς ὀλίγον ὕστερον λέξομεν.

A bus vacabat : quarum subsidio fraudem magorum detexit. Itaque regem adiens : Noli, inquit, o rex, amplius deludi. Sed ingressus, postquam vocem audieris, effossa humo fraudem deprehendes. Non enim loquitur ignis, sed hominum fraus et machinatio istud facit. Rex Maruthæ morem gerens, denuo in ædiculam ingressus est, in qua ignis perpetuo ardens servabatur. Cumque eamdem vocem iterum audiisset, locum effodi jussit. Tum is qui vocem illam emittebat, quæ **354** dei esse putabatur, deprehensus est. Itaque rex, ira inflammatus, gentem magorum decimationis supplicio addixit. Quo facto, Maruthæ permisit ubicunque vellet, ecclesias ædificaret. Exinde apud Persas Christiana religio latius propagata est. Maruthas B vero, tunc quidem e Perside discedens, Constantinopolim reversus est. Sed non longo post tempore legatus iterum missus est ad Persas. Atque iterum magi fraudes ac dolos excogitarunt, ne rex ullo pacto eum admitteret. Tetrum enim fetorem machinatione quadam excitarunt eo loci, quo rex procedere solitus erat : eumque a Christianis excitatum esse calumniati sunt. Sed cum rex, utpote qui suspectos jamdudum habebat magos, fetoris hujus auctores diligentius investigaret, rursus deprehensum est, pestiferi illius odoris artifices magos esse. Rursus ergo multos ex illis supplicio affecit : Maruthaın vero majore adhuc in honore habuit. Et Romanos quidem deinceps dilexit, eorumC que amicitiam amplexus est. Parum autem abfuit quin ipse Christianus fieret, cum Maruthas una cum Abda, Persidis episcopo, alterum etiam miraculum edidisset. Ambo siquidem dæmonem quo regis filius vexabatur, depulerunt, cum prius jejuniis ac precibus incubuissent. Verum Isdigerdes quidem antequam perfecte Christianus esset, morte præventus est. Regnum vero ad filium ejus Vararanem devenit, cujus temporibus solutum est fœdus Romanos inter et Persas, ut paulo post dicturi sumus.

### ΚΕΦΑΛ. Θ'.

*Οἱ κατὰ τούσδε τοὺς χρόνους ἐν Ἀντιοχείᾳ καὶ Ῥώμῃ ἐπισκοπήσαντες.*

Περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν Φλαβιανοῦ τελευτήσαντος [y], Πορφύριος τὴν ἐπισκοπὴν

### CAP. IX.

*Qui tum temporis Antiochiæ et Romæ fuerint episcopi.*

Iisdem fere temporibus, Antiochiæ mortuo Flaviano Porphyrius episcopatum suscepit. Post quem

### VALESII ANNOTATIONES.

(89) *Ἐπενόησάν τε.* Scribendum est ἐπενόησαν γάρ, ut in versione mea posui. Alioqui odiosa esset ac putida repetitio ejusdem particulæ. Multi errores in his particulis admitti solent ab antiquariis, dum in scribendo nimium properant. Paulo post D προέρχεσθαι malim scribere quam προσέρχεσθαι.

(90) *Σὺν Ἀβλαάτῳ.* Ablaatem vocat Epiphanius Scholasticus hunc Persidis episcopum : Nicephorus vero Abdam. In codice Sfortiano scriptum est : Σὺν Ἀνλδᾷ τῷ ἐπισκόπῳ Περσίδος.

### VARIORUM.

[x] *Μικρὸν δὲ ἐδέησε καὶ χριστιανίσαι αὐτόν. **Persecutionem vero in Christianos excitavit, cujus causam dedit Abdaas, regiæ Persidos urbis*** (Susæ) ***episcopus, divino quidem zelo motus, at non eo ex rationis norma usus. Ignis templum succendit. Eo cognito rex erectas per totam Persidos regionem ecclesias everti jussit; Abdaam autem diversis afflixit tormentis.*** Procopius, ubi supra. Mortuus est autem Isdigerdes anno Chr. 420, cum unum et viginti annos regnasset, ut scribit Agathias lib. IV, p. 137.

[y] *Φλαβιανοῦ τελευτήσαντος.* Obiit Flavianus circa ann. Chr. 403. Guil. Cave. Tenuit Porphyrius episcopatum Antiochenum ab anno 404 usque ad annum 413, aut forte insequentem. Ant. Pagi, ad ann. 408, n. 16. Damasus, Ecclesiæ Romanæ episcopus constitutus anno 366, obiit prope octogenarius, exeunte anno 384. Siricius Romæ, episcopus factus anno 385, obiit vicesimo sexto die Novembris, anno 398. Eodem anno Anastasius pontifex creatus est: obiitque anno 401, die XIV Decembris; juxta Baronium vero aliosque, die 27 April., anno 402. Guil. Cave.

Digitized by Google

Alexander eidem Ecclesiæ præfuit. Romæ vero cum Damasus octodecim annis episcopatum tenuisset, Siricius in ejus locum successit. Qui cum per annos quindecim eam Ecclesiam gubernasset, Anastasius triennio eamdem sedem obtinuit. Anastasium deinde excepit Innocentius : qui quidem primus Novatianos Romæ degentes persequi cœpit multasque eis ecclesias ademit.

## 355 CAP. X.

*Qualiter Roma eo tempore in Barbarorum potestatem venerit, Alarico eam vastante.*

Sub idem tempus Roma quoque a Barbaris capta est. Etenim Alaricus quidam Barbarus, qui fœderatus erat Romanorum, et qui imperatori Theodosio in bello contra Eugenium tyrannum auxilio fuerat, eaque de causa dignitatibus Romanis fuerat honoratus, felicitatem suam non tulit. Sed imperium quidem arripere haudquaquam constituit. Constantinopoli vero decedens, ad Occidentis partes transgressus est. Cumque in Illyricum pervenisset, late cuncta vastare cœpit. Porro transeunti obstiterunt Thessali circa ostia Penei fluminis, unde per montem Pindum iter est versus Nicopolim Epiri. Commissaque pugna, tria circiter millia ex ejus exercitu peremerunt. Post hæc Barbari qui cum illo erant, quidquid obvium fuisset, igni ferroque vastantes, ad extremum Romam quoque ipsam occuparunt. Eamque depopulati, maximam partem admirandorum illic operum incendio consumpserunt : pecuniam vero direptam inter se diviserunt. Multos quoque senatorii ordinis, variis affectos suppliciis interemerunt. Alaricus vero, imperio illudens Attalum quemdam imperatorem nuncupavit. Quem cum uno die satellitibus stipatum tanquam imperato-

A διεδέξατο. Μετὰ δὲ Πορφύριον, αὖθις Ἀλέξανδρος τῆς ἐκεῖσε Ἐκκλησίας προέστη. Κατὰ δὲ τὴν Ῥωμαίων Δάμασον ἐπὶ δεκαοκτὼ ἔτη τῆς ἐπισκοπῆς κρατήσαντα, Σιρίκιος διεδέξατο. Σιρικίου δὲ δεκαπέντε ἔτη κρατήσαντος, Ἀναστάσιος ἐπὶ ἔτη τρία τῆς Ἐκκλησίας ἐκράτησε. Μετὰ δὲ Ἀναστάσιον Ἰνοκέντιος, ὃς πρῶτος τοὺς ἐν Ῥώμῃ Ναυατιανοὺς ἐλαύνειν ἤρξατο, πολλάς τε αὐτῶν ἐκκλησίας ἀφείλετο.

## ΚΕΦΑΛ. Ι'.

*Ὡς κατὰ τόνδε τὸν χρόνον ἡ Ῥώμη ὑπὸ Βαρβάροις γέγονεν, Ἀλαρίχου ταύτην πορθήσαντος.*

Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον, καὶ Ῥώμην ὑπὸ Βαρβάρων ἁλῶναι συνέβη. Ἀλάριχος γάρ τις Βάρβαρος, ὑπόσπονδος ὢν Ῥωμαίοις, καὶ τῷ βασιλεῖ Θεο-
B δοσίῳ εἰς τὸν κατὰ Εὐγενίου τοῦ τυράννου πόλεμον συμμαχήσας, καὶ διατοῦτο Ῥωμαϊκῇ ἀξίᾳ τιμηθεὶς (91), οὐκ ἤνεγκε τὴν εὐτυχίαν. Ἀλλὰ βασιλεύειν μὲν οὐ προείλετο · ἀναχωρήσας δὲ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως, ἐπὶ τὰ ἑσπέρια μέρη διέβαινε. Γενόμενος δὲ ἐπὶ τὰ Ἰλλυριῶν, εὐθὺς πάντα ἀνέτρεπε. Διαβαίνοντι δὲ αὐτῷ Θεσσαλοὶ ἀντέστησαν περὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Πηνειοῦ ποταμοῦ, ὅθεν δι' ὄρους Πίνδου ἐπὶ Νικόπολιν τῆς Ἠπείρου διαβῆναι ἔστι. Καὶ συμβαλόντες, περὶ τρισχιλίους ἀνεῖλον οἱ Θεσσαλοί. Μετὰ δὲ ταῦτα πᾶν τὸ παραπεσὸν ἀφανίζοντες οἱ σὺν αὐτῷ, τέλος καὶ τὴν Ῥώμην κατέλαβον [a] · καὶ πορθήσαντες αὐτήν, τὰ μὲν πολλὰ τῶν θαυμαστῶν ἐκείνων θεαμάτων (92) κατέκαυσαν · τὰ δὲ χρήματα δι' ἁρπαγῆς ἔλαβον. Καὶ πολλοὺς τῆς συγκλήτου βουλῆς διαφόροις
C δίκαις ὑποβαλόντες, ἀπώλεσαν. Καταπαίζων τε τῆς βασιλείας, ἀναδείκνυσι βασιλέα, ὀνόματι Ἄτταλον [b]. Ὃν μίαν μὲν ἡμέραν, ὡς βασιλέα δορυφορούμενον προϊέναι ἐκέλευε· τὴν δὲ ἄλλην, ἐν δούλου τάξει φαίνεσθαι παρεσκεύαζεν. Καὶ ταῦτα καταπραξάμενος, εἰς φυγὴν ἐτράπη, φήμης αὐτὸν ἐν φόβῳ κατα-

### VALESII ANNOTATIONES.

(91) *Διὰ τοῦτο Ῥωμαϊκῇ ἀξίᾳ τιμηθείς*. Zosimus in libro quinto scribit, Alaricum post expeditionem adversus Eugenium tyrannum, in qua egregiam operam navaverat, nullis Romanorum copiis præfectum fuisse, sed in Thraciam reversum, solos quos ductaverat Barbaros retinuisse. Paulo post tamen cum a Rufino accitus Græciam vastasset et Epirum, magister militum per Illyricum factus est, ut docet Claudianus in Eutropium libro II :
D

*Vastator Achivæ*
*Gentis, et Epirum nuper populatus inultam,*
*Præsidet Illyricis. Jam quos obsedit, amicus*
*Ingreditur muros, illis responsa daturus,*
*Quorum conjugibus potitur, natosque peremit.*
*Sic hostes pensare solent.*

(92) *Θαυμαστῶν ἐκείνων θεαμάτων*. Scribendum puto, τῶν θαυμαστῶν ἐκεῖ θεαμάτων. Quam lectionem in interpretatione mea expressi.

### VARIORUM.

[a] *Τὴν Ῥώμην κατέλαβον*. Zosimus lib. v, p. 811, Bassi Philippique consulatu anno 408 gesto, ac morte Stilichonis ejusque filii narratis, urbis obsidionem referre incipit; aitque *Alaricum* Romam versus promotis castris obvia castella cuncta cum oppidis diripuisse; tum eam obsidione cinxisse, ac occupato Tiberi flumine subministrationem commeatus e portu impediisse. Deinde exponit quibus conditionibus pax sancita fuerit, Barbaris pecunia numerata ac obsidio soluta. Quibus narratis ait, p. 818 : *Mediocre jam laxamentum hoc malorum esse videbatur, quo tempore Honorius imperator Ravennæ consulatum inibat, octies honorem hunc consecutus; in Oriente Theodosius Aug. jam tertium consul.* Quare cum Kalendis Januarii anni 409, Honorius et Theodosius consulatum illum inierint, anno elapso sub finem vergente jam urbs ab Alarico obsessa fuerat, et ea quæ ex Zosimo recitavimus, acciderant. Ant. Pagi, ad ann. 409, n. 3.

[b] *Ἄτταλον*. *Alaricus Roma exiturus Attalum e senatoribus Romanis imperatorem dixit, diademaque ipsi addidit et purpuram, quæque alia sunt Romani principatus insignia, id agitans, ut, exuto Honorio, totam Occidentis potentiam traderet Attalo. Erat autem Attalus nec per se, quæ opus facto cogitare idoneus, nec parere recta suadentibus. Tali cum esset ingenio, præsides in Africam misit sine exercitu, minime id probante Alarico.* Procopius Cæsariensis, *Hist. Vandal.* lib. I, pag. 8.

Digitized by Google

στησάσης, ὡς εἴη ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος δύναμιν ἀποστείλας τὴν αὐτῷ πολεμήσουσαν. Τὰ μὲν οὖν τῆς φήμης οὐκ ἦν πεπλασμένα· ἀληθῶς γὰρ ἡ δύναμις ἐπορεύετο· κἀκεῖνος τὴν φήμην οὐχ ὑπομείνας, ἀλλ' ὡς ἔφην, ἀποδρὰς ᾤχετο. Λέγεται δὲ ὡς ἀπιόντι αὐτῷ ἐπὶ τὴν Ῥώμην, εὐλαβής τις ἀνὴρ μοναχὸς τὸν βίον, παρῄνει μὴ ἐπιχαίρειν ἐν τηλικούτοις κακοῖς, μηδὲ χαίρειν φόνοις καὶ αἵμασιν. Ὁ δὲ, Οὐκ ἐγὼ, ἔφη, ἐθελοντὴς ἐπὶ τὰ ἐκεῖ πορεύομαι· ἀλλά τις καθ' ἑκάστην ὀχλεῖ μοι βασανίζων, καὶ λέγων· Ἄπιθι, τὴν Ῥωμαίων πόρθησον πόλιν. Τοσαῦτα μὲν καὶ περὶ τούτου.

A rem procedere jussisset, postridie servili habitu prodire fecit. Et cum ista gessisset, repente fugam arripuit, rumore quodam perterrefactus, quasi imperator Theodosius exercitum adversus ipsum pugnaturum misisset. Neque vero falsus hic rumor fuit. Revera enim adventabat exercitus. Verum ille, famam ejus non sustinens, in fugam se conjecit, ut dixi. Fertur porro virum quemdam venerabilem, professione monachum, eum dum Romam proficisceretur, monuisse ne tot ac tantis lætaretur malis, neve cæde ac sanguine delectaretur. Cui Alaricus: Ego, inquit, non sponte eo proficiscor: sed **356** nescio quis me quotidie sollicitat ac stimulat, ita dicens: Perge urbem Romam vastaturus. Verum de hoc satis superque sit dictum.

### ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

*Περὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ ἐπισκοπησάντων.*

Μετὰ δὲ Ἰνοκέντιον [b], Ζώσιμος [c] τῆς ἐν Ῥώμῃ Ἐκκλησίας ἐπὶ δύο ἔτη ἐκράτησε. Καὶ μετὰ τοῦτον δὲ, Βονιφάτιος ἔτη τρία τῆς Ἐκκλησίας προέστη, ὃν Κελεστῖνος διεδέξατο. Καὶ οὗτος ὁ Κελεστῖνος τὰς ἐν Ῥώμῃ Ναυατιανῶν ἐκκλησίας ἀφείλετο, καὶ τὸν ἐπίσκοπον αὐτῶν Ῥουστικούλαν, κατ' οἰκίας ἐν παραβύστῳ συνάγειν ἠνάγκασεν. Ἄχρι γὰρ τούτου, Ναυατιανοὶ μεγάλως ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἤνθησαν, ἐκκλησίας πλείστας ἔχοντες, καὶ λαὸν πολὺν συναθροίζοντες. Ἀλλ' ὁ φθόνος καὶ τούτων ἥψατο, τῆς Ῥωμαίων ἐπισκοπῆς ὁμοίως τῇ Ἀλεξανδρέων πέρα τῆς ἱερωσύνης ἐπὶ δυναστείαν ἤδη πάλαι προελθούσης. Καὶ διατοῦτο, οὐδὲ τοὺς ὁμοφρονοῦντας οἱ ἐπίσκοποι ἐπ' ἀδείας συνάγεσθαι συνεχώρησαν· ἀλλὰ πάντα λαβόντες αὐτῶν, μόνον διὰ τὴν ὁμοφροσύνην ἐπαινοῦσιν αὐτούς. Οὐ μὴν οἱ ἐν Κωνσταντίνου πόλει τοῦτο πεπόνθασιν· ἀλλὰ μετὰ τοῦ στέργειν αὐτοὺς, καὶ ἔνδον πόλεως συνάγειν εἴασαν, ὡς δὴ πρότερον ἤδη ταῦτα ἱκανῶς ἔφην.

### CAP. XI.

*De episcopis urbis Romæ.*

B Post Innocentium Zosimus Romanam Ecclesiam per biennium administravit. Quo mortuo, Bonifacius tribus annis eidem Ecclesiæ præfuit. Huic deinde successit Celestinus. Et hic quoque Novatianis ecclesias quas Romæ habebant, ademit: et Rusticulam, eorum episcopum, clam in privatis ædibus plebem colligere compulit. Etenim ad id usque temporis Novatiani Romæ plurimum floruerant, cum multas ibi ecclesias possiderent, et maximam populi multitudinem in eis colligerent. Sed invidia quoque istos attrivit: cum episcopatus Romanus perinde atque Alexandrinus, ultra sacerdotii fines progressus, jam olim in dominatio- C nem degenerasset. Et ob hanc causam episcopi Romani, ne illos quidem qui cum ipsis in fide consentiebant, libere conventus agere siverunt: sed illos ob consensionem fidei laudantes, omnibus tamen bonis spoliarunt. At Constantinopolitani episcopi, ab hoc morbo immunes fuere. Non enim solum Novatianos intra urbem conventus agere sinebant, verum etiam singulari amore eos complectebantur, ut jam antea abunde dixi.

### ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

*Περὶ Χρυσάνθου τοῦ Ναυατιανῶν ἐν Κωνσταντίνου πόλει ἐπισκόπου.*

Σισιννίου δὲ τελευτήσαντος, Χρύσανθος καθειλκύσθη εἰς τὴν ἐπισκοπήν. Ὃς υἱὸς μὲν ἦν Μαρκιανοῦ τοῦ γενομένου Ναυατιανῶν ἐπισκόπου πρὸ Σισιννίου. Ἐκ νέας δὲ ἡλικίας κατὰ τὰ βασίλεια στρατευσάμενος, ὕστερον ἐπὶ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως, ὑπατικὸς τῆς Ἰταλίας γενόμενος, μεταταῦτα καὶ

### CAP. XII.

*De Chrysantho, Novatianorum apud Constantinopolim episcopo.*

Post mortem Sisinnii Chrysanthus ad episcopatum vi pertractus est. Erat hic filius Marciani, ejus qui ante Sisinnium episcopus fuerat Novatianorum [1]. Cæterum ab ineunte ætate in palatio D militaverat. Postea vero regnante Theodosio seniore, consularis Italiæ factus, atque exinde vi-

[1] Lib. v, c. 12.

## VARIORUM ANNOTATIONES.

[b] *Μετὰ δὲ Ἰνοκέντιον.* Innocentius, natione Italus, patria Albanus, ineunte anno 402 episcopus Romanus factus est. Anno 409 ab Honorio imp. ad Alaricum legatus est, ut ab obsidione Romæ barbaros averteret. Successu quidem caruit legatio; res tamen optime cessit Innocentio, qui eo modo urbe subductus Ravennæ substitit, et miseram suæ sedis ruinam e longinquo conspexit. Obiit (non anno 417, die v Kal. Aug., quod vulgo creditur, sed) exeunte anno 416, die xxi Decemb., ut contendit Papebrochius. GUIL. CAVE, *Hist.* vol. I, pag. 289.

[c] *Ζώσιμος.* Zosimus, natione Græcus, Apamei vel Abramii filius, anno 417, die vi Januarii Romanæ Ecclesiæ pontifex factus est. Obiit 17 Septemb. anni 418. Huic successit Bonifacius, patria Romanus, Secundi presbyteri filius, die 27 Decembris anni 418. Eodem tempore Eulabio archidiacono ab adversa factione ordinato, qui a 252 episcoporum synodo deponitur, facta Bonifacio quieta sedis possessione. Obiit die iv Septembris, anno 423. GUIL. CAVE, *Hist.*, vol. I, pag. 305.

Digitized by Google

carius Britanniarum constitutus, ex utraque administratione maximam gloriam retulerat. Cum vero jam ætate provectior Constantinopolim venisset, et præfectus urbis fieri illic ambiret, invitus episcopatum suscipere compulsus est. Nam cum Sisinnius jamjam moriturus, mentionem illius fecisset tanquam ad episcopatum regendum idonei, plebs Novatianorum Sisinnii verba pro lege ducens, invitum illum per vim trahere aggressa est. Sed cum Chrysanthus fuga se subduxisset, Sabbatius opportunum sibi tempus evenisse ratus quo ecclesiis potiretur, ab obscuris quibusdam episcopis ad id comparatis, manus sibi fecit imponi, spreta religione **357** jurisjurandi quo sese olim astrinxerat. Porro inter eos qui Sabbatium ordinarunt, fuit etiam Hermogenes, qui ob libros suos plenos impietatis, ab ipso Sabbatio addita imprecatione fuerat excommunicatus. Verum is conatus ei non successit. Populus enim, importuna ejus ambitione offensus, utpote qui episcopatus occupandi causa nihil non ageret, omni studio Chrysanthum investigavit. Quem cum in Bithynia latentem deprehendisset, vi pertractum ad episcopatum promovit. Fuit hic vir prudentia simul ac modestia singulari. Ejusque opera Novatianorum ecclesiæ Constantinopoli plurimum auctæ sunt et conservatæ. Hic primus aurum pauperibus ex propria pecunia distribuit. Ab ecclesiis autem nihil accepit præter duos panes eulogiarum, singulis diebus Dominicis. Cæterum Ecclesiæ suæ promovendæ adeo studiosus fuit, ut Ablabium, inter omnes sui temporis disertissimum rhetorem, e schola Troili Sophistæ abriperet et presbyterum ordinaret. Cujus etiam conciones elegantes simul et acres circumferuntur. Verum Ablabius postea Nicææ Novatianorum episcopus fuit, eodemque tempore illic rhetoricam docuit.

A βικάριος τῶν Βρεττανικῶν νήσων καταστὰς, ἐθαυμάσθη ἐπὶ ταῖς διοικήσεσι. Προβὰς δὲ τῇ ἡλικίᾳ, καὶ καταλαβὼν τὴν Κωνσταντινούπολιν, σπεύδων δὲ ἔπαρχος γενέσθαι πόλεως, εἰς τὴν ἐπισκοπὴν ἄκων εἱλκύσθη. Σισιννίου γὰρ ἐν καιρῷ τελευτῆς μνείαν αὐτοῦ ὡς ἐπιτηδείου πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν ποιησαμένου, ὁ Ναυατιανῶν λαὸς ὡς νόμον τὴν ἐκείνου φωνὴν λαβὼν, καὶ ἄκοντα βιαίως ἕλκειν ἐπεχείρουν. Τοῦ δὴ Χρυσάνθου φυγόντος, Σαββάτιος, καιρὸν νομίσας εὑρηκέναι εὔκαιρον, ἐν ᾧ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐγκρατὴς γένηται, κατασκευάζει χεῖρας ἐπιθεῖναι αὐτῷ τινας ἀσήμους, τὸν ὅρκον ὃν ὀμωμόκει παρ' οὐδὲν θέμενος. Ἐν δὲ τοῖς χειροτονήσασιν αὐτὸν ἦν καὶ Ἑρμογένης, ὃς ἐπὶ βλασφήμοις συγγράμμασιν ὑπ' αὐτοῦ μετὰ κατάρας ἐκκεκήρυκτο. Οὐ μὴν αὐτῷ ὁ σκοπὸς τέλος B ἐδέξατο. Μισήσας γὰρ αὐτοῦ ὁ λαὸς τὸ δύστροπον, ὅτι πάντα σκοπὸν τοῦ παρεισδῦναι (93) εἰς τὴν ἐπισκοπὴν ἔπραττε, παντοῖος ἐγένετο ἀνερευνᾷν τὸν Χρύσανθον· ὃν καὶ εὑρόντες περὶ Βιθυνίαν κρυπτόμενον, πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν ἑλκύσαντες προεβάλλοντο. Οὗτος ὁ ἀνὴρ φρόνιμος ἐν ταὐτῷ καὶ σώφρων, εἰ καί τις ἄλλος, ὑπῆρχε· καὶ σφόδρα τὰς Ναυατιανῶν Ἐκκλησίας ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει συνεκρότησέν τε καὶ ηὔξησε. Καὶ πρῶτος τοῖς πτωχοῖς οἴκοθεν χρυσίον διένειμεν. Ἀπό τε τῶν ἐκκλησιῶν οὐδὲν ἐδέξατο, πλὴν κατὰ Κυριακὴν δύο ἄρτους τῶν εὐλογιῶν (94) ἐλάμβανεν. Οὕτω δὲ ἦν περὶ τὴν ἑαυτοῦ Ἐκκλησίαν σπουδαῖος, ὡς καὶ Ἀβλάβιον τὸν ἑαυτοῦ (95) γενναιότατον ῥήτορα, τοῦ σοφιστοῦ Τρωΐλου συλλαβεῖν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ C πρεσβυτέρου τάξιν προχειρίσασθαι. Οὗ γλαφυραὶ προσομιλίαι καὶ σύντονοι φέρονται. Ἀλλ' Ἀβλάβιος μὲν ὕστερον τῆς ἐν Νικαίᾳ τῶν Ναυατιανῶν Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος κατέστη, ἐν ταὐτῷ καὶ σοφιστεύων ἐν ταύτῃ.

## CAP. XIII.

*De pugna inter Christianos et Judæos Alexandriæ facta, et de Cyrilli episcopi adversus præfectum Orestem simultate.*

Sub idem tempus, Judæorum gens ab episcopo Cyrillo Alexandria ejecta est hanc ob causam.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

*Περὶ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γενομένης μάχης μεταξὺ Χριστιανῶν καὶ Ἰουδαίων, καὶ τῆς τοῦ ἐπισκόπου Κυρίλλου πρὸς τὸν ὕπαρχον Ὀρέστην διαφορᾶς.*

Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον, καὶ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος τῆς Ἀλεξανδρείας ἐξελαθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπι-

### VALESII ANNOTATIONES.

(93) *Πάντα σκοπὸν τοῦ παρεισδῦναι.* Hæc locutio non videtur mihi satis Græca. Certe Nicephorus cum eam et ipse non probaret, immutavit hoc modo: Πάντα κάλων ἐκίνει τῇ ἐπισκοπῇ παρεισδῦναι. Verum Socratis locum mallem sic restituere; Ὅτι πάντα σκοπῷ τοῦ παρεισδῦναι εἰς τὴν ἐπισκοπὴν ἔπραττε. Id est, *Cuncta eo consilio faciebat, ut ad episcopatum arreperet.*

(94) *Δύο ἄρτους τῶν εὐλογιῶν.* Panes qui a fidelibus offerebantur ad sacrificium, panes benedictionis vocabant. Sic enim Dionysius Exiguus vertit canonem 59 concilii Laodiceni: Ὅτι οὐ δεῖ τῇ Τεσσαρακοστῇ ἄρτον προσφέρειν, εἰ μὴ ἐν Σαββάτῳ καὶ Κυριακῇ μόνον. *Quod non oporteat in Quadragesima panem benedictionis offerri, nisi in Sabbato et Dominico.* Ex iis panibus quidam ad Eucharistiam accipiebantur: reliqui vero clericis alendis destinabantur ab episcopo, qui et ipse ex iis sibi sumebat quantum vellet, ut ex hoc loco D discimus. Notandum autem est quod ait Socrates, ἀπὸ τῶν Ἐκκλησιῶν. Episcopus enim de oblationibus omnium Ecclesiarum quæ sub ipsius ditione erant, pro arbitrio disponebat. Vide decreta Gelasii papæ. cap. 27.

(95) *Ἀβλάβιον τὸν ἑαυτοῦ.* Savilius ex Christophorsoni libro ad marginem sui codicis emendavit, τῶν ἑαυτοῦ. Quam lectionem secutus est Christophorsonus. Ego vero scribendum puto τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ γενναιότατον ῥήτορα τοῦ σοφιστοῦ Τρωΐλου. Id est, *ut Ablabium rhetorem sui temporis præstantissimum, e schola Troili Sophistæ abriperet*, etc. Rhetores olim dicebantur discipuli sophistarum, qui rhetoricam discebant. Non omnibus tamen sophistarum discipulis id nomen tribuebatur, sed præstantioribus tantum, qui, certo ritu initiati, pallium rhetoricum gestabant, rubrum seu puniceum. Id docet Cyrillus in Lexico: Τρίβωνες περιβλήματά τινα· τῶν μὲν ῥητόρων ἐρυθροί τε καὶ

Digitized by Google

σκόπου Κυρίλλου συνέβη, δι' αἰτίαν τοιάνδε· Ὁ Ἀλεξανδρέων δῆμος, πλέον τῶν ἄλλων δήμων, χαίρει ταῖς στάσεσιν· εἰ δέ ποτε καὶ προφάσεως ἐπιλάβηται, εἰς ἀφόρητα καταστρέφει κακά. Δίχα γὰρ αἵματος, οὐ παύεται τῆς ὁρμῆς. Ἔτυχε δὲ τότε στασιάζειν αὐτὸ τὸ πλῆθος πρὸς ἑαυτὸ, οὐ δι' ἀναγκαίαν τινὰ πρόφασιν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐπιπολάζον ἁπάσαις ταῖς πόλεσι κακὸν, φημὶ δὴ τὸ σπουδάζειν περὶ τοὺς ὀρχηστάς. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν ἡμέρᾳ Σαββάτου ὀρχούμενος, πλείονας ὄχλους συνήθροιζε, τῷ Ἰουδαίους ἀργοῦντας ἐν αὐτῇ, μὴ τῇ ἀκροάσει τοῦ νόμου, ἀλλὰ τοῖς θεατρικοῖς σχολάζειν, ἐπίμαχος τοῖς τοῦ δήμου μέρεσιν ἡ ἡμέρα κατέστη. Καὶ τοῦτο τρόπον τινὰ ὑπὸ τοῦ ὑπάρχου τῆς Ἀλεξανδρείας ἐν τάξει καταστάντος, οὐδὲν ἧττον ἔμειναν οἱ Ἰουδαῖοι, τοῖς τοῦ ἑτέρου μέρους ἀντιπαθοῦντες· καὶ ἀεὶ μὲν πολέμιοι πανταχοῦ τοῖς Χριστιανοῖς καθεστῶτες, ἔτι δὲ πλέον διὰ τοὺς ὀρχηστὰς ἐκπεπολέμωντο καθ' ἑαυτῶν (96). Καὶ δὴ τότε Ὀρέστου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπάρχου πολιτείαν ἐν τῷ θεάτρῳ ποιοῦντος (97), οὕτω δὲ ὀνομάζειν εἰώθασιν τὰς δημοτικὰς διατυπώσεις, παρῆσαν καὶ τοῦ ἐπισκόπου Κυρίλλου οἱ σπουδασταὶ, τὰς γινομένας παρὰ τοῦ ἐπάρχου διατυπώσεις γνῶναι βουλόμενοι. Ἦν δὲ ἐν αὐτοῖς τις ἀνὴρ ὀνόματι Ἱέραξ, ὃς γραμμάτων μὲν τῶν πεζῶν (98) διδάσκαλος ἦν· διάπυρος δὲ ἀκροατὴς τοῦ ἐπισκόπου Κυρίλλου καθεστὼς, καὶ περὶ τὸ κρότους[d] ἐν ταῖς διδασκαλίαις αὐτοῦ ἐγείρειν ἦν σπουδαιότατος. Τοῦτον τοίνυν τὸν Ἱέρακα τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων ἐν τῷ θεάτρῳ θεασάμενοι, κατεβόων εὐθὺς, ὡς οὐ δι' οὐδὲν ἄλλο παραβάλλει τῷ θεάτρῳ, ἢ ἵνα στάσιν τῷ δήμῳ ἐμβάλλοι.

A Alexandrinus populus, supra quam cæteri omnes, seditionibus delectatur: ac si forte ansam nactus fuerit, ad intoleranda facinora prorumpere solet. Neque enim impetum comprimit nisi sanguine effuso. Contigit autem tunc temporis, ut plebs illic inter se tumultuaretur, non ex aliqua gravi ac necessaria occasione, sed ob malum quod in omnibus prope civitatibus inolevit, studium scilicet in spectandis saltatoribus. Nam cum die Sabbati pantomimus quidam saltare solitus, maximam populi multitudinem congregaret, eo quod Judæi tum feriantes, non audiendæ legi, sed scenicis spectaculis vacarent, is dies populi factiones inter se committere consueverat. Ac tametsi a præfecto Alexandriæ id aliquatenus repressum **358** fuisset, nihilo- B minus Judæi contrariæ factionis hominibus infensi esse perseverarunt: et præterquam quod perpetui sunt hostes Christianorum, tum pantomimorum causa multo magis iisdem infesti exstiterunt. Itaque cum Orestes, præfectus Alexandriæ, πολιτείαν in theatro celebraret, sic autem vocare solent publicas dispositiones, adfuerunt illic etiam fautores Cyrilli, ut quid a præfecto dispositum esset cognoscerent. Inter hos quidam fuit nomine Hierax, humilioris litteraturæ magister: qui Cyrilli ferventissimus erat auditor, et in ejus concionibus plausus excitare solitus. Hunc igitur Hieracem in theatro conspicatus Judæorum populus, confestim exclamavit, non aliam ob causam eum C in theatrum venisse, quam ut populum ad seditionem concitaret. Oresti vero jampridem invisa erat

## VALESII ANNOTATIONES.

φοινικοί· φαιοὶ δὲ τῶν φιλοσόφων· παράσημον δὲ τοῦτο ἦν αὐτοῖς καθ' ἑκάστην φορούμενον, etc. Quo autem ritu designari solerent Athenis rhetores, declarat Olympiodorus in excerptis *Historiarum* apud Photium, Gregorius Nazianzenus et Eunapius.

(96) *Ἐκπεπολέμωντο καθ' ἑαυτῶν*. Musculus et Christophorsonus legerunt κατ' αὐτῶν. Quod magis probo. Nicephorus tamen vulgatam lectionem retinuit.

(97) *Πολιτείαν ἐν τῷ θεάτρῳ ποιοῦντος*. Male Epiphanius Scholasticus festivitatem quamdam esse existimavit, quam Alexandrini πολιτείαν vocabant. Nec melius Christophorsonus publica edicta præfectorum Augustalium sic ab Alexandrinis vocari censuit, quæ tunc Orestes in theatro proponenda curaverit. In quo dupliciter fallitur. Primo quod omnia Augustalium edicta πολιτείαν ab Alexandrinis dici credidit; cum tamen ea duntaxat edicta quæ ad quietem et commodum urbis pertinebant, eo nomine designarentur. Sic hodie Parisiis vernaculo sermone, *police*, appellamus, et statuta politiæ, ea quæ ad annonam et hujusmodi alia in foro vendi solita pertinent. Deinde errat in eo D Christophorsonus, quod edicta illa ab Oreste in theatro proposita esse existimavit. Non enim id dicit Socrates, sed tantum ait Orestem in theatro dispositiones illas fecisse, id est, dictasse officialibus suis. Solebant enim magistratus Romani, in theatro et circo et quibuscunque in locis vellent, jus dicere. Sic Ammianus Marcellinus in libro xv scribit de Leontio præfecto urbi: et alibi de nescio quo alio urbis præfecto: *In amphitheatrali curriculo causas dispiciens criminum maximorum*. Cæterum dispositiones tunc ab Oreste factæ, ad theatrum et ad spectacula pertinebant.

(98) *Γραμμάτων μὲν τῶν πεζῶν*. Epiphanius Scholasticus puerilium litterarum doctorem interpretatur, non male. Langus et Christophorsonus humilioris litteraturæ magistrum verterunt, quod est elegantius. At Musculus prosaicarum litterarum præceptorem transtulit, pessime omnino. Etsi enim πεζὸς λόγος, id est pedestris sermo, prosam significat, non ideo πεζὰ γράμματα sunt prosaicæ litteræ. Πεζὰ γράμματα sunt prima elementa quæ pueri discunt. Horum doctores grammatistæ dicuntur a Græcis; a Latinis litteratores.

## VARIORUM.

[d] *Κρότους*. Mos acclamandi e theatris in fora primum penetravit, deinde in senatum: tandem non solum in civilibus cœtibus, sed etiam in omnibus ecclesiasticis conventibus idem factitatum. Vetus enim Ecclesia et acclamandi morem usurpavit, et illas ipsas etiam formulas retinuit, quas habent auctores antiqui diversis in locis. His populus in sacris conventibus utebatur; his et Patres ipsi in synodis suis. Vid. Isaaci Casauboni notas ad Avidium Cassium, Suicer., in *Thesauro*, voce κρότος, Annot. in Euseb. *Eccles. hist.*, lib. vii, cap. 30.

Digitized by Google

episcoporum dominatio, tum quod episcopi de potestate eorum qui ad regendas provincias ab imperatore missi erant, plurimum decerperent, tum quod Cyrillus actus suos explorare vellet. Correptum igitur Hieracem, publice in theatro tormentis subjecit. Quo cognito, Cyrillus Judæorum primates ad se accersit, malumque eis minatur, nisi adversus Christianos tumultuari desinant. At plebs Judæorum, compertis ejusmodi minis, majore adhuc pertinacia exarsit, multasque in perniciem Christianorum fraudes machinati sunt. Quarum præcipuam, et quæ in causa fuit ut Judæi Alexandria pellerentur, hoc loco commemorabo. Signo inter se dato ut unusquisque ipsorum annulum ex cortice surculi palmei gestaret, nocturna pugna Christianos aggredi statuunt. Quadam igitur nocte viros ad id comparatos mittunt, qui per universas urbis regiones proclament, ecclesiam quæ Alexandri dicitur, incendio consumi. Ea re audita 359 Christiani alius aliunde accurrunt, ut ecclesiam servent. Tum Judæi, impetu in illos facto, cædem faciunt: a suis quidem qui annulos ostendebant, manus abstinentes; Christianos vero quotquot inciderant, obtruncantes. Orto mox die, hujus sceleris auctores minime latuerunt. Commotus ea re Cyrillus, cum ingenti multitudine ad synagogas Judæorum profectus, sic enim vocantur eorum oratoria, eas quidem ademit Judæis, ipsos vero urbe expulit, facultates quoque eorum diripi a plebe permittens. Itaque Judæi, qui jam inde ab Alexandri Macedonis temporibus urbem illam incoluerant, tum nudi omnes ex ea emigrarunt, et alii alio dispersi sunt. Ex his Adamantius quidam, medicinæ professor, Constantinopolim profectus, ad episcopum Atticum confugit: cumque Christianorum religionem professus fuisset, postmodum Alexandriam reversus, in ea urbe domicilium fixit. At præfectus Alexandriæ Orestes hoc factum permoleste tulit, incredibili dolore affectus, quod tanta civitas repente tot incolarum multitudine viduata esset. Proinde rem gestam ad imperatorem retulit. Sed et Cyrillus Judæorum scelera principi per lit-

A Ὀρέστης δὲ καὶ πρότερον μὲν ἐμίσει τὴν δυναστείαν τῶν ἐπισκόπων, ὅτι παρῃροῦντο πολὺ τῆς ἐξουσίας τῶν ἐκ βασιλέως ἄρχειν τεταγμένων. Μάλιστα δὲ ὅτι καὶ ἐποπτεύειν αὐτοῦ τὰς διατυπώσεις Κύριλλος ἐβούλετο. Ἁρπάσας οὖν τὸν Ἱέρακα δημοσίᾳ ἐν τῷ θεάτρῳ βασάνοις ἐπέβαλλε. Τοῦτο γνοὺς ὁ Κύριλλος, μεταπέμπεται τοὺς Ἰουδαίων πρωτεύοντας, καὶ ὅσα εἰκὸς, εἰ μὴ παύσαιντο κατὰ Χριστιανῶν στασιάζοντες, διηπείλησε. Τὸ δὲ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων τῆς ἀπειλῆς αἰσθόμενον, φιλονεικότερον γέγονε· καὶ μηχανὰς ἐπενόουν ἐπὶ βλάβῃ τῶν Χριστιανῶν, ὧν τὴν κορυφαιοτάτην καὶ αἰτίαν τοῦ ἐξελαθῆναι αὐτοὺς τῆς Ἀλεξανδρείας γενομένην, διηγήσομαι. Σύνθεμα δόντες ἑαυτοῖς *, δακτυλίου φόρεμα ἐκ φοίνικος γεγονὸς B φλοιοῦ θαλλοῦ, νυκτομαχίαν κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἐπενόησαν. Καὶ ἐν μιᾷ τῶν νυκτῶν, κηρύσσειν κατὰ τὰ κλίματα τῆς πόλεως τινὰς παρεσκεύασαν βοῶντας, ὡς ἡ ἐπώνυμος Ἀλεξάνδρου ἐκκλησία πυρὶ καίοιτο. Τοῦτο ἀκούσαντες Χριστιανοὶ, ἄλλος ἀλλαχόθεν συνέτρεχεν, ὡς τὴν ἐκκλησίαν περισώσοντες. Οἵ τε Ἰουδαῖοι εὐθὺς ἐπετίθεντο, καὶ ἀπέσφαττον, ἀλλήλων μὲν ἀπεχόμενοι, δεικνύντες τοὺς δακτυλίους· τοὺς δὲ προσπίπτοντας τῶν Χριστιανῶν ἀναιροῦντες. Γενομένης δὲ ἡμέρας, οὐκ ἐλάνθανον οἱ τὸ ἄγος ἐργασάμενοι. Ἐφ' ᾧ κινηθεὶς ὁ Κύριλλος, σὺν πολλῷ πλήθει ἐπὶ τὰς συναγωγὰς τῶν Ἰουδαίων παραγενόμενος, οὕτω γὰρ τοὺς εὐκτηρίους αὐτῶν ὀνομάζουσι τόπους, τὰς μὲν ἀφαιρεῖται, τοὺς δὲ ἐξελαύνει τῆς πόλεως, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν διαρπαC γῆναι ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀφείς. Οἱ μὲν οὖν Ἰουδαῖοι, ἐκ τῶν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος χρόνων οἰκήσαντες τὴν πόλιν, τότε αὐτῆς γυμνοὶ ἅπαντες ἀπανέστησαν, καὶ ἄλλοι ἀλλαχοῦ διεσπάρησαν. Ἀδαμάντιος δὲ, ἰατρικῶν λόγων σοφιστὴς (99), ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν ὁρμήσας, καὶ τῷ ἐπισκόπῳ προσφυγὼν Ἀττικῷ, ἐπαγγειλάμενός τε χριστιανίζειν, αὖθις ὑστέρῳ χρόνῳ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ᾤκησεν. Ὁ τοίνυν τῆς Ἀλεξανδρέων ἔπαρχος Ὀρέστης, σφόδρα ἐπὶ τῷ γενομένῳ ἐχαλέπηνε· καὶ πένθος μέγα ἐτίθετο, τηλικαύτην πόλιν οὕτως ἄρδην τοσούτων ἐκκενωθῆναι ἀνθρώπων. Διὸ καὶ τὰ γενόμενα ἀνέφερε βασιλεῖ. Κύριλλος δὲ καὶ αὐτὸς τὰς Ἰουδαίων πλημμελείας

## VALESII ANNOTATIONES.

(99) *Ἰατρικῶν λόγων σοφιστής*. Hos uno verbo ἰατροσοφιστάς Græci vocant, id est professores medicinæ. Talis fuit Magnus medicus, qui Alexandriæ medicinam publice professus est, loquendi peritior, quam medendi artifex, ut scribit Eunapius in libro *De vitis sophistarum*. Talis fuit etiam Gesius medicus temporibus Zenonis Augusti, de quo Stephanus Byzantius in voce Γέα ita scribit: Ἐν πέτραις δ' ἐπιχωριάζει κύριον ὄνομα τὸ Γέσιος, D ὅθεν ἦν ὁ περιφανὴς τῶν ἰατρῶν σοφιστὴς, ἴσως ἐντεῦθεν κεκλημένος. De eodem Gesio multa habet Damascius in Vita Isidori, et ex eo Suidas in voce Γέσιος. Ubi medicinæ peritiam bifariam dividit, in διδασκαλικὴν scilicet et in ἐργάτιδα, id est quod vulgo dicimus in theoricen et practicen. Additque καὶ τὴν τῶν ἰατρικῶν ἔργων τε καὶ λόγων ἀκριβεστέραν τῶν καθ' ἑαυτὸν ἰατρῶν τε καὶ ἰατροσοφιστῶν κατώρθωσε τέχνην.

## VARIORUM.

* *Σύνθεμα δόντες ἑαυτοῖς*. Συνθέμενοι γὰρ πρὸς ἀλλήλους φορεῖν δακτύλιον ἀπὸ φοίνικος... *Tessera namque annuli palmæ folio compacti, quo se dignoscerent, ad invicem data, publicos præcones ut noctu conclamarent ecclesiam incendio vastari, compulerunt. Ita Christianos ad ignem concurrentes trucidarunt Judæi. Scelere comperto Christiani magistratus Judæos Alexandria exsulare, et eorum bona publicari jusserunt.* Theophanes *Chronogr.*, ad ann. 405 secundum Alexandrinos, qui Kal. Septemb. anni Chr. 412 inchoatur.

Digitized by Google

γνωρίμους καθιστῶν βασιλεῖ, οὐδὲν ἧττον καὶ περὶ A φιλίας πρὸς Ὀρέστην ἐπρεσβεύετο. Τοῦτο γὰρ ὁ λαὸς τῶν Ἀλεξανδρέων αὐτὸν ποιεῖν κατηνάγκαζεν. Ἐπεὶ δὲ τοὺς περὶ φιλίας λόγους Ὀρέστης οὐ προσεδέχετο, τὴν βίβλον τῶν Εὐαγγελίων ὁ Κύριλλος (1-2) προΐσχετο, διὰ ταύτης γοῦν καταιδέσειν τὸν Ὀρέστην ἡγούμενος. Ὡς δὲ οὐδὲ τούτῳ τῷ τρόπῳ ὁ Ὀρέστης ἐμαλάσσετο, ἀλλ' ἔμενε μεταξὺ αὐτῶν ἄσπονδος πόλεμος, τάδε ἐπισυνέβη γενέσθαι.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

*Ὡς οἱ κατὰ τὴν Νιτρίαν μοναχοὶ εἰς Ἀλεξάνδρειαν ὑπὲρ Κυρίλλου κατελθόντες, πρὸς τὸν ὕπαρχον Ὀρέστην ἐστασίασαν.*

Τῶν ἐν τοῖς ὄρεσι τῆς Νιτρίας μοναχῶν τινες, ἔνθερμον ἔχοντες φρόνημα ἀπὸ Θεοφίλου ἀρξάμενοι, B ὅτε αὐτοὺς ἐκεῖνος κατὰ τῶν περὶ Διόσκορον ἀδίκως ἐξώπλισε, ζῆλόν τε τότε κτησάμενοι, προθύμως καὶ ὑπὲρ Κυρίλλου μάχεσθαι προῃροῦντο. Ἀφέμενοι οὖν τῶν μοναστηρίων ἄνδρες περὶ τοὺς πεντακοσίους, καὶ καταλαβόντες τὴν πόλιν, ἐπιτηροῦσιν ἐπὶ τοῦ ὀχήματος προϊόντα τὸν ἔπαρχον. Καὶ προσελθόντες ἀπεκάλουν θύτην καὶ Ἕλληνα, καὶ ἄλλα πολλὰ περιύβριζον. Ὁ δὲ, ὑποτοπήσας σκευωρίαν αὐτῷ παρὰ Κυρίλλου γίνεσθαι, ἐβόα Χριστιανός τε εἶναι, καὶ ὑπὸ Ἀττικοῦ ἐπισκόπου ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει βεβαπτίσθαι. Ὡς δὲ οὐ προσεῖχον τοῖς λεγομένοις οἱ μοναχοὶ, εἷς τις ἐξ αὐτῶν Ἀμμώνιος ὄνομα, λίθῳ βάλλει τὸν Ὀρέστην κατὰ τῆς κεφαλῆς· καὶ πληροῦται μὲν αἵματι ὅλος ἐκ τοῦ τραύματος· ὑποχωροῦσι δὲ οἱ ταξεῶται πλὴν ὀλίγων, C ἄλλος ἀλλαχοῦ ἐν τῷ πλήθει διαδύναντες, τὸν ἐκ τῆς βολῆς τῶν λίθων θάνατον φυλαττόμενοι. Ἐν τοσούτῳ δὲ συνέῤῥεον οἱ τῶν Ἀλεξανδρέων δῆμοι, ἀμύνασθαι τοὺς μοναχοὺς ὑπὲρ τοῦ ἐπάρχου προθυμούμενοι. Καὶ τοὺς μὲν ἄλλους πάντας εἰς φυγὴν ἔτρεψαν· τὸν Ἀμμώνιον δὲ συλλαβόντες, παρὰ τὸν ἔπαρχον ἄγουσιν. Ὃς δημοσίᾳ κατὰ τοὺς νόμους ἐξετάσει αὐτὸν ὑπολαβὼν (3), ἐπὶ τοσοῦτον ἐβασάνισεν, ὡς ἀποκτεῖναι. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ καὶ τὰ γενόμενα γνώριμα τοῖς κρατοῦσι κατέστησεν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Κύριλλος τὰ ἐναντία ἐγνώριζε βασιλεῖ. Τοῦ δὲ Ἀμμωνίου τὸ σῶμα ἀναλαβὼν, καὶ ἐν μιᾷ τῶν ἐκκλησιῶν ἀποθέμενος, ὄνομα ἕτερον αὐτῷ ἐπιθεὶς, Θαυμάσιον ἐπεκάλεσε, καὶ μάρτυρα χρηματίζειν ἐκέλευσεν, ἐγκωμιάζων αὐτοῦ ἐπ' ἐκκλησίας τὸ φρόνημα, ὡς ἀγῶνα ὑπὲρ εὐσεβείας D

teras significavit: atque interim reconciliandæ amicitiæ causa internuntios ad Orestem misit. Id enim populus Alexandrinus ipsum facere compulerat. Cumque Orestes sermones de amicitia redintegranda minime admitteret, Evangeliorum codicem protendit Cyrillus, ejus reverentia pudorem se Oresti incussurum existimans. Sed cum Orestes ne hac quidem ratione emolliretur, verum inter ipsum ac Cyrillum bellum implacabile perseveraret, hujusmodi quidpiam postea contigit.

## CAP. XIV.

*Quomodo Nitriæ monachi, Cyrilli causa Alexandriam ingressi, seditionem contra præfectum Orestem concitarunt.*

Quidam ex monachis qui in Nitriæ montibus habitabant, ferventiore animo præditi, jam inde a Theophili temporibus qui eos injuste adversus Dioscorum fratresque ejus armaverat, tum quoque acri zelo incensi, pro Cyrillo fortiter pugnare instituerunt. Egressi igitur ex monasteriis circiter quingenti viri, in urbem veniunt, et præfectum observant in vehiculo procedentem. Ad quem accedentes, immolatorem eum appellant et paganum, multisque aliis contumeliis afficiunt. Ille, suspicatus insidias **360** sibi parari a Cyrillo, exclamavit Christianum se esse, et Constantinopoli ab Attico episcopo baptizatum. Sed cum monachi verbis illius non attenderent, quidam ex illis, Ammonius nomine, jacto lapide Orestem percussit in capite. Quo vulnere ipse quidem totus cruore conspersus est: apparitores vero omnes, paucis exceptis recedentes, alius alio diffugiunt, seque intra turbam occultant, mortem ex jactu lapidum formidantes. Inter hæc Alexandrinorum populus accurrit, opem præfecto laturus adversus monachos. Et alios quidem omnes in fugam vertunt: Ammonium vero comprehensum sistunt præfecto. Qui ex præscripto legum publice tormentis hominem subjiciens, eo usque excruciavit, quoad vitam ei adimeret. Nec multo post, quæ gesta essent, principibus significavit. Cyrillus quoque contraria ejus relationi nuntiavit. Ammonii vero corpus receptum, in ecclesia quadam deposuit, eum mutato nomine Thaumasium appellans. Quinetiam martyrem illum vocari jussit, magnitudinem animi illius multis laudibus in ecclesia prosecutus, qui pro pietate certamen subiis-

## VALESII ANNOTATIONES.

(1-2) *Βίβλον τῶν Εὐαγγελίων ὁ Κύριλλος προΐσχετο.* Evangeliorum librum idcirco prætendebat Cyrillus, ut per hunc adjuraret atque obtestaretur Orestem præfectum Ægypti, uti cum ipso in gratiam redire vellet. Jam supra monuimus, veteres per ea adjurare atque obtestari solitos esse, per quæ jurare consueverant. Christiani autem jurare solebant per Evangelia, tactis sacris codicibus, ut notum est.

(3) *Ὃς δημοσίᾳ κατὰ τοὺς νόμους ἐξετάσει αὐτὸν ὑπολαβών.* Procul dubio scribendum est ὑποβαλὼν, ut Savilius ad marginem sui codicis emendarat. Nec aliter legit Musculus, qui hunc locum ita vertit: *Quem ille publice secundum leges torturæ subjicit.* Ubi vides Musculum vocem δημοσίᾳ pro adverbio sumpsisse, quem secutus est Christophorsonus. Sic enim ille interpretatur: *Præfectus palam, uti leges postulant, de eo quæstionem exercere.* Potest tamen etiam adjective sumi eodem sensu. Paulo antea ex Ammiano Marcellino observavi, solitos esse magistratus Rom. palam et in publico reos comprehendere et tormentis afficere, cum circa se semper apparitores suos haberent. Itaque etiam dum carpento veherentur, quæstionem de noxiis habebant, quemadmodum de Leontio scribit Marcellinus, et de Oreste Socrates hoc loco.

Digitized by Google

set. Sed qui modestiores erant ex ipsis etiam Christianis, hoc Cyrilli studium erga Ammonium non probarunt. Compertum enim habebant, hunc temeritatis suæ pœnas dedisse, non autem tormentis immortuum esse dum Christum negare compelleretur. Quamobrem et Cyrillus ipse hujus rei memoriam paulatim silentio obliteravit. Verum simultas inter Cyrillum atque Orestem, nequaquam hic stetit. Quidam enim casus prioribus haud absimilis, eam denuo excitavit.

A ἀνελομένου. Ἀλλ' οἱ σωφρονοῦντες, καίπερ Χριστιανοὶ ὄντες, οὐκ ἀπεδέχοντο τὴν περὶ τούτου Κυρίλλου σπουδήν. Ἠπίσταντο γὰρ, προπετείας δίκην δεδωκέναι τὸν Ἀμμώνιον, οὐ μὴν ἀνάγκῃ ἀρνήσεως Χριστοῦ ἐναποθανεῖν ταῖς βασάνοις. Διὸ καὶ Κύριλλος κατὰ βραχὺ τῷ ἡσυχάζειν λήθην τοῦ γινομένου εἰργάσατο. Ἀλλ' οὐχ ἕως τούτου ἔστη τὸ δεινὸν τῆς μεταξὺ Κυρίλλου καὶ Ὀρέστου φιλονεικίας. Ἀπέσβεσε γὰρ αὐτὴν (4) ἕτερόν τι ἐπισυμβὰν, τοῖς φθάσασι παραπλήσιον.

## CAP. XV.

### *De Hypatia philosopha.*

Mulier quædam fuit Alexandriæ, nomine Hypatia, Theonis philosophi filia. Hæc ad tantam eruditionem pervenerat, ut omnes sui temporis philosophos longo intervallo superaret, et in **361** Platonicam scholam a Plotino deductam succederet, cunctasque philosophiæ disciplinas auditoribus exponeret. Quocirca omnes philosophiæ studiosi ad illam undique confluebant. Porro propter fiduciam atque auctoritatem quam sibi ex eruditione comparaverat, interdum quoque cum singulari modestia ad judices accedebat. Neque vero pudor erat ipsi, in media hominum frequentia apparere. Nam ob eximiam ipsius modestiam, omnes eam reverebantur simul ac suspiciebant. Hanc igitur eo tempore adortus est invidiæ livor. Nam quoniam cum Oreste crebrius colloquebatur, hinc concinnata est adversus eam calumnia apud plebem Christianorum, quasi per ipsam staret quominus inter Cyrillum atque Orestem amicitia reconciliaretur. Quidam igitur viri ardentioribus animis præditi, quorum dux erat Petrus quidam lector, conspiratione facta mulierem observant,

## ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

### *Περὶ Ὑπατίας τῆς φιλοσόφου.*

Ἦν τις γυνὴ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ τοὔνομα Ὑπατία [f] · B αὕτη Θέωνος μὲν τοῦ φιλοσόφου (5) θυγάτηρ ἦν. Ἐπὶ τοσοῦτον δὲ προὔβη παιδείας, ὡς ὑπερακοντίσαι τοὺς κατ' αὐτὴν φιλοσόφους, τὴν δὲ Πλατωνικὴν ἀπὸ Πλωτίνου καταγομένην διατριβὴν (6) διαδέξασθαι, καὶ πάντα τὰ φιλόσοφα μαθήματα τοῖς βουλομένοις ἐκτίθεσθαι. Διὸ καὶ οἱ πανταχόθεν φιλοσοφεῖν βουλόμενοι, κατέτρεχον παρ' αὐτήν. Διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῇ ἐκ τῆς παιδεύσεως σεμνὴν παῤῥησίαν, καὶ τοῖς ἄρχουσι σωφρόνως εἰς πρόσωπον ἤρχετο· καὶ οὐκ ἦν τις αἰσχύνη, ἐν μέσῳ ἀνδρῶν παρεῖναι αὐτήν. Πάντες γὰρ, δι' ὑπερβάλλουσαν σωφροσύνην, πλέον αὐτὴν ᾐδοῦντο, καὶ κατεπλήττοντο. Κατὰ δὴ ταύτης τότε ὁ φθόνος ὡπλίσατο. Ἐπεὶ γὰρ συνετύγχανε συχνότερον τῷ Ὀρέστῃ, C διαβολὴν τοῦτ' ἐκίνησε κατ' αὐτῆς παρὰ τῷ τῆς Ἐκκλησίας λαῷ, ὡς ἄρα εἴη αὕτη ἡ μὴ συγχωροῦσα τὸν Ὀρέστην εἰς φιλίαν τῷ ἐπισκόπῳ συμβῆναι. Καὶ δὴ συμφωνήσαντες ἄνδρες τὸ φρόνημα ἔνθερμοι, ὧν ἡγεῖτο Πέτρος τις ἀναγνώστης, ἐπιτηροῦσι τὴν ἄνθρωπον ἐπανιοῦσαν ἐπὶ οἰκίαν ποθέν· καὶ ἐκ τοῦ δίφρου ἐκβαλόντες, ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν ᾗ ἐπώνυμον

## VALESII ANNOTATIONES.

(4) *Ἀπέσβεσε γὰρ αὐτήν.* Verbum ἀπέσβεσε nullo modo convenit huic loco. Mallemque omnino rescribere ἀνέφλεξε. Nam quod ex Christophorsoni libro Savilius et Genevenses typographi ad marginem adnotarunt, ἀνῆψε, ferri non potest, cum id verbum ἀνῆψε tantum significet *accendit*, non autem *renovavit*. In manuscriptis exemplaribus nihil mutatum reperi. Nicephorus quoque vulgatam D scripturam secutus est, nam pro verbo ἀπέσβεσε posuit ἠμαύρωσε.

(5) *Θέωνος μὲν τοῦ φιλοσόφου.* Henricus Savilius, vir doctissimus, ad oram sui codicis hæc adnotarat, quæ nos studioso lectori communicanda esse duximus. Theo interpres Ptolemæi, anno epochæ Diocletianeæ 81, anno, ut opinor, 5 Valentis, observavit duas syzygias lunares, alteram συνοδικὴν, alteram πανσέληνον. Vid. p. 277 et 282 Commentariorum in Almagestum. Ita ut hunc Theonem patrem fuisse Hypatiæ, valde sit probabile. Nam ab illis observationibus usque ad mortem Hypatiæ, anni sunt 47.

(6) *Τὴν δὲ Πλατωνικὴν ἀπὸ Πλωτίνου καταγομένην διατριβήν.* Alexandriæ fuit olim Platonicæ philosophiæ schola, cui præfuit inter cæteros Hierocles philosophus, ut scribit Damascius in Isidori Vita, pag. 1038; et Æneas Gazæus in Theophrasto. Verum ejus scholæ successio non a Plotino deducenda est. Nam Plotinus nunquam Alexandriæ philosophiam docuit. Alexandriæ quidem institutus est in philosophia Plotinus ab Ammonio; ipse tamen nunquam Alexandriæ scholam tenuit, sed in urbe Roma viginti sex continuis annis usque ad obitum docere perseveravit, ut in ejus Vita scribit Porphyrius. Quare pro Plotino, libentius hic Ammonium substituerem. Nisi forte dicamus Alexandrinam scholam Plotinum sibi ascivisse, tanquam præcipuum magistrum atque institutorem Platonicæ philosophiæ. Hac ratione excusari poterit Socrates noster.

## VARIORUM.

f *Ὑπατία. Hypatia, Theonis geometræ, Alexandrini philosophi, filia, et ipsa philosopha, et multis nota, uxor Isidori philosophi, floruit sub Arcadio imperatore. Scripsit Commentarium in Diophantis astronomicum canonem; in conica Apollonii*, etc. Suidas ex Damascio, in quem locum observavit Christophorus Kusterus, Epigramma in hanc Hypatiam exstare in *Anthologia*, lib. 1, cap. 76, et epistolas quasdam ad eamdem inter Synesianas.

Digitized by Google

Καισάριον (7) συνέλκουσιν· ἀποδύσαντές τε τὴν ἐσθῆτα, ὀστράκοις ἀνεῖλον. Καὶ μεληδὸν διασπάσαντες, ἐπὶ τὸν καλούμενον Κιναρῶνα τὰ μέλη συνάραντες, πυρὶ κατηνάλωσαν. Τοῦτο οὐ μικρὸν μῶμον Κυρίλλῳ (8) καὶ τῇ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ εἰργάσατο. Ἀλλότριον γὰρ παντελῶς τῶν φρονούντων τὰ Χριστοῦ, φόνοι καὶ μάχαι, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια. Καὶ ταῦτα πέπρακται τῷ τετάρτῳ ἔτει [g] τῆς Κυρίλλου ἐπισκοπῆς, ἐν ὑπατείᾳ Ὁνωρίου τὸ δέκατον (9), καὶ Θεοδοσίου τὸ ἕκτον, ἐν μηνὶ Μαρτίῳ, νηστειῶν οὐσῶν.

A domum nescio unde redeuntem. Eamque e sella detractam, ad ecclesiam quæ Cæsareum cognominatur, rapiunt: et vestibus exutam, testis interemerunt. Cumque membratim eam discerpsissent, membra in locum quem Cinaronem vocant comportata incendio consumpserunt. Ea res tum Cyrillo, tum Alexandrinorum ecclesiæ non mediocre attulit probrum. Etenim ab instituto Christianorum prorsus alienæ sunt cædes et pugnæ, et quæcunque alia ejusmodi. Gesta sunt hæc anno quarto episcopatus Cyrilli, Honorio decimum et Theodosio sextum consulibus, mense Martio, tempore jejuniorum.

### ΚΕΦΑΛ. ΙϚʹ.

*Ὡς πάλιν Ἰουδαῖοι πρὸς Χριστιανοὺς πόλεμον συμμίξαντες, δίκας ἔτισαν.*

Ὀλίγον δὲ μετὰ τόνδε τὸν χρόνον, Ἰουδαῖοι πάλιν ἄτοπα κατὰ Χριστιανῶν πράξαντες, δίκην δεδώκασιν. Ἐν Ἰνμεστὰρ [h], οὕτω καλουμένῳ τόπῳ, ὃς κεῖται μεταξὺ Χαλκίδος καὶ Ἀντιοχείας τῆς ἐν Συρίᾳ, Ἰου-

### 362 CAP. XVI.

*Quomodo Judæi Christianos iterum aggressi, pœnas dederint.*

B Aliquanto post Judæi, absurda quædam et impia adversus Christianos rursus moliti, pœnas dederunt. In loco inter Antiochiam Syriæ et Chalcidem sito, qui Inmestar nominatur, Judæi dum ex more

## VALESII ANNOTATIONES.

(7) *Ἐκκλησίαν ἣ ἐπώνυμον Καισάριον.* Hujus ecclesiæ meminit Athanasius in *Epistola ad solitarios*, pag. 860: Οὔτε ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, τῇ ἐν τῷ Καισαρείῳ γενομένας θυσίας. Intelligit vaccam quam immolare voluerant pagani in majore ecclesia, ut superius dixerat pag. 848. De eadem ecclesia Cæsarea multa habet Epiphanius in hæresi Arianorum, cap. 2. Basilica Cæsarea dicitur in Breviario Liberati, cap. 18.

(8) *Μῶμον Κυρίλλῳ.* Certe Damascius in Vita Isidori philosophi, quam ego duplo auctiorem editurus sum aliquando, si Deus juverit, cædis Hypatiæ * auctorem facit Cyrillum. Verba Damascii sunt hæc: Ἤδη γοῦν ποτε συνέβη τὸν ἐπισκοποῦντα τὴν ἀντικειμένην αἵρεσιν Κύριλλον, παριόντα διὰ τοῦ οἴκου τῆς Ὑπατίας, et cætera quæ leguntur apud Suidam. Locus est elegantissimus, quem in gratiam studiosi lectoris Latine conversum hic apponam, paulo altius repetens verba Damascii: « Rectores quoque urbis Alexandriæ, simul atque in urbem venerant, primum eam invisebant. Quod quidem etiam Athenis fieri consuevit. Nam etsi res ipsa perierit, nomen tamen philosophiæ adhuc magnificum et venerabile videtur viris principem locum in republica administranda obtinentibus. Quodam igitur tempore contigit, ut Cyrillus Christianæ religionis episcopus, ante ædes Hypatiæ transiens, maximam turbam pro foribus conspiceret hominum simul et equorum; quorum alii adveniebant, alii abibant, alii vero manebant. Cumque sciscitatus fuisset quænam esset ea multitudo, et quorsum tantus fieret tumultus, responsum est a sequentibus, Hypatiam philosopham tunc salutari, ejusque illas ædes esse. Quod cum didicisset Cyrillus, tantopere stimulatus est invidia, ut cædem ei protinus machinatus sit, eamque omnium sceleratissimam. Cum enim Hypatia more solito C prodiret ex ædibus, multi ferini homines, nec deorum vindictam, nec hominum ultionem reveriti, impetu facto eam trucidant; gravissimo piaculo ac probro patriam suam obligantes. Et imperator quidem eam rem gravissime tulit; ultusque esset, nisi Ædesius amicos imperatoris corrupisset. Et interfectoribus quidem imperator pœnam remisit. Sed in suum ipsius caput et in stirpem suam ultionem attraxit: ejusque nepos pœnas exsolvit. » Hactenus Damascius. Ubi nepotem intelligo Valentinianum Placidiæ filium, quæ amita erat Theodosii Junioris.

(9) *Καὶ Θεοδοσίου τὸ δέκατον.* Male Christophorsonus τὸ ἕβδομον restituerat, cujus versio imposuit Baronio, ut videre est ad annum Christi 415. Ego vero ex optimis codicibus Florentino et Sfortiano emendavi τὸ ἕκτον, quod confirmant *Fasti consulares*.

## VARIORUM.

* At Damascium hac in re non esse audiendum contendit doctiss. dom. Du Pin in Vita *Cyrilli Alexandrini*. Neque tamen Damascius Hypatiam Cyrilli opera interfectam esse diserte affirmat; sed tantum, *ut quidam tradunt: vel, ut alii, quod Alexandrini natura essent audaces, et ingenio ad seditionem proclivi.*

[g] *Ταῦτα πέπρακται τῷ τετάρτῳ ἔτει.* Hic non satis attentus fuisse videtur Ant. Pagi, cum ait a Socrate non definitum esse annum quo interiit Hypatia. Exhibuit enim certissimas notas anni 415, juxta ipsius Pagii calculum: ideoque Baronius, qui hanc cædem ad istum annum retulit, Socratem auctorem secutus est. Verum tamen est Theophanem, sub anno 406 secundum Alexandrinos, qui Kalend. Septemb. anni 413 nostræ æræ D inchoatur, hæc habere: Τούτῳ τῷ ἔτει Ὑπατίαν τὴν φιλόσοφον, θυγατέρα Θέωνος τοῦ φιλοσόφου, βιαίῳ θανάτῳ τινὲς ἀνεῖλον. Vide Ant. Pagi, ad ann. 415, n. 20.

[h] *Ἐν Ἰνμεστάρ.* Idem Theophanes, anno 408 secundum Alexandrinos, qui Kalend. Septemb. nostri 415 inchoatur, ait: Τούτῳ τῷ ἔτει Ἰουδαῖοι εἰς τὸ Ἴμμον παιδίον Χριστιανὸν συλλαβόντες· *Hoc anno Judæi puerum Christianum ad Immum comprehendentes, ludibriis exercendis, ac crucis deridendæ causa puerum eumdem de ligno suspendentes, cruciatibus interfecerunt. De quo imperator certior factus, in Judæos dignis suppliciis usus est.* Hinc variæ sequentibus annis adversus eos constitutiones datæ. Vide Cod. Theodos. de Judæis.

Digitized by Google

ludicris quibusdam sese oblectarent, multaque inter ludendum absurda facerent, temulentia abrepti, Christianis ipsique adeo Christo illudere cœperunt : et crucem deridentes et eos qui in crucifixo spem suam collocarunt, hujusmodi facinus aggressi sunt. Comprehensum quemdam puerum Christianum cruci alligantes suspendunt. Et initio quidem irridebant eum ac subsannabant. Postea vero in furorem versi, puerum verberibus ad mortem ceciderunt. Hanc ob causam grave certamen Judæos inter et Christianos exortum est. Cumque ea res nuntiata fuisset imperatoribus, mandatum est provinciæ rectoribus, ut factionis hujus auctores perquisitos supplicio afficerent. Ita Judæi qui illic degebant, sceleris quod per ludum admiserant, pœnas persolverunt.

## CAP. XVII.

*De Paulo Novatianorum episcopo, et de miraculo quod ab eo perpetratum est, cum impostorem Judæum baptizaret.*

Per idem tempus Chrysanthus, Novatianorum episcopus, cum per septem annos religionis suæ ecclesias gubernasset, ex hac vita discessit, Monaxio et Plintha consulibus, die septimo Kalendas Septembris. Huic in episcopatu successit Paulus : qui prius quidem Latinæ eloquentiæ doctor exstiterat : postea vero, abjectis Romanæ linguæ studiis, ad monasticam vitam transierat : collectoque religiosorum hominum cœtu, haud absimilem monachis in solitudine degentibus vivendi rationem sectabatur. Talem enim illum fuisse equidem deprehendi, quales monachos in solitudine degentes esse oportere Evagrius scribit. Quippe omnia illorum instituta assidue imitabatur : continuum jejunium, studium parce loquendi, abstinentiam ab esu animalium. Vino quoque et oleo rarius utebatur. Pauperum vero præcipuam curam ac sollicitudinem gessit. In carceribus detentos impigre invisebat : pro multis etiam intercedebat apud judices : qui quidem ob eximiam viri pietatem libenter ei obtemperabant. Sed quid attinet prolixum de illo sermonem texere? Unum ejus factum inpræsentiarum commemorabo, dignum plane quod litterarum monumentis **363** mandetur. Impostor quidam Judæus, Christianum se esse simulans, sæpius fuerat baptizatus, et hujusmodi fraude multas pecunias collegerat. Ubi vero multas Christianorum sectas hac arte circumvenisset : nam et Arianorum et Macedonianorum baptismum susceperat : non habens amplius quos deciperet, tandem ad Paulum, Novatianorum episcopum, accessit : seque baptismi percipiendi desiderio flagrare affirmans, ut per ipsius manus illum susciperet, obsecravit. Ille Judæi quidem voluntatem ac studium laudavit : sed baptismum ei se daturum negavit, priusquam rudimentis fidei institutus

A δαῖοι συνήθως ἑαυτοῖς παίγνια ἐπετέλουν τινά · καὶ πολλὰ ἐν τῷ παίζειν ἄλογα ποιοῦντες, ὑπὸ μέθης ἐξαχθέντες, Χριστιανούς τε καὶ αὐτὸν τὸν Χριστὸν ἐν τοῖς παιγνίοις διέσυρον · γελῶντές τε τὸν σταυρὸν, καὶ τοὺς ἐπηλπικότας ἐπὶ τῷ ἐσταυρωμένῳ, καὶ τοιοῦτόν τι ἐπενόησαν. Παιδίον χριστιανὸν συλλαβόμενοι, σταυρῷ προσδήσαντες ἀπεκρέμασαν. Καὶ πρῶτον μὲν καταγελῶντες καὶ χλευάζοντες διετέλουν · μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ τῶν φρενῶν ἐκστάντες, τὸ παιδίον ᾐκίσαντο, ὥστε καὶ ἀνελεῖν. Ἐπὶ τούτῳ χαλεπὴ μὲν συμπληγὰς μεταξὺ αὐτῶν τε καὶ Χριστιανῶν ἐγίνετο. Γνώριμον δὲ τοῦτο τοῖς κρατοῦσι καταστὰν, ἐπεστάλη τοῖς κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἄρχουσιν, ἀναζητῆσαι τοὺς αἰτίους καὶ τιμωρήσασθαι. Καὶ οὕτως οἱ ἐκεῖ Ἰουδαῖοι δίκην ἔδοσαν, ὧν παίζοντες ἐκακούρ- B γησαν.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

*Περὶ Παύλου ἐπισκόπου Ναυατιανῶν, καὶ περὶ τοῦ γεγονότος παραδόξου σημείου ὑπ' αὐτοῦ, μέλλοντος βαπτίζειν τὸν ἀπατεῶνα Ἰουδαῖον.*

Κατὰ δὲ τὸν χρόνον τόνδε, καὶ ὁ τῶν Ναυατιανῶν ἐπίσκοπος Χρύσανθος, ἐπὶ ἑπτὰ ἔτη τῶν ὑφ' αὐτὸν Ἐκκλησιῶν προστὰς, ἐτελεύτησεν ἐν ὑπατείᾳ Μοναξίου καὶ Πλίνθα [1], ἕκτῃ καὶ εἰκάδι Αὐγούστου μηνός. Διεδέξατο δὲ τὴν ἐπισκοπὴν Παῦλος · ὃς πρότερον μὲν λόγων Ῥωμαϊκῶν διδάσκαλος ἦν · μετὰ δὲ ταῦτα, πολλὰ χαίρειν τῇ Ῥωμαϊκῇ φράσας φωνῇ, ἐπὶ τὸν ἀσκητικὸν ἐτράπη βίον · καὶ συστησάμενος ἀνδρῶν σπουδαίων μοναστήριον, οὐκ ἀλλοιότερον τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ μοναχῶν διετέλει. Τοιοῦτον γὰρ C αὐτὸν ἐγὼ κατέλαβον ὄντα, οἵους ὁ Εὐάγριος φησὶ δεῖν εἶναι τοὺς ἐν ταῖς ἐρήμοις διατρίβοντας μοναχούς. Πάντα γὰρ ἐκείνους μιμούμενος διετέλει, τὴν συνεχῆ νηστείαν, τὸ ὀλίγα φθέγγεσθαι, τὴν ἀποχὴν τῶν ἐμψύχων · τἀπολλὰ δὲ καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου ἀπείχετο. Ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ τοὺς πτωχοὺς σπουδαῖος, εἰ καί τις ἄλλος, ἐγένετο · τοὺς ἐν φυλακαῖς ἀόκνως ἐπεσκέπτετο. Ὑπὲρ πολλῶν δὲ καὶ τοὺς ἄρχοντας παρεκάλει, οἳ καὶ ἑτοίμως ὑπήκουον, διὰ τὴν προσοῦσαν εὐλάβειαν τῷ ἀνδρί. Καὶ τί με δεῖ μηκύνειν τὰ κατ' αὐτόν; Ἔρχομαι γὰρ λέξων πρᾶγμα ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ γενόμενον, ἄξιον τοῦ ἐν γραφῇ παραδοθῆναι μνήμῃ. Ἰουδαῖός τις ἀπατεὼν χριστιανίζειν ὑποκρινόμενος, πολλάκις ἐβαπτίζετο, καὶ διὰ ταύτης τῆς τέχνης, χρήματα συνελέγετο. Ὡς δὲ D πολλὰς αἱρέσεις τῇ τέχνῃ ἠπάτησε · καὶ γὰρ Ἀρειανῶν καὶ Μακεδονιανῶν ἐδέξατο βάπτισμα · μηκέτι ἔχων οὓς ἀπατήσειεν, τέλος ἥκει καὶ πρὸς τὸν Ναυατιανῶν ἐπίσκοπον Παῦλον · καὶ τοῦ βαπτίσματος ἐπιθυμεῖν εἰπὼν, διὰ τῆς αὐτοῦ χειρὸς παρεκάλει τούτου τυχεῖν. Ὁ δὲ ἀποδέχεται μὲν αὐτοῦ τὴν προαίρεσιν · οὐ πρότερον δὲ ἔφη δώσειν τὸ βάπτισμα, εἰ μὴ κατηχηθείη τὸν περὶ τῆς πίστεως λόγον, μετὰ τοῦ νηστείαις σχολάσαι ἡμέρας πολλάς. Ὁ οὖν Ἰουδαῖος παρὰ γνώμην νηστεύειν ἀναγκαζόμενος, σπουδαιότερον ἐνέκειτο, βαπτισθῆναι παρακαλῶν. Ἐπεὶ

## VARIORUM ANNOTATIONES.

1 *Ἐν ὑπατείᾳ Μοναξίου καὶ Πλίνθα.* Qui fuit annus Christi 419.

Digitized by Google

δὲ ὁ Παῦλος ἐπικείμενον λυπεῖν οὐκ ἔτι ἐβούλετο τῇ παρολκῇ, εὐτρεπίζει τὰ πρὸς τὸ βάπτισμα. Ἐσθῆτά τε αὐτῷ λαμπρὰν ὠνησάμενος, καὶ τὴν κολυμβήθραν τοῦ βαπτιστηρίου πληρωθῆναι κελεύσας, ἦγεν ἐπ' αὐτὴν τὸν Ἰουδαῖον, ὡς βαπτίσων αὐτόν. Θεοῦ δέ τις ἀόρατος δύναμις ἀφανὲς τὸ ὕδωρ κατέστησεν. Ἐπεὶ δὲ ὅ τε ἐπίσκοπος καὶ οἱ παρόντες οὐδὲν ὑπολογησάμενοι οἷον ἐγένετο, ὑπέλαβον ἐκρεῦσαι τὸ ὕδωρ διὰ τοῦ ὑποκειμένου πόρου, ὅθεν καὶ εἰώθασιν αὐτὸ ἐκπέμπειν, πάλιν ἐπλήρουν τὴν κολυμβήθραν ἀκριβῶς, πανταχόθεν τὰς ἐκροίας αὐτῆς ἀσφαλισάμενοι. Αὖθις δὲ προσαγομένου αὐτῇ τοῦ Ἰουδαίου, αὖθις ἀφανὲς τὸ ὕδωρ ἐγένετο. Τότε δὴ ὁ Παῦλος, Ἢ κακουργεῖς, ἔφη, ὦ ἄνθρωπε, ἢ ἀγνοῶν ἤδη τοῦ βαπτίσματος ἔτυχες. Συνδρομῆς οὖν ἐπὶ τῷ τεραστίῳ γενομένης, ἐπέγνω τις τὸν Ἰουδαῖον, ὃς ᾔδει αὐτὸν ὑπὸ Ἀττικοῦ τοῦ ἐπισκόπου βεβαπτισμένον. Τοῦτο μὲν οὖν τὸ τεράστιον ἐν ταῖς χερσὶ τοῦ ἐπισκόπου τῶν Ναυατιανῶν Παύλου ἐγένετο.

A fuisset, et complures adhæc dies jejuniis vacasset. At Judæus, qui præter animi sui sententiam jejunare compellebatur, eo acrius instabat ut baptismo donaretur. Paulus igitur cum eum instantem atque urgentem prolixiore mora nollet offendere, parat res ad baptismum necessarias. Cumque candidam vestem Judæo emisset, et alveum baptisterii aqua jussisset impleri, Judæum eo tanquam baptizaturus adduxit. Verum arcana quædam Dei vis atque potentia aquam subito fecit evanescere. Cum vero episcopus et hi qui aderant, nihil ejusmodi quale tunc factum fuerat, suspicati, aquam per subjectum meatum effluxisse crederent, qua etiam emitti consueverat, alveum denuo implent, meatibus undique diligenter obstructis. B Cumque iterum Judæus ad fontem adductus esset, iterum aqua penitus evanuit. Tum Paulus: Aut imposturam facis, o homo, aut ignarus jam antea baptismum suscepisti. Hujus ergo miraculi spectandi causa cum ingens hominum concursus fieret, quidam, Judæum agnoscens, eum ipsum esse comperit, qui ab Attico episcopo jam antea fuisset baptizatus. Hoc itaque miraculum a Paulo Novatianorum episcopo perpetratum est.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

*Ὡς τοῦ βασιλέως τῶν Περσῶν Ἰσδιγέρδου τελευτήσαντος, αἱ μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Περσῶν σπονδαὶ διελύθησαν, καὶ πόλεμος ἰσχυρὸς γέγονεν, ἡττηθέντων τῶν Περσῶν.*

Τοῦ δὴ βασιλέως Περσῶν Ἰσδιγέρδου, ὃς τοὺς ἐκεῖ Χριστιανοὺς οὐδαμῶς ἐδίωκε i, τελευτήσαντος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ Βαραράνης ὄνομα, τὴν βασιλείαν διαδεξάμενος, καὶ ὑπὸ τῶν μάγων ἀναπεισθεὶς, χαλεπῶς τοὺς Χριστιανοὺς ἤλαυνε, τιμωρίας καὶ στρέβλας περσικὰς διαφόρους ἐπάγων αὐτοῖς. Πιεζόμενοι οὖν ὑπὸ τῆς ἀνάγκης οἱ ἐν Πέρσαις Χριστιανοὶ, προσφεύγουσι Ῥωμαίοις, δεόμενοι μὴ παρορᾷν αὐτοὺς φθειρομένους. Ἀττικὸς μὲν ὁ ἐπίσκοπος, ἀσμένως τοὺς ἱκετεύοντας προσδέχεται. Παντοῖος δὲ ἦν, ὅσον δυνατὸν ἐπαμύνειν αὐτοῖς, γνώριμά τε τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ καθιστᾷ τὰ γενόμενα. Ἔτυχε δὲ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν, καὶ ἄλλης ἕνεκα αἰτίας λυπεῖσθαι Ῥωμαίους πρὸς Πέρσας· ἐπειδὴ Πέρσαι, οὓς παρὰ Ῥωμαίων χρυσορύκτας ἐπὶ μισθῷ λαβόντες ἔσχον, ἀποδοῦναι οὐκ ἤθελον· καὶ ὅτι τὰ φορτία τῶν ἐμπόρων Ῥωμαίων ἀφείλοντο. Συλλαμβάνεται οὖν ἐκείνῃ τῇ λύπῃ καὶ ἡ τῶν ἐκεῖ Χριστιανῶν πρὸς Ῥωμαίους καταφυγή. Εὐθὺς γὰρ ὁ Πέρσης πρεσβείας ἔπεμπε, τοὺς φυγάδας ἐξαιτούμενος. Ῥωμαῖοι δὲ οὐδαμῶς προεξέδοσαν τοὺς προσφεύγοντας αὐτοῖς, οὐ

## CAP. XVIII.

*Quomodo post obitum Isdiqerdis, regis Persarum, ruptum est fœdus Romanos inter et Persas: et commisso certamine Persæ superati sunt.*

Cæterum apud Persas mortuo Isdigerde rege, qui Christianos illic degentes nullatenus fuerat persecutus, filius ejus Vararanes, cum successionis C jure regnum obtinuisset, magorum consilio inductus, Christianos graviter exagitavit, supplicia ac tormenta persica eis infligens. Itaque Christiani qui Persidem incolebant, necessitate constricti ad Romanos confugiunt, orantes ne ipsos funditus deleri paterentur. Et Atticus quidem episcopus supplicantes benevole excepit: omnique studio enitebatur **364** ut pro virili parte eis succurreret. Imperatori etiam Theodosio ea quæ acciderant significavit. Forte eodem tempore alia quoque simultatis causa Romanis adversus Persas intercedebat: tum quod Persæ auri fossores quos mercede conductos a Romanis acceperant, restituere nollent: tum quod merces Romanis mercatoribus abstulissent. Ad hanc igitur simultatem, D Christianorum quoque illic degentium ad Romanos confugium accessit. Statim enim rex Persarum legatos misit, qui fugitivos repeterent. Sed Romani

## VARIORUM ANNOTATIONES.

i *Ὅς τοὺς ἐκεῖ Χριστιανοὺς οὐδαμῶς ἐδίωκε.* Theophanes scribit, Christianorum persecutionem sub Isdigerde cœptam annos quinque durasse, ab anno nempe Chr. 414, usque ad mortem ejus, quæ anno 420 contigit. Socrates quidem hic asserit, Idisgerdem Christianos in Perside degentes nullatenus fuisse persecutum. Sed non dubito quin hallucinatus fuerit; cum Cyrillus monachus in Vita S. Euthymii abbatis, a Patribus Benedictinis in *Analectis Græcis* nuper publicata, disertis verbis asserat, Isdigerdem Christianos persecutum esse: *Initio*, inquit, *motæ tunc persecutionis in Perside, circa finem regni Isdigerdis Persarum regis, cum magi omnes Christianos capere vellent, subditorum Saracenorum præfectos ubique viarum constituerunt, ne quis Christianorum in Perside degentium ad Romanos confugeret*, etc. Huic scriptori accuratissime omnis fides hac in re habenda, ideoque dubium non est quin Socrates deceptus fuerit, licet Baronius, anno 420, n. 16, hoc in suspenso relinquat. Ant. Pagi, ad ann. 408, n. 5.

Digitized by Google

A eos qui ad se confugerant, nullatenus prodere sustinuerunt: non solum tanquam supplices eos tueri cupientes, verum etiam Christianæ religionis causa quidvis agere parati. Quamobrem bellum cum Persis gerere malebant, quam pati ut Christiani misere interirent. Rupto igitur ob eam causam pacis fœdere, bellum grave conflatum est: de quo pauca obiter perstringere non incongruum fuerit. Imperator Romanus misit prior partem exercitus, cui præerat Ardaburius. Qui per Armeniam in Persidem irrumpens, unam ex ejus provinciis, Azazenem dictam, vastavit. Huic Narsæus, regis Persarum dux, cum exercitu persico occurrit, commissoque prælio victus aufugit. Postea vero per Mesopotamiam in Romanorum provincias omnibus præsidiis destitutas, ex improviso irruere constituit, eoque modo Romanos ulcisci, commodius id sibi fore arbitratus. Verum hoc Narsæi consilium Romanorum ducem non latuit. Proinde Azazenem celerrime deprædatus, ipse quoque in Mesopotamiam proficiscitur. Quamobrem Narsæus licet maximis copiis instructus, in Romanorum tamen ditionem invadere non potuit. Itaque cum Nisibim venisset: est autem hæc Persicæ ditionis civitas in confinio utriusque imperii sita; Ardaburio mandavit, ut de bello gerendo inter se paciscerentur, diemque ac locum pugnæ constituerent. Ardaburius vero iis qui venerant ita respondit: Renuntiate hæc Narsæo: Non quando tu volueris, pugnaturi sunt imperatores Romani. Porro imperator animadvertens Persam omnes regni sui vires ad hoc bellum comparasse, tota spe victoriæ in Deum collocata, ingentes præterea copias supplementi loco destinavit. Imperatorem vero, propterea quod in Deo fidem suam posuisset, præsens ab eo accepisse beneficium, hinc maxime apparuit. Cum cives Constantinopolitani anxii essent, et de eventu belli dubii ancipitesque hærerent, angeli Dei quibusdam viris Constantinopolim privati negotii causa proficiscentibus in Bithynia visi, nuntiare eos jubent Constantinopolitanis, ut bono animo essent, Deumque precarentur, et confiderent victores fore Romanos. Se enim hujus **365** belli moderatores a Deo missos esse aiebant. Hoc audito, non solum civitas confirmata est, verum etiam militibus audacia accessit. Quoniam igitur,

A μόνον ὡς ἱκέτας σώζειν ἐθέλοντες, ἀλλὰ γὰρ ὑπὲρ τοῦ Χριστιανισμοῦ πάντα ποιεῖν προθυμούμενοι. Διὸ καὶ πολεμεῖν μᾶλλον Πέρσαις ᾑροῦντο, ἢ περιορᾶν ἀπολλυμένους Χριστιανούς. Λυθεισῶν οὖν διατοῦτο τῶν σπονδῶν, πόλεμος συνεκροτήθη δεινὸς[k], περὶ οὗ μικρὰ ἐπιδραμεῖν, οὐκ ἄκαιρον εἶναι ἡγοῦμαι. Φθάσας ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς[l] ἀποστέλλει μερικὴν δύναμιν, ἧς ἦρχεν ὁ στρατηγὸς Ἀρδαβούριος· ὃς διὰ τῆς Ἀρμενίων χώρας ἐμβαλὼν τῇ Περσίδι, μίαν αὐτῆς τῶν ἐπαρχιῶν Ἀζαζηνὴν καλουμένην ἐπόρθει. Ἀπήντα δὲ αὐτῷ Ναρσαῖος στρατηγὸς τοῦ Περσῶν βασιλέως, σὺν δυνάμει Περσικῇ. Συμβαλὼν δὲ καὶ ἡττηθεὶς, φυγῇ ἀνεχώρησεν· ἔγνω τε λυσιτελεῖν, διὰ Μεσοποταμίας εἰς τὴν Ῥωμαίων χώραν ἀφύλακτον οὖσαν, ἀπροόπτως ἐμβαλεῖν, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον B ἀμύνασθαι Ῥωμαίους. Οὐ μὴν τὸν Ῥωμαίων στρατηγὸν ἡ βουλὴ Ναρσαίου διέλαθε. Λαφυραγωγήσας οὖν ᾗ τάχος τὴν Ἀζαζηνὴν, ἐπὶ τὴν Μεσοποταμίαν καὶ αὐτὸς ἐπορεύθη. Διόπερ ὁ Ναρσαῖος καὶ αὐτὸς πολλὴν παρασκευάσας δύναμιν, ὅμως οὐκ ἴσχυσεν εἰς τὴν Ῥωμαίων ἐμβαλεῖν. Καταλαβὼν δὲ τὴν Νίσιβιν, πόλις δὲ αὕτη μεθόριος, Πέρσαις ἀνήκουσα, ἐκ ταύτης τῷ Ἀρδαβουρίῳ ἐδήλου, κατὰ συνθήκας ποιεῖσθαι τὸν πόλεμον, ὁρίσαι τε τόπον καὶ ἡμέραν τῇ συμβολῇ. Ὁ δὲ τοῖς ἐλθοῦσιν, Ἀπαγγείλατε, ἔφη, Ναρσαίῳ· Οὐχ ὅτε σὺ θέλεις, πολεμήσουσι Ῥωμαίων βασιλεῖς. Πάσῃ δὲ δυνάμει παρασκευάσασθαι τὸν Πέρσην ἐννοῶν ὁ βασιλεὺς, Θεῷ τὴν ὅλην τοῦ πολέμου ἀναθεὶς ἐλπίδα, μεγίστην προσεξαπέστειλε δύναμιν. C Ὅτι δὲ πιστεύσας ὁ βασιλεὺς εὐθὺς εὕρετο τὴν παρ' αὐτοῦ εὐεργεσίαν, ἐκεῖθεν γέγονε δῆλον. Τῶν ἐν Κωνσταντίνου πόλει ἐν ἀγωνίᾳ ὄντων, καὶ ἐν ἀμφιβολίᾳ τῆς ἐκ τοῦ πολέμου τύχης καθεστώτων, ἄγγελοι Θεοῦ περὶ τὴν Βιθυνίαν τοῖς ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν κατ' οἰκείαν χρείαν πορευομένοις ὀφθέντες, ἀπαγγέλλειν ἐκέλευον, θαῤῥεῖν τε καὶ εὔχεσθαι, καὶ πιστεύειν Θεῷ ὡς Ῥωμαῖοι νικήσουσιν. Αὐτοὶ γὰρ βραβευταὶ τοῦ πολέμου πεπέμφθαι παρὰ Θεοῦ ἔφασκον. Τοῦτο ἀκουσθὲν, οὐ μόνον τὴν πόλιν ἐπέῤῥωσεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς στρατιώτας θαρσαλεωτέρους εἰργάσατο. Ἐπεὶ οὖν, ὡς ἔφην, ἐπὶ τὴν Μεσοποταμίαν ἐκ τῆς Ἀρμενίων χώρας ὁ πόλεμος μετήνεκτο, οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς ἐν τῇ Νισιβηνῶν πόλει κατακλεισθέντας Πέρσας ἐπολιόρκουν· πύργους τε ξυλίνους D συμπήξαντες, ἐκ μηχανῆς τινος βαδίζοντας προσῆγον τείχεσι, καὶ πολλοὺς τειχομαχοῦντας τῶν ἀμύνασθαι

## VARIORUM ANNOTATIONES.

[k] *Πόλεμος συνεκροτήθη δεινός*. Postquam pax viguisset Romanos inter et Persas ab anno 381, ut eo anno apud Baronium videre est, a Theodosio nempe Magno, usque ad annum 420, quo Vararanes Isdigerdi patri succedens, bellum in Romanos movit. Ant. Pagi, ann. 420. n. 14.

[l] *Φθάσας ὁ Ῥωμαίων βασιλεύς*. Ὁ μὲν Θεοδόσιος ἀποστέλλει Ἀρδαβούριον τὸν στρατηγόν· *Hinc Theodosius Ardaburium ducem cum Romanis copiis, inde cum Persicis exercitibus, et innumeris Saracenorum auxiliarium copiis Arseum* (Socrati Narsæum) *Vararanes mandat. Ardaburius, usque in Persidem penetrans, Arxane provincia devastata, in Mesopotamiam ingreditur: Persarum dux pariter in Mesopotamiam versus Euphratem progreditur cum suis; qui cum Romanas acies ingruere arbitrarentur, Dei impulsu, vanis terroribus agitati, ut erant armis instructi, in flumen desilierunt; adeo ut decem myriades aquarum vorticibus perierint. Reliquos omnes, et eam maxime legionem ac myriadem, cui a Persis* Immortalium *nomen factum, cunctosque eorum duces quaquaversus Romano milite circumclusos* (*Christo a Persis, quod injustam viris religiosis mortem intulissent, vindictam exigente*) *Ardaburius delevit.* Theophanes, *Chronog.* p. 74. Gesta sunt hæc circa ann. 421.

Digitized by Google

σπευδόντων ἀνῄρουν. Βαραράνης δὲ ὁ Περσῶν βασιλεὺς, πυθόμενος καὶ τὴν ὑπ' αὐτῷ Ἀζαζηνῶν χώραν πεπορθῆσθαι, καὶ πολιορκεῖσθαι τοὺς συγκλεισθέντας ἐν τῇ Νισιβηνῶν πόλει, πάσῃ μὲν δυνάμει δι' ἑαυτοῦ ἀπαντᾷν παρεσκευάζετο. Καταπλαγεὶς δὲ τὴν Ῥωμαίων δύναμιν, Σαρακηνοὺς ἐκάλεσε πρὸς βοήθειαν, ὧν ἦρχεν Ἀλαμούνδαρος, ἀνὴρ γενναῖος καὶ πολεμικός· ὅστις πολλὰς μυριάδας τῶν Σαρακηνῶν ἐπαγόμενος, θαῤῥεῖν ἔλεγε τῷ Περσῶν βασιλεῖ. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ αὐτῷ Ῥωμαίους τε παραστήσασθαι ἐπηγγέλλετο, καὶ τὴν ἐν Συρίᾳ παραδώσειν Ἀντιόχειαν. Οὐ μὴν τέλος αὐτῷ τὰ τῆς ἐπαγγελίας διεδέξατο. Θεὸς γὰρ τοῖς Σαρακηνοῖς ἄλογον φόβον ἐνέβαλε. Καὶ νομίσαντες ἐπιέναι αὐτοῖς Ῥωμαίων δύναμιν, ἐν θορύβῳ γενόμενοι, οὐκ ἔχοντες ὅποι φύγωσιν, εἰς τὸν ποταμὸν Εὐφράτην ἔνοπλοι ἔῤῥιπτον ἑαυτοὺς, εἰς ὃν περὶ τὰς δέκα μυριάδας ἀνδρῶν πνιγόμενοι διεφθάρησαν. Τοῦτο μὲν οὖν, τοιοῦτο. Οἱ δὲ τὴν Νίσιβιν πολιορκοῦντες Ῥωμαῖοι, πυθόμενοι ὡς ὁ βασιλεὺς Περσῶν πλῆθος ἐλεφάντων ἐπάγοιτο, περιδεεῖς γενόμενοι, πάσας τὰς τῆς πολιορκίας μηχανὰς ἐμπρήσαντες, εἰς τοὺς οἰκείους ἐπεχώρησαν τόπους (10). Ὅσαι μὲν οὖν συμβολαὶ μεταταῦτα γεγόνασι, καὶ ὅπως Ἀρεόβινδος ἕτερος τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς, τὸν γενναιότατον τῶν Περσῶν μονομαχήσας ἀπέκτεινεν, ἢ ὅπως Ἀρδαβούριος τοὺς ἑπτὰ γενναίους στρατηγοὺς τῶν Περσῶν ἐνεδρεύσας ἀνεῖλεν, ἢ τίνα τρόπον Βιτιανὸς ἄλλος Ῥωμαίων στρατηγὸς (11), τοὺς ὑπολειφθέντας τῶν Σαρακηνῶν κατηγωνίσατο, παραλιπεῖν μοι δοκῶ, ἵνα μὴ πολὺ τοῦ προκειμένου παρεκβαίνειν δοκῶ.

A ut jam dixi, bellum ex Armeniorum regione in Mesopotamiam translatum fuerat, Romani quidem Persas intra urbem Nisibim conclusos obsederunt: turresque ex ligno fabricatas quæ machinis quibusdam progrediebantur, mœnibus admoverunt, multosque eorum qui e muro pugnabant et ad ferendam opem accurrerant, trucidarunt. Rex autem Persarum Vararanes, cum et regionem imperii sui Azazenem vastatam esse, et suos intra urbem Nisibim conclusos oppugnari audiisset, ipse quidem cum omnibus copiis contra Romanos proficisci constituit. Sed Romanorum exercitum reformidans, Saracenorum auxilium imploravit; quibus tum præerat Alamundarus, vir fortis ac bellicosus. Qui cum innumerabilem Saracenorum multitudi- B nem secum adduxisset, regem Persarum fidenti animo esse jussit. Quin etiam brevi Romanos ei se captivos exhibiturum, et Antiochiam Syriæ traditurum spondebat. Verum hanc ejus pollicitationem destituit eventus. Deus enim inanem quemdam terrorem injecit Saracenis. Qui cum Romanorum exercitum contra se irruere existimarent, perturbati, nec quo fugerent reperientes, sese in fluvium Euphratem armati, ut erant, præcipitarunt. Ibi centum circiter hominum millia aquis submersa interierunt. Et hæc quidem ad hunc modum contigere. At Romani qui Nisibim obsidebant, cum accepissent regem Persarum plurimos secum elephantos adducere, metu perculsi, universas machinas quibus in obsidione usi fuerant, incende- C runt, et in regionem suam reversi sunt. Quæ vero prælia postmodum facta sint, et quemadmodum Areobindus, alter Romanæ militiæ magister, fortissimum Persarum singulari certamine interemerit; aut qua ratione Ardaburius septem nobiles Persarum duces insidiis circumventos occiderit; aut quomodo Vitianus, alius Romanorum dux, reliquas Saracenorum copias profligarit, prætermittendum censeo, ne a proposito longius digredi videar.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΘʹ.

### *Περὶ Παλλαδίου τοῦ ταχυδρόμου.*

Τὰ μέντοι γενόμενα, ταχέως τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ ἐγνωρίζετο. Ὅπως δὲ ὁ βασιλεὺς τὰ πόῤῥω γινόμενα ταχέως ἐμάνθανε, διηγήσομαι. Ηὐτύχησεν ἀνδρὸς γενναίου ψυχήν τε καὶ σῶμα· ὄνομα ἦν αὐτῷ Παλλάδιος. Οὗτος τοσοῦτον ἱππεύων ἤλαυνεν, ὡς ἐν τρισὶν ἡμέραις καταλαμβάνειν τοὺς τόπους τοὺς ὁρίζοντας τὴν χώραν Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν, καὶ αὖθις ἐν τοσαύταις ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν παραγίνεσθαι. Διέβαινε δὲ οὗτος ὁ ἀνὴρ ταχύτατα καὶ κατὰ πάντα τὰ τῆς οἰκουμένης μέρη, ἔνθα αὐτὸν ὁ αὐτοκράτωρ ἀπέστελλε. Καί ποτε τῶν ἐλλογίμων τις περὶ αὐτοῦ τοιοῦτον λόγον ἐφθέγξατο· Οὗτος ὁ ἀνὴρ

## CAP. XIX.

### *De Palladio cursore.*

Porro res gestæ imperatori Theodosio nuntiabantur. Quonam autem modo ea quæ tam dissitis in locis agebantur, imperator velociter didicerit, exponam. Felici quodam fato nactus est virum, animi simul et corporis vigore præditum, Palladium nomine. Hic tanta velocitate equos publicos agitabat, ut intra tridui spatium ad ea loca perveniret **366** quæ Persarum ac Romanorum regionem D disterminant, ac rursus totidem diebus Constantinopolim rediret. Alias præterea orbis partes in quas ab imperatore missus fuerat, idem ille vir celerrime transcurrebat. Itaque quidam e numero

## VALESII ANNOTATIONES.

(10) *Εἰς τοὺς οἰκείους ἐπεχώρησαν τόπους.* Procul dubio scribendum est ὑπεχώρησαν.

(11) *Βιτιανὸς ἄλλος Ῥωμαίων στρατηγός.* In *Historia tripartita* quam vertit Epiphanius Scholasticus, hic Romanorum dux Beatianus vocatur. Quod magis probo. Porro hæc Romanorum de Persis victoria contigit Eustathio et Agricola consulibus, anno Christi 401, ut docet Marcellinus Comes in *Chronico*, et auctor *Chronici Alexandrini*, qui scribit victoriam illam nuntiatam esse imperatori Theodosio mense Gorpieo, die octavo Idus Septembris, feria tertia. Fuit hic annus 14 imperii Theodosii Junioris. Quare fallitur Theophanes in *Chronico*, qui illam Romanorum victoriam de Persis refert anno octavo decimo Theodosii. De hoc Vitiano Basilius in libro *De miraculis beatæ Theclæ*, cap. 4.



Digitized by Google

disertorum, non inscite de illo ita dixit aliquando: Hic vir imperium Romanum per se latissimum, celeritate sua angustissimum videri facit. Ipse etiam Persarum rex stupore percellebatur, cum de viro illo hæc audiret. Sed de Palladio satis dictum sit.

## CAP. XX.

*Quomodo Persæ rursus ingenti prælio victi sint a Romanis.*

Cæterum imperator Romanus Constantinopoli degens, de victoria tam aperte a Deo donata certior factus, adeo tamen benignus fuit, ut quamvis Romani rem feliciter gessissent, pacem nihilominus amplecteretur. Mittit igitur Helionem, virum quem plurimi faciebat, cum mandatis, ut cum Persis pacis fœdus componeret. Qui cum in Mesopotamiam venisset, ad eum locum ubi Romani securitatis suæ causa fossam duxerant, legatum de pace facienda præmisit Maximinum quemdam, virum facundia pollentem, qui Ardaburii magistri militum erat assessor. Hic cum ad regem Persarum venisset, se pacis componendæ causa missum esse dixit, non ab imperatore Romano, sed a ducibus illius. Imperatorem enim hujus belli penitus ignarum esse affirmabat; et postquam illud resciverit, facile contempturum. Et cum Persarum rex legationem illam libenter amplecti vellet: exercitus enim ejus annonæ penuria premebatur: milites qui apud Persas immortales vocantur: sunt autem decem millia fortissimorum virorum: ad regem accedentes, pacem non prius admittendam esse dixerunt, quam ipsi Romanos tum maxime incautos aggressi essent. Eorum consiliis obsecutus rex, oratorem quidem in abdito loco conclusum custodiri jubet: immortales vero illos misit, qui Romanis insidias struerent. Qui cum ad destinatum locum pervenissent, in duas turmas divisi, partem quamdam exercitus Romani circumvenire statuerunt. At Romani unam tantum Persarum turmam cernentes, ad eam excipiendam se comparabant. Altera vero turma ab eis minime conspiciebatur. Subito enim prorumpebant ad pugnam. Cumque prælium jamjam committendum esset, alter Romanorum exercitus, cui præerat Procopius magister militum, divina sic disponente providentia, ex colle prospexit. Qui cum **367** socios et contribu-

A μεγίστην οὖσαν τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, μικρὰν ἔδειξε τῇ ταχυτῆτι. Κατεπλήττετο δὲ καὶ ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ταῦτα περὶ τοῦ ἀνδρὸς πυνθανόμενος. Ἀλλὰ περὶ μὲν δὴ Παλλαδίου τοσαῦτα εἰρήσθω.

## ΚΕΦΑΛ. Κ'.

*Ὅπως πάλιν οἱ Πέρσαι κατακράτος ὑπὸ Ῥωμαίων ἡττήθησαν.*

Ὁ δὲ βασιλεὺς τῶν Ῥωμαίων ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει διατρίβων, γνούς τε τὴν ἐναργῶς ἐκ Θεοῦ παρασχεθεῖσαν (12) νίκην, οὕτως ἦν ἀγαθὸς, ὡς καὶ εὐτυχῶς πραξάντων τῶν ὑπ' αὐτῷ, ὅμως εἰρήνην ἀσπάζεσθαι. Πέμπει οὖν Ἡλίωνα, ἄνδρα ὃν πάνυ διὰ τιμῆς ἦγεν, εἰρήνην σπείσασθαι πρὸς Πέρσας
B ἐντειλάμενος. Γενόμενος δὲ Ἡλίων ἐν Μεσοποταμίᾳ, ἔνθα τὴν τάφρον οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς οἰκείαν φυλακὴν ἐπεποίηντο, πέμπει πρεσβευτὴν περὶ εἰρήνης Μαξιμῖνον, ἄνδρα ἐλλόγιμον, ὃς τοῦ στρατηγοῦ Ἀρδαβουρίου συγκάθεδρος (13) ἦν. Οὗτος παρὰ τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα γενόμενος, περὶ εἰρήνης πεπέμφθαι ἔλεγεν, οὐ παρὰ τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων, ἀλλὰ παρὰ τῶν αὐτοῦ στρατηγῶν. Οὔτε γὰρ γινώσκεσθαι παρὰ τοῦ βασιλέως τόνδε τὸν πόλεμον ἔφασκεν. Εὐτελῆ δὲ αὐτῷ καὶ γνωσθέντα νομίζεσθαι. Τοῦ δὲ Πέρσου ἑτοίμως τὴν πρεσβείαν δέξασθαι προαιρουμένου· ἔκαμνε γὰρ αὐτῷ ἡ στρατιὰ ὑπὸ λιμοῦ· παρελθόντες οἱ καλούμενοι παρ' αὐτοῖς ἀθάνατοι· ἀριθμὸς δὲ ἐστιν οὗτος μυρίων γενναίων ἀνδρῶν· μὴ πρότερον ἔφασαν τὴν εἰρήνην προσδέξασθαι, πρὶν ἂν αὐτοῖς
C ἀφυλάκτοις (14) οὖσι νῦν τοῖς Ῥωμαίοις ἐπιθῶνται. Πείθεται ὁ βασιλεὺς, καὶ τὸν μὲν πρεσβευτὴν συγκλείσας ἐφύλαττεν· ἐκπέμπει δὲ τοὺς ἀθανάτους, ἐνέδραν τοῖς Ῥωμαίοις ποιήσοντας. Οἳ καὶ παραγενόμενοι, εἰς δύο τε τάγματα μερισθέντες, μεσολαβεῖν ἔγνωσαν τῶν Ῥωμαίων μοῖράν τινα. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, τὸ μὲν ἓν τάγμα τῶν Περσῶν καθορῶντες, πρὸς τὴν αὐτῶν ὁρμὴν ηὐτρεπίζοντο· τὸ δὲ ἕτερον αὐτοῖς οὐ καθωρᾶτο. Ἐξαίφνης γὰρ προσέβαλλον. Μελλούσης δὲ γίνεσθαι συμβολῆς, ἐκκύπτει κατά τινα Θεοῦ πρόνοιαν ἐκ γεωλόφου τινὸς στρατὸς Ῥωμαίων, ὑπὸ Προκοπίῳ τῷ στρατηλάτῃ (15) ταττόμενος. Ὃς κατιδὼν μέλλοντας κινδυνεύειν τοὺς ὁμοφύλους, ἐπιτίθεται κατὰ νώτου τῶν Περσῶν, καὶ μεσολαβοῦνται οἱ πρὸ μικροῦ τοὺς Ῥωμαίους μεσο-
D λαβήσαντες. Τούτους οὖν σύμπαντας οἱ Ῥωμαῖοι

## VALESII ANNOTATIONES.

(12) *Τὴν ἐναργῶς παρασχεθεῖσαν.* Codex Florentinus duas voces hic interserit, prorsus necessarias, hoc modo: Τὴν ἐναργῶς ἐκ Θεοῦ παρασχεθεῖσαν νίκην. Quas quidem voces, antequam codicem illum nactus essem, hoc loco restitueram ex Nicephoro et ex versione Epiphanii Scholastici.

(13) *Ἀρδαβουρίου συγκάθεδρος.* Pessime Christophorsonus Ardaburii ducis collegam interpretatur. Rectius Musculus assessorem verterat. Epiphanius autem Scholasticus consiliarium, transtulit, quod idem est. De consiliariis seu assessoribus judicum, tam civilium quam militarium, multa olim observavimus in annotationibus ad Ammianum Marcellinum: quæ hic repetere nihil necesse est. Porro hic Maximinus idem videtur esse qui postea a Theodosio imperatore legatus missus est ad Attilam, ut scribit Priscus in Excerptis legationum: ubi eum genere nobilem, et ad multa negotia imperatori utilem fuisse testatur.

(14) *Πρὶν ἂν αὐτοῖς ἀφυλάκτοις.* Procul dubio scribendum est: πρὶν ἂν αὐτοί, quemadmodum legit Christophorsonus et Savilius.

(15) *Ὑπὸ Προκοπίῳ τῷ στρατηλάτῃ.* Hujus Procopii mentionem facit Sidonius in Panegyrico Anthemii Augusti; ubi scribit illum generum fuisse Anthemii quondam consulis et præfecti prætorio, qui Theodosio Juniore adhuc puero regnante, summam imperii administraverat.

Digitized by Google

βραχὺ διαφθείραντες, ἐπὶ τοὺς ἐκ τῆς ἐνέδρας A ἐπιόντας ἐτράπησαν, ὁμοίως τε καὶ τούτους σύμπαντας κατηκόντισαν. Οὕτω μὲν οὖν οἱ λεγόμενοι παρὰ Πέρσαις ἀθάνατοι, θνητοὶ πάντες ἐδείχθησαν, δίκην εἰσπραξαμένου τοῦ Χριστοῦ Πέρσας, ἀνθ' ὧν πολλοὺς αὐτοῦ τῶν θεραπευτῶν εὐσεβεῖς ἄνδρας ἀπέκτειναν. Ὁ δὲ βασιλεὺς τῶν Περσῶν γνοὺς τὸ ἀτύχημα, προσποιεῖται μὲν μὴ εἰδέναι τὰ γενόμενα. Δέχεται δὲ τὴν πρεσβείαν, εἰπὼν πρὸς τὸν πρεσβευτήν· Οὐ Ῥωμαίοις εἴκων, τὴν εἰρήνην ἀσπάζομαι· ἀλλὰ σοὶ χάριν διδοὺς, ὅτι σε φρονιμώτατον πάντων Ῥωμαίων κατέλαβον. Οὕτω μὲν καὶ διὰ τοὺς ἐν Περσίδι γενομένους Χριστιανοὺς (16) ὁ πόλεμος κατεστάλη, ὃς γέγονεν ἐν ὑπατείᾳ τῶν δύο Αὐγούστων, Ὀνωρίου τὸ τρισκαιδέκατον καὶ Θεοδοσίου τὸ δέκατον, τετάρτῳ ἔτει τῆς τριακοσιοστῆς Ὀλυμπιάδος. B Ἐπαύσατο δὲ καὶ ὁ ἐν Περσίδι κατὰ Χριστιανῶν διωγμός [m].

les suos discrimen subituros esse cerneret, Persas a tergo adoriuntur. Ita, qui paulo ante Romanos interceptos circumvenerant, ipsi sunt circumventi. Hisce igitur omnibus brevi temporis spatio ad unum cæsis, Romani ad eos qui ex insidiis prorumpebant se transferunt; eosque similiter universos jaculis confecerunt. Ad hunc modum hi qui a Persis immortales dicebantur, mortales esse convicti sunt: Christo has de Persis exigente pœnas, eo quod plurimos cultores numinis sui, viros pios et sanctos, interemissent. At Persarum rex de hac clade certior factus, ea quæ gesta fuerant ignorare se finxit, admissaque legatione legatum his verbis allocutus est: Non quod Romanis cedam, pacem idcirco amplector: sed ut tibi gratificer, quem omnium Romanorum prudentissimum deprehendi. Hoc itaque modo bellum quod propter Christianos in Perside degentes susceptum fuerat, finem accepit. Quod quidem contigit consulatu Honorii tertio decimo et Theodosii decimo, anno quarto Olympiadis trecentesimæ. Simul etiam persecutio quæ adversus Christianos excitata fuerat in Perside, conquievit.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

*Οἷα τοῖς τῶν Περσῶν αἰχμαλώτοις Ἀκάκιος Ἀμίδης ἐπίσκοπος πεποίηκε.*

Τότε δὴ καὶ Ἀκάκιον τὸν τῆς Ἀμίδης ἐπίσκοπον [n] πρᾶξις ἀγαθὴ περιφανέστερον πεποίηκε τοῖς πᾶσιν. Ὡς γὰρ οἱ Ῥωμαίων στρατιῶται τοὺς αἰχμαλώτους Περσῶν, οὓς τὴν Ἀζαζηνὴν πορθήσαντες (17) ἔλαβον, ἀποδοῦναι τῷ Περσῶν βασιλεῖ κατ' οὐδένα τρόπον ἐβούλοντο, λιμῷ τε οἱ αἰχμάλωτοι ἐφθείροντο, περὶ τοὺς ἑπτακισχιλίους ὄντες τὸν ἀριθμόν· καὶ C ταῦτα οὐ μικρῶς ἐλύπει τὸν βασιλέα τῶν Περσῶν· τότε ὁ Ἀκάκιος οὐ παρεῖδε ταῦτα γινόμενα, συγκαλέσας δὲ τοὺς ὑφ' αὐτῷ κληρικοὺς ἄνδρας (18), ἔφη· Ὁ Θεὸς ἡμῶν οὔτε δίσκων, οὔτε ποτηρίων χρῄζει. Οὔτε γὰρ ἐσθίει, οὔτε πίνει, ἐπεὶ μὴ προσδεής ἐστιν. Ἐπεὶ τοίνυν πολλὰ κειμήλια χρυσᾶ τε καὶ ἀργυρᾶ ἡ ἐκκλησία ἐκ τῆς εὐγνωμοσύνης τῶν προσηκόντων

## CAP. XXI.

*Quomodo Acacius episcopus Amidæ erga captivos Persarum se gesserit.*

Eodem tempore Acacius Amidenus episcopus, pio quodam opere perpetrato, apud omnes multo magis inclaruit. Nam cum milites Romani captivos Persarum, quos ipsi Azazenem vastantes ceperant, regi Persarum restituere prorsus abnuerent, atque interim captivi, qui erant circiter septem hominum millia, fame consumerentur: quæ res animum regis Persarum vehementer angebat: Acacius eam rem haudquaquam negligendam putavit. Convocatis igitur clericis qui sub ipso erant: Deus, inquit, noster nec lancibus indiget nec poculis. Nam neque comedit neque bibit, quippe qui nulla re opus habeat. Cum igitur multa vasa, partim aurea, partim argentea possideat ecclesia ex benevolentia ac

### VALESII ANNOTATIONES.

(16) *Διὰ τοὺς ἐν Περσίδι γενομένους Χριστιανούς*. Non dubito quin locus hic ita restituendus sit: Οὕτω μὲν καὶ διὰ τοὺς ἐν Περσίδι Χριστιανοὺς γενόμενος ὁ πόλεμος κατεστάλη, ὃ γένονεν ἐν ὑπατείᾳ δύο Αὐγούστων, atque ita legit Epiphanius Scholasticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Et hoc modo bellum propter Christianos exortum de Parthorum regione cessavit. Contigit autem consulatu Honorii* XIII, *et Theodosii* X. Certe his consulibus bellum Persicum non gestum fuit, sed finitum. Cœptum enim fuerat superiore anno, Eustathio et Agricola consulibus, ut supra observavi. Atque id confirmat Marcellinus Comes in *Chronico*: *Honorio* XIII *et Theodosio* X *coss., Persæ cum Romanis pacem pepigere.*

(17) *Τὴν Ἀζαζηνὴν πορθήσαντες*. Sic etiam vocavit hanc provinciam supra in capite 18. Theophanes in *Chronico* Ἀρξάνην vocat, vel Ἀρζάνην: sic enim habent aliquot exemplaria. Una fuit ex quinque regionibus Transtigritanis, Arzanene dicta, teste Ammiano Marcellino in libro XXV: quæ et Arxanene et Araxiane et Araxene interdum dicitur, D ut monui ad supradictum librum Ammiani Marcellini.

(18) *Κληρικοὺς ἄνδρας*. Longe elegantius ita scriberetur hic locus: Συγκαλέσας τοὺς ὑφ' αὐτῷ κληρικοὺς, Ἄνδρες, ἔφη, etc., atque ita legit Epiphanius Scholasticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim ille: *Tum igitur Acacius convocans clericos sibi subjectos: Viri, inquit, fratres*, etc. Nicephorus nostram hanc emendationem plane confirmat.

### VARIORUM.

[m] *Ἐπαύσατο διωγμός*. Licet persecutio, pacis occasione, conquieverit, eam tamen per annos triginta, ab anno 414 inchoandos, perdurasse testatur Theodoritus, *Hist.* lib. V, c. 39. Vide Ant. Pagi, ad ann. 408, n. 5, et ad ann. 422, n. 11.

[n] *Τὸν τῆς Ἀμίδης ἐπίσκοπον*. *Amida*, urbs Mesopotamiæ præcipua, ampla et archiepiscopalis, in excelso monte, in limite Assyriæ, ad Tigrim fluvium, ubi recipit Nymphium. BAUDRAND.

Digitized by Google

liberalitate eorum qui in ipsam ascripti sunt, consentaneum est ut **368** illorum pretio captivos a militibus redimamus, eisque cibos subministremus. Cum hæc aliaque ejusmodi illis disseruisset, vasa quidem sacra conflari jussit: deinde pro singulis captivis pretio militibus persoluto aliquandiu eos aluit: tandemque viatico instructos ad regem Persarum remisit. Hoc admirabilis Acacii facinus regem Persarum ingenti stupore perculit, quod Romani et bello et beneficentia hostem vincere studerent. Ferunt etiam optasse regem ut Acacius in conspectum ipsius veniret, quo ipse ejus viri aspectu frueretur: idque imperatore Theodosio annuente factum fuisse. Cum ergo tam illustris victoria divinitus data esset Romanis, multi eloquentia præstantes in laudem imperatoris panegyricas orationes conscripserunt, easque publice recitarunt. Ipsa quin etiam imperatoris uxor, heroico versu poemata composuit. Erat enim admodum erudita, utpote Leontii Atheniensis sophistæ filia, a patre edocta, et in omni litterarum genere instituta. Hanc cum imperator Theodosius uxorem ducturus esset, Atticus episcopus Christianam fecit, et in baptismo pro Athenaide Eudociam nominavit. Multi ergo, uti jam dixi, panegyricas orationes recitarunt: alii, ut imperatori innotescerent; alii eo consilio, ut eloquentiæ suæ vim ac facultatem auditoribus ostentarent, cum eruditionem illam, quam multis sudoribus comparaverant, nullatenus latere vellent.

A αὐτῇ κέκτηται, προσήκει ἐκ τούτων ῥύσασθαί τε τῶν στρατιωτῶν τοὺς αἰχμαλώτους (19), καὶ διαθρέψαι αὐτούς. Ταῦτα καὶ ἄλλα πλείονα τούτοις παραπλήσια διεξελθὼν, χωνεύει μὲν τὰ κειμήλια °. Τιμήματα δὲ τοῖς στρατιώταις ὑπὲρ τῶν αἰχμαλώτων καταβαλὼν, καὶ διαθρέψας αὐτοὺς, εἶτα δοὺς ἐφόδια, τῷ οἰκείῳ ἀπέπεμψε βασιλεῖ. Αὕτη ἡ τοῦ θαυμαστοῦ Ἀκακίου πρᾶξις πλέον τὸν Περσῶν βασιλέα κατέπληττεν, ὅτι ἀμφότερα Ῥωμαῖοι μεμελετήκασι, πολέμῳ τε καὶ εὐεργεσίᾳ νικᾷν. Φασὶν δὲ ὡς καὶ ἐπιθυμήσειν (20) ὁ Περσῶν βασιλεὺς εἰς ὄψιν ἐλθεῖν αὐτῷ τὸν Ἀκάκιον, ἐφ' ᾧτε καὶ τῆς θέας ἀπολαῦσαι τ' ἀνδρὸς, καὶ τοῦτο γενέσθαι τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου κελεύσαντος. Τῆς οὖν ἐκ Θεοῦ νίκης τοῖς Ῥωμαίοις ὑπαρξάσης, πολλοὶ τῶν ἐν λόγοις ἀνθούντων B εἰς τὸν βασιλέα βασιλικοὺς ἔγραφον λόγους, δημοσίᾳ τε τούτους παρῄεσαν. Καὶ δὴ καὶ ἡ τοῦ βασιλέως γαμετὴ ᵖ ἡρωϊκῷ μέτρῳ ποιήματα ἔγραφεν· ἦν γὰρ ἐλλόγιμος· Λεοντίου γὰρ τοῦ σοφιστοῦ τῶν Ἀθηνῶν (21) θυγάτηρ οὖσα, ὑπὸ τῷ πατρὶ ἐπαιδεύθη, καὶ διὰ λόγων ἐληλύθει παντοίων. Ταύτην ἡνίκα ὁ βασιλεὺς ἔμελλεν ἄγεσθαι, Χριστιανὴν ὁ ἐπίσκοπος Ἀττικὸς ποιήσας, ἐν τῷ βαπτίζειν, ἀντὶ Ἀθηναΐδος Εὐδοκίαν ὠνόμασεν. Πολλοὶ μὲν οὖν, ὡς ἔφην, βασιλικοὺς ἔλεγον λόγους· ὁ μέν τις τῷ βασιλεῖ γνώριμος βουλόμενος γενέσθαι· ὁ δέ τις τὴν οἰκείαν ἐν λόγοις δύναμιν εἰς πολλοὺς ἄγειν ἐσπουδακὼς, μηδαμῶς ἀγνοεῖσθαι θέλων ἣν πολλοῖς πόνοις παιδείαν ἐκτήσατο.

## CAP. XXII.

*De virtutibus quæ in Theodosio Juniore inerant.*

Ego vero qui neque in imperatoris notitiam pervenire studeo, nec eloquentiam ostentare desidero, ea quæ in imperatore nostro insunt bona, absque ullo orationis fuco sincere exponere constitui. Etenim cum tam utilia sint ac fructuosa, ea silentio præterire, non mediocre afferret detrimen-

C

## ΚΕΦΑΛ. ΚΒʹ.

*Περὶ τῶν προσόντων καλῶν τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ τῷ νέῳ.*

Ἐγὼ δὲ οὔτε τῷ βασιλεῖ γνωρισθῆναι σπουδάζων, οὔτε λόγων ἐπίδειξιν ποιήσασθαι βουλόμενος, αὐτὰ ψιλὰ μετὰ τῆς ἀληθείας τὰ προσόντα καλὰ τῷ βασιλεῖ ἀπομνημονεῦσαι προῄρημαι. Ἐπεὶ καὶ τῷ σιγῆσαι αὐτὰ οὕτως ὄντα χρηστὰ, ζημίαν κρίνω μὴ γνωσθέντα τοῖς μεθ' ἡμᾶς. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐν βα-

## VALESII ANNOTATIONES.

(19) *Ῥύσασθαι τῶν στρατιωτῶν τοὺς αἰχμαλώτους.* Pessime Christophorsonus vertit, milites captivos liberare. Nam qui capti fuerant a Romanis in Arzanene, inermes erant; plerique rustici qui regionem illam incolebant. Adde quod milites κατ' ἐξοχὴν dicuntur Romani, ad distinctionem barbarorum, ut notavi ad Ammianum Marcellinum. Ita Socrates noster paulo post στρατιώτας appellat Romanos. Τιμήματα δὲ τοῖς στρατιώταις ὑπὲρ τῶν αἰχμαλώτων καταβαλών.

(20) *Φασὶν δὲ ὡς καὶ ἐπιθυμήσειν.* Scribendum est procul dubio ἐπεθύμησεν. Idque postulat lex grammatica.

D (21) *Λεοντίου γὰρ τοῦ σοφιστοῦ τῶν Ἀθηνῶν.* Hic est, ni fallor, Leontius, quem Olympiodorus suo studio et cura promotum esse scribit Athenis ad sophisticum thronum, cum id ille minime adhuc vellet, quemadmodum refert Photius in *Bibliotheca.*

## VARIORUM.

° *Χωνεύει μὲν τὰ κειμήλια.* Simile quiddam de sancto Augustino scribit Possidius in Vita ejus, c. 24: *Nam et de vasis Dominicis propter captivos et quamplurimos indigentes, frangi et conflari jubebat, et indigentibus dispensari. Quod non commemorassem, nisi contra carnalem sensum quorumdam fieri perviderem. Et hoc ipsum etiam venerabilis memoriæ Ambrosius in talibus necessitatibus indubitanter esse faciendum et dixit et scripsit.* Ambros., lib. II *Off.*, c. 18.

ᵖ *Ἡ τοῦ βασιλέως γαμετή.* Eudocia, filia Leontii Heracliti, philosophi Atheniensis, mortuo patre, Constantinopolim cum cognatis suis venit, et nupta est Theodosio Juniori imp. VII Idus Junias anni 421, nuptias conciliante Pulcheria Theodosii sorore, quæ sic virginem ad fratrem laudavit: *Inveni adolescentulam puram, egregie ornatam, subtili frontis descriptione et lineamentis, decenti naso, niveo candore, luminibus magnis, singulari gratia, coma crispa et flava, maturo incessu, eruditam, Græcanicam virginem.* Plura de hac re videantur in *Chronico Alexandrino*, sub hujus anni consulibus.

Digitized by Google

σιλεία τεχθεὶς καὶ τραφεὶς, οὐδὲν ἐκ τῆς ἀνατροφῆς A εἶχε βλακῶδες· ἀλλ' οὕτως ἦν φρόνιμος, ὡς τοῖς ἐντυγχάνουσι νομίζεσθαι διάπειραν πολλῶν εἰληφέναι πραγμάτων. Καρτερὸς δὲ οὕτως ἦν, ὡς καὶ κρύος καὶ καῦμα γενναίως ὑπομένειν· νηστεύειν τε τὰ πολλὰ, καὶ μάλιστα τὰς καλουμένας τετράδας καὶ παρασκευὰς ἡμέρας. Καὶ τοῦτο ἐποίει, ἀκρως χριστιανίζειν ἐσπουδακώς. Οὐκ ἀλλοιότερα δὲ ἀσκητηρίου κατέστησε τὰ βασίλεια. Αὐτὸς τοιγαροῦν ταῖς ἑαυτοῦ ἀδελφαῖς (22) ὀρθρίζων, ἀντιφώνους ὕμνους εἰς τὸ Θεῖον ἔλεγε. Διὸ καὶ τὰ ἱερὰ Γράμματα ἀπὸ στήθους ἀπήγγειλεν. Ἐντυγχάνουσι γοῦν τοῖς ἐπισκόποις, ὡς ἱερεὺς πάλαι καθεστὼς, ἐκ τῶν Γραφῶν διελέγετο. Συνῆγε δὲ καὶ τὰς βίβλους τὰς ἱερὰς, καὶ ὅσας οἱ ἑρμηνεῖς αὐτῶν συνέγραψαν, μᾶλλον ἢ Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος πρότερον. Τὸ ἀνεξίκακον B καὶ φιλάνθρωπον, πάντας ἀνθρώπους ὑπερηκόντιζεν. Ἰουλιανὸς μὲν γὰρ ὁ βασιλεὺς, καίπερ φιλοσοφεῖν ἐπαγγειλάμενος, ὅμως οὐκ ἤνεγκε τὴν ὀργὴν κατὰ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ αἰνιξαμένων αὐτόν· ἀλλὰ βασάνους μεγίστας τῷ Θεοδώρῳ προσήγαγεν. Θεοδόσιος δὲ πολλὰ χαίρειν τοῖς Ἀριστοτέλους φράσας συλλογισμοῖς, τὴν δι' ἔργων ἤσκει φιλοσοφίαν, ὀργῆς τε κρατῶν καὶ λύπης καὶ ἡδονῆς· καὶ οὐδένα τῶν ἠδικηκότων ἠμύνατο. Ἀλλ' οὐδὲ ὅλως αὐτὸν ὀργιζόμενόν τις τεθέαται. Καί ποτε τινὸς τῶν γνωρίμων αὐτὸν ἐρομένου· διὰ τί μηδένα τῶν ἀδικούντων θανάτῳ ποτὲ ἐζημίωσας; Εἴθε, φησὶ, δυνατὸν καὶ τοὺς τελευτήσαντας ἦν ἐπαγαγεῖν εἰς τὴν ζωήν! Πρὸς ἄλλον δὲ περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐρωτήσαντα, Οὐ μέγα, ἔφη, οὐδὲ C δυσχερὲς, ἄνθρωπον ὄντα ἀποθανεῖν· ὅτι μηδὲ Θεῷ μόνῳ (23) τὸν ἅπαξ θανόντα, ἐκ μετανοίας ἀνακαλέσασθαι. Οὕτω δὲ τοῦτο βεβαίως αὐτῷ κατώρθωτο, ὥστε εἴ ποτέ τις ἄξια κεφαλικῆς ἐπλημμέλησε τιμωρίας, οὐδ' ἄχρι τῆς πόλεως τῶν πυλῶν τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀπήγετο, καὶ ἡ ἐκ τῆς φιλανθρωπίας εὐθὺς ἀνάκλησις εἵπετο. Κυνήγια δέ ποτε ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως ἐπιτελοῦντος αὐτοῦ, ὁ δῆμος κατεβόα, δεινῷ θηρίῳ ἕνα τῶν εὐφυῶν παραβόλων (24) μάχεσθαι. Ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς, Οὐκ οἴδατε, ἔφη, ὅτι ἡμεῖς φιλανθρώπως εἰθίσμεθα θεωρεῖν; Καὶ τοῦτο εἰπὼν, τοῦ λοιποῦ τὸν δῆμον φιλανθρώπως θεᾶσθαι ἐπαίδευσεν. Οὕτω μὲν ἦν εὐσεβὴς,

tum posteritati, quæ illorum notitia fraudaretur. Primum igitur, tametsi in imperio natus atque educatus sit, nihil stuporis ac vecordiæ ex illa educatione contraxit: verum adeo prudens semper fuit, ut iis qui cum ipso colloquebantur, **369** plurimarum rerum scientiam usu ac peritia collegisse videretur. Fortitudo vero ac tolerantia tanta in eo fuit, ut algorem pariter et æstum generoso animo sustineret: jejunaret etiam frequentissime, ac præsertim quarta et sexta feria. Idque agebat, Christianæ religionis ritus accurate observare contendens. Denique palatium suum sic instituit, ut a monasterio non multum discreparet. Matutino tempore ipse una cum sororibus suis hymnos in Dei laudem alternis recitare consueverat. Proinde sacræ Scripturæ libros memoriter callebat. Et cum episcopis qui ipsum adierant, tanquam veteranus quidam sacerdos, de iisdem disserebat. In colligendis autem divinis libris eorumque interpretibus, longe majorem adhibuit diligentiam quam Ptolemæus olim Philadelphus. Clementia vero atque humanitate omnes mortales longe intervallo superavit. Nam imperator quidem Julianus, licet philosophiæ studium profiteretur, iram tamen adversus Antiochenos, a quibus derisus fuerat, moderari non potuit: sed Theodorum gravissimis tormentis excruciavit. Theodosius vero syllogismos Aristotelis valere jubens, philosophiam factis ipsis exercuit: iram ac dolorem comprimens et voluptatem. Neminem unquam qui ipsum injuria affecisset, ultus est. Imo vero nullus unquam eum vidit iratum. Cumque aliquando quidam ex familiaribus eum interrogaret, quamobrem nullum unquam eorum a quibus læsus fuerat, capitali supplicio multasset: Utinam, inquit, etiam mortuos ad vitam revocare mihi liceret! Alteri etiam de eadem re sciscitanti ita respondit: Nec magna, nec difficilis res est, ut is qui homo sit, mortem obeat; mortuum vero ex pœnitentia iterum vitæ restituere, solius est Dei. Cæterum adeo studiose hanc virtutem excoluerat, ut si forte quis crimen aliquod capitali dignum supplicio admisisset, nunquam ad ipsas usque civitatis portas fuerit abdu-

## VALESII ANNOTATIONES.

(22) *Αὐτὸς τοιγαροῦν ταῖς ἑαυτοῦ ἀδελφαῖς.* D Scribendum est, αὐτὸς τοιγαροῦν σὺν ταῖς ἑαυτοῦ ἀδελφαῖς, ut habet Nicephorus in cap. 3, lib. XIV. Error natus est ex eo quod particulæ istæ, οὖν et σὺν, ab exscriptoribus confundi inter se solent.

(23) *Ὅτι μηδὲ Θεῷ μόνῳ.* Epiphanius Scholasticus totum hunc locum ita vertit: *Non est*, inquit, *magnum neque difficile hominem mori, quia neque Deo soli, semel mortuum ex pœnitentia suscitare.* Supple ἀπὸ κοινοῦ magnum et difficile est. Nicephorus autem Callistus hunc locum ita expressit: Οὐδὲν, εἶπε, καινὸν, ἄνθρωπον ὄντα ἀποβιῶναι· Θεοῦ δὲ ἂν εἴη μόνου, τὸν ἅπαξ θανόντα τῇ μετανοίᾳ ἀνακαλέσασθαι. Quæ Langus ita vertit: *Nihil esse novi, dixit, si quis, homo cum sit, e vita excedat: unius autem Dei esse, eum qui semel mortuus sit, per pœnitentiam ad vitam revocare.* Sed non probo quod Nicephorus pro, ἐκ μετανοίας, substituit τῇ μετανοίᾳ. Neque enim hic sermo est de animæ, sed de corporis vita. Quare magis probo versionem Musculi, qui sic transtulit: *Ex pœnitentia vero revocare eum qui semel mortuus est, non est nisi soli Deo possibile.* Hæc tamen versio non placuit Christophorsono, eo quod pœnitentiam tribuere videatur Deo. Verum hæc locutio tolerari potest, cum in sacris Libris Deus interdum pœnitere se dicat alicujus facti.

(24) *Τῶν εὐφυῶν παραβόλων.* Scaliger in notis ad librum IV Manilii, et post illum Salmasius in notis ad Capitolinum, pag. 258, jamdudum observarunt, παραβόλους dictos esse a Græcis eos qui operam suam locabant, ut cum bestiis depugnarent. Sed quod confectores cum iisdem παραβόλοις confundunt, non probo. Alii enim erant confectores, ut ad Eusebium notavi: qui non pugnabant cum bestiis, sed eas eminus conficiebant.

Digitized by Google

ctus : sed missa statim indulgentia revocatus sit. Cum aliquando venationis spectaculum in amphitheatro præberet Constantinopoli, populus vociferari cœpit : Cum fera bestia audax quidam bestiarius pugnet. Quibus ille ita respondit : Nescitis nos cum humanitate et clementia spectaculis interesse solitos ? Quo dicto populum instituit humanioribus spectaculis delectari. Tanta porro pietate præditus fuit, ut omnes quidem Dei sacerdotes summopere coleret : sed eos præcipue, quos sanctitate vitæ excellere cognoverat. Certe cum Chebronensis **370** episcopus extremum diem obiisset Constantinopoli, sagum ejus cupide petiisse dicitur, eoque, licet admodum sordido, pro pallio usus fuisse, cum confideret se hoc modo nonnihil ex ejus viri sanctimonia percepturum. Quodam anno, cum mala atque incommoda tempestas esset, consueta ac solemnia in circo spectacula, populo ea flagitante, necessitate compulsus edebat. Cum autem referto jam circo tempestas vehementius ingrueret, nivalibus imbribus magno impetu cadentibus : tunc imperator quomodo erga Deum affectus esset perspicue declaravit, populum per præcones ita allocutus : Multo satius est, ut omisso spectaculo omnes pariter Deo supplicemus, quo ab imminente tempestate servemur illæsi. Nondum hæc verba penitus absolverat præco, cum ecce omnes summa alacritate Deo supplicantes, hymnos in circo concinere cœperunt. Ac tota quidem civitas instar cujusdam ecclesiæ videbatur. Imperator vero in medio incedens privato habitu, hymnos præcinebat. Nec spes eum tunc fefellit. Cœlum enim repente ad pristinam serenitatem rediit, et ex annonæ penuria ingentem frugum copiam divina providentia cunctis largita est. Si quando bellum commotum fuisset, Davidis exemplum imitatus, confugiebat ad Deum, quem bellorum moderatorem esse intelligebat : et precibus suis victoriam promerebatur. Opportune igitur hoc loco commemorabo qua ratione, paulo post Persicum bellum, cum imperator Honorius defunctus esset, Asclepiodoto et Mariniano consulibus, die XVIII Kalendas Septembris, ipse Joannem tyrannum Deo confisus superaverit. Etenim ea quæ tum contigerunt, meo quidem judicio, dignissima sunt memoratu. Quæ enim Hebræis olim duce

A ὥστε πάντας τοὺς τῷ Θεῷ ἱερωμένους τιμᾷν· ἐξαιρέτως δὲ οὓς ἐπυνθάνετο ἐπ᾽ εὐλαβείᾳ πλέον ἐκπρέποντας. Λέγεται δὲ ὅτι τοῦ Χεβρῶν ἐπισκόπου (25) ἐν Κωνσταντίνου πόλει τελευτήσαντος, στάγιον q ἐπιζητῆσαι, καὶ σφόδρα ἐῤῥυπωμένον περιβαλέσθαι, πιστεύσας μεταλαβεῖν τι ἐκ τῆς τοῦ τελευτήσαντος ἁγιότητος. Δυσχειμέρου δέ ποτε γενομένου τοῦ ἔτους, τὰ συνήθη καὶ ὡρισμένα τῶν ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ θεαμάτων, διὰ τὸν δῆμον ταῦτα ἐπιζητοῦντα, ἀναγκαίως ἐπετέλει. Ὡς δὲ πεπληρωμένου ἀνδρῶν ἱπποδρόμου ἐπέτεινεν ὁ χειμὼν, πολλοῦ νιφετοῦ καταῤῥαγέντος, τότε δὴ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ὁ βασιλεὺς, οἵαν εἶχε περὶ τὸ Θεῖον, δήλην καθίστησι, τῷ δήμῳ προσφωνήσας διὰ τῶν κηρύκων· Ἀλλὰ πολλῷ κρεῖσσον, ἔφη, καταφρονήσαντας τῆς θέας, κοινῇ πάντας λιτανεῦσαι B Θεὸν, ὅπως ἀβλαβεῖς τοῦ ἐπικειμένου χειμῶνος φυλαχθείημεν. Καὶ οὔπω πᾶν ἤρετο τὸ ἔπος, καὶ σὺν χαρᾷ μεγίστῃ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ λιτανεύοντες, ὕμνους ἐκ συμφωνίας πάντες ἀνέπεμπον τῷ Θεῷ. Καὶ ὅλη μὲν ἡ πόλις μία ἐκκλησία ἐγένετο. Βασιλεὺς δὲ μέσος ἐξῆρχετο τῶν ὕμνων, ἐν ἰδιωτικῷ σχήματι πορευόμενος, καὶ τῆς ἐλπίδος οὐχ ἥμαρτεν. Ὁ ἀὴρ γὰρ εἰς τὸ εὔδιεινὸν μετεβάλλετο· καὶ ἐκ σιτοδείας, ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία εὐετηρίαν παρεῖχε τοῖς σύμπασιν. Εἰ δέ ποτε πόλεμος ἐκινεῖτο, κατὰ τὸν Δαβὶδ τῷ Θεῷ προσέφευγεν, εἰδὼς αὐτὸν τῶν πολέμων εἶναι ταμίαν, καὶ εὐχῇ τούτους κατώρθου. Αὐτίκα γοῦν ὀλίγον μετὰ τὸν πρὸς Πέρσας πόλεμον τοῦ βασιλέως Ὀνωρίου τελευτήσαντος, ἐν ὑπατείᾳ Ἀσκληπιοδότου καὶ C Μαριανοῦ, τῇ πεντεκαιδεκάτῃ r τοῦ Αὐγούστου μηνὸς (26), ὅπως τὸν τύραννον Ἰωάννην Θεῷ πιστεύσας ἐτροπώσατο, διηγήσομαι. Ἄξια γὰρ μνήμης κρίνω τὰ τότε γενόμενα. Ὅτι οἷα ἐπὶ Μωϋσέως τοῖς Ἑβραίοις ὑπῆρξε τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν διαβαίνουσι, τοιαῦτα καὶ τοῖς αὐτοῦ στρατηγοῖς, ἡνίκα αὐτοὺς ἐπὶ τὸν τύραννον ἔπεμψεν. Ἅπερ διὰ βραχέων ἐκθήσομαι, τὸ μέγεθος αὐτῶν, ἰδίας πραγματείας δεόμενον, ἑτέροις παρείς.

## VALESII ANNOTATIONES.

(25) *Χεβρῶν ἐπισκόπου*. Quæ fuerit urbs ista, æque mihi p ignotum est, ac nomen ejus episcopi.

(26) *Πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ Αὐγούστου μηνός*. Idem scribit Theophanes in *Chronico*. Sed Olympiodorus dissentit, qui Honorium die sexto Kalendas Septembres mortuum esse scribit.

## VARIORUM.

p Quid obstat quominus *Hebron* urbs Palæstinæ hic intelligatur, quam Χεβρών Septuaginta sine flexione casuum scribunt? Josephus autem et flectit, et inflexum relinquit, ut notavit Christophorus Cellarius. *Tempore Christianorum episcopali sede insignita fuit; veteri tandem destructa, nova Hebron in vicino loco constructa est, nunc oppidum satis cultum*, inquit Mich. Ant. Baudrand.

q *Σάγιον*. Ita et Nicephorus legit : sed Christophorsonus et σάκκον Græce, et *saccum* Latine habet, cui consentit Rob. Stephanus.

r *Πεντεκαιδεκάτῃ*. Apud Olympiodorum, loco VI Kalendas Septembris, legendum XVIII Kalendas Septembris. In eo enim auctore describendo, D librarii non semel erraruut. Idem Olympiodorus, Cedrenus et Philostorgius, lib. XII, num. 13, Honorium *aquæ intercutis morbo obiisse* produnt. Mortuus est, non *Romæ*, ut Theophanes et auctor Miscellæ, quem Baronius secutus est, scribunt ; sed *Ravennæ*, ut tam in *Fastis* Idatii quam in *Chronico* legitur, idque leges Codicis Theodosiani hoc anno, mense Augusto, Ravennæ ab eo datæ, manifestum faciunt ; cum nullæ Romæ hoc anno ab eo emissæ legantur. Natus erat Honorius anno 384, die 9 Septembris, ideoque (mortuus cum sit die 15 mensis Aug. anni 423) vixit annos 38, menses 11, dies 7. (Ant. Pagi, ad ann. 423, n. 2).

Digitized by Google

Mose Rubrum mare trajicientibus, eadem fere imperatoris ducibus evenerunt, tunc cum illos adversus tyrannum misit. Quæ quidem paucis exponam, magnitudinem eorum quæ peculiare opus desiderat, aliis derelinquens.

### ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

*Περὶ Ἰωάννου τοῦ τυραννήσαντος ἐν Ῥώμῃ, μετὰ θάνατον Ὀνωρίου τοῦ βασιλέως· καὶ ὅπως αὐτὸν ὁ Θεὸς ταῖς εὐχαῖς Θεοδοσίου καμφθεὶς, χερσὶ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατοῦ παραδέδωκε.*

Τελευτήσαντος δὴ τοῦ βασιλέως Ὀνωρίου, μαθὼν ὁ αὐτοκράτωρ Θεοδόσιος, κρύπτει μὲν τὸ γενόμενον, καὶ ἄλλοτε ἄλλως τοὺς πολλοὺς ἀπεπλάνα. Ὑποπέμπει δὲ λαθραίως στρατιώτην εἰς Σαλῶνας· πόλις δὲ αὕτη τῆς Δαλματίας· ἵνα εἰ συμβῇ τι νεωτερισθῆναι περὶ τὰ ἑσπέρια μέρη, μὴ πόῤῥωθεν ὦσιν οἱ ἀμυνόμενοι. Καὶ τοῦτο οὕτως προευτρεπίσας, τότε καταφανῆ τὸν θάνατον τοῦ θείου πεποίηκεν. Ἐν τούτῳ δὲ Ἰωάννης πρωτοστάτης ὢν τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων (27), μὴ ἐνεγκὼν τὴν εὐτυχίαν τῆς ἰδίας ἀξίας, τὴν βασιλείαν ἁρπάζει [s], καὶ πρεσβείας ἀποστέλλει πρὸς τὸν αὐτοκράτορα Θεοδόσιον, δεχθῆναι εἰς βασιλέα δεόμενος. Ὁ δὲ, τοὺς μὲν πρεσβευτὰς εἰς φρουρὰν κατέστησεν· ἐξαποστέλλει δὲ τὸν στρατηλάτην Ἀρδαβούριον, ὃς καὶ ἐν τῷ Περσικῷ πολέμῳ τὰ μέγιστα ἠγωνίσατο. Οὗτος εἰς τὰς Σαλῶνας παραγενόμενος, ἔπλει ἐξ αὐτῆς ἐπὶ τὴν Ἀκυληΐαν, καὶ χρῆται τύχῃ καθὼς ἐνομίζετο· ἡ τύχη δὲ [t] ὡς ὕστερον ἐδείχθη. Ἄνεμος γὰρ οὐκ αἴσιος πνεύσας, εἰς τὰς χεῖρας αὐτὸν ἐνέβαλε τοῦ τυράννου· ὃς συλλαβὼν αὐτὸν, ἤλπιζεν εἰς ἀνάγκην καταστῆσαι τὸν αὐτοκράτορα, ὥστε ψηφίσασθαι καὶ ἀναδεῖξαι αὐτὸν βασιλέα, εἰ σώζεσθαι τὸν στρατηλάτην προῃρεῖτο. Ἀληθῶς τε ἐν ἀγῶνι ἦν, ὅ τε βασιλεὺς ταῦτα πυθόμενος, καὶ ὁ ἐπὶ τὸν τύραννον ἀποσταλεὶς στρατιώτης [u], μή τι πάθοι κακὸν ὑπὸ τοῦ τυράννου ὁ Ἀρδαβούριος. Ἄσπαρ δὲ, ὁ τοῦ Ἀρδαβουρίου υἱὸς, μαθὼν καὶ τὸν πατέρα παρὰ τοῦ τυράννου κατέχεσθαι, καὶ πολλὰς μυριάδας βαρβάρων ἐπὶ συμμαχίᾳ τοῦ τυράννου παρεῖναι εἰδὼς, οὐκ ἔσχεν ὅ τι καὶ πράξειεν. Τότε δὴ καὶ τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως εὐχὴ πάλιν ἐξίσχυσεν. Ἄγγελος γὰρ Θεοῦ ἐν σχήματι ποιμένος ὁδηγεῖ τὸν Ἄσπαρα, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, καὶ ἄγει διὰ τῆς παρακειμένης τῇ Ῥαβέννῃ λίμνης. Ἐν ταύτῃ γὰρ τῇ πόλει ὁ τύραννος διατρίβων εἶχε τὸν στρατηγόν· ὅθεν οὐδεὶς οὐδὲ πώποτε διαβεβηκέναι ἱστόρητο. Τότε δὴ καὶ ὁ Θεὸς τὴν ἄβατον, βατὴν ἀπειργάσατο. Διαβάν-

### 371 CAP. XXIII.

*De Joanne, qui post obitum imperatoris Honorii tyrannidem Romæ arripuit: et qualiter Deus, Theodosii precibus mollitus, eum in manus exercitus Romani tradiderit.*

Mortuo igitur Honorio Augusto, imperator Theodosius ea de re certior factus, ipsam quidem silentio pressit, et alia subinde atque alia fingens, multitudini imposuit. Clam vero militarem manum misit Salonas, quæ civitas est Dalmatiæ, ut, si quid rerum novarum in Occidentis partibus moveretur, vindices præsto essent. His ita constitutis, tunc demum patrui sui mortem palam fecit. Interea vero Joannes, primicerius notariorum principis, dignitatis suæ amplitudine minime contentus, imperium arripuit: missaque ad imperatorem Theodosium legatione, ut ad imperii consortium admitteretur, rogavit. Verum ille legatos quidem custodiæ tradidit: magistrum vero militum Ardaburium misit, qui bello Persico egregiam operam navaverat. Qui cum Salonas venisset, inde Aquileiam navigavit. Ususque est fortuna, ut tum quidem putabatur, adversa: prospera vero, sicut postea apparuit. Nam cum ventus quidam asper et violentus exortus esset, eum in tyranni manus conjecit. Capto Ardaburio, tyrannus haud dubiam spem concepit, fore ut Theodosius, necessitate compulsus, ipsum imperatorem renuntiaret, si magistrum militiæ suæ salvum esse vellet. Et revera quidem imperator, ea re cognita, totusque pariter exercitus qui contra tyrannum missus fuerat, anxius erat ac sollicitus, ne quid mali Ardaburius a tyranno pateretur. Aspar vero Ardaburii filius, cum et patrem a tyranno captivum teneri, et multa barbarorum millia in auxilia tyranno advenisse cognosceret, quo se verteret nesciebat. Tunc vero prævaluit iterum Deo charissimi principis precatio. Angelus enim Dei, sub pastoris habitu, Aspari eisque qui cum illo erant ducem se itineris præbuit, eosque per paludem Ravennæ adjacentem deduxit. In ea namque urbe degens tyrannus, magistrum militum captivum detinebat. Per hanc autem pa-

## VALESII ANNOTATIONES.

(27) *Πρωτοστάτης ὢν τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων.* Hic est Joannes primicerius notariorum, qui, cum urbs Roma obsideretur, legatus missus fuerat ad Alaricum Gothorum regem, cujus amicus atque hospes erat, ut scribit Zosimus in libro v.

## VARIORUM.

[s] *Τὴν βασιλείαν ἁρπάζει.* Contigit id quatuor aut circiter jam elapsis mensibus a morte Honorii, ut colligitur ex Olympiodoro, qui ait: *Missæ in Orientem litteræ Augusti mortem nuntiantes; quæ dum ultro citroque mittuntur, Joannes quidam tyrannidem occupavit; atque ejus inauguratione imperii, tanquam ab aliquo futuræ rei oraculo, jactum est:* Cadit, non stat: *quod vulgus dictum invertens exclamabat:* Stat, non cadit. Vide Philostorgium, l. XII, n. 11.

[t] *Χρῆται τύχῃ καθὼς ἐνομίζετο· ἡ τύχη δέ...* Interpres legisse videtur, χρῆται δὲ δυστυχίᾳ, καθὼς ἐνομ. Τῇ τύχῃ δέ... W. LOWTH.

[u] *Στρατιώτης.* Interpres legit στρατός. IDEM.

Digitized by Google

ludem nemo unquam iter fecisse memoratur. Veru Deus eam quæ hactenus invia fuerat, tunc perviam effecit. Cum igitur paludis aquas perinde atque aridum solum trajecissent, portasque urbis apertas offendissent, tyrannum ipsum capiunt. Quo quidem tempore piissimus imperator, **372** quanta reverentia divinum Numen coleret, ostendit. Nam cum ei ludos circenses edenti nuntiatum esset tyrannum occisum fuisse, populum sic allocutus est : Eia, si placet, relictis circi voluptatibus, ad ecclesiam pergentes, Deo, cujus dextra tyrannum oppressit, grates persolvamus. His dictis, statim spectacula finita sunt ac neglecta, et per medium circum cuncti una cum imperatore psallentes, uno animorum vocumque consensu et gratias agentes Deo, ad ecclesiam processerunt. Ac tota quidem civitas unius ecclesiæ speciem referebat. Cum autem ad ecclesiam pervenissent, totum in ea diem permanserunt.

A τες γὰρ διὰ ξηρᾶς (28) τὸ τῆς λίμνης ὕδωρ, ἀνεῳγμένας τάς τε πύλας εὑρόντες τῆς πόλεως, ἐγκρατεῖς τοῦ τυράννου ἐγένοντο. Τότε δὴ ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς, ἣν εἶχε περὶ τὸ Θεῖον εὐλάβειαν ἐπεδείξατο. Ἱπποδρομίας γὰρ ἐπιτελοῦντι, ἐμηνύθη ἀνῃρῆσθαι ὁ τύραννος. Προσφωνεῖ οὖν τῷ δήμῳ· Δεῦρο μᾶλλον εἰ δοκεῖ, ἔφη, παρέντες τὴν τέρψιν, ἐπὶ τὸν εὐκτήριον οἶκον γενόμενοι, εὐχαριστηρίους εὐχὰς τῷ Θεῷ ἀναπέμψωμεν, ἀνθ' ὧν ἡ αὐτοῦ χεὶρ καθεῖλε τὸν τύραννον. Ταῦτα εἴρητο· καὶ τὰ μὲν τῆς θέας ἐπέπαυτό τε καὶ ἠμέλητο. Διὰ μέσου δὲ τοῦ ἱπποδρόμου συμφώνως ἅμα αὐτῷ εὐχαριστηρίως ψάλλοντες, ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ ἐπορεύοντο. Καὶ ὅλη μὲν ἡ πόλις, μία ἐκκλησία ἐγίνετο· ἐν δὲ τῷ εὐκτηρίῳ τόπῳ γενόμενοι, ἐκεῖ διημέρευον.

## CAP. XXIV.

B

*Quomodo post cædem Joannis tyranni, Theodosius imperator Valentinianum Constantii et Placidiæ amitæ suæ filium, imperatorem Romæ renuntiavit.*

Porro interfecto Joanne tyranno, imperator Theodosius sollicitus esse cœpit quemnam imperatorem Occidentis partibus præficeret. Erat ei consobrinus admodum adolescens, Valentinianus nomine, ex Placidia ipsius amita prognatus : quæ filia quidem fuit Theodosii Majoris Augusti : soror autem Arcadii et Honorii imperatorum. Patrem porro Valentinianus habuit Constantium, qui ab Honorio imperator renuntiatus, cum imperium exiguo admodum tempore simul cum illo obtinuisset, ex hac vita migraverat. Hunc igitur consobrinum suum Theodosius auctum Cæsaris dignitate in Occidentis partes direxit, matri ipsius Placidiæ rerum administrationem committens. Cumque ipse in Italiam proficisci instituisset, ut et consobrinum suum Augustum renuntiaret, et Italos prudentiæ suæ consiliis coram positus erudiret, ne tyrannis facile obtemperarent ; postquam Thessalonicam venisset, morbo ingruente ulterius progredi prohibitus est. Misso igitur ad consobrinum imperiali diademate per Helionem Patricium, ipse Constantinopolim rediit. Sed de his rebus sufficere existimo ea quæ dixi.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

*Ὡς μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ τυράννου Ἰωάννου, Οὐαλεντινιανὸν τὸν Κωνσταντίου καὶ Πλακιδίας τῆς αὐτοῦ θείας, ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος βασιλέα τῆς Ῥώμης ἀνέδειξε.*

Τοῦ δὲ τυράννου ἀναιρεθέντος, ἔμφροντις ἦν (29) ὁ αὐτοκράτωρ Θεοδόσιος, τίνα τῶν ἑσπερίων μερῶν ἀναδείξειε βασιλέα. Ἦν δὲ ἀνεψιὸς αὐτῷ κομιδῇ νέος, Οὐαλεντινιανὸς ὄνομα, ἐκ Πλακιδίας τῆς αὐτοῦ θείας γενόμενος· ἥτις θυγάτηρ μὲν ἦν Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου βασιλέως, Ἀρκαδίου δὲ καὶ Ὁνωρίου τῶν δύο Αὐγούστων ἀδελφή. Πατρὸς δὲ ἦν ὁ Οὐαλεντινιανὸς Κωνσταντίου, ὃς ὑπὸ Ὁνωρίου βασιλεὺς ἀναδειχθεὶς, καὶ βραχὺν αὐτῷ χρόνον συμβασιλεύσας [v], εὐθὺς ἐτελεύτησε. Τοῦτον τὸν ἀνεψιὸν Καίσαρα καταστήσας [x], ἐπὶ τὰ ἑσπέρια μέρη ἀνέπεμψε, τῇ μητρὶ C αὐτοῦ Πλακιδίᾳ τὴν φροντίδα τῶν πραγμάτων ἐπιτρέψας. Σπεύδων δὲ καὶ αὐτὸς καταλαβεῖν τὴν Ἰταλίαν, ὥστε τὸν μὲν ἀνεψιὸν ἀναγορεῦσαι βασιλέα, παρὼν δὲ τῇ αὐτοῦ φρονήσει παιδεῦσαι τοὺς ἐκεῖ, μὴ ὑπονεύειν τοῖς τυράννοις ῥᾳδίως· ἄχρι τῆς Θεσσαλονίκης γενόμενος, ὑπ' ἀῤῥωστίας διεκωλύθη. Πέμψας οὖν τὸν βασιλικὸν στέφανον τῷ ἀνεψιῷ διὰ τοῦ Πατρικίου Ἡλίωνος, αὐτὸς ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν ἐξυπέστρεψεν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, ἐξαρκεῖν ἡγοῦμαι τὴν διήγησιν.

## VALESII ANNOTATIONES.

(28) *Διαβάντες δὲ διὰ ξηρᾶς*. In codice Florentino legitur, διαβάντες γὰρ διὰ ξηρᾶς. Ego vero adhuc addendam puto particulam hoc modo : Διαβάντες γὰρ ὡς διὰ ξηρᾶς, etc.

D (29) *Ἔμφρων τις ἦν*. Hujus loci emendatio debetur codici Florentino, in quo diserte scriptum habetur ἔμφροντις ἦν, quemadmodum etiam legitur apud Nicephorum.

## VARIORUM.

[v] *Βραχὺν αὐτῷ χρόνον συμβασιλεύσας. Morbum Constantius contraxit, suscepti pœnitens imperii, quod non jam, ut antea, eundi redeundique quo et quando vellet, libertas esset : neque ludicris, ut moris ejus erat, operam dare jam imperatori permitteretur. Igitur septimo imperii mense pleuritide exstinctus est*, inquit Olympiodorus in Excerptis. Constantii imperium cœpit die VIII Februarii anni 421, et cum vita desiit die II Septembris ejusdem anni, computante Ant. Pagio.

[x] *Καίσαρα καταστήσας*. Valentinianus Cæsar nuncupatus est post diem decimam mensis Octobris anni 424. Lex enim 33 Cod. Theodos., *De annona et tributis*, eo die Constantinopoli data, Theodosii duntaxat nomen præfert ; ideoque post eum diem Valentinianus, qui jam in Occidentem missus fuerat, Cæsarea veste Thessalonicæ indutus est, dum adhuc quinquennis esset, ut testatur Olympiodorus : unde natum esse Valentinianum anno 419 contendit Pagius, ad ann. 424, n. 5. Vide Philostorgium, lib. XII, c. 13.

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

*Περὶ τῆς Ἀττικοῦ διοικήσεως τῶν Ἐκκλησιῶν, καὶ ὅτι τὸ ὄνομα Ἰωάννου τοῖς διπτύχοις y τῆς ἐκκλησίας ἐνέταξε, καὶ ὅτι τὸν ἑαυτοῦ θάνατον προέγνω.*

A Ἀττικὸς δὲ ὁ ἐπίσκοπος, θαυμαστῶς πως τὰ τῶν ἐκκλησιῶν ηὔξησε πράγματα· φρονήσει μὲν αὐτὰ διοικῶν· ταῖς διδασκαλίαις δὲ τὸν λαὸν ἐπὶ τὴν ἀρετὴν προτρέπων. Συνιδὼν δὲ διαιρουμένην τὴν Ἐκκλησίαν διὰ τὸ τοὺς Ἰωαννίτας ἔξω αὐτῆς συνάγεσθαι, μνείαν Ἰωάννου ἐν ταῖς εὐχαῖς ἐκέλευσε ποιεῖσθαι, ὡς καὶ τῶν ἄλλων ἐπισκόπων τῶν κεκοιμημένων εἰώθει γίνεσθαι, διατοῦτο πολλοὺς ἐπανελθεῖν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἐλπίσας. Οὕτω δὲ ἦν μεταδοτικὸς, ὡς μὴ μόνον τῶν ἐν ταῖς αὐτοῦ παροικίαις πτωχῶν προνοεῖν, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἀστυγείτοσι τῶν πόλεων χρήματα πέμπειν πρὸς παραμυθίαν τῶν δεομένων. B Καλλιοπίῳ γοῦν πρεσβυτέρῳ τῆς Νικαέων Ἐκκλησίας, τριακοσίους ἀποστείλας χρυσίνους, τάδε ἀπέστειλε·

« *Καλλιοπίῳ Ἀττικὸς ἐν Κυρίῳ χαίρειν.*

« Ἔμαθον μυρίους ἐν τῇ πόλει πεινῶντας δεῖσθαι τοῦ παρὰ τῶν εὐσεβούντων ἐλέου. Μυρίους δὲ λέγω, τὸ πλῆθος, οὐ τὸν ἀκριβῆ δηλῶν ἀριθμόν. Ἐπεὶ τοίνυν αὐτὸς μὲν ἔχω λαβὼν ἀριθμὸν παρὰ τοῦ δαψιλεῖ τῇ χειρὶ διδόντος τοῖς οἰκονομοῦσι καλῶς, συμβαίνει δέ τινας ἀπορεῖσθαι δοκιμασίας χάριν τῶν ἐχόντων μὲν, μὴ παρεχόντων δὲ τούτοις, λαβὼν, ὦ φίλη μοι κεφαλὴ, τούτους τοὺς τριακοσίους χρυσίνους, ἀνάλωσον ὅπως ἂν θελήσῃς. Βουλήσῃ δέ που πάντως τοῖς C αἰσχυνομένοις τὴν αἴτησιν, ἀλλ' οὐχὶ τοῖς ἐμπορίαν διὰ βίου τὴν γαστέρα προτεθεικόσι. Διδοὺς τοίνυν, μηδὲ θρησκείαν λογίσῃ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος, ἑνὸς καὶ μόνου γενόμενος, τοῦ τρέφειν τοὺς πεινῶντας, ἀλλὰ μὴ λογιστεύειν τοὺς τὸν ἡμέτερον τρόπον μὴ φρονοῦντας. » Οὕτω μὲν δὴ τῶν δεομένων καὶ πόῤῥωθεν ὄντων ἐφρόντιζεν (30)· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰς δεισιδαιμονίας τινῶν ἐκκόπτειν ἐσπούδαζεν. Πυθόμενος γοῦν ποτε τοὺς διὰ τὸ Ἰουδαϊκὸν Πάσχα Ναυατιανῶν χω-

## 373 CAP. XXV.

*De Attico; quomodo Ecclesias rexerit, et Joannis nomen ecclesiasticis tabulis inscripserit: et quod suam ipsius mortem præsciverit.*

Interea vero Atticus episcopus res Ecclesiæ mirum in modum amplificavit, cum et singulari prudentia cuncta administraret, et prædicationibus suis populum ad studium virtutis impelleret. Cum autem Ecclesiam divisam esse cerneret, eo quod Joannitæ collectas extra illam celebrarent, Joannis mentionem in orationibus fieri jussit, sicut aliorum quoque episcoporum qui fato functi erant, mentio fieri solebat: hac scilicet ratione confidens, multos ad Ecclesiam esse redituros. Cæterum adeo liberalis erat, ut non solum ecclesiarum suarum pauperibus prospiceret, sed ad vicinas etiam civitates pecuniam transmitteret in solatium egenorum. Calliopio certe Nicæensis Ecclesiæ presbytero cum trecentos aureos mitteret, ita scripsit:

« *Calliopio Atticus in Domino salutem.*

« Sexcentos fame oppressos in urbe vestra esse cognovi, qui piorum hominum indigeant misericordia. Sexcentos autem cum dico, multitudinem, non autem certum ac definitum numerum intelligo. Quoniam igitur accepi certam pecuniam ab eo qui larga manu donare solet bonis dispensatoribus, et nonnullos egestate premi contingit, ut probentur ii qui habent quidem, sed non erogant indigentibus; accipe, vir charissime, hos trecentos aureos, eosque ut voles expende. Voles autem omnino illis qui petere erubescunt, non iis qui omni vitæ suæ tempore ventrem suum ad quæstum faciendum proposuerunt. Porro cum dabis, nullam religionis in hac quidem parte rationem habeas; id unum spectans, ut esurientes pascas, non ut eos discernas qui a nostra religione sunt alieni. » Ad hunc modum Atticus egentibus etiam procul positis prospexit. Sed et ut quorumdam

### VALESII ANNOTATIONES.

(30) *Καὶ πόῤῥωθεν ὄντων ἐφρόντιζεν.* Post hæc verba deerat integra linea et paulo amplius: quam nos ex optimis codicibus Florentino ac Sfortiano supplevimus hoc modo: Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰς δεισιδαιμονίας τινῶν ἐκκόπτειν ἐσπούδαζεν. Quæ quidem verba legebantur etiam in eo codice quo D usus est Epiphanius Scholasticus, ut ex ejus versione colligimus. Sic enim vertit: *Sed et superstitionem quorumdam studebat abscindere.* Christophorsonum vero nullos manuscriptos Socratis codices consuluisse, tum ex hoc loco, tum ex aliis pluribus liquet.

### VARIORUM.

y *Διπτύχοις. Diptycha* erant libri ecclesiastici, qui, præter alia, continebant nomina mortuorum sanctorum, quæ in missa recitabantur, laudabili eorum fidei, pietatis, et charitatis commemoratione facta. — Tabula duplici constabant, quarum in una patriarcharum, pontificum, episcoporum, qui majoribus ecclesiis præsidebant, et in vivis erant, nomina inscribebantur; in altera mortuorum, eorum nempe qui in pace et communione Ecclesiæ diem suum obierant, quæque ex his tabulis inter sacrorum solemnia a diacono ad altare recitari solebant. Episcopi alicujus nomen his tabulis inditum, communionis erat tessera et indicium. Ubi vero alicui denegatur, nomen ejus e publicis Ecclesiæ tabulis erasum est. Mos satis antiquus, et quarto saltem sæculo, si non retroactis temporibus, usurpatus. Verum non modo episcoporum, sed et aliorum sanctitate illustrium, præcipue imperatorum orthodoxorum nomina hisce tabulis inscripta fuerunt, et ex iisdem recitata. Quin et conciliorum œcumenicorum, ut fidem nobis facit Justiniani imp. *Epistola ad Epiphanium patriarcham CP.* (*Cod. de Summ. Trinit.*, l. VII, prope fin.), et nos etiam ad concilium Chalcedonense notavimus, ubi de *codice canonum Ecclesiæ universæ* agimus. Plena est harum tabularum in scriptoribus ecclesiasticis, plena in conciliorum monumentis ubique mentio. (Guil. Cave, in *Dissertatione de Libris et Officiis ecclesiasticis Græcorum*, ad calcem voluminis II *Hist. eccles.*)

Digitized by Google

hominum superstitionem aboleret, plurimum laboravit. Cum enim aliquando accepisset, eos qui propter Judaicum Pascha schisma inter Novatianos fecerant, corpus Sabbatii translatum ex insula Rhodo (illic enim relegatus mortem obierat), sepulturæ mandasse, et super tumulum illius orare solitos esse, missis noctu fossoribus, cadaver Sabbatii in alio sepulcro abscondi jussit. Illi vero cum ex more venissent, ac tumulum effossum reperissent, deinceps eum locum **374** colere desierunt. Idem præterea in nominibus imponendis elegans fuit ac venustus. Navale quidem in ostio Ponti Euxini situm, quod ab ultima vetustate Φαρμακεὺς dicebatur, ipse Θεραπείαν nominavit, ne forte collectas illic celebrans, locum illum infami vocabulo appellaret. Aliud quoque suburbanum Constantinopoleos Argyropolim cognominavit ob hanc causam: Vetus navale est Chrysopolis, in capite Bospori sita: cujus mentionem faciunt cum alii veteres historiæ scriptores, tum Strabo, et Nicolaus Damascenus, et admirandus ille Xenophon in libro sexto *De expeditione Cyri*. Idem in libro primo *Rerum Græcarum* ait, Alcibiadem, cum eam muro cinxisset, decimæ portorium in ea exegisse. Nam ex Ponto navigantes illic decimam pendere cogebantur. Atticus igitur cum locum e regione Chrysopoleos situm, gratum imprimis et amœnum esse cerneret, consentaneum esse dixit ut Argyropolis nominaretur. Quod ab eo dictum, statim cognomentum loco indidit. Porro cum quidam ei dicerent, non debere Novatianos collectas in urbibus celebrare: Nescitis, inquit, quanta nobiscum passi sint, dum Constantio et Valente regnantibus persecutionem sustineremus? Et alioqui testimonium perhibent fidei nostræ. Nam cum jampridem se ab Ecclesia sejunxerint, nihil tamen quod ad fidem pertinet innovarunt. Cumque aliquando ordinandi episcopi causa Nicæam venisset, Asclepiadem Novatianorum episcopum admodum senem conspicatus, interrogavit, quot annos in episcopatu transegisset. Qui cum quinquaginta annos transegisse se respondisset: Beatus es, inquit, o homo, qui tanto temporis spatio tam bonum opus administraveris. Eidem quoque Asclepiadi aliquando dixit: Ego Novatum quidem laudo: Novatianos vero non probo. Turbatus hoc dicto Asclepiades: Quomodo, inquit, hoc dicis, episcope? Cui Atticus: Ego, inquit, illum laudo, quod cum iis qui sacrificaverant, communicare noluerit. Idem enim et ipse

A ρισθέντας, τὸ σῶμα τοῦ Σαββατίου ἐκ τῆς Ῥόδου μετακομίσαντας, ἐν αὐτῇ γὰρ τῇ νήσῳ περιορισθεὶς ἐτελεύτησε, καὶ θάψαντας, ἐπὶ τῷ τάφῳ εὔχεσθαι, πέμψας διὰ τῆς νυκτὸς εἰς ἕτερον τάφον τὸ τοῦ Σαββατίου σῶμα κρυβῆναι ἐκέλευσεν. Οἱ δὲ συνήθως ἐλθόντες, καὶ ἀνορωρυγμένον τὸν τάφον εὑρόντες, τοῦ λοιποῦ σέβειν τὸν τάφον ἐπαύσαντο. Ἦν δὲ καὶ περὶ τὴν θέσιν τῶν ὀνομάτων φιλόκαλος. Ἐπίνειον γοῦν ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Εὐξείνου Πόντου κείμενον, ἐξ ἀρχαίου τε Φαρμακέα καλούμενον, Θεραπείας ὠνόμασεν, ἵνα μὴ τὰς συνάξεις ἐκεῖ ποιούμενος, δυσφήμῳ ὀνόματι ὀνομάζῃ τὸν τόπον. Καὶ ἄλλο δὲ προάστειον τῆς Κωνσταντίνου πόλεως Ἀργυρόπολιν ὠνόμασεν, ἐξ αἰτίας τοιαύτης· Χρυσόπολις ἐπίνειον ἀρχαῖόν ἐστιν, ὃ κεῖται μὲν ἐν ἀρχῇ τοῦ Βοσπόρου.
B Μέμνηνται δὲ αὐτοῦ πολλοὶ τῶν παλαιῶν συγγραφέων, καὶ Στράβων τε, καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Νικόλαος, καὶ ὁ ἐν λόγοις τε θαυμαστὸς Ξενοφῶν, ἔν τε τῇ ἕκτῃ τῆς *Κύρου ἀναβάσεως*, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν *Ἑλληνικῶν* φησὶ περὶ αὐτῆς, ὅτι Ἀλκιβιάδης ἀποτειχίσας αὐτὴν, δεκατευτήριον ἐν αὐτῇ κατέστησε. Τὰς γὰρ δεκάτας οἱ ἀπὸ τοῦ Πόντου πλέοντες ἐν αὐτῇ παρεῖχον. Κατιδὼν οὖν ὁ Ἀττικὸς τὸν καταντικρὺ Χρυσοπόλεως τόπον εὐτερπῆ τυγχάνοντα, πρέπειν ἔφη, τοῦτον Ἀργυρόπολιν ὀνομάζεσθαι, καὶ ῥηθεὶς ὁ λόγος, εὐθὺς τὴν ἐπωνυμίαν ἐκράτυνεν. Τινῶν δὲ λεγόντων πρὸς αὐτὸν, μὴ ὀφείλειν Ναυατιανοὺς ἔνδον συνάγειν τῶν πόλεων, Οὐκ οἴδατε, εἶπεν, ὅσα ἡμῖν διωκομένοις ἐπὶ Κωνσταντίου καὶ Οὐάλεντος συμπεπόνθασιν; ἄλλως τε,
C ἔφη, καὶ μάρτυρες τῆς πίστεως ἡμῶν καθεστήκασι. Πάλαι γὰρ τῆς Ἐκκλησίας χωρισθέντες, οὐδὲν περὶ τὴν πίστιν ἐκαινοτόμησαν. Ἐν Νικαίᾳ δέ ποτε διὰ χειροτονίαν ἐπισκόπου γενόμενος, Ἀσκληπιάδην τε τὸν ἐκεῖ Ναυατιανῶν ἐπίσκοπον γηραιὸν ὄντα ἰδὼν, ἠρώτησε, Πόσους ἐνιαυτοὺς ἐπίσκοπος ὢν τυγχάνεις; Τοῦ δὲ πεντήκοντα εἰπόντος, Εὐδαίμων, ἔφη, τυγχάνεις, ὦ ἄνθρωπε, τοσούτου χρόνου καλοῦ ἔργου ἐπιμελούμενος. Πρὸς δὲ τὸν αὐτὸν Ἀσκληπιάδην· Ἐγὼ, ἔφη, τὸν μὲν Ναύατον ἐπαινῶ· τοὺς Ναυατιανοὺς δὲ οὐκ ἀποδέχομαι. Ξενοφωνηθεὶς δὲ ὁ Ἀσκληπιάδης, Πῶς τοῦτο, ἔφη, λέγεις, ἐπίσκοπε; Ἐκεῖνον μὲν, ἔφη ὁ Ἀττικὸς, ἐπαινῶ, ὅτι τοῖς ἐπιθύσασι κοινωνῆσαι οὐχ εἵλετο. Τοῦτο γὰρ ἂν καὶ αὐτὸς καὶ ἐγὼ ἐποίησα. Τοὺς δὲ Ναυατιανοὺς οὐκ ἐπαινῶ, ὅτι περὶ εὐτελῶν
D πταισμάτων, τῆς κοινωνίας τοὺς λαϊκοὺς ἀποκλείουσι. Πρὸς ταῦτα ὁ Ἀσκληπιάδης, Ἐκτὸς, ἔφη, τοῦ ἐπιθῦσαι, καὶ ἄλλαι πολλαὶ κατὰ τὰς Γραφὰς εἰσὶν ἁμαρτίαι πρὸς θάνατον, δι' ἃς ὑμεῖς μὲν πρὸς τοὺς κληρικοὺς (31), ἡμεῖς δὲ καὶ τοὺς λαϊκοὺς ἀποκλείομεν, Θεῷ μόνῳ τὴν συγχώρησιν αὐτῶν ἐπιτρέποντες [1].

## VALESII ANNOTATIONES.

(31) *Ὑμεῖς μὲν πρὸς τοὺς κληρικούς*. Delenda est præpositio πρός, quam nec Nicephorus agnoscit, nec Epiphanius, nec reliqui interpretes. Nisi forte quis malit pro vocabulo πρός substituere πῶς, quod non displicet. Cæterum hic locus non caret difficultate. Ex eo enim concludi videtur, clericos

## VARIORUM.

[1] *Θεῷ μόνῳ τὴν συγχώρησιν αὐτῶν ἐπιτρέποντες*. Etiamsi itaque Novatiani Ecclesiæ communione ejusmodi peccatores excluderent, Deum tamen iis, si resipiscerent, peccatorum impunitatem daturum non negabant; ac propterea eos ad pœnitentiam sæpe exhortabantur, ut ex divo Ambrosio discimus,

Digitized by Google

Προέγνω δὲ Ἀττικὸς (32) καὶ τὴν ἑαυτοῦ τελευτήν. A Ἀναχωρῶν γοῦν τῆς Νικαίας, πρὸς Καλλιόπιον τὸν ἐκεῖ πρεσβύτερον, Σπεῦδε, ἔφη, πρὸ φθινοπώρου ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν με αὖθις ζῶντα θεάσασθαι. Εἰ γὰρ βραδύνεις, οὐ καταλήψῃ με. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, οὐ διήμαρτεν· ἐν γὰρ τῷ εἰκοστῷ πρώτῳ ἔτει [a] τῆς ἐπισκοπῆς ἑαυτοῦ, τῇ δεκάτῃ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς ἐτελεύτησεν, ἐν ὑπατείᾳ Θεοδοσίου τὸ ἑνδέκατον καὶ Οὐαλεντινιανοῦ Καίσαρος τὸ πρῶτον. Ὁ μέντοι βασιλεὺς Θεοδόσιος ἐκ τῆς Θεσσαλονίκης ὑποστρέψας, τὴν ἐκκομιδὴν αὐτοῦ οὐ κατέλαβεν· ἔφθασε γὰρ πρὸ μιᾶς ἡμέρας τῆς εἰσόδου τοῦ αὐτοκράτορος, Ἀττικὸς παραδοθεὶς τῇ ταφῇ.. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ καὶ ἀναγόρευσις τοῦ νέου Οὐαλεντινιανοῦ ἐμηνύθη, περὶ τὴν τρίτην καὶ εἰκάδα (33) τοῦ αὐτοῦ μηνὸς Ὀκτωβρίου. B

fecissem. Novatianos vero minime probo, qui ob levia delicta laicos a communione excludunt. Ad hæc Asclepiades ita respondit : Præter sacrificium idolorum, sunt et alia multa peccata ad mortem, ut loquuntur Scripturæ : propter quæ vos quidem clericos, nos vero etiam laicos a communione removemus, soli Deo potestatem condonandi illis relinquentes. **375** Cæterum Atticus etiam tempus obitus sui præscivit. Nam cum Nicæa discessurus esset, Calliopio illius loci presbytero ita dixit : Cura ut ante autumnum Constantinopolim venias, si me adhuc vivum videre cupis. Serius enim si veneris, superstitem me non reperies. Quod cum dixisset, a veritate non aberravit. Anno quippe episcopatus sui primo et vicesimo, die sexto Idus Octobris abiit e vita, consulatu Theodosii undecimo, et Valentiniani Cæsaris primo. Porro imperator Theodosius, ab urbe Thessalonica reversus, funeri ejus non interfuit. Etenim Atticus, pridie quam imperator Constantinopolim ingrederetur, sepulcro conditus fuerat. Nec multo post nuntiata est nuncupatio augusta Valentiniani Junioris, die x Kalend. Novembres.

## VALESII ANNOTATIONES.

in Ecclesia catholica, qui ob graviora crimina excommunicati essent, citra spem veniæ præcisos fuisse ab Ecclesia, laicos non item. Quod quidem ita explicari potest : Laici qui ob publica crimina separati fuerant a communione, per remedium pœnitentiæ pacem et communionem recuperabant, saltem semel. At clericis qui excommunicati fuerant, C clausum erat ostium pœnitentiæ. Neque enim ad pœnitentiam publicam admittebantur. Manebant igitur in perpetuum excommunicati. Quare raro admodum excommunicabantur clerici : sed vel deponebantur, vel suspendebantur ab officio ad modicum tempus, vel certe ad communionem laicam redigebantur. Reclamat tamen canon primus synodi Neocæsariensis, quo clerici qui fornicationem aut adulterium admiserint, communione pelluntur, et ad pœnitentiam rediguntur. Potest etiam hic locus aliter exponi. Ex quo enim Nectarius pœnitentiarium sustulerat, libera communicandi facultas relicta erat omnibus laicis : nec jam ullus ob letale crimen a communione removebatur, exceptis clericis.

(32) *Προέγνω δὲ Ἀττικός*. Non solum Atticus diem obitus sui prævidit, verum etiam diu ante obitum sibi sepulcrum ædificavit, ut ex veteri epigrammate didici, quod, quia nondum editum est, hic apponam : D

*Παύλου Σιλεντιαρίου εἰς τάφον Ἀττικοῦ*
*τινὸς κατασκευάσαντος.*
*Ἀττικὸς ἐς ξυνήν με παναγρέος ἐλπίδα μοίρης*
*Θυμῷ θαρσαλέῳ ζῶν, ἐλάχηνε τάφον,*
*Παίζων ἐξ ἀρετῆς θανάτου φόβον· ἀλλ' ἐπιδηρὸν*
*Ἥλιος, σοφίης μιμνέτω ἠελίῳ.*

Exstat hoc epigramma in *Anthologia* Constantini Cephalæ nondum edita. Quo quidem epigrammate Atticum Constantinopolitanum episcopum designari puto. Nullum quippe alium Atticum novi cui convenire possit hoc sapientiæ ac virtutis elogium. Obstat tamen quod epigrammatis hujus auctor inscribitur Paulus Silentiarius, quem diu post Atticum, temporibus Justiniani floruisse constat ex testimonio Agathiæ. Quare aut inscriptio, aut conjectura nostra falsa sit necesse est.

(33) *Ἐμηνύθη περὶ τὴν τρίτην καὶ εἰκάδα*. Auctor *Chronici Alexandrini* hunc Socratis locum male intellexit. Putavit enim Valentinianum Juniorem Placidiæ filium, Augustum appellatum fuisse die decimo Kalendas Novembres : cum tamen Socrates id non dicat, sed tantum scribat, nuncupationem Augustam Valentiniani nuntiatam fuisse Constantinopoli die decimo Kalendas Novembres. Quæ quidem inter se longe differunt. Sigonius in libro II *De imperio occidentali*, Valentinianum Idibus Octobris Augustum factum esse scribit Ravennæ, consulatu II Theodosii Augusti, et Valentiniani ipsius primo. Certe die octavo Idus Octobris iisdem consulibus, adhuc Cæsar erat Valentinianus, uti docet lex 47 Codice Theodosiano *De episc. Eccles. et clericis*, data Aquileiæ. Qui locus præcipue impulit Sigonium ut nuncupationem Augustam Valentiniani referret Idibus Octobris, eamque Ravennæ factam scriberet. Cum enim nuntiata fuerit Constantinopoli die 25 ejusdem mensis, teste Socrate, tardius fieri non potuit. Sigonii sententiam secutus est Onufrius in *Fastis*. Porro hanc nuncupationem Marcellinus quidem et Jornandes in libro De successione regnorum, Ravennæ factam esse memorant : Olympiodorus vero et Idatius in *Chronico*, Romæ.

## VARIORUM.

***De pœnitent.***, lib. I, cap. 1. Non igitur Deo, sed Ecclesiæ peccata remittendi et peccatores reconciliandi potestatem negabant, ac propterea a catholica Ecclesia jure proscripti sunt, et damnati, quod clavium potestatem sacerdotibus detraherent. (Guil. Beveregius *Annot. in* VIII *can. concil. Nic.* I.)

[a] *Ἐν εἰκοστῷ πρώτῳ ἔτει*. Consulatus undecimus Theodosii, et Valentiniani primus, incidit in annum 425, qui erat annus tantum undevicesimus ex quo episcopus factus est Atticus, quod anno 406 accidit. W. LOWTH. Cui consentit Ant. Pagi, ad ann. 425, n. 13. Quis et qualis fuit Atticus, narrat Socrates supra, lib. VI, cap. 20, et lib. VII, cap. 2. Zelo immoderato adversatus est S. Chrysostomo. Palladio audit πάσης μηχανῆς τεχνίτης κατὰ τοῦ Ἰωάννου, *omnium adversus Joannem molitionum artifex* (Vit. Chrys., pag. 95), et post Arsacium, in ejus tum superstitis sedem successit. Mortui nomen in diptycha inserere recusavit, donec episcoporum Occidentalium communione exclusus, post plures annos tandem restituit. GUIL. CAVE. Verum crimen pœnitentia deinde, et recte factis expiavit, inquit Ant. Pagi, ejusque in repurgandis hæresibus vigilantiam, et in orthodoxa fide propugnanda sinceritatem prædicant Patres Ephesini.

Digitized by Google

## CAP. XXVI.

*De Sisinnio, qui Attico in episcopatu Constantinopolitano successit.*

Cæterum post obitum Attici, ingens contentio de ordinatione episcopi exorta est, aliis alium postulantibus. Quidam enim Philippum presbyterum cupiebant; quidam Proclum, qui etiam presbyter erat. Sed universus populus communi consensu Sisinnium optabat. Qui et ipse presbyter quidem erat : non tamen in ulla intra urbem ecclesia constitutus : sed in suburbano Constantinopoleos cui nomen est Elæa, presbyterii gradum sortitus fuerat. Situm est hoc suburbanum ex adverso urbis regiæ, et illic ex antiqua consuetudine dies festus ascensionis Dominicæ ab universo populo celebratur. Hujus autem viri desiderio omnes laici flagrabant, tum quod pietatis nomine celeberrimus ubique **376** esset, tum præcipue quod pauperibus fovendis etiam ultra vires suas incumberet. Prævaluit igitur studium laicorum : ordinatusque est Sisinnius pridie Kalendas Martii, consulatu proxime sequente, qui fuit Theodosii duodecimus et Valentiniani Junioris Augusti secundus. Posthæc Philippus presbyter, quoniam alter ipsi antepositus fuerat, ordinationem illam pluribus reprehendit in ea quam conscripsit *Historia Christiana*. Ubi et ordinatum simul et ordinatores perstringens, ac præcipue laicos, ea dicit quæ litteris mandare equidem nolim. Neque enim ullo modo probare possum ejus temeritatem, qui talia scriptis suis prodere ausus fuerit. Sed de illo pauca dicere, haudquaquam intempestivum puto.

## ΚΕΦΑΛ. ΚϚ'.

*Περὶ Σισιννίου τοῦ μετὰ Ἀττικὸν Κωνσταντίνου πόλεως ἐπισκοπήσαντος.*

A Ἐγένετο δὲ μετὰ τὴν τελευτὴν Ἀττικοῦ πολλὴ φιλονεικία περὶ χειροτονίας ἐπισκόπου, ἄλλων ἄλλον ζητούντων. Τινὲς μὲν γάρ, φησὶ, Φίλιππον τὸν πρεσβύτερον ἐζήτουν· τινὲς δὲ Πρόκλον· καὶ οὗτος δὲ πρεσβύτερος ἦν. Κοινῇ δὲ πᾶς ὁ λαὸς ἐπόθει γίνεσθαι Σισίννιον, ὅς τις πρεσβύτερος μὲν ἦν καὶ αὐτός. Ἐν οὐδεμιᾷ δὲ τῶν ἐντὸς τῆς πόλεως ἐκκλησιῶν ἐτέτακτο, ἀλλ' ἐν προαστείῳ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως, ᾧ ἐπώνυμον Ἐλαία, τὴν ἱερωσύνην ἐκεκλήρωτο· ὅπερ καταντικρὺ μὲν κεῖται τῆς πόλεως· ἐν αὐτῷ δὲ ἐξ ἔθους ἡ ἀναλήψιμος τοῦ Σωτῆρος ἐπιτελεῖται πάνδημος ἑορτή. Πόθον δὲ εἶχον τοῦ ἀνδρὸς
B πάντες οἱ λαϊκοὶ, ὅτι ἐπ' εὐλαβείᾳ περιβόητος ἦν, καὶ μάλιστα ὅτι τοὺς πτωχοὺς ὑπὲρ δύναμιν ἐσπούδαζεν. Κατεκράτησεν οὖν ἡ τῶν λαϊκῶν σπουδή· καὶ χειροτονεῖται Σισίννιος τῇ εἰκάδι ὀγδόῃ τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς, τῇ ἑξῆς ὑπατείᾳ, ἥτις ἦν Θεοδοσίου τὸ δωδέκατον καὶ Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ Νεωτέρου Αὐγούστου τὸ δεύτερον. Ἐπὶ τούτῳ Φίλιππος ὁ πρεσβύτερος, ὅτι αὐτοῦ προεκρίθη ἕτερος, πολλὰ τῆς χειροτονίας καθήψατο (34) ἐν τῇ πεπονημένῃ αὐτῷ *Χριστιανικῇ Ἱστορίᾳ*, διαβάλλων καὶ τὸν χειροτονηθέντα, καὶ τοὺς χειροτονήσαντας, καὶ πολλῷ πλέον τοὺς λαϊκούς· τοιαῦτά τε εἶπεν, οἷα οὐκ ἂν ἑλοίμην παραδοῦναι γραφῇ, ἐπεὶ κἀκεῖνον οὐκ ἀποδέχομαι τῆς προπετείας, τοιαῦτα γραφῇ παραδοῦναι τολμήσαντα. Μικρὰ δὲ περὶ αὐτοῦ εἰπεῖν, οὐκ ἄκαιρον εἶναι
C ἡγοῦμαι.

## CAP. XXVII.

*De Philippo presbytero Sidensi.*

Philippus patria quidem fuit Sidensis. Est autem Side urbs Pamphyliæ, ex qua Troilus etiam sophista originem duxit, cui se Philippus propinquitate generis conjunctum esse gloriabatur. Cum autem esset diaconus, cum Joanne episcopo ut plurimum versabatur. Idem in studiis litterarum multum operæ et laboris posuit, pluresque omnis generis libros collegit. Porro Asianum dicendi genus æmulatus, multa elucubravit. Nam et Juliani imperatoris libros confutavit, et *Christianam Historiam* composuit, quam in triginta sex libros divisit. Singuli autem libri plures continent tomos; adeo ut simul omnes sint propemodum mille numero. Argumentum vero cujusque tomi ipsum tomum magnitudine exæquat. Cæterum hoc opus, non Ecclesiasticam Historiam, sed Christianam inscripsit. Variam porro eruditionem in id opus congessit, dum videri vult philosophicarum disci-

## ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

*Περὶ Φιλίππου πρεσβυτέρου τοῦ ἀπὸ Σίδης.*

Φίλιππος Σιδίτης μὲν ἦν τὸ γένος. Σίδη δὲ πόλις τῆς Παμφυλίας, ἀφ' ἧς ὥρμητο καὶ Τρώϊλος ὁ σοφιστής, οὗ καὶ συγγενῆ ἑαυτὸν εἶναι ἐσεμνύνετο. Διάκονος δὲ ἦν, ἐπεὶ τὰ πολλὰ τῷ ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ συνῆν. Ἐφιλοπόνει δὲ καὶ περὶ λόγους, καὶ πολλὰ καὶ παντοῖα βιβλία συνῆγε. Ζηλώσας δὲ τὸν Ἀσιανὸν τῶν λόγων χαρακτῆρα, πολλὰ συνέγραφε, τά τε τοῦ βασιλέως Ἰουλιανοῦ βιβλία ἀνασκευάζων. Καὶ *Χριστιανικὴν Ἱστορίαν* συνέθηκεν, ἣν ἐν τριάκοντα ἓξ βιβλίοις διεῖλεν. Ἕκαστον δὲ βιβλίον εἶχε τόμους
D πολλοὺς, ὡς τοὺς πάντας ἐγγὺς εἶναι χιλίους. Ὑπόθεσις δὲ ἑκάστου τόμου ἰσάζει τῷ τόμῳ. Τὴν μὲν οὖν πραγματείαν ταύτην, οὐκ Ἐκκλησιαστικὴν Ἱστορίαν, ἀλλὰ Χριστιανικὴν ἐπέγραψεν. Πολλὰς δὲ συνεισφέρει ὕλας εἰς αὐτὴν, δεικνύναι βουλόμενος, μὴ ἀπείρως ἔχειν ἑαυτὸν τῶν φιλοσόφων παιδευμάτων. Διὸ καὶ συνεχῶς γεωμετρικῶν τε καὶ ἀστρονομικῶν καὶ ἀριθμητικῶν καὶ μουσικῶν θεωρημάτων ποιεῖ-

## VALESII ANNOTATIONES.

(34) *Πολλὰ τῆς χειροτονίας καθήψατο.* Idem testatur Photius in *Bibliotheca*, cap. 35, ubi de Philippi Sidetæ *Historia Christiana* ita scribit: Ἐν δὲ τῇ αὐτοῦ τῆς Ἱστορίας συγγραφῇ πολλὴν καταδρομὴν Σισιννίου ποιεῖται, ὅτι τὸν αὐτὸν κλῆρον ἄμφω πληρούντων, κἂν λόγοις πρωτεύειν Φιλίππου δοκοῦντος, Σισίννιος, φασὶν, εἰς τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἐξείλεκται. Id est, *Porro in Historia sua Sisinnium valde perstringit, quod cum ambo ejusdem gradus atque ordinis essent, et ipse in dicendo atque in omni genere doctrinæ superior esse videretur, Sisinnius tamen ad pontificalem apicem erectus fuisset.*

Digitized by Google

ται μνήμην· ἐκφράσεις τε λέγων νήσων, καὶ ὀρέων, καὶ δένδρων, καὶ ἄλλων τινῶν εὐτελῶν. Δι' ὧν καὶ χαύνην τὴν πραγματείαν εἰργάσατο· διὸ καί, ὡς νομίζω, ἀχρείαν αὐτὴν καὶ ἰδιώταις καὶ εὐπαιδεύτοις πεποίηκεν. Οἱ ἰδιῶται μὲν γὰρ τὸ κεκομψευμένον τῆς φράσεως ἰδεῖν οὐκ ἰσχύουσιν· οἱ δὲ εὐπαίδευτοι, τῆς ταυτολογίας καταγινώσκουσιν. Ἀλλ' ἕκαστος μὲν περὶ τῶν βιβλίων ὡς ἔχει γνώμης κρινέτω [b]· ἐγὼ δὲ ἐκεῖνό φημι, ὅτι τοὺς χρόνους τῆς ἱστορίας συγχέει. Μνημονεύσας γὰρ τῶν τοῦ αὐτοκράτορος Θεοδοσίου χρόνων, αὖθις ἐπὶ τοὺς Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου χρόνους ἀνέδραμεν, καὶ τοῦτο ὡς πλεῖστον ποιεῖ. Καὶ τοσαῦτα μὲν περὶ Φιλίππου. Ὁ δὲ ἐπὶ Σισιννίου γέγονεν, ἀναγκαῖον εἰπεῖν.

A plinarum haudquaquam expers. Proinde geometricorum et astronomicorum theorematum, arithmeticorum quoque ac musicorum passim mentionem facit. Describit item insulas et montes atque arbores, et alia quædam parvi momenti. Unde opus laxum reddidit ac solutum : ac proinde doctis pariter atque indoctis, ut mihi quidem videtur, inutile illud effecit. Nam indocti quidem dictionis ornatum perspicere non possunt : docti vero inanem verborum repetitionem condemnant. Verum unusquisque de libris pro arbitratu suo judicet. Ego vero id unum dico, rerum gestarum tempora ab eo confundi. Postquam enim Theodosii imperatoris res gestas commemoravit, statim recurrit ad tempora episcopi Athanasii. Idque **377** ab illo sæpenumero fieri solet. Sed de Philippo hactenus. Nunc de iis quæ Sisinnii tempore acciderunt, dicendum omnino est.

B

### ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

*Ὡς Πρόκλον Κυζίκου ἐπίσκοπον ὁ Σισίννιος ἐχειροτόνησεν· οἱ δὲ Κυζικηνοὶ τοῦτον οὐ προσεδέξαντο.*

Τοῦ Κυζηκινῶν ἐπισκόπου τελευτήσαντος, ὁ Σισίννιος Πρόκλον ἐχειροτόνησε πρὸς ἐπισκοπὴν τῆς Κυζίκου. Μέλλοντος οὖν διάγειν ἐπ' αὐτήν, φθάνουσιν οἱ Κυζηκινοί, καὶ χειροτονοῦσιν ἄνδρα ἀσκητικόν, ᾧ ὄνομα ἦν Δαλμάτιος. Καὶ τοῦτο ἐποίησαν, ἀμελήσαντες τοῦ νόμου τοῦ κελεύοντος (35), παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντίνου πόλεως, χειροτονίαν ἐπισκόπου μὴ γίνεσθαι. Ἠμέλησαν δὲ τοῦ νόμου τούτου, ὡς Ἀττικῷ μόνῳ εἰς πρόσωπον παρασχεθέντος. Ἔμενεν οὖν ὁ Πρόκλος, οἰκείας μὲν ἐκκλησίας μὴ προεστώς, ἐν δὲ ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Κωνσταντίνου πόλεως κατὰ τὰς διδασκαλίας ἀνθῶν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου, κατὰ χώραν ἐροῦμεν. Σισίννιος δέ, οὐδὲ δύο ὅλους ἐνιαυτοὺς ἐπιβιοὺς τῇ ἐπισκοπῇ, ἐτελεύτησεν ἐν ὑπατείᾳ Ἱερείου καὶ Ἀρδαβουρίου, τῇ εἰκάδι τετάρτῃ τοῦ Δεκεμβρίου μηνός. Ἀνὴρ ἐπὶ σωφροσύνῃ μὲν καὶ βίῳ ὀρθῷ καὶ φιλοπτωχίᾳ περιβόητος. Τὸ δὲ ἦθος εὐπρόσιτός τε καὶ ἄπλαστος, καὶ διατοῦτο ἀπραγμονέστερος. Διὸ καὶ τοῖς φιλοπράγμοσιν λυπηρὸς ἦν, καὶ ἀδρανείας δόξαν ἔλαβε παρ' αὐτοῖς.

### CAP. XXVIII.

*Quomodo Sisinnius Proclum Cyzici episcopum ordinavit, quem tamen Cyziceni suscipere noluerunt.*

Mortuo Cyzicenorum episcopo, Sisinnius Proclum urbis illius antistitem ordinavit. Sed dum ille eo profectionem parat, prævertentes eum Cyziceni, Dalmatium quemdam monasticæ professionis virum sibi episcopum constituerunt. Idque ab illis factum est, contempta lege qua sancitum est ne præter sententiam episcopi Constantinopolitani ulla fiat sacerdotis ordinatio. Porro legem istam ideo neglexerunt, quod solius Attici personæ hæc prærogativa concessa esse videretur. Mansit igitur Proclus, propriæ quidem ecclesiæ admini-C stratione spoliatus : in ecclesiis vero Constantinopoleos concionando maximam gloriam adeptus est. Verum de illo dicemus suo loco. Sisinnius autem cum in episcopatu nondum biennium explevisset, ex hac luce migravit, Hierio et Ardaburio consulibus, die nono Kalendas Januarii : vir ob temperantiam quidem vitæque sanctitatem, et ob benignitatem erga pauperes celeberrimus, moribus vero simplex et affabilis, ac proinde a negotiis alienus. Quam ob causam molestus fuit negotiosis hominibus, apud quos in opinionem venit ignaviæ.

### ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

*Ὡς μετὰ τὴν τελευτὴν Σισιννίου, Νεστόριον ἐκ τῆς Ἀντιοχείας μεταπεμψάμενοι, ἐπίσκοπον Κωνσταντίνου πόλεως πεποιήκασιν, ὃς εὐθὺς ἐφωράθη ὁποῖος ἦν.*

Μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν Σισιννίου ἔδοξε τοῖς κρα-

### CAP. XXIX.

*Quomodo post mortem Sisinnii, Nestorius Antiochia accitus, Constantinopolitanum episcopatum suscepit : statimque qualis esset deprehensus est.*

Post obitum Sisinnii, propter homines inanis

## VALESII ANNOTATIONES.

(35) *Τοῦ νόμου τοῦ κελεύοντος.* Quænam fuerit ea lex, et a quo lata, incertum est. Ego imperialem legem fuisse existimo, qua cautum fuerat ne Cyziceni præter consensum Attici Constantinopolitani episcopi antistitem sibi ordinarent. Nam si id in concilio episcoporum statutum fuisset, canonis vocabulo potius quam legis uteretur Socrates. Eam legem mortuo Attico Cyziceni insuper habuerunt. D Dicebant enim id privilegium specialiter Attico concessum fuisse, nec ad successores ejus pertinere. Verum fallebantur. Diu enim ante Atticum Constantinopolitani episcopi Cyzicenis præsules dederant. Nam Constantii temporibus Eudoxius episcopus Constantinopoleos, Eunomium Cyzici ordinarat episcopum. Vide Liberati Breviarium, cap. 7.

## VARIORUM.

[b] *Ἕκαστος κρινέτω.* De Philippi *Christiana Historia* Photius, qui eam legerat, sic judicat, *Biblioth.*, cod. XXXV : *Multum admodum verborum, sine ulla tamen urbanitate aut gratia profundit, quin et satietatem affert, aut potius molestiam, adeo ut plus ostentationis habeat quam utilitatis.*

Digitized by Google

gloriæ studiosos, placuit imperatoribus neminem A ex Ecclesia Constantinopolitana ad episcopatum promovere, licet multi Philippum, nec pauciores Proclum ordinari summo studio contenderent. Peregrinum igitur hominem Antiochia evocare satius visum est. Erat illic vir quidam, nomine Nestorius, ortus ex urbe Germanicia, sonora voce et expedita facundia. Atque idcirco illum tanquam idoneum ad docendum populum accersere decreverunt. Elapso **378** itaque trium mensium spatio, Nestorius Antiochia adducitur. Qui ob temperantiam quidem a plurimis prædicabatur. In reliquis vero quali ingenio et quibus moribus fuerit, ex prima ejus concione prudentiores quique statim deprehenderunt. Ordinatus enim die quarto Idus Apriles, Felice et Tauro consulibus, illico coram universo populo imperatorem alloquens, celebrem illam protulit dictionem: Da mihi, inquit, imperator, terram hæreticis purgatam, et ego tibi cœlum retribuam. Mecum hæreticos debella: ego Persas tecum debellabo. Hæc verba licet quidam ex vulgo qui hæreticos oderant, libenter amplexi sint, iis tamen, ut dixi, qui interiorem animi sensum ex verbis conjicere norunt, perspecta statim fuit hominis levitas et violentia, cum inanis gloriæ studio conjuncta: quippe qui ne brevissimi quidem temporis moram sustinens, in hujusmodi verba prorupisset; et antequam ipsam, ut vulgo dicitur, civitatis delibasset aquam, acerrimum se persecutorem ostenderet. Quinto igitur post ordinationem suam die, ecclesiam Arianorum in qua occulte preces faciebant, subvertere aggressus, eos ad desperationem coegit. Nam cum ecclesiam suam everti cernerent, ipsi injecto igne eam combusserunt. Porro ignis ulterius serpens, contiguas etiam domos absumpsit. Ea res tumultum in urbe excitavit: jamque Ariani ad vindictam se parabant. Verum custos civitatis Deus, malum ulterius progredi non est passus. Exinde vero incendiarium eum vocarunt non hæretici solum, verum etiam ejus-

τοῦσι, μηδένα μὲν διὰ τοὺς κενοσπουδαστὰς ἐκ τῆς Ἐκκλησίας εἰς τὴν ἐπισκοπὴν προχειρίζεσθαι· καίτοι πολλῶν μὲν τὸν Φίλιππον, πολλῶν δὲ τὸν Πρόκλον χειροτονηθῆναι σπευδόντων. Ἐπήλυδα δὲ ἐκ τῆς Ἀντιοχείας καλεῖν ἐβούλοντο. Ἦν γάρ τις ἐκεῖ Νεστόριος [c] τοὔνομα, τὸ μὲν γένος Γερμανικεύς· εὔφωνος δὲ ἄλλως καὶ εὔλαλος. Διὸ καὶ ὡς προσεπιτήδειον εἰς διδασκαλίαν ἔγνωσαν μεταπέμπεσθαι. Τριμήνου οὖν διαδραμόντος, ἄγεται ἐκ τῆς Ἀντιοχείας ὁ Νεστόριος. Ὅστις ἐπὶ σωφροσύνῃ μὲν, παρὰ τοῖς πλείστοις ἐκηρύττετο· ὁποῖος δὲ ἦν ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ ἦθος, ἀπὸ τῆς πρώτης αὐτοῦ διδασκαλίας (36) τοὺς εὖ φρονοῦντας οὐκ ἔλαθε. Χειροτονηθεὶς γὰρ τῇ δεκάτῃ τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς, ἐν ὑπατείᾳ Φίληκος καὶ B Ταύρου, εὐθὺς ἐκείνην τὴν περιβόητον ἀφῆκε φωνὴν ἐπὶ τοῦ λαοῦ παντὸς, πρὸς τὸν βασιλέα τὸν λόγον ποιούμενος· Δός μοι, φησὶν, ὦ βασιλεῦ, καθαρὰν τὴν γῆν τῶν αἱρετικῶν, κἀγώ σοι τὸν οὐρανὸν ἀντιδώσω. Συγκάθελέ μοι τοὺς αἱρετικοὺς, κἀγὼ συγκαθελῶ σοι τοὺς Πέρσας. Ταῦτα λεχθέντα, εἰ καί τινες τῶν πολλῶν πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς ἀπεχθῶς ἔχοντες, ἡδέως ἐδέχοντο, ἀλλ' οὖν γε, ὡς ἔφην, τοὺς εἰδότας ἐκ λόγου γνώμην τεκμήρασθαι, οὐκ ἔλαθεν οὐδὲ τὸ κοῦφον τῆς διανοίας, οὐδὲ τὸ θυμικὸν ἐν ταυτῷ καὶ κενόδοξον· ὅτι μηδὲ τὸ βραχύτατον εἰς ὑπέρθεσιν ἀνασχόμενος, εἰς τοιούτους προήχθη λόγους· ἀλλ' εἰ δεῖ κατὰ τὴν παροιμίαν εἰπεῖν, μηδὲ τοῦ τῆς πόλεως ὕδατος ἤδη γευσάμενος, διάπυρος διώκτης ἐδείκνυτο. Πέμπτῃ γε οὖν μετὰ τὴν χειροτονίαν ἡμέρᾳ, εὐκτήριον τῶν C Ἀρειανῶν, ἐν ᾧ ἐν παραβύστῳ ηὔχοντο, καθελεῖν βουλόμενος, εἰς ἀπόνοιαν αὐτοὺς ἤλασεν. Ὁρῶντες γὰρ καθαιρούμενον τὸν εὐκτήριον τόπον, πῦρ ἐμβαλόντες ὑφῆψαν αὐτόν. Ἐπινεμηθὲν δὲ τὸ πῦρ καὶ τὰς παρακειμένας οἰκίας ἀνήλωσε. Θόρυβός τε ἐκ τούτου κατὰ τὴν πόλιν ἐγένετο, καὶ οἱ Ἀρειανοὶ πρὸς ἄμυναν ηὐτρεπίζοντο. Ἀλλὰ τὸ μὲν κακὸν προβῆναι εἰς ἔργον οὐ συνεχώρησεν ὁ τὴν πόλιν φυλάσσων Θεός. Πυρκαϊὰν δὲ τοῦ λοιποῦ ἀπεκάλουν (37) αὐτὸν, οὐ μόνον οἱ τῶν αἱρέσεων, ἀλλ' ἤδη καὶ οἱ οἰκεῖοι τῆς πίστεως. Οὐ γὰρ ἐπαύετο· ἀλλὰ κατὰ τῶν αἱρέσεων

## VALESII ANNOTATIONES.

(36) *Ἀπὸ τῆς πρώτης διδασκαλίας.* Apud antiquos observari studiose solebat, quid episcopi, ac præcipue majorum ecclesiarum antistites, in prima ad populum concione dicerent. Ex ea enim concione de fide cujusque episcopi et de doctrina ac moribus conjecturam faciebant. Quare notari tunc solebant eorum dicta, et memoriæ commendari. Sic supra de prima concione Eudoxii Constantinopolitani retulit Socrates in libro II. Sic de Meletii Antiocheni primo sermone ad populum D scribit Theodoritus et Epiphanius. Denique Liberatus in Breviario, cap. 19, de Severo ita scribit: *Fertur autem expositio ejus quæ ab eo dicta est in enthronismo, in qua et unitivum suscipit Zenonis*, etc.

(37) *Πυρκαϊὰν ἀπεκάλουν.* Incendiarium vertere malui cum Epiphanio Scholastico, quam incendium. Quod si quis ad verbum transferre malit, tribus litteris expunctis id perficiet.

## VARIORUM.

[c] *Νεστόριος.* Nestorius, natione Syrus, Germanicia Syriæ Euphratesiensis urbe ortus, in monasterio S. Euprepii educatus, Diodorum postea Tarsensem præceptorem habuit; deinde Ecclesiæ Antiochenæ presbyter factus. (Guil. Cave.) Sisinnio sub finem anni 427 mortuo successit, ordinatus non IV Idus Apriles, sed Kalendis Aprilibus, ut testis est Liberatus diaconus, cap. 4 sui Breviarii. Et ratio est, quia hoc anno dies Dominica, quo Constantinopolitani episcopi ordinari soliti erant, in Kal. April. incurrerit. Verosimile est Socratem, diem quo Nestorius in sede episcopali collocatus est, pro die ejus ordinationis perperam sumpsisse. (Ant. Pagi, ad ann. 420, n. 11.)

Digitized by Google

τεχναζόμενος, τὸ ἐπ' αὐτῷ τὴν πόλιν ἀνέτρεψε. Καὶ A γὰρ Ναυατιανοὺς σκύλλειν ἐπειρᾶτο, ὑποκνιζόμενος ἐφ' οἷς ὁ Ναυατιανῶν ἐπίσκοπος Παῦλος ἐπ' εὐλαβείᾳ περιβόητος ἦν. Ἀλλ' οἱ κρατοῦντες παραινέσει κατέστελλον αὐτοῦ τὴν ὁρμήν. Ὅσα δὲ περὶ Ἀσίαν, Λυδίαν τε καὶ Καρίαν κακὰ τοῖς Τεσσαρεσκαιδεκατίταις ἐποίησε, καὶ ὁπόσοι δι' αὐτὸν πολλοὶ περὶ Μίλητον καὶ Σάρδεις ἐν τῇ γενομένῃ στάσει ἀπέθανον, παραλιπεῖν μοι δοκῶ. Ὁποίαν μὲν οὖν καὶ διὰ ταῦτα, καὶ διὰ τὴν ἄθυρον αὐτοῦ γλῶσσαν δίκην ἔδωκε, μετ' ὀλίγον ἐρῶ.

dem cum illo fidei cultores. Non enim quiescebat, sed adversus hæreticos subinde calumnias struens, civitatem, quantum quidem in ipso erat, subvertebat. Nam et Novatianos vexare conatus est, stimulante eum invidia, eo quod Paulus Novatianorum episcopus religionis gratia ubique celebraretur. Verum principes impetum illius admonitionibus suis represserunt. Quantis autem malis Quartadecimanos per Asiam, Lydiam et Cariam affecerit, et quam multi ejus causa apud Miletum et Sardes seditione facta interierint, silentio transmittendum puto. Quas autem pœnas tum ob ista, tum ob effrenem linguæ petulantiam dederit, paulo postea dicam.

## ΚΕΦΑΛ. Λ'.

B

*Τίνα τρόπον ἐπὶ τοῦ Νέου Θεοδοσίου Βουργουνζίωνες ἐχριστιάνισαν.*

Πρᾶγμα μέντοι περὶ τόνδε τὸν χρόνον ἄξιον μνήμης γενόμενον διηγήσομαι. Ἔθνος ἐστὶ βάρβαρον, πέραν τοῦ ποταμοῦ Ῥήνου ἔχον τὴν οἴκησιν· Βουργουνζίωνες καλοῦνται. Οὗτοι βίον ἀπράγμονα ζῶσιν ἀεί· τέκτονες γὰρ σχεδὸν πάντες εἰσίν· καὶ ἐκ ταύτης μισθὸν λαμβάνοντες, ἀποτρέφονται. Τούτοις συνεχῶς τὸ ἔθνος τῶν Οὔννων ἐπερχόμενον, ἐλεηλάτει τὴν χώραν αὐτῶν, καὶ πολλοὺς πολλάκις αὐτῶν ἀνῄρουν. Οἱ δὲ ὑπὸ ἀμηχανίας, ἀνθρώπῳ προσφεύγουσιν οὐδενί· Θεῷ δέ τινι ἐπιτρέψαι ἑαυτοὺς ἐβούλοντο. Κατὰ νοῦν δὲ λαμβάνοντες ὅτι Ῥωμαίων ὁ Θεὸς ἰσχυρῶς τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν βοηθεῖ, κοινῇ γνώμῃ πάντες ἐπὶ τὸ πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ [d] ἐληλύθασιν. C Γενόμενοί τε ἐν πόλει μιᾷ τῆς Γαλλίας, παρακαλοῦσιν ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου τυχεῖν Χριστιανικοῦ βαπτίσματος. Ὁ δὲ ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας παρασκευάσας νηστεῦσαι αὐτοὺς, καὶ τὴν πίστιν κατηχήσας αὐτοὺς, τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ βαπτίσας ἀπέλυσε. Θαῤῥαλέοι οὖν οὗτοι κατὰ τῶν τυράννων ἐπορεύοντο (38), καὶ τῆς ἐλπίδος οὐχ ἥμαρτον. Τοῦ γὰρ βασιλέως τῶν Οὔννων ὑπὸ ἀδηφαγίας ἐν νυκτὶ διαῤῥαγέντος, ᾧ ὄνομα Οὔπταρος ἦν (39), οἱ Βουργουνζίωνες ἀστρατηγήτοις ἐπιθέμενοι, ὀλίγοι τε πρὸς σφόδρα πολλοὺς συμβαλόντες ἐνίκησαν· τρισχίλιοι γὰρ μόνοι, περὶ τοὺς μυρίους κατήνεγκαν. Καὶ ἐξ ἐκείνου τὸ ἔθνος διαπύρως ἐχριστιάνισεν. Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ Βάρβας ὁ τῶν Ἀρειανῶν ἐπίσκοπος ἐτελεύτησεν, ἐν

## 379 CAP. XXX.

*Quomodo Theodosii Junioris principatu Burgundiones Christianam religionem amplexi sint.*

Nunc vero rem memoratu in primis dignam, quæ per id tempus contigit, narrabo. Gens est barbara, trans flumen Rhenum sedes habens, eorum qui Burgundiones vocantur. Hi vitam quietam et a negotiis alienam ducunt. Quippe omnes fere sunt fabri lignarii, et ex hac arte mercedem capientes, semetipsos alunt. In horum fines assidue irruentes Hunni, regionem illorum vastabant, multosque ex ipsis subinde interficiebant. Itaque Burgundiones ad consilii inopiam redacti, nullius quidem hominis auxilium implorarunt, sed deo cuipiam sese committere statuerunt. Cumque animadverterent, Romanorum Deum illis qui numen ipsius reverentur certissimum auxilium præbere, omnes communi consensu ad Christi fidem se contulerunt. Extemplo igitur ad quamdam Galliæ civitatem profecti, postulant ab episcopo ut Christianum baptismum suscipiant. Ille cum septem dies jejunare eos jussisset, ac fidei rudimentis instituisset, octavo tandem die baptismo donatos dimisit. Exinde fidenti animo adversus Hunnos progressi sunt: nec spes eos fefellit. Etenim rege Hunnorum, cui nomen erat Optar, præ nimia ciborum ingluvie nocte quadam suffocato, Burgundiones in Hunnos duce destitutos subito irruentes, paucique plurimos aggressi, victoriam reportarunt. Cum enim ipsi tria duntaxat hominum millia essent,

### VALESII ANNOTATIONES.

(38) *Κατὰ τῶν τυράννων ἐπορεύοντο.* Procul D dubio scribendum est κατὰ τῶν Οὔννων. Ab iis enim premebantur Burgundiones, ut testatur Socrates.

(39) *Ὧ ὄνομα Οὔπταρος ἦν.* Hic est, ut existimo, Octar Hunnorum rex, quem fratrem fuisse Roæ, et Mundiuchi patris Attilæ, testatur Jornandes in Historia Gothorum, cap. 35.

### VARIORUM.

d *Πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ.* Orosius, qui Historiam suam anno 417 absolvit, de Burgundionibus sic scribit, lib. VII, cap. 19: *Eorum esse prævalidam et perniciosam manum, Galliæ hodieque testes sunt; in quibus præsumpta possessione consistunt; quamvis providentia Dei omnes Christiani modo facti, catholica fide nostris clericis, quibus obedirent, receptis, blande, mansuete, innocenterque vivunt, non quasi cum subjectis Gallis, sed vere cum fratribus Christianis.* Hinc Baronius ad annum 413, n. 26, recte ait, Socratem lib. VII, cap. 30, errasse quoad tempus quo Burgundi ad Christi fidem accessere; eorum enim conversionem refert ad annum circiter 430. Verum non in eo tantum hallucinatus est Socrates, sed in eo etiam quod hic subdit de Burgundionum victoria post acceptum baptismum; quæ victoria plane commentitia est. Tantum enim abest ut Burgundiones Hunnos superarint, ut hi Gundicarium Burgundionum regem *cum populo suo atque stirpe* deleverint, ut Prosper, qui hoc sæculo vivebat, in suo *Chronico* ad annum 435 prodit, et post eum Cassiodorus in *Chronico.*

Digitized by Google

Hunnorum decem circiter millia interfecerunt. Ex eo tempore Burgundionum gens Christianam religionem studiosissime professa est. Sub idem tempus Barba Arianorum episcopus extremum diem obiit, consulatu Theodosii tertio decimo et Valentiniani tertio, die octavo Kalendas Julii [1]. In cujus locum substitutus est Sabbatius. Sed de his satis.

ὑπατείᾳ Θεοδοσίου τὸ τρισκαιδέκατον καὶ Οὐαλεντινιανοῦ τὸ τρίτον, τῇ εἰκάδι τετάρτῃ τοῦ Ἰουνίου μηνός· καὶ καθίσταται εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ Σαββάτιος. Περὶ μὲν δὴ τούτων, τοσαῦτα εἰρήσθω.

## 380 CAP. XXXI.

*Quibus malis Nestorius Macedonianos afflixerit.*

Cæterum Nestorius contra morem institutumque Ecclesiæ se gerens, alios impulit ut ipsum in hujusmodi rebus imitarentur, quemadmodum apparet ex iis quæ sub ipso contigere. Quippe in Hellesponto Antonius quidam, Germæ civitatis episcopus, Nestorio adversus hæreticos sævienti morem gerens, Macedonianos acerbe exagitare cœpit, mandatum patriarchæ defensionis loco prætexens. Et Macedoniani quidem aliquandiu vexationem ejus patienter tulere. Sed posteaquam Antonius eos vehementius persequi instituit, illi tantam molestiam ferre amplius non valentes, spe salutis abjecta, ad gravissimam insaniam proruperunt : et submissis quibusdam hominibus qui justitiam libidini postponebant, eum interfecerunt. Cum hoc scelus perpetrassent Macedoniani, Nestorius ex eo facto occasionem furoris sui traxit. Suasit enim imperatoribus ut ecclesiæ illis adimerentur. Ablatæ sunt igitur illis, tum ea quam habebant Constantinopoli, ante veteres muros urbis regiæ, tum illa quam habebant Cyzici ; aliæque plures earum quas in vicis Hellesponti obtinebant. Porro ex Macedonianis nonnulli consubstantialis fidem amplexi, ad Ecclesiam se contulerunt. Verum, ut est in vetere proverbio, nec ebriosis vinum unquam deficit, nec certamen contentioso. Accidit ergo ut Nestorius, qui alios expellere satagebat, ipse quoque Ecclesia exturbaretur ob hujusmodi causam.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

*Οἷα πεπόνθασιν ὑπὸ Νεστορίου Μακεδονιανοί.*

Νεστόριος μέντοι παρὰ τὸ εἰωθὸς τῇ Ἐκκλησίᾳ πράττων, καὶ ἄλλως ἐν τοῖς τοιούτοις ἑαυτὸν μισεῖσθαι (40) ἐποίει, ὡς τὰ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα δείκνυσιν. Ἐν Γέρμῃ γὰρ πόλει τοῦ Ἑλλησπόντου Ἀντώνιος ἐπίσκοπος ὢν, καὶ πειθόμενος τῇ Νεστορίου περὶ τοὺς αἱρετικοὺς ὁρμῇ, Μακεδονιανοὺς ἐλαύνειν ἐσπούδαζε, πρόσχημα ἀπολογίας τὴν τοῦ πατριάρχου πρόσταξιν λαμβάνων. Οἱ οὖν Μακεδονιανοὶ, μέχρι μέν τινος τὸν σκυλμὸν ὑπέμενον. Ἐπεὶ δὲ αὐτοὺς ὁ Ἀντώνιος σφοδρότερον ἔσκυλλε, μηκέτι φέροντες τὸ ἄχθος, εἰς χαλεπὴν ἀπόνοιαν τρέπονται· ὑποπέμψαντές τε ἄνδρας ἐν δευτέρῳ τὸ ἀγαθὸν τοῦ ἡδέος τιθεμένους, ἀναιροῦσιν αὐτόν. Τοῦτο τὸ μῦσος τῶν Μακεδονιανῶν ἐργασαμένων, ὁ Νεστόριος ὑπόθεσιν τῆς ἰδίας ὁρμῆς ἔλαβε τὰ γενόμενα· πείθει τε τοὺς κρατοῦντας, τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν ἀφελέσθαι. Ἀφῃρέθησαν οὖν ἥ τε ἐν Κωνσταντίνου πόλει πρὸ τοῦ παλαιοῦ τείχους τῆς πόλεως, καὶ ἡ ἐν Κυζίκῳ, καὶ ἄλλαι πολλαὶ ὧν ἔσχον ἐν τοῖς Ἑλλησπόντου ἀγροῖς. Τινὲς δὲ αὐτῶν προσεχώρησαν τῇ Ἐκκλησίᾳ, τοῦ ὁμοουσίου τῇ πίστει συνθέμενοι. Ἀλλὰ φιλοίνοις, ὥς φησιν ἡ παροιμία, οἶνος οὐ λείπει, οὐδὲ φιλονείκῳ μάχη. Καὶ Νεστορίῳ τοίνυν φιλονεικοῦντι ἐξελαύνειν ἄλλους, αὐτὸν ἐξελαθῆναι τῆς Ἐκκλησίας συνέπεσεν ἐξ αἰτίας τοιαύτης.

## CAP. XXXII.

*De Anastasio presbytero, a quo Nestorius ad impietatem perductus est.*

Erat familiaris Nestorii Anastasius presbyter, qui una cum illo profectus fuerat Antiochia. Hunc Nestorius magno in honore habebat, ejusque consilio in rebus gerendis utebatur. Hic igitur Anastasius quodam die cum in ecclesia doceret, dixit hæc verba : Nemo Mariam vocet Deiparam. Maria enim homo fuit. Ex homine autem Deus nasci non potest. Id ubi auditum fuisset, multos tam ex clero quam ex plebe, pariter conturbavit. Olim enim didicerant, Christum

## ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

*Περὶ Ἀναστασίου πρεσβυτέρου, δι' οὗ καὶ Νεστόριος εἰς τὸ δυσσεβεῖν κατηνέχθη.*

Συνῆν αὐτῷ Ἀναστάσιος πρεσβύτερος ἅμα αὐτῷ ἐκ τῆς Ἀντιοχείας σταλείς. Τοῦτον διὰ τιμῆς εἶχε πολλῆς· καὶ ἐν τοῖς πράγμασι συμβούλῳ ἐχρῆτο. Καί ποτε ἐπ' ἐκκλησίας ὁ Ἀναστάσιος διδάσκων ἔφη, Θεοτόκον τὴν Μαρίαν καλείτω μηδείς. Μαρία γὰρ ἄνθρωπος ἦν· ὑπὸ ἀνθρώπου δὲ Θεὸν τεχθῆναι, ἀδύνατον. Τοῦτο ἀκουσθὲν, πολλοὺς κληρικούς τε καὶ λαϊκοὺς ἐν ταυτῷ πάντας ἐτάραξεν. Ἦσαν γὰρ πάλαι διδαχθέντες θεολογεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ μηδα-

[1] Supra, c. 1.

### VALESII ANNOTATIONES.

(40) *Καὶ ἄλλως ἐν τοῖς τοιούτοις ἑαυτὸν μισεῖσθαι.* Hunc locum feliciter mihi videor restituisse. Nam cum in vulgata lectione nullus sit sensus, levi mutatione locum ita emendavi : Καὶ ἄλλους ἐν τοῖς τοιούτοις αὐτὸν μιμεῖσθαι ἐποίει. Nec dubito quin Socrates ita scriptum reliquerit. Alioqui id quod subjungit de Antonio Germæ episcopo, nullatenus cum præcedentibus cohæreret. Mox lego, ὡς τὰ ἐπ' αὐτοῦ γενόμενα δείκνυσιν. Quæ emendatio prorsus necessaria mihi videtur. Nam quod sequitur de Antonio episcopo, nequaquam factum est a Nestorio.

### VARIORUM.

Idem ac Socrates narrat Nicephorus, lib. XIV, cap. 40; sed uterque, sicut et reliqui Græci historici, de rebus apud Latinos gestis non raro male edocti. (Ant. Pagi, ad ann. 413, n. 13.)

Digitized by Google

A μῶς αὐτὸν τῆς οἰκονομίας, ὡς ἄνθρωπον, χωρίζειν ἐκ τῆς θεότητος, πειθόμενοι τῇ τοῦ Ἀποστόλου φωνῇ λεγούσῃ· *Εἰ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν· καί· Διὸ ἀφέντες* (41) * *τὸν περὶ Χριστοῦ λόγον, ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα.* Ταραχῆς οὖν, ὡς ἔφην, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γενομένης, ὁ Νεστόριος τὸν τοῦ Ἀναστασίου λόγον κυρώσασθαι σπεύδων· οὐ γὰρ ἐξελέγχεσθαι ὡς βλάσφημον τὸν παρ' αὐτοῦ τιμώμενον ἤθελε· συνεχῶς περὶ τούτου ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ἐδίδασκε, φιλονεικότερόν τε περὶ αὐτοῦ τὰς ζητήσεις ποιούμενος, καὶ πανταχοῦ τὴν λέξιν τοῦ Θεοτόκος ἐκβάλλων. Διὸ τῆς περὶ τούτου ζητήσεως παρ' ἄλλοις ἄλλως ἐκδεχθείσης, διαίρεσις ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐγένετο. Καὶ ὥσπερ ἐν νυκτομαχίᾳ καθεστῶτες, νῦν μὲν ταῦτα ἔλεγον, νῦν δὲ τὰ ἕτερα· συγκατετίθεντό B τε ἐν ταυτῷ, καὶ ἠρνοῦντο. Νεστόριος δὲ δόξαν παρὰ τοῖς πολλοῖς εἶχεν, ὡς ψιλὸν ἄνθρωπον λέγων τὸν Κύριον, καὶ ὡς Παύλου τοῦ Σαμοσατέως καὶ Φωτεινοῦ τὸ δόγμα εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἄγων. Ἀλλὰ περὶ τούτου τοσαύτη ἐκινήθη ζήτησις καὶ ταραχὴ, ὡς καὶ συνόδου οἰκουμενικῆς δεηθῆναι. Ἐγὼ δὲ ἐντυχὼν τοῖς παρὰ Νεστορίου λόγοις δοθεῖσιν (42), ἀγνοοῦντα ἐφευρίσκω τὸν ἄνδρα, καὶ μετ' ἀληθείας ἐρῶ. Οὐδὲ γὰρ οὔτε ἀπεχθανόμενος πρὸς αὐτὸν, ὧν εἶχεν ἐλαττωμάτων ἐμνήσθην· οὔτε χαριζόμενός τισιν, ἐλαττονοῦντα ὧν ἐφεῦρον, ἐκθήσομαι. Οὔ μοι δοκεῖ ὁ Νεστόριος, οὔτε τὸν Σαμοσατέα Παῦλον ζηλῶν, οὔτε μὴν Φωτεινὸν, μηδ' ὅλως ψιλὸν ἄνθρωπον λέγειν τὸν Κύριον. Ἀλλὰ τὴν λέξιν μόνην ὡς τὰ μορμολύκια πεφόβηται. Καὶ τοῦτο πέπονθεν ὑπὸ ἀμαθίας πολ- C λῆς. Φυσικὸς γὰρ εὔλαλος ὢν, πεπαιδεῦσθαι μὲν ἐνομίζετο· τῇ δὲ ἀληθείᾳ, ἀνάγωγος ἦν· καὶ τὰς τῶν παλαιῶν ἑρμηνεύων βίβλους (43), ἀπηξίου μανθάνειν. Τυφούμενος γὰρ ὑπὸ τῆς εὐγλωττίας, οὐκ ἀκριβῶς προσεῖχε τοῖς παλαιοῖς· ἀλλὰ πάντων κρείττονα ἐνόμιζεν ἑαυτόν. Αὐτίκα γοῦν ἠγνόησεν, ὅτι ἐν τῇ Καθολικῇ Ἰωάννου γέγραπτο ἐν τοῖς παλαιοῖς ἀντιγράφοις, ὅτι *Πᾶν πνεῦμα ὃ λύει τὸν Ἰησοῦν, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ* (44) *οὐκ ἔστι.* Ταύτην γὰρ

confiteri Deum, nec ullatenus ob susceptam humanæ salutis dispensationem, eum tanquam hominem a divinitate sejungere, sequentes doctrinam Apostoli ita dicentis : *Etsi Christum cognovimus secundum carnem, nunc tamen non cognoscimus amplius.* Et iterum : *Quapropter sermonem de Christo* **381** *relinquentes, ad perfectionem contendamus.* Cum ergo hac de re tumultus, uti dixi, in ecclesia ortus esset, Nestorius dictum Anastasii confirmare studens : nolebat enim eum quem ipse tanti faceret, ut impie loquentem coargui : ipse de hac controversia subinde in ecclesia disseruit : quæstiones ea de re pervicaciter proponens, et vocem Deiparæ perpetuo rejiciens. Proinde cum hæc quæstio ab aliis aliter excepta esset, dissidium ortum est in Ecclesia. Ac veluti in nocturna quadam pugna temere dimicantes, modo hæc, modo illa dicebant, idem affirmantes pariter et negantes. Nestorium vero plerique in ea sententia esse existimabant, ut Dominum nudum esse hominem assereret, et Pauli Samosatensis ac Photini dogma in Ecclesiam inveheret. Verum hac de re tanta altercatio tantusque tumultus est excitatus, ut opus fuerit generali concilio. Ego vero cum libros a Nestorio editos legissem, hominem imperitum esse deprehendi : prorsusque dicam ut se res habet. Nam neque odio et inimicitia adductus, vitia illius antea commemoravi : nec ut quibusdam gratificer, bona quæ in illo deprehendi, oratione mea extenuabo. Mihi quidem videtur Nestorius, nec Paulum Samosatensem, nec Photinum imitatus : neque omnino nudum hominem Christum dicere. Sed solam Deiparæ vocem velut larvam quamdam reformidat. Idque illi ex gravissima contigit imperitia. Cum enim naturali facundia esset præditus, eruditus quidem videbatur, revera tamen erat indoctus. Libros etiam veterum interpretum haudquaquam legere dignabatur. Arrogantia enim elatus ob dicendi facultatem, non satis accurate vetustioribus legendis operam dabat, sed seipsum reliquis omnibus præ-

## VALESII ANNOTATIONES.

(41) *Καὶ, Διὸ ἀφέντες.* Nicephorus, cum hunc Socratis locum exscriberet, vocem addidit hoc modo, καὶ αὖθις, Διὸ ἀφέντες, etc., indicans D hac voce, quæ sequuntur verba esse ex epistola Pauli. Verba quidem quæ proxime antecedunt, leguntur in capite v Epistolæ 2 *ad Corinthios.* Hæc vero unde petita sint, nondum comperi.

(42) *Τοῖς παρὰ Νεστορίου λόγοις δοθεῖσιν.* Savilius ad oram libri sui adnotarat legendum sibi videri ἐκδοθεῖσιν. Et paulo post, ubi legitur φυσικὸς γὰρ εὔλαλος ὢν, ad marginem scripserat, *forte* φυσικῶς, cui assentior. Nam Nicephorus, qui hunc locum Socratis adducit, ita scriptum habet.

(43) *Τῶν παλαιῶν ἑρμηνεύων βίβλους.* Procul dubio scribendum est ἑρμηνέων, licet idem error apud Nicephorum quoque legatur. Verum Socrates ipse paulo post satis indicat legendum esse ἑρμηνέων, vel ἑρμηνευτῶν.

(44) *Πᾶν πνεῦμα ὃ λύει τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.* In Epistola prima Joannis, capite IV, sic habent hodie Græca exemplaria : Πᾶν πνεῦμα ὃ ὁμολογεῖ Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι· καὶ πᾶν πνεῦμα ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι. In Latinis autem exemplaribus ita habetur : *Omnis spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est; et omnis spiritus qui solvit Jesum, ex Deo non est.* In Græco igitur exemplari quo usus est vetus interpres Latinus, scriptum erat, πᾶν πνεῦμα ὃ λύει τὸν Ἰησοῦν, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι, prout in antiquis exemplaribus scriptum fuisse testatur Socrates. Videtur tamen Socrates legisse πᾶν πνεῦμα ὃ λύει τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστιν, quomodo in interpretatione mea posui. Sic enim paulo post ait Socrates, ὥς τινες εἶεν ῥᾳδιουργήσαντες τὴν ἐπιστολὴν, λύειν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον θέλοντες. In codice Alexandrino, cujus varias lectiones Angli nobis

## VARIORUM.

* *Διὸ ἀφέντες.* Hæc ex Hebr. VI, 1, desumpta sunt, quod se minime comperisse fatetur Valesius: et sane ad rem de qua agitur, nihil faciunt. W. Lowth.



Digitized by Google

stare arbitrabatur. Primum igitur ignoravit, in catholica Joannis Epistola ita scriptum esse in antiquis exemplaribus: *Omnis spiritus qui Jesum a Deo separat, non est ex Deo.* Hanc enim sententiam e vetustis exemplaribus sustulerunt ii, qui ab hominis dispensatione divinitatem separare studebant. Quamobrem et prisci interpretes idipsum observaverunt, fuisse nimirum quosdam, qui hanc Epistolam depravarint, hominem a Deo sejungere cupientes. Est quippe humanitas copulata divinitati: nec jam duo sunt, sed unum. Hoc testimonio freti veteres Mariam Dei genitricem dicere non dubitarunt. Nam et Eusebius Pamphili in **382** tertio libro *De vita Constantini* ad verbum ita scribit: Nam et Emmanuel, quod est *Nobiscum Deus*, pro nobis nasci sustinuit, et locus nativitatis ejus Bethlehem ab Hebræis est appellatus. Idcirco Deo charissima Helena Augusta Deiparæ Virginis partum eximiis monumentis ornavit, sacram illam speluncam omni cultus genere illustrans. Sed et Origenes in primo tomo *Commentariorum in Epistolam Pauli ad Romanos*, exponens qua ratione dicatur Deipara, eam quæstionem latissime pertractavit. Apparet igitur Nestorium scripta veterum penitus ignorasse. Et ob eam causam, ut jam dixi, solam Deiparæ vocem impugnat. Christum enim nudum hominem ab illo non dici, siculi Photinus et Paulus Samosatensis dixerunt, homiliæ ab illo editæ satis docent. In quibus nusquam Verbi Dei hypostasim tollit, sed personam illud habere, ac substantivum esse, ubique profitetur: nec quemadmodum Photinus et Paulus Samosatensis, subsistentiam ei adimit: quod quidem et Manichæi et Montani sectatores asserere non dubitarunt. Et hanc fuisse Nestorii sententiam, partim ex libris ejus, quos quidem perlegi, partim ex fautorum illius sermonibus deprehendi. Cæterum stulta illa Nestorii garrulitas orbem terrarum non medriocriter perturbavit.

A τὴν διάνοιαν ἐκ τῶν παλαιῶν ἀντιγράφων περιεῖλον οἱ χωρίζειν ἀπὸ τοῦ τῆς οἰκονομίας ἀνθρώπου βουλόμενοι τὴν θεότητα. Διὸ καὶ οἱ παλαιοὶ ἑρμηνεῖς αὐτὸ τοῦτο ἐπεσημήναντο, ὥς τινες εἶεν ῥᾳδιουργήσαντες τὴν ἐπιστολὴν, λύειν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον θέλοντες. Συνανείληπται δὲ ἡ ἀνθρωπότης τῇ θεότητι· καὶ οὐκέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ ἕν (45). Τοῦτο θαῤῥοῦντες οἱ παλαιοὶ, Θεοτόκον τὴν Μαρίαν λέγειν οὐκ ὤκνησαν. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ [f] τῷ εἰς τὸν βίον Κωνσταντίνου, κατὰ λέξιν ταῦτα φησί· Καὶ γὰρ καὶ γέννησιν ὑπομένειν ὁ μεθ' ἡμῶν Θεὸς δι' ἡμᾶς ἠνέσχετο· καὶ τόπος αὐτοῦ τῆς ἐνσάρκου γεννήσεως, ὀνομαστὶ παρ' Ἑβραίοις ἡ Βηθλεὲμ ἐκηρύττετο. Διὸ δὴ καὶ ἡ βασίλισσα Ἑλένη ἡ θεοφιλεστάτη, τῆς Θεοτόκου τὴν B κύησιν μνήμασι θαυμασίοις κατεκόσμει, παντοίως τὸ τῇδε ἱερὸν ἄντρον φαιδρύνουσα. Καὶ Ὠριγένης δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τόμῳ τῶν εἰς τὴν πρὸς Ῥωμαίους τοῦ Ἀποστόλου ἐπιστολὴν, ἑρμηνεύων πῶς Θεοτόκος λέγεται, πλατέως ἐξήτασε. Φαίνεται τοίνυν ὁ Νεστόριος ἀγνοήσας τὰς πραγματείας τῶν παλαιῶν. Διὸ, καθὼς ἔφην, τὴν λέξιν μόνην περιίσταται. Ἐπεὶ ὅτι ψιλὸν οὐ λέγει ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν, ὡς Φωτεινὸς ἢ Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς, καὶ αἱ ἐκδοθεῖσαι αὐτοῦ προσομιλίαι διδάσκουσιν, ὡς οὐδαμοῦ τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου ὑπόστασιν ἀναιρεῖ, ἀλλὰ πανταχοῦ ἐνυπόστατον αὐτὸν ὁμολογεῖ καὶ ἐνούσιον· οὐ μὴν ὡς Φωτεινὸς καὶ ὁ Σαμοσατεὺς, ἀναιρεῖ αὐτοῦ τὴν ὕπαρξιν. Τοῦτο γὰρ καὶ Μανιχαῖοι, καὶ οἱ ἀπὸ Μοντανοῦ [g] δογματίζειν ἐτόλμησαν. Οὕτω μὲν οὖν τὸν Νεστόριον φρο- C νοῦντα εὑρίσκω ἐγὼ, ἔκ τε ὧν ἀνέγνων αὐτοῦ λόγων, καὶ ἀφ' οὗ οἱ ἐρασταὶ αὐτοῦ λέγουσιν. Οὐ μικρὰν μέντοι ταραχὴν τῇ οἰκουμένῃ ἡ ψυχρολογία Νεστορίου ἐκίνησεν.

## CAP. XXXIII.

***De piaculo in ipso altari majoris ecclesiæ a servis fugitivis commisso.***

Cum hæc ita gesta essent, forte contigit ut nefarium quoddam facinus in ecclesia perpetraretur.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'.

***Περὶ τοῦ γενομένου μύσους ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ὑπὸ τῶν φυγάδων δούλων.***

Καὶ τούτων γενομένων, ἐπισυνέβη μυσαρόν τι πρᾶγμα κατὰ τὴν ἐκκλησίαν γενέσθαι. Οἰχέται γὰρ

### VALESII ANNOTATIONES.

exhibuerunt, locus ille Joannis ita scribitur, καὶ πᾶν πνεῦμα ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν, ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐστι. Quæ scriptura propius accedit ad vulgatam lectionem.

(45) *Καὶ οὐκ ἔτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ ἕν*. Fallitur hic Socrates, et dum Nestorium reprehendit, in Eutychetis errorem delabitur, qui post unitionem, non D duas in Christo, sed unam duntaxat naturam esse existimabat. Nisi forte Socratem de personis loqui dicamus, non de naturis. Hac ratione excusari posset Socrates, si verba ejus hunc sensum admitterent. Certe ἀνθρωπότης et θεότης, de quibus hæc dicuntur, naturas omnino significant, non personas.

### VARIORUM.

[f] *Ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ*. Vide Euseb. in *Vita Constantini*, lib. III, cap. 43. Ante eum Alexander episcopus Alexandrinus: Ἀπαρχὴ γέγονεν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, σῶμα φορέσας ἀληθῶς, καὶ οὐ δοκήσει, ἐκ τῆς Θεοτόκου Μαρίας. Theod. *Hist.* lib. II, cap. 4. Ante hunc Dionysius Alexandrinus Christum appellat τὸν σαρκωθέντα ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας, in epistola ad Paulum Samosatenum. Idem in illud Isa., cap. VII: *Ecce virgo concipiet et pariet filium.* Δείκνυσιν ὅτι ἡ Θεοτόκος τινὰ συνέλαβεν, ἡ Παρθένος δηλονότι· alibique sæpius beatam Virginem Θεοτόκον nuncupat. Ante hos omnes Origenes vocem Θεοτόκος non solum usurpavit, sed et prolixius exposuit in primo tomo *Comment. in Epist. ad Romanos*, ut præter Socratem, Liberatus in Breviario testatur. Latini, ad imitationem Græcorum, B. Mariam Deiparam vocant.

[g] *Καὶ οἱ ἀπὸ Μοντανοῦ*. Vide quæ Valesius observavit ad Socratis lib. I, cap. 23. W. LOWTH.

Digitized by Google

ἑνὸς τῶν μεγάλα δυναμένων, βάρβαροι ὄντες τὸ γένος, ἀπηνοῦς τοῦ δεσπότου πειρώμενοι, τῇ ἐκκλησίᾳ προσφεύγουσι. Καὶ ξιφηροῦντες, εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσεπήδησαν· παρακαλούμενοί τε ἐξελθεῖν, οὐδενὶ τρόπῳ ἐπείθοντο· ἀλλ' ἐμποδὼν ταῖς ἱεραῖς λειτουργίαις ἐγίνοντο. Ἐπί τε ἡμέρας πολλὰς τὰ ξίφη γυμνὰ κατέχοντες, ἕτοιμοι πρὸς τὸ ἀμύνασθαι πάντα τὸν προσιόντα ἐγίνοντο. Καὶ δὴ ἕνα τῶν κληρικῶν ἀποσφάξαντες, καὶ ἄλλον τραυματίσαντες, τέλος ἐπικατέσφαξαν ἑαυτούς. Καί τις τῶν παρόντων, οὐ καλὸν ἔλεγε σημαίνειν τὸν μολυσμὸν τοῦ ναοῦ, ἐπιλέγων ἀρχαίου τινὸς ποιητοῦ δύο ἰάμβους·

A Cujusdam enim præpotentis viri servi, natione barbari, domini sui atrocitatem experti, ad ecclesiam confugerunt; strictisque gladiis ad ipsum altare prosilierunt. Cumque rogarentur ut inde abscederent, nulla ratione adduci poterant, ut parerent, sed impedimento erant quominus divinum officium celebraretur. Et plurimis diebus evaginatos vibrantes gladios, quemvis ad se accedentem ferire parati erant. Tandem vero cum ex clericis unum interfecissent, alium autem vulnerassent, semetipsos peremerunt. Unde quidam ex iis qui aderant, templi profanationem nihil boni dixit portendere, duos veteris cujusdam poetæ senarios in eam rem adducens:

*Σημεῖα γὰρ τὰ τοιαῦτα* (46) *γίνεσθαι φιλεῖ,*
*Ὅταν ἐν ναοῖς ἐγκατασκήψῃ μύσος.*

B *Namque hæc malorum signa sunt ut plurimum,*
*Cum sacra dirum templa polluit scelus.*

Καὶ τῆς δόξης ὁ εἰπὼν οὐ διήμαρτεν. Τὴν διαίρεσιν γὰρ ὡς ἔοικεν ἐσήμαινε τοῦ λαοῦ, καὶ καθαίρεσιν τοῦ αἰτίου τῆς διαιρέσεως.

**383** Nec opinione sua falsus est is qui ista dixerat. Etenim dissidium populi, et ejus qui dissidii auctor fuerat depositio portendebatur.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΔ'.

*Περὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρότερον κατὰ Νεστορίου συναθροισθείσης συνόδου.*

Οὐ πολὺς γὰρ ἐν μέσῳ χρόνος, καὶ τοὺς πανταχόθεν ἐπισκόπους πρόσταγμα τοῦ βασιλέως εἰς τὴν Ἐφεσίων συνιέναι ἐκέλευσεν. Εὐθὺς οὖν μετὰ τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτὴν, ὁ Νεστόριος σὺν πολλῇ δυνάμει ὄχλων παρῆν εἰς τὴν Ἔφεσον, εὑρίσκει τε πολλοὺς τῶν ἐπισκόπων συνεληλυθότας ἐκεῖ. Ὁ δὲ τῆς Ἀλεξανδρείας Κύριλλος μικρὸν ὑστερήσας, περὶ τὴν Πεντηκοστὴν ἀπήντησεν. Πέμπτῃ δὲ μετὰ τὴν Πεντηκοστὴν ἡμέρᾳ, καὶ Ἰουβενάλιος ὁ τῆς Ἱεροσολύμων, ἐπέστη. Ἰωάννου δὲ τοῦ Ἀντιοχείας βραδύναντος, οἱ παρόντες ἀνεκίνουν τὸ ζήτημα (47). Καὶ Κύριλλος Ἀλεξανδρείας, ἀκροβολισμούς τινας ἐποιεῖτο τῶν λόγων, Νεστόριον ταράττειν βουλόμενος, καὶ γὰρ ἀπεχθῶς εἶχε πρὸς αὐτόν. Καὶ δὴ πολλῶν θεολογούντων τὸν Χριστὸν, Ἐγὼ, ἔφη Νεστόριος, τὸν γενόμενον διμηνιαῖον καὶ τριμηνιαῖον, οὐκ ἂν Θεὸν ὀνομάσαιμι. Καὶ διατοῦτο καθαρός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος ὑμῶν. Καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν, πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἐλεύσομαι. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, μετὰ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων ἠθροίζετο, οἳ τῇ αὐτοῦ ἠκολούθουν γνώμῃ. Διῃροῦντο οὖν οἱ παρόντες εἰς δύο τμήματα. Οἱ οὖν περὶ Κύριλλον, συνέδριον ποιησάμενοι ἐκάλεσαν τὸν Νεστόριον. Ὁ δὲ οὐχ ὑπήκουσεν, εἰς τὴν παρουσίαν Ἰωάννου τοῦ Ἀντιοχέως ὑπερτιθέμενος. Οἱ δὲ περὶ Κύριλλον, τὰς προσομιλίας Νεστορίου ἃς περὶ τοῦ ζητήματος εἰρήκει, πολλάκις ὑπαναγνόντες, ἐξ αὐτῶν τε κρίναντες εὐτόνως βλασφημήσαντα εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καθεῖλον αὐτόν. Τούτου γενομένου, οἱ περὶ Νεστόριον ἕτερον καθ' ἑαυτοὺς συνέδριον (48)

## CAP. XXXIV.

*De priore synodo Ephesi adversus Nestorium congregata.*

Quippe haud multo post imperator, edicto proposito omnes undique episcopos ad civitatem Ephesiorum convocavit. Statim ergo post festum Paschæ diem, Nestorius cum ingenti promiscuæ plebis multitudine Ephesum advenit, multosque illic episcopos congregatos reperit. Cyrillus vero Alexandrinus episcopus nonnihil cunctatus, circa C Pentecosten adfuit. Juvenalis vero Hierosolymorum episcopus, quinto post Pentecosten die adventavit. Joanne porro Antiochenæ urbis episcopo moras prolixius trahente, hi qui aderant quæstionem discutere cœperunt. Et Cyrillus Alexandrinus quibusdam quasi sermonum velitationibus pugnam exorsus est, Nestorium studens perterrere: quippe qui infenso erga illum animo esset. Porro cum multi Christum Deum esse confiterentur, Nestorius dixit: Ego vero, eum qui bimestris ac trimestris exstitit, Deum appellare non possum. Atque idcirco mundus sum a sanguine vestro, nec in posterum amplius ad vos accedam. His dictis, congregari deinceps cœpit cum reliquis episcopis qui ipsius sententiam sequebantur. Itaque episcopi qui aderant, duas in partes divisi sunt. D Et ii quidem qui cum Cyrillo erant, in concilio residentes, Nestorium evocarunt. Verum ille vocatus non paruit, usque ad Joannis Antiochensis adventum præsentiam suam differens. Tum Cyrillus et qui cum illo erant, lectis sæpius concionibus quas de ista quæstione Nestorius ad populum habuerat,

### VALESII ANNOTATIONES.

(46) *Σημεῖα γὰρ τὰ τοιαῦτα.* Hos duos versus ita citat Nicephorus:

*Σημεῖα καὶ γὰρ ταῦτα γίνεσθαι φιλεῖ*
*Ὅταν τι ναοῖς ἐγκατασκήψῃ μύσος.*

Melius tamen ita scriberetur posterior versus;

*Ὅταν τι μύσος ἐγκατασκήπτῃ ναοῖς.*

(47) *Ἀνεκινοῦντο ζήτημα.* Malim scribere ἀνεκίνουν τὸ ζήτημα. Idque confirmare videtur Nicephorus.

(48) *Οἱ περὶ Νεστόριον ἕτερον καθ' ἑαυτοὺς συνέδριον.* Fallitur hoc loco Socrates, qui Nestorio tribuit id quod a Joanne Antiochiæ episcopo factum est. Itaque merito Evagrius, eumque secutus Nicephorus, Socratem nostrum reprehendunt. Res autem ita gesta est, ut ex Actis Ephesinæ syn-

Digitized by Google

cum ex earum lectione judicassent Nestorium constanter de Filio Dei impie locutum esse, eum deposuerunt. Quo facto, illi qui cum Nestorio erant, alio seorsum concilio congregato, Cyrillum et una cum illo Memnonem Ephesinæ urbis episcopum vicissim deponunt. Nec multo post advenit Joannes Antiochensis episcopus. Qui cum ea quæ gesta fuerant cognovisset, Cyrillum aversatus est tanquam totius tumultus auctorem, quippe qui temerario ac præcipiti impetu ad depositionem Nestorii prorupisset. At Cyrillus, adjuncto sibi Juvenale, Joannem ulcisci volens, ipsum quoque episcopatu discinxit. Rebus in hunc modum **384** confusis ac perturbatis, animadvertens Nestorius contentionem usque ad communionis perniciem devenisse, pœnitentia ductus, Mariam Deiparam appellare cœpit, his verbis utens : Dicatur, si placet; Maria Deipara, et simultas omnis conquiescat. Verum licet mutata sententia hæc diceret, nemo tamen illud admisit. Quippe etiamnum depositus et in exsilium missus, Oasin incolit. Et synodus quidem eo tempore celebrata hunc habuit exitum. Gesta vero sunt hæc Basso et Antiocho consulibus, die quarto Kalend. Julii. Porro Joannes Antiochiam reversus, convocatis plurimis episcopis, Cyrillo qui jam Alexandriam redierat, episcopatum abrogavit. Sed paulo post depositis inimicitiis ad concordiam redeuntes, episcopalem sedem sibi mutuo restituerunt. Cæterum post depositionem Nestorii, gravissimus tumultus ecclesias Constantinopoli occupavit. Nam, ut supra dixi, divisus est populus ob inanem ac stultam illius garrulitatem. Clerici quidem omnes communi suf-

A ποιησάμενοι, καθαιροῦσι Κύριλλον, καὶ σὺν αὐτῷ Μέμνονα τὸν τῆς Ἐφέσου ἐπίσκοπον. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ καὶ μεταταῦτα ἐπέστη Ἰωάννης ὁ τῆς Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος. Καὶ γνοὺς τὰ γενόμενα, ἀπήχθετο πρὸς Κύριλλον, ὡς αἴτιον τῆς γεγενημένης ταραχῆς, τὸ θερμῶς ποιῆσαι τὴν Νεστορίου καθαίρεσιν. Κύριλλος δὲ ἅμα καὶ Ἰουβεναλίῳ, ἀμυνόμενος τὸν Ἰωάννην, καθαιρεῖ καὶ αὐτόν. Τούτων δὴ τότε οὕτω συμπεφυρμένων, γνοὺς ὁ Νεστόριος εἰς κοινωνίαν προβᾶσαν τὴν φιλονεικίαν (49), ἐκ μεταμελείας Θεοτόκον τὴν Μαρίαν ἐκάλει, λέγων· Λεγέσθω, φησί, καὶ Θεοτόκος ἡ Μαρία, καὶ παυσάσθω τὰ λυπηρά· ἀλλ' οὐδεὶς αὐτὸν ἐκ μετανοίας ταῦτα λέγοντα προσεδέξατο. Διὸ καὶ ἄχρι νῦν καθῃρημένος, εἰς ἐξορίαν πεμφθεὶς εἰς τὴν Ὄασιν κατοικεῖ. Ἡ μὲν οὖν τότε γενομένη σύνοδος [h], τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος. B Καὶ πέπρακται μὲν ταῦτα ἐν ὑπατείᾳ Βάσσου καὶ Ἀντιόχου, τῇ εἰκάδι ὀγδόῃ τοῦ Ἰουνίου μηνός. Ἰωάννης δὲ καταλαβὼν τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ πολλοὺς συναγαγὼν ἐπισκόπους, καθαιρεῖ Κύριλλον, ἤδη κατειληφότα τὴν Ἀλεξάνδρειαν. Μικρόν τε ὕστερον λύσαντες τὴν ἔχθραν, συνέβησάν τε εἰς φιλίαν, καὶ ἀλλήλοις τοὺς θρόνους ἀπέδοσαν. Μετὰ δὲ τὴν Νεστορίου καθαίρεσιν [i], δεινὴ ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει ταραχὴ κατὰ τὰς ἐκκλησίας ἐγένετο. Διῃρέθη γὰρ ὁ λαὸς διὰ τήν, ὡς φθάσας εἶπον, ψυχρολογίαν αὐτοῦ. Κοινῇ μέντοι ψήφῳ πάντες οἱ κληρικοὶ αὐτὸν ἀνεθεμάτισαν. Οὕτω γὰρ οἱ Χριστιανοὶ καλεῖν εἰώθαμεν τὴν κατὰ τοῦ βλασφήμου ψῆφον, ὅταν αὐτὴν ὥσπερ ἐν στήλῃ ἀναστήσαντες, φανερὰν τοῖς ἅπασι καταστήσωμεν.

## VALESII ANNOTATIONES.

odi didicimus. Cum Nestorius a sacrosancta synodo damnatus ac depositus esset, missæque ad ipsum essent depositionis litteræ, rationem illico misit ad imperatorem Theodosium, qua querebatur de violentia adversariorum, et quod adventum Orientalium episcoporum, qui propediem adfuturi esse dicebantur, exspectare noluissent. Huic relationi subscripserunt decem episcopi partis Nestorii. Quinto post die advenit Joannes episcopus Antiochiæ cum Orientalibus. Qui cum ea quæ gesta fuerant comperisset, collectis in unum episcopis, tam Orientalibus quos secum adduxerat, quam decem illis, quos relationi Nestorii subscripsisse retulimus, Cyrillum et Memnonem episcopos deposuit. Huic Joannis conciliabulo Nestorius ipse non inter- C fuit, eo quod damnatus episcopali sententia, nec synodali judicio restitutus fuisset. Episcopi vero partis ipsius, quos synodi sententia nequaquam perstrinxerat, interfuerunt. Quamobrem excusari potest Socrates, si dicamus verba illa οἱ περὶ Νεστόριον, non ipsum Nestorium designare, sed episcopos qui a partibus Nestorii stabant, et qui relationi ejus subscripserant. In reliquis tamen Socrates excusari non potest.

(49) *Εἰς κοινωνίαν προβᾶσαν τὴν φιλονεικίαν*. Nicephorus Socratis verba interpolavit hoc modo : Νεστόριος δὲ γνοὺς τὴν κοινωνίαν εἰς φιλονεικίαν προβᾶσαν, quod meo quidem judicio ferri non potest.

## VARIORUM.

L *Σύνοδος*. De anno quo celebrata est hæc tertia generalis synodus, non est ut dubitemus, quandoquidem ipsa Acta ejus hoc edocent, quorum partis secundæ initio hæc legimus : Μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν δεσποτῶν ἡμῶν Φλαυίου Θεοδοσίου τὸ τρισκαιδέκατον, καὶ Οὐαλεντινιανοῦ τὸ τρίτον, τῶν αἰωνίων Αὐγούστων, πρὸ δέκα Καλανδῶν Ἰουλίων συνόδου συγκροτηθείσης ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει. Flavius Theodosius decimum tertium, et Valentinianus tertium consules erant, ut Fasti testantur, anno Dom. 430. Sed habita est hæc synodus, non ipso anno quo illi consulatum gerebant, verum μετὰ τὴν ὑπατείαν αὐτῶν, hoc est, anno sequente, Basso et Antiocho coss., ut Socrates, concilio suppar, hic testatur. De die quo incepta est, aliquantulum dis- D sensionis videtur. Nam Acta eam congregatam tradunt Junii 22, Socrates autem Junii 28. Sed Actis potius adhærendum est. Quamvis suffragatur Cyrillus in *Epistola ad clerum populumque Alexandrinum*, quæ inter Acta synodi hujus exstat. Dicit enim synodum hanc habitam fuisse κατὰ τὴν ὀγδόην καὶ εἰκάδα τοῦ Παυνὶ μηνός. Verum Neomenia Pauni in anno Actiaco incidit in Maii 26. Ergo dies Pauni 28 erat Junii 22, sive x Kal. Jul. Guil. Beveregii *Annot. in can. concilii Ephesini*, p. 103. Huic consentit Antonius Pagi, ad ann. 431, n. 12.

i *Μετὰ τὴν Νεστορίου καθαίρεσιν*. Nicephorus in *Chronico* Nestorio attribuit annos tres et menses duos, neglecto scilicet tertio mense, qui incompletus fuit. Ant. Pagi, ad ann. 431, n. 41

Digitized by Google

fragio eum anathematizarunt. Sic enim nos Christiani sententiam contra impie loquentes prolatam vocare consuevimus, quando illam velut in tabula publice propositam, omnium oculis ac notitiæ subjicimus.

### ΚΕΦΑΛ. ΛΕ'.

*Ὡς μετὰ τὴν καθαίρεσιν Νεστορίου, τὸν Πρόκλον τινῶν βουλομένων ἐνθρονίσαι, προχειρίζονταί τινες τῶν ἐπισκόπων Μαξιμιανὸν τῆς Κωνσταντίνου πόλεως ἐπίσκοπον.*

Πάλιν περὶ ἐπιλογῆς ἐπισκόπων ζήτησις ἦν. Καὶ πολλοὶ μὲν Φίλιππον, οὗ καὶ ἤδη ἐπεμνήσθημεν, πλείους δὲ τὸν Πρόκλον ἐπελέγοντο. Καὶ ἐκράτησεν ἂν ἡ Πρόκλου γνώμη, εἰ μή τινες τῶν μεγάλα δυναμένων ἐκώλυσαν, φήσαντες, κανόνα ἐκκλησιαστικὸν κωλύειν 1, τὸν ὀνομασθέντα τινὸς πόλεως ἐπίσκοπον εἰς ἑτέραν μεταφέρεσθαι πόλιν. Τοῦτο λεχθὲν καὶ πιστευθὲν, τὸν λαὸν ἡσυχάζειν ἠνάγκαζεν. Τετραμηνιαίου δὲ διαδραμόντος χρόνου μετὰ τὴν Νεστορίου καθαίρεσιν, προχειρίζεται πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν Μαξιμιανὸς ὄνομα, ἀνὴρ ἀσκητικὸς μὲν τὸν βίον· ἐν τοῖς πρεσβυτέροις δὲ καὶ αὐτὸς ἐτέτακτο. Οὗτος ὑπόληψιν εὐλαβείας πάλαι ἐκέκτητο, διότι οἰκείοις ἀναλώμασι κατεσκευάκει μνήματα, ὥστε ἐν αὐτοῖς τοὺς εὐλαβεῖς τελευτῶντας κηδεύεσθαι. Ἦν δὲ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, καὶ ἀπραγμονέστερον ζῆν προαιρούμενος.

### CAP. XXXV.

*Quomodo post abdicationem Nestorii, cum quidam Proclum in episcopali sede collocare voluissent, quidam episcopi Maximianum Constantinopolitanum episcopum elegerunt.*

Post hæc de eligendo episcopo rursus disceptatum est. Ac multi quidem Philippum, cujus jam antea mentionem fecimus : plures vero Proclum nominabant. Et prævaluisset omnino sententia eorum qui Proclo suffragabantur, nisi quidam, quorum maxima erat auctoritas obstitissent, ecclesiastico canone vetitum esse dicentes, ne is qui alicujus civitatis designatus fuerit episcopus, ad aliam civitatem transferatur. Quibus verbis cum fidem populus accommodasset, deinceps conquievit. Elapso igitur quatuor mensium spatio a depositione Nestorii, Maximianus eligitur episcopus : vir monasticam quidem vitam degens, in presbyterorum tamen ordinem ipse quoque cooptatus. Hic sanctitatis opinionem jampridem fuerat adeptus, **385** eo quod propriis sumptibus monumenta construxisset, in quibus religiosi viri post obitum sepelirentur. In sermone autem rudis fuit atque imperitus; vitamque quietam et negotiis alienam præoptabat.

### ΚΕΦΑΛ. Λϛ'.

*Παραδείγματα δι' ὧν, ὡς δοκεῖ, κατασκευάζει ὁ συγγραφεὺς, ἀκώλυτον εἶναι τὴν ἀπὸ θρόνου εἰς θρόνον μετάθεσιν.*

Ἐπειδή δέ τινες ἐπιφημίσαντες ἐκκλησιαστικὸν κανόνα, ἐκώλυσαν τὸν Πρόκλον ἐνθρονισθῆναι, ἤδη τοῦ Κυζίκου ὀνομασθέντα ἐπίσκοπον, βούλομαι περὶ τούτου βραχέα εἰπεῖν. Οὔ μοι δοκοῦσιν ἀληθεῦσαι, οἱ τότε ταῦτα λέγειν ἐπιχειρήσαντες, ἀλλ' ἢ κατασκευάσασθαι φθόνῳ τῷ πρὸς τὸν Πρόκλον, ἢ ἀγνοεῖν καὶ τοὺς κανόνας, καὶ τὰ πολλάκις χρειωδῶς ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις γενόμενα. Εὐσέβιος γοῦν ὁ Παμφίλου ἐν τῇ ἕκτῃ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας, Ἀλέξανδρον μιᾶς τῶν ἐκ Καππαδοκίας πόλεων ἐπίσκοπον ὄντα, εὐχῆς ἕνεκα ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα παραγενόμενον, κατασχεθῆναι ὑπὸ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν φησι, καὶ εἰς τόπον Ναρκίσσου τοῦ ἐπισκόπου ἐνθρονισθῆναι, καὶ τοῦ λοιποῦ τῆς ἐκεῖ Ἐκκλησίας διὰ βίου προστῆναι. Οὕτω μὲν οὖν παρὰ τοῖς παλαιοτέροις ἡμῶν ἀδιάφορον ἦν, ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μετάγειν ἐπίσκοπον, ὁσάκις χρεία ἐκάλει. Εἰ δὲ δεῖ καὶ τὸν περὶ τούτου κανόνα τῇδε συζεῦξαι τῇ συγγραφῇ, δειχθήσεται ὅπως αὐτοῦ κατεψεύσαντο οἱ τὸν Πρόκλον ἐνθρονισθῆναι κωλύσαντες. Ἔστι δὲ ὁ κανὼν οὗτος· « Εἴ τις ἐπίσκοπος χειροτονηθεὶς εἰς παροικίαν μὴ ἀπέλθοι εἰς ἣν ἐχειροτονήθη, οὐ παρὰ τὴν αὐτοῦ αἰτίαν, ἀλλ' ἤτοι διὰ τὴν τοῦ λαοῦ παραίτησιν, ἢ δι' ἑτέραν αἰτίαν

### CAP. XXXVI.

*Exempla quibus hic scriptor, ut sibi quidem videtur, astruit, non esse prohibitam ab uno episcopatu ad alterum translationem.*

Sed quoniam nonnulli, ecclesiasticum canonem allegantes, Proclum, qui jam tum Cyzicenæ urbis episcopus nominatus fuerat, ordinari prohibuerunt, paucis hac de re dicere constitui. Ii qui tum ista dicere ausi sunt, mihi quidem videntur, non omnino vera dixisse; sed vel præ invidia qua adversus Proclum flagrabant, ea confinxisse, vel certe regulas et pleraque alia quæ in Ecclesiis utiliter gesta sunt, penitus ignorare. Etenim Eusebius Pamphili in sexto Ecclesiasticæ Historiæ libro refert [1] Alexandrum cujusdam urbis in Cappadocia episcopum, cum orationis causa Hierosolymam venisset, ab ejus loci incolis detentum, et in locum Narcissi episcopi constitutum esse, atque exinde toto vitæ suæ tempore Ecclesiam illam administrasse. Adeo apud majores nostros promiscui usus res fuit, episcopum ab alia civitate in aliam transferre, quoties necessitas postularet. Quod si etiam necesse est canonem hac de re constitutum huic Historiæ intexere, omnino perspicuum fiet, quam falso citatus sit ab illis qui ordinationi Procli intercesserunt. Canon igitur ita se habet : « Si quis episcopus cujuspiam Ecclesiæ ordinatus non per-

[1] Cap. 11.

## VARIORUM ANNOTATIONES.

1 *Κανόνα κωλύειν.* Vide Canones Apostolicos XIV et XV, citatos in Annotationibus ad cap. 61 libri II Euseb. *De vita Constantini.*

Digitized by Google

rexerit ad Ecclesiam cui ordinatus est, non ex sua culpa, sed vel quod populus eum admittere recusaverit, vel ob aliam causam non ex sua culpa profectam, hic honoris et ministerii sit particeps, modo nihil molestiæ afferat rebus Ecclesiæ in qua congregatur. Excipere autem debet quidquid provinciæ synodus de causa ipsius judicans constituerit. » Et canon quidem hujusmodi est. Cæterum quo magis constet plures episcopos ab aliis civitatibus ad alias translatos fuisse ob intervenientes subinde Ecclesiæ necessitates, ipsa eorum qui translati sunt nomina recensebo. Perigenes Patris ordinatus fuerat episcopus. **386** Sed quoniam ejus civitatis incolæ illum admittere recusabant, Romanæ urbis episcopus eum in metropolitana sede Corinthi constitui jussit, mortuo Ecclesiæ illius episcopo. Itaque Perigenes toto deinceps vitæ suæ tempore huic Ecclesiæ præfuit. Gregorius Nazianzenus, primum quidem Sasimorum urbis Cappadociæ episcopus fuit : postea vero Nazianzi. Melitius prius Sebastenæ Ecclesiæ episcopatum gessit : postea vero Antiochenam rexit Ecclesiam. Dositheum Seleuciæ urbis episcopum Alexander Antio-

A οὐκ ἐξ ἀνάγκης γενομένην, τοῦτον μετέχειν τῆς τιμῆς καὶ τῆς λειτουργίας, μόνον μηδὲν παρενοχλοῦντα τοῖς πράγμασι τῆς Ἐκκλησίας, ἔνθα ἂν συνάγοιτο. Ἐκδέχεσθαι δὲ αὐτὸν ὅπερ ἂν ἡ τῆς ἐπαρχίας σύνοδος κρίνασα τὸ παριστάμενον ὁρίσῃ (50). » Οὗτος μὲν οὖν ὁ κανὼν (51). Ὅτι δὲ πολλοὶ ἐπίσκοποι καὶ ἀπὸ ἑτέρων πόλεων εἰς ἄλλας μετηνέχθησαν, διὰ τὰς κατὰ καιρὸν τῶν Ἐκκλησιῶν χρείας, αὐτῶν τῶν μετενεχθέντων τὰ ὀνόματα παραθήσομαι. Περιγένης ἐν Πάτραις (52) ἐχειροτονήθη ἐπίσκοπος· καὶ ἐπειδὴ οἱ τῆς προειρημένης πόλεως αὐτὸν οὐκ ἐδέχοντο, ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐνθρονισθῆναι ἐν Κορίνθῳ τῇ μητροπόλει, τοῦ ἐκεῖ ἐπισκόπου τελευτήσαντος, καὶ τῆς ἐκεῖ Ἐκκλησίας διὰ βίου προέστη. Γρηγόριος ὁ Ναζιανζηνὸς, πρότερον Σασίμων μιᾶς τῶν ἐν Καππαδοκίᾳ B πόλεων ἐπίσκοπος ἦν. Εἶτα γέγονε Ναζιανζοῦ. Μελίτιος πρότερον τῆς ἐν Σεβαστείᾳ προέστη Ἐκκλησίας, καὶ μεταταῦτα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ προέστη. Δοσίθεον τὸν Σελευκείας ἐπίσκοπον, Ἀλέξανδρος ὁ Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος εἰς Ταρσὸν τῆς Κιλικίας μετήγαγεν. Ὁ Ῥενδερέντιος (53) ἀπὸ Ἀρκῶν τῆς Φοινίκης, μεταταῦτα μετηνέχθη εἰς Τύρον. Ἰωάννης ἀπὸ Γόρδου τῆς Λυδίας (54), μετηνέχθη ἐν Προικο-

## VALESII ANNOTATIONES.

(50) *Κρίνασα τὸ παριστάμενον ὁρίσῃ.* Dionysius Exiguus vertit, *Quod visum fuerit, judicando decreverit.* Vetus item interpres, qui olim fuit in bibliotheca Henrici Memmii, et qui nuper Parisiis est editus, vertit hoc modo : *Sed spectare eum* C *oportere, quousque provinciæ synodus de eo quæ eis videntur, ordinet.* Ubi obiter notabis veterem interpretem in suo exemplari non legisse vocem τελεία, sicut nec Socrates eam legit. Eadem locutio occurrit supra in appendice libri sexti, ubi Joannes ita alloquitur episcopos : Τὸ παριστάμενον ὑμῖν καταξιώσατε αὐτοὶ διαλαβόντες καὶ κρίναντες ὁρίσαι. Quæ nos ita Latine reddidimus : *Causam ad vos delatam*, etc. Præstat tamen ita vertere, *quodcunque vobis visum fuerit*, etc.

(51) *Οὗτος μὲν οὖν ὁ κανών.* Hic est canon 18 concilii Antiocheni. Sed fallitur Socrates, dum existimat hoc canone nixos esse episcopos, ut Proclum a Constantinopolitanæ sedis sacerdotio excluderent. Verum quidem est, Proclum fuisse ex numero eorum qui in supradicto canone designantur. Nam cum episcopus Cyzici ordinatus fuisset a Sisinnio patriarcha Constantinopolitano, admissus non fuerat a Cyzicenis, ut supra retulit Socrates. Verum episcopi qui electionem Procli D impugnabant, non hoc canone nitebantur, sed primum et vicesimum canonem ejusdem concilii ad confirmationem sententiæ suæ adducebant, qui sic habet : *Episcopus ab alia parochia nequaquam migret ad aliam, nec sponte sua prorsus insiliens, nec vi coactus a populis, nec ab episcopo necessitate compulsus : maneat autem in Ecclesia, quam primitus a Deo sortitus est, nec inde transmigret, secundum pristinum de hac re terminum constitutum.* Fallitur itaque Socrates noster, qui canonem 18 Antiocheni concilii posuit pro primo et vicesimo. Sed et in eo falsus est, quod verba illa in fine canonis 18, ἐκδέχεσθαι δι' αὐτὸν ὅπερ ἂν, etc., suæ sententiæ favere existimavit. Ea verba Latine ita reddidimus : *Suscipere autem debet quidquid provinciæ synodus de ejus negotio judicans constituerit.* Putavit Socrates ex his verbis id consequi, ut, si provinciæ synodus supradictum episcopum alio transferre voluerit, episcopus ille id observare debeat. Sed manifeste hallucinatur, cum canone primo et vicesimo translationes episcoporum diserte prohibeantur.

(52) *Περιγένης ἐν Πάτραις.* Perigenes Corinthi, quæ Metropolis est Achaiæ, natus ac baptizatus fuerat : deinde in clerum allectus, presbyter ejusdem Ecclesiæ summa cum integritate diu permansit. Postea cum a Corinthiorum episcopo ad Patrensem episcopatum promotus fuisset, et Patrenses eum suscipere recusassent, Corinthum reverti coactus est ; ubi cum episcopus civitatis non multo post abiisset e vita, Corinthii eum sibi postularunt episcopum, missa supplicatione ad Bonifacium Romanæ urbis antistitem. Sed Bonifacius nihil super ea re agere voluit priusquam litteras Rufi Thessalonicensis episcopi accepisset, qui per Achaiam et Macedoniam sedis apostolicæ vices gerebat. Duas igitur ad illum de hoc negotio litteras scripsit, quibus subjecta erat Corinthiorum postulatio. Datæ sunt hæ litteræ Monaxio et Plintha consulibus. Postea Bonifacius cum Rufi litteras accepisset, electionem Perigenis comprobavit, scripta ad Perigenem et ad Corinthios Epistola. Hæc collegi ex duabus Bonifacii ad Rufum *Epistolis* quæ nuper editæ sunt Romæ a Luca Holstenio, viro doctissimo et de antiquitate ecclesiastica optime merito. Porro hic Perigenes interfuit synodo Ephesinæ adversus Nestorium. Sic enim in actione prima scribitur, Περιγένους Κορίνθου τῆς Ἑλλάδος.

(53) *Ὁ Ῥενδερέντιος.* Sic in Codice Sfortiano scriptum est. Sed rectius apud Nicephorum legitur Ῥεδερέντιος. Reverentium quoque vocat Epiphanius Scholasticus. In libro quarto juris Græco-Romani, in cap. *De Translationibus episcoporum*, Ῥέδενος dicitur corrupte.

(54) *Ἰωάννης ἀπὸ Γόρδου τῆς Λυδίας.* Nicephorus Gordum urbem Lyciæ facit, non Lydiæ : sed reliqui omnes Lydiæ assignant. Porro hic Joannes episcopus Proconnesi interfuit concilio Ephesino, ut refertur in actione prima ejus concilii.

Digitized by Google

νήσῳ (55), καὶ τῆς ἐκεῖ προέστη Ἐκκλησίας. Παλλάδιος ἀπὸ Ἑλενοπόλεως, μετηνέχθη εἰς Ἄσπουνα. Ἀλέξανδρος ἀπὸ Ἑλενοπόλεως, μετηνέχθη εἰς Ἀδριανούς. Θεόφιλος ἀπὸ Ἀπαμείας (56) τῆς ἐν Ἀσίᾳ, μετηνέχθη εἰς Εὐδοξίου πόλιν, τὴν τὸ παλαιὸν Σαλαμβρίαν καλουμένην (57). Πολύκαρπος ἀπὸ Σεξανταπρίστων τῆς Μυσίας, μετηνέχθη εἰς Νικόπολιν τῆς Θρᾴκης. Ἱερόφιλος ἀπὸ Τραπεζουπόλεως τῆς Φρυγίας, μετηνέχθη εἰς Πλωτινούπολιν τῆς Θρᾴκης. Ὄπτιμος ὁ ἀπὸ Ἀγδαμίας (58) τῆς Φρυγίας, μετηνέχθη εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Πισιδίας. Σιλβανὸς ἀπὸ Φιλίππου πόλεως τῆς Θρᾴκης, μετηνέχθη εἰς Τρωάδα. Καὶ τοσούτων μὲν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐκ τῶν οἰκείων πόλεων εἰς ἑτέρας μετατεθέντων, αὐτάρκως ἐμνημονεύσαμεν. Περὶ Σιλβανοῦ τοῦ ἀπὸ Φιλίππου πόλεως τῆς Θρᾴκης μετενεχθέντος εἰς Τρωάδα, χρήσιμον βραχέα μνημονεῦσαι νομίζω.

A chensis episcopus Tarsum Ciliciæ transtulit. Reverentius ab Arcis urbe Phœnices postea Tyrum translatus est. Joannes ab urbe Lydiæ Gordo Proconnesum traductus est, ejusque loci Ecclesiam gubernavit. Palladius ab Helenopoli Aspunam translatus est. Alexander ab Helenopoli Adrianos transiit. Theophilus ex urbe Asiæ Apamea translatus est Eudoxiopolim, quæ olim Selembria dicebatur. Polycarpus ab urbe Mœsiæ Sexantapristi Nicopolim Thraciæ translatus est. Hierophilus ex Trapezopoli Phrygiæ Plotinopolim Thraciæ migravit. Optimus ab Agdamia Phrygiæ urbe Antiochiam Pisidiæ translatus fuit. Silvanus a Philippopoli Thraciæ Troadem. Tot igitur episcopos qui ex suis sedibus ad alias translati sunt, hoc loco commemorasse sufficiat. B De Silvano vero, qui ab urbe Thraciæ Philippopoli Troadem transportatus est, operæ pretium fore arbitror pauca dicere.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΖ'.

*Περὶ Σιλβανοῦ τοῦ ἀπὸ Φιλίππου πόλεως εἰς Τρωάδα μετενεχθέντος.*

Σιλβανὸς ῥήτωρ μὲν ἐγεγόνει πρότερον Τρωΐλου τοῦ Σοφιστοῦ. Ἀκριβῶς δὲ χριστιανίζειν ἐσπουδακώς, καὶ τὸν ἀσκητικὸν βίον ἀσκῶν, τρίβωνα φορεῖν (59) οὐ προῄρητο. Μεταταῦτα δὲ αὐτὸν Ἀττικὸς ὁ ἐπίσκοπος συλλαβὼν (60), ἐπίσκοπον τῆς Φιλίππου

## 387 CAP. XXXVII.

*De Silvano qui Philippopoli translatus est Troadem.*

Silvanus primum in Troili Sophistæ schola rhetor fuit. Sed cum ad Christianæ religionis perfectionem tenderet, et monasticum vivendi genus consectaretur, pallium rhetoricum gestare recusavit. Postea vero Atticus episcopus eum comprehendens. Philip-

## VALESII ANNOTATIONES.

(55) *Ἐν Πρηκοννήσῳ.* In codice Florentino scriptum est Προχουνήσῳ. Apud Nicephorum, et in jure Græco-Romano, et in Actis concilii Ephesini C scribitur Προικόννησος. Utramque scripturam tuetur auctor Etymologici in voce Προικόννησος. Et hujus quidem scripturæ, quæ ι habet ascriptum, originem ex eo deducit, quod hæc insula reliquis insulis marmor προῖκα, suppeditet, id est gratis; vel a voce προΐξ, quæ hinnuleum significat. Sed Dionysius Atheniensis in libro quem Κτίσεις seu de conditu urbium scripserat, Proconesum dictam esse tradit a cervorum multitudine, quos πρόκας vocant. Alii dictam volunt a vase quod πρόχουν appellant Græci, eo quod Milesiis coloniam eo ducentibus primum occurrit virgo id genus vasis gestans.

(56) *Θεόφιλος ἀπὸ Ἀπαμείας.* In libro quarto juris Græco-Romani, pag. 93, scriptum est Θεοσέβιος. Ita quoque legitur in Historia tripertita quam vertit Epiphanius Scholasticus, et apud Ivonem Carnotensem in Prologo decreti. Nicephorus tamen Philippum vocat, quod miror.

(57) *Σαλαβρίαν καλουμένην.* Ex manuscriptis codicibus Florentino et Sfortiano, ex Nicephoro item et ex Epiphanio Scholastico restituimus Σαλαμβρίαν. Urbs est Thraciæ, quæ olim quidem a Græcis dicebatur Σηλυμβρία, teste Strabone ac Stephano: postea vero dicta est Salambria. Sic in Itinerario Burdigalensi: *Mansio Salamembria*, 44 millibus distans ab urbe Constantinopoli.

(58) *Ὄπτιμος ὁ ἀπὸ Ἀγδαμίας.* Hic est Optimus episcopus Antiochiæ in Pisidia, cujus meminit imperator Theodosius in lege 3, Codice Theodosiano de fide catholica; cui una cum Amphilochio Iconiensi tradita est procuratio Ecclesiarum Asiæ.

(59) *Τρίβωνα φορεῖν.* Male Christophorsonus pallium philosophicum vertit, de suo hanc vocem adjiciens. Atqui Socrates non de philosophico pallio loquitur, sed rhetorico. Ait enim Silvanum prius fuisse rhetorem, id est scholasticum e schola Troili Sophistæ: deinde, abjecto pallio, monasticum vivendi genus amplexum esse. De rhetorico pallio vide si placet quæ supra notavimus. Quibus jungendus est hic locus ex monodia Theophylacti Simocattæ, quam post obitum Phocæ dixit in laudem imperatoris Mauricii: Ἀποχειρᾶθωσαν οἱ λόγοι τῶν κρότων τὴν εὐφημίαν αἱ Μοῦσαι· τὸ λευκὸν Ἀθῆναι τριβώνιον. Quæ verba citat ipse Theophylactus in libro octavo *Historiæ*, capite 12. Ex quibus colligitur pallium rhetoricum album fuisse, non rubrum aut puniceum, ut supra observavimus ex Cyrillo et Basilio Grammatico. De rhetorico pallio loquitur etiam Gregorius Nazianzenus in oratione xx *De laudibus Basilii*, p. 328: Προειληφότες τοὺς τρίβωνας, ubi pallia philosophica vertit Billius, pari errore.

(60) *Συλλαβών.* Non assentior Christophorsono, qui hunc locum ita interpretatur, quasi Atticus Silvanum ad se accersiverit. Quid opus erat eum accersere, qui præsens erat Constantinopoli, rhe- D tor scilicet in schola Troili Sophistæ, qui rhetoricam docebat Constantinopoli? Aliquid amplius significat vox συλλαβεῖν, comprehendere scilicet ac vim adhibere. Hoc igitur verbo indicat Socrates, Silvanum invitum ac reluctantem factum esse ab Attico episcopum Philippopoleos. Est autem Philippopolis, metropolis Thraciæ proprie dictæ. Sciendum porro est ordinationem metropolitanorum Thraciæ pertinuisse tunc ad episcopum urbis Constantinopolitanæ. Nam patriarchæ, jure quodam singulari ordinabant metropolitanos, ut pluribus observavi in dissertatione ad canonem sextum concilii Nicæni. Hinc est quod idem Atticus patriarcha Constantinopolitanus, Troadensibus postulantibus, eumdem Silvanum ordinavit episcopum. Alexandria enim Troas metropolis erat Phrygiæ. Idque diserte cautum est canone 28 concilii Chalcedonensis, qui est de privilegiis sedis Constantinopolitanæ, ut scilicet Thraciæ, Ponticæ et

Digitized by Google

popoleos episcopum ordinavit. Qui cum tres annos in Thracia transegisset, nec frigus tolerare posset: erat enim corpore admodum tenui et imbecillo: Atticum rogavit ut loco suo alterum ordinaret, nullam aliam ob causam domicilium Thraciæ detrectare se affirmans, quam ob frigus. Altero igitur ea de causa in ejus locum suffecto, Silvanus Constantinopoli permansit, monasticam disciplinam illic sedulo excolens. Adeo vero a deliciis erat alienus, ut in urbe frequentissima sæpenumero sparteis sandaliis calceatus prodiret in publicum. Aliquanto post temporis spatio episcopus Troadis ex hac luce migravit. Qua de causa Troadenses Constantinopolim venerunt, episcopum postulantes. Cumque Atticus deliberaret quemnam illis ordinaret episcopum, forte Silvanus ejus visendi gratia ingressus est. Quem Atticus simul atque aspexit, omnem sollicitudinem abjecit ex animo. Et Silvanum alloquens: Non habes, inquit, amplius excusationem ullam qua Ecclesiæ administrationem refugias. Troas enim caret algore. Ecce jam locus infirmitati corporis tui commodus, a Deo paratus est. Noli igitur cunctari, frater, sed Troadem proficiscere. Itaque Silvanus eo migravit, et miraculum illic edidit quod nunc commemorabo. Maxima navis oneraria, quæ πλατὴ vulgo dicitur, ad ingentes columnas devehendas in Troadensi littore recens fabricata fuerat. Ea in mare deducenda erat. Sed quamvis multis funibus magnaque hominum multitudine traheretur, nullatenus **388** movebatur navis. Quod cum plures per dies fieret, crediderunt universi navem a dæmone detineri. Itaque Silvanum episcopum adeuntes, rogarunt ut eo loco orationem facere vellet. Neque enim aliter navem protrahi posse credebant. Ille vero de se modeste sentiens, peccatorem se esse dicebat, opusque illud justi cujuspiam esse, non suum. Victus tamen illorum precibus, accessit ad littus. Completaque oratione, unum ex funibus apprehendit, hortatusque est ut operi incumberent. Cumque illi navem leviter impulissent, navis celeri cursu in mare provoluta est. Hoc miraculum a Silvano perpetratum cunctos illius provinciæ incolas ad pietatem permovit. Sed et in reliquis egregius vir fuit Silvanus. Qui cum animadverteret, clericos ex litigantium controversiis quæstum captare, neminem unquam ex clero judicem dedit. Sed, acceptis litigantium libellis, advocabat unum ex fidelibus laicis, quem æquitatis

A πόλεως κατέστησεν. Ὁ δὲ τρεῖς ἐνιαυτοὺς ἐν τῇ Θρᾴκῃ διαγαγὼν, καὶ μὴ ὑποφέρων τὸ κρύος· λεπτὸν γὰρ εἶχε πάνυ καὶ ἀσθενὲς τὸ σῶμα, παρεκάλεσε τὸν Ἀττικὸν, ὥστε εἰς τόπον αὐτοῦ ἕτερον χειροτονῆσαι· φήσας δι' οὐδὲν ἕτερον, ἢ διὰ τὸ κρύος παραιτεῖσθαι τὴν ἐν Θρᾴκῃ διαγωγήν. Ἑτέρου οὖν διατοῦτο ἀντικατασταθέντος, ἔμενεν ὁ Σιλβανὸς ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει, τὸν ἀσκητικὸν βίον ἄκρως μετερχόμενος. Τοσοῦτον δὲ ἄτρυφος ἦν, ὡς τὰ πολλὰ ἐν τοσούτῳ πλήθει τῆς τηλικαύτης πόλεως, ἀπὸ χορτίνων σανδαλίων (61) προέρχεσθαι. Χρόνου δέ τινος διαγενομένου, ὁ τῆς ἐν Τρωάδι προεστὼς Ἐκκλησίας ἐτελεύτησεν. Διὸ παρῆσαν οἱ Τρῶες ζητοῦντες ἐπίσκοπον. Ἀττικοῦ δὲ διασκεπτομένου τίνα χειροτονήσει, συνέβη τὸν Σιλβανὸν ἐπὶ θέαν παρεῖναι αὐτοῦ. Ὁ δὲ B θεασάμενος αὐτὸν, εὐθὺς τὴν φροντίδα ἐπέθετο (62), καὶ πρὸς τὸν Σιλβανὸν, Οὐκέτι πρόφασιν ἔχεις, φησὶ, τοῦ ἀποφυγεῖν Ἐκκλησίας φροντίδα. Ἡ γὰρ Τρωὰς κρυμὸν οὐκ ἔχει. Ἀλλ' ἰδού σοι τόπος εὔκαιρος πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειαν ἐκ Θεοῦ εὐτρεπίζεται. Μὴ μέλλε οὖν, ἀδελφὲ, ἀλλ' ἐπὶ τὴν Τρωάδα πορεύου. Μετέστη οὖν ἐκεῖ ὁ Σιλβανός. Καὶ θαῦμα ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ γενόμενον διηγήσομαι. Ναῦς ἀχθοφόρος μεγίστη, ἡ τοὺς μεγάλους κομίζουσα κίονας, πλατὴν αὐτὴν ὀνομάζουσι, νεωστὶ κατεσκεύαστο ἐν τῷ τῆς Τρωάδος αἰγιαλῷ· ταύτην τε ἔδει καθέλκεσθαι εἰς τὴν θάλασσαν. Πολλῶν τε καλωδίων, καὶ πολυπληθείας ἀνδρῶν ἑλκόντων αὐτὴν, οὐδαμῶς ἐκινεῖτο ἡ ναῦς. Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο πολλαῖς ἡμέραις ἐγίνετο, C ᾠήθησαν δαιμόνιον κατέχειν τὴν ναῦν. Καὶ γενόμενοι παρὰ τὸν ἐπίσκοπον Σιλβανὸν, παρεκάλουν αὐτὸν εὐχὴν ἐπὶ τοῦ τόπου τελέσαι. Οὕτω γὰρ μόνως τὴν ναῦν καθελκυσθῆναι ἐπίστευσαν. Ὁ δὲ μετριοφρονῶν, ἁμαρτωλὸν ἑαυτὸν ἀπεκάλει, καὶ ἔλεγε τὸ ἔργον δικαίου εἶναι τινὸς, οὐ μὴν ἑαυτοῦ. Ἐκλιπαρησάντων δ' οὖν, ἧκε παρὰ τὸν αἰγιαλόν. Εὐχήν τε ἐκτελέσας, ἥψατο ἑνὸς τῶν σχοινίων, καὶ τοῦ ἔργου παρεκελεύετο ἔχεσθαι. Τῶν δὲ βραχὺν ὠθισμὸν ποιησαμένων, δρομαία ἡ ναῦς ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἐπορεύετο. Τοῦτο τὸ θαῦμα ἐν ταῖς χερσὶ Σιλβανοῦ γενόμενον, πάντας τοὺς κατὰ τὴν ἐπαρχίαν εἰς εὐλάβειαν ἦγεν. Ἦν δὲ Σιλβανὸς καὶ τὰ ἄλλα ἀνὴρ ἀγαθός. Κατιδὼν γοῦν τοὺς κληρικοὺς ἐμπορίαν ποιουμένους τὰς τῶν δικαζομένων ἐρεσχελίας, οὐδένα τὸν τοῦ κλήρου D δικαστὴν ἐδίδου ποτέ· ἀλλὰ τὰ βιβλία τῶν δεομένων δεχόμενος, παρεκάλει ἕνα τῶν πιστῶν λαϊκῶν, ὃν ᾔδει φιλοῦντα τὸ δίκαιον· κἀκείνῳ ἐγχειρίσας τὴν ἀκρόασιν, τοὺς δικαζομένους τῆς ἐρεσχελίας ἀπήλα-

## VALESII ANNOTATIONES.

Asianæ diœceseos metropolitani soli a sanctissima sede Constantinopolitana ordinentur; factis prius ex more decretis, communi consensu cleri et populi, et ad patriarcham Constantinopolitanum directis. Sic enim statuit prædictus canon, ψηφισμάτων συμφώνων κατὰ τὸ ἔθος γινομένων, καὶ ἐπ' αὐτὸν ἀναφερομένων. Intelligit decretum postulationis, cujusmodi Corinthii ad Innocentium papam miserunt, Perigenem sibi episcopum dari postulantes, ut supra notavi.

(61) *Ἀπὸ χορτίνων σανδαλίων*. Epiphanius Scholasticus soleas de sparto interpretatur: quem secutus est Langus, interpres Nicephori. Tales erant Carbatinæ, quas Pollux et Hesychius viles calceos fuisse dicit rusticorum, μονόπελλον ὑπόδημα exponit Hesychius; id est, simplici solea constans.

(62) *Τὴν φροντίδα ἐπέθετο*. Lego ἀπέθετο cum Christophorsono et Savilio.

Digitized by Google

σεν (63). Καὶ διαταῦτα γοῦν μεγίστην εὔκλειαν παρὰ πᾶσιν ἐκέκτητο. Τὰ μὲν περὶ Σιλβανοῦ, εἰ καὶ ἐν παρεκβάσει εἴρηται, ἀλλ' οὐκ ἀχρείως ἡγοῦμαι μνήμην αὐτῶν γεγονέναι. Ἐπανέλθωμεν δὲ ὅθεν ἐξέβημεν. Μαξιμιανοῦ τοίνυν προχειρισθέντος εἰς τὴν ἐπισκοπὴν, ἐν ὑπατείᾳ Βάσσου καὶ Ἀντιόχου, περὶ τὴν εἰκάδα πέμπτην τοῦ Ὀκτωβρίου [k] μηνὸς, τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν ἡσύχαζε πράγματα.

### ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

*Περὶ τῶν ἐν Κρήτῃ Ἰουδαίων, ὅπως ἐχριστιάνισαν τηνικαῦτα πολλοί.*

Περὶ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον πολλοὶ τῶν ἐν Κρήτῃ Ἰουδαίων ἐγχριστιάνισαν διὰ πάθος τοιόνδε· Ἀπατεών τις Ἰουδαῖος ὑπεκρίνατο εἶναι Μωϋσῆς· πεπέμφθαι δὲ ἔλεγεν ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὅπως ἂν τοὺς τὴν νῆσον οἰκοῦντας Ἰουδαίους ἐκβάλῃ (64) διὰ τῆς θαλάσσης ἀγαγών· αὐτὸς γὰρ εἶναι ἔλεγεν, ὁ καὶ τὸν Ἰσραὴλ πάλαι διὰ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης σώσας. Ἐφ' ὅλον οὖν ἐνιαυτὸν περιῄει καθ' ἑκάστην τῆς νήσου πόλιν· καὶ τοὺς ἐν αὐταῖς οἰκοῦντας Ἰουδαίους τὰ τοιαῦτα πιστεύειν ἀνέπειθε. Παρῄνει τε πάντα τὰ χρήματα καὶ τὰ κτήματα καταλιπεῖν· ἄξειν γὰρ αὐτοὺς διὰ ξηρᾶς τῆς θαλάσσης εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ὑπισχνεῖτο. Οἱ δὲ ταῖς τοιαύταις ἐλπίσι βουκολούμενοι, πάντων μὲν τῶν ἔργων ἠμέλουν· κατεφρόνουν δὲ καὶ ὧν ἐκέκτηντο, τοῖς ἐπιτυχοῦσιν ἀφέντες λαμβάνειν αὐτά. Ἐπειδὴ δὲ ἦν ἡμέρα ἣν ὁ ἀπατεὼν Ἰουδαῖος ἐσήμαινεν, ἡγεῖτο μὲν αὐτὸς, ἠκολούθουν δὲ οἱ σύμπαντες, ἅμα γυναιξὶ καὶ τῇ μικρᾷ ἡλικίᾳ. Ἄγει οὖν αὐτοὺς ἐπί τι ἀκρωτήριον ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἐκνεῦον, καὶ κυβιστᾷν κατ' αὐτῆς ἐκέλευε. Τοῦτο οὖν ἐποίουν οἱ πρότεροι τῷ κρημνῷ προσπελάσαντες, καὶ εὐθὺς ἔθνησκον, τοῦτο μὲν τοῖς κρημνοῖς προσρηγνύμενοι, τοῦτο δὲ καὶ εἰς τὸ ὕδωρ ἀποπνιγόμενοι. Καὶ πλείους ἂν διεφθάρησαν, εἰ μὴ Θεοῦ προνοήσαντος παρέτυχον ἄνδρες Χριστιανοὶ, ἁλιεῖς τε καὶ ἔμποροι. Οἳ τοὺς μὲν πνιγομένους ἀνέλκοντες ἔσωζον, τότε τῆς ἀνοίας αἴσθησιν ἐν τῷ κακῶς πάσχειν λαμβάνοντας. Τοὺς δὲ ἄλλους ἀνεῖργον ῥίπτειν ἑαυτοὺς, μηνύοντες τὴν ἀπώλειαν τῶν πρότερον ῥιψάντων ἑαυτούς. Οἱ καὶ γνόντες τότε τὴν ἀπάτην, ἐμέμφοντο μὲν τὴν ἄκριτον ἑαυτῶν πίστιν, τὸν δὲ ψευδο-Μωϋσῆν ἀνελεῖν σπεύδοντες, συλλαβεῖν οὐ δεδύνηνται. Ἀφανὴς γὰρ ἐγένετο, ὑπόνοιάν τε παρέσχε τοῖς πλείοσιν, ὡς εἴη δαίμων ἀλάστωρ, ἀνθρώπου σχῆμα ὑποδὺς, ἐπὶ λύμῃ τοῦ ἐκεῖ ἔθνους αὐτῶν. Διὰ δὲ τόδε τὸ πάθος πολλοὶ τότε τῶν ἐν τῇ

A studiosum esse norat, eique causæ cognitionem committens litigantes a contentione revocabat. His de causis Silvanus maximam sibi famam apud omnes comparavit. Hæc de Silvano, licet in excessu dicta, non tamen sine fructu a nobis commemorata esse arbitror. Nunc revertamur eo unde digressi sumus. Cum Maximianus ad episcopatum Constantinopolitanum evectus fuisset, Basso et Antiocho consulibus, die octavo Kalendas Novembris, Ecclesiarum tumultus quievere.

### CAP. XXXVIII.

*Quomodo ex Judæis qui in Creta erant, multi Christianam religionem amplexi sunt.*

Eodem fere tempore multi ex Judæis qui in Creta erant, Christianam fidem amplexi sunt ob hujus-
B modi casum: Veterator quidam Judæus Moysen se esse finxit, seque missum e cœlo, ut Judæos Cretam incolentes susciperet, eosque per mare deduceret. Se enim esse aiebat, qui olim Israelitas per mare Rubrum ducens servasset. Totam igitur insulam et singulas ejus urbes unius anni spatio peragravit, et Judæos qui in illis degebant, impulit ut sermonibus suis fidem haberent. Hortabatur autem illos, ut omnem pecuniam ac supellectilem cum prædiis relinquerent. Pollicebatur enim se illos per siccum mare in terram promissionis ducturum esse. Illi vero ea spe in fraudem inducti opus omne negligere cœperunt, et ea quæ possidebant spernentes, capiendi illa licentiam cuivis obvio concedebant. Postquam dies ab impostore Judæo
C **389** designatus illuxit, ipse quidem præire cœpit: sequebantur autem universi cum uxoribus et parvulis. Eos ergo in promontorium quoddam mari imminens cum duxisset, ex eo sese in mare præcipitare jussit. Atque id fecere primi illi qui ad præruptam rupem accesserant. Qui quidem protinus perierunt, partim scopulis illisi, partim aquis submersi. Multoque plures periissent, nisi divina quadam providentia piscatores ac negotiatores Christiani adfuissent. Hi nonnullos eorum aquis jam prope præfocatos, e mari extrahentes servarunt: qui tum demum amentiam suam agnoverunt, cum in tanto discrimine versarentur. Reliquos vero ne se in mare dejicerent prohibuerunt, interitum
D eorum qui se prius projecissent, eis referentes. Judæi ergo, cognita tandem fraude, suam quidem in credendo imprudentiam damnarunt. Pseudo-Moysen autem illum interficere cum vellent, comprehendere minime potuerunt. Repente enim ex

## VALESII ANNOTATIONES.

(63) *Τῆς ἐρεσχελίας ἀπήλασεν*. In codice Florentino scriptum est ἀπήλλασεν. Quare non dubito quin a Socrate scriptum fuerit ἀπήλλασσεν. Vulgata enim lectio meo quidem judicio ferri non potest, quamvis Nicephorus eam confirmet.

(64) *Ἰουδαίους ἐκλάβῃ*. Merito displicuit hoc verbum Epiphanio Scholastico et Nicephoro; quare uterque illud prætermisit. Ego mallem scribere ἐκβάλῃ.

## VARIORUM.

k *Περὶ τὴν εἰκάδα πέμπτην τοῦ Ὀκτωβρίου.* Scilicet post quatuor menses a depositione Nestorii, ut supra, cap. 35, cujus nomen e diptychis statim expunxit Maximianus, et duabus Constantinopoli synodis habitis, primarios partium Nestorianarum patronos deposuit.

Digitized by Google

oculis evanuit; multosque in eam suspicionem adduxit, fuisse illum dæmonem quemdam exitiosum, qui ad perniciem gentis ipsorum humanam speciem induisset. Atque ob hanc calamitatem multi tunc ex Cretensibus Judæis, relicto patrio cultu, ad Christi fidem se contulerunt.

A Κρήτῃ Ἰουδαίων, χαίρειν τῷ Ἰουδαϊσμῷ φράσαντες, τῇ πίστει τοῦ Χριστιανισμοῦ προσεχώρησαν.

## CAP. XXXIX.

*De incendio ecclesiæ Novatianorum.*

Non longo post tempore Paulus Novatianorum episcopus, pii viri prorsusque Deo chari existimationem adeptus est, et quidem multo majorem quam antea. Nam cum gravissimum incendium Constantinopoli contigisset, cujusmodi nunquam antea factum fuerat: quippe magna pars urbis regiæ eo incendio conflagravit, adeo ut horrea etiam maxima et thermæ quæ dicuntur Achilleæ funditus B perierint; ignis cuncta depascens, tandem ad ipsam Novatianorum ecclesiam quæ juxta Pelargum sita est, accessit. Paulus igitur episcopus, cum ecclesiam suam periclitari cerneret, ad altare prosiliens, custodiam ecclesiæ et eorum quæ in ecclesia erant, Deo commendavit, nec cessavit pro civitate et pro ecclesia preces fundere. Deus vero orationem illius exaudivit, sicut eventus ipse declaravit. Ignis enim, quamvis in ecclesiam illam per januas simul ac fenestras omnes irrumperet, nihil tamen damni intulit. Sed multa quidem vicina in circuitu loca penitus absumpsit: ipsam vero ecclesiam in medio flammarum cernere licebat, de incendio triumphantem. **390** Cumque id per C duos dies ac totidem noctes duravisset, incendium quidem prorsus restinctum est, quo magna pars civitatis conflagravit. Ecclesia vero illæsa atque integra cernebatur. Et quod magis mirandum est, ne fumi quidem vestigium in lignis ejus et parietibus apparebat. Id accidit die XVI Kalendas Septembres, Theodosio XIV et Maximo consulibus. Ex eo tempore Novatiani conservatæ ecclesiæ suæ memoriam celebrant quotannis, die XVI Kalendas Septembres, gratias cum precibus Deo persolventes. Sed et omnes, non Christiani solum, verum

## ΚΕΦΑΛ. ΛΘ'.

*Περὶ τοῦ γεγονότος ἐμπρησμοῦ ἐν τῇ Ναυατιανῶν ἐκκλησίᾳ.*

Μικρὸν δὲ μετὰ τόνδε τὸν χρόνον, Παῦλος ὁ τῶν Ναυατιανῶν ἐπίσκοπος, θεοφιλοῦς ὄντως ἀνδρὸς δόξαν ἐκτήσατο, καὶ πολλῷ πλεῖον ἧς ἐκέκτητο πρότερον. Συμβὰν γὰρ ἐμπρησμὸν γενέσθαι χαλεπώτατον, καὶ οἷος οὐδεπώποτε ἐγεγόνει πρότερον· πολὺ γὰρ μέρος τῆς πόλεως τὸ πῦρ κατηνάλωσεν, ὡς καὶ τὰ μέγιστα τῶν ὡρίων (65) ἀπολέσθαι, καὶ τὸ δημόσιον, ᾧ ἐπώνυμόν ἐστιν Ἀχιλλεύς (66)· τέλος ἐπινεμόμενον τὸ πῦρ, καὶ τῇ Ναυατιανῶν ἐκκλησίᾳ, τῇ κειμένῃ πλησίον τοῦ Πελαργοῦ προσέβαλλεν. Ἐπεὶ δὲ ὁ ἐπίσκοπος Παῦλος κινδυνεύουσαν τὴν ἐκκλησίαν ἑώρα, εἰσπηδήσας εἰς τὸ θυσιαστήριον, Θεῷ τὰ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν τῆς σωτηρίας ἐπέτρεπε. Καὶ οὐ διέλιπεν εὐχόμενος ὑπέρ τε τῆς πόλεως καὶ τοῦ εὐκτηρίου τόπου. Θεὸς δὲ ἄρα ἐπήκουσε τοῦ ἀνδρὸς, ὡς τὸ ἔργον ἀπέδειξεν. Τὸ γὰρ πῦρ εἰς τὸ εὐκτήριον διὰ πασῶν θυρῶν καὶ θυρίδων εἰσπεσὸν, οὐδὲν ἐλυμήνατο. Ἀλλὰ πολλὰ μὲν τῶν πέριξ γειτνιαζόντων ἠφάνιζεν. Αὐτὸν δὲ ἦν ἰδεῖν ἐν μέσῳ ὅλῳ πυρὶ, νικῶντα αὐτοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἔκκαυσιν. Καὶ τούτου ἐπὶ δύο νυχθήμερα γενομένου, ἀπεσβέσθη μὲν ὁ σύμπας ἐμπρησμὸς, πολλὰ μέρη καταναλώσας τῆς πόλεως. Ἡ δὲ ἐκκλησία ἑωρᾶτο ἀκέραιος. Καὶ τό γε θαυμαστὸν, ὅτι μηδὲ καπνοῦ ἴχνος ἦν ἰδεῖν ἐν τοῖς ξύλοις ἢ τοίχοις αὐτῆς. Τοῦτο μὲν οὖν γέγονε περὶ τὴν ἑπτακαιδεκάτην τοῦ Αὐγούστου μηνὸς, ἐν ὑπατείᾳ Θεοδοσίου τὸ τεσσαρεσκαιδέκατον [1], καὶ Μαξίμου. Ναυατιανοὶ δὲ σῶστρα τῆς ἐκκλησίας ἐξ ἐκείνου καθ' ἕκαστον ἔτος ἐπιτελοῦσι, περὶ τὴν ἑπτακαιδεκάτην τοῦ Αὐγούστου μηνὸς, εὐχαριστηρίους εὐχὰς πέμποντες τῷ Θεῷ. Σχεδόν τε πάντες διὰ τὸ ἐπ' αὐτῆς συμβὰν θαῦμα, τιμῶσιν ἐξ ἐκείνου τὸν τόπον, καὶ ὡς ἀληθῶς ἅγιον προσκυνοῦσιν, οὐ μόνον Χριστιανοὶ,

## VALESII ANNOTATIONES.

(65) *Ὡς τὰ μέγιστα τῶν ὡρίων.* Apud Nicephorum scriptum est ὡρείων cum aspiratione. Et Langus horrea seu granaria interpretatur. Musculus *maxima ædificia* vertit, Christophorsonus *fortissima munimenta*. Ego Langum sequi malim; ὡρεῖον enim vox est Græco-barbara, quæ significat horrea, ut jampridem observavit Meursius in Glossario Græco-barbaro. In codice Regio hoc loco scriptum inveni ὀρείων. Porro quinque Constantinopoli fuerunt horrea publica; quatuor scilicet in regione V.

(66) *Καὶ τὸ δημόσιον ᾧ ἐπώνυμον Ἀχιλλεύς.* In *Chronico Alexandrino* ita scriptum est: Theodosio Augusto decimoquarto et Maximo consulibus, ἐγένετο πυρκαϊὰ μεγάλη ἀπὸ τοῦ νεωρίου, καὶ D ἐκάησαν τὰ ὅρια καὶ τὸ δημόσιον ὁ Ἀχιλλεὺς μηνὶ Λώῳ. Epiphanius Scholasticus vertit, *thermas quæ vocantur Achilleæ*. Quam interpretationem confirmat Marcellinus comes in *Chronico*, Maximo et Paterio consulibus, qui fuit annus Christi 443. *His consulibus*, inquit, *thermarum quæ Achilleæ dicuntur*, *Encæniæ factæ*. Et auctor *Chronici Alexandrini*, qui sic habet, Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐνεκαινίσθη τὸ δημόσιον λοῦτρον ὁ Ἀχιλλεὺς, μηνὶ Αὐδυναίῳ, πρὸ γ' ἰδῶν Ἰανουαρίων. Thermæ igitur Achilleæ cum incendio consumptæ fuissent Theodosio decimoquarto et Maximo consulibus, anno Christi quadringentesimo tricesimo tertio, decimo post anno instauratæ sunt ac dedicatæ.

## VARIORUM.

1 *Ἐν ὑπατείᾳ Θεοδοσίου τὸ τεσσαρεσκαιδέκατον.* Is fuit annus Chr. 433. Scribit Marcellinus in *Chronico*, hoc incendium (quo magna pars CPoleos conflagravit) *per tres dies continuos* durasse.

Digitized by Google

ἀλλὰ καὶ τῶν Ἑλληνιζόντων οἱ πλείονες. Τοσαῦτα μὲν περὶ τούτων.

## ΚΕΦΑΛ. Μ'.

*Ὡς Μαξιμιανὸν ἐπίσκοπον διαδέχεται Πρόκλος.*

Μαξιμιανὸς δὲ δύο ἐνιαυτοὺς πρὸς τοῖς πέντε μησὶν [m] ἡσύχως τῆς Ἐκκλησίας προστὰς, ἐτελεύτησεν ἐν ὑπατείᾳ Ἀρεοβίνδου καὶ Ἄσπαρος, τῇ δωδεκάτῃ τοῦ Ἀπριλλίου μηνός. Συνέβη δὲ ἐν αὐτῇ τὴν ἑβδομάδα εἶναι τῶν νηστειῶν, τὴν γειτνιάζουσαν τῇ τοῦ Πάσχα ἑορτῇ· ἡμέρα δὲ ἦν καλουμένη πέμπτη. Τότε δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος, σοφῶς τοῦ πράγματος προενόησεν. Ἵνα γὰρ μὴ πάλιν περὶ ἐπιλογῆς ἐπισκόπου ζήτησις ᾖ, καὶ ταραχὴν τῇ Ἐκκλησίᾳ κινήσῃ, B μὴ μελλήσας, ἀλλ' ἔτι κειμένου τοῦ σώματος Μαξιμιανοῦ, τοῖς παροῦσιν ἐπισκόποις ἐνθρονίσαι τὸν Πρόκλον ἐπέτρεψεν. Τοῦτο γὰρ καὶ τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ῥωμαίων (67) Κελεστίνου ἐπιστολαὶ παροῦσαι ἐγίνοντο σύμψηφοι, ἃς ἐκεῖνος ἀπεστάλκει Κυρίλλῳ τε τῷ Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἰωάννῃ τῷ Ἀντιοχείας, καὶ Ῥούφῳ τῷ Θεσσαλονίκης (68), διδάσκων ὡς οὐδὲν κωλύει τόν τε ἑτέρας πόλεως ὀνομασθέντα ἢ καὶ ὄντα ἐπίσκοπον, εἰς ἄλλην μετατίθεσθαι. Ἐνθρονισθεὶς οὖν ὁ Πρόκλος, τὴν ἐκκομιδὴν τοῦ Μαξιμιανοῦ σώματος ἐποιήσατο. Καιρὸς δὲ ἤδη, καὶ περὶ αὐτοῦ βραχέα διεξελθεῖν.

## ΚΕΦΑΛ. ΜΑ'. C

*Περὶ Πρόκλου ἐπισκόπου, ὁποῖός τις ἦν.*

Πρόκλος ἐκ πρώτης ἡλικίας ἀναγνώστης ἐτύγχανεν ὤν, ἐφοίτα τε εἰς διδασκάλους, καὶ ῥητορικῆς ἐγίνετο ζηλωτής. Τελέσας δὲ εἰς ἄνδρα, τὰ πολλὰ παρῆν τῷ ἐπισκόπῳ Ἀττικῷ, ὑπογραφεὺς αὐτοῦ τῶν λόγων γενόμενος. Προκόψαντα δὲ αὐτὸν καὶ ἐν τῇ τάξει τῆς διακονίας Ἀττικὸς προηγάγετο. Ἀξιωθεὶς δὲ καὶ πρεσβυτερείου, ὡς προεῖπον, ὑπὸ Σισιννίου πρὸς τὴν Κυζίκου ἐπισκοπὴν [n] προεβλήθη. Ταῦτα μὲν ἤδη

A etiam plerique gentilium, ob miraculum quod ibi gestum est, loco exinde honorem habent, eumque velut sacrosanctum venerantur. Sed de his hactenus.

## CAP. XL.

*Quomodo Proclus Maximiano successerit.*

Maximianus vero cum per biennium ac menses quinque Ecclesiam pacate administrasset, fato functus est, Areobindo et Aspare consulibus, pridie Idus Apriles. Erat tunc septimana jejuniorum, quæ festum Paschale proxime antecedit, ejusque septimanæ feria agebatur quinta. Quo quidem tempore imperator Theodosius prudenter huic negotio prospexit. Etenim ne rursus de eligendo episcopo ambigeretur, eaque res tumultum in Ecclesia excitaret, absque ulla cunctatione, nondum deposito Maximiani corpore, episcopis qui aderant mandavit, ut Proclum in episcopali solio collocarent. Id enim Cœlestini quoque episcopi Romani litteræ tunc exhibitæ confirmabant, quas ille Cyrillo Alexandriæ episcopo et Joanni Antiocheno et Rufo Thessalonicensi in eam rem miserat, docens nihil obstare quominus is qui alicujus Ecclesiæ nominatus sit, aut reipsa exsistat episcopus, ad aliam Ecclesiam transferatur. Itaque Proclus in sede episcopali collocatus corpus Maximiani sepulturæ tradidit. Sed nunc tempus est ut de illo pauca dicamus.

## 391 CAP. XLI.

*De Proclo episcopo, cujusmodi vir fuerit.*

Proclus ab ineunte ætate lector fuit, et scholas frequentans, rhetoricæ operam dedit. Cum autem ad virilem pervenisset ætatem, versabatur assidue cum Attico episcopo, ejusdemque notarius fuit. Cumque magnos jam progressus fecisset, ad diaconatus gradum Atticus eum evexit. Exinde ad presbyterii honorem promotus, a Sisinnio, sicut antea dixi, episcopus Cyzici est ordinatus. Sed hæc

## VALESII ANNOTATIONES.

(67) *Τοῦτο γὰρ καὶ τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ῥωμαίων.* Lego τούτῳ cum Savilio et Christophorsono. Cæterum assentior Baronio, qui ad annum Christi 434, recte observavit has litteras Cælestini papæ non hoc anno scriptas esse, sed biennio D ante, cum scilicet, deposito Nestorio, de eligendo Constantinopolitanæ urbis antistite ageretur. Certe hoc anno, Aspare et Areobinda consulibus, mortuus erat Cœlestinus, eique Xystus in episcopatu successerat.

(68) *Καὶ Ῥούφῳ τῷ Θεσσαλονίκης.* Rufus Thessalonicensis episcopus vices sedis apostolicæ agebat per Illyricum, ut docent epistolæ Innocentii ac Bonifacii pontificum Romanorum ad illum datæ, quas habes in Collectione Romana Lucæ Holstenii. Id enim privilegium habebant Thessalonicenses episcopi a temporibus Damasi papæ, ut ex eadem Collectione discimus. Balsamo in *Commentariis ad synodum in Trullo*, pag. 359, scribit Thessalonicenses episcopos olim fuisse legatos episcopi Romani; et episcopum Romanum jus habere dicit constituendi legatos in patriarchatu Constantinopolitano; episcopos autem ordinandi negat illum jus habere: in quo graviter fallitur. Nam provinciæ illæ quæ tunc, cum scribebat Balsamo, erant sub patriarcha Constantinopolitano, antea fuerant sub dispositione episcopi Romani. Porro synodus Nicæna statuit ut antiquæ consuetudines serventur.

## VARIORUM.

[m] *Δύο ἐνιαυτοὺς πρὸς τοῖς πέντε μησίν.* Obiit Maximianus anno Chr. 434. Accurate autem Socrates tempus computavit, quo Maximianus Ecclesiæ CPolitanæ præfuit, ideoque jam recte scripserat eum ordinatum die xxv Octobris anni 431. Ant. Pagi, ad ann. 434, n. 2.

[n] *Πρὸς τὴν Κυζίκου ἐπισκοπήν.* — Episcopus Cyzici ordinatus est Proclus anno circiter 427, ibi vero nunquam commoratus. Vide cap. 28 hujus libri.

Digitized by Google

quidem diu antea contigerant. Tunc vero Constantinopolitanæ Ecclesiæ episcopatum obtinuit. Vir optimis moribus, si quisquam alius, præditus. Quippe ab Attico eruditus cunctas ejus virtutes studiose imitatus est. Patientiam vero magis etiam quam Atticus excoluit. Nam hic quidem interdum terribilem se hæreticis exhibebat; Proclus vero placidus erga omnes fuit, dum hæreticos hac ratione potius quam vi ad rectam fidem adducere studeret. Cum enim nullam omnino hæresim exagitare instituisset, mansuetudinis dignitatem integram conservavit, ac veluti depositum quoddam Ecclesiæ restituit. Qua in re imperatorem Theodosium imitatus est. Nam huic quidem ratum fixumque fuit, adversus sontes non uti imperiali potestate: isti vero propositum erat, parvifacere si quis de Deo aliter quam ipse sentiret.

## CAP. XLII.

*Qualiter hic scriptor probitatem Theodosii Junioris pluribus verbis extollit.*

Ob hæc igitur imperator Theodosius Proclum magnopere laudabat. Nam et ipse veris Dei sacerdotibus similis erat, nec eos ullo modo probabat, qui alios persequi studerent. Quin etiam audacter dixerim eum omnes veros ac germanos sacerdotes mansuetudine longe superasse. Et quod de Moyse scribitur in libro Numerorum [1]: *Erat Moyses vir mitissimus præ cunctis hominibus qui terram incolunt*: hoc et de imperatore Theodosio nunc dici potest, eum mitissimum esse præ cunctis hominibus qui degunt in terris. Etenim ob hanc illius mansuetudinem, Deus absque præliis hostes sub potestatem illius redegit, ut victoria de Joanne tyranno relata, et quæ subsecuta est barbarorum clades, abunde declarant [2]. Nam quæ olim justis hominibus a Deo præstita esse dicuntur, ea nostris quoque **392** temporibus piissimo imperatori hujus universi Deus contulit. Neque vero per adulationem hæc a me dicuntur: sed res omnibus cognitas ac perspectas, uti se habent, verissime exponam.

## CAP. XLIII.

*Quot et quanta mala passi sint Barbari, qui Joanni tyranno suppetias tulerant.*

Etenim post cædem tyranni, Barbari quos ille in subsidium suum adversus Romanos evocaverat, ad vastandas Romanorum provincias sese accingebant.

πρότερον ἐγένετο. Τότε δὴ τῆς ἐν Κωνσταντίνου πόλει Ἐκκλησίας τὸν θρόνον ἐκληρώθη. Ἦν δὲ ἀνὴρ ἀγαθὸς τὸ ἦθος, εἰ καί τις ἄλλος. Ὑπὸ γὰρ τῷ Ἀττικῷ παιδευθεὶς, πάντα αὐτοῦ τὰ χρηστὰ ἐμιμήσατο. Τὴν δὲ ἀνεξικακίαν πλέον ἢν ἐκεῖνος ἐξήσκησεν (69). Ὁ μὲν γὰρ τοῖς αἱρεσιώταις φοβερὸν ἐν καιρῷ ἑαυτὸν ἐπεδείκνυσεν· οὗτος δὲ προσηνὴς τοῖς πᾶσιν ἐγίνετο, τούτῳ δὲ μᾶλλον αὐτοὺς (70) ἢ βίᾳ προσάγεσθαι προνοῶν. Αἵρεσιν γὰρ οὐδεμίαν σκύλλειν αἱρούμενος, τὸ ἀξίωμα τῆς πραότητος τῇ Ἐκκλησίᾳ φυλάξας ἀπέδωκε, κατὰ τοῦτο τὸ μέρος, τὸν βασιλέα μιμούμενος Θεοδόσιον. Ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἐκέκριτο, κατὰ τῶν ὑπαιτίων μὴ χρήσασθαι τῇ βασιλικῇ ἐξουσίᾳ· τούτῳ δὲ, μικρὰ φροντίσαι τῶν μὴ φρονούντων περὶ Θεοῦ, ᾗ ἐφρόνει αὐτός.

## ΚΕΦΑΛ. ΜΒʹ.

*Ὅτι πολὺν καταβάλλεται λόγον ὁ συγγραφεὺς περὶ τῆς καλοκαγαθίας τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου τοῦ Νέου.*

Ἐπὶ τούτοις μὲν οὖν, καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτὸν ἀπεδέχετο. Καὶ γὰρ αὐτὸς τοῖς ἀληθῶς ἱερωμένοις ἐφάμιλλος ἦν, καὶ οὐδαμοῦ τοὺς διώκειν ἐθέλοντας ἀπεδέχετο. Τολμήσας δ' ἂν εἴποιμι, ὅτι τῇ πραότητι καὶ πάντας τοὺς ἀληθῶς ἱερωμένους ἐνίκα, καθάπερ ἡ βίβλος (71) τῶν Ἀριθμῶν ἐπὶ Μωϋσέως φησί· *Καὶ ὁ ἄνθρωπος Μωϋσῆς πρᾶος σφόδρα παρὰ πάντας τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς γῆς*· τοῦτ' ἔστι καὶ νῦν εἰπεῖν, ὅτι ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος, πρᾶος σφόδρα παρὰ πάντας τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς γῆς. Διὰ ταύτην γὰρ αὐτοῦ τὴν πραότητα, καὶ ὁ Θεὸς τοὺς πολεμίους αὐτῷ δίχα πολεμικῶν ἀγώνων ὑπέταττεν· ὡς ἔδειξεν τά τε κατὰ τοῦ τυράννου Ἰωάννου τρόπαια, καὶ ἡ ἐπιγενομένη μεταταῦτα τῶν Βαρβάρων ἀπώλεια. Οἷα γὰρ τοῖς πάλαι δικαίοις ὑπῆρχε παρὰ Θεοῦ, τοιαῦτα καὶ ἐπὶ τῶνδε τῶν χρόνων τῷ θεοφιλεστάτῳ βασιλεῖ παρεῖχεν ὁ τῶν ὅλων Θεός. Καὶ οὐ κολακείᾳ ταῦτα γράφω, ἀλλὰ μετὰ τῆς ἀληθείας τὰ πᾶσι γενόμενα γνώριμα παραθήσομαι.

## ΚΕΦΑΛ. ΜΓʹ.

*Ὁποῖα πεπόνθασιν οἱ Βάρβαροι, οἱ τῷ τυράννῳ Ἰωάννῃ συμμαχήσαντες.*

Μετὰ γὰρ τὴν τοῦ τυράννου ἀναίρεσιν, οἱ Βάρβαροι οὓς ἐκεῖνος πρὸς βοήθειαν κατὰ Ῥωμαίων ἐκάλεσεν, ἕτοιμοι ἦσαν κατατρέχειν τὰ Ῥωμαίων πρά-

[1] Num. XII, 3. [2] Cap. 23.

## VALESII ANNOTATIONES.

(69) *Πλέον ἢν ἐκεῖνος εἶχεν.* Verbum εἶχεν deest in Codice Sfortiano. Quare non dubito quin Socrates ita scriptum reliquerit, τὴν δὲ ἀνεξικακίαν πλέον ἢ ἐκεῖνος ἐξήσκησεν. Quam emendationem confirmat Epiphanius Scholasticus et Nicephorus. Nam Nicephorus quidem sic habet de Proclo, ἀνεξίκακος δὲ πλέον ἤπερ ἐκεῖνος ἐγένετο. Epiphanius autem Scholasticus ita vertit, *Sed in isto patientia potior apparebat.*

(70) *Τούτῳ δὲ μᾶλλον αὐτούς.* Scribendum est procul dubio τούτῳ δὴ, et ante hæc verba apponenda est media distinctio.

(71) *Καθάπερ ἡ βίβλος.* Majorem gratiam et emphasim habitura est oratio, si particulam addamus hoc modo, καὶ καθάπερ ἡ βίβλος τῶν Ἀριθμῶν περὶ Μωϋσέως φησί, ut hoc sit principium periodi. Atque ita prorsus legit Nicephorus.

Digitized by Google

γματα. Ταῦτα ὁ βασιλεὺς πυθόμενος, συνήθως τὴν περὶ τούτων φροντίδα ἐπέτρεψε τῷ Θεῷ· εὐχαῖς τε σχολάσας, οὐκ εἰς μακρὰν ἐξήνυσεν ἃ ἐζήτει λαβεῖν. Οἷα γὰρ δὴ καὶ ἐγένετο τοῖς βαρβάροις, καλὸν ἐπακοῦσαι. Θνήσκει μὲν αὐτῶν ὁ ἔπαρχος, ᾧ ὄνομα ἦν Ῥούγας (72), βληθεὶς κεραυνῷ. Λοιμός τε ἐπιλαβόμενος τὸ πλεῖστον τῶν ὑπ' αὐτῷ ἀνθρώπων διέφθειρε. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐξήρκεσεν· ἀλλὰ γὰρ καὶ πῦρ ἐξ οὐρανοῦ κατελθὸν, πολλοὺς τῶν ὑπολειφθέντων ἀνήλωσεν. Καὶ τοῦτο εἰς δέος μέγιστον τοὺς βαρβάρους κατέστησεν, οὐ τοσοῦτον ὅτι πρὸς ἔθνος γενναῖον τὸ Ῥωμαίων ὅπλα ἀνταίρειν ἐτόλμησαν· ἀλλ' ὅτι πλέον ὑπὸ ἰσχυροῦ Θεοῦ βοηθουμένους ἐφεύρισκον. Τότε δὴ καὶ ὁ ἐπίσκοπος Πρόκλος, ἐκ τοῦ Ἰεζεκιὴλ προφητείαν ἐπ' ἐκκλησίας διδάσκων, τῇ γενομένῃ ἐκ Θεοῦ σωτηρίᾳ προσαρμόσας, ἱκανῶς ἐθαυμάσθη. Ἡ δὲ προφητεία ἐστὶν αὕτη· *Καὶ σὺ, υἱὲ ἀνθρώπου, προφήτευσον ἐπὶ Γὼγ ἄρχοντα*, *Ῥὼς* (73), *Μισὸχ καὶ Θόβελ. Κρινῶ γὰρ αὐτὸν θανάτῳ, καὶ αἵματι, καὶ ὑετῷ κατακλύζοντι, καὶ λίθοις χαλάζης. Καὶ πῦρ καὶ θεῖον βρέξω ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς μετ' αὐτοῦ, καὶ εἰς ἔθνη πολλὰ μετ' αὐτοῦ. Καὶ μεγαλυνθήσομαι, καὶ ἐνδοξασθήσομαι, καὶ γνωσθήσομαι ἐναντίον πολλῶν ἐθνῶν· καὶ γνώσονται, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Κύριος*. Σφόδρα μὲν οὖν, ὡς ἔφην, ἐθαυμάσθη ἐπὶ τούτοις ὁ Πρόκλος. Τῷ δέ γε βασιλεῖ διὰ τὴν πραότητα, καὶ ἄλλα μὲν πλεῖστα παρεῖχεν ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια· ἓν δὲ κἀκεῖνο.

A Quod cum audisset imperator Theodosius, ejus negotii curam, ut facere solitus erat, Deo commisit : et precationibus incumbens, brevi id consecutus est quod optabat. Quæ autem barbaris acciderint, operæ pretium fuerit audire. Dux quidem eorum, cui nomen erat Rohas, fulmine perculsus interiit. Deinde secuta pestis maximam partem barbarorum qui sub illo erant, neci dedit. Neque vero hic malum substitit : sed et ignis e cœlo missus multos ex iis qui superfuerant absumpsit. Atque ea res gravissimum terrorem incussit Barbaris, non tam propterea quod contra bellicosam Romanorum gentem bellum movere ausi fuissent, quam quod præpotentem Deum iis auxilio esse intelligerent. Tunc etiam Proclus episcopus sermonem faciens in ecclesia, cum Ezechielis B prophetiam saluti tum a Deo collatæ adaptavisset, ingenti plausu et admiratione exceptus est. Prophetia autem sic habet : *Et tu, fili hominis, prophetiza super principem Gog, Rhos, Misoch et Thobel. Judicabo enim illum morte et sanguine et imbre inundante et lapidibus grandinis. Ignem et sulphur pluam super illum, et super multas gentes quæ cum illo sunt. Et magnificabor atque glorificabor, et cognoscar in conspectu multarum gentium : et scient quia ego sum Dominus*[1]. Ob hæc igitur, ut dixi, summa omnium admiratione exceptus est Proclus. Imperatori vero propter ipsius mansuetudinem, tum alia multa contulit Dei providentia, tum hoc præcipue quod jam dicturus sum.

C

## ΚΕΦΑΛ. ΜΔ'.

*Ὡς ὁ βασιλεὺς Οὐαλεντινιανὸς ὁ Νέος Εὐδοξίαν ἔγημε τὴν θυγατέρα Θεοδοσίου.*

Ἦν αὐτῷ θυγάτηρ ἐκ τῆς γαμετῆς Εὐδοκίας, ὄνομα Εὐδοξία. Ταύτην Οὐαλεντινιανὸς ὁ ἀνεψιὸς ὑπ' αὐτοῦ τῶν Ἑσπερίων μερῶν καταστὰς βασιλεὺς, ᾔτησε πρὸς γάμον λαβεῖν. Ὡς δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπένευσε Θεοδόσιος, καὶ ἐβουλεύοντο ἐν μεσαιχμίῳ που τοὺς γάμους τελέσαι, ἐδόκει δὲ μερισαμένους τὴν ὁδὸν, ἐν τῇ Θεσσαλονίκῃ τοῦτο ποιῆσαι, μηνύει Οὐαλεντινιανὸς μὴ σκύλλεσθαι· αὐτὸς γὰρ ἥξειν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν. Ἀσφαλισάμενος οὖν τὰ Ἑσπέρια μέρη, αὐτὸς ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν παραγίνεται τοῦ γάμου χάριν. Οὗ ἐπιτελεσθέντος ἐν ὑπατείᾳ Ἰσιδώ-

## CAP. XLIV.

*Quomodo Valentinianus Junior Eudoxiam Theodosii filiam duxit uxorem.*

Erat ipsi filia, Eudoxia nomine, quam ex Eudocia conjuge susceperat. Hanc Valentinianus, ipsius consobrinus, quem ipse Occidentis partium imperatorem **393** creaverat, sibi uxorem dari postulavit. Cumque imperator Theodosius id annuisset, et ambo Augusti meditarentur alicubi in confiniis utriusque imperii nuptias celebrare, placuissetque ut singuli dimidium viæ peragentes Thessalonicæ id facerent : Valentinianus Theodosio per litteras significavit, ne se tantopere fatigaret, se namque venturum esse Constantinopo-

[1] Ezech. XXXVIII, 2, 22, 23.

## VALESII ANNOTATIONES.

(72) *Ὧ ὄνομα ἦν Ῥούγας*. Apud Priscum in *Historia Gothorum* Ῥούας dicitur Hunnorum rex, cui successit Attila. Apud Jornandem Roas vocatur, frater Octari et Mundiuchi, patruus Attilæ. Roilam vocat Langus interpres Nicephori, qua ratione adductus nescio : nam in Nicephoro Ῥούγας scribitur perinde ac in Socrate *.

D (73) *Ἄρχοντα Ῥώς*. Sic habet editio Septuaginta interpretum in capite XXXVIII Ezechielis. Sed vox illa Ῥὼς deest in versione vulgata, pro qua Hieronymus caput interpretatur hoc modo : *Principem capitis Mosoch*. Quare quod Langus hic annotat de Russis, meo quidem judicio alienum est ab hoc loco.

## VARIORUM.

* In *Chronico* quod sub Prosperi nomine edidit Pithœus, *Rugila* dicitur.

Digitized by Google

lim. Postquam igitur Occidentis-partes idoneis præsidiis firmasset, nuptiarum gratia Constantinopolim advenit. Quibus celebratis Isidoro et Senatore consulibus, mox accepta uxore, in Occidentem reversus est. Et hæc quidem eo tempore felicitas contigit imperatori.

A ρου (74) καὶ Σινάτορος °, λαβὼν τὴν γαμετὴν, αὖθις ἐπὶ τὰ Ἑσπέρια μέρη ἀνέδραμεν. Τοιοῦτο μὲν οὖν καὶ τόδε τῷ βασιλεῖ εὐτύχημα γέγονεν.

## CAP. XLV.

*Quomodo Proclus episcopus imperatori persuasit, ut Joannis corpus ab exsilio transferret Constantinopolim, et in ecclesia Apostolorum deponeret.*

Nec multo post Proclus episcopus, eos qui ob depositionem Joannis sese ab Ecclesiæ corpore sejunxerant, ad unitatem revocavit, eorum dolorem prudenti consilio demulcens. Qua autem ratione istud perfecerit, jam dicendum est. Joannis corpus, quod Comanis sepultum erat, annuente imperatore Constantinopolim deportavit, anno post ejus abdicationem quinto ac tricesimo. Idque solemni pompa per urbem traductum, ingenti cum honore in ecclesia Apostolorum deposuit. Hoc igitur modo pacati hi qui Joannis causa seorsum conventus agebant, ad unitatem Ecclesiæ redierunt. Id autem contigit sextodecimo consulatu imperatoris Theodosii, die IV Kalendas Februarias. Cæterum hoc loco mirari subit, qui factum sit, ut invidiæ livor Origenem quidem mortuum appetierit, Joanni vero pepercerit. Nam ille quidem annis circiter ducentis post obitum ipsius, a Theophilo excommunicatus est. Joannes vero anno post mortem quinto ac tricesimo, a Proclo receptus est in communionem. Tantum discrimen fuit inter Procli mores atque Theophili. Verum hæc qua ratione facta sint et quotidie fiant, prudentes viros minime latet.

## ΚΕΦΑΛ. ΜΕ'.

*Ὡς ἐπίσκοπος Πρόκλος πέπεικε τὸν βασιλέα, τὸ σῶμα Ἰωάννου μετακομίσαι εἰς Κωνσταντίνου πόλιν ἀπὸ τῆς ἐξορίας, καὶ ἐν τῇ τῶν Ἀποστόλων ἐκκλησίᾳ καταθέσθαι.*

Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ μετὰ τόνδε τὸν χρόνον, καὶ ὁ ἐπίσκοπος Πρόκλος τοὺς χωριζομένους διὰ τὴν τοῦ ἐπισκόπου Ἰωάννου καθαίρεσιν ἐπανήγαγε, φρονήσει παραμυθησάμενος τὴν λύπην αὐτῶν. Τί δὲ τοῦτο ἦν, λεκτέον. Τὸ σῶμα Ἰωάννου ἐν Κομάνοις τεθαμμένον, B βασιλέα πείσας, τριακοστῷ πέμπτῳ ἔτει μετὰ τὴν καθαίρεσιν p, εἰς τὴν Κωνσταντίνου πόλιν μετεκόμισε. Καὶ μετὰ πολλῆς τιμῆς, δημοσίᾳ πομπεύσας αὐτὸ, εἰς τὴν ἐπώνυμον τῶν Ἀποστόλων ἐκκλησίαν ἀπέθετο. Πεισθέντες οὖν ἐπὶ τούτῳ οἱ δι' αὐτὸν χωριζόμενοι, τῇ Ἐκκλησίᾳ ἡνώθησαν. Καὶ γέγονεν τῇ ἑξκαιδεκάτῃ ὑπατείᾳ τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου, περὶ τὴν ἑβδόμην καὶ εἰκάδα τοῦ Ἰανουαρίου q μηνός. Θαυμάσαι δέ μοι ἔπεισι, πῶς ὁ φθόνος Ὠριγένους μὲν τελευτήσαντος ἥψατο, Ἰωάννου δὲ ἐφείσατο. Ὁ μὲν γὰρ μετὰ διακόσια ἔτη που τῆς ἑαυτοῦ τελευτῆς, ὑπὸ Θεοφίλου ἀκοινώνητος γέγονεν. Ἰωάννης δὲ, τριακοστῷ πέμπτῳ ἔτει μετὰ τὴν τελευτὴν εἰς κοινωνίαν ὑπὸ Πρόκλου ἐδέχθη. Τοσοῦτον Πρόκλος Θεοφίλου τῷ τρόπῳ διήνεγκεν. C Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὅπως γέγονέ τε καὶ ἀεὶ γίνεται (75), τοὺς σωφρονοῦντας οὐ διαφεύγει.

## VALESII ANNOTATIONES.

(74) *Ἐν ὑπατείᾳ Ἰσιδώρου.* Hi consules fuerunt anno Christi 436. Sed dissentiunt a Socrate Prosper et Marcellinus Comes in *Chronico*, et auctor *Chronici Alexandrini*. Hi enim sequente anno has nuptias celebratas esse scribunt, Aetio II, et Sigisvulto consulibus, mense Novembri. Idque confirmat Jornandes in libro *De successione regnorum;* ubi postquam locutus est de stupro quod Honoria cum Eugenio procuratore suo commiserat, quod factum est Areobindo et Aspare consulibus, anno Christi 434, subdit: *Posthæc tertio anno Valentinianus imperator a Roma Constantinopolim, ob suscipiendam in matrimonium Eudoxiam Theodosii principis filiam venit: dataque pro munere socero suo tota Illyria, celebratis nuptiis ad sua* D *regna cum uxore recessit.* De donatione Illyrici Occidentalis idem testatur Cassiodorus in libro II *Variarum*, epistola 1, his verbis: *Placidiam mundi opinione celebratam, avorum prosapia gloriosam, purpurato filio studuisse percepimus; cujus dum remisse administrat imperium, indecenter cognoscitur imminutum. Nurum denique sibi amissione Illyrici comparavit, factaque est conjunctio regnantis, divisio dolenda provinciis.*

(75) *Ὅπως γέγονέ τε καὶ ἀεὶ γίνεται.* His verbis sententiam suam non obscure innuit Socrates. Vult enim dicere hæc per invidiam aut per gratiam fieri solere. Nam quod Origenes, tot annis post obitum elapsis damnatus est a Theophilo, id Theophili invidiæ erga ipsum Origenem, vel adversus monachos qui Longi dicebantur, ascribit Socrates. Quod autem Joannes Chrysostomus anno post mortem quinto ac tricesimo, honorifice reductus est in patriam, id Procli et plebis Constantinopolitanæ amori ac benevolentiæ tribuit. Ego vero sententiæ Socratis non accedo. Etsi enim in hujus-

## VARIORUM.

° *Ἐν ὑπατείᾳ Ἰσιδώρου καὶ Σινάτορος.* Imo Aetio secundum et Sigivulto coss., anno Chr. 437, quod præter Prosperum, Marcellinum, et Cassiodorum in *Chronicis*, testatur auctor *Chronici Alexandrini*, qui rei gestæ mensem et diem memorat, quos ex Actis publicis desumpsisse non dubitandum. *His coss. Valentinianus Junior mense Octobri* XII *Kal. Novemb. ingressus Constantinopolim, nuptias celebravit, accepta in uxorem Eudoxia, Theodosii et Eudociæ Aug. filia, mense Oct.* IV *Kal. Novemb. Suscepit ex ea geminas filias, Eudociam et Placidiam.* Ant. Pagi ad annum 437, n. 3. Nata est autem Eudoxia anno 422.

p *Τριακοστῷ πέμπτῳ ἔτει μετὰ τὴν καθαίρεσιν.* Scil. per synodum sub Quercu. W. Lowth.

q *Περὶ τὴν ἑβδόμην καὶ εἰκάδα τοῦ Ἰανουαρίου.* Quo die etiamnum S. Chrysostomi natale in Ecclesia Romana celebratur. Facta est autem hæc translatio anno Christi 438, a Proclo, qui, adolescens dum fuit, S. Chrysostomo sedulo adhæserat, tanquam amanuensis.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. ΜϚ'

A

*Περὶ τοῦ θανάτου Παύλου τοῦ Ναυατιανῶν ἐπισκόπου, καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν χειροτονηθέντος Μαρκιανοῦ.*

Ὀλίγον δὲ μετὰ τὴν τοῦ σώματος Ἰωάννου ἀπόθεσιν, καὶ Παῦλος ὁ τῆς τῶν Ναυατιανῶν Ἐκκλησίας ἐτελεύτησεν, ἐν ὑπατείᾳ τῇ αὐτῇ, περὶ τὴν μίαν καὶ εἰκάδα τοῦ Ἰουλίου μηνός. Ὅς τῇ ἑαυτοῦ ἐκκομιδῇ πάσας τὰς διαφόρους αἱρέσεις τρόπον τινὰ μίαν Ἐκκλησίαν εἰργάσατο. Πᾶσαι γὰρ αὐτοῦ τὸ σῶμα ἄχρι τοῦ μνήματος σὺν ψαλμῳδίαις παρέπεμπον, ἐπείπερ καὶ ζῶν διὰ βίου ὀρθότητα πάσαις ἐπέραστος ἦν. Ἐπεὶ δὲ Παῦλος ἄξιον μνήμης τελευτᾷν μέλλων διεπράξατο, χρειῶδες εἶναι ἡγοῦμαι τῇδε τῇ ἱστορίᾳ αὐτὸ προσθεῖναι, πρὸς ὠφέλειαν τῶν ἐντυγχανόντων αὐτῇ. Ὅτι μὲν γὰρ ἀῤῥωστῶν τῇ συνήθει τῆς ἀσκήσεως διαίτῃ B ἐχρῆτο, μηδαμῶς παρεκβαίνων αὐτὴν, καὶ ὡς διέλειπε τὰς εὐχὰς ἀόκνως ἐκτελῶν, παραλιπεῖν μοι δοκῶ, ἵνα μὴ περὶ τοῦτο διατρίβων, ἀμαυρώσω τὴν ἀξίαν μνήμης ὡς ἔφην, καὶ ἐπωφελῆ πρᾶξιν αὐτοῦ. Τίς δέ ἐστιν, ἤδη λεκτέον. Μέλλων τελευτᾷν, πάντας τοὺς τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐκκλησιῶν ἱερωμένους μεταπεμψάμενος· Φροντίσατε, ἔφη, ἀναδεῖξαι τινὰ ἐπίσκοπον, ἕως ἔτι ἐν πνέουσίν εἰμι· ἵνα μὴ μεταταῦτα ταραχὴν αἱ Ἐκκλησίαι ὑμῶν ὑπομείνωσι. Τῶν δὲ λεγόντων, μὴ αὐτοῖς τὴν περὶ τούτου ψῆφον ἐπιτρέπειν· ἄλλος γὰρ ἄλλο κριτήριον ἔχοντες, οὐδαμῶς τὸν αὐτὸν ὀνομάσαιμεν· ἀλλ' αὐτόν σε ἀναδεικνύναι ὃν βούλει αἱρούμεθα. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Παῦλος, ἔγγραφόν μοι τὴν ὁμολογίαν ταύτην ἐπίδοτε, ὅτι τοῦτον αἱρεῖσθε, ὃν ἂν ἐγὼ αὐτὸς ψηφισαίμην. Τῶν δὲ τοῦτο ποιησάντων καὶ C ὑπογραψάντων, αὐτὸς ἀνακαθίσας τῆς κλίνης (76), καὶ λαθὼν τοὺς παρόντας, ἐνέγραψεν ὄνομα Μαρκιανοῦ· ὃς ἐν μὲν τῇ τῶν πρεσβυτέρων τάξει ἐτέτακτο, καὶ ὑπ' αὐτὸν τὸν ἀσκητικὸν ἐπαιδεύετο βίον· ἀπεδήμει δὲ τηνικαῦτα. Εἶτα σφραγίσας αὐτὸς, καὶ τοὺς πρώτους τοῦ πρεσβυτερίου ἐπισφραγίσαι ποιήσας, παρέθετο τοῦτο τὸ βιβλίον Μάρκῳ, ὅστις ἐν Σκυθίᾳ Ναυατιανῶν ἐπίσκοπος ἦν, τότε δὲ ἐπεδήμει τῇ πόλει· καὶ τάδε ἔφη πρὸς αὐτόν· Εἰ μὲν θέλει Θεὸς ἔτι με περιεῖναι εἰς τόνδε τὸν βίον, τήνδε μοι παρακαταθήκην φυλάξας ἀπόδος. Εἰ δέ με δοκεῖ αὐτῷ μεταστῆσαι, ἐν τούτῳ εὑρήσεις τὸν ὑπ' ἐμοῦ μετ' ἐμὲ ψηφισθέντα ἐπίσκοπον. Ταῦτα εἰπὼν, ἐτελεύτησε. Τρίτῃ οὖν μετὰ τὴν τελευτὴν ἡμέρᾳ, ἀνελίξαντες τὸ D βιβλίον ἐπὶ πλήθους πολλοῦ, καὶ εὑρόντες τὸ Μαρκιανοῦ ὄνομα, πάντες μὲν ἄξιον εἶναι ἐβόων [r]· καὶ μὴ μελλήσαντες, ἐξαπέστειλαν τοὺς συλληψομένους αὐτόν. Οἱ δὲ, δόλῳ ἀγαθῷ ἐν Τιβερίου πόλει τῆς Φρυγίας διάγοντα συλλαβόντες, ἄγουσι· καὶ περὶ τὴν

394 CAP. XLVI.

*De morte Pauli Novatianorum episcopi, et de Marciano ejus successore.*

Elapso autem modico temporis spatio post reliquiarum Joannis depositionem, Paulus quoque Novatianorum episcopus e vivis excessit, eodem consulatu, die duodecimo Kalendas Augusti. Qui in suo funere omnes religionum sectas, licet inter se discrepantes, unam quodammodo effecit Ecclesiam. Quippe cunctæ corpus ejus cum psalmorum cantu prosecutæ sunt ad tumulum: eo quod, dum viveret, ob vitæ sanctimoniam cunctis pariter gratissimus fuerat. Sed quoniam idem Paulus jamjam moriturus rem plane memorabilem gessit, operæ pretium facturus mihi videor, si eam huic historiæ inseram ad legentium utilitatem. Nam quod ægrotans monasticam disciplinam in ratione victus constanter observavit, nullo pacto eam transgrediens: et quod preces solitas impigre peragere nunquam prætermisit, silentio prætereundum puto: ne si in istis commemorandis tempus trivero, rem ab eo gestam plane memorabilem, ut dixi, et utilissimam obscurare videar. Quænam autem illa sit, jam dicendum est. Cum morti vicinus esset, omnes presbyteros ecclesiarum quæ sub ipso erant, ad se accersitos, ita est allocutus: Curate ut episcopum vobis eligatis, dum adhuc superstes sum, ne Ecclesiæ vestræ posthac perturbentur. Cumque illi dicerent dandam ipsis non esse ejus electionis potestatem: nam cum alius nostrum alio utatur judicio, nunquam eumdem nominaturi sumus: sed malumus ut tu potius designes quem volueris. Tum Paulus: Hanc igitur, inquit, professionem vestram scripto proditam mihi date, vos eum electuros esse quem ego decrevero. Quod cum illi fecissent, et subscriptione sua firmassent, assurgens ille et insidens lecto, clam remotis arbitris, Marciani nomen chartæ inscripsit, qui presbyteri quidem obtinebat gradum, et monasticam vitam sub ipso didicerat: tunc vero peregre profectus erat. Deinde cum chartam ipse obsignasset, et a primoribus presbyteris eam insuper obsignari curasset, Marco cuidam Novatianorum in Scythia episcopo, qui tum Constantinopoli versabatur, eam tradidit, his verbis eum allocutus: Si Deus me in hac vita diutius superesse voluerit, hoc depositum diligenter abs te servatum mihi redde. Si vero visum illi fuerit me ex hoc sæculo transferre, invenies in hac charta, quem ego successorem mihi

VALESII ANNOTATIONES.

modi negotiis affectus hominum nonnihil efficiunt: divina tamen justitia ac providentia, qua regitur Ecclesia, semper dominatur. Origenes igitur ob dogmatum impietatem damnatus, et Joannes Chrysostomus ob vitæ ac doctrinæ integritatem consecratus, usque in hodiernum diem in Ecclesia manet.

(76) *Ἀνακαθίσας τῆς κλίνης.* Nicephorus habet ὑπερκαθίσας, additque καὶ χάρτην λαβών. Quæ verba videntur necessaria.

VARIORUM.

[r] *Πάντες μὲν ἄξιον εἶναι ἐβόων.* Fuit hæc solennis acclamatio in electionibus episcoporum, ut observavit Valesius in Euseb., lib. VI, cap 29. W. Lowth.

Digitized by Google

in episcopatu designaverim. His dictis ex hac luce A migravit. Tertio igitur post illius obitum die, libello coram maxima multitudine resignato, cum Marciani nomen reperissent **395**, omnes eum dignum esse acclamarunt, nullaque interposita mora, miserunt qui illum comprehenderent. Illi eum Tiberiopoli in Phrygia degentem pia fraude circumvenientes, secum abduxerunt, et duodecimo die Kalendas Septembris ordinatum in episcopali sede collocarunt. Verum de his hactenus.

μίαν καὶ εἰκάδα τοῦ αὐτοῦ μηνὸς (77) χειροτονηθέντα ἐνθρονίζουσι. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπιτοσοῦτον εἰρήσθω.

## CAP. XLVII.

*Quomodo imperator Theodosius uxorem suam Eudociam misit Hierosolyma.*

Porro imperator Theodosius pro acceptis beneficiis gratias et vota Deo persolvit. Quod quidem præstitit, eximiis honoribus Christum venerando. Quinetiam uxorem suam Eudociam misit Hierosolyma. Nam et illa hoc se voto obligaverat, si filiam suam nuptam vidisset. Sed illa quidem ecclesias B omnes, tam quæ Hierosolymis, quam quæ in aliis Orientis urbibus sitæ sunt, variis ornamentis decoravit, et cum illuc proficisceretur, et cum rediret.

## ΚΕΦΑΛ. ΜΖ'.

*Ὡς ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος Εὐδοκίαν τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ἐξαπέστειλε.*

Ὁ μέντοι βασιλεὺς Θεοδόσιος χαριστηρίους εὐχὰς ἀνθ' ὧν εὐηργέτητο προσέφερε τῷ Θεῷ· καὶ ταῦτα ἐποίει, ἐξαιρέτοις τιμαῖς γεραίρων τὸν Χριστόν. Καὶ τὴν γαμετὴν Εὐδοκίαν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα • ἔπεμπεν. Καὶ γὰρ αὐτὴν ταύτην εὐχὴν (78) ἐπιτελέσειν ἐπηγγέλλετο, ἐὰν τὴν θυγατέρα γαμηθεῖσαν ἐπόψηται· ἀλλὰ αὕτη μὲν, καὶ τὰς περὶ Ἱεροσόλυμα ἐκκλησίας, καὶ πάσας τὰς ἐν ταῖς Ἀνατολικαῖς πόλεσι, ποικίλως ἐτίμησεν, ἔν τε τῷ ἀπιέναι, καὶ αὖθις ἐπανιοῦσα.

## CAP. XLVIII.

*De Thalassio Cæsareæ Cappadociæ episcopo.*

Proclus vero eodem tempore, consulatu scilicet Theodosii septimodecimo, rem plane admirabilem, et qualem nemo unquam ex veteribus episcopis gesserat, aggressus est. Mortuo enim Firmo Cæsareæ Cappadociæ episcopo, Cæsarienses Constantinopolim venerunt, episcopum postulantes. Cumque Proclus dispiceret quem ad episcopatum illum promoveret, forte accidit ut ad ipsum salu- C tandum cuncti senatores die Sabbati in ecclesiam venirent : inter quos erat etiam Thalassius, qui provinciarum et civitatum Illyrici **396** præfecturam administraverat. Cum vero Orientis quoque partium administratio ei mox ab imperatore cre-

## ΚΕΦΑΛ. ΜΗ'.

*Περὶ Θαλασσίου τοῦ Καισαρείας Καππαδοκίας ἐπισκόπου.*

Πρόκλος δὲ ὁ ἐπίσκοπος κατὰ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον περὶ τὴν ἑπτακαιδεκάτην ὑπατείαν τοῦ βασιλέως, πράγματι θαυμαστῷ ἐπεχείρισε, καὶ οἷον οὐδεὶς τῶν πάλαι ἐπισκόπων πεποίηκε. Φίρμου γὰρ τοῦ ἐπισκόπου τῆς ἐν Καισαρείᾳ Καππαδοκίας τελευτήσαντος, παρῆσαν Καισαρεῖς ζητοῦντες ἐπίσκοπον Ὡς δὲ διεσκέπτετο τίνα πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν προχειρίσαιτο, συνέβη κατὰ θέαν αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ Σαββάτων, πάντας τοὺς τῆς γερουσίας συγκλητικοὺς ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν παρεῖναι. Ἐν οἷς ἦν καὶ Θαλάσσιος, ἀνὴρ τὴν ὕπαρχον χειρίσας ἀρχὴν (79) τῶν ἐν Ἰλλυρικοῖς ἐθνῶν τε καὶ πόλεων. Μέλλοντι δὲ αὐτῷ, ὡς φήμη ἐκράτει, τὴν τῶν Ἑῴων μερῶν ἐγχειρίζεσθαι παρὰ

## VALESII ANNOTATIONES.

(77) *Περὶ τὴν μίαν καὶ εἰκάδα τοῦ μηνός.* Etsi codices nostri nihil mutant, assentior tamen Christophorsono et Savilio, qui τοῦ Αὐγούστου μηνός emendant. Certe cum Paulus Novatianorum episcopus mortuus sit primo ac vicesimo die mensis Julii, ac triduo post ejus obitum resignata sit chartula in qua Marcianum successorem suum nuncupaverat, ut supra retulit Socrates, fieri non potest ut Marcianus primo et vicesimo die ejusdem mensis Julii ordinatus sit episcopus : quippe qui eo tempore delitesceret in Phrygiæ urbe Tiberio- D poli : ex qua adducendus fuit Constantinopolim, ut ibi Novatianorum episcopus constitueretur.

(78) *Καὶ γὰρ αὐτὴν ταύτην εὐχήν.* Non dubito quin scribendum sit καὶ γὰρ αὐτή, hoc est, Eudocia. Atque ita legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit : *Hoc enim et ipsa votum habuerat, si filiam videret nuptam.*

(79) *Θαλάσσιος ἀνὴρ τὴν ὕπαρχον χειρίσας ἀρχήν.* Hic est Thalassius vel Thalassus præfectus prætorio Illyrici, ad quem missa est lex unica titulo 6 legum Novellarum Theodosii Junioris, quæ data est Constantinopoli III Idus Augusti, Theod. Aug. XVII et Festo coss. Post hunc igitur diem Thalassius hoc ipso anno factus est a Proclo Cæsariensis episcopus. Quod facinus Procli non sine causa miratur Socrates, ut novum, nec ab ullo superiorum pontificum usurpatum. Certe Nectarius, cum prætor esset urbis Constantinopolitanæ, creatus fuerat episcopus ejusdem civitatis. Verum imperatoris consensus prius accesserat, ut supra relatum est a Socrate. Hic vero Proclus proprio motu manum injicit præfecto prætorio, qui ad Orientis præfecturam administrandam a principe erat designatus. Intelligendum est tamen consensum principis postea accessisse, qui rem a Proclo factam comprobarit. In minoribus autem judicibus ad ecclesiasticos gradus promovendis, consensus principis haudquaquam necessarius fuit. Sufficiebat enim consensus præfecti prætorio, sub cujus dispositione erant præsides provinciæ. Hujus rei illustre exemplum habemus in Vita san-

## VARIORUM.

• *Εὐδοκίαν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα.* Hæc peregrinatio recte a Baronio anno 438 recitata est, cum filiæ matrimonium anno superiori peractum fuerit. Præterea Marcellinus in *Chronico*, sub anni 439 coss. habet : *Eudocia uxor Theodosii principis ab Hierosolymis ad urbem regiam remeavit, beatissimi Stephani primi martyris reliquias, quæ in basilica Sancti Laurentii positæ venerantur, secum deferens.* Ideoque anno 438 illuc sese Eudocia contulerat. Vid. Evagr. lib. I, cap. 20. Ant. Pagi, ad ann. 438, n. 5.

Digitized by Google

τοῦ βασιλέως φροντίδα, ἐπιβαλὼν χεῖρα ὁ Πρόκλος, ἀντὶ ὑπάρχου ἐπίσκοπον τῆς Καισαρείας ἀνέδειξεν. Ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ τὰς Ἐκκλησίας οὕτω προέκοπτεν. Ἡμεῖς δὲ ἐνταῦθά που τὴν Ἱστορίαν καταπαύσαντες, ἐν εἰρήνῃ διάγειν τὰς πανταχοῦ Ἐκκλησίας καὶ πόλεις καὶ ἔθνη εὐχόμεθα. Εἰρήνης γὰρ οὔσης, ὑπόθεσιν οἱ ἱστοριογραφεῖν ἐθέλοντες οὐχ ἕξουσιν. Ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς, ὦ ἱερὲ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπε Θεόδωρε, τὸ ἐπίταγμά σου ἐν ἑπτὰ βιβλίοις ἐκτείναντες, οὐκ ἂν ηὐπορήσαμεν ὑποθέσεως, εἰ οἱ φιλοῦντες τὰς στάσεις ἡσυχάζειν προῄρηντο. Περιέχει ἡ Ἱστορία ἡ ἑβδόμη χρόνον ἐτῶν τριάκοντα δύο· ἡ δὲ πᾶσα τῆς ἑπτατόμου ὑπόθεσις περιέχει χρόνον ἐτῶν ἑκατὸν τεσσαράκοντα [u], ἀρξαμένη δὴ ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους τῆς διακοσιοστῆς ἑβδομηκοστῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος, ἐν ᾗ ἀνηγορεύθη βασιλεὺς Κωνσταντῖνος· καταπαύσασα δὲ ἐπὶ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς τριακοσιοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος, ἐν ᾗ ἡ ἑπτακαιδεκάτη ὑπατεία τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου δέδοτο.

*Τέλος Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Σωκράτους Σχολαστικοῦ.*

A denda esset, ut fama erat; Proclus ei manum injiciens, pro præfecto prætorii episcopum Cæsareæ illum constituit. Et res quidem Ecclesiæ in hunc modum prospere succedebant. Ego vero hoc loco finem Historiæ nostræ facturus, opto ut omnes ubique Ecclesiæ et urbes atque provinciæ in pace degant. Quandiù enim pax erit, historiæ scribendæ studiosis nullum suppetet argumentum. Nam et nos qui mandatum tuum septem libris explevimus, o sacratissime vir Dei Theodore, omni ad scribendum materia destituti fuissemus, si hi qui seditionibus delectantur, quiescere maluissent. Continet autem septimus hic Historiæ liber res gestas spatio annorum duorum ac triginta. Tota vero Historia septem libris comprehensa continet spatium B annorum centum et quadraginta. Exorsa quidem ab anno primo olympiadis ducentesimæ septuagesimæ primæ, qua Constantinus imperator est renuntiatus : desinens autem anno secundo trecentesimæ quintæ olympiadis, quo imperator Theodosius septimum decimum consulatum dedit.

*Finis Ecclesiasticæ Historiæ Socratis Scholastici.*

## VALESII ANNOTATIONES.

cti Germani Altissiodorensis, quam scripsit Constantius presbyter. Qui cum esset præses provinciæ, et Amator episcopus Altissiodorensis eum sibi successorem vellet designare, consensum prius Julii præfecti prætorio Galliarum Amator expetiit priusquam id tentaret, ut refertur in capite tertio libri primi *De vita B. Germani*. Porro hic Thalassius Cæsariensis episcopus interfuit pseudosynodo Ephesinæ adversus Flavianum, ut docent acta ejusdem synodi quæ referuntur in actione prima concilii Chalcedonensis.

## VARIORUM.

[u] *Περιέχει χρόνον ἐτῶν ἑκατὸν τεσσαράκοντα.* Rotundo numero usus est Socrates : alioqui ab anno Chr. 305, unde initium *Historiæ* deducit, ad annum 439, ubi desinit, erunt tantum 135 anni. W. Lowth.



Digitized by Google

# ΕΡΜΕΙΟΥ ΣΩΖΟΜΕΝΟΥ

## ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗ ΙΣΤΟΡΙΑ

—

# HERMIÆ SOZOMENI

## ECCLESIASTICA HISTORIA

*HENRICO VALESIO INTERPRETE.*

ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΕΝΝΕΑ ΛΟΓΩΝ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ,
*ΕΡΜΕΙΟΥ ΣΩΖΟΜΕΝΟΥ ΤΟΥ ΣΑΛΑΜΙΝΙΟΥ,*
*Συντεθεὶς παρὰ Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ Ξανθοπύλου.*

Προσφώνημα εἰς Θεοδόσιον τὸν νέον, ᾧ καὶ τὸ σύγγραμμα ἀνατίθησι· ἐγκωμιάζει μὲν γὰρ αὐτὸν μετρίως· προέχθεσιν δὲ καὶ τῆς αὐτοῦ πραγματείας ποιεῖται.
Τὸ Προοίμιον τῆς πρώτης βίβλου, ἐν ᾧ διαπορεῖ περὶ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ ἔθνους, etc.

INDEX NOVEM LIBRORUM ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
*HERMIÆ SOZOMENI SALAMINII*
*Compositus a Nicephoro Callisto Xanthopulo.*

Allocutio ad Theodosium Juniorem, cui etiam scriptor opus suum dedicat. Et ipsum quidem imperatorem mediocriter laudat : operis autem sui argumentum proponit.
Prooemium libri primi, in quo quæstionem movet de gente Judaica, etc., quæ, quoniam suis locis inserta sunt in singulis libris, hic describere superfluum duxi.

—

## ΕΡΜΕΙΟΥ ΣΩΖΟΜΕΝΟΥ

*ΣΑΛΑΜΙΝΙΟΥ*

ΛΟΓΟΣ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΘΕΟΔΟΣΙΟΝ (1),

*Καὶ ὑπόθεσις τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας.*

—

## HERMIÆ SOZOMENI

*SALAMINII*

ORATIO AD IMPERATOREM THEODOSIUM,

*Et argumentum Historiæ Ecclesiasticæ.*

—

**1-3** Priscos imperatores diversarum quemque A rerum studiosos fuisse memorant, et iis quidem

Φασὶ τῶν πάλαι αὐτοκρατόρων ἐπιμελές τι χρῆμα γενέσθαι, τοῖς μὲν φιλοκόσμοις, ἁλουργίδα καὶ στέ-

VALESII ANNOTATIONES.

(1) *Ἑρμείου Σωζομενοῦ Σαλαμινίου λόγος*, etc. Hic titulus legitur non solum in codice Regio quo usus est Robertus Stephanus, sed etiam in codice Fuketiano, qui ci vetustate et bonitate codicem Re-

Digitized by Google

φανον, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια· τοῖς δὲ αὖ περὶ λόγους σπουδάσασι, μυθώδη τινὰ ποίησιν, ἢ σύγγραμμα θέλγειν δυνάμενον· τοῖς δὲ τὰ περὶ πόλεμον ἀσκοῦσι, βέλος εὐστόχως ἀφεῖναι, καὶ θῆρας βάλλειν, ἢ δόρυ ἀκοντίζειν, ἢ εἰς ἵππον ἅλλεσθαι. Προσήγγελλον δὲ ἑαυτοὺς τοῖς βασιλείοις ἕκαστος, ἐπιτηδεύων ὃ τῷ κρατοῦντι φίλον ἐτύγχανεν· ὁ μὲν δυσπόριστον ψηφῖδα (2) προσφέρων, ἕτερος δὲ λαμπροτέραν βαφὴν ἁλουργίδος ὑποτιθέμενος, ὁ δὲ ποίημα ἢ σύγγραμμα προσφωνῶν, ἄλλος δὲ εὔζωνον καὶ ξένον τὸν περὶ τὰ ὅπλα τρόπον εἰσηγούμενος. Μέγιστον δὲ καὶ βασιλικὸν ἐνομίζετο, ταυτησὶ τῆς δημώδους ἀρετῆς μόριον ἓν κεκτῆσθαι (3) τὸν πάντων ἡγούμενον. Εὐσεβείας δὲ, τοῦ ἀληθοῦς κόσμου τῆς βασιλείας, οὐδενὶ τοσοῦτος λόγος ἐγένετο. Σὺ δὲ, ὦ κράτιστε βασιλεῦ Θεοδόσιε, συλλήβδην εἰπεῖν, πᾶσαν ἐπήσκησας ἀρετὴν διὰ Θεοῦ, ἁλουργίδα δὲ καὶ στέφανον πρὸς τοὺς θεωμένους σύμβολον τῆς ἀξίας περικείμενος, ἔνδοθεν ἀεὶ τὸν ἀληθῆ κόσμον τῆς βασιλείας ἠμφίεσαι, τὴν εὐσέβειαν καὶ τὴν φιλανθρωπίαν. Ὅθεν ἑκάστοτε ποιηταὶ καὶ συγγραφεῖς καὶ τῶν σῶν ὑπάρχων οἱ πλείους, καὶ τῶν λοιπῶν ὑπηκόων, περὶ σὲ καὶ τὰς σὰς πράξεις πονοῦσιν. Ἀγωνοθέτης δὲ καὶ λόγων κριτὴς προκαθήμενος, οὐ κομψῇ τινι φωνῇ καὶ σχήματι κλέπτεις τὴν ἀκρίβειαν, ἀλλ' εἰλικρινῶς βραβεύεις, λέξιν οἰκείαν σκοπῶν τῇ προθέσει τοῦ γράμματος, καὶ σχῆμα λόγου, καὶ μέρη, καὶ τάξιν καὶ ἁρμονίαν, καὶ φράσιν, καὶ συνθήκην, καὶ ἐπιχειρήματα, καὶ νοῦν, καὶ ἱστορίαν. Ἀμείβῃ δὲ τοὺς λέγοντας τῇ τε κρίσει τῇ σῇ καὶ τοῖς κρότοις καὶ χρυσαῖς εἰκόσιν, ἀναθέσει ἀνδριάντων, καὶ δώροις, καὶ τιμαῖς παντοδαπαῖς. Οἷον δὲ σεαυτὸν περὶ τοὺς λέγοντας παρέχεις, οὐ τοιοῦτοι Κρητῶν οἱ πάλαι ἐγένοντο περὶ τὸν ἀοίδιμον ἐκεῖνον Ὅμηρον, ἢ Ἀλευάδαι περὶ Σιμωνίδην (4), ἢ Διονύσιος ὁ Σικελίας τύραννος

qui ornatu delectabantur, purpuram et coronam et hujusmodi alia curæ fuisse : eos vero qui doctrinæ operam dabant, fabulosum quoddam carmen aut historiam ad alliciendos auditorum animos accommodatum adamasse : qui autem bellicis rebus studerent, eos perite sagittandi, aut feras conficiendi, aut hastam vibrandi, aut in equum insiliendi, præcipuam curam habuisse. Singuli ergo qui eas artes excoluerant quæ imperatori erant gratissimæ, ad palatium accurrebant : alius gemmam paratu difficilem oblaturus, alius splendidiorem purpuræ tincturam ostensurus; alius carmen aut aliud scriptionis genus nuncupaturus : alius denique expeditam et novam quamdam armaturæ speciem monstraturus. Summum porro decus et plane imperatorium credebatur, si vulgaris hujusce virtutis vel una duntaxat particula in principe reperiretur. Pietatis vero, quæ verus est imperii ornatus, nemo magnopere studiosus fuit. Tu vero, potentissime imperator Theodosi, omnes, ut compendio dicam, virtutes Deo juvante excoluisti. Et purpuram quidem ac coronam velut dignitatis tuæ insigne gestas, eorum gratia qui te oculis intuentur : intus vero ornamentum imperii verissimum circumfers, pietatem 4 et humanitatem. Itaque poetæ et historici, pluresque ex præfectis ac reliquis subditis tuis, in te prædicando, tuisque actibus celebrandis quotidie desudant. Tu vero tanquam agonotheta judexque operum præsidens, jucundæ vocis sono aut gestus venustate diligentiam tuam decipi non pateris : sed sincere judicas, spectans dictionem instituto operis accommodatam, figuram item, et partes orationis, et dispositionem atque ordinem ; verba item eorumque collocationem ; argumentationes et sensum atque

## VALESII ANNOTATIONES.

gium longe superat. Præter hunc titulum, Genevenses typographi alium subjecerant minutioribus litteris hoc modo : Προσφώνημα εἰς Θεοδόσιον τὸν νέον, ᾧ καὶ τὸ σύγγραμμα ἀνατίθησι· ἐγκωμιάζει μὲν γὰρ αὐτὸν μετρίως· προέκθεσιν δὲ καὶ τῆς αὐτοῦ πραγματείας ποιεῖται. Quem quidem titulum sumpserunt ex indiculo capitum *Historiæ Ecclesiasticæ* Sozomeni, qui in codice Regio et in editione Roberti Stephani, præfixus est Historiæ ejusdem Sozomeni. Verum ego posteriorem hunc titulum expunxi, tum quod in Fuketiano codice non habetur, tum quia superfluum videbatur duos ejusdem capitis titulos apponere. Porro Theodorus Lector in *Historia Tripartita*, quam ab hac Sozomeni ad Theodosium oratione exorsus est, perinde ac Cassiodorus, hunc titulum habet : Προσφωνητικὸν εἰς Θεοδόσιον τὸν βασιλέα Σωζομενοῦ. Idem quoque titulus habetur in Tripartita Cassiodori.

(2) *Ὁ μὲν δυσπόριστον ψηφῖδα.* Lapides pretiosos vertit Epiphanius, quem secuti sunt Musculus et Christophorsonus. Observavi tamen hanc vocem ψηφῖδα de pavimento tessellato proprie usurpari. Sic apud Gregorium Nazianzenum in oratione 16, pag. 248 : Ἡμεῖς δὲ οἰκήσομεν οἰκίας ὑπερλάμπρους, λίθοις παντοίοις διηνθισμένας, καὶ χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καταστραπτούσας, καὶ ψηφῖδος λεπτῆς διαθέσει, καὶ ποικιλίᾳ γραφῆς, etc. Et in oratione 32 : Σὺ δέ μοι περιείχου τῶν τοίχων καὶ τῶν πλακῶν, καὶ τῆς κεκομψευμένης ψηφῖδος. Ubi πλάκες sunt sectiles marmoris crustæ quibus parietes tegebantur ; ψηφίς autem pavimentum est tessellatum. Vide notas Casauboni ad Suetonium.

(3) *Μόριον ἐγκεκτῆσθαι.* Hunc locum emendavi ex optimo codice Fuketiano, cui consentit codex Leonis Allatii. Sic enim uterque scriptum habet, μόριον ἓν κεκτῆσθαι. Quanquam in codice Leonis Allatii deest verbum κεκτῆσθαι. Ita enim hunc locum exhibet codex ille : *μόριον ἓν τῶν πάντων ἡγούμενον.* Sed nec Epiphanius Scholasticus verbum illud κεκτῆσθαι in suo exemplari legerat, ut ex ejus interpretatione cognoscimus. Mihi tamen videtur prorsus necessarium.

(4) *Ἀλευάδαι περὶ Σιμωνίδην.* Alevadæ dicti sunt Thessaliæ reges, qui Xerxem olim evocarunt in Græciam, ut scribit Herodotus in libro VII, haud procul ab initio. Erant autem Alevæ regis filii, tres numero fratres : Thorax scilicet Larissæus, Eurypylus ac Thrasydeus. Sic enim vocantur ab Herodoto in libro IX, ubi παῖδες Ἀλεύεω dicuntur. Apud Pindarum in Pythionicis, ode 10, παῖδες Ἀλεύα dicuntur, ubi etiam Thorax nominatur, hospes atque amicus Pindari. De eodem Thorace loquitur Ctesias in Persicis. Porro Alevas eorum pater, omnium Thessaliæ regum potentissimus fuit, natus patre Simmia, matre Archedice. Theocritus Idyllio 15, πολλοὶ ἐν Ἀντιόχοιο δόμοις καὶ ἄνακτος Ἀλεύα. Ad quæ verba scholiastes ita notat, περὶ δὲ Ἀλεύα τοῦ Σιμμίου πάντα ἀνείλετο Εὐφο-

Digitized by Google

historiam. Recitantes porro remunerari, tum judicio tuo et applausu, tum aureis imaginibus et statuis, et donis, omnique honorum genere. Talem utique te erga illos exhibes, quales nec Cretenses olim fuerunt erga celebrem illum Homerum, nec Alevadæ erga Simonidem, nec Dionysius Siliciæ tyrannus erga Platonem Socratis præceptorem, nec Philippus Macedo erga Theopompum Historiæ scriptorem, nec denique Severus Cæsar erga Oppianum, qui piscium genera, naturam artemque capiendi, versibus conscripsit. Nam Cretenses quidem cum Homerum mille nummis donassent ob carminum præstantiam, tanquam de immensa quadam munificentia gloriantes, in ærea tabula donum publice inscripserunt. Alevadæ autem et Dionysius ac Philippus, haudquaquam taciturniores fuissent Cretensibus, qui ob philosophicam, et ob omni fastu alienam rempublicam gloriari solent: sed cito illos imitati essent in proponenda tabula, nisi inferiores illis in munificentia exstitissent. Severus vero cum Oppiano singulos aureos pro singulis versibus poematis, et quidem mediocris, donavisset, ea liberalitate tantopere omnes obstupefecit, ut Oppiani carmina a plerisque etiamnum aurea nominentur. Hæc sunt munera principum qui disciplinas et eloquentiam olim adamarunt. Tu vero, imperator, in doctis hominibus remunerandis cunctos qui unquam vixerunt longo intervallo superasti. Nec absque ratione id abs te fieri mihi videtur. Nam dum virtute omnes superare contendis, res tuas quotidie novis incrementis amplificas. Ob quam etiam causam res præclare gestas tum a Græcis, tum a Romanis studiosissime perlegisti. Aiunt certe te, interdiu quidem bellicis artibus et corporis exercitationibus vacare, et subjectorum negotia disceptare, modo judicantem, modo ea quæ convenit scribentem; et tum privatim, tum publice, ea quæ agenda sunt dispicientem: noctu vero libris incumbere. **5** Porro fama est, ad eorum lectionem inservire tibi candelabrum quod arte mechanica fabricatum, nullo extrinsecus ministrante, oleum infundat lucernæ: ita ut nemo ex ministris palatii ob labores tuos molestiam subire cogatur, et contra somnum luctando vim

A περὶ Πλάτωνα τὸν Σωκράτους ἑταῖρον (5), ἢ Φίλιππος ὁ Μακεδὼν περὶ Θεόπομπον τὸν συγγραφέα, καὶ Σευῆρος ὁ Καῖσαρ περὶ Ὀππιανὸν, τὸν ἐν τοῖς μέτροις τῶν ἰχθύων τὰ γένη καὶ τὴν φύσιν καὶ τὴν θήραν ἀφηγησάμενον. Κρῆτες μὲν γὰρ ἐν χιλίοις νομίσμασιν Ὅμηρον ἀμειψάμενοι τῆς εὐεπείας, ὡς ἀνυπέρβλητον φιλοτιμίαν αὐχοῦντες, ἐν στήλῃ δημοσίᾳ τὴν δωρεὰν ἐγράψαντο. Ἀλευάδαι δὲ καὶ Διονύσιος καὶ Φίλιππος, οὐκ ἂν στεγανώτεροι Κρητῶν ἐγένοντο, τῶν ἐπὶ πολιτείᾳ ἀτύφῳ καὶ φιλοσόφῳ σεμνυνομένων· ἀλλὰ τάχος ἂν τὴν ἐκείνων στήλην ἐμιμήσαντο, εἰ μὴ κατόπιν ἦσαν τῇ δωρεᾷ. Σευῆρος δὲ μετρίας ποιήσεως χρυσοῦν κατὰ στίχον Ὀππιανῷ δωρησάμενος, οὕτω τῇ φιλοτιμίᾳ κατέπληξεν, ὡς χρυσᾶ ἔπη τὰ Ὀππιανοῦ εἰς ἔτι νῦν παρὰ τοῖς πολ-

B λαῖς ὀνομάζεσθαι. Ταῦτα τῶν πάλαι φιλομαθῶν καὶ φιλολόγων τὰ δῶρα. Σὺ δὲ, ὦ βασιλεῦ, οὐδενὶ τῶν πώποτε ὑπερβολὴν κατέλιπες ἐν ταῖς περὶ τοὺς λόγους φιλοτιμίαις· καί μοι δοκεῖς οὐκ ἀπεικότως τοῦτο ποιεῖν. Πάντας γὰρ νικῆσαι ταῖς ἀρεταῖς σπουδάζων, εἰς ἐπίδοσιν ἄγεις τὰ σὰ, καθότι τῶν πάλαι κατωρθωμένων Ἕλλησί τε καὶ Ῥωμαίοις τὴν ἱστορίαν ἠκρίβωσας. Φασὶ δέ σε μεθ' ἡμέραν μὲν τὰ περὶ τὰ ὅπλα καὶ τὸ σῶμα ἀσκεῖν, καὶ τὰ τῶν ἀρχομένων διατάττειν πράγματα, δικάζοντά τε, καὶ ἃ χρὴ γράφοντα, ἰδίᾳ τε καὶ κοινῇ τὰ πρακτέα σκοποῦντα· νύκτωρ δὲ τὰς βίβλους περιέπειν. Διακονεῖν δέ σοι λόγος πρὸς τὴν τούτων εἴδησιν λύχνον, ἐκ μηχανῆς τινος αὐτομάτως τῇ θρυαλλίδι ἐπιχέοντα τὸ ἔλαιον,

C ὡς ἂν μηδὲ εἷς τῶν περὶ τὰ βασίλεια ἐν τοῖς σοῖς πόνοις ταλαιπωρεῖν ἀναγκάζοιτο, καὶ τὴν φύσιν βιάζηται, πρὸς τὸν ὕπνον μαχόμενος· οὕτω τις φιλάνθρωπος καὶ πρᾶος, καὶ πρὸς τοὺς πέλας καὶ πρὸς πάντας ὑπάρχεις, τὸν οὐράνιον Βασιλέα τὸν σὸν προστάτην μιμούμενος, ᾧ φίλον ἐστὶν ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους ὕειν, καὶ τὸν ἥλιον ἀνατέλλειν, καὶ τὰ ἄλλα ἀφθόνως παρέχειν. Ὑπὸ γοῦν πολυμαθείας, ὡς εἰκὸς, ἀκούω σε καὶ λίθων εἰδέναι φύσεις, καὶ δυνάμεις ῥιζῶν, καὶ ἐνεργείας ἰαμάτων, οὐχ ἧττον ἢ Σολομὼν, ἢ ὁ Δαβὶδ[a] ὁ σοφώτατος. Μᾶλλον δὲ κἀκείνου πλεονεκτεῖς ταῖς ἀρεταῖς. Ὁ μὲν γὰρ δοῦλος γενόμενος τῶν ἡδονῶν, οὐ μέχρι τέλους τὴν εὐσέβειαν διεφύλαξε, τὴν αἰτίαν τῶν ἀγαθῶν καὶ τῆς σοφίας αὐτῷ γενομένην. Σὺ δὲ, ὦ κράτιστε, τὸν ἐγκρατῆ λογισμὸν ἀντιτάξας τῇ ῥα-

## VALESII ANNOTATIONES.

ρίων. Repugnare tamen videtur Aristoteles, et Alevam Pyrrhi filium facere, non autem Simmiæ. Aristotelis verba leguntur apud Harpocrationem in voce τετραρχία· Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῇ κοινῇ Θετταλῶν πολιτείᾳ, ἐπὶ Ἀλευάτου Πύῤῥου διῃρῆσθαί φησιν εἰς τέτταρας μοίρας τὴν Θετταλίαν. Sed non dubito quin scribendum sit ἐπὶ Ἀλεύα τοῦ Πυῤῥοῦ. Id est, *regnante Alera, qui Rufus cognominatus est*. Auctorem hujus emendationis habeo Plutarchum, qui in libro Περὶ φιλαδελφίας, sub finem, scribit patrem Alevæ misisse Delphos qui Apollinem consuleret cuinam potissimum ex filiis regnum tradi oporteret. Apollinem vero semel atque

D iterum ea de re consultum respondisse, τῶν φάσκω τὸν Πύῤῥον, ὃν Ἀρχεδίκη τέκε παῖδα. Hujus posteri, Alevadæ dicti, deinceps in Thessalia regnarunt, donec a Philippo Macedonum rege pulsi fugatique sunt, ut scribit Ulpianus in Demosthenis Olynthiacas. Plato in Menone mentionem facit Aristippi Larissæi ex Alevadarum familia.

(5) *Πλάτωνα τὸν Σωκράτους διδάσκαλον*. Rectius in codice Fuketiano et in exemplari Leonis Allatii scriptum est Σωκράτους ἑταῖρον. Neque enim Plato præceptor fuit Socratis, sed contra. Itaque Epiphanius Scholasticus Socratis discipulum interpretatus est.

## VARIORUM.

a *Ἢ ὁ Δαβίδ*. Videtur legendum υἱὸς Δαβίδ.

Digitized by Google

στώνῃ, εἰκότως νομίζῃ, μὴ μόνον ἀνθρώπων αὐτοκράτωρ εἶναι, ἀλλὰ καὶ τῶν παθῶν τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος. Εἰ δὲ δεῖ καὶ ταῦτα λέγειν, πυνθάνομαί σε καὶ παντὸς ὄψου καὶ ποτοῦ τὴν ἐπιθυμίαν νικᾷν· καὶ μήτε σῦκα γλυκερὰ, ποιητικῶς εἰπεῖν, μήτ' ἄλλο τι τῶν ὡραίων ἑλεῖν σε δύνασθαι, πλὴν ὅσον ἐπιψαῦσαι καὶ μόνον ἀπογεύσασθαι, πρότερον εὐλογήσαντα τὸν πάντων Δημιουργόν. Δίψους δὲ καὶ πνίγους καὶ ῥίγους κρατεῖν ἐθισθεὶς ἐν ταῖς καθ' ἡμέραν ἀσκήσεσι, φύσιν ἔχειν νομίζῃ τὴν ἐγκράτειαν. Πρώην γέ τοι τὴν ἐν Πόντῳ πόλιν Ἡρακλέους ἐπώνυμον (6) σπεύδων ἰδεῖν, καὶ ἐγεῖραι τῷ χρόνῳ κάμνουσαν, ὥρᾳ θέρους τὴν διὰ Βιθυνῶν ᾔεις ὁδόν. Τοῦ δὲ ἡλίου σφόδρα φλέγοντος περὶ μέσην ἡμέραν, ἰδών σέ τις τῶν δορυφόρων ἱδρῶτι πολλῷ καὶ κονιορτῷ πεφυρμένον, φθάσας ὡς δὴ χαριούμενος προσεκόμισέ σοι φιάλην εὖ μάλα λαμπρῶς πρὸς τὰς ἀκτῖνας ἀντιστίλβουσαν, ἡδὺν αὐτῇ τινα πότον ἐμβαλὼν, καὶ ψυχρὸν ὕδωρ ἐπιχέας. Σὺ δὲ, ὦ κράτιστε, προσδεξάμενος, ἐπῄνεσας μὲν τῆς προθυμίας τὸν ἄνδρα, καὶ δῆλος ἦσθα μετ' οὐ πολὺ τοῦτον φιλοτιμίᾳ βασιλικῇ καλῶς ποιήσων· πάντων δὲ τῶν στρατιωτῶν πρὸς τὴν φιάλην κεχηνότων, καὶ μακαριούντων ὃς πίεται, πάλιν αὐτῷ, ὦ γενναῖε, τὸ ποτὸν ἀπέδωκας, καὶ ὅπου φίλον αὐτῷ κεχρῆσθαι ἐκέλευσας. Ὥστε μοι δοκεῖ εἰκότως ταῖς σαῖς ἀρεταῖς νενικῆσθαι καὶ Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου· ᾧ λέγεται παρὰ τῶν ἐκεῖνον θαυμαζόντων, δι' ἀνύδρου τόπου βαδίζοντι μετὰ τῶν Μακεδόνων, ἐπιμελῆ στρατιώτην ὕδωρ εὑρόντα ἀρύσασθαι καὶ προσκομίσαι· τὸν δὲ μὴ πιεῖν, ἀλλὰ ἐκχέαι τὸ πόμα. Συνελόντα οὖν εἰπεῖν, τῶν πρὸ σοῦ βασιλέων βασιλικώτερόν (7) σε κυρίως καλεῖν ἔστι, κατὰ τὸν Ὅμηρον. Τοὺς μὲν γὰρ, οὐδὲν οἷον ἄγασθαι κεκτημένους παρειλήφαμεν· τοὺς δὲ, ἐπὶ ἑνὶ μόλις ἢ δύο τὴν βασιλείαν σεμνύνοντας. Σὺ δὲ, ὦ κράτιστε, πάσας ὁμοῦ συλλαβὼν τὰς ἀρετὰς, πάντας ὑπερεβάλου εὐσεβείᾳ, καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ ἀνδρείᾳ, καὶ σωφροσύνῃ, καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ φιλοτιμίᾳ, καὶ μεγαλοψυχίᾳ, βασιλικῇ πρεπούσῃ ἀξίᾳ. Ἀναίμακτον δὲ καὶ καθαρὰν φόνου, πάντων τῶν πώποτε γενομένων, μόνην τὴν σὴν ἡγεμονίαν ἅπας αἰὼν αὐχεῖ. Ἡδονῇ δὲ τὰ σπουδαῖα τοὺς ὑπηκόους παιδεύεις, εὐνοίᾳ τε καὶ αἰδοῖ τὴν περὶ σὲ σπουδὴν καὶ τὰ κοινὰ ἐνδείκνυσθαι. Ὥστε μοι πάντων ἕνεκεν ἀναγκαῖον καταφαίνεται *Ἐκκλησιαστικὴν Ἱστορίαν* συγγράφοντι, σοὶ προσφωνῆσαι. Τίνι γὰρ μᾶλλον οἰκειότερον τοῦτο ποιήσω, πολλῶν καὶ θεσπεσίων ἀνδρῶν ἀρετὴν ἀφηγῆσθαι μέλλων, καὶ τὰ συμβάντα περὶ τὴν καθόλου Ἐκκλησίαν, ὅσοις τε ἐχθροῖς ὑπαντήσασα, εἰς τοὺς

A inferre naturæ. Adeo humanus es et benignus ac mitis, tum erga proximos, tum erga omnes mortales : instar cœlestis Regis, patroni ac defensoris tui, qui justis pariter et injustis pluere solet, et solem quotidie orientem præbere, aliaque ejusmodi liberaliter suppeditare. Porro adeo multiplici eruditione instructum te esse audio, ut lapidum naturam, viresque radicum, et remediorum efficaciam non minus noveris quam sapientissimus ille Davidis filius Salomon. Imo vero longe illum antecedis in omni genere virtutis. Nam ille quidem voluptatis vile mancipium effectus, pietatem quæ maximorum bonorum et sapientiæ causa ipsi exstiterat, usque ad finem vitæ non servavit. Tu vero, potentissime imperator, qui continentiæ studium B opposuisti licentiæ, non sine causa existimas imperatorem te esse non hominum modo, verum etiam perturbationum tam animi quam corporis. Quod si istud etiam dicendum est, te cujusvis cibi et potionis cupiditate superiorem esse accepi, et nec dulcibus ficubus, ut poetice loquar, nec alio fructuum genere capi posse, nisi hactenus tantum ut attingas et gustes; idque postquam omnium conditori Deo benedixeris. Jam vero sitim, æstum atque algorem superare, quotidianis exercitationibus ita assuefactus es, ut continentiam vice naturæ habere videaris. Nuper certe cum Heracleam urbem Ponti visere, eamque temporis diuturnitate collapsam instaurare studeres, æstivo tempore per C Bithyniam iter fecisti. Cumque sol vehementius flagraret circa meridiem, quidam ex protectoribus tuis te sudore diffluentem et pulvere conspersum videns, tanquam rem gratam tibi facturus, phialam tibi obtulit adversus solis radios splendide coruscantem, eamque gratissima quadam potione implevit, aquam frigidam illi superfundens. Tu vero, princeps potentissime, sumpto calice, hominis quidem illius propensum erga te animum collaudasti, nec obscure significasti te pro imperiali magnificentia, brevi illum beneficio affecturum esse. Sed cum milites universi poculo inhiarent, beatumque judicarent eum qui hausturus illud esset, poculum viro reddidisti, o generosissime, utque eo pro arbitrio suo uteretur jussisti. Merito D itaque mihi videris Alexandrum quoque Philippi filium virtutibus tuis superasse. Quem laudatores ipsius commemorant, cum per siticulosam quamdam regionem transiret una cum exercitu Macedonum, et miles quidam officiosus ac sedulus

## VALESII ANNOTATIONES.

(6) *Πόλιν Ἡρακλέους ἐπώνυμον.* Theodosius Junior Heracleam profectus est, ipso 9, et Palladio consulib., eique redeunti Ursus præfectus Urbi, et senatus in foro Theodosii auream coronam obtulit, ut legitur in Chronico Alexandrino.

(7) *Τῶν πρὸ σοῦ βασιλέων βασιλικώτερον.* Scribendum puto βασιλεύτερον. Utitur enim Sozomenus verbo Homerico, ut ipsemet testatur his verbis, κατὰ τὸν Ὅμηρον, quæ omnino superflua essent, nisi ita legeremus ut dixi.

## VARIORUM.

[a] Septimum consulatum cum Junio Quarto Palladio gessit Theodosius, anno Chr. 416. Nonum vero cum Fl. Constantio, anno Chr. 420, ut refert Ant. Pagi ad eos annos, n. 1.

Digitized by Google

aquam a se repertam haustamque ei obtulisset, noluisse bibere, sed aquam humi effudisse. Proinde, ut summatim dicam, omnibus regibus qui te antecesserunt, regaliorem te, juxta Homerum, proprie appellare licet. **6** Alios enim nihil admiratione dignum in se habuisse accepimus; alios vero una quapiam \ut altera dote imperium exornasse. At tu, optime imperator, cunctas simul virtutes complexus, pietate, clementia, fortitudine, continentia, justitia, liberalitate, animi magnitudine regiæ dignitati congrua, cunctos transgressus es. Solum certe ex omnibus qui unquam fuerunt, principatum tuum incruentum et ab omni cæde purum atque integrum esse nostra ætas gloriatur. Quippe subditos suaviter et cum voluptate quadam ad virtutem informas, ut cum benevolentia ac reverentia studium suum erga te ac rempublicam ostendant. Has igitur ob causas, cum *Historiam Ecclesiasticam* scribere instituissem, necessario eam tibi nuncupandam putavi. Cui enim potius eam nuncuparem, narraturus divinorum hominum virtutem, et quæcunque catholicæ Ecclesiæ contigerunt: et quot illa quantisque cum hostibus fortiter congressa, ad tuos et parentum tuorum portus appulerit? Agedum ergo, imperator omnium gnare, et tum aliis prædite virtutibus, tum inprimis pietate, quam initium esse sapientiæ divina testantur oracula, hunc a me librum suscipe, eumque examina, et pro tua singulari diligentia addens ac detrahens, tuo illum labore perpurga. Prorsus enim quidquid tibi visum fuerit, id utile ac præclarum lectoribus videbitur: nec post judicium tuum quisquam deinceps manum admoturus est. Porro hoc opus meum a tertio consulatu Crispi et Constantini Cæsarum, usque ad septimum decimum consulatum tuum progreditur. Idque in novem libros commode distribui posse existimavi. Ac primus quidem et secundus liber ea complectetur, quæ Constantino regnante Ecclesiæ acciderunt. Tertius vero et quartus ea quæ sub filiorum ejus principatu sunt gesta. Quintus et sextus ea continebit quæ regnante Juliano fratre illorum patruele, et quæ Joviano, itemque Valentiniano et Valente imperantibus contigere. Septimus et octavus liber ea commemorabit quæ Gratiano et Valentiniano fratribus imperium obtinentibus acta sunt, usque ad nuncupationem Augustam Theodosii admirabilis avi tui: et quæ sub Theodosio deinceps gesta, quoad usque celeberrimus pater tuus Arcadius una cum piissimo patruo tuo Honorio orbis Romani administrationem suscepit. Nonum vero librum, narrationi eorum quæ a sanctissima Christique amantissima majestate tua gesta sunt, specialiter dicavi. Quam quidem majestatem opto ut Deus perpetuo custodiat, inconcussa tranquillitate ac lætitia perfruentem: eamque hostibus superiorem efficiat, et cunctos pedibus ipsius substernat; pium denique imperium filiis ac nepotibus suis transmittere ei concedat, favente Christo, per quem et cum quo, Deo Patri sit gloria una cum sancto Spiritu in ævum. Amen.

A σοὺς καὶ τῶν σῶν πατέρων λιμένας κατῆγεν. Ἄγε οὖν, ὦ πάντα εἰδὼς, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἔχων, καὶ μάλιστα τὴν εὐσέβειαν, ἣν ἀρχὴν εἶναι σοφίας ὁ θεῖός ἐστι λόγος, δέχου παρ' ἐμοῦ ταύτην τὴν γραφὴν, καὶ ἐξέτασον, καὶ τὰς τῆς σῆς ἀκριβείας προσθέσεις προσαγαγὼν, τοῖς σοῖς πόνοις κάθαρον. Πάντως γὰρ ὅπη ἄν σοι φίλον δοκοῖ, ταύτῃ καὶ τοῖς ἐντυγχάνουσι χρήσιμον καὶ λαμπρὸν φανεῖται· οὐδ' ἐπιθήσει τις δάκτυλον τῇ δοκιμασίᾳ τῇ σῇ. Πρόεισι δέ μοι ἡ γραφὴ ἀπὸ τῆς Κρίσπου καὶ Κωνσταντίνου [b] τῶν Καισάρων τρίτης ὑπατείας, μέχρι τῆς ἑπτακαιδεκάτης τῆς σῆς. Ἔδοξε δέ μοι καλῶς ἔχειν εἰς ἐννέα μέρη τὴν πᾶσαν πραγματείαν διελεῖν. Περιέξει δὲ ὁ πρῶτος καὶ δεύτερος τόμος τὰ ἐπὶ Κωνσταντίνου συμβάντα ταῖς Ἐκκλησίαις· ὁ δὲ τρίτος καὶ τέταρτος, τὰ ἐπὶ τῶν
B αὐτοῦ παίδων· ὁ δὲ πέμπτος καὶ ἕκτος, τὰ ἐπὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ ἀνεψιοῦ τῶν παίδων τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ Ἰοβιανοῦ, καὶ προσέτι Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος. Ὁ δὲ ἕβδομος καὶ ὄγδοος ἡμῖν δηλώσει τόμος τὰ ἐπὶ Γρατιανοῦ καὶ Οὐαλεντινιανοῦ τῶν ἀδελφῶν, μέχρι τῆς ἀναῤῥήσεως Θεοδοσίου τοῦ θεσπεσίου σου πάππου (8)· ἐσότε δὴ ὁ ὑμέτερος, κράτιστε βασιλεῦ, ἀοίδιμος πατὴρ Ἀρκάδιος τὴν πατρῴαν ἡγεμονίαν διαδεξάμενος, ἅμα τῷ εὐσεβεστάτῳ σου θείῳ Ὀνωρίῳ, τὴν Ῥωμαίων οἰκουμένην ἰθύνειν ἔλαχε. Τὸ δὲ ἔννατον βιβλίον ἀνατέθεικα τῇ φιλοχρίστῳ καὶ εὐαγεστάτῃ ὑμῶν κορυφῇ· ἣν ἐς ἀεὶ φυλάττοι Θεὸς ἐν ἀκλονήτοις εὐθυμίαις, κατευμεγεθοῦσαν ἐχθρῶν, καὶ πάντας ἔχουσαν ὑπὸ πόδας, καὶ εἰς παῖδας παίδων
C παραπέμπουσαν τὴν εὐσεβῆ βασιλείαν, κατανεύοντος τοῦ Χριστοῦ· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἡ δόξα σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

## VALESII ANNOTATIONES.

(8) *Θεσπεσίου σου πάππου.* Post hæc verba in Fuketiano codice lacuna est dimidiatæ circiter lineæ: et ad latus notatur λείπει, id est, desunt
D nonnulla. Quod igitur hic deesse videbatur, id in versione mea ex conjectura supplevi.

## VARIORUM.

[b] *Ἀπὸ τῆς Κρίσπου καὶ Κωνσταντίνου.* Crispus Cæsar III, et Constantinus Cæsar III consules fuere anno Chr. 324. Cestus est autem decimus septimus Theodosii consulatus cum collega Festo, anno Chr. 439, juxta calculum Antonii Pagi ad eos annos.

# ΕΡΜΕΙΟΥ ΣΩΖΟΜΕΝΟΥ

## ΣΑΛΑΜΙΝΙΟΥ (9)

# ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

## ΤΟΜΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

—

# HERMIÆ SOZOMENI

## SALAMINII

# ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

## LIBER PRIMUS.

—

### ΚΕΦΑΛ. Α'. A

*Τὸ Προοίμιον τῆς βίβλου, ἐν ᾧ διαπορεῖ περὶ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ ἔθνους, καὶ μνεία τῶν πρώτως ἀρξαμένων ἀρχῆθεν τῆς τοιαύτης πραγματείας, καὶ ὅπως καὶ ἐκ ποίων τὴν Ἱστορίαν ἠρανίσατο· καὶ ὡς τῆς ἀληθείας φροντίσει, καὶ ἄλλα τινὰ ἡ Ἱστορία περιέξει.*

Ἔννοιά μοί ποτε ἐγένετο, τί δὴ ἄρα τοῖς μὲν ἄλλοις ἀνθρώποις ἑτοιμοτέρα συνέβη ἡ περὶ τὸν Θεὸν Λόγον πίστις· Ἑβραίοις δὲ δύσπιστος (10), καίτοι τὰ

### 7 CAP. I.

*Proœmium, in quo quæstionem movet de gente Judaica; deinde memorat quinam de hoc argumento scribere cœperint; et quomodo et ex quibus auctoribus hanc Historiam excerpserit, et quod veritatis studiosus futurus sit; denique quod Historia etiam alia quædam continebit.*

Sæpenumero mecum ipse cogitavi quid causæ esset cur cæteri quidem homines prompti ac parati fuerint ad fidem in Deum Verbum suscipiendam;

### VALESII ANNOTATIONES.

(9) *Ἑρμείου Σωζομενοῦ Σαλαμινίου.* Ita scribitur hoc nomen in codice Regio et Fuketiano. Verum in codice Leonis Allatii, qui continet *Historiam Tripartitam* a Theodoro Lectore collectam, et in duos libros distributam, legitur, Σαλαμίου Ἑρμείου Σωζομενοῦ. In *Bibliotheca* Photii, cap. 30, titulus hujus Historiæ ita concipitur: Σαλαμάνου B Ἑρμείου Σωζομένου, quam scripturam magis probo. Fuit enim Salamanes nomen proprium. Atque ita vocatus est monachus quidam ex discipulis Hilarionis, qui etiam Salamines in vulgatis editionibus dicitur apud Sozomenum in libro VI, cap. 32. Salaminius quoque nomen proprium fuit, usitatum apud Syros. Sic enim vocatus est antecessor quidam scholæ Berytiensis, unus ex numero antecessorum ad quos imp. Justinianus primam Præfationem *Digestorum* dicavit. Itaque Sozomenus tria habuit nomina, quorum primum Salamanes Syriacam præfert originem. Majores certe Sozomeni ex Palæstina orti fuere, ut ipse testatur Sozomenus in libro V, cap. 14. Sane cognomen illud Σαλαμινίου semper suspectum habui. Cur enim Sozomenus Salaminium se vocaret potius quam Constantiensem? Urbs enim illa Cypri jam pridem Salamin vocari desierat, et Constantia dicebatur. Deinde, si Σαλαμινίου nomen esset patronymicum, præponen- C dus erat articulus hoc modo τοῦ Σαλαμινίου Adde quod in libris scriptorum Christianorum, nunquam solent præfigi hujusmodi nomina patronymica, nisi quoties duo sunt scriptores ejusdem nominis. Tunc enim in operis titulo addi solet patria cujusque, ut alter ab altero distinguatur. Verbi gratia, Εὐσεβίου τοῦ Ἐμεσηνοῦ, ad discrimen Cæsariensis Eusebii. In Sozomeno vero nihil opus fuit hac distinctione, cum nullus alius scriptor occurrat ejusdem nominis. Et hæc quidem de cogno- B mine Salaminii. Restant duo nomina, Hermiæ scilicet ac Sozomeni; quorum posterius videtur esse proprium nomen scriptoris nostri. Certe Theodorus Lector in epistola quam Historiæ suæ Tripartitæ præfixit, ita eum appellat, ὁ μακάριος Σωζόμενος. Cassiodorus quoque in prologo *Historiæ Tripartitæ*, et Gregorius Magnus in Epistolis, Sozomenum eum appellant. Quidam tamen Hermiam illum vocatum esse existimant, et Sozomenum nomen esse patris illius. Sic auctor Juris Græco-Romani in libro IV, capite de translationibus episcoporum: Ὁ Ῥώμης Πάπας Κελεστῖνος γράφει δι' ἐπιστολῶν τριῶν πρός τε τὸν Ἀλεξανδρείας Κύριλλον, Ἰωάννην τὸν Ἀντιοχείας, καὶ Ῥοῦφον Θεσσαλονίκης, κατὰ μηδὲν ἀντιπροσίστασθαι τοῖς κανόσι τὴν μετάστασιν τῶν ἐπισκόπων ἀπὸ ἑτέρας πόλεως εἰς ἑτέραν, ὡς ὁ Σωζομένου λέγει Ἑρμείας. Locus ille, quem citat hic auctor, non legitur hodie apud Sozomenum, sed exstat in libro VII Socratis.

C (10) *Ἑβραίοις δὲ δύσπιστος.* In codice Leonis Allatii scriptum est δύσπειστος, id est, persuasu difficilis. Rectius, meo quidem judicio. Neque enim Græce dici potest, πίστις δύσπιστος. Eumdem errorem jam pridem observavit Leunclavius in libro I

Digitized by Google

Hebræi vero adeo increduli : cum tamen isti jam inde ab initio res divinas honore prosequi instituissent, et de adventu Christi, cujusmodi is futurus esset, diu antequam fieret, per prophetas didicissent. Etenim Abrahamus quidem, qui et generis et circumcisionis ipsis auctor fuit, Filium Dei oculis suis cernere et convivio excipere promeruit. **8** Isaac vero ejus filius, typum sacrificii illius quod in cruce oblatum est, meruit exprimere, tunc cum vinctus a patre ad aram ductus est : quo etiam modo Christum passum esse tradunt ii qui sacras Litteras accurate interpretantur. Jacob denique exspectationem gentium in Christo, quæ nunc impleta est, et tempus ipsum quo venturus erat, diu ante prædixit, ubi ait defecturos esse principes Judæorum ex tribu Judæ phylarchi. Quibus verbis Herodis designabat principatum, qui paterno quidem genere Idumæus, materna autem stirpe Arabs, administrationem Judææ a senatu Romano et ab Augusto Cæsare accepit. Ex reliquis item prophetis, alii nativitatem Christi, et inenarrabilem ejus conceptionem, et matrem post partum adhuc virginem permanentem, et genus et patriam prædixerunt; alii divina ejus et stupenda facinora ; alii passionem et resurrectionem a mortuis, et ascensum in cœlum, et quid in singulis istorum acciderit, diu ante vaticinati sunt. Quod si forte quis ista adhuc ignorat, haud quaquam difficile fuerit ex sacrorum Librorum lectione ea cognoscere. Sed et Josephus [1] Mathiæ filius sacerdos, vir cum apud Judæos tum apud Romanos celeberrimus, veritatis de Christo testis est locupletissimus. Eum enim hominem quidem appellare detrectat, utpote mirabilium operum effectorem, veræque doctrinæ magistrum : Christum vero diserte nominat, et supplicio crucis addictum, tertia die vivum apparuisse, et alia plurima miracula a divinis vatibus de illo prædicta esse testatur. Multos præterea quos ille ad se pertraxerat, tam Judæos quam Græcos, in illius amore perseverasse affirmat; gentemque ejus nomine appellatam neutiquam defecisse. Ac mihi quidem videtur, dum ista scribit, propemodum clamare Christum Deum esse, operibus ipsius id evincentibus. Verum rei novitate perterritus, media quadam via prætergressus est, eos qui in Christum crediderant minime insectatus, imo potius cum illis consentiens. Hæc igitur mihi cogitanti non immerito mirari subit cur Hebræi ante reliquos mortales ad fidem Christi non accesserint. Etsi enim a Sibylla et a quibus-

A Θεῖα πρεσβεύειν ἐξ ἀρχῆς παρειληφόσι, και τὰ περὶ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ ὅπως ἔσται, πρὶν γένηται, μαθοῦσι διὰ τῶν προφητῶν. Ἀβραὰμ μὲν γὰρ αὐτοῖς ἀρχηγὸς τοῦ γένους καὶ τῆς περιτομῆς γενόμενος, αὐτόπτης καὶ ἑστιάτωρ ἠξίωται εἶναι τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Ἰσαὰκ δὲ ὁ τούτου παῖς, τῇ μιμήσει τετίμηται τῆς ἐπὶ τοῦ σταυροῦ θυσίας, δέσμιος παρὰ τοῦ πατρὸς τῷ βωμῷ προσαχθεὶς, ᾗ συνέβη καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ γενέσθαι πάθος, ὥς φασιν οἱ τὰς ἱερὰς ἀκριβοῦντες Γραφάς. Ἰακὼβ δὲ τὴν ἐπ' αὐτῷ νῦν οὖσαν προσδοκίαν τῶν ἐθνῶν, καὶ τὸν καιρὸν, καθ' ὃν ἦλθε, προεμήνυσεν, ἡνίκα φησίν· Ἐκλείψουσιν οἱ ἡγούμενοι τῶν Ἑβραίων ἐκ τοῦ γένους Ἰούδα τοῦ φυλάρχου. Ὑπεδήλου δὲ τὴν ἡγεμονίαν Ἡρώδου, ὃς Ἰδουμαῖος ὢν τὸ γένος ἐκ πατρὸς, Ἀράβιος δὲ κατὰ μητέρα, ἐπ- B ετράπη τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος ὑπὸ τῆς συγκλήτου Ῥωμαίων καὶ Αὐγούστου Καίσαρος. Καὶ τῶν ἄλλων δὲ προφητῶν, οἱ μὲν τὴν Χριστοῦ γένναν προεκήρυξαν, καὶ τὴν ἄφραστον ἐκείνην κύησιν, καὶ μητέρα μετὰ τόκον παρθένον μείνασαν, καὶ γένος καὶ πατρίδα· οἱ δὲ, τὰς θείας αὐτοῦ καὶ παραδόξους πράξεις· ἄλλοι δὲ πάθος, καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον, καὶ τὸ ἐπὶ ἑκάστῳ συμβὰν προεσήμαναν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, εἴ τῳ ἠγνόηται, οὐ χαλεπὸν εἰδέναι, ταῖς ἱεραῖς ἐντυχόντι βίβλοις. Καὶ Ἰώσηπος δὲ ὁ Ματθίου (11) ὁ ἱερεὺς, ἀνὴρ παρά τε Ἰουδαίοις καὶ Ῥωμαίοις ἐπιδοξότατος γενόμενος, ἀξιόχρεως ἂν εἴη μάρτυς τῆς περὶ Χριστοῦ ἀληθείας. Ἄνδρα μὲν γὰρ αὐτὸν ἀποκαλεῖν ὀκνεῖ, ὡς παραδόξων C ἔργων ποιητὴν, καὶ διδάσκαλον λόγων ἀληθῶν· Χριστὸν δὲ περιφανῶς ὀνομάζει, καὶ τῷ σταυρῷ καταδικασθῆναι, καὶ τριταῖον ζῶντα φανῆναι. Καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ προειρῆσθαι τοῖς θείοις προφήταις οὐκ ἀγνοεῖ. Πολλοὺς δὲ ὄντας οὓς ἐπηγάγετο Ἕλληνάς τε καὶ Ἰουδαίους, ἐπιμεῖναι ἀγαπῶντας αὐτὸν μαρτυρεῖ, καὶ τὸ ἀπ' αὐτοῦ ὠνομασμένον μὴ ἐπιλεῖψαι φῦλον. Καί μοι δοκεῖ ταῦτα ἱστορῶν μονονουχὶ βοᾷν ἀναλόγως τοῖς ἔργοις, Θεὸν εἶναι τὸν Χριστόν· ὑπὸ δὲ τοῦ παραδόξου πράγματος καταπλαγεὶς, ὡδί πως μέσως παρέδραμε, μηδὲν τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύσασιν ἐπισκήψας, μᾶλλον δὲ καὶ συνθέμενος. Ταῦτά μοι λογιζομένῳ θαυμαστὸν εἰκότως κατεφαίνετο, μὴ τοὺς Ἑβραίους φθάσαι καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων εἰς Χριστιανισμὸν μεταβαλεῖν. D Εἰ γὰρ καὶ Σιβύλλα καὶ χρησμοί τινες τῶν ἐπὶ τῷ Χριστῷ (12) συμβεβηκότων, τὸ μέλλον προεμήνυσαν, οὐ παρὰ τοῦτο δήπου πᾶσιν Ἕλλησιν εἰς δυσπιστίαν ἐγκαλεῖν ἔστιν. Ὀλίγοι γάρ, οἳ παιδείᾳ διαφέρειν ἐδόκουν, τὰς τοιαύτας ᾔδεσαν προφητείας, ἐμμέτρους τε ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οὔσας, καὶ σεμνοτέραις

[1] Antiq., lib. XVIII, cap. 4.

## VALESII ANNOTATIONES.

Notatorum ad Xenophontem, quem lector consulat si volet. Cæterum et illud monendum est, Sozomenum verbis Xenophontis uti solere. Certe Historiam suam iisdem verbis orditur, quibus Xenophon usus est in exordio Institutionis Cyri.

(11) *Ἰώσηπος δὲ ὁ Ματθίου.* Codex Allatii scriptum habet Ματαθίου, levi discrimine. Josephi enim historici pater interdum Mathias, interdum Matathias dicitur, ut monui in Annotationibus Eusebianis.

(12) *Χρησμοί τινες τῶν ἐπὶ τῷ Χριστῷ.* In codice Fuketiano scriptum inveni *χρησμοί τινες τῶν ἐπὶ Χριστοῦ συμβεβηκότων.*

Digitized by Google

πρὸς δῆμον λέξεσι πεφρασμένας. Ἦν δὲ ἄρα, ὡς A ἐμοὶ δοκεῖ, τῆς ἄνωθεν προμηθείας, ἐπὶ συμφωνίᾳ τῶν ἐσομένων, μὴ μόνον ἰδίοις προφήταις ἐνηχῆσαι τὸ μέλλον, ἀλλὰ καὶ ὀθνείοις ἐκ μέρους· ὥσπερ εἴ τις μελοποιὸς διὰ χρείαν παραξένου μέλους, τὰς περιττὰς τῶν χορδῶν ἐπιδράμοι τῷ πλήκτρῳ, ἢ ταῖς οὔσαις ἑτέρας προσθείη. Ὡς μὲν οὖν Ἑβραῖοι πλείοσι καὶ σαφεστέραις προφητείαις χρησάμενοι περὶ τῆς παρουσίας Χριστοῦ, κατόπιν Ἑλλήνων ἐγένοντο περὶ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν, ἀπόχρη τοσοῦτον εἰπεῖν. Οὐ μὴν οὐδ' οὕτω παρὰ λόγον δόξειε, διὰ τῶν ἄλλων ἐθνῶν εἰς τὰ μάλιστα τὴν Ἐκκλησίαν ἐπιδοῦναι. Πρῶτον μὲν, καθότι φιλεῖ ὁ Θεὸς τὰς ἐκ παραδόξου μεταβάσεις βραβεύειν ἐπὶ τοῖς θείοις καὶ μεγίστοις πράγμασιν· B ἔπειτα δὲ, οὐ ταῖς τυχούσαις ἀρεταῖς τῶν ἐξ ἀρχῆς προστάντων αὐτῆς οἰκονομηθεῖσαν ἔστιν εὑρεῖν τὴν θρησκείαν. Εἰ γὰρ καὶ γλῶσσαν πρὸς φράσιν ἢ κάλλος λέξεως ἠκονημένην οὐκ εἶχον, οὐδὲ λέξεσιν ἢ γραμμικαῖς ἀποδείξεσι τοὺς ἐντυγχάνοντας ἔπειθον, οὐ παρὰ τοῦτο χεῖρον αὐτοῖς ἐπράχθη τὸ σπουδαζόμενον. Ἀλλ' ἀποδυόμενοι τὰς οὐσίας, καὶ τῶν οἰκείων ἀμελοῦντες, ἀνασκολοπιζόμενοί τε, καὶ ὡς ἐν ἀλλοτρίοις σώμασι τὰς πολλὰς καὶ χαλεπὰς βασάνους δεχόμενοι, καὶ μήτε τῶν κατὰ πόλιν δήμων καὶ ἀρχόντων ταῖς κολακείαις ὑπαγόμενοι, μήτε ταῖς ἀπειλαῖς ἐκπληττόμενοι, δῆλον πᾶσιν ἐποίησαν, ὡς ὑπὲρ μεγίστων ἄθλων τὸν ἀγῶνα τοῦτον ὑπομένουσιν. Ὥστε οὐδὲ πειθοῦς ἔδει λόγων, ἀκονιτὶ τῶν πραγμάτων κατ' οἴκους καὶ πόλεις πιστεύειν βιαζομένων, C ἃ μὴ πρότερον ἀκηκόασι. Τοσαύτης οὖν θείας καὶ παραδόξου μεταβολῆς τῇ οἰκουμένῃ συμβάσης, ὡς καὶ τῆς προτέρας θρησκείας καὶ τῶν πατρίων νόμων ἀμελῆσαι, ἢ δεινὸν ἂν εἴη, τὸν μὲν ἐν Καλυδῶνι κάπρον, καὶ τὸν ἐν Μαραθῶνι ταῦρον, καὶ ἄλλα τοιαῦτα κατὰ χώρας ἢ πόλεις γινόμενα, ἢ μυθευόμενα, τοσαύτης ἀξιωθῆναι σπουδῆς, ὡς πολλοὺς τῶν παρ' Ἕλλησιν εὐδοκιμωτάτων συγγραφέων περὶ ταῦτα πονῆσαι, φύσεως εὖ ἔχοντας γράφειν· ἐμὲ δὲ μὴ τὴν φύσιν βιάσασθαι καὶ ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν συγγράψαι. Πέπεισμαι γὰρ, ὡς ὑποθέσεως οὐκ ἐξ ἀνθρώπων δημιουργηθείσης, παραδόξως ἀναφανῆναί με συγγραφέα, οὐκ ἄπορον τῷ Θεῷ (13). Ὡρμήθην δὲ τὰ μὲν πρῶτα, ἀπ' ἀρχῆς ταύτην συγγράψαι τὴν πραγματείαν· λογισάμενος δὲ, ὡς καὶ ἄλλοι ταύτης ἐπειράθησαν μέχρι τῶν κατ' αὐτοὺς χρόνων (Κλήμης τε καὶ Ἡγήσιππος (14), D

dam oraculis, ea quæ Christo acciderunt, ante significata sint, non idcirco tamen Græci omnes incredulitatis accusandi sunt. Pauci quippe qui reliquos doctrina anteibant, hujusmodi vaticinia noverant, utpote versibus maxima ex parte conscripta et verbis gravioribus prodita quam quæ a vulgo capi possent. Fuit autem opus hoc divinæ providentiæ, meo quidem judicio, ut ad consensionem posterorum res futuras non propriorum tantummodo vatum, verum etiam externorum auribus aliqua ex parte insinuaret. Perinde ac si quispiam musicus ob peregrini cujusdam cantici necessitatem, superfluas chordas plectro percurrat, aut alias prioribus adjiciat. Quod igitur Hebræi, cum et pluribus et manifestioribus prophetis de Christi adventu præmoniti fuissent, tardius
9 tamen quam gentiles in illum crediderint, hæc dixisse sufficiat. Nec tamen adeo a ratione alienum videri debet, quod per alias potissimum gentes Ecclesia creverit. Primum quia in divinis et maximis negotiis, mutationes Deus facere solet præter omnium opinionem. Deinde religionem nostram haud vulgaribus virtutibus illorum qui ab initio illi præfuerunt, suffultam licet animadvertere. Etsi enim linguam ad copiose et eleganter loquendum exercitatam non habuerint, nec verbis ac demonstrationibus mathematicis usi sint ut auditoribus suis persuaderent, nihilo tamen minus id quod studebant, perficere valuerunt. Sed patrimoniis exuti, et bona sua contemnentes, in crucem acti, ac velut in alienis corporibus multa et gravissima, tormenta sustinentes et populorum per singulas civitates, ac rectorum, nec blanditiis illecti, nec minis perterriti, manifeste omnibus declararunt se ob maxima quædam præmia hujusmodi ærumnas tolerare. Quamobrem persuasione verborum opus illis non fuit, cum res ipsæ in singulis prope domibus ac civitatibus nullo negotio homines impellerent ad credendum iis quæ antea nunquam audiverant. Cum igitur tam divina atque inopinata mutatio orbi terrarum acciderit, ut homines pristinam religionem et ritus patrios abjecerint : prorsus absurdum fuerit, Calydonium quidem aprum, et Marathonium taurum, et alia hujusmodi quæ in singulis regionibus ac civitatibus vel facta sunt vel conficta, tanto hominum studio fuisse celebrata, ut nobilissimi quique apud Græcos

## VALESII ANNOTATIONES.

(13) *Οὐκ ἄπορον τῷ Θεῷ*. Mirum est interpretes omnes in hujus loci interpretatione lapsos esse. Nam et Epiphanius, et Musculus et Christophorsonus, ἄπορον retulerunt ad συγγραφέα, cum tamen dicatur in recto, et subaudiendum sit ἔστι.

(14) *Κλήμης τε καὶ Ἡγήσιππος*. Dubitare quis possit utrum Clementem Romanum intelligat hic Sozomenus, an Alexandrinum qui Stromateus est cognominatus. Ego Clementem Romanum designari potius crediderim. Nam et primo loco nominatur, ante Hegesippum : quod Clementi Romano melius convenit ; quippe qui comes et successor fuerit apostolorum. Deinde Clemens Alexandrinus et si nonnulla libris suis inseruit quæ ad historiam ecclesiasticam spectant, non tamen ex professo res Ecclesiæ scribere instituit. At Sozomenus hoc loco agit de his scriptoribus qui res in exordio Ecclesiæ gestas commemorarunt, inter quos primum omnium recenset Clementem. Romanum igitur intelligit, qui libros *Recognitionum* scripsit, quos a Rufino translatos habemus. Eorumdem librorum Compendium Græce scriptum hodieque exstat, editum a Turnebo, et in Latinum sermonem a Perionio conversum.

Digitized by Google

scriptores, et ad scribendum ingenio instructissimi, in iis tractandis operam suam posuerint : me vero non supra ingenii mei vires eniti, et ecclesiasticarum rerum historiam conscribere. Nam cum hoc argumentum non ab hominibus elaboratum sit, prorsus persuasum habeo, haud difficile esse Deo ut ego præter omnium opinionem hujus Historiæ scriptor appaream. Ac primo quidem Historiam hanc ab initio repetere decreveram. Sed cum animadvertissem alios jam scriptores ad sua usque tempora id præstitisse; Clementem scilicet et Hegesippum, viros sapientissimos, qui apostolorum temporibus proxime successerunt : Africanum præterea Temporum scriptorem, et Eusebium cognomento Pamphili, virum tum in divinis Scripturis, tum in poetarum aliorumque gentilium scriptorum libris exercitatissimum : ea quidem quæ **10** ab ascensu Christi in cœlum usque ad exauctorationem Licinii Ecclesiis contigisse accepi, cuncta in compendium redigens, duobus libris jam antea sum complexus. Nunc vero ea quæ deinceps secuta sunt, Deo juvante, exponere conabor. Porro mentionem faciam earum rerum quibus ipse interfui, et quas ab iis qui illas norant aut viderant accepi, quæ quidem ætate nostra vel paulo antea gestæ sunt. Quæ vero ante illud tempus contigerunt, earum rerum cognitionem partim ex legibus religionis causa constitutis, et ex synodis subinde celebratis, et ex perturbationibus rerum atque innovationibus; partim ex imperatorum ac sacerdotum epistolis, indagavi; quarum quidem epistolarum aliæ in palatiis et in ecclesiis etiamnum servantur; aliæ hinc inde dispersæ apud eruditos homines reperiuntur. Cumque ipsa illarum verba huic Historiæ inserere non semel decrevissem, tandem, ob nimiam operis molem, satius judicavi earum sensum breviter exponere : nisi forte am-

A ἄνδρες σοφώτατοι, τῇ τῶν ἀποστόλων διαδοχῇ (15) παρακολουθήσαντες, καὶ Ἀφρικανὸς ὁ Συγγραφεὺς, καὶ Εὐσέβιος ὁ ἐπίκλην Παμφίλου, ἀνὴρ τῶν θείων Γραφῶν καὶ τῶν παρ' Ἕλλησι ποιητῶν καὶ συγγραφέων πολυμαθέστατος ἵστωρ), ὅσα μὲν τῶν εἰς ἡμᾶς ἐλθόντων ταῖς Ἐκκλησίαις συνέβη μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον τοῦ Χριστοῦ, μέχρι τῆς Λικιννίου καθαιρέσεως, ἐπιτεμόμενος [c] ἐπραγματευσάμην ἐν βιβλίοις δύο (16). Νῦν δὲ, σὺν Θεῷ φάναι, τὰ μετὰ ταῦτα διεξελθεῖν πειράσομαι. Μεμνήσομαι δὲ πραγμάτων, οἷς παρέτυχον, καὶ παρὰ τῶν εἰδότων ἢ θεασαμένων ἀκήκοα, κατὰ τὴν ἡμετέραν καὶ πρὸ ἡμῶν γενεάν. Τῶν δὲ περαιτέρω τὴν κατάληψιν ἐθήρασα ἀπὸ τῶν τεθέντων νόμων διὰ τὴν θρησκείαν, καὶ τῶν κατὰ καιρὸν συνόδων, καὶ νεωτερι-
B σμῶν, καὶ βασιλικῶν καὶ ἱερατικῶν ἐπιστολῶν· ὧν αἱ μὲν εἰς ἔτι νῦν ἐν τοῖς βασιλείοις καὶ ταῖς ἐκκλησίαις σώζονται· αἱ δὲ, σποράδην παρὰ τοῖς φιλολόγοις φέρονται. Τούτων δὲ τὰ ῥητὰ περιλαβεῖν τῇ γραφῇ πολλάκις ἐννοηθεὶς, ἄμεινον ἐδοκίμασα, διὰ τὸν ὄγκον τῆς πραγματείας, τὴν ἐν αὐτοῖς διάνοιαν συντόμως ἀπαγγεῖλαι· πλὴν εἰ μήτι τῶν ἀμφιλόγων εὑρήσομεν, ἐφ' ὧν διάφορός ἐστι τοῖς πολλοῖς δόξα. Τηνικαῦτα γὰρ, εἰ εὐπορήσω τινὸς γραφῆς, παραθήσομαι ταύτην εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἀληθείας. Ἵνα δὲ μή τις ἀγνοίᾳ τῶν ὄντων καταψηφίσηται ψεῦδος τῆς πραγματείας, ἐναντίαις ἴσως ἐντυχὼν γραφαῖς, ἰστέον ὡς προφάσει τῶν Ἀρείου δογμάτων καὶ τῶν ὕστερον ἀναφυέντων, διαφερόμενοι πρὸς ἀλλήλους οἱ
C τῶν Ἐκκλησιῶν ἄρχοντες, ἕκαστοι περὶ ὧν ἐσπούδαζον, πρὸς τοὺς ὁμοδόξους ἔγραφον· καὶ καθ' ἑαυτοὺς συνιστάμενοι κατὰ συνόδους, ἐψηφίζοντο ἅπερ ἠβούλοντο· καὶ τῶν τἀναντία δοξαζόντων, πολλάκις ἐρήμην κατεδίκαζον· καὶ τοὺς κατὰ καιρὸν βασιλέας, καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτοὺς δυναμένους περιέποντες, ὡς εἶχον δυνάμεως, ἔπειθον, καὶ ὁμόφρονας αὐτοῖς κατεσκεύαζον· εἰς ἀπόδειξίν τε τοῦ δόξαι σέβειν

## VALESII ANNOTATIONES.

(15) *Τῇ τῶν ἀποστόλων διδαχῇ*. In codicibus nostris Fuketiano et Allatiano scriptum est διαδοχῇ. Quam lectionem secuti sunt omnes interpretes, Epiphanius scilicet, Musculus et Christophorsonus. Utra tamen verior sit lectio, ambigi potest. Neque enim videtur Græce dici posse διαδοχῇ παρακολουθήσαντες, pro διαδεξάμενοι. At διδαχῇ παρακολουθεῖν, eleganter dicitur de his qui apostolos docentes ac prædicantes sectati sunt. Quod de Clemente quidem Romano merito dici potest, quem constat fuisse comitem ac discipulum apostolorum. Hegesippo vero non convenit, qui Marci Antonini temporibus floruit. Memoratur ab antiquis liber quidem hoc titulo, Διδαχαὶ τῶν
D ἀποστόλων, de quo multa notavit Jacobus Usserius in capite 7, de Epistolis Ignatii. Sed nihil ad hunc locum.

(16) *Ἐπραγματευσάμην ἐν βιβλίοις δύο*. Hi duo libri Sozomeni hodie non exstant. Continebant autem Epitomen rerum in Ecclesia gestarum ab ascensu Christi usque ad exauctorationem Licinii. Hæc autem exauctoratio facta est anno Christi 324, Crispo Cæsare III, et Constantino Cæsare III consulibus. Ex quo intelligimus cur Sozomenus in Præfatione ad Theodosium Juniorem dixerit, Historiam suam ordiri a consulatu III Crispi et Constantini. Historiam enim suam inde orsus est, ubi Epitomen suam terminaverat.

## VARIORUM.

[c] *Ἐπιτεμόμενος*. Primo quidem scripsit Sozomenus *Compendium Historiæ ecclesiasticæ* ab ascensione Christi ad annum 323 : deinde exorsus ab anno 324, *Historiam annorum* CXV *ecclesiasticam* majori molimine et diligentia contexuit, circa ann. 440, rem libris IX Theodosio imp. nuncupatis absolvens. (Guil. Cave *in Sozomeno*.) Censet Pagius Socratem, Sozomenum et Theodoritum, omnes eodem circiter tempore Historias suas et elucubrasse et promulgasse; unumque ex alio sua mutuatum non esse, nec unum, quæ ab alio prætermissa fuerant, ex industria supplevisse, ut Valesius putavit. Theodoritus autem Historiam suam elaborabat anno 444. (Ant. Pagi, ad ann. 427, n. 15, et ad ann. 439, n. 11.)

Digitized by Google

ὀρθῶς, οἱ μὲν τοῖς, οἱ δὲ ἐκείνοις προστιθέμενοι, συναγωγὴν ἐποιήσαντο τῶν ὑπὲρ τῆς οἰκείας αἱρέσεως φερομένων ἐπιστολῶν, καὶ τὰς ἐναντίας παρέλιπον. Ὃ δὴ σκολιὰν ἡμῖν λίαν κατεσκεύασε τὴν εὕρεσιν τῶν περὶ ταῦτα συμβάντων. Ἐπεὶ δὲ μάλιστα τῆς ἀληθείας ἐπιμελεῖσθαι χρεὼν διὰ τὸ τῆς ἱστορίας ἀκίβδηλον, ἀναγκαῖον ἐφάνη μοι, ὡς οἷόν τε ἦν, πολυπραγμονῆσαι καὶ τὰς τοιαύτας γραφάς. Εἰ τοίνυν καὶ στάσεις ἐκκλησιαστικῶν πρὸς ἑαυτοὺς περὶ προεδρίας ἢ προτιμήσεως τῆς οἰκείας αἱρέσεως διεξέλθω, μή τῳ φορτικὸν ἢ ἐθελοκάκου προαιρέσεως εἶναι δόξῃ, τοιαῦτά με ἱστορεῖν. Πρῶτον μὲν γὰρ, ὡς εἴρηται, πάντα δεύτερα ποιεῖσθαι τῆς ἀληθείας τὸν συγγραφέα προσήκει· ἔπειτα δὲ τὸ δόγμα τῆς καθόλου Ἐκκλησίας γνησιώτατον ὅτι μάλιστα φανεῖται, πολλάκις μὲν ταῖς ἐπιβουλαῖς τῶν ἐναντία δοξαζόντων δοκιμασθὲν, οἷα δὲ θεόθεν τὸ κρατεῖν λαχὸν, αὖθις εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανελθὸν δύναμιν, καὶ πάσας τὰς Ἐκκλησίας καὶ τὰ πλήθη πρὸς τὴν οἰκείαν ἀλήθειαν ἐπισπασάμενον. Βουλευομένῳ δέ μοι, εἰ ὧν ἔγνων μόνα προσῆκεν ἀναγράψαι τὰ γενόμενα περὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἀνὰ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, ἔδοξεν εὖ ἔχειν ἐφ' ὅσον ἐφικέσθαι δυνήσομαι, καὶ τὰ παρὰ Πέρσαις καὶ βαρβάροις συμβάντα ἐπὶ τῇ θρησκείᾳ ἱστορήσειν. Οὐκ ἀνοίκειον δὲ εἶναι τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας, ἐν τῇδε τῇ πραγματείᾳ διεξελθεῖν, καὶ τίνες ποτὲ ἦσαν οἱ ὥσπερ πατέρες καὶ εἰσηγηταὶ γενόμενοι τῶν καλουμένων μοναχῶν, καὶ οἱ μετ' αὐτοὺς κατὰ διαδοχὰς, ὧν ἴσμεν ἢ ἀκηκόαμεν εὐδοκιμήσαντες. Οὔτε γὰρ ἀχάριστοι (17) δόξομεν εἶναι πρὸς αὐτοὺς, ἀμνηστίᾳ παραδεδωκότες τὴν αὐτῶν ἀρετὴν, οὔτε ἀπείρως ἔχειν τῆς κατ' αὐτοὺς ἱστορίας, μετὰ τοῦ καὶ τοῖς προειρημένοις ὧδε φιλοσοφεῖν ὑπόδειγμα καταλιπεῖν ἀγωγῆς, ᾗ χρώμενοι, μακαριωτάτου καὶ εὐδαίμονος μεθέξουσι τέλους. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν προϊὼν ὁ λόγος, ὡς οἷόν τε, παραφυλάξει. Τρέπομαι δὲ ἤδη ἐπὶ τὴν ἀφήγησιν τῶν πραγμάτων, συνεργὸν καὶ ἵλεων τὸν Θεὸν ἐπικαλεσάμενος. Ἕξει δὲ ἀρχὴν ἡ παροῦσα γραφὴ ἐνθένδε.

A bigui quidpiam inciderit, de quo variæ sint multorum opiniones. Tum enim si quod monumentum nactus fuero, illud ascribere non gravabor ad comprobandam et confirmandam veritatem. Cæterum, ne quis præ ignoratione rerum, opus hoc nostrum mendacii accuset, cum alia monumenta ei contraria perlegerit, sciendum est Ecclesiarum antistites, propter Arii dogmata, et alia quæ postea emerserunt, inter se dissentientes, de his rebus quas singuli defendebant, ad opinionis suæ fautores scripsisse : et seorsum congregatis suorum synodis, ea quæ vellent decrevisse : ac sæpenumero eos qui contraria sentiebant, absentes condemnasse : et imperatores qui per id temporis regnabant, ac summates viros omnibus modis B demerendo, in suam sententiam pertraxisse : atque ut omnibus persuaderent se recte de Deo sentire, tam eos qui horum, quam qui illorum partibus adhærebant, epistolas omnes quæ exstabant, pro suæ sectæ ac sententiæ defensione in unum corpus collegisse, contrarias vero prætermisisse. Quæ quidem res effecit ut difficile admodum deprehendere possemus quæ in his negotiis contigerunt. Sed quoniam veritatis præcipuam curam habere oportet, ut sincera sit historiæ fides; necessarium existimavi ut hæc quoque monumenta, quanta fieri posset diligentia, pervestigarem. Quod si ecclesiasticorum virorum, vel de primatu, vel de sectæ suæ prærogativa contendentium, seditiones C explanavero, nemo importune aut malevolo animo istud a me factum esse existimet. Nam primum quidem, sicut antea dixi, historiæ scriptor cuncta veritati debet postponere. Deinde **11** Ecclesiæ catholicæ doctrina ita demum sincera apparebit; quæ adversariorum quidem insidiis probata sæpius atque explorata est : semper tamen, utpote Deo victoriam ei præbente, pristinum robur recuperavit, omnesque Ecclesias ac populos ad veritatem suam pertraxit. Porro consideranti mihi utrum ea duntaxat litteris mandanda essent quæ Ecclesiæ in imperio Romano constitutæ accidisse cognoveram, haud incommodum fore visum est, ea etiam quæ apud Persas et alios barbaros circa religionem nostram gesta sunt, quoad ejus fieri poterit, adjungere. Neque vero ab ecclesiastica historia alienum fuerit, in hoc insuper opere commemorare, tum quinam velut parentes atque auctores fuerint eorum qui vulgo monachi appellantur : tum qui post illos continua successionis serie celeberrimi exstiterunt, quos quidem aut novimus ipsi, aut auditione accepimus. Ita enim fiet ut, nec ingrati erga illos fuisse videamur, virtutem illorum oblivioni tradendo, nec ignari rerum ab illis gestarum. Simul etiam iis qui hoc philosophiæ genus consectantur, exemplar relinquemus ejusmodi vitæ atque institutionis, qua si usi fuerint, beatissimo ac felici exitu potientur. Verum hæc in progressu operis pro virili parte annotabimus. Nunc vero narrationem rerum aggrediar, Deum prius adjutorem ac propitium precatus. Hinc porro Historiæ hujus sumemus exordium.

## VALESII ANNOTATIONES.

(17) *Οὔτε γὰρ ἀχάριστοι.* Ex hoc loco colligimus Sozomenum inter monachos versatum, et ab illis institutum fuisse. Id enim innuunt hæc verba. Quippe Sozomenus diserte testatur ingratum omnino se visum iri, nisi monachorum dotes ac vir- D tutes in Historia sua referat. Ad hæc maximam notitiam earum rerum se habere profitetur. Ex quibus aperte colligitur id quod dixi, cum cum monachis familiariter esse versatum, eorumque magisterio usum fuisse.

Digitized by Google

## CAP. II.

*Quiuam fuerint majorum civitatum episcopi, Constantino Magno regnante; et quod Oriens quidem usque ad Libyam propter Licinium cautius Christum coluit: Occidens vero propter Constantinum liberius fidem Christi professus est.*

Consulibus Crispo et Constantino Cæsaribus, Romanæ quidem Ecclesiæ Sylvester præsulatum gerebat: Alexandrinæ vero Alexander, et Macarius Hierosolymorum. Antiochiæ autem ad Orontem fluvium sitæ nemo adhuc post Romanum constitutus fuerat **12** episcopus, persecutionibus, ut verisimile est, ordinationem fieri prohibentibus. Sed non multo post episcopi apud Nicæam congregati, eum Eustathium ob vitæ simul ac doctrinæ meritum admiratione prosequerentur, dignum eum judicarunt qui apostolicæ cathedræ præsideret: ac proinde cum episcopus esset vicinæ urbis Berrœæ, illum inde Antiochiam transtulere. Quo quidem tempore Christiani qui in Orientis partibus ad Libyas usque Ægyptiis finitimos degebant, ecclesiasticos conventus palam celebrare minime audebant, propterea quod Licinii erga ipsos immutata esset benevolentia. Christiani vero in Occidentis partibus commorantes, Achæi scilicet, Macedones et Illyrii, religionis suæ solemnia intrepide agebant, Constantini opera, qui imperium Romanum in illis regionibus administrabat.

A

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

*Τίνες ἦσαν ἐπίσκοποι τῶν μεγάλων πόλεων, τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου βασιλεύσαντος, καὶ ὅπως ἡ μὲν ἄχρι Λιβύης* (18) *διὰ Λικίννιον περιεσκεμμένως ἐχριστιάνιζεν· ἡ δὲ ἑσπέρα διὰ τὸν Κωνσταντῖνον μετ' ἐλευθερίας τὸν Χριστιανισμὸν ἐπαῤῥησιάζετο.*

Κρίσπου καὶ Κωνσταντίνου τῶν Καισάρων ὑπατευόντων, ἡγεῖτο μὲν τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας Σίλβεστρος· τῆς δὲ Ἀλεξανδρέων Ἀλέξανδρος, καὶ Μακάριος τῆς Ἱεροσολύμων· τῆς δὲ Ἀντιοχέων τῶν πρὸς τῷ Ὀῤῥόντῃ, μετὰ Ῥωμανὸν (19) [d] οὔπω τις ἐπετέτραπτο, τῶν διωγμῶν, ὡς εἰκὸς, μὴ συγχωρησάντων γενέσθαι τὴν χειροτονίαν. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ οἱ εἰς Νίκαιαν συνεληλυθότες, θαυμάσαντες τοῦ βίου καὶ τῶν λόγων Εὐστάθιον, ἄξιον ἐδοκίμασαν B τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ἡγεῖσθαι· καὶ ἐπίσκοπον ὄντα τῆς γείτονος Βεῤῥοίας, εἰς Ἀντιόχειαν μετέστησαν. Τῶν δὲ Χριστιανῶν οἱ μὲν πρὸς ἕω μέχρι τῶν ὁμόρων Αἰγυπτίοις Λιβύων, οὐκ ἐθάῤῥουν τότε εἰς τὸ φανερὸν ἐκκλησιάζειν, μεταβαλομένου Λικιννίου τῆς πρὸς αὐτοὺς εὐνοίας. Οἱ δὲ ἀνὰ τὴν δύσιν, Ἕλληνές τε καὶ Μακεδόνες καὶ Ἰλλυριοὶ, ἀδεῶς ἐθρήσκευον διὰ Κωνσταντῖνον, ὃς ἡγεῖτο τῶν τῇδε Ῥωμαίων.

## CAP. III.

*Quomodo Constantinus per visionem crucis Christique præsentiam ad Christianam religionem traductus sit, veramque pietatem a nostris sacerdotibus didicerit.*

Huic enim viro, cum alia multa obtigisse comperimus [1], quibus permotus Christianam religionem

[1] Socr., lib. I, cap. 2.

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

C *Ὅτι τοῦ σταυροῦ ὄψει, καὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐμφανείᾳ, εἰς τὸ χριστιανίζειν ἐλήλυθεν ὁ Κωνσταντῖνος, διδαχθεὶς καὶ παρὰ τῶν ἡμετέρων τὸ εὐσεβές.*

Τούτῳ γὰρ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα συγκυρῆσαι παρειλήφαμεν, οἷς ἐπείσθη τὸ τῶν Χριστιανῶν δόγμα

## VALESII ANNOTATIONES.

(18) *Ἡ μὲν ἄχρι Λιβύης.* In codice quidem Fuketiano nulli sunt tituli, nec ulla capitum distinctio. In Regio autem exemplari quo usus est Robertus Stephanus, tituli capitum totius operis præfiguntur libris Sozomeni, et a Nicephoro Callisto dicuntur esse conscripti, quod equidem non credo: sunt enim prorsus inelegantes et barbari, ac prorsus indigni Nicephoro. Sed præterquam quod sunt infeliciter scripti, mendis quoque plurimis scatent. Hoc igitur loco scribendum videtur, ἡ μὲν Ἀνατολὴ ἄχρι Λιβύης, διὰ Λικίννιον περιεσκεμμένως ἐχριστιάνιζεν. Ubi περιεσκεμμένως significat *caute ac timide.*

(19) *Μετὰ Ῥωμανόν.* Hunc Romanum Antiochensis Ecclesiæ episcopum, nescio undenam hauserit Sozomenus. Nam Hieronymus in *Chronico* sub initium, ubi omnes episcopos Antiochiæ recenset, tam Catholicos quam Arianos, nullam Romani mentionem facit. Nicephorus quoque patriarcha in Catalogo episcoporum Antiochiæ, eum prætermittit. Habetur tamen in indice episcoporum qui majores Ecclesias rexerunt a Christo usque ad tempora Magni Constantini. Hic index habetur in *Bibliotheca Florentina*, post *Historiam Ecclesiasticam* Eusebii Cæsariensis. In eo igitur indice inter episcopos Antiochenos decimus septimus ponitur Timæus; decimus octavus Cyrillus; decimus nonus Tyrannus; vicesimus Vitalis; vicesimus primus Philogonius; vicesimus secundus Romanus; vicesimus tertius Eustathius. In margine vero ad nomen Philogonii ascriptum est hoc scholion, Σημείωσον ὅτι Θεοδώρητος ἀπὸ τοῦ Φιλογονίου Εὐστάθιόν φησι. Id est, *Nota quod Theodoritus post Philogonium nullo interjecto ponit Eustathium.* Nicetas quoque in *Thesauro orthodoxæ fidei*, libro v, capite 5, Romanum inter episcopos Antiochenos collocat, D ita scribens: *Siquidem post Domnum, qui Paulo Samosateno successerat, Antiochenæ Ecclesiæ præfuerat Timæus, deinde Cyrillus, tum Vitalis, cui Philogonius successit, quem Paulinus subsecutus est, et Paulinum Romanus, is qui comprehensus, cum pro Christi religione tuenda martyrio vitam finiisset, Antiochia episcopo vidua relicta est. Quia nimirum, ut par est, per tyrannorum persecutiones episcoporum electio libera non esset.* Hæc postrema Nicetæ verba desumpta sunt ex hoc Sozomeni loco quem præ manibus habemus. Sed uterque fallitur. Romanus enim nunquam episcopus fuit Antiochiæ, sed diaconus celebri martyrio perfunctus est Antiochiæ, ut tradit Eusebius noster. Iis autem coss. quos nominat Sozomenus Philogonius Antiochensem episcopatum gerebat, ut docet Theodoritus in lib. I *Historiæ.*

## VARIORUM.

[d] Asserit Valesius contra Sozomenum, Romanum Ecclesiæ Antiochenæ nunquam præfuisse; quippe qui diaconus martyrio perfunctus est Antiochiæ. Ait autem Pagius, Sozomenum non de martyre illo, quem memorat Eusebius *De mart. Palæst.*, cap. 2, sed de alio quodam Romano esse intelligendum. (*Critic.*) ann. Chr. 519, n. 8.

Digitized by Google

πρεσβεύειν· μάλιστα δὲ τὴν φανεῖσαν αὐτῷ θεοσημείαν. Ἡνίκα γὰρ ἐπιστρατεῦσαι Μαξεντίῳ ἐβεβούλευτο, οἷά γε εἰκὸς ἠπόρει καθ' ἑαυτὸν, ὅπως ἄρα τὰ τῆς μάχης ἀποβήσεται, καὶ τίς αὐτῷ βοηθὸς ἔσται. Ἐν τοιαύταις δὲ φροντίσι γενόμενος, ὄναρ εἶδε τὸ τοῦ σταυροῦ σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ σελαγίζον. Τεθηπότι δὲ αὐτῷ πρὸς τὴν ὄψιν, παραστάντες θεῖοι ἄγγελοι, Ὦ Κωνσταντῖνε, ἔφησαν, ἐν τούτῳ νίκα. Λέγεται δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Χριστὸν ἐπιφανέντα αὐτῷ, δεῖξαι τὸ τοῦ σταυροῦ σύμβολον, καὶ παρακελεύσασθαι ἐοικὸς τούτῳ ποιῆσαι, καὶ ἐν τοῖς πολέμοις ἔχειν ἐπίκουρον καὶ νίκης ποριστικόν. Εὐσέβιός γε μὴν ὁ Παμφίλου, αὐτοῦ φήσαντος ἐνωμότως τοῦ βασιλέως ἀκηκοέναι ἰσχυρίζεται, ὡς ἀμφὶ μεσημβρίαν ἤδη τοῦ ἡλίου ἀποκλίναντος, σταυροῦ τρόπαιον ἐκ φωτὸς συνεστὼς, καὶ γραφὴν συνημμένην αὐτῷ, Τούτῳ νίκα, λέγουσαν, ἐν τῷ οὐρανῷ ἐθεάσατο αὐτὸς, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ στρατιῶται· πορευομένῳ γάρ πη [d] σὺν τῷ στρατεύματι, κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν τόδε τὸ θαῦμα ἐπεγένετο· λογιζομένῳ δὲ αὐτῷ ὅ τι εἴη, νὺξ ἐπῆλθε. Καθεύδοντί τε τὸν Χριστὸν ὀφθῆναι σὺν τῷ φανέντι ἐν οὐρανῷ σημείῳ, καὶ παρακελεύσασθαι μίμημα ποιήσασθαι τούτου, καὶ ἀλεξήματι κεχρῆσθαι ἐν ταῖς πρὸς τοὺς πολεμίους μάχαις. Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν ἑρμηνέως οὐδὲν ἔδει, ἀλλὰ περιφανῶς ἐδείχθη τῷ βασιλεῖ ᾗ χρὴ περὶ Θεοῦ νομίζειν, ἅμα ἡμέρᾳ συγκαλέσας τοὺς ἱερέας τοῦ Χριστοῦ, περὶ τοῦ δόγματος ἐπυνθάνετο. Οἱ δὲ, τὰς ἱερὰς βίβλους προϊσχόμενοι, τὰ περὶ Χριστοῦ ἐξηγοῦντο· καὶ πρὶν γενέσθαι σαφῆ τὴν ἐπὶ τούτοις πρόῤῥησιν, ἐκ τῶν προφητῶν ἀπέδειξαν. Τὸ δὲ φανὲν αὐτῷ σημεῖον, σύμβολον εἶναι ἔλεγον τῆς κατὰ τοῦ ᾅδου νίκης, ἣν εἰς ἀνθρώπους ἐλθὼν (20), κατώρθωσε τῷ σταυρωθῆναι καὶ ἀποθανεῖν, καὶ τριταῖος ἀναβιῶναι. Κατὰ τοῦτο γὰρ ἔφασαν ἐλπίζειν, μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς ἐνταῦθα βιοτῆς πρὸς τῷ τέλει τοῦ παρόντος αἰῶνος ἀνίστασθαι πάντας ἀνθρώπους, καὶ ἀθανάτους ἔσεσθαι· τοὺς μὲν, ἐπὶ ἀμοιβαῖς ὧν εὖ ἐβίωσαν ἐν τούτοις τοῖς πράγμασι· τοὺς δὲ, ἐπὶ τιμωρίαις ὧν κακῶς ἔδρασαν· εἶναι μέντοι καὶ τοῖς ἐνταῦθα πλημμελήμασιν (21) ἀφορμὴν σωτηρίας, καὶ καθαρμὸν ἁμαρτημάτων, ἀμυήτοις μὲν, μύησιν κατὰ τὸν νόμον τῆς Ἐκκλησίας· τοῖς δὲ μεμυημένοις, τὸ μὴ πάλιν ἁμαρτεῖν. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο παντελῶς ὀλίγων καὶ θείων ἀνδρῶν ἐστι κατορθῶσαι, ἐδίδασκον δεύτερον καθαρμὸν τετάχθαι ἐκ μετανοίας. Φιλάνθρωπον γὰρ ὄντα τὸν Θεὸν συγγνώμην νέμειν τοῖς ἐπταικόσιν, εἰ

colere instituit; tum imprimis signum divinitus ipsi ostensum. Nam cum bellum Maxentio inferre constituisset, secum, ut credibile est, dubitare cœpit quisnam belli exitus futurus esset, et quem sibi auxiliatorem pararet. Hujusmodi curis districtus, vidit in somnis signum crucis in cœlo resplendens. Quo viso cum esset obstupefactus, divini angeli ipsi astantes dixerunt: Constantine, in hoc vince. Ipsum quoque Christum ei apparuisse memorant, et vexillum crucis ei ostendisse, jussisseque ut ad ejus similitudinem alterum fabricaret, cujus auxilio in præliis uteretur, et victoriam sibi compararet. Eusebius quidem Pamphili affirmat [1] ipsum se imperatorem audiisse cum jurejurando narrantem, quomodo, circa meridiem, inclinante jam sole, crucis tropæum ex purissima luce compositum vidisset, eique additam hanc inscriptionem: Hoc vince: in cœlo tum ipse, tum milites qui cum ipso erant, aspexissent. Nam dum nescio quo proficisceretur una cum exercitu, hoc miraculum in itinere contigit. Cumque consideraret animo quid hoc sibi vellet, nox supervenit. Dormienti vero Christus cum signo quod in cœlo visum fuerat apparuit, præcepitque ut alterum ad similitudinem illius exprimeret, eoque in præliis contra hostes præsidio uteretur. Et quoniam imperator nullo amplius egebat interprete, quippe cui perspicue ostensum fuerat quid de Deo sentire deberet, simul atque dies illuxit, convocatis Dei sacerdotibus, de doctrina fidei eos consuluit. Illi vero prolatis sacræ Scripturæ libris, ea quæ ad Christum pertinent exposuerunt: eaque antequam complerentur manifeste prædicta esse, ex propheticis libris demonstrarunt. Signum porro **13** quod ipsi apparuerat, tropæum esse dixerunt victoriæ de inferis, quam ille inter homines versatus, crucifixione sua ac morte, et post tertium diem resurrectione retulisset. Ad eum enim modum sperare se dixerunt, post discessum ex hac vita cunctos homines in fine hujus sæculi resurrecturos, et immortales futuros esse: alios quidem ut mercedem eorum quæ recte gesserint consequantur: alios ut pro malefactis debitas pœnas persolvant. Esse tamen etiam his qui in hac vita deliquerint, paratam spem salutis et expiationem delictorum: iis quidem qui nondum mysteriis initiati sunt, initiationem juxta Ecclesiæ ritus: initiatis vero, a pecca-

[1] Vita Const. lib. I, cap. 28.

## VALESII ANNOTATIONES.

(20) *Ἣν εἰς ἀνθρώπους ἐλθών.* Longe aliam scripturam exhibet codex Leonis Allatii, hoc modo: Ἣν εἰς οὐρανοὺς ἀνελθὼν κατώρθωσε. Eamdem lectionem in codice suo repererat Epiphanius Scholasticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Quam victoriam ascendens in cœlos egit Christus, crucifixus et mortuus*, etc. Rectior tamen mihi videtur vulgata lectio.

(21) *Καὶ τοῖς ἐνταῦθα πλημμελήμασιν.* In codice Leonis Allatii scriptum est πλημμελήσασιν, quod magis probo. Mox pro καθαρμόν, codex Fuketii habet καθαρισμὸν ἁμαρτημάτων. Porro hæc omnia, quæ tanquam ex Eusebii libris de Vita Constantini desumpta profert Sozomenus, non leguntur in Eusebio, sed a Sozomeno adjecta sunt quasi per ἐπεξήγησιν.

## VARIORUM.

[d] *Πορευομένῳ γάρ πη.* Cum scilicet exercitum contra Maxentium Romam versus duceret, anno Chr. 312. Vide hanc historiam apud Euseb., *Vit. Const.*, lib. I, cap. 28, et Socrat., lib. I, cap. 2.

Digitized by Google

tis deinceps abstinere. Sed quoniam pauci admodum et divini duntaxat viri id præstare possunt, secundam expiationem institutam esse docuerunt, quæ fit per pœnitentiam. Deum namque, utpote benignum ac clementem, his qui deliquerunt veniam dare, modo ipsos pœniteat, ac pœnitentiam suam bonis actibus confirment.

A μεταμεληθῶσι, καὶ ἔργοις ἀγαθοῖς τὴν μεταμέλειαν βεβαιώσουσι.

## CAP. IV.

*Qualiter Constantinus crucis signum in prœliis præferri jussit : et mirabilis quædam narratio de iis qui vexillum gestabant.*

Cum ista a sacerdotibus exposita fuissent, imperator prophetias de Christo admiratus, peritis artificibus mandavit ut vexillum illud, quod Romani Labarum vocant, auro et gemmis ornatum, in crucis signum transformarent. Porro illud vexillum bellicum honoratius erat quam reliqua, eo quod imperatorem semper præcedere, et adorari a militibus consuevisset. Quocirca maxime existimo Constantinum nobilissimum imperii Romani signum in Christi vexillum commutasse, eo consilio ut continuo ejus aspectu cultuque Romani a patriis ritibus paulatim abducerentur, eumque solum Deum existimarent, quem imperator coleret, et quo duce atque adjutore contra hostes uteretur. Id enim signum semper ante copias suas velut munimentum objecit, et legionibus, si quæ forte ab hoste premerentur, in prælio adesse voluit : delectis ad id munus certis militibus, quibus hoc injunctum erat ut singuli per vices id signum humeris gestarent, et acies hostium circuirent [1]. Quodam igitur **14** tempore, aiunt, signiferum qui id vexillum portabat, repentino hostium incursu perterritum, alteri illud tradidisse, seque ex prælio subduxisse ; cumque jam extra telorum jactum stetisset, subito letali vulnere percussum corruisse : eum vero qui divinum signum gestandum susceperat, multis in ipsum jacula mittentibus, illæsum permansisse. Quippe hostium tela mirabili quodam modo, velut divina quadam virtute ea dirigente, signo infigebantur : ab ipso autem signifero inter tot pericula constituto avolabant. Sed nec alium quemquam militem huic signo gestando deputatum, in gravem unquam calamitatem, sicut in bello fieri solet, incidisse memorant, nec vulneratum unquam aut captivum fuisse.

## ΚΕΦΑΛ. Δ'.

*Ὅτι τὸ τοῦ σταυροῦ σημεῖον ἀφηγεῖσθαι τοῦ πολέμου ἐθέσπισε· καὶ διήγησις παράδοξος περὶ τῶν τὸ σημεῖον φερόντων τὸ σταυρικόν.*

Τοιαῦτα τῶν ἱερέων ὑφηγουμένων (22), θαυμάσας τὰς περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητείας ὁ βασιλεὺς, ἐκέλευσεν ἄνδρας ἐπιστήμονας, χρυσῷ καὶ λίθοις τιμίοις εἰς σταυροῦ σύμβολον μετασκευάσαι τὸ παρὰ Ῥωμαίοις καλούμενον Λάϐωρον (23). Σημεῖον δὲ τοῦτο πολεμικὸν, τῶν ἄλλων τιμιώτερον, καθότι ἀεὶ B τοῦ βασιλέως ἡγεῖσθαι καὶ προσκυνεῖσθαι νενόμιστο παρὰ τῶν στρατιωτῶν. Ἧ μάλιστα οἶμαι Κωνσταντῖνον τὸ ἐπισημότατον σύμβολον τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, εἰς Χριστοῦ σημεῖον μεταβαλεῖν· ὥστε τῇ συνεχεῖ θέᾳ καὶ θεραπείᾳ ἀπεθισθῆναι τῶν πατρίων τοὺς ἀρχομένους· μόνον δὲ τοῦτον ἡγεῖσθαι Θεὸν, ὃν καὶ βασιλεὺς σέϐει, καὶ ἡγεμόνι καὶ συμμάχῳ χρῆται κατὰ τῶν πολεμίων. Ἀεὶ γὰρ τοῦτο τὸ σημεῖον προὐϐάλλετο τῶν οἰκείων ταγμάτων· καὶ ταῖς καμνούσαις φάλαγξιν ἐν ταῖς μάχαις παρεῖναι ἐκέλευε, φανεροὺς τάξας τῶν δορυφόρων περὶ τοῦτο ποιεῖν (24), οἷς ἔργον ἦν ἕκαστον ἀμοιβαίως ἐπὶ τῶν ὤμων φέρειν τὸ σημεῖον, καὶ περιιέναι τὰς τάξεις τῶν πολεμίων. Λέγεται γοῦν ποτε τὸν τοῦτο φέροντα, ἀθρόως ἐπιδραμόντων τῶν πολεμίων, δείσαντα ἑτέρῳ παραC δοῦναι, καὶ ἑαυτὸν τῆς μάχης ὑπεξαγαγεῖν· ἤδη δὲ τῶν βελῶν ἔξω γενόμενον, ἐξαπίνης πεσεῖν βληθέντα καιρίαν· τὸν δὲ παραλαβόντα τὸ θεῖον σύμβολον, ἄτρωτον διαμεῖναι, πολλῶν ἐπ' αὐτῷ τοξευόντων. Παραδόξως γάρ πως ὡς ὑπὸ θείας δυνάμεως ἰθυνόμενα τὰ βέλη τῶν πολεμίων, τῷ σημείῳ προσεπήγνυντο· τοῦ δὲ φέροντος, καὶ μέσου τῶν κινδύνων ὄντος, ἀφίπταντο. Λέγεται δὲ μήτε ἄλλον πώποτε τούτῳ τῷ σημείῳ διακονούμενον, οἷά γε εἰκὸς ἐν πολέμῳ στρατιώτην, σκαιᾷ περιπεσεῖν συμφορᾷ, καὶ τραυματίαν ἢ αἰχμάλωτον γενέσθαι.

## CAP. V.

*Refutatio eorum qui dicunt Constantinum, ob necem filii sui Crispi, Christianam religionem amplexum esse.*

Scio quidem gentiles vulgo narrare solitos

## ΚΕΦΑΛ. Ε'.

D *Ἀντίῤῥησις πρὸς τοὺς λέγοντας, Χριστιανίσαι τὸν Κωνσταντῖνον διὰ τὸν φόνον τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Κρίσπου.*

Οὐχ ἀγνοῶ δὲ, ὡς Ἕλληνες λέγουσι, Κωνσταντῖνον

[1] Euseb., Vit. Const., lib. II, cap. 8, 9.

### VALESII ANNOTATIONES.

(22) *Τῶν ἱερέων ὑφηγουμένων.* In codice Fuketiano scriptum est ἀφηγουμένων, et ad latus annotatum eadem manu ἴσως ὑφηγουμένων.

(23) *Καλούμενον Λάϐωρον.* Ita Græci semper vocant vexillum illud quod in acie præferri solebat : et a labore vocem illam deducunt, ut ex Gregorio Nazianzeno jam pridem alii observarunt. Et Gretserus quidem in libro II *De cruce*, varias rationes affert hujus etymologiæ. Ex quibus hanc maxime probo, ut Laborum dictum sit, quod laboranti aciei præsidium sit salutare. Idcirco enim a Christo datum esse testatur Eusebius, ut victoriam pararet, et hostes in fugam verteret. Et hanc etymologiam confirmat Sozomenus, cum ait : Καὶ ταῖς καμνούσαις φάλαγξιν ἐν ταῖς μάχαις παρεῖναι ἐκέλευε. Latini quoque *Laborum* dixerunt. Nam in codice titulus est *De præpositis Labororum*. Aldhelmus quoque in libro *De laudibus virginitatis*, Laborum dixit, ut notavit Meursius in Glossario. Posset etiam deduci Laborum ex eo quod imagines principum ferret ex auro et gemmis elaboratas, quæ λαϐράτα dici solebant. In codice Fuketiano λάϐουρον scriptum inveni. Et paulo post, ᾗ μάλιστα οἶμαι, etc.

(24) *Περὶ τοῦτο ποιεῖν.* Malim scribere πονεῖν. Porro hos præpositos Labororum primum in bello adversus Licinium instituit Constantinus, ut docet Eusebius in libro II de ejus Vita.

Digitized by Google

A ἀνελόντα τινὰς τῶν ἐγγυτάτω τοῦ γένους, καὶ τῷ θανάτῳ Κρίσπου * τοῦ ἑαυτοῦ παιδὸς συμπράξαντα, μεταμεληθῆναι, καὶ περὶ καθαρμοῦ κοινώσασθαι Σωπάτρῳ τῷ φιλοσόφῳ (25), κατ' ἐκεῖνο καιροῦ προεστῶτι τῆς Πλωτίνου διαδοχῆς· τὸν δὲ ἀποφήνασθαι, μηδένα καθαρμὸν εἶναι τῶν τοιούτων ἁμαρτημάτων. Ἀδημονοῦντα δὲ τὸν βασιλέα ἐπὶ τῇ ἀπαγορεύσει, περιτυχεῖν ἐπισκόποις, οἳ μετανοίᾳ καὶ βαπτίσματι ὑπέσχοντο πάσης αὐτὸν ἁμαρτίας καθαίρειν· ἡσθῆναί τε τούτοις κατὰ σκοπὸν εἰρηκόσι, καὶ θαυμάσαι τὸ δόγμα, καὶ Χριστιανὸν γενέσθαι, καὶ τοὺς ἀρχομένους ἐπὶ τοῦτο ἀγαγεῖν. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ταῦτα πεπλάσθαι τοῖς σπουδάζουσι τὴν Χριστιανῶν θρησκείαν κακηγορεῖν. Κρίσπος μὲν γὰρ, δι' ὃν φασι Κωνσταντῖνον καθαρμοῦ δεηθῆναι, τῷ B εἰκοστῷ ἔτει ἐτελεύτησε τῆς τοῦ πατρὸς ἡγεμονίας, ἔτι περιὼν πολλοὺς σὺν αὐτῷ θέμενος νόμους ὑπὲρ Χριστιανῶν, ἅτε δὴ κατὰ τὸ δεύτερον σχῆμα τῆς βασιλείας τετιμημένος, Καῖσαρ ὢν (26), ὡς εἰς ἔτι νῦν μαρτυροῦσιν οἱ τοῖς νόμοις ὑποτεταγμένοι χρόνοι, καὶ τῶν νομοθετῶν αἱ προσηγορίαι. Σώπατρον δὲ, πρῶτον μὲν οὐκ εἰκὸς ἦν εἰς ὁμιλίαν ἐλθεῖν Κωνσταντίνῳ, μόνης τῆς πρὸς τῷ Ὠκεανῷ καὶ τῷ Ῥήνῳ μοίρας ἡγουμένῳ. Διὰ γὰρ τὴν πρὸς Μαξέντιον διαφορὰν ἐπὶ τῆς Ἰταλίας διάγοντα, ἐστασίαζε τὰ Ῥωμαίων· καὶ οὐκ εὐπετὲς ἦν τότε ἐπιδημεῖν Γαλάταις καὶ Βρεττανοῖς καὶ τοῖς τῇδε κατοικοῦσι, παρ' οἷς συνωμολόγηται τῆς τῶν Χριστιανῶν θρησκείας μετασχεῖν Κωνσταντῖνον, πρὶν ἐπὶ Μαξέντιον στρατεῦσαι, καὶ παρελθεῖν ἐπὶ Ῥώμην καὶ Ἰταλούς. C Καὶ μάρτυρες πάλιν τούτου οἱ χρόνοι, καὶ οἱ νόμοι οὓς ὑπὲρ τῆς θρησκείας ἔθετο. Εἰ δὲ καὶ ῥᾳδίως ὡδί πως συγχωρήσομεν ἐντυχεῖν Σωπάτρῳ τὸν βασιλέα, ἢ δι' ἐπιστολῆς αὐτοῦ πυθέσθαι περὶ ὧν ἐβούλετο, οὐ δήπου πιθανὸν ἦν τὸν φιλόσοφον ἀγνοεῖν, ὡς Ἡρακλῆς ὁ Ἀλκμήνης Ἀθήνησιν ἐκαθάρθη μετὰ τὴν τεκνοκτονίαν τοῖς Δήμητρος μυστηρίοις, καὶ μετὰ τὸν Ἰφίτου φόνον, ὃν ξένον καὶ φίλον ὄντα ἀδίκως ἀνεῖλεν. Ὡς μὲν οὖν οἱ Ἕλληνες τῶν τοιούτων πλημμελημάτων καθαρμοὺς ἐπηγγέλλοντο.

Constantinum, cum quosdam genere proximos interfecisset, et in necem filii sui Crispi consensisset, pœnitentia ductum, de expiatione scelerum consuluisse Sopatrum philosophum, qui tunc temporis Plotinianæ scholæ successionem tenebat: illum autem respondisse nullam esse ejusmodi scelerum expiationem. Qua repulsa conturbatum imperatorem, incidisse in episcopos, qui pœnitentia et lavacro baptismi ipsum ab omni scelere purgaturos se esse pollicerentur. His igitur, quoniam ex animi sui sententia respondissent, illum delectatum, religionem eorum suspexisse, et cum ipsum Christianum factum esse, tum subditos ut idem facerent impulisse. Verum hæc mihi videntur esse conficta ab illis qui Christianam religionem vituperare student. Etenim Crispus, cujus causa Constantinum lustratione opus habuisse dicunt, anno imperii patris sui vicesimo mortem obiit: qui dum adhuc superstes esset, utpote secundum imperii obtinens locum, et Cæsaris dignitate decoratus, multas una cum patre leges pro Christianis tulerat, sicut temporum notæ singulis legibus subjectæ, et legislatorum nomina etiamnum testantur. **15** Sopatrum vero, primum quidem haudquaquam verisimile est in colloquium venisse cum Constantino, qui tunc temporis in illis duntaxat partibus quæ circa Oceanum ac Rhenum positæ sunt, imperio potiebatur. Nam ob discordiam ejus cum Maxentio qui tum in Italia degebat, perturbata erat Romana respublica: nec facile tunc cuiquam erat, in Gallias ac Britannias, easque orbis partes penetrare, in quibus Constantinum Christianam religionem primum suscepisse constat, antequam Maxentio bellum intulisset, et in Italiam atque urbem Romam pervenisset. Cujus rei fidem iterum faciunt tum tempora ipsa, tum leges quas ille pro religione sanxit. Verum, etsi facile concedamus imperatorem cum Sopatro collocutum esse, vel per epistolam eum de quibus volebat consuluisse: haudquaquam tamen credibile est philosophum

## VALESII ANNOTATIONES.

(25) *Σωπάτρῳ τῷ φιλοσόφῳ*. Hic Apamia Syriæ oriundus fuit, discipulus Jamblichi philosophi; qui cum ad intimam familiaritatem Constantini Magni processisset, fraude atque invidia Ablabii præfecti prætorio interfectus est Constantinopoli, D ut refert Eunapius in *Vita Ædesii*, et Zosimus in libro secundo *Historiarum*. Suidas in voce Σώπατρος, ait Constantinum imperatorem ideo illum interfici jussisse, ut ostenderet se a Græcorum superstitione penitus abhorrere. Quod autem Sozomenus hunc Sopatrum vocat προεστῶτα τῆς Πλωτίνου διαδοχῆς, cave intelligas cum Christophorsono magistrum scholæ, cui ante præfuerat Plotinus. Neque enim Plotinus scholam ullam reliquit, sed tantum discipulos, qui per varias regiones dispersi dogmata ejus conservarunt, ut ex Porphyrio et Eunapio colligitur. Ejusdem Sopatri meminit Joannes Lydus in libro *De mensibus Græcorum*, ubi de Jano disserit; aitque Constantinum in condenda urbe Constantinopolitana usum esse Sopatro τελεστῇ, id est consecratore, et Prætextato hierophanta.

(26) *Καῖσαρ ὤν*. Codex Fuketianus conjunctionem addit hoc modo, καὶ Καῖσαρ ὤν. Ac fortasse tria hæc verba delenda sunt, utpote scholium sive expositio præcedentium.

## VARIORUM.

* *Καὶ τῷ θανάτῳ Κρίσπου*. Hunc a Fausta noverca delatum, quasi ipsam de stupro sollicitasset, insontem occidi jussit Constantinus, anno Chr. 326, Constantino VII, et Constantio Cæsare coss., ut ait Idatius in *Fastis*, cum ipse Romæ resideret, teste Zosimo lib. II, p. 685. Moxque ob id scelus ab Helena matre increpitus, Faustam balneo calenti inclusam necavit, ut referunt Zosimus et Sidonius. At Chrysostomus, homil. 15 *in Philippenses*, Constantinum ait uxorem quidem adulterii suspectam, ex qua multos liberos Cæsares habebat, in montibus alligasse, ac bestiis vorau-

Digitized by Google

ignorasse Herculem Alcmenæ filium, post cædem liberorum, et post necem Iphiti, quem, licet amicum atque hospitem, inique interfecerat, Cereris sacris Athenis expiatum fuisse. Græcos igitur hujusmodi scelerum expiationem pollicitos esse, ea quæ dixi satis evincunt: simulque mendacii eos coarguunt, qui Sopatrum affirmant contraria pronuntiasse. Neque enim ausim dicere ista ignorasse philosophum, qui eruditionis causa apud Græcos ea ætate nobilissimus habebatur.

A ἀπόχρη τὰ εἰρημένα, καὶ ψεῦδος κατηγορεῖ τῶν ἐναντία ἀποφήνασθαι Σώπατρον πλασαμένων. Οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι, ταῦτα ἠγνοηκέναι τὸν ἐπισημότατον τότε παρ' Ἕλλησιν ἐπὶ παιδεύσει γεγενημένον.

## CAP. VI.

*Quod pater quidem Constantini nomen Christi propagari permiserit: Constantinus vero Maximus, ut ubique terrarum prædicaretur, effecerit.*

Ecclesiæ igitur quæ sub imperio Constantini erant, in summa felicitate degebant, crescebantque in dies, benevoli et Christiani principis beneficiis locupletatæ. Quas quidem etiam ante ejus principatum, persecutionum ac tumultus expertes Deus servaverat. Nam cum in reliquis partibus orbis Romani Ecclesiæ persecutionibus vexarentur, solus Constantius Constantini pater Christianis liberam colendi numinis dederat facultatem. Quin etiam mirabile quiddam, et dignum quod posteris tradatur, ab illo factum esse cognovi. Id autem est hujusmodi. Cum aliquando explorare vellet quinam ex numero Christianorum in palatio ipsius degentium viri boni essent, convocatis omnibus edixit ut, si quidem sacrificare, et deos perinde ac ipse colere vellent, in palatio manerent, et eumdem quem prius dignitatis obtinerent locum; sin id facere recusassent, exirent e palatio, beneficii loco ducentes quod supplicio affecti non essent. Cumque in duas partes divisi fuissent, hinc quidem religionis suæ desertores, illinc vero qui divinas res præsentibus bonis anteponebant, eos amicos et consiliarios in posterum habere decrevit, qui Deo fidem servassent. Reliquos vero, tanquam ignavos et impostores adversatus, a comitatu suo removit: ratus scilicet nunquam imperatori fidos ac devotos fore eos qui tam facile proditores Dei exstitissent. Quamobrem quandiu superstes fuit Constantius, iis qui ultra Italiam habitabant, **16** Gallis scilicet, Britannis, et qui circa Pyrenæum montem usque ad occidentalem Oceanum incolunt, nequaquam contrarium legibus visum est Christianam religionem profiteri. Postquam vero Constantinus eamdem illam imperii partem successorio jure obtinuit, res Ecclesiæ multo magis floruere.

## ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

*Ὅτι καὶ ὁ τοῦ Κωνσταντίνου πατὴρ παρεχώρει τὸ τοῦ Χριστοῦ πλατύνεσθαι ὄνομα· ὁ δὲ Μέγας Κωνσταντῖνος πανταχοῦ διαδραμεῖν παρεσκεύασε.*

Αἱ δὲ κατὰ τὴν ἀρχομένην ὑπὸ Κωνσταντίνου Ἐκκλησίαι καταθυμίως ἔπραττον, καὶ ὁσημέραι ἐπεδίδουν, εὔνου καὶ ὁμόφρονος βασιλέως εὐεργεσιῶν B ἀξιούμεναι. Ταύτας δὲ καὶ ἄλλως πρὸ τούτου διωγμῶν καὶ ταραχῆς ἀπειράτους τὸ Θεῖον ἐφύλαξε. Διωκομένων γὰρ τῶν ἀνὰ τὴν ἄλλην οἰκουμένην Ἐκκλησιῶν, μόνος Κωνστάντιος ὁ Κωνσταντίνου πατὴρ, ἀδεῶς θρησκεύειν συνεχώρησε τοῖς Χριστιανοῖς. Ἀμέλει τοιόνδε τι θαυμαστὸν καὶ συγγραφῆς ἄξιον ἔγνων εἰργάσθαι αὐτῷ. Δοκιμάσαι θέλων τίνες τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις Χριστιανῶν ἄνδρες εἰσὶ καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ, συγκαλέσας πάντας, προηγόρευσεν, εἰ μὲν ἕλοιντο θύειν καὶ θρησκεύειν ὁμοίως, ἀμφ' αὐτὸν εἶναι, καὶ ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένειν ἀξίας· εἰ δὲ παραιτήσαιντο, ἐξιέναι τῶν βασιλείων, χάριν ἔχοντας ὅτι μὴ καὶ τιμωρίας προσώφλησαν. Ἐπεὶ δὲ εἰς ἑκάτερον διεκρίθησαν, οἱ μὲν τὴν θρησκείαν προδόντες, C οἱ δὲ τῶν παρόντων τὰ θεῖα προτιμήσαντες, ἔγνω φίλοις καὶ συμβούλοις χρῆσθαι τοῖς περὶ τὸ κρεῖττον πιστοῖς διαμείνασι· τοὺς δὲ, ὡς ἀνάνδρους καὶ κοβάλους ἀπεστράφη, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ὁμιλίας ἀπεώσατο. Λογισάμενος μή ποτε ἔσεσθαι περὶ βασιλέα εὔνους, τοὺς ὧδε ἑτοίμους προδότας Θεοῦ γεγενημένους. Ἐντεῦθεν εἰκότως ἔτι Κωνσταντίνου περιόντος, οὐκ ἐδόκει παράνομον Χριστιανίζειν τοῖς Ἰταλῶν ἐπέκεινα [f], Γαλάταις τε καὶ Βρεττανοῖς, καὶ ὅσοι περὶ τὸ Πυρηναῖον ὄρος οἰκοῦσι, μέχρι τοῦ πρὸς ἑσπέραν Ὠκεανοῦ. Ἐπεὶ δὲ καὶ Κωνσταντῖνος τὴν αὐτὴν ἀρχὴν διεδέξατο, μᾶλλον διεφάνη τὰ τῆς Ἐκκλησίας πράγματα. Μαξεντίου γὰρ τοῦ Ἑρκουλίου παιδὸς ἀναιρεθέντος, καὶ τῆς αὐτοῦ μοίρας εἰς Κωνσταντῖνον ἐπιπεσούσης, ἀδεῶς ἐθρήσκευον ὅσοι τε D περὶ τὸν Θύβριν ποταμὸν ᾤκουν, καὶ τὸν Ἠριδανὸν, ὃν Πάδον οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι, καὶ τὸν Ἄκυλιν, εἰς ὃν λόγος καθελκυσθῆναι τὴν Ἀργὼ, καὶ πρὸς τὸ Τυῤῥηνῶν διασωθῆναι πέλαγος (27). Οἱ γὰρ Ἀργο-

### VALESII ANNOTATIONES.

(27) *Πρὸς τὸ Τυρηναῖον διασωθῆναι πέλαγος.* Scribendum est πρὸς τὸ Τυῤῥηνῶν, ut legitur in codice Leonis Allatii.

### VARIORUM.

dam objecisse: filium quoque ab eodem occisum esse, seu potius ab ejus fratre. Nam licet eo loci neminem nominet, constat tamen eum de Constantino loqui. (Valesius in Amm. Marcell., lib. XIV, cap. 11.) Constantinus, Fausta conjuge, ut putant, suggerente, Crispum filium ex Minervina concubina susceptum, necari jubet. Dehinc uxorem suam Faustam in balneas ardentes conjectam interemit, cum eum mater Helena dolore nimio nepotis increparet. (Victor, *in Epitome.*) Orosius necis hujus causam in occultis ponit. Factum negant Evagrius et Nicephorus, præterit Eusebius. Præceptore usus est Crispus Lactantio Firmiano.

[f] *Τοῖς Ἰταλῶν ἐπέκεινα.* Quasi partito imperio, cuncta quæ trans Alpes Galliæ sunt, Constantio commissa. (Victor, de Cæsar.)

Digitized by Google

ναῦται τὸν Αἰήτην φεύγοντες, οὐ τὸν αὐτὸν πλοῦν ἐν τῇ ἐπανόδῳ ἐποιήσαντο. Περαιωθέντες δὲ τὴν ὑπὲρ Σκύθας θάλασσαν, διὰ τῶν τῇδε ποταμῶν ἀφίκοντο εἰς Ἰταλῶν ὅρια, καὶ χειμάσαντες ἐνταῦθα, πόλιν ἔκτισαν, Ἥμονα (28) προσαγορευομένην. Τοῦ δὲ θέρους ἐπικαταλαβόντος, συμπραξάντων αὐτοῖς τῶν ἐπιχωρίων, ἀμφὶ τοὺς τετρακοσίους σταδίους ὑπὸ μηχανῆς ἕλκοντες τὴν Ἀργὼ διὰ γῆς, ἐπὶ τὸν Ἄκυλιν ποταμὸν ἤγαγον, ὃς τῷ Ἠριδανῷ συμβάλλει· Ἠριδανὸς δὲ εἰς τὴν κατὰ Ἰταλοὺς θάλασσαν τὰς ἐκβολὰς ἔχει. Μετὰ δὲ τὴν περὶ Κιβάλας μάχην (29), Δαρδάνιοί τε καὶ Μακεδόνες, καὶ ὅσοι παρὰ τὸν Ἴστρον οἰκοῦσιν, ἥ τε καλουμένη Ἑλλὰς, καὶ πᾶν τὸ Ἰλλυριῶν ἔθνος, ὑπὸ Κωνσταντῖνον ἐγένοντο.

A Maxentio enim Herculii filio interfecto, et imperii ejus sorte ad Constantinum translata, divinum numen libere coluerunt, qui vel circa Tiberim fluvium, vel circa Eridanum, quem indigenæ Padum vocant, vel juxta Aquilim habitabant : in quem navem Argo protractam esse perhibent, et in Tyrrhenum mare deductam, incolumem evasisse. Nam Argonautæ cum Æetam fugerent, non eumdem navigationis cursum in reditu tenuerunt : sed trajecto mari Scythico, per ostia fluviorum qui in illis sunt partibus, in fines Italorum venerunt : ibique hiemantes, urbem quæ Hemona dicitur, condiderunt. Æstate vero adveniente, indigenarum opera adjuti, per quadringenta circiter stadia machinis quibusdam navem Argo traxerunt per terram, eamque in fluvium Aquilim deduxerunt, qui in Eridanum influit : Eridanus vero in mare Italicum evolvitur. Cæterum post Cibalensem pugnam, Dardanii, et Macedones, et quicunque Danubium accolunt, Achaia item et universum Illyricum in ditionem Constantini venerunt.

## ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

*Περὶ τῆς διαφορᾶς μεταξὺ Κωνσταντίνου καὶ Λικινίου τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ, διὰ τοὺς Χριστιανοὺς, καὶ ὡς κατὰ κράτος νικηθεὶς Λικίνιος διεφθάρη.*

Λικίνιος δὲ μετὰ τὴν ἐνθάδε τροπὴν, πρότερον τὰ τῶν Χριστιανῶν[g] πρεσβεύων, μετεβάλετο τὴν γνώμην, καὶ πολλοὺς τότε τῶν ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ ἀρχῇ ἱερέων ἐκάκωσε· πολλοὺς δὲ καὶ τῶν ἄλλων, καὶ μάλιστα τοῦ στρατιωτικοῦ πλήθους. Σφόδρα γὰρ ἀπεχθάνετο πρὸς τοὺς Χριστιανοὺς, διὰ τὴν πρὸς Κωνσταντῖνον διαφορὰν, οἰόμενος αὐτὸν λυπήσειν ταῖς δυσπραγίαις τῆς θρησκείας· ἅμα δὲ καὶ τὰς Ἐκκλησίας ὑπολαμβάνων εὔχεσθαι, καὶ σπουδάζειν ὑπ' αὐτοῦ μόνου βασιλεύεσθαι. Πρὸς τούτοις δὲ, οἷα φιλεῖ γίνεσθαι, πάλιν εἰς μάχην καθίστασθαι μέλλων Κωνσταντίνῳ, τοῦ προσδοκωμένου πολέμου πρόνοιαν ἐποιεῖτο, διά τε σφαγίων καὶ μαντειῶν· καὶ ὑπαχθεὶς τισιν ὑπισχνουμένοις αὐτῷ κρατήσειν, εἰς Ἑλληνισμὸν ἐτράπη. Ἀμέλει τοίνυν καὶ Ἕλληνές φασιν αὐτὸν τότε ἀποπειραθῆναι τοῦ ἐν Μιλήτῳ μαντείου τοῦ

B

## CAP. VII.

*De dissensione inter Constantinum et Licinium ejus generum propter Christianos; et quomodo Licinius bello victus atque interfectus est.*

Licinius vero qui antea religionem Christianam coluerat, post cladem illic acceptam animo mutatus, multos sacerdotes qui in suis partibus degebant, graviter afflixit. Sed et alios plurimos, ac præcipue militaris ordinis viros, male multavit. Etenim ob dissidium quod ipsi erat cum Constantino, Christianis supra modum erat infensus, ex eorum calamitatibus maximum dolorem Constantino allaturum se esse sperans : simul etiam existimans, Ecclesias Christianorum id unum optare ac studere, ut illum solum imperatorem C haberent. Præterea cum iterum pugnaturus 17 esset adversus Constantinum, victimis et divinationibus ad futurum bellum se præparabat : seductusque a quibusdam qui victoriam ipsi pollicebantur, ad gentilium superstitionem descivit.

## VALESII ANNOTATIONES.

(28) *Πόλιν ἔκτισαν Οἷμον.* In codice Fuketiano scriptum est Ἥμονα cum aspiratione. De hujus urbis conditu idem refert Zosimus in libro v, ex Pisandri poetæ libro, cui titulus erat *Ἡρωϊκαὶ θεογαμίαι.* Ait enim Argonautas, cum Æetem ipsos persequentem fugerent, per Danubii ostium ingressos, adverso flumine usque ad Italiæ fines pervenisse, atque illic Emonam urbem condidisse. Deinde cum navem per quadringenta stadia terrestri itinere transportassent, ad mare Thessaliæ pervenisse. Hujus transvectionis meminit etiam Plinius in libro III, capite 18. Ejus verba hic apponam, quia Sozomeni nostri locum valde illustrant. Sic igitur se habent : *Deceptos credo, quoniam Argo navis flumine in mare Adriaticum descendit, nec procul Tergeste; nec jam constat quo flumine. Humeris travectam Alpes, diligentiores tradunt. Subiisse autem Istro, dein Savo, dein Nauporto, cui nomen ex ea causa est, inter Emonam Alpesque exorienti.* Emonæ situm habes in *Itinerario Burdigalensi.* Sita erat prope Alpes Julias, in finibus Italiæ et Norici, inter Nauportum et Savum fluvium, ut traditur in Tabula Peutingerorum. Porro tota hæc digressio de Argonautis puerilis est et inepta.

(29) *Μετὰ δὲ τὴν περὶ Κιβάλας μάχην.* Cibalensem pugnam intelligit, qua victus est Licinius, D Volusiano II et Anniano consulibus, ut scribitur in *Fastis* Idatii, anno Christi 314. Post hanc victoriam pace inter Constantinum ac Licinium facta, Constantinus universum Illyricum suæ ditioni adjunxit, ut præter Sozomenum scribit Zosimus in libro secundo.

## VARIORUM.

[g] *Πρότερον τὰ τῶν Χριστιανῶν.* Λικινίῳ συμμαχήσαντι τῷ θείῳ Κωνσταντίνῳ, καὶ ὑποκρινομένῳ δολερῶς τὸν Χριστιανισμόν. *Licinio armorum socio, et religionem Christianam dolose simulanti Constantinus Romanorum ditionis partem administrandam assignavit.* Theophanus *Chronog.*, ad annum XII Constantini M.



Digitized by Google

Gentiles certe memorant, illum tunc temporis oraculum Apollinis Didymæi quod erat in urbe Mileto consuluisse: eique de belli eventu interroganti Apollinem respondisse his Homericis versibus:

*O vetule, incursant juvenes te bellipotentes.*
*Fracta est vis tua, statque tibi ærumnosa senectus.*

Et ex multis quidem rebus deprehendi religionem Christianorum divina providentia constitutam esse, tantosque progressus fecisse: præcipue vero ex iis rebus quæ tunc gestæ sunt. Nam cum Licinius cunctas Ecclesias quæ sub ipsius ditione erant, jamjam persecuturus esset, conflatum est in Bithynia bellum illud, quod inter Constantinum ac Licinium postremum fuit. In quo Constantinus Dei auxilio in tantum adjutus est, ut hostes terra marique devicerit: et Licinius terrestri simul ac navali exercitu amisso, Nicomediæ seipsum dediderit, et privatus aliquandiu egerit Thessalonicæ, ibique tandem, interfectus sit. Vir qui initio quidem imperii, tum bello, tum pace egregius exstiterat, et nuptiis sororis Constantini fuerat honoratus: tandem vero hujusmodi exitum sortitus est quem dixi.

A Διδυμαίου Ἀπόλλωνος· ἐρομένῳ δὲ αὐτῷ περὶ τοῦ πολέμου, χρῆσαι τὸ δαιμόνιον τουτουσὶ τοὺς Ὁμηρικοὺς στίχους·

*Ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί·*
*Σὴ τε βίη λέλυται, χαλεπὸν δέ σε γῆρας ἱκάνει.*

Ἐκ πολλῶν οὖν καὶ ἄλλων ἔδοξέ μοι, τὸ δόγμα τῶν Χριστιανῶν Θεοῦ προνοίᾳ συνίστασθαι, καὶ εἰς τοσαύτην παρελθεῖν ἐπίδοσιν, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐκ τῶν τότε γενομένων. Μέλλοντι γὰρ ἤδη Λικινίῳ διώκειν πάσας τὰς ὑπ' αὐτὸν Ἐκκλησίας, συνίσταται ὁ ἐν Βιθυνίᾳ πόλεμος, ὃν τελευταῖον ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους αὐτός τε καὶ Κωνσταντῖνος. Τοσαύτῃ δὲ θείᾳ ῥοπῇ ἐχρήσατο Κωνσταντῖνος, ὡς κατὰ γῆν καὶ B θάλασσαν κρατῆσαι τῶν ἐναντίων· ἀποβαλόντα δὲ Λικίνιον τὸ πεζὸν καὶ τὰ ναυτικὸν, ἑαυτὸν ἐν Νικομηδείᾳ προδοῦναι, καὶ ἰδιώτην ἐπί τινα χρόνον διαγαγεῖν ἐν Θεσσαλονίκῃ, κἀκεῖσε ἀναιρεθῆναι. Ἄνδρα ταπρῶτα τῆς ἡγεμονίας, ἐν πολέμοις καὶ τοῖς ἄλλοις εὐδοκιμώτατον γενόμενον, καὶ τῷ γάμῳ τῆς ἀδελφῆς Κωνσταντίνου τετιμημένον, εἰς τοῦτο δὲ καταστάντα τέλους.

## CAP. VIII.

*Enumeratio eorum quæ Constantinus præclare gessit, tum Christianos liberando, tum ecclesias construendo, tum alia quædam ad utilitatem reipublicæ disponendo.*

Constantinus vero, cum jam solus Romano imperio potiretur, Romanis per Orientem degentibus publico edicto præcepit, ut Christianam religionem colerent, Deumque studiose venerarentur: solum vero eum existimarent Deum, qui et revera est, et perpetuam omni ævo habet potestatem. Nam illis quidem qui hæc studiose observarent, cuncta bona ubertim affluere solere, et quæcunque cum spe bona aggrederentur, ex animi sententia succedere: iis vero qui erga divinum numen delinquerent, tum privatim, tum publice, tam bello quam pace, omnia infeliciter cadere. Subdit deinde, non quidem se jactans, sed gratias agens Deo, sicut ipse affirmat, Deum, cum ipsum idoneum voluntatis suæ ministrum esse voluisset, a Britannico mari usque ad Orientis provincias ipsum perduxisse, ut Christianorum augeretur religio, et ii qui propter Dei cultum in confessionibus aut martyriis constantes permanserant, honoribus ac præmiis illustrarentur. Postquam ista prædicavit, aliaque plurima exposuit, **18** quibus putabat subditos ad Christianam religionem allici posse, irrita esse decernit, quæcunque temporibus eorum qui Ecclesiam persecuti fuerant, contra religionem statuta gestave fuissent: præcipitque ut libertate

## ΚΕΦΑΛ. Η'.

*Κατάλογος τῶν χρηστῶν, ὅσα Κωνσταντῖνος διεπράξατο, ἔν τε ἐλευθερίᾳ Χριστιανῶν, καὶ ναῶν οἰκοδομαῖς, καὶ ἄλλων κοινωφελῶν πραγμάτων.*

Κωνσταντῖνος δὲ, εἰς μόνον αὐτὸν πάσης τῆς Ῥω- C μαίων ἀρχῆς περιστάσης, γράμματι δημοσίῳ (30) προηγόρευσε τοῖς ἀνὰ τὴν Ἕω ὑπηκόοις, τὴν Χριστιανῶν σέβειν θρησκείαν, καὶ τὸ Θεῖον ἐπιμελῶς θεραπεύειν· Θεῖον δὲ νοεῖν μόνον, ὃ καὶ ὄντως ἐστὶ, καὶ διαρκῆ κατὰ παντὸς τοῦ χρόνου τὴν δύναμιν ἔχει. Τάδε μὲν γὰρ σπουδάζουσιν ἄφθονα πάντα τὰ ἀγαθὰ φιλεῖν προσγίνεσθαι, καὶ ἅπερ ἂν ἐγχειρῶσι, μετὰ χρηστῶν ἐλπίδων ἀπαντᾷν· τοῖς δὲ περὶ τὸ κρεῖττον ἁμαρτάνουσι, κοινῇ καὶ ἰδίᾳ ἐν πολέμοις τε καὶ εἰρήνῃ πάντα δυσχερῆ συμβαίνειν. Χάριν τε ὁμολογῶν, οὐ κομπάζων λέγειν ἰσχυρίζεται, ὡς ἐπιτήδειον ὑπηρέτην ἀξιώσας αὐτὸν εἶναι ὁ Θεὸς τῆς αὐτοῦ βουλήσεως, ἀπὸ τῆς πρὸς Βρεττανοὺς θαλάσσης, μέχρι τῶν ἑῴων χωρίων προήγαγεν, ὅπως ἡ Χριστιανῶν αὐξηθείη θρησκεία, καὶ οἱ θεραπείας Θεοῦ D ἕνεκεν καρτερικοὶ διαμείναντες ἐν ὁμολογίαις ἢ μαρτυρίαις, ἐπιφανέστεροι ταῖς τιμαῖς ἀναδειχθῶσι. Τοιαῦτα ἀναγορεύσας, καὶ ἄλλα μυρία διεξελθὼν, δι' ὧν ᾤετο τὸ ὑπήκοον πρὸς τὴν θρησκείαν ἐπάγεσθαι, ἄκυρα εἶναι ἐψηφίσατο τὰ κατὰ τῆς θρησκείας δόξαντα ἢ πεπραγμένα ἐπὶ τῶν διωξάντων τὴν Ἐκκλησίαν· ἄφεσίν τε ἔχειν πάντας ἐνομοθέτησεν, ὅσοι διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν κατεδικάσθησαν μετοικεῖν, ἢ ἐν νήσοις, ἢ ἀλλαχόσε παρὰ γνώ-

## VALESII ANNOTATIONES.

(30) *Γράμματι δημοσίῳ.* Edictum illud Constantini ad Orientales, quod Sozomenus hoc loco compendiose retulit, si quis integrum legere desiderat, habetur apud Eusebium in libro secundo de *Vita Constantini*, capite 24 et sequentibus.

Digitized by Google

μην διατρίβειν, ἢ μετάλλοις ἐμπονεῖν, ἢ δημοσίοις ἔργοις, ἢ γυναικείοις, ἢ λινυφίοις ὑπηρετεῖν, ἢ βουλευτηρίοις ἐναριθμεῖσθαι, μὴ βουλευταὶ ὄντες πρότερον. Ἀτίμοις δὲ γενομένοις τὴν ἀτιμίαν ἔλυσε. Τοῖς δὲ στρατείας τινὸς ἀφαιρεθεῖσιν, ἐν γνώμῃ εἴασεν, ἢ ἐφ' οὗπερ ἦσαν σχήματος εἶναι, ἢ μετὰ ἀφέσεως ἐντίμου ἐλευθέραν ἄγειν σχολήν. Ἐπεὶ δὲ πάντας εἰς τὴν προτέραν ἐλευθερίαν καὶ τὰς συνήθεις τιμὰς ἀνεκαλέσατο, καὶ τὰς οὐσίας αὐτοῖς ἀπέδωκεν. Εἰ δέ τινες θάνατον καταδικασθέντες τῶν ὄντων ἀφῃρέθησαν, προσέταξε τοῖς ἐγγυτέρω γένους διαφέρειν τοὺς κλήρους· μηδενὸς δὲ τούτων ὄντος, τὴν καθέκαστον ἐπιχώριον ἐκκλησίαν κληρονομεῖν· εἴτε δὲ ἰδιώτης, εἴτε τὸ δημόσιον, ἐκ τοιαύτης οὐσίας ἔχοι τι, ἀποδιδόναι. Τῶν δὲ παρὰ τοῦ ταμείου πριαμένων, ἢ δωρεὰν λαβόντων, εἰς τὸν δυνατὸν καὶ πρέποντα τρόπον προνοεῖν ὑπέσχετο. Τάδε μὲν, ὡς εἴρηται, τῷ βασιλεῖ ἔδοξε, καὶ νόμῳ ἐκυρώθη, ἀμελητί τε (31) τοῦ προσήκοντος τέλους ἐτύγχανε. Χριστιανοὶ δὲ ὡς ἐπίπαν τὰς Ῥωμαίων ἀρχὰς ἐπετρόπευον· καὶ τοῦ λοιποῦ θύειν ἀπείρητο πᾶσιν, ἢ μαντείαις καὶ τελεταῖς κεχρῆσθαι, ἢ ξόανα ἀνατιθέναι, ἢ Ἑλληνικὰς ἄγειν ἑορτάς. Πολλὰ δὲ καὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐθῶν ἠμείβετο τῆς ἀρχαιότητος. Ἀμέλει τοι, παρὰ μὲν Αἰγυπτίοις, οὐκέτι εἰς τοὺς εἰωθότας Ἑλληνικοὺς ναοὺς, εἰς δὲ τὰς ἐκκλησίας ἐξ ἐκείνου φέρεται ὁ πῆχυς, ᾧ σημαίνεται τῶν τοῦ Νείλου ὑδάτων ἡ ἐπίδοσις. Παρὰ δὲ Ῥωμαίοις, τότε πρῶτον ἡ τῶν μονομάχων [h] ἐκωλύθη θέα. Παρὰ δὲ Φοίνιξιν, οἳ τὸν Λίβανον καὶ τὴν Ἡλίου πόλιν οἰκοῦσιν, οὐκέτι θέμις ἦν ἐκπορνεύεσθαι τὰς παρθένους, πρὶν τοῖς ἀνδράσι συνελθεῖν, οἷς νομίμῳ γάμῳ συνοικεῖν εἰώθεσαν (32) [i], μετὰ τὴν πρώτην πεῖραν τῆς ἀθεμίτου μίξεως. Τῶν δὲ εὐκτηρίων οἴκων, οἱ μὲν ἀρκούντως μεγέθους ἔχοντες, ἐπανωρθοῦντο· οἱ δὲ, εἰς ἐπίδοσιν ὕψους καὶ πλάτους λαμπρῶς ἐπεσκευάζοντο. Ἑτέρωθι δὲ τὴν ἀρχὴν μὴ ὄντες, ἐκ θεμελίου ἐδημιουργοῦντο. Τὰ δὲ χρήματα ἐκ τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν ἐχορήγει ὁ βασιλεὺς, γράψας τοῖς κατὰ πόλιν ἐπισκόποις,

A potiantur, quotquot ob confessionem Christi damnati essent exsilio, aut in insulis aliisve locis contra voluntatem suam degere jussi; quotquot item aut in metallum dati, aut ad opus publicum condemnati, aut gynæceis aut textrinis ministrare coacti, aut curiis mancipati, cum antea curiales non essent. Eos præterea qui infamia notati fuerant, infamia liberavit. Quibus vero ordo cujuspiam militiæ ademptus fuerat, liberum iis reliquit, ut vel pristinum locum recuperarent, vel cum honesta missione otio liberali fruerentur. Cumque omnes ad priorem libertatem et consuetos honores revocasset, facultates etiam suas iis reddidit. Quod si qui morte damnati bonis spoliati fuissent, præcepit ut genere proximis hæreditas eorum B deferretur : sin nemo ex proximis superesset, singulæ cujusque loci ecclesiæ hæredes essent : et ut sive privatus quispiam, sive respublica, aliquid ex ejusmodi bonis possideret, statim restitueret. His vero qui aut a fisco ea emissent, aut dono accepissent, quoad fieri posset competenti ratione prospecturum se promisit. Hæc, ut dixi, ab imperatore constituta, et lege confirmata sunt, ac sine ulla mora executioni mandata. Jam vero cunctos magistratus imperii Romani, fere Christiani administrabant : vetitumque erat universis, ne in posterum sacrificarent, neve vates consulerent, aut mysteriis initiarentur, aut simulacra dedicarent, aut festos gentilium dies cele- C brarent. Multi quoque civitatum vetustissimi ritus immutati sunt. Denique ex eo tempore apud Ægyptios cubitus Nili, quo incrementum aquarum ejus fluminis notari solet, non amplius in gentilium templa, sicut mos erat, sed in ecclesias defertur. Apud Romanos vero interdicta fuerunt gladiatorum spectacula. Jam vero apud Phœnices qui Libanum et Heliopolim incolunt, fas amplius non fuit scortari virgines, priusquam viris jungerentur; quibus legitimo connubio tunc demum sociabantur,

## VALESII ANNOTATIONES.

(31) *Ἀμελητί τε.* In codice Leonis Allatii scriptum est ἀμέλλητι, rectius sine dubio; atque ita Savilius in suo codice emendaverat.

(32) *Οἷς νομίμῳ γάμῳ συνοικεῖν εἰώθασι.* Codex Leonis Allatii scriptum habet οἷς νόμῳ γάμου. Pro εἰώθασι vero codex Fuketianus habet εἰώθεσαν, quod magis probo.

## VARIORUM.

[h] *Πρῶτον ἡ τῶν μονομάχων* — Ut maxime etiam gentilium nonnulli crudele hoc et inhumanum gladiatorum spectaculum jam olim damnarint, vide Cic. II *Tusc. Quæst.*; posteaque in republ. Romana eo ventum, ut hi ludi coercerentur, definitis videlicet iis qui hæc spectacula edere possent, numero etiam gladiatorum definito; coercito denique sumptu ad munera : item etsi non nemo principum gentilium hæc cruenta spectacula omnifariam temperaverit, ut de Marco Antonino referunt Capitolinus et Dio ; attamen inveterata licentia perrupit omnia septa, seroque ad id ventum, ut gladiatoria spectacula tollerentur; non a Nerva imp., quem Zonaræ lapsum jam Lipsius recte notavit ; non ab aliis gentilibus imperatoribus. Constantino M. Christiano principi hoc laudabile opus reservatum : ad D quod eum non obscure hortatur Lactantius *Instit. divin.*, lib. VI, cap. 20. Facta est autem hæc prohibitio anno 325, tempore concilii Nicæni, non quidem per totum orbem Romanum, verum in Oriente, ac nominatim per Phœnicen Beryti, ubi hæc lex proposita est. Gothofred., in *Theodos. Cod.* XV, tit. *De gladiatoribus*, l. 1.

[i] *Οἷς νομίμῳ γάμῳ συνοικεῖν εἰώθεσαν.* Idem de Lydis perhibet Herodotus in *Clio*, pag. 40 edit. Gale. Τοῦ γὰρ δὴ Λυδῶν δήμου αἱ θυγατέρες πορνεύονται πᾶσαι, συλλέγουσαι σφίσι φερνάς· ἐς ὃ ἂν συνοικήσουσαι τοῦτο ποιέουσαι· ἐκδιδόασι δὲ αὐταὶ ἑωυτάς· *Lydorum enim filiæ omnes meretricantur, atque hoc quæstu tantisper dotem colligunt dum nupserint : se autem ipsæmet locant.*

Digitized by Google

postquam illicitum concubitum expertæ fuissent. Ad hæc ecclesiæ, eæ quidem quæ satis amplæ erant, reficiebantur : aliæ vero incremento latitudinis
19 et altitudinis accepto, splendidiores fiebant. Alibi vero novæ a fundamentis exstruebantur, ubi antea non fuissent. Pecunias autem ex regalibus thesauris imperator suppeditabat, scriptis litteris, partim ad episcopos, partim ad rectores provinciarum : ad illos quidem, ut quod ipsis libitum esset imperarent : ad hos vero, ut obtemperarent episcopis, iisque studiose obsequerentur. Cum autem imperium ejus in prospero statu esset, una cum imperio etiam religio florebat. Certe post bellum adversus Licinium, adeo felix ac fortunatus fuit in præliis adversus Barbaros, ut et Sarmatas et Gothos devicerit : tandemque summi beneficii loco fœdus cum illis percusserit. Porro ista gens tunc quidem temporis trans Danubium habitabat. Et cum esset bellicosissima, ac tum ob multitudinem, tum ob corporum magnitudinem in armis semper exercitata, aliis quidem Barbaris superior erat : solos autem Romanos æmulos habebat. Fertur porro in hoc bello cum maxime declaratum esse Constantino per signa ac somnia, quantam ipsius curam Deus gereret. Cum igitur omnibus bellis quæ sub ejus imperio contigerunt, victoriam reportasset, velut certans in referenda Christo gratia, suum erga illius religionem studium atque affectum rependit; subditos suos adhortans, ut eam solam colerent ac salutarem judicarent. Quinetiam ex tributis annuis certam pensionem eximens fisco, Ecclesiis et clero cujusque loci distribui jussit : eamque donationem omni in posterum ævo ratam firmamque esse, lege sanxit. Porro ut milites ad Deum pari cum ipso ratione colendum assuefaceret, eorum arma crucis effigie insignivit; et in palatio ecclesiam ædificavit : et quoties ad bellum proficisceretur, tabernaculum ad ecclesiæ similitudinem fabricatum circumferre

A καὶ τοῖς ἡγουμένοις τῶν ἐθνῶν, τοῖς μὲν ἐπιτάττειν ὅ τι βούλοιντο· τοὺς δὲ πειθαρχεῖν, καὶ σπουδαίως ὑπηρετεῖσθαι τοῖς ἱερεῦσιν. Εὐημερούσης δὲ αὐτῷ τῆς ἀρχῆς, συνεπεδίδου ἡ θρησκεία. Ἐπὶ τοσοῦτον δὲ καὶ μετὰ τὸν πρὸς Λικίνιον πόλεμον ἐπιτευκτικὸς ἐγένετο ἐν ταῖς κατὰ τῶν ἀλλοφύλων μάχαις, ὡς καὶ Σαυροματῶν κρατῆσαι, καὶ τῶν καλουμένων Γότθων, καὶ τὸ τελευταῖον, ἐν μέρει χάριτος σπείσασθαι πρὸς αὐτούς. Τοῦτο δὲ τὸ ἔθνος ᾤκει μὲν τότε πέραν Ἴστρου ποταμοῦ· μαχιμώτατον δὲ τυγχάνον, καὶ πλήθει, καὶ μεγέθει σωμάτων, ἐν ὅπλοις ἀεὶ παρεσκευασμένον, τῶν μὲν ἄλλων Βαρβάρων ἐκράτει· μόνους δὲ Ῥωμαίους ἀνταγωνιστὰς εἶχεν. Οὐχ ἥκιστα δὲ λέγεται καὶ τοῦτον τὸν πόλεμον ἐπιδεῖξαι Κωνσταντίνῳ διὰ σημείων καὶ ὀνειράτων, ὅσης θειόθεν
B ἠξίωτο προνοίας. Κρατήσας δὲ πάντων τῶν ἐπ' αὐτοῦ συμβάντων πολέμων, καθάπερ ἀντιφιλοτιμούμενος τὸν Χριστὸν, ἠμείβετο τῇ περὶ τὴν θρησκείαν σπουδῇ· ταύτην μόνην πρεσβεύειν, καὶ σωτήριον ἡγεῖσθαι, τοὺς ἀρχομένους προτρέπων. Ἐκ δὲ τῆς οὔσης ὑποφόρου γῆς, καθ' ἑκάστην πόλιν ἐξελὼν τοῦ δημοσίου ῥητὸν τέλος, ταῖς κατὰ τόπον ἐκκλησίαις καὶ κλήροις ἀπένειμε, καὶ τὴν δωρεὰν εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον κυρίαν εἶναι ἐνομοθέτησε. Προσεθίζων δὲ τοὺς στρατιώτας ὁμοίως αὐτῷ τὸν Θεὸν σέβειν, τὰ τούτων ὅπλα τῷ συμβόλῳ τοῦ σταυροῦ κατεσήμαινε, καὶ ἐν τοῖς βασιλείοις εὐκτήριον οἶκον κατεσκεύασε· καὶ σκηνὴν εἰς ἐκκλησίαν εἰκασμένην περιέφερεν, ἡνίκα πολεμίοις ἐπεστράτευεν· ὥστε μηδὲ ἐν ἐρημίᾳ
C διάγοντα αὐτὸν, ἢ τὴν στρατιὰν, ἱεροῦ οἴκου ἀμοιρεῖν, ἐν ᾧ δέοι τὸν Θεὸν ὑμνεῖν καὶ προσεύχεσθαι (33), καὶ μυστηρίων μετέχειν. Συνείποντο γὰρ καὶ ἱερεῖς καὶ διάκονοι τῇ σκηνῇ προσεδρεύοντες, οἳ κατὰ τὸν νόμον τῆς Ἐκκλησίας, τὴν περὶ ταῦτα τάξιν ἐπλήρουν. Ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ τὰ Ῥωμαίων τάγματα, ἃ νῦν ἀριθμοὺς καλοῦσιν, ἕκαστον ἰδίαν σκηνὴν κατεσκευάσατο, καὶ ἱερέας καὶ διακόνους ἀπονενεμημένους ἔχειν (34). Τὴν δὲ Κυριακὴν καλουμένην ἡμέραν 1,

## VALESII ANNOTATIONES.

(33) *Ἐν ᾧ δέοι προσεύχεσθαι.* In codice Fuketiano scriptum inveni δέον, quemadmodum et Savilius ad oram sui codicis emendarat ex Christophorsoni libro.

(34) *Ἀπονενεμημένους ἔχειν.* In codice Leonis Allatii legitur ἀπονενεμημένους εἶχε. Magis tamen probo scripturam codicis Fuketiani ἀποτεταγμένους. Similiter hodie apud nos singulæ legiones suos habent presbyteros, quos eleemosynarios vocant, qui missarum solemnia celebrent, et sacramenta ministrent militantibus. Porro τάγματα hoc loco cohortes interpretatur Epiphanius. Sane vox Latina, *numeri*, tam de cohortibus, quam de legionibus dicitur, ut videre est in Glossario Joannis Meursii.

## VARIORUM.

1 *Τὴν δὲ Κυριακὴν καλουμένην ἡμέραν.* Non abs re fore puto, octo Constitutionum quæ de die Dominica seu Solis in Cod. Theodos. et Justin. occurrunt, breve quasi Chronicon adjicere. 1° Constantinus M. mense Martio, A. D. 321, otio diem Solis mancipavit, et juridicis actibus exemit, Cod. Just., *De feriis*, leg. 2 : *Omnes judices, urbanæ plebes, et cunctarum artium officia, venerabili die Solis quiescant. Ruri tamen positi agrorum culturæ libere libenterque inserviant ; quoniam frequenter evenit ut non aptius alio die frumenta sulcis, aut vineæ scrobibus mandentur, ne occasione momenti pereat commoditas cœlesti provisione concessa.* 2°
D Idem mense Junio ejusdem anni, voluntariæ quoque jurisdictionis actus, seu emancipationes et manumissiones, die Dominica licitos esse jussit 3° Valentin. Senior, A. D. 168, exactiones eo die a Christianis fieri vetuit, Cod. Theod., leg. 1, *De exsecutoribus*, quæ prohibitio repetita leg. 10, *De exactionibus*. 4° Valentin. Junior, A. D. 386, generaliter et indistincte omnes omnino lites, omnia negotia quiescere jussit, etiam ob debitum publicum, etiam apud arbitros compromissarios. sub pœna sacrilegii; leg. 3 *De exsecutoribus*, et leg. 13 *De exactionibus*. 5° Idem A. D. 389, juridicis iterum diebus eum exemit, leg. 2, ejusd. tit. 6° Theo-

Digitized by Google

ἣν Ἑβραῖοι πρώτην τῆς ἑβδομάδος ὀνομάζουσιν, Ἕλληνες δὲ ἡλίῳ ἀνατιθέασι, καὶ τὴν πρὸ τῆς ἑβδόμης, ἐνομοθέτησε δικαστηρίων καὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων σχολὴν ἄγειν πάντας, καὶ ἐν εὐχαῖς καὶ λιταῖς τὸ Θεῖον θεραπεύειν. Ἐτίμα δὲ τὴν Κυριακὴν, ὡς ἐν ταύτῃ τοῦ Χριστοῦ ἀναστάντος ἐκ νεκρῶν· τὴν δὲ ἑτέραν, ὡς ἐν αὐτῇ σταυρωθέντος. Πάνυ γὰρ πολὺ σέβας εἶχε τοῦ θείου σταυροῦ, ἔκ τε τῶν ὑπαρξάντων αὐτῷ τῇ ἐνθένδε ῥοπῇ ἐν ταῖς κατὰ τῶν ἐναντίων μάχαις, καὶ ἐκ τῆς συμβάσης αὐτῷ περὶ τούτου θεοσημείας. Ἀμέλει τοι πρότερον νενομισμένην Ῥωμαίοις τὴν τοῦ σταυροῦ τιμωρίαν, νόμῳ ἀνεῖλε τῆς χρήσεως τῶν δικαστηρίων (35). Πλαττομένῳ τε ἐν νομίσμασι καὶ εἰκόσι γραφομένῳ, ἐκέλευσεν ἀεὶ συγγράφεσθαι, καὶ συντυποῦσθαι τοῦτο τὸ θεῖον σύμβολον. Καὶ μαρτυροῦσιν εἰς ἔτι νῦν εἰκόνες αὐτοῦ, ἐπὶ τούτου οὖσαι τοῦ σχήματος. Ἐν ἅπασι μὲν, νομοθετῶν δὲ μάλιστα, ἐσπούδαζε θεραπεύειν τὸ Θεῖον. Φαίνεται γοῦν τὰς ἀκολάστους καὶ καταβεβλαχευμένας μίξεις (36), πρὸ τούτου μὴ κωλυομένας, ἐπανορθώσας· ὡς ἐξ αὐτῶν συνιδεῖν ἔστι τῶν περὶ τούτων κειμένων νόμων, εἴ τῳ τοῦτο ἐπιμελὲς τυγχάνει. Νυνὶ γὰρ περὶ τὸ τέλειον (37) τοῦτο ποιεῖν, οὐκ εὔκαιρον εἶναί μοι δοκεῖ. Τὰ δὲ ἐπὶ τιμῇ καὶ συστάσει τῆς θρησκείας νενομοθετημένα, πρὸς τοῖς εἰρημένοις διεξελθεῖν ἀναγκαῖον, μέρος ὄντα τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας. Ἄρξομαι δὲ ἐντεῦθεν.

A consueverat : ita ut ne quidem in solitudine constitutus, tam ipse, quam exercitus ejus sacra æde careret, in qua Deum laudare, ac preces fundere, et sacra mysteria percipere possent. Sequebantur enim sacerdotes et diaconi tabernaculo assidentes, qui juxta Ecclesiæ ritum ejusmodi officia obirent. Atque ex eo tempore, Romanorum legiones, quæ nunc numeri vocantur, singulæ proprium sibi tabernaculum facere cœperunt, et sacerdotes ac diaconos proprios ac peculiares habere. Præterea diem Dominico, quem Hebræi quidem **20** primum Sabbati appellant, gentiles vero soli consecraverunt, et eo qui Sabbatum antecedit, cunctos a judiciis aliisque negotiis feriari præcipit, precibusque ac supplicationibus Deum colere. Ac Dominicum quiB dem diem ideo honoravit, quod Christus eo die a mortuis surrexisset : diem vero qui Sabbatum antecedit, eo quod Christus crucifixus tum fuisset. Crucem enim divinam maximo cultu veneratus est, tum ob victorias quas ejus ope retulerat in præliis adversus hostes, tum ob signum quod de illa ostensum ipsi divinitus fuerat. Denique supplicium crucis, quod apud Romanos antea erat usitatum, lege lata sustulit. Quinetiam quotiescunque aut in nummis imago ejus insculperetur, aut in tabulis pingeretur, semper divinum hoc signum una cum ipso sculpi ac depingi præcepit. Idque etiamnum testantur imagines illius in hunc modum expressæ. Ac in omnibus quidem dictis suis et factis divinum numen colere studebat : præcipue vero cum leges ferret. Intemperantes certe et dissolutos concubitus, antea minime prohibitos, coercuit, sicut ex legibus quæ de illis latæ sunt deprehendere licet, si cui forte id curæ fuerit. Inpræsentiarum enim accurate id persequi, intempestivum mihi videtur. Ea vero quæ ad honorem et confirmationem religionis ab illo sancita sunt, præter illa quæ jam dixi, commemorare necessarium puto, quippe quæ non minima pars sint ecclesiasticæ historiæ. Hinc autem initium sumam.

C

## ΚΕΦΑΛ. Θ'.

*Ὅτι καὶ νόμον ἔθετο ὁ Κωνσταντῖνος, συντελεῖν τοῖς παρθενίαν ἀσκοῦσι καὶ κληρικοῖς.*

Νόμος ἦν Ῥωμαίοις παλαιὸς (38), ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν, τῶν ἴσων ἀξιοῦσθαι κωλύων τοὺς ἀγά-

## CAP. IX.

*Quomodo Constantinus legem tulerit pro continentibus et clericis.*

Vetus lex fuit apud Romanos, quæ vetabat ne cœlibes ab anno ætatis quinto ac vicesimo, pari

### VALESII ANNOTATIONES.

(35) *Ἀνεῖλε τῆς χρήσεως τῶν δικαστηρίων.* Quatuor ultima verba delent Christophorsonus et Savilius; nec certe videntur admodum necessaria.

(36) *Τὰς ἀκολάστους καὶ καταβεβλαχευμένας μίξεις.* Quæ sint hæ conjunctiones intemperantes ac dissolutæ, quas lege lata primus cohibuit Constantinus, non satis constat. Utinam Sozomenus eas apertius designasset. Existimo tamen a Sozomeno hic intelligi legem Constantini, *De raptu virginum et viduarum*, quæ legitur in Codice Theodosiano libro IX, tit. 24. Ante hanc legem Constantini, qui virginem aut viduam rapuisset, a postulationibus tantum ac testimoniis et judiciis arcebatur, si puella quam rapuerat, assensum suum postea denegasset : sed si responsione sua raptoris facinus approbasset, ab omni pœna immunis erat raptor. Primus Constantinus raptores capitali supplicio affici statuit, eosque qui ministerium raptui præbuissent, eodem supplicio plecti : ac si servilis conditionis essent, vivos comburi decrevit.

(37) *Νυνὶ γὰρ περὶ τὸ τέλειον.* In codice Fuketiano scriptum inveni νυνὶ γὰρ ἐπὶ τὸ τέλος, etc. D Christophorsonus quoque et Savilius τέλος in suis libris repererunt. Ego locum ita corrigendum esse existimo, νυνὶ δὲ ἐπὶ τὸ τέλειον περὶ τοῦτο πονεῖν, οὐκ εὔκαιρον εἶναί μοι δοκεῖ. Potest etiam scribi εἰς τὸ τέλειον, quod idem est.

(38) *Νόμος ἦν Ῥωμαίοις παλαιός.* Hunc Sozomeni locum jampridem exposuit Lipsius in Commentariis ad librum III *Annalium* Taciti, ubi fuse disserit de lege Papia Poppæa. Vide Eusebium in libro quarto de *Vita Constantini*, cap. 26.

### VARIORUM.

dosius M. A. D. 379, vel mox postea, spectacula die Solis edi vetuit; quod indicat lex 2 *De spectaculis.* 7° Idem, A. D. 386, eamdem jussionem iteravit, *ibid.* 8° Theodosius Junior A. D. 425, spectacula Solis die per universas urbes vetuit; l. *Dominico*, ult. *De spectaculis.* Gothofred. in Cod. Theod. tit. *De feriis*, leg. 1. Porro, quomodo Constantinus M. diem Dominicum et sextam feriam honorari præcepit, videatur Eusebius in ejus Vit., lib. IV, cap. 18.

Digitized by Google

essent cum maritis, tum in aliis plurimis rebus, tum in eo, ut nihil ex testamento caperent qui non essent genere proximi. Orbos vero multabat dimidia parte bonorum, quæ ipsis relicta erant. Tulerant hanc legem veteres Romani, cum sperarent futurum hac ratione, ut urbs Roma et reliquæ provinciæ imperii Romani hominum multitudine abundarent. Etenim paulo ante hanc legem quamplurimos homines amiserant, bellis civilibus absumptos. Cum igitur animadverteret imperator, eos qui virginitatem **21** et orbitatem propter amorem Dei consectarentur, ob id pejore loco esse; stultum esse existimavit, credere humanum genus humana posse cura ac diligentia amplificari: cum natura juxta Dei dispensationem, semper aut detrimentum accipiat aut incrementum. Itaque legem dedit ad populum, ut cœlibes et orbi pari jure quo reliqui omnes fruerentur. Quinetiam lege sanxit, ut qui in virginitate et continentia vitam agerent, privilegio aliquo potirentur: liberam ipsis facultatem largitus tam masculis quam feminis, licet adhuc impuberes essent, testamentum faciendi, contra morem qui ubique in imperio Romano observatur. De omnibus enim rebus recte consulere ac disponere censuit eos, quibus id unum opus studiumque esset, ut Deum assidue colerent, et philosophiæ vacarent. Nam et ob eamdem causam veteres Romani legem tulerunt, ut virgines Vestæ sexto etiam ætatis anno testamentum facere possent. Fuit hoc etiam argumentum vel maximum reverentiæ quam pius princeps erga religionem gerebat. Nam et omnes ubique clericos immunitate donavit, lege hac de re specialiter data; et litigantibus permisit, ut ad episcoporum judicium provocarent, si magistratus civiles rejicere vellent: eorum autem sententia rata esset, aliorumque judicum sententiis prævaleret, perinde ac si ab imperatore ipso data fuisset: utque res ab episcopis judicatas, rectores provinciarum eorumque officiales exsecutioni mandarent: postremo, ut conci-

A μους τοῖς μὴ τοιούτοις, περὶ ἄλλα τε πολλὰ, καὶ τὸ μηδὲν κερδαίνειν ἐκ διαθήκης τοὺς μὴ γένει ἐγγυτάτω προσήκοντας (39)· τοὺς δὲ ἄπαιδας ζημιῶν τὸ ἥμισυ τῶν καταλελειμμένων. Ἔθεντο δὲ τοῦτον οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι, πολυάνθρωπον ἔσεσθαι τὴν Ῥώμην καὶ τὴν ὑπήκοον οἰόμενοι, καθότι οὐ πρὸ πολλοῦ τοῦ νόμου, ἔτυχον ἀποβαλόντες τὰ σώματα ἐν ἐμφυλίοις πολέμοις. Ὁρῶν οὖν ὁ βασιλεὺς παρὰ τοῦτο χεῖρον πράττοντας τοὺς παρθενίαν καὶ ἀπαιδίαν διὰ Θεὸν ἀσκοῦντας, εὔηθες ἐνόμισεν (40), ἐξ ἐπιμελείας καὶ σπουδῆς ἀνθρώπων δύνασθαι τὸ τούτων γένος αὔξειν, τῆς φύσεως ἀεὶ κατὰ τὴν ἄνωθεν ἐπιμέτρησιν, καὶ φθορὰν καὶ αὔξησιν δεχομένης. Καὶ νόμον τῷ δήμῳ προσεφώνησεν, ὥστε ἐπίσης πάντων (41) τῶν ὁμοίων ἀπολαύειν τοὺς ἀγάμους καὶ B ἄπαιδας· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πλέον ἔχειν ἐνομοθέτησε τοὺς ἐν ἐγκρατείᾳ καὶ παρθενίᾳ βιοῦντας, ἄδειαν αὐτοῖς δοὺς ἄῤῥεσί τε καὶ θηλείαις, καὶ ἀνήβοις οὖσι διατίθεσθαι, παρὰ τὸ κοινῇ κρατοῦν ἐν τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ. Περὶ πάντων γὰρ εὖ βούλεσθαι ᾠήθη, οἷς ἔργον ἀεὶ τὸ Θεῖον θεραπεύειν, καὶ φιλοσοφίαν ἀσκεῖν. Ἐπεὶ τούτου χάριν καὶ οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι ἀδεῶς διατίθεσθαι τὰς ἑστιακὰς παρθένους καὶ ἑξαετεῖς οὔσας, ἐνομοθέτησαν. Τεκμήριον δὲ κἀκεῖνο μέγιστον τῆς τοῦ βασιλέως περὶ τὴν θρησκείαν αἰδοῦς. Τοὺς μὲν γὰρ πανταχῇ κληρικοὺς [k] θέσει νόμου ἀτελεῖς ἀνῆκε· τῶν δὲ ἐπισκόπων ἐπικαλεῖσθαι τὴν κρίσιν ἐπέτρεψε τοῖς δικαζομένοις, ἢν βούλωνται τοὺς πολιτικοὺς ἄρχοντας παραιτεῖσθαι· κυρίαν δὲ C εἶναι τὴν αὐτῶν ψῆφον, καὶ κρείττω τῆς τῶν ἄλλων δικαστῶν, ὡσανεὶ παρὰ τοῦ βασιλέως ἐξενεχθεῖσαν· εἰς ἔργον δὲ τὰ κρινόμενα ἄγειν τοὺς ἄρχοντας, καὶ τοὺς διακονουμένους αὐτοῖς στρατιώτας· ἀμετατρέπτους τε εἶναι τῶν συνόδων τοὺς ὅρους. Εἰς τοῦτο δὲ με προελθόντα γραφῆς, ἄξιον μὴ παραλιπεῖν τὰ νενομοθετημένα ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐλευθερουμένων. Ὑπὸ γὰρ ἀκριβείας νόμων, καὶ ἀκόντων τῶν κεκτημένων, πολλῆς δυσχερείας οὔσης περὶ τὴν κτῆσιν τῆς ἀμείνονος ἐλευθερίας, ἣν πολιτείαν Ῥωμαίων καλοῦσι, τρεῖς ἔθετο νόμους [l], ψη-

## VALESII ANNOTATIONES.

(39) *Τοὺς μὴ γένει ἐγγυτάτω προσήκοντας*. Epiphanius Scholasticus et reliqui interpretes, uno consensu negativam particulam sustulerunt: quibus tamen non assentior. Cœlibes enim non ita D multavit lex Papia ut nihil ex testamento cujuspiam capere possent: sed hanc tantum pœnam in eos statuit, ut nihil capere possent ex testamento extraneorum, non autem ex testamentis proximorum. Atque hæc fuit etiam sententia Justi Lipsii, ut videre est in ejus commentariis. Nicephorus quoque in libro VII, capite 47, negativam particulam habet.

(40) *Εὔηθες ἐνόμισεν*. Supplendum est hoc loci verbum νομίζειν, hoc modo: εὔηθες ἐνόμισεν εἶναι, νομίζειν ἐξ ἐπιμελείας, etc.

(41) *Ὥστε ἐπίσης πάντων*. Scribendum puto ἐπίσης πᾶσι. Et paulo post εὖ βουλεύεσθαι.

## VARIORUM.

[k] *Τοὺς μὲν γὰρ κληρικούς*. — Hujusmodi Constitutionis meminit ipse Constantinus in *Epistola ad episcopos Numidiæ*, quam Pithœus edidit, quamque Baronius *Annalibus* suis indidit, A. D. 316, n. 64. Eusebius vero nominatim, *Hist. eccles.*, lib. X, c. 7, Constantini legem seu epistolam de immunitate clericorum Ecclesiæ catholicæ, ad Anulinum proconsulem Africæ memorat: ubi ipsissima verba occurrunt, quæ continentur in Cod. Theodos. tit. *De episcopis*, leg. 2: *Qui divino cultui ministeria religionis impendunt* (id est, *hi qui clerici appellantur*), *ab omnibus omnino muneribus excusentur: ne sacrilego livore quorumdam, a divinis obsequiis avocentur. Dat.* XII *Kal. Nov. Constantino* V *et Licinio coss. A. D.* 319. Hæc autem Ant. Pagi refert ad ann. 330, n. X.

[l] *Τρεῖς ἔθετο νόμους*. Unam ex hisce legibus Regino abbas Prumiensis citat his verbis: *Imperator Constantinus Aug. Osio episcopo Cordubensi: Qui manumittendi in sacrosancta Ecclesia habuerit*

Digitized by Google

φισάμενος πάντας τοὺς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐλευθερουμένους ὑπὸ μάρτυσι τοῖς ἱερεῦσι, πολιτείας Ῥωμαϊκῆς τυγχάνειν. Ταύτης τῆς εὐσεβοῦς ἐφευρέσεως εἰς ἔτι νῦν ὁ χρόνος φέρει τὸν ἔλεγχον· ἔθους κρατοῦντος τοὺς περὶ τούτου νόμους προγράφεσθαι ἐν τοῖς γραμματείοις τῶν ἐλευθεριῶν. Ὁ μὲν δὴ Κωνσταντῖνος τοιαῦτα ἐνομοθέτει, καὶ διὰ πάντων ἐσπούδαζε τὴν θρησκείαν γεραίρειν· ἦν δὲ καὶ καθ' ἑαυτὴν εὐκλεής, διὰ (42) τὴν ἀρετὴν τῶν τότε μετιόντων αὐτήν.

A liorum decreta firma et inconcussa essent. Sed quoniam eo usque progressa est oratio, consentaneum fuerit ea quoque commemorare, quæ ab illo constituta sunt ad utilitatem eorum qui in ecclesiis manumittuntur. Nam cum ob nimiam legum severitatem, potior libertas, quam Romanam civitatem vocant, etiam volentibus dominis difficile admodum acquireretur, tres tulit leges, quibus constituit, ut quicunque in ecclesia sub testimonio sacerdotum libertate donati essent, civitatem Romanam consequerentur. Hujus piæ institutionis indicium ætas nostra adhuc retinet : cum moris sit, ut leges hac de re scriptæ præfigantur in tabulis manumissionum. Et hæc quidem sanxit Constantinus, et religionem Christianam modis omnibus ornare studuit. Ea vero et per se ipsa illustris erat, ob virtutem eorum qui tunc temporis illam profitebantur.

### ΚΕΦΑΛ. Ι'.

*Περὶ τῶν ἔτι τῷ βίῳ περιόντων μεγάλων ὁμολογητῶν.*

B Ἄλλοι τε γὰρ πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ Χριστιανῶν ἦσαν τότε, ἐναγχός τε τῶν διωγμῶν πεπαυμένων, εἰσέτι πλεῖστοι τῶν ὁμολογητῶν τῷ βίῳ περιόντες, τὰς Ἐκκλησίας ἐσέμνυνον· ὡς ὁ Ὅσιος Κουρδούβης ἐπίσκοπος, καὶ Ἀμφίων ὁ Ἐπιφανίας τῆς Κιλίκων (43), καὶ Μάξιμος ὁ μετὰ Μακάριον τὴν Ἐκκλησίαν τῶν Ἱεροσολύμων ἐπιτραπείς, καὶ Παφνούτιος ὁ ἐξ Αἰγύπτου· δι' οὗ φασι πλεῖστα θαυματουργῆσαι τὸ Θεῖον, δαιμόνων τε κρατεῖν, καὶ ποικίλων παθημάτων ἰάσεις αὐτῷ χαρισάμενον. Ἐγένοντο δὲ Παφνούτιος οὗτος, καὶ Μάξιμος ὁ δηλωθείς, ἐξ ἐκείνων τῶν ὁμολογητῶν, οὓς Μαξιμῖνος ἐν τοῖς μετάλλοις ἐργάζεσθαι κατεδίκασε, τοὺς δεξιοὺς αὐτῶν ἐκκόψας ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς ἀριστερὰς ἀγκύλας ἀποτεμών.

### 22 CAP. X.

*De maximis confessoribus qui adhuc superstites erant.*

Nam et alii plures per id tempus probi Christiani vivebant : et recens sedatis persecutionibus, multi adhuc ex confessoribus superstites, Ecclesias illustrabant. Hosius scilicet episcopus Cordubæ, Amphion, Epiphaniæ quæ est in Cilicia, Maximus qui post Macarium Ecclesiæ Hierosolymitanæ curam suscepit; Paphnutius denique Ægyptius, per quem Deus multa fertur edidisse miracula, largitus ei ut dæmones expelleret, et varios morbos curaret [1]. Porro tam Paphnutius iste, quam Maximus supra memoratus, erant ex numero eorum confessorum, quos Maximinus ad opus in metallis faciendum C damnaverat, cum dextros ipsis oculos prius effodisset et sinistras suffragines incidisset.

### ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

*Διήγησις περὶ τοῦ ἁγίου Σπυρίδωνος, καὶ περὶ τῆς αὐτοῦ μετριοφροσύνης καὶ καταστάσεως.*

Κατὰ τούτους δὲ γενέσθαι παρειλήφαμεν καὶ Σπυρίδωνα τὸν Τριμυθοῦντος τῆς Κύπρου ἐπίσκοπον· οὗ τὴν ἀρετὴν ἐπιδεῖξαι, τὴν ἔτι κρατοῦσαν περὶ αὐτοῦ φήμην ἀρκεῖν ἡγοῦμαι. Τῶν δὲ δι' αὐτοῦ σὺν θείᾳ ῥοπῇ γενομένων, τὰ μὲν πλεῖστα, ὥς γε εἰκός, οἱ ἐπιχώριοι ἴσασιν· ἐγὼ δὲ τὰ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα οὐκ ἀποκρύψομαι. Ἐγένετο γὰρ οὗτος ἄγροικος, γαμετὴν καὶ παῖδας ἔχων· ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο τὰ θεῖα χείρων. Φασὶ δέ ποτε νύκτωρ ἐλθεῖν κακούργους ἄνδρας ἐπὶ τὴν αὐλὴν τῶν αὐτοῦ προβάτων, καὶ κλέψαι ἐπιχειρήσαντας, ἐξαπίνης γενέσθαι δεσμίους, μηδενὸς δήσαντος. Ἅμα δὲ ἡμέρᾳ παραγενόμενον αὐτὸν, πεπεδημένους εὑρεῖν τούτους, καὶ λῦσαι μὲν τῶν ἀοράτων δεσμῶν· μέμψασθαι δέ, ὅτι ἐξὸν πεῖσαι

### CAP. XI.

*Narratio de sancto Spyridone, et de ejus modestia ac tranquillitate.*

Iisdem temporibus Spyridonem quoque Trimythuntis in Cypro episcopum vixisse accepimus : ad cujus virtutem declarandam, sufficere arbitror famam quæ de illo etiamnum viget [2]. Miracula vero quæ ab illo divina ope perpetrata sunt, plurima quidem, ut credi par est, norunt indigenæ. Ego vero ea quæ ad notitiam meam pervenerunt, nequaquam reticebo. Rusticus hic fuit, uxorem habens et liberos : sed non ideo in rebus quæ ad Deum spectant, inferior. Aiunt autem improbos quosdam D homines aliquando ad ejus ovile venisse noctu ; ovesque subripere aggressos, repente vinculis constrictos esse, cum tamen nemo eos vinxisset. Orto autem die, ipsum ad ovile venientem vinctos eo

[1] Euseb., *Hist.* lib. VIII, c. 12. [2] Socr. lib. I, c. 12.

## VALESII ANNOTATIONES.

(42) *Διά.* Forte legendum est καὶ διά.

(43) *Ἀμφίων ὁ Ἐπιφανίας τῆς Κιλίκων.* Hic Amphion episcopus Ciliciæ una cum Lupo, inter orthodoxos episcopos recensetur ab Athanasio in oratione prima *Contra Arianos.*

## VARIORUM.

*voluntatem, tantum est, ut sub præsentia sacerdotum servos suos voluerit absolvere, noverit eos suscepta libertate cives esse Romanos. Nam si clerici mancipiis suis dare voluerint libertatem, etiamsi extra conspectum fecerint sacerdotum, vel sine scriptura verbis tantum fuerint absoluti, manebit, sicut civibus Romanis, integra et plena libertas.* Regino *De disciplin. eccles.* lib. I, c. 406. Exstat etiam in interpret. l. 1 Cod. Theodos. *De manumissionibus in Ecclesia.*

Digitized by Google

reperisse; et liberasse quidem illos invisibilibus vinculis : objurgasse tamen, quod cum rogando impetrare licuisset ea quæ volebant furto subripere, tantamque noctu molestiam subire maluissent. Miseratus tamen illorum, aut potius eos erudiens ut ad meliorem vivendi rationem se transferrent : Abite, inquit, sumpto hoc ariete. Vigilando enim defessi estis, nec decet ut de laboribus vestris conquerentes, ab ovili meo discedatis. Et hoc quidem jure merito quis admiretur, non minus tamen et istud quod jam dicturus sum. Filiæ ejus virgini, nomine Irenæ, quidam ex familiaribus aliquid commendaverat. Illa vero acceptum defoderat domi, quo tutius servaretur. Cumque accidisset ut puella moreretur, nulla depositi mentione facta, is qui dederat, depositum repetiturus accessit. Ignorante autem Spyridone quid **23** diceret, ac nihilominus totam domum perscrutato, cum nihil reperiretur, flebat ille et capillos vellebat, manusque sibi illaturus videbatur. Tum Spyridon miseratione commotus, perrexit ad tumulum, et puellam proprio nomine advocavit. Quæ cum respondisset, interrogavit eam Spyridon de deposito : edoctusque ab illa domum rediit : et repertum depositum eo in loco quem filia indicaverat, homini reddidit. Sed quoniam in hunc sermonem delapsus sum, non alienum fuerit istud quoque adjungere. Mos hic erat Spyridoni, ut ex fructibus qui ipsi proveniebant, alios pauperibus distribueret, alios poscentibus mutuo daret sine usuris. Verum in dando aut recipiendo, nunquam ipse per se dabat aut recipiebat : sed cellario tantum accedentibus demonstrato, jubebat ut quantum opus haberent sumerent, ac rursus ut reponerent quantum se sumpsisse noverant. Quidam igitur hoc pacto mutuatus a Spyridone, venit ut redderet. Jussusque ex more, ut ea quæ mutuo acceperat, ipse per se restitueret cellario, fraudem admittere molitus est. Remque occultam fore credens, debitum non reddidit : sed fraudem faciens restitutioni debiti, quasi restituisset, abscessit. Verum hoc ejus facinus diu occultum non fuit. Etenim aliquanto post tempore, hic quidem rursus advenit mutuum poscens. Spyridon vero eum ad cellarium misit facta potestate ut sibi ipsi admetiretur quantum vellet. Ille cum cellarium vacuum reperisset, indicavit rem Spyridoni. Cui Spyridon : Miror, inquit, quomodo cellarium uni tibi visum est rebus necessariis destitutum. Tecum igitur cogita, num quid antea mutuatus, nondum reddideris.

A καὶ λαβεῖν ἅ γε ἐπεθύμουν, κλέψαι μᾶλλον εἵλοντο, καὶ ἐν νυκτὶ τοσοῦτον ταλαιπωρῆσαι. Ὅμως δ' οὖν αὐτοὺς ἐλεήσας, μᾶλλον δὲ πρὸς τὸν ἀμείνω βίον μετατεθῆναι παιδεύων, Ἄπιτε, ἔφη, τοῦτον τὸν κριὸν λαβόντες· κεκμήκατε γὰρ ἀγρυπνοῦντες, καὶ δεῖ ὑμᾶς μὴ μεμφομένους τοὺς πόνους, ἐκ τῆς ἐμῆς αὐλῆς ἀπαλλάττεσθαι. Τοῦτο θαυμάσειε μὲν ἄν τις εἰκότως· οὐχ ἧττον δὲ κἀκεῖνο· Θυγατρὶ αὐτοῦ παρθένῳ, Εἰρήνη τοὔνομα, παρέθετό τις τῶν γνωρίμων τι. Ἡ δὲ, λαβοῦσα κατώρυξεν οἴκοι, ὅπως ἐπιμελῶς φυλάττοιτο. Συμβὰν δὲ τὴν παῖδα τελευτῆσαι μηδὲν εἰποῦσαν, ἧκεν ὁ ἄνθρωπος τὴν παρακαταθήκην ἀπαιτῶν. Ἀγνοοῦντος δὲ Σπυρίδωνος ὅ τι λέγει, ἀναζητήσαντος δὲ ὅμως κατὰ τὴν οἰκίαν, καὶ μὴ εὑρόντος, ἔκλαιε, καὶ τὰς τρίχας ἔτιλλε, καὶ θανατῶν δῆ- B λος ἦν. Κινηθεὶς δὲ πρὸς ἔλεον ὁ Σπυρίδων, ἦλθεν ἐπὶ τὸν τάφον, καὶ ὀνομαστὶ τὴν παῖδα ἐκάλεσε. Τῆς δὲ ἀποκριναμένης, ἤρετο περὶ τῆς παρακαταθήκης· καὶ μαθὼν ἀνέστρεφε· καὶ εὑρὼν ᾗ ἐσήμαινεν, ἀπέδωκε τῷ ἀνθρώπῳ. Ἐπεὶ δὲ εἰς τοῦτο προήχθην λόγου, οὐκ ἄτοπον καὶ τοῦτο προσθεῖναι. Ἔθος ἦν τούτῳ τῷ Σπυρίδωνι, τῶν γινομένων αὐτῷ καρπῶν τοὺς μὲν, πτωχοῖς διανέμειν, τοὺς δὲ προῖκα δανείζειν τοῖς ἐθέλουσιν. Οὔτε δὲ διδοὺς, οὔτε ἀπολαμβάνων, δι' ἑαυτοῦ παρεῖχεν ἢ ὑπεδέχετο· μόνον δὲ τὸ ταμεῖον ἐπιδεικνὺς, ἐπέτρεπε τοῖς προσιοῦσιν, ὅσον δέονται κομίζεσθαι, καὶ πάλιν ἀποδιδόναι ὅσον ᾔδεσαν κομισάμενοι (44). Δανεισάμενος οὖν τις τοῦτον τὸν τρόπον, ἧκεν ὡς ἀποδώσων. Ἐπιτραπεὶς δὲ κατὰ τὸ ἔθος αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἀποδοῦναι τῷ ταμείῳ τὰ C δεδανεισμένα, πρὸς ἀδικίαν εἶδε. Καὶ νομίσας λανθάνειν, οὐκ ἀπέδωκε τὸ χρέος· ἀλλ' ὑφελόμενος τοῦ ὀφειλήματος τὴν ἀπόδοσιν, ὡς ἀποτίσας ἀπῆλθε. Τὸ δὲ ἄρα οὐκ ἔμελλεν ἐπὶ πολὺ λήσειν. Μετὰ γάρ τινα χρόνον, ὁ μὲν πάλιν ἐδεῖτο δανείζεσθαι. Ὁ δὲ, πρὸς τὸ ταμεῖον ἀπέπεμπεν, ἐξουσίαν δοὺς αὐτὸν ἑαυτῷ παραμετρεῖν ὅσον βούλεται. Κενὸν δὲ τὸν οἶκον ἰδὼν, ἐμήνυσε τῷ Σπυρίδωνι. Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν, Θαυμαστὸν ἄρα, ὦ ἄνθρωπε, ἔφη, πῶς σοὶ μόνῳ ἔδοξε τὸ ταμεῖον ἐπιλείπειν τὰ ἐπιτήδεια. Σκόπει οὖν κατὰ σαυτὸν, μὴ χρησάμενος ἄλλοτε, τὰ πρῶτα οὐκ ἀπέδωκας. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτό ἐστιν, πάντως οὐκ ἀποτεύξῃ ὧν δέῃ. Καὶ πάλιν ἴθι θαῤῥῶν ὡς εὑρήσων. Καὶ ὁ μὲν οὕτω φωραθεὶς, κατεμήνυσε τὴν ἁμαρτίαν. Ἄξιον δὲ τούτου τοῦ θείου ἀνδρὸς θαυμάσαι τὸ ἐμβριθὲς, καὶ D τὴν ἀκρίβειαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς τάξεως. Λέγεται οὖν χρόνῳ ὕστερον κατά τινα χρείαν εἰς ταὐτὸ συνελθεῖν τοὺς ἐπισκόπους τῆς Κύπρου· εἶναι δὲ σὺν αὐτοῖς Σπυρίδωνα τοῦτον, καὶ Τριφύλλιον τὸν Λεδρῶν

## VALESII ANNOTATIONES.

(44) *Ἐπέτρεπε τοῖς προσιοῦσιν, ὅσον ᾔδεσαν κομισάμενοι.* Hunc locum mutilum esse satis apparet. In codice quidem Fuketiano post vocem κομισάμενοι, additur verbum καταθέσθαι. Sed ne sic quidem sanus atque integer est locus, nisi amplius addideris aliquot verba, hoc modo, ἐπέτρεπε τοῖς προσιοῦσι λαμβάνειν ὅσον ἐβούλοντο, καὶ πάλιν ὅσον ᾔδεσαν κομισάμενοι καταθέσθαι. Hanc emendationem confirmat Nicephorus in libro VIII, cap. 42 ; ubi hanc historiam ex Sozomeno ita refert ; Τὸ ἔνδον αὐτῷ ταμεῖον ὑποδεικνὺς, λαμβάνειν, καὶ αὖθις τὸ δάνειον κατατίθεσθαι τῷ προσιόντι ἐνεκελεύετο. Verum in codice Leonis Allatii ita suppletur hic locus, ἐπέτρεπε τοῖς προσιοῦσιν, ὅσον δέονται κομίζεσθαι, καὶ πάλιν ἀποδιδόναι ὅσον ᾔδεσαν κομισάμενοι. Nec aliter in suo codice legit Epiphanius Scholasticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit, *Sed solum cubiculum demonstrabat, invitans petentes, ut quantum opus haberent tollerent, et denuo revocarent quantum se noverant abstulisse.*

Digitized by Google

ἐπίσκοπον (45), ἄνδρα ἄλλως τε ἐλλόγιμον, καὶ διὰ A νόμων ἄσκησιν πολὺν χρόνον ἐν τῇ Βηρυτίων πόλει (46) διατρίψαντα. Συνάξεως δὲ ἐπιτελουμένης, ἐπιτραπεὶς Τριφύλλιος διδάξαι τὸ πλῆθος, ἐπεὶ τὸ ῥητὸν ἐκεῖνο παράγειν εἰς μέσον ἐδέησε, τὸ, *Ἆρόν σου τὸν κράββατον καὶ περιπάτει*· σκίμποδα, ἀντὶ τοῦ κραββάτου, μεταβαλὼν τὸ ὄνομα, εἶπε. Καὶ ὁ Σπυρίδων ἀγανακτήσας, Οὐ σύ γε, ἔφη, ἀμείνων τοῦ κράββατον εἰρηκότος, ὅτι ταῖς αὐτοῦ λέξεσιν ἐπαισχύνῃ κεχρῆσθαι; Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἀπεπήδησε τοῦ ἱερατικοῦ θρόνου, τοῦ δήμου ὁρῶντος· ταύτῃ γε μετριάζειν παιδεύων τὸν τοῖς λόγοις ὠφρυωμένον. Ἱκανὸς γὰρ ἦν ἐντρέπειν, αἰδέσιμός τε ὢν καὶ ἐκ τῶν ἔργων ἐνδοξότατος· ἅμα δὲ πρεσβύτερος τῇ ἡλικίᾳ τε καὶ ἱερωσύνῃ τυγχάνων. Ὅπως δὲ διέκειτο περὶ τὰς δεξιώσεις τῶν ξένων, ἐντεῦθεν ἰστέον· B Ἤδη τῆς Τεσσαρακοστῆς ἐνστάσης (47), ἧκέ τις πρὸς αὐτὸν ἐξ ὁδοιπορίας, ἐν αἷς εἰώθει (48) μετὰ τῶν οἰκείων ἐπισυνάπτειν τὴν νηστείαν, καὶ εἰς ῥητὴν ἡμέραν γεύεσθαι, ἄσιτος τὰς ἐν μέσῳ διαμένων· ἰδὼν δὲ τὸν ξένον μάλα κεκμηκότα, Ἄγε δὴ, πρὸς τὴν θυγατέρα ἔφη, ὅπως τοῦ ἀνδρὸς τοὺς πόδας νίψῃς, καὶ φαγεῖν αὐτῷ παράθες. Εἰπούσης δὲ τῆς παρθένου μήτε ἄρτον εἶναι, μήτε ἄλφιτα· περιττὴ γὰρ ἡ τούτων παρασκευὴ διὰ τὴν νηστείαν· εὐξάμενος πρότερον καὶ συγγνώμην αἰτήσας, ἐκέλευσε τῇ θυγατρὶ, κρέα ὕεια, ἅπερ ἔτυχε τῇ οἰκίᾳ τεταριχευμένα, ἑψεῖν. Ἐπεὶ δὲ ἥψητο, καθίσας ἅμα αὐτῷ τὸν ξένον, παρατεθέντων τῶν κρεῶν ἤσθιε, καὶ τὸν ἄνδρα παρεκάλει αὐτὸν μιμεῖσθαι. Παραιτούμενον δὲ, καὶ λέγοντα Χρι- C στιανὸν ἑαυτὸν, Ταύτῃ μᾶλλον, ἔφη, οὐ παραιτητέον. Πάντα γὰρ καθαρὰ τοῖς καθαροῖς ὁ θεῖος ἀπεφήνατο Λόγος. Τάδε μὲν περὶ Σπυρίδωνος.

clericos qui opinioni illius adhærebant, Ecclesia expulit. Adhærebant autem ipsi ex Alexandrina Ecclesia, presbyteri quidem Aithalas, Achillas, Carpones, Sarmates et Arius; diaconi vero Euzoius, Macarius, Julius cum Mena et Helladio. Exinde vero etiam populi non exigua pars ad eos se contulit, cum alii quidem de Deo ita sentiendum esse arbitrarentur; alii, ut plerumque evenire solet, eos tanquam injuria affectos et indicta causa ex Ecclesia ejectos, miseratione prosequerentur. Cum Alexandriæ hic rerum status esset, qui cum Ario erant, necessarium sibi esse arbitrati, ut cujusque civitatis episcoporum benevolentiam præriperent, legationem ad eos mittunt. Et conscripta fidei suæ formula, ab eis contendunt ut, si quidem recte se habere ipsis videretur istiusmodi de Deo sententia, scriberent Alexandro ne ipsis succenseret: sin minus, docerent ipsos quemadmodum sentire oporteret. Atqui hoc illorum studium non parum ipsis profuit. Etenim in omnes fere dispersa hujusmodi opinione, ab universis episcopis eadem quæstio passim agitari cœpit. Et alii quidem scripserunt Alexandro, ne Arium ejusque sectatores in Ecclesiam admitteret, nisi opinionem suam prius abjecissent. Alii vero ne id faceret obsecrabant. Cum igitur Alexander multos sanctioris vitæ specie venerabiles et dicendi arte pollentes Arianis favere animadverteret, ac præcipue Eusebium qui tunc temporis Nicomediensem Ecclesiam gubernabat, virum doctissimum magnæque in palatio auctoritatis: cunctis ubique episcopis scripsit, ne cum illis communicarent. Hinc vero utriusque partis studia multo magis accensa sunt, et acrior, ut solet, excitata contentio. **33** Postquam enim Eusebius et qui ab illo stabant, Alexandrum sæpius deprecati, flectere minime potuerunt, tanquam injuria affecti, indignari cœperunt, et ad opinionem Arii stabiliendam promptiores exstiterunt. Collecta igitur apud Bithyniam synodo, ad omnes ubique episcopos scripsere, ut cum Arii fautoribus tanquam recte sentientibus communicarent, darentque operam ut Alexander cum iisdem communicaret. Sed cum conatus illorum nequaquam ipsis ex voto succederet, Alexandro nullatenus cedente, Arius legatos mittit ad Paulinum episcopum Tyri, et ad Eusebium Pamphili, qui Cæsariensem in Palæstina regebat Ecclesiam, et ad Patrophilum Scythopolitanum antistitem: petitque ut sibi una cum suis

A τες, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἀκρίτως ἐκβεβλημένους. Ἐπεὶ δὲ κατὰ Ἀλεξάνδρειαν (58) ὧδε εἶχεν, λογισάμενοι οἱ ἀμφὶ τὸν Ἄρειον ἀναγκαῖον εἶναι τὴν εὔνοιαν προφθάσαι τῶν κατὰ πόλιν ἐπισκόπων, πρεσβεύονται πρὸς αὐτούς. Καὶ γράψαντες ὡς ἐπίστευον, ἐζήτουν εἰ μὲν ὀρθῶς ἔχει τάδε νομίζειν περὶ Θεοῦ, δηλῶσαι Ἀλεξάνδρῳ μὴ χαλεπαίνειν αὐτοῖς· εἰ δὲ μὴ, διδάσκεσθαι ὃν χρὴ τρόπον δοξάζειν. Οὐ μετρίως δὲ ὤνησεν αὐτοὺς τοῦτο τὸ σπουδαζόμενον. Διασπαρέντος γὰρ σχεδὸν εἰς πάντας τοῦ τοιούτου δόγματος, κοινῇ τοῖς πανταχῇ ἐπισκόποις ἡ αὐτὴ γέγονε ζήτησις. Καὶ οἱ μὲν ἔγραφον πρὸς Ἀλέξανδρον, μὴ προσίεσθαι τοὺς περὶ Ἄρειον, εἰ μὴ τὴν ἑαυτῶν πίστιν ἀποκηρύξουσιν· οἱ δὲ, μὴ τοῦτο ποιεῖν ἐδέοντο. Ἰδὼν οὖν Ἀλέξανδρος πλείστους ἀγαθοῦ βίου προ- B σχήματι σεμνοὺς, καὶ πιθανότητι λόγου δεινοὺς, συλλαμβανομένους τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἄρειον, καὶ μάλιστα Εὐσέβιον τὸν τότε προεστῶτα τῆς Νικομηδέων ἐκκλησίας, ἄνδρα ἐλλόγιμον καὶ ἐν τοῖς βασιλείοις τετιμημένον, ἔγραψε τοῖς πανταχῇ ἐπισκόποις, μὴ κοινωνεῖν αὐτοῖς. Ἐκ τούτου δὲ ἔτι μᾶλλον ἐπὶ ἑκάτερα ἐξεκαίετο ἡ σπουδὴ, καὶ μείζων οἷα φιλεῖ ἀνεκινήθη ἔρις. Ἐπεὶ γὰρ πολλάκις δεηθέντες Ἀλεξάνδρου οἱ ἀμφὶ τὸν Εὐσέβιον οὐκ ἔπεισαν ὡς ὑβρισμένοι ἐχαλέπαινον, καὶ προθυμότεροι ἐγένοντο κρατῦναι τὸ Ἀρείου δόγμα. Καὶ σύνοδον ἐν Βιθυνίᾳ συγκροτήσαντες, γράφουσι τοῖς πανταχῇ ἐπισκόποις, ὡς ὀρθῶς δοξάζουσι κοινωνῆσαι τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἄρειον, παρασκευάσαι δὲ καὶ Ἀλέξανδρον κοινωνεῖν αὐτοῖς. Ὡς C δὲ οὐδὲν ἧττον παρὰ γνώμην αὐτοῖς ἐχώρει ἡ σπουδὴ, Ἀλεξάνδρου μὴ εἴκοντος, πρεσβεύεται ὁ Ἄρειος πρὸς Παυλῖνον τὸν Τύρου ἐπίσκοπον, καὶ Εὐσέβιον τὸν Παμφίλου, ἐπιτροπεύοντα τὴν Ἐκκλησίαν τῆς ἐν Παλαιστίνῃ Καισαρείας, καὶ Πατρόφιλον τὸν Σκυθοπόλεως· καὶ ἐξαιτεῖ ἅμα τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐπιτραπῆναι ἐκκλησιάζειν τὸν μετ' αὐτῶν λαὸν, ὡς πρότερον τὴν τῶν πρεσβυτέρων τάξιν ἐπέχοντας. Εἶναι γὰρ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἔθος (59), καθάπερ καὶ νῦν, ἑνὸς ὄντος τοῦ κατὰ πάντων ἐπισκόπου, πρεσβυτέρους ἰδίᾳ τὰς ἐκκλησίας κατέχειν, καὶ τὸν ἐν αὐταῖς λαὸν συνάγειν. Οἱ δὲ, καὶ ἄλλοις ἐπισκόποις ἐν Παλαιστίνῃ συνελθόντες, ἐψηφίσαντο τῇ Ἀρείου αἰτήσει, παρακελευσάμενοι συνάγειν μὲν αὐτοὺς ὡς πρότερον· ὑποτετάχθαι δὲ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ ἀντιβολεῖν ἀεὶ τῆς D πρὸς αὐτὸν εἰρήνης καὶ κοινωνίας μετέχειν.

## VALESII ANNOTATIONES.

(58) *Ἐπεὶ δὲ κατὰ Ἀλεξάνδρειαν*. Scribendum puto ἐπεὶ δὲ τὰ κατὰ Ἀλεξάνδρειαν ὧδε εἶχε.

(59) *Εἶναι γὰρ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἔθος*. Alexandrinæ Ecclesiæ peculiarem hunc morem fuisse, ut singulis ecclesiis seu titulis in ea urbe constitutis suus esset assignatus presbyter, docet etiam Epiphanius in hæresi Arianorum: ubi Arium Baucalensis tituli presbyterum hoc modo fuisse observat: Ὅσαι γὰρ ἐκκλησίαι τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὑπὸ ἕνα ἀρχιεπίσκοπον οὖσαι, καὶ κατ' ἰδίαν ταύταις ἐπιτεταγμένοι εἰσὶ πρεσβύτεροι, διὰ τὰς ἐκκλησιαστικὰς χρείας. Ad quem locum Dionysius Petavius observat idem etiam Romæ usitatum fuisse: qua in urbe presbyteri per varios titulos distributi, suam quisque plebem separatim regebat. Ad cujus rei probationem adducit locum ex epistola Innocentii papæ ad Decentium cap. 5, qui sic habet: « De fermento vero, quod die Dominico per titulos mittimus, superflue nos consulere voluisti: cum omnes ecclesiæ nostræ intra civitatem sint constitutæ: quarum presbyteri, quia die isto propter plebem sibi commissam nobiscum convenire non possunt, ideo fermentum a nobis confectum per acolythos accipiunt, ut se a communione nostra maxime illa die non judicent separatos. Verum hic locus contrarium potius mihi

Digitized by Google

concederetur plebem ipsis adhærentem in ecclesia colligere, eumdum quem prius presbyterorum obtinentibus gradum. Hunc enim morem esse Alexandriæ, qui quidem etiamnum manet, ut sub uno episcopo qui omnibus præest, presbyteri separatim ecclesias obtineant, et populum ad illas convenire solitum colligant. Illi vero una cum aliis episcopis in Palæstina congregati, Arii petitioni subscripserunt: hortantes ut plebem quidem colligerent, sicuti antea facere consueverant; Alexandro tamen subjecti essent, ac sine intermissione ei supplicarent, ut ejus pace et communione fruerentur.

## ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

A

*Ὡς ἀκούσας ὁ Κωνσταντῖνος περὶ τῆς διαμάχης τῶν ἐπισκόπων, καὶ τῆς τοῦ Πάσχα ἀνωμάλου ἑορτῆς, μεγάλως ἐδυσχέρανε, καὶ πέμπει Ὅσιον τὸν Ἱσπάνον Κουδρούβης ἐπίσκοπον εἰς Ἀλεξάνδρειαν, διαλῦσαι τὴν στάσιν τοῖς ἐπισκόποις, καὶ τὸ ζήτημα καταστῆσαι τοῦ Πάσχα.*

Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ συνόδων περὶ τούτου πολλῶν γενομένων, ἤκμαζεν ἡ ἔρις μέχρι τῶν βασιλείων ἐλθεῖν, οὐ μετρίως ἐδυσφόρει Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς, καθότι προσφάτως τῆς θρησκείας αὔξειν ἀρχομένης, πολλοὺς Χριστιανίζειν ἀπέτρεπεν ἡ διαφωνία τῶν δογμάτων. Καὶ τούτου χάριν, δῆλος ἦν ἐν αἰτίᾳ ποιούμενος Ἄρειόν τε καὶ Ἀλέξανδρον. Καὶ γράψας αὐτοῖς ἐνεκάλει, ὡς δυναμένην λαθεῖν, εἰς τὸ φανερὸν ἐξήγαγον ταύτην τὴν ζήτησιν· καὶ τῇ ἄγαν πρὸς τὸ ἐναντίον σπουδῇ φιλονείκως ἀνεκίνησαν, ἃ B μήτε ζητεῖν τὴν ἀρχὴν ἔδει, μήτε ἐνθυμεῖσθαι, καὶ ἐνθυμηθέντας σιωπῇ παραδοῦναι· ἐξὸν ἀλλήλων μὴ χωρίζεσθαι, εἰ καὶ περί τι μέρος τοῦ δόγματος διαφέρονται. Περὶ μὲν γὰρ τῆς θείας προνοίας, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν πίστιν ἔχειν ἀναγκαῖον. Τὰς δὲ περὶ τῶν τοιούτων ζητήσεων ἀκριβολογίας, κἂν μὴ πρὸς μίαν συμφέρηται γνώμην, προσήκειν ἐν ἀποῤῥήτῳ κατὰ διάνοιαν ἔχειν. Ἀφεμένους τε τῆς περὶ ταῦτα λέσχης, ἐκέλευσεν ὁμονοεῖν. Ἄχθεσθαι γὰρ οὐ μετρίως· καὶ διὰ τοῦτο σπουδάζοντα τὰς ἐπὶ τῆς Ἕω πόλεις ἰδεῖν, ἐπισχεῖν. Ἀλεξάνδρῳ μὲν οὖν καὶ Ἀρείῳ, πῇ μὲν μεμφόμενος, πῇ δὲ συμβουλεύων, τοιάδε ἔγραψε. Χαλεπῶς δὲ ἔφερε, πυνθανόμενός τινας ἐναντίως πᾶσι τὴν τοῦ Πάσχα ἄγειν ἑορτήν. Τηνικαῦτα γὰρ ἐν C ταῖς πρὸς Ἕω πόλεσι διαφερόμενοί τινες περὶ τοῦτο, τῆς μὲν πρὸς ἀλλήλους οὐκ ἀπείχοντο κοινωνίας. Ἰουδαϊκώτερον δὲ τὴν ἑορτὴν ἦγον, καὶ ὡς εἰκὸς τῇ περὶ τούτου διχονοίᾳ, τὴν λαμπρότητα τῆς πανηγύρεως ἔβλαπτον. Κατ' ἀμφότερα τοίνυν ἀστασίαστον εἶναι τὴν ἐκκλησίαν ἐσπούδαζε· νομίσας τε δύνασθαι προκαταλαβεῖν τὸ κακὸν, πρὶν εἰς πλείους χωρῆσαι, πέμπει ἄνδρα τὸν ἀμφ' αὐτὸν πίστει καὶ βίῳ ἐπίσημον, καὶ ταῖς ὑπὲρ τοῦ δόγματος ὁμολογίαις ἐν τοῖς πρόσθεν χρόνοις εὐδοκιμηκότα, διαλλάξοντα τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ διὰ τὸ δόγμα στασιάζοντας, καὶ τοὺς

## CAP. XVI.

*Quomodo Constantinus, audita episcoporum contentione et discrepantia festi paschalis, rem moleste tulit: et Hosium Hispanum Cordubæ episcopum Alexandriam misit, qui episcoporum tumultum sedaret, et quæstionem de Pascha dirimeret.*

Cum autem, multis quoque in Ægypto conciliis celebratis, contentio nihilominus invalescens ad ipsum usque palatium pervenisset, imperator Constantinus non mediocri dolore perculsus est quod, cum religio Christiana recens cœpisset augeri, opinionum discrepantia multos ab ejus professione revocaret[1]. Atque hujus rei culpam palam Ario tribuebat et Alexandro; datisque ad eos litteris utrumque objurgavit, quod hanc quæstionem, cum latere posset, in apertum produxissent; et vehementi altercandi studio impulsi, pervicaciter movissent ea quæ nec inquiri omnino, nec cogitari initio oportebat; et **34** si forte cogitata fuissent, silentio tradenda erant: cum utique ipsis licuisset a se invicem non sejungi, quamvis in aliqua parte dogmatis dissentirent; nam de divina quidem providentia, unam eamdemque fidem necessario habendam esse. Hujusmodi autem quæstionum scrupulosas argutias, licet in eamdem non conveniamus sententiam, clausas in intimo mentis recessu servari debere. Jussit igitur ut, inani de his rebus altercatione deposita, ad concordiam redirent: se namque non mediocriter dolere, atque ob eam causam, licet ingenti desiderio teneretur urbes Orientis videndi, iter suum repressisse. Et hæc quidem Alexandro atque Ario scripsit, partim eos reprehendens, partim consulens. Præterea cum audisset quosdam esse qui festum Paschæ diem contra morem reliquorum omnium celebrarent, eam rem permoleste tulit. Quippe ea tempestate in Orientis partibus nonnulli hac de re dissentientes, a mutua quidem inter se communione minime discedebant. Judaico tamen magis more diem illum celebrabant, atque, ut verisimile est, hujusmodi dissensione splendorem ejus festivitatis imminue-

[1] Euseb., *Vit. Const.*, l. II, c. 62, etc.; Soc., l. I, c. 7.

## VALESII ANNOTATIONES.

videtur probare. Ait enim Innocentius presbyteros reliquis diebus hebdomadis ipsi adhæsisse, et cum ipso convenisse et communicasse: diebus autem Dominicis plebem collegisse, et fermentum ab episcopo accepisse, ne a communione sui episcopi separati esse eo die viderentur. Non igitur affixi erant titulis suis Romani presbyteri ætate Innocentii, sed ad eos regendos die Dominico mittebantur. Nec necesse erat ut unus idemque ad D eamdem semper Ecclesiam mitteretur; sed eligebat episcopus pro arbitrio quem vellet. Rectius igitur id probari posset ex Athanasio in Apologia secunda adversus Arianos. Ubi agens de synodo Romana, a qua in communionem susceptus, et innocens pronuntiatus fuerat, ait eam celebratam fuisse in ecclesia, in qua Biton presbyter plebem colligebat. Sic enim interpretor ea verba, ἔνθα Βίτων ὁ πρεσβύτερος συνῆγεν.

Digitized by Google

bant. Duabus igitur contentionibus Ecclesiam liberare studebat Constantinus. Et quoniam malum, priusquam ad plures serperet, prævenire se posse existimabat, virum quem in comitatu suo habebat fidei ac vitæ integritate conspicuum, et qui superiori tempore variis confessionum certaminibus pro religionis defensione inclaruerat, e latere suo mittit qui ad concordiam reduceret tum illos qui in Ægypto de doctrina fidei dissentiebant, tum eos qui in Orientis partibus de festivitate Paschæ discrepabant. Is erat Hosius episcopus Cordubæ.

A πρὸς Ἕω περὶ τὴν ἑορτὴν διαφερομένους· ἦν δὲ οὗτος Ὅσιος ὁ Κορδούβης ἐπίσκοπος.

## CAP. XVII.

*De synodo Nicææ propter Arium congregata.*

Sed cum eventus spei non responderet, et contentio reconciliationem minime admitteret, isque qui ad componendam pacem missus fuerat, re infecta, reverteretur, imperator synodum convocavit apud Nicæam urbem Bithyniæ: et ad omnes ubique Ecclesiarum antistites scripsit ut præstituto die adessent [1]. Huic concilio interfuerunt, ex apostolicis quidem sedibus Macarius episcopus Hierosolymorum, et Eustathius cui Antiochiæ ad Orontem sitæ Ecclesia jam tum commissa erat, et Alexander episcopus Alexandriæ quæ est juxta Mareotem lacum. Julius vero episcopus urbis Romæ propter senectutem abfuit. **35** Verum illius vice adfuerunt Vito et Vincentius, Romanæ Ecclesiæ presbyteri. Præter istos alii quoque multi ex variis provinciis convenerunt egregii viri: quorum alii facundia et intelligentia pollebant, nec solum scientia sacrarum Litterarum, verum etiam reliqua omni eruditione erant conspicui: alii vitæ integritate eminebant: alii vero utraque ex parte laudem erant consecuti. Erant autem episcopi trecenti circiter ac viginti. Presbyterorum vero et diaconorum qui eos comitabantur, ingens, ut verisimile est, fuit multitudo. Aderant una cum illis viri in disputationibus exercitati, qui eos adjuvare eloquentia sua parati essent. Porro sicut

[1] Euseb., *Vit. Const.*, l. III, c. 6, 7.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

*Περὶ τῆς ἐν Νικαίᾳ ἀθροισθείσης συνόδου δι' Ἄρειον.*

Ἐπεὶ δὲ παρ' ἐλπίδας ἐχώρει τὸ πρᾶγμα, καὶ κρείττων ἦν διαλλαγῶν ἡ ἔρις, ἄπρακτός τε ἐπανῄει ὁ τὴν εἰρήνην βραβεῦσαι ἀπεσταλμένος, συνεκάλεσε σύνοδον εἰς Νίκαιαν τῆς Βιθυνίας, καὶ πανταχῇ τοῖς προεστῶσι τῶν Ἐκκλησιῶν ἔγραψεν, εἰς ῥητὴν ἡμέ-
B ραν παρεῖναι. Ἐκοινώνουν δὲ τούτου τοῦ συλλόγου, τῶν μὲν Ἀποστολικῶν θρόνων, Μακάριος ὁ Ἱεροσολύμων, καὶ Εὐστάθιος ἤδη τὴν Ἀντιοχείας τῆς πρὸς τῷ Ὀρόντῃ Ἐκκλησίαν ἐπιτραπεὶς, καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Ἀλεξανδρείας τῆς πρὸς τὴν Μαρείαν λίμνην. Ἰούλιος δὲ ὁ Ῥωμαίων ἐπίσκοπος, (60) διὰ γῆρας ἀπελιμπάνετο. Παρῆσαν δὲ ἀντ' αὐτοῦ Βίτων καὶ Βικέντιος, πρεσβύτεροι τῆς αὐτῆς Ἐκκλησίας. Ἐπὶ τούτοις δὲ, καὶ ἄλλοι πλεῖστοι καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ ἐκ διαφόρων ἐθνῶν συνῆλθον, οἱ μὲν νοεῖν καὶ λέγειν ἱκανοὶ, εἰδήσει τε τῶν ἱερῶν βίβλων καὶ τῆς ἄλλης παιδεύσεως ἐπίσημοι, ἐν ἀρετῇ βίου διαπρέποντες (61)· οἱ δὲ, κατ' ἀμφότερον εὐδοκιμοῦντες. Ἦσαν δὲ ἐπίσκοποι ὑπὲρ ἀμφὶ τριακόσιοι εἴκοσι· πρεσβυτέρων τε καὶ διακόνων ὡς εἰκὸς ἑπομένων, οὐκ ἦν ὀλίγον πλῆθος. Συμπαρῆσαν δὲ αὐ-
C τοῖς ἄνδρες διαλέξεων ἔμπειροι ἐκείνοις βοηθεῖν λόγοις σπουδάζοντες (62). Οἷα δὲ φιλεῖ γίνεσθαι, πολλοὶ τῶν ἱερέων, ὡς ὑπὲρ ἰδίων πραγμάτων ἀγωνίσασθαι συνελθόντες, καιρὸν ἔχειν ἐνόμισαν τῆς τῶν λυπούντων διορθώσεως· καὶ περὶ ὧν ἕκαστος τῶν ἄλλων ἐμέμφετο, βιβλίον ἐπιδοὺς βασιλεῖ, τὰ εἰς αὐτὸν ἡμαρτη-

## VALESII ANNOTATIONES.

(60) *Ἰούλιος δὲ ὁ Ῥωμαίων ἐπίσκοπος.* Error est Sozomeni, qui Julium posuit pro Silvestro *.

(61) *Ἐν ἀρετῇ βίου διαπρέποντες.* Desunt hic aliquot verba, ut ex orationis serie apparet. Quæ levi negotio ita suppleo, οἱ δὲ ἐν ἀρετῇ βίου διαπρέποντες, quemadmodum etiam legit Musculus. Porro Sozomenus hic imitatur Eusebium, qui in libro tertio *De vita Constantini*, cap. 9, de episcopis qui
D ad concilium Nicænum venerant, ita scribit: Οἱ μὲν διέπρεπον σοφίας λόγῳ· οἱ δὲ βίου στεῤῥότητι καὶ καρτερίας ὑπομονῇ· οἱ δὲ, τῷ μέσῳ τρόπῳ κατεκοσμοῦντο.

(62) *Ἐκείνοις βοηθεῖν λόγοις σπουδάζοντες.* Non possum mihi persuadere hanc fuisse causam concursus tot philosophorum ad concilium Nicænum, quam hic refert Sozomenus, ut scilicet

## VARIORUM.

* Plures quidem asseruerunt, Julium papam Romanum Nicæno huic concilio per legatos saltem interfuisse; scil. auctor Paraphrasis Arabicæ in canones hujus concilii, Photius patriarcha CPolitanus, in libello De septem conciliis œcumenicis; Germanus patriarcha in libro MS. De synodis, a J. Seldeno citatus; Matthæus Blastares, aliique. Quibus omnibus errandi occasionem dedit hic Sozomeni locus, ut existimat Guil. Beveregius, *Annot. in can.*, p. 209. Manifestus error in nomine Julii admissus est. Etenim post undecim annos solidos a concilio Nicæno Julius Romanam sedem adeptus est, ut monuit ipse Sozomenus. Itaque vix fieri potest, ut tam supinæ oscitantiæ hunc scriptorem damnemus, ut in re adeo seria adeoque manifesta in errorem lapsus sit, Juliumque Sylvestro substituerit. Scio quidem mendum esse vetus, quod in *Historiæ Tripertitæ* interpolatione e Sozomeno retinuit Epiphanius Scholasticus, eumque secutus Beda. Tentavit vir illustrissimus cardinalis Perronius, in Præfatione Gelasii Cyziceni, medicinam facere huic morbo, legendo πόλιος pro Ἰούλιος. Sed præterquam quod dictio illa poetis familiaris, insolens est apud historicos, hoc loco locutionem redderet omnino barbaram. Attamen non inficiandum est ex conjectura illa viam aperiri ad veram emendationem, si vice τοῦ Ἰούλιος legatur πόλεως, lectioque ita constituatur: πόλεως δὲ Ῥωμαίων ἐπίσκοπος, *urbis autem Romanorum episcopus*. Illustriss. Petrus de Marca *De concordia sacerdotii et imperii*, lib. V, cap. 3, § 8.

Digitized by Google

μένα προσήγγελλεν. Ἐπεὶ δὲ ἐφ' ἑκάστης εὐχερῶς A τοῦτο συνέβαινε, προσέταξεν ὁ βασιλεὺς εἰς ῥητὴν ἡμέραν ἕκαστον περὶ ὧν ἐνεκάλει δῆλον ποιεῖν. Ἀφικομένης δὲ τῆς προθεσμίας, τὰ ἐπιδοθέντα βιβλία δεξάμενος, αὗται μὲν ἔφη αἱ κατηγορίαι καιρὸν οἰκεῖον ἔχουσι τὴν ἡμέραν τῆς μεγάλης κρίσεως· δικαστὴν δὲ, τὸν μέλλοντα πᾶσι τότε κρίνειν. Ἐμοὶ δὲ οὐ θεμιτὸν ἀνθρώπῳ ὄντι, τοιαύτην εἰς ἑαυτὸν ἕλκειν ἀκρόασιν, ἱερέων κατηγορούντων καὶ κατηγορουμένων. Ἥκιστα γὰρ χρὴ τοιούτους ἑαυτοὺς παρέχειν, ὡς παρ' ἑτέρου κρίνεσθαι. Ἄγε οὖν, μιμησάμενοι τὴν θείαν φιλανθρωπίαν ἐν τῇ πρὸς ἀλλήλους συγγνώμῃ, ἀπαλειφθέντων τῶν κατηγορουμένων, πεισόμεθα (63), καὶ τὰ περὶ τῆς πίστεως σπουδάσωμεν, οὗ ἕνεκεν δεῦρο συνεληλύθαμεν. Ταῦτα εἰπὼν ὁ βασιλεὺς, τὴν ἑκάστου γραφὴν ἀργεῖν, καὶ τὰ βιβλία B καυθῆναι προσέταξε· καὶ ἡμέραν ὥρισε, καθ' ἣν ἐχρῆν λῦσαι τὰ ἀμφισβητούμενα. Πρὸ δὲ τῆς προθεσμίας συνιόντες καθ' ἑαυτοὺς οἱ ἐπίσκοποι, μετακαλοῦνται τὸν Ἄρειον· καὶ προτιθεμένων εἰς τὸ κοινὸν ὧν ἐδόξαζον, διελέγοντο. Οἷα δὲ εἰκὸς, εἰς διαφόρους ζητήσεις περιισταμένης τῆς διασκέψεως, οἱ μὲν, μὴ νεωτερίζειν παρὰ τὴν ἀρχῆθεν παραδοθεῖσαν πίστιν συνεβούλευον, καὶ μάλιστα οἷς τὸ τῶν τρόπων ἁπλοῦν ἀπεριέργως εἰσηγεῖτο προσίεσθαι τὴν εἰς τὸ θεῖον πίστιν. Οἱ δὲ ἰσχυρίζοντο, μὴ χρῆναι ἀβασανίστως ταῖς παλαιοτέραις δόξαις ἕπεσθαι. Πολλοὶ δὲ τῶν τότε συνεληλυθότων ἐπισκόπων, καὶ τῶν ἑπομένων αὐτοῖς κληρικῶν, δεινοὶ διαλέγεσθαι, καὶ τὰς τοιαύτας μεθόδους τῶν λόγων ἠσκημένοι, διέπρεψαν, C καὶ βασιλεῖ γνώριμοι καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐγένοντο. Ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ Ἀθανάσιος ὁ Ἀλεξανδρείας ἔτι τότε διάκονος, Ἀλεξάνδρῳ τῷ ἐπισκόπῳ συνιὼν, πλεῖστον εἶναι ἔδοξε μέρος [p] τῆς περὶ ταῦτα βουλῆς.

A usu venire solet, multi ex sacerdotibus, perinde quasi pro privatis suis negotiis acturi convenissent, opportunum se tempus nactos esse existimarunt, quo ea quæ ipsorum animos offenderant, emendarentur. Proinde unusquisque ea quæ aliis objiciebat crimina, libello comprehensa imperatori offerens, ea quæ adversus ipsum secus admissa fuerant exponebat. Cumque id passim ac singulis prope diebus accideret, præcepit imperator ut singuli ea de quibus alios accusabant, certo die prosequerentur. Ubi dies constitutus advenit, imperator acceptis libellis qui ipsi erant oblati: Istæ, inquit, accusationes tempus quidem sibi præscriptum habent, magni judicii diem: judicem vero eum qui omnes judicaturus est. Mihi vero B cum homo sim, nefas est hujusmodi rerum cognitionem mihi arrogare, cum et qui accusant et qui accusantur, sacerdotes sint. Neque enim illos oportet tales se præbere, ut ab aliis judicentur. Agedum igitur, divinam clementiam in danda mutuo venia imitantes, deletis accusationibus, pacis fœdera jungamus: et causam fidei tractare studeamus, cujus gratia in hunc convenimus locum. His dictis, imperator singulorum criminationem cessare, et libellos cremari jussit: diem etiam constituit, quo ea quæ in quæstionem venerant, disceptari oporteret. Priusquam vero constituta dies adesset, episcopi privatim inter se coeuntes Arium accersunt: et opinionibus suis in medium C prolatis, disserere cœperunt. Cumque disputatio, uti fieri solet, in varias distraheretur quæstiones, alii quidem suadebant ne præter fidem ab initio traditam quidquam innovaretur; præcipue illi, quos morum simplicitas induxerat, ut fidem in Deum sine curiosa discussione susciperent. **36** Alii contendebant, veterum opiniones sine ullo examine sequi non oportere. Porro multi tam ex episcopis qui tunc convenerant, quam ex clericis qui illos comitabantur, cum acres essent in disputando et in hujusmodi sermonibus exercitati, inclaruerunt: nec imperatori solum, sed iis etiam qui in illius erant comitatu, noti esse cœperunt.

## VALESII ANNOTATIONES.

episcopis qui eo convenerant, inter disputandum subsidio essent. Crediderim potius curiositatis gratia eos illuc venisse, ut Christianorum disputationibus interessent. Et hæc videtur fuisse sententia Rufini, qui primus de horum philosophorum concursu scripsit in libro x, cap. 3. Cujus narrationem multis postea fabulis adjectis amplificavit Gelasius. Sic enim habet Rufinus: *Etenim cum pro studio religiosi imperatoris ex omni terra sacerdotes Dei coissent, opinione commoti philosophi quoque et dialectici, valde nobiles et opinatissimi convenerunt.* Quod si mei arbitrii res esset, hunc Sozomeni locum ita supplerem: Οἱ μὲν τούτοις, οἱ δὲ ἐκείνοις βοηθεῖν λόγοις σπουδάζοντες, ut sit sensus, philosophos et dialecticos ad synodum Nicænam undique confluxisse, ut disputantibus in utramque partem episcopis, alterutris robur ac momentum adderent. Ita hunc Sozomeni locum accepit Nicephorus. Sic enim habet in libro VIII, capite 14, ἑκα- D τέροις μέρεσι πρόθυμοι διδόναι ῥοπήν. Cum hæc scripsissem, animadverti Sozomenum hic loqui de dialecticis Christianis qui ad synodum confluxerant; idque plane confirmat Nicephorus in loco supra citato. Sequenti vero capite loquitur de philosophis gentilium qui eo accesserant.

(63) *Ἀπαλειφθέντων τῶν κατηγορουμένων πεισόμεθα.* Rectius in codice Fuketiano scriptum est πεισώμεθα. Quemadmodum etiam Christophorsonus et Savilius ad latus suorum codicum emandarant. Non dubito tamen quin a Sozomeno scriptum fuerit σπεισώμεθα, id est, *in concordiam redeamus.* In codice Leonis Allatii legitur ἀπαλοιφὴν τῶν κατηγορουμένων ποιησόμεθα, ex conjectura Theodori Lectoris ut opinor. Epiphanius tamen Scholasticus hanc scripturam confirmat. Sic enim vertit: *In alterutrorum veniam accusationes aboleamus alterutras.*

## VARIORUM.

[p] *Πλεῖστον εἶναι ἔδοξε μέρος.* Idem de Athanasio testatur etiam Gregorius Nazianzenus. Hinc factum ut tota vis mali in capitis ejus periculum postea immineret, ipseque unus omnium impetum exciperet. In capite sequenti Christophorsonus legit ἐναντίους δοκεῖν.

Digitized by Google

Ex illo certe tempore Athanasius Alexandrinæ Ecclesiæ etiam tum diaconus, qui una cum Alexandro episcopo versabatur, maxima pars hujus disceptationis haberi cœpit.

## CAP. XVIII.

*De duobus philosophis ad fidem conversis propter simplicitatem duorum senum qui cum illis disputarant.*

Sed et quidam ex gentilium philosophis harum disputationum participes esse voluerunt : alii quidem, qualis esset Christianorum doctrina, cupientes cognoscere : alii vero ob religionem gentilium quæ recens aboleri cœperat, Christianis infensi, quæstionem de doctrina fidei ad inanem verborum altercationem deducebant, ut seditiones inter se agitarent, et contraria sibi invicem assererent. Aiunt igitur, cum quidam ex illis ob sermonum magnificentiam insolenter sese jactaret, et sacerdotibus illuderet, senem quemdam simplicem ex eorum numero qui in confessionibus inclaruerant, arrogantiam hominis non tulisse. Sed tametsi ejusmodi argutiarum ac velitationum expers esset, congrediendi cum eo partes suscepisse. Ea res, petulantibus quidem viris quibus confessor notus erat, risum excitavit. Modestis vero metum incussit, sollicitis ne cum viro dicendi peritissimo collatus, ridiculus appareret. Verumtamen cum ei quæ vellet, dicere permisissent : neque enim tali ac tanto viro diutius obsistere audebant : Audi, inquit, philosophe, in nomine Jesu Christi. Unus est Deus, cœli, terræque, et visibilium omnium atque invisibilium conditor : qui hæc omnia Verbi sui virtute perfecit, et Spiritus sanctitate firmavit. Hic igitur Sermo, quem nos Filium Dei vocamus, hominum errorem ac ferinam vivendi rationem miseratus, ex muliere nasci voluit, et cum hominibus versari, et pro ipsis mortem oppetere. Iterum vero venturus est, judex eorum quæ unusquisque gesserit in hac vita. Hæc ita se habere simpliciter credimus. Noli igitur frustra laborare, eorum quæ fide comprehenduntur, quærens confutationes, modumque investigans quo ista fieri aut non fieri potuerint. Sed si credis, interroganti mihi responde. Hoc sermone obstupefactus philosophus : Credo, inquit ; et **37** gratias agens quod victus fuisset, eadem quæ senior, sentire cœpit, et iis qui pari modo quo ipse antea affecti erant, suasit ut ipsi quoque idem sentirent : jurejurando affirmans se, non sine Dei numine mutatum, sed inexplicabili quadam virtute ad Christi fidem suscipiendam impulsum esse. Huic miraculo aliud simile factum fuisse perhibent ab Alexandro Constantinopolitanæ Ecclesiæ episcopo. Nam quo tempore Constantinus Byzantium venit, adeuntes eum quidam philosophi, conquesti sunt quod non recte

A

## ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

*Περὶ τῶν πιστευσάντων δύο φιλοσόφων, ἐξ ἁπλότητος τῶν διαλεχθέντων τούτοις δύο γερόντων.*

Οὐ μὴν ἀλλὰ καί τινες τῶν παρ' Ἕλλησι σοφῶν ἐπιτηδὲς τουτωνὶ τῶν διαλέξεων μετέσχον· οἱ μὲν, ὅτι ποτέ ἐστι τὸ δόγμα μανθάνειν σπουδάζοντες· οἱ δὲ, προσφάτως ἀπόλλυσθαι τῆς Ἑλληνικῆς θρησκείας ἀρχομένης, ἀπεχθανόμενοι τοῖς Χριστιανοῖς, τὴν περὶ τοῦ δόγματος ζήτησιν εἰς ἔριδας λόγων ἐνέβαλλον· ὥστε πρὸς ἑαυτοὺς στασιάζειν καὶ ἐναντία δοκεῖν. Λέγεται οὖν, ὥς τινος αὐτῶν ὑπὸ φιλοτιμίας λόγων κομπάζοντος, καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἐπιτωθάζοντος, οὐκ ἤνεγκε τὸν τῦφον γέρων ἁπλοῦς τις τῶν ἐν ὁμολογίαις εὐδοκιμησάντων. Τοιούτων δὲ σκινδαλμῶν καὶ τερθρίας ἄμοιρος ὤν, τὸν πρὸς αὐτὸν

B

ἀνεδέξατο λόγον. Ἐπὶ τοῦτο δὲ (64), τοῖς μὲν προπετέσι τῶν εἰδότων τὸν ὁμολογητὴν, γέλωτα ἐκίνησε τὸ πρᾶγμα· τοῖς δὲ ἐπιεικέσι δέος, προορωμένοις μὴ παρὰ ἀνδρὶ τεχνίτῃ λόγων γελοῖος φανείη. Ὅμως δ' οὖν συγχωρησάντων λέγειν ἃ βούλεται· ἀντιτείνειν γὰρ αὐτῷ τοιούτῳ ὄντι ἐπὶ πολὺ ᾐδοῦντο· ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἔφη, φιλόσοφε ἄκουσον. Εἷς ἐστι Θεὸς, οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ πάντων τῶν ὁρωμένων καὶ ἀοράτων δημιουργὸς, ὁ πάντα ταῦτα τῇ δυνάμει τοῦ Λόγου ποιήσας, καὶ τῇ ἁγιωσύνῃ τοῦ ἁγίου Πνεύματος αὐτοῦ στηρίξας. Οὗτος οὖν ὁ Λόγος, φησὶν, ὃν ἡμεῖς Υἱὸν Θεοῦ προσαγορεύομεν, ἐλεήσας τοὺς ἀνθρώπους τῆς πλάνης καὶ τῆς θηριώδους πολιτείας, εἵλετο ἐκ γυναικὸς τεχθῆναι, καὶ τοῖς ἀνθρώποις

C

συνομιλῆσαι, καὶ ἀποθανεῖν ὑπὲρ αὐτῶν. Ἥξει δὲ πάλιν κριτὴς τῶν ἑκάστῳ βεβιωμένων. Ταῦτα οὕτως ἔχειν ἀπεριέργως πιστεύομεν. Μὴ τοίνυν μάτην πόνει, τῶν πίστει κατορθουμένων ἐλέγχους ἐπιζητῶν, καὶ τρόπον ᾧ γενέσθαι ταῦτα ἢ μὴ γενέσθαι ἐνεδέχετο. Ἀλλ' εἰ πιστεύεις, ἐρομένῳ μοι ἀποκρίνου. Πρὸς ταῦτα καταπλαγεὶς ὁ φιλόσοφος, Πιστεύω, φησί. Καὶ τῆς ἥττης χάριν ὁμολογήσας, τὰ αὐτὰ τῷ πρεσβύτῃ ἐδόξαζε, καὶ τοῖς πρότερον ὁμοίως διακειμένοις, ὁμοφρονεῖν συνεβούλευεν· οὐκ ἀθεεὶ μετατεθεῖσθαι ἐπομνύμενος, ἀλλ' ἀφράστῳ τινὶ δυνάμει χριστιανίσαι προτραπείς. Λέγεται δὲ τῷ εἰρημένῳ παραπλήσιον γενέσθαι θαῦμα, δι' Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐπιτροπεύσαντος τὴν Κωνσταντινουπόλεως Ἐκκλησίαν. Ἡνίκα γὰρ παρεγένετο Κωνσταντῖνος εἰς τὸ

D

Βυζάντιον, προσελθόντες αὐτῷ φιλόσοφοί τινες ἐμέμφοντο ὡς οὐ δεόντως θρησκεύει, καὶ περὶ τὰ θεῖα νεωτερίζει, καινὸν εἰσάγων σέβας τῇ πολιτείᾳ, παρὰ τὰ νενομισμένα τοῖς αὐτοῦ προγόνοις, καὶ πᾶσιν ὅσους Ἑλλήνων τε καὶ Ῥωμαίων ἡγεμόνας ὁ παρελθὼν αἰὼν ἤνεγκεν. Καὶ ἐζήτουν διαλεχθῆναι Ἀλε-

## VALESII ANNOTATIONES

(64) *Ἐπὶ τοῦτο δέ.* Hanc historiam ex Rufino sumpsit Sozomenus, sed pro arbritrio suo interpolavit. Solent enim Græci scriptores hanc sibi licentiam sumere, ut narrationi quam ab aliis scriptoribus acceperunt, quædam addant, quædam demant. Porro hoc loco prima vox deleri potest absque ullo sensus incommodo ; nisi scribere malimus ἐπὶ τούτῳ δέ.

Digitized by Google

ξάνδρῳ τῷ ἐπισκόπῳ περὶ τοῦ δόγματος. Ὁ δὲ (65), καίπερ τοιαύτης γυμνασίας λόγων ἀτριβὴς, ἴσως δὲ τῷ βίῳ πεποιθὼς, ἐγένετο γὰρ καλὸς καὶ ἀγαθὸς, ὑπέστη τὸν ἀγῶνα τοῦ βασιλέως προστάξαντος. Συνελθόντων δὲ τῶν φιλοσόφων, ἐπειδὴ πάντες διαλέγεσθαι ἠβούλοντο, ἕνα αὐτοὺς αἱρεῖσθαι ὃν θέλουσιν ἠξίου, τοὺς δὲ ἄλλους παρόντας ἡσυχίαν ἄγειν. Ἀναδεξαμένου δὲ ἑνὸς τὸν λόγον, Ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἔφη πρὸς αὐτὸν Ἀλέξανδρος, ἐπιτάττω σοι μὴ λαλεῖν. Ἅμα δὲ τῷ λόγῳ, καὶ ὁ ἄνθρωπος αὐτίκα τὸ στόμα πεδηθεὶς ἐσιώπα. Ἆρ' οὖν δίκαιον ἀναλογίσασθαι, πότερον μεῖζον ἐν παραδόξοις, ἄνθρωπον, καὶ ταῦτα φιλόσοφον, οὕτω ῥᾳδίως ἀφελέσθαι τοῦ λόγου, ἢ λίθον βίᾳ λόγου τῇ χειρὶ διελεῖν, ὃ πρός τινων (66) ἐπὶ Ἰουλιανῷ τῷ καλουμένῳ Χαλδαίῳ κεκομπολογῆσθαι ἀκήκοα· καὶ τὰ μὲν ὧδε ἐπυθόμην.

A Deum coleret, et sacrorum ritus innovaret, novum cultum in rempublicam introducens, contra morem institutumque majorum suorum, et omnium retro principum, qui vel apud Græcos vel apud Romanos unquam fuisse memorantur. Petebantque ut de hac doctrina cum Alexandro episcopo disputarent. Ille vero, licet in hujusmodi certaminibus parum alioqui exercitatus, vitæ tamen integritate fretus: erat enim vir bonus atque honestus: certamen subiit, imperatore ita præcipiente. Itaque cum philosophi convenissent, ac simul omnes disputare vellent, postulavit Alexander ut unum ex ipsis quem vellent, eligerent, reliqui vero sedentes silentium servarent. Cumque unus ex illis disputandi partes suscepisset: In nomine Jesu Christi, B inquit illi Alexander, præcipio tibi ne loquaris. Quo dicto, protinus vir ille frenata lingua obmutuit. Æquum igitur fuerit considerare utrum majus sit miraculum, hominem, eumque philosophum, tam facile mutum reddere, an lapidem vi verborum manu dividere, quod de Juliano cognomine Chaldæo a quibusdam ambitiose jactatum esse audio. Atque hæc quidem ita gesta esse accepi.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΘʹ.

*Ὅτι τῆς συνόδου ἀθροισθείσης, πρὸς αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς δημηγορίαν ἐξεῖπεν.*

Οἱ δὲ ἐπίσκοποι συνεχῶς συνιόντες, τὸν Ἄρειον εἰς μέσον παρήγαγον, καὶ ἀκριβῆ βάσανον ἐποιοῦντο τῶν αὐτοῦ προτάσεων. Προπετῶς δὲ ἐπὶ θάτερα τὴν ψῆφον ἄγειν ἐφυλάττοντο. Ἐπεὶ δὲ ἡ κυρία παρῆν, καθ' ἣν ὥριστο τεμεῖν τὰ ἀμφίβολα, συνῆλθον εἰς τὰ βασίλεια (67), καθότι καὶ τῷ κρατοῦντι δέδοχτο κοινωνῆσαι αὐτοῖς τῆς βουλῆς. Ἐπεὶ δὲ εἰς ταυτὸ παρεγένοντο τοῖς ἱερεῦσι, διαβὰς πρὸς τὴν ἀρχὴν τοῦ συλλόγου, ἐπὶ θρόνου τινὸς ἐκάθισεν ὥσπερ αὐτῷ κατεσκεύαστο· καὶ ἡ σύνοδος καθῆσθαι ἐκελεύσθη. Παρεσκεύαστο γὰρ ἑκατέρωθεν βάθρα πολλὰ, παρεκτεινόμενα τοῖς τοίχοις τοῦ βασιλείου οἴκου· μέγιστος δὲ ἦν οὗτος, καὶ τοὺς ἄλλους ὑπερφέρων. Καθεζομένων δὲ αὐτῶν, ἀναστὰς Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου q, λόγον τινὰ τῷ βασιλεῖ προσεφώνησε, καὶ δι' αὐτὸν, τῷ Θεῷ χαριστήριον ὕμνον. Παυσαμένου δὲ αὐτοῦ, καὶ σιγῆς γενομένης, Πάντων μὲν ἕνεκεν, ἔφη ὁ βασιλεὺς, τῷ Θεῷ τὴν χάριν ἔχω, οὐχ ἥκιστα δὲ τὸν

## CAP. XIX.

*Qualiter cum synodus congregata esset, imperator ad episcopos orationem habuit.*

Interea vero episcopi assidue convenientes, Ario in medium adducto, assertiones ejus summa diligentia examinabant. Cavebant autem sollicite ne in alterutram partem temere sententiam promerent. Porro ubi dies advenit quæ finiendis controversiis fuerat constituta, convenerunt in palatium, eo quod imperator hujus consilii particeps esse decreverat. Qui cum ad eum locum se contulisset in quo erant episcopi, per medium eorum progressus ad caput subselliorum, in sella sibi parata consedit: ac synodus sedere jussa est. Erant enim C ad parietes aulæ regalis, longo ordine locata utrinque subsellia. Hæc autem **38** aula erat amplissima, et omnium quæ in palatio erant pulcherrima. Postquam episcopi consedere, surgens Eusebius Pamphili, imperatori orationem quamdam, et illius causa Deo laudes cum gratiarum actione recitavit. Qui cum finem dicendi fecisset, facto

## VALESII ANNOTATIONES.

(65) *Καὶ περὶ τοιαύτης γυμνασίας λόγων ἀκριβής*. Christophorsonus quidem et Savilius ad latus suorum codicum adnotarunt, deesse hic videri particulam negativam. Verum ex nostris codicibus Fuketii et Allatii, hunc locum egregie restitui hoc modo: Καίπερ τοιαύτης γυμνασίας λόγων ἀκριβής.

(66) *Ἐπὶ Ἰουλιανῷ τῷ καλουμένῳ Χαλδαίῳ*. Julianus Chaldæus philosophus floruit regnante Antonino, magicæ artis peritissimus. Ejus filius Julianus, non minorem ejusdem artis peritiam adeptus, θεουργὸς ob id cognominatus est; Romanis militibus siti laborantibus pluviam elicuit, ut scribit Suidas ex Dione, ut opinor. Idem Suidas in voce Πορφύριος, ait Porphyrium philosophum scripsisse libros IV in Juliani Chaldæi philosophi historiam. Sed non dubito quin locus Suidæ corruptus sit, et duo libri Porphyrii in unum perperam coaluerint. Sic igitur restituo, εἰς τὰ Ἰουλιανοῦ τοῦ Χαλδαίου φιλοσόφου, *Φιλοσόφων ἱστορίαν* ἐν βιβλίοις δʹ. Cæterum in hoc Sozomeni loco emen- D davi βίᾳ λόγου ex manuscriptis codicibus Fuketii et Allatii. Simile huic miraculum Atii Navii, qui cotem novacula discidit, ut referunt scriptores *Historiæ Romanæ*.

(67) *Συνῆλθον εἰς τὰ βασίλεια*. Idem scribit Eusebius in libro III *De vita Constantini*, cap. 10. Ad quem locum vide si placet quæ adnotavi. Paulo post scribendum est, ἐπεὶ δὲ εἰς ταυτὸ παρεγένετο, ut legit Christophorsonus et Savilius.

## VARIORUM.

q *Ἀναστὰς Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου*. Ab Eustathio Antiocheno oratum ait Theodoritus, *Hist.*, lib. I, cap. 8. Nicetas vero ex Theodoro Mopsuestiæ, Alexandro ascribit.

Digitized by Google

silentio, imperator ita locutus est [1] : De omnibus quidem rebus gratias ago Deo optimo maximo : sed ob id præcipue, quod vestrum conventum nunc video. Ac mihi certe supra quam optabam contigit, ut tot sacerdotes Christi unum in locum congregarem. Sed velim præterea vos concordes videre, et in unam eamdemque sententiam conspirantes. Etenim Ecclesiam Dei intestinis seditionibus agitari, quovis malo gravius esse existimo. Cum primum igitur mihi nuntiata sunt ea quæ utinam non audivissem, maximum animo cepi dolorem, audiens vos dissidere, quos minime oportebat : quippe qui Dei ministri sitis, et pacis dispensatores. Atque idcirco sacratissimam vestram synodum congregavi. Cumque ego et imperator sim et conservus vester, munus hoc a vobis peto, Deo communi omnium nostrum Domino gratissimum : quod et mihi accipere, et vobis dedisse, decorum erit. Hoc autem est, ut causam controversiæ in medium proferatis, eamque concordi et pacifica sententia terminetis : ut hoc etiam tropæum adversus invidum dæmonem una vobiscum erigere possim : qui post exteros hostes ac tyrannos e medio sublatos, invidens felicitati nostræ, intestinam hanc seditionem excitavit. Hæc cum imperator Latino sermone dixisset, quidam astans eadem Græce interpretatus est.

A ὑμέτερον σύλλογον ὁρῶν, ὦ φίλοι. Καί μοι κρεῖττον εὐχῆς ἀπέβη, τοσούτους ἱερέας Χριστοῦ εἰς ταυτὸν ἀγαγεῖν. Βουλοίμην δ' ἂν ὁμόφρονας ὑμᾶς θεάσασθαι, καὶ συμφώνου γνώμης κοινωνούς. Ἐπεὶ παντὸς κακοῦ χαλεπώτερον ἡγοῦμαι, τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ στασιάζειν. Ὅτε οὖν ἠγγέλθη ὧν οὐκ ὤφελον ἀκοῦσαι, σφόδρα τὴν ψυχὴν ἠνιάθην, διχονοεῖν ὑμᾶς πυθόμενος, οὓς ἥκιστα προσῆκε, Θεοῦ λειτουργοὺς ὄντας, καὶ βραβευτὰς εἰρήνης. Καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἱερὰν ὑμῶν συνεκρότησα σύνοδον· βασιλεύς τε ὢν καὶ συνθεράπων ὑμέτερος, χάριν αἰτῶ λαβεῖν ἀρεστὴν τῷ Θεῷ τῷ κοινῷ δεσπότῃ, ἐμοί τε λαβεῖν, καὶ ὑμῖν δοῦναι πρέπουσαν. Ἡ δέ ἐστι, προενεγκεῖν εἰς μέσον τὰ αἴτια τῆς ἀμφισβητήσεως, καὶ ὁμόφρονα καὶ εἰρηναῖον αὐτοῖς ἐπιθεῖναι τέλος. Ὥστε με σὺν ὑμῖν B τοῦτο τὸ τρόπαιον ἀναστῆσαι κατὰ τοῦ φθονεροῦ δαίμονος, ὃς τῶν ἀλλοφύλων καὶ τυράννων ἐκποδὼν γενομένων, ταυτηνὶ τὴν ἐμφύλιον στάσιν ἤγειρε, νεμεσήσας τοῖς ἡμετέροις ἀγαθοῖς. Τοιαῦτα τῇ Ῥωμαίων φωνῇ τοῦ βασιλέως εἰπόντος, παρεστώς τις ἡρμήνευεν.

## CAP. XX.

*Quomodo imperator utraque parte audita, eos qui cum Ario erant, damnatos relegavit.*

Posthæc episcopi de dogmate fidei disputare cœperunt. Imperator vero ea quæ ab utraque parte dicerentur, leni ac placido animo auscultabat. Et iis quidem qui recte dicerent assentiebatur : pervicaces vero a contentione revocabat : cum singulis benigne loquens, prout unumquemque intelligere poterat : neque enim Græcæ linguæ penitus fuit ignarus. Tandem omnes episcopi inter se consenserunt, et Filium Patri consubstantialem esse decreverunt. Soli inter eos septemdecim fuisse dicuntur, qui initio quidem opinionem Arii comprobarunt. Plures tamen ex illis ad eam sententiam quæ omnibus simul placuerat, illico se transtulerunt. Huic autem sententiæ imperator etiam accessit, hanc totius concilii concordiam divinitus approbatam esse existimans. Quod si quis decretis synodi refragaretur, eum exsilio damnandum esse pronuntiavit, utpote Dei judicium convellere conantem. Porro ut posteris in perpetuum ratum ac manifestum esset ejus fidei symbolum, in quam universi tum consenserunt, initio quidem existimaveram, exemplum illius fidei ad veritatis demonstrationem hic necessario apponendum esse.

## ΚΕΦΑΛ. Κ'.

*Ὅπως ἀκροασάμενος τῶν μερῶν ἀμφοτέρων ὁ βασιλεὺς, τοὺς περὶ Ἄρειον καταδικάσας ἐξωστράκισε.*

Ἐκ τούτου δὲ ἡ περὶ τοῦ δόγματος διάλεξις ἐκινήθη τοῖς ἱερεῦσι. Σχολῇ δὲ καὶ μάλα ἀνεξικάκως ἠκροᾶτο C ὁ βασιλεὺς τῶν ἑκατέρωθεν λόγων. Καὶ τοῖς μὲν εὖ λέγουσιν ἐτίθετο· τοὺς δὲ φιλονεικοῦντας μετετίθει τῆς ἔριδος· πράως ἑκάστῳ διαλεγόμενος, ὡς ἀκούειν ἠπίστατο, καθότι οὐδὲ τῆς Ἑλλήνων γλώττης ἀπείρως εἶχε. Τὸ δὴ τελευταῖον, συνέβησαν ἀλλήλοις πάντες οἱ ἱερεῖς, καὶ ὁμοούσιον εἶναι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ἐψηφίσαντο. Μόνοι δὲ τὰ μὲν πρῶτα, δέκα καὶ ἑπτὰ λέγονται τὴν Ἀρείου δόξαν ἐπαινέσαι· παραχρῆμα δὲ καὶ τούτων οἱ πλείους πρὸς τὸ κοινῇ δόξαν μετέθεντο. Ταύτῃ δὲ τῇ γνώμῃ καὶ ὁ βασιλεὺς ἐψηφίσατο, συμβαλὼν αὐτὴν θεόθεν δεδοκιμᾶσθαι τὴν συμφωνίαν τοῦ συλλόγου. Ὑπερορίῳ τε φυγῇ ζημιωθήσεσθαι προηγόρευσε τὸν ἐναντίον τῶν δεδογμένων ἐρχόμενον, ὡς διαφθείραντα τοὺς θείους ὅρους. Ἵνα δὲ καὶ εἰς τὸν ἑξῆς χρόνον βέβαιον καὶ δῆλον τοῖς D ἐσομένοις ὑπάρχῃ τὸ σύμβολον τῆς τότε συναρεσάσης πίστεως, ἀναγκαῖον ᾠήθην εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἀληθείας, αὐτὴν τὴν περὶ τούτων γραφὴν παραθέσθαι. Εὐσεβῶν δὲ καὶ φίλων καὶ τὰ τοιαῦτα ἐπιστημόνων, οἷα δὲ μύσταις καὶ μυσταγωγοῖς μόνοις δέοντα λέγειν καὶ ἀκούειν (68) ὑφηγουμένων ἐπῄνεσα τὴν βουλήν.

[1] Euseb., *Vit. Const.* l. III, c. 12.

## VALESII ANNOTATIONES.

(68) *Οἷα δὲ μύσταις καὶ μυσταγωγοῖς μόνοις δέοντα λέγειν καὶ ἀκούειν.* Qui essent μύσται hoc loco, non intellexit Christophorsonus, qui sacerdotes interpretatus est. Rectius Musculus initiatos vertit. Sane Græci μύστας semper vocant eos qui sacris initiati sunt. Unde et μυσταγωγοί dicti sunt qui μύστας deducebant. Ut enim νυμφαγωγός a Græcis vocabatur is qui sponsam ducebat, ita μυσταγωγός dicitur is qui μύστην sive initiandum deducebat. Solebant enim antiqui cum sacra suscipere vellent, amicos eligere iisdem sacris jam antea initiatos, qui ipsos initiandos deducerent ad hierophantam, seu pontificem qui sacra tradebat. Dio Chrysostomus in oratione 45, ὅμως καθάπερ οἱ

Digitized by Google

Οὐ γὰρ ἀπεικὸς καὶ τῶν ἀμυήτων τινὰς τῇδε τῇ βίβλῳ ἐντυχεῖν. Ὡς ἐνὶ δὲ τῶν ἀποῤῥήτων ἃ χρὴ σιωπᾷν ἀποκρυψάμενον (69)· ὡς μὴ πάμπαν ἀγνοεῖν (70) τὰ δόξαντα τῇ συνόδῳ.

A Sed cum quidam ex amicis, viri pii et harum rerum notitia præditi **39** suasissent mihi, ut ea quidem quæ a solis initiatis ac sacerdotibus dici audirique fas est, silentio involverem, eorum consilium probavi. Quippe verisimile est quosdam sacramentis fidei nostræ minime initiatos hunc librum lecturos esse. Verum occultatis a me, quantum fieri potuit, arcanis quæ reticenda sunt ne lectores ea quæ a concilio decreta sunt, penitus ignorent.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

*Περὶ τῶν ἃ ἐκύρωσεν ἡ Ἀρείου σύνοδος, καὶ ὡς κατεδίκασε τοὺς περὶ Ἄρειον, καὶ τὰ συγγράμματα αὐτοῦ κατέκαυσε· καὶ περὶ τῶν μὴ θελησάντων συμφωνῆσαι τῇ συνόδῳ ἀρχιερέων, καὶ περὶ τῆς καταστάσεως τοῦ Πάσχα.*

Ἰστέον δὲ ὅτι τὸν μὲν Υἱὸν ὁμοούσιον εἶναι τῷ Πατρὶ ἀπεφήναντο· τοὺς δὲ λέγοντας ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας, ἢ τρεπτὸν ἢ ἀλλοίωτον, ἀπεκήρυξαν, καὶ τῆς καθόλου Ἐκκλησίας ἀλλοτρίους ἐψηφίσαντο. Ταύτην δὲ τὴν γραφὴν ἐπῄνεσαν (71) Εὐσέβιός τε ὁ Νικομηδείας· καὶ Θεόγνιος ὁ Νικαίας, Μάρις τε ὁ Χαλκηδόνιος, καὶ Πατρόφιλος ὁ Σκυθοπόλεως, καὶ Σεκοῦνδος ὁ Πτολεμαΐδος τῆς Λιβύης. Εὐσέβιος δὲ ὁ Παμφίλου μικρὸν ἐπισχὼν, ἐπεσκέψατο ταύτην καὶ ἐπῄνεσεν. Ἡ δὲ σύνοδος ἀπεκήρυξεν Ἄρειον καὶ τοὺς ὁμοίως αὐτῷ φρονοῦντας., Ἀλεξανδρείας τε μὴ ἐπιβαίνειν αὐτὸν [r] ἐψηφίσαντο. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰς λέξεις τῆς αὐτοῦ δόξης ἀπεκήρυξαν, καὶ τὸ βιβλίον ὃ περὶ ταύτης συντάξας Θαλείαν ἐπέγραψε. Τούτου δὲ τοῦ συντάγματος, ὡς ἐπυθόμην, οὐ γὰρ ἐνέτυχον, διαλελυμένος ἐστὶν ὁ χαρακτὴρ, ὡς ἐμφερὴς εἶναι τῇ χαυνό-

## CAP. XXI.

*De decretis synodi: qualiter Arium et socios damnavit, librosque ejus combussit: et de episcopis qui synodo consentire noluerunt. Item de Paschæ constitutione.*

Sciendum est episcopos definivisse, Filium Patri consubstantialem esse: eos vero qui dicunt: Fuit aliquando tempus cum non esset, et antequam B fieret non erat, et quod de non exstantibus factus est, aut ex alia hypostasi vel substantia; aut quod conversioni ac mutationi obnoxius sit Filius Dei; excommunicasse, et ab Ecclesia catholica alienos pronuntiasse. Hanc porro fidei conscriptionem approbarunt Eusebius Nicomediæ, Theognius Nicææ, Maris Chalcedonis, Patrophilus Scythopoleos, et Secundus Ptolemaidis quæ in Libya est episcopus. Eusebius autem Pamphili cum aliquantulum hæsitavisset, eam expendit, suaque sententia comprobavit. Arius vero et qui idem cum illo sentiebant, excommunicati sunt a synodo: interdictumque est Ario ne Alexandriam ingrederetur. Sed et verba quibus opinionem suam explicabat, **40** et librum de eodem argumento compositum, quem ille Tha-

## VALESII ANNOTATIONES.

μουμένοι μυσταγωγῶν ἐδεήθησαν. Hinc est quod Marcus Antoninus in epistola ad Herodem Atticum, promittit se, cum Athenas venerit, ad suscipienda mysteria Herode usurum esse mystagogo, ut refert Philostratus. Et hi quidem proprie dicebantur mystagogi. Interdum tamen latius sumpto vocabulo, μυσταγωγοί dicuntur ii qui mystas initiabant. Unde Origenes in libro VIII *Contra Celsum*, et Pollux in libro primo τελεστάς ac μυσταγωγούς simul jungit. Itaque hoc loco λέγειν quidem refertur ad mystagogos, ἀκούειν autem ad mystas. Totus vero locus ita legendus et construendus videtur: Εὐσεβῶν δὲ φίλων καὶ τὰ τοιαῦτα ἐπιστημόνων, οἷα δὴ μύσταις καὶ μυσταγωγοῖς· μόνοις δέοντα λέγειν καὶ ἀκούειν ὑφηγουμένων, ἐπῄνεσα τὴν βουλὴν, etc. Hoc est: Sed cum amici viri pii et hujusmodi rerum periti, ea quæ a solis initiatis ac sacerdotibus dici audirique fas est, mihi suggessissent, laudavi eorum consilium. Εὐσεβῶν δὲ φίλων restitui ex codice Fuketiano.

(69) Ἃ χρὴ σιωπᾷν ἀποκρυψάμενον. Scribendum puto ἀποκρυψάμενος. Refertur enim ad id verbum quod supra posuimus ἐπῄνεσα τὴν βουλήν. Scribendum quoque est hoc loco δή pro δέ, qui error frequenter occurrit in his libris, et a studiosis facile deprehendi potest, etiam me tacente.

(70) Μὴ πάμπαν ἀγνοεῖν. In codice Fuketiano scribitur ὡς μὴ πάντα ἀγνοεῖν. Cæterum ab his verbis inchoandum est caput 21, et locus corrigen- C dus est hoc modo: Ὡς δὲ μὴ πάμπαν ἀγνοεῖν τὰ δόξαντα τῇ συνόδῳ, ἰστέον ὅτι, etc.

(71) *Ταύτην δὲ τὴν γραφὴν ἐπῄνεσαν*. Hoc loco Sozomenus manifeste dissentit a Socrate, ejusque narrationem corrigit. Nam Socrates in libro primo diserte affirmat quinque episcopos, Eusebium, Theognium, Marim cum Secundo ac Theona, fidem a concilio Nicæno scriptam improbasse. Sozomenus vero ait eos probasse fidem a synodo conscriptam. Verum hæc ita conciliari possunt, si dicamus episcopos illos initio quidem formulam fidei Nicænæ penitus rejecisse: postea tamen metu principis, qui contradicentibus exsilium minabatur, eam comprobasse. Atque id plane confirmat Theodoritus et Hieronymus in *Dialogo adversus Luciferianos*. Certe inter episcopos qui concilio subscripserunt, horum etiam nomina leguntur. Ex quo apparet omnes omnino episcopos, qui synodo Nicænæ interfuerant, ejus fidei subscripsisse, sive sincere et ex animo, D sive subdole ac ficte. Licet enim Eusebius ac Theognius condemnationi Arii initio subscribere noluerint, tamen post ærumnas exsilii libello oblato, condemnationi ejusdem Arii consentire se professi sunt. Duos excipio, Secundum scilicet ac Theonam episcopos, qui nec fidei Nicænæ, nec damnationi Arii subscribere voluerunt, ut testatur epistola synodica Patrum concilii Nicæni, et Theodoritus ac Philostorgius.

## VARIORUM.

[r] *Ἀλεξανδρείας τε μὴ ἐπιβαίνειν αὐτόν*. Etiam in Illyricum relegatus est. Non desunt quidem qui Arium tantisper declinandi exsilii causa cessisse, ac suffragium Nicænæ formulæ simulate dedisse narrent; atque ideo, cæteris integris, solo Alexandriam ingressu interdictum fuisse. Sed præstat

Digitized by Google

liam inscripserat, condemnarunt. Hic porro liber, quemadmodum audivi, neque enim ipse legi, mollis est ac dissolutus, ita ut simillimus sit Sotadis canticis. Sciendum tamen est Eusebium episcopum Nicomediæ et Theognium Nicææ, depositioni Arii nec consensisse omnino nec subscripsisse, licet expositioni fidei consensum præbuissent. At vero imperator Arium in exsilium relegavit : et ad omnes omnium civitatum episcopos ac populos edictum misit, jubens ut tam Arius quam sectatores illius pro impiis haberentur, et si quod illorum scriptum inventum esset, traderetur incendio : ita ut nec ipsius, nec dogmatis ab illo invecti monumentum ullum relinqueretur. Quod si quis hujusmodi scriptum occultare deprehensus fuisset, nec statim in medium proferens illud combussisset, morte et capitali supplicio eum multari præcepit. Multas quoque alias per singulas civitates direxit epistolas, contra Arium et eos qui idem cum illo sentiebant. Et Eusebium quidem ac Theognium ex civitatibus in quibus erant episcopi, exsulare jussit. Ecclesiæ vero Nicomediensi et Nicæensi scripsit, ut fidem quæ a synodo tradita fuerat, constanter retinerent : utque orthodoxos eligerent episcopos, eisque obtemperarent : illos vero oblivioni traderent. Si qui autem istos laudare, aut opinioni illorum consentire vellent, in eos se animadversurum minatus est. Porro in iisdem litteris, alia quoque de causa infensum se esse Eusebio significavit, eo quod antea tyranni partibus favisset, sibique ipsi insidias struxisset. Harum igitur imperialium litterarum auctoritate, Eusebius ac Theognius Ecclesiis suis ejecti sunt. Ac Nicomediensis quidem Ecclesiæ episcopatum, Amphion, Nicænæ vero Chrestus suscepit. Post terminatam controversiam de doctrina fidei, placuit synodo ut omnes festum paschale uno eodemque die celebrarent.

A τητι τοῖς Σωτάδου ᾄσμασιν. Ἰστέον μέντοι, ὡς τῇ Ἀρείου καθαιρέσει οὔτε ἔθεντο, οὔτε ὑπέγραψαν Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας καὶ Θεόγνιος ὁ Νικαεύς, καίπερ τῇ γραφῇ τῆς πίστεως συναινέσαντες. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἄρειον μὲν ὑπερορίῳ φυγῇ ἐζημίωσε· καὶ τοῖς πανταχῇ ἐπισκόποις καὶ λαοῖς νομοθετῶν ἔγραφεν, ἀσεβεῖς ἡγεῖσθαι αὐτόν τε καὶ τοὺς αὐτοῦ ὁμόφρονας, καὶ πυρὶ παραδοῦναι εἴ τι αὐτῶν εὑρίσκοιτο σύγγραμμα, ὥς τε μήτε αὐτοῦ, μήτε τοῦ δόγματος οὗ εἰσηγήσατο, ὑπόμνημα φέρεσθαι. Εἰ δέ τις φωραθείη κρύπτων, καὶ μὴ παραχρῆμα καταμηνύσας ἐμπρήσῃ, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν, καὶ τιμωρίαν εἰς κεφαλὴν (72). Καὶ ἄλλας δὲ κατὰ πόλιν ἐπιστολὰς διεπέμψατο, κατὰ Ἀρείου καὶ τῶν ὁμοδόξων αὐτοῦ. Εὐσέβιον δὲ καὶ Θεόγνιον, φεύγειν προσέταξεν B ἃς ἐπεσκόπουν πόλεις. Τῇ δὲ Νικομηδέων Ἐκκλησίᾳ ἔγραψεν, ἔχεσθαι τῆς πίστεως ἣν ἡ σύνοδος παρέδωκεν· ὀρθοδόξους δὲ προβάλλεσθαι ἐπισκόπους, καὶ τούτοις πείθεσθαι· τῶν δὲ λήθῃ παραδοῦναι τὴν μνήμην. Τοὺς δὲ ἐπαινεῖν, ἢ τὰ αὐτῶν φρονεῖν ἐπιχειροῦντας, ἠπείλησε τιμωρεῖσθαι. Ἐν τούτοις δὲ τοῖς γράμμασι, καὶ ἄλλως ἀπεχθάνεσθαι πρὸς Εὐσέβιον ἐδήλου, ὡς πρότερον ἤδη τὰ τοῦ τυράννου φρονήσαντα, καὶ αὐτῷ ἐπιβουλεύσαντα. Κατὰ ταῦτα μὲν οὖν τὰ τοῦ βασιλέως γράμματα, ἀφῃρέθησαν ὧν εἶχον Ἐκκλησιῶν Εὐσέβιός τε καὶ Θεόγνιος. Παραλαμβάνει δὲ τὴν Νικομηδέων Ἀμφίων, Χρῆστος δὲ τὴν Νίκαιαν. Παυσαμένης δὲ τῆς ἐπὶ τῷ δόγματι ζητήσεως, ἔδοξε τῇ συνόδῳ καὶ τὴν Πασχαλίαν ἑορτὴν [r] ἅπαντας κατὰ τὸν αὐτὸν ἐπιτελεῖν καιρόν.

## CAP. XXII.

*Qualiter imperator Acesium quoque, Novatianorum episcopum ad Nicænam synodum vocaverit.*

Fertur porro imperatorem, cum omnium Christianorum consuleret concordiæ, Acesium quoque Novatianorum episcopum ad synodum evocasse : eique regulam fidei et definitionem de festo paschali ostendisse, episcoporum subscriptionibus jam firmatam : ac simul interrogasse, num et ipse iis consentiret [1]. Acesium vero respondisse, nihil novi definitum esse; et approbasse ea quæ a

C

## ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

*Ὅτι καὶ Ἀκέσιον τὸν τῶν Ναυατιανῶν ἐπίσκοπον, εἰς τὴν πρώτην σύνοδον ὁ βασιλεὺς μετεκαλέσατο.*

Λέγεται δὲ τὸν βασιλέα τῆς πάντων Χριστιανῶν ὁμονοίας προνοοῦντα, καὶ Ἀκέσιον ὃς ἐπίσκοπος ἦν τῆς Ναυατιανῶν Ἐκκλησίας, ἐπὶ τὴν σύνοδον καλέσαι· καὶ τὸν περὶ τῆς πίστεως καὶ τῆς ἑορτῆς ἐπιδεῖξαι ὅρον, ἤδη δὲ (73) βεβαιωθέντα ταῖς τῶν ἐπισκόπων ὑπογραφαῖς, πυθέσθαι τε εἰ καὶ αὐτὸς τούτοις συναινεῖ. Τὸν δὲ φάναι, μηδὲν ὡρίσθαι καινὸν, καὶ ἐπαινέσαι τὸ τῇ συνόδῳ δόξαν· οὕτω γὰρ καὶ αὐτὸν ἐξ ἀρχῆς

[1] Soc., lib. I, c. 10.

### VALESII ANNOTATIONES.

(72) *Καὶ τιμωρίαν εἰς κεφαλήν.* Distinguit Sozomenus hoc loco mortem a supplicio capitali. Verum in epistola Constantini θάνατος et κεφαλικὴ τιμωρία, pro uno eodemque ponitur. Sic enim habet epistola Constantini ad episcopos et populos, quam refert Socrates in libro primo, et quam hic desi- D gnat Sozomenus : Τούτῳ θάνατος ἔσται ἡ ζημία· παραχρῆμα γὰρ ἁλοὺς ἐπὶ τούτῳ κεφαλικὴν ὑποστήσεται τιμωρίαν.

(73) *Ἤδη δέ.* Delenda est particula δέ, quippe quæ sensum perturbat.

### VARIORUM.

epistolis Nicænæ et Alexandrinæ synodi habere fidem. Hisce namque Arius damnatus abdicatusque fertur : quod etiam testatur Athanasius; apud quem vid. haud modicum *Thaliæ* hic memoratæ fragmentum, in libro *De synodis Arimini et Seleuciæ*, pag. 738, Edit. Benedict.

[r] *Ἔδοξε τῇ συνόδῳ καὶ τὴν πασχαλίαν ἑορτήν.* Vide Euseb. *De vita Constantini*, lib. III, cap. 14; Socr. lib. I, cap. 8, 9.

Digitized by Google

παρειληφέναι πιστεύειν τε καὶ ἑορτάζειν. Τί οὖν, ἔφη ὁ βασιλεὺς, ὁμοίως φρονῶν, χωρίζῃ τῆς κοινωνίας; Τοῦ δὲ προφέροντος τὴν ἐπὶ Δεκίου Ναυάτῳ καὶ Κορνηλίῳ συμβᾶσαν διαφοράν*, καὶ ὡς μετὰ τὸ βάπτισμα κοινωνίας οὐκ ἀξιοῖ μυστηρίων τοὺς ἁμαρτίας ἐνόχους, ἣν πρὸς θάνατον καλοῦσιν αἱ θεῖαι Γραφαί· Θεοῦ γὰρ ἐξουσίας μόνου, οὐχ ἱερέων ἠρτῆσθαι τὴν ἄφεσιν· ὑπολαβὼν ὁ βασιλεὺς εἶπεν· Ὦ Ἀκέσιε, κλίμακα θὲς, καὶ μόνος εἰς οὐρανοὺς ἀνάβηθι. Ταῦτα δὲ οἶμαι εἰπεῖν τὸν βασιλέα πρὸς Ἀκέσιον, οὐκ ἐπαινοῦντα· ἀλλ' ὅτι ἄνθρωποι ὄντες, ἀναμαρτήτους σφᾶς εἶναι νομίζουσιν.

A synodo decreta fuerant : siquidem ipse ab initio ita credendum esse accepisset, diemque festum ita **41** celebrandum. Tum imperator : Cur ergo, inquit, cum idem sentias, te a communione sejungis? Cumque Acesius in medium proferret dissensionem illam, quæ principatu Decii Augusti inter Novatum et Cornelium contigerat; seque sacramentorum communione indignos judicare eos, qui peccatum id quod sacræ Scripturæ ad mortem vocant, post baptismum admisissent : hujusmodi enim peccati remissionem ex solius Dei potestate, non ex sacerdotum arbitrio pendere : subjecit imperator : Pone scalam, Acesi, solusque in cœlum ascende. Quæ quidem imperatorem Acesio dixisse arbitror, non quod eum laudaret, sed potius ut reprehenderet, quod cum homines essent, sine peccato se esse existimarent.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΓ΄.

*Περὶ τῶν κανόνων οὓς ἡ σύνοδος ἔθετο· καὶ ὡς Παφνούτιός τις ὁμολογητὴς διεκώλυσε τὴν σύνοδον, βουλομένην θεῖναι κανόνα, παρθενίαν ἀσκεῖν πάντας τοὺς ἱερωσύνῃ τιμᾶσθαι μέλλοντας.*

Ἡ δὲ σύνοδος, ἐπανορθῶσαι τὸν βίον σπουδάζουσα τῶν περὶ τὰς ἐκκλησίας διατριβόντων ἔθετο νόμους οὓς κανόνας ὀνομάζουσιν. Ἐν δὲ τῷ περὶ τούτου βουλεύεσθαι, τοῖς μὲν ἄλλοις ἐδόκει νόμον ἐπεισάγειν, ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους, διακόνους τε καὶ ὑποδιακόνους, μὴ συγκαθεύδειν ταῖς γαμεταῖς ἃς πρὶν ἱερᾶσθαι ἠγάγοντο. Ἀναστὰς δὲ Παφνούτιος ὁ ὁμολογητὴς, ἀντεῖπε· τίμιόν τε τὸν γάμον ἀποκαλῶν, σωφροσύνην τε τὴν πρὸς τὰς ἰδίας γυναῖκας συνουσίαν, συνεβούλευσε τῇ συνόδῳ μὴ τοιοῦτον θέσθαι νόμον. Χαλεπὸν γὰρ εἶναι τὸ πρᾶγμα φέρειν· ἴσως δὲ καὶ αὐτοῖς, καὶ ταῖς τούτων γαμεταῖς, τοῦ μὴ σωφρονεῖν αἰτία γενήσεται. Κατὰ δὲ τὴν ἀρχαίαν τῆς Ἐκκλησίας παράδοσιν, τοὺς μὲν ἀγάμους τοῦ ἱερατικοῦ τάγματος κοινωνήσαντας, μηκέτι γαμεῖν· τοὺς δὲ μετὰ γάμον ὧν ἔχουσι γαμετῶν μὴ χωρίζεσθαι (74). Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Παφνούτιος, καίπερ ἄπειρος ὢν γάμου εἰσηγήσατο. Ἐπῄνεσε δὲ καὶ ἡ σύνοδος τὴν βουλὴν, καὶ περὶ τούτου οὐδὲν ἐνομοθέτησεν· ἀλλὰ τῇ ἑκάστου γνώμῃ τὸ πρᾶγμα, οὐκ ἐν ἀνάγκῃ ἔθετο. Περὶ δὲ τῶν ἄλλων ἧπερ αὐτῇ καλῶς ἔχειν ἐδόκει νόμους ἀνεγράψατο, καθ' οὓς πολιτεύεσθαι προσήκει τὰ τῆς Ἐκκλησίας πράγματα. Ἀλλὰ τούτοις μὲν, εἴ τῳ φίλον, ῥᾴδιον ἐντυχεῖν, παρὰ πολλοῖς φερομένοις.

B

## CAP. XXIII.

*De regulis a synodo constitutis : et quod cum synodus canonem sancire vellet, ut omnes qui ad sacerdotium promovendi essent, virginitatem colerent, Paphnutius quidam confessor intercessit.*

Cæterum synodus, eorum qui in Ecclesiis versantur, mores corrigere studens, leges quasdam constituit, quæ vulgo canones appellantur. Cumque hac de re inter se deliberarent, aliis quidem placebat legem ferri, ut episcopi et presbyteri, diaconi item ac subdiaconi, non cubarent cum uxoribus quas, priusquam sacrarentur, duxissent. Verum Paphnutius confessor surgens contradixit[1]; nuptiasque honorabiles vocans, et congressum viri cum uxore sua castitatem esse dicens, consilium C dedit synodo ne hujusmodi legem ferret. Rem enim esse toleratu difficilem : ac fortasse occasionem incontinentiæ tum ipsis, tum uxoribus ipsorum inde subministrandam. Porro autem veterem Ecclesiæ traditionem hanc esse, ut qui cælibes ad sacrum ordinem promoti essent, uxorem posthac non ducerent : conjugati vero a suis uxoribus minime separarentur. Et hæc quidem suasit Paphnutius, tametsi expers conjugii. Synodus vero consilium ejus probavit, nec ullam ea de re legem tulit; sed in cujusque arbitrio, non autem ex necessitate id esse voluit. De aliis autem rebus, prout ipsi rectum esse videbatur, leges conscripsit, juxta quas status Ecclesiæ gubernari deberet. Verum D istas quidem, si quis voluerit, facile inveniet, cum apud multos reperiantur.

[1] Soc., lib. I, cap. 11.

## VALESII ANNOTATIONES.

(74) *Ὧν ἔχουσι γαμετῶν μὴ χωρίζεσθαι.* Hæc caute legenda sunt. Nam si intelligas hanc fuisse traditionem Ecclesiæ, ut mariti cum clero ascriberentur, non separarentur a suis conjugibus quoad vinculum, ut vulgo dici solet, et quoad domicilium, id facile concedi potest. Ex conjugibus enim fiebant sorores. Sed si intelligas quoad torum separatas non fuisse, id falsum est. Ecclesia enim episcopos, presbyteros ac diaconos, semper allegit ex virginibus, aut viduis, aut certe ex continentibus; ἐξ ἐγκρατευομένων τῶν ἰδίων γυναικῶν, ut scribit Epiphanius in expositione fidei ad calcem Panarii. Quare tota hæc narratio de Paphnutio fabulosa est et commentitia, præsertim cum inter episcopos qui Nicænæ synodo subscripserunt, nullus eo nomine reperiatur.

## VARIORUM.

* *Τὴν ἐπὶ Δεκίου Ναυάτῳ καὶ Κορνηλίῳ συμβᾶσαν διαφοράν.* De qua vide Euseb., *Eccles. Hist.*, lib. VI, cap. 43-46.

Digitized by Google

## 42 CAP. XXIV.

*De Melitio, et quomodo sancta synodus causam ejus optime dispensavit.*

Porro eadem synodus, cum ea quæ per Melitium in Ægypto acciderant examinasset, contra illum sententiam tulit, ut in urbe Lyco degeret, solo episcopi nomine contentus: nec deinceps sive in urbe, sive in vico, ordinationem ullam faceret[1]. Hi vero qui ab illo prius ordinati fuissent, communionem quidem ac ministerium suum retinerent: reliquis tamen clericis per singulas ecclesias ac parœcias constitutis, honore inferiores essent. Ita tamen ut in locum morientium per ordinem succederent, dummodo plebis suffragio judicarentur idonei, episcopo Alexandriæ electionem eorum nihilominus confirmante. Ipsis autem ne liceret arbitrio suo eligere quos vellent. Atque id æquum esse synodus judicavit, reputans scilicet Melitii, ejusque consortium, præcipitem in ordinationibus faciendis temeritatem. Quippe qui, dum Petrus episcopus Alexandriæ, qui postea martyrium consummavit, ob sævientem tunc persecutionem fugisset, ordinationes ad illum pertinentes sibi vindicaverat.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

*Περὶ τῶν κατὰ Μελίτιον, ὅπως ἀρίστως τὰ κατ' αὐτὸν ἡ ἁγία διῴκησε σύνοδος.*

Ἐξετασθέντων δὲ καὶ τῶν κατὰ Μελίτιον ἀνὰ τὴν Αἴγυπτον συμβάντων, κατεδίκασεν αὐτὸν ἡ σύνοδος ἐν τῇ Λύκῳ διατρίβειν, ψιλὸν ὄνομα ἐπισκοπῆς ἔχοντα· τοῦ δὲ λοιποῦ, μήτε ἐν πόλει, μήτε ἐν κώμῃ χειροτονεῖν· τοὺς δὲ ἤδη παρ' αὐτοῦ καταστάντας, κοινωνεῖν καὶ λειτουργεῖν· δευτερεύειν δὲ ταῖς τιμαῖς τῶν ἐν ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ καὶ παροικίᾳ κληρικῶν (75). Ἐπαναβαίνειν δὲ ταῖς τάξεσι τῶν προτελευτώντων, εἰ ψήφῳ τοῦ πλήθους ἄξιοι φανοῖεν, ἐπιχειροτονοῦντος τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας· μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτοῖς ἐπιλέγεσθαι κατὰ γνώμην ἰδίαν, οὓς ἂν ἐθέλωσιν. Ἐφάνη δὲ τοῦτο τῇ συνόδῳ δίκαιον, λογιζομένῃ τὸ προπετὲς καὶ ἕτοιμον εἰς χειροτονίαν Μελιτίου καὶ τῶν τὰ αὐτὰ φρονούντων· ὥστε καὶ Πέτρου τοῦ μαρτυρήσαντος, ἡνίκα ἡγεῖτο τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας, φεύγοντος διὰ τὸν τότε διωγμὸν, τὰς διαφερούσας αὐτῷ χειροτονίας ὑφήρπασε.

## CAP. XXV.

*Quomodo imperator episcopos qui synodo interfuerant, Constantinopolim evocatos publico epulo excepit, et donis honoravit: et quomodo omnes ad concordiam hortatus est, et ea quæ a sacrosancta synodo erant decreta, Alexandriæ et omnibus ubique degentibus nuntiavit.*

Cum hæc a concilio ita decreta essent, forte accidit ut vicennalia Constantini eodem tempore celebrarentur[2]. Est enim hic mos Romanis, ut decimo quoque anno uniuscujusque imperatoris, publicam agant festivitatem. Commodum igitur adesse tempus existimans imperator, episcopos qui synodo interfuerant, ad convivium invitavit, donisque convenientibus honoravit. Cum vero singuli ad sedes suas regredi jam pararent, convocatis omnibus suasit ut in fide concordes essent, pacemque inter se mutuo servarent, ita ut in posterum sine tumultu ac dissidio permanerent. Cumque multa in hanc sententiam locutus esset, tandem jussit ut pro se et pro liberis ac pro imperio sedulo precarentur, Deoque assidue supplicarent. Et episcopis quidem qui tum Nicæam venerant, cum ista dixisset, valedixit. Porro ut illos etiam qui abfuerant, de rebus in synodo feliciter confectis certiores faceret, lit-

## ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

*Ὅτι δημοτελῆ τράπεζαν ὁ βασιλεὺς τῇ συνόδῳ ἐποίησε, συγκαλέσας τούτους εἰς Κωνσταντινούπολιν, καὶ δώροις τιμήσας· καὶ ὅπως πάντας ὁμονοεῖν παρεκάλεσε, καὶ πρὸς Ἀλεξάνδρειαν καὶ ἁπανταχοῦ, τὰ δεδογμένα τῇ θείᾳ συνόδῳ ἐξέπεμψεν.*

Τούτων ὧδε δοξάντων τῇ συνόδῳ, ξυνηνέχθη κατὰ ταυτὸν ἑορτὴν εἶναι εἰκοσαετηρίδα[1] τῆς Κωνσταντίνου βασιλείας. Ἔθος δὲ Ῥωμαίοις, δημοτελῆ πανήγυριν ἄγειν καθ' ἑκάστην δεκάδα ἐτῶν τῆς τοῦ κρατοῦντος ἀρχῆς. Εὔκαιρον οὖν εἶναι νομίσας ὁ βασιλεὺς, προετρέψατό τε τὴν σύνοδον εἰς ἑστίασιν, καὶ τοῖς προσήκουσι δώροις ἐτίμησεν. Ἐπεὶ δὲ οἴκαδε ἐπανιέναι παρεσκευάσαντο, συγκαλέσας πάντας, συνεβούλευσεν ὁμονοεῖν περὶ τὴν πίστιν, καὶ τῆς πρὸς σφᾶς αὐτοὺς εἰρήνης ἔχεσθαι, ὡς ἂν ἀστασίαστοι τοῦ λοιποῦ διαμένοιεν. Καὶ πολὺν περὶ τούτου λόγον διεξελθὼν, τὸ τελευταῖον ἐκέλευσεν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, καὶ παίδων, καὶ βασιλείας εὔχεσθαι σπουδαίως, καὶ τὸν Θεὸν ἱκετεύειν ἑκάστοτε. Καὶ πρὸς μὲν τοὺς τότε ἀφικομένους πρὸς Νίκαιαν τοιαῦτα εἰπὼν, συνετάξατο. Δῆλα δὲ ποιῶν καὶ τοῖς μὴ παροῦσι τὰ ἐν τῇ συνόδῳ κατωρθωμένα, γράμματα πέπομφε ταῖς κατὰ πόλιν Ἐκκλησίαις. Τῇ δὲ Ἀλεξανδρέων

[1] Soc., lib. I, c. 9. [2] Euseb., *Vit. Const.*, lib. III, c. 15.

### VALESII ANNOTATIONES.

(75) *Τῶν ἐν ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ καὶ παροικίᾳ κληρικῶν.* Ex his verbis apparet Sozomenum existimasse Nicænos Patres in epistola synodica de clericis a Melitio constitutis locutos esse: cum tamen de episcopis potius locuti sint quam de clericis. Plures enim episcopos, quam clericos in Ægypto ordinarat Melitius, ut in adnotationibus ad librum primum Historiæ Socratis observavi. Deinde in illa epistola synodica vetant Nicæni Patres, ne quis ex illis a Melitio ordinatis substituatur in locum Catholici mortui, nisi a populo electus, et ab Alexandrino episcopo confirmatus fuerit. Quod de presbyteris intelligi non potest, ut notavi ad Socratem.

### VARIORUM.

[1] *Ἑορτὴν εἶναι εἰκοσαετηρίδα.* Constantini M. Vicennalia cum fine concilii Nicæni concurrisse, tradit Niceph. lib. VIII, cap. 26, et, quod magis est, Eusebius, libro III *De vita Const.*, cap. 14, 15, 16, 22.

Digitized by Google

ἰδίᾳ ἕτερα παρὰ ταῦτα, προτρέπων πάσης ἀφεμένους διχονοίας ὁμονοῆσαι περὶ τὴν ἐκτεθεῖσαν παρὰ τῆς συνόδου πίστιν. Μηδὲν γὰρ ἕτερον εἶναι, ἢ ταύτην Θεοῦ γνώμην (76), ἐκ συμφωνίας τηλικούτων καὶ τοσούτων ἀρχιερέων ἁγίῳ Πνεύματι συστᾶσαν, μετὰ ζήτησιν ἀκριβῆ καὶ βάσανον πάντων τῶν ἀμφιβόλων δοκιμασθεῖσαν.

A teras scripsit ad omnium civitatum Ecclesias. 43
Alias præterea litteras separatim ad Alexandrinorum Ecclesiam misit, quibus eos hortabatur, ut omni dissensione deposita, in fidem a synodo expositam consentirent. Eam enim nihil aliud esse quam Dei ipsius sententiam, ex tot ac talium sacerdotum consensu per divinum Spiritum constitutam, post accuratam disputationem, et post examen omnium quæ in controversiam venerant, comprobatam.

VALESII ANNOTATIONES.

(76) *Ἢ ταύτην Θεοῦ γνώμην.* Nostri quidem codices nihil mutant. Assentior tamen Christophorsono et Savilio, qui hunc locum ita restituunt : Μηδὲν γὰρ ἕτερον εἶναι ταύτην ἢ Θεοῦ γνώμην, etc.

---

# ΕΡΜΕΙΟΥ ΣΩΖΟΜΕΝΟΥ

ΣΑΛΑΜΙΝΙΟΥ

# ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

## ΤΟΜΟΣ Β'.

# HERMIÆ SOZOMENI

SALAMINII

# ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

## LIBER II.

### ΚΕΦΑΛ. Α'.

*Περὶ τῆς εὑρέσεως τοῦ ζωηφόρου σταυροῦ, καὶ ἁγίων ἥλων.*

Τὰ μὲν δὴ κατὰ Νίκαιαν, μέχρι τούτου τέλος ἔσχε· καὶ τῶν ἱερέων ἕκαστος οἴκαδε ἐπανῆλθον. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἔχαιρεν ὑπερφυῶς, συμφωνοῦσαν ὁρῶν περὶ τὸ δόγμα τὴν καθόλου Ἐκκλησίαν· χαριστήριά τε ἀνατιθεὶς τῷ Θεῷ ὑπὲρ τῆς ὁμονοίας τῶν ἐπισκόπων, ὑπέρ τε αὐτοῦ καὶ παίδων καὶ τῆς βασιλείας, ᾠήθη δεῖν οἶκον εὐκτήριον τῷ Θεῷ κατασκευάσαι ἐν Ἱεροσολύμοις, ἀμφὶ τὸν καλούμενον Κρανίου τόπον. Περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον, καὶ Ἑλένη ἡ αὐτοῦ μήτηρ ἧκεν εἰς Ἱεροσόλυμα, εὔξασθαί τε, καὶ τοὺς ἐνταῦθα ἱεροὺς ἱστορῆσαι τόπους. Εὐλαβῶς δὲ περὶ τὸ δόγμα τῶν Χριστιανῶν διακειμένη, περὶ πολλοῦ ἐποιεῖτο τοῦ σεβασμίου σταυροῦ τὸ ξύλον εὑρεῖν. Ἦν δὲ οὔτε τούτου, οὔτε τοῦ θεσπεσίου τάφου ἡ εὕρεσις ῥᾳδία. Οἱ γὰρ πάλαι τὴν Ἐκκλησίαν διώξαντες Ἕλληνες, ἔτι φύεσθαι ἀρχομένην τὴν θρησκείαν πάσῃ μηχανῇ σπουδάσαντες ἐκτεμεῖν, ὑπὸ πολλῷ χώματι τὸν τῇδε τόπον κατέκρυψαν, καὶ εἰς ὕψος ἤγειραν βα-

B

### CAP. I.

*De inventione salutiferæ crucis et sacrorum clavorum.*

Res quidem apud Nicæam gestæ, hujusmodi finem habuerunt; et unusquisque sacerdotum sedes suas repetiit. Imperator vero singulari quodam gaudio exsultabat, cum universam Ecclesiam in doctrina fidei consentientem videret. Utque grati animi monumentum consecraret Deo, pro episcoporum concordia, et pro se ac liberis suis, imperioque Romano, Hierosolymis juxta locum qui Calvariæ dicitur, ecclesiam Deo fabricare constituit. Per idem tempus Helena quoque ejus mater venit Hierosolymam, orationis faciendæ et sacrorum illic locorum visendorum causa. Quæ cum pie affecta
C esset erga religionem Christianorum, votis omnibus optabat adorandæ crucis lignum reperire. Verum nec hujus ligni, nec divini sepulcri inventio in proclivi erat. Nam gentiles qui Ecclesiam olim persecuti fuerant [1], cum Christianam religionem tunc primum nascentem omnibus modis atque ar-

[1] Socr., lib. I, c. 17.

tibus exscindere laborarent, cum locum ingenti **44** aggere obruerant et in sublime erexerant, cum antea esset profundior, sicuti nunc cernitur. Cumque universum locum tam resurrectionis quam Calvariæ, muro circumsepissent, eum exornaverant. Ac primo quidem solum lapide constraverant; deinde templum Veneris exstruxerant et simulacrum constituerant : eo consilio ut qui Christum illic adorarent, Venerem colere viderentur, utque successu temporis vera causa cultus illius loci oblitteraretur; cum et Christiani tuto illuc accedere, remque aliis indicare minime auderent, et gentilium templum cultusque simulacri ex adverso confirmaretur. Nihilominus tamen patefactus est locus, detectaque fraus quam tanto studio ibi moliti fuerant : sive indicio cujusdam Hebræi in Orientis partibus degentis, ut quidam aiunt, qui paterno quodam scripto edoctus rem indicavit; sive, ut verius opinari licet, Deo signis quibusdam ac somniis eum ostendente. Neque enim arbitror res divinas indicio hominum egere, quoties Deus eas manifestare decrevit. Eo igitur tempore, cum ex imperatoris mandato locus alte effossus ac repurgatus fuisset, in ejus parte spelunca resurrectionis apparuit. Alibi vero juxta eumdem locum tres inventæ sunt cruces; et alia separatim tabella, in cujus albo verbis ac litteris Hebraicis, Græcis et Latinis, hæc scripta erant : Jesus Nazarenus rex Judæorum. Et hæc quidem jussu Pilati præsidis Judææ scripta et supra caput Christi affixa fuerant, sicut in sacro Evangeliorum volumine refertur. Adhuc tamen erat difficile divinam crucem, quamvis repertam, a reliquis distinguere : quippe cum ejus inscriptio ab ipsa divulsa projectaque esset, ac simul tres cruces temere disjectæ; ordine illarum, ut verisimile est, tunc confuso, cum corpora damnatorum ex illis deposita sunt. Nam cum milites Dominum in cruce mortuum deprehendissent, depositum ejus corpus primum, ut evangelica docet historia, sepeliendum tradiderunt. Postea vero, ut latronibus utrinque suffixis mortem accelerarent, crura iis fregerunt et cruces temere hinc inde projecerunt. Quid enim curæ illis fuisset, cruces eo quo prius fuerant ordine reponere, cum singuli vespertinam horam prævenire maturarent, nec operæ pretium ducerent circa cruces hominum violenta morte interemptorum diutius immorari? Hanc igitur ob causam cum divinæ crucis lignum adhuc in obscuro esset, et divinius quoddam quam quod ab homine præstari possit, indicium flagitaret, hujusmodi quid evenit. Nobilis quædam mulier Hierosolymis gravissimo et insanabili morbo laborabat. Ad quam in lecto decumbentem Macarius Hierosoly-

A θύτερον ὑπάρχοντα (77), ὡς καὶ νῦν φαίνεται. Περιλαβόντες δὲ πέριξ πάντα τὸν τῆς ἀναστάσεως χῶρον καὶ τοῦ Κρανίου, διεκόσμησαν, καὶ λίθῳ τὴν ἐπιφάνειαν κατέστρωσαν· καὶ Ἀφροδίτης ναὸν κατεσκεύασαν, καὶ ζῴδιον ἱδρύσαντο· ὥστε τοὺς αὐτόθι τὸν Χριστὸν προσκυνοῦντας, δόξαι τὴν Ἀφροδίτην σέβειν· καὶ τῷ χρόνῳ εἰς λήθην ἐλθεῖν τὴν ἀληθῆ αἰτίαν τοῦ περὶ τὸν τόπον σεβάσματος, μήτε τῶν Χριστιανῶν ἀδεῶς εἰς τοῦτο φοιτᾷν, ἢ ἑτέροις καταμηνύειν τολμώντων, καὶ τοὐναντίον πιστουμένου τοῦ Ἑλληνικοῦ ναοῦ καὶ τοῦ ἀγάλματος. Ἐγένετό γε μὴν δῆλος ὁ τόπος, καὶ ἐφωράθη ἡ σπουδασθεῖσα περὶ αὐτὸν πλάνη· ὡς μὲν τινὲς λέγουσιν, ἀνδρὸς Ἑβραίου τῶν ἀνὰ τὴν Ἕω οἰκούντων, ἐκ πατρῴας γραφῆς καταμηνύσαντος· ὡς δὲ ἀληθέστερον ἐννοεῖν ἔστι, τοῦ Θεοῦ
B ἐπιδείξαντος διὰ σημείων καὶ ὀνειράτων. Οὐ γὰρ οἶμαι τὰ θεῖα δεῖσθαι τῆς παρ' ἀνθρώπων μηνύσεως, ἡνίκα ἂν δῆλα αὐτὰ τῷ Θεῷ δοκῇ γενέσθαι. Τηνικαῦτα οὖν κατὰ πρόσταξιν τοῦ βασιλέως, τοῦ τῇδε χώρου καθαρθέντος εἰς βάθος, ἐν μέρει τὸ τῆς ἀναστάσεως ἐφάνη ἄντρον. Ἑτέρωθι δὲ περὶ τὸν αὐτὸν τόπον τρεῖς εὑρέθησαν σταυροί· καὶ χωρὶς ἄλλο ξύλον ἐν τάξει λευκώματος ῥήμασι καὶ γράμμασιν Ἑβραϊκοῖς, Ἑλληνικοῖς τε καὶ Ῥωμαϊκοῖς, τὰ δηλοῦντα (78)· Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος, ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. Καὶ ταῦτα μὲν, ὡς ἡ ἱερὰ βίβλος τῶν Εὐαγγελίων ἱστορεῖ, οὕτω συνέβη προγραφῆναι ὑπὲρ κεφαλῆς τοῦ Χριστοῦ, Πιλάτου τοῦτο προστάξαντος, τοῦ τὴν Ἰουδαίαν ἐπιτροπεύοντος. Ἐργώδης δὲ ἔτι ἐτύγχανεν
C ἡ τοῦ θείου σταυροῦ διάκρισις, εἰ καὶ εὑρέθη, διεῤῥυηκότος αὐτοῦ τοῦ γράμματος, καὶ διεῤῥιμμένου· ἅμα δὲ καὶ τῶν τριῶν σταυρῶν χύδην διεσπαρμένων, ὡς γε εἰκὸς, ἐν τῇ καθαιρέσει τῶν σταυρωθέντων σωμάτων συγχυθείσης τῆς τάξεως. Ἐπεὶ γὰρ οἱ στρατιῶται νεκρὸν ἐν τῷ ξύλῳ εὑρήκασι, καθελόντες αὐτὸν, πρῶτον ἀπέδοντο εἰς ταφὴν, κατὰ τὴν ἱστορίαν. Μετὰ δὲ ταῦτα τῶν ἑκατέρωθεν λῃστῶν ταχύναντες τὸν θάνατον, τὰ σκέλη κατέαξαν, καὶ τὰ ξύλα ὅπη ἔτυχεν, ἄλλο ἄλλῃ ἔῤῥιψαν. Τί γὰρ καὶ ἐπιμελὲς αὐτοῖς, ἐν τῇ προτέρᾳ τάξει ταῦτα ἐᾷν, ἑκάστου φθάσαι τὴν ἑσπέραν σπουδάζοντος, καὶ ἀνδρῶν βίᾳ τετελευτηκότων, περὶ σταυροὺς ἐνδιατρίβειν οὐκ ἀγαθὸν ἡγουμένου; Ταύτῃ οὖν ἀδήλου τυγχάνοντος ἔτι τοῦ θείου ξύλου, καὶ θειοτέρας, ἢ κατὰ ἄνθρωπον
D δεομένου μηνύσεως, τοιόνδε τι συνέβη. Γυνή τις ἦν ἐν Ἱεροσολύμοις τῶν ἐπισήμων, χαλεπωτάτῳ καὶ ἀνιάτῳ νόσῳ κάμνουσα. Πρὸς ταύτην κειμένην ἦλθε Μακάριος ὁ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, παραλαβὼν τὴν τοῦ βασιλέως μητέρα καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτόν. Εὐξάμενός τε πρότερον, καὶ σύμβολον τάξας τοῖς ὁρῶσιν, ἐκεῖνον εἶναι τὸν θεῖον σταυρὸν, ὃς ἐπιτιθεὶς ἀπαλλάξει τῆς νόσου τὴν γυναῖκα, φέρων ἕκαστον αὐτῇ τῶν ξύλων προσήγαγεν. Ἀλλὰ τῶν μὲν δύο ἐπιτεθέν-

## VALESII ANNOTATIONES.

(77) *Βαθύτερον ἤγειραν ὕπαρχον*. Hujus loci emendatio debetur codici Fuketiano, in quo ita scribitur : Τὸν τῇδε τόπον κατέκρυψαν, καὶ εἰς ὕψος ἤγειραν, βαθύτερον ὑπάρχοντα ὡς καὶ νῦν φαίνεται. Id est, *Locum illum occultarunt, et in sublime erexerunt, qui antea profundior erat, sicuti nunc cernitur.*

(78) *Τὰ δηλοῦντα*. In codice Leonis Allatii scriptum est, τάδε δηλοῦντα. Mihi non dubium est quin Sozomenus scripserit : Τάδε δηλοῦν, supple ξύλον.

Digitized by Google

των, οὐδὲν ὅτι μὴ λῆρος καὶ γέλως ἔδοξεν εἶναι τὸ A γινόμενον, θανάτου ἐν θύραις ὄντος τοῦ γυναίου. Ἐπεὶ δὲ τὸ τρίτον ξύλον ὁμοίως προσήνεγκεν, ἐξαπίνης ἀνέβλεψε, καὶ τὰς δυνάμεις ἀθροίσασα, παραχρῆμα τῆς στρωμνῆς ὑγιὴς ἀπεπήδησε. Λέγεται δὲ καὶ νεκρὸν τῷ ἴσῳ τρόπῳ ἀναβιῶναι. Τοῦ δὲ εὑρεθέντος θεσπεσίου ξύλου, τὸ μὲν πλεῖστον ἐν ἀργυρᾷ θήκῃ μένον ἔτι καὶ νῦν ἐν Ἱεροσολύμοις φυλάττεται. Μέρος δὲ ἡ βασιλὶς πρὸς Κωνσταντῖνον τὸν παῖδα διεκόμισεν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἥλους οἷς τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ διαπεπερόνητο. Ἐκ τούτων δὲ ἱστοροῦσι, περικεφαλαίαν τὸν βασιλέα κατασκευάσαι, καὶ χαλινὸν ἵππου, κατὰ τὴν Ζαχαρίου προφητείαν, ᾧ δὴ προείρηται, ὡς *Ἐπὶ τοῦ παρόντος καιροῦ, ἔσται τὸ ἐπὶ τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου ἅγιον τῷ Κυρίῳ παντοκράτορι.* Ὧδε γὰρ αὐταῖς λέξεσιν ὁ προφήτης B φησί. Ταῦτα πάλαι μὲν ἔγνωστο καὶ προείρητο τοῖς ἱεροῖς προφήταις· εἰς ὕστερον δὲ διὰ θαυμασίων ἐβεβαιοῦτο τῶν ἔργων, ὅτε ἐν καιρῷ δοκοῦν εἶναι τῷ Θεῷ κατεφαίνετο. Καὶ θαυμαστὸν οὔπω τοσοῦτον, ὅπου γε καὶ πρὸς αὐτῶν τῶν Ἑλλήνων συνωμολόγηται, Σιβύλλης εἶναι τοῦτο.

morum episcopus, assumpta secum imperatoris matre et iis quos circa se habebat, accessit. Factaque prius oratione, et signo spectantibus dato, eam esse divinam crucem, quæ mulieri imposita morbo ipsam liberaret, **45** singulas ei cruces ordine admovit. Verum duabus quidem illarum mulieri admotis, nihil aliud quam nugæ ac minus ea res videbatur, cum mulieri mors jamjam immineret. Postquam vero tertia similiter admota est, repente mulier oculos aperuit, et recuperatis viribus sana exsiliit e cubili. Aiunt etiam mortuum eodem modo ad vitam esse revocatum. Porro hujus venerandæ crucis quæ tum reperta est, maxima quidem portio Hierosolymis in argentea theca etiamnum custoditur. Partem vero ejus imperatrix ad Constantinum filium detulit, una cum clavis quibus corpus Christi confixum fuerat. Ex his autem aiunt imperatorem galeam et frenum equi fabricasse, juxta prophetiam Zachariæ, qui tanquam de isto tempore ita prædixit : *Id quod est super frenum equi, sanctum erit Domino omnipotenti* [1]. His enim verbis prophetes utitur. Hæc olim quidem a sacris prophetis multo ante cognita sunt et prædicta : tandem vero admirandis operibus confirmata sunt, tunc cum Deus opportunum id esse censuit. Neque id adeo mirandum, cum et apud gentiles in confesso sit, istud a Sibylla prædictum fuisse.

*Ὦ ξύλον* [u] *μακαριστὸν, ἐφ' οὗ Θεὸς ἐξετανύσθη!* Τοῦτο γὰρ καὶ σπουδάζων τις ἐναντίος εἶναι, οὐκ ἂν ἀρνηθείη. Προὐσήμαινεν οὖν τὸ τοῦ σταυροῦ ξύλον, καὶ τὸ περὶ αὐτοῦ σέβας. Τάδε μὲν ἡμῖν ὡς παρειλήφαμεν ἱστόρηται, ἀνδρῶν τε ἀκριβῶς ἐπισταμένων ἀκούσασιν, εἰς οὓς ἐκ διαδοχῆς πατέρων εἰς παῖδας τὸ μανθάνειν παρεγένετο, καὶ ὅσοι γε αὐτὰ συγγράψαντες, ὡς δυνάμεως εἶχον, τοῖς ἔπειτα κατα- C λελοίπασιν.

*O lignum felix, in quo Deus ipse pependit!* Hoc enim nemo, quantumvis nobis adversari studeat, negaverit. Lignum igitur crucis ejusque cultum Sibylla prædixit. Et hæc quidem a nobis relata sunt prout accepimus : quippe qui ea didicerimus ex viris, qui ista accurate norant, et ad quos rerum istarum notitia, continua generis successione a patribus ad filios transmissa pervenerat, et ex iis qui eadem ista pro virili parte litteris mandantes, posterorum memoriæ reliquerunt.

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

*Περὶ Ἑλένης τῆς τοῦ βασιλέως μητρὸς, καὶ ὡς εἰς Ἱεροσόλυμα παραγενομένη ναοὺς ᾠκοδόμησε, καὶ ἄλλα θεοφιλῆ διεπράξατο ἔργα· καὶ περὶ τῆς αὐτῆς τελευτῆς.*

Ἀμφὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, προθέμενος ὁ βασιλεὺς ναὸν ἐγεῖραι τῷ Θεῷ, προσέταξε τοῖς τῇδε ἄρχουσι, προνοεῖν ὡς ἂν μάλιστα μεγαλοφυὲς καὶ πολυτελὲς ἀποδειχθείη τὸ ἔργον. Ἐν μέρει δὲ καὶ Ἑλένη ἡ αὐτοῦ μήτηρ, δύο ναοὺς ᾠκοδόμησε, τὸν μὲν ἐν Βηθλεὲμ, ἀμφὶ τὸ τῆς γεννήσεως Χριστοῦ σπήλαιον· τὸν δὲ, πρὸς ταῖς ἀκρωρείαις τοῦ ὄρους τῶν Ἐλαιῶν, ὅθεν ἐπὶ τὸν οὐρανὸν ἀνελήφθη. Ταύτης δὲ πολλὰ μὲν D καὶ ἄλλα δείκνυσι τὴν εὐσέβειαν καὶ εὐλάβειαν· οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τόδε. Λέγεται γὰρ αὐτὴν τότε ἐν Ἱεροσολύμοις διατρίβουσαν, συγκαλέσαι πρὸς ἑστίασιν τὰς ἱερὰς παρθένους, καὶ ὑπηρέτιν γενέσθαι περὶ τὸ δεῖπνον, παρατιθεῖσαν τὰ ὄψα, καὶ ὕδωρ ταῖς χερσὶν ἐπιχέουσαν, καὶ τ' ἄλλα ποιοῦσαν, ἃ θέμις διακονεῖ-

## CAP. II.

*De matre imperatoris Helena, quomodo Hierosolymam ingressa, ecclesias construxit, multaque alia eximiæ pietatis opera edidit : et de ejusdem obitu.*

Sub idem tempus imperator, cum templum Deo ædificare statuisset, rectoribus per ea loca constitutis præcepit, ut opus illud magnificentissimum ac sumptuosissimum fabricari curarent. Sed et mater ipsius Helena privatim duas ecclesias construxit : alteram apud Bethleem, juxta speluncam illam in qua natus est Christus : alteram in vertice montis Olivarum, ex quo in cœlum assumptus est. Hujus feminæ pietatem ac religionem cum alia multa declarant, tum hoc in primis. Aiunt siquidem eam tum Hierosolymis commorantem, **46** sacras omnes virgines ad convivium vocasse, eisque prandentibus ministrasse, cibos apponentem, et aquam manibus affundentem singularum :

[1] Zach. XIV, 20

### VARIORUM ANNOTATIONES.

[u] *Ὦ ξύλον*. In Sibyllinis oraculis a Servatio Gallæo editis, pag. 652, sic legitur hic versus : Ὦ ξύλον, ὦ μακαριστόν, etc., quæ lectio apparet castigatior : ξύλον enim priorem brevem habet, et anadiplosis addit nonnihil vehementiæ. De his oraculis, inter alios, videatur Guil. Beveregius in Codice canonum Ecclesiæ primitivæ vindicato, cap. 14, et Constantini *Oratio ad sanctorum cœtum*, apud Euseb., cap. 18, etc.

Digitized by Google

A omnia denique facientem quæ a convivarum ministris præstari solent. Cumque urbes Orientis eo tempore perlustraret, singularum ecclesias competentibus donariis honoravit : multosque homines qui facultatibus suis exuti fuerant, locupletes reddidit : pauperibus vero necessaria abunde suppeditavit : nonnullos diuturnis vinculis, aut exsilio, aut metallis in quibus detinebantur, liberavit. Pro quibus factis, dignam mihi videtur accepisse mercedem. Nam præsentem quidem vitam ea magnificentia eoque splendore transegit, quo major esse nullus potest. Quippe quæ Augusta nuncupata est, et aureum nummum sua imagine signavit : regalium denique thesaurorum potestatem a filio adepta, pro arbitratu suo iis usa est. Cum vero ex hac vita ipsi migrandum esset, glorioso exitu decessit : B annum quidem ætatis circiter octogesimum agens : filium vero post se relinquens, una cum Cæsaribus nepotibus suis universum orbem Romanum gubernantem. Quod si qua harum quoque rerum utilitas esse potest, ne mortuæ quidem nomen oblivione consumptum est. Habet enim ventura ætas, perennis ejus memoriæ pignus quoddam, urbem in Bithynia sitam, et alteram in Palæstina, illius nomine appellatas. Atque hæc quidem a nobis dicta sint de Helena.

σθαι τοὺς τῶν δαιτυμόνων θεράποντας. Τηνικαῦτα δὲ τὰς πόλεις τῆς Ἕω περιϊοῦσα, τὰς μὲν κατὰ πόλιν ἐκκλησίας ἀναθήμασι τοῖς προσήκουσιν ἐτίμησε· πολλοὺς δὲ οὐσιῶν ἐκπεπτωκότας, πλουσίους ἐποίησε· πενομένοις δὲ τὰ ἐπιτήδεια ἀφθόνως διένειμε· τοὺς δὲ χρονίων δεσμῶν καὶ ὑπερορίας φυγῆς καὶ μετάλλων ἠλευθέρωσε. Καί μοι δοκεῖ τούτων ἀξίως ἀπειληφέναι τὰς ἀμοιβάς. Τὴν μὲν γὰρ ἐνταῦθα βιοτὴν, ὡς οὐ πλέον ἐνεδέχετο, λαμπρῶς καὶ λίαν ἐπισήμως διήνυσε· σεβαστή τε ἀνεκηρύχθη, καὶ εἰκόνι ἰδίᾳ χρυσοῦν νόμισμα κατεσήμανε· καὶ βασιλικῶν θησαυρῶν ἐξουσίαν παρὰ τοῦ παιδὸς λαβοῦσα, κατὰ γνώμην ἐχρῆτο. Ἐπειδὴ δὲ ἔδει τὸν τῇδε καταλιπεῖν βίον, εὐκλεῶς ἐτελεύτησεν· ἔτη μὲν ἀμφὶ τὰ ὀγδοήκοντα γεγονυῖα, τὸν παῖδα καταλιποῦσα ἅμα Καίσαρσιν αὐτῆς ἐκγόνοις, πάσης τῆς Ῥωμαίων οἰκουμένης ἡγούμενον. Εἰ δέ τίς ἐστι καὶ τούτων ὄνησις, οὐδὲ τελευτήσασαν ἡ λήθη ἐκάλυψεν· ἔχει δὲ αὐτῆς διηνεκοῦς μνήμης ἐνέχυρον ὁ μέλλων αἰὼν, τὴν ἐπὶ Βιθυνίας πόλιν [v], καὶ ἑτέραν παρὰ Παλαιστινοῖς, ἀπ' αὐτῆς λαβούσας τὴν προσηγορίαν. Ταῦτα μὲν ἡμῖν ὧδε περὶ Ἑλένης εἰρήσθω.

## CAP. III.

*De ecclesiis a Constantino Magno exstructis, et de urbe ab eo cognominata, quomodo condita sit. Et de operibus publicis quæ in ea urbe visuntur, et de ecclesia Michaelis archangeli in Sosthenio, et de miraculis quæ illic fiunt.*

C Imperator vero semper aliquid quod ad pietatem faceret, moliebatur : et ubique locorum Deo ecclesias erigebat. Præcipue tamen in primariis civitatibus, ut Nicomediæ in Bithynia, et Antiochiæ quæ sita est ad fluvium Orontem, et Byzantii; quam quidem urbem Romæ æqualem esse, et principatus consortium obtinere constituit. Nam cum omnia ipsi ex voto succederent, et exteros partim bello domuisset, partim fœderibus sibi adjunxisset, urbem sibi cognominem, et Romæ æmulam ædificare decrevit. Progressus igitur ad campum qui est ante Ilium, secus **47** Hellespon-

## ΚΕΦΑΛ. Γ'

*Περὶ τῶν ναῶν οὓς ὁ μέγας ᾠκοδόμησε Κωνσταντῖνος· καὶ περὶ τῆς αὐτοῦ ἐπωνύμου πόλεως, ὅπως ἐκτίσθη, καὶ περὶ τῶν ἔσω αὐτῆς κτισμάτων· ἔτι καὶ περὶ τοῦ εἰς Σωσθένιον* (79) *ναοῦ τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαήλου, καὶ περὶ τῶν ἐκεῖσε θαυμάτων.*

Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀεί τι πονῶν, εἰς εὐσέβειαν συνετέλει, καὶ πανταχοῦ περικαλλεστάτους ναοὺς ἀνίστη τῷ Θεῷ. Διαφερόντως δὲ ἐν ταῖς μητροπόλεσιν, ὡς ἐπὶ τῆς Νικομηδείας τῆς Βιθυνῶν, καὶ Ἀντιοχείας τῆς παρὰ τὸν Ὀῤῥόντην ποταμὸν, καὶ ἐπὶ τῆς Βυζαντίων πόλεως, ἣν ἴσα Ῥώμῃ κρατεῖν καὶ κοινωνεῖν αὐτῇ τῆς ἀρχῆς κατεστήσατο. Ἐπεὶ γὰρ κατὰ γνώμην αὐτῷ πάντα προὐχώρει, κατώρθωτο δὲ καὶ τὰ πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους πολέμοις καὶ σπονδαῖς, ἔγνωκεν οἰκίσαι πόλιν ὁμώνυμον ἑαυτῷ, καὶ τῇ Ῥώμῃ ὁμότιμον. Καταλαβὼν δὲ τὸ πρὸ τοῦ Ἰλίου πεδίον, παρὰ τὸν Ἑλλήσποντον ὑπὲρ τὸν Αἴαντος τάφον, οὗ

## VALESII ANNOTATIONES.

(79) *Εἰς τὸ Σωσθένιον.* Nicephorus in lib. VII, cap. 50, duas ecclesias a Constantino Magno constructas esse scribit in honorem S. Michaelis, alteram in Anaplo, alteram in Sosthenio. Ex quo colligere est Nicephorum Callistum horum titulorum auctorem non esse : nam Sozomenus unicam commemorat S. Michaelis ecclesiam quæ erat in Hestiis sive Anaplo. Cur ergo Nicephorus hanc confunderet cum Sostheniensi, cum eas manifeste distinguat in libro VII? Duas quidem ecclesias D S. Michaelis agnoscit Procopius, alteram in Anaplo, alteram ex adverso sitam; sed nihil de Sosthenio. Ecclesiæ tamen S. Michaelis in Sosthenio meminit Constantinus Porphyrogennetus in *Vita Basilii imp.*, p. 162; eamque a Basilio instauratam fuisse dicit. Ejusdem meminit Codinus in *Originibus*, p. 57, ubi duas S. Michaelis ecclesias videtur distinguere, alteram in Anaplo, alteram in Sosthenio.

## VARIORUM.

[v] *Τὴν ἐπὶ Βιθυνίας πόλιν.* Ἔστι δέ τις ἐν Βιθυνίᾳ πόλις, Ἑλένης ἐπώνυμος, etc. *In Bithynia est urbs, de nomine dicta Helenæ, matris Constantini Aug. Quippe natam ibi Helenam perhibent, cum esset vicus ignobilis : cui quidem Constantinus, in præmium nutricationis, nomen ac dignitatem urbis concesserat; sed nullum imperatoriæ magnificentiæ monumentum reliquerat. Nam si ornatum et structuram species, statum pristinum locus retinebat, nudo urbis titulo insignis, Helenæque alumnæ suæ nomine gloriosus.* Procopius Cæsariensis, *De ædificiis*, pag. 96.

Digitized by Google

δὴ λέγεται τὸν ναύσταθμον καὶ τὰς σκηνὰς ἐσχηκέναι τοὺς ἐπὶ Τροίαν τότε στρατευσαμένους Ἀχαιούς, οἵαν ἐχρῆν καὶ ὅσην τὴν πόλιν διέγραψε· καὶ πύλας κατεσκεύασεν ἐν περιωπῇ, αἳ δὴ νῦν ἔτι ἀπὸ θαλάσσης φαίνονται τοῖς παραπλέουσι. Ταῦτα δὲ αὐτῷ πονοῦντι, νύκτωρ ἐπιφανεὶς ὁ Θεὸς, ἔχρησεν ἕτερον ἐπιζητεῖν τόπον. Καὶ κινήσας αὐτὸν εἰς τὸ Βυζάντιον τῆς Θρᾴκης, πέραν Χαλκηδόνος τῆς Βιθυνῶν, ταύτην αὐτῷ οἰκίζειν ἀπέφηνε πόλιν, καὶ τῆς Κωνσταντίνου ἐπωνυμίας ἀξίαν (79*) Ὁ δὲ, τοῖς τοῦ Θεοῦ λόγοις πεισθεὶς, τὴν πρὶν Βυζάντιον ˣ προσαγορευομένην εἰς εὐρυχωρίαν ἐκτείνας, μεγίστοις τείχεσι περιέβαλεν. Ἐπεὶ δὲ τοὺς αὐτόχθονας οὐχ ἱκανοὺς ἐνόμιζεν πολίτας τῷ μεγέθει τῆς πόλεως, μεγίστας οἰκίας ἀνὰ τὰς ἀγυιὰς σποράδην οἰκοδομήσας, ἄνδρας ἐν λόγῳ σὺν τοῖς οἰκείοις δεσπότας ποιήσας, ἐν ταύταις κατῴκισε· τοὺς μὲν ἐκ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, τοὺς δὲ ἐξ ἑτέρων ἐθνῶν μεταχαλεσάμενος. Φόρους δὲ τάξας (80), τοὺς μὲν εἰς οἰκοδομὰς καὶ κάλλη τῆς πόλεως, τοὺς δὲ εἰς ἀποτροφὴν τῶν πολιτῶν, ἅπασί τε τοῖς ἄλλοις τὰ περὶ τὴν πόλιν διαθεὶς, ἱπποδρόμῳ τε καὶ κρήναις καὶ στοαῖς καὶ λοιποῖς οἰκοδομήμασι φιλοτίμως κοσμήσας, νέαν Ῥώμην Κωνσταντινούπολιν ὠνόμασε· καὶ βασιλίδα κατέστησε τῶν ὅσοι τὴν Ῥωμαίων ὑπήκοον γῆν οἰκοῦσι (81) πρὸς ἄρκτον καὶ νότον καὶ ἥλιον ἀνίσχοντα, καὶ τὰ ἐν μέσῳ πελάγη, ἐκ τῶν παρὰ τὸν Ἴστρον πόλεων, καὶ Ἐπιδάμνου, τῶν πρὸς τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ (82), μέχρι Κυρήνης καὶ τῶν τῆδε Λιβύων παρὰ τὸ Βόρειον καλούμενον. Βουλευτήριόν

A tum, supra tumulum Ajacis, quo in loco Achivi qui Trojam oppugnarunt, castra et navale habuisse dicuntur, urbis formam et magnitudinem delineavit; et portas construxit in edito loco, quæ ex mari etiamnum visuntur a prænavigantibus. Hæc dum molitur, Deus noctu illi apparens jussit ut alium locum quæreret; deducensque eum in urbem Thraciæ Byzantium trans Chalcedonem oppidum Bithyniæ, monuit ut eam urbem conderet, suoque nomine appellaret. Ille igitur divinis oraculis obtemperans, urbem quæ prius Byzantium vocabatur, amplificatam ingentibus muris cinxit. Et quoniam indigenas magnitudini urbis haudquaquam sufficere judicabat, amplissimis domibus sparsim per vicos ædificatis, egregios viros cum B familiis suis incolas ac dominos earum esse jussit, quorum alios ex seniore Roma, alios ex aliis provinciis acciverat. Cumque tributa constituisset, partim in ædificia et ornamenta civitatis, partim ad civium annonam, cunctisque aliis rebus eam instruxisset, circo etiam et fontibus ac porticibus et reliquis operibus ambitiose exornasset, juniorem Romam Constantinopolim nominavit, et reginam constituit omnium qui Romanam ditionem incolunt, sive ad Septentrionem, sive ad Meridiem, sive ad solis ortum, sive ad Mediterraneum mare: initio sumpto ab iis urbibus quæ ad Danubium sitæ sunt, et ab Epidamno, aliisque ad Ionium sinum positis, usque ad Cyrenem et Libyas qui illic degunt juxta

## VALESII ANNOTATIONES.

(79*) *Ἐπωνυμίας ἀξίαν.* Scribendum puto ἀξιοῦν.

(80) *Φόρους δὲ τάξας.* Duo hic dicit Sozomenus: primam quidem partem tributorum ad opera publica et ornatum urbis Constantinopolitanæ destinatam fuisse; deinde aliam partem tributorum constitutam esse ad alimentum seu annonam civium. Quod ad postremum caput attinet, assentior Sozomeno. Nam ex Eunapio aliisque scriptoribus constat, tributarium canonem totius Ægypti, pene omnem impensum esse alendis Constantinopolitanis. Sed quod ait Sozomenus, partem tributorum destinatam fuisse in ædificia et ornamenta ejus urbis, vereor ne tributa posuerit pro vectigalibus. Nam vectigalia ad id præcipue dabantur civitatibus. Qua de re vide quæ observavi ad librum xxv Ammiani Marcellini, pag. 302.

(81) *Ὅσοι τὴν Ῥωμαίων ὑπήκοον γινώσκουσιν.* Hunc locum egregie restitui ex codice Leonis Allatii, in quo scribitur τὴν Ῥωμαίων ὑπήκοον γῆν C οἰκοῦσι. Optime ut equidem censeo.

(82) *Καὶ Ἐπιδάμνου, τῶν πρὸς τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ.* Christophorsonus ac Savilius emendarunt, τῶν τε πρὸς τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ, ex conjectura, ut opinor. Malim tamen corrigere Ἐπιδάμνου τῆς πρὸς τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ. Cæterum Sozomenus hic aperte hallucinatur, sive sciens, sive imprudens, dum Constantinopolitani imperii limitem eumdem facit principatu Constantini, cum eo qui erat regnante Theodosio Juniore. Atqui Constantinus nullam imperii divisionem fecit inter Romam et Constantinopolim, sed utramque ex æquo reginam constituit totius orbis Romani, hoc uno discrimine addito, quod alteram seniorem, alteram juniorem Romam cognominavit. Ejus autem filii postea imperium diviserunt. Tuncque primum Constantinopolis caput facta est Orientalis imperii sub Constantio, ita tamen ut in Europa Thraciis terminaretur, Roma autem et Illyricum sub Constantis ditione essent. D

## VARIORUM.

ˣ *Τὴν πρὶν Βυζάντιον.* Constantinopoleos fundamenta anno 325 jacta. Socrates enim, lib. I, cap. 16, scribit Constantinum, celebratis vicennalibus suis, statim ad ecclesiarum instaurationem omne studium suum contulisse, et Constantinopolim condidisse; quod Sozomenus, Nicephorus et Cedrenus confirmant; licet hi duo ultimi conditum urbis et ejus dedicationem imperite confundant. Urbes vero in vicennalibus et id genus festis de more conditæ. Quare Constantinopolis vel in vicennalibus Nicomediensibus anno 325 celebratis, vel in vicennalibus Romanis quæ ad annum 326 pertinent, exstructa. Sed eam in prioribus vicennalibus conditam ostendit Julianus imp. in Oratione prima, dum de Constantino loquens ait: *Posteaquam vero dominus omnium est constitutus* (quod anno 325, post debellatum Licinium contigit), *cum ex immoderata ejus cupiditate qui ante dominabatur, velut siccitate quadam, summa esset pecuniarum inopia, ac cum omnes in palatii penetralibus congestæ ac reconditæ forent, ille claustris submotis, repente omnes effudit. Tum sui nominis urbem infra decem annos exstruxit.* Hæc de Constantino Julianus, qui rei gestæ tempus ignorare non potuit; quique dum ait, eam *infra decem annos* constructam, infra illud tempus perfectam intelligit, ut colligo ex Philostorgio, lib. II, cap. 9, quem locum vide. Ant. Pagi, ad ann. 324, n. 19. Encænia autem hujus urbis anno 330, celebrata ex Idatio et *Chronico Alexandrino* ostendit idem ad eum annum, n. 4.



Digitized by Google

promontorium, quod Borium dicitur. Magnam præterea curiam quam senatum vocant, æmulam senatui urbis Romæ constituit; eosdem honores ac dies festos illis attribuens, quibus veteres Romani uti consueverant. Denique cum urbem sui nominis omnibus in rebus Italicæ Romæ exæquare studuisset, voto suo haudquaquam frustratus est. Etenim **48** Deo juvante, tantopere increvit, ut et incolarum multitudine et opibus seniorem Romam superare, omnium consensu judicetur. Cujus rei causam esse arbitror, tum conditoris, tum civitatis ipsius pietatem, et civium erga egenos misericordiam ac liberalitatem. Quippe ea civitas adeo ad fidem Christi allicit universos, ut plerique in ea Judæi, gentiles vero propemodum omnes, Christianam religionem amplexi sint. Quæ cum imperare cœpisset eo tempore, quo religio nostra in immensam multitudinem excrevit, nec aris unquam nec templis ac sacrificiis gentilium inquinata est: nisi quod a Juliano qui postea imperavit, ad exiguum tempus hæc tentata, statimque exstincta sunt. Hanc igitur utpote novellam Christi civitatem, sibique ipsi cognominem, Constantinus honore afficiens, plurimis et maximis ecclesiis exornavit. Porro imperatoris propositum Deus quoque adjuvit, et præsentia numinis sui testatus est ecclesias illic ædificatas sanctas esse ac salutares. Earum autem nobilissimam, tum ab exteris, tum a civibus ex eo tempore habitam esse constat, ecclesiam illam quæ est in Hestiis. Locus est olim ita dictus, qui nunc Michaelium vocatur, ad dextram positus navigantibus ex Ponto Constantinopolim: distans ab urbe navigio quidem pergenti, circiter triginta quinque stadiis; terrestri vero itinere sinum interjacentem circumeunti, septuaginta et amplius stadiis. Hic autem locus eam quam dixi appellationem ideo sortitus est, quod divinus Michael archangelus illic apparere creditur. Idque ipse quoque maximo affectus beneficio, verissimum esse testor. Sed et in aliis compluribus ipsa rerum fides atque experientia id ita esse declarat. Quidam enim in gravissimas calamitates aut inevitabilia pericula prolapsi; alii morbis ac doloribus quibusdam inusitatis oppressi, precibus illic ad Deum fusis, statim malis liberati sunt. Verum quomodo ista et quibus contigerint, sigillatim commemorare, prolixum foret. Quæ vero acciderint Aquilino, viro qui hodieque mecum una versatur, et in eodem

A τε μέγα, ἣν σύγκλητον ὀνομάζουσιν, ἕτερον συνεστήσατο, τὰς αὐτὰς τάξας τιμὰς καὶ ἱερομηνίας, ἣ καὶ Ῥωμαίοις τοῖς πρεσβυτέροις ἔθος. Ἐν πᾶσι δὲ δεῖξαι σπουδάσας ἐφάμιλλον τῇ παρὰ Ἰταλοῖς Ῥώμῃ τὴν ὁμώνυμον αὐτοῦ πόλιν, οὐ διήμαρτεν. Εἰς τοσοῦτον γὰρ, σὺν Θεῷ φάναι, ἐπίδωκεν, ὡς καὶ τοῖς σώμασι καὶ τοῖς χρήμασι μείζονα συνομολογεῖσθαι. Τούτου δὲ πρόφασιν ἡγοῦμαι, τὸ τοῦ οἰκιστῆρος καὶ τὸ τῆς πόλεως θεοφιλὲς, καὶ τῶν οἰκητόρων τὸν περὶ τοὺς ἐνδεεῖς ἔλεον καὶ φιλοτιμίαν. Εἰς τοσοῦτον γὰρ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ἐπαγωγός ἐστιν, ὡς πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους, Ἕλληνας δὲ σχεδὸν ἅπαντας αὐτόθι Χριστιανίζειν. Ἀρξαμένη δὲ βασιλεύειν καθ' ὃν συνέβη χρόνον καὶ τὴν θρησκείαν εἰς πλῆθος ἐπιδιδόναι, οὔτε βωμῶν, οὔτε Ἑλληνικῶν ναῶν ἢ θυσιῶν ἐπει-
B ράθη, πλὴν ὅσον παρὰ Ἰουλιανοῦ τοῦ βασιλεύσαντος ὕστερον πρὸς ὀλίγον ἐπεχειρήθη, καὶ αὐτίκα ἀπέσβη. Ταύτην μὲν οὖν ὡσεί τινα νεοπαγῆ Χριστοῦ πόλιν καὶ ὁμώνυμον ἑαυτῷ γεραίρων Κωνσταντῖνος, πολλοῖς καὶ μεγίστοις ἐκόσμησεν εὐκτηρίοις οἴκοις. Συνελαμβάνετο δὲ καὶ τὸ Θεῖον τῇ προθυμίᾳ τοῦ βασιλέως, καὶ ταῖς ἐπιφανείαις ἐπιστοῦτο ἁγίους καὶ σωτηρίους εἶναι τοὺς ἀνὰ τὴν πόλιν εὐκτηρίους οἴκους. Ἐπισημότατον δὲ μάλιστα ξένοις τε καὶ ἀστοῖς ἐξ ἐκείνου γενέσθαι συνωμολόγηται τὴν ἐν ταῖς Ἑστίαις (83) ποτὲ καλουμέναις ἐκκλησίαν. Τόπος δὲ οὗτος ὁ νῦν Μιχαήλιον ὀνομαζόμενος, ἐν δεξιᾷ καταπλέοντι ἐκ Πόντου εἰς Κωνσταντινούπολιν· διεστὼς αὐτῆς πλωτῆρι μὲν, ἀμφὶ τριάκοντα καὶ
C πέντε στάδια· ἑβδομήκοντα δὲ καὶ πρὸς, κύκλῳ περιοδεύοντι τὸν διὰ μέσου πορθμόν. Ἔλαχε δὲ τὸ χωρίον τοῦτο τὴν νυνὶ κρατοῦσαν προσηγορίαν, καθότι πεπίστευται ἐνθάδε ἐπιφαίνεσθαι Μιχαὴλ τὸν θεῖον ἀρχάγγελον. Τοῦτο δὲ κἀγὼ εὐηργετημένος τὰ μέγιστα ἀληθὲς εἶναι σύμφημι. Δεικνύει δὲ τοῦθ' οὕτως ἔχειν, καὶ ἀπὸ πολλῶν ἄλλων (84) ἡ τῶν πραγμάτων πεῖρα. Οἱ μὲν γὰρ περιπετείαις δειναῖς ἢ κινδύνοις ἀφύκτοις, οἱ δὲ νόσοις ἢ πάθεσιν ἀγνώστοις περιπεσόντες, εὐξάμενοι ἐνταῦθα τῷ Θεῷ, ἀπαλλαγὴν εὑρήκασιν τῶν συμφορῶν. Ἀλλὰ τὰ μὲν καθ' ἕκαστον, ὅπως συνέβη καὶ τίσι, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν. Οἷον δὲ Ἀκυλίνῳ ὑπῆρξεν, ἀνδρὶ εἰσέτι νῦν ἡμῖν συνδιατρίβοντι, καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς δικαστηρίοις δίκας ἀγορεύοντι (85), τὰ μὲν παρ' αὐτοῦ ἀκούσας, τὰ δὲ καὶ
D θεασάμενος, ἀναγκαίως ἐρῶ. Ἐπεὶ γὰρ λάβρος πυρετὸς ὑπὸ ξανθῆς χολῆς κινηθεὶς ἐπέλαβεν αὐτὸν, ἐπήλυτόν τι φάρμακον δεδώκασιν αὐτῷ πιεῖν οἱ ἰατροί· καὶ τοῦτο ἐξήμεσεν, ἅμα δὲ τῷ ἐμέτῳ ἐκ-

## VALESII ANNOTATIONES.

(83) *Ἐν ταῖς Ἑστίαις.* Vide omnino P. Gyllium in libro secundo de Bosporo, capite 10, cujus exactæ diligentiæ nihil est quod addere possimus.

(84) *Καὶ ἀπὸ πολλῶν ἄλλων.* Musculus quidem et Christophorsonus hæc in neutro dici existimarunt, quasi multæ aliæ res declaraverint divinum numen eo loco præsens apparere. Ego vero de hominibus accipere malim. Ait enim Sozomenus, cum multos alios testificari posse Dei præsentiam eo in loco, tum seipsum eam aliquando expertum esse. Nec aliter sumpsit Epiphanius Scholasticus, qui hunc locum ita vertit: *Ostendit igitur hoc ita esse etiam multis aliis virtus divina per ipsarum rerum experimenta.*

(85) *Ἐν τοῖς αὐτοῖς δικαστηρίοις δίκας ἀγορεύοντι.* Id est contogato, sive advocato ejusdem fori. Ex his patet Sozomenum advocatum fuisse Constantinopoli tunc cum ista scriberet. Ait enim Aquilinum eo tempore quo hæc scriptis mandabat, secum adhuc degere, et causas agere in iisdem tribunalibus.

Digitized by Google

χυθεῖσα ἡ χολὴ, πρὸς ὁμόχροον ἰδέαν ἔβαψε τὴν ἐπιφάνειαν· ἐκ τούτου δὲ πᾶν ὄψον καὶ ποτὸν ἐξήμει. Ὡς δὲ ἐπὶ πολλῷ τῷ χρόνῳ τοῦτο ὑπέμεινε, μὴ ἠρεμούσης τε ἐν αὐτῷ τῆς τροφῆς, ἠπόρει πρὸς τὸ πάθος ἡ τῶν ἰατρῶν τέχνη. Καὶ ἤδη ἡμιθανὴς ὢν, παρεκελεύσατο τοῖς οἰκείοις φέρειν αὐτὸν εἰς τὸν εὐκτήριον οἶκον, ἰσχυρισάμενος ἢ αὐτόθι ἀποθανεῖσθαι, ἢ τῆς νόσου ἀπαλλαγήσεσθαι. Κειμένῳ δὲ ἐνθάδε, νύκτωρ ἐπιφανεῖσα θεία δύναμις, προσέταξε τὰ ἐσθιόμενα πόματι βάπτειν τοιούτῳ, ὃ σύνθετον ἐκ μέλιτος καὶ οἴνου καὶ πεπέρεως ἀναμιγνυμένων ἅμα, τὴν κατασκευὴν ἔχει. Ὃ δὴ τῆς νόσου ἀπήλλαξε τὸν ἄνθρωπον· καίτοιγε τοῖς ἰατροῖς, κατὰ λόγον τῆς τέχνης, ἐναντίον ἐδόκει παθήμασι ξανθῆς χολῆς, πόμα τὸ θερμότατον. Ἐπυθόμην δὲ καὶ Προβιανὸν, ἄνδρα τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις στρατευσαμένων ἰατρῶν (86), χαλεπῶς ὑπὸ πάθους ποδῶν ὀδυνώμενον, ἐνθάδε τῶν ἀλγηδόνων ἀπαλλαγῆναι, καὶ παραδόξου θείας ὄψεως ἀξιωθῆναι. Ἑλληνίζοντι γὰρ αὐτῷ ταπρῶτα, ἐπεὶ Χριστιανίζειν ἤρξατο, τὰ μὲν ἄλλα τοῦ δόγματος ἀμωσγέπως πιθανὰ ἐδόκει· τὸ δὲ τῶν πάντων σωτηρίας αἴτιον γενέσθαι τὸν θεῖον σταυρὸν, οὐ προσίετο. Ὧδε δὲ ἔχοντι γνώμης θεία προφανεῖσα ὄψις ἔδειξέ τι σταυροῦ σύμβολον τῶν ἀνακειμένων τῷ θυσιαστηρίῳ (87) τῆς ἐνθάδε ἐκκλησίας· καὶ διαῤῥήδην ἀπεφήνατο, ἀφ' οὗ ἐσταυρώθη ὁ Χριστὸς, τῶν ὅσα γέγονεν ἐπ' ὠφελείᾳ κοινῇ τοῦ ἀνθρωπείου γένους, ἢ ἰδίᾳ τινῶν, ἄνευ τῆς τοῦ σεβασμίου σταυροῦ δυνάμεως μηδὲν κατορθῶσαι, μήτε τοὺς θείους ἀγγέλους, μήτε τοὺς εὐσεβεῖς καὶ ἀγαθοὺς ἀνθρώπους. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὅτι μὴ πάντα καταλέγειν καιρὸς, ἐξ ὧν ἔγνω συμβεβηκέναι ἐν τῷδε τῷ νεῷ, εἰπεῖν προήχθην.

foro causidicinam exercet, partim ut ab ipso audivi, partim ut ipse conspexi, dicam necessario. Nam cum vehemens febris ex flava bile orta eum invasisset, potionem ei dederunt medici ad purgandam alvum. Eam ille evomuit: ac simul cum vomitu diffusa bilis, cutem omnem colore suo tinxit. Ex quo factum est ut quidquid edisset ac bibisset, evomeret. Cumque id multo jam tempore passus esset, nec cibum ullatenus retinere posset, medici de curatione morbi desperabant. Ille ergo jam semimortuus, domesticis suis præcepit ut se in ecclesiam deferrent, affirmans fore omnino ut aut illic moreretur, aut morbo liberaretur 49. Illic jacenti divinum numen noctu apparens, jubet ut potione ex melle, vino ac pipere simul commistis confecta, cibum intingat. Atque ea res hominem morbo liberavit, quamvis medici potionem calidissimam morbis flavæ bilis contrariam esse, ex artis suæ ratione judicarent. Audivi præterea Probianum quemdam ex medicis sacri palatii, cum pedum gravissimo dolore vexaretur, ibidem dolore liberatum, ac divinam quamdam visionem prorsus mirabilem promeritum esse. Nam cum initio gentilis fuisset, Christianus postea factus, reliqua quidem religionis nostræ satis probabilia existimabat: istud vero neutiquam probabat quod crux salutis omnium causa exstitisset. Huic ita sentienti divina visio oblata, crucis signum ostendit, quod in altari supradictæ ecclesiæ erat dedicatum: palamque affirmavit, ex quo crucifixus fuisset Christus, eorum quæ ad communem humani generis utilitatem, aut ad privatum quorumdam commodum facta essent, nihil absque venerandæ crucis potentia, seu divinos angelos, seu pios ac sanctos homines perpetrasse. Et ista quidem ex iis quæ in hac ecclesia accidisse cognovi, hic referenda esse duxi, cum omnia recensere haudquaquam tempestivum sit.

## ΚΕΦΑΛ. Δ'.

*Οἷα ὁ μέγας Κωνσταντῖνος περὶ τὴν Μαμβρῆ δρῦν διεπράξατο, καὶ ὡς ναὸν ᾠκοδόμησεν.*

Ἀναγκαῖον δὲ ἐξελθεῖν (88) καὶ τὰ περὶ τὴν δρῦν τὴν Μαμβρῆ καλουμένην βεβουλευμένα Κωνσταντίνῳ τῷ βασιλεῖ. Τόπος δὲ οὗτος, ὃν νῦν Τερέβινθον προσαγορεύουσιν, ἀπὸ δέκα καὶ πέντε σταδίων γείτονα τὴν Χεβρῶν πρὸς μεσημβρίαν ἔχων, Ἱεροσολύμων δὲ διεστὼς ἀμφὶ διακόσια καὶ πεντήκοντα στάδια.

## CAP. IV.

*De iis quæ a Constantino Magno facta sunt circa ilicem Mambre, et de ecclesia quam illic ædificavit.*

Jam vero ea quæ ab imperatore Constantino consulta ac disposita sunt circa quercum quæ dicitur Mambre, commemorare necessarium puto [1]. Locus hic est quem hodie Terebinthum vocant: a Chebron quidem, quæ sita est ei ad meridiem, quindecim stadiis distans: ab Hierosolymis vero

[1] Euseb. Vit. Const. lib. III, c. 51, 52, 53.

## VALESII ANNOTATIONES.

(86) *Τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις στρατευσαμένων ἰατρῶν.* Hunc locum non intellexit Christophorsonus, qui sic vertit: *Unum ex satellitibus qui imperatorem in palatio stipabant.* Omisit vocem ἰατρῶν, quam Savilius quoque delendam esse, ad oram sui codicis adnotarat. Rectius Epiphanius Scholasticus interpretatur hoc modo, *Probianum virum in palatio habentem militiam medicorum.* Quicunque erant in palatio, militare dicebantur. Unde apud Ammianum Marcellinum legitur, *notarius militans inter primos.* Sic igitur medici sacri palatii, qui Archiatri vocantur in codice, militare dicuntur.

(87) *Τι σταυροῦ σύμβολον τῶν ἀνακειμένων τῷ θυσιαστηρίῳ.* Cruces argenteas intelligo, quæ in altari ecclesiæ statui solebant, ut ex hoc loco apparet. Hodie quoque signum crucis in marmore incisum in medio altari collocari solet. Verum hic Sozomeni locus de istiusmodi signo accipi non potest. Verbum enim ἀνακειμένων de his sumitur quæ statui atque erigi solent. Plura vide apud Gretserum in libro II *De cruce*, cap. 13, ubi tamen fallitur, dum scribit Probianum, cujus hic fit mentio, vixisse temporibus Constantini Magni; idque Sozomenum ac Nicephorum tradidisse. Atqui neuter eorum id scripsit.

(88) *Ἀναγκαῖον δὲ ἐξελθεῖν.* Scribendum est procul dubio διεξελθεῖν, ut Christophorsonus et Savilius adnotarunt.

Digitized by Google

ducentis circiter stadiis et quinquaginta. Quo in loco Filium Dei una cum duobus angelis contra Sodomitas missis, Abrahamo apparuisse, et filium ei nasciturum prædixisse, verax testatur historia. Illic porro æstatis tempore celebrem quotannis mercatum agunt ejus loci incolæ, et qui ulterius degunt Palæstini, Phœnices et Arabes. Multi quoque alii negotiandi causa eo conveniunt, partim vendituri, partim empturi. Quippe hoc festum maxima omnium hominum frequentia celebratur: Judæorum quidem, propterea **50** quod Abrahamum auctorem gentis suæ jactant; gentilium vero eo quod angeli illuc advenerint; Christianorum denique, eo quod tunc temporis pio viro apparuerit is, qui diu postea ad salutem generis humani natus ex Virgine, cunctis se manifestum exhibuit. Porro singuli pro cultu ac religione sua hunc locum venerantur: alii preces omnium moderatori Deo fundentes; alii angelos invocantes, et aut vinum libantes, aut thus accendentes, aut bovem vel hircum, vel ovem gallumve immolantes. Unusquisque enim quod charissimum habet ac pulcherrimum, id toto anno alens sedulo ac saginans, ex voto ad epulum festi illius sibi ac suis servare solet. Omnes autem sive in venerationem loci, sive metu divinæ vindictæ, ne quid mali ipsis contingat, abstinent illic a mulierum concubitu, quamvis illæ, ut in festo fieri solet, formæ suæ atque ornatus majorem curam gerant, et si occasio se obtulerit, appareant ac procedant in publicum: nec omnino lasciviunt: idque tametsi contigua plerumque habeant tabernacula, et promiscue cubare consueverint. Locus enim ille sub divo est, et aratur: nec ulla habet ædificia, nisi circa quercum, quæ olim fuerunt Abrahami, et puteum ab eodem constructum. Cæterum tempore mercatus nemo ex illo puteo aquam haurit; nam gentili ritu alii lucernas accensas puteo imponebant; alii vinum superfundebant; quidam placentas, nonnulli nummos vel unguenta vel suffitus injiciebant. Proinde aqua injectarum rerum admistione, ut credibile est, inutilis potui reddebatur. Dum hæc eo quem diximus modo a gentilibus solemni ritu atque hilaritate gererentur, socrus Constantini voti causa eo adveniens, rem imperatori nuntiavit. Quibus ille auditis, Palæstinæ episcopos non mediocriter objurgavit, quod officium suum neglexissent, et locum sanctissimum impuris libationibus et sacrificiis inquinari passi essent. Piam autem ejus re-

A Οὗ δὴ λόγος ἐστὶν ἀληθὴς, ἅμα τοῖς κατὰ Σοδομιτῶν ἀποσταλεῖσιν ἀγγέλοις καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ φανῆναι τῷ Ἀβραὰμ, καὶ εἰπεῖν αὐτῷ τοῦ παιδὸς (89) τὴν γένεσιν. Ἐνταῦθα δὲ λαμπρὰν εἰσέτι νῦν ἐτήσιον πανήγυριν ἄγουσιν ὥρᾳ θέρους οἱ ἐπιχώριοι, καὶ οἱ προσωτέρω Παλαιστινοὶ, καὶ Φοίνικες καὶ Ἀῤῥάβιοι. Συνίασι δὲ πλεῖστοι καὶ ἐμπορείας ἕνεκα, πωλήσοντες καὶ ἀγοράσοντες· πᾶσι γὰρ περισπούδαστος ἡ ἑορτή· Ἰουδαίοις μὲν, καθότι πατριάρχην αὐχοῦσι τὸν Ἀβραάμ· Ἕλλησι δὲ, διὰ τὴν ἐπιδημίαν τῶν ἀγγέλων· τοῖς δ' αὖ Χριστιανοῖς, ὅτι καὶ τότε ἐπεφάνη τῷ εὐσεβεῖ ἀνδρὶ, χρόνοις ὕστερον ἐπὶ σωτηρίᾳ (90) τοῦ ἀνθρωπείου γένους διὰ τῆς Παρθένου φανερῶς αὐτὸν ἐπιδείξας. Προσφόρως δὲ ταῖς θρησκείαις τιμῶσι τοῦτον τὸν χῶρον, οἱ μὲν, εὐχόμενοι B τῷ πάντων Θεῷ· οἱ δὲ, τοὺς ἀγγέλους ἐπικαλούμενοι, καὶ οἶνον σπένδοντες, καὶ λίβανον θύοντες, ἢ βοῦν ἢ τράγον, ἢ πρόβατον ἢ ἀλεκτρυόνα. Ὃ γὰρ ἕκαστος ἐσπουδασμένον καὶ καλὸν εἶχε, διὰ παντὸς τοῦ ἔτους ἐπιμελῶς τρέφων, καθ' ὑπόσχεσιν εἰς εὐωχίαν τῆς ἐνθάδε ἑορτῆς ἐφύλαττεν ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς οἰκείοις. Τιμῶντες δὲ τὸν τόπον πάντες, ἢ διὰ θεομηνίας κακῶς παθεῖν φυλαττόμενοι, οὔτε γυναιξὶν ἐνθάδε συνουσιάζουσιν, ὡς ἐν ἑορτῇ, κάλλους καὶ κόσμου πλείονος ἐπιμελουμέναις, καὶ εἰ ἔτυχε φαινομέναις τε καὶ προϊούσαις· οὔτε ἄλλως ἀκολασταίνουσι, καὶ ταῦτα ὁμοῦ ἐπίπαν (91) τὰς σκηνὰς ἔχοντες, καὶ ἀναμὶξ καθεύδοντες. Αἴθριος γὰρ καὶ ἀρόσιμός ἐστιν ὁ χῶρος, καὶ οὐκ ἔχων οἰκήματα, ἢ μόνα τὰ περὶ τὴν δρῦν πάλαι τοῦ Ἀβραὰμ γενόμενα, καὶ τὸ φρέαρ C τὸ παρ' αὐτοῦ κατασκευασθέν· περὶ δὲ τὸν καιρὸν τῆς πανηγύρεως, οὐδεὶς ἐντεῦθεν ὑδρεύεται. Νόμῳ γὰρ Ἑλληνικῷ, οἱ μὲν λύχνους ἡμμένους ἐνθάδε ἐτίθεσαν· οἱ δὲ οἶνον ἐπέχεον, ἢ πόπανα ἔῤῥιπτον· ἄλλοι δὲ νομίσματα, ἢ μύρα, ἢ θυμιάματα. Καὶ διὰ τοῦτο, ὥς γε εἰκὸς, ἀχρεῖον τὸ ὕδωρ ἐγένετο τῇ μετουσίᾳ τῶν ἐμβαλλομένων. Ταῦτα δὲ κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον ἡδέως ᾗ θέμις Ἕλλησιν ἐπιτελούμενα, παραγενομένη ποτὲ ἐνθάδε κατ' εὐχὴν ἡ τῆς γαμετῆς Κωνσταντίνου μήτηρ, τῷ βασιλεῖ κατήγγειλεν. Ὁ δὲ πυθόμενος, οὐ μετρίως ᾐτιᾶτο τοὺς Παλαιστίνης ἐπισκόπους, ὡς τοῦ προσήκοντος ὀλιγωρήσαντας, καὶ τὸν τόπον ἅγιον ὄντα ὑπεριδόντας, σπονδαῖς καὶ θύμασι βεβήλοις μιαίνεσθαι. Δείκνυσι δὲ αὐτοῦ τὴν D εὐσεβῆ μέμψιν ἡ περὶ τούτου γραφεῖσα ἐπιστολὴ Μακαρίῳ τῷ Ἱεροσολύμων ἐπισκόπῳ, καὶ Εὐσεβίῳ τῷ Παμφίλου, καὶ τοῖς ἄλλοις Παλαιστινῶν ἐπισκόποις· οὓς καὶ κατὰ ταὐτὸν συνελθεῖν προσέταξε τοῖς ἐκ Φοινίκης ἐπισκόποις· ὥστε τοῦ πρότερον ἐνθάδε

## VALESII ANNOTATIONES.

(89) *Εἰπεῖν αὐτῷ τοῦ παιδός*. Rectius in codice Leonis Allatii scribitur προειπεῖν.

(90) *Ἐπὶ σωτηρίᾳ*. Ante hæc verba codex Leonis Allatii articulum apponit hoc modo, ὁ ἐπὶ σωτηρίᾳ. Malim tamen eum articulum paulo superius apponere in hunc modum: Ὁ χρόνοις ὕστερον ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ ἀνθρωπείου γένους, διὰ τῆς Παρθένου φανερῶς ἑαυτὸν ἐπιδείξας. Nec dubito quin Sozomenus ita scripserit: ἑαυτόν restitui ex codice Allatiano. Cæterum de hoc mercatu ad Terebinthum, plura dixi in Annotationibus ad libr. III Eusebii *De vita Constantini*, cap. 53.

(91) *Ὁμοῦ ἐπίπαν*. In codice Leonis Allatii hic locus ita scribitur: Καὶ ταῦτα ὡς ἐπίπαν ὁμοῦ τὰς σκηνὰς ἔχοντες. Sane in Fuketiano scriptum invenimus, ἐπίπαν ὁμοῦ. Cæterum hoc loco ὁμοῦ idem valet ac juxta. Quo sensu ὁμοῦ sumitur etiam in libro primo, ubi patriam magni Antonii scribit fuisse ὁμοῦ τῆς Ἡρακλείας.

Digitized by Google

βωμοῦ ἀνακαθαιρουμένου ἐκ βάθρων, πυρί τε τῶν ξοάνων παραδεδομένων, ἐκκλησίαν αὐτόθι διαγράψαι τῆς τοῦ τόπου ἀρχαιότητος καὶ σεμνότητος ἀξίαν, καὶ τοῦ λοιποῦ προνοεῖν, ἐλεύθερον σπονδῶν καὶ θυμάτων τοῦτον εἶναι· ὥστε μηδὲν ἕτερον πράττεσθαι, ἢ τὸν Θεὸν θρησκεύειν κατὰ τὸν τῆς Ἐκκλησίας νόμον. Εἰ δὲ τὰ πρότερόν τις ἐπιχειρῶν ἁλοίη, τοὺς ἐπισκόπους μηνύειν, ὥστε αὐτὸν μεγίστην τιμωρίαν ἐπαγαγεῖν. Κατὰ ταύτην τὴν βασιλέως ἐπιστολὴν, ἄρχοντες καὶ ἱερεῖς Χριστοῦ, ἔργῳ τὰ προστεταγμένα παρέδοσαν.

prehensionem declarat Epistola ab ipso scripta ad Macarium Hierosolymorum episcopum et Eusebium Pamphili, aliosque episcopos Palæstinæ: quibus etiam præcepit ut simul cum Phœnices episcopis convenirent, et ara quæ prius illic steterat, funditus eversa ac repurgata, statuisque incendio consumptis, ecclesiam ibidem designarent, vetustati loci et sanctitati convenientem; darentque operam ut in posterum locus ille a libamentis et sacrificiis vacuus esset: adeo ut nihil aliud quam veri Dei cultus juxta Ecclesiæ leges ibi celebraretur. Quod si quis vetera tentare deprehensus fuisset, indicarent illud episcopi, quo ipse gravissimum ei supplicium inferret. Juxta hanc imperatoris epistolam, rectores provinciæ et sacerdotes Christi, ea quæ mandata fuerant, opere compleverunt.

## ΚΕΦΑΛ. Ε'.

*Ὅπως τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη κατέστρεψε, καὶ τοὺς λαοὺς ἐντεῦθεν μᾶλλον Χριστιανίζειν ἀνέπειθεν.*

Ἐπειδὴ δὲ πολλοὶ δῆμοι καὶ πόλεις ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑπήκοον, εἰσέτι δεῖμα καὶ σέβας ἔχοντες τῆς περὶ τὰ ξόανα φαντασίας, ἀπεστρέφοντο τὸ δόγμα τῶν Χριστιανῶν, ἀρχαιότητός τε ἐπεμελοῦντο καὶ τῶν πατρῴων ἐθῶν καὶ πανηγύρεων, ἀναγκαῖον αὐτῷ ἐφάνη, παιδεῦσαι τοὺς ἀρχομένους ἀμελεῖν τῶν θρησκευομένων. Εἶναι δὲ τοῦτο εὐπετὲς, εἰ πρῶτον αὐτοὺς ἐθίσειε καταφρονεῖν τῶν ναῶν καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ἀγαλμάτων. Ἐννοηθέντι δὲ ταῦτα, στρατιωτικῆς χειρὸς οὐκ ἐδέησεν. Ἀλλ' ἄνδρες Χριστιανοὶ ἐν τοῖς βασιλείοις ἐπετέλουν τὰ δόξαντα, διαβάντες τὰς πόλεις ἅμα γράμμασι βασιλικοῖς. Οἱ μὲν γὰρ δῆμοι, περὶ αὐτῶν καὶ παίδων καὶ γυναικῶν δεδιότες μήτι κακὸν πάθωσιν ἐναντιούμενοι, ἡσυχίαν ἦγον. Γυμνωθέντες δὲ τῆς τοῦ πλήθους ῥοπῆς οἱ νεωκόροι καὶ οἱ ἱερεῖς, προὔδωκαν τὰ παρ' αὐτοῖς τιμιώτατα, καὶ τὰ διοπετῆ καλούμενα (92)· καὶ δι' ἑαυτῶν ταῦτα προῆγον ἐκ τῶν ἀδύτων καὶ τῶν ἐν τοῖς ναοῖς κρυφίων μυχῶν. Βατά τε λοιπὸν ἦν τοῖς θέλουσι, τὰ πρὶν ἄβατα, καὶ τοῖς ἱερεῦσι μόνοις ἐγνωσμένα. Τῶν δ' αὖ ξοάνων τὰ ὄντα τιμίας ὕλης, καὶ τῶν ἄλλων ὅσον ἐδόκει χρήσιμον εἶναι, πυρὶ διεκρίνετο, καὶ δημόσια ἐγίνετο χρήματα. Τὰ δὲ ἐν χαλκῷ θαυμασίως εἰργασμένα, πάντοθεν εἰς τὴν ἐπώνυμον πόλιν τοῦ αὐτοκράτορος μετεκομίσθη πρὸς κόσμον· καὶ εἰσέτι νῦν δημοσίᾳ ἵδρυνται κατὰ τὰς ἀγυιὰς καὶ τὴν ἱππόδρομον καὶ τὰ βασίλεια. Τὰ μὲν, τοῦ Πυθίας ἦν μαντείου Ἀπόλλωνος, καὶ Μοῦσαι αἱ Ἑλικωνιάδες, καὶ οἱ ἐν Δελφοῖς τρίποδες, καὶ ὁ Πὰν ὁ βοώμενος, ὃν Παυσανίας [5] ὁ Λακεδαιμόνιος, καὶ αἱ Ἑλληνίδες πόλεις

## 51 CAP. V.

*Quomodo Constantinus deorum templa everterit, atque ita populos ad Christianam religionem magis pellexerit.*

Sed quoniam multi adhuc populi multæque urbes imperii Romani, formidinem et reverentiam erga inanem illam simulacrorum speciem retinentes, Christianorum doctrinam aversabantur, et vetustatem, ritusque ac festa majorum ingenti studio et cura complectebantur, imperator necessarium sibi esse existimavit, ut subditos suos ad negligendum deorum cultum institueret [1]. Id autem facillimum fore censuit, si eos prius ad contemnenda templa, et quæ in templis erant simulacra, assuefecisset. Hæc cum ita apud se constituisset, militari manu opus non habuit. Nam Christiani qui in palatio erant, cum imperatoris litteris urbes et oppida peragrantes, decreta exsecutioni mandarunt. Quippe plebeii quidem, sibimetipsis et liberis uxoribusque suis metuentes, ne male multarentur si restitissent, prorsus quieverunt. Æditui vero et flamines, multitudinis auxilio destituti, pretiosissima quæque et cœlitus lapsa simulacra, quæ διοπετῆ vocant, prodiderunt, ipsique per se ea protulerunt ex adytis et occultis templorum penetralibus. Et quæ prius inaccessa fuerant, solisque sacerdotibus nota, plana deinceps omnibus ac pervia fuere. Ex simulacris autem, ea quæ ex pretiosa materia constabant, et ex aliis rebus quidquid utile videbatur, igne conflata sunt, et publica pecunia ex iis facta. Quæ vero ex ære artificiosissime fabricata erant, ea undique in urbem imperatori cognominem ad ejus ornatum comportata sunt. Quæ quidem etiamnum visuntur,

[1] Euseb. Vit. Const. lib. III, c. 54, etc.

### VALESII ANNOTATIONES.

(92) *Τὰ διιπετῆ καλούμενα.* Gentiles simulacra quædam habebant, quæ cœlo demissa fabulabantur: atque idcirco διιπετῆ vel διοπετῆ vocabant. Hujusmodi fuit Palladium Trojanorum, de quo Apollodorus Grammaticus in *Bibliotheca* ita scribit: Τῷ δὲ Διῒ σημεῖον εὐξάμενος αὐτῷ τι φανῆναι μεθ' ἡμέραν, τὸ διιπετὲς Παλλάδιον πρὸ τῆς σκηνῆς κείμενον ἐθεάσατο. Porro in codice Fuketiano scriptum inveni διοπετῆ. Græci quoque οὐρανοπετῆ vocabant ejusmodi simulacra. Sic Herodianus in libro primo *De simulacro matris Idææ* scribit: Τοῦτο δὲ πάλαι μὲν ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθῆναι λόγος εἴς τινα τῆς Φρυγίας χῶρον· Πεσσινοῦς δὲ ὄνομα αὐτῷ.

### VARIORUM.

[5] *Ὁ Πὰν ὁ βοώμενος, ὃν Παυσανίας.* — Pausanias, Cleombroti et Anchitheæ filius, Lacedæmoniorum rex, post pugnam ad Plateas commissam, in qua Mardonium Medum cum ducentis

in plateis, et in circo, atque in palatio dedicata. In A his est Apollinis statua, quæ fuit in templo ubi Pythia reddebat oracula : et statua Musarum ex Helicone, et tripodes Delphici, et Pan ille celeberrimus, quem Pausanias Spartanus et civitates Græciæ post bellum contra Medos gestum publice dedicarunt. Jam vero templa, partim januis, partim tectis nudata sunt; nonnulla ultro neglecta ruebant paulatim atque interibant. Subversa sunt autem ac funditus deleta eo tempore, tum Æsculapii fanum quod erat in urbe Ciliciæ Ægis, tum templum Veneris apud Aphaca, juxta Libanum montem et fluvium Adonin. Porro hæc duo templa illustrissima erant, et summa religione a veteribus culta. Nam Ægeatæ quidem prædicabant, ægros apud se morbis liberari, **52** Deo ipsis apparente B noctu, eosque sanante. In Aphacis vero, certo die ignis per quamdam invocationem a vertice montis Libani decurrens instar stellæ, in vicinum amnem sese immergebat; atque hunc ignem aiebant esse Uraniam : ita enim ipsi Venerem appellant. Quibus ad hunc modum confectis, imperatoris consilium ex voto ipsi successit. Nam alii quidem, cum ea quæ prius sancta ac formidanda duxerant, temere projecta viderent, et stipula ac feno intus referta, contemnere cœperunt quæ prius religiose coluerant, et majorum suorum errorem incusare. Alii vero, cum Christianos beatos idcirco existimarent, quod ab imperatore in pretio haberentur, institutum principis imitandum sibi esse censuerunt. C Alii cum doctrinam Christianorum attentius examinare cœpissent, signis quibusdam aut somniis, aut episcoporum vel monachorum colloquiis inducti, consultius arbitrati sunt Christianam fidem amplecti. Exinde populi et civitates sua sponte a prioribus institutis descivere. Quo quidem tempore navale urbis Gazæorum quod Maiuma nuncupatur, quod superstitioni admodum deditum erat, et veteres cæremonias antea semper suspexerat, universum repente ad Christi fidem se transtulit. Imperator vero eorum pietati vicem rependens, maximo honore illos affecit; et locum illum qui antea urbs non erat, civitatem esse jussit, et Constantiam cognominavit : ejus quem ex filiis charissimum habebat, nomine locum illum cohonestans ob religionem. Sed et Constantinam urbem Phœnices, simili de causa imperatoris nomine appellatam esse accepi. Verum singula persequi haudquaquam facile est. Nam et aliæ plurimæ urbes eo tempore ad Christianam religionem defecerunt, et sua sponte, nihil horum jubente imperatore, templa ac simulacra sua everterunt, et ecclesias ædificarunt.

A ἀνέθεντο μετὰ τὸν πρὸς Μήδους πόλεμον. Νεῴ δὲ οἱ μὲν θυρῶν, οἱ δὲ ὀρόφων ἐγυμνώθησαν· οἱ δὲ καὶ ἄλλως ἀμελούμενοι, ἠρείποντό τε καὶ διεφθείροντο. Κατεσκάφησαν δὲ τότε καὶ ἄρδην ἠφανίσθησαν, ὅ ἐν Αἰγαῖς τῆς Κιλικίας Ἀσκληπιοῦ ναὸς, καὶ ὁ ἐν Ἀφάκοις τῆς Ἀφροδίτης περὶ τὸν Λίβανον τὸ ὄρος καὶ Ἄδωνιν τὸν ποταμόν. Ἄμφω δὲ ἐπισημοτάτω νεὼ ἐγενέσθην, καὶ σεβασμίω τοῖς πάλαι. Καθότι Αἰγεάται μὲν ηὔχουν τοὺς κάμνοντας τὰ σώματα νόσων ἀπαλλάττεσθαι παρ' αὐτοῖς, ἐπιφαινομένου νύκτωρ καὶ ἰωμένου τοῦ δαίμονος. Ἐν Ἀφάκοις δὲ, κατ' ἐπίκλησίν τινα καὶ ῥητὴν ἡμέραν ἀπὸ τῆς ἀκρωρείας τοῦ Λιβάνου πῦρ διαΐσσον, καθάπερ ἀστὴρ, εἰς τὸν παρακείμενον ποταμὸν ἔδυνεν. Ἔλεγον δὲ τοῦτο τὴν Οὐρανίαν εἶναι ὧδε τὴν Ἀφροδίτην καλοῦντες. Τούτων B οὕτω συμβάντων, κατὰ σκοπὸν προὐχώρει τῷ βασιλεῖ τὸ σπουδαζόμενον. Οἱ μὲν γὰρ τὰ πρὶν σεμνὰ καὶ φοβερὰ εἰκῇ ἐῤῥιμμένα, καὶ καλάμης καὶ φορυτοῦ ἔνδοθεν βεβυσμένα ὁρῶντες, εἰς καταφρόνησιν ἦλθον τῶν πρότερον σεβασμίων, καὶ πλάνην τοῖς προγόνοις ἐμέμφοντο. Οἱ δὲ, ζηλώσαντες τοὺς Χριστιανοὺς τῆς παρὰ τῷ βασιλεῖ τιμῆς, ἀναγκαῖον ᾠήθησαν τὰ τοῦ κρατοῦντος ἤδη μιμήσασθαι. Ἄλλοι δὲ, καθέντες ἑαυτοὺς εἰς διάσκεψιν τοῦ δόγματος, ἢ σημείοις, ἢ ὀνείρασιν, ἢ ἐπισκόπων, ἢ μοναχῶν συνουσίαις, ἐδοκίμασαν ἄμεινον εἶναι Χριστιανίζειν. Ἐξ ἐκείνου δῆμοι καὶ πόλεις, ἑκοντὶ τῆς προτέρας μετέθεντο γνώμης. Ἡνίκα δὴ τὸ ἐπίνειον τῆς Γαζαίων πόλεως [a], ὃν Μαϊουμᾶν προσαγορεύουσιν, εἰσάγαν δεισιδαιμονοῦν, καὶ τὰ ἀρχαῖα πρὸ τούτου θαυμάζον, εἰς C Χριστιανισμὸν ἀθρόον πανδημεὶ μετέβαλε. Ἀμειβόμενος δὲ αὐτοὺς τῆς εὐσεβείας ὁ βασιλεὺς, πλείστης τιμῆς ἠξίωσε, καὶ πόλιν οὐ πρότερον ὂν τὸ χωρίον ἀπέφηνε, καὶ Κωνσταντίαν ἐπωνόμασε· τῷ τιμιωτάτῳ τῶν παίδων γεραίρων τὸν τόπον διὰ τὴν θρησκείαν. Ἐκ τοιαύτης δὲ αἰτίας, καὶ Κωνσταντῖναν τὴν παρὰ Φοίνιξιν ἔγνων ἐπιγράψασθαι τὴν τοῦ βασιλέως ἐπωνυμίαν. Ἀλλὰ γὰρ ἕκαστα συγγράφειν οὐκ εὐχερές. Πλεῖσται γὰρ δὴ καὶ ἄλλαι πόλεις τηνικαῦτα πρὸς τὴν θρησκείαν ηὐτομόλησαν, καὶ αὐτόματοι, βασιλέως μηδὲν ἐπιτάττοντος, τοὺς παρ' αὐτοῖς ναοὺς καὶ ξόανα καθεῖλον, καὶ εὐκτηρίους οἴκους ᾠκοδόμησαν.

## CAP. VI.

*Qua occasione, Constantini temporibus, nomen Christi in universum orbem permanarit.*

Porro cum ad hunc modum per universum orbem Romanum amplificaretur Ecclesia, ad ipsos etiam

D

## ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

*Ἐκ ποίας προφάσεως, ἐπὶ Κωνσταντίνου, τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα εἰς ὅλην τὴν οἰκουμένην διέδραμεν.*

Πληθυνούσης δὲ τῆς Ἐκκλησίας τούτῳ τῷ τρόπῳ ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ῥωμαίων οἰκουμένην, καὶ δι' αὐτῶν

### VARIORUM ANNOTATIONES.

millibus peditum, et viginti millibus equitum, haud ita magna manu Græcorum devicit, tripodem aureum Apollini Delphico dedicasse fertur, in quo inscripsit : *Pausanias, Græcorum imperator, postquam exercitum perdidit Medorum, Apollini monumentum hoc dedicavit*. Hujus tripodis meminerunt Herodotus, Plutarchus, Diodorus Siculus, Cornelius Nepos, aliique : sed nihil de *Pane*.

[a] *Τὸ ἐπίνειον τῆς Γαζαίων πόλεως*. Γαζαίων λιμὴν a Strabone dicitur, lib. XVI, pag. 1101.

Digitized by Google

βαρβάρων ἡ θρησκεία ἐχώρει. Ἤδη γὰρ τά τε ἀμφὶ τὸν Ῥῆνον φῦλα ἐχριστιάνιζον, Κελτοί τε καὶ οἱ Γαλατῶν ἔνδον τελευταῖοι τὸν Ὠκεανὸν προσοικοῦσι, καὶ Γότθοι, καὶ ὅσοι τούτοις ὅμοροι τὸ πρὶν ἦσαν ἀμφὶ τὰς ὄχθας Ἴστρου ποταμοῦ, πάλαι μετασχόντες τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, ἐπὶ τὸ ἡμερώτερον καὶ λογικὸν μεθηρμόσαντο. Πᾶσι δὲ βαρβάροις σχεδὸν πρόφασις συνέβη πρεσβεύειν τὸ δόγμα τῶν Χριστιανῶν, οἱ γενόμενοι κατὰ καιρὸν πόλεμοι Ῥωμαίοις καὶ τοῖς ἀλλοφύλοις, ἐπὶ τῆς Γαλλιήνου ἡγεμονίας [a] καὶ τῶν μετ' αὐτὸν βασιλέων. Ἐπεὶ γὰρ τότε πλῆθος ἄφατον μιγάδων ἐθνῶν, ἐκ τῆς Θρᾴκης περαιωθὲν τὴν Ἀσίαν κατέδραμεν, ἄλλοι τε ἀλλαχῆ βάρβαροι ταὐτὸν εἰργάσαντο τοὺς παρακειμένους Ῥωμαίους, πολλοὶ τῶν ἱερέων τοῦ Χριστοῦ αἰχμάλωτοι γενόμενοι, σὺν αὐτοῖς ἦσαν. Ὡς δὲ τοὺς αὐτόθι νοσοῦντας ἰῶντο, καὶ τοὺς δαιμονῶντας ἐκάθαιρον, Χριστὸν μόνον ὀνομάζοντες, καὶ υἱὸν Θεοῦ ἐπικαλούμενοι· προσέτι δὲ καὶ πολιτείαν ἄμεμπτον ἐφιλοσόφουν, καὶ ταῖς ἀρεταῖς τὸν μῶμον ἐνίκων, θαυμάσαντες οἱ βάρβαροι τοὺς ἄνδρας τοῦ βίου καὶ τῶν παραδόξων ἔργων, εὐφρονεῖν συνεῖδον, καὶ τὸν Θεὸν ἵλεων ἔχειν, εἰ τοὺς ἀμείνους φανέντας μιμήσαιντο, καὶ ὁμοίως αὐτοῖς τὸ κρεῖττον θεραπεύοιεν. Προβαλλόμενοι οὖν αὐτοὺς τοῦ πρακτέου καθηγητὰς, ἐδιδάσκοντο καὶ ἐβαπτίζοντο, καὶ ἀκολούθως ἐκκλησίαζον.

A barbaros religio permanavit. Gentes enim circa Rhenum, Christi fidem jam profitebantur; Celtæ item, et Gallorum ultimi qui ad Oceanum habitant. Gothi præterea, et quicunque iis olim finitimi erant, Danubii accolæ, fide in Christum jampridem suscepta, mansuetiorem atque humaniorem cultum induerant. Cæterum omnibus fere Barbaris, ad Christianorum religionem transeundi occasio oborta est ex bellis, quæ Romani subinde cum exteris gessere, principatu Gallieni et sequentium imperatorum. Quippe ea tempestate, cum innumerabilis barbarorum multitudo ex variis gentibus collecta, ex Thracia in Asiam **53** trajecisset, eamque omnem depopulata esset, et alii aliunde barbari Romanos sibi finitimos pari modo aggressi B essent, multi sacerdotes Christi a barbaris capti, cum illis commorati sunt. Qui cum ægrotos illic homines sanarent, et dæmoniacos purgarent, Christum tantummodo nominantes, et Filium invocantes Dei; vitam præterea sanctissimam et ab omni reprehensione vacuam ducerent, ac virtutibus superarent invidiam, admirati illos barbari cum ob vitæ integritatem, tum ob miracula ab ipsis perpetrata, prudenter se facturos putarunt, Deumque propitium habituros, si eos quos meliores viderant, imitarentur et divinum numen perinde colerent atque illi. Proinde cum eos sibi præcipere jussissent quæ agenda erant, instituti sunt ab illis, et sacro lavacro tincti, atque exinde ad ecclesiasticos conventus admissi.

## ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

*Ὅπως Ἴβηρες τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἐδέξαντο.*

Ἐπὶ δὲ τῆς προκειμένης βασιλείας, λέγεται τοὺς Ἴβηρας [b] τὸν Χριστὸν ἐπιγνῶναι. Ἔθνος δὲ τοῦτο βάρβαρον, μέγα τε καὶ μαχιμώτατον· οἰκεῖ δὲ τῆς Ἀρμενίων ἐνδότερον πρὸς Ἄρκτον. Παρεσκεύασε δὲ αὐτοὺς τῆς πατρῴας θρησκείας ὑπεριδεῖν Χριστιανὴ γυνὴ αἰχμάλωτος· ἣ δὴ πιστοτάτη καὶ θεοσεβὴς ἄγαν οὖσα, οὐδὲ παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις καθυφῆκε τῆς συνήθους πολιτείας. Φίλον δέ τι αὐτῇ χρῆμα ἐτύγχανε νηστεία, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν εὔχεσθαι, καὶ τὸν Θεὸν εὐλογεῖν. Οἱ δὲ βάρβαροι ἐπυνθάνοντο ὅτου χάριν τοῦτο ὑπομένοι. Τῆς δὲ, ἁπλούστερον λεγούσης οὕτω χρῆναι σέβειν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ξένον αὐτοῖς ἐδόκει καὶ τοῦ θρησκευομένου τὸ ὄνομα, καὶ τῆς θρησκείας ὁ τρόπος. Συμβὰν δὲ μειράκιον ἐνταῦθα δεινῶς ἀσθενεῖν, περιφέρουσα καθ' ἕκαστον οἶκον ἡ μήτηρ ἐδείκνυεν. Ἔθος γὰρ Ἴβηρσι τοῦτο ποιεῖν, ἵν' εἴ τις εὑρεθείη τοῦ νοσήματος ἰατρὸς, εὐπόριστος γένηται τοῖς κάμνουσιν ἡ τοῦ πάθους ἀπαλλαγή. Ἐπεὶ δὲ μηδαμοῦ θεραπευθὲν, καὶ παρὰ τὴν αἰχμάλωτον ἐκομίσθη τὸ παιδίον, Φαρμάκων μὲν, ἔφη, οὔτε χρηστῶν οὔτε ἐπιπλάστων (92*)

C

## CAP. VII.

*Quomodo Hiberi fidem in Christum susceperint.*

Eodem Constantino imperium administrante, Hiberi quoque Christum agnovisse dicuntur [1]. Ea barbarorum gens est, populosa imprimis ac bellicosissima: habitat autem supra Armenios ad Septentrionem. Hi ut majorum superstitionem desererent, perfecit captiva quædam apud ipsos mulier Christiana. Quæ cum fide ac pietate mirabili prædita esset, ne inter exteras quidem gentes de consueta abstinentia quidquam remittebat. Verum ipsi in deliciis erat jejunium, et continua diu noctuque oratio, et divini numinis laudatio. At Barbari mulierem interrogarunt, cujus rei causa has ærumnas toleraret. Illa simplicius respondente, D Filium Dei hoc modo colendum esse, nova atque insueta res barbaris visa est, tum nomen ipsius qui colebatur, tum modus religionis atque observantiæ. Interea contigit quemdam illic puerum graviter ægrotare, quem mater per singulas domos circumferens ostendebat. Solent enim Hiberi istud facere, ut si quis forte morbi medicus repertus fuerit, ægrotis facilis et expedita contingat cura-

[1] Soc. lib. I, cap. 20.

### VALESII ANNOTATIONES.

(92*) *Οὔτε χρηστῶν, οὔτε ἐπιπλάστων.* Assentior Christophorsono et Savilio qui χριστῶν emendarunt. Græci tria genera medicamentorum distinguunt: Χριστὰ, ποτὰ, ἐπίπλαστα. Scholiastes

### VARIORUM.

[a] *Ἐπὶ τῆς Γαλλιήνου ἡγεμονίας.* Imo longe ante Gallieni tempora, Christianam religionem propagatam fuisse ad Barbaros remotissimos, constat ex testificatione Irenæi, Justini martyris in *Dialogo cum Tryphone*, et Tertulliani in *Apologet.*, cap. 37, et *Adversus Judæos*, cap. 7, 8.

[b] *Ἴβηρας.* Distinguendum est inter Hiberos in Hispania, quos Irenæus perhibet suo tempore ec-

Digitized by Google

A tio. Cum vero puer nusquam medelam inveniens, tandem ad captivam deportatus fuisset: illa, medicamentorum, inquit, sive ad ungendum sive ad superponendum, nec usum ullum nec notitiam habeo. Verum credo Christum magnum ac verum Deum quem colo, filii tui, o mulier, medicum ac servatorem futurum. Statimque oratione facta pro puero, eum morbo absolvit, cum jamjam moriturus crederetur. Nec multo post, uxorem quoque reguli gentis illius, morbo insanabili brevi perituram, eodem modo servavit: eique Christi notitiam tradidit, illum valetudinis dispensatorem, illum vitæ ac regni, omnium denique rerum Dominum esse docens. Et **54** regina quidem ex eo quod in se experta fuerat, vera esse credens captivæ mulieris verba, Christianorum religionem amplexa est, B magnoque in honore habuit mulierem. Rex vero, fidei et curationis celeritatem simul ac miraculum admiratus, quænam hujus rei auctor fuisset ex conjuge didicit, et captivam remunerari jussit. Cui regina: At illa, inquit, parum curat munera, quantumvis pretiosa judicentur. Solam Dei sui observantiam in pretio habet. Quocirca si mulieri gratificari volumus, tutoque et recte agere cupimus; agedum nos quoque Deum illum colamus, qui præpotens est, regesque, si ipsi placuerit, in statu suo facit permanere, ac rursus excelsos deprimere, et abjectos illustres reddere, et malis oppressos servare facile potest. Hæc et alia hujusmodi cum regina sæpius inculcans, recte dicere C videretur, anceps ac dubius hærebat Iliberiæ rex, nec adduci poterat ad credendum, cum et novitatem rei consideraret, et majorum suorum religionem honore persequeretur. Aliquanto post in silvam venandi causa una cum suis perrexit. Cum ecce repente caligo densissima, et nebulosus aer illis circumfusus, cœlum undique et solem obtexit: nox autem profunda et spissæ tenebræ silvam omnem occuparunt. Tum singuli sibimetipsis metuentes hac illac dissipati sunt. Rex autem solus oberrans, sicut iis evenire solet, qui in extremo discrimine positi, quid sibi agendum sit nesciunt, de Christo cogitare cœpit, eumque pro Deo se habiturum ac deinceps culturum esse, si præsens periculum effugeret, intus apud se constituit. D Dum ista adhuc animo cogitaret, discussa est caligo, et aer ad pristinam serenitatem reversus, solisque radiis illustrato nemore, rex incolumis evasit. Qui mox conjugi suæ confessus id quod sibi acciderat,

A εἴδησιν ἢ πεῖραν ἔχω· πιστεύω δὲ τὸν Χριστὸν ὃν σέβω, τὸν ἀληθινὸν καὶ μέγαν Θεὸν, σωτῆρα τοῦ σοῦ παιδὸς γενέσθαι, ὦ γύναι. Παραχρῆμά τε ὑπὲρ αὐτοῦ εὐξαμένη, τῆς νόσου ἀπήλλαξεν αὐτὸν, ὅσον οὔπω τεθνήξεσθαι προσδοκώμενον. Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον, καὶ τὴν γαμετὴν τοῦ κρατοῦντος τοῦ ἔθνους ἀνιάτῳ πάθει διόλλυσθαι μέλλουσαν, τῷ ἴσῳ τρόπῳ διέσωσε· καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ γνῶσιν ἐπαίδευσεν· ὑγείας ταμίαν, καὶ ζωῆς, καὶ βασιλείας, καὶ πάντων Κύριον αὐτὸν εἰσηγουμένη. Καὶ ἡ μὲν, τῇ πείρᾳ τοῦ ἐπὶ αὐτῇ συμβεβηκότος ἀληθεῖς εἶναι πιστεύσασα τοὺς τῆς αἰχμαλώτου λόγους, τὴν Χριστιανῶν θρησκείαν ἐπρέσβευε, καὶ διὰ πολλῆς τιμῆς εἶχε τὴν ἄνθρωπον. Ὁ δὲ βασιλεὺς, θαυμάσας τὸ ταχὺ καὶ παράδοξον τῆς πίστεως καὶ ἰάσεως, ἔμαθε τὴν B αἰτίαν παρὰ τῆς γαμετῆς· καὶ δώροις ἐκέλευσεν ἀμείβεσθαι τὴν αἰχμάλωτον. Ἀλλὰ τούτων, ἔφη ἡ βασιλὶς, ὀλίγος αὐτῇ λόγος, κἂν πάνυ τίμια νομίζηται. Μόνην δὲ περιπολλοῦ ποιεῖται τὴν εἰς τὸν ἴδιον Θεὸν θεραπείαν. Ἣν οὖν αὐτῇ χαριεῖσθαι βουλοίμεθα, καὶ ἀσφαλῶς πράττειν καὶ καλῶς σπουδάζοιμεν, ἄγε δὴ καὶ ἡμεῖς τοῦτον σεβώμεθα, κραταιὸν Θεὸν ὄντα καὶ σωτῆρα, καὶ βασιλέας, ἣν βούληται, ἐν οἷς εἰσι διαμένειν ποιοῦντα, πάλιν τ' αὖ ἱκανὸν ῥᾳδίως τοὺς μεγάλους, μικροὺς ἀποφαίνειν, καὶ τοὺς ἀδόξους ἐπιφανεῖς, καὶ τοὺς ἐν δεινοῖς ὄντας σώζειν. Τοιαῦτα πολλάκις εὖ λέγειν δοκούσης τῆς γυναικὸς, ἀμφίβολος ἦν ὁ τῆς Ἰβηρίας ἡγούμενος, καὶ οὐ πάνυ ἐπείθετο, τοῦ πράγματος τὸ νεώτερον C ἐννοῶν, καὶ τὴν πατρῴαν θρησκείαν αἰδούμενος. Μετ' οὐ πολὺ δὲ ἅμα τοῖς ἀμφ' αὐτὸν εἰς ὕλην ἐλθὼν, ἐθήρα. Ἐξαπίνης οὖν ἀχλὺς πυκνοτάτη, καὶ παχὺς ἀὴρ ἐπιχυθεὶς αὐτοῖς πάντοθεν, τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν ἥλιον ἐκάλυψε. Νὺξ δὲ βαθεῖα καὶ σκότος πολὺ τὴν ὕλην κατεῖχεν. Ἐνταῦθα δὲ περὶ ἑαυτοῦ δείσας ἕκαστος, διεσκεδάσθησαν ἀλλήλων. Ὁ δὲ βασιλεὺς, μόνος ἀλώμενος, οἷα φιλεῖ συμβαίνειν τοῖς ἀνθρώποις ἀμηχανοῦσιν ἐν τοῖς δεινοῖς, ἐνενοήθη τὸν Χριστόν· καὶ Θεὸν αὐτὸν ἡγεῖσθαι, καὶ τοῦ λοιποῦ σέβειν κατὰ νοῦν ἐδοκίμασεν, εἰ τὸ παρὸν διαφύγοι κακόν. Ἔτι δὲ αὐτοῦ ταῦτα ἐνθυμουμένου, παραχρῆμα διελύθη ἡ ἀχλὺς, καὶ ὁ ἀὴρ εἰς αἰθρίαν μετέβαλεν· ἐμβαλούσης τε τῆς ἀκτῖνος τῇ ὕλῃ, διεσώθη ἐνθάδε. Καὶ τὸ συμβὰν τῇ γαμετῇ κοινωσάμενος, D μετεπέμψατο τὴν αἰχμάλωτον, καὶ τίνα τρόπον προσήκει τὸν Χριστὸν θρησκεύειν, ἐκέλευσε διδάσκειν. Τῆς δὲ, ὅσα γυναικὶ θέμις λέγειν τε καὶ ποιεῖν, εἰσηγησαμένης, ἀγείρας τοὺς ὑπηκόους ἐκεῖνος, τὰς συμβάσας αὐτῷ καὶ τῇ γαμετῇ θείας εὐεργεσίας εἰς

## VALESII ANNOTATIONES.

Theocriti, Φαρμάκων τὰ μὲν εἰσὶ χριστὰ, ἤγουν ἅπερ χριόμεθα εἰς θεραπείαν· τὰ δὲ ποτὰ, ἤγουν ἅπερ πίνομεν· τὰ δὲ ἐπίπαστα, ἤγουν ἅπερ ἐπιπάττομεν. Ubi vides ἐπίπαστα vocari quæ a Sozomeno dicuntur ἐπίπλαστα. Utro autem modo melius scribatur hæc dictio, incertum est. Sane Theocritus in Pharmaceutriis πάσσειν et ἐπιπάσσειν dixit: Ἐπιπλάττειν tamen legitur apud Psellum in libro *De dæmonibus*.

## VARIORUM.

clesias habuisse; *Advers. hæres.*, lib. I, cap. 3, et Iliberο Asiæ populos (de quibus hic agitur), qui non nisi Constantino M. imperante fidem Christianam susceperunt.

Digitized by Google

κοινὸν ἐξήγγειλε· μήπω δὲ μυηθεὶς, τὰ περὶ τοῦ δόγματος μετέδωκε τοῖς ἀρχομένοις· καὶ τὸν Χριστὸν πανδημεὶ σέβειν πείθουσιν, αὐτὸς μὲν τοὺς ἄνδρας· ἡ δὲ βασίλισσα ἅμα τῇ αἰχμαλώτῳ, τὰς γυναῖκας. Καὶ ἐν τάχει κοινῇ συνθήκῃ παντὸς τοῦ ἔθνους, φιλοτιμότατα παρεσκευάσαντο ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖν. Ἐπεὶ δὲ κύκλῳ τοῦ νεὼ τὸν περίβολον ἤγειραν, στήσαντες μηχανὰς, ἀνίμων τοὺς κίονας, καὶ ἐπὶ τῶν βάσεων ἐστήριζον. Λέγεται δὲ τοῦ τε πρώτου καὶ δευτέρου ὀρθωθέντος, ἐργώδη γενέσθαι τοῦ τρίτου κίονος τὴν σύστασιν, καὶ μήτε τέχνῃ τῶν ἐπιστημόνων κατορθωθῆναι, μήτε ἰσχύϊ βιασθῆναι, καίπερ πολλῶν ὄντων τῶν ἑλκόντων. Ἑσπέρας δὲ ἐπιγενομένης, μόνη ἡ αἰχμάλωτος αὐτόθι διενυκτέρευσεν, ἱκετεύουσα τὸν Θεὸν, εὐπετῆ γενέσθαι τῶν κιόνων τὴν διόρθωσιν. Οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ἀνεχώρησαν δυσφοροῦντες, καὶ μάλιστα ὁ βασιλεύς. Ὀρθωθεὶς γὰρ μέχρι τοῦ μέσου ὁ κίων, ἐγκάρσιος ἔμενε, καὶ τῷ ἐδάφει ἐμπαγεὶς, ἐκ τῆς κάτωθεν ἀρχῆς ἀκίνητος ἦν. Ἔμελλε δὲ διατοῦτο καὶ τὰ πρὸ τούτου παράδοξα (93) βεβαιοτέρους καὶ περὶ τὸ Θεῖον ποιήσειν τοὺς Ἴβηρας. Περὶ γὰρ τὴν ἕω παραγενομένων αὐτῶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, θαυμάσιόν τε χρῆμα καὶ ὀνείρῳ προσεοικὸς, ὀρθὸς ἐφάνη ὁ τῇ προτεραίᾳ ἀκίνητος κίων, ἀπὸ μικροῦ διαστήματος ἐπὶ τῆς ἰδίας βάσεως αἰωρούμενος. Καταπλαγέντων οὖν πάντων, καὶ μόνον εἶναι Θεὸν ἀληθινὸν συνομολογούντων τὸν Χριστὸν, θεωμένων πάντων, ἡσυχῇ διολισθήσας αὐτομάτως, ὡς ἀπὸ τέχνης τῇ βάσει προσηρμόσθη. Μετὰ δὲ ταῦτα εὐπετῶς οἱ ἄλλοι ὠρθώθησαν, καὶ προθυμότεροι οἱ Ἴβηρες τὰ λοιπὰ ἐπετέλουν. Σπουδῇ δὲ τῆς ἐκκλησίας οἰκοδομηθείσης, ὑποθεμένης τῆς αἰχμαλώτου πέμπουσι πρέσβεις πρὸς Κωνσταντῖνον τὸν βασιλέα, συμμαχίαν καὶ σπονδὰς φέροντας, ἀντὶ δὲ τούτων ἱερέας τῷ ἔθνει ἀποσταλῆναι δεομένους. Διεξελθόντων δὲ τῶν πρέσβεων οἷα παρ' αὐτοῖς συνέβη, καὶ ὡς τὸ πᾶν ἔθνος ἐν ἐπιμελείᾳ πολλῇ σέβει τὸν Χριστὸν, ἥσθη τῇ πρεσβείᾳ ὁ Ῥωμαίων βασιλεύς· καὶ πάντα κατὰ γνώμην πράξαντας τοὺς πρέσβεις ἀπέπεμψεν. Ὧδε μὲν Ἴβηρες τὸν Χριστὸν ἐπέγνωσαν, καὶ εἰσέτι νῦν ἐπιμελῶς σέβουσιν.

captivam mulierem ad se accersit, et quonam modo colendus sit Christus, docere eam jubet. Cumque illa, quatenus mulierem loqui atque agere fas est, regem edocuisset, rex convocatis subditis, divina beneficia quæ tum sibi, tum uxori contigerant, palam exposuit, et quamvis nondum sacris initiatus, tamen doctrinam Christi subditis tradidit. Amboque universæ genti, ut Christum coleret, persuadent: rex quidem viris, regina vero et captiva mulier feminis: et confestim communi totius gentis consensu, ecclesiam ædificare omni ope ac studio aggressi sunt. Cumque ambitum ecclesiæ jam undique erexissent, adhibitis machinis columnas attollere et basibus suis imponere cœperunt. Verum erectis jam duabus columnis, admodum difficilis exstitisse dicitur tertiæ columnæ erectio: ita ut nec peritorum artificum ingenio erigi, nec trahentium viribus cogi potuerit, licet multi ad eam subvehendam adhibiti essent. Vespere interim superveniente, sola mulier captiva illic pernoctavit, Deum orans atque interpellans, ut facile præstaret columnarum erectionem; reliqui autem omnes, atque imprimis rex ipse, dolentes inde discesserant. Quippe columna semierecta manebat obliqua **55** soloque impacta, ex inferiori parte hærebat immobilis. Verum et ob id, et ob præcedentia miracula, Hiberos in fide constantiores redditura erat captiva. Prima enim luce progressis ad ecclesiam Hiberis, stupenda res ac somnio similis visa est, columna quæ pridie fuerat immobilis, erecta; et modico intervallo supra basim suam pendens. Cumque omnes admiratione perculsi essent, Christumque solum Deum esse uno consensu confiterentur, columna cunctis spectantibus sensim delapsa, sua sponte velut arte quadam, basi suæ apte adhæsit. Reliquæ postea columnæ absque ullo negotio erectæ: et opus quod restabat, alacriore animo ab Hiberis perfectum est. Ecclesia igitur celeriter ædificata, Hiberi a captiva muliere admoniti, legatos mittunt ad Constantinum imperatorem, societatem ac fœdus ei oblaturos; pro his autem rebus postulaturos, ut sacerdotes genti suæ mitterentur. Qui cum imperatori exposuissent ea quæ apud ipsos acciderant, et quo pacto universa gens Christum summo studio coleret, imperator ea legatione magnopere delectatus est, confectisque omnibus quæ postulabant, legatos dimisit. Ad hunc modum Hiberi Christi notitiam susceperunt, ejusque cultum etiamnum studiose retinent.

## ΚΕΦΑΛ. Η'.

*Ὅπως καὶ οἱ Ἀρμένιοι καὶ Πέρσαι τὸν Χριστιανισμὸν ἠσπάσαντο.*

Ἐφεξῆς δὲ διὰ τῶν ὁμόρων φυλῶν τὸ δόγμα διέβη, καὶ εἰς πλῆθος ἐπέδωκεν (94). Ἀρμενίους δὲ πάλιν πρότερον ἐπυθόμην Χριστιανίσαι. Λέγεται γὰρ Τιριδάτην τὸν ἡγούμενον τούτου τοῦ ἔθνους, ἔκ τινος

## CAP. VIII.

*Quomodo Armenii et Persæ Christianam religionem amplexi sunt.*

Postea vero Christianorum religio ad finitimas gentes progressa, in immensam multitudinem excrevit. Nam quod Armenios attinet, jamdudum antea Christi fidem eos suscepisse comperi. Aiunt

### VALESII ANNOTATIONES.

(93) *Ἔμελλε δὲ διὰ τοῦτο ἢ τὰ πρὸ τούτου παράδοξα.* Hunc locum restitui ex codice Fuketiano, in quo scribitur, διὰ τοῦτο καὶ τά, optime procul dubio: subauditur enim præpositio διά.

(94) *Ἐφεξῆς δὲ . . . ἐπέδωκεν.* Tota hæc pericope delenda mihi videtur; nam et superflua est, nec habetur apud Epiphanium Scholasticum. Superfluam quidem esse ex eo apparet, quod paulo post rursus occurrit iisdem plane verbis.

Digitized by Google

enim Teridatem gentis illius regulum, occasione cœlestis cujusdam portenti quod in domo ipsius acciderat, et ipsum Christianum esse factum, et subditis omnibus palam per præconem mandasse, ut eamdem religionem colerent. Postea vero Christianorum religio ad finitimas gentes progressa, in majorem multitudinem excrevit. Ex Persis vero, eos arbitror primum Christianos esse factos, qui occasione consuetudinis quam habebant cum Osroenis et Armeniis, in colloquium, ut verisimile est, venere cum divinis viris qui illic habitabant, eorumque virtutis experimentum ceperunt.

A παραδόξου θεοσημείας συμβάσης περὶ τὸν αὐτοῦ οἶκον, ἅμα τε Χριστιανὸν γενέσθαι, καὶ πάντας τοὺς ἀρχομένους ὑφ' ἑνὶ κηρύγματι προστάξαι ὁμοίως θρησκεύειν. Ἐφεξῆς δὲ καὶ διὰ τῶν ὁμόρων φυλῶν τὸ δόγμα διέβη, καὶ εἰς πλῆθος ἐπέδωκε. Καὶ Περσῶν δὲ Χριστιανίσαι [c] τὴν ἀρχὴν ἡγοῦμαι, ὅσοι προφάσει τῆς Ὀσροηνῶν καὶ Ἀρμενίων ἐπιμιξίας, ὡς εἰκὸς, τοῖς αὐτόθι θείοις ἀνδράσιν ὡμίλησαν, καὶ τῆς αὐτῶν ἀρετῆς ἐπειράθησαν.

## 56 CAP. IX.

*De Sapore Persarum rege, quomodo adversus Christianos commotus sit, et de Symeone Persidis episcopo, deque Usthazane eunucho, quomodo martyrii certamen obierit.*

Postquam vero successu temporis numerus eorum accrevit, et per ecclesias congregari, sacerdotesque ac diaconos habere cœperunt, ea res non mediocriter offendit animos magorum, qui velut gens quædam sacerdotalis, per successionem generis, Persarum religionem ab origine administrant. Offendit etiam Judæos, qui præ invidia ipsis insita, natura quodammodo hostes sunt Christianæ religionis. Accusant igitur apud Saporem qui tum temporis in Perside regnabat, Symeonem archiepiscopum Seleuciæ et Ctesiphontis, quæ urbes sunt Persidis nobilissimæ, ut qui amicus esset imperatori Romanorum, eique res Persarum indicaret. Quorum calumniis inductus Sapores, primum quidem intolerandis tributis oppressit Christianos, eo quod plerosque ipsorum spontaneam paupertatem amplecti norat. Eorumque exactioni crudeles viros præfecit, eo consilio ut Christiani penuria facultatum et exactorum atrocitate obtriti, religionem suam despicerent. Hoc enim illi præcipuum studium erat. Postea vero sacerdotes ac ministros Dei, gladio obtruncari præcepit, et ecclesias quidem funditus everti; earum autem vasa atque instrumenta fisco applicari jussit; Symeonem vero ad se adduci, quasi proditorem regni ac religionis Persarum. Et magi quidem, adjuvantibus eos Judæis, ecclesias celeriter disturbarunt; Symeones vero comprehensus et catenis ferreis vinctus, in conspectum regis adducitur: ibique virum bonum ac strenuum se præstitit. Nam cum Sapores eum tormentis afficiendum induci jussisset, nec extimuit Symeones, nec adoravit. Quo facto exasperatus, rex his verbis eum interrogavit: Cur impræsentiarum non adorasti, cum id semper antea

## ΚΕΦΑΛ. Θ'.

*Περὶ Σαβώρου τοῦ βασιλέως Περσῶν, ὅπως κατὰ Χριστιανῶν ἐκινήθη, καὶ περὶ Συμεὼν τοῦ ἐπισκόπου Περσίδος, καὶ περὶ Οὐσθαζάνου εὐνούχου, ὅπως τὸν τοῦ μαρτυρίου ἀγῶνα διήνυσε.* B

Ἐπεὶ δὲ τῷ χρόνῳ πλεῖστοι ἐγένοντο, καὶ ἐκκλησιάζειν ἤρξαντο, καὶ ἱερέας καὶ διακόνους εἶχον, ἐλύπει τοῦτο οὐ μετρίως τοὺς μάγους, οἳ τὴν Περσῶν θρησκείαν, ὥσπερ τι φῦλον ἱερατικὸν, κατὰ διαδοχὴν γένους ἀρχῆθεν ἐπιτροπεύουσιν. Ἐλύπει δὲ καὶ Ἰουδαίους, τρόπον τινὰ φύσει ὑπὸ βασκανίας πρὸς τὸ δόγμα τῶν Χριστιανῶν ἐκπεπολεμωμένους. Καὶ διαβάλλουσι πρὸς Σαβώρην, τὸν τότε βασιλέα, Συμεώνην τὸν τότε ἀρχιεπίσκοπον Σελευκείας καὶ Κτησιφῶντος, τῶν ἐν Περσίδι βασιλευουσῶν πόλεων, ὡς φίλον ὄντα τῷ Καίσαρι Ῥωμαίων, καὶ τὰ Περσῶν πράγματα τούτῳ καταμηνύοντα. Πεισθεὶς δὲ ταῖς διαβολαῖς ὁ Σαβώρης, τὰ μὲν πρῶτα φόροις ἀμέτροις C ἐπέτριβε τοὺς Χριστιανοὺς, καθότι τοὺς πλείστους ἀκτημοσύνην ἀσκεῖν ἔγνω· καὶ χαλεποῖς ἀνδράσιν ἐπέτρεψε τὴν εἴσπραξιν· ὥστε ἐνδείᾳ χρημάτων, καὶ ἀπηνείᾳ τῶν εἰσπρακτόρων βιαζομένους, ὑπεριδεῖν τὴν οἰκείαν θρησκείαν· τοῦτο γὰρ αὐτῷ ἐσπουδάζετο. Μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς ἱερέας καὶ λειτουργοὺς τοῦ Θεοῦ ἀναιρεθῆναι ξίφει προσέταξε, τὰς δὲ ἐκκλησίας κατασκαφῆναι, καὶ τὰ κειμήλια δημόσια γενέσθαι, καὶ Συμεώνην ἄγεσθαι, ὡς προδότην τῆς Περσῶν βασιλείας καὶ θρησκείας γεγενημένον. Οἱ μὲν οὖν μάγοι, συλλαμβανομένων αὐτοῖς τῶν Ἰουδαίων, σπουδῇ τοὺς εὐκτηρίους οἴκους καθεῖλον. Συμεώνης δὲ συλληφθεὶς, σιδηροδεσμώτης ὡς βασιλέα ἤχθη· ἔνθα δὴ γίνεται ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ ἀνδρεῖος. Ἐπεὶ γὰρ βασανίσων αὐτὸν εἰσάγεσθαι προσέταξεν D ὁ Σαβώρης, οὔτε ἔδεισεν, οὔτε προσεκύνησεν. Ἐφ' ᾧ σφόδρα χαλεπήνας ὁ βασιλεὺς, ἐπύθετο, Τί δή ποτε νῦν οὐ προσεκύνησας, πρότερον τοῦτο ποιῶν; Ὅτι πρότερον, ἔφη ὁ Συμεώνης, οὐ δεσμώτης ἠγόμην ἐπὶ προδοσίᾳ τοῦ ἀληθοῦς Θεοῦ· καὶ μηδὲν διαφερόμενος, τὰ νενομισμένα περὶ τὴν βασιλείαν

## VARIORUM ANNOTATIONES.

[c] *Περσῶν δὲ χριστιανίσαι.* Evangelium Christi in Perside ab ipsismet apostolis disseminatum fuisse, testantur Hieronymus in *Catalogo*, Eusebius lib. III *Hist. eccles.*, cap. 23, aliique scriptores ecclesiastici. Et quidem Bardesanes, sæculi secundi scriptor, apud Eusebium lib. VI *De præparatione evangelica*, cap. 8, refert suo tempore Christianos apud Persas inveniri. Sed tamen vix compertum est, quis fuerit in hac amplissima regione Christianæ religionis status ante Constantini M. tempora, qui in epistola ad Saporem Persarum regem, apud Euseb., lib. IV, *De vit. Const.*, cap. 3, Christianos ipsi commendat, *quorum multitudine nobilissima quæque Persidis loca longe lateque esse decorata* asseverat.

Digitized by Google

ἐπλήρουν. Νῦν δέ μοι οὐ θέμις τοῦτο ποιεῖν. Ἥκω γὰρ ἀγωνιούμενος ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας καὶ τοῦ ἡμετέρου δόγματος. Τοιαῦτα εἰπόντα, παρεκελεύσατο ὁ βασιλεὺς προσκυνῆσαι τὸν ἥλιον· καὶ πειθομένῳ μὲν πολλὰ δῶρα δώσειν ὑπισχνεῖτο καὶ ἐν τιμῇ ἕξειν, ἀπειθοῦντα δὲ ἀπολέσειν ἠπείλησεν αὐτόν τε καὶ πᾶν τὸ τῶν Χριστιανῶν φῦλον. Ἐπεὶ δὲ οὔτε ταῖς ἀπειλαῖς κατεκτύπει τὸν Συμεώνην, οὔτε ταῖς ἐπαγγελίαις ἐχάλαζεν, ἀλλ' ἀνδρεῖος ἔμενεν, ἰσχυριζόμενος μή ποτε προσκυνήσειν τὸν ἥλιον, μηδὲ προδότης φανήσεσθαι τῆς αὐτοῦ θρησκείας, προσέταξεν αὐτὸν τέως ἐν δεσμοῖς εἶναι, λογισάμενος, ὡς εἰκὸς, μεταμεληθήσεσθαι. Ἀπαγόμενον δὲ εἰς τὸ δεσμωτήριον ἰδὼν Οὐσθαζάνης πρεσβύτης εὐνοῦχος, τροφεὺς Σαβώρου, καὶ μείζων τῆς βασιλέως οἰκίας, προσεκύνησεν αὐτὸν ἀναστάς. Ἔτυχε γὰρ πρὸ τῶν βασιλείων θυρῶν καθήμενος. Ὁ δὲ Συμεώνης ὑβριστικῶς ἐπετίμησεν αὐτῷ, καὶ θυμωθεὶς ἀνεβόησε, καὶ ἀποστραφεὶς παρήμειψε. Χριστιανὸς γὰρ ὢν, οὐ προπολλοῦ ἐβιάσθη προσκυνῆσαι τὸν ἥλιον. Αὐτίκα δὲ δακρύσας μετ' οἰμωγῆς ὁ εὐνοῦχος, ἣν μὲν ἠμφίεστο λαμπρὰν ἐσθῆτα ἀπέθετο· οἷα δὲ πενθῶν μέλαιναν περιβαλλόμενος, πρὸ τῆς βασιλέως οἰκίας ἐκαθέζετο, κλαίων καὶ στένων, Οἴμοι ἐγὼ, λέγων, οἷον χρὴ προσδοκᾷν εἶναι περὶ ἐμὲ ὃν ἠρνησάμην Θεὸν, ὅπουγε τούτου χάριν ἐντεῦθεν ἤδη πάλαι μοι συνήθης γεγονὼς Συμεώνης, οὐδὲ λόγου μεταδοὺς, ὧδέ με ἀπεστράφη καὶ παρέδραμεν! Ἐπεὶ δὲ ἔγνω ταῦτα Σαβώρης, μετακαλεσάμενος αὐτὸν, ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν τοῦ πένθους, καὶ εἰ συμφορᾷ τινι περὶ τὸν οἶκον ἐχρήσατο. Ὑπολαβὼν δὲ Οὐσθαζάνης εἶπεν, Ὦ βασιλεῦ, οὐδὲν περὶ τὸν ἐνθάδε οἶκον ἠτύχησα. Εἴθε γὰρ ἀντὶ τοῦ συμβεβηκότος μοι, παντοδαπαῖς ἀλλοίαις περιπέπτωκα συμφοραῖς, καὶ ῥᾷον ἦν. Πενθῶ δὲ νῦν, ὅτι ζῶ· καὶ πάλαι τεθνάναι ὀφείλων, ὁρῶ τὸν ἥλιον, ὃν σοὶ χαριζόμενος, οὐκ ἀπὸ γνώμης προσεκύνησα τῷ δοκεῖν. Ὥστε κατ' ἀμφότερον δίκαιον εἶναί με ἀποθανεῖν, προδότην Χριστοῦ γεγενημένον, καὶ περὶ σὲ ἀπατεῶνα. Καὶ ὁ μὲν, τοιάδε εἰπὼν, ὤμοσεν οὐρανοῦ καὶ γῆς δημιουργὸν, μὴ μεταθήσεσθαι λοιπὸν τῆς γνώμης. Σαβώρης δὲ πρὸς τὸ παράδοξον τῆς μεταβολῆς τοῦ εὐνούχου τεθηπὼς, ἔτι μᾶλλον ἐχαλέπαινε τοῖς Χριστιανοῖς, ὡς γοητείαις τοιάδε κατορθοῦσι. Φειδοῖ δὲ τῇ περὶ τὸν πρεσβύτην, πῇ μὲν πρᾶος, πῇ δὲ ἀπηνὴς φαινόμενος, παντὶ σθένει μεταπείθειν αὐτὸν ἐπειρᾶτο. Ὡς δὲ οὐδὲν ἤνυεν, ἰσχυριζομένου Οὐσθαζάδου (95) μήποτε τοσοῦτον εὐήθη ἔσεσθαι, ὡς ἀντὶ τοῦ πάντων δημιουργοῦ Θεοῦ τὰ πρὸς αὐτοῦ δεδημιουργημένα σέβειν, τότε δὴ πρὸς ὀργὴν κινηθεὶς, προσέταξεν αὐτοῦ ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθῆναι. Ἐπὶ τοῦτο δὲ ἀγόμενος παρὰ τῶν δημίων, ἐπισχεῖν μικρὸν αὐτῶν ἐδεήθη, ὡς περί του βασιλεῖ δηλώσων. Καὶ προσκαλεσάμενός τινα τῶν πιστοτάτων εὐνούχων, ἐκέλευσε

A feceris? Cui Symeones: Quoniam, inquit, antea vinctus non adducebar ut verum Deum negarem ac proderem: idcirco non recusabam consuetos honores majestati regiæ exhibere. Nunc vero nefas est mihi id facere. Adsum enim certaturus pro pietate et pro doctrina nostra. Hæc cum dixisset, jussit rex ut solem adoraret: multa se munera ei largiturum, magnoque in honore eum habiturum esse pollicitus, si obtemperasset; sin recusaret, se et illum et universum Christianorum genus e medio sublaturum minatus est. Cum vero nec minis eum terreret, nec promissis inflecteret; sed forti animo perstaret Symeones, affirmans se nec solem unquam adoraturum, nec religionis suæ proditorem futurum esse, eum rex in vinculis aliquandiu detineri

B jussit, ratus, ut verisimile est, fore ut ipsum sui consilii pœniteret. Qui cum in carcerem abduceretur, conspicatus eum Usthazanes senex eunuchus, nutritor Saporis, et præpositus **57** domus regiæ, assurgens eum adoravit. Sedebat enim pro foribus palatii. At Symeones eum contumeliose objurgavit, et ira percitus exclamavit, aversoque vultu eum præteriit. Nam cum ille Christianus esset, paulo antea vi coactus solem adoraverat. Statim igitur eunuchus flens atque ejulans, candidam vestem qua indutus erat, deposuit, atque, ut in luctu, atris vestibus tectus ante regiam consedit, cum lamentis ac gemitu ista dicens: Væ mihi! Qualem sperare decet erga me fore Deum quem negavi,

C quando ob hanc causam Symeones olim familiaris meus, ne alloquio quidem me dignatus, sic jam refugit atque aversatus est! Hæc cum audiisset Sapores, accitum ad se Usthazanem causam luctus interrogat, et utrum aliqua calamitas in familia ipsius contigisset. Cui respondens Usthazanes: Nulla, inquit, o rex, calamitas in hac terrena familia mihi contigit. Utinam pro eo quod mihi accidit, in quasvis alias calamitates incidissem! Melius utique mihi esset. Nunc autem lugeo quod adhuc vivam: et qui dudum mori debueram, adhuc solem video, quem, tibi morem gerens, non ex animi mei sententia adorare visus sum. Itaque duplici nomine mortem promerui, tum quod proditor fuerim Christi, tum quod te deceperim. Quæ cum

D dixisset, per Conditorem cœli ac terræ juravit se posthac sententiam minime mutaturum. Ob hanc insperatam eunuchi mutationem stupefactus rex, graviore adhuc iracundia exarsit adversus Christianos, utpote qui præstigiis ac maleficiis ista perficerent. Pro misericordia tamen qua erga senem erat affectus, nunc se lenem, nunc immitem ostendens, omni studio contendebat ut eum a proposito dimoveret. Sed cum nihil proficeret, affirmante Usthazade, nunquam se adeo stultum fore, ut pro Deo

## VALESII ANNOTATIONES.

(95) *Ἰσχυριζομένου Οὐσθαζάρου.* In codice Fuketiano scribitur Οὐσθαζάδου, cum tamen antea scriptum sit Οὐσθαζάνης in eo codice. Epiphanius Scholasticus Usthazadem perpetuo vocat hunc eunuchum, præpositum domus regiæ apud Persas. In codice Leonis Allatii Ἰσταζάδης ubique scribitur.

Digitized by Google

rerum omnium conditore res ab illo conditas coleret: tunc ira succensus, caput illi amputari præcepit. Qui cum ad id supplicium duceretur a spiculatoribus, rogavit eos ut paululum exspectarent, quasi quidpiam regi indicaturus esset. Vocatoque ad se eunucho quodam fidelissimo, mandat ut ista Sapori nuntiaret. Quanta semper benevolentia ab ineunte ætate ad hoc usque tempus erga familiam tuam, o rex, affectus fuerim, dum parenti tuo ac tibi, qua par erat, cura ac diligentia ministrarem, nullis mihi testibus opus esse arbitror, apud te præsertim, qui rem explorate nosti. Pro omnibus igitur officiis quæ vobis grata ac jucunda aliquando præstiti, hanc mihi mercedem redde, ut ignaris non videar tanquam infidelis erga regnum tuum, aut tanquam in maleficio aliquo deprehensus, subire supplicium. Utque id palam fiat, præco clamans significet universis, Usthazadem capite truncari, nullius quidem flagitii in palatio compertum unquam, sed Christianum, et **58** qui a rege induci non potuerit ut Deum suum negaret. Et eunuchus quidem ista nuntiavit; Sapores vero, juxta petitionem Usthazadis, præconem proclamare jussit. Sic enim existimabat reliquos omnes a Christiana religione facile discessuros, si attenderent, nemini Christiano eum parciturum esse, qui senem nutritorem, et fidelem famulum interemisset. Verum Usthazades causam supplicii sui publice per præconem pronuntiari idcirco expetiit, quod cogitabat se, tunc cum præ metu solem adoravisset, multis Christianorum pavorem injecisse: nunc vero postquam didicissent ipsum pro Christiana religione interfectum esse, multos suæ virtutis imitatores futuros.

A τάδε εἰπεῖν Σαβώρῃ· Ἦν μὲν ἐκ νέου μέχρι τοῦ νῦν εὔνοιαν ἔσχον, ὦ βασιλεῦ, περὶ τὸν ὑμέτερον οἶκον, πατρί τε σῷ καὶ σοὶ, σπουδῇ τῇ προσηκούσῃ διακονούμενος, οὔ μοι δοκεῖ μαρτύρων παρὰ σοὶ, εὖ ταῦτα ἐπισταμένῳ, δεῖσθαι. Ἀντὶ πάντων δὲ ὧν πώποτε κεχαρισμένος ὑμῖν ἐγενόμην, ἀπόδος μοι ταύτην τὴν ἀμοιβὴν, τὸ μὴ δόξαι τοῖς ἀγνοοῦσι τιμωρίαν ὑπέχειν ὡς ἄπιστον περὶ τὴν βασιλείαν, ἢ ἄλλως κακοῦργον ἁλόντα. Καὶ ὥστε τοῦτο δῆλον γενέσθαι, κήρυξ βοῶν σημανεῖ πᾶσιν, ὅτι Οὐσθαζάδης τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται, μοχθηρὸς μὲν οὐδαμῶς ἔν τινι ἐν τοῖς βασιλείοις φανεὶς, Χριστιανὸς δὲ ὢν, καὶ τὸν ἴδιον Θεὸν ἀρνήσασθαι τῷ βασιλεῖ μὴ πειθόμενος. Καὶ ὁ μὲν εὐνοῦχος ἤγγειλε ταῦτα. Σαβώρης δὲ κατὰ τὴν αἴτησιν Οὐσθαζάδου, κήρυκα B βοῆσαι προσέταξεν. Ὤετο γὰρ τοὺς ἄλλους ἑτοίμως παύεσθαι Χριστιανίζειν, εἰ κατὰ νοῦν λάβοιεν, ὡς οὐδενὸς Χριστιανοῦ φείσεται, πρεσβύτην τροφέα καὶ οἰκεῖον εὔνουν ἀνελών. Οὐσθαζάδης δὲ ἐσπούδαζεν ἀνακηρυχθῆναι τὴν αἰτίαν τῆς αὐτοῦ τιμωρίας, λογισάμενος ὡς ἡνίκα εὐλαβηθεὶς προσεκύνησε τὸν ἥλιον, πολλοὺς Χριστιανῶν εἰς δέος κατέστησε· νυνὶ δὲ εἰ μάθοιεν αὐτὸν ὑπὲρ τῆς θρησκείας ἀναιρεθέντα, μιμητὰς πολλοὺς ποιήσει τῆς οἰκείας ἀνδρείας.

C

## CAP. X.

*De Christianis a Sapore occisis in Perside.*

Hunc in modum Usthazades gloriosissimo exitu migravit e vita. Quod cum Symeones in carcere accepisset, gratias pro illo persolvit Deo. Postero autem die qui erat sexta feria, quo die ante festum resurrectionis annua salutaris passionis memoria celebratur, rex Symeonem quoque gladio obtruncari præcepit. Perductus enim iterum ad regiam ex carcere, constanter admodum de religione disseruerat coram Sapore, et neque ipsum, neque solem adorare unquam voluerat. Eodem die centum quoque alii in carcere constituti, pari modo jussi sunt interfici: utque postremus omnium Symeones, postquam cædem illorum spectasset, jugularetur. Ex quibus alii erant episcopi, alii presbyteri, alii diversorum ordinum clerici. Cumque universi simul ad supplicium ducerentur, progressus in medium magnus princeps magorum, interrogavit eos utrum vellent vivere, eamdemque cum rege religionem sequi,

## ΚΕΦΑΛ. Ι'.

*Περὶ τῶν ὑπὸ Σαβωρίου ἀναιρεθέντων Χριστιανῶν ἐν Περσίδι.*

Ὧδε μὲν Οὐσθαζάδης ἐνδοξοτάτην βιοτὴν (96) ἐνθάδε κατέλιπε. Συμεώνης δὲ μαθὼν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, εὐχαριστήρια περὶ αὐτοῦ τῷ Θεῷ ηὔξατο. Τῇ δὲ ἑξῆς ἡμέρᾳ, ἔτυχε δὲ ἕκτην τῆς ἑβδομάδος εἶναι, καθ' ἣν πρὸ τῆς ἀναστασίμου πανηγύρεως ἡ ἐτήσιος τοῦ σωτηρίου πάθους ἀνάμνησις ἐπιτελεῖται, καὶ τὸν Συμεώνην ἐψηφίσατο ὁ βασιλεὺς ξίφει ἀναιρεθῆναι. Προαχθεὶς γὰρ αὖθις ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου εἰς τὰ βασίλεια (97), γενναίως μάλα διελέχθη Σαβώρῃ περὶ τοῦ δόγματος, καὶ οὔτε αὐτὸν, οὔτε τὸν ἥλιον προσκυνῆσαι ἠνέσχετο. Κατὰ δὲ τὴν αὐτὴν ἡμέραν, ὁμοίως ἀναιρεθῆναι προσετάχθησαν καὶ ἄλλοι ἑκατὸν D ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὄντες· τελευταῖον δὲ αὐτοῖς ἐπισφαγῆναι Συμεώνην, τὸν πάντων θάνατον θεασάμενον. Ἦσαν δὲ τούτων οἱ μὲν ἐπίσκοποι, οἱ δὲ πρεσβύτεροι, καὶ ἄλλοι ἄλλων κληρικῶν ταγμάτων. Ὡς δὲ πάντες τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἤγοντο, παραγενόμενος ὁ μέγας ἀρχιμάγος, ἤρετο αὐτοὺς εἰ βούλοιντο

## VALESII ANNOTATIONES.

(96) *Ἐνδοξοτάτην βιοτήν.* Non video cur Usthazadis vitam illustrissimam appellet, cum mors ejus potius ita fuerit appellanda. Malim itaque scribere ἐνδοξότατα τὴν βιοτὴν ἐνθάδε κατέλιπε. Atque ita legisse videtur Epiphanius, qui sic vertit: *Hoc modo Usthazades gloriosissima morte translatus est.*

(97) *Πρὸς τὸν βασιλέα.* In manuscriptis codicibus Fuketii et Allatii scriptum inveni εἰς τὰ βασίλεια. Nec aliter in suo codice legit Epiphanius Scholasticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit, *Deductus enim rursus e carcere ad palatium regis.*

Digitized by Google

ζῆν, καὶ βασιλεῖ παραπλησίως θρησκεύειν, καὶ τὸν A ἥλιον σέβειν. Οὐδενὸς δὲ τὴν ἐπὶ τούτοις ζωὴν ἑλομένου, ὡς εἰς τὸν τόπον ἤχθησαν οὗ κτείνεσθαι ἔμελλον, οἱ μὲν δήμιοι ἔργου εἴχοντο, καὶ περὶ τὴν σφαγὴν τῶν μαρτύρων ἐπόνουν· Συμεώνης δὲ παρεστηκὼς αὐτοῖς ἀναιρουμένοις, παρεκελεύετο θαῤῥεῖν, καὶ περὶ θανάτου, καὶ περὶ ἀναστάσεως, καὶ περὶ εὐσεβείας διελέγετο. Καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν Γραφῶν πιστούμενος, ἐδείκνυ ζωὴν μὲν ἀληθῶς εἶναι τὸ ὧδε ἀποθανεῖν· τὸ δὲ διὰ δειλίαν προδοῦναι Θεὸν, ὁμολογουμένως θάνατον. Μετ' οὐ πολὺ γὰρ καὶ μηδενὸς ἀποκτείνοντος, αὐτομάτως τεθνήξονται· τοῦτο γὰρ ἄφυκτον παντὶ τικτομένῳ τέλος. Τὰ μετὰ ταῦτα δὲ διηνεκῆ ὄντα, οὐ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμοίως ἀπαντήσει· ἀλλ' ὡς ἀπὸ στάθμης τινὸς, ἀκριβῆ λόγον δώσουσι τῆς ἐνθάδε βιοτῆς. B Καὶ ἀθανάτους ὧν ἕκαστος εὖ ἐποίησε τὰς ἀμοιβὰς λήψεται, καὶ τὰς εὐθύνας τῶν ἐναντίων ὑφέξει. Μεῖζον δὲ πάντων ἐν ἀγαθοῖς καὶ μακαριώτατον, ὑπὲρ Θεοῦ ἑλέσθαι ἀποθανεῖν. Τοιαῦτα Συμεώνου διεξιόντος, οἷα παιδοτρίβου παρακελευομένου ἐν τοῖς ἀγῶσιν ὃν χρὴ τρόπον ἐλθεῖν, ἕκαστος ἐπαΐων, προθύμως πρὸς τὴν σφαγὴν ἐχώρει. Ἐπεὶ δὲ τοὺς ἑκατὸν διῆλθεν ὁ δήμιος, τελευταῖον [καὶ] αὐτὸν Συμεώνην ἔκτεινε [d], καὶ Ἀβεδεχαλάαν καὶ Ἀνανίαν (98). Ἀμφότεροι δὲ γηραλέοι πρεσβύτεροι τῆς ὑπ' αὐτὸν Ἐκκλησίας, ἅμα αὐτῷ συνελήφθησαν, καὶ ἐν δεσμοῖς ἦσαν.

et solem venerari. Sed cum nemo illorum his conditionibus vivere sustinuisset, ducti sunt in locum supplicio destinatum. Et spiculatores quidem jussa faciebant, et in cædendis martyribus desudabant. Symeones vero iis qui interficiebantur proxime astans, hortabatur ut forti animo essent: deque morte et resurrectione, et de pietate disserebat. Et sacrarum Scripturarnm testimonio ostendebat, hoc quidem modo mortem oppetere, veram esse vitam: Deum vero præ ignavia prodere, mortem esse certissimam. Ipsos si quidem, etiamsi nemo vim ipsis afferret, haud multo post sua sponte esse morituros. Hunc enim exitum cunctis nascentibus inevitabilem esse. Quæ vero post hanc vitam manent perpetua, ea non omnibus pari modo eventura, sed cunctos homines vitæ hic transactæ rationem accurate **59** velut ex trutina quadam reddituros. Et eorum quidem quæ unusquisque recte gesserit, immortalem accepturum esse mercedem: secus vero gestorum sempiternas pœnas daturum. Porro inter bona opera summum hoc esse ac beatissimum omnium, pro Deo mortem ultro oppetere. Dum hæc dissereret Symeones, singuli tanquam exercitatorem in sacris certaminibus monentem quo ingrediendum sit modo, attentis auribus audientes, alacriter ad cædem pergebant. Postquam centum illos interemisset carnifex, ultimo loco et Symeonem ipsum occidit, et cum illo Abdechalaam et Ananiam. Hi senes, presbyteri Ecclesiæ quam regebat Symeones, ambo una cum illo capti et in vincula conjecti fuerant.

C

## ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

### *Περὶ Πουσίκη τοῦ πρώτου ἐν τοῖς τεχνίταις Σαβώρου.*

Τηνικαῦτα δὲ Πουσίκης, ὃς πάντων ἦρχε τῶν τοῦ βασιλέως τεχνιτῶν, αὐτόθι ἑστὼς, ἰδὼν Ἀνανίαν τρέμοντα ὡς ηὐτρεπίζετο ἐπὶ τὴν σφαγὴν, Πρὸς βραχὺ, ἔφη, ὦ γέρον, μῦσον τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ θάῤῥει. Αὐτίκα γὰρ ὄψει τοῦ Χριστοῦ τὸ φῶς. Ἅμα δὲ τοῦτο εἰπὼν, συνελήφθη, καὶ ὡς βασιλέα ἤχθη. Καὶ Χριστιανὸς εἶναι ὁμολογήσας, καθότι ἐλευθεροστομῶν ὑπὲρ τοῦ δόγματος καὶ τῶν μαρτύρων προσδιελέχθη τῷ βασιλεῖ, ὡς οὐ δέον παῤῥησιασάμενος, παραξένῳ καὶ ὠμοτάτῳ τρόπῳ ἀποθανεῖν προσετάχθη. Περὶ γὰρ τὸν τένοντα διορύξαντες αὐτοῦ τὸν αὐχένα οἱ δήμιοι, τῇδε αὐτοῦ τὴν γλῶτταν ἐξείλκυσαν· ἐκ διαβολῆς δέ τινων, καὶ θυγάτηρ αὐτοῦ D παρθένος ἱερὰ συλληφθεῖσα τότε ἀνῃρέθη. Τοῦ δὲ ἐπιγενομένου ἔτους, κατὰ τὴν ἡμέραν, ᾗ τοῦ μὲν πάθους τοῦ Χριστοῦ ἡ ἀνάμνησις ἐπετελεῖτο, τῆς δὲ ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἡ πανήγυρις προσεδοκᾶτο,

## CAP. XI.

### *De Pusice præfecto artificum Saporis.*

Dum hæc fierent, Pusices præfectus omnium regis fabrorum, ibidem stans, conspicatus Ananiam trementem cum pararetur ad necem: Paululum temporis, inquit, o senex, claude oculos tuos, et bono animo esto. Mox enim videbis lucem Christi. Quæ cum dixisset, illico comprehensus, ad regem perducitur. Et cum se Christianum fassus fuisset, quoniam de doctrina Christianorum et de martyribus liberius locutus erat regi, perinde quasi contra jus fasque fiducia usus, novo quodam et crudelissimo mortis genere jubetur occidi. Perfossa enim ejus cervice circa tendinem, spiculatores linguam ejus illac evulserunt. Eodem tempore filia quoque ejus, virgo Deo consecrata, delatione quorumdam comprehensa interficitur. Sequente autem anno, eo ipso die quo passionis quidem Christi memoria celebrabatur, resurre-

## VALESII ANNOTATIONES.

(98) *Ἀνανίαν.* Ananiam hunc martyrem vocat Epiphanius Scholasticus. Atque ita fere codex Fuketii. Ἀνναvίαν enim scriptum habet. In codice Allatii legitur Αἰνίαν hic et in capite II infra, ubi codex Fuketii scriptum etiam habet Ἀναννίαν.

## VARIORUM.

[d] *Τελευταῖον καὶ αὐτὸν Συμεώνην ἔκτεινε.* Martyrium Symeonis et sociorum contigit anno 349, die Aprilis 21, inquit Ant. Pagi, ad ann. 343, n. 3. Verum cum Sozomenus diserte asserat, Symeonem initio persecutionis interemptum fuisse, ejus martyrium ad annum circiter 345 potius revocandum censet Theod. Ruinart, *Act. Mart.*

Digitized by Google

ctionis vero exspectabatur festivitas, crudelissimum edictum Saporis per universam Persarum ditionem propositum est, quo cuncti qui se Christianos confessi essent, mortis supplicio addicebantur. Quo quidem tempore aiunt innumerabilem Christianorum multitudinem gladio cæsam esse. Nam et magi, per singulas urbes et vicos studiose investigabant eos qui se occultarent: et Christiani, nemine etiam ipsos ducente, ultro semetipsos prodebant, ne silentio suo Christum negasse viderentur. Porro cum Christiani omnes absque ulla miseratione trucidarentur, multi in ipso palatio necati sunt, atque inter hos Azadas eunuchus, regi longe charissimus. Quem cum Sapores peremptum accepisset, incredibili dolore perculsus est. Et hanc quidem generalem Christianorum cædem compressit: solos vero Christianæ legis doctores interimi præcepit.

A ὠμοτάτη Σαβώρου πρόσταξις ἀνὰ πᾶσαν τὴν Περσῶν γῆν ἐφοίτα, καταδικάζουσα θάνατον τῶν ἑαυτοὺς Χριστιανοὺς εἶναι ὁμολογούντων· ἡνίκα δὴ λέγεται ἀριθμοῦ κρείττονα πληθὺν Χριστιανῶν, ὑπὸ ξίφους ἀναιρεθῆναι. Οἵ τε γὰρ μάγοι, κατὰ πόλεις καὶ κώμας ἐπιμελῶς ἐθήρων τοὺς λανθάνοντας· οἱ δὲ, καὶ αὐτόματοι μηδενὸς ἄγοντος ἑαυτοὺς κατεμήνυον, ὥστε μὴ τῇ σιγῇ δόξαι τὸν Χριστὸν ἀπαρνεῖσθαι. Ἀφειδῶς δὲ πάντων Χριστιανῶν κτιννυμένων, πλεῖστοι καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς βασιλείοις ἀνῃρέθησαν, καὶ Ἀζάδης ὁ εὐνοῦχος, ταμάλιστα βασιλεῖ κεχαρισμένος ὤν. Ὃν ἐπείπερ ἀποθανεῖν ὁ Σαβώρης ἐπύθετο, περίλυπος εἰς ἄγαν ἐγένετο, καὶ τὴν δημώδη ταύτην σφαγὴν ἔστησε, μόνους δὲ τοὺς καθηγητὰς τῆς θρησκείας ἀναιρεῖσθαι προσέταξε.

60 CAP. XII.

*De Tarbula Symeonis sorore, deque ejus martyrio.*

Per idem tempus cum regina in morbum incidisset, Symeonis episcopi soror, nomine Tarbula, virgo devota comprehenditur, una cum famula ipsius quæ idem vitæ genus sectabatur, et cum altera sorore quæ post obitum viri nuptiis renuntiaverat, eamdemque vivendi rationem erat amplexa. Captæ sunt autem fraude ac delatione Judæorum, qui eas accusaverant quod reginam maleficiis appetiissent, ob Symeonis necem infensæ. At regina, ut solent ægroti abominandis remediis aures accommodare, eam delationem veram esse credidit, præsertim cum a Judæis profecta esset. Idem enim cum ipsis sentiebat, et Judaico ritu vivens, veraces illos ac sibi benevolos esse existimabat. Itaque magi Tarbulam et reliquas duas corripientes, capitali supplicio addicunt, serraque bifariam dissectas, patibulis suffixerunt, atque ad depellendum morbum, reginam per medium patibulorum transire jusserunt. Porro Tarbulam istam decoram admodum ac formosam fuisse perhibent, et quemdam ex magis ejus amore captum, missa ad eam pecunia sollicitasse eam de stupro, et ipsi et sodalibus ipsius incolumitatem pollicitum, si morem ipsi gerere vellet. Illam vero obscenos sermones ne auditu quidem sustinentem, magos quidem af-

B ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

*Περὶ Ταρβούλας τῆς ἀδελφῆς Συμεὼν, καὶ τῆς μαρτυρίας αὐτῆς.*

Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ, νόσῳ περιπεσούσης τῆς βασιλίδος, συλλαμβάνεται ἡ Συμεώνου τοῦ ἐπισκόπου ἀδελφὴ, Ταρβούλα τοὔνομα, ἱερὰ παρθένος [a], σὺν θεραπαίνῃ τὸν αὐτὸν μετιούσῃ βίον, καὶ ἀδελφῇ μετὰ θάνατον ἀνδρὸς, γάμον ἀπαγορευσάσῃ, καὶ ὁμοίως ἀγομένῃ. Ἐγένετο δὲ αὐτῶν ἡ σύλληψις ἐκ διαβολῆς τῶν Ἰουδαίων, ἐπαιτιωμένων ὡς φαρμάκοις τῇ κρατούσῃ ἐπεβούλευσαν, διὰ τὸν Συμεώνου θάνατον μηνιῶσαι. Ἡ δὲ βασιλὶς (φιλεῖ γάρ πως τὸ νοσοῦν ταῖς ἀπευκταίοις ὑπέχειν τὴν ἀκοὴν [99]) ὑπέλαβεν ἀληθῆ εἶναι τὴν διαβολὴν, καὶ μάλιστα παρὰ Ἰουδαίων γεγενημένην· ἐπεὶ τὰ αὐτῶν ἐφρόνει, καὶ Ἰουδαϊκῶς C ἐβίω, καὶ ἀψευδεῖς αὐτοὺς ἡγεῖτο καὶ εὔνους αὐτῇ. Παραλαβόντες δὲ οἱ μάγοι Ταρβούλαν καὶ τὰς λοιπὰς, καταδικάζουσιν αὐτῶν θάνατον· καὶ πρίονι διχῇ τεμόντες, ἀνεσκολόπισαν, καὶ ὡς ἀποτρόπαιον νόσου, διὰ μέσου τῶν σκολόπων τὴν βασιλίδα παρελθεῖν ἐποίησαν. Λέγεται δὲ Ταρβούλαν ταύτην, εὐπρεπῆ καὶ μάλα καλὴν τὸ εἶδος γενέσθαι· ἐρασθῆναι δὲ αὐτῆς τινα τῶν μάγων, καὶ περὶ τῆς συνουσίας λάθρα προπέμψασθαι μισθὸν (1), ἐπαγγειλάμενον, εἰ πεισθείη, σωτηρίαν αὐτῇ καὶ ταῖς συνούσαις. Τὴν δὲ, μήτε ἀσελγοῦς ἀκοῆς ἀνασχομένην, ἐνυβρίσαι μὲν αὐταῖς καὶ ἀκολασίαν ὀνειδίσαι· προθυμότατα δὲ μᾶλλον ἑλέσθαι ἀποθανεῖν, ἢ τὴν παρθενίαν προδοῦ-

VALESII ANNOTATIONES.

(99) *Τοῖς ἀπευκταίοις ὑπέχειν τὴν ἀκοήν*. Musculus hunc locum ita vertit, *Solent enim ægroti detestandis abominationibus fidem adhibere*. Christophorsonus quoque vertit, *Malis omnibus facile aures accommodare*. Apparet igitur utrumque hoc loco τὰ ἀπευκταῖα sumpsisse pro malis omnibus. Epiphanius Scholasticus legisse videtur τοῖς εὐκταίοις. Sic enim interpretatur hunc locum, *Cum soleant languentes hujusmodi spebus aures accommodare*. Nicephorus tamen vulgatam scripturam D tuetur, sic enim habet: Πείθεται γὰρ ῥᾷστα ταῖς ἀπευκταίοις συμφοραῖς περιπεσὼν ἄνθρωπος. Id est, *Facile res detestandas credunt homines, ubi in calamitatem inciderunt*. Atque ita interpretandum censeo hunc Sozomeni locum: non de malis omnibus, quemadmodum accepit Musculus et Christophorsonus, sed de maleficiis, quibus se appetitam esse a Tarbula nimis facile credidit regina.

(1) *Λάθρα προπέμψασθαι μισθόν*. Melius scriberetur προσπέμψασθαι.

VARIORUM.

[a] *Ἱερὰ παρθένος*. Virgo sacra, virginitatem scilicet professa, ut ex verbis sequentibus colligitur.

Digitized by Google

ναι. Κρατήσαντος δὲ κατὰ τὴν Σαβώρου πρόσταξιν, ὡς ἐν τοῖς πρόσθεν εἴρηται, τοὺς ἄλλους ἐᾶν, μόνους δὲ συλλαμβάνεσθαι τοὺς ἱερέας καὶ τοὺς ὑφηγητὰς τοῦ δόγματος, περιιόντες μάγοι τε καὶ ἀρχιμάγοι ἀνὰ τὴν Περσῶν γῆν, ἐπιμελῶς ἐκακούργουν τοὺς ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους, μάλιστα δὲ κατὰ τὴν Διαβηνῶν χώραν (2)· κλίμα δὲ τοῦτο Περσικὸν, ὡς ἐπίπαν Χριστιανίζον.

fecisse contumelia, eisque impudicitiam exprobrasse: ad mortem vero alacri animo properasse, mori potius optantem quam virginitatem prodere. Cæterum cum ex præcepto Saporis, sicut antea retulimus, reliquis omnibus prætermissis, soli sacerdotes ac doctores Christianæ legis comprehendi cœpissent, magi et eorum principes regionem Persarum circumeuntes, omni studio perquisitos episcopos ac presbyteros divexarunt, ac præcipue in partibus Adiabenorum. Hæc Persidis regio est, maxima ex parte a Christianis habitata.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

### *Περὶ τοῦ μαρτυρίου τοῦ ἁγίου Ἀκεψιμᾶ, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ.*

Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ Ἀκεψιμᾶν τὸν ἐπίσκοπον συνελάβοντο, καὶ πολλοὺς τῶν ὑπ' αὐτὸν κληρικῶν. Ἐπιλογισάμενοι δὲ, τῇ ἄγρᾳ τοῦ ἡγουμένου ἠρκέσθησαν. Τοὺς δὲ ἄλλους ἀφῆκαν, τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀφελόμενοι. Ἰάκωβος δέ τις πρεσβύτερος, ἑκοντὴς εἵπετο τῷ Ἀκεψιμᾷ· καὶ δεηθεὶς τῶν μάγων, ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἐγένετο δεσμόν· καὶ οἷα γηραλέῳ προθύμως ὑπηρετεῖτο· καὶ τὰς συμφορὰς αὐτῷ ἐκούφιζεν ὡς ἐνῆν, καὶ τὰς πληγὰς ἐθεράπευε. Μετ' οὐ πολὺ γὰρ τῆς συλλήψεως, ἱμᾶσιν ὠμοῖς χαλεπῶς αὐτὸν ἐβασάνισαν οἱ μάγοι, βιαζόμενοι προσκυνῆσαι τὸν ἥλιον. Ὡς δὲ οὐκ εἶξε, πάλιν αὐτὸν ἐν δεσμοῖς εἶχον. Κατ' ἐκεῖνα δὲ καιροῦ καὶ Ἀειθαλᾶς καὶ Ἰάκωβος πρεσβύτεροι, Ἀζαδάνης τε καὶ Ἀβδιησοῦς διάκονοι, διὰ δόγμα δεσμωτήριον ᾤκουν, χαλεπώτατα ὑπὸ τῶν μάγων μαστιγωθέντες (3). Χρόνου δὲ πολλοῦ παρελθόντος, ἐκοινώσατο περὶ αὐτῶν τῷ βασιλεῖ ὁ μέγας ἀρχιμάγος. Καὶ ἐπιτραπεὶς ὡς βούλεται τιμωρήσασθαι αὐτοὺς, εἰ μὴ τὸν ἥλιον προσκυνήσουσι, δήλην τοῖς ἐν δεσμωτηρίῳ ἐποιήσατο τὴν Σαβώρου πρόσταξιν. Ὡς δὲ ἀναφανδὸν ἀπεκρίναντο, μήποτε σφᾶς προδότας γενέσθαι τοῦ Χριστοῦ, μηδὲ τὸν ἥλιον προσκυνήσειν, ἀφειδῶς αὐτοὺς ἐβασάνισε. Καὶ Ἀκεψιμᾶς μὲν ἐν ταῖς τοῦ δόγματος ὁμολογίαις ἀνδρείως διαμείνας, ἐτελεύτησε. Τινὲς δὲ τῶν ἐξ Ἀρμενίας παρὰ Πέρσαις ὁμήρων, τὸ λείψανον αὐτοῦ λάθρα ἀνελόμενοι, ἔθαψαν. Οἱ δὲ ἄλλοι, καίπερ οὐχ ἧττον μαστιγωθέντες, παραδόξως ἔζων· καὶ μὴ μεταθέμενοι τῆς γνώμης, πάλιν ἐν δεσμοῖς ἐγένοντο. Σὺν αὐτοῖς δὲ ἦν καὶ Ἀειθαλᾶς, ὃς ἐν τῷ τύπτεσθαι τεινόμενος, ὑπὸ τοῦ ἄγαν ἑλκυσμοῦ ἀπὸ τῶν ὤμων διεσπάσθη τοὺς βραχίονας, καὶ νεκρὰς μόνον καὶ ἠωρημένας τὰς χεῖρας ἔφερε, ὡς ἄλλους τῷ στόματι αὐτοῦ τὴν τροφὴν προσάγειν. Ἐπὶ ταύτης τῆς ἡγεμονίας, μαρτύρια τοῦ βίου περιέστησαν (4), πρεσβυτέρων τε καὶ διακόνων, καὶ μοναχῶν καὶ ἱερῶν παρθένων, καὶ τῶν ἄλλων περὶ τὰς ἐκκλησίας ὑπηρετουμένων, καὶ περὶ τὸ δόγμα διακειμένων, πλῆθος

## 61 CAP. XIII.

### *De martyrio sancti Acepsimæ, et sociorum ejus.*

Sub idem tempus Acepsimam episcopum, multosque ex ejus clericis corripuerunt. Postea tamen deliberatione habita, ipsum antistitem cepisse contenti, reliquos ablatis eorum facultatibus dimiserunt. Jacobus autem quidam presbyter sua sponte Acepsimam secutus est. Cumque impetrasset a magis ut cum ipso pariter in vinculis versaretur, ipsi utpote seni alacriter ministrabat, ejusque ærumnas sublevabat prout poterat, et vulneribus medicinam adhibebat. Nam paulo post quam captus fuisset, magi loris crudis eum verberaverant, solem adorare cogentes. Sed cum id facere recusasset, rursus eum in vincula conjecerant. Per idem tempus Aithalas quoque et Jacobus presbyteri, et Azadanes atque Abdiesus diaconi, ob doctrinam Christi a magis crudelissime flagris cæsi, in custodia detinebantur. Post longum autem temporis spatium, summus princeps magorum de illis regem consuluit. Cumque liberam accepisset potestatem, eos pro arbitratu suo puniendi, nisi solem adoravissent, mandatum Saporis iis qui in carcere tenebantur, significat. Qui cum diserte respondissent nunquam se Christum prodituros, nec solem adoraturos esse, crudelissime eos torsit. Et Acepsimas quidem in confessione fidei fortiter perseverans, mortem oppetiit. Cujus reliquias quidam ex Armenia qui obsides erant apud Persas, clanculo auferentes, sepulturæ mandarunt. Reliqui vero, quamvis non minus acerbe flagris cæsi essent, præter omnium opinionem in vita manserunt; et cum pristinam sententiam non mutarent, iterum contrusi sunt in vincula. Inter hos fuit etiam Aithalas, qui cum inter verberandum distenderetur, præ nimia extensione brachia ei ab humeris divulsa sunt: manusque mortuas ac pendulas deinceps circumtulit, ita ut alii cibos ori illius admoverent. Sub eodem principatu, innumerabilis multitudo presbytero-

## VALESII ANNOTATIONES.

(2) *Διαβηνῶν χώραν.* Scribendum est Ἀδιαβηνῶν, ut legerunt Epiphanius Scholasticus et Nicephorus. Est enim Adiabene regio Persidis notissima, cujus præter cæteros meminit Ammianus Marcellinus.

(3) *Ὑπὸ τῶν μάγων μαστιγωθέντες.* In codice Fuketiano scribitur μαστιχθέντες.

(4) *Μαρτύρια τοῦ βίου περιέστησαν.* Henricus Savilius ad oram sui codicis emendavit παρέστησαν. Quam tamen conjecturam probare non possum. Quid enim significabunt verba τοῦ βίου? Ego solo accentu mutato scribendum puto, μαρτυρίᾳ τοῦ βίου περιέστησαν, id est, martyrio vitam finierunt. Sic in sequente capite ait Sozomenus, τὴν μαρτυρίαν ἐπετέλεσαν. Est igitur περιέστησαν τοῦ βίου idem quod ἐξέστησαν.

Digitized by Google

rum, diaconorum, monachorum et sacrarum virginum, et aliorum qui in ecclesiis ministrabant, et pro doctrina fidei laborabant, martyrio consummata est. Episcopi vero quos quidem accepi, Barbasymes, Paulus, Gaddiabes, Sabinus, Mareas, Mocius, Joannes, Hormisda, Papas, Jacobus, Romas, Maares, Agas, Bochres, Abdas, Abdiesus, Joannes et Abramius, Agdelas, Sapores, Isaac et Dausas: qui quidem captivus a Persis abductus fuerat ex loco quodam qui Zabdæus dicitur. **62** Tunc temporis vero pro fidei doctrina occisus est una cum Mareabde chorepiscopo, et clericis suis ducentis circiter et quinquaginta, qui una cum illo capti fuerant a Persis.

A ἀναρίθμητον. Ἐπίσκοποι δὲ ὧν ἐπυθόμην, Βαρβασύμης καὶ Παῦλος, καὶ Γαδδιάβης καὶ Σαβῖνος, καὶ Μαρέας καὶ Μώκιος, καὶ Ἰωάννης καὶ Ὁρμήσδας, Πάπας τε καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ῥώμας καὶ Μαάρης, καὶ Ἄγας καὶ Βόχρης, καὶ Ἀβδᾶς καὶ Ἀβδιησους, Ἰωάννης τε καὶ Ἀβράμιος καὶ Ἀγδελᾶς, καὶ Σαβώρης καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Δαῦσας, ὃς αἰχμάλωτος ἦν γενόμενος ὑπὸ Περσῶν ἀπὸ Ζαβδαίου (5) χωρίου ὧδε προσαγορευομένου. Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ ὑπὲρ τοῦ δόγματος τέθνηκεν, ἅμα Μαρεάβδη χωρεπισκόπῳ, καὶ κληρικοῖς τοῖς ὑπ' αὐτὸν, ἀμφὶ διακοσίοις πεντήκοντα, οἳ παρὰ Περσῶν αἰχμάλωτοι συνελήφθησαν.

## CAP. XIV.

*De Millis episcopi martyrio, deque ejus conversatione, et ut Sapores sexdecim millia virorum nobilium in Perside martyrio sustulit, præter alios obscuræ sortis homines.*

Sub idem tempus Milles quoque martyrio perfunctus est. Hic initio quidem apud Persas militaverat: postea vero relicta militia, apostolicam vivendi rationem æmulatus est. Cum autem Persicæ cujusdam civitatis ordinatus esset episcopus, multa sæpenumero passus esse dicitur, et verbera tractusque membrorum sustinuisse. Sed cum nemini illic persuadere potuisset ut Christianus fieret, moleste id ferens, malum imprecatus est civitati, et alio migravit. Nec multo post, cum primores illius urbis in regem deliquissent, immissus in eos exercitus cum trecentis elephantis,

## ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

B *Περὶ τοῦ μαρτυρίου τοῦ ἐπισκόπου Μίλλου, καὶ τῆς πολιτείας αὐτοῦ· καὶ ὅτι Σαβώριος μυρίους ἑξακισχιλίους ἐπισήμους ἐν Περσίδι ἐμαρτύρισεν, ἄνευ τῶν ἀσήμων ἀνθρώπων.*

Ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ Μίλλης [f] ἐμαρτύρησεν· ὃς τὰ μὲν πρῶτα παρὰ Πέρσαις ἐστρατεύετο. Μετὰ δὲ ταῦτα καταλιπὼν τὴν στρατείαν, τὴν ἀποστολικὴν πολιτείαν ἐζήλωσε. Λέγεται δὲ πόλεως Περσικῆς ἐπίσκοπος χειροτονηθεὶς, πολλὰ πολλάκις παθεῖν, καὶ πληγὰς ὑπομεῖναι καὶ ἑλκυσμούς. Ὡς δὲ οὐδένα ἔπεισε Χριστιανίσαι, χαλεπῶς ἐνεγκὼν, ἐπηράσατο τῇ πόλει, καὶ ἀνεχώρησε. Μετ' οὐ πολὺ δὲ τῶν ἐνθάδε πρωτευόντων ἐξαμαρτόντων εἰς βασιλέα, παραγενομένη στρατιὰ μετὰ τριακοσίων ἐλεφάντων, τὴν πόλιν κατέστρεψαν, καὶ οἷα ἄρουραν γεωργήσαντες C ἔσπειραν. Μίλλης δὲ μόνον πήραν ἐπιφερόμενος, ἐν

## VALESII ANNOTATIONES.

(5) *Αἰχμάλωτος γενόμενος... ἀπὸ Ζαυδαίου.* Scribendum est Ζαβδαίου ex manuscriptis codicibus Fuketii et Allatii. Erat locus iste in regione Zabdicena, quæ una est ex quinque regionibus Transtigritanis, teste Ammiano Marcellino in libro vicesimo quinto. In ea regione oppidum erat Bezabde, situm ad ripam Tigridis; quod Zabdæum hic vocat Sozomenus. Erat autem regio illa sub ditione Romanorum, ex quo Narsæus Persarum rex a Galerio superatus, quinque illas regiones Romanis cedere coactus fuerat. Quamobrem Persæ has provincias a Romanis assidue repetebant, et continuis irruptionibus eas regiones vexabant. Hinc est quod Dausas ejus loci episcopus, captivus abductus est a Persis. Cæterum ut ingenue dicam quod sentio, ingens hæc persecutio Christianorum nequaquam regnante Constantino facta mihi videtur. Primum enim Eusebius in libris *De vita Constantini*, nullam ejus rei mentionem facit. Deinde Constantinus ipse in epistola ad Saporem regem Persarum, quam paulo ante obitum scripsit, cum Sapor legatos ad eum misisset, de hac persecutione nihil dixit. Id tantum scribit Eusebius in libro quarto, Constantinum Maximum cum multos in Perside esse didicisset, qui Christianam religionem profiterentur, eo nuntio magnopere delectatum, litteras scripsisse ad Saporem, quibus illos regi commendaret. Postremo cum Sapor Persarum rex nunquam bellum intulerit Constantino, quem ut bellicosum et in bellis omnibus fortunatissimum principem formidabat, haudquaquam verisimile est eum tot Christianos, atque in his episcopum cum ducentis et quinquaginta clericis, ex una regione quæ Romanis parebat, captivos abduxisse, et ob Christi fidem quam profitebantur, necasse. An id unquam laturus fuisset Constantinus? Quare probabilius est hæc omnia quæ hic narrantur a Sozomeno facta esse principatu Constantii; quo regnante Sapor multas expeditiones adversus Romanos, ut ex Rufo Festo et Ammiano Marcellino, aliisque licet cognoscere. Idque diserte affirmat Hieronymus in *Chronico*, qui anno septimo Constantii hæc notat: *Sapor rex Persarum Christianos persequitur*. Vidit hoc ante nos Baronius, quem consule ad annum trecentesimum quadragesimum tertium, capite decimo. Cæterum occasionem erroris præbuisse videtur Sozomeno epistola Constantini ad Saporem, quam refert Eusebius in libro quarto. Putavit enim Sozomenus eam a Constantino scriptam esse eo consilio, ut Saporem a Christianorum persecutione D deterreret. Verum aliam fuisse causam harum litterarum, jam supra ex Eusebio monuimus. Postremo illud quoque addendum videtur. Dausam episcopum, quem cum ducentis et quinquaginta clericis ex regione Zabdicena in servitutem abductum esse scribit Sozomenus, non anno septimo aut octavo Constantii imperatoris captum videri, sed diu postea: tunc scilicet cum Bezabde, caput regionis Zabdicenorum, capta est a Persis. Tunc enim incolæ omnes, et una cum his episcopus et clerici, in Persidem abducti. Quod contigit anno Christi 360, ut ex Ammiani Marcellini libro vicesimo constat.

## VARIORUM.

[f] *Μίλλης*. De *Mille* abbate, qui a duobus regis Persarum filiis sagittis confixus est; ac de duobus ejus sociis capite minutis, vide *Vitas Patrum* Rosweydi, lib. v, libel. 7, num. 12.

Digitized by Google

ἣ τὴν ἱερὰν βίβλον τῶν Εὐαγγελίων εἶχεν, εἰς Ἱεροσόλυμα ἀπῆλθεν εὐξόμενος· κἀκεῖθεν εἰς Αἴγυπτον ἐπὶ θέαν τῶν αὐτόθι μοναχῶν. Οἵων δὲ τοῦτον τὸν ἄνδρα παραδόξων καὶ θεσπεσίων ἔργων δημιουργὸν γενέσθαι παρειλήφαμεν, μαρτυροῦσι Σύρων παῖδες, οἳ τὰς αὐτοῦ πράξεις καὶ τὸν βίον ἀνεγράψαντο. Ἐμοὶ δὲ ἀρκεῖν ἡγοῦμαι ταῦτα τέως περὶ αὐτοῦ διεξελθεῖν, καὶ τῶν ἐν Περσίδι μαρτυρησάντων ἐπὶ τῆς Σαβώρου βασιλείας. Σχολῇ γὰρ ἄν τις ἅπαντα τὰ ἐπ' αὐτοῖς γεγενημένα ἀπαριθμήσαι, τίνες τε ἦσαν καὶ πόθεν, ἢ πῶς τὴν μαρτυρίαν ἐπετέλεσαν, καὶ ποίας τιμωρίας ὑπέμειναν· παντοδαποὶ γὰρ τῶν τοιούτων τρόπων (6) παρὰ Πέρσαις εἰς ὠμότητα φιλοτιμουμένων. Ὡς ἔνι δὲ συλλήβδην εἰπεῖν, λέγεται τῶν τότε μαρτύρων τοὺς ὀνομαστὶ φερομένους ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, εἶναι εἰς μυρίους ἑξακισχιλίους· τὴν δὲ ἐκτὸς τούτων πληθὺν, κρείττω ἀριθμοῦ, καὶ διατοῦτο ἐργῶδες φανῆναι τὰς αὐτῶν προσηγορίας ἀπαριθμήσασθαι, Πέρσαις τε καὶ Σύροις, καὶ τοῖς ἀνὰ τὴν Ἔδεσαν οἰκοῦσιν, οἳ πολλὴν τοῦτο ἐπιμέλειαν (7) ἐποιήσαντο.

A urbem eorum subvertit, et aratrum solo impingens, velut in arvo sementem fecit. Milles vero peram duntaxat gestans, in qua sacrum Evangeliorum codicem reconditum habebat, Hierosolymam orationis causa profectus est, atque inde in Ægyptum perrexit, ut monachos ibi degentes videret. Quanta porro iste vir et quam admiranda opera perpetrasse memoretur, testes sunt Syri, qui ejus vitam et actus litteris prodiderunt. Mihi vero satis esse arbitror, hæc de illo deque iis qui regnante Sapore martyrium in Perside perpessi sunt, impræsentiarum commemorasse. Vix enim ullus omnia quæ illis contigerunt possit recensere, quinam scilicet et unde fuerint, et quomodo martyrium consummaverint, et quæ suppliciorum B genera toleraverint. Quippe hujusmodi cruciatuum innumerabiles species ad summam crudelitatem excogitatæ sunt a Persis. **63** Verum, ut summatim dicam, cunctos ejus temporis martyres, tam viros quam mulieres, quorum nomina recoluntur, sedecies mille numero fuisse perhibent: reliquæ vero multitudinis ne numerum quidem iniri posse, atque idcirco difficile admodum visum esse Persis, Syris atque Edessenis qui hac in re plurimum studii atque operæ posuerunt, horum nomina percensere.

### ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

*Ὅπως ὁ Κωνσταντῖνος γράφει Σαβώρῃ παῦσαι κολάζειν Χριστιανούς.*

Ἐπεὶ δὲ ὧδε πολεμεῖσθαι τοὺς ἐν Περσίδι Χριστιανοὺς ἔγνω Κωνσταντῖνος ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς, ἤσχαλλέ τε καὶ σφόδρα ἐδυσφόρει. Καὶ βοηθεῖν αὐτοῖς σπουδάζων, ἠπόρει ὅ τι ποιήσοι, ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ βεβαίως διάγοιεν. Καὶ συμβὰν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ πρέσβεις παρ' αὐτὸν ἐλθεῖν τοῦ Περσῶν βασιλέως, ἐπινεύσας τοῖς αἰτουμένοις, τὰ κατὰ γνώμην πράξαντας ἀπέπεμψεν. Εὔκαιρον δὲ τότε νομίσας, παραθέσθαι Σαβώρῃ τοὺς ἐν Περσίδι Χριστιανοὺς, ἔγραψε πρὸς αὐτὸν [8], μεγίστην καὶ ἀνάγραπτον ἀεὶ χάριν ὁμολογῶν ἕξειν, εἰ φιλάνθρωπος γένοιτο περὶ τοὺς ὑπ' αὐ-

### CAP. XV.

*Quomodo Constantinus ad Saporem scripsit, ut Christianos punire desineret.*

Porro imperator Constantinus, cum Christianos in Perside ad hunc modum hostiliter vexari didicisset, magnopere doluit, eamque rem permoleste C tulit. Studens autem eis opitulari, ambigebat quid sibi agendum esset, quo illi secure vitam degerent. Forte accidit ut eodem tempore legati regis Persarum ad ipsum accederent. Quibus cum ea quæ postulaverant annuisset, rebus ex animi sententia confectis eos dimisit. Opportunum igitur sibi tempus oblatum ratus Christianos in Perside degentes commendandi Sapori, litteras ad eum

## VALESII ANNOTATIONES.

(6) *Παντοδαποὶ γὰρ τῶν τοιούτων τρόπων.* Scribendum est τρόποι, ut Christophorsonus et Savilius ad oram suorum codicum emendarunt: et totus locus ita restituendus, παντοδαποὶ γὰρ τῶν τοιούτων τρόποι παρὰ Πέρσαις εἰς ὠμότητα φιλοτιμούμενοι. Quod confirmat Nicephorus, qui hunc Sozomeni locum ita expressit: Παντοδαποὶ γάρ τινες καὶ ποικίλοι οἱ τῶν κολάσεων τρόποι, Περσῶν κἀν τούτοις δὴ μάλιστα τὸ φιλότιμον ἐπιδεδειγμένων. Sane Persæ in novis cruciatuum generibus excogitandis ingeniosi præ cæteris fuerunt. Inter supplicia a Persis inventa memoratur ab antiquis σκάφευσις, de quo Plutarchus in Artaxerxe, et Eunapius in Vita Maximi philosophi; cujus verba hic apponam, ut obiter emendentur: Μικρὰ γὰρ καὶ ἡ Περσῶν λεγομένη σκάφευσις, καὶ οἱ γυναικεῖοι τῶν Ἀρτάβρων ἀλισμοὶ, πρὸς ἐπιφερομένας ὀδύνας τῷ σώματι. Id est, *Nam scapharum supplicium apud Persas, et muliebres Artabrorum sarculationes, leves sunt præ cruciatibus quibus corpus* D *ejus laceratum est.* Scribo igitur Ἀρτάβρων σκαλισμοί. Artabri populi sunt Lusitaniæ, apud quos olim mulieres aurum sarculis effodiebant, ut docet Strabo in libro tertio.

(7) *Οἱ πολλοὶ τοῦτο ἐπιμέλειαν.* In codice Allatii scriptum est, οἳ πολλὴν τούτου ἐπιμέλειαν ἐποιήσαντο. Malim tamen scribere οἳ πολλὴν εἰς τοῦτο, etc.

## VARIORUM.

[8] *Ἔγραψε πρὸς αὐτόν.* Falsus est Sozomenus in assignando tempore quo persecutio in Perside sæviit, quam scilicet ad Constantini M. tempora incaute revocavit. Verum ex ipsamet Constantini Epistola apud Euseb., *Vit. Const.* lib. IV, cap. 9, ad quam hic alludit Sozomenus, patet Saporem in Christianos nondum sæviisse, pacemque inter eum et Constantinum tunc viguisse. Certior itaque haberi debet S. Hieronymi sententia, qui hujus persecutionis initium ad septimum Constantii imperatoris, id est Christi 343, annum revocat: cui sententiæ Baronius, Bollandus, Godefridus Hermantius, Antonius Pagius, aliique viri doctissimi subscripsere.



Digitized by Google

scripsit, quibus profitebatur, ingentem se et immortalem gratiam ei habiturum, si humanum se erga illos præberet qui Christianæ legis doctrinam in ditione ejus amplectebantur. Etenim, inquit, in religionis ipsius ritu nihil est quod possit reprehendi. Solis siquidem precibus incruentis contenti sunt ad placandum Deum. Neque enim ille sanguinis effusione gaudet: sed sola mente pura delectatur, quæ ad virtutem pietatemque contendit. Quocirca merito laudandi sunt qui ita credunt. Deinde vero Deum ei propitium fore pollicetur, si huic religioni prospexerit, ad hujus rei probationem afferens ea quæ tum Valeriano, tum sibimetipsi contigissent. Nam ipse quidem propter fidem Christi divino fultus auxilio, ab occidentali Oceano exorsus, universum orbem Romanum in potestatem suam redegit: et multa bella tum adversus exteros, tum adversus illorum temporum tyrannos feliciter confecit. Nec tamen victimis opus habuit aut divinationibus, sed crucis signum quod exercitum ipsius præcedebat, et pura a sanguine omnique inquinamento precatio ipsi ad victoriam suffecit. Valerianus autem, quandiu quidem ab ecclesiis vexandis abstinuit, **64** imperium feliciter administravit. Verum ubi Christianos persequi instituit, urgens eum atque impellens Dei vindicta Persis subjecit. A quibus captus, miserando mortis genere interiit. His litteris ad Saporem scriptis, persuadere ei conatus est Constantinus, ut Christianos benevole amplecteretur. Omnium enim ubique Christianorum maximam curam gerebat, non Romanorum modo, verum etiam exterorum.

A τὸν τὸ δόγμα τῶν Χριστιανῶν θαυμάζοντας. Ἐπεὶ καὶ τῷ τρόπῳ, φησὶ, τῆς θρησκείας οὐδὲν ἐγκαλεῖν ἔστιν, εἴ γε μόναις εὐχαῖς ἀναιμάκτοις πρὸς ἱκεσίαν Θεοῦ ἀρκοῦνται. Οὐ γὰρ αὐτῷ φίλον αἱμάτων χύσις· μόνῃ δὲ χαίρει ψυχῇ καθαρᾷ, πρὸς ἀρετὴν καὶ εὐσέβειαν ὁρώσῃ· ὥστε καὶ ἐπαινεῖν χρῆναι τοὺς ὧδε πιστεύοντας. Ἔπειτα δὲ τῆς περὶ τὸ δόγμα προνοίας, ἵλεω καὶ αὐτὸ ἕξειν τὸ θεῖον ὑπισχνεῖτο, τεκμηρίοις χρώμενος τοῖς Οὐαλεριανῷ καὶ αὐτῷ συμβεβηκόσιν. Αὐτὸς μὲν γὰρ διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν συμμάχῳ χρώμενος τῇ θεόθεν ῥοπῇ, ἐκ τοῦ πρὸς δύσιν Ὠκεανοῦ ἀρξάμενος, τὴν πᾶσαν Ῥωμαίων οἰκουμένην ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιήσατο· καὶ πολλοὺς πολέμους κατώρθωσε πρὸς ἀλλοφύλους καὶ τοὺς τότε τυράννους μαχόμενος· καὶ μὴ δεηθῆναι σφαγίων ἢ μαντείων τινῶν· ἀλλὰ B ἀποχρῆσαι αὐτῷ εἰς νίκην τὸ τοῦ σταυροῦ σύμβολον, τῶν οἰκείων στρατευμάτων προηγούμενον, καὶ εὐχὴν καθαρὰν αἱμάτων καὶ ῥύπου. Ὁ δὲ Οὐαλεριανὸς, ἐφ' ὅσον οὐκ ἐκακούργει τὰς Ἐκκλησίας, εὐημερῶν διετέλει τὴν ἀρχήν. Ἐπεὶ δὲ διωγμὸν ἐγείρειν ἐβουλεύσατο κατὰ τῶν Χριστιανῶν, θεία μῆνις ἐλάσασα αὐτὸν ὑπὸ Πέρσας ἐποίησε. Παρ' ὧν αἰχμάλωτος ληφθεὶς, ἐλεεινῶς τὸν βίον κατέπαυσε. Τοιαῦτα Σαβώρῃ γράψας Κωνσταντῖνος, ἐπειρᾶτο πείθειν αὐτὸν εὐνοεῖν τῇ θρησκείᾳ. Πλείστη γὰρ ἐχρῆτο κηδεμονίᾳ περὶ τοὺς πανταχοῦ Χριστιανοὺς, Ῥωμαίους καὶ ἀλλοφύλους.

## CAP. XVI.

*Quomodo Eusebius et Theognius Ariani, libello dato professi se consentire synodo Nicænæ, suas sedes recuperarunt.*

Non multo post synodum Nicænam Arius ab exsilio revocatus est: adhuc tamen prohibitus ne Alexandriam ingrederetur; postea vero omni ope ac studio laboravit ut in Ægyptum rediret, sicuti suo loco dicetur. Aliquanto post Eusebius Nicome-

C

## ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

*Ὅτι οἱ περὶ Ἄρειον βιβλίον δόντες συμφρονεῖν τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ, τοὺς οἰκείους θρόνους ἀπέλαβον, Εὐσέβιός τε καὶ Θεόγνιος.*

Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον (8) τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, Ἄρειος ἐπὶ τὴν ἐξορίαν ἀπαγόμενος, ἀνεκλήθη· Ἀλεξανδρείας δὲ ἔτι ἐπιβαίνειν κεκώλυτο. Ἀμέλει τοι ὕστερον ἡ εἰς Αἴγυπτον αὐτῷ κάθοδος ἐσπουδάσθη, ὡς ἐν καιρῷ λελέξεται. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ τὰς αὐτῶν

## VALESII ANNOTATIONES.

(8) *Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον*. Sumpsit hæc Sozomenus ex Socrate, qui in libro primo, capite decimo, postquam retulit libellum pœnitentiæ ab Eusebio et Theognio missum ad quosdam episcopos, addit, ex verbis ejus libelli conjicere se, Arium paulo ante hæc ab exsilio fuisse revocatum, sed prohibitum ne Alexandriam ingrederetur. Conjecturam igitur Socratis secutus est Sozomenus. Unde apparet eum post Socratem scripsisse, ejusque inhæsisse vestigiis. Verum ut ad Socratem observavi, uterque in eo falsus est, quod paulo post Nicænam synodum, tam Arium quam Eusebium ac Theognium ab exsilio revocatos esse existimavit. Certe Sozomenus hoc loco Arium, dum in exsilium duceretur, scribit esse revocatum, quasi is nondum ad exsilii locum pervenisset. Id enim volunt hæc verba, ἐπὶ τὴν ἐξορίαν ἀπαγόμενος. Scio quidem Baronium in Annalibus affirmare, Arium nunquam in exsilium missum esse, sed, simulata pœnitentia, expositioni fidei tandem subscripsisse, atque ita a synodo esse susceptum. Cujus rei auctorem citat Hieronymum in Dialogo contra Luciferianos. Verum Hieronymus memoriæ vitio lapsus est eo loco, dum Arium a concilio Nicæno susceptum esse dicit. Neque enim in concilio Nicæno, sed in Hierosolymitano susceptus est Arius. Certe ex epistola synodica concilii Nicæni facile est Hieronymum refellere. Aiunt enim sanctissimi Patres in dicta epistola, D primum quidem Arii opinionem discussam esse atque examinatam coram sacratissimo imperatore, omnesque episcopos uno consensu anathema dixisse impiis verbis ac sententiis Arii atque sociorum. Quid autem ipsi factum sit, et quem exitum sortitus fuerit, nolunt ipsi proferre, ne videantur insultare hominis calamitati. Quibus verbis tacite indicant sanctissimi Patres pœnam exsilii, quæ Ario ab imperatore fuerat irrogata. Ubi obiter observanda est modestia atque humanitas antistitum Nicænorum. Qui cum Arii opinionem damnarent, non tamen ipsi Ario nominatim anathema dixerunt, sed generaliter cunctis qui impia illa dogmata profiterentur. Anathematismus enim ita concipitur, τοὺς δὲ λέγοντας, etc., suppresso Arii nomine. Deinde cum Arius una cum Theona et Secundo episcopis a Constantino relegatus fuisset ob contumaciam, eo quod universali concilio assentiri noluissent, id ipsi nuntiare Alexandrinis clericis et totius Ægypti Ecclesiis detrectant, ne videantur insultare hominum

Digitized by Google

Ἐκκλησίας ἀπέλαβον, Εὐσέβιός τε ὁ Νικομηδείας, Ἀμφίωνα τὸν ἀντ' αὐτοῦ χειροτονηθέντα ἐκβαλὼν, καὶ Θεόγνιος δὲ ὁ Νικαίας Χρῆστον. Ἀνεκλήθησαν δὲ, μετανοίας βιβλίον ὧδε ἔχον τοῖς ἐπισκόποις διδόντες. Ἤδη μὲν καταψηφισθέντες (9) πρὸ κρίσεως παρὰ τῆς εὐλαβείας ὑμῶν, ὠφείλομεν σιωπᾷν τὰ κεκριμένα παρὰ τῆς εὐλαβείας ὑμῶν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἄτοπον, καθ' ἑαυτῶν διδόναι τῶν συκοφαντούντων τὴν ἀπόδειξιν τῇ σιωπῇ, τούτου ἕνεκεν ἀναφέρομεν, ὡς ἡμεῖς καὶ τῇ πίστει συνεδράμομεν, καὶ τὴν ἔννοιαν ἐξετάσαντες ἐπὶ τῷ ὁμοουσίῳ, ὅλοι ἐγενόμεθα τῆς εἰρήνης, μηδαμοῦ τῇ αἱρέσει ἐξακολουθήσαντες. Ὑπομνήσαντες δὲ ἐπὶ τῇ ἀσφαλείᾳ τῶν Ἐκκλησιῶν (10), ὅσα τὸν λογισμὸν ἡμῶν ὑπέτρεχε, καὶ πληροφορηθέντες, καὶ πληροφορήσαντες τοὺς δι' ἡμῶν πεισθῆναι ὀφείλοντας, ὑπεσημηνάμεθα τῇ πίστει. Τῷ δὲ ἀναθεματισμῷ οὐχ ὑπεγράψαμεν (11), οὐχ ὡς τῆς πίστεως κατηγοροῦντες, ἀλλ' ὡς ἀπιστοῦντες τοιοῦτον εἶναι τὸν κατηγορηθέντα, ἐκ τῶν ἰδίᾳ πρὸς ἡμᾶς παρ' αὐτοῦ διά τε ἐπιστολῶν καὶ τῶν εἰς πρόσωπον διαλέξεων πεπληροφορημένοι μὴ τοιοῦτον εἶναι. Εἰ δὲ ἐπείσθη ἡ ἁγία ὑμῶν σύνοδος, οὐκ ἀντιτείνοντες, ἀλλὰ συντιθέμενοι τοῖς παρ' ὑμῶν ἠκριβωμένοις, καὶ διὰ τοῦ γράμματος πληροφοροῦμεν τὴν συγκατάθεσιν, οὐ τὴν ἐξορίαν βαρέως φέροντες, ἀλλὰ τὴν ὑπόνοιαν τῆς αἱρέσεως ἀποδυόμενοι. Εἰ γὰρ καταξιώσητε νῦν γοῦν εἰς πρόσωπον ἐπαναλαβεῖν ἡμᾶς, ἕξετε ἐν ἅπασι συμψύχους, ἀκολουθοῦντας τοῖς παρ' ὑμῖν κεκριμένοις· καὶ ὅτε αὐτὸν τὸν ἐπὶ τούτοις ἐναγόμενον ἔδοξεν ὑμῶν τῇ εὐλαβείᾳ φιλανθρωπεύεσθαι,

A diensis episcopus, pulso Amphione, qui in ejus locum fuerat ordinatus, et Theognius Nicænus, ejecto similiter Chresto, sedes suas recuperarunt. Revocati sunt autem post libellum pœnitentiæ oblatum episcopis, cujus hæc sunt verba: Nos quidem a pietate vestra dudum indicta causa condemnati, judicium sanctitatis vestræ placide et cum silentio ferre debuimus. Sed quoniam absurdum est, argumentum calumniæ adversus semetipsum silentio suo præbere, idcirco significamus vobis, nos et in fide unanimes conspirasse, et notione consubstantialis diligenter examinata, omni studio in pacem incubuisse, nullam unquam hæresim secutos. Cumque ob securitatem et tranquillitatem Ecclesiarum ea suggessissemus quæ B nobis in mentem veniebant, et eos quibus a nobis **65** satisfieri oportebat, confirmassemus, fidei quidem subscripsisse, anathematismo vero noluisse subscribere: non quod fidem reprehenderemus, sed quia minime credebamus, illum qui accusatus fuerat, ejusmodi esse; cum partim ex iis quæ ad nos per litteras scripserat, partim ex ejus sermonibus in conspectu nostro habitis compertum haberemus, illum talem non esse. Quod si sanctissimo concilio vestro satisfactum est, non repugnantes, sed consentientes iis quæ a vobis decreta sunt, etiam hoc libello consensum nostrum confirmamus; non quidem tædio exsilii, sed ut suspicionem vitemus hæreseos. Nam si in conspectum vestrum nos venire patiemini, invenietis

## VALESII ANNOTATIONES.

calamitati. Tantum abest ut ipsi apud imperatorem egerint, ut illi in exsilium deportarentur: quin potius testantur iis verbis, se hominum illorum vicem dolere. Ea tamen quæ sequuntur in dicta epistola, satis ostendunt tres illos in exsilium missos esse. Subdunt enim, ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις, τῆς μὲν κακοδοξίας ἐκείνης καὶ ἀσεβείας, καὶ τῆς βλασφημίας, καὶ τῶν προσώπων τῶν τολμησάντων διάστασιν, καὶ διαίρεσιν ποιήσασθαι τοῦ λαοῦ, ἠλευθέρωσεν ὑμᾶς, etc. Quid aliud, quæso, innuunt hæc verba, quam exsilium Arii ejusque consortium?

(9) *Ἤδη μὲν καταψηφισθέντες.* Hic libellus satisfactionis Eusebii exstat etiam apud Socratem in libro primo, capite decimo quarto, ubi vide quæ annotavi. Neque enim vacat hic repetere ea quæ illic observata sunt.

(10) *Ὑπομνήσαντες δὲ ἐπὶ τῇ ἀσφαλείᾳ τῶν Ἐκκλησιῶν.* Cum Nicæni Patres fidem catholicam, id est τὸ ὁμοούσιον, in concilio exposuissent, plures episcopi, quorum signifer erat Eusebius Nicomediensis, eam refellere conati sunt, et aliam ejus loco proposuerunt. Sed cum istam Nicæni Patres uno consensu rejecissent, ac ne audire quidem sustinuissent, Eusebius et socii, metu imperatoris adigente, fidei catholicæ subscripserunt. Docet id epistola Eusebii Cæsariensis episcopi ad cives suos, et Theodoritus in libro primo *Historiæ*.

(11) *Τῷ δὲ ἀναθεματισμῷ οὐχ ὑπεγράψαμεν.* Quæri non immerito potest, quomodo Eusebius ac Theognius fidei quidem Nicænæ subscripserint; anathematismo vero nequaquam subscripserint. Atqui anathematismus conjunctus erat formulæ fidei, et una cum expositione fidei a Patribus editus, quemadmodum videre est, tum apud Socratem, tum in vetustis canonum collectionibus. Baronius C quidem primum fidei formulam conditam esse scribit a Nicænis Patribus, cui Eusebius ac reliqui cum initio subscribere recusassent, tandem metu compulsi subscripserunt: postea vero condemnationis sententiam in Arium latam esse, et Eusebium ac Theognium cum isti condemnationi subscribere pertinacissime recusassent, a synodo esse depositos, aliis episcopis in eorum locum subrogatis. Constantinum tamen imperatorem eo tempore intercessisse, ne sententia exsecutioni mandaretur. Baronii opinionem secutus est Petavius in parte secunda Rationarii temporum. Verum hæc opinio nequaquam probabilis mihi videtur. Sic enim duæ fuissent subscriptiones episcoporum synodi Nicænæ: prior qua fidei, posterior qua condemnationi Arii consensissent. Hodie tamen unica exstat subscriptio singulorum episcoporum. Atque id merito. Fides enim cum anathematismo qui ei subjicitur, unum idemque est monumentum, uno D spiritu unoque tenore continuatum. Sic enim incipit anathematismus, τοὺς δὲ λέγοντας, etc. Deinde falsum est quod Baronius, eumque secuti, affirmant: primum fidei formulam conditam esse a synodo Nicæna; postea vero quæsitum de Ario. Id enim manifeste refellit epistola synodica, in qua diserte scribitur, ante omnia quæsitum esse de Arii opinione, eamque coram principe diligenter examinatam atque damnatam. Quocirca libentius crediderim Eusebium ac Theognium Nicænæ fidei decretis semel subscripsisse, perinde ac reliquos episcopos; sed in subscribendo distinctionem adhibuisse inter fidem atque anathematismum. Hoc igitur modo illos subscripsisse opinor: Eusebius Nicomediæ suprascriptæ fidei consentio et subscribo; anathematismo non item.

Digitized by Google

nos in omnibus concordes, et decretis vestris mordicus inhærentes : quando et eum ipsum qui ob ista accusabatur, placuit reverentiæ vestræ humaniter tractare, et ab exsilio revocare. Porro absurdum fuerit, cum is qui reus esse videbatur, revocatus sit, seque de illis quæ ipsi objiciebantur, purgaverit; nos silere, et argumentum adversus nosmetipsos ultro suppeditare. Vos ergo, sicut reverentiam vestram Christi amantissimam decet, imperatorem Deo charissimum admonere dignemini, eique preces nostras offerre, et in nostra causa ea quæ vobis congruunt mature decernere. Hoc igitur modo Eusebius et Theognius pœnitentiam egerunt, et Ecclesias suas recuperarunt.

καὶ ἀνακαλέσασθαι. Ἄτοπον δέ τι δοκοῦντες εἶναι ὑπευθύνου ἀνακεκλημένου, καὶ ἀπολογισαμένου (12) ἐφ' οἷς διεβάλλετο, ἡμᾶς ἐπισιωπᾷν (13) καθ' ἑαυτῶν ἐνδόντας τὸν ἔλεγχον. Καταξιώσατε οὖν, ὡς ἁρμόζει τῇ φιλοχρίστῳ ὑμῶν εὐλαβείᾳ, καὶ τὸν θεοφιλέστατον βασιλέα ὑπομνῆσαι, καὶ δεήσεις ἡμῶν ἐγχειρίσαι, καὶ θᾶττον βουλεύσασθαι τὰ ὑμῖν ἁρμόζοντα ἐφ' ἡμῖν. Ὧδε μὲν αὐτοῖς Εὐσέβιός τε καὶ Θεόγνιος μετεμελήθησαν, καὶ τὰς αὐτῶν Ἐκκλησίας ἀπέλαβον.

## 66 CAP. XVII.

*Ut mortuo Alexandro Alexandriæ episcopo, Athanasius ejus hortatu episcopatum suscepit. Narratio de eodem Athanasio dum adhuc puer esset: quod sacerdos fuerit a semetipso edoctus, et quod charus fuerit Antonio.*

Sub idem tempus Alexander episcopus Alexandriæ [1], cum ex hac vita migraturus esset, Athanasium successorem reliquit, divinis, ut equidem arbitror, jussionibus ad eum designandum impulsus. Etenim Athanasius ipse fugam paravisse dicitur, et per vim ab Alexandro coactus esse ut sacerdotium susciperet. Cujus rei testis est Apollinaris Syrus, ita dicens: Post hæc vero impietas bellum inferre non cessat. Sed primum quidem contra beatum hujus viri doctorem armatur : et hic tanquam filius patri adjutor aderat. Deinde vero contra hunc ipsum, tunc cum ad episcopatus successionem venit, fuga quidem diu multumque usus: Dei autem auxilio repertus, quemadmodum et beato viro qui episcopatum ei tradidit, divinis indiciis præmonstratum fuerat, non alium quam hunc successorem ipsius fore. Nam cum is ex hac vita vocaretur, et jam morti vicinus esset, Athanasium absentem nominatim vocare cœpit. Et cum alter ejusdem nominis qui illic aderat, vocanti respondisset, isti quidem nihil dixit, quippe quem non vocabat. Rursus vero vocare perstitit. Cumque id sæpius fieret, is quidem qui aderat, silentio transmittebatur ; designabatur vero is qui aberat.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

*Ὅτι τοῦ Ἀλεξανδρείας τελευτήσαντος Ἀλεξάνδρου, Ἀθανάσιος ἐκ προτροπῆς ἐκείνου λαμβάνει τὸν θρόνον· καὶ διήγησις περὶ τῆς ἐκ νέου ἡλικίας αὐτοῦ, ὅτι αὐτοδίδακτος ἦν ἱερεὺς, καὶ φιλούμενος τῷ μεγάλῳ Ἀντωνίῳ.*

Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, μέλλων τὸν βίον μεταλλάσσειν Ἀλέξανδρος [h] Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, διάδοχον αὐτοῦ κατέλιπεν Ἀθανάσιον, θείαις προστάξεσιν, ὡς ἡγοῦμαι, ἐπ' αὐτὸν ἀγαγὼν τὴν ψῆφον. Ἐπεὶ τόν γε Ἀθανάσιον φασὶν ἀποφυγεῖν πειραθῆναι, καὶ ἄκοντα βιασθῆναι πρὸς Ἀλεξάνδρου, τὴν ἐπισκοπὴν ὑποδέξασθαι. Καὶ μαρτυρεῖ Ἀπολινάριος ὁ Σύρος ὧδε λέγων· Οὐκ ὀκνεῖ δὲ καὶ μετὰ ταῦτα πολεμεῖν ἡ δυσσέβεια. Ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἐπὶ τὸν μακάριον διδάσκαλον τοῦ ἀνδρὸς ὡπλίζετο. Καὶ οὗτος παρῆν συνήγορος, ὡς πατρὶ παῖς. Ἔπειτα καὶ ἐπ' αὐτὸν, ὡς ἧκεν ἐπὶ τὴν τῆς ἐπισκοπῆς διαδοχὴν, πολλῇ μὲν ἀποφυγῇ χρησάμενος· κατὰ Θεὸν δὲ ἀνευρεθεὶς, ὡς καὶ τῷ μακαρίῳ ἀνδρὶ τῷ τὴν ἐπισκοπὴν ἐγχειρίσαντι προδεδήλωτο θείαις δηλώσεσιν, οὐχ ἕτερον ἔσεσθαι τὸν διάδοχον ἢ τοῦτον. Ἐκαλεῖτο μὲν γὰρ ἐκ τοῦ βίου· ἤδη δὲ πρὸς ἀπαλλαγὴν τυγχάνων, Ἀθανάσιον ὀνομαστὶ μὴ παρόντα ἐκάλει. Καὶ ὡς ὁ παρὼν ὁμώνυμος ὑπήκουε τῇ κλήσει, πρὸς μὲν τοῦτον ἀπεσιώπα, ὡς οὐ τοῦτον καλῶν. Αὖθις δὲ ἐχρῆτο τῇ κλήσει· καὶ ὡς ταὐτὸ πολλάκις ἐγίνετο, ἀπεσιωπᾶτο μὲν ὁ παρών· ἐδηλοῦτο δὲ ὁ μὴ παρών. Καὶ προφητικῶς ἔλεγεν ὁ μακάριος Ἀλέξανδρος· Ἀθανάσιε, νομίζεις ἐκπεφευγέναι· οὐκ ἐκφεύξῃ δέ· δηλῶν ὡς πρὸς τὸν ἀγῶνα

[1] Socr., lib. I, cap. 15.

### VALESII ANNOTATIONES.

(12) *Ὑπευθύνου ἀνακεκλημένου καὶ ἀπολογησαμένου.* Ex hoc loco apparet Arium ab exsilio revocatum esse antequam Eusebius ac Theognius, in exsilio adhuc agentes, libellum satisfactionis misissent episcopis. Porro Eusebius ac Theognius anno tertio post synodum Nicænam ab exsilio revocati sunt, ut observavi in annotationibus ad Socratem, id est anno Christi 328. Eodem igitur anno, sed aliquot prius mensibus, aut certe anno Christi 327, Arius ab exsilio revocatus est. Quod si quis quærat qua ratione revocatus sit Arius, eodem prorsus modo revocatum esse existimo quo Eusebium ac Theognium, misso scilicet ad episcopos satisfactionis libello, cum rogasset episcopos qui in comitatu erant, aut qui vicini erant urbi regiæ, ut pro ipso apud principem intercederent. Atque id colligitur ex verbis hujus libelli : Καὶ ὅτε αὐτὸν τὸν ἐπὶ τούτοις ἐναγόμενον ἔδοξεν ὑμῶν τῇ εὐλαβείᾳ φιλανθρωπεύεσθαι καὶ ἀνακαλέσασθαι. Et paulo post, ἀνακεκλημένου καὶ ἀπολογησαμένου. Cum igitur id Ario prospere successisset, Eusebius ac Theognius, quorum consilio, ut videtur, Arius libellum satisfactionis miserat episcopis, ipsi quoque idem tentarunt, pari successu.

(13) *Ἡμᾶς ἐπισιωπᾷν.* Malim scribere ἡμᾶς ἔτι σιωπᾷν. Apud Socratem et Nicephorum legitur ἡμᾶς σιωπᾷν.

### VARIORUM.

[h] *Μέλλων τὸν βίον μεταλλάσσειν Ἀλέξανδρος.* Alexander quinto post finitum concilium Nicænum mense obiit, teste Athanasio, Apologia secunda. W. LOWTH.

Digitized by Google

ἐκαλεῖτο. Ταῦτα μὲν Ἀπολινάριος γράφει περὶ Ἀθανασίου. Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως λέγουσιν, ὡς Ἀλεξάνδρου τελευτήσαντος, ἐκοινώνουν ἀλλήλοις οἱ τὰ Ἀλεξάνδρου καὶ Μελιτίου φρονοῦντες· συνελθόντες τε ἐκ Θηβαΐδος καὶ τῆς ἄλλης Αἰγύπτου πεντήκοντα καὶ τέσσαρες ἐπίσκοποι, ἐνωμότως συνέθεντο, κοινῇ ψήφῳ αἱρεῖσθαι τὸν ὀφείλοντα τὴν Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίαν ἐπιτροπεύειν. Ἐπιορκήσαντας δὲ ἑπτά τινας τῶν ἐπισκόπων (14), παρὰ τὴν πάντων γνώμην κλέψαι τὴν Ἀθανασίου χειροτονίαν καὶ διὰ τοῦτο πολλοὺς τοῦ λαοῦ, καὶ τῶν ἀνὰ τὴν Αἴγυπτον κληρικῶν, ἀποφυγεῖν τὴν πρὸς αὐτὸν κοινωνίαν. Ἐγὼ δὲ πείθομαι τὸν ἄνδρα τοῦτον οὐκ ἀθεεὶ παρελθεῖν ἐπὶ τὴν ἀρχιερωσύνην, λέγειν τε, καὶ νοεῖν ἱκανὸν, καὶ πρὸς ἐπιβουλὰς ἀντέχειν· οἵου μάλιστα ὁ κατ' αὐτὸν ἐδεῖτο καιρός. Ἐγένετο δὲ ἐκκλησιαστικὸς ὅτι μάλιστα, καὶ περὶ τὸ ἱερᾶσθαι ἐπιτηδειότατος, ἐκ νέου, ὡς εἰπεῖν, αὐτοδίδακτος τοιοῦτος φανείς (15). Ἀμέλει τοι οὔπω προσήβῳ γενομένῳ, τόδε φασὶν ἐπ' αὐτῷ συμβεβηκέναι. Δημοτελῆ καὶ σφόδρα λαμπρὰν πανήγυριν εἰσέτι νῦν ἄγουσιν Ἀλεξανδρεῖς, τὴν ἐτησίαν ἡμέραν τῆς μαρτυρίας Πέτρου τοῦ γενομένου παρ' αὐτοῖς ἐπισκόπου. Ταύτην τε ἐπιτελῶν Ἀλέξανδρος, ὁ τότε τῆς Ἐκκλησίας ἡγούμενος, ἤδη τὴν λειτουργίαν πληρώσας, περιέμενε τοὺς ἅμα αὐτῷ μέλλοντας ἀριστᾷν. Καθ' ἑαυτὸν δὲ διάγων, τοὺς ὀφθαλμοὺς εἶχεν ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Ἰδὼν δὲ πόῤῥωθεν παρὰ τὸν αἰγιαλὸν παῖδας παίζοντας, καὶ ἐπίσκοπον μιμουμένους καὶ τὰ τῆς Ἐκκλησίας ἔθη, ἐφ' ὅσον ἀκίνδυνον ἑώρα τὴν μίμησιν, ἥδετο τῇ θέᾳ, καὶ τοῖς γινομένοις ἔχαιρεν. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν ἀποῤῥήτων ἥψαντο, ἐταράχθη· καὶ μετακαλεσάμενος τοὺς ἐν τέλει τοῦ κλήρου, ἐπέδειξε τοὺς παῖδας· καὶ συλληφθέντας αὐτοὺς ἀχθῆναι κελεύσας, ἐπυνθάνετο τίς αὐτοῖς ἦν ἡ παιδιὰ, καὶ ποδαποὶ οἱ ἐπὶ ταύτῃ λόγοι καὶ πράξεις. Οἱ δὲ, δείσαντες, τὰ πρῶτα ἠρνοῦντο· ἐπιμείναντος δὲ αὐτοῦ τῇ βασάνῳ, κατεμήνυσαν ἐπίσκοπον μὲν καὶ ἀρχηγὸν γενέσθαι τὸν Ἀθανάσιον· βαπτισθῆναι δὲ παρ' αὐτοῦ τινὰς τῶν ἀμυήτων παίδων. Οὓς ἐπιμελῶς ἀνέκρινεν Ἀλέξανδρος, τί μὲν αὐτοὺς ἤρετο ἢ ἐποίησεν ὁ τῆς παιδιᾶς ἱερεύς· τί δὲ αὐτοὶ ἀπεκρίναντο ἢ ἐδιδάχθησαν. Ἀνευρὼν δὲ πᾶσαν τὴν ἐκκλησιαστικὴν τάξιν ἀκριβῶς ἐπ' αὐτοῖς φυλαχθεῖσαν, ἐδοκίμασεν ἅμα τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἱερεῦσι βουλευσάμενος, μὴ χρῆναι ἀναβαπτίσαι [1] τοὺς ἅπαξ ἐν ἁπλότητι τῆς θείας χάριτος ἀξιωθέντας. Τὰ δὲ ἄλλα περὶ αὐτοὺς ἐπλήρου, ἃ θέμις μόνους τοὺς ἱερωμένους μυσταγωγοῦντας

Quin et prophetico spiritu beatus Alexander ita locutus est: Effugisse te credis, Athanasi. Non effugies; significans scilicet eum ad certamen vocari. Et Apollinaris quidem de Athanasio ista scribit. Ariani vero asserunt, mortuo Alexandro, tam eos qui ipsi, quam eos qui Melitio adhærebant, inter se communicasse: congregatosque ex Thebaide et ex universa Ægypto quinquaginta quatuor episcopos, dato sibi invicem jurejurando, statuisse ut communi suffragio eligeretur is qui Alexandrinam Ecclesiam administraturus esset: sed septem episcopos ex eorum numero, violato jurejurando, præter reliquorum omnium voluntatem clam ordinasse Athanasium, eaque de causa multos, tum ex plebe, tum ex clericis Ægypti, communionem ejus refugisse. Ego vero hunc virum non absque Dei nutu ad sacerdotium pervenisse existimo, utpote eloquentia simul et intelligentia pollentem, et ad resistendum insidiis adversariorum idoneum: cujusmodi virum illa præcipue tempora requirebant. Fuit certe ad conciones ecclesiasticas, et ad sacerdotii **67** munus obeundum aptissimus, et ab ineunte ætate in hujusmodi rebus αὐτοδίδακτος, ut ita dicam, apparuit. Denique adhuc impuberi istud ei accidisse fertur. Publicum ac solemne festum ingenti pompa quotannis celebrant Alexandrini, eo die quo Petrus ipsorum olim episcopus martyrium consummavit. Hunc igitur diem festum aliquando celebrans Alexander, qui tunc ipsorum erat episcopus, peractis missarum solemnibus, exspectabat eos qui una cum ipso pransuri erant. Cumque solus esset, oculos convertit ad mare. Illic visis eminus pueris qui, in littore ludentes, episcopi officium sacrosque Ecclesiæ ritus exprimebant: quandiu quidem scenam illam absque periculo esse animadvertit, delectabatur spectaculo, nec mediocrem ex ea re capiebat voluptatem. Postquam vero arcana quoque mysteria exprimere cœperunt, perturbatus est animo; vocatisque ad se primoribus cleri, pueros ostendit. Cumque eos comprehensos adduci jussisset, sciscitatus est ex iis, quisnam lusus ipsorum esset, et quid in eo dicerent, quidve agerent. Illi metu perculsi, initio quidem negarunt. Sed cum Alexander quæstioni instaret, confessi sunt episcopum ac præsulem fuisse ipsis Athanasium, et quosdam pueros qui nondum mysteriis initiati fuissent, ab illo esse

## VALESII ANNOTATIONES.

(14) *Ἑπτά τινας τῶν ἐπισκόπων*. Vide epistolam synodicam episcoporum Ægypti ad omnes catholicos episcopos, quam citat Athanasius in Defensione secunda adversus Arianos, ubi hæc Arianorum calumnia de ordinatione Athanasii egregie refellitur.

(15) *Αὐτοδίδακτος τοιοῦτος φανείς*. Malim cum Nicephoro scribere **αὐτοδίδακτος ἐν τοῖς τοιούτοις φανείς**.

## VARIORUM.

[1] *Μὴ χρῆναι ἀναβαπτίσαι*. Vide Socr. lib. I, cap. 15. Hæc Historia (inquiunt clariss monachi Benedictini in *Vita Athanas.*) grandi apud eruditos laborat suspicione. Etsi enim per Athanasii ætatem minime repugnaret ejusmodi lusus (quod haud facile tamen concedatur de adolescente, cui ex memoratis superius vix minus duodeviginti annorum tum ascripserimus), non is erat Alexander, qui tam seria in re ludum puerorum ratum haberet.

Digitized by Google

baptizatos. Hos Alexander accurate interrogavit, quidnam ipsis dixisset fecissetve ludi illius episcopus, et quid ipsi respondissent, quidve edocti essent. Cumque omnia juxta ordinem ecclesiasticum exacte in illis servata esse deprehendisset, communicato consilio cum sacerdotibus quos circa se habebat, censuit non rebaptizandos esse eos qui in simplicitate divinam gratiam semel percipere meruissent. Reliqua vero quæ a solis sacerdotibus baptismum tradentibus administrari fas est, in illis supplevit. Athanasium porro aliosque pueros qui in eo ludicro presbyterorum aut diaconorum partes egerant, sub divino testimonio parentibus ipsorum tradidit, quo ipsos ad Ecclesiæ ministerium educarent, informarentque ad ea officia quæ fuerant imitati. Nec multo post Athanasium in contubernium suum ascivit, eumque notarium deinceps habuit. Qui cum probe institutus fuisset, et grammaticorum ac rhetorum scholas frequentasset, ubi virilem ætatem ingressus est, etiam ante episcopatum iis qui cum ipso in colloquium venerant, prudentiæ ac doctrinæ suæ experimentum dedit. Postquam vero Alexander fato functus esset, successore eo derelicto, multo amplius crevit ejus existimatio, tum virtutibus ipsius, tum magni Antonii monachi testimonio confirmata. Etenim Antonius, quoties ab illo accerseretur, obtemperabat, et ad urbes accedebat, et una cum illo veniebat ad ecclesias, ejusque fidem de Deo, suffragio suo comprobabat. Denique in omni vita eum semper amicum habuit, ejusque adversarios et inimicos aversatus est.

A τελεῖν. Ἀθανάσιον δὲ καὶ τοὺς ἄλλους παῖδας οἱ πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι ἐν τῷ παίζειν ἐτύγχανον, ὑπὸ μάρτυρι τῷ Θεῷ, τοῖς οἰκείοις παρέδωκεν ἀναθρέψαι τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ ἀγαγεῖν ἐφ' ὃ ἐμιμήσαντο. Μετ' οὐ πολὺ δὲ, ὁμοδίαιτον καὶ ὑπογραφέα τὸν Ἀθανάσιον εἶχεν. Εὖ δὲ ἀχθεὶς, γραμματικοῖς τε καὶ ῥήτορσι φοιτήσας, ἤδη εἰς ἄνδρας τελῶν, καὶ πρὸ τῆς ἐπισκοπῆς πεῖραν ἔδωκε τοῖς ὁμιλήσασιν αὐτῷ σοφοῦ καὶ ἐλλογίμου ἀνδρός. Ἐπεὶ δὲ ἐτελεύτησεν Ἀλέξανδρος, διάδοχον αὐτὸν καταλιπὼν, ἔτι μᾶλλον ἐπέδωκεν ἡ περὶ αὐτοῦ δόξα, βεβαιουμένη ταῖς οἰκείαις ἀρεταῖς, καὶ τῇ μαρτυρίᾳ τοῦ μεγάλου Ἀντωνίου μοναχοῦ. Μετακαλουμένου γὰρ αὐτοῦ ὑπήκουε, καὶ ταῖς πόλεσιν ἐφοίτα· καὶ εἰς τὰς ἐκκλησίας συνῄει· καὶ οἷς ἐδόξαζε περὶ Θεοῦ, συνεψηφίζετο. B Καὶ φίλον ἐν πᾶσιν εἶχεν αὐτὸν, καὶ τοὺς ἐναντιουμένους ἢ ἀπεχθανομένους αὐτῷ ἀπεστρέφετο.

## 68 CAP. XVIII.

*Quomodo Ariani et Meletiani Athanasium illustrem reddiderunt. Deque Eusebio, qualiter Athanasium sollicitavit ut Arium susciperet. Et de voce* consubstantialis, *quomodo præ cæteris omnibus Eusebius Pamphili et Eustathius Antiochenus inter se contenderunt.*

Sed celeberrimum eum reddiderunt Arii ac Meletii sectatores: qui cum semper insidias ei struxerint, nunquam tamen jure illum convincere potuerunt. Ac primum quidem Eusebius, scriptis litteris eum tentavit ut Arianos susciperet: minatus absque scripto se illum damno affecturum, nisi paruisset. Sed cum ille non cederet, affirmans suscipiendos non esse eos qui ad veritatem interpolandam novam hæresim excogitassent, et Nicænæ synodi sententia excommunicati fuissent, operam dedit Eusebius ut imperator ipse Arium susciperet, ac redeundi licentiam ei concederet. Verum qua ratione istud factum sit, dicam paulo post. Tunc temporis vero rursus inter se dissidere cœperunt episcopi, dum vocem consubstantialis scrupulosius examinarent. Nam alii quidem eos qui vocem istam probarent, impie loqui censebant, quasi Filium sine subsistentia assererent, idemque cum Montano ac Sabellio sentirent [1]. Alii vero, contrariæ sententiæ assertores non secus ac gentiles aversabantur, eisque objiciebant quod deorum multitudinem inducerent. In his porro altercatio-

## ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

C *Ὅτι Ἀρειανοὶ καὶ Μελετιανοὶ περιφανῆ ἐποίησαν Ἀθανάσιον. Καὶ περὶ Εὐσεβίου, καὶ ὅπως ἀπεπειρᾶτο Ἀθανάσιος δέξασθαι Ἄρειον· καὶ περὶ τῆς λέξεως* τοῦ ὁμοουσίου· *ὅπως μάλιστα τῶν ἄλλων ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος, καὶ Εὐστάθιος ὁ Ἀντιοχείας ἐστασίαζον.*

Μάλιστα δὲ ἐνδοξότατον αὐτὸν κατέστησαν οἱ τὰ Ἀρείου καὶ Μελετίου φρονοῦντες· ἀεὶ μὲν ἐπιβουλεύσαντες, οὐδέποτε δὲ δικαίως αὐτὸν ἑλεῖν δόξαντες. Τὰ μὲν οὖν πρῶτα δι' ἐπιστολῆς ἐπειράθη αὐτοῦ Εὐσέβιος, δέχεσθαι τοὺς περὶ Ἄρειον· εἰ δὲ ἀπειθήσει, κακῶς αὐτὸν ποιήσειν ἀγράφως ἠπείλει. Ὡς δὲ οὐκ εἶξε, μὴ δεκτοὺς εἶναι ἐνιστάμενος, τοὺς ἐπὶ νεωτερισμῷ τῆς ἀληθείας αἵρεσιν εὑρόντας, καὶ παρὰ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἀποκηρυχθέντας, ἐσπούδαζεν ὅπως αὐτὸς ὁ βασιλεὺς προσδέξηται τὸν Ἄρειον, καὶ κάθοδον αὐτῷ παράσχῃ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς ἐγένετο, οὐκ εἰς μακρὰν ἐρῶ. Ἐν δὲ τῷ τότε, πάλιν πρὸς ἑαυτοὺς ἐστασίαζον οἱ ἐπίσκοποι, ἀκριβολογούμενοι περὶ τὸ D ὁμοούσιον ὄνομα. Οἱ μὲν γὰρ, τοὺς τοῦτο προσδεχομένους, βλασφημεῖν ᾤοντο, ὡς ὑπάρξεως ἐκτὸς τὸν Υἱὸν δοξάζοντας, καὶ τὰ Μοντανοῦ καὶ Σαβελλίου φρονοῦντας (16). Οἱ δ' αὖ πάλιν, ὡς Ἑλληνιστὰς τοὺς ἑτέρους ἐξετρέποντο, καὶ πολυθεΐας εἰσάγειν διέβαλλον. Κατετρίβοντο δὲ μάλιστα περὶ τὰ τοιαῦτα, Εὐσέβιός τε ὁ Παμφίλου, καὶ Εὐστάθιος ὁ Ἀντιοχεύς. Ἀμφότεροι μὲν γὰρ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐν ὑποστάσει εἶναι ὡμολόγουν· ὥσπερ δὲ ἀλλήλων μὴ ἐπαΐοντες,

[1] Socr., lib. I, cap. 23.

## VALESII ANNOTATIONES.

(16) *Τὰ Μοντανοῦ καὶ Σαβελλίου φρονοῦντας.* Vide quæ notavi ad caput 23 libri primi Socratis Scholastici; ubi ostendi cur Montanus adjungi soleat Sabellio.

Digitized by Google

ἀλλήλους διέβαλλον. Καὶ Εὐστάθιος μὲν ἐπῃτιᾶτο τὸν Εὐσέβιον, εἰς τὰ ἐν Νικαίᾳ δόξαντα περὶ τοῦ δόγματος καινοτομοῦντα· ὁ δὲ, ταῦτα μὲν ἐπαινεῖν φησιν· Εὐσταθίῳ δὲ τὴν Σαβελλίου ὀνειδίζειν δόξαν.

A nibus præcipue se exercuerunt Eusebius Pamphili et Eustathius Antiochenus. Nam cum uterque eorum fateretur Filium Dei propriam habere subsistentiam, perinde tamen quasi se invicem non intelligerent, alter alterum accusabat. Et Eustathius quidem Eusebium insimulabat quod ea quæ Nicææ decreta fuerant innovaret. Eusebius vero ea quidem se approbare dicit, sed Eustathio opinionem exprobrat Sabellii.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΘʹ.

*Περὶ τῆς Ἀντιοχείας συνόδου· καὶ ὅτι ἀδίκως καθῃρέθη Εὐστάθιος, καὶ Εὐφρόνιος τὸν θρόνον λαμβάνει. Καὶ οἷα ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος ἔγραψε τῇ συνόδῳ, καὶ Εὐσεβίῳ τῷ Παμφίλου, παραιτησαμένῳ τῇ Ἀντιοχείᾳ.*

Συνόδου δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ γενομένης, ἀφαιρεῖται Εὐστάθιος τὴν Ἀντιοχέων Ἐκκλησίαν· τὸ μὲν ἀληθὲς, ὡς πολὺς ἔχει λόγος, καθότι τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ἐπῄνει, καὶ τοὺς ἀμφὶ τὸν Εὐσέβιον καὶ Παυλῖνον τὸν Τύρου ἐπίσκοπον, καὶ Πατρόφιλον τὸν Σκυθοπόλεως, ὧν τῇ γνώμῃ οἱ ἀνὰ τὴν Ἕω ἱερεῖς εἵποντο, οἷά γε τὰ Ἀρείου φρονοῦντας ἀπεστρέφετο, καὶ φανερῶς διέβαλλε· πρόφασιν δὲ, ὡς οὐχ ὁσίαις πράξεσι τὴν ἱερωσύνην αἰσχύνας ἐφωράθη. Μεγίστη δὲ διὰ τὴν αὐτοῦ καθαίρεσιν ἀνεκινήθη στάσις κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν· ὡς μικροῦ δεῖν ξιφῶν ἅψασθαι τὸ πλῆθος, καὶ πᾶσαν κινδυνεῦσαι τὴν πόλιν. Ἔβλαψε δὲ αὐτὸ τοῦτο οὐ μετρίως αὐτὸν πρὸς βασιλέα. Ὡς γὰρ ἔγνω ταῦτα συμβεβηκέναι, καὶ τὸν λαὸν τῆς Ἐκκλησίας εἰς δύο διῃρῆσθαι, σφόδρα ἐχαλέπαινε, καὶ ἐν ὑπονοίᾳ αὐτὸν εἶχεν, ὡς αἴτιον τῆς στάσεως. Πέμπει δ' ὅμως τινὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν λαμπρῶς στρατευομένων, ἐντειλάμενος εἰς δέος καταστῆσαι τὸ πλῆθος, καὶ δίχα ταραχῆς καὶ βλάβης καταπαῦσαι τὴν στάσιν. Λογισάμενοι δὲ οἱ καθελόντες Εὐστάθιον, οἳ δὴ τούτου χάριν εἰς Ἀντιόχειαν συνηγμένοι ἐτύγχανον, ὡς εἰ τῶν ὁμοδόξων αὐτοῖς προστήσαιντό τινα τῆς ἐνθάδε Ἐκκλησίας βασιλεῖ γνώριμον, καὶ ἐπὶ λόγων ἐπιστήμῃ εὐδόκιμον, ῥᾳδίως ἕξουσι πειθομένους τοὺς ἄλλους, εὖ ἔχειν ἐνόμισαν ἐπιτρέψαι τὸν Ἀντιοχέων θρόνον Εὐσεβίῳ τῷ Παμφίλου. Καὶ γράφουσι περὶ τούτου τῷ βασιλεῖ, δηλώσαντες καὶ τῷ λαῷ ὑπερφυῶς τοῦτο κεχαρισμένον εἶναι· ὧδε γὰρ ἐξῄτησαν καὶ ὅσοι τοῦ κλήρου καὶ τοῦ πλήθους ἀπεχθῶς εἶχον πρὸς Εὐστάθιον. Ὅ γε μὴν Εὐσέβιος ἔγραφε τῷ βασιλεῖ παραιτούμενος. Ἐπαινέσας δὲ αὐτοῦ τὴν παραίτησιν ὁ βασιλεύς· νόμος γὰρ ἐκκλησιαστικὸς ἐκώλυε, τὸν ἅπαξ ἡγησάμενον Ἐκκλησίας, ἐπισκοπὴν ἄλλην μὴ μετιέναι· ἔγραψε δὲ Εὐσεβίῳ (17) ἀποδεχόμενος αὐτὸν τῆς γνώμης, καὶ μακάριον ἀποκαλῶν, ὡς οὐ μιᾶς πόλεως, ἀλλὰ πάσης τῆς οἰκουμένης ὄντα ἄξιον ἐπισκοπεῖν. Ἔγραψε δὲ καὶ τῷ λαῷ τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας, περί τε ὁμονοίας, καὶ τοῦ μὴ δεῖν ἐφίεσθαι τοῦ παρ' ἄλλοις ἐπισκοποῦντος,

## CAP. XIX.

*De Antiochena synodo, in qua Eustathius injuste depositus est, cujus sedem Euphronius obtinuit. Et quid Constantinus Magnus scripserit, tum ad synodum, tum ad Eusebium Pamphili qui Antiochenam sedem recusaverat.*

Congregata igitur Antiochiæ synodo, Eustathius episcopatu Antiochensis Ecclesiæ exuitur : reipsa B quidem, sicut major pars asserit, eo quod Nicæni concilii fidem astrueret, et Eusebium Pamphili, Paulinum Tyri, ac Patrophilum Scythopoleos episcopum, quorum sententiam omnes Orientis episcopi sectabantur, tanquam Arianos aversaretur, palamque eos accusaret [1]. Specie vero, quasi honorem sacerdotii flagitiis quibusdam commaculasse deprehensus fuisset. Cæterum **69** ingens seditio ob ejus depositionem excitata est Antiochiæ : adeo ut parum abfuerit quin plebs arma corriperet, totaque civitas in gravissimum discrimen adduceretur. Atque hoc præcipue apud imperatorem ei nocuit. Postquam enim imperator ista accidisse comperit, et plebem Ecclesiæ duas in partes discissam esse, ægre admodum eam rem tulit, et Eusta- C thium seditionis auctorem fuisse suspicatus est. Quemdam tamen ex palatii sui proceribus misit, eique in mandatis dedit ut plebi metum incuteret, et sine tumultu ac detrimento seditionem comprimeret. Porro hi qui Eustathium deposuerant, eaque de causa Antiochiæ erant congregati, cum apud se reputassent, si ex opinionis suæ sectatoribus aliquem imperatori probe cognitum, et eloquentiæ ac doctrinæ laude florentem, Antiochenæ sedi præficerent, reliquos deinceps facile sibi assensuros esse : commodum fore existimarunt Antiochensis Ecclesiæ administrationem Eusebio Pamphili tradere. Scribunt itaque ad imperatorem ea de re, plebi quoque id gratissimum esse significantes. D Hoc enim postulaverant quotquot, tum ex clero, tum ex plebe, infensi erant Eustathio. Verum Eusebius quidem, scriptis ad imperatorem litteris, sedem illam recusavit. Imperator vero detrectationem ejus laudans ; lege enim ecclesiastica vetitum erat ne is qui unius Ecclesiæ episcopus jam fuerat constitutus ad alium episcopatum transiret, scripsit ad Eusebium, et consilium ejus pro-

[1] Euseb., Vit. Const. lib. III, cap. 59; Socr. lib. I, cap. 24.

## VALESII ANNOTATIONES.

(17) *Ἔγραψε δὲ καὶ τῷ λαῷ καὶ αὐτῷ Εὐσεβίῳ.* In codice Leonis Allatii rectius legitur hic locus in hunc modum, ἔγραψεν οὖν Εὐσεβίῳ, reliquis vocibus expunctis, quæ profecto hic superfluæ sunt. Sequitur enim paulo post, ἔγραψε δὲ καὶ τῷ λαῷ, etc. Proinde non dubito quin scribendum sit hoc loco ἔγραψε μὲν Εὐσεβίῳ. Porro epistola Constantini ad Eusebium exstat in libro IV *De vita Constantini*.

Digitized by Google

bans, felicem illum vocavit, qui non unius civitatis, sed totius orbis episcopatu dignus haberetur. Scripsit etiam ad plebem Antiochensis Ecclesiæ de concordia, et quod alterius urbis episcopus appetendus non esset, cum alienum sit ab officio boni viri res alienas concupiscere. Præter has litteras, aliam epistolam privatim misit ad synodum: in qua perinde ac in litteris quas ad Eusebium scripserat, eum quidem prædicavit quod episcopatum recusasset. Cum autem accepisset Euphronium Cappadocem presbyterum, et Georgium Arethusium probatæ fidei esse, jussit ut vel alterum illorum quem judicarent, vel alium quempiam qui ipsis idoneus videretur, Antiochensis Ecclesiæ ordinarent antistitem. Acceptis igitur imperatoris litteris, Euphronium episcopum ordinarunt. Eustathius vero, sicuti accepi, calumniam illam moderate tulit, satius id esse arbitratus: vir tum in aliis rebus egregius, tum eloquentiæ causa merito admirandus, quemadmodum ex libris ejus qui adhuc exstant licet cognoscere, qui tum ob priscum genus elocutionis, et ob gravitatem sententiarum, tum ob verborum elegantiam, et in rebus explicandis venustatem, magnopere probantur.

ὡς οὐκ ἀγαθοῦ ὄντος τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν. Ἰδίᾳ δὲ παρὰ ταύτας ἄλλην ἐπιστολὴν τῇ συνόδῳ διεπέμψατο· καὶ Εὐσέβιον μὲν ὁμοίως τῆς παραιτήσεως ἐθαύμαζεν ἐν τοῖς πρὸς αὐτὸν γράμμασιν (18). Ὡς δοκίμους δὲ τὴν πίστιν εἶναι πυθόμενος (19) Εὐφρόνιον Καππαδόκην πρεσβύτερον, καὶ Γεώργιον Ἀρεθούσιον, ἐκέλευσε τούτων ὃν ἂν κρίνωσιν, ἢ ἕτερον ὃς ἄξιος, φησὶ, φανείη, χειροτονῆσαι τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας προστάτην. Ἐπεὶ δὲ τὰ βασιλέως ἐδέξαντο γράμματα, Εὐφρόνιον ἐχειροτόνησαν (20). Εὐστάθιος δὲ, ὡς ἐπυθόμην, ἡσυχῇ τὴν συκοφαντίαν ἤνεγκεν, ὧδέ πη κρίνας ἄμεινον· ἀνὴρ τά τε ἄλλα καλὸς καὶ ἀγαθὸς, καὶ ἐπὶ εὐγλωττίᾳ δικαίως θαυμαζόμενος, ὡς ἐκ τῶν φερομένων αὐτοῦ λόγων συνιδεῖν ἔστιν, ἀρχαιότητι φράσεως καὶ σωφροσύνῃ νοημάτων, καὶ ὀνομάτων κάλλει, καὶ χάριτι ἀπαγγελίας εὐδοκιμούντων.

## 70 CAP. XX.

*De Maximo, qui post Macarium Hierosolymitanam sedem obtinuit.*

Sub idem tempus mortuo Marco, qui post Silvestrum brevi admodum tempore pontificatum obtinuit, Julius Romanam sedem administravit. Ecclesiam vero Hierosolymitanam post Macarium Maximus suscepit. Hunc Diospolitanæ Ecclesiæ episcopum a Macario constitutum esse memorant; sed cives Hierosolymorum eum apud se detinuisse. Nam cum confessionis gloria clarus et omni ex parte egregius esset, plebis judicio tacite designabatur, ut post obitum Macarii episcopatum illic capesseret. Proinde cum plebs moleste ferret

## ΚΕΦΑΛ. Κ'.

*Περὶ Μαξίμου τοῦ μετὰ Μακάριον τὸν Ἱεροσολύμων θρόνον λαβόντος.*

Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, Ἰούλιος μὲν, Μάρκου μετὰ Σίλβεστρον i ἐπ' ὀλίγῳ χρόνῳ ἐπισκοπήσαντος, τὸν ἐν Ῥώμῃ διεῖπε θρόνον, Μάξιμος δὲ μετὰ Μακάριον τὸν Ἱεροσολύμων. Τοῦτον δὲ λόγος ἐπίσκοπον ὑπὸ Μακαρίου χειροτονηθῆναι τῆς ἐν Διοσπόλει Ἐκκλησίας· ἐπισχεθῆναι δὲ παρὰ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις κατοικούντων. Ὁμολογητὴς γὰρ ὢν, καὶ ἄλλως ἀγαθὸς, τῇ δοκιμασίᾳ τοῦ λαοῦ ὑποψήφιος ἦν (21), μετὰ τὴν τοῦ Μακαρίου τελευτὴν εἰς τὴν ἐνθάδε ἐπισκοπήν. Ἐπεὶ δὲ χαλεπῶς τὸ πλῆθος ἔφερεν, οὐ τῆς ἀρετῆς ἐπειράθη ἀποστερούμενον, καὶ στάσις ἠπει-

### VALESII ANNOTATIONES.

(18) *Ἐν τοῖς πρὸς αὐτὸν γράμμασιν.* In codice Leonis Allatii scriptum est πρὸς αὐτούς. Christophorsonus autem et Savilius emendarunt πρὸς αὐτήν, supple, σύνοδον. Ego vero neutram conjecturam probo, sed unica voce adjecta locum ita restituo: Καὶ Εὐσέβιον ὁμοίως τῆς παραιτήσεως ἐθαύμαζεν, ὡς ἐν τοῖς πρὸς αὐτὸν γράμμασιν· δοκίμους δὲ τὴν πίστιν εἶναι πυθόμενος, etc. Quod si quis me nimis audacem esse dicat, qui vocem de meo addiderim, respondebo me non adjecisse, sed ex eo loco ubi male collocata erat, in propriam sedem restituisse. Vulgo enim legitur, ὡς δοκίμους δέ, etc.

(19) *Εἶναι πειθόμενος.* Emendavi πυθόμενος, tum ex codice Fuketiano, tum ex ipsa Constantini epistola ad synodum Antiochenam, quam refert Eusebius in libro IV de ejus Vita.

(20) *Εὐφρόνιον ἐχειροτόνησαν.* Post depositionem Eustathii, Paulinus episcopus Tyri ad Antiochenam sedem translatus est. Quo post sex menses mortuo, Eulalius Antiochiæ ordinatus est episcopus. Post Eulalium deinde Euphronius. Vide quæ notavi ad caput 24 libri primi Socratis, et ad Eusebii librum decimum *Historiæ ecclesiasticæ*.

(21) *Ὑποψήφιος ἦν.* Male Christophorsonus hunc locum interpretatur hoc modo: *Populi suffragiis decretum fuit ut post mortem Macarii in illius urbis episcopatum succederet.* Melius Musculus ita interpretatur: *Populo ita probabatur, ut sua ipsum sententia Ecclesiæ Hierosolymitanæ futurum post Macarii mortem designarent episcopum.* Nec tamen Musculus sensum verborum Sozomeni satis expressit. Addendum enim erat adverbium *tacite*, ut nos fecimus, ad vitandam ambiguitatem. Neque enim Maximus revera episcopus Hierosolymorum electus est a populo, superstite Macario; sed tantum tacitis suffragiis designatus. Id enim valet vox ὑποψήφιος, qua utitur Socrates in lib. v, cap. 5, ubi de Flaviano et Diodoro, qui vivente Melitio ejus successores designabantur.

### VARIORUM.

i *Μάρκου μετὰ Σίλβεστρον.* In *Chronico* Damasi legitur: *Marcus menses octo dies viginti. Fuit temporibus Constantini, Nepotiano et Facundo consulibus, ex die* XV *Kalendas Februarias, usque in diem Nonarum Octobrium, consulibus suprascriptis.* Marcus itaque ordinatus est pontifex Romanus anno Chr. 336, die decima octava Januarii, die Dominica et festo Cathedræ S. Petri Romæ insignito. (Ant. Pagi, ad ann. 336, n. 2.)

Digitized by Google

λεῖτο, ἔδοξεν εὖ ἔχειν, Διοσπολίταις μὲν ἕτερον αἱρεῖσθαι ἐπίσκοπον · Μάξιμον δὲ ἐν Ἱεροσολύμοις μεῖναι, καὶ Μακαρίῳ συνιερᾶσθαι · μετὰ δὲ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν, ἡγεῖσθαι τῆς Ἐκκλησίας. Ἰστέον μέντοι ὡς οἱ τάδε ἠκριβωκότες, κατὰ γνώμην Μακαρίου γενέσθαι τε καὶ σπουδασθῆναι τῷ πλήθει ταῦτα ἰσχυρίζονται. Φασὶ γὰρ αὐτὸν μεταμεληθῆναι ἐπὶ τῇ Μαξίμου χειροτονίᾳ (22), ἐπιλογισάμενον ὡς ὀρθῶς περὶ Θεοῦ δοξάζων, καὶ διὰ τὴν ὁμολογίαν τῷ λαῷ κεχαρισμένος, ἀναγκαίως φυλακτέος ἐστὶν εἰς τὴν αὐτοῦ διαδοχήν. Ἐδεδίει γὰρ μὴ τελευτήσαντος αὐτοῦ, καιρὸν εὑρόντες οἱ ἀμφὶ τὸν Εὐσέβιον καὶ Πατρόφιλον, οἱ δὴ τὰ Ἀρείου φρονοῦντες, ὁμοδόξῳ τὸν ἐνθάδε θρόνον ἐπιτρέψουσιν. Ἐπεὶ καὶ Μακαρίου περιόντος, νεωτερίσαι ἐπεχείρησαν · ἀφορισθέντες δὲ παρ' αὐτοῦ, διὰ τοῦτο ἡσυχίαν ἦγον.

A eripi sibi hominem cujus virtutem experta esset, et seditio intentaretur, commodius visum est ut Diospolitanis quidem alius eligeretur episcopus : Maximus vero maneret Hierosolymis et una cum Macario episcopali munere fungeretur, et post ejus obitum Ecclesiam gubernaret. Cæterum qui res istas accurate examinarunt, affirmant ex sententia Macarii hæc acta esse, et a plebe summo studio postulata. Aiunt enim pœnituisse Macarium, quod Maximum Diospoleos episcopum ordinasset. Quippe ordinatione celebrata cogitare cœpit, illum qui et recte de Deo sentiret, et ob confessionem populo acceptus esset, necessario servandum fuisse ut ipsi succederet. Etenim verebatur ne se mortuo Eusebius et Patrophilus, Ariani dogmatis fautores, occasionem nacti, aliquem ejusdem dogma-
B tis labe infectum in Hierosolymitana sede collocarent. Siquidem Macario adhuc superstite res novas moliti fuerant : sed cum ab illo communione privati essent, ea de causa conquiescebant.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

*Περὶ τῶν Μελιτιανῶν καὶ Ἀρειανῶν, ὅπως ἡνώθησαν · καὶ περὶ Εὐσεβίου καὶ Θεογνίου, ὅπως πάλιν τὴν Ἀρείου νόσον ἀνάπτειν ἐπεχείρουν.*

Ἐν τούτῳ δὲ, Αἰγυπτίοις οὔπω τέλος εἶχεν ἡ ἐξ ἀρχῆς αὐτοῖς πρὸς ἀλλήλους κινηθεῖσα φιλονεικία. Ἐπεὶ γὰρ ἐν τῇ συνόδῳ τῇ κατὰ Νίκαιαν, ἡ μὲν Ἀρειανὴ αἵρεσις παντάπασιν ἀπεκηρύχθη, οἱ δὲ τὰ Μελιτίου φρονοῦντες ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις, ἐδέχθησαν, ἐπανελθόντι Ἀλεξάνδρῳ εἰς Αἴγυπτον, παρέδωκε Μελίτιος τὰς Ἐκκλησίας, ἃς παρανόμως ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιήσατο, καὶ ἐν τῇ Λυκῷ διῆγε. Μετ' οὐ πολὺ δὲ μέλλων τὸν βίον καταλιμπάνειν, Ἰωάννην τινὰ τῶν αὐτῷ συνήθων, παρὰ τὸ δόγμα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, κατέστησεν ἀντ' αὐτοῦ, καὶ πάλιν αἴτιος ἀταξίας ταῖς Ἐκκλησίαις ἐγένετο. Ἰδόντες δὲ οἱ Ἀρείου τοὺς Μελιτίου νεωτερίζοντας, συνετάραττον καὶ αὐτοὶ τὰς Ἐκκλησίας. Οἷα γὰρ φιλεῖ ἐν ταῖς τοιαύταις ταραχαῖς, οἱ μὲν τὴν Ἀρείου δόξαν ἐθαύμαζον · οἱ δὲ ἐδικαίουν, τοὺς Μελιτίου χειροτονηθέντας χρῆναι τῶν Ἐκκλησιῶν ἡγεῖσθαι, καὶ τούτοις προσετίθεντο. Πρότερον δὲ διαφερόμενοι πρὸς ἑαυτοὺς ἑκάτεροι, ὡς εἶδον τὸ πλῆθος ἑπόμενον τοῖς ἱερεῦσι τῆς καθόλου Ἐκκλησίας, εἰς φθόνον κατέστησαν. Καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐσπείσαντο, καὶ κοινὴν τὴν ἔχθραν ἀνεδέ-

## 71 CAP. XXI.

*De Melitianis et Arianis, qua ratione adunati sunt : item quo pacto Eusebius et Theognius Arianam hæresim denuo suscitare aggressi sunt.*

Interea temporis contentio quæ inter Ægyptios jampridem fuerat excitata, nondum finem accipere potuit. Nam cum in synodo Nicæna Ariana quidem hæresis ab Ecclesia penitus rejecta esset, Melitiani vero ea conditione, quam supra memoravimus, admissi fuissent, redeunti in Ægyptum Alexandro Melitius Ecclesias tradidit, quas contra jus potestati suæ subjecerat, et in urbe Lyco reliquam ætatem
C transegit. Sed non multo post, cum migraturus esset e vita, contra decretum synodi Nicænæ, Joannem quemdam ex familiaribus suis in suum locum subrogavit, ac rursus turbarum in Ecclesia auctor exstitit. Ariani vero, cum Melitianos res novas moliri cernerent, ipsi quoque Ecclesias perturbarunt. Nam ut in ejusmodi tumultibus fieri solet, alii opinionem Arii laudabant, alii æquum esse censebant ut ii qui a Melitio ordinati fuerant, Ecclesiis præessent, eorumque partibus sese adjungebant. Porro cum utrique prius inter se dissenti-
D rent, postquam tamen animadverterunt plebem sacerdotibus Ecclesiæ catholicæ addictam esse,

## VALESII ANNOTATIONES.

(22) *Μεταμεληθῆναι ἐπὶ τῇ Μαξίμου χειροτονίᾳ.* Pessime hunc locum verterunt interpretes. Nam Musculus quidem ita interpretatur : *Aiunt Macarium sollicitum fuisse in ordinatione Maximi.* Christophorsonus vero sic vertit : *Nam eum omni cura incubuisse, ut Maximus post se constitueretur episcopus, memorant.* Quasi legeretur ἐπιμεληθῆναι. Atqui vertendum erat hoc modo, *Aiunt enim pœnituisse Macarium post ordinationem Maximi :* in Ecclesia scilicet Diospolitana. Idque confirmat Nicephorus, qui hunc Sozomeni locum ita expressit, Μεταμέλῳ γὰρ χρήσασθαι τὸν Μακάριον μετὰ τὴν τοῦ Μαξίμου δηλαδὴ ἐκείνου χειροτονίαν. Nicephori verba Langus quoque perperam interpretatus est, addita ex suo negativa particula : *Macarium namque post illam Maximi ordinationem haudquaquam pœnitentia ductum esse.* Nihil magis alienum a mente Sozomeni. Vult enim probare Sozomenus, vim illam ac tumultum Hierosolymitanorum, qui Maximum sibi eripi, ac Diospolitanis episcopum dari indignabantur, gratissimum fuisse Macario. *Pœnitebat enim, inquit, Macarium, quod Maximum Diospoleos ordinasset episcopum.* Multa porro hic notanda sunt, præter veterem disciplinam dispensative gesta. Primum enim translatus dicitur Maximus a Diospolitano episcopatu. Deinde coadjutor datus viventi episcopo Macario, perinde ac olim Alexander Narcisso, ut scribit Eusebius in libro VI *Historiæ ecclesiasticæ.* Postremo ordinatus dicitur Maximus ab episcopo Hierosolymitano citra consensum metropolitani. Quod quidem manifeste præsumptum est contra canonem septimum concilii Nicæni, in quo episcopis Hierosolymitanis suus honor, quem ab ultimis temporibus habuerant, servatur, salva tamen Cæsariensis metropolitani prærogativa.

Digitized by Google

invidia correpti sunt, initoque inter se fœdere, communes inimicitias adversus clerum Alexandrinum suscepere, junctimque et alios accusare quibuscum disputabant, et seipsos defendere cœperunt : adeo ut, processu temporis, Melitiani a plerisque in Ægypto vocarentur ii qui Arii opinionem sectabantur, cum tamen Melitiani ob primatum duntaxat ac regimen Ecclesiarum a Catholicis dissiderent, Ariani vero perinde atque Arius sentirent de Deo. Sed quamvis utrique privatim sua invicem dogmata respuebant, tamen simulare contra mentem suam, et in communi odii adversus Catholicos societate inter se consentire non dubitarunt, dum singuli ea quæ in votis habebant, se consecuturos sperarent. Verum temporis successu, ut verisimile est, Melitiani ex assiduis ea de re disputationibus, Arianorum dogmatum peritiam adepti, eadem cum illis de divinitate senserunt. Exinde Arianorum res ad priorem tumultum rediere: et clerici simul ac laici mutuam inter se communionem ruperunt. Sed et in aliis urbibus, ac præcipue in Bithynia et Hellesponto, et apud Constantinopolim, rursus contentio de Arii opinionibus excitata est. Fertur denique Eusebium Nicomediæ et Theognium Nicææ episcopum, corrupto notario cui imperator acta **72** synodi Nicænæ servanda commiserat, subscriptiones suas delevisse palamque prædicare ausos esse, quod Filius consubstantialis Patri asserendus non esset. Qua de re cum accusaretur Eusebius, ingenti fiducia respondisse dicitur imperatori : ostensaque ei veste qua induebatur, dixisse : Si hæc vestis inspectante me divisa esset, nunquam dicerem utramque partem ejusdem esse substantiæ. Porro imperator ista quidem acerbissime tulit. Nam cum existimaret hujusmodi quæstiones post Nicænum concilium penitus sopitas esse, præter spem eas denuo suscitari

ξαντο πρὸς τὸν κλῆρον Ἀλεξανδρείας. Ἐπιμὶξ τε πρὸς οὓς διελέγοντο, τὰ ἐγκλήματα προέφερον, καὶ τὰς ἀπολογίας ἐποιοῦντο ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς προϊόντος τοῦ χρόνου, Μελιτιανοὺς ἐν Αἰγύπτῳ παρὰ τῶν πολλῶν ὀνομάζεσθαι τοὺς τὰ Ἀρείου φρονοῦντας· καίτοι γε προστασίας μόνης ἕνεκεν Ἐκκλησιῶν διεφέροντο (23)· Ἀρειανοὶ δὲ ὁμοίως Ἀρείῳ περὶ Θεοῦ ἐδόξαζον. Ἀλλ' ὅμως ἰδίᾳ τὰ παρ' ἀλλήλων ἀναινόμενοι (24), ὑποκρίνεσθαι σφᾶς παρὰ γνώμην καὶ συμφωνεῖν ὑπέμενον ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἔχθρας, ἕκαστοι προσδοκῶντες ῥᾳδίως κρατήσειν ὧν ἐβούλοντο. Τῷ δὲ χρόνῳ, ὡς εἰκὸς, ἐκ τῶν περὶ ταῦτα διαλέξεων, ἕξιν λαβόντες τῶν Ἀρείου δογμάτων, ὁμοίως περὶ Θεοῦ ἐδόξαζον. Ἐντεῦθέν τε πάλιν εἰς τὴν προτέραν ταραχὴν ἐπανῆλθε τὰ κατὰ τὸν Ἄρειον· καὶ λαοὶ καὶ κλῆροι, τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀπεσχίζοντο κοινωνίας. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλαις πόλεσι, καὶ μάλιστα παρὰ Βιθυνοῖς καὶ Ἑλλησποντίοις καὶ ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει αὖθις ἀνεῤῥιπίζετο τὰ περὶ τῶν Ἀρείου δογμάτων. Ἀμέλει τοι λέγεται, ὡς Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας ἐπίσκοπος καὶ Θεόγνιος ὁ Νικαίας, παραπείσαντες τὸν ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐπιτραπέντα φυλάττειν τὴν γραφὴν τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ἀπήλειψαν τὰς αὐτῶν ὑπογραφάς· καὶ εἰς τὸ φανερὸν ἐπεχείρουν διδάσκειν μὴ χρῆναι ὁμοούσιον εἶναι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν δοξάζειν. Περὶ δὲ τούτου ἐγκαλούμενον Εὐσέβιον, ὧδε ἄντικρυς πρὸς βασιλέα παῤῥησιάσασθαι, καὶ εἰπεῖν ἐπιδείξαντά τι ὧν ἠμφίεστο· Ὡς εἰ τοῦτο τὸ ἱμάτιον ἐμοῦ θεωμένου διαιρεθείη, οὔποτε ἂν φαίην τῆς αὐτῆς οὐσίας ἑκάτερον. Ἐπὶ τούτοις δὲ χαλεπῶς ἄγαν ἔφερεν ὁ βασιλεύς. Οἰόμενος γὰρ μετὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον πεπαῦσθαι τὰς τοιαύτας ζητήσεις, παρ' ἐλπίδα αὖθις ἀνακινουμένας ἑώρα. Οὐχ ἥκιστα δὲ αὐτὸν ἐλύπησεν Εὐσέβιος καὶ Θεόγνιος, Ἀλεξανδρεῦσί τισι κοινωνήσαντες (25), οὓς εἰς μεταμέλειαν ἡ σύνοδος τετήρηκεν ὡς μὴ ὀρθῶς δοξάζοντας· αὐτὸς δὲ ὡς αἰτίους διχονοίας (26), καὶ ἐπὶ τούτῳ τῆς πα-

## VALESII ANNOTATIONES.

(23) *Προστασίας μόνης ἕνεκεν Ἐκκλησιῶν διεφέροντο*. Pessime Christophorsonus hæc vertit, et cum præcedente periodo junxit hoc modo : *Usque eo ut progrediente tempore Ariani, licet cum Melitianis de Ecclesiarum primatu decertarent, a plerisque Melitiani nominarentur*. Longe rectius Musculus ita interpretatur : *Cum tamen Melitiani a Catholicis propter gubernationem Ecclesiarum duntaxat dissiderent*. Atque ita sumpsit Nicephorus, qui hunc Sozomeni locum sic describit: Καίτοι γε οἱ περὶ Μελίτιον περὶ προστασίας μόνης Ἐκκλησιῶν διεκρίνοντο.

(24) *Ἰδίᾳ τὰ παρ' ἀλλήλων ἀναινόμενοι*. Supple dogmata, ut in interpretatione nostra videre est. Ac profecto miror utrumque interpretem horum verborum sensum non vidisse : quorum interpretationem proferre hic nolui, ne viderer viris doctis insultare.

(25) *Ἀλεξανδρεῦσί τισι κοινωνήσαντες*. Sumpsit hæc Sozomenus ex Epistola Constantini ad Nicomedienses, quam refert Theodoritus in libro I. In ea enim ita scribit, Constantinus : Ἀλεξανδρέας τινὰς τῆς ἡμετέρας πίστεως ἀναχωρήσαντας, ἐνταῦθα κεκελεύκειν ἀποσταλῆναι· ἀλλ' οὗτοι οἱ καλοί τε καὶ ἀγαθοὶ ἐπίσκοποι, οὓς ἅπαξ ἡ τῆς συνόδου ἀλήθεια πρὸς μετάνοιαν τετηρήκει, οὐ μόνον ἐκείνους ἐδέξαντο, καὶ παρ' ἑαυτοῖς ἠσφαλίσαντο, ἀλλὰ καὶ ἐκοινώνησαν αὐτοῖς, etc. Vides ut Sozomenus hæc iisdem pene verbis descripserit. Verum in eo peccat quod prorsus alieno loco hæc posuit. Scripta est enim hæc epistola Constantini antequam Eusebius episcopatu deponeretur, inque ejus locum alter subrogaretur id est, tribus circiter mensibus post Nicænam synodum, ut ad Socratem observavi. Hallucinatur etiam in eo Sozomenus, quod verba illa Constantini οὓς ἡ σύνοδος εἰς μετάνοιαν τετηρήκει, de Alexandrinis clericis intellexit, cum de Eusebio ac Theognio intelligenda sint.

(26) *Αὐτοὺς δὲ ὡς αἰτίους διχονοίας*. Scribendum est ex codice Leonis Allatii αὐτὸς δέ, etc. Sed quæritur quinam sint Alexandrini isti, dissensionis auctores, quos Constantinus ad se evocaverat, et quibuscum Eusebius ac Theognius occulte communicarunt. Baronius quidem ait fuisse Melitianos. Ego vero in annotationibus ad librum primum Socratis, Arianos esse ostendi. Idque testatur epistola synodica episcoporum Ægypti, quæ refertur ab Athanasio in secundo *Apologetico contra Arianos*, pag. 727 editionis Parisiensis : Πῶς οὖν ἢ αὐτὸς ἢ Θεόγνιος ἠδύναντο καθαιρεῖν ἄλλον, αὐτοὶ καθαιρεθέντες, καὶ ταῖς ἀντ' αὐτῶν καταστά-

Digitized by Google

τρίδος ἐκδημοῦντας, ἐκπεμφθῆναι προσέταξεν. Ἐκ ταύτης δὲ τῆς αἰτίας εἰσὶν οἳ λέγουσιν ὀργισθέντα τὸν βασιλέα, καταδικάσαι φυγὴν Εὐσεβίου καὶ Θεογνίου [k]. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου ἐν τοῖς πρόσθεν ἔγραψα, ἅπερ παρὰ ἀκριβῶς ἐπισταμένων ἀκήκοα.

A cernebat. Sed præcipue eum molestia affecerunt Eusebius et Theognius, quod cum Alexandrinis quibusdam communicassent, quos utpote non recte sentientes de fide, synodus ad pœnitentiam agendam servaverat : ipse autem imperator, tanquam auctores discordiæ, atque ob id patria extorres, in exsilium deportari jusserat. Hac igitur ex causa commotum imperatorem nonnulli asserunt, Eusebio ac Theognio exsilium irrogasse. Verum de his rebus superius ea scripsi[1], quæ auditione acceperam a viris qui eas res accurate callebant.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

*Οἷα κατὰ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου οἱ Ἀρειανοὶ καὶ οἱ Μελιτιανοὶ συσκευάσαντες, οὐδὲν ἤνυσαν.*

Ἀθανασίῳ δὲ τῶν ἐπιγενομένων δυσχερῶν πρῶτοι γεγόνασιν αἴτιοι. Πλείστην γὰρ ἔχοντες παρὰ βασιλεῖ παῤῥησίαν καὶ δύναμιν, τὸν Ἄρειον μὲν ὡς ὁμόδοξον καὶ φίλον, κατάγειν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐσπούδαζον· τὸν δὲ, τῆς Ἐκκλησίας ἐκβαλεῖν, ὡς ἐναντίον αὐτοῖς γινόμενον. Διαβάλλουσιν οὖν αὐτὸν B πρὸς Κωνσταντῖνον, ὡς στάσεων καὶ θορύβων αἴτιον τῇ Ἐκκλησίᾳ γενόμενον, καὶ εἴργοντα τοὺς βουλομένους εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσιέναι, ἐξὸν πάντας ὁμονοεῖν, εἰ τοῦτο μόνον συγχωρηθείη. Ἐπιστοῦντο δὲ ἀληθεῖς εἶναι τὰς κατ' αὐτοῦ διαβολὰς, πολλοὶ τῶν μετὰ Ἰωάννου ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν, συνεχῶς βασιλεῖ προσιόντες [l], ὀρθοδόξους τε σφᾶς εἶναι λέγοντες, καὶ φόνων καὶ δεσμῶν καὶ πληγῶν ἀδίκων καὶ τραυμάτων, καὶ ἐμπρησμῶν ἐκκλησιῶν κατηγοροῦντες αὐτοῦ καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων. Ἐπεὶ δὲ καὶ Ἀθανάσιος ἐδήλωσε τῷ βασιλεῖ, παρανόμους χειροτονίας ἐγκαλῶν τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἰωάννην, καὶ νεωτερισμὸν τῶν ἐν Νικαίᾳ δοξάντων, καὶ πίστιν οὐχ ὑγιᾶ, καὶ στάσεις καὶ ὕβρεις κατὰ τῶν ὀρθῶς περὶ Θεοῦ δοξαζόντων, οὐκ εἶχε λοιπὸν ὅτῳ πιστεύσειεν ὁ Κωνσταντῖνος. C Τοιαῦτα δὲ αὐτῶν ἐγκαλούντων ἀλλήλοις, καὶ πολλάκις πολλῶν κατηγόρων ἑκατέρωθεν ὀχλούντων, ἐπεὶ σφόδρα αὐτῷ ἔμελε τῆς ὁμονοίας τῶν λαῶν, γράφει Ἀθανασίῳ, μηδένα τῆς ἐκκλησίας εἴργεσθαι. Εἰ δὲ τοῦτο καὶ εἰς ὕστερον μηνυθείη, πέμπειν ἀμελητὶ τὸν ἐξελάσοντα αὐτὸν τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως. Εἴ τῳ δὲ φίλον καὶ αὐτῇ τῇ τοῦ βασιλέως ἐντυχεῖν ἐπιστολῇ, ὧδε ἔχει τὸ περὶ τούτου μέρος. Ἔχων τοίνυν τῆς ἐμῆς βουλήσεως τὸ γνώρισμα, πᾶσι τοῖς

## CAP. XXII.

*Qualia adversus sanctum Athanasium Ariani ac Meletiani frustra machinati sint.*

Eorum vero malorum quæ postea contigerunt Athanasio, duo isti auctores fuere. Nam cum loquendi fiducia et auctoritate apud imperatorem plurimum possent, Arium quidem, ut amicum et eadem cum ipsis sentientem, reducere Alexandriam; Athanasium vero tanquam ipsis adversantem Ecclesia ejicere studuerunt. Hunc ergo apud Constantinum accusant, quasi seditionum ac turbarum in Ecclesia auctor fuisset, multisque in ecclesiam ingredi cupientibus aditum intercluderet : cum tamen omnes ad concordiam reduci possent, si hoc unum concederetur. Has adversus illum calumnias veras esse firmabant multi episcopi et clerici qui cum Joanne erant : qui quidem assidue imperatorem **73** adeuntes, seque orthodoxos esse asseverantes, Athanasium et eos qui sub illo erant episcopos, cædis, vinculorum, injustorum verberum ac plagarum, et incendii ecclesiarum accusabant. Ubi vero Athanasius scripsit imperatori, Joannis asseclis illegitimas objiciens ordinationes, et studium novandi ea quæ Nicææ decreta fuerant, fidemque non rectam, et seditiones ac contumelias adversus eos qui de divinitate recte sentirent; Constantinus deinceps cui crederet nesciebat. Cum igitur hujusmodi crimina sibi mutuo objectarent, multique subinde accusatores ab utraque parte ipsi molesti essent, quoniam præcipua illi cura erat concordia populorum, scripsit Athanasio, ut nemo aditu ecclesiæ prohiberetur. Quod si hoc de ipso in posterum nuntiaretur, missurum se con-

[1] Cap. 16 hujus lib.

## VALESII ANNOTATIONES.

σεσιν ἐλεγχόμενοι; οἴδατε γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι Ἀμφίων μὲν ἐν Νικομηδείᾳ, Χρηστὸς δὲ ἐν Νικαίᾳ κατεστάθησαν ἀντ' αὐτῶν, διὰ τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν, καὶ τὴν πρὸς τοὺς Ἀρειομανίτας κοινωνίαν, τοὺς ἀπὸ τῆς συνόδου τῆς οἰκουμενικῆς ἀποδοκιμασθέντας. *Quomodo igitur vel ipse vel Theognius alium deponere potuerunt, cum ipsi depositi fuerint, et ordinationibus in ipsorum locum factis convincantur? Probe* D *enim nostis, Amphionem quidem Nicomediæ, Chrestum autem Nicææ eorum loco ordinatos esse, tum ob privatam eorum impietatem, tum ob communionem cum Arianis qui a generali synodo fuerant reprobati.* Vides ut episcopi Ægypti egregie consentiant cum imperatore Constantino in assignanda causa depositionis Eusebii.

## VARIORUM.

[k] *Καταδικάσαι φυγὴν Εὐσεβίου καὶ Θεογνίου.* Vix trium mensium spatium ab celebrata synodo Nicæna elapsum erat, cum Eusebius Nicomediensis et Theognius Nicænus, quod Arianis partibus non obscure studerent, relegati a Constantino sunt in Galliam. Quod autem de notario corrupto refert hic Sozomenus, commentum est. (Clariss. monachi Benedicti, *Vita Athanas.*, p. 11.)

[l] *Συνεχῶς βασιλεῖ προσιόντες.* Τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν προσέπεμπε προτρέπων. — *Principio quidem missis ad me litteris Eusebius cohortabatur ut reciperem Arianos; ita tamen ut verbis non scriptis minaretur, scripto rogaret. Me autem repugnante, ac respondente minime recipiendos esse hæreseos inventores, ac veritati infensos homines, anathemateque damnatos ab œcumenica synodo, imperatori beatæ memoriæ Constantino auctor fuit ut mihi rescriberet.* Athanas., (*Apol. contra Arianos*, pag. 178.)

Digitized by Google

festim qui ipsum ex urbe Alexandria expelleret. Si quis vero ipsam imperatoris epistolam legere desiderat, ejus pars quæ continet id quod dixi, ita se habet : « Cum igitur voluntatis meæ indicium habeas, omnibus in ecclesiam ingredi cupientibus liberum aditum præbe. Nam si intellexero, quemquam eorum qui ecclesiæ particeps fieri voluerit, abs te impeditum, vel introire prohibitum esse, mittam continuo qui te juxta mandatum meum deponat, et in alium locum transferat [1]. » Sed cum Athanasius scriptis ad imperatorem litteris ei persuasisset, Arianos ad catholicæ Ecclesiæ communionem admitti non oportere, Eusebius intelligens, quandiu Athanasius contrarias partes tueretur, nunquam se id quod volebat assecuturum, omnibus modis eum e medio tollendum esse censuit. Et quoniam ad tantum facinus prætextum idoneum non habebat, pollicetur Melitianis se ipsorum causæ suffragaturum apud principem, et apud eos qui in palatio plurimum poterant, si Athanasium accusare vellent. Hinc ergo primum Athanasio crimen intenditur, quod linearum tunicarum tributum Ægyptiis imposuisset, et hujusmodi collationem ab ipsis accusatoribus exegisset. Verum Apis et Macarius, Alexandrinæ Ecclesiæ presbyteri, qui tum forte illic aderant, eam criminationem mendacii convincere studuerunt. Cum ob hoc crimen evocatus fuisset Athanasius, iterum eum accusant quod, imperatori insidias struens, arculam auri Philumeno cuidam misisset. Verum imperator, damnata accusatorum calumnia, Athanasio, ut in patriam rediret, permisit. Scripsit etiam ad populum Alexandrinum litteras quibus testimonium ei perhibebat æquitatis ac rectæ fidei : seque lubenter cum eo in colloquium venisse dicebat, eumque prorsus divinum virum sibi videri, qui cum invidiæ causa in crimen vocatus fuisset, superior adversariis suis exstiterit. Cumque accepisset, plurimos ex Ægyptiis Arii ac Melitii causa inter se rixari, eadem epistola hortatur plebem ut oculos in Deum conjiciat, ejusque judicium consideret, utque mutuam inter ipsos benevolentiam servent, et eos qui concordiæ ipsorum insidiarentur, **74** cunctis viribus expellant. Et imperator quidem hoc modo ad universam multitudinem scribens, cunctos ad concordiam provocabat, omnique studio laborabat ne Ecclesiæ corpus divelleretur.

A βουλομένοις εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσελθεῖν, ἀκώλυτον παράσχου τὴν εἴσοδον. Ἐὰν γὰρ γνῶ ὡς ἐκώλυσας αὐτῶν τινας τῆς ἐκκλησίας μεταποιουμένους, ἢ ἀπεῖρξας τῆς εἰσόδου, ἀποστελῶ παραχρῆμα τὸν καθαιρήσοντά σε ἐξ ἐμῆς κελεύσεως, καὶ τῶν τόπων μεταστήσοντα. Ἐπεὶ δὲ γράφων Ἀθανάσιος, καὶ τὸν βασιλέα ἔπειθε, μὴ μεταδοτέον κοινωνίας τοῖς Ἀρείου πρὸς τὴν καθόλου Ἐκκλησίαν, συνιδὼν Εὐσέβιος ὡς οὐκ ἐπιτεύξεται τοῦ σκοποῦ, Ἀθανασίου τἀναντία σπουδάζοντος, ᾠήθη δεῖν πάσῃ μηχανῇ ἐκποδὼν αὐτὸν ποιῆσαι. Πρόφασιν δὲ μὴ ἔχων ἱκανὴν πρὸς τοσαύτην ἐπιβουλὴν, ὑπέσχετο τοῖς Μελιτίου, συλλαμβάνεσθαι πρὸς βασιλέα καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν δυναμένους, ἢν ἐθέλωσιν Ἀθανασίου κατηγορεῖν. Ἐντεῦθέν τε πρώτην ὑπομένει γραφὴν, ὡς χιτωνίων B λινῶν φόρον ἐπιτιθεὶς Αἰγυπτίοις, καὶ παρὰ τῶν κατηγόρων τοιοῦτον δασμὸν εἰσπραξάμενος. Παρατυχόντες δὲ αὐτόθι Ἄπις καὶ Μακάριος, πρεσβύτεροι τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας, ψευδῆ τὴν κατηγορίαν ἐσπούδασαν διελέγξαι. Ἐκ ταύτης τε τῆς αἰτίας μετακληθέντα Ἀθανάσιον πάλιν ἐγράψαντο ὡς ἐπιβουλεύων τῷ κρατοῦντι, λάρνακα χρυσοῦ Φιλουμένῳ τινὶ πέπομφεν. Ἐπεὶ δὲ συκοφαντίας κατέγνω τῶν κατηγόρων ὁ βασιλεὺς, ἐπέτρεψεν Ἀθανασίῳ ἐπανελθεῖν οἴκαδε· καὶ τῷ λαῷ τῆς Ἀλεξανδρείας ἔγραψε, μαρτυρήσας αὐτῷ πολλὴν ἐπιείκειαν καὶ πίστιν ὀρθὴν, ἀσμένως τε αὐτῷ συντετυχηκέναι, καὶ θεῖον εἶναι ἄνδρα πεπεῖσθαι. Φθόνου τε χάριν τὴν γραφὴν ὑπομείναντα, κρείττω φανῆναι τῶν αὐτοῦ κατηγόρων. C Πυθόμενός τε πολλοὺς ἔτι ἀπὸ τῶν Αἰγυπτίων ζυγομαχεῖν ἐκ τῆς Ἀρείου καὶ Μελιτίου προφάσεως, διὰ τῆς αὐτοῦ ἐπιστολῆς παρεκάλει τὸ πλῆθος εἰς Θεὸν ἀπιδεῖν (27), καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ κρίσιν εἰς νοῦν λαβεῖν, εὐνοεῖν τε ἀλλήλοις, καὶ τοὺς ἐπιβουλεύοντας τῇ αὐτῶν ὁμονοίᾳ, παντὶ σθένει διώκειν. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ὧδέ πη γράφων εἰς τὸ κοινὸν, πάντας εἰς ὁμόνοιαν ἐκάλει, καὶ μὴ διασπᾶσθαι τὴν Ἐκκλησίαν ἐσπούδαζε.

## CAP. XXIII.

*De calumnia sancto Athanasio intentata ob manum Arsenii.*

Melitiani vero a priore conatu repulsi, alias adversus Athanasium calumnias texuerunt : alteram, quod sacrum poculum confregisset ; alteram, quod

D

## ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

*Περὶ τῆς συκοφαντίας τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, διὰ τὴν τοῦ Ἀρσενίου χεῖρα.*

Μελιτιανοὶ δὲ τῆς προτέρας ἀποτυχόντες πείρας, ἑτέρας ὕφαινον κατ' Ἀθανασίου γραφάς· τὴν μὲν, ὡς ποτήριον ἱερὸν συνέτριψε· τὴν δὲ, ὡς Ἀρσένιον [m]

[1] Socr. lib. XII, c. 29.

### VALESII ANNOTATIONES.

(27) *Παρεκάλει τὸ πλῆθος εἰς Θεὸν ἀπιδεῖν.* In manuscriptis codicibus Fuketii et Allatii scriptum est ἐπιδεῖν. Verum in epistola Constantini quam refert Athanasius in *Apologetico* 2 *adversus Arianos*, pag. 779, legitur ἀπιδεῖν.

### VARIORUM.

[m] *Τὴν δὲ ὡς Ἀρσένιον.* Vide Socr. lib. I, cap. 27, 29 qui in eo peccat, quod istam deprehensi Arsenii historiam Tyriæ synodi tempore contigisse narret, cum potius revocanda sit ad synodum Cæsareæ in Palæstina habitam anno 333, triginta mensibus ante Tyriam, ut mox refert Sozomenus, cap. 25. (Clariss. Benedictini, *Vit. Athan.* pag. 19.)

Digitized by Google

A τινα κτείνας, ἐξέτεμεν αὐτοῦ τὸν βραχίονα, καὶ παρ' ἑαυτῷ ἔχει γοητείας ἕνεκα. Οἷα δὲ κληρικὸς (28) ἐλέγετο ὁ Ἀρσένιος οὗτος, ἁμαρτήματι περιπεσὼν κρύπτεσθαι. Δίκην γὰρ ὑφεωρᾶτο δώσειν, παρὰ τῷ ἐπισκόπῳ εὐθυνόμενος. Τὸ δὲ συμβὰν οὕτως, εἰς ἐσχάτην διαβολὴν διεσκεύασαν οἱ ἐπιβουλεύοντες Ἀθανασίῳ. Καὶ τὸν μὲν Ἀρσένιον ἐπιμελῶς ζητήσαντες εὗρον, καὶ φιλοφρονησάμενοι, καὶ πᾶσαν εὔνοιαν καὶ ἀσφάλειαν παρέξειν αὐτῷ ὑποσχόμενοι, ἄγουσι λάθρα πρός τινα τῶν αὐτοῖς συνήθων, καὶ τὰ αὐτὰ σπουδαζόντων. Πρίνης ὄνομα (29) αὐτῷ ἦν, πρεσβύτερος μοναστηρίου. Ἐνταῦθά τε τὸν Ἀρσένιον κρύψαντες, σπουδῇ περιῄεσαν κατὰ τὰς ἀγορὰς καὶ τοὺς συλλόγους τῶν ἐν τέλει, λογοποιοῦντες τοῦτον πεφονεῦσθαι παρὰ Ἀθανασίου. Παρεσκεύαστο δὲ πρὸς τοιαύτην κατηγορίαν καὶ Ἰωάννης μοναχός τις B ὁ γραφόμενος (30). Ταύτης δὲ τῆς αἰσχρᾶς φήμης εἰς πολλοὺς διασπαρείσης ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς καὶ βασιλέως ἀκοὰς φθάσαι, ὁρῶν Ἀθανάσιος ὡς εἰ συμβαίη αὐτὸν καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ αἰτίᾳ γραφὴν ὑπομεῖναι, χαλεπόν ἐστιν (31) ἀπολογήσασθαι παρὰ δικασταῖς τοιαύταις φήμαις προκατειλημμένοις, ἀντεστρατήγει ταῖς τῶν ἐναντίων τέχναις· καὶ ὡς ἐνεδέχετο πάντας πιστούμενος, ἐπενόει μὴ καλύπτεσθαι τὴν ἀλήθειαν ταῖς αὐτῶν διαβολαῖς. Ἦν δὲ ἄρα τοὺς πολλοὺς πείθειν ἐργῶδες, Ἀρσενίου μὴ φαινομένου. Λογισάμενος οὖν ὡς οὐκ ἂν ἄλλως ἑαυτὸν καθάροι τῆς ὑπονοίας, εἰ μὴ ζῆν ἀπελέγξειε τὸν τεθνάναι λεγόμενον, πέμπει τῶν ἀμφ' αὐτόν τινα πιστότατον διάκονον, ἀναζητήσοντα τοῦτον. Ὁ δὲ, παραγενόμενος εἰς Θηβαΐδα, ἐξαγγειλάντων τινῶν μοναχῶν, ἔγνω ὅπου C διῆγεν. Ἐπεὶ δὲ ἧκε πρὸς Πρίνην παρ' ᾧ ἐκρύπτετο, αὐτὸν μὲν Ἀρσένιον οὐ καταλαμβάνει. Προμαθόντες γὰρ τὴν ἄφιξιν τοῦ διακόνου, μετέστησαν τοῦτον εἰς

Arsenium quemdam interfecisset, et brachium ejus desectum maleficii causa penes se retineret. Porro iste Arsenius clericus, cum delictum aliquod commisisset, dicebatur sese occultare. Metuebat enim ne coram episcopo convictus pœnas daret. Cum hoc ita accidisset, gravissimam inde calumniam consarcinarunt hi qui Athanasio insidiabantur. Et Arsenium quidem studiose perquisitum repererunt; eumque benigne excipientes, omnemque ei benevolentiam ac securitatem polliciti, clam eum deducunt ad quemdam ex suis familiaribus, et earumdem cum ipsis partium, Prinem nomine, presbyterum cujusdam monasterii. Illic cum Arsenium abdidissent, per fora et cœtus primariorum hominum de industria circumeuntes, illum ab Athanasio occisum esse jactabant. Quin etiam Joannes quidam monachus subornatus fuerat, qui eam accusationem intenderet. Hujus sceleris fama cum in multos sparsa esset, adeo ut ad aures quoque imperatoris perveniret, animadvertens Athanasius, si de hoc quoque crimine accusari ipsum contingeret, difficile fore ut apud judices quorum animi hujusmodi rumoribus præoccupati essent, causam suam defenderet, adversariorum fraudibus non minore astu restitit: et quantum in se erat, cunctis fidem faciens, providit ne calumniis illorum veritas obscuraretur. Enimvero **75** plerisque persuadere difficillimum erat, Arsenio nusquam comparente. Cernens igitur fieri nullo modo posse ut se hac suspicione purgaret, nisi illum adhuc vivere convinceret qui mortuus dicebatur, fidelissimum quemdam diaconum ex comitatu suo misit, qui Arsenium perquireret. Qui cum venisset in Thebaidem, indicio quorumdam monachorum di-

## VALESII ANNOTATIONES.

(28) *Οἷα δὲ κληρικός*. Imo Arsenius episcopus erat Hypselitarum, ut notavi ad Socratem.

(29) *Πατρίνης ὄνομα*. In manuscriptis codicibus Fuketii et Allatii Πρίνης scribitur. Apud Athanasium, in *Apologetico secundo adversus Arianos*, Πίνvης dicitur πρεσβύτερος μονῆς Πτεμεγκύρκεως τῆς Ἀντεοπολίτου νόμου. Id est, *presbyter Ptemencuris mansionis in præfectura Anteopolitana*. Sozomenus * μονὴν apud Athanasium in eo loco interpretatus est monasterium. Malim tamen mansionem interpretari. Nec obstat quod in epistola Pinnæ Paphnutius quidam monachus dicitur μοναχὸς τῆς αὐτῆς μονῆς. Nam et illic mansionem intelligi puto. Certe si monasterium eo loco intelligeretur, D nihil opus esset nomen addere, aut præfecturam notare in qua situm est monasterium; nam monasteria non alio fere quam abbatis sui nomine vocabantur. In eadem epistola nominatur Paulus, monachus Hypseles, id est ex Hypsele oppido, cujus episcopus fuit Arsenius.

(30) *Ἰωάννης μοναχός τις ὁ γραφόμενος*. Musculus et Christophorsonus ultimam vocem omiserunt. Habetur tamen etiam apud Nicephorum, ubi interpres criminatorem vertit. Savilius quoque ad latus sui codicis interpretatur accusatorem. Ego vero pro his verbis ὁ γραφόμενος, reclamantibus licet codicibus, scribendum puto ὁ Ἀρχὰφ λεγόμενος. Sic enim patrio nomine vocabatur sycophanta ille, teste Athanasio in *Apologetico secundo adversus Arianos*, pag. 783, qui et alio nomine Joannes dicebatur, ut videre est ibidem. Undenam vero Sozomenus monachum illum fuisse didicerit, nescio: cum nec Athanasius id dicat, nec Alexander Thessalonicensis episcopus in epistola ad Athanasium. Imo Joannes iste erat episcopus Memphis, jam inde a temporibus Alexandri, ut patet ex indiculo Melitii. Nam Joannes Archaph accusator Athanasii, is ipse est ad quem Constantinus imperator epistolam scripsit quam refert Athanasius, pag. 787. Atqui Joannes ille ad quem imperator scripsit, erat episcopus Memphis, ut testatur ipse Athanasius in Indiculo episcoporum partis Melitii, pag. 784. Hinc est quod Pinnes presbyter ad eumdem Joannem scribens, eum Patrem vocat. Ejusdem Joannis elogium exstat apud Epiphanium in hæresi Melitianorum, cap. 6.

(31) *Χαλεπόν ἐστιν*. Mallem scribere in futuro, χαλεπὸν ἔσται. Quam lectionem in versione mea expressi.

## VARIORUM.

* Et quidem μονὴν *monasterium* esse vertendum, contra Valesium contendunt clar. Benedictini in dictum Athanasii locum, vol. I, p. 185.

Digitized by Google

dicit ubinam degeret. Veniens igitur ad Prinem, apud quem latitabat Arsenius, ipsum quidem Arsenium minime deprehendit; nam de diaconi adventu præmoniti, eum in inferiorem Ægyptum transportaverant. Prinem vero comprehensum duxit Alexandriam, et una cum illo Eliam quemdam ex ejus contubernalibus, qui Arsenium alio abduxisse ferebatur. Hi ambo ad ducem rei militaris per Ægyptum adducti, Arsenium adhuc vivere confessi sunt, ac prius quidem occultatum apud ipsos delituisse, nunc vero in Ægypto versari. Hæc ita gesta ad Constantinum referri curavit Athanasius. Imperator vero ei rescripsit ut sacerdotali officio impigre fungi pergeret, et disciplinæ populi pietatique prospiceret: Melitianorum autem insidias pro nihilo duceret: quippe cum ipse probe sciret eos invidia stimulatos ad hujusmodi falsas et confictas accusationes et ad tumultus contra Ecclesiam prorumpere. Se vero in posterum talia non passurum: sed juxta publicas leges judicem futurum, ac pœnas de illis sumpturum esse, nisi quiescerent: quippe qui non solum insidias struerent innocentibus, verum etiam Ecclesiæ disciplinam ac pietatem nefarie corrumperent. Hæc imperator cum scripsisset Athanasio, epistolam suam in publico populi conventu legi præcepit, quo facilius cuncti voluntatem ac propositum ipsius cognoscerent. Abhinc Melitiani timore perculsi aliquantisper quievere, dum minas imperatoris reformidarent. Interim vero Ecclesia per universam Ægyptum pacata, et tanti sacerdotis sollicitudine gubernata, quotidie crescebat, multis tum ex gentilium numero, tum ex hæreticorum multitudine, ei sese adjungentibus.

A τὴν κάτω Αἴγυπτον. Παραλαβὼν δὲ τὸν Πρίνην, ἤγαγεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν· ἅμα δὲ καὶ Ἠλίαν, ἕνα τῶν αὐτῷ συνόντων, ὃς ἐλέγετο τὸν Ἀρσένιον ἑτέρωθι μεταστῆσαι. Ἄμφω προσαχθέντες τῷ ἄρχοντι τῶν ἐν Αἰγύπτῳ στρατιωτικῶν ταγμάτων, ὡμολόγησαν ἐν ζῶσιν εἶναι Ἀρσένιον· λαθεῖν δὲ παρ' αὐτοῖς πρότερον κρυπτόμενον, καὶ νῦν ἐν Αἰγύπτῳ διάγειν. Ταῦτα οὕτω συμβάντα, δῆλα γενέσθαι Κωνσταντίνῳ ἐσπούδασεν Ἀθανάσιος. Τῷ δὲ βασιλεὺς ἀντέγραψεν, ἔχεσθαι τῆς ἱερωσύνης ἐπιμελῶς, καὶ τῆς τοῦ λαοῦ εὐταξίας καὶ εὐσεβείας προνοεῖν· παρ' οὐδὲν δὲ ἡγεῖσθαι τὰς τῶν Μελιτιανῶν ἐπιβουλὰς, ὡς καὶ αὐτοῦ εὖ εἰδότος, φθόνον αὐτοὺς ἐγείρειν εἰς τοιαύτας ψευδεῖς καὶ πεπλασμένας γραφὰς, καὶ τοὺς κατὰ τῆς Ἐκκλησίας θορύβους. Αὐτόν τε τοῦ λοιποῦ μὴ
B συγχωρεῖν τὰ τοιαῦτα· ἀλλὰ δικαστὴν ἔσεσθαι κατὰ τοὺς πολιτικοὺς νόμους, εἰ μὴ ἡσυχίαν ἄγοιεν, καὶ δίκην λαβεῖν παρ' αὐτῶν, ὡς οὐ μόνον ἀδίκως τοῖς ἀθῴοις ἐπιβουλευόντων, ἀλλ' ἀδίκως τῇ εὐταξίᾳ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τῇ εὐσεβείᾳ λυμαινομένων. Τοιαῦτα γράψας ὁ βασιλεὺς Ἀθανασίῳ, προσέταξεν εἰς τὸ κοινὸν ἀναγνωσθῆναι τὴν ἐπιστολὴν, ἵν' εἰδέναι πάντες ἔχοιεν τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν. Τὸ δὲ ἐξ ἐκείνου περιδεεῖς γενόμενοι οἱ τὰ Μελιτίου φρονοῦντες, τέως ἠρέμουν, ὑφορώμενοι τὴν τοῦ κρατοῦντος ἀπειλήν. Εἰρηνευομένη δὲ ἡ κατὰ πᾶσαν Αἴγυπτον Ἐκκλησία, καὶ ὑπὸ τοσούτου ἱερέως προστασίᾳ ἰθυνομένη, πολυπλασίων ὁσημέραι ἐγίνετο, πολλῶν προστιθεμένων ἐκ τοῦ Ἑλληνικοῦ πλήθους, καὶ τῶν ἄλλων αἱρέσεων.

## CAP. XXIV.

*Quomodo interiores Indorum gentes eo tempore Christi fidem susceperint, opera Frumentii atque Ædesii captivorum.*

Per idem tempus ultimos eorum quos vulgo Indos appellamus, ad quos Bartholomæi prædicatio minime pervenerat, a Frumentio sacerdote et sacrarum disciplinarum **76** doctore Christianam religionem accepisse comperimus [1]. Verum ut in eo miraculo quod tum Indis accidit, aperte noscamus Christianorum religionem non ab hominibus institutam fuisse, ut quibusdam incredibilium mendaciorum auctoribus placet, causam ipsam cur Frumentius sacerdos ordinatus fuerit, exponamus necesse est. Ea sic habet: Clarissimis qui-

C
## ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

*Ὅτι καὶ τὰ ἐν ἐνδοτέρῳ τῶν Ἰνδῶν ἔθνη, τότε τὸν Χριστιανισμὸν ἐδέξαντο, διὰ Φρουμεντίου καὶ Αἰδεσίου τῶν αἰχμαλώτων.*

Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, παρειλήφαμεν καὶ τοὺς ἔνδον τῶν καθ' ἡμᾶς Ἰνδῶν (32), ἀπειράτους μείναντας τῶν Βαρθολομαίου κηρυγμάτων, μετασχεῖν τοῦ δόγματος ὑπὸ Φρουμεντίῳ, ἱερεῖ καὶ καθηγητῇ γενομένῳ παρ' αὐτοῖς τῶν ἱερῶν μαθημάτων. Ἵνα δὲ γνοίημεν καὶ ἐν τῷ παραδόξῳ τοῦ συμβάντος περὶ τοὺς Ἰνδοὺς, οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ὥς τισι τερατολογεῖσθαι δοκεῖ, τὴν σύστασιν λαβεῖν τὸ τῶν Χριστιανῶν δόγμα, ἀναγκαῖον καὶ τὴν αἰτίαν τῆς Φρουμεντίου χειροτονίας διεξελθεῖν· ἔχει δὲ ὧδε. Περὶ πολλοῦ τοῖς
D παρ' Ἕλλησιν εὐδοκιμωτάτοις φιλοσόφοις ἐγίνετο,

[1] Socr. lib. I, c. 19.

## VALESII ANNOTATIONES.

(32) *Τοὺς ἔνδον τῶν καθ' ἡμᾶς Ἰνδῶν.* Obscurum est quid sibi velint hæc verba. Musculus quidem ita vertit, *Indos qui nobis sunt interiores.* Christophorsonus autem hoc modo interpretatus est, *interiores Indos: sic enim nostra memoria appellantur.* Langus vero omnium pessime vertit, *ulteriores quam quæ ad nos vergunt Indorum gentes.* Ego vero vertendum puto: *Ultimos eorum quos vulgo Indos vocamus.* Æthiopas autem intelligit, ut notavi ad librum primum *Historiæ* Socratis. Hi enim Indi etiamnum vocantur, utpote Indorum coloni, quemadmodum scribit Philostratus in libro vi *De vita Apollonii*: Ἄποικοι δὲ Ἰνδῶν Αἰθίοπες: et in libro tertio Æthiopas appellat, γένος Ἰνδικόν. Eusebius in *Chronico*, anno 402, *Æthiopes*, ait, *ab Indo flumine consurgentes, juxta Ægyptum consederunt.* Porro ante Frumentium Pantænus jam Indis istis verbum Dei prædicaverat, ut scribit Eusebius noster in libro v *Historiæ ecclesiasticæ*, cap. 10. Sed quoniam Pantænus nullos ibi successores episcopalis cathedræ reliquerat, Frumentius, qui primus apud illos episcopus est constitutus, Indorum apostolus meruit appellari.

Digitized by Google

πόλεις καὶ τόπους ἀγνῶτας ἱστορεῖν. Οὕτω γοῦν Πλάτων ὁ Σωκράτους ἑταῖρος Αἰγυπτίοις ἐνεδήμησε, τὰ παρ' αὐτοῖς μαθησόμενος. Ἔπλευσε δὲ καὶ εἰς Σικελίαν, ἐπὶ θέᾳ τῶν αὐτόθι κρατήρων· ἐν οἷς ἀεὶ μὲν ὡς ἀπὸ πηγῆς ἀναδιδόμενον αὐτόματον παμφλάζει πῦρ· πολλάκις δὲ ὑπερχέον, ποταμοῦ δίκην ῥεῖ, καὶ τὴν γείτονα γῆν ἐπιβόσκεται τοσοῦτον, ὡς ἔτι νῦν πολλοὺς ἀγροὺς φαίνεσθαι κατακεκαυμένους, καὶ μήτε σπόρον δέχεσθαι, μήτε φυτείαν δένδρων, οἷά γε περὶ τῆς Σοδομιτῶν χώρας καταγγέλλουσι. Τούτους δὲ τοὺς κρατῆρας καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἱστόρησεν, ἀνὴρ λαμπρῶς παρ' Ἕλλησι φιλοσοφήσας, καὶ ἐν ἔπεσιν ἡρῴοις τὴν ἐπιστήμην πραγματευσάμενος. Διαπορούμενος δὲ περὶ τῆς ἀναδόσεως τοῦ πυρὸς, ἢ τούτῳ τῷ τρόπῳ ἄμεινον ἀποθανεῖν δοκιμάσας, ἢ τόγε ἀληθέστερον εἰπεῖν, οὐδὲ αὐτὸς ἴσως εἰδὼς οὗ χάριν πρὸ καιροῦ τὴν τοιαύτην ἑαυτῷ εὗρεν τοῦ βίου ἀπαλλαγὴν, ἥλατο εἰς τὸ πῦρ, καὶ διεφθάρη. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Δημόκριτος ὁ Κῷος (33) πλείστας ἱστόρησε πόλεις, ἀέρα τε (34), καὶ χώρας, καὶ ἔθνη, καὶ ἐπὶ ἔτεσιν ὀγδοήκοντα διαγαγεῖν ἐπὶ ξένης αὐτός που περὶ ἑαυτοῦ φησιν. Ἄλλοι τε ἐπὶ τούτοις μυρίοι τῶν παρ' Ἕλλησι σοφῶν, ἀρχαῖοι καὶ νεώτεροι, τοῦτο ἐσπούδασαν. Οὓς ζηλώσας Μερόπιός τις φιλόσοφος Τύριος τῆς Φοινίκης, παρεγένετο εἰς Ἰνδούς. Εἵποντο δὲ αὐτῷ παῖδες δύο, Φρουμέντιός τε καὶ Αἰδέσιος· ἄμφω δὲ γένει αὐτῷ προσήκοντες· οὓς διὰ λόγων ἦγε, καὶ ἐλευθερίως ἐπαίδευεν. Ἱστορήσας δὲ τῆς Ἰνδικῆς ὅσα γε αὐτῷ ἐξεγένετο, τῆς ἐπανόδου εἴχετο, νηὸς ἐπιτυχὼν στελλομένης εἰς Αἴγυπτον. Συμβὰν δὲ κατὰ χρείαν ὕδατος ἢ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων, εἰς ὅρμον τινὰ προσχεῖν τὴν ναῦν, καταδραμόντες οἱ τῇδε Ἰνδοὶ κτείνουσι πάντας, καὶ τὸν Μερόπιον. Ἔτυχον γὰρ τότε λύσαντες τὰς πρὸς Ῥωμαίους σπονδάς. Τοὺς δὲ παῖδας νέους ὄντας οἰκτείραντες ἐζώγρησαν, καὶ βασιλεῖ τῷ ἑαυτῶν προσήγαγον. Ὁ δὲ, τὸν μὲν νεώτερον οἰνοχόον κατέστησε· μείζονα δὲ τῆς αὐτοῦ οἰκίας τὸν Φρουμέντιον, καὶ τῶν χρημάτων ἐπίτροπον. Ἔγνω γὰρ αὐτὸν ἐχέφρονα, καὶ διοικεῖν ἱκανώτατον. Ἐπὶ πολὺν δὲ χρόνον χρησίμους σφᾶς καὶ πιστοὺς παρασχομένους, τελευτῶν ἐπὶ παιδὶ καὶ γαμετῇ, ἐλευθερίᾳ τῆς εὐνοίας αὐτοὺς ἠμείψατο, καὶ οἷ βούλοιντο διάγειν ἐπέτρεψε. Καὶ οἱ μὲν εἰς Τύρον πρὸς τοὺς οἰκείους ἐπανελθεῖν ἐσπούδαζον. Ἔτι δὲ τοῦ βασιλέως υἱοῦ νέου κομιδῇ ὄντος, ἐδεήθη ἡ τούτου μήτηρ ἐπ' ὀλίγον χρόνον περιμεῖναι ἄμφω τὴν βασιλείαν ἐπιτροπεύοντας, ἄχρις ἂν ὁ παῖς ἀνδρωθείη. Καὶ ἀντιβολοῦσαν δὲ τὴν βασιλίδα ᾐδέσθησαν· καὶ τὰ βασίλεια καὶ τὴν ἡγεμονίαν Ἰνδῶν διῴκουν. Ὁ δὲ Φρουμέντιος, θείαις ἴσως προτραπεὶς ἐπιφανείαις, ἢ καὶ αὐτομάτως τοῦ Θεοῦ κινοῦντος, ἐπυνθάνετο εἴ τινες εἶεν Χριστιανοὶ παρ' Ἰνδοῖς, ἢ Ῥωμαῖοι τῶν εἰσπλεόντων ἐμπόρων. Ἐπιμελῶς δὲ τούτους ἀναζητῶν, μετεκαλεῖτο πρὸς ἑαυτόν. Ἀμφαγαπάζων τε

A δοκήτως οὕτω προσῆλθεν, ὡς καὶ παρασχεῖν ἐκπλήξεως ἀφορμήν. Μαρτυρεῖ μοι γὰρ ὁ πάντων ἔφορος Θεὸς, ὡς οὐδὲ ἐπέγνων ʳ αὐτὸν ὅστις ἦν, παρὰ τὴν πρώτην ὄψιν ἐδυνήθην, εἰ μή τινες καὶ ὅστις ἦν καὶ τὴν ἀδικίαν ἣν πέπονθε πυνθανομένοις, ὥσπερ εἰκὸς, ἀπήγγειλαν ἡμῖν. Ἐγὼ μὲν οὖν οὐ διελέχθην αὐτῷ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, οὔτε ὁμιλίας ἐκοινώνησα. Ὡς δὲ ἐκεῖνος μὲν ἠξίου, ἐγὼ δὲ παρῃτούμην, καὶ μικροῦ δεῖν ἀπελαύνεσθαι αὐτὸν ἐκέλευον, μετὰ πλείονος παῤῥησίας οὐδὲν ἕτερον παρ' ἡμῶν ᾔτει, ἢ τὴν ὑμετέραν ἄφιξιν ἠξίωσεν ὑπάρξαι, ἵν' ὑμῶν παρόντων, ἃ πέπονθεν ἀναγκαίως, ἀποδύρασθαι δυνηθείη. Ὅπερ ἐπειδὴ εὔλογον εἶναι καὶ τοῖς καιροῖς πρέπον κατεφαίνετο, ἀσμένως ταῦτα γραφῆναι πρὸς ὑμᾶς προσέταξα, ἵνα πάντες ὅσοι τὴν σύνοδον τὴν ἐν Τύρῳ γε- B νομένην ἐπληρώσατε, ἀνυπερθέτως εἰς τὸ στρατόπεδον τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος ἐπειχθῆτε, τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ἐπιδείξοντες τὸ τῆς ὑμετέρας κρίσεως καθαρόν τε καὶ ἀδιάστροφον ἐπ' ἐμοῦ, ὃν τοῦ Θεοῦ γνήσιον εἶναι θεράποντα οὐκ ἂν ἀρνηθείητε. Τοιγαροῦν διὰ τῆς ἐμῆς πρὸς τὸν Θεὸν λατρείας τὰ πανταχοῦ εἰρηνεύεται, καὶ τῶν βαρβάρων αὐτῶν τὸ τοῦ Θεοῦ ὄνομα γνησίως εὐλογούντων, οἳ μέχρι νῦν τὴν ἀλήθειαν ἠγνόουν· δῆλον δὲ ὅτι ὁ τὴν ἀλήθειαν ἀγνοῶν οὐδὲ τὸν Θεὸν ἐπιγινώσκει. Πλὴν ὅμως, καθὰ προείρηται, καὶ οἱ βάρβαροι νῦν δι' ἐμὲ (52), τὸν τοῦ Θεοῦ θεράποντα γνήσιον, ἐπέγνωσαν τὸν Θεὸν, καὶ εὐλαβεῖσθαι μεμαθήκασιν, ὃν ὑπερασπίζειν μου πανταχοῦ καὶ προνοεῖσθαι τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ᾔσθοντο. C Ὅθεν μάλιστα καὶ ἴσασι τὸν Θεόν· ὃν ἐκεῖνοι μὲν διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς φόβον εὐλαβοῦνται. Ἡμεῖς δὲ οἱ τὰ μυστήρια τῆς εὐμενείας αὐτοῦ δοκοῦντες προβάλλεσθαι, οὐδὲ γὰρ ἂν εἴποιμι φυλάττειν, ἡμεῖς, φημὶ, οὐδὲν πράττομεν, ἢ τὰ πρὸς διχόνοιαν καὶ μῖσος συντείνοντα, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰ πρὸς ὄλεθρον τοῦ ἀνθρωπείου γένους ἔχοντα τὴν ἀναφοράν. Ἀλλ' ἐπείχθητε, καθὰ προείρηται, καὶ πρὸς ἡμᾶς σπεύσατε πάντες ᾗ τάχος, πεπεισμένοι ὡς παντὶ σθένει κατορθῶσαι πειράσομαι, ὅπως ἐν τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ πάντα ἐξαιρέτως ἀδιάπτωτα φυλάττωνται, οἷς οὔτε ψόγος οὔτε κακοδοξία τις δυνήσεται προσπλακῆναι, διασκεδασθέντων δηλαδὴ καὶ συντριβέντων ἄρδην, καὶ παντελῶς ἀφανισθέντων τῶν ἐχθρῶν τοῦ νόμου, οἵτινες ἐπὶ πρόσχημά τι τοῦ ἁγίου ὀνόματος ποικίλας καὶ D διαφόρους βλασφημίας παρέχουσι. » Τάδε τοῦ βασιλέως γράψαντος, οἱ μὲν ἄλλοι δείσαντες, οἴκαδε ἀνεχώρησαν, οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Εὐσέβιον τὸν Νικομηδείας ἐπίσκοπον, παραγενόμενοι πρὸς βασιλέα, δίκαια ψηφίσασθαι ἐπὶ Ἀθανασίῳ τὴν ἐν Τύρῳ σύνοδον διϊσχυρίζοντο. Καὶ μάρτυρας παραγαγόντες εἰς μέσον Θεόγνιον καὶ Μάριν καὶ Θεόδωρον, Οὐάλεντά τε καὶ

## VALESII ANNOTATIONES.

(52) *Οἱ βάρβαροι νῦν δι' ἐμέ.* Hiberos intelligit, de quorum conversione supra locutus est Sozomenus.

## VARIORUM.

ʳ *Ὡς οὐδὲ ἐπέγνων.* Videtur legendum ὡς οὐδὲ ἐπιγνῶναι αὐτὸν, ὅστις ἦν, παρὰ τὴν πρώτην ὄψιν ἐδυνήθην.

Digitized by Google

Οὐρσάκιον, ἔπεισαν ὡς μυστικὸν ποτήριον συνέτριψεν[a]· ἄλλα τε πολλὰ λοιδορησάμενοι, ἐκράτησαν ταῖς διαβολαῖς. Ὁ δὲ βασιλεὺς, ἢ ἀληθῆ τάδε πιστεύσας, ἢ λοιπὸν ὁμονοεῖν τοὺς ἐπισκόπους ὑπολαβὼν, εἴπερ ἐκποδὼν γένηται ὁ Ἀθανάσιος, προσέταξεν αὐτὸν ἐν Τριβέρει τῶν πρὸς δύσιν Γαλατῶν οἰκεῖν. Καὶ ὁ μὲν ἀπήχθη.

A essent, decrevisse asseverarunt. Productisque in medium testibus Theognio, Mari, Theodoro, Valente atque Ursacio, persuaserunt principi, sacrum calicem ab Athanasio confractum fuisse : **86** multisque aliis probris eum onerantes, calumniis suis prævaluerunt [1]. Itaque imperator, seu quod ista vera esse crederet, seu quod episcopos in posterum concordes fore existimaret, amoto Athanasio, Treviros, quod oppidum est Galliæ, abire eum jussit. Et Athanasius quidem eo abductus est.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΘʹ.

*Περὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, ὅπως ἀνεδύετο εἰς κοινωνίαν Ἄρειον δέξασθαι· καὶ ὡς διεῤῥάγη Ἄρειος, ῥυξάσης αὐτὸν τῆς γαστρὸς εἰς ἀπόπατον.*

Μετὰ δὲ τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις σύνοδον ἧκε Ἄρειος εἰς Αἴγυπτον. Μὴ κοινωνούσης δὲ αὐτῷ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας, πάλιν ἦλθεν εἰς Κωνσταντινούπολιν. Ἐπίτηδες δὲ συνδραμόντων τῶν τὰ αὐτὰ φρονούντων ἰδίᾳ (53), καὶ τῶν πειθομένων Εὐσεβίῳ τῷ Νικομηδείας ἐπισκόπῳ, καὶ σύνοδον ποιῆσαι παρασκευαζομένων, αἰσθόμενος τῆς αὐτῶν σπουδῆς Ἀλέξανδρος ὁ τότε τὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει διέπων θρόνον, ἐπειράθη διαλῦσαι τὴν σύνοδον. Ὡς δὲ τοῦτο οὐκ ἐξεγένετο, ἄντικρυς ἀπηγόρευε ταῖς πρὸς Ἄρειον σπονδαῖς (54), μὴ θεμιτὸν, μηδὲ ἐκκλησιαστικὸν εἶναι λέγων, σφῶν αὐτῶν τὴν ψῆφον ἄκυρον ποιεῖν, καὶ τῶν ἅμα αὐτοῖς ἐκ πάσης σχεδὸν τῆς ὑφ' ἥλιον συνεληλυθότων εἰς Νίκαιαν. Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Εὐσέβιον ὡς τὰ πρῶτα λόγοις οὐκ ἔπειθον τὸν Ἀλέξανδρον, ἐμπαροινήσαντες αὐτῷ μετὰ ἀπειλῆς διεμαρτύραντο, εἰ μὴ προσδέξεται τὸν Ἄρειον εἰς ῥητὴν ἡμέραν, αὐτὸν μὲν ὑπερορίαν οἰκήσειν ἐκβληθέντα τῆς Ἐκκλησίας, Ἀρείῳ δὲ κοινωνήσειν τὸν μετ' αὐτόν. Ἐπὶ τούτοις τε ἀπηλλάγησαν τότε ἀλλήλων· οἱ μὲν, τῇ προθεσμίᾳ περιμένοντες ἐπιτελέσαι τὰς ἀπειλάς· ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, προσευχόμενος μὴ εἰς ἔργον ἐκβῆναι τοὺς Εὐσεβίου λόγους. Μάλιστα δὲ αὐτὸν περιδεᾶ ἐποίει καὶ ὁ βασιλεὺς, ἐνδιδόναι τρόπον τινὰ συμπεισθείς. Τῇ δὲ πρὸ τῆς προθεσμίας ἡμέρᾳ, εἰσδὺς ὑπὸ τὸ θυσιαστήριον (55), παννύχιος ἔκειτο πρηνὴς, τοῦ Θεοῦ δεόμενος [1] ἐμποδισθῆναι τὸ τέλος τῶν κατ'

[1] Socr. lib. I, c. 35. [2] ibid. c. 37.

## CAP XXIX.

*Quomodo Alexander Constantinopolitanus episcopus Arium in communionem suscipere recusavit : et qualiter Arius, cum alvus eum ad secessum stimulasset, medius crepuit.*

B Post synodum Hierosolymitanam Arius in Ægyptum se contulit. Sed cum Alexandrina Ecclesia communicare ei renuisset, denuo venit Constantinopolim. Cum vero qui idem cum illo sentiebant, et quotquot Eusebio Nicomediensi episcopo adhærebant, separatim de industria eo convenissent, et ad celebrandam synodum se pararent, Alexander qui tunc temporis Constantinopolitanam sedem regebat, intellecto eorum consilio, synodum dissolvere conatus est. Sed cum id perficere minime valuisset, societati et communioni cum Ario jungendæ palam contradixit, nefas esse dicens et ab Ecclesia prorsus alienum, et suam ipsorum sententiam et eorum qui ex universo prope terrarum orbe Nicæam convenissent, irritam facere. Qui C vero cum Eusebio erant, cum primo quidem verbis Alexandrum flectere minime valuissent, contumeliis eum afficientes, cum sacramento interminati sunt, nisi Arium intra certum diem suscepisset, ipsum quidem expulsum Ecclesia, in exsilium abiturum, successorem vero ipsius cum Ario communicaturum esse. Posthæc utrique a se invicem eo tempore discesserunt, Eusebiani quidem diem præstitutum opperientes, quo ea quæ minati fuerant perficerent, Alexander vero vota faciens ne Eusebii verba opere ipso adimplerentur [2]. Præcipue autem ei pavorem incusserat imperator,

## VALESII ANNOTATIONES.

(53) *Τῶν τὰ αὐτὰ φρονούντων ἰδίᾳ.* Vocem ἰδίᾳ interpretatione sua omisit Epiphanius Scholasticus. Ferri tamen potest, si referatur ad συνδραμόντων. Vult enim dicere Sozomenus, Arianos et eos qui ex factione erant Eusebii, clanculum inter se convenisse, et privatos cœtus celebrasse, id agentes, ut synodus episcoporum convocaretur. In codice Fuketiano post verbum φρονούντων ponitur subdistinctio, non autem post ἰδίᾳ.

(54) *Ἀπηγόρευε ταῖς πρὸς Ἄρειον σπονδαῖς.* Ex codice Fuketiano et ex Nicephoro Callisto D emendavi σπονδαῖς, quemadmodum etiam legit Christophorsonus. Epiphanius tamen Scholasticus σπουδαῖς legerat, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit : *Aperte Arii nisibus interdixit.*

(55) *Ὑπὸ τὸ θυσιαστήριον.* Epiphanius Scholasticus hunc locum ita vertit, *sub altari pronus jacens.* Id est, *ad pedes altaris.* Nicephorus pro ὑπὸ habet, ἐπὶ τὸ τῆς ἱερᾶς τραπέζης θυσιαστήριον ἐπὶ τὸ στόμα πεσών. Rufinus vero, ex quo hæc desumpta sunt, in capite duodecimo libri decimi dixit, *sub altari jacens.*

## VARIORUM.

[a] *Ὡς μυστικὸν συνέτριψεν.* Narrat Sozomenus, redintegratam coram imperatore fuisse criminationem de calice fracto, quæ causa fuerit ut in exsilium Treviros amandaretur Athanasius. Sed reclamant ipse Athanasius et Ægyptii episcopi, qui diserte aiunt Eusebianos coram imperatore ne minimam quidem de calice fracto et de Arsenii nece fecisse mentionem. Cl. Patres Benedictini, *Vit. Athanas.* p. 27. Vide Athanas., *Apol. contra Arianos.* p. 132.

[1] *Τοῦ Θεοῦ δεόμενος.* Παρεκάλει δὲ δύο ταῦτα λέγων—*Alterum ex his enixe rogabat Alexander : Si*

Digitized by Google

quem. Eusebiani quodammodo in sententiam suam traxerant. Igitur pridie ejus diei qui condictus fuerat, irrepens sub altare, tota nocte jacuit pronus, Deum rogans ne ea quæ adversus ipsum constituta fuerant, ad exitum perduci sineret. Eodem die cum Arius nescio quo proficisceretur sub vesperum, repente laxata alvo, necessitate compulsus **87** ad publicum locum ei rei destinatum perrexit. Cumque elapso jam longo temporis spatio non rediret, quidam eorum qui foris ipsum præstolabantur, introgressi, hominem mortuum in sella jacentem deprehendunt. Quod ubi palam factum est, non eadem omnium fuit opinio de illius morte. Alii enim arbitrati sunt, eum repentino morbo cor ipsius invadente oppressum, aut certe defectionem passum ex immoderato gaudio, propterea quod res ipsi ex voto succederent, subito interiisse. Alii vero eum tanquam impium pœnas dedisse existimarunt. Sed qui opinionem ejus sectabantur, eum maleficis artibus necatum esse evulgarunt. Cæterum haudquaquam absurdum fuerit, ea quæ ab Athanasio Alexandriæ episcopo de morte illius conscripta sunt, hic in medium adducere. Sic autem se habent :

A αὐτοῦ βεβουλευμένων. Κατὰ δὲ ταύτην τὴν ἡμέραν, ἀπιών που περὶ δείλην ὀψίαν ὁ Ἄρειος, ἐξαπίνης ἀνακινησάσης αὐτὸν τῆς γαστρὸς, τοῦ κατεπείγοντος ἐγίνετο, καὶ εἰς δημόσιον τόπον πρὸς τοιαύτην χρείαν ἀφωρισμένον ἦλθεν. Ὡς δὲ ἐπὶ πολλῷ οὐκ ἐξῄει, εἰσελθόντες τινὲς τῶν ἔξω προσδεχομένων αὐτὸν, καταλαμβάνουσιν νεκρὸν ἐπὶ τῆς καθέδρας κείμενον. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο δῆλον ἐγένετο, οὐ ταὐτὰ πάντες ἐνόμιζον περὶ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς. Ἐδόκει δὲ τοῖς μὲν, ἀθρόᾳ νόσῳ ληφθεὶς περὶ τὴν καρδίαν, ἢ πάρεσιν ὑπομείνας ὑφ' ἡδονῆς τῶν κατὰ γνώμην ἀπαντησάντων πραγμάτων, αὐθωρὸν τεθνάναι· τοῖς δὲ, ὡς δυσσεβήσας δεδωκέναι δίκην. Οἱ δὲ τὰ αὐτοῦ φρονοῦντες γοητείαις ἐλογοποίουν ἀνῃρῆσθαι τὸν ἄνδρα. Οὐκ ἄτοπον δὲ τὰ περὶ αὐτοῦ εἰρημένα Ἀθανασίῳ τῷ B ἐπισκόπῳ Ἀλεξανδρείας εἰς μέσον ἀγαγεῖν. Ἔχει δὲ ὧδε·

## CAP. XXX.

*Quid scripserit magnus Athanasius de morte Arii.*

Nam et ipse Arius, qui hujus quidem hæreseos auctor, Eusebii vero consors fuit, cum a beatæ memoriæ Constantino Augusto, adjuvantibus Eusebianis, evocatus fidem suam scripto proditam edere juberetur, scripsit subdolus, impudentes impietatis suæ voces occultans, et quemadmodum diabolus sacræ Scripturæ verba simplicia, et ut scripta sunt, ipse quoque usurpans. Deinde cum beatus Constantinus diceret : Si præter ista nihil in mente clausum habes, veritatem contestare; nam si pejeraveris, ipse Dominus pœnas a te exiget : miser juravit, se nihil habere præter illa quæ tum scripsisset, nec aliter unquam aut dixisse se aut sensisse; verum illico egressus, tanquam

## ΚΕΦΑΛ. Λ'.

*Οἷα γράφει ὁ μέγας Ἀθανάσιος περὶ τῆς Ἀρείου ῥήξεως.*

Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς Ἄρειος, ὁ τῆς μὲν αἱρέσεως ἔξαρχος, Εὐσεβίου δὲ κοινωνὸς, κληθεὶς ἐκ σπουδῆς τότε τῶν περὶ Εὐσέβιον παρὰ τοῦ μακαρίτου Κωνσταντίνου τοῦ Αὐγούστου, ἀπαιτούμενος ἐγγράφως εἰπεῖν τὴν ἑαυτοῦ πίστιν, ἔγραψεν ὁ δόλιος, κρύπτων τὰς ἀναιδεῖς δυσσεβείας λέξεις, ὑποκρινόμενος καὶ αὐτὸς, ὡς ὁ διάβολος, τὰ τῶν Γραφῶν ῥήματα ἁπλᾶ C καὶ ὡς ἔστι γεγραμμένα. Εἶτα λέγοντος τοῦ μακαρίου Κωνσταντίνου, Εἰ μηδὲν ἕτερον ἔχεις παρὰ ταῦτα ἐν τῇ διανοίᾳ, μάρτυρα τὴν ἀλήθειαν δός (56)· ἀμυνεῖται γὰρ ἐπιορκήσαντά σε αὐτὸς ὁ Κύριος· ὤμοσεν ὁ ἄθλιος, μήτε ἔχειν, μήτε ἄλλα παρὰ τὰ νῦν γραφέντα φρονεῖν, κἂν εἰρῆσθαι πώποτε εἴη παρ' αὐτοῦ (57). Ἀλλ' εὐθὺς ἐξελθὼν (58), ὥσπερ δίκην δοὺς, κατ-

## VALESII ANNOTATIONES.

(56) *Μάρτυρα τὴν ἀλήθειαν δός*. Id est, jura per veritatem. Hoc enim erat jusjurandum Christianorum, ut legitur in Epistolis B. Pauli : *In veritate dico, non mentior*. Deum enim veritatem esse credebant, quemadmodum docent sacræ paginæ. Quare cum dicebant, in veritate, idem erat ac si dicerent, in Dei nomine. Athanasius in *Apologetico* ad Constantium imperatorem : Ἐβουλόμην δὲ αὐτὸν, ὅστις ἐστὶν, ἐνταῦθα παρεῖναι, καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἐρωτῆσαι· ἃ γὰρ ὡς Θεοῦ παρόντος λαλοῦμεν, τοῦτον ὅρκον ἔχομεν ἡμεῖς οἱ Χριστιανοί : id est, *Vellem autem hunc hominem, quisquis est, hic adesse, ut eum coram veritate ipsa interrogarem. Quæcunque enim quasi præsente Deo dicimus, ea nos Christiani pro jurejurando habemus.*

(57) *Κἂν εἰρῆσθαι πώποτε εἴη παρ' αὐτοῦ.* Hunc locum correxi ex Athanasio in oratione prima contra Arianos. Inde enim descriptus est a Sozomeno. Sic ergo illic habetur, ὤμοσεν ὁ ἄθλιος, μήτε ἄλλα παρὰ τὰ νῦν γραφέντα κἂν εἰρῆσθαι πώποτε παρ' αὐτοῦ ἢ πεφρονῆσθαι.

(58) *Ἀλλ' εὐθὺς ἐξελθών*. Idem scribit Athanasius in epistola ad Serapionem : Arium scilicet ab D imperatore Constantino evocatum opera ac studio Eusebianorum, fidem suam ei obtulisse, jurasseque se nihil aliud præter illam credere. Cumque e palatio digressus esset, Eusebianos eum protinus in Ecclesiam introducere voluisse. Quæ quidem manifeste pugnant cum iis quæ scribit Rufinus, eumque secuti Socrates atque Sozomenus. Nam Rufinus quidem scribit Arium, cum presbyteri cujusdam opera ab exsilio revocatus fuisset, libellum fidei obtulisse Constantino imperatori, sensu quidem alienum a Nicæna fide, verbis tamen haud-

## VARIORUM.

*Arius crastina die ad conventum accedet, me servum tuum ex hac vita dimitte, et ne pium cum impio perdideris : sin Ecclesiæ tuæ misereuris (misereberis autem, hoc bene novi), respice in Eusebianorum verba, et ne dederis in exitium et in opprobrium hæreditatem tuam; ac tolle Arium, ne ingrediente illo in Ecclesiam, hæresis cum illo introire videatur, neve deinceps impietas pro pietate habeatur.* Athanas., in *Ep. ad Serapion., de morte Arii.*

Digitized by Google

ἔπεσε· καὶ πρηνὴς γενόμενος, ἐλάκησε μέσος. Πᾶσι μὲν οὖν ἀνθρώποις κοινὸν τοῦ βίου τέλος θάνατός ἐστιν· καὶ οὐ δεῖ τινος ἐπεμβαίνειν, κἂν ἐχθρὸς ᾖ ὁ τελευτήσας, ἀδήλου ὄντος μὴ ἕως ἑσπέρας καὶ αὐτὸν τοῦτο καταλάβῃ. Τὸ δὲ τέλος τοῦ Ἀρείου, ἐπειδὴ οὐχ ἁπλῶς γέγονε, διατοῦτο καὶ διηγήσεώς ἐστιν ἄξιον. Τῶν γὰρ περὶ Εὐσέβιον ἀπειλούντων εἰσαγαγεῖν αὐτὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ὁ μὲν ἐπίσκοπος τῆς Κωνσταντινουπόλεως Ἀλέξανδρος ἀντέλεγεν. Ὁ δὲ Ἄρειος ἐθάῤῥει τῇ βίᾳ καὶ ταῖς ἀπειλαῖς Εὐσεβίου. Σάββατον γὰρ ἦν (59), καὶ προσεδόκα τῇ ἑξῆς συνάγεσθαι. Πολὺς δὲ ἀγὼν ἦν, ἐκείνων μὲν ἀπειλούντων, Ἀλεξάνδρου δὲ εὐχομένου. Ἀλλ' ὁ Κύριος κριτὴς γενόμενος ἐβράβευσε κατὰ τῶν ἀδικούντων. Οὔπω γὰρ ὁ ἥλιος ἔδυ· καὶ χρείας αὐτὸν ἑλκυσάσης εἰς τόπον, ἐκεῖ κατέπεσε· καὶ ἀμφοτέρων, τῆς τε κοινωνίας καὶ τοῦ ζῇν, εὐθὺς ἐστερήθη. Καὶ ὁ μὲν μακαρίτης Κωνσταντῖνος ἀκούσας ἐθαύμασεν, εἰδὼς ἐλεγχθέντα τοῦτον ἐπίορκον· πᾶσι δὲ τότε γέγονε φανερὸν, ὅτι τῶν μὲν περὶ Εὐσέβιον ἠσθένησαν αἱ ἀπειλαὶ, καὶ ἡ ἐλπὶς

pœnas luens, corruit : et pronus **88** jacens crepuit medius. Omnibus quidem hominibus communis vitæ exitus mors est : nec ulli mortuo, quamvis inimicus sit, insultandum est, cum incertum sit unicuique, annon et ipsum ante vesperam mors occupatura sit. Sed tamen exitus Arii, quia non simplici ac vulgari modo contigit, idcirco a nobis merito commemorandus videtur. Nam cum Eusebiani minarentur, sese illum in ecclesiam introducturos, Alexander quidem episcopus Constantinopoleos contradicebat, Arius vero violentia ac minis Eusebii confidebat. Erat tunc dies sabbati : ac postridie sperabat se in ecclesiam conventurum. Ingens igitur erat certamen, illis quidem interminantibus, Alexandro vero Deum orante. Verum Dominus judex certaminis constitutus, contra eos qui injuste agebant, sententiam tulit. Nondum enim sol occiderat, cum Arius necessitatis cujusdam causa in locum publicum digressus, illic occubuit, vita simul et communione repente spoliatus. Et

## VALESII ANNOTATIONES.

quaquam dissentientem. Constantinum vero eum ne sic quidem admittere voluisse, sed ad synodi Hierosolymitanæ examen remisisse; a qua Arius, post imperatoris testimonium, in communionem receptus est. Eumdem postea Alexandriam rediisse, moxque inde revocatum esse Constantinopolim, tradit idem Rufinus, et post illum Socrates atque Sozomenus. Nisi quod isti postremam hanc Arii evocationem Constantino adhuc superstite accidisse narrant, non, ut Rufinus, regnante Constantio. Atqui Athanasius duobus in locis diserte testatur, Arium statim post libellum fidei oblatum Constantino, cum ex palatio decederet, deductum esse ab Eusebianis in ecclesiam, ut cum Alexandro communicaret. Non igitur remissus est ad synodum Hierosolymitanam. Deinde ex narratione Rufini et Socratis atque Sozomeni, necesse esset dicere Arium duos fidei libellos Constantino principi obtulisse; alterum ante synodum Hierosolymitanam, anno Christi 335: alterum anno sequenti, cum ab Eusebio introducendus esset in Ecclesiam Constantinopolitanam. Id enim diserte scribit Athanasius. At quorsum duo libelli, cum Constantinus imperator priore libello accepto, Arii fidem approbaverit, et de illo in communionem recipiendo scripserit ad synodum Hierosolymitanam, ut docet epistola synodica? Cur imperator Constantinus post suum ipsius judicium, post Hierosolymitanæ synodi sententiam, iterum formulam fidei et juramentum ab Ario exegit? Quomodo Alexander communicare cum Ario recusavit, qui ab integra synodo susceptus fuerat in communionem? Ex his apparet, verissimum esse id quod scripsi in libro secundo observationum ecclesiasticarum : Arium illum qui a synodo Hierosolymitana susceptus est in communionem, non esse Arium hæresiarcham *, sed alterum ei cognominem. Quod quidem etiam ex Athanasio demonstrari potest. Is enim in epistola ad Serapionem diserte scribit, Arium extra communionem Ecclesiæ diem suum obiisse. Consultus fuerat a Serapione Athanasius, utrum Arius ante obitum in communionem Ecclesiæ admissus fuisset. Negat id Athanasius, aitque Eusebium quidem id perficere studuisse : sed Arium tristi morte præreptum, vita simul et communione privatum esse : atque ita hæresim illam divino judicio ἀκοινώνητον, id est incommunicabilem esse renuntiatam. Quod si Arius hæresiarches a synodo Hierosolymitana receptus esset in communionem, falso ista dicerentur ab Athanasio.

(59) *Σάββατον γὰρ ἦν*. In oratione prima Athanasii contra Arianos legitur, Σάββατον δὲ ἦν.

## VARIORUM.

* Viri quidam eruditissimi, qui Alexandri CPolitani obitum ad annum 331 referunt, hinc consequenter colligunt, non Arium hæresiarcham admissum fuisse in Hierosolymitana synodo, anno 335 celebrata, sed alium hæresiarchæ cognominem, ejusque sequacem. Alibi autem dicunt, Arium pro Arianis ab Athanasio nominari. Sed utraque illa sententia ne minimum quidem probabilitatis habet. Nam primam quod spectat, quis unquam sibi persuaserit, Athanasium in *Apologia contra Arianos*, et in libro *De synodis*, postquam in serie narrationis sexcenties hæresiarcham Arium nominavit, ubi ad synodi Hierosolymitanæ narrationem pervenit, derepente alium substituere Arium; ita ut nec moneat, nec vel minimo signo indicet, esse illum alium ab hæresiarcha, ut omnes omnino in errorem inducat? Quid vero absimilius? Quid alienius a sapiente accuratoque scriptore, qualem fuisse Athanasium nemo eat inficias? Ruit sane illud vel primo prudentis lectoris aspectu. Nec plus habet firmitatis quod aiunt, Arianos ibi Arii nomine indicatos esse : testatur quippe Athanasius, libro *De synodis*, receptum illic fuisse Ἄρειον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, quasi diceret *Arium et Arianos* : ubi cum aperte distinguat Arium a sequacibus, manifestum est Arium ipsum, tum superstitem, cum Arianis admissum ad communionem fuisse. Quod eruditos viros ad eam amplectendam sententiam compulit, verba sunt Philippopolitanæ synodi ab Arianis celebratæ anno 347, cujus epistola habetur in Fragmentis Hilarii. Ibi aiunt hæretici, n. 13, Paulum CPolitanum Athanasii expositioni, seu depositioni interfuisse, illumque damnasse. Unde arguunt illi, jam tempore Tyriæ synodi, ubi damnatus Athanasius fuit, Paulum fuisse CPolis episcopum; atque adeo tempore synodi Tyriæ, ac consequenter Hierosolymitanæ, quæ post Tyriam celebrata est, defunctum Arium fuisse, quippe qui ante Alexandrum Paulum decessorem obierit. Sed quæ fides habenda huic hæreticorum epistolæ, quæ calumniis et men-

Digitized by Google

beatæ quidem recordationis Constantinus, ea re audita obstupefactus est, cernens illum convictum esse perjurii. Omnibus vero tunc manifeste patuit, et Eusebianorum minas infirmas, et spem Arii vanam fuisse. Præterea etiam ostensum est, Arianam vesaniam, et hic, et in ecclesia primogenitorum Dei, a Servatore nostro excommunicatam esse. Quis igitur non magnopere miretur, cum videat istos id agere, ut eum excusent quem Dominus condemnavit, et eam hæresim defendere quam Dominus excommunicatam esse patefecit, tunc cum ejus auctorem non passus **89** est in ecclesiam ingredi? Hoc mortis genere Arium interiisse accepimus. Fertur porro, longo post tempore neminem ea sella usum fuisse in qua Arius occubuerat. Nam cum multi in eum locum, tanquam publicum, necessitatis causa confertim introirent, sicut in turba fieri solet, cunctique introeuntes sese invicem hortarentur ut sellam illam refugerent, exinde etiam posteris abominabilis hic locus factus est, eo quod Arius impietatis suæ pœnas illic dedisset. Aliquanto post Arianus quidam opulentus ac potens data opera eum locum emit a fisco: et commutata priore forma, domum illic ædificavit, ut res paulatim in oblivionem veniret vulgi, nec perpetua recordationis serie mors Arii traduceretur.

A Ἀρείου ματαία γέγονεν. Ἐδείχθη δὲ πάλιν, ὅτι παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἀκοινώνητος γέγονεν ἡ Ἀρειανὴ μανία, καὶ ὧδε καὶ ἐν τῇ τῶν πρωτοτόκων ἐκκλησίᾳ. Τίς οὖν οὐ θαυμάσειεν, ὁρῶν τούτους δικαιῶσαι φιλονεικοῦντας, ὃν ὁ Κύριος κατέκρινε, καὶ βλέπων αὐτοὺς ἐκδικοῦντας τὴν αἵρεσιν, οὓς ἀκοινωνήτους (60) ἤλεγξεν ὁ Κύριος, μὴ ἀφεὶς τὸν αὐτῆς ἔξαρχον εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐλθεῖν; Ὧδε μὲν Ἄρειον ἀποθανεῖν παρειλήφαμεν. Λόγος οὖν ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ μηδένα χρήσασθαι τῇ καθέδρᾳ ἐφ' ᾗ τέθνηκεν. Οἷα δὲ εἰς δημόσιον χῶρον διὰ τὴν χρείαν ὀχλουμένων, ὡς φιλεῖ ἐν πλήθει γίνεσθαι, καὶ παρακελευομένων ἀλλήλοις τῶν εἰσιόντων φυλάττεσθαι τὴν καθέδραν, ἀποτρόπαιος ἦν καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα ὁ τόπος, ὡς ἀσεβείας ποινὰς αὐτόθι δεδωκότος Ἀρείου. Χρόνῳ δὲ ὕστερον, τῶν τὰ αὐτοῦ B φρονούντων τις πλούσιός τε ἐν δυνάμει (61), σπουδῇ χρησάμενος, ἐπρίατο τοῦτον τὸν τόπον παρὰ τοῦ δημοσίου, καὶ οἰκίαν κατεσκεύασε, καθελὼν τὴν προτέραν ὄψιν, ὥστε λήθην γενέσθαι τῷ δήμῳ, καὶ μὴ τῇ διαδοχῇ τῆς τοιαύτης ἀναμνήσεως τὸν Ἀρείου θάνατον κωμῳδεῖσθαι.

## CAP. XXXI.

*De iis quæ Alexandriæ post Arii mortem contigerunt, et quidnam magnus Constantinus scripserit Alexandrinis.*

Cæterum mortuo Ario, contentio de dogmatibus ab illo primum invectis neutiquam finem accepit, nec destiterunt opinionis illius sectatores, insidias struere iis qui contrariam sententiam tuebantur. Denique cum et populus urbis Alexandrinæ assidue vociferaretur, Deumque in supplicationibus publicis oraret pro reditu Athanasii, et magnus Antonius monachus frequentes de eo litteras ad impe-

## ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

*Περὶ τῶν μετὰ τελευτὴν Ἀρείου συμβάντων ἐν Ἀλεξανδρείᾳ· καὶ οἷα τοῖς ἐκεῖσε ὁ μέγας ἔγραψε Κωνσταντῖνος.*

Ἀλλὰ γὰρ οὐδὲ τούτου τελευτήσαντος τέλος ἔσχεν ἡ ζήτησις ὧν εὗρε δογμάτων· οὐδὲ ἐπαύσαντο οἱ τὰ C αὐτοῦ φρονοῦντες, τοῖς τἀναντία δοξάζουσιν ἐπιβουλεύεσθαι. Ἀμέλει τοι καὶ τοῦ Ἀλεξανδρέων δήμου συνεχῶς ἐκβοῶντος, καὶ ἐν λιταῖς ἱκετεύοντος περὶ τῆς Ἀθανασίου καθόδου, καὶ Ἀντωνίου τοῦ μεγάλου μοναχοῦ πολλάκις περὶ αὐτοῦ γράψαντος, καὶ ἀντιβολοῦντος μὴ πείθεσθαι τοῖς Μελιτιανοῖς, καὶ συκο-

## VALESII ANNOTATIONES.

(60) *Οὓς ἀκοινωνήτους*. Hodie apud Athanasium legitur ἣν ἀκοινώνητον, quam lectionem veriorem puto.

(61) *Πλούσιός τε ἐν δυνάμει*. Scribendum est πλούσιός τε καὶ ἐν δυνάμει, ut Savilius ad oram sui codicis adnotavit ex Christophorsoni libro.

## VARIORUM.

daciis respersa est? cum præsertim eodem loci dicatur, Asclepam ab Athanasio damnatum fuisse, quod falsissimum est, impudenterque sub ipsum epistolæ initium dicant hæretici, se Sardicæ synodum celebrasse, quod a vero abhorrere nulli notum non erat. Aliud autem afferunt argumentum, Arium scilicet hæresiarcham diu ante celebratam synodum Hierosolymitanam fuisse ad communionem admissum; atque adeo non eumdem receptum fuisse in prædicta synodo. Sed omnino repugnat illud Athanasio, qui *Apologia contra Arianos*, n. 59, ait, Eusebio instigante jussisse sibi Constantinum ut Arium reciperet; idque denegante Athanasio, atque sibi fas non esse imperatori suadente, ideo Eusebianos in Athanasium calumnias struxisse. Postea vero n. 84, ait, eos in synodo Hierosolymitana palam fecisse, se hæc omnia esse machinatos Arii cum suis recipiendi causa, atque eum ibi revera ad communionem fuisse admissum, ut testatur etiam ipse in libro *De synodis* post epistolam ejusdem synodi Hierosolymitanæ. Ex his D Athanasii locis ipsa luce clarius est, ipsum hæresiarcham in synodo Hierosolymitana anni 335, ad communionem fuisse admissum. Mirum sane ejusmodi loco innixos eruditos viros, incredibilem et Athanasio adversantem statuisse sententiam. Cætera quæ afferunt, nullius sunt momenti, nec confutatione egent. Duo tamen monitu digna supersunt. 1° Alium revera fuisse Arium, hæresiarchæ sequacem, qui una cum illo ab Alexandro Alexandrino damnatus fertur in epistola ejusdem Alexandri; sed nullius nominis hominem, qui ne semel quidem apud Athanasium memoratur. 2° Hilarium duos Arios nominasse, fragm. 2, n. 26. Sed solet Hilarius Arianos Arios nuncupare, ut observarunt nostri in postrema Hilarii editione, ubi item aiunt hoc Hilarii loco deceptos Severum Sulpitium et Vigilium Tapsensem duos induxisse Arios. Eruditiss. Patres Benedictini, *Admonitione in epist. Athanas. ad Serapionem*, et in eam *Ad monachos*. Vide annot. ad Socr, lib. I, cap. 33.

Digitized by Google

φαντίας ἡγεῖσθαι τὰς αὐτῶν κατηγορίας, οὐκ ἐπείσθη ὁ βασιλεύς· ἀλλὰ τοῖς μὲν Ἀλεξανδρεῦσιν ἔγραψεν ἄνοιαν καὶ ἀταξίαν ἐγκαλῶν, κληρικοῖς δὲ καὶ ταῖς ἱεραῖς παρθένοις ἡσυχίαν ἐπιτάττων· καὶ μὴ μετατίθεσθαι τῆς γνώμης ἰσχυρίζετο, μηδὲ μετακαλεῖσθαι τὸν Ἀθανάσιον, ὡς στασιώδη, καὶ ἐκκλησιαστικῇ καταδεδικασμένον κρίσει. Ἀντωνίῳ δὲ ἀντεδήλωσε, μὴ οἷός τε εἶναι τῆς συνόδου ὑπεριδεῖν τὴν ψῆφον. Εἰ γὰρ καὶ ὀλίγοι, φησὶ, πρὸς ἀπέχθειαν ἢ χάριν ἐδίκασαν, οὐ δήπου πιθανὸν, τοσαύτην πληθὺν ἐλλογίμων καὶ ἀγαθῶν ἐπισκόπων τῆς ὁμοίας γενέσθαι γνώμης. Τὸν γὰρ Ἀθανάσιον ὑβριστήν τε εἶναι καὶ ὑπερήφανον, καὶ διχονοίας καὶ στάσεως αἴτιον. Οἱ γὰρ ἐναντίως ἔχοντες πρὸς αὐτὸν, περὶ ταῦτα μάλιστα διέβαλλον αὐτὸν, καθότι ὁ βασιλεὺς τοὺς τοιούτους ὑπερφυῶς ἀπεστρέφετο. Τότε γοῦν πυθόμενος διχῇ μεμερίσθαι τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ τοὺς μὲν Ἀθανάσιον, τοὺς δὲ Ἰωάννην θαυμάζειν, σφόδρα ἠγανάκτησε, καὶ αὐτὸν Ἰωάννην ἐξώρισεν. Ἦν δὲ οὗτος ὁ Μελιτίου διαδεξάμενος, καὶ παρὰ τῆς ἐν Τύρῳ συνόδου προσταχθεὶς τῇ Ἐκκλησίᾳ κοινωνεῖν, καὶ τὰς τιμὰς τῶν ἰδίων κλήρων ἔχειν αὐτός τε καὶ οἱ τὰ αὐτοῦ φρονοῦντες. Καί τοί γε παρὰ γνώμην τοῦτο ἀπέβη τοῖς Ἀθανασίου ἐχθροῖς. Ἀλλ' ὅμως ἐγένετο, καὶ οὐδὲν ὤνησεν Ἰωάννην τὰ δεδογμένα τοῖς ἐν Τύρῳ συνεληλυθόσι. Κρείττων γὰρ ἦν βασιλεὺς ἱκεσίας καὶ παντοδαπῆς παραιτήσεως, πρὸς τὸν ὑπονοούμενον εἰς στάσιν ἢ διχόνοιαν ἐγείρειν τὰ πλήθη τῶν Χριστιανῶν.

A ratorem scripsisset, rogans ne Melitianis fidem haberet, sed eorum accusationes calumniarum loco duceret : imperator tamen flecti non potuit. Verum ad Alexandrinos quidem litteras scribens, dementiam illis et levitatem exprobravit : clericis vero et sacris virginibus, ut quiescerent, præcepit, affirmans se nequaquam mutaturum sententiam, nec revocaturum esse Athanasium, utpote seditiosum et ecclesiastico judicio condemnatum. Antonio autem rescripsit, se adduci non posse ut sententiam synodi despiceret. Etenim, inquit, quamvis pauci quidam per odium aut gratiam judicaverint, haudquaquam credibile est, tantam prudentium ac bonorum episcoporum multitudinem pari modo affectam fuisse. Athanasium enim contumeliosum B et arrogantem esse, discordiæque et seditionis auctorem. Quippe adversarii hæc potissimum crimina objiciebant Athanasio, eo quod imperator ejus generis homines mirum in modum aversaretur. Cum igitur imperator Ecclesiam duas in partes divisam esse accepisset, et alios quidem Athanasium, alios vero Joannem fovere, gravissime indignatus est, et Joannem multavit exsilio. Hic est Joannes qui Melitio successerat, et quem Tyrensis synodus communicare Ecclesiæ jusserat, et tam ipsum, quam eos qui sententiam illius sequebantur, honoris sui gradum in clero retinere. Atque hoc quidem non ex sententia inimicorum Athanasii successit. Factum est tamen nihilominus : **90** nec decreta Tyrensis concilii quidquam Joanni profuere. Nulla enim prece aut excusatione flecti poterat princeps erga eum, quem Christianorum plebem ad discordiam ac seditionem impellere suspicio erat.

### ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

C

*Ὅτι κατὰ πασῶν αἱρέσεων νόμον ὁ Κωνσταντῖνος ἔθετο, μὴ ἀλλαχοῦ ἐκκλησιάζειν, ἢ τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ· δι' οὗ καὶ αἱ πλεῖσται τῶν αἱρέσεων ἠφανίσθησαν. Οἱ δὲ περὶ τὸν Νικομηδείας Εὐσέβιον Ἀρειανοὶ τὸ Ὁμοούσιον τεχνηέντως περιελεῖν ἐπεχείρησαν.*

Τὸ δὲ Ἀρείου δόγμα, εἰ καὶ πολλοῖς ἐν ταῖς διαλέξεσιν ἐσπουδάζετο, οὔπω εἰς ἴδιον διεκέκριτο λαὸν [a], ἢ ὄνομα τοῦ εὑρόντος· ἀλλὰ πάντες ἅμα ἐκκλησίαζον καὶ ἐκοινώνουν, πλὴν Ναυατιανῶν, καὶ τῶν ἐπικαλουμένων Φρυγῶν, Οὐαλεντινιανῶν τε καὶ Μαρκιωνιστῶν καὶ Παυλιανῶν, καὶ εἴ τινες ἕτεροι ἑτέρας ἤδη ηὑρημένας αἱρέσεις ἐπλήρουν. Κατὰ τούτων δὲ πάντων νόμον θέμενος ὁ βασιλεὺς (62), προσέταξεν ἀφαιρεθῆναι αὐτῶν εὐκτηρίους οἴκους, καὶ ταῖς ἐκκλησίαις συνάπτεσθαι, καὶ μήτε ἐν οἰκίαις ἰδιωτῶν, μήτε δημοσίᾳ ἐκκλησιάζειν. Κάλλιον δὲ τῇ καθόλου Ἐκκλησίᾳ κοινωνεῖν εἰσηγεῖτο, καὶ εἰς ταύτην συνιέναι συνεβούλευσε. Διὰ τοῦτον δὲ τὸν νόμον τούτων, τῶν

### CAP. XXXII.

*Quod Constantinus legem tulit contra omnes hæreses ne alibi quam in Ecclesia catholica populus colligeretur : quo factum est ut pleræque hæreses abolitæ sint. Et quomodo Ariani qui cum Eusebio erant, vocem Consubstantialis fraudulenter conati sint tollere.*

Cæterum dogma Arii, licet in disputationibus multorum studio ac favore defenderetur, nondum tamen in peculiarem sectam ex auctoris nomine distinctum erat. Sed cuncti simul collectas agebant, atque inter se communicabant, exceptis Novatianis, et iis qui dicuntur Phryges, Valentinianis item ac Marcionistis, et Paulianis, et si qui præter hos alii alias jam inventas hæreses sectabantur. Contra hos omnes lege lata imperator D præcepit, ut oratoria illis adimerentur, et ecclesiis catholicis sociarentur, utque nec in privatis ædibus, nec in publico loco colligerentur. Præstare enim aiebat, ut cum Ecclesia catholica communicarent,

## VALESII ANNOTATIONES.

(62) *Νόμον θέμενος ὁ βασιλεύς*. Ea lex Constantini exstat apud Eusebium, in libro tertio *De vita Constantini*, cap. 64.

## VARIORUM

[a] *Οὔπω εἰς ἴδιον διεκέκριτο λαόν*. Hic Sozomeno reclamat Alexander episcopus Alexandrinus in *Epistola ad Alexandrum CPolitanum*, apud Theodorit., *Hist.*, lib. I, cap. 4, ubi asserit, Arianos, exemplo Colluthianorum, *conventus sine intermissione agere in speluncis latronum sibi constructis*.

Digitized by Google

utque ad eam accederent hortabatur. Hac autem A lege factum est, ut istarum sectarum memoria magna ex parte interciderit. Nam superiorum imperatorum temporibus, quicunque Christum colebant, licet opinionibus inter se dissentirent, a gentilibus tamen pro iisdem habebantur, parique omnes vexabantur modo : nec, ob communes calamitates, eis licebat in semetipsos curiosius inquirere. Quam ob causam singuli facile in unum convenientes, separatim collectas celebrabant, et assidue secum mutuo colloquentes, tametsi pauci numero essent, nequaquam dissipati sunt. Post hanc vero legem, nec publice collectas agere eis licuit, lege id prohibente : nec clanculo, cum singularum civitatum episcopi ac clerici eos sollicite observarent. B Unde factum est ut plerique eorum metu perculsi, Ecclesiæ catholicæ sese adjunxerint. Alii vero licet in eadem sententia perseveraverint, nullis tamen opinionis suæ successoribus post se relictis, ex hac vita migrarunt : quippe qui nec in unum coire permitterentur, nec opinionis suæ consortes libere ac sine metu docere possent. Nam ab initio cæteræ quidem hæreses paucos admodum sectatores habuerunt, sive ob dogmatum absurditatem, sive ob imperitiam auctorum qui ea excogitaverant ac docuerant. Novatiani vero, utpote qui bonos ductores nacti essent, idemque cum Ecclesia catholica sentirent de divinitate, jam inde ab initio permulti fuerunt, atque ita deinceps permanserunt, nihil **91** fere detrimenti ex hac lege C passi. Nam et imperator ipse sua sponte vigorem legis imminuebat, quippe qui perterrefacere potius quam perdere subditos in animo haberet. Et Acesius qui tunc temporis eorum sectæ episcopus erat Constantinopoli, cum ob vitæ sanctitatem imperatori esset gratissimus, Ecclesiæ suæ, ut verisimile est, plurimum adjumenti contulit. Phryges autem in reliquis provinciis imperii Romani eadem perpessi sunt quæ alii omnes hæretici, excepta Phrygia et vicinis aliquot provinciis : in quibus jam inde ab initio et ab ipsis Montani temporibus multitudine abundarunt, et nunc quoque abundant. Sub idem tempus Eusebius episcopus Nicomediæ et Theognius Nicææ, expositionem fidei ab iis qui Nicææ convenerant promulgatam, scriptis inno- D vare cœperunt. Et aperte quidem caput illud rejicere non audebant, quo Filius Patri consubstantialis asseritur. Norant enim imperatorem in ea esse sententia; aliam vero fidei formulam evulgantes, significarunt orientalibus episcopis, verba Nicæni concilii additis quibusdam interpretationibus suscepta esse. Qua quidem ex voce atque sententia prior quæstio quæ jam sopita esse videbatur, in disceptationem vocata ac denuo excitata est.

αἱρέσεων οἶμαι τὴν πολλὴν ἀφανισθῆναι μνήμην. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν πρὶν βασιλέων, ὅσοι τὸν Χριστὸν ἔσεβον, εἰ καὶ τὰς δόξας διεφέροντο, πρὸς τῶν Ἑλληνιστῶν οἱ αὐτοὶ ἐνομίζοντο, καὶ κακῶς ὁμοίως ἔπασχον. Σφᾶς δὲ αὐτοὺς πολυπραγμονεῖν διὰ τὰς κοινὰς συμφορὰς οὐχ ἠδύναντο· καὶ διατοῦτο ῥᾳδίως καθ' ἑαυτοὺς ἕκαστοι συνιόντες ἐκκλησίαζον, καὶ συνεχῶς ὁμιλοῦντες ἀλλήλοις, εἰ καὶ ὀλίγοι ἦσαν, οὐ διελύθησαν. Μετὰ δὲ τοῦτον τὸν νόμον, οὔτε δημοσίᾳ ἐκκλησιάζειν ἠδύναντο κωλυόμενοι, οὔτε λάθρα, τῶν κατὰ πόλιν ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν παρατηρούντων. Ἐντεῦθεν δὲ περιδεεῖς οἱ πλείους γενόμενοι, τῇ καθόλου Ἐκκλησίᾳ προσέθεντο. Οἱ δὲ καὶ ἐπὶ τῆς αὐτῆς γνώμης μείναντες, οὐκέτι διαδόχους τῆς αὐτῶν αἱρέσεως καταλιπόντες, ἐτελεύτησαν· ὡς μήτε εἰς ταὐτὸν συνιέναι συγχωρούμενοι, μήτε ἀδεῶς ὁμοδόξους ἐκδιδάσκειν δυνάμενοι. Ἐπεὶ καὶ τὴν ἀρχὴν αἱ μὲν ἄλλαι αἱρέσεις ὀλίγους τοὺς ζηλώσαντας ἔσχον, ἢ διὰ σκαιότητα δογμάτων, ἢ φαυλότητα τῶν εὑρόντων καὶ καθηγητῶν τούτων γενομένων. Οἱ δὲ τὰ Ναυάτου φρονοῦντες, ὡς ἀγαθῶν ἡγεμόνων ἐπιτυχόντες, καὶ τὰ αὐτὰ περὶ τὸ Θεῖον τῇ καθόλου Ἐκκλησίᾳ δοξάζοντες, πολλοί τε ἦσαν ἐξ ἀρχῆς, καὶ διέμειναν, οὐδὲν μέγα βλαβέντες ὑπὸ τούτου τοῦ νόμου. Ὡς γὰρ οἶμαι, καὶ ὁ βασιλεὺς ἑκὼν καθυφίει, φοβῆσαι μόνον, οὐ λυμήνασθαι τοὺς ὑπηκόους προθέμενος. Καὶ Ἀκέσιος δὲ ὁ τότε ἐν Κωνσταντίνου πόλει τῆς αὐτῶν αἱρέσεως ἐπίσκοπος, βασιλεῖ κεχαρισμένος ὢν διὰ τὸν βίον, ὡς εἰκὸς, ἐβοήθει τῇ ὑπ' αὐτὸν Ἐκκλησίᾳ. Φρύγες δὲ κατὰ τὴν ἄλλην ἀρχομένην, παραπλήσια τοῖς ἄλλοις ὑπέμειναν, πλὴν Φρυγίας, καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν τῶν ἐκ γειτόνων· ἔνθα δὴ ἐκ τῶν κατὰ Μοντανὸν χρόνων πλῆθος ἀρξάμενοι, καὶ νῦν εἰσι. Περὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, οἱ ἀμφὶ τὸν Εὐσέβιον τὸν Νικομηδείας ἐπίσκοπον, καὶ Θεόγνιον τὸν Νικαίας, ἐγγράφως ἤρξαντο νεωτερίζειν περὶ τὴν ἔκθεσιν τῶν ἐν Νικαίᾳ συνεληλυθότων. Καὶ ἀναφανδὸν μὲν ἐκβάλλειν τὸ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, οὐκ ἐθάῤῥησαν. Ἤδεσαν γὰρ βασιλέα ὧδε δοξάζοντα. Ἑτέραν δὲ ἐκθέμενοι γραφὴν ἐπὶ ῥηταῖς ἑρμηνείαις καταδεδέχθαι τὰ ὀνόματα τοῦ ἐν Νικαίᾳ δόγματος ἐμήνυσαν τοῖς ἀνὰ τὴν ἕω ἐπισκόποις. Ἐκ τούτου δὲ τοῦ ῥητοῦ καὶ διανοίας, εἰς διάλεξιν πεσοῦσα ἡ προτέρα ζήτησις, καὶ δόξασα πεπαῦσθαι, πάλιν ἀνεκινεῖτο.

## CAP. XXXIII.

*De Marcello Ancyræ episcopo, deque ejus hæresi atque abdicatione.*

Eodem tempore[1] episcopi Constantinopoli congregati Marcellum quoque Ancyræ in Galatia episcopum, tanquam auctorem novæ doctrinæ, qui Filium Dei initium ex Maria sumpsisse, et regnum

## ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'.

*Περὶ Μαρκέλλου τοῦ Ἀγκύρας, καὶ τῆς αἱρέσεως αὐτοῦ καὶ καθαιρέσεως.*

Ἐν δὲ τῷ τότε καὶ Μάρκελλον Ἀγκύρας ἐπίσκοπον τῆς Γαλατῶν, ὡς καινῶν δογμάτων εἰσηγητὴν, καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ λέγοντα ἐκ Μαρίας τὴν ἀρχὴν εἰληφέναι, καὶ τέλος ἕξειν τὴν αὐτοῦ βασιλείαν, καὶ

[1] Socr. lib. I, c. 36.

Digitized by Google

γραφήν τινα περὶ τούτου συντάξαντα, συνελθόντες ἐν Κωνσταντίνου πόλει καθεῖλον, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἐξέβαλον· καὶ Βασιλείῳ, δεινῷ λέγειν, καὶ ἐπὶ παιδεύσει ὑπειλημμένῳ, ἐπιτρέπουσι τὴν ἐπισκοπὴν τῆς Γαλατῶν παροικίας. Καὶ ταῖς αὐτόθι ἐκκλησίαις ἔγραψαν, ἀναζητῆσαι τὴν Μαρκέλλου βίβλον, καὶ ἐξαφανίσαι, καὶ τοὺς τὰ αὐτὰ φρονοῦντας, εἴτινας εὕροιεν, μεταβάλλειν. Καὶ διὰ μὲν τὸ πολυστιχον (63) τῆς γραφῆς, μὴ τὸ πᾶν ὑποτάξαι βιβλίον ἐδήλωσαν· ῥητὰ δέ τινα ἐνέθηκαν τῇ αὐτῶν ἐπιστολῇ, πρὸς ἔλεγχον τοῦ δοξάζειν αὐτὸν τάδε. Ἐλέγετο δὲ πρός τινων, ταῦτα ὡς ἐν ζητήσει εἰρῆσθαι Μαρκέλλῳ, καὶ ὡς ὡμολογημένα διαβεβλῆσθαι καὶ αὐτῷ τῷ βασιλεῖ παρὰ τῶν ἀμφὶ τὸν Εὐσέβιον· καθότι ὑπερφυῶς ἐχαλέπαινον αὐτῷ, μήτε ἐν τῇ κατὰ Φοινίκην συνόδῳ συντεθειμένῳ τοῖς ὑπ' αὐτῶν ὁρισθεῖσι, B μήτε ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπὶ Ἀρείῳ, μήτε τῆς ἀφιερώσεως τοῦ μεγάλου Μαρτυρίου μετασχόντι, δι' ἀποφυγὴν τῆς πρὸς αὐτοὺς κοινωνίας. Ἀμέλει τοι γράφοντες περὶ αὐτοῦ τῷ βασιλεῖ, καὶ ταῦτα εἰς διαβολὴν προὔφερον· ὡς καὶ αὐτοῦ ὑβρισμένου ὑπ' αὐτοῦ, μὴ ἀξιώσαντος τὴν ἀφιέρωσιν τιμῆσαι τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼ οἰκοδομηθέντος. Πρόφασις δὲ γέγονε Μαρκέλλῳ ταύτης τῆς γραφῆς, Ἀστέριός τε ἐκ Καππαδοκίας σοφιστής, ὃς καὶ περὶ τοῦ δόγματος λόγους συγγράφων, τῇ Ἀρείου δόξῃ συμφερομένους, περιιὼν τὰς πόλεις ἐπεδείκνυτο, καὶ τοῖς ἐπισκόποις καὶ ταῖς γινομέναις συνόδοις ὡς ἐπίπαν παρεγίνετο. Ἀντιλέγων γὰρ αὐτῷ Μάρκελλος, ἢ ἑκών, ἢ οὐχ οὕτω νοήσας, εἰς τὴν Παύλου τοῦ Σαμοσατέως ἐξεκυλίσθη δόξαν. Ἀλλ' ὁ μὲν τῇ ἐν Σαρδοῖ συνόδῳ (64) ὕστερον C τὴν ἐπισκοπὴν ἀνείληφε, μὴ φρονεῖν ὧδε λογισάμενος.

A ejus finem habiturum esse diceret, eaque de re librum composuisset, deposuerunt, et Ecclesia exturbarunt: et Basilio viro facundiæ et eruditionis causa celeberrimo, Galatarum Ecclesiam regendam commiserunt. Scripserunt præterea ad Ecclesias regionis illius, ut Marcelli librum perquirerent, et exemplaria ejus abolerent: ac si quos ejusdem erroris labe aspersos reperissent, eos ad veram fidem reducerent. Et se quidem integrum ejus librum non subjecisse significarunt, propterea quod esset prolixior: quædam tamen loca ex illo libro excerpta epistolæ suæ inseruerunt, ex quibus illum ita sentire convincerent. Quidam tamen aiebant, a Marcello inquirendi gratia ista dicta esse, et ab Eusebianis calumniose ad imperatorem delata, quasi Marcellus ita asseverasset. Etenim Eusebiani admodum ei infensi erant, eo quod iis quæ in synodo Tyri decreverant, minime consensisset, nec iis quæ Jerosolymis de Ario constituta fuerant, acquievisset, nec dedicationi magni Martyrii interfuisset, ipsorum scilicet communionem devitans. Denique scriptis de eodem Marcello litteris ad imperatorem, ista quoque criminati sunt, quasi et imperator ipse ab illo contumelia affectus fuisset, **92** quippe qui basilicæ Jerosolymis constructæ dedicationem præsentia sua cohonestare detrectasset. Porro scribendi hujus libri occasionem Marcello præbuit Asterius quidam sophista e Cappadocia: qui cum libros de fide scripsisset cum Arii opinione consentientes, civitates circumiens, eos recitabat, et una cum episcopis singulis fere conciliis intererat. Nam dum ei contradicere vult Marcellus, sive sua sponte, sive imprudens, neque ita sentiens, in opinionem Pauli Samosatensis prolapsus est. Verum Marcellus postea in Serdicensi synodo episcopatum suum recuperavit, cum se nequaquam ita sentire demonstravisset.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΔ'.

*Περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ ὡς ὕστερον βαπτισθεὶς ἐτελεύτησε, ταφεὶς ἐν τῷ νεῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων.*

Ὁ δὲ βασιλεύς, ἤδη πρότερον εἰς τοὺς παῖδας Καίσαρας ὄντας τὴν ἀρχὴν διελών· καὶ Κωνσταντίνῳ μὲν καὶ Κώνσταντι τὰ πρὸς δύσιν ἀπονείμας, Κωνσταντίῳ δὲ τὰ πρὸς ἕω· μαλακισθεὶς τὸ σῶμα, ὡς αὐτομάτοις λουτροῖς χρησόμενος, ἧκεν εἰς Ἑλενόπολιν Βιθυνῶν. Χαλεπώτερον δὲ διατεθείς, διεκομίσθη εἰς Νικομήδειαν. Ἔνθα δὴ ἐν προαστείῳ διάγων, ἐμυήθη τὴν ἱερὰν βάπτισιν [v]· ἐπὶ τούτῳ τε σφόδρα

## CAP. XXXIV.

*De obitu magni Constantini: et quomodo percepto tandem baptismi sacramento ex hac vita decessit, sepultusque est in basilica Apostolorum.*

Imperator vero, cum jam antea Cæsaribus filiis suis imperium partitus esset, et Occidentis quidem partes Constantino et Constanti attribuisset, Orientem vero Constantio, affecta corporis valetu- D dine Helenopolim Bithyniæ perrexit, ut aquis illic suapte natura calidis uteretur [1]. Sed cum morbus ingravesceret, Nicomediam deportatus est. Ibi in suburbano degens, baptismi sacramenta suscepit.

[1] Euseb. Vit. Const. lib. IV, c. 61, etc.; Socr. lib. I, c. 39, 40.

## VALESII ANNOTATIONES.

(63) *Καὶ διὰ μὲν τὸ πολύστοιχον.* Scribendum omnino est πολύστιχον, ut Savilius in suo codice emendavit. Certe Eusebius Cæsariensis hunc Marcelli librum πολυεπῆ vocat. Sic enim scribit in epistola ad Flaccillum, εἰ πρὸς τὴν ἀδόλεσχον καὶ πολυεπῆ Μαρκέλλου γραφήν, etc., et paulo post διωλύγιον καὶ πολύπλανὲς σύγγραμμα appellat. Porro liber ille Marcelli inscriptus erat, *De subjectione Filii Dei*, ut discimus ex Fragmentis Hilarii.

(64) *Τῇ ἐν Σαρδοῖ συνόδῳ.* In codice Fuketiano scriptum inveni ἐν Σαρδόνι, mendose, ut apparet. Serdicam urbem Daciæ Græci interdum Σαρδῶ appellarunt, ut videre est in epistola synodica concilii Serdicensis.

## VARIORUM.

[v] *Ἔνθα ἐμυήθη τὴν ἱερὰν βάπτισιν.* Vulgata jam eruditorum fert opinio, Constantinum M. Nicomediæ, manibus Eusebii illic episcopi, fuisse baptizatum. Obiit ille anno Chr. 337, die sancto Pentecostes, vicesima Maii, coss. Feliciano et Titiano.

Digitized by Google

Qua re mirum in modum exhilaratus, gratias egit Deo. Condito dehinc testamento, filiis quidem, sicut jam dictum est, imperium divisit. Romæ vero, tam veteri, quam juniori, relictis quibusdam privilegiis, testamentum tradidit presbytero illi laudatori Arii, quem ut virum bonum soror ipsius Constantia moriens ei commendaverat. Additoque jurejurando mandavit ut simul atque Constantius advenisset, testamentum ei redderet. Nam neque iste, neque ullus ex filiis Cæsaribus, morienti patri præsto fuit. Hæc cum mandasset, paucissimos dies supervixit. Mortuus autem est anno ætatis circiter quinto et sexagesimo, cum annos unum et triginta imperavisset. Vir Christianæ religionis fautor maximus, adeo ut primus ex imperatoribus Ecclesiam summo studio fovere et omnibus modis amplificare cœperit. Idem in rebus gerendis fortunatissimus omnium qui unquam fuerunt, quippe qui sine divino nutu, ut mihi quidem videtur, nihil unquam aggressus sit. Nam et ex bellis quæ sub ipso exorta sunt, tum contra Gothos, tum contra Sarmatas, victoriam reportavit. Et reipublicæ formam pro arbitrio suo ita facile mutavit, ut et senatum novum, et urbem regiam sui nominis condiderit. Gentilium vero superstitionem quæ tum a principibus, tum a subditis, tandiu culta fuerat, primo statim impetu subvertit. Post mortem corpus ejus in aureo loculo conditum, Constantinopolim **93** delatum est, et in palatio depositum in edito quodam tribunali: honosque et obsequium non secus ac superstiti exhibitum est a palatinis. Porro Constantius qui tum in Orientis partibus morabatur, ubi primum de patris morte certior factus est, propere Constantinopolim advenit, et regio funere celebrato, eum in ecclesia quæ Apostolorum dicitur, sepelivit, in qua Constantinus adhuc superstes monumentum sibi construxerat. Ab illo vero velut ab initio quodam propagata consuetudine, quotquot postea Constantinopoli regnarunt imperatores Christiani, ibidem sepeliri solent. Itidemque episcopi: quippe cum sacerdotalis dignitas, meo quidem judicio, imperatoriæ par, imo vero in sacris locis etiam superior sit.

A ἡσθεὶς, χάριν ὡμολόγει τῷ Θεῷ. Διαθήκην τε ποιήσας, τοῖς μὲν παισὶ διένειμε τὴν ἀρχὴν, ὡς πρότερον. Πρεσβεῖα δὲ, τὰ μὲν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ, τὰ δὲ τῇ ἐπωνύμῳ αὐτοῦ καταλιπὼν, ἔδωκε τὴν διαθήκην τῷ πρεσβυτέρῳ, ὃν ἐπαινέτην ὄντα Ἀρείου, ἀγαθὸν δὲ τῷ βίῳ, παρέθετο αὐτῷ τελευτῶσα Κωνσταντία ἡ ἀδελφή· καὶ ὅρκον προσθεὶς, ἐνετείλατο Κωνσταντίῳ δοῦναι ἐπειδὰν ἀφίκηται. Οὔτε γὰρ οὗτος, οὔτε ἄλλος τῶν Καισάρων παρῆν τῷ πατρὶ τελευτῶντι. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἐντειλάμενος, ὀλίγας ἐπεβίω ἡμέρας· καὶ ἐτελεύτησεν ἀμφὶ πέντε καὶ ἑξήκοντα ἔτη γεγονώς· ἐν τούτοις δὲ τριάκοντα καὶ ἓν βασιλεύσας. Ἀνὴρ ἐς τὰ μάλιστα τῆς Χριστιανῶν θρησκείας ἐπαινέτης, ὡς πρῶτος βασιλέων ἄρξαι τῆς περὶ τῆς Ἐκκλησίας σπουδῆς, καὶ εἰς ἄκρον ἐπιδόσεως ἀγα- B γεῖν. Ἐπιτευκτικὸς δὲ, ὡς οὐκ οἶδ' εἴτις ἕτερος, ἐν οἷς ἐπεχείρησεν· ἄνευ γὰρ Θεοῦ, ἐμοὶ δοκεῖν, οὐκ ἐπεχείρει. Ὅς γε πολέμων τε τῶν ἐπ' αὐτῷ συμβάντων πρός γε Γότθους (65) καὶ Σαυρομάτας περιεγένετο, καὶ τὴν πολιτείαν πρὸς τὸ δόξαν αὐτῷ οὕτω ῥᾳδίως μετεσχημάτισεν, ὡς ἑτέραν καταστῆσαι βουλὴν, καὶ βασιλίδα πόλιν τὴν ἐπώνυμον αὐτῷ. Τὴν δὲ Ἑλληνικὴν θρησκείαν ἅμα τε ἐπεχείρησε, καὶ ἐν ὀλίγῳ καθεῖλεν, ὑπὸ ἀρχόντων τε καὶ ἀρχομένων ἐκ τοσούτου χρόνου σπουδασθεῖσαν. Ἐπεὶ δὲ ἐτελεύτησε, διεκομίσθη αὐτοῦ τὸ σῶμα εἰς Κωνσταντίνου πόλιν ἐν λάρνακι χρυσῇ, καὶ ἐπὶ βήματός τινος ἐν τοῖς βασιλείοις ἀπετέθη. Τιμὴ δὲ καὶ τάξις ὥσπερ εἰς ζῶντα, ἡ αὐτὴ ἐγένετο παρὰ τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις. Ὡς δὲ C τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν θᾶττον αὐτῷ μηνυθεῖσαν ἔγνω Κωνστάντιος, ἐν τῇ ἕῳ διατρίβων, σπουδῇ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν κατέλαβε· καὶ βασιλικῶς κηδεύσας αὐτὸν, ἔθαψεν ἐν τῇ ἐπωνύμῳ τῶν ἀποστόλων ἐκκλησίᾳ, ἔνθα δὴ περιὼν αὐτὸς Κωνσταντῖνος ἑαυτῷ τάφον κατεσκεύασεν. Ἀπὸ τούτου δὲ, ὡς ἔκ τινος ἀρχῆς ἔθους γενομένου, καὶ οἱ μετὰ ταῦτα τελευτήσαντες ἐν Κωνσταντίνου πόλει βασιλεῖς Χριστιανοὶ κεῖνται. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐπίσκοποι, ὡς καὶ τῆς ἱερωσύνης ὁμοτίμου τῆς βασιλείας οὔσης (66)· μᾶλλον μὲν οὖν ἐν τοῖς ἱεροῖς τόποις καὶ τὰ πρῶτα ἐχούσης.

## VALESII ANNOTATIONES.

(65) *Πρός γε Γότθους.* Delenda est particula γε utpote superflua, et ex superioribus male repetita.

(66) *Ὁμοτίμου τῆς βασιλείας οὔσης.* Egregia sententia secundum hunc librum clausit Sozomenus, qua sacerdotalem dignitatem extollens, ait illam extra Ecclesiam quidem potestati regiæ parem sibi videri; in Ecclesia vero etiam superiorem. Ac de primo quidem capite hujus sententiæ merito dubitari potest, cum utraque potestas suos separatim fines ac terminos habeat. Nam ut in vetere proverbio, χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα. Porro monendus est lector, Sozomenum hic loqui D non de potestate sacerdotali, sed tantum de dignitate. Hæc autem duo longe inter se differunt. Nam potestas quidem sacerdotalis extra Ecclesiam nulla est, cum Ecclesiæ finibus contineatur. Dignitas vero etiam extra Ecclesiam constat sacerdotibus. Eam tamen regiæ dignitati parem esse haudquaquam concesserim. Regia enim dignitas parem non admittit. Cæterum ex codice Fuketiano hunc locum supplevi atque emendavi hoc modo, ὡς καὶ τῆς ἱερωσύνης ὁμοτίμου οἶμαι τῇ βασιλείᾳ οὔσης. Vox οἶμαι in cunctis editionibus deerat, quæ tamen non otiosa est, sed sententiam omnem quodam temperamento emollit.

Digitized by Google

# ΕΡΜΕΙΟΥ ΣΩΖΟΜΕΝΟΥ

ΣΑΛΑΜΙΝΙΟΥ

# ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

## ΤΟΜΟΣ Γ.

—

# HERMIÆ SOZOMENI

SALAMINII

# ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

## LIBER III.

—

### ΚΕΦΑΛ. Α'.

*Ὡς μετὰ θάνατον τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου, πάλιν οἱ περὶ Εὐσέβιον καὶ Θεόγνιον τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ἐτάραττον.*

Τὰ μὲν δὴ κατὰ τὴν Κωνσταντίνου βασιλείαν συμβάντα ταῖς Ἐκκλησίαις, ὧδε ἔσχε. Τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ, πάλιν εἰς ζήτησιν ἦγετο τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων τὸ δόγμα. Τοῦτπ γὰρ εἰ καὶ μὴ πάντες ἀπεδέχοντο, Κωνσταντίνου ἔτι περιόντος τῷ βίῳ, οὐδεὶς περιφανῶς ἐκβαλεῖν ἐτόλμησεν. Ὡς δὲ ἐτελεύτησε, πολλοὶ ταύτης τῆς δόξης ἀπέστησαν· οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ καὶ πρὶν ἐπὶ προδοσίᾳ ταύτης ὕποπτοι. Πάντων δὲ μάλιστα πλείστην ἐποιοῦντο σπουδὴν τὴν Ἀρείου δόξαν κρατεῖν, Εὐσέβιος καὶ Θεόγνιος, οἱ ἐκ Βιθυνίας. Ὤοντο δὲ τοῦτο κατορθῶσαι ῥᾳδίως, εἰ τὴν ἐκ τῆς ὑπερορίας κάθοδον Ἀθανασίῳ ἀνέλοιεν, ὁμοδόξῳ δὲ αὐτοῖς τὰς κατ' Αἴγυπτον Ἐκκλησίας παραδοῖεν. Καὶ οἱ μὲν τάδ' ἐπενόουν, ὑπουργὸν ἔχοντες τὸν πρεσβύτερον, ὃς αἴτιος ἐπὶ Κωνσταντίνου ἐγένετο τῆς Ἀρείου ἀνακλήσεως. Ἐτύγχανε γὰρ καὶ Κωνσταντίῳ τῷ βασιλεῖ κεχαρισμένος, καθότι τὴν πατρῴαν αὐτῷ διαθήκην ἀπέσωσεν. Οἷά τε πιστὸς παῤῥησίαν λαβὼν, μέχρι τῆς βασιλέως γαμετῆς, καὶ τῶν ἐν δυνάμει θαλαμηπόλων εὐνούχων, συνήθης ἐγένετο. Προειστήκει δὲ τότε τῆς βασιλικῆς οἰκίας Εὐσέβιος· ὃς ἐπαινέτης τῆς Ἀρείου δόξης γενόμενος, ὁμόφρονας ἑαυτῷ τὴν βασιλίδα, καὶ πολλοὺς τῶν περὶ τὰ βασίλεια κατεστήσατο. Ἐντεῦθέν τε πάλιν περὶ τοῦ δόγματος ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ συχναὶ διαλέξεις ἐγένοντο, σὺν ταύταις τε καὶ ὕβρεις, καὶ ἀπέχθειαι· καὶ τὸ πρᾷγμα τοῖς ἀμφὶ Θεόγνιον κατὰ γνώμην προὐχώρει.

A

94 CAP. I.

*Quomodo post obitum Constantini Magni, Eusebius ac Theognius Nicænam fidem denuo conturbarunt.*

Hæc sunt quæ, regnante Constantino, Ecclesiis contigerunt. Post obitum autem illius, doctrina fidei, a Nicænis Patribus promulgata, rursus in disceptationem vocari cœpit [1]. Etsi enim non omnes eam doctrinam approbarent, Constantino tamen superstite, nemo eam aperte rejicere est ausus. Eo demum mortuo, multi ab ea fide recesserunt : ii scilicet qui jam antea de ejus proditione suspecti habebantur. Omnium vero maxime Eusebius ac Theognius, episcopi provinciæ Bithyniæ, operam navarunt ut Arii opinio prævaleret. Istud vero se facile consecuturos sperabant, si Atharasio B quidem reditum ab exsilio præcluderent : alteri vero, opinionis ipsorum fautori, Ecclesias Ægypti regendas committerent. Et hi quidem ista moliebantur, administrum nacti presbyterum illum, qui regnante Constantino auctor fuerat ut Arius ab exsilio revocaretur. Hic enim imperatori quoque Constantio erat charissimus, eo quod patris testamentum ipsi fideliter tradiderat. Cumque tanquam fidus, auctoritatem ac licentiam adeptus esset, ad ipsius Augustæ et potentissimorum inter cubicularios eunuchorum familiaritatem pervenerat. Per id temporis præpositus domus regiæ erat Eusebius : qui cum Arianæ opinioni addictus esset, et Augustam et complures ex imperatoris palatio in eamdem sententiam pertraxit. Hinc rursus crebræ de fide disputationes et privatim et publice : simulque contumeliæ et simultates ortæ. Denique Theognio et sociis res prorsus ex animi sententia processit.

[1] Socr. lib. II, c. 2.



Digitized by Google

## CAP. II.

*De reditu Magni Athanasii ex Galliis, deque epistola Constantini Cæsaris, filii Constantini Magni. Item de insidiis quas Ariani denuo struxerunt Athanasio, et de Acacio Cæsareæ episcopo. Præterea de bello inter Constantem et Constantinum.*

Eodem tempore Athanasius ex Galliis Alexandriam reversus est. Et Constantinus quidem dum adhuc in vivis esset, revocare eum decreverat. Quinetiam testamento suo id mandasse fertur. Sed cum fato præveniente sublatus fuisset, filius ejusdem cum ipso nominis, qui Gallis occidentalibus imperabat, redeundi licentiam Athanasio concessit, scriptis ad Alexandrinos litteris. Quas ex Latino sermone in Græcum translatas cum reperirem, eas hoc loco apponendas esse duxi. Sunt autem hujusmodi :

*Constantinus Cæsar populo Ecclesiæ catholicæ Alexandrinorum*[1].

Nec sanctissimæ mentis vestræ notitiam arbitror præterire, Athanasium venerandæ legis interpretem, idcirco ad tempus esse missum in Gallias, ne, quoniam cruentorum ejus hostium feritas sacratissimo illius capiti extremum periculum minabatur, ipse per nefariam improborum hominum perversitatem mala insanabilia sustineret. Quamobrem ut hanc feritatem evitaret, ereptus est faucibus eorum qui ipsius capiti imminebant : jussusque in mea ditione degere, ita ut in ea urbe quam incolere ipsi præceptum fuerat, omnibus necessariis abundaret : tametsi ejus eximia virtus divino freta præsidio **95** etiam asperioris fortunæ ærumnas parvi pendat. Proinde etsi dominus ac parens noster divæ memoriæ Constantinus Augustus, eumdem episcopum in pristinum locum restituere, ac vestræ sacratissimæ pietati reddere decreverat, quoniam tamen humana sorte præreptus, priusquam votum suum implesset, ex hac luce migravit, consentaneum esse existimavi, ut divæ memoriæ principis propositum, ego utpote hæres, exsecutioni mandarem. Quanta porro reverentia illi exhibita fuerit a nobis, ex eo ipso, simul atque in conspectum vestrum venerit, cognoscetis. Nec mirum, ejus viri gratia aliquid a me factum fuisse. Ad hoc enim et imago quædam amoris vestri, et sancti viri species, animum meum movit atque incitavit. Divina providentia vos servet, fratres charissimi. Harum imperatoris litterarum subsidio Athanasius restitutus, Ecclesias Ægypti iterum administravit. Quotquot vero opinionem Arii tuebantur, id permoleste ferebant, nec omnino quiescere poterant. Atque hinc continuæ exortæ

[1] Socr. lib. II, c. 3.

A

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

*Περὶ τῆς ἐκ τῆς Γαλλίας καθόδου τοῦ Μεγάλου Ἀθανασίου, καὶ περὶ τῆς ἐπιστολῆς Κωνσταντίνου Καίσαρος, τοῦ υἱοῦ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ τῆς κατὰ τοῦ Ἀθανασίου αὖθις ἐπιβουλῆς τῶν Ἀρειανῶν· καὶ περὶ Ἀκακίου τοῦ Βεῤῥοίας· καὶ περὶ τοῦ πολέμου Κώνσταντος καὶ Κωνσταντίνου.*

Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Ἀθανάσιος, ἐκ τῆς πρὸς δύσιν Γαλατίας ἐπανῆλθεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν. Τοῦτον δὲ καὶ Κωνσταντῖνος περιὼν μετακαλεῖσθαι προῄρητο. Λέγεται δὲ καὶ ἐν ταῖς αὐτοῦ διαθήκαις ἐθελῆσαι τοῦτο. Ἐπεὶ δὲ φθάσας ἐτελεύτησεν, ὁ ὁμώνυμος αὐτῷ παῖς, ὃς καὶ τῶν πρὸς ἑσπέραν Γαλατῶν ἦρχεν, ἐπέτρεψεν αὐτῷ τὴν κάθοδον, γράμματα δοὺς πρὸς τὸν Ἀλεξανδρέων λαόν. Ταῦτα δὲ ἐκ τῆς Ῥωμαίων
B μεταβληθέντα φωνῆς εὑρὼν, ὡς εὗρον παρέθηκα. Ἔχει δὲ ὧδε.

*Κωνσταντῖνος Καῖσαρ λαῷ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας Ἀλεξανδρείας πόλεως.*

Οὐδὲν τὴν τῆς ὑμετέρας ἱερᾶς ἐννοίας ἀποπεφευγέναι γνῶσιν οἶμαι· διὰ τοῦτο Ἀθανάσιον τὸν τοῦ προσκυνητοῦ νόμου ὑποφήτην πρὸς καιρὸν εἰς Γαλλίας ἀπεστάλθαι, ἵν', ἐπειδὴ ἡ ἀγριότης τῶν αἱμοβόρων αὐτοῦ καὶ πολεμίων ἐχθρῶν, εἰς κίνδυνον τῆς ἱερᾶς αὐτοῦ κεφαλῆς ἐπέμενε, μὴ ἄρα διὰ τῆς τῶν φαύλων διαστροφῆς ἀνήκεστα ὑποστῇ. Πρὸς τὸ διαπαῖξαι τοίνυν ταύτην, ἀφῃρέθη τῶν φαρύγγων τῶν ἐπικειμένων αὐτῷ ἀνδρῶν, καὶ ὑπ' ἐμοὶ διάγειν κεκέλευσται οὕτως, ὡς ἐν ταύτῃ τῇ πόλει ἐν ᾗ διέτριβε,
C πᾶσι τοῖς ἀναγκαίοις ἐμπλεονάζειν· εἰ καὶ τὰ μάλιστα αὐτοῦ ἡ ἀοίδιμος ἀρετὴ, ταῖς θείαις πεποιθυῖα βοηθείαις, καὶ τὰ τῆς τραχυτέρας ἄχθη ἐξουθενεῖ. Τοιγαροῦν εἰ καὶ τὰ μάλιστα πρὸς τὴν προσφιλεστάτην ὑμῶν θεοσέβειαν ὁ δεσπότης ἡμῶν, ὁ τῆς μακαρίας μνήμης Κωνσταντῖνος ὁ σεβαστὸς, ὁ ἐμὸς πατὴρ, τὸν αὐτὸν ἐπίσκοπον τῷ ἰδίῳ τόπῳ παρασχεῖν προῄρητο, ὅμως ἐπειδὴ ἀνθρωπίνῳ κλήρῳ προληφθεὶς, πρὸ τοῦ τὴν εὐχὴν πληρῶσαι ἀνεπαύσατο, ἀκόλουθον ἡγησάμην τὴν προαίρεσιν τοῦ τῆς θείας μνήμης βασιλέως διαδεξάμενος πληρῶσαι· ὅστις ἐπειδὰν τῆς ὑμετέρας τύχῃ προσόψεως, ὅσης αἰδοῦς παρ' ἐμοῦ τετύχηκε, γνώσεσθε. Οὐ γὰρ θαυμαστὸν, εἴ τι δ' ἂν ὑπὲρ αὐτοῦ πεποίηκα. Καὶ γὰρ τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἥ τε τοῦ ὑμετέρου πόθου εἰκὼν, καὶ τὸ τηλικούτου ἀνδρὸς
D σχῆμα, εἰς τοῦτο ἐκίνει καὶ προέτρεπεν. Ἡ θεία πρόνοια ὑμᾶς διαφυλάξοι, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί. Κατὰ ταύτην τὴν τοῦ βασιλέως γραφὴν τῆς καθόδου τυχὼν Ἀθανάσιος, τὰς κατ' Αἴγυπτον Ἐκκλησίας διεῖπεν [x]. Ὅσοι δὲ τὰ Ἀρείου ἐφρόνουν, δεινὸν τοῦτο ἐποιοῦντο, καὶ ἠρεμεῖν οὐκ ἠνείχοντο. Ἐντεῦθέν τε συνεχεῖς ἀνεκινοῦντο στάσεις· ὃ δὴ πρόφασιν πάλιν κατὰ Ἀθανασίου παρέσχεν ἑτέρων ἐπιβουλῶν. Οἱ γὰρ ἀμφὶ

## VARIORUM ANNOTATIONES.

[x] *Τὰς κατ' Αἴγυπτον Ἐκκλησίας διεῖπεν.* Constantinus M. etsi Athanasium e sede sua ejecerat, prohibuit tamen ne Ariani alium episcopum in ejus locum subrogarent, quoniam oblatorum Tyri criminum convictus non fuisset.

Digitized by Google

τὸν Εὐσέβιον, σπουδῇ πρὸς βασιλέα διέβαλον αὐτὸν, ὡς στασιώδη, καὶ παρὰ τοὺς νόμους τῆς Ἐκκλησίας ἑαυτῷ τὴν κάθοδον ἐπιτρέψαντα, δίχα κρίσεως ἐπισκόπων. Ἀλλ' ὅπως μὲν ἐκ τῆς τούτων ἐπιβουλῆς αὖθις ἐξηλάθη τῆς Ἀλεξανδρείας, αὐτίκα δὴ κατὰ τὴν οἰκείαν ἐρῶ τάξιν. Περὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου τελευτήσαντος, διαδέχεται τὴν ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης ἐπισκοπὴν Ἀκάκιος. Ὃς πρὸς αὐτὸν Εὐσέβιον τὸν ζῆλον ἔχων, καὶ ὑπ' αὐτῷ τοὺς ἱεροὺς παιδευθεὶς λόγους, ἱκανός τε νοεῖν καὶ φράζειν ἀστεῖος ἐγένετο, ὡς καὶ πολλὰ συγγράμματα λόγου ἄξια καταλιπεῖν. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ καὶ Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς, πόλεμον ἐπαγαγὼν Κώνσταντι τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ περὶ Ἀκυληΐαν, κτίννυται παρὰ τῶν αὐτοῦ ἡγεμόνων. Περιίσταται δὲ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, τὰ μὲν πρὸς δύσιν, εἰς Κώνσταντα· τὰ δὲ πρὸς ἕω, εἰς Κωνστάντιον.

A sunt seditiones: quæ res novis iterum insidiis adversus Athanasium struendis causam præbuit. Etenim Eusebiani eum confestim apud imperatorem calumniati, tanquam seditiosum, quodque contra leges ecclesiasticas, absque ullo episcoporum judicio semetipse suo arbitrio restituisset. Sed quemadmodum istorum insidiis iterum expulsus sit Alexandria, dicam paulo post suo loco. Sub idem vero tempus cum Eusebius Pamphili migrasset e vita, episcopatum Cæsareæ in Palæstina suscepit Acacius [1]. Qui utpote studiosus imitator Eusebii, et in sacris Litteris ab eodem institutus, et copiosus in sententiis et in dicendo elegans fuit, adeo ut plurimos libros haudquaquam contemnendos reliquerit. Non multo post, imperaB tor Constantinus, dum fratri suo Constanti bellum infert juxta urbem Aquileiam, ab ejus ducibus interficitur [2]. Atque ita Romani imperii portio quæ ad Occasum vergit, Constanti: quæ ad Orientem, Constantio accessit.

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

### *Περὶ Παύλου τοῦ Κωνσταντίνου πόλεως, καὶ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου.*

Ἐν τούτῳ δὲ Ἀλεξάνδρου τετελευτηκότος, διεδέξατο Παῦλος τὴν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιερωσύνην· ὡς μὲν λέγουσιν οἱ τὰ Ἀρείου καὶ Μακεδονίου φρονοῦντες, ἑαυτῷ ταύτην πραγματευσάμενος, παρὰ γνώμην Εὐσεβίου τοῦ Νικομηδείας ἐπισκόπου, καὶ Θεοδώρου τοῦ ἐν Θρᾴκῃ Ἡρακλείας, οἷς ὡς γείτοσιν (67) ἡ χειροτονία διέφερεν. Ὡς δὲ πολὺς ἔχει λόγος, μαρτυρίᾳ Ἀλεξάνδρου ὃν διεδέξατο, ἐχειροτονήθη παρὰ τῶν ἐνδημούντων τῇ πόλει ἐπισκόπων. Ἤδη γὰρ ὀκτὼ καὶ ἐνενήκοντα ἄγων ἐνιαυτοὺς ὁ Ἀλέξανδρος, ἐκ τούτων δὲ εἴκοσι τρεῖς ἐν τῇ ἐπισκοπῇ ἀνδρείως διαγενόμενος, ἐπειδὴ τελευτᾷν ἔμελλε, πυνθανομένων αὐτοῦ τῶν κληρικῶν, τίνι μετ' αὐτὸν ἐπιτρεπτέον τὴν Ἐκκλησίαν, εἰ μὲν ἀγαθὸν τὰ θεῖα, διδακτικόν τε ἅμα ἐπιζητεῖτε, ἔφη, Παῦλον ἔχετε· εἰ δὲ πρὸς τὰ ἔξω πράγματα καὶ τὰς συνουσίας τῶν ἀρχόντων, ἀμείνων Μακεδόνιος. Ἀλλ' ἑκάτερον μεμαρτυρῆσθαι παρὰ Ἀλεξάνδρου, καὶ οἱ Μακεδονίου ἐπαινέται συνομολογοῦσι. Περὶ δὲ τὰ πράγματα καὶ λόγους δεινὸν γεγενῆσθαι λέγουσι τὸν Παῦλον· τὴν δὲ περὶ τοῦ βίου μαρτυρίαν Μακεδονίῳ ἀνατιθέασι. Παῦλον δὲ περὶ τρυφὴν καὶ βίον ἀδιάφορον (68) ἐσχολακέναι διαβάλλουσι. Φαίνεται γοῦν ἐκ τῆς τούτων ὁμολογίας, ἐλλόγιμον ἄνδρα γεγενῆσθαι τὸν

## CAP. III.

### *De Paulo Constantinopolitano episcopo, et de Macedonio hæretico.*

Eodem tempore, mortuo Alexandro, Constantinopolitanæ Ecclesiæ sacerdotium obtinuit Paulus [3]. Qui, ut Ariani quidem et Macedoniani asserunt, episcopatum hunc sibimet ipse comparaverat, præter sententiam Eusebii Nicomediæ, et Theodori Heracleæ quæ in Thracia est episcoporum, ad quos utpote finitimos ordinatio pertinebat. Verum ut C reliqui fere **96** omnes affirmant, ob testimonium Alexandri, cujus in locum successit, ab episcopis qui tum forte Constantinopoli morabantur, ordinatus est. Nam Alexander annos jam natus octo et nonaginta, ex quibus tres ac viginti in episcopatu fortissime transegerat, cum ex hac vita migraturus esset, interrogantibus eum clericis cuinam post ipsum committenda esset Ecclesia: Si virum, inquit, pietate præditum, simulque idoneum ad docendum quæritis, habetis Paulum: sin hominem ad res sæculares et ad colloquendum cum judicibus aptum mavultis, potior est Macedonius. Et utrumque quidem testimonio Alexandri ornatum fuisse confitentur etiam Macedoniani. Verum ad res agendas et ad dicendum instructiorem fuisse D Paulum affirmant: piæ autem ac religiosæ vitæ testimonium tribuunt Macedonio: Paulum contra

[1] Socr. lib. II, c. 4. [2] ibid. c. 5. [3] ibid. c. 6.

## VALESII ANNOTATIONES.

(67) *Οἷς ὡς γείτοσιν.* Non possum probare quod hic ait Sozomenus, ordinationem episcopi Constantinopolitani pertinuisse ad Nicomediensem episcopum et ad Heracliensem, utpote qui essent viciniores episcopi. De Heracliensi quidem assentior; huic enim metropolitano subjecta tunc erat sedes Constantinopolitana, priusquam patriarchicum honorem adepta esset. Nicomediensis autem episcopus nullo jure ordinationem Constantinopolitani episcopi sibi vindicabat: erat enim alterius provinciæ, cum canon quartus Nicæni concilii solis comprovincialibus episcopis eorumque metropolitano, jus ac potestatem ordinandi tribuat.

(68) *Καὶ βίον ἀδιάφορον.* Sic Græci scriptores vocare solent remissum ac dissolutum vivendi genus, cui opponitur ἄσκησις sive ἀσκητικὸς βίος. Sic Nilus monachus in libro *De cæde monachorum in monte Sina*, narratione 4: Τῆς ἐν ταῖς πόλεσιν ἀδιαφόρου διαγωγῆς ἑλόμενοι μᾶλλον τὸν θάνατον. Eodem sensu occurrit ea vox passim apud Basilium et alios.

Digitized by Google

deliciis ac solutiori vitæ indulsisse calumniantur. Ex illorum igitur confessione, Paulum disertissimum fuisse apparet, et in Ecclesia cum summa laude docuisse. Ad varios autem fortunæ casus et ad colloquendum cum potentioribus, non recte comparatum illum fuisse, res ipsæ testantur. Nullas enim adversariorum insidias discussit, perinde ac facere solent ii qui in hujusmodi rebus solertes sunt. Imo vero quamvis multitudini admodum charus esset, tamen fraude eorum qui fidem in Nicæna synodo stabilitam eo tempore rejiciebant, multas pertulit calamitates. Ac primo quidem quasi turpiter vixisset insimulatus, Ecclesia Constantinopolitana ejectus est, Tandem vero in exsilium jussus est deportari : ubi etiam per insidias eorum qui cædem ei machinabantur, crudeliter strangulatus interiisse dicitur. Verum hæc quidem posteriori tempore contigerunt.

A Παῦλον, καὶ ἐπὶ Ἐκκλησίας διδάξαι λαμπρόν. Πρὸς δὲ τὰς περιπετείας τοῦ βίου, καὶ τὰς ὁμιλίας τῶν ἐν δυνάμει, φαύλως αὐτὸν ἐσχηκέναι μαρτυρεῖ τὰ πράγματα. Οὐδεμίαν γὰρ ἐπιβουλὴν τῶν ἐπαναστάντων αὐτῷ, ὡς εἰκὸς τοὺς περὶ ταῦτα δεινοὺς, διέλυσεν. Ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τοῦ πλήθους ὑπερφυῶς φιλούμενος, κακῶς ἔπαθε, σκαιωρίᾳ τῶν τότε ἀναινομένων τὸ κατὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ κρατῆσαν δόγμα. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα, ὡς μὴ εὖ βεβιωκὼς (69), γραφὴν ὑπομείνας, ἐξεβλήθη τῆς Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως. Τελευτῶν δὲ καὶ ὑπερορίαν οἰκεῖν κατεδικάσθη, εἰ καὶ τεθνάναι ἐλεεινῶς (70) δι' ἀγχόνης λέγεται, μηχανησαμένων αὐτῷ φόνον τῶν ἐπιβούλων. Ἀλλὰ τάδε μὲν ὕστερον συνέβη.

B

## CAP. IV.

*De seditione quæ orta est propter Pauli ordinationem.*

Tunc vero ingens tumultus ex hac ordinatione ortus, Constantinopolitanam Ecclesiam occupavit. Nam quandiu superstes fuit Alexander, Ariani quidem parum fiduciæ ac libertatis habuere : populus **97** vero defixis in illum oculis, nutum ejus sequebatur, Deoque laudes dicebat, maxime post insperatam Arii calamitatem : quem per divinam ultionem eo quem diximus modo imprecationibus Alexandri exstinctum fuisse credebant. Post obitum autem Alexandri, plebs in duas partes divisa, palam ad opinionum contentiones et ad pugnam usque prorupit. Et Arianis quidem studium fuit ut Macedonius ordinaretur : Homousiani contra, operam dabant ut Paulus crearetur episcopus : idque tandem prævaluit. Cæterum post ordinationem Pauli, cum imperator in urbem venisset, aberat enim tunc cum fieret ordinatio, id factum permoleste tulit, quasi episcopatus homini indigno commissus fuisset; perque insidias eorum qui Paulo erant infensi, synodo convocata, illum quidem Ecclesia expulit : Eusebio vero Nicomediæ episcopo sedem Constantinopolitanam tradidit.

## ΚΕΦΑΛ. Δ'.

*Περὶ τῆς γενομένης στάσεως διὰ τὴν Παύλου χειροτονίαν.*

Ἐν δὲ τῷ νῦν διὰ ταύτην τὴν χειροτονίαν μεγίστη ταραχὴ τὴν Ἐκκλησίαν Κωνσταντινουπόλεως ἔσχεν. Ἐν ᾧ γὰρ περιῆν Ἀλέξανδρος, οὐ πολλὴν παῤῥησίαν ἦγον ὅσοι τὰ Ἀρείου ἐφρόνουν· καὶ πρὸς αὐτὸν ὁ λαὸς βλέπων ἥγοντο, καὶ τὸ Θεῖον ἐδόξαζον· καὶ μάλιστα μετὰ τὴν ἀδόκητον Ἀρείου συμφορὰν, ὃν οὕτως ἀποθανεῖν, ὡς εἴρηται, κατὰ θεομηνίαν ἐπίστευον ταῖς Ἀλεξάνδρου ἀρεταῖς [y]. Ἐπεὶ δὲ ἐτελεύτησε, διχῇ διακριθὲν τὸ πλῆθος, εἰς ἔριδας δογμάτων εἰς τὸ φανερὸν καθίσταντο καὶ μάχην. Σπουδὴ δὲ
C ἐγένετο, τοῖς μὲν τὰ Ἀρείου ζηλοῦσι, Μακεδόνιον χειροτονεῖσθαι· τοῖς δὲ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν δοξάζουσι, Παῦλον ἐπισκοπεῖν· καὶ τοῦτο ἐκράτει. Μετὰ δὲ τὴν Παύλου χειροτονίαν, παραγενόμενος ὁ βασιλεὺς, ἔτυχε γὰρ τότε ἀπόδημος, ἐχαλέπαινεν, ὡς ἀναξίῳ τῆς ἐπισκοπῆς ἐπιτραπείσης. Ἐξ ἐπιβουλῆς τε τῶν πρὸς Παῦλον ἀπεχθανομένων, σύνοδον καθίσας, τὸν μὲν ἀπεώσατο τῆς Ἐκκλησίας· Εὐσεβίῳ δὲ τῷ Νικομηδείας ἐπισκόπῳ τὸν Κωνσταντινουπόλεως θρόνον παρέδωκε.

## VALESII ANNOTATIONES.

(69) *Ὡς μὴ εὖ βεβιωκώς*. Accusatus primum est Paulus episcopus a Macedonio presbytero *. Sed crimen quod ei objiciebatur adeo leve erat, ut accusator interim cum reo communicaret, quemadmodum testatur Athanasius in *Epistola ad solitarios*. Verum id contigit regnante Constantino, ut fusius demonstravi in libro II *Observationum ecclesiasticarum*, qui ad calcem harum annotationum edetur.

D (70) *Εἰ καὶ τεθνάναι ἐλεεινῶς*. Assentior Christophorsono et Savilio, qui ad latus suorum codicum emendarunt, ἢ *καί*, etc. Quod idem valet ac *ubi*.

## VARIORUM.

* Eusebius Nicomediensis, impotens cupidine Constantinopolitanæ sedis invadendæ, Macedonio presbytero usus calumniæ artifice, Paulum accusari et deferri curavit. Tacent autem ecclesiastici scriptores quæ fuerit illa criminatio, aitque solum Theodoretus Paulum seditionis aliorumque criminum accusatum. Unum exploratum est, ex Eusebii ambitione natam fuisse calumniam. Agitata fuit hæc disceptatio, præsente Athanasio, dum scilicet ab exsilio rediens Constantinopoli pertransiret, anno 338. Vide ejus *Epist. ad solitarios*, et quæ ibi doctissimi Benedictini annotarunt

[y] Ἀρεταῖς. Valesius legisse videtur ἀραῖς.

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛ. Ε'.

*Περὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ μερικῆς συνόδου, ἥτις καθεῖλε μὲν Ἀθανάσιον, Γρηγόριον δὲ ἀντεισήγαγε· καὶ περὶ τῶν δύο ἐκθέσεων τῆς πίστεως· καὶ περὶ τῶν συμφωνησάντων αὐτοῖς.*

Καὶ ὁ μὲν τάδε πράξας, εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Συρίας ἧκεν. Ἤδη δὲ ἐξεργασθείσης τῆς ἐνθάδε ἐκκλησίας, ἣν μεγέθει καὶ κάλλει ὑπερφυᾶ, ἔτι περιὼν Κωνσταντῖνος, ὑπουργῷ χρησάμενος Κωνσταντίῳ τῷ παιδὶ, οἰκοδομεῖν ἤρξατο, εἰς καιρὸν ἔδοξε τοῖς ἀμφὶ τὸν Εὐσέβιον, πάλαι τοῦτο σπουδάζουσι, σύνοδον γενέσθαι. Οἳ δὴ τότε, καὶ ἕτεροι τῶν τὰ αὐτὰ φρονούντων αὐτοῖς εἰς ἐνενήκοντα καὶ ἑπτὰ τελοῦντες ἐπισκόπους [z], πολλαχόθεν εἰς Ἀντιόχειαν συνῆλθον· προφάσει μὲν ὡς ἐπὶ ἀφιερώσει τῆς νεουργοῦ ἐκκλησίας· ὡς δὲ τὸ ἀποβὰν ἔδειξεν, ἐπὶ μεταποιήσει τῶν ἐν Νικαίᾳ δοξάντων. Ἡγεῖτο δὲ τηνικαῦτα τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας Πλάκητος (71) μετὰ Εὐφρόνιον. Πέμπτον δὲ ἔτος ἠνύετο ἀπὸ τῆς Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου τελευτῆς. Ἐπεὶ δὲ πάντες οἱ ἐπίσκοποι συνῆλθον, παρῆν δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς Κωνστάντιος, ἠγανάκτουν οἱ πλείους, καὶ δεινῶς Ἀθανάσιον ἐπῃτιῶντο, ὡς ἱερατικὸν ὑπεριδόντα θεσμὸν, ὃν αὐτοὶ ἔθεντο [a], καὶ πρὶν ἐπιτραπῆναι παρὰ συνόδου, τὴν Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίαν ἀπολαβόντα. Ἐκ τούτου δὲ, καὶ θανάτου πολιτῶν αἴτιον αὐτὸν ἔλεγον, ὡς ἡνίκα εἰς τὴν πόλιν εἰσῄει στάσεως κινηθείσης· καὶ πολλῶν μὲν ἀναιρεθέντων, τῶν δὲ δικαστηρίοις παραδοθέντων. Μεγίστης τε διαβολῆς ὑπὸ τοιούτων λόγων κατὰ Ἀθανασίου ὑφανθείσης, ἐψηφίσαντο Γρηγόριον τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας προστατεῖν. Ἐκ τούτου δὲ μεταβάντες εἰς τὴν περὶ τοῦ δόγματος ζήτησιν, τοῖς μὲν ἐν Νικαίᾳ δόξασιν οὐδὲν ἐμέμψαντο· γράμματα δὲ διεπέμψαντο τοῖς κατὰ πόλιν ἐπισκόποις, οἷς ἐδήλωσαν, ὡς ἐπίσκοποι ὄντες οὐκ ἠκολούθησαν Ἀρείῳ· πῶς γὰρ πρεσβυτέρῳ ὄντι; δοκιμασταὶ δὲ γενόμενοι τῆς πίστεως αὐτοῦ, μᾶλλον αὐτὸν προσήκαντο, πιστεύειν δὲ σφᾶς κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς παραδοθεῖσαν πίστιν. Εἶναι δὲ ταύτην ἣν ὑπέταξαν τῇ αὐτῶν ἐπι-

## CAP. V.

*De particulari synodo Antiochiæ congregata, quæ Athanasium quidem deposuit, Gregorium vero in ejus locum substituit. Item de duabus fidei expositionibus, et quinam illis consenserint.*

His confectis, imperator Antiochiam Syriæ perrexit [1]. Ubi cum absoluta esset ecclesia amplitudine simul ac pulchritudine excellens, quam Constantinus dum in vivis esset, administro usus Constantio filio, ædificare cœperat, Eusebianis jampridem hoc molientibus, opportunum id tempus visum est ad synodum colligendam. Isti igitur cum aliis ejusdem opinionis fautoribus, simul omnes septem et nonaginta episcopi, variis ex locis Antiochiam tunc temporis convenerunt: specie quidem ut ecclesiam recens ædificatam dedicarent: re ipsa autem, sicut exitus declaravit, ut decreta Nicæni concilii abrogarent. Præerat tunc Antiochensi Ecclesiæ post Euphronium Flaccillus. Annus autem quintus volvebatur ab obitu Constantini Magni. Cum ergo universi episcopi convenissent, et imperator ipse Constantius adesset, complures eorum indignari cœperunt, et Athanasium graviter accusare, quod sacerdotalem legem quam ipsi tulerant, contempsisset, et Alexandrinam Ecclesiam prius recepisset, quam id ipsi permissum fuisset a synodo. Unde **98** et civibus causam necis illum fuisse dicebant, propterea quod illo in urbem ingrediente, mota esset seditio, et multi quidem interfecti, non pauci vero ad judicum tribunalia perducti fuissent. Hujusmodi sermonibus cum gravissima adversus Athanasium conflata esset calumnia, decreverunt ut Gregorius Alexandrinæ Ecclesiæ præsideret. Post hæc conversi ad quæstionem de fide, nihil quidem in decretis Nicæni concilii reprehenderunt. Litteras vero ad singularum urbium episcopos miserunt, quibus indicabant se, utpote episcopos, Arium nequaquam secutos esse. Quomodo enim, aiebant, illum qui

[1] Socr. lib. II, c. 8.

### VALESII ANNOTATIONES.

(71) *Πλάκητος*. Hic episcopus Antiochiæ Flaccillus dicebatur, ut notavi ad librum secundum Socratis, capite 8. Quod nomen Græci cum unico x solent scribere. Sic palatium Flaccillianæ quod erat Constantinopoli, in *Chronico Alexandrino* Φλακιλλιανοῦ παλάτιον dicitur: apud Procopium vero in libro primo Persicorum Πλακιλλιαναί.

### VARIORUM.

[z] *Ἐνενήκοντα καὶ ἑπτὰ ἐπισκόπους*. Idem est numerus episcoporum apud Hilarium in lib. *De synodis*. Athanasius autem et Socrates nonaginta tantum convenisse tradunt.

[a] *Ὡς ἱερατικὸν ὑπεριδόντα θεσμὸν, ὃν αὐτοὶ ἔθεντο*. Hi episcopi Arianam hæresim intus complexi, et tamen catholicam præ se doctrinam ferre volentes, canones quosdam tanto artificio ediderunt, ut Athanasium quidem aliosque Catholicos ferirent, ipsis interim eorum fabricatoribus Nicænæ synodo adhærere visis. Hi sunt præcipue hujus synodi canones undecimus et duodecimus: quorum prior episcopos sine metropolitani et comprovincialium episcoporum litteris ad imperatorem adire vetans, viam posteriori condendo stravit, quo decretum est, *ut presbyter vel diaconus a proprio episcopo, aut episcopus a synodo depositus, non ad imperatorem, sed ad majus episcoporum concilium se convertat, ejusdemque judicio subjiciatur. Quod si quis ad imperatorem confugerit, is nulla venia dignus habeatur.* Nihil dubii esse potest, quin hic canon contra S. Athanasium per litteras imperatorias sine synodali decreto sedi suæ Alexandrinæ restitutum, conditus fuerit. Hinc cum D. Chrysostomo vitio verteretur, quod post depositionem, absque majoris synodi auctoritate, suo ipsius arbitrio in episcopalem sedem invasisset, contra ac Antiocheno hoc canone statutum fuerat; respondit ille, istum non Ecclesiæ catholicæ, sed Arianorum esse canonem. Socr., lib. VI, cap. 18. Guil. Beveregius in *Codice canonum Ecclesiæ primitivæ vindicato*, lib. I, cap. 4, n. 9.

Digitized by Google

erat presbyter, nos secuti essemus? Sed cum fidem ejus examinassemus, illum potius suscepimus. Porro se non aliter credere affirmant, quam juxta fidem ab initio traditam. Eam vero esse quam epistolæ suæ subjiciunt: in qua substantiæ quidem Patris, et Filii, et vocabuli Consubstantialis nulla fit mentio: sensus vero adeo anceps et ambiguus est, ut nec Ariani, nec ii qui Nicænam synodum sequebantur, compositionem verborum illius accusare possent, quasi verba ignota essent sacræ Scripturæ. Prætermissis enim de industria vocabulis quæ utrique ex æquo rejiciebant, ea verba quæ ab utrisque admittebantur, formulæ suæ indiderunt. Nam et Filium simul cum Patre esse, et unigenitum ac Deum esse, et ante omnia exsistere; carnem item assumpsisse, et Patris voluntatem implesse, aliaque ejusmodi confitentur. Utrum vero coæternus et consubstantialis Patri sit necne, neutiquam ascripserunt. Postea vero cum illos, ut verisimile est, hujus formulæ pœnituisset, aliam rursus ediderunt: quæ in reliquis quidem cum Nicæna fide consentit, ut opinor, nisi forte quis sensus mihi quidem incompertus, in verbis abditus latet. Sed tamen, nescio qua de causa, consubstantialem Filium dicere detrectantes, immutabilem nec conversioni obnoxiam ejus divinitatem asseruerunt, eumque substantiæ, consilii, potentiæ et gloriæ Patris nullatenus discrepantem imaginem et omnis creaturæ primogenitum pronuntiarunt. Aiebant autem reperisse se hanc fidem scriptam manu ipsius Luciani, ejus qui Nicodemiæ martyrium perpessus est; viri tum in aliis rebus præstantissimi, tum in sacris Litteris admodum exercitati. Utrum vero istud vere dixerint, an conscriptionem suam auctoritate martyris commendare voluerint, equidem nequeo dicere. Porro huic concilio interfuerunt non solum Eusebius, qui ejecto Paulo, ab urbe Nicomedia translatus Constantinopolitanam sedem obtinebat: verum etiam

A στολῇ, οὐσίας μὲν Πατρὸς ἢ Υἱοῦ, ἢ τοῦ ὁμοουσίου ὀνόματος μηδαμῶς μεμνημένην· ἐπαμφοτερίζουσαν δὲ ταῖς ἐννοίαις, ὡς μήτε τοὺς τὰ Ἀρείου φρονοῦντας, μήτε τοὺς ἑπομένους τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ, δύνασθαι τῇ συντάξει τῶν ῥημάτων ἐπισκήπτειν, ὡς ἀγνώστων ταῖς ἱεραῖς Γραφαῖς. Παραλιπόντες γὰρ ἅπερ ἑκάτεροι οὐ προσίεντο, τὰ παρ' ἑκατέρων ὁμολογούμενα τεθείκασιν ὀνόματα ταύτῃ τῇ γραφῇ. Συνεῖναι μὲν γὰρ τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, καὶ μονογενῆ καὶ Θεὸν εἶναι, καὶ πρὸ πάντων ὑπάρχειν, σάρκα τε ἀνειληφέναι, καὶ τὴν πατρῴαν πεπληρωκέναι βουλὴν, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως συνωμολόγησαν. Πότερον δὲ συναΐδιος ἢ ὁμοούσιός ἐστι τῷ Πατρὶ, ἢ τοὐναντίον, οὐκ ἐνέγραψαν. Μεταμεληθέντες δὲ, ὡς ἔοικεν, ἐπὶ ταύτῃ τῇ γραφῇ, πάλιν ἑτέραν παρὰ ταύτην ἐξέθεντο· τὰ μὲν B ἄλλα, ὡς οἶμαι, συνᾴδουσαν τῷ δόγματι τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων, εἰ μή τις ἐμοὶ ἄδηλος διάνοια τοῖς ῥητοῖς ἀφανῶς ἔγκειται. Οὐκ οἶδα δὲ ἀνθ' ὅτου, ὁμοούσιον εἰπεῖν τὸν Υἱὸν παραιτησάμενοι, ἄτρεπτόν τε καὶ ἀναλλοίωτον τῆς θεότητος ἀπεφήναντο, οὐσίας τε καὶ βουλῆς καὶ δυνάμεως καὶ δόξης ἀπαράλλακτον εἰκόνα, καὶ πρωτότοκον πάσης κτίσεως. Ἔλεγον δὲ ταύτην τὴν πίστιν ὁλόγραφον εὑρηκέναι Λουκιανοῦ [b], τοῦ ἐν Νικομηδείᾳ μαρτυρήσαντος, ἀνδρὸς τά τε ἄλλα εὐδοκιμωτάτου, καὶ τὰς ἱερὰς Γραφὰς εἰς ἄκρον ἠκριβωκότος· πότερον δὲ ἀληθῶς ταῦτα ἔφασαν, ἢ τὴν ἰδίαν γραφὴν σεμνοποιοῦντες τῷ ἀξιώματι τοῦ μάρτυρος, λέγειν οὐκ ἔχω. Μετέσχον δὲ ταύτης τῆς συνόδου, οὐ μόνον Εὐσέβιος, ὃς μετὰ Παῦλον C ἐκβεβλημένον, ἐκ Νικομηδείας μεταστὰς, τὸν Κωνσταντινουπόλεως εἶχε θρόνον· ἀλλὰ καὶ Ἀκάκιος ὁ Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου διάδοχος, καὶ Πατρόφιλος ὁ Σκυθοπόλεως, καὶ Θεόδωρος ὁ Ἡρακλείας, τῆς πρὶν Περίνθου ὀνομαζομένης, Εὐδόξιός τε Γερμανικίας, ὃς ὕστερον μετὰ Μακεδόνιον τὴν Κωνσταντινουπόλεως ἐπετράπη Ἐκκλησίαν, καὶ Γρηγόριος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας αἱρεθεὶς προστατεῖν. Οἳ δὴ τότε τὰ αὐτὰ φρονεῖν ἀλλήλοις ὡμολόγηντο· ἀλλὰ γὰρ καὶ Διάνοιος ὁ παρὰ Καππαδόκαις Καισαρείας (72) ἐπί-

## VALESII ANNOTATIONES.

(72) *Διανοῖος ὁ παρὰ Καππαδόκαις Καισαρείας*. In codice Leonis Allatii Διάνοιος scribitur cum accentu in antepenultima: in Fuketiano Διάνιος sine diphthongo. Atque ita fere scriptum legitur hoc nomen in epistola Julii papæ ad episcopos qui ad synodum Antiochenam convenerant, quam refert Athanasius in secundo *Apologetico adversus Arianos*. Sic enim habet inscriptio ejus epistolæ, Δανίῳ καὶ Φλακίλλῳ, Ναρκίσσῳ, Εὐσεβίῳ, Μάρι, Μακεδονίῳ, Θεοδώρῳ, καὶ τοῖς σὺν αὐτοῖς, τοῖς ἀπὸ Ἀντιοχείας, etc. Ubi scribendum est Διανίῳ. Certe apud Nicephorum in libro nono, cap. 5, scribitur Διάνιος. Verum apud Basilium in epistola 84 ad Bosporium, Διάνιος dicitur: ubi ejus elogium habes, et tempus quo ex hac luce migravit. Obiisse enim dicitur a Basilio paulo post Seleuciense concilium, quod anno Christi 359 celebratum est. Ex epistola quidem Julii papæ colligi videtur, eum præsedisse Antiochensi concilio anno 342 Natalis Dominici. Primo enim loco nominatur a Julio in supradicta epistola. Vix tamen D crediderim, Dianium hunc Antiochensi synodo præfuisse, supra Flaccillum Antiochensem et Eusebium Constantinopolitanum, qui et auctoritate, et sedium magnitudine, et vetustate, Dianium longe superabant. Nam Dianius recens tum temporis Hermogeni successerat, de quo Basilius loquitur in *Epistola ad Occidentales*, agens de Eustathio Sebasteno. Hermogenes autem successor fuit Leontii, ejus qui Nicænæ synodo subscripsit.

## VARIORUM.

[b] *Ἔλεγον δὲ ταύτην τὴν πίστιν ὁλόγραφον εὑρηκέναι Λουκιανοῦ*. Erat S. Lucianus Antiochenæ Ecclesiæ presbyter, vir disertissimus, qui tantum in Scripturarum studio laboravit, ut etiam Hieronymi ætate (ipso teste) quædam exemplaria Scripturarum, Lucianæa nuncuparentur. Scripsit de fide libellos, et breves ad nonnullos epistolas; quæ omnia interciderunt. Passus est Nicomediæ ob defensionem Christi, sub persecutione Maximini, sepultusque Helenopoli Bithyniæ. Formula sym-

Digitized by Google

σκοπος, καὶ Γεώργιος ὁ Λαοδικείας τῆς παρὰ Σύροις, ἄλλοι τε πολλοὶ μητροπολιτικὰς καὶ ἄλλως ἐπισήμους Ἐκκλησίας ἐπισκοποῦντες.

A Acacius qui Eusebio Pamphili successerat, et Patrophilus Scythopolitanus **99** cum Theodoro episcopo Heracleæ, quæ Perinthus antea dicebatur: Eudoxius quoque Germaniciæ episcopus, qui postea, pulso Macedonio, Constantinopolitanam rexit Ecclesiam: Gregorius denique qui Alexandrinæ Ecclesiæ electus fuerat episcopus. Quos quidem unum idemque sentire de fide, omnes eo tempore fatebantur. Quin et Dianius Cæsareæ in Cappadocia episcopus, et Georgius Laodiceæ quæ est in Syria, aliique plures aderant, qui metropolitanas aut aliunde illustres Ecclesias administrabant.

## ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

*Περὶ Εὐσεβίου τοῦ Ἐμεσηνοῦ· καὶ ὡς Γρηγόριος κατέλαβεν Ἀλεξάνδρειαν, Ἀθανάσιος δὲ φυγὼν εἰς Ῥώμην διασώζεται.*

Σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ Εὐσέβιος ὁ ἐπίκλην Ἐμεσηνός· ὃς τὸ μὲν γένος, ἐξ Ἐδέσσης τῆς Ὀσροηνῶν εὐπατρίδης ὑπῆρχεν· ἐκ νέου δὲ κατὰ πάτριον ἔθος τοὺς ἱεροὺς ἐκμαθὼν λόγους, μετὰ ταῦτα καὶ τὰ B παρ' Ἕλλησιν ἐξεδιδάχθη παιδεύματα, διδασκάλοις τοῖς ἐνθάδε τότε οὖσι φοιτήσας. Ὕστερον δὲ ἐξηγηταῖς Εὐσεβίῳ τῷ Παμφίλου, καὶ Πατροφίλῳ τῷ προϊσταμένῳ Σκυθοπόλεως, τὰς θείας βίβλους ἠκρίβωσε. Παραγενόμενός τε εἰς Ἀντιόχειαν, ἐπεὶ συνέβη Εὐστάθιον καθαιρεθῆναι διὰ τὴν Κύρου κατηγορίαν, Εὐφρονίῳ τῷ μετ' αὐτὸν συνῆν. Φεύγων δὲ ἱερᾶσθαι, ἀφίκετο εἰς Ἀλεξάνδρειαν, φιλοσόφοις τοῖς τῇδε φοιτήσας (73)· καὶ τὰ ἐκείνων ἀσκηθεὶς μαθήματα, ἐπανῆλθεν εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ Πλακήτῳ πάλιν τῷ μετὰ Εὐφρόνιον συνδιέτριβεν. Ὡς δὲ συνέβη ταύτην ἐνθάδε συγκροτεῖσθαι σύνοδον, ἐπὶ τὸν Ἀλεξανδρείας προεκλήθη θρόνον ὑπὸ Εὐσεβίου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπου. Ὤετο γὰρ αὐτὸν εὖ μάλα πολιτευόμενον, καὶ λέγειν κράτιστον ὄντα, ῥᾳδίως C μεταστῆσαι τοὺς Αἰγυπτίους τῆς περὶ Ἀθανάσιον εὐνοίας. Ἐπεὶ δὲ ταύτην παρῃτήσατο τὴν χειροτονίαν, λογισάμενος ὡς εὐτρεπὲς εὑρήσει μῖσος παρὰ Ἀλεξανδρεῦσιν, οὐκ ἀνεχομένοις ἕτερον ἀντὶ Ἀθανασίου ἰδεῖν, ἐπιτρέπεται Γρηγόριος [c] τὴν τῶν Ἀλεξανδρέων, αὐτὸς δὲ τὴν Ἐμέσης Ἐκκλησίαν. Ἐνταῦθα στάσιν ὑπομείνας· διεβάλλετο γὰρ ἀσκεῖσθαι τῆς ἀστρονομίας, ὃ μέρος ἀποτελεσματικὸν [d] καλοῦσι, φυγὰς ἦλθεν εἰς Λαοδίκειαν πρὸς Γεώργιον τὸν ἐνθάδε ἐπίσκοπον, ἐπιτήδειον ὄντα. Ὁ δὲ, εἰς Ἀντιόχειαν αὐτῷ συνελθὼν, πρὸς Πλάκητον καὶ Νάρκισσον τοὺς ἐπισκόπους, ἐπανελθεῖν εἰς Ἔμεσαν παρεσκεύασεν. Ἐγένετο δὲ Κωνσταντίῳ τῷ βασιλεῖ κεχαρισμένος. Ἀμέλει τοι ἡνίκα Πέρσαις ἐπιστρα- D

## CAP. VI.

*De Eusebio Emiseno: et quomodo Gregorius Alexandriam ingressus est; Athanasius vero fuga elapsus, Romam venit.*

Eusebius quoque cognomento Emisenus, huic synodo interfuit [1]. Qui nobili genere natus apud Edessam urbem Osroenæ, a puero juxta patriam consuetudinem, sacras Scripturas didicit: postea vero in gentilium disciplinis institutus est a magistris qui tum in ea civitate morabantur; tandem vero interpretibus usus Eusebio Pamphili et Patrophilo Scythopolitano episcopo, ad summam sacrorum Voluminum notitiam pervenit. Inde Antiochiam profectus, cum Eustathius propter accusationem Cyri, episcopatu exutus fuisset, cum Euphronio Eustathii successore familiariter vixit. Sed quia sacerdotium detrectabat, migravit Alexandriam, philosophos qui illic erant auditurus. Quorum disciplinis cum abunde excultus esset, rediit Antiochiam, atque illic cum Flaccillo Euphronii successore versatus est. Porro cum hanc synodum Antiochiæ fieri contigisset, Eusebius Constantinopolitanus episcopus ad capessendam Alexandrinæ Ecclesiæ administrationem eum adhortatus est. Existimabat enim, illum, utpote eximia sanctitate et summa eloquentia præditum, Ægyptiorum animos facile revocaturum a benevolentia, qua Athanasium complectebantur. Sed cum ordinationem hanc recusasset, secum ipse reputans futurum haud dubie, ut in paratum apud Alexandrinos odium incurreret, quippe qui nullum pati possent in locum Athanasii substitutum: Gregorius quidem Alexandrinæ præficitur Ecclesiæ, ipse vero Emisenæ. Illic seditione populi appetitus; accusabatur enim quod eam **100** astronomiæ partem excoleret, quæ Apotelesmatice vocatur, fuga elapsus, Laodiceam ad Georgium illius urbis episcopum;

[1] Socr. lib. II, c. 9, 10.

### VALESII ANNOTATIONES.

(73) *Φιλοσόφοις τοῖς τῇδε φοιτήσας*. Non dubito quin scribendum sit φοιτήσων. Id enim sensus flagitat. Vide Socratem in libro secundo, cap. 9.

### VARIORUM.

boli Lucianei videatur apud Athanas. lib. *De synod. Arim. et Seleuc.*, et apud Socr., lib. II, cap. 10. Vere fuisse Luciani hoc symbolum non ab Arianis ipsi affictum, multa evincunt. Avide autem hanc formulam, ut suæ fidei expositionem ediderunt Ariani, quod in ipsa vox ὁμοούσιος non inveniretur, et verba ejus nonnulla hæresi ipsorum favere viderentur; utque imperitis persuaderent, se πολυθρυλλήτου Luciani Martyris fidem tenuisse. Cl. Bullus, *Def. Fid. Nicæn.*, Sect. II, cap. 13, n. 4, qui a Luciano Arianismi suspicionem depellit. Ait auctor *Dialogorum de Trinitate*, inter Opera S. Athanasii, hæreticos Luciani confessionem multis laciniis interpolasse.

[c] *Γρηγόριος*. Gregorius iste Cappadox, olim Alexandriæ litteris addiscendis dederat operam; comiterque ab Athanasio et perhumaniter exceptus, atque filii et amici loco habitus, immemor officii, fabulæ cæsi Arsenii evulgandæ operam suam locarat. Cl. Benedict., *Vit. Athanas.*, p. 33.

[d] *Μέρος ἀποτελεσματικόν*. Est ea pars astrologiæ, quæ circa vim et effectum stellarum in genituris versatur.

Digitized by Google

familiarem suum, se contulit. Hic una cum illo profectus Antiochiam ad Flaccillum et Narcissum episcopos, perfecit ut Emisam reverteretur. Cæterum Constantio imperatori gratus fuit imprimis. Certe quotiescunque Constantius bellum illaturus erat Persis, secum illum deducebat. Aiunt enim multa per illum a Deo facta esse miracula, quemadmodum testatur Georgius Laodicenus, qui tum ista, tum alia plurima de illo commemorat. Verum quamvis talis tantusque vir esset, eorum tamen invidiam non effugit, qui aliorum virtutibus uri solent. Nam et ipse insimulatus est, quod opinionem Sabellii sectaretur. Tunc autem temporis eadem cum episcopis qui Antiochiæ convenerant decrevit. Maximus vero Hierosolymorum episcopus de industria abfuisse dicitur ab hoc concilio, cum ipsum pœniteret, quod antea in fraudem inductus, iis qui Athanasium deposuerant, consensisset [1]. Sed neque Romanæ urbis episcopus, neque alius quispiam, sive ex Italia, sive ex provinciis ultra Italiam sitis, huic synodo interfuit. Per idem tempus cum in Occidentis quidem partibus Franci Gallias vastarent : Orientis autem provinciæ, ac præcipue urbs Antiochia post concilium ibi celebratum gravissimis terræ motibus quassarentur : Gregorius Alexandriam venit cum ingenti militum manu; quibus mandatum erat, ut pacatum illi ac tutum in urbem introitum præstarent. His subsidio erant etiam Ariani, tum ad eam rem perficiendam, tum ut Athanasium urbe expellerent [2]. At ille verebatur, ne populus ipsius causa quidpiam mali pateretur. Nocte igitur adventante collectam in ecclesia celebravit. Cumque jam milites ecclesiam occupassent, ipse completa oratione psalmum prius recitari jussit. Dum psalmus ab omnibus caneretur, milites interea quiescebant, intempestivum rati eo tempore impetum facere. Tunc vero Athanasius per mediam psallentium turbam occultus evasit, et Romam navigio delatus est. Quo facto Gregorius Alexandrinam sedem obtinuit. Populus vero indignatione commotus, ecclesiam Dionysii quondam illius urbis episcopi, nomine appellatam, incendio consumpsit.

A τεύειν ἔμελλεν, αὐτὸν ἐπήγετο. Λέγεται γὰρ πολλὰ δι' αὐτοῦ θαυματουργῆσαι τὸ Θεῖον, ὡς μαρτυρεῖ Γεώργιος ὁ Λαοδικεὺς, ταῦτα καὶ ἕτερα περὶ αὐτοῦ διεξελθών. Ἀλλ' ὁ μὲν καίπερ τοιοῦτος ὤν, οὐ διέφυγε τὸν φθόνον τῶν ἀνιᾶσθαι πεφυκότων ἐπὶ ταῖς ἄλλων ἀρεταῖς. Ὑπέμεινε δὲ καὶ αὐτὸς μέμψιν, ὡς τὰ Σαβελλίου φρονῶν. Ἐν δὲ τῷ νῦν τὰ αὐτὰ τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνελθοῦσιν ἐψηφίσατο. Μάξιμον μέντοι τὸν Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπον, ἐπίτηδες λέγεται ταύτην ἀποφυγεῖν τὴν σύνοδον, μεταμεληθέντα καθότι ἀπατηθεὶς, σύμψηφος ἐγένετο τοῖς Ἀθανάσιον καθελοῦσιν. Οὐ μὴν οὐδὲ ὁ τὸν Ῥωμαίων διέπων θρόνον, οὐδὲ τῶν ἄλλων Ἰταλῶν, ἢ τῶν ἐπέκεινα Ῥωμαίων οὐδεὶς ἐνθάδε συνῆλθεν. Ἐν τούτῳ δὲ, Φράγκων μὲν τοὺς πρὸς δύσιν Γαλάτας δῃούντων· τῆς δὲ πρὸς ἕω
B ἀρχομένης ὑπὸ μεγίστων σεισμῶν τινασσομένης, καὶ μάλιστα τῆς Ἀντιοχέων πόλεως μετὰ τὴν ἐνθάδε σύνοδον, ἧκε Γρηγόριος εἰς Ἀλεξάνδρειαν σὺν πλήθει στρατιωτῶν [a], οἷ προνοεῖν προσετάχθησαν, ὡς ἂν ἀστασίαστος καὶ ἀσφαλὴς αὐτῷ ἡ εἴσοδος γένοιτο. Συνελαμβάνοντο δὲ αὐτοῖς καὶ οἱ τὰ Ἀρείου φρονοῦντες περί τε ταῦτα, καὶ ὅπως Ἀθανάσιον ἐξελάσωσιν. Ὁ δὲ ἐδεδίει, μή τι δι' αὐτὸν ὁ λαὸς πάθοι. Καὶ τῆς νυκτὸς ἐπιλαβούσης ἐκκλησίαζεν· ἤδη τε τῶν στρατιωτῶν καταλαβόντων τὴν ἐκκλησίαν (74), εὐχὴν ἀποτελέσας, πρότερον ψαλμὸν ῥηθῆναι παρεκελεύσατο. Συμφώνου δὲ τῆς ψαλμῳδίας γενομένης, οἱ στρατιῶται τέως ἡσύχαζον, ὡς οὐκ εὔκαιρον ὂν ἐπιθέσθαι τότε. Ἐν τούτῳ δὲ διαδὺς ὑπὸ τοὺς ψάλλον-
C τας, ἔλαθεν ἐξελθὼν, καὶ εἰς τὴν Ῥώμην ἀνήχθη. Γρηγόριος δὲ τῶν Ἀλεξανδρέων κατέσχε θρόνον· ὁ δὲ λαὸς χαλεπήνας, τὴν ἐπώνυμον Διονυσίου τοῦ τῇδε ἐπισκοπήσαντος ἐκκλησίαν ἐνέπρησαν.

[1] Socr. lib. I, c. 8. [2] Socr. lib. II, c. 11.

## VALESII ANNOTATIONES.

(74) *Ἤδη τε τῶν στρατιωτῶν καταλαβόντων τὴν ἐκκλησίαν.* Hæc non in adventu Gregorii D facta sunt, sed in ἐνθρονισμῷ Georgii. Vide quæ notavi ad Socratem in libro II, cap. 10.

## VARIORUM.

[a] *Ἧκε Γρηγόριος εἰς Ἀλεξάνδρειαν σὺν πλήθει στρατιωτῶν.* De truculenta Gregorii sedis Alexandrinæ invasione, quomodo incendium passa est ecclesia, virgines denudatæ, monachi conculcati, presbyteri, et ex populo multi plagis lacerati, mysteria violata, videantur verba Julii Romani apud Athanasium, *Apologet. contra Arianos*, n. 30, et ipsius Athanasii epistola encyclica, quam, postquam se ex insano militum tumultu proripuisset, ad omnes episcopos de eorum flagitiis scripsit. Duas fuisse Ecclesiæ Alexandrinæ invasiones, primam a Gregorio, secundam a Georgio factam, mitiusque actum cum Alexandrinis quando Gregorius in eorum Ecclesiam se intrusit, quam cum Georgius, asserit Ant. Pagi, ad annum 342, n° 33.

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

*Περὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ καὶ τῶν ἀρχιερέων τῆς Κωνσταντίνου· ὡς μετὰ Εὐσέβιον πάλιν Παῦλος ἀποκατέστη· καὶ περὶ τῆς ἀναιρέσεως τοῦ στρατηλάτου Ἑρμογένους· καὶ ὡς ἐξ Ἀντιοχείας ἥκων Κωνστάντιος τόν τε Παῦλον μεθίστησι, καὶ πρὸς τὴν πόλιν ὀργίλως διατίθεται, καὶ ὡς εἴασε τὸν Μακεδόνιον ἀμφιβόλως, καὶ ἀνεχώρησε πάλιν εἰς Ἀντιόχειαν.*

Ὧδε μὲν τοῖς ἀπὸ τῆς ἐναντίας αἱρέσεως τὰ βεβουλευμένα κατώρθωτο, καθῃρημένων τῶν σπουδῇ προϊσταμένων ἀνὰ τὴν ἕω τοῦ ἐν Νικαίᾳ βεβαιωθέντος δόγματος. Προκατειλημμένων τε τῶν ἐπισημοτάτων θρόνων, Ἀλεξανδρείας τῆς κατ' Αἴγυπτον, καὶ Ἀντιοχείας τῆς ἐν Συρίᾳ, καὶ τῆς παρὰ τὸν Ἑλλήσποντον βασιλίδος πόλεως, πειθομένους εἶχον τοὺς ἀνὰ τόδε τὸ ὑπήκοον ἐπισκόπους. Ὁ δὲ τὴν Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν ἐπιτροπεύων, καὶ οἱ ἀνὰ τὴν δύσιν ἱερεῖς, ὕβριν οἰκείαν ταῦτα ἡγοῦντο. Ἐφ' ἅπασι γὰρ τῶν ἐν Νικαίᾳ συνεληλυθότων ἐξ ἀρχῆς τὴν ψῆφον ἐπαινέσαντες, εἰσέτι νῦν οὐ διέλιπον ὧδε φρονοῦντες· ἀφικόμενόν τε ὡς αὐτοὺς Ἀθανάσιον, φιλοφρόνως ἐδέξαντο, καὶ πρὸς αὐτοὺς τὴν κατ' αὐτὸν εἷλκον δίκην. Ἐπὶ τούτοις δὲ χαλεπῶς φέρων Εὐσέβιος, ἔγραψεν Ἰουλίῳ, ὥστε αὐτὸν γενέσθαι κριτὴν τῶν ἐπὶ Ἀθανασίῳ δοξάντων ἐν Τύρῳ. Ἀλλ' ὁ μὲν, πρὶν μαθεῖν τὴν Ἰουλίου γνώμην, οὐ πολλῷ ὕστερον τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ γενομένης συνόδου, ἐτελεύτησεν. Οἱ δὲ ἐν Κωνσταντίνου πόλει τὴν ἐκτεθεῖσαν ἐν Νικαίᾳ δόξαν ζηλώσαντες, εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἤγαγον Παῦλον. Ἐν τῷ αὐτῷ δὲ συλλαμβανομένων τῶν ἀπὸ τοῦ ἐναντίου πλήθους, ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ συνελθόντες οἱ ἀμφὶ Θεόγνιον τὸν Νικαίας ἐπίσκοπον καὶ Θεόδωρον τὸν Ἡρακλείας, ἕτεροί τε οἱ τὰ τούτων φρονοῦντες, οἳ ἔτυχον ἐνδημοῦντες, Μακεδόνιον ἐχειροτόνησαν Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον. Ἐντεῦθέν τε συχναὶ κατὰ τὴν πόλιν ἐγένοντο στάσεις, πολέμοις ἐμφερεῖς. Εἰς ἑαυτὸ γὰρ ἑκατέρωθεν τοῦ πλήθους συμπίπτοντος, πλεῖστοι διώλλυντο· καὶ ταραχῆς ἡ πόλις ἀνάπλεως ἦν· ὡς καὶ βασιλέα τότε ἐν Ἀντιοχείᾳ ὄντα, τάδε μαθεῖν, καὶ πρὸς ὀργὴν κινηθέντα, προστάξαι πάλιν ἀπελαύνεσθαι Παῦλον. Διηκονεῖτο δὲ τοῖς βασιλέως προστάγμασιν Ἑρμογένης, ὁ τὴν ἱππικὴν δύναμιν ἐπιτετραμμένος στρατηγός· ὃς ἐπὶ Θρᾴκην τότε ἀποσταλεὶς, παριὼν διὰ Κωνσταντινουπόλεως, ἐβιάζετο Παῦλον διὰ στρατιωτῶν ἐξελάσαι τῆς ἐκκλησίας. Ἐπεὶ δὲ τὸ πλῆθος οὐ συνεχώρει, πῇ δὲ καὶ ἠμύνετο· βιαιότερόν τε ἐπεχείρουν οἱ στρατιῶται ἐπιτελεῖν τὸ προσταχθὲν, καταλαβόντες τὴν Ἑρμογένους οἰκίαν οἱ στρατιῶται ἐνέπρησαν (75), καὶ αὐτὸν ἀναιροῦσι· καὶ σχοινίον ἐξάψαντες εἷλκον διὰ τῆς πόλεως. Ἀκούσας δὲ ὁ βασιλεὺς, ἱππεὺς ἐλάσας ἧκεν εἰς Κωνσταντινούπολιν, ὡς κακῶς δράσων τὸ πλῆθος. Ἀλλὰ τῶν μὲν ἐφεί-

101 CAP. VII.

*De episcopis urbis Romæ et Constantinopolitanæ, et quomodo post mortem Eusebii Paulus in suam sedem restitutus est. Item de cæde Hermogenis, magistri militum, et quomodo Constantius Antiochia adveniens, Paulum quidem ejecit, civibus vero graviter succensuit. Deinde Macedonium in dubio relinquens, Antiochiam reversus est.*

Hunc in modum consilia eorum qui contrariam hæresim tuebantur, felicem successum habuerunt, depositis episcopis qui per Orientis provincias fidem in Nicæna synodo stabilitam pertinaciter defendebant. Jamque occupatis nobilissimis sedibus, Alexandriæ scilicet quæ est in Ægypto, Antiochiæ in Syria, et urbis regiæ quæ ad Hellespontum sita est, omnes earum partium episcopos sibi parentes habebant. Verum Romanæ antistes Ecclesiæ, et universi per Occidentem sacerdotes hæc non secus contumeliam sibi privatim illatam accepere. Nam cum sententiam eorum qui apud Nicæam congregati sunt, jam inde ab initio in omnibus approbassent, usque in hunc diem in eadem opinione perseverarunt. Itaque Athanasium ad se venientem benevole exceperunt, et causæ illius judicium sibi vindicarunt. Quæ cum Eusebius iniquo animo ferret, scripsit ad Julium, ut ipse judex esse vellet eorum quæ contra Athanasium decreta fuerant Tyri [1]. Verum ille, priusquam Julii sententiam comperisset, paulo post synodum Antiochiæ celebratam, ex hac luce migravit. Hi vero qui apud Constantinopolim Nicænæ fidei patrocinabantur, Paulum in ecclesiam deduxerunt [2]. Eodem tempore Theognius Nicææ et Theodorus Heracleæ episcopi, aliique ejusdem sectæ sacerdotes qui tum Constantinopoli versabantur, in alia ecclesia congregati, adjuvante Arianorum multitudine, Macedonium ordinarunt Constantinopoleos episcopum. Hinc vero crebræ in urbe seditiones exstiterunt, bellis haud absimiles. Plebe enim ex utraque parte in se mutuo irruente, plurimi interierunt. Eratque civitas plena tumultu: adeo ut imperator, qui tum Antiochiæ morabatur, ea de re certior factus sit, iraque inflammatus Paulum iterum extrudi jusserit. Imperatoris mandata exsecutus est Hermogenes magister equestris militiæ. Qui cum eo tempore missus esset in Thraciam, transiens per Constantinopolim, Paulum militari manu ex ecclesia ejicere conabatur. Sed cum plebs nequaquam id fieri permitteret, imo vim vi repelleret, milites vero violentius instarent, ut quod imperatum fuerat perficeretur: seditiosi in Hermogenis domum irruentes, eam quidem incenderunt, ipsum autem interfecerunt, et fune pedibus ejus innexo,

[1] Socr. lib. II, c. 11. [2] ibid. c. 12, 13.

### VALESII ANNOTATIONES.

(75) *Οἱ στρατιῶται ἐνέπρησαν.* Procul dubio scribendum est οἱ στασιῶται. Quod miror non animadvertisse interpretes. Non enim milites, sed plebeii domum Hermogenis Constantinopoli incenderunt, ut ex Socrate, Marcellino, aliisque constat.

Digitized by Google

per civitatem traxerunt. Quo audito, imperator A
102 equorum celeri permutatione venit Constantinopolim, eo animo ut plebem male multaret. Sed cum illos flentes ac supplices sibi occurrere vidisset, ipsis quidem pepercit : annonæ tamen illius, quam pater ipsius Constantinus quotannis de publico ex tributis Ægypti civitati donaverat, dimidiam circiter partem civibus ademit, ratus fortasse multitudinem, utpote quio ac deliciis abundantem, ad seditiones proclivem esse. Iram autem suam in Paulum vertens, eum ex civitate pelli jussit. Sed et Macedonio graviter succensuit, tum quod Hermogenis magistri militum et aliorum complurium cædis causam præbuisset, tum quod ante ipsius consensum ordinatus fuisset. Verumtamen nec approbata illius ordinatione, nec abrogata, B illum ita relinquens, Antiochiam revertit. Dum hæc aguntur, Ariani dogmatis fautores Gregorium transtulerunt, utpote desidem in confirmanda ipsorum doctrina, et invisum Alexandrinis propter calamitates quæ eo adventante civitati acciderant, ac præcipue ob incendium ecclesiæ [1]. In hujus autem locum missus est Georgius, vir natione Cappadox : qui et propter industriam suspiciebatur, et quod studiosus opinionis ipsorum assertor esset.

σατο, δεδακρυμένους αὐτῷ ἰδὼν ὑπαντωμένους, καὶ ἀντιβολοῦντας· ἀμφὶ δὲ τὸ ἥμισυ τοῦ σίτου τὴν πόλιν ἀφεῖλετο, ὃν ὁ πατὴρ αὐτοῦ Κωνσταντῖνος, ἑκάστου ἔτους ἀπὸ τοῦ δημοσίου τοῖς πολίταις ἐδωρήσατο ἐκ τῶν Αἰγυπτίων φόρων· ὑπολαβὼν ἴσως ὑπὸ τρυφῆς καὶ ῥᾳστώνης τοὺς πολλοὺς ἀργοῦντας, ἑτοίμους εἰς στάσεις εἶναι. Τρέπει δὲ τὴν ὀργὴν ἐπὶ Παῦλον, καὶ τῆς πόλεως ἀπελαθῆναι προσέταξεν αὐτόν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς Μακεδόνιον ἐχαλέπαινεν, ὡς τῆς ἀναιρέσεως τοῦ στρατηγοῦ καὶ ἑτέρων πολλῶν αἴτιον· καὶ ὅτι πρὶν αὐτὸν ἐπιτρέψαι ἐχειροτονήθη· οὔτε δὲ ἐπιψηφισάμενος τῇ αὐτοῦ χειροτονίᾳ, οὔτε ἀποχειροτονήσας, καταλιπὼν οὕτως ἀνέστρεψεν εἰς Ἀντιόχειαν. Ἐν τούτῳ δὲ οἱ τῆς Ἀρείου δόξης σπουδασταὶ, μετέστησαν Γρηγόριον, ὡς ἀμελῆ πρὸς B σύστασιν τοῦ οἰκείου δόγματος, καὶ Ἀλεξανδρεῦσιν ἀκατάθύμιον διὰ τὰ συμβάντα τῇ πόλει χαλεπὰ περὶ τὴν αὐτοῦ εἴσοδον, καὶ τὸν ἐμπρησμὸν τῆς ἐκκλησίας. Ἀντὶ δὲ τούτου πέμπεται Γεώργιος, ὃς τὸ μὲν γένος ἦν Καππαδόκης· ὡς δραστήριος δὲ ἐθαυμάζετο, καὶ περὶ τοῦτο τὸ δόγμα σπουδαῖος.

## CAP. VIII.

*De Orientalibus episcopis qui expulsi fuerant, et quid pro illis scripserit Julius Romanus episcopus. Et quomodo Paulus atque Athanasius litteris Julii muniti, sedes suas receperint. Item de litteris quas Orientis episcopi Julio rescripserunt.*

Porro Athanasius Alexandria profugus, Romam venit [2]. Eodem tempore Paulus quoque Constanti- C nopoleos episcopus, et Marcellus Ancyræ, eo accessit, et Asclepas Gazæ : qui cum adversaretur Arianis, a quibusdam contrariæ factionis hominibus accusatus quod altare subvertisset, depositus fuerat. In ejus autem locum subrogatus Quintianus, Gazæorum Ecclesiam rexit. Lucius præterea Adrianopoleos episcopus ob aliud crimen Ecclesia sua spoliatus, Romæ degebat. Episcopus igitur Romanus cum singulorum causas cognovisset, omnesque in Nicænæ fidei doctrinam consentientes reperisset, tanquam idem cum ipso sentientes, in communionem recepit. Et quoniam propter sedis dignitatem omnium cura ad ipsum spectabat, suam cuique Ecclesiam restituit. Scripsit etiam Orientali- D bus episcopis, reprehendens eos quod in supradictorum causis non recte judicassent, et quod Ecclesiarum statum turbarent, eo quod decretis concilii Nicæni minime acquiescerent. Simulque

## ΚΕΦΑΛ. Η'.

*Περὶ τῶν εἰς Ῥώμην ἀπελαθέντων ἑῴων ἀρχιερέων· καὶ οἷα περὶ αὐτῶν Ἰούλιος ὁ Ῥώμης γράφει. Καὶ ὡς ἔλαβον αὖθις γράμμασιν Ἰουλίου Παῦλος καὶ Ἀθανάσιος τοὺς ἰδίους θρόνους· καὶ οἷα οἱ τῆς ἕω ἀρχιερεῖς πρὸς Ἰούλιον ἔγραψαν.*

Ἀθανάσιος δὲ φεύγων ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας, εἰς C Ῥώμην ἀφίκετο. Κατ' αὐτὸ δὲ συνέβη καὶ Παῦλον τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον συνδραμεῖν, καὶ Μάρκελλον τὸν Ἀγκύρας, καὶ Ἀσκληπᾶν τὸν Γάζης, ὃς ἐναντίος ὢν τοῖς Ἀρείου, γραφὴν ὑπομείνας πρὸς ἑτεροδόξων τινῶν ὡς θυσιαστήριον ἀνατρέψας (76), καθῃρέθη. Ἀλλ' ἀντὶ τούτου μὲν ἐπιτρέπεται τὴν Γαζαίων Ἐκκλησίαν Κυντιανός. Καὶ Λούκιος δὲ ὁ Ἀδριανουπόλεως ἐπίσκοπος, ἐπ' ἄλλῳ κατηγορηθεὶς, καὶ τῆς ὑπ' αὐτὸν Ἐκκλησίας ἀφαιρεθεὶς, ἐν Ῥώμῃ διῆγε. Μαθὼν δὲ ὁ Ῥωμαίων ἐπίσκοπος τὰ ἑκάστου ἐγκλήματα, ἐπειδὴ πάντας ὁμονοοῦντας εὗρε περὶ τὸ δόγμα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ὡς ὁμοδόξους αὐτοὺς εἰς κοινωνίαν προσήκατο. Οἷα δὲ τῆς πάντων κηδεμονίας αὐτῷ προσηκούσης (77) διὰ τὴν ἀξίαν τοῦ θρόνου, ἑκάστῳ τὴν ἰδίαν Ἐκκλησίαν ἀπέδωκε. Καὶ D τοῖς ἀνὰ τὴν ἕω ἐπισκόποις ἔγραφε, μεμφόμενος ὡς οὐκ ὀρθῶς βουλευσαμένοις περὶ τοὺς ἄνδρας, καὶ τὰς Ἐκκλησίας ταράττουσι, τῷ μὴ ἐμμένειν τοῖς ἐν Νικαίᾳ δόξασιν. Ὀλίγους δὲ ἐκ πάντων εἰς ῥητὴν

[1] Socr. lib. II, c. 14. [2] ibid. c. 15, 16.

## VALESII ANNOTATIONES.

(76) Ὡς θυσιαστήριον ἀνατρέψας. In epistola Orientalium apud Serdicam episcoporum, quæ habetur in Fragmentis Hilarii, idem de Asclepa refertur his verbis : *Sed in civitate Gazæ provinciæ Palæstinæ post reditum suum Asclepas altare comminuit, multasque seditiones effecit.*

(77) Τῆς πάντων κηδεμονίας αὐτῷ προσηκούσης. Notandum est hoc testimonium Græci scriptoris, de potestate Romani pontificis per universas Ecclesias. Idem quoque notavit antiquarius, qui codicem Fuketianum descripsit. Ad hunc enim locum in margine adnotavit hæc verba : Σημείωσαι τὸ ἀξίωμα τοῦ Ῥώμης ἐπισκόπου.

Digitized by Google

ἡμέραν παρεῖναι ἐκέλευσε, διελέγξοντας δικαίαν ἐπ' αὐτοῖς ἐνηνοχέναι τὴν ψῆφον· ἢ τοῦ λοιποῦ οὐκ ἀνέξεσθαι ἠπείλησεν, εἰ μὴ παύσοιντο νεωτερίζοντες. Καὶ ὁ μὲν τάδε ἔγραψεν. Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Ἀθανάσιον καὶ Παῦλον, ἕκαστος τὸν ἑαυτοῦ κατείληφε θρόνον, καὶ τὰς Ἰουλίου ἐπιστολὰς διεπέμψαντο τοῖς ἀνὰ τὴν ἕω ἐπισκόποις. Οἱ δὲ ἐπὶ ταύταις χαλεπῶς ἤνεγκαν· καὶ συλλεγέντες ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἀντέγραψαν Ἰουλίῳ κεκαλλιεπημένην τινὰ (78), καὶ δικανικῶς συντεταγμένην ἐπιστολὴν, εἰρωνείας τε πολλῆς ἀνάπλεων, καὶ ἀπειλῆς οὐκ ἀμοιροῦσαν δεινοτάτης. Φέρειν μὲν γὰρ πᾶσι φιλοτιμίαν τὴν Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν (79) ἐν τοῖς γράμμασιν ὡμολόγουν, ὡς ἀποστόλων φροντιστήριον, καὶ εὐσεβείας μητρόπολιν ἐξ ἀρχῆς γεγενημένην· εἰ καὶ ἐκ τῆς ἕω ἐνεδήμησαν αὐτῇ οἱ τοῦ δόγματος εἰσηγηταί. Οὐ παρὰ τοῦτο δὲ τὰ δευτερεῖα φέρειν ἠξίουν, ὅτι μὴ μεγέθει ἢ πλήθει Ἐκκλησίας πλεονεκτοῦσιν (80), ὡς ἀρετῇ καὶ προαιρέσει νικῶντες. Εἰς ἐγκλήματα δὲ προφέροντες Ἰουλίῳ τὸ κοινωνῆσαι τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἀθανάσιον, ἐχαλέπαινον ὡς ὑβρισμένης αὐτῶν τῆς συνόδου, καὶ τῆς ἀποφάσεως ἀναιρεθείσης· καὶ τὸ γενόμενον, ὡς ἄδικον καὶ ἐκκλησιαστικοῦ θεσμοῦ ἀπᾷδον διέβαλλον. Ἐπὶ τούτοις δὲ ὧδέ πως μεμψάμενοι, καὶ δεινὰ πεπονθέναι μαρτυράμενοι, δεχομένῳ μὲν Ἰουλίῳ τὴν καθαίρεσιν τῶν πρὸς αὐτῶν ἐληλαμένων, καὶ τὴν κατάστασιν τῶν ἀντ' αὐτῶν χειροτονηθέντων, εἰρήνην καὶ κοινωνίαν ἐπηγγέλλοντο· ἀνθισταμένῳ δὲ τοῖς δεδογμένοις, τἀναντία προηγόρευσαν. Ἐπεὶ καὶ τοὺς πρὸ αὐτῶν ἀνὰ τὴν ἕω ἱερέας οὐδὲν ἀντειπεῖν ἰσχυρίζοντο, ἡνίκα Ναυατιανὸς τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἠλάθη. Περὶ δὲ τῶν πεπραγμένων περὶ τὰ δόξαντα (81) τοῖς

A **108** paucos ex illorum numero ad constitutum diem adesse jussit, qui docerent justam ab ipsis prolatam fuisse sententiam: minatusque est se in posterum non passurum, nisi a novandi studio absisterent. Et Julius quidem ista scripsit. Athanasius autem et Paulus suas sedes receperunt, et epistolas Julii ad Orientales miserunt episcopos. Quas cum illi permoleste ferrent, Antiochiæ in unum congregati, scripserunt vicissim ad Julium epistolam, exquisita verborum elegantia, et oratorio more compositam, plenam tamen cavillationis, nec expertem gravissimarum minarum. Nam in litteris suis fatebantur, Romanorum quidem Ecclesiam apud omnes magnificam esse, quippe quæ jam inde ab initio domicilium apo- B stolorum et pietatis origo ac metropolis exstiterit, licet fidei doctores ad eam ex Orientis partibus advenissent. Non tamen æquum censebant, idcirco se inferiore loco haberi, quod magnitudine Ecclesiæ et multitudine superarentur: quippe qui virtute et animi proposito superiores essent. Deinde criminis loco objicientes Julio quod cum Athanasio communicasset, indignabantur perinde ac si ipsorum synodus contumelia affecta esset, et judicium abrogatum. Idque facinus, ut injustum et ab ecclesiasticis legibus alienum, reprehendebant. His de rebus ita conquesti, gravique injuria se affectos esse testati, pacem quidem et communicationem Julio polliciti sunt, si depositionem eorum qui ab ipsis fuerant expulsi, et ordi- C nationem illorum qui in priorum locum substituti fuerant, admittere voluisset: si vero decretis

## VALESII ANNOTATIONES.

(78) *Ἀντέγραψαν Ἰουλίῳ κεκαλλιεπημένην τινά.* Idem testatur Julius Papa in *Epistola ad Orientales*, quam profert Athanasius in secundo *Apologetico adversus Arianos*, qua respondet epistolæ Orientalium episcoporum, de qua hic loquitur Sozomenus. Initio enim ejus epistolæ queritur Julius, litteras Orientalium scriptas fuisse μετὰ φιλονεικίας, id est contentiose, et μετὰ ἀλαζονείας καὶ ὑπεροψίας, id est superbe et arroganter: et μετὰ εἰρωνείας, id est cum simulatione ac derisione: denique φιλοτιμίας λόγων ἕνεκα, id est ostentandæ eloquentiæ causa. Quæ omnia egregie conveniunt cum iis quæ hic a Sozomeno referuntur. Quod enim Julius dixit μετὰ φιλονεικίας, id Sozomenus expressit his verbis, δικανικῶς συντεταγμένην ἐπιστολήν. Quod vero Julius dixit, φιλοτιμίας λόγων ἕνεκεν, pro eo Sozomenus habet κεκαλλιεπημένην. Jam pro eo quod Julius dicit, μετὰ εἰρωνείας τινὸς eam scriptam fuisse ita ut in speciem quidem honore ipsum afficere viderentur Orientales: reipsa tamen eum deriderent: Sozomenus habet εἰρωνείας πολλῆς ἀνάπλεων. Sed quod Sozomenus ait, epistolam illam Orientalium ad Julium papam scriptam fuisse non in synodo Antiochena quæ in Encæniis celebrata est Marcellino, et Probino consulibus, sed in alia posteriore synodo Antiochensi; in eo manifeste fallitur, ut ostendi in libro primo *Observationum ecclesiasticarum.*

(79) *Φέρειν μὲν γὰρ πᾶσι φιλοτιμίαν τὴν Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν.* Epiphanius Scholasticus hunc locum ita vertit, *Fatebantur enim circa omnes Romanorum Ecclesiam esse munificam.* Quam versionem secutus est Musculus, qui sic vertit: *Romanam Ecclesiam liberalem ferri erga quosvis.* Verum hæc interpretatio nullo modo congruit cum sequentibus. Quod cum animadvertisset Christophorsonus, ita maluit interpretari: *Fatebantur Ecclesiam Romanam primas apud omnes ferre.* Sed neque hæc versio tolerari potest. Neque enim in Græco est παρὰ πᾶσι. Joannes Langus qui Nicephorum interpretatus est, hæc Sozomeni verba, quæ apud Nicephorum quoque leguntur, ita transtulit: *Romanæ quidem urbi ab omnibus observantiam exhiberi et honorem.* Ego vero non dubito quin hic locus ita vertendus sit, *Fatebantur enim Ecclesiam quidem Romanam apud omnes ambitiose sese jactare.*

D (80) *Ὅτι μὴ μεγέθει ἢ πλήθει ἐκκλησίας πλεονεκτοῦσιν.* Orientales in epistola sua ad Julium papam, inter cætera dixerant, episcopos non ex urbium aut ecclesiarum magnitudine esse judicandos. Quibus respondens Julius Papa apud Athanasium in *Apologetico secundo*, pag. 744, ita eos compellat: *Cur ergo*, inquit, *a minoribus civitatibus ad majores transilitis?* Εἰ οὖν ἀληθῶς ἴσην καὶ τὴν αὐτὴν ἡγεῖσθε τιμὴν τῶν ἐπισκόπων, καὶ μὴ ἐκ τοῦ μεγέθους τῶν πόλεων, ὡς γράφετε, κρίνετε τοὺς ἐπισκόπους, ἔδει τὸν πεπιστευμένον μικρὰν, μένειν ἐν τῇ πιστευθείσῃ, etc.

(81) *Περὶ δὲ τῶν πεπραγμένων περὶ τὰ δόξαντα.* Scribendum est procul dubio παρὰ τὰ δόξαντα τοῖς ἐν Νικαίᾳ συνελθοῦσι, quemadmodum legit Epiphanius Scholasticus, sicut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit, *de his autem quæ præter commune placitum in concilio Nicæno gesta sunt*, etc.

Digitized by Google

ipsorum resisteret, contraria denuntiabant. Nam et episcopos Orientis qui ipsos ætate antecessissent, neutiquam contradixisse affirmabant, tunc cum Novatianus Ecclesia Romana ejectus est. De iis autem quæ gesserant contra decreta synodi Nicænæ, nihil ei rescripserunt: multas quidem se habere causas significantes, easque necessarias, quibus factum suum defenderent: imprævsentiarum vero superfluum arbitrantes, earum rerum defensionem instituere, cum generaliter in omnibus injuste se gessisse arguerentur.

A ἐν Νικαίᾳ συνελθοῦσιν, οὐδὲν αὐτῷ ἀντέγραψαν, πολλὰς μὲν αἰτίας ἔχειν εἰς παραίτησιν ἀναγκαίαν τῶν γεγενημένων δηλώσαντες· ἀπολογεῖσθαι δὲ νῦν ὑπὲρ τούτων περιττὸν εἰπόντες, ὡς ἅπαξ ὁμοῦ ἐπὶ πᾶσιν ἀδικεῖν ὑπονοηθέντες.

104 CAP. IX.

*Quomodo ejectus est Paulus, ejusque loco Macedonius in sedem Constantinopolitanum inductus.*

Et Julio quidem scripserunt ad hunc modum. Apud imperatorem autem Constantium rursus calumniati sunt episcopos illos quos deposuerant. Hic igitur tum temporis Antiochiæ degens, scribit Philippo præfecto prætorio qui tunc Constantinopoli morabatur, ut Paulum quidem urbe expelleret, Macedonio vero Ecclesiam restitueret. Præfectus vero qui plebis tumultum metuebat, antequam præceptum imperatoris evulgaretur, ad publicum balneum, amplum admodum atque illustre, quod Zeuxippus dicitur, progressus, Paulum ad se accivit, quasi de negotiis publicis cum eo acturus. Cumque ille statim advenisset, Philippus imperatoris litteras ei ostendit, simulque clam per palatium quod vicinum est balneo, eum ad mare deduci præcepit: et navigio impositum Thessalonicam misit, ex qua urbe majores ejus orti esse dicebantur. Et Orientis quidem partibus prorsus ei interdixit: in Illyricum vero et ulteriores provincias pedem inferre nequaquam prohibuit. Egressus deinde ex prætorio, ad ecclesiam perrexit, secum in curru sedentem habens Macedonium. At populus: his enim rebus gestis innumerabiles in unum convenerant: ecclesiam statim complevit. Quippe singuli tam ex Arianis, quam ex Pauli fautoribus, eam occupare summo studio contendebant. Postquam præfectus una cum Macedonio ad fores accessit ecclesiæ, cum plebs a militibus ut transitus ipsis præberetur impulsa, retrocedere non posset, utpote refertis ulterioribus locis: milites arbitrati plebem de industria resistere, plurimos gladiis obtruncarunt. Multi etiam a se vicissim obtriti interierunt. Hac ratione perfectum est id quod jusserat imperator, et Macedonius ecclesias obtinuit. Ac Paulus quidem præter exspectationem Constantinopolitana Ecclesia spoliatus est in hunc modum. Athanasius vero fuga elapsus, sese occultabat, minas Constantii reformidans. Etenim imperator mortem ei minatus fuerat, motus calumniis Arianorum, qui seditiones ab illo excitari dicebant, eoque in urbem ingrediente multos peremptos fuisse. Illud vero præcipue imperatori bilem movit, quod annonam quam imperator Constantinus pauperibus urbis Alexandriæ donaverat, illum vendidisse dicebant, et in suum vertisse compendium.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

*Ὅπως ἐξηλάθη Παῦλος καὶ Ἀθανάσιος, καὶ ἀντεισήχθη Μακεδόνιος εἰς τὴν Κωνσταντίνου.*

Ἰουλίῳ μὲν οὖν τοιάδε ἔγραψαν. Πρὸς δὲ βασιλέα Κωνστάντιον διέβαλον αὖθις τοὺς πρὸς αὐτῶν καθῃρημένους. Ὁ δὲ, ἐν Ἀντιοχείᾳ τότε διατρίβων, γράB φει Φιλίππῳ τῷ ὑπάρχῳ (82) ἐν Κωνσταντινουπόλει ὄντι, πάλιν Μακεδονίῳ τὴν Ἐκκλησίαν ἀποδοῦναι, Παῦλον δὲ ἐξελάσαι τῆς πόλεως. Δείσας δὲ τὴν τοῦ πλήθους κίνησιν ὁ ὕπαρχος, πρὶν ἔκπυστον γενέσθαι τὴν βασιλέως πρόσταξιν, προσελθὼν εἰς δημόσιον λουτρὸν ᾧ ὄνομα Ζεύξιππος, περιφανὲς δὲ τοῦτο καὶ μέγιστον, ὡς περὶ κοινῶν πραγμάτων κοινωσόμενος, μετεκαλέσατο Παῦλον· παραγενομένῳ δὲ εὐθὺς, τοῦ βασιλέως ἐπέδειξε τὸ γράμμα· λάθρα τε διὰ τῶν βασιλείων τῷ λουτρῷ παρακειμένων, ἐπὶ θάλασσαν αὐτὸν ἀχθῆναι προστάξας, εἰς πλοῖον ἐπεβίβασε, καὶ εἰς Θεσσαλονίκην ἔπεμψεν, ὅθεν καὶ τοὺς προγόνους ἔχειν ἐλέγετο, παντελῶς τε τὴν κατὰ τὴν ἕω ἀρχομένην φεύγειν κατεδίκασεν αὐτόν· Ἰλλυριῶν δὲ καὶ τῆς ἐπέκεινα γῆς ἐπιβαίνειν οὐκ C ἐκώλυσεν. Ἐξελθὼν δὲ ἐκ τοῦ δικαστηρίου, συνοχούμενον αὐτῷ Μακεδόνιον ἔχων, ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν ᾔει. Τὸ δὲ πλῆθος· ἤδη γὰρ τούτων γενομένων, ἄφατοι συνελέγησαν· εὐθὺς τὴν ἐκκλησίαν ἐπλήρωσαν· ἕκαστοι γὰρ αὐτὴν, οἵ τε ἀπὸ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως, οἵ τε Παῦλον ἐπαινοῦντες, προκαταλαβεῖν ἐσπούδασαν. Ἐπεὶ δὲ πρὸς ταῖς θύραις τῆς ἐκκλησίας ἐγένετο ὁ ὕπαρχος, σὺν αὐτῷ δὲ καὶ Μακεδόνιος, τὸ δὲ πλῆθος ὅπως αὐτοῖς πάροδος γένηται πρὸς τῶν στρατιωτῶν ὠθούμενον, ὑποχωρεῖν οὐκ ἠδύνατο, τοῦ πρόσω σεσαγμένου, ὑπολαβόντες οἱ στρατιῶται ἑκοντὶ μὴ εἴκειν τὸν ὄχλον, πολλοὺς τοῖς ξίφεσι διεχειρίσαντο. Πολλοὶ δὲ καὶ ὑπ' ἀλλήλων πατούμενοι διεφθάρησαν. Τὸ δὲ βασιλεῖ δόξαν οὕτως D ἐγένετο, καὶ τὰς Ἐκκλησίας παρέλαβε Μακεδόνιος. Ὁ μὲν δὴ Παῦλος ἀδοκήτως ὧδε τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἐκκλησίας ἀφῃρέθη. Ἀθανάσιος δὲ φεύγων, ἀφανὴς ἦν, δείσας τὴν Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως ἀπειλήν. Θανάτῳ γὰρ αὐτὸν ζημιοῦν ἠπείλησεν, αἰτιωμένων τῶν ἑτεροδόξων ὡς στάσεις ἐργάζοιτο, καὶ εἰσιόντος αὐτοῦ πολλοὶ τεθνήκασι. Τὸ δὲ μάλιστα πρὸς ὀργὴν τὸν βασιλέα κινῆσαν ἦν, ὅτι καὶ σιτηρέσιον ἔλεγον αὐτὸν πωλοῦντα ἀποκερδαίνειν, ὃ δὴ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πτωχοῖς ἐδωρήσατο.

VALESII ANNOTATIONES.

(82) *Γράφει Φιλίππῳ τῷ ὑπάρχῳ.* Vide quæ notavi ad librum secundum Socratis cap. 16. ubi hunc errorem Sozomeni, qui ei cum Socrate communis est, fusius refutavi.

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛ. Ι'.

*Οἷα ὁ Ῥώμης ἔγραψεν ὑπὲρ Ἀθανασίου τοῖς ἀνὰ τὴν ἕω ἐπισκόποις, καὶ ὡς ἐστάλησαν εἰς Ῥώμην ἐπίσκοποι, συνδιασκεψόμενοι τῷ Ῥώμης τὰ κατὰ τῶν ἑῴων ἐπισκόπων ἐγκλήματα. Καὶ ὡς ἀπεπέμφθησαν παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ Καίσαρος.*

Τῶν δὲ ἐξ Αἰγύπτου ἐπισκόπων ψευδῆ ταῦτα εἶναι γραψάντων, μαθὼν Ἰούλιος οὐκ ἀσφαλὲς Ἀθανασίῳ τέως ἐν Αἰγύπτῳ διάγειν, τὸν μὲν πρὸς ἑαυτὸν μετεκαλέσατο. Τοῖς δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ συνελθοῦσιν, ἔτυχε γὰρ τηνικαῦτα τὴν τούτων δεξάμενος ἐπιστολὴν, ἔγραψεν ἐγκαλῶν, ὡς λάθρα περὶ τὸ δόγμα τῆς ἐν Νικαίᾳ (83) συνόδου νεωτερίζουσι, καὶ παρὰ τοὺς νόμους τῆς Ἐκκλησίας αὐτὸν εἰς τὴν σύνοδον οὐ κεκλήκασιν. Εἶναι γὰρ νόμον ἱερατικὸν (84), ὡς ἄκυρα ἀποφαίνειν τὰ παρὰ γνώμην [f] πραττόμενα B τοῦ Ῥωμαίων ἐπισκόπου. Τὰ δὲ ἐν Τύρῳ καὶ ἐν τῷ Μαρεώτῃ, μὴ ἐν δίκῃ πεπρᾶχθαι κατὰ Ἀθανασίου· κατηγορεῖν δὲ τῶν μὲν, τὴν κατὰ Ἀρσένιον (85) συκοφαντίαν· τῶν δὲ ἐν τῷ Μαρεώτῃ, τὴν Ἀθανασίου ἀπουσίαν. Ἐφ' ἅπασι δὲ, τὸ αὔθαδες τῶν γραμμάτων ἐμέμφετο. Καὶ ἐκ τούτων δὲ καὶ ἐκ πάντων ἀνελογίζετο χρῆναι βοηθεῖν Ἀθανασίῳ καὶ Παύλῳ. Μετ' οὐ πολὺ γὰρ καὶ αὐτὸς εἰς Ἰταλίαν παραγενόμενος, τὰ κατ' αὐτὸν ἀπωδύρετο. Ἐπεὶ δὲ ἐξ ὧν ἔγραψε περὶ αὐτῶν τοῖς ἀνὰ τὴν ἕω ἱερεῦσιν, οὐδὲν ἤνυε, δῆλα τὰ κατ' αὐτοὺς ἐποίησε Κώνσταντι τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ Κωνσταντίῳ τῷ ἀδελφῷ ἔγραψε, πέμψαι τινὰς τῶν ἀπὸ τῆς ἕω ἐπισκόπων, ἀπολογησομένους περὶ τῆς αὐτῶν καθαιρέσεως. Καὶ αἱροῦνται ἐπὶ τούτῳ τρεῖς, Νάρκισσος ὁ Εἰρηνοπόλεως τῆς Κιλικίας ἐπίσκοπος, καὶ Θεόδωρος ὁ Ἡρακλείας τῆς Θρᾴκης, C

A

## 105 CAP. X.

*Quidnam episcopus Romanus pro Athanasio scripserit ad Orientales episcopos: utque Romam missi sint qui una cum episcopo Romano crimina quæ Orientalibus objiciebantur, examinarent; et quomodo a Constante dimissi sint.*

Sed cum episcopi Ægypti hæc falsa esse scripsissent, animadvertens Julius Athanasium non posse tuto in Ægypto degere, eum quidem ad se evocavit. Ad episcopos vero qui Antiochiæ convenerant (eorum enim tunc temporis acceperat epistolam), litteras scripsit, quibus eos accusabat quod Nicæni concilii fidem clanculo innovarent, et quod præter Ecclesiæ leges ipsum ad synodum non vocassent. Legem enim esse pontificiam, ut B pro irritis habeantur quæ præter sententiam episcopi Romani fuerint gesta. Ea porro quæ apud Tyrum et in Mareote contra Athanasium acta essent, non ex juris præscripto acta esse. Nam ea quidem quæ Tyri acta fuerant, fraudis convinci ex calumnia ficta de Arsenio : quæ autem in Mareote gesta essent, confutari ex absentia Athanasii; postremo arrogantiam litterarum reprehendebat. His aliisque de causis, æquum omnino esse censebat, ut Athanasio et Paulo succurreret. Nam et ille non multo post in Italiam advenerat et calamitates suas deplorabat. Sed cum litteris quas ad Orientis sacerdotes de Athanasio et Paulo scripserat, nihil proficeret, causam eorum ad imperatorem Constantem retulit. Ille vero Constantio fratri scripsit, ut ex Orientis episcopis quosdam mitteret, C qui depositionis illorum rationem redderent. Tres

### VALESII ANNOTATIONES.

(83) *Περὶ τὸ δόγμα τῆς ἐν Νικαίᾳ*, etc. Nicephorus legit παρά. Hunc enim Sozomeni locum ita expressit : ὡς λαθραίως παρὰ τὰ ἐν Νικαίᾳ δεδογμένα νεωτερίζειν. Quam quidem scripturam vulgatæ longe antepono. Qui manuscriptos codices evolverunt, non ignorant has duas præpositiones a librariis sæpe confundi. Cujus rei exemplum paulo ante observavi.

(84) *Εἶναι γὰρ νόμον ἱερατικόν*. Vide si placet quæ notavi ad caput 17 libri II *Historiæ* Socratis, ex quo hæc desumpsit Sozomenus. Nihil enim attinet hic repetere ea quæ illic observata sunt. Pro ἱερατικὸν νόμον, Nicephorus posuit ἐκκλησιαστικόν.

(85) *Τῶν μὲν τὴν κατὰ Ἀρσένιον*. Hunc locum D duarum vocum adjectione supplendum esse existimo in hunc modum : κατηγορεῖν δὲ τῶν μὲν ἐν Τύρῳ τὴν κατὰ Ἀρσένιον συκοφαντίαν. Duo enim inique acta esse dicit adversus Athanasium, tum ea quæ gesta sunt Tyri; tum ea quæ gesta sunt in Mareote. Τὰ δὲ ἐν Τύρῳ καὶ ἐν τῷ Μαρεώτῃ, μὴ ἐν δίκῃ πεπρᾶχθαι κατὰ Ἀθανασίου. Deinde utrumque probat hoc modo. Ea quidem quæ gesta sunt Tyri, iniqua esse apparet ex calumnia de cæde Arsenii. Ea vero quæ acta sunt in Mareote, injusta esse convincit absentia Athanasii. Nihil certius hac emendatione. Aut enim addenda sunt hæc verba, aut certe subaudienda. Vide *Epistolam Julii papæ ad Orientales*, pagina 746, ex qua Sozomenus hæc desumpsit.

### VARIORUM.

[f] *Ἄκυρα ἀποφαίνειν τὰ παρὰ γνώμην*. Primam sententiam et suffragii prærogativam disertissime sedi suæ asserit Julius ex recepta consuetudine (vid. *Epist.* ejus apud Athanas. *Apol. contra Arianos*, n. 35), qua in rebus communibus Ecclesiæ universalis statum contingentibus (qualis erat Athanasii causa quæ fidem respiciebat), non autem in cæteris disciplinæ negotiis, uteretur. Atque hoc est quod contendimus. Cæterum hoc non adimit suffragiorum libertatem cæteris episcopis; quemadmodum profitetur Julius in eadem epistola. Canone autem Nicæno sexto primatus defertur Romano episcopo præ cæteris patriarchis; quemadmodum et synodus œcumenica secunda, et judices cognitores in concilio Chalcedonensi canonem illum interpretati sunt. Relectis enim canone Nicæno VI, et canone CP. in synodo Chalcedonensi, judices pronuntiarunt primatum deberi Romanæ sedi juxta canones : *Perpendimus omnem quidem primatum et honorem præcipuum secundum canones antiquæ Romæ Dei amantissimo archiepiscopo conservari.* Hunc quoque canonem Nicænum respexit Novella Valentiniani, cum ait, B. Petri merito, urbis dignitate et auctoritate, firmatum fuisse primatum Romanæ Ecclesiæ. Unde in vetustissima canonum interpretatione, quam Paschasinus in concilio Chalcedonensi protulit, lemma canonis Nicæni ita conceptum est : *Quod Ecclesia Romana semper habuit primatum*, ἡ Ἐκκλησία Ῥώμης πάντοτε ἔσχε τὰ πρωτεῖα. Illustriss. Petrus de Marca, *De concordia sacerd. et imp.*, part. II, lib. V, cap. 12. n. 2, 3.

Digitized by Google

igitur ad eam rem eliguntur episcopi : Narcissus episcopus Irenopolis in Cilicia, Theodorus Heracleæ in Thracia, et Marcus Arethusæ quæ est in Syria. Qui cum in Italiam venissent, acta **106** sua defendere cœperunt, et imperatori persuadere conati sunt, Orientalis synodi justam fuisse sententiam. Sed cum ab iis exigeretur ut fidem suam exponerent, formulam quidem fidei quæ Antiochiæ ab ipsis fuerat promulgata, occultarunt : aliam vero professionem libello comprehensam obtulerunt, et ipsam a fide in Nicæno concilio comprobata nihil secius discrepantem. Itaque Constans, cum animadverteret eos injuste insidiatos esse Paulo atque Athanasio, nec ob crimina aut ob vitæ turpitudinem, ut depositionis sententia continebat, sed ob dissensionem fidei, illorum communionem esse aversatos, in patriam eos remisit, cum persuadere nequivissent id cujus gratia venerant.

A καὶ Μάρκος ὁ Ἀρεθούσης τῆς Συρίας. Καὶ παραγενόμενοι εἰς Ἰταλίαν, τοῖς ὑπ' αὐτῶν πεπραγμένοις ἰσχυρίζοντο, καὶ τὸν βασιλέα πείθειν ἐπειρῶντο, δικαίαν εἶναι τῆς ἀνατολικῆς συνόδου τὴν κρίσιν. Ἀπαιτούμενοι δὲ λέγειν ὅπως πιστεύσωσι, τὴν μὲν ἐκτεθεῖσαν παρ' αὐτῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀπεκρύψαντο· ἑτέραν δὲ ἔγγραφον ὁμολογίαν ἐκδεδώκασι, καὶ οὕτως ἀπᾴδουσαν τῆς ἐν Νικαίᾳ δοκιμασθείσης. Συνιδὼν δὲ Κώνστας ὡς ἀδίκως ἐπεβούλευσαν τοῖς ἀνδράσιν, οὐκ ἐγκλημάτων ἕνεκεν, οὐδὲ βίου, ἀποστρεφόμενοι τὴν πρὸς αὐτοὺς κοινωνίαν, ὡς αἱ καθαιρέσεις εἶχον, ἀλλὰ τῆς περὶ τὸ δόγμα διαφωνίας, ἀπέπεμψαν τούτους (86), μὴ πείσαντας περὶ ὧν ἐληλύθεισαν.

## CAP. XI.

*De prolixa fidei formula et de his quæ acta sunt in synodo Serdicensi; et quomodo Orientales Julium Romanum episcopum, et Hosium Hispanum deposuerint, eo quod cum Athanasio et cæteris communicassent.*

Elapsis deinde tribus annis, rursus Orientales episcopi aliam fidei formulam ad Occidentis episcopos miserunt, quæ μακρόστιχος vulgo cognominatur, eo quod prolixiori sermone conscripta sit quam superiores [1]. In hac substantiæ quidem Dei nullam mentionem fecere. Eos vero qui dicunt Filium ex nihilo, aut ex altera hypostasi, non autem ex Deo : et tempus aut sæculum aliquando fuisse cum is non esset, excommunicarunt. Hanc porro expositionem cum Eudoxius episcopus Germaniciæ, et Martyrius ac Macedonius detulissent, Occidentis sacerdotes suscipere noluerunt : decretis enim synodi Nicænæ se contentos esse dicebant, nec prætera quidquam curiosius esse inquirendum. Cumque Constans Augustus id beneficii loco a fratre suo postulasset, ut Athanasium in sedem suam restitueret, nec tamen litteris suis quidquam proficeret, obsistentibus scilicet hæreticæ factionis hominibus : Athanasius vero ac Paulus Constantem adeuntes, synodum fieri flagitarent, tanquam idcirco insidiis appetiti ut rectæ fidei doctrina subverteretur; ex communi consensu utriusque imperatoris placuit, ut tam Orientis quam Occidentis partium episcopi constituto die Serdicam

## B ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

*Περὶ τῆς μακροστίχου ἐκθέσεως· καὶ περὶ τῶν ἐν Σαρδικῇ συνόδῳ γεγενημένων· ὡς καθεῖλον οἱ τῆς ἑῴας Ἰούλιον τὸν Ῥώμης, καὶ Ὅσιον τὸν Σπάνιον ἐπίσκοπον, ὡς Ἀθανασίῳ καὶ τοῖς λοιποῖς κοινωνήσαντας.*

Τριῶν δὲ ἤδη γενομένων ἐνιαυτῶν [6], πάλιν οἱ ἐπὶ τῆς ἕω ἐπίσκοποι, τοῖς ἀνὰ τὴν δύσιν ἑτέραν διεπέμψαντο γραφὴν, ἣν μακρόστιχον ἔκθεσιν ὀνομάζουσιν, ὡς διὰ πλειόνων ῥημάτων τε καὶ ὀνομάτων παρὰ τὰς προτέρας συγκειμένην. Καὶ οὐσίας μὲν ἐν ταύτῃ Θεοῦ μνήμην οὐκ ἐποιήσαντο. Τοὺς δὲ λέγοντας ἐξ οὐκ ὄντων τὸν Υἱὸν, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, οὐκ ἐκ Θεοῦ, καὶ ὅτι ἦν ποτε χρόνος ἢ αἰὼν ὅτε οὐκ ἦν, ἀπεκήρυττον. Εὐδοξίου δὲ, ὃς τῆς Γερμανικείας ἐπίσκοπος ἦν, Μαρτυρίου τε καὶ Μα-
C κεδονίου διακομισάντων ταύτην τὴν γραφὴν, οὐ προσεδέξαντο οἱ ἀνὰ τὴν δύσιν ἱερεῖς. Ἀρκεῖσθαι γὰρ ἔφασαν τοῖς ἐν Νικαίᾳ δόξασι, καὶ παρὰ ταῦτα πολυπραγμονεῖν οὐδὲν λοιπὸν ᾤοντο δεῖν. Ἐπεὶ δὲ Κώνστας ὁ βασιλεὺς ᾔτει χάριν τὸν ἀδελφὸν, ὥστε τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἀθανάσιον τοὺς οἰκείους ἀπολαβεῖν θρόνους, καὶ γράφων οὐδὲν ἤνυεν, ἀντιπραττόντων τῶν ἀπὸ τῆς ἐναντίας αἱρέσεως· οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀθανάσιον καὶ Παῦλον, προσιόντες αὐτῷ γενέσθαι σύνοδον ἐζήτουν, ὡς ἐπὶ καθαιρέσει τῶν ὀρθῶν δογμάτων ἐπιβουλευθέντες, ἔδοξε γνώμῃ τῶν βασιλέων, τοὺς ἀφ' ἑκατέρας ἀρχομένης ἐπισκόπους, εἰς ῥητὴν ἡμέραν καταλαβεῖν τὴν Σαρδῶ· πόλις δὲ αὕτη Ἰλ-
D λυριῶν. Συνελθόντες δὲ πρῶτον εἰς Φιλίππου πόλιν

[1] Socr. lib. II, c. 19, 20.

## VALESII ANNOTATIONES.

(86) *Ἀπέπεμψαν τούτους.* Scribendum est procul dubio ἀπέπεμψε. Loquitur enim de Constante Augusto, qui legatos illos in Orientem remisit. Certe Nicephorus habet ὀπίσω ἀνέπεμπε.

## VARIORUM.

[6] *Τριῶν δὲ ἤδη γενομένων ἐνιαυτῶν.* Synodus Antiochena Arianorum, in qua prolixa fidei formula promulgata, quæ μακρόστιχος vulgo cognominatur, ante annum 345 celebrata non est. Vid. annot. ad Socr. l. II, c. 19. Tres anni non sunt computandi, ab Antiochena synodo in Encæniis habita, quod existimavit Baronius; sed a tempore quo Narcissus, Theodorus, Maris et Marcus Arethusanus novam fidei formulam, tanquam Antiochiæ conditam, ad Constantem Augustum pertulissent. Nam capite præcedenti tam Socrates quam Sozomenus, non de Antiochena synodo in Encæniis, sed de legatione Narcissi et sociorum sermonem habent. Porro hæc legatio anno 342 missa. Ant. Pagi ad ann. 344, n. 2.

Digitized by Google

τῆς Θρᾴκης οἱ ἀπὸ τῆς ἕω, γράφουσι τοῖς ἀπὸ τῆς δύσεως ἤδη ἐν Σαρδικῇ συνεληλυθόσιν, ἀπώσασθαι τοῦ συνεδρίου καὶ τῆς κοινωνίας τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἀθανάσιον, ὡς καθῃρημένους· ἄλλως δὲ μὴ συνιέναι ἔφασαν. Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ εἰς Σαρδικὴν παραγενόμενοι, ἰσχυρίζοντο μὴ ἐμβαλεῖν τῇ ἐκκλησίᾳ, συνιόντων τῶν πρὸς αὐτῶν καθῃρημένων. Πρὸς ταῦτα δὲ οἱ ἀπὸ τῆς δύσεως ἀντέγραψαν, ὡς οὐδέποτε τῆς πρὸς αὐτοὺς κοινωνίας ἀπέστησαν, οὔτε νῦν ταύτης ἀναχωρήσουσι· καὶ μάλιστα Ἰουλίου τοῦ Ῥωμαίων ἐπισκόπου τὰ κατ' αὐτοὺς ἐξετάσαντος, καὶ μὴ καταγνόντος. Παρεῖναι δὲ αὐτοὺς, καὶ ἑτοίμως ἔχειν δικάζεσθαι, καὶ αὖθις ἀπελέγξειν τὰς ἐπαχθείσας αὐτοῖς αἰτίας. Ὡς δὲ παρὰ σφᾶς τοιαῦτα δηλοῦντες οὐδὲν ἤνυον, ἤδη καὶ ὑπερημέρου τῆς κυρίας γενομένης, ἐν ᾗ κρίνειν ἔδει περὶ ὧν συνεληλύθεσαν, τὸ τελευταῖον τοιαῦτα ἔγραψαν ἀλλήλοις, ἐξ ὧν εἰς μείζονα τῆς προτέρας δυσμενείας κατέστησαν. Καὶ καθ' ἑαυτοὺς συνελθόντες, ψήφους ἐναντίας ἤνεγκαν. Οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς Ἀνατολῆς, τὰ ἤδη αὐτοῖς δόξαντα ἐπὶ Ἀθανασίῳ καὶ Παύλῳ καὶ Μαρκέλλῳ καὶ Ἀσκληπᾷ κυρώσαντες, καθεῖλον Ἰούλιον τὸν Ῥώμης ἐπίσκοπον, ὡς ἄρξαντα τῆς πρὸς αὐτοὺς κοινωνίας· Ὅσιόν τε τὸν ὁμολογητὴν, καὶ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, καὶ ὅτι φίλος ἐγένετο Παυλίνῳ καὶ Εὐσταθίῳ (87) τοῖς ἡγησαμένοις τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας· καὶ Μαξιμῖνον τὸν Τριβέρεως ἐπίσκοπον, ὡς πρῶτον Παύλῳ κοινωνήσαντα (88), καὶ αἴτιον αὐτῷ γενόμενον τῆς εἰς Κωνσταντινούπολιν καθόδου, καὶ τοὺς εἰς Γαλλίαν ἀπὸ τῆς ἕω παραγενομένους ἐπισκόπους ἀποκηρύξαντα. Ἐπὶ τούτοις καθεῖλον καὶ Πρωτογένην τὸν Σαρδικῆς ἐπίσκοπον, καὶ Γαυδέντιον (89). Τὸν μὲν ὡς Μαρκέλλου ὑπερμαχοῦντα, πρότερον αὐτοῦ καταψηφισάμενον· τὸν δὲ Γαυδέντιον, ὡς ἐναντία σπουδάσαντα Κυριακῷ, ὃν διεδέξατο, καὶ περὶ πολλοῦ ποιούμενον τοὺς πρὸς αὐτῶν καθῃρημένους. Ταῦτα

A convenirent, quæ urbs est Illyrici. Igitur Orientales, cum Philippopolim Thraciæ prius convenissent, Occidentalibus jam Serdicæ congregatis scribunt, ut Athanasium a concilio et communione sua submoveant, utpote depositum episcopatu : alioqui se ad concilium venturos non esse. **107** Posthæc Serdicam ingressi, negarunt se in ecclesiam pedem illaturos, quandiu convenirent ii qui ab ipsis depositi fuissent. Ad hæc Occidentis episcopi rescripserunt, se nunquam ab illorum communione recessisse, nec impræsentiarum recessuros esse; præsertim cum Julius episcopus Romanus, examinato illorum negotio, eos neutiquam condemnasset. Adesse porro illos, paratos subire judicium, et crimina sibi illata iterum confutare. B His per litteras significatis, cum nihil apud illos proficerent, et præscriptus jam excessisset dies quo negotia, quorum gratia convenerant, dijudicari oportebat : ad extremum ea sibi ultro citroque scripserunt, per quæ infensiores quam antea facti sunt : et separatim collecti, contrarias sententias protulerunt. Etenim Orientales, posteaquam ea quæ contra Athanasium, Paulum, Marcellum et Asclepam gesserant, confirmassent, Julium Romanæ urbis episcopum deposuerunt, eo quod primus cum illis communicasset : Hosium item confessorem, tum ob eamdem causam, tum propterea quod Paulino et Eustathio qui Ecclesiæ Antiochenæ præfuerant, amicus exstitisset : Maxi- C minum denique Trevirorum episcopum, eo quod primus cum Paulo communicasset, auctorque illi fuisset redeundi Constantinopolim, quodque episcopos qui ex Orientis partibus in Gallias venerant, communione sua removisset. Præter hos deposuerunt etiam Protogenem episcopum Serdicæ, et Gaudentium. Illum quidem quod Mar-

## VALESII ANNOTATIONES.

(87) *Καὶ ὅτι φίλος ἐγένετο Παυλίνῳ καὶ Εὐσταθίῳ*. Exstat epistola synodica sive decretum Orientalium apud Serdicam episcoporum. Ubi notanda sunt hæc verba in depositione Hosii, *Sed et Hosium propter supradictam causam, et propter beatissimæ memoriæ Marcum*, etc. *Et quod convixerit in Oriente cum sceleratis ac perditis : turpiter namque Paulino quondam episcopo Antiochiæ individuus amicus fuit, homini qui primo maleficus fuerit accusatus, et de Ecclesia pulsus, usque in hodiernum diem in apostasia permanens, cum concubinis publice et meretricibus fornicetur : cujus maleficiorum libros Macedonius episcopus atque confessor a Mopso, combussit : sed et Eustathio et Cymathio adhærebat pessime et charus fuit, de quorum vitæ infamia turpi dicendi nihil est. Exitus enim illorum omnibus declaravit.* Dubitari merito potest, quisnam sit hic Paulinus episcopus Antiochiæ, quem tot probris lacerant Orientales episcopi. Equidem existimo hunc esse Paulinum, qui Philogenio Antiochensi episcopo successit. Quo deinde post breve temporis spatium Ecclesia expulso, Eustathius Antiochensem episcopatum adeptus est. Hujus Paulini notitiam uni Hieronymo debemus, qui ejus mentionem facit in *Chronico*, anno 22 Constantini, ita scribens : *Antiochiæ post Tyrannum 20 ordinatur episcopus Vitalis. Post quem 21 Philogonius : cui successit vicesimus secundus Paulinus : post quem 23 Eustathius. Quo in exsilium ob fidem truso, usque in præsentem diem Ariani Ecclesiam obtinuerunt : id est Eulalius, Euphronius, Eusebius, Placillus*, etc.

D (88) *Ὡς πρῶτον Παύλῳ κοινωνήσαντα*. Hæc ad verbum descripta sunt ex decreto Orientalium apud Serdicam episcoporum, in quo ita legitur : *Maximinum vero a Treviris, propter quod collegas nostros episcopos, quos ad Gallias miseramus, noluerit suscipere : et quoniam Paulo Constantinopolitano nefario homini ac perdito, primus ipse communicavit : et quod ipse tantæ cladis causa fuit, ut Paulus ad Constantinopolim civitatem revocaretur : propter quod homicidia multa facta sunt. Causa igitur homicidiorum tantorum ipse fuit, qui Paulum olim damnatum ad Constantinopolim revocavit.*

(89) *Γαυδέντιον*. Is episcopus erat Naisi in Dacia, ut colligitur ex subscriptionibus concilii Serdicensis. De quo in decreto Orientalium apud Serdicam episcoporum hæc leguntur : *Gaudentium autem, ut immemorem decessoris sui Cyriaci subscribentis sententiis in sceleratos digne illatis, commistumque criminibus Pauli, quem etiam impudenter defendebat.*

Digitized by Google

cello suffragaretur, quem antea condemnaverat: Gaudentium vero, quod adversus Cyriacum decessorem suum contraria omnia molitus fuisset, et eos foveret qui ab ipsis depositi fuerant. Hæc ubi decrevissent, cunctis ubique episcopis per litteras significarunt, ut neque ad communionem illos admitterent, nec epistolas ad illos scriberent, nec ab iisdem scriptas acciperent. De Deo vero ita sentire jubebant, prout in formula ipsorum epistolæ subjuncta perscriptum erat. In qua Consubstantialis quidem nulla fiebat mentio: alieni vero ab Ecclesia pronuntiabantur ii, qui dicerent tres esse Deos, et Christum non esse Deum, aut eumdem esse Patrem et Filium et Spiritum sanctum; aut Filium esse ingenitum: aut tempus vel sæculum aliquando fuisse cum non esset.

ψηφισάμενοι, τοῖς πανταχοῦ ἐπισκόποις δῆλα ἐποίησαν· ὥστε μήτε προσίεσθαι εἰς κοινωνίαν, μήτε γράφειν αὐτοῖς, μήτε τὰ παρ' αὐτῶν γραφόμενα δέχεσθαι. Περὶ δὲ τοῦ Θεοῦ δοξάζειν ἐκέλευον, ὃν τρόπον ὑφηγεῖτο ἡ τῇ αὐτῶν ἐπιστολῇ ὑποτεταγμένη γραφή· Ὁμοουσίου μὲν μνήμην μὴ ποιουμένη· ἀποκηρύττουσα δὲ τοὺς λέγοντας τρεῖς εἶναι Θεούς· ἢ τὸν Χριστὸν μὴ εἶναι Θεόν· ἢ τὸν αὐτὸν εἶναι Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ἢ ἀγέννητον τὸν Υἱόν· ἢ ὅτι ἦν ποτε χρόνος ἢ αἰὼν ὅτε οὐκ ἦν.

## 108 CAP. XII.

*Quomodo ex adverso Hosius et reliqui episcopi considentes, deposuerunt Orientis episcopos, composita fidei formula.*

Ex altera vero parte congregati qui cum Hosio erant, innocentes pronuntiarunt, primum Athanasium, eo quod episcopi apud Tyrum collecti insidias ei injuste struxissent: deinde Marcellum, utpote qui professus esset se non ita sentire ut accusatores ejus insimulabant: Asclepam item, eo quod Eusebii Pamphili aliorumque multorum judicum sententia episcopatum suum recuperasset, et hæc vera esse actis judicialibus comprobasset: Lucium denique, eo quod accusatores illius fuga se subduxissent. Et ad singulorum Ecclesias scripserunt, ut eos pro episcopis suis haberent ac propediem exspectarent; Gregorium vero Alexandriæ, Basilium Ancyræ, et Quintianum Gazæ, ne nominarent quidem episcopos, nec ullam cum iis communicationem haberent, nec omnino Christianos censerent. Theodorum vero ex Thracia, Narcissum Irenopolis episcopum, Acacium Cæsareæ Palæstinæ, Menophantum Ephesi, Ursacium Singiduni Mœsiæ, et Valentem Mursæ in Pannonia, Georgium denique episcopum Laodiceæ, episcopali dignitate exuerunt, licet hic postremus una cum reliquis Orientis episcopis ad concilium non venisset. Porro istos sacerdotio et communione privarunt, eo quod Filium a Patris substantia separarent, eosque qui ob hæresim Arii jamdudum depositi fuerant, suscepissent, et ad altioren divini ministerii gradum promovissent. His de causis cum

## ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

*Ὡς οἱ περὶ Ἰούλιον καὶ τὸν Ὅσιον ἐπίσκοποι πάλιν καθίσαντες, τοὺς ἑῴους καθεῖλον ἀρχιερεῖς, ποιήσαντες καὶ ἔκθεσιν πίστεως.*

Ἐν μέρει τε καὶ οἱ ἀμφὶ τὸν Ὅσιον [h] συνελθόντες, ἀθώους ἀπέφηναν· Ἀθανάσιον μὲν, ὡς ἀδίκως ἐπιβουλευθέντα παρὰ τῶν ἐν Τύρῳ συνελθόντων· Μάρκελλον δὲ, ὡς μὴ τάδε φρονεῖν ὁμολογήσαντα ἃ διεβάλλετο· Ἀσκληπᾶν δὲ, ὡς Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου καὶ πολλῶν ἄλλων δικαστῶν ψήφῳ τὴν ἐπισκοπὴν ἀπολαβόντα· καὶ ὅτι τάδε ἀληθῆ εἴη, ὑπόμνημα τῆς δίκης ἐπιδείξαντα (90)· Λούκιον δὲ ὡς τῶν αὐτοῦ κατηγόρων φυγόντων. Καὶ πρὸς τὴν ἑκάστου παροικίαν ἔγραψαν, αὐτοὺς ἔχειν ἐπισκόπους καὶ προσδοκᾷν· Γρηγόριον δὲ τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ Βασίλειον τὸν ἐν Ἀγκύρᾳ, καὶ Κυντιανὸν τὸν ἐν Γάζῃ, μηδὲ ἐπισκόπους ὀνομάζειν, μηδὲ κοινωνίαν τινὰ πρὸς αὐτοὺς ἔχειν, μηδὲ Χριστιανοὺς ἡγεῖσθαι. Καθεῖλον δὲ τῆς ἐπισκοπῆς Θεόδωρον τὸν Θρᾷκα, καὶ Νάρκισσον τὸν Εἰρηνοπόλεως ἐπίσκοπον, καὶ Ἀκάκιον τὸν Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, καὶ Μηνόφαντον τὸν Ἐφέσου, καὶ Οὐρσάκιον τὸν Σιγγιδώνου τῆς Μυσίας, καὶ Οὐάλεντα τὸν Μυρσῶν τῆς Παννονίας, καὶ Γεώργιον τὸν Λαοδικείας, εἰ καὶ μὴ τῇ συνόδῳ ταύτῃ παρεγένετο σὺν τοῖς ἀπὸ τῆς ἕω ἐπισκόποις. Ἀφείλοντο δὲ τούτους τῆς ἱερωσύνης καὶ τῆς κοινωνίας, ὡς τὸν Υἱὸν χωρίζοντας τοῦ Πατρὸς τῆς οὐσίας, καὶ τοὺς πάλαι καθαιρεθέντας διὰ τὴν Ἀρείου αἵρεσιν δεξαμένους, καὶ εἰς ἀξιώματα μείζω λειτουργίας Θεοῦ παραγόντας (91). Διὰ ταῦτά τε αὐτοὺς ἀποκηρύξαντες, καὶ τῆς καθόλου Ἐκκλησίας ἀλλοτρίους ψηφισάμενοι, ἔγραψαν τοῖς πανταχοῦ ἐπισκόποις,

### VALESII ANNOTATIONES.

(90) *Ὑπόμνημα τῆς δίκης ἐπεδείξαντο.* Scribendum est procul dubio ἐπιδείξαντα, ut docet epistola synodica concilii Serdicensis. Atque ita legit Nicephorus Callistus. Miror tamen id interpretibus animadversum non fuisse. Certe codex Allatii diserte scriptum habet ἐπιδείξαντα.

(91) *Παραγόντας.* Malim scribere προαγόντας.

### VARIORUM.

[h] *Ἐν μέρει τε καὶ οἱ ἀμφὶ τὸν Ὅσιον.* Huic concilio occidentalium Serdicæ anno 347 congregato Julius ep. Romanus negotiis detentus interesse non potuit: legatos tamen misit qui vices suas implerent, Archidamum et Philoxenum presbyteros, quibuscum erat quidam Leo diaconus. Primas obtinebat in synodo magnus ille Hosius. Qui intererant cæteri, ex Hispaniis erant, Galliis, Italia, Campania, Calabria, Apulia, Africa, Sardinia, Pannoniis, Mysiis, utraque Dacia, Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiro, Thracia, Rhodope, Palæstina, Arabia, Creta, et Ægypto. Quinam ex qualibet regione adfuerint, non in promptu est recensere. Aderant item Athanasius, Marcellus, Asclepas, nec non alii episcopi, Arianorum furore, dolo, insidiis patrio exturbati solo. Eminebat inter alios Lucius Adrianopolitanus, catenas circumferens queis non semel fuerat constrictus et oneratus. Ventitabant et alii, plagis, fame, variis calamitatibus afflicti. Cl. monachi Benedictini, *Vit. Athanas.*, pag. 40.

Digitized by Google

A ἐπιψηφίσασθαι τοῖς παρ' αὐτῶν κεχριμένοις, καὶ ὁμοφρονεῖν αὐτοῖς περὶ τὸ δόγμα. Ἐξέθεντο δὲ καὶ αὐτοὶ τηνικαῦτα πίστεως γραφὴν ἑτέραν (92), πλατυτέραν μὲν τῆς ἐν Νικαίᾳ· φυλάττουσαν δὲ τὴν αὐτὴν διάνοιαν, καὶ οὐ παρὰ πολὺ διαλλάττουσαν τῶν ἐκείνης ῥημάτων. Ἀμέλει Ὅσιος καὶ Πρωτογένης, οἳ τότε ὑπῆρχον ἄρχοντες τῶν ἀπὸ τῆς δύσεως ἐν Σαρδικῇ συνεληλυθότων, δείσαντες ἴσως μὴ νομισθεῖεν τισὶ καινοτομεῖν τὰ δόξαντα τοῖς ἐν Νικαίᾳ, ἔγραψαν Ἰουλίῳ (93), καὶ ἐμαρτύραντο κύρια τάδε ἡγεῖσθαι· κατὰ χρείαν δὲ σαφηνείας, τὴν αὐτὴν διάνοιαν πλατῦναι· ὥστε μὴ ἐγγενέσθαι τοῖς τὰ Ἀρείου φρονοῦσιν, ἀποκεχρημένοις τῇ συντομίᾳ τῆς γραφῆς, εἰς ἄτοπον ἕλκειν τοὺς ἀπείρους διαλέξεως. Ταῦτα πράξαντες ἑκάτεροι, διέλυσαν τὸν σύλλογον, καὶ εἰς τὰ οἰκεῖα ἕκαστος ἐπανῆλθε. B Συνέστη δὲ αὕτη ἡ σύνοδος, Ῥουφίνου καὶ Εὐσεβίου ὑπατευόντων· ἐνδέκατον δὲ τοῦτο ἔτος ἦν ἀπὸ τῆς Κωνσταντίνου τελευτῆς. Συνῆλθον δὲ, ἐκ μὲν τῶν πρὸς Δύσιν πόλεων ἀμφὶ τριακόσιοι ἐπίσκοποι (94)· ἐκ δὲ τῆς Ἕω, ἓξ καὶ ἑβδομήκοντα· σὺν τούτοις δὲ καὶ Ἰσχυρίων, ἐπιτραπεὶς τὴν τοῦ Μαρειώτου ἐπισκοπὴν πρὸς τῶν Ἀθανασίῳ ἀπεχθανομένων.

istos excommunicassent, et ab Ecclesia catholica alienos esse decrevissent, litteras scripserunt ad omnes ubique episcopos, ut res a se judicatas suffragio suo comprobarent, et in eamdem cum ipsis fidem consentirent. Cæterum et ipsi quoque aliam conscriptionem fidei tunc temporis ediderunt, prolixiorem quidem Nicæna: eamdem tamen continentem sententiam, nec multum ab illius verbis discrepantem. Denique Hosius ac Protogenes, qui tunc inter episcopos Occidentis, qui Serdicæ convenerant, principem locum obtinebant, veriti fortasse ne quibusdam viderentur derogasse Nicæni concilii decretis, litteras Julio **109** scripserunt: testatique sunt se illa quidem rata habere; sed, majoris perspicuitatis causa, eamdem sententiam fusius exposuisse: ne Arianis brevitate conscriptionis illius abutentibus, occasio daretur imperitos hujusmodi disputationum, in absurdum sensum pertrahendi. His ab utraque parte gestis, concilium dissolverunt, et ad suam quisque Ecclesiam reversi sunt. Porro hæc synodus congregata est, Rufino et Eusebio consulibus, anno undecimo post obitum Constantini. Et ex Occidentis quidem partibus trecenti circiter episcopi eo convenere: ex Oriente vero septuaginta sex: inter quos erat etiam Ischyrio, cui episcopatus Mareoticæ delatus fuerat ab inimicis Athanasii.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

*Ὅτι μετὰ τὴν σύνοδον, ἡ Ἕως καὶ ἡ Ἑσπέρα διέστη· καὶ ἡ μὲν Ἑσπέρα καλῶς τῆς ἐν Νικαίᾳ πίστεως εἴχετο· ἡ δὲ Ἕως διὰ τὴν ἔριν περὶ τὸ δόγμα, ἔν τισιν ἐστασίαζε.*

C Μετὰ ταύτην τὴν σύνοδον, οὐκέτι ἀλλήλοις ὡς ὁμοδόξοις ἐπεμίγνυντο, οὐδὲ ἐκοινώνουν. Οἱ μὲν ἀνὰ τὴν Δύσιν, μέχρι Θρᾳκῶν (95) σφᾶς χωρίσαντες· οἱ δὲ ἀνὰ τὴν Ἕω, μέχρις Ἰλλυριῶν. Τὰ δὲ τῶν Ἐκκλησιῶν, ὡς εἰκὸς, ἐν διχονοίαις συγκέχυτο, καὶ ἐν διαβολαῖς ἦν. Εἰ γὰρ καὶ πρότερον περὶ τὸ δόγμα διεφέροντο, ἀλλ' οὖν ἀλλήλοις συγκοινωνοῦντες, οὐ μέγα τὸ κακὸν ἐποίουν, καὶ παραπλησίως φρονεῖν ἐνομίζοντο· ὡς ἐπίπαν γὰρ, ἡ μὲν ἀνὰ πᾶσαν τὴν Δύσιν Ἐκκλησία καθαρῶς διὰ τῶν πατρίων ἰθυνομένη δογμάτων, ἔριδός τε καὶ τῆς περὶ ταῦτα τερθρείας ἀπήλλακτο. Εἰ γὰρ καὶ τὸ τῇδε ὑπήκοον πρὸς τὴν Ἀρείου δόξαν μετάγειν ἐσπούδαζον, Αὐξέντιος ὁ Μεδιολάνου ἐπίσκοπος γενόμενος, καὶ Οὐάλης καὶ D

## CAP. XIII.

*Quomodo Orientales et Occidentales post concilium a se invicem discissi sunt: et Occidentales quidem Nicænam fidem recte servarunt: Orientales vero ob contentionem de fide, in quibusdam dissenserunt inter se.*

Post hanc synodum, Orientales et Occidentales non amplius inter se commisti sunt tanquam idem sentientes de fide, neque invicem communicarunt, Sed Orientales quidem Thracia tenus: Occidentales vero usque ad Illyricum, sese mutuo diremerunt. Ecclesiarum vero status dissensionibus perturbatus, et calumniis obnoxius fuit. Nam antea quidem licet de doctrina fidei dissentirent, inter se tamen communicantes, malum ipsum minime augebant, et unum idemque sentire omnes videbantur. Etenim universa quidem Occidentis Ecclesia, utpote quæ doctrinæ majorum sincere insisteret, ab omni fere contentione et rixa de hujusmodi rebus, vacua erat. Etsi enim Auxentius Mediola-

## VALESII ANNOTATIONES.

(92) *Πίστεως γραφὴν ἑτέραν*. Exstat hæc fidei formula ad calcem epistolæ synodicæ concilii Serdicensis, quam refert Theodoritus in libro secundo *Historiæ ecclesiasticæ*. Verum hanc formulam suppositiliam esse ac spuriam contendit Baronius. Qua de re plura dicemus in annotationibus ad Theodoritum.

(93) *Ἔγραψαν Ἰουλίῳ*. Hæc epistola Hosii et Protogenis ad Julium papam hodie non exstat, quod sciam. Præfixa autem erat formulæ fidei concilii Serdicensis, quasi quædam excusatio atque defensio.

(94) *Ἀμφὶ τριακόσιοι ἐπίσκοποι*. Hunc errorem Sozomenus hausit ex Socrate; Socrates vero ex Athanasii loco male intellecto. Vide quæ notavi ad librum secundum Socratis, capite 20.

(95) *Οἱ μὲν ἀνὰ τὴν Δύσιν μέχρι Θρᾳκῶν*. Olim quidem existimavi verba hic esse transposita, et restitui debere in hunc modum, οἱ μὲν ἀνὰ τὴν Ἕω μέχρι Θρᾳκῶν σφᾶς χωρίσαντες· οἱ δὲ ἀνὰ τὴν Δύσιν μέχρις Ἰλλυριῶν. Sed nunc, re attentius examinata, nihil mutandum censeo. Utrovis enim modo legas, idem sensus est. Sed in vulgata quidem lectione uterque terminus excluditur. In ea vero scriptura quam ex conjectura protulimus, includendus est terminus. Eadem fere habet Socrates in libro secundo, capite 22, ubi vide si placet quæ notavi.



Digitized by Google

nensis episcopus, et Ursacius ac Valens Pannonii, eam imperii partem ad Arii opinionem traducere conarentur, eorum tamen conatus ex voto ipsis non successit; cum Romanus episcopus obsisteret, aliique sacerdotes sollicite præcaverent, et hæreseos illius germina amputarent. Orientis autem Ecclesia, etsi post Antiochenam synodum tumultuari cœperat, et a Nicæna fide palam discrepabat: revera tamen major pars in eamdem conspirabat sententiam, meo quidem judicio, et Filium ex Patris substantia ortum confitebatur. Quidam vero, contentionis studio ducti, Consubstantialis vocabulum impugnabant. Nam hi quidem 110 qui jam inde ab initio huic voci fuerant adversati; id quod plerisque evenire solet, turpe sibi fore, ut equidem opinor, judicabant, si superati fuisse viderentur. Alii vero, qui crebris de ea re disputationibus eo tandem perducti fuerant, ut ita de Deo sentirent, ab opinione sua deinceps abduci non poterant. Alii rursus, qui videbant supradictos, contra quam decebat, pervicaciter contendere, ad id quod utrique parti gratum erat deflexerunt, propter potentiam vel familiaritatem, vel alias ob causas, quibus homines adduci solent ut ea indulgeant quæ indulgeri non debent, aut libertate ac fiducia non utantur, ubi reprehensione opus est. Multi vero, cum stultum esse existimarent, in hujusmodi verborum altercationibus tempus terere, decretis Nicænorum antistitum cum silentio acquiescebant. Sed præ reliquis omnibus Orientalibus, Paulus episcopus Constantinopolitanus, et Athanasius Alexandrinus, et omnis monachorum multitudo, et Magnus Antonius qui adhuc superstes erat, ejusque discipuli; alii denique complures per Ægyptum et in reliquis provinciis imperii Romani, decretis concilii Nicæni mordicus visi sunt adhærere. Verum quoniam istorum hominum mentionem feci, quoscunque principatu Constantii claruisse accepi, breviter percensebo.

A Οὐρσάκιος οἱ ἐκ Παννονίων, οὐ δήπου κατὰ γνώμην αὐτοῖς ἡ σπουδὴ προὐχώρει, προϊσταμένου τοῦ Ῥωμαίων θρόνου, καὶ τῶν ἄλλων ἱερέων ἐπιμελῶς φθάνοντος (96), καὶ τὰς βλάστας ἐκκόπτοντος τῆς τοιαύτης αἱρέσεως. Τὸ δὲ ἑῷον, εἰ καὶ ἐστασίαζε μετὰ τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ σύνοδον, καὶ πρὸς τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν περιφανῶς ἤδη διεφέρετο (97), τὸ μὲν ἀληθὲς, οἶμαι, κατὰ τὴν τῶν πλειόνων γνώμην εἰς τὴν αὐτὴν συνέτρεχε διάνοιαν, καὶ ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας τὸν Υἱὸν συνωμολόγει. Ἐριστικῶς δὲ πρὸς τὴν Ὁμοούσιον λέξιν τινὲς ἀπεμάχοντο. Οἱ μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν τῷ ὀνόματι ἐναντιωθέντες, ὡς συμβάλλω, τοῦτο δὴ τὸ πολλοῖς συμβαῖνον, αἰσχύνην ἡγοῦντο δόξαι νενικῆσθαι. Οἱ δὲ, καὶ ὑπὸ ἕξεως τῶν περὶ ταῦτα συχνῶν διαλέξεων, ἐπὶ τὸ ὧδε δοξάζειν περὶ Θεοῦ τραπέντες, B ἀμεταθέτως λοιπὸν εἶχον. Οἱ δὲ, εἰδότες ὡς οὐ δέον φιλονεικοῦσι, πρὸς τὸ κεχαρισμένον ἑκατέροις ὑπεκλίνοντο διὰ δύναμιν, ἢ οἰκειότητα, ἢ ἄλλας αἰτίας, ὑφ' ὧν ἄνθρωποι προάγονται τὰ μὴ προσήκοντα χαρίζεσθαι, ἢ παῤῥησίαν μὴ ἄγειν ἐφ' οἷς χρὴ διελέγχειν. Πολλοὶ δὲ λῆρον ἡγοῦντο, τρίβεσθαι περὶ τὰς τοιαύτας ἔριδας τῶν λόγων· ἡσυχῇ δὲ τῆς γνώμης εἴχοντο τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων· ἐῴκεισαν δὲ παρὰ πάντας τοὺς ἀνὰ τὴν ἕω εἰς τὸ φανερὸν ἀπρὶξ ἔχεσθαι τῶν ἐν Νικαίᾳ δοξάντων, Παῦλος ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος, καὶ Ἀθανάσιος ὁ Ἀλεξανδρείας, καὶ σύμπαν τὸ μοναχικὸν πλῆθος· Ἀντώνιός τε ὁ Μέγας ἔτι περιὼν, καὶ οἱ συγγενόμενοι αὐτῷ, καὶ ἄλλοι πλεῖστοι ἀνὰ τὴν Αἴγυπτον, καὶ ἀλλαχοῦ τῆς Ῥωμαίων γῆς. C Τούτων δὲ ἐπείπερ ἐπεμνήσθην, ὅσους περιφανεῖς κατ' αὐτὴν τὴν ἡγεμονίαν παρείληφα, ἐπιδραμοῦμαι τῷ λόγῳ.

## CAP. XIV.

*De viris sanctis qui eo tempore in Ægypto floruerunt, Antonio scilicet, duobus Macariis, Heraclio, Cronio, Paphnutio, Putubaste, Arsisio, Serapione, Pityrione, Pachomio, Apollonio, Anuph, Hilarione, et aliis pluribus.*

Ordiar autem ab Ægypto, et a duobus Macariis, celeberrimis rectoribus qui in Sceti et in monte regionis illius præfuerunt[1]. Horum alter Ægyptius fuit; alter πολιτικὸς, id est urbicus, dicebatur. Erat

[1] Socr. lib. IV, c. 23.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

*Περὶ τῶν ἐν τοῖς χρόνοις ἐκείνοις ἐν Αἰγύπτῳ ἀκμασάντων ἁγίων ἀνδρῶν, Ἀντωνίου, τῶν δύο Μακαρίων, Ἡρακλείου, Κρονίου, Παφνουτίου, Πουτουβάστου, Ἀρσισίου, Σαραπίωνος, Πιτυρίωνος, Παχωμίου, Ἀπολλωνίου, Ἀνοὺφ, Ἱλαρίωνος καὶ ἑτέρων πλείστων ἁγίων κατάλογος.*

Ἄρξομαι δὲ ἐξ Αἰγύπτου, καὶ Μακαρίων τῶν δύο, τῶν ἀοιδιμωτάτων ἡγεμόνων τῆς Σκήτεως, καὶ τοῦ τῇδε ὄρους. D Τούτοιν δὲ, ὁ μὲν Αἰγύπτιος· ὁ δὲ πολιτικὸς[i], ὡς ἀστὸς, ὠνομάζετο. Ἦν γὰρ τῷ γένει

## VALESII ANNOTATIONES.

(96) *Καὶ ἄλλων ἱερέων ἐπιμελῶς ἐφθάνοντο.* In codice Fuketiano scriptum est φθάνοντος καὶ τὰς βλάστας ἐκκόπτοντος τῆς τοιαύτης αἱρέσεως. Quam scripturam si sequi volumus, addenda erit præpositio in hunc modum, καὶ μετ' ἄλλων ἱερέων ἐπιμελῶς, etc. Savilius et Christophorsonus ad latus suorum codicum emendarunt φθανόντων et ἐκκοπτόντων, ex conjectura, ut apparet.

(97) *Περιφανῶς ἤδη διεφέρετο.* Mallem scribere προφανῶς· vulgatam tamen lectionem damnare nolim, cum Sozomenus utramque vocem promiscue usurpare soleat.

## VARIORUM.

[i] *Πολιτικός.* Macarius Alexandrinus, *Politicus* dictus, quod non modo in solitudine inter monachos versaretur, sed ἐν τῇ πόλει, *in urbe* Alexandria magnam vitæ partem transegit. Erat et alter Macarius Ægyptius, *Senior* dictus. Quin et tertium, Antonii discipulum, Amathæ socium, nobis excu-

Digitized by Google

Ἀλεξανδρεύς. Ἄμφω δὲ ὅτι μάλιστα θεσπεσίῳ ἐγενέσθην, καὶ θείαν πρόγνωσιν (98) καὶ φιλοσοφίαν, καὶ δαίμοσι φοβερώ· πολλῶν τε καὶ παραδόξων πραγμάτων καὶ ἰαμάτων δημιουργώ. Τὸν δὲ Αἰγύπτιον λόγος, ὡς καὶ νεκρὸν ζῆν ἐποίησεν, ἵν' ἑτερόδοξον πείσῃ νεκρῶν ἀνάστασιν ἔσεσθαι. Διεβίω δὲ ἀμφὶ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη· ἑξήκοντα δὲ ἐκ τούτων ἐν ταῖς ἐρήμοις διέτριβεν. Αὐτίκα τε φιλοσοφεῖν ἀρχόμενος, ἔτι νέος ὢν διέπρεπεν, ὡς παιδαριογέροντα παρὰ τῶν μοναχῶν ὀνομάζεσθαι, καὶ τεσσαράκοντα ἔτη γεγονότα, χειροτονηθῆναι πρεσβύτερον. Ὁ δὲ ἕτερος, χρόνῳ μὲν ὕστερον πρεσβύτερος ἐγένετο· παντοδαπῆς δὲ σχεδὸν ἀσκήσεως ἐπειράθη· τὰ μὲν αὐτὸς περινοῶν· ἃ δὲ παρ' ἄλλοις ἤκουσεν, ἐκ παντὸς τρόπου κατορθῶν· ὡς ὑπὸ τοῦ ἄγαν κατεσκληκέναι, μὴ φύειν τοῦ γενείου τὰς τρίχας. Ἐν τούτῳ δὲ περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐφιλοσόφουν Πάμβω τε καὶ Ἡρακλείδης, καὶ Κρόνιος, καὶ Παφνούτιος, καὶ Πουτουβάστης, καὶ Ἀρσίσιος, καὶ Σαραπίων ὁ μέγας, καὶ Πιτυρίων, ὃς παρὰ Θηβαίοις τὴν διατριβὴν εἶχε· καὶ Παχώμιος, ὃς ἀρχηγὸς ἐγένετο τῶν καλουμένων Ταβεννησιωτῶν (99). Σχῆμα δὲ τούτοις ἦν καὶ πολιτεία ἔν τισι παρηλλαγμένη τῆς ἄλλης μοναχικῆς· πρὸς ἀρετὴν μέντοι ὁρῶσα, καὶ τὴν ψυχὴν προσερεθίζουσα, τῶν ἐπὶ γῆς καταφρονεῖν· ἄνω δὲ ὁρᾷν, ἵν' εὐμαρῶς ἐπὶ τὰ οὐράνια χωροίη, ἡνίκα τοῦ σώματος ἀπαλλαγείη· διφθέρας δὲ ἀμφιέννυσθαι κατὰ μίμησιν Ἡλιοῦ τοῦ Θεσβίτου· ἐμοὶ δοκεῖν, ὥστε ἐκ τοῦ περικειμένου δέρματος, εἰς ἀνάμνησιν ἀεὶ λαμβάνοντας τὴν ἀρετὴν τοῦ προφήτου, ἀνδρείως πρὸς τὰς ἐπιθυμίας τῶν ἀφροδισίων συντετάχθαι, καὶ ζήλῳ τῷ πρὸς αὐτὸν, καὶ ἐλπίδι ὁμοίων ἀμοιβῶν, προθυμότερον σωφρονεῖν. Λόγος δὲ καὶ τὰ ἄλλα ἐνδύματα τῶν ἐν Αἰγύπτῳ μοναχῶν, συλλαμβάνεσθαι εἰς ὑπόδειγμα φιλοσοφίας τινός· μηδὲ ὡς ἔτυχε παραλλάσσειν τῶν ἄλλων. Καὶ τοὺς μὲν χιτῶνας ἀχειριδώτους (1) ἐνδεδύσκεσθαι, παιδεύοντας μὴ ἑτοίμους ἔχειν τὰς χεῖρας εἰς ὕβριν. Τὸ δὲ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς σκέπασμα, ὃ κουκούλιον καλοῦσιν, ὥστε ἐπίσης ἀκεραίως καὶ καθαρῶς βιοῦν τοῖς γάλακτι τρεφομένοις παισὶν, οἷς αἱ τοιαῦται τιάραι ἐπίκεινται, τὸ ἡγεμονικὸν σκέπουσαί τε καὶ

A enim oriundus ex urbe Alexandria. Uterque porro ob divinam præscientiam ac philosophiam admirabilis, et dæmonibus formidabilis fuit, multaque miracula et curationes stupendas perfecit. Ægyptius quidem mortuum ad vitam revocasse dicitur, ut cuidam hæretico persuaderet futuram esse mortuorum resurrectionem. Vixit hic annos circiter nonaginta : ex quibus sexaginta exegit in solitudine. Qui simul atque philosophari cœpisset, adhuc in juvenili ætate constitutus ita enituit, ut puer senex vulgo a monachis vocaretur ; et annos natus quadraginta ad **111** presbyterii gradus evectus sit. Alter vero serius quidem presbyter factus est. Sed omnibus fere arctioris disciplinæ exercitationibus est perfunctus : quarum alias ipse excogitaverat : B quasdam ab aliis acceptas, tanto studio excolueral, ut ex nimia cutis ariditate pili barbæ ei non succreverint. Per idem tempus ibidem philosophati sunt Pambo, Heraclides, Cronius, Paphnutius, Putubastes, Arsisius, magnus Serapio, et Pityrio, qui juxta Thebæos domicilium habuit; Pachomius denique, qui Tabennensium monachorum auctor atque institutor fuit. Horum habitus et conversatio in quibusdam a reliquorum monachorum vita discrepabat ; ejusmodi tamen erat, quæ ad virtutem tenderet, et animum ad rerum terrenarum despicientiam, et ad contemplationem cœlestium excitaret, ut cum ex corpore migrandum esset, alacriter ad cœlestia transiret. Pellibus autem vestiuntur, exemplo Eliæ Thesbitæ, hanc, ut C opinor, ob causam, ut amictu pelliceo admoniti de virtute illius prophetæ, flagitiosis cupiditatibus fortiter resistant, et tum studio illius imitandi, tum spe similium præmiorum incitati, temperantiam libentius consectentur. Sed et reliqua indumenta monachorum Ægypti, ad cujusdam philosophiæ specimen referri aiunt, nec temere ac sine causa ab aliis discrepare. Et tunicas quidem sine manicis eos habere, ut manus ab injuria comprimendas esse doceant. Capitis autem tegumentum, quod cucullum vocant, ideo gestare, ut simpliciter

## VALESII ANNOTATIONES.

(98) *Καὶ θεῖαν πρόγνωσιν.* Malim scribere διὰ θείαν πρόγνωσιν. Certe Nicephorus, cum hanc phrasim non probaret, locum hunc aliter expressit.

(99) *Καλουμένων Ταβεννησιωτῶν.* Tabennensiotæ dicuntur a Cassiano in libro quarto *Institutionum;* Tabennenses a beato Hieronymo in Prologo quem scripsit in regulam Pachomii, et ab auctore incerto vitæ Pachomii. Sic autem dicti sunt a Tabenneso, vel Tabennesio vico Thebaidis, in quo Pachomius monasterium construxit; non autem a Tabenna insula, ut cuncti hactenus crediderunt. Decepit eos scilicet prava scriptura quæ D in his Sozomeni libris habetur. Nam Ταβέννη νῆσος legitur pro Ταβέννησος. Certe nec Palladius, nec auctor *Vitæ Pachomii* locum illum in quo Pachomius monasterium condidit, insulam fuisse dicunt : sed alter vicum, alter locum in Thebaide ita dictum esse affirmat. Deinde etsi insula esset hic locus, non distinctis vocibus, sed conjunctim potius dicendus esset Ταβέννησος, ut Πελοπόννησος, Προκόνησος, et similia.

(1) *Χιτῶνας ἀχειριδώτους.* Colobia vocat Cassianus in libro primo *Institutionum*, et Dorotheus in *Doctrina prima.*

## VARIORUM.

psit Petrus Possinus, cui etiam 50 homilias, a Pico primum editas, et 7 opuscula, a se in lucem emissa, adjudicanda censet. Et in hac quidem sententia me olim fuisse fateor. Verum, re melius perpensa, ægre a me impetrare possum ut credam, præter Ægyptium et Alexandrinum, tertium etiam fingendum esse Macarium, Antonii discipulum, Amathæ collegam, Operum Macarianorum auctorem. Certe non alios Macarios Antonii discipulos nobis exhibent Socrates, Sozomenus, Theodoritus, Nicephorus, et qui hoc ipso tempore, his ipsis in locis vixit, deque iis prolixe agit, ipse Palladius. Guil. Cave, *Hist.* vol. II, pag. 76.

Digitized by Google

ac pure vivant, perinde ac pueri qui lacte nutriuntur, quibus hujusmodi tiaræ imponi solent ad tegendum et confovendum caput. Cingulum vero et redimiculum : illud quidem lumbos præcingens, hoc vero humeros sustinens et brachia, ad ministerium Dei et ad opus faciendum promptos ac paratos esse admonet. Nec ignoro alias istarum rerum rationes ab aliis esse allatas. Mihi vero hæc dixisse sufficiat. Et Pachomium initio quidem solum in spelunca philosophatum esse dicunt. Postea vero divinum angelum ei apparentem monuisse, ut juniores monachos colligeret, et una cum illis versaretur. Nam illum quidem in philosophia monastica semetipsum probe exercuisse : tempus nunc esse, ut congregationibus præsidens prodesset plurimis. Eos autem regendos esse legibus quas ipsi dedisset. Porro tabulam dedisse ei dicitur, quæ etiamnum custoditur a monachis. In ea perscriptum erat, ut unicuique permitteret tantum edere, bibere, operari, **112** ac jejunare, vel secus, quantum posset. Et iis quidem qui validius comederent, opera magis laboriosa imponeret : facilia vero abstinentibus. Utque multas cellas ædificaret : in singulis vero tres degerent monachi. In uno autem conclavi simul omnes cibum sumerent : et cum silentio ederent, sedentes ad mensam velato capite, ita ut nec se mutuo, nec aliud quidpiam viderent, præter mensam et apposita cibaria. Nullus vero peregrinus una cum illis vesceretur, nisi forte illac pertransiens exciperetur hospitio. Quod si quis cum ipsis vellet degere, is triennii spatio difficiliora exerceret opera, atque ita demum ipsorum contubernio sociaretur. Ad hæc ut pellibus vestirentur, et capita mitris laneis tegerent : quas etiam clavis quibusdam purpureis insigniri jussit. Utque lineis tunicis et cingulis uterentur, cinctique in tunicis ac pellibus dormirent, sedentes in cathedris structis, ex utroque latere ita clausis, ut cujusque stratum continerent. Primo autem ac postremo hebdomadis die ad altare accedentes ad sacrorum mysteriorum communionem, zonas solverent pellesque deponerent. Præterea ut duodecies orarent per totum diem : mane scilicet sexies, ac similiter vespere. Noctu quoque

A περιθάλπουσαι. Ζώνη δὲ καὶ ἀναβολεὺς (2), ἡ μὲν τὴν ὀσφὺν περισφίγγουσα, ὁ δὲ τοὺς ὤμους καὶ τοὺς βραχίονας ἀνέχων, ἑτοίμους εἶναι εἰς διακονίαν Θεοῦ καὶ ἐργασίαν, ὧδε παρακελεύεται. Οὐκ ἀγνοῶ δὲ, ὡς περὶ τούτων ἄλλοι ἀλλοίους ἀποδεδώκασι λόγους. Ἐμοὶ δὲ ἀπόχρη τοσοῦτον εἰπεῖν. Τόν γε μὴν Παχώμιόν φασι μόνον ἐν σπηλαίῳ τὰ πρῶτα φιλοσοφῆσαι. Προφανέντα δὲ αὐτῷ θεῖον ἄγγελον, παρακελεύσασθαι νέους ἀθροῖσαι μοναχοὺς, καὶ συνεῖναι αὐτοῖς. Εὖ γὰρ τὰ κατ' αὐτὸν ἐν φιλοσοφίᾳ κατωρθωκέναι, καὶ χρῆναι καὶ συνοικιῶν ἡγούμενον ὠφελεῖν πολλούς. Ἄγειν δὲ αὐτοὺς νόμοις οἷς ἂν δοίη· δεδωκέναι δὲ αὐτῷ δέλτον, ἣν ἔτι φυλάττουσιν. Ἐνοῦσα δὲ ταύτῃ γραφὴ προσέταττε συγχωρεῖν ἑκάστῳ, ὡς ἂν οἷός τε ἦν, φαγεῖν καὶ πιεῖν, καὶ ἐργάζεσθαι, νηστεύειν τε, καὶ μή. Τοῖς B μέντοι ῥωμαλεωτέρως ἐσθίουσι, τὰ ἐπιπονώτερα τῶν ἔργων ἐπιτρέπειν· τὰ δὲ εὐχερῆ, τοῖς ἀσκουμένοις. Οἰκήματα δὲ μικρὰ κατασκευάσαι πολλὰ, καὶ καθ' ἕκαστον οἴκημα τρεῖς καταμένειν· ὑπὸ ἕνα δὲ οἶκον πάντας τροφῆς μεταλαμβάνειν· σιγῇ τε ἐσθίειν, καὶ καθῆσθαι παρὰ τὰς τραπέζας ἐπικεκαλυμμένους τὰ πρόσωπα, ὡς μήτε ἀλλήλους ὁρᾷν, μήτε ἄλλο τι, πλὴν τῆς τραπέζης καὶ τῶν προκειμένων. Ξένον δὲ μὴ συνεσθίειν αὐτοῖς, μόνον εἰ μὴ παροδεύων ἐπιξενωθείη· τὸν δὲ συνοικεῖν αὐτοῖς βουλόμενον, πρότερον ἐπὶ τριετίαν τὰ χαλεπώτερα τῶν ἔργων πονεῖν, καὶ οὕτω μετέχειν τῆς αὐτῶν συνοικίας. Διφθέρας δὲ ἀμφιέννυσθαι, καὶ τιάραις ἐρίναις τὰς κεφαλὰς σκέπεσθαι. Κατασημαίνεσθαι δὲ ταύτας τὰς τιάρας οἱονεὶ C κέντροις πορφυροῖς προσέταξε. Χιτῶσι δὲ λινοῖς καὶ ζώναις κεχρῆσθαι, καὶ ἐζωσμένους σὺν τοῖς χιτωνίοις καὶ ταῖς διφθέραις καθεύδειν, καθημένους ἐν οἰκοδομητοῖς θρόνοις, ἑκατέρωθεν περιπεφραγμένοις, ὥστε τὴν ἑκάστου συνέχειν στρωμνήν. Τῇ δὲ πρώτῃ καὶ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος, ἐπὶ κοινωνίᾳ τῶν θείων μυστηρίων τῷ θυσιαστηρίῳ προσιόντας, τὰς ζώνας λύειν, καὶ τὰς διφθέρας ἀποτίθεσθαι· δωδέκατον δὲ πάσης τῆς ἡμέρας εὔχεσθαι (3), καὶ πρὸς ἑσπέραν ὁμοίως· τοσαυτάκις δὲ καὶ νύκτωρ· ἐννάτῃ δὲ ὥρᾳ, τρίτον. Ἡνίκα δὲ μέλλοιεν ἐσθίειν, ἑκάστης εὐχῆς προᾴδειν ψαλμόν. Πᾶσαν δὲ τὴν συνοικίαν εἰς εἰκοσιτέσσαρα τάγματα διελεῖν, καὶ ἐπονομάσαι ταῦτα τοῖς Ἑλλήνων στοιχείοις· καὶ ὅπως ἔχοι βίου καὶ ἤθους ἑκάστῳ τάγματι τὴν προσηγορίαν ἐφαρ-

## VALESII ANNOTATIONES.

(2) *Καὶ ἀναβολεύς*. Hunc habitum optime describit Cassianus in libro primo *Institutionum*, cap. 6 : *Gestant etiam resticulas duplices laneo plexas subtemine, quas Græci ἀναβολεῖς vocant : nos vero succinctoria seu redimicula, vel proprie rebrachiatoria possumus appellare. Quæ descendentia per summa cervicis, et a lateribus colli divisa, utrarumque alarum sinus ambiunt, atque hinc inde succingunt, ut constringentia latitudinem vestimenti ad corpus contrahant atque conjungant, et ita constrictis brachiis, impigri ad omne opus expeditique reddantur.*

(3) *Δωδέκατον δὲ πάσης τῆς ἡμέρας εὔχεσθαι.* Pro δωδέκατον Nicephorus habet δωδεκάκις, quod magis placet. Certe Palladius in *Historia Lausiaca*, ex quo hæc videtur hausisse Sozomenus, de Tabennensium orationibus ita scribit : Ἐτύπωσε δὲ D διὰ πάσης τῆς ἡμέρας ποιεῖν αὐτοὺς εὐχὰς δώδεκα, καὶ ἐν τῷ λυχνικῷ δώδεκα, καὶ ἐν ταῖς παννυχίσι δώδεκα, καὶ ἐννάτην ὥραν τρεῖς. Ubi notandum est, pro eo quod Palladius dicit, ἐν τῷ λυχνικῷ, Sozomenum posuisse πρὸς ἑσπέραν. Sane τὸ λυχνικόν, nihil est aliud quam vespertinum officium, quod ad incensum lucernæ peragitur, ut in Annotationibus ad Socratem observavi. Porro de duodecim orationibus tam vespertinis, quam nocturnis, quas universi per Ægyptum ac Thebaidem monachi jam inde ab ultimis temporibus facere consueverant, testis est Cassianus in libro secundo, cap. 4; et sequentibus. Obstat tamen id quod legitur in regula Pachomii : *Sex orationes facient vespertinas juxta exemplum majoris collectæ, in qua omnes fratres pariter congregantur.* Quo loco permotus olim conjiciebam, hunc Sozomeni locum ita supplendum

Digitized by Google

μόσαι. Οἷον, ἁπλουστέρους μὲν ἰῶτα ἀποκαλοῦντας, σκολιοὺς δὲ ζ ἢ ξ, καὶ ἄλλους ἄλλως, καθὼς ἐκλαμβάνειν εὐστόχως ἔστι πρὸς τὸ σχῆμα τοῦ γράμματος τὴν προαίρεσιν τοῦ τάγματος. Κατὰ τούτους τοὺς νόμους, τοὺς ἰδίους μαθητὰς ἦγεν ὁ Παχώμιος, ἀνὴρ τὰ μάλιστα φιλάνθρωπος, καὶ θεοφιλὴς εἰς ἄγαν, ὡς προειδέναι τὰ ἐσόμενα, καὶ θείοις ἀγγέλοις ὁμιλῶν πολλάκις. Διέτριβε δὲ ἐν Ταβέννῃ νήσῳ τῆς Θηβαΐδος (4), ὅθεν Ταβεννησιῶται εἰσέτι νῦν ὀνομάζονται. Ὑπὸ δὲ τούτους τοὺς νόμους πολιτευόμενοι, ὀνομαστότατοι ἐγένοντο, καὶ εἰς πλῆθος τῷ χρόνῳ ἐπέδοσαν, ὡς εἰς ἑπτακισχιλίους ἄνδρας συντελεῖν. Ἡ μὲν γὰρ ἐν Ταβέννῃ νήσῳ συνοικία, μεθ' ὧν αὐτὸς Παχώμιος διέτριβεν, ἀμφὶ τοὺς χιλίους καὶ τριακοσίους εἶχεν· οἱ δὲ κατὰ τὴν Θηβαΐδα (5), καὶ τὴν ἄλλην Αἴγυπτον (6) οἰκοῦσι. Μία δὲ καὶ ἡ αὐτὴ ἀγωγὴ πᾶσι, καὶ κοινὰ πάντων τὰ πάντα· καθάπερ δὲ μητέρα τὴν ἐν Ταβέννῃ νήσῳ συνοικίαν ἡγοῦντο· πατέρας δὲ καὶ ἄρχοντας, τοὺς ἐνθάδε ἡγουμένους. Κατὰ τοῦτον δὲ τὸν χρόνον καὶ Ἀπολλώνιος ἐπὶ μο-

totidem vicibus : hora autem nona ter. Ut cibum sumpturi, ante unamquamque orationem psalmum canerent. Ut universa congregatio in viginti quatuor classes dividatur, eæque ex Græcorum litteris cognomentum accipiant : cognomen vero ipsis aptetur pro vita ac moribus singularum. Verbi gratia simpliciores iota appellentur : versuti ζ vel ξ, et sic de aliis, prout institutum cujusque classis figura alicujus litteræ apte exprimere licet. His legibus discipulos suos instituit Pachomius, vir humanissimus, Deoque admodum charus, ita ut futura prænosceret, et cum angelis sæpenumero loqueretur. Habitabat autem in insula Thebaidis Tabenna : ex cujus nomine Tabennenses hodieque nominantur. Ex earum **113** autem legum præscripto viventes, celeberrimi exstiterunt; et in tantam excreverunt multitudinem, ut ad septem usque hominum millia pervenerint. Nam congregatio quidem eorum qui in Tabenne insula degebant, quibuscum erat

## VALESII ANNOTATIONES.

esse, ut duodecies per totum diem orare juberentur : id est mane quidem sexies, et tantumdem vespere. Certe hic locus non caret difficultate. Nam si duodecies per diem jubentur orare, cur adjicitur, ut ter orent hora nona? Cæterum notandum est quod ait Cassianus in libro tertio *Institutionum*, de Ægypti ac Thebaidis monachis : eorum regulam ac disciplinam in diurnis orationibus longe severiorem fuisse quam monachorum Palæstinæ ac Mesopotamiæ : *Apud illos etenim, hæc officia quæ Domino solvere per distinctiones horarum et temporis intervalla cum admonitione compulsoris adigimur, per totum diei spatium jugiter cum operis adjectione spontanea celebrantur*, etc. Vide auctorem *Vitæ Pachomii*, cap. 22.

(4) *Ἐν Ταβέννῃ νήσῳ τῆς Θηβαΐδος*. Vetustissima est hujus loci corruptio. Nam et Nicephorus hunc Sozomeni locum describens ita legit. Sic enim ait de Pachomio : ἐν Θηβαΐδι δὲ τὸ τῆς φιλοσοφίας ἐργαστήριον εἶχεν, ἔν τινι νήσῳ, ἣ Ταβέννη ὠνόμαστο. Et Ortelius hanc insulam, Elephantinam esse existimavit. Fefellit eos error librarii, qui hoc loco pro Ταβεννήσῳ, scripsit Ταβέννῃ νήσῳ. Certe Palladius in Lausiaca Ταβεννήσιον vocat locum Thebaidis in quo Pachomius monachos suos collocavit. Et auctor incertus in Vita Pachomii c. 12 : *Ut Pachomius procul a cella sua progressus veniret ad quemdam vicum, cui nomen est Tabennense*. Quin et codex Leonis Allatii hoc loco scriptum habet ἐν Ταβεννήσῳ τῆς Θηβαΐδος, etc. Et paulo post ἡ μὲν γὰρ ἐν Ταβεννήσῳ συνοικία. Cur autem hanc lectionem vulgatæ præferendam putemus, causas paulo ante protulimus.

(5) *Οἱ δὲ κατὰ τὴν Θηβαΐδα καὶ τὴν ἄλλην Αἴγυπτον*. Plura igitur erant Tabennensium monasteria in Thebaide, ut ex hoc Sozomeni loco colligere est. Refragari tamen videtur Cassianus, qui unicum agnoscit Tabennense cœnobium in Thebaide. Sic enim ait in libro quarto *Institutionum : Quædam scilicet de Ægyptiorum, quædam de Tabennensiotarum regulis admiscentes, quorum est in Thebaide cœnobium, quanto numero populosius cunctis, tanto conversationis rigore districtius. Siquidem in eo plusquam quinque millia fratrum sub uno abbate reguntur*. Sed Cassianus, ut equidem existimo, cuncta Tabennensium monasteria, quæ per Thebaidem dispersa erant, unum cœnobium appellavit, eo quod sub uno abbate, et sub una viverent regula : quemadmodum apud nos plura monasteria ordinis sancti Benedicti, in unam congregationem, beati Mauri nomine appellatam, feliciter coaluere.

(6) *Καὶ τὴν ἄλλην Αἴγυπτον*. Verbi gratia, in insula Canopo fuit monasterium insigne Tabennensium. Ex quo factum est, ut Canopus, qui antea ob luxum ac delicias infamis fuerat, insula Metanœæ vocaretur, translatis illuc a Theophilo vel Cyrillo monachis, qui religiosam ac pœnitentium similem vitam illic agebant. De hoc monasterio loquitur Hieronymus in Prologo regulæ Pachomii his verbis : *Aiebat enim quod in Thebaidis cœnobiis, et in monasterio Metanœæ, quod de Canopo in Pœnitentiam, felici nominis conversione, mutatum est, habitarent plurimi Latinorum*, etc. Idem testatur Athanasius presbyter in libello quem obtulit concilio Chalcedonensi adversus Dioscorum, qui refertur in actione tertia ejusdem concilii : Οὕτως οὖν καταλαβομένου ἐμοῦ τοῦ Ἀθανασίου τὴν Μετάνοιαν· προάστειον δὲ τοῦτο τῆς μεγίστης Ἀλεξανδρείας, ὁ ποτὲ Κάνωπος καλούμενος· ὅπερ προάστειον ἄνωθεν, καὶ ἐκ παλαιᾶς συνηθείας ἐτύγχανε πρὸς ἀνάπαυσιν τῶν καταφύγων. Ὅλον γὰρ δοκεῖ ὑπὸ τὴν φυλακὴν τοῦ εὐαγοῦς μοναστηρίου τῶν Ταβεννησιωτῶν, οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τοὺς περιβόλους τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας· ὃ καὶ δημόσιον ἔχει λουτρόν, etc. Id est, *Cum igitur ego Athanasius Metanœam me contulissem : est autem Metanœa suburbanum maximæ urbis Alexandriæ, quod olim Canopus vocabatur. Quod quidem suburbanum jam inde a priscis temporibus et ex antiqua consuetudine, portus erat ac perfugium miserorum. Totum enim videtur esse sub tutela sanctissimi monasterii Tabennensium : imo etiam intra ambitum sacratissimæ Dei Ecclesiæ. Habet quoque publicum balneum*, etc. Multa notanda sunt in hoc loco. Primum quod ait, Canopum mutato nomine Metanœam tunc esse dictum. Deinde quod addit eum locum asyli jus habuisse. Id enim sonant hæc verba, εἰς ἀνάπαυσιν τῶν καταφύγων. Quod autem addit, suburbanum illud fuisse sub tutela monasterii Tabennensium, intelligendum est non de monasterio Tabennensium, quod erat in Thebaide, sed de monasterio Canopi insulæ, de quo Hieronymus in loco supra memorato. Destructo enim Serapeo Alexandriæ, et templis omnibus ac delubris Canopi insulæ, monachi in iis collocati sunt,

Digitized by Google

etiam Pachomius, mille ac trecentos numero monachos habebat. Reliqui vero, per Thebaïdem atque Ægyptum dispersi habitabant. Una porro eademque apud omnes est vivendi ratio ac disciplina: omniaque sunt omnibus communia. Et congregationem quidem eam quæ est in Tabenne insula, matris loco ducebant: eos vero qui illic præerant, pro patribus habebant ac principibus. Eodem tempore Apollonius quoque ob monasticam disciplinam celebratus est. Hic annos quindecim natus, monasticam philosophiam in solitudine excoluisse dicitur. Sed cum ad annum ætatis quadragesimum pervenisset, Deo jubente, ad loca ab hominibus habitata se contulit. Habuit porro etiam ipse monasterium suum in Thebaide. Erat autem imprimis Deo charus, et mirabilium curationum atque operum artifex: et in iis quæ fieri oportebat perficiendis strenuus, eorum item quæ ad philosophiam spectant bonus præceptor et blandus. Denique in precationibus ita acceptus fuit Deo, ut quæcunque a Deo petierat, ad effectum perducerentur. Nam cum sapientia præditus esset, sapienter quoque postulabat ea, quibus Deus libenter solet annuere. Iisdem quibus istos temporibus divinum Anuph vixisse existimo. Quem ex eo tempore quo Christum in persecutionibus fidei causa excitatis primum confessus est, nec mendacium dixisse accepi, nec ex terrenis quidquam concupivisse. Obtinuisse autem omnia quæ precatus fuerat, et in omni genere virtutis a divino angelo institutum fuisse. Verum de monachis Ægypti hæc impræsentiarum dixisse **114** sufficiat. Sed et Palæstina jam tum similiter philosophari cœperat, ab Ægyptiis erudita. Florebat in ea tunc temporis divinus Hilario. Patria huic fuit Thabatha, vicus ad austrum urbis Gazæ situs, juxta torrentem, qui in mare erumpens, ab indigenis vici ipsius nomine nuncupatur. Cum autem Alexandriæ grammaticam disceret, Magni Antonii monachi visendi causa perrexit in solitudinem. Cumque eo collocutus, pari modo philosophari decrevit. Illic vero exiguo temporis spatio moratus, revertit in patriam. Neque enim ipsi licebat ex animi sententia quiescere, cum plurimi quotidie ad Antonium confluerent. Domum reversus, cum parentes mortuos invenisset, fratribus

A ναχικῇ φιλοσοφίᾳ (7) διέπρεπεν. Ὅν φασι δέκα καὶ πέντε ἐτῶν ὄντα, φιλοσοφῆσαι ἐν ταῖς ἐρήμοις· εἰς ἔτη δὲ τεσσαράκοντα γεγονὼς, κατὰ θείαν πρόσταξιν εἰς τοὺς οἰκουμένους ἦλθε τόπους. Εἶχε δὲ καὶ αὐτὸς ἐν Θηβαΐδι τὴν συνοικίαν. Ἐγένετο δὲ θεοφιλὴς εἰς ἄγαν, καὶ παραδόξων ἰάσεων καὶ σημείων δημιουργὸς, καὶ πρακτικὸς ὧν δεῖ, καὶ τῶν εἰς φιλοσοφίαν ἡκόντων διδάσκαλος ἀγαθὸς καὶ χαρίεις· καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἐν ταῖς εὐχαῖς εὐήκοος, ὡς μηδὲν ἀνήνυτον γενέσθαι, ὧν παρὰ Θεοῦ ἐζήτησε. Πάντως γὰρ σοφὸς ὢν, σοφῶς τὰς αἰτήσεις ἐποιεῖτο, αἷς τὸ Θεῖον ἑτοίμως ἐπινεύειν πέφυκε. Κατὰ τούτους εἰκάζω γενέσθαι καὶ Ἀνοῦφ τὸν θεσπέσιον· ὃν ἐπυθόμην, ἀφ' οὗ πρῶτον ἐν τοῖς διωγμοῖς ὑπὲρ τοῦ δόγματος ὡμολόγησε, μήτε ψεῦδος εἰπεῖν, μήτε ἐπιθυμῆσαί B τινος τῶν ἐπὶ γῆς. Ἐπιτυχεῖν δὲ πάντων ὧν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐδεήθη, καὶ ὑπὸ θείου ἀγγέλου διδασκάλου πᾶσαν ἀρετὴν παιδευθῆναι. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ μοναχῶν τοσάδε τέως ἡμῖν εἰρήσθω. Ἤδη δὲ καὶ Παλαιστίνη τὸν ἴσον τρόπον φιλοσοφεῖν ἤρχετο, παρ' Αἰγυπτίων μαθοῦσα· διέπρεπε δὲ τότε ἐνθάδε Ἱλαρίων ὁ θεσπέσιος. Τούτῳ δὲ πατρὶς μὲν ἦν Θαβαθὰ κώμη (8)· πρὸς νότον δὲ Γάζης κειμένη παρὰ τὸν χειμάῤῥουν, ὃς ἐπὶ θάλασσαν τὰς ἐμβολὰς ἔχων, ἐπιχωρίως ἀπ' αὐτῆς τῆς κώμης τὴν ἐπωνυμίαν ἔλαβε. Γραμματικῷ δὲ φοιτῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, κατὰ θέαν Ἀντωνίου τοῦ μεγάλου μοναχοῦ εἰς τὴν ἔρημον ἦλθε. Καὶ συγγενόμενος αὐτῷ, παραπλησίως φιλοσοφεῖν ἔγνω. Ὀλίγον δὲ χρόνον ἐνθάδε διατρίψας, C ἐπανῆλθεν εἰς τὴν πατρίδα. Οὐ γὰρ συνεχωρεῖτο κατὰ γνώμην ἠρεμεῖν, πολλῶν ὄντων ἑκάστοτε τῶν ὡς Ἀντώνιον ἐρχομένων. Καταλαβὼν δὲ τελευτήσαντας τοὺς πατέρας, εἰς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τοὺς δεομένους τὴν οὐσίαν διένειμεν. Οὐθὲν δὲ παντάπασι καταλιπὼν ἑαυτῷ, διέτριβεν ἐν ἐρήμῳ τόπῳ παρὰ θάλασσαν, ἀμφὶ τὰ εἴκοσι στάδια τῆς αὐτοῦ κώμης διεστῶτι. Οἴκησις δὲ ἦν αὐτῷ, δωμάτιον μικρὸν, ἐκ πλίνθου καὶ φορυτοῦ καὶ κεράμων κατεαγότων κατεσκευασμένον· εὗρους τε καὶ ὕψους καὶ μήκους τοσοῦτον, ὅσον ἑστῶτα μὲν κεκυφέναι τὴν κεφαλήν· κείμενον δὲ τοὺς πόδας συλλέγειν ἐπάναγκες εἶναι. Διαπάντων γὰρ εἴθιζεν ἑαυτὸν ταλαιπωρεῖν, καὶ ῥᾳστώνης κρατεῖν. Ἀμέλει τοι ὧν ἴσμεν ἐγκρατείας ἀκόμπου καὶ δεδοκιμασμένης, οὐδενὶ κατέλιπεν ὑπερβολὴν, ἀγωνιζόμενος πρὸς ἀσιτίαν καὶ δίψος, καὶ ῥῖγος D καὶ πνῖγος, καὶ πρὸς τὰ ἄλλα πάθη, καὶ θωπείας τοῦ

## VALESII ANNOTATIONES.

ut testatur Eunapius in Vita Ædesii: τοὺς δὲ μοναχοὺς τούτους καὶ εἰς τὸν Κάνωβον καθίδρυσαν, etc. Cum igitur Canopus ob templa deorum qui ibi colebantur, asyli jus semper habuisset, postea, inductis eo monachis, majori adhuc religione cultus est. Denique quod in supradicto libello legimus, locum illum fuisse quodammodo intra ambitum sacrosanctæ ecclesiæ Alexandrinorum, id ita intelligo, quasi dixerit locum illum non solum ad diœcesim Alexandrini episcopi pertinuisse, sed vectigalibus seu reditibus majoris ecclesiæ deputatum fuisse, eamdemque immunitatem et ἀσυλίαν obtinuisse, quam ædem et omnem ambitum majoris ecclesiæ Alexandrinorum.

(7) *Μοναχικῇ πολιτείᾳ*. Hoc loco Fuketiani et Allatiani codicum scripturam secuti sumus, qui pro πολιτείᾳ habent φιλοσοφίᾳ. Quam lectionem confirmat etiam Nicephorus. Scio vulgatam lectionem ferri posse. Sed quoniam Sozomenus philosophiam semper monachis attribuit, idcirco scriptam lectionem sequi malui.

(8) *Θάβαθα κώμη*. In libro Leonis Allatii scriptum est Θαναθά, cui consentit codex Fuketianus, accentu in ultimam syllabam rejecto. Hieronymus in *Vita beati Hilarionis*, vulgatam lectionem confirmat. Sic enim habet: *Hilarion ortus vico Thabatha, qui circiter quinque millia a Gaza urbe Palæstinæ ad austrum situs est.*

Digitized by Google

σώματος καὶ τῆς ψυχῆς. Ἦν δὲ τὸ μὲν ἦθος σπουδαῖος· σεμνὸς δὲ τὸν λόγον, καὶ ἐπήβολος ἀκριβὴς τῶν ἱερῶν Γραφῶν· ἐπὶ τοσοῦτον δὲ θεοφιλὴς ἐγένετο, ὡς ἔτι καὶ νῦν ἐπὶ τῷ αὐτοῦ τάφῳ πολλοὺς ἰᾶσθαι κάμνοντας καὶ δαιμονῶντας· καὶ τόγε παραδοξότατον, παρά τε Κυπρίοις οὗ πρότερον ἐτάφη (9), καὶ παρὰ Παλαιστινοῖς παρ' οἷς ἐστι νῦν. Συμβὰν γὰρ αὐτὸν ἐν Κύπρῳ διατρίβοντα τελευτῆσαι, πρὸς τῶν ἐπιχωρίων ἐκηδεύθη, καὶ ἐν πολλῇ τιμῇ καὶ θεραπείᾳ παρ' αὐτοῖς ἦν. Μετὰ δὲ ταῦτα Ἡσύχας, ὃς εὐδοκιμώτατος ἐγένετο τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, κλέψας τὸ λείψανον, διεκόμισεν εἰς Παλαιστίνην, καὶ ἐν τῷ ἰδίῳ μοναστηρίῳ ἔθαψε. Καὶ τὸ ἐξ ἐκείνου, δημοτελῆ καὶ μάλα λαμπρὰν ἐνθάδε ἐτήσιον ἑορτὴν ἄγουσιν οἱ ἐπιχώριοι. Ὧδε γὰρ Παλαιστινοῖς ἔθος γεραίρειν τοὺς παρ' αὐτοῖς ἄνδρας ἀγαθοὺς γενομένους, ὥσπερ ἀμέλει καὶ Αὐρήλιον τὸν Ἀνθηδόνιον, καὶ Ἀλεξίωνα τὸν ἀπὸ Βηθαγάθωνος, καὶ Ἀλαφίωνα τὸν ἀπὸ Ἀσαλέας· οἳ κατὰ τὸν αὐτὸν γενόμενοι χρόνον, ἐπὶ τῆς παρούσης βασιλείας εὐσεβῶς καὶ ἀνδρείως ἐν φιλοσοφίᾳ ἐπολιτεύσαντο, καὶ ταῖς οἰκείαις ἀρεταῖς ἐν ἑλληνιζούσαις ἄγαν ταῖς τῇδε πόλεσι καὶ κώμαις, εἰς ἐπίδοσιν ἤγαγον τὴν θρησκείαν. Κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Ἰουλιανὸς ἀμφὶ τὴν Ἔδεσαν ἐφιλοσόφει, ἀκριβεστάτῃ, καὶ οἷα ἀσωμάτῳ ἀγωγῇ καὶ πολιτείᾳ ἐπιχειρήσας, ὡς ἐκτὸς σαρκῶν ὀστέοις καὶ δέρματι δοκεῖν συνεστάναι· καὶ Ἐφραὶμ τῷ Σύρῳ συγγραφεῖ (10) πρόφασις γενέσθαι πραγματείας τῆς κατὰ τὸν αὐτοῦ βίον ἀφηγήσεως. Ἐπεψηφίζετο δὲ Θεὸς αὐτὸς οἷς ἄνθρωποι περὶ αὐτοῦ ἐδόξαζον, δαίμονας ἀπελαύνειν, καὶ παντοδαπῶν νόσων ἰάσεις αὐτῷ δωρησάμενος, οὐ φαρμάκοις τισὶν, ἀλλ' εὐχῇ κατορθουμένας. Ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ ἄλλοις πολλοῖς ἐκκλησιαστικοῖς φιλοσόφοις, τὸ τῇδε ὑπήκοον τηνικαῦτα διέπρεπε, κατά τε τὸν Ἐδεσσηνῶν νομὸν, ὑπό τε τὴν Ἀμιδηνῶν πόλιν, ἀμφὶ τὸ Γαυγάλιον καλούμενον ὄρος· ὧν ἥστην Δανιὴλ καὶ Συμεὼν (11). Ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ἐν Συρίᾳ μοναχῶν τάδε εἰρήσθω νῦν. Τελεώτερον δὲ, εἰ ὁ Θεὸς θελήσειε, τοῖς ἑξῆς εἰρήσεται (12) περὶ αὐτῶν. Ἀρμενίοις δὲ καὶ Παφλαγόσι, καὶ τοῖς πρὸς τὸν Πόντον οἰκοῦσι, λέγεται Εὐστάθιος i ὁ τὴν ἐν Σεβαστίᾳ τῆς Ἀρμενίας ἐκκλη-

suis ac pauperibus bona sua distribuit. Nec ex illis quidquam sibi reservans, mansit in loco quodam deserto juxta mare, qui viginti circiter stadiis a patrio vico distabat. Habitaculum ejus erat casa ex lateribus, paleis, et confractis tegulis exstructa : tantum latitudinis habens et altitudinis ac longitudinis, ut stans quidem caput inclinare, jacens vero pedes colligere necesse haberet. Omnibus enim modis sese assuefaciebat ad laborum tolerantiam, et ad mollitiem vincendam. Denique in probata ac minime fucata continentia, nemini eorum quos quidem novimus, cessit : adversus inediam, sitim, æstum, frigus, aliasque corporis et animi perturbationes atque blanditias decertans. Et moribus quidem accuratus, sermone autem gravis erat, et sacrarum Litterarum diligens perscrutator. Cæterum ita acceptus fuit Deo, ut ad tumulum ejus multi ægri ac dæmoniaci etiamnum curentur : et quod magis mirere, tam apud Cyprios ubi primum sepultus est, quam in Palæstina, ubi nunc jacet. Nam cum in insula Cypro ubi tum degebat, mori eum contigisset, sepultus est ab incolis, magnoque honore et cultu ab iis afficiebatur. Postea vero Hesychius, qui inter ejus discipulos celeberrimus fuit, reliquias ejus furatus, in Palæstinam deportavit, et in monasterio ipsius sepelivit. Atque ex eo tempore, hujus regionis incolæ diem festum quotannis admodum celebrem ac splendidum publice agunt. Hoc enim modo Palæstini honorare solent viros sanctos qui apud ipsos vixere : exempli gratia Aurelium Anthedonium, Alexionem ortum Bethagathone, et Alaphionem ex Asalea : qui cum eodem tempore sub Constantii viverent principatu, monasticam philosophiam pie ac viriliter excoluerunt, et virtutum suarum exemplo, in urbibus ac vicis superstitioni gentilium admodum deditis, Christianam religionem magnopere provexerunt. Per idem tempus Julianus apud Edessam philosophabatur, 115
severissimam quamdam et, ut ita dicam, incorpoream vivendi rationem aggressus : adeo ut carnis

## VALESII ANNOTATIONES.

(9) *Οὗ πρότερον ἐτράφη*. Scribendum procul dubio est ἐτάφη, ut legitur in codice Leonis Allatii. Quam emendationem confirmant ea quæ proxime sequuntur apud Sozomenum. Nicephorus tamen vulgatam lectionem retinuit, quæ quidem manifeste falsa est. Neque enim in Cypro educatus fuerat Hilarion, sed in Palæstina et Ægypto.

(10) *Ἐμφραὶμ τῷ Σύρῳ συγγραφεῖ*. Codex Leonis Allatii et Nicephorus Ἐφραὶμ scriptum habent. In Fuketiano Ἐφρὲμ dicitur, levi discrimine.

(11) *Ὧν ἥστην Δανιὴλ καὶ Συμεών*. Nicephorus Callistus hic vocem inseruit hoc modo : ὧν ἡγεμόνες ἦσαν Δανιὴλ καὶ Συμεών. Quod tamen non probo : neque enim Sozomenus hos viros præsides fuisse dicit monasteriorum, sed tantum ex numero eorum qui in Osdroene circa Edessam, monasticum vivendi genus sectati sunt. Quod ad Symeonem attinet, existimo illum esse veterem Symeonem, quem Theodoritus in Philotheo primum omnium commemorat.

(12) *Τοῖς ἑξῆς εἰρήσεται*. Scribendum procul dubio est, ἐν τοῖς ἑξῆς, quemadmodum legerunt Musculus et Christophorsonus. Intelligit autem caput 16 hujus libri.

## VARIORUM.

i *Εὐστάθιος*. Balsamon et Zonaras aiunt, synodum Gangræ convenisse κατὰ Εὐσταθίου τινὸς, *adversus Eustathium quemdam*, qui hæreticas opiniones hic recensitas amplexus est. Baronius ad ann. 361, multa congessit, quibus ostendere conatur, Eustathium in ea synodo damnatum, alium esse ab eo qui Sebastenus episcopus dictus est; qui proinde *Eustathius* mendose pro *Eutactus* scriptus videtur, de quo Epiphanius, hæresi 40. At cum Socrates lib. II, cap. 43, cum Sozomeno consen-

Digitized by Google

expers, ossibus tantum et cute constare videretur, et Ephrem scriptori Syro libri de ipsius vita scribendi argumentum suppeditaverit. Porro Deus opinionem quam de illo homines conceperant, testimonio suo comprobavit, concessa ei potestate dæmones abigendi, et omne morborum genus curandi, idque non medicamentis, sed sola precatione. Præter hunc aliis quoque multis ecclesiasticis philosophis regio illa inclaruit, tum in territorio Edessenorum; tum ad urbem Amidam, circa montem Gaugalium. Ex quibus fuit Daniel et Symeon. Verum de monachis Syriæ hactenus. In sequentibus vero, si Deus voluerit, accuratius de iisdem dicturi sumus. Apud Armenios vero et Paphlagonas et accolas Ponti, Eustathius Sebastiæ in Armenia episcopus monasticæ conversationis auctor fuisse dicitur; et de arctioris vitæ disciplina, de cibis quibus utendum, aut a quibus abstinendum esset; de vestibus quibus uti oporteret, de moribus denique et exacta vivendi ratione præcepta tradidisse. Adeo ut quidam affirment librum asceticum, qui Basilio Cappadoci vulgo adscribitur, ab isto conscriptum fuisse. Præ nimia autem severitate ad absurdas quasdam observationes prolapsus esse dicitur, ab ecclesiasticis legibus plurimum discrepantes. Alii tamen, ipsum quidem hac culpa liberant: quosdam vero ex ejus discipulis accusant, qui nuptias damnarent, et in ædibus conjugatorum orare recusarent, et presbyteros qui uxores duxissent, contemnerent; et diebus Dominicis jejunarent; et in privatis ædibus collectas agerent; et divites omnino a regno Dei exclusos pronuntiarent; et eos qui carnes ederent aversarentur: et tunicas quidem, ac vestitum vulgo ab omnibus usurpatum indui detrectarent: peregrina vero et insusitata veste uterentur, aliaque hujusmodi plurima innovarent. Unde mulieres haud paucas in fraudem inductas, viros suos deseruisse aiunt; easque, cum se postea continere non possent, adulterium commisisse: quasdam vero, pietatis prætextu, comam totondisse, et secus quam mulieres deceret, virili habitu indutas fuisse. His de causis cum episcopi finitimi Gangris, quæ **116** metropolis est Paphlagoniæ, in unum convenis-

A σίαν ἐπιτροπεύσας, μοναχικῆς πολιτείας ἄρξαι· καὶ τῆς ἐν ταύτῃ σπουδαίας ἀγωγῆς, ἐδεσμάτων τε ὧν χρὴ μετέχειν καὶ ἀπέχεσθαι, καὶ ἐσθῆτος ᾗ δεῖ κεχρῆσθαι, καὶ ἠθῶν, καὶ πολιτείας ἀκριβοῦς εἰσηγητὴν γενόμενον. Ὡς καὶ τὴν ἐπιγεγραμμένην Βασιλείου τοῦ Καππαδόκου Ἀσκητικὴν βίβλον, ἰσχυρίζεσθαί τινας αὐτοῦ γραφὴν εἶναι. Λέγεται δὲ ὑπὸ πολλῆς ἀκριβείας, εἰς παραλόγους ἐπιτηρήσεις ἐκπεσεῖν, παντελῶς ἀπᾳδούσας τῶν ἐκκλησιαστικῶν νόμων. Οἱ δὲ αὐτὸν μὲν τοῦ ἐγκλήματος ἐξαιροῦνται· ἐπαιτιῶνται δέ τινας τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, ὡς γάμῳ καταμεμφομένους, καὶ ἐν οἴκοις γεγαμηκότων εὔχεσθαι παραιτουμένους, καὶ τοὺς γεγαμηκότας πρεσβυτέρους ὑπερφρονοῦντας, καὶ ἐν Κυριακαῖς ἡμέραις νηστεύοντας, καὶ ἐν οἰκίαις ἐκκλησιάζοντας,
B καὶ τοὺς πλουσίους καθάπαξ ἀμοίρους τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ ἀποφαινομένους [k], καὶ τοὺς κρέα ἐσθίοντας βδελυττομένους· καὶ χιτῶνας μὲν συνήθεις καὶ στολὰς μὴ ἀνεχομένους ἀμφιέννυσθαι· ξένῃ δὲ καὶ ἀήθει ἐσθῆτι χρωμένους, καὶ ἄλλα πλεῖστα νεωτερίζοντας. Ἐκ τούτου δὲ πολλὰς γυναῖκας ἀπατηθείσας καταλιπεῖν τοὺς ἄνδρας· εἶτ' ἐγκρατεύεσθαι μὴ δυνηθείσας, μοιχείας ἁμαρτεῖν· τὰς δὲ, προφάσει θεοσεβείας, τὴν κεφαλὴν ἀποκείρασθαι, καὶ ἀλλοίως ἢ γυναικὶ πρέπει, ἀνδράσι δὲ σύνηθες, ἀμφιέννυσθαι. Διὰ δὴ ταῦτα, τοὺς πλησιοχώρους ἐπισκόπους συνελθεῖν ἐν Γάγγραις τῇ μητροπόλει Παφλαγόνων, καὶ ἀλλοτρίους αὐτοὺς ψηφίσασθαι τῆς καθόλου Ἐκκλησίας, εἰ μὴ κατὰ τοὺς ὅρους τῆς συνόδου ἕκαστον τῶν εἰρημένων
C ἀποκηρύξωσιν. Ἐντεῦθεν δὲ λόγος, Εὐστάθιον ἐπιδεικνύμενον ὡς οὐκ αὐθαδείας ἕνεκα, ἀλλὰ τῆς κατὰ Θεὸν ἀσκήσεως εἰσηγεῖτο ταῦτα καὶ ἐπιτηδεύοι, ἀμεῖψαι τὴν στολὴν (13), καὶ παραπλησίως τοῖς ἄλλοις ἱερεῦσι τὰς προόδους ποιήσασθαι. Τοιοῦτος δὴ τὰ περὶ τὸν βίον ὑπάρχων, καὶ ἐπὶ λόγοις ἐθαυμάζετο. Τὸ δὲ ἀληθὲς εἰπεῖν, ἐγένετο λέγειν μὲν οὐ δεινός. Οὐδὲ γὰρ τὴν ἐπὶ τούτῳ ἐπιστήμην ἐξήσκητο. Τὸ δὲ ἦθος θαυμάσιος, καὶ πείθειν ἱκανώτατος· ὡς καὶ πολλοὺς τῶν ἐκπορευομένων ἀνδρῶν (14) καὶ γυναικῶν, μεταπεῖσαι σώφρονα καὶ σπουδαῖον βίον ἀναλαβεῖν. Φασὶ γοῦν αὐτὸν, ἄνδρα τινὰ καὶ γυναῖκα κατὰ θεσμὸν Ἐκκλησίας παρθενίαν προσποιουμένους, καὶ εἰς ταὐτὸν συνιέναι διαβαλλομένους, σπουδάσαι τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας παῦσαι. Ἀποτυχόντα δὲ,
D μέγα ἀνοιμῶξαι καὶ εἰπεῖν, ὡς κατὰ νόμον ἀνδρὶ

## VALESII ANNOTATIONES.

(13) *Καὶ ἐπιτηδεύειν ἀμεῖψαι τὴν στολήν.* Hunc locum correxi atque interpunxi ex codice Fuketiano, cui subscribunt Nicephorus, et liber Leonis Allatii. At Musculus et Christophorsonus, prava hujus loci scriptura decepti, longe a vero aberrarunt, ut ex collatione interpretationis nostræ studiosus lector facile agnoscet.

(14) *Πολλοὺς τῶν ἐκπορευομένων ἀνδρῶν.* Scribendum procul dubio est ἐκπορνευομένων, ut legitur apud Nicephorum. Cæterum de Eustathio Sebasteno videndus est Socrates in libro II, cap. 42. Eum hæreticum fuisse, et in Arianæ hæresis defensione ad obitum usque perseverasse testantur duo insignes viri et fide dignissimi, Epiphanius scilicet in *Hæresi Arianorum*, et Basilius in *Epistola ad Occidentales*.

## VARIORUM.

tiat, Eustathium Sebastenum in synodo Gangrensi fuisse damnatum, cumque in omnibus Græcis ac Latinis ejusdem synodi codicibus *Eustathius* constanter legatur: rationi maxime consentaneum videtur unum et eumdem fuisse hominem.

[k] *Καὶ τοὺς πλουσίους καθάπαξ ἀμοίρους τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ ἀποφαινομένους.* Hanc pericopen, quæ in Stephani editione exstat, omiserat Valesius.

Digitized by Google

συνοικοῦσα γυνὴ, τοὺς περὶ σωφροσύνης λόγους ἀκούσασα αὐτοῦ, συνουσίας ἀπέσχετο, ἧς γαμεταῖς θέμις πρὸς ἰδίους ἄνδρας κοινωνεῖν· τοὺς δὲ παρανόμως συνουσιάζοντας ἀλλήλοις, ἀσθενῆ ἀποφῆναι τὴν αὐτοῦ πειθώ. Τὸν δὴ τοιοῦτον, τῆς κατὰ τόδε τὸ κλίμα ἀκριβοῦς μοναστικῆς ἀγωγῆς ἀρχηγὸν γενέσθαι λόγος. Θρᾴκιοι δὲ καὶ Ἰλλυριοὶ, καὶ ὅσοι τὴν καλουμένην Εὐρώπην οἰκοῦσιν, εἰ καὶ ἀπείρατοι ἔτι μοναχικῶν συνοικιῶν ἦσαν, ἀλλ' οὐ παντελῶς φιλοσόφων ἀνδρῶν ἠτύχουν. Ἐγνωρίζετο δὲ τότε παρ' αὐτοῖς Μαρτῖνος [1], ὃς ἀπὸ Σαβωρίας (15) τῆς Παννονίας ἐπίσημος ἦν τὸ γένος· ἐν ὅπλοις δὲ λαμπρῶς στρατευσάμενος, καὶ συνταγματάρχης ἐγένετο. Προτιμήσας δὲ τὸ θεῖον, τὸν φιλόσοφον μετῄει βίον. Διέτριβε δὲ τὰ πρῶτα παρ' Ἰλλυριοῖς· ἐπεὶ δὲ προθύμως ὑπὲρ τοῦ δόγματος ἀγωνιζόμενος, τινὰς τῶν ἐνθάδε ἐπισκόπων ἐφώρασε τὰ Ἀρείου φρονοῦντας, ἐπιβουλευθεὶς καὶ πολλάκις δημοσίᾳ τυπτηθεὶς, ἐξηλάθη· καὶ εἰς Μεδιόλανον ἐλθὼν, καθ' ἑαυτὸν διέτριβεν. Ὑπεχώρησέ τε ἔνθεν, ἐπιβουλευόμενος παρὰ Αὐξεντίου τοῦ ἐπισκόπου, οὐδὲ αὐτοῦ ὑγιῶς ἔχοντος περὶ τὴν πίστιν τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων. Καὶ ἐπί τινα χρόνον ῥίζαις βοτανῶν ἀρκούμενος, νῆσον ᾤκησεν ἣν Γαλληναρίαν καλοῦσι. Μικρὰ δὲ αὕτη καὶ ἀοίκητος, ἐν τῷ Τυῤῥηνικῷ πελάγει κειμένη. Χρόνῳ δὲ ὕστερον καὶ ἐπισκοπὴν ἐπετράπη τὴν ἐν Ταῤῥακίναις ἐκκλησίαν (16). Ἐπὶ τοσοῦτον δὲ θαυματουργίαις προελθεῖν παραδέδοται (17), ὡς νεκρὸν ἐγεῖραι πιστεύεσθαι, ἄλλα τε σημεῖα ἐπιτελέσαι Ἀποστολικῶν οὐ λειπόμενα. Κατὰ τόδε τὸ ὑπήκοον, ἐν τῷ τότε καὶ Ἱλάριον γενέσθαι παρειλήφαμεν, ἄνδρα βίῳ καὶ λόγῳ θεσπέσιον· ὃς Μαρτίνῳ τῆς φυγῆς ἐκοινώνησε διὰ τὴν περὶ τὸ δόγμα σπουδήν. Ἀνδρῶν μὲν οὖν πέρι, οἳ τότε ἐν εὐσεβείᾳ καὶ ἐκκλησιαστικῷ θεσμῷ ἐφιλοσόφουν, τάδε ἔγνων ὡς συνέγραψα. Ὑπερφυῶς δὲ πολλοὶ καὶ μάλα ἐλλόγιμοι κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις διέπρεπον. Ἐπισημότατοι δὲ ἐν τούτοις ἐγένοντο, Εὐσέβιος ὁ τὴν Ἐμέσης ἱερωσύνην ἐπιτροπεύσας, καὶ Τίτος ὁ Βόστρης, καὶ Σεραπίων ὁ Θμουαῖος, Βασίλειός τε ὁ Ἀγκύρας, καὶ Εὐδόξιος ὁ Γερμανικίας, καὶ Ἀκάκιος ὁ Καισαρείας, καὶ Κύριλλος ὃς τῶν Ἱεροσολύμων θρόνον ἐπετρόπευσε. Σύμβολον τῆς αὐτῶν παιδείας (18), ἃ συνεγράψαντο καὶ καταλελοίπασι, πολλά τε καὶ λόγου ἄξια.

A sent, eos ab Ecclesia catholica alienos esse decreverunt, nisi supra dicta dogmata singillatim condemnarent. Ex eo vero tempore aiunt Eustathium, ut ostenderet se non arrogantiæ causa, sed divinæ disciplinæ studio ista introduxisse et exercuisse : mutata veste, eodem quo cæteros sacerdotes cultu deinceps in publicum processisse. Talis tantusque cum esset in citeriore vita, in sermonibus quoque admirationi fuit. Et tamen si verum dicere licet, non admodum valebat eloquentia. Neque enim in arte dicendi sese exercuerat. Verum ingenio fuit prorsus mirabili, et ad persuadendum aptissimus; adeo ut multos, tam viros, quam mulieres quæstum corpore facientes, ad modestam castioremque vitam traduxerit. Denique cum vir quidam et mu- B lier juxta Ecclesiæ ritum virginitatem profitentes, accusarentur quod simul cubarent, ipse operam dedit ut eos ab hujusmodi consuetudine revocaret. Quod cum impetrare ab eis non potuisset, ingemuisse dicitur, ac dixisse : mulierem legitime nuptam viro, auditis aliquando sermonibus quos ipse de castitate habuisset, a congressu viri qui mulieribus legitime nuptis permissus est, posthac abstinuisse ; ipsos vero qui illegitime sibi invicem miscerentur, eloquentiæ suæ infirmitatem coarguere. Hunc igitur in illis tractibus monasticæ disciplinæ auctorem fuisse perhibent. Thraces autem et Illyrii, et quicunque Europam incolunt, quamvis monasticarum congregationum adhuc ex- C pertes essent, viris tamen philosophis non erant penitus destituti. Nam tunc temporis, celebris apud illos fuit Martinus : qui Sabariæ, quod oppidum est Pannoniæ, nobili genere ortus, primum quidem splendide militavit, et ordines duxit. Sed cum Dei cultum omnibus rebus prætulisset, philosophicam vitam sectatus est. Habitavit autem initio quidem apud Illyrios. Verum pro doctrina fidei forti animo decertans, postquam deprehendit quosdam illarum partium episcopos opinionem Arii fovere; insidias passus, ac sæpenumero publice verberatus, inde expulsus est. Cumque Mediolanum venisset, ibi solitarius vixit. Sed cum Auxentius episcopus, qui et ipse de fide a Nicænis Patribus promulgata non recte sentiebat, ei insidiatus fuisset, inde abscessit. Et in insulam quam Gallinariam vocant profectus, illic aliquandiu vitam.

## VALESII ANNOTATIONES.

(15) *Σαβωρίας*. In codice Leonis Allatii scriptum est Σαμαρίας. Sed restituendum est Σαβαρίας, quod fuit oppidum insigne Pannoniæ, cujus præter cæteros meminit Ammianus Marcellinus.

(16) *Τὴν ἐν Ταῤῥακήναις ἐκκλησίαν*. Sic etiam legitur apud Nicephorum. Codex Fuketianus scriptum habet Ταῤῥαχίναις. Scribendum puto Τουροννίκαις. Quod postea librarii in Τουροχίναις depravarunt.

(17) *Θαυματουργίαις παραδέδοται*. Hunc locum D unius verbi adjectione supplevi ex manuscriptis codicibus Fuketii et Allatii. Sed et θαυματουργίας mallem scribere, et totum locum ita restituere : Ἐπὶ τοσοῦτον δὲ θαυματουργίας προελθεῖν παραδέδοται, ὡς νεκρὸν ἐγεῖραι, ἄλλα τε, etc., expuncta voce πιστεύεσθαι.

(18) *Σύμβολα τῆς αὐτῶν παιδείας*. In codice Fuketiano scriptum inveni σύμβολον, quod non displicet.

## VARIORUM.

[1] *Μαρτῖνος*. Sancti Martini Vitam accurate scripsit Sulpitius Severus. Sedit in episcopatu Turonensi annos 26, menses 4, dies 27, obiitque anno Chr. 400, die undecimo Novembris, ut Pagius testatur ad ann. 375, n. 6.

Digitized by Google

egit, radicibus herbarum contentus. Est autem hæc insula exigua ac deserta, in Tyrrheno mari sita. Postea vero Turonensis urbis episcopus est constitutus. Porro tanta miraculorum **117** gratia præditus fuisse traditur, ut et mortuum suscitaverit, et alia signa ediderit, apostolicis nullatenus inferiora. Per idem tempus in illa imperii parte Hilarium quoque vixisse accepimus, virum tum vitæ, tum doctrinæ causa plane admirandum. Qui quidem ob studium veræ fidei, commune cum Martino exsilium sustinuit. Et hæc quidem de viris qui tunc temporis in ecclesiastica institutione egregie philosophati sunt, prout comperi, memoriæ mandavi. Multi præterea admodum docti et eloquentes viri, eodem tempore in Ecclesiis floruerunt. Inter quos celeberrimi fuerunt, Eusebius Emisenæ Ecclesiæ episcopus, Titus Bostrensis, Serapio Thmuis, Basilius Ancyræ, Eudoxius Germaniciæ, Acacius Cæsareæ, et Cyrillus Hierosolymorum episcopus. Indicium autem doctrinæ illorum virorum, libri sunt ab iisdem conscripti et ad posteros transmissi, multi profecto atque mirabiles.

## CAP. XV.

*De Didymo cæco, et de Aetio hæretico.*

Sub idem tempus Didymus quoque ecclesiasticus scriptor floruit, scholæ sacrarum disciplinarum in urbe Alexandrina præfectus [1]. Hic omnis generis scientia pectus suum impleverat. Nam et poetas et oratores, geometriam item, astronomiam et arithmeticam, et philosophorum opiniones callebat. Harum autem omnium rerum notitiam sola mente atque auditione erat assecutus. Etenim adhuc puer cum prima elementa disceret, luminibus orbatus est. Postea vero pubertatis annos ingressus, liberalium disciplinarum cupiditate exarsit; earumque doctores frequentans, aures tantum commodabat. Tantum tamen in omni eruditione profecit, ut difficillima quoque mathematicæ theoremata perceperit. Fertur autem litterarum formas in tabula altius incisas, digitis solum pertractando didicisse: syllabas item et nomina, ac reliqua deinceps, sola mentis comprehensione et assidua auditione, rerumque quas audiverat recordatione percepisse. Fuit autem non vulgare miraculum. Multique, fama ejus impulsi, Alexandriam se contulerunt: alii ejus audiendi, alii tantum visendi causa. Cæterum Arianos non mediocri dolore afficiebat, dum synodi Nicænæ doctrinam assereret. Persuadebat enim facillime; idque non sermonum violentia, sed pro ea qua valebat persuadendi facultate, unumquemque illorum velut arbitrum controversiæ constituens. Omnes autem Catholici, singulari benevolentia eum complectebantur. Sed et monachorum agmina in Ægypto degentium, eum magnopere laudabant, et magnus ille Antonius. Quem quidem ferunt, cum Alexandriam eo tempore venisset, ut Athanasii fidem suo testimonio comprobaret, Didymo hæc dixisse: Non est **118** grave, nec dolendum, o Didyme, quod oculis careas, quibus lacertæ, mures et vilissima prædita sunt animalia. Sed beatum potius et jucundum est, quod perinde atque angeli oculos habeas, quibus Deum perspicue contemplaris, et veram notitiam

[1] Socr. lib. IV, c. 25.

A

## ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

*Περὶ Διδύμου τοῦ τυφλοῦ, καὶ περὶ Ἀετίου τοῦ αἱρετικοῦ.*

Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ Δίδυμος ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς διέπρεπε, προϊστάμενος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τοῦ ἱεροῦ διδασκαλείου τῶν ἱερῶν μαθημάτων. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ παντοδαπὴ σοφία ᾤκει, ποιηταί τε καὶ ῥήτορες, ἀστρονομία τε καὶ γεωμετρία καὶ ἀριθμοὶ, καὶ δόξαι φιλοσόφων. Πάντων δὲ νῷ μόνῳ καὶ ἀκοῇ εἴδησιν ἐκτήσατο. Νέος γὰρ ἔτι, τυφλὸς ἐγένετο ἐν τῇ πρώτῃ πείρᾳ τῆς μαθήσεως τῶν στοιχείων. Ἤδη δὲ εἰς ἐφήβους τελῶν, ἐπεθύμησε λόγων καὶ παιδείας· καὶ τοῖς ταῦτα διδάσκουσι φοιτῶν, ἠκροᾶτο μόνον· καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἦλθε σοφίας, ὡς καὶ τῶν ἐν τοῖς μαθήμασι σκολιῶν θεωρημάτων B ἐφικέσθαι. Λέγεται δὲ τοὺς χαρακτῆρας τῶν γραμμάτων, σανίδι καταχαραχθέντας εἰς βάθος, ἐκμαθεῖν τοῖς δακτύλοις ἐφαπτόμενος· συλλαβὰς δὲ καὶ ὀνόματα καὶ τὰ ἄλλα ἐφεξῆς, καταλήψει νοῦ καὶ συνεχεῖ ἀκροάσει καὶ ἀναμνήσει τῶν ἀκοῇ θηρωμένων. Ἦν δὲ οὐ τὸ τυχὸν θαῦμα· καὶ πολλοὶ κατὰ κλέος τοῦ ἀνδρὸς εἰς Ἀλεξάνδρειαν παρεγίνοντο, οἱ μὲν αὐτοῦ ἀκουσόμενοι, οἱ δὲ, ἱστορήσοντες μόνον. Ἐλύπει δὲ οὐ μετρίως τοὺς Ἀρείου, τῷ δόγματι τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου συνιστάμενος. Ἔπειθε γὰρ ῥᾳδίως, οὐ βίᾳ λόγων τοῦτο ποιεῖν δοκῶν· ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἄγαν πειθοῦς, ἕκαστον αὐτῶν οἱονεὶ κριτὴν καθίστη τῶν ἀμφιβόλων. Τοῖς δὲ ἀπὸ τῆς καθόλου Ἐκκλησίας περισπούδαστος ἦν· ἐπῄνει δὲ αὐτὸν, καὶ τὰ τάγματα τῶν ἐν Αἰγύπτῳ μοναχῶν, καὶ Ἀντώνιος ὁ Μέγας. C Ὃν φασι τότε ἐπὶ μαρτυρίᾳ τῆς Ἀθανασίου πίστεως ἐκ τῆς ἐρήμου παραγενόμενον εἰς Ἀλεξάνδρειαν, τάδε πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν· Οὐ χαλεπὸν, οὐδὲ λύπης ἄξιον, ὦ Δίδυμε, ὀφθαλμῶν ἀπορεῖν σε, ὧν μέτεστι σαύραις καὶ μυσὶ καὶ τοῖς εὐτελέσι ζώοις. Μακάριον δὲ καὶ χάριεν, ὅτι παραπλησίως ἀγγέλοις τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχεις, δι' ὧν τρανῶς τὸ θεῖον κατανοεῖς, καὶ τὴν ἀληθῆ γνῶσιν ἀκριβῶς ὁρᾷς. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παρὰ Ἰταλοῖς καὶ τοῖς ἀνὰ τόδε τὸ ὑπήκοον οἰκοῦσιν, ἐπὶ ἀρετῇ πατρίων λόγων διέπρεπον, Εὐσέβιος καὶ Ἱλάριος ὁ δηλωθείς· οὗ περὶ πίστεως καὶ πρὸς τοὺς ἑτεροδόξους (19) φασὶν εὐδοκίμους φέρεσθαι λόγους.

## VALESII ANNOTATIONES.

(19) *Καὶ τοὺς ἑτεροδόξους*. Christophorsonus legit καὶ τοῖς ἑτεροδόξοις, etc., quam emendationem probare non possum. Dicendum enim esset παρὰ τοῖς ἑτεροδόξοις. Quare amplexus sum scripturam quam Curterius proposuit, καὶ πρὸς τοὺς ἑτεροδόξους. Quam quidem reperi etiam in codice Leonis

Digitized by Google

Καὶ Λουκίφερ, ὃν εὑρετὴν γενέσθαι λέγουσι τῆς ὁμωνύμου αἱρέσεως. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Ἀέτιος πρὸς τῶν ἑτεροδόξων ἐθαυμάζετο, διαλεκτικός τις ὢν, καὶ συλλογίζεσθαι ἱκανὸς, καὶ περὶ τὰς ἔριδας τῶν λόγων ἐσχολακὼς, καὶ ἀτεχνῶς ταῦτα σπουδάζων. Ἀμέλει τοι ὡς ῥᾳδίως περὶ Θεοῦ διαλεγόμενος, ἄθεος παρὰ τῶν πολλῶν ὠνομάζετο. Φασὶ δὲ αὐτὸν ἰατρὸν ὄντα (20) τὰ πρῶτα ἐν Ἀντιοχείᾳ τῶν Σύρων, σπουδαίως δὲ ταῖς Ἐκκλησίαις φοιτῶντα, καὶ περὶ τῶν ἱερῶν Γραφῶν διαλεγόμενον, γνώριμον γενέσθαι Γάλλῳ, Καίσαρι ὄντι τότε, πολὺν ποιουμένῳ λόγον τῆς θρησκείας, καὶ τῆς εὐσεβείας ἐπιμελουμένοις εἰς ἄγαν χαίροντι· ὡς δὲ εἰκὸς, προφάσει τοιούτων διαλέξεων, φίλον αὐτῷ γενόμενον, ἀσκηθῆναι τοῦτο τὸ εἶδος τῶν λόγων, ἵνα μᾶλλον ἀρέσκῃ. Ἐλέγετο γὰρ καὶ διὰ τῶν Ἀριστοτέλους μαθημάτων ἐλθεῖν, καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ φοιτῆσαι τοῖς τούτων διδασκάλοις. Καὶ ἕτεροι δὲ παρὰ τούτους, πλῆθος ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις ἦσαν, ἱκανοὶ διδάσκειν καὶ διαλέγεσθαι περὶ τῶν ἱερῶν Γραφῶν. Ἀπαριθμήσασθαι δὲ πάντας, ἔργον. Μή τῳ δὲ χαλεπὸν εἶναι δόξῃ, ὅτι τινὰς τῶν εἰρημένων αἱρέσεων (21) ἢ ἀρχηγοὺς ἢ σπουδαστὰς γενομένους, ἐπαινέσας ἔχω. Εὐγλωττίας γὰρ ἕνεκεν καὶ τῆς ἐν τοῖς λόγοις δεινότητος, θαυμασίους εἶναι σύμφημι. Δογμάτων δὲ πέρι, κρινέτωσαν οἷς τοῦτο ποιεῖν θέμις. Οὐδὲ γὰρ τάδε συγγράφειν προὐθέμην, οὔτε ἱστορίᾳ πρέπον, ἢ ἔργον, μόνα τὰ ὄντα ἀφηγεῖσθαι, μηδὲν οἰκεῖον ἐπεισαγούσῃ. Ὅσοι μὲν δὴ τότε ὧν παρειλήφαμεν, τῇ Ῥωμαίων καὶ Ἑλλήνων φωνῇ κεχρημένοι, ἐπὶ παιδεύσει καὶ λόγοις ἐνδοξότατοι ἐγένοντο, ἐν τοῖς εἰρημένοις τετάχθω.

A exacte percipis. Porro apud Italos et illarum partium incolas, ob eximiam præstantiam Latinæ facundiæ celebres tunc fuerunt, Eusebius, et Hilarius jam supra memoratus, cujus de fide et adversus hæreticos probatissimi libri circumferri dicuntur : Lucifer quoque, quem propriæ sectæ ipsius nomine nuncupatæ auctorem fuisse perhibent. Eadem tempestate apud hæreticos Aetius admirationi fuit ; vir dialecticæ et ratiocinandi peritus, et in disputando exercitatus, eique studio supra modum addictus [1]. Cæterum eo quod temere et audacter de Deo disputaret, ἄθεος a plerisque nominatus est. Hunc initio quidem Antiochiæ in Syria medicum fuisse dicunt, et cum ecclesiam studiose frequentaret, ac de sacris Scripturis dis- B sereret, innotuisse Gallo, qui tunc temporis Cæsar erat, et religioni plurimum favebat, et viris pietatis studiosis admodum delectabatur; et quoniam hujusmodi disputationum causa ad Cæsaris familiaritatem pervenerat, hoc doctrinæ genus, ut verisimile est, studiosius excoluisse, quo amplius placeret Cæsari. Dicebatur enim universam Aristotelis philosophiam accurate didicisse, ejusque magistros audivisse Alexandriæ. Præter hos, alii quoque plures erant, tum ad docendam in ecclesiis plebem, tum ad disputandum idonei. Verum omnes percensere difficile est. Nemini porro molestum videri debet, quod quosdam ex iis qui supradictarum hæresium vel principes, vel fautores fuerunt, C laudibus affecerim. Illos enim ob facundiam quidem, et ob vim ac vehementiam in disserendo, admirabiles fuisse fateor. De doctrina vero ac fide judicent ii, quorum id jus pontificiumque est. Neque enim propositum mihi fuit ista scribere : neque id historiæ convenit, cujus munus est res ipsas exponere, nihil adjiciendo de suo. Quotquot igitur seu Latino, seu Græco sermone usi, doctrinæ et eloquentiæ laude tunc temporis floruerunt, quos quidem accepimus, in supradictorum numero reponantur.

## ΚΕΦΑΛ. ΙϚʹ.

*Περὶ τοῦ ἁγίου Ἐφραίμ.*

Ἐῴκει δὲ πάντας παρευδοκιμεῖν, καὶ ἐς τὰ μάλιστα τὴν καθόλου Ἐκκλησίαν σεμνύνειν, Ἐφραὶμ ὁ Σύρος [m]. Ὃς ἐκ Νισίβεως ἢ (22) τῶν τῇδε χωρίων

## 119 CAP. XVI.

*De sancto Ephraim.*

Omnium vero laudem supergressus esse, et catholicam Ecclesiam plurimum exornasse videtur Ephraim Syrus. Qui Nisibi natus, aut in aliquo

[1] Socr. lib. II, c. 35.

### VALESII ANNOTATIONES.

Allatii. Intelligit autem Sozomenus libros Hilarii adversus Auxentium et contra Arianos. Per libros autem De fide designat libros Hilarii De Trinitate.

(20) *Φασὶ δὲ αὐτὸν ἰατρὸν ὄντα.* Aetium, inter cætera, medicinæ quoque operam dedisse testatur Philostorgius in libro tertio, et ante illum Gregorius Nyssenus in libro primo *Contra Eunomium.* Ubi multa refert de vita et institutis Aetii, quæ ab Athanasio Ancyræ episcopo acceperat. Ait igitur Aetium primo Ampelidis cujusdam servum fuisse ; deinde, relicta domina, fabrum ærarium fuisse. Verba Gregorii quæ ab interprete perperam translata sunt, hic adscribam : ἐκδύντα γὰρ αὐτὸν ἤδη τὴν δουλείαν Ἀμπελίδος τῆς κεκτημένης αὐτόν· τὸ δὲ ὅπως οὐδὲν δέομαι λέγειν ὡς ἂν μὴ δόξαιμι κακοηθέστερον τοῦ διηγήματος ἅπτεσθαι· εἶναι μὲν χαμευτὴν κατ' ἀρχὰς, σφύρᾳ βραχείᾳ καὶ ἄκμονι μικρῷ προσκαθήμενον. Hunc Gregorii Nysseni locum citat Nicetas in *Thesauro orthodoxæ fidei,* libro v, D cap. 30.

(21) *Ὅτι τινὰς τῶν εἰρημένων αἱρέσεων.* Hæc verba duobus modis construi possunt. Nam vox illa τῶν εἰρημένων jungi potest cum sequente vocabulo αἱρέσεων, aut referri potest ad vocem τινὰς quæ præcessit, et in masculino genere sumi. Priorem sensum secutus est Musculus, posteriorem Christophorsonus. Sic enim vertit : *quosdam eorum quos percensui, errorum vel sectarum auctores,* etc.

(22) *Ὅς ἐκ Νισίβης ὤν.* Rectius in codice Leonis Allatii scriptum est, ὃς ἐκ Νισίβεως ἢ τῶν τῇδε χωρίων γένος εἶχεν. Quam lectionem in versione mea secutus sum. At Christophorsonus et Savilius

### VARIORUM.

[m] *Ἐφραὶμ ὁ Σύρος.* Floruit S. Ephraim ab anno 370. Cæsaream Cappadociæ non alia de causa profectus est, quam ut Basilium M. videret, et cum eo versaretur; qui hominem admiratus, eruditionis

Digitized by Google

ejus territorii loco, in monastica philosophia ab A ineunte ætate sese exercuit. Et cum nec ab ullo doctus fuisset, nec spem antea fecisset talem se aliquando futurum, repente in Syrorum lingua ad tantam eruditionem pervenit, ut philosophiæ quidem difficillima quæque theoremata facile perciperet: facultate vero ac splendore orationis, et sententiarum crebritate simul atque sapientia, Græcorum scriptores longo intervallo superaret. Etenim istorum quidem scripta, si quis in Syriacam aut aliam linguam converterit, et condimenta, ut ita dicam, Græci leporis abstulerit, statim deprehenduntur, et pristinam gratiam amittunt. In libris autem Ephraim, idem non accidit. Nam et ipso adhuc superstite libri ejus in Græcum sermonem translati sunt, et usque ad hoc tempus B transferuntur: nec tamen a domestica ac nativa præstantia multum recedunt. Sed dum Græce legitur, non minus admirationi est, quam dum Syriace. Denique Basilius, qui postea Cæsareæ Cappadocum metropolis episcopus fuit, virum hunc admiratus est, et eruditionis causa magnopere suspexit. Quamobrem non immerito Ephraim mihi videtur hoc laudis testimonium quod ore Basilii prolatum est, ab omnibus simul qui doctrinæ causa inter Græcos eo tempore claruerunt, communi consensu retulisse: quippe cum Basilius, omnium sui temporis eloquentissimus fuisse ab universis comprobetur. Dicitur porro circiter tricies centena versuum millia in universum scri- C

A τὸ γένος εἶχεν. Ἐν φιλοσοφίᾳ δὲ μοναστικῇ τὸν βίον ἐξασκήσας, οὔτε μαθὼν, οὔτε προσδοκηθεὶς τοιοῦτος εἶναι, ἐξαπίνης ἐπὶ τοσοῦτον παιδείας κατὰ τὴν Σύρων φωνὴν ἐπέδωκεν, ὡς φιλοσοφίας μὲν τῶν ἄκρων ἐφικέσθαι θεωρημάτων· εὐκολίᾳ δὲ καὶ λαμπρότητι λόγου, καὶ τῷ πυκνῷ καὶ σώφρονι τῶν νοημάτων, ὑπερβαλέσθαι τοὺς παρ' Ἕλλησιν εὐδοκιμωτάτους συγγραφέας. Οὕτω γοῦν τῶν μὲν, εἴτις πρὸς τὴν Σύρων ἢ ἑτέραν γλῶτταν μεταβάλλοι τὰ γράμματα, καὶ τὴν καρυκείαν, ὡς εἰπεῖν, ἀφέλοιτο τῶν Ἑλληνικῶν γλωττισμάτων, αὐτίκα φωρᾶται, καὶ τῆς προτέρας ἀποῤῥεῖ χάριτος. Ἐπὶ δὲ τῶν Ἐφραὶμ λόγων, οὐχ οὕτως. Περιόντος τε γὰρ αὐτοῦ, καὶ εἰσέτι νῦν, ἃ συνεγράψατο πρὸς Ἑλληνίδα φωνὴν ἑρμηνεύουσι· καὶ οὐ πολὺ ἀποδεῖ τῆς ἐν ᾧ πέφυκεν ἀρετῆς. Ἀλλὰ B καὶ Ἕλλην (23) ἀναγινωσκόμενος, ἐπίσης τῷ Σύρος εἶναι θαυμάζεται. Ἀμέλει τοι καὶ Βασίλειος, ὁ τὴν Καππαδοκῶν μητρόπολιν μετὰ ταῦτα ἐπισκοπήσας, ἠγάσθη τὸν ἄνδρα, καὶ τῆς παιδεύσεως ἐθαύμασεν. Ὥστε μοι δικαίως καταφαίνεται, κοινῇ παρὰ τῶν τότε παρ' Ἕλλησιν ἐπὶ λόγοις θαυμαζομένων ταύτην τὴν μαρτυρίαν ἀπενέγκασθαι τὸν Ἐφραὶμ, διὰ τῆς τοῦ Βασιλείου φωνῆς ἐξενεχθεῖσαν, ὡς τῶν κατ' αὐτὸν πάντων ἐλλογιμώτερος γεγενῆσθαι συνωμολόγηται. Λέγεται δὲ τὰς πάσας ἀμφὶ τὰς τριακοσίας μυριάδας ἐπῶν (24) συγγράψαι, καὶ μαθητὰς ἐσχηκέναι πολλοὺς, σπουδῇ τὴν αὐτοῦ παίδευσιν ζηλώσαντας. Ἐπισημοτάτους δὲ Ἀββᾶν, καὶ Ζηνόβιον (25), Ἀβραάμ τε καὶ Μαρᾶν καὶ Συμεῶνα· ἐφ' οἷς μέγα C αὐχοῦσιν οἱ Σύρων παῖδες (26), καὶ ὅσοι τὴν παρ'

## VALESII ANNOTATIONES.

pro χωρίων restituunt ἐπιχωρίων. Quod non probo. Ait enim Sozomenus, Ephraim patriam habuisse Nisibim, aut alium quempiam ejus regionis locum. Certe Symeon Metaphrastes patriam illi tribuit Edessam.

(23) *Ἀλλὰ καὶ Ἕλλην.* Hunc locum non intellexerunt interpretes. Nam Musculus quidem ita vertit: *Sed et Græcus lector ex æquo admiratur, quod homo Syrus talia dicit.* Christophorsonus vero interpretatur hoc modo: *Sed cum Græcus etiam illa Græce legat, perinde ea admiratur, atque si Syrus esset, et Syriace legeret.* Uterque id quod de Ephraim ipso dicitur, de lectore dici existimavit; et verba illa ἀναγινωσκόμενος ac θαυμάζεται, pro activis accepit. Longe rectius Nicephorus, qui hunc Sozomeni locum ita expressit: Θαῦμα δέ ἐστι τοῖς ἀκούουσι καὶ Ἕλλην καὶ Σύρος ἀναγινωσκόμενος. Sed neque Langus, vir alioqui doctissimus, hunc Nicephori locum intellexit. Ita tres interpretes in unius loci non admodum difficilis versione lapsos videas.

(24) *Μυριάδας ἐπῶν.* Pessime Christophorsonus myriadas carminum vertit. Ἔπη pro στίχοις veteres dixerunt, et ad calcem cujusque libri adnotare solebant, quot versibus seu lineis totum opus constaret. Eusebius in libro primo *Contra Marcellum* capite primo: Εἰς μακρὸν αὐτῷ καὶ ἄμετρον μῆκος ἐξέπεσεν ἡ γραφή· ὡς μόνον ἐπῶν ἐγγύς που μυρίων τὸν ἕνα λόγον ἀπαρτισθῆναι. Sic etiam loquitur Origenes in *Epistola ad Africanum*, ubi de libro Job, quem per versus digestum fuisse constat. Hinc πολυεπὲς βιβλίον dicitur pro πολυστίχῳ, quemadmodum loquitur Eusebius in *Epistola ad Flaccillum*. Plura vide in Annotationibus ad Eusebii librum VI, cap. 16.

(25) *Καὶ Ζηνόβιον.* Hujus Zenobii mentionem facit Ephraim in Testamento suo, quod inter ejus D opera editum est, ubi virum Zigarenum eum appellat, eo quod ortus esset Zigaris, vel potius Zingaris, oppido Arabiæ juxta Edessam, quod a Stephano vocatur Singara.

(26) *Ἐφ' οἷς μέγα Σύρων παῖδες.* In codice Fuketiano scriptum inveni ἐν οἷς μέγα αὐχοῦσι Σύρων παῖδες. Sed præferenda videtur scriptura codicis Allatiani, quæ est hujusmodi: Ἐφ' οἷς μεγαλαυχοῦσιν οἱ Σύρων παῖδες.

## VARIORUM.

et pietatis causa maximopere eum suspexit. Hæreticos Ecclesiæ catholicæ doctrinam corrumpentes vehementer detestatus est, eorumque fraudes et versutias mira dexteritate et acumine sæpe redarguit. Plura de eo curioso lectori suppeditabit *Encomium* quod in ipsum scripsit Gregorius Nyssenus. Obiit vir sanctissimus, et *Propheta Syrorum* cognominatus (teste Hebediesu in *Catalogo*, quem de libris Chaldæorum edidit) circa ann. 378. Moriturus gravi interdicto vetuit, ne se funebri encomio laudarent, pretioso vestimento sepelirent, neve peculiarem corpori suo tumulum constituerent. In scriptis ejus jure se admirari dicit Photius τὸ πειθὸν, τὸ ἡδύνον, καὶ ὅλως εἰς ὅσον βρύει τὸ ἦθος, *quam alte in hominum animos penetret persuadendi vis, quantum fluat jucunditatis, quam denique affectuum copia referta sint.* Cod. 196, Guil. Cave. Vide et Niceph., l. IX, c. 14.

Digitized by Google

A αὐτοῖς παιδείαν ἠκρίβωσαν. Ἐπίσης δὲ Παυλωνᾶν, καὶ Ἀρανὰδ (27) ἐπαινοῦσιν ἐπὶ εὐγλωττίᾳ· φασὶ δὲ τῶν ὑγιῶν δογμάτων διαμαρτεῖν αὐτούς. Οὐκ ἀγνοῶ δὲ, ὡς καὶ πάλαι ἐλλογιμώτατοι τοῦτον τὸν τρόπον παρὰ Ὀσροηνοῖς ἐγένοντο, Βαρδησάνης τε, ὃς τὴν παρ' αὐτοῦ καλουμένην αἵρεσιν συνεστήσατο, καὶ Ἁρμόνιος ὁ Βαρδησάνου παῖς· ὅν φασι διὰ τῶν παρ' Ἕλλησι λόγων ἀχθέντα, πρῶτον μέτροις καὶ νόμοις μουσικοῖς τὴν πάτριον φωνὴν ὑπαγαγεῖν, καὶ χοροῖς παραδοῦναι, καθάπερ καὶ νῦν πολλάκις οἱ Σύροι ψάλλουσιν, οὐ τοῖς Ἁρμονίου συγγράμμασιν, ἀλλὰ τοῖς μέλεσι χρώμενοι. Ἐπεὶ γὰρ οὐ παντάπασιν ἐκτὸς ἦν τῆς πατρῴας αἱρέσεως, καὶ ὧν περὶ ψυχῆς, γενέσεώς τε καὶ φθορᾶς σώματος, καὶ παλιγγενεσίας, οἱ παρ' Ἕλλησι φιλοσοφοῦντες δοξάζουσιν, οἷά γε ὑπὸ λύραν ἃ συνεγράψατο συνθεὶς, ταυτασὶ τὰς δόξας τοῖς οἰ-
B κείοις προσέμιξε γράμμασιν. Ἰδὼν δὲ Ἐφραὶμ κηλουμένους τοὺς Σύρους τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων, καὶ τῷ ῥυθμῷ τῆς μελῳδίας, καὶ κατὰ τοῦτο προσεθιζομένους ὁμοίως αὐτῷ δοξάζειν, καίπερ Ἑλληνικῆς παιδείας ἄμοιρος, ἐπέστη τῇ καταλήψει τῶν Ἁρμονίου μέτρων· καὶ πρὸς τὰ μέλη τῶν ἐκείνου γραμμάτων, ἑτέρας γραφὰς συνᾳδούσας τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς δόγμασι συνέθηκεν· ὁποῖα αὐτῷ πεπόνητο ἐν θείοις ὕμνοις καὶ ἐγκωμίοις ἀπαθῶν ἀνδρῶν (28). Ἐξ ἐκείνου τε Σύροι κατὰ τὸν νόμον τῆς Ἁρμονίου ᾠδῆς τὰ τοῦ Ἐφραὶμ ψάλλουσιν. Ἠλίκος μὲν οὖν τὴν φύσιν ἐγεγόνει, καὶ ἐκ τούτου τεκμαίρεσθαι χρεών. Ἦν δὲ καὶ τὸν βίον, ἐξ ἀγαθῶν ἔργων καὶ ἀκριβοῦς
C πολιτείας ἐπιφανὴς, καὶ ἡσυχίας εἰς ἄγαν ἐραστής. Σεμνὸς δὲ, καὶ τὰς διαβολὰς ἐπὶ τοσοῦτον εὐλαβούμενος, ὡς πάσης γυναικὸς καὶ αὐτὴν τὴν θέαν φυλάττεσθαι. Λόγος γοῦν ποτε γυναῖκά τινα ἀμελῆ τὸν βίον, ἀναιδῆ δὲ ἴσως τὸν τρόπον, ἢ αὐτὴν τὸν ἄνδρα πειρῶσαν, ἢ ἐπὶ μισθῷ τοῦτο ἄλλοις σπουδάζουσαν, ἐπίτηδες ἐν στενωπῷ ἀντιπρόσωπον ὑπαντῆσαι, ἀσκαρδαμυκτὶ ἐς αὐτὸν βλέπουσαν. Τὸν δὲ ἐπιτιμῆσαι αὐτῇ, καὶ εἰς γῆν ὁρᾷν παρακελεύσασθαι. Καὶ πῶς, ἔφη ἡ γυνὴ, ἥτις οὐκ ἀπὸ γῆς, ἀλλ' ἐκ σοῦ ἐγενόμην; δικαιότερον γὰρ εἶναι, σὲ μὲν εἰς γῆν ὁρᾷν ἀφ' ἧς ἔχεις τὴν γένεσιν· ἐμὲ δὲ, εἰς σὲ ὅθεν εἰμί. Θαυμάσας δὲ τὸ γύναιον Ἐφραὶμ, εἰς σύγγραμμα τὸ συμβὰν ἐσχημάτισεν, ὅπερ Σύρων λόγιοι ἐν τοῖς σπουδαίοις τῶν αὐτοῦ λόγων τετάχασι. Λέγεται γοῦν τὸ πρὶν (29)
D ἀκρατῶς ὀργῆς ἔχων, ἀφ' οὗ τὴν μοναστικὴν ἀγωγὴν

A psisse; multosque habuisse discipulos, qui doctrinam ejus studiose æmulati sunt. Inter quos nobilissimi **120** fuerunt Abba, Zenobius, Habraam, Maras atque Symeones: quibus Syri, et quicunque apud Syros exquisitioris doctrinæ studiosi fuerunt, magnopere gloriantur. Nec secus Paulonam et Aranad eloquentiæ causa celebrant: eos tamen a vera fidei doctrina aberrasse dicunt. Nec ignoro, olim quoque apud Osroenos fuisse viros doctissimos, Bardesanem scilicet, qui hæresim ex ipsius nomine appellatam condidit, et Harmonium ejusdem Bardesanis filium: qui cum Græcis disciplinis egregie institutus fuisset, primus patrium sermonem metris ac modulis subjecisse dicitur, et choris tradidisse: qua ratione Syri etiamnum frequenter
B psallunt, non carminibus ab Harmonio scriptis, sed numeris ejus utentes[1]. Nam cum a paterna hæresi non omnino alienus esset, neque ab iis quæ de anima, et de ortu atque interitu corporis, deque regeneratione, Græcorum philosophi sentiunt, scripta sua ad lyræ cantum composuit, et opiniones illas operibus suis inseruit. Ephraim vero, cum Syros et verborum elegantia et modulationis concinnitate delinitos videret, eaque ratione paulatim adduci, ut idem cum Harmonio sentirent, ipse, licet Græcæ eruditionis expers, operam dedit ut Harmonii numeros intelligentia assequeretur: et juxta numeros scriptorum Harmonii, alios composuit libros, ecclesiasticæ do-
C ctrinæ consentientes. Cujusmodi sunt ea, quæ in hymnis et in encomiis sanctorum virorum ab illo sunt elaborata. Ex eo tempore Syri juxta numeros canticorum Harmonii, scripta Ephraim psallere solent. Quantum igitur ingenio valuerit, hinc etiam licet conjicere. Quod vero ad vitam attinet, ex bonis operibus et severa conversatione non minus spectatus fuit. Erat quietis amantissimus; gravis præterea, et calumnias tantopere metuens, ut cujusvis mulieris vel solum aspectum refugeret. Fertur sane mulierem quamdam solutioris vitæ, et moribus fortasse inverecundam, sive sua sponte permotam ut hominem tentaret, sive ab aliis acceptam mercede ad hoc agendum impulsam, de industria ei in angiportu quodam ex adverso occur-
D risse, intentis oculis eum contuentem. Illum vero

[1] Euseb. *Hist.* lib. IV, c. 30.

## VALESII ANNOTATIONES.

(27) *Παυλωνᾶν καὶ Ἀρανάδ.* Sic etiam vocat Nicephorus hos Ephræmi discipulos. In codice tamen Fuketiano scriptum inveni Ἀρανᾶν δ' ἐπαινοῦσιν. Porro Paulonas idem est ac Paulus. Sic enim Syri Græca nomina detorquere consueverant; verbi gratia Maximonam vocabant episcopum Hierosolymorum qui vulgo Maximus dicebatur, ut testatur Epiphanius. Sic Hesychain dicebant pro Hesychio beati Hilarionis discipulo, sicut supra vidimus. Porro cum his duobus Ephræmi discipulis, qui a recto fidei tramite recesserunt, numerandus erat etiam Apollo.

(28) *Καὶ ἐγκωμίοις ἀπαθῶν ἀνδρῶν.* In codice Leonis Allatii scriptum est ἀγαθῶν ἀνδρῶν, non male.

(29) *Λέγεται τὸ πρίν.* In codice Fuketiano scriptum inveni λέγεται γὰρ τὸ πρὶν ἀκρατῶς ὀργῆς ἔχων, etc. Quare assentior Christophorsono et Savilio, qui in margine suorum codicum emendarunt: λέγεται γοῦν τὸ πρὶν, etc.

Digitized by Google

mulierem objurgasse, jussisseque ut deorsum A oculos in terram defigeret. Et curnam, inquit mulier, id faciam, quæ non ex tellure, sed ex te orta sum? Æquius est, ut tu quidem terram aspicias ex qua ortus es: ego vero te aspiciam, ex quo procreata sum. Admiratus mulierem Ephraim, rem ut acciderat peculiari libro exposuit: quem quidem librum doctissimi Syrorum inter præstantissimos **121** illius libros collocarunt. Memoriæ quoque proditum est, illum, cum antea supra modum iracundus esset; ex quo monasticam disciplinam excolere cœpit, a nemine unquam visum esse iratum. Quodam igitur tempore, cum multos per dies, uti solebat, jejunasset, minister qui cibum ei afferebat, ollam fregit. Quem ille pudore ac metu constrictum animadvertens: Bono animo esto, inquit; eamus ad cibum, quando ille ad nos non venit. Mox ad ollæ fragmenta sedens cœnavit. Qualiter vero inani gloria superior fuerit, B hinc intelligi potest. Decretum quo electus fuerat episcopus, quidam ad eum attulerunt, ac simul eum comprehendere conabantur, tanquam ad ordinationem ducturi. Id cum præsensisset, statim in forum cucurrit: et indecore incedens, ac vestem trahens, et in publico comedens, se pro insano spectandum exhibuit. Ubi vero qui illum comprehensuri venerant, hominem mente captum esse arbitrati, appetere eum ulterius ac persequi destiterunt, ille opportunitatem nactus aufugit, et eo usque delituit donec alius ordinatus fuisset. Ac mihi quidem hæc de Ephraim commemorasse sufficiet. Indigenæ vero plura de illo et norunt simul et commemorant. Illud autem quod paulo ante mortem ab eo gestum est, quoniam memoria di- C gnum mihi videtur, hoc loco exponam. Cum fames urbem Edessenorum jamdiu premeret, ipse post longum temporis spatium progressus e cella in qua philosophabatur, divites increpare cœpit, qui tribules suos alimentorum penuria pereuntes, contra quam fas erat negligerent, et suas opes studiose servarent ad suam ipsorum perniciem, et ad cruciatum animæ suæ: quam quidem ille quibuscumque opibus, ipsique adeo corpori, et omnibus aliis rebus præstare, philosophando ostendebat. Ipsos vero animam suam nullo in pretio habere, ex operibus ipsis demonstrabat. Illi, hominem ejusque sermones reveriti, hæc ei responderunt: Nobis facultatum levis est cura. Sed cuinam committenda D sit earum dispensatio ambigimus, cum omnes propemodum inhient lucro, eaque re ad quæstum faciendum abutantur. Tum ille: Ecquis, inquit, vobis ego esse videor? Cumque illi fide dignum et valde probum ac bonum virum faterentur, talemque omnino qualis de eo fama percrebuisset, ille: Vestra igitur causa, inquit, libens hoc munus subibo. Sumptaque ab illis pecunia, trecentos circiter lectos in publicis porticibus constituit: et eos qui ex fame morbum contraxerant, curare cœpit.

A μετῆλθε, μηδέπω θεαθῆναι παρά τινος ὀργιζόμενος. Οὕτω γοῦν ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις ὥσπερ εἰώθει νηστεύοντι, προσφέρων αὐτῷ τὸ ὄψον, ὁ διακονούμενος, τὴν χύτραν ἔκλασεν. Αἰδοῖ δὲ καὶ δέει κεκρατημένον ἰδὼν, ἀλλὰ, Θάῤῥει, καὶ ἡμεῖς, ἔφη, πρὸς τὸ ὄψον ἴωμεν, ἐπειδὴ πρὸς ἡμᾶς οὐκ ἦλθε. Καὶ καθεσθεὶς παρὰ τὰ κλάσματα τῆς χύτρας, ἐδείπνησεν. Ὅσον δὲ κενῆς ἐκράτει δόξης, ἐντεῦθεν ἰστέον. Ποτὲ ψῆφον ἐπισκοπῆς ἐνηνόχασιν αὐτῷ τινες, καὶ συλλαβεῖν ἐπειρῶντο, ὡς ἐπὶ τὴν χειροτονίαν ἄξοντες. Αὐτίκα δὲ αἰσθόμενος, εἰς τὴν ἀγορὰν ἐνέβαλε, καὶ οἷα παραπαίων ἐδείκνυ ἑαυτὸν, ἀτάκτως βαδίζων, καὶ τὴν ἐσθῆτα ἐπισύρων, καὶ δημοσίᾳ ἐσθίων. Ἐπεὶ δὲ ἔξω φρενῶν εἶναι νομίσαντες οἱ συλληψόμενοι, τῆς ἐπ' αὐτὸν ὁρμῆς ἀνεκόπησαν, καιρὸν εὑρὼν ἀπέδρασε, καὶ μέχρι ἕτερος ἐχειροτονήθη, διέλαθεν. Ἀλλὰ τούτοις μὲν ἐγὼ περὶ τοῦ Ἐφραὶμ ἀρκεσθήσομαι. Τὰ δὲ πλείω ἴσασιν εἴ τε καὶ λέγουσιν οἱ ἐπιχώριοι. B Οἷον δὲ αὐτῷ εἴργασται οὐ πρὸ πολλοῦ τῆς τελευτῆς, ἐπεὶ ἀξιομνημόνευτον εἶναί μοι δοκεῖ, ἐνθάδε ἀναγράψομαι. Λιμοῦ γὰρ προκαταλαβόντος τὴν Ἐδεσηνῶν πόλιν, διὰ πολλοῦ χρόνου προελθὼν τοῦ οἰκήματος ἐν ᾧ ἐφιλοσόφει, κατεμέμφετο τοὺς τὰς οὐσίας ἔχοντας, ὡς οὐ δέον ὑπερορῶντας τὸ ὁμόφυλον, ἀπορίᾳ ἐπιτηδείων φθειρόμενον· τὸν δὲ οἰκεῖον πλοῦτον ἐπιμελῶς φυλάττοντας, ἐπὶ βλάβῃ σφῶν καὶ τιμωρίᾳ τῆς ἰδίας ψυχῆς, ἣν τιμιωτέραν παντοδαποῦ πλούτου καὶ αὐτοῦ τοῦ σώματος καὶ τῶν ἄλλων, φιλοσοφῶν ἐδείκνυ· παρ' οὐδὲν δὲ ταύτην ποιουμένους, διὰ τῶν ἔργων ἀπήλεγχεν. Οἱ δὲ, αἰδεσθέντες τὸν ἄνδρα καὶ τοὺς αὐτοῦ λόγους, ἀλλ' οὐδὲν ἡμῖν μέλει οὐσίας, ἔφασαν· ᾧ δὲ τὰ τοιαῦτα ἐπιτρέψομεν διακονεῖσθαι, ἀποροῦμεν, σχεδὸν πάντων πρὸς κέρδος κεχηνότων, C καὶ καπηλίαν τὸ πρᾶγμα ποιουμένων. Ὑπολαβὼν δὲ, Οἷος ὑμῖν δοκῶ, ἤρετο· τῶν δὲ, Ἀξιόχρεών τε καὶ μάλα καλὸν καὶ ἀγαθὸν εἶναι, καὶ τοιοῦτον οἷον ἡ περὶ αὐτοῦ δόξα ἐκράτει συνομολογούντων, Οὐκοῦν ἑκοντὴς, ἔφη, δι' ὑμᾶς ἐπὶ τοῦτο χειροτονήσω ἐμαυτόν. Καὶ λαβὼν ἀργύριον παρ' αὐτῶν, ἀμφὶ τὰς τριακοσίας κλίνας ἐν τοῖς δημοσίοις ἐμβόλοις εἶχε. Καὶ τῶν ἀπὸ λιμοῦ νοσούντων ἐπεμελεῖτο, καὶ ξένους, καὶ τοὺς κατὰ σπάνιν ἀναγκαίων ἐκ τῶν ἀγρῶν παραγενομένους ἐδεξιοῦτο. Ἐπεὶ δὲ ὁ λιμὸς ἐπαύσατο, ἐπανῆλθεν εἰς τὸ οἴκημα ἔνθα καὶ πρὸ τούτου διέτριβε. Καὶ ὀλίγων ἡμερῶν ἐπιβιώσας, ἐτελεύτησε· διακονίας μὲν ἄχρι κληρικοῦ τάγματος ἐπιβάς· περιβόητος δὲ ἐπὶ ἀρετῇ γεγονὼς, οὐχ ἧττον τῶν ἱερωσύνῃ καὶ πολιτείᾳ ἀγαθοῦ βίου καὶ παιδεύσει θαυμαζομένων. D Ταῦτα τῆς Ἐφραὶμ ἀρετῆς τὰ μηνύματα. Ἐπαξίως δὲ εἰπεῖν, καὶ περὶ πάντων διεξελθεῖν, ὡς ἐκεῖνος καὶ ἕκαστος τῶν τότε φιλοσοφησάντων ἰδίᾳ καὶ ἐπολιτεύσατο, καὶ παρὰ τίσι, δεήσει συγγράφεως οἷος αὐτός· ἐμοὶ δὲ ἄπορον εἶναι τοῦτο καθορῶ, ὑπό τε ἀσθενείας λόγων, καὶ ἀγνοίας αὐτῶν τε τῶν ἀνδρῶν, καὶ ὧν κατώρθωσαν. Οἱ μὲν γὰρ ἀνὰ τὰς ἐρήμους ἐλάνθανον· οἱ δὲ καὶ ἐν ὁμίλῳ πόλεων διατρίβοντες, εὐτελεῖς σφᾶς παρεῖχον φαίνεσθαι, καὶ τῶν πολλῶν μηδὲν διαφέροντας· ἀρετὴν μὲν ἐργαζόμενοι, κλέ-

Digitized by Google

πτοντες δὲ τὴν ἀληθῆ περὶ αὐτῶν δόκησιν, ὥστε μὴ A ἐπαινεῖσθαι παρὰ τῶν ἄλλων. Πρὸς γὰρ τὰς ἀμοιβὰς τῶν ἐσομένων ἀγαθῶν τὸν νοῦν τείνοντες, μάρτυρα ὧν ἐπόνουν μόνον τὸν Θεὸν ἐποιοῦντο· τῆς δὲ ἔξωθεν δόξης οὐδεὶς αὐτοῖς λόγος ἦν.

Peregrinos quoque, et eos qui ob alimentorum inopiam ex agris confluebant, benigne excepit. Postquam fames finem accepit, ipse in cellam suam regressus est, in qua prius philosophari consueverat. Et cum paucos illic dies supervixisset, fato functus est: in ecclesiastico quidem ordine ad diaconatum duntaxat progressus, virtutis tamen causa non minus celebratus, quam illi qui ob sacerdotii dignitatem, vitæque integritatem et eruditionem ab omnibus suspiciuntur. Hæc sunt virtutis quæ in Ephraim fuit, indicia. Nam pro dignitate dicere, et omnia accurate commemorare, **122** quonam modo et ille, et singuli qui eo tempore philosophati sunt, vixerint, et apud quos conversati sint, res est quæ scriptorem ejusmodi requirat, qualis ille ipse fuit. Me quidem id præstare non posse intelligo, tum ob doctrinæ tenuitatem, tum ob ignorationem tam virorum ipsorum, quam rerum ab iisdem præclare gestarum. Alii enim eorum in solitudine delituerunt. Alii vero, licet in media civitatum turba vixerint, viles et abjecti, nec a vulgo ullatenus discrepantes videri voluerunt: virtutem quidem sedulo excolentes: veram tamen hominum de ipsis existimationem subterfugientes, ne ab aliis laudarentur. Nam cum ad mercedem futurorum bonorum mentis suæ aciem intenderent, testem operum suorum Deum solum constituebant: externæ vero gloriæ nulla ipsis fuit cura.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

B

*Περὶ τῶν τότε πραγμάτων, ὅπως ἐκ συνδρομῆς τῶν βασιλέων καὶ τῶν ἀρχιερέων, τὸ κατὰ Χριστὸν ηὔξανε δόγμα.*

Ὡς ἐπίπαν δὲ καὶ οἱ προεστῶτες τότε τῶν Ἐκκλησιῶν, τὸν βίον ἠκρίβωντο. Εἰκότως τε ὑπὸ τοιούτοις ἐναγόμενα τὰ πλήθη, σπουδαίως συντέτακτο (30) περὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ σέβας· καὶ ἡ θρησκεία ὁσημέραι ἐπεδίδου, ζήλῳ τε καὶ ἀρετῇ, καὶ παραδόξοις πράξεσιν ἱερέων καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν φιλοσόφων, ἐθήρα καὶ πρὸς ἑαυτὴν μετῆγε τῆς Ἑλληνικῆς τερθρείας, τοὺς Ἑλληνιστάς. Συνελαμβάνοντο δὲ εἰς ἐπίδοσιν τούτων καὶ οἱ βασιλεῖς, οὐχ ἧττον ἢ ὁ πατὴρ περὶ τὰς Ἐκκλησίας σπουδάζοντες, καὶ κληρικοὺς καὶ παῖδας αὐτῶν καὶ οἰκείους ἐξαιρέτοις τιμαῖς καὶ ἀτελείαις γεραίροντες, καὶ τοῖς πατρῴοις νόμοις ἐπιψηφιζόμε- C νοι, καὶ οἰκείους τιθέντες νόμους κατὰ τῶν θύειν, ἢ ξόανα θεραπεύειν, ἢ ἄλλως Ἑλληνικῶς θρησκεύειν ἐπιχειρούντων. Ναοὺς δὲ τοὺς πανταχῇ κειμένους ἐν πόλεσι καὶ ἀγροῖς κεκλεῖσθαι προσέταξαν. Τοὺς δὲ, ταῖς Ἐκκλησίαις προσένειμαν, ἢ τόπων, ἢ ὑλῶν προσδεομέναις· μάλιστα γὰρ πολλὴν ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο, τοὺς μὲν ὑπὸ χρόνου κάμνοντας τῶν εὐκτηρίων οἴκων ἀνανεοῦν, τοὺς δὲ μεγαλοπρεπῶς ἐκ θεμελίων ἐγείρειν. Ὧν ἐστι καὶ ἡ ἀξιοθέατος καὶ κάλλει ἀοίδιμος Ἐμέσης Ἐκκλησία. Ἰουδαίων δὲ ἐνομοθέτησαν μηδένα δοῦλον ὠνεῖσθαι τῶν ἐξ ἑτέρας αἱρέσεως· εἰ δὲ παρὰ τοῦτο ποιήσει, δημόσιον οἰκέτην εἶναι (31); εἰ δὲ καὶ περιτέμῃ καθὰ Ἰουδαίοις θέμις, εἰς κεφαλὴν εἶναι τὸν κίνδυνον, καὶ ἀφαίρεσιν τῶν ὄντων. Ἐπεὶ γὰρ τὴν θρησκείαν πάντοθεν αὔξειν D ἠβούλοντο, καὶ τούτου πρόνοιαν ἐποιήσαντο, ὥστε μὴ

## CAP. XVII.

*De rebus quæ tunc gestæ sunt: et quo pacto, conspirantibus in unum episcopis atque imperatoribus, Christiana religio amplificata fuerit.*

Sed et qui tunc Ecclesiis præsidebant, omnes propemodum districtam vivendi rationem inibant. Ex quo factum est, ut populi ab hujusmodi præsulibus gubernati, Christi cultui omni studio incumberent; et religio in dies augeretur; et ardore animi ac virtute, admirandisque operibus tam sacerdotum, quam ecclesiasticorum philosophorum, gentiles ad se alliceret, et a Græca superstitione revocaret. Ad earum autem rerum incrementum, ipsi quoque imperatores plurimum contulerunt, quippe qui non minore studio quam ipsorum pater, Ecclesias foverent; clericos, eorumque liberos ac famulos privilegiis et immunitatibus honorarent; nec solum paternas leges confirmarent, verum etiam proprias de integro ferrent, contra eos qui sacrificare, aut simulacra colere, aut gentilem superstitionem quoquomodo exercere præsumerent. Templa etiam ubicunque posita, sive in urbibus, sive in agris, occludi jusserunt. Quædam vero illorum, attribuerunt ecclesiis, quæ vel loci spatio, vel materia ad ædificandum opus habebant. Omni enim cura ac studio in id incumbebant, ut ecclesias vetustate temporis collapsas reficerent, aut novas a fundamentis magnifice exstruerent. Quarum ex numero fuit Emisenorum ecclesia, spectatu dignissima, et ob pulchritudinem ubique celebrata. Præterea lege sanxerunt, ne Judæus servum ex alia emeret secta. Quod si secus fecisset, servum fisco

### VALESII ANNOTATIONES.

(30) *Σπουδαίως συντέτακτο.* Nisi me conjectura fallit, scripserat Sozomenus συντέτατο. Sic enim eleganter exprimitur ardens et contentum studium vulgi erga cultum Christi: συντέτακτο vero, eo quidem sensu nunquam sumitur.

(31) *Δημόσιον οἰκέτην εἶναι.* Hæc de Judæo emptore intellexerunt interpretes. Sed lex ipsa Constantini imperatoris, quæ relata est in libro XVI codicis Theodosiani, titul. *Ne Judæus Christianum mancipium habeat*, hæc verba aliter accipienda esse docet, de ipso scilicet servo qui emptus est a Judæo, ut scilicet publicus fiat seu fiscalis. Verba legis hæc sunt: *Si aliquis Judæorum, mancipium sectæ alterius seu nationis crediderit comparandum, mancipium fisco protinus vindicetur. Si vero emptum circumciderit, non solum mancipii damno multetur, verum etiam capitali sententia puniatur. Quod si venerandæ fidei conscia mancipia Judæus mercari non dubitet, omnia quæ apud eum reperiuntur, protinus auferantur.*

Digitized by Google

addici mandarunt. Si vero emptum Judæorum more circumcidisset, capitis supplicio et bonorum proscriptione multandum. Nam cum Christianam religionem omnibus modis augere vellent, huic rei etiam prospexerunt, **123** ne qui ex Judæis orti non erant, ad Judaicam religionem impune traducerentur : sed ut servarentur Ecclesiæ. quoscumque spes erat ad Christianam religionem venturos esse. Nam ex gentilium numero potissimum Christiana religio crescebat.

A ἀδεῶς εἰς Ἰουδαϊσμὸν ὑποσύρεσθαι τοὺς μὴ τοιούτους ἐκ γένους ὄντας· φυλάττεσθαι δὲ τῇ Ἐκκλησίᾳ καὶ τοὺς ἐλπίδα Χριστιανισμοῦ ἔχοντας. Μάλιστα γὰρ ἐκ τοῦ ἑλληνικοῦ πλήθους ἐπεδίδου ἡ θρησκεία.

## CAP. XVIII.

*De fide liberorum Constantini, deque Homoousii et Homœousii distinctione ; et undenam factum sit ut Constantius a recta fide deflecteret.*

Adhæc in doctrina fidei, initio quidem patris sui sententiam sequebantur, quippe ambo Nicænæ fidei favebant. Et Constans quidem usque ad exitum vitæ in ea sententia perseveravit. Constantius vero, aliquandiu quidem in eadem opinione stetit. Postea vero, cum calumniis appetitum esset consubstantialis vocabulum, a priore quidem sententia discessit : non idcirco tamen Filium Patri similem quoad substantiam confiteri penitus destitit. At vero Eusebius et alii quidam Orientalium partium episcopi, qui tum doctrinæ, tum sanctitatis causa per id tempus celeberrimi habebantur, distinctionem quamdam, sicuti accepimus, tradiderunt inter consubstantiale, et simile quoad substantiam, quod illi homœousium vocabant. Etenim consubstantiale quidem in corporibus proprie intelligi ; in hominibus scilicet ac reliquis animalibus, et in arboribus ac plantis, quæ participant ac generantur ex simili. Homœousium vero in rebus incorporeis locum habere, puta in Deo et angelis, quorum utrumque per se seorsum juxta propriam substantiam intelligitur. Ab iis igitur imperator Constantius in errorem inductus est. Et mente quidem ipsa, ut mea fert opinio, idem quod parens et frater ipsius sentiebat. Sed vocem commutans, pro homoousio dixit homœousium. Sic enim placuerat istis doctoribus, ita omnino dicendum esse affirmantibus, si exactius loqui velimus : nam nisi ita dixeris, periculum esse, ne corpus esse sentias id quod est incorporeum. Quod quidem stultum esse plerique existimarunt. Aiunt enim, ad res intelligibiles exponendas accipienda esse vocabula ex rebus quæ sub sensum cadunt : nihilque esse periculi in dictione, nisi in sensu erratum sit.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

*Περὶ τῆς δόξης τῶν παίδων Κωνσταντίνου· καὶ περὶ τοῦ ὁμοουσίου καὶ ὁμοιουσίου διάφορα· καὶ ὅθεν παρετράπη τῆς ὀρθῆς πίστεως Κωνστάντιος.*

Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ αὐτὸ τὸ δόγμα, τὰ πρῶτα τὴν πατρῴαν ἐφύλαττον δόξαν· ἄμφω γὰρ ἐπαινέ-
B ται τῆς ἐν Νικαίᾳ πίστεως. Καὶ Κώνστας μὲν οὕτω διαμείνας ἐτελεύτησε· Κωνστάντιος δὲ, μέχρι μέν τινος, ὁμοίως εἶχε. Μετὰ ταῦτα δὲ διαβληθείσης τῆς τοῦ ὁμοουσίου λέξεως, τῆς προτέρας παρεκινήθη γνώμης· οὐ μὴν παντελῶς ἀπέσχετο τοῦ κατ' οὐσίαν ὅμοιον εἶναι τὸν Υἱὸν συνομολογεῖν τῷ Πατρί. Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Εὐσέβιον, καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν τότε ἀνὰ τὴν Ἕω ἐπὶ λόγῳ καὶ βίῳ θαυμαζομένων ἐπισκόπων, διαφορὰν, ὡς ἔγνωμεν, εἰσηγοῦντο τοῦ ὁμοούσιον λέγειν καὶ κατ' οὐσίαν ὅμοιον, ὅπερ ὁμοιούσιον ὠνόμαζον. Τὸ μὲν γὰρ ὁμοούσιον, ἐπὶ σωμάτων κυρίως νοεῖσθαι, οἷον ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ζώων, καὶ δένδρων καὶ φυτῶν, οἷς ἐξ ὁμοίου ἡ μετουσία καὶ ἡ γένεσίς ἐστι. Τὸ δὲ ὁμοιούσιον, ἐπὶ ἀσωμάτων, οἷον ἐπὶ Θεοῦ καὶ ἀγγέλων, ἑκατέρου πρὸς ἑαυτὸν νοου-
C μένου κατ' ἰδίαν οὐσίαν. Ὑπὸ δὴ τῶν τοιούτων καὶ Κωνστάντιος ὁ βασιλεὺς μετεπείσθη. Καὶ κατὰ μὲν διάνοιαν, ὡς εἰκάζω, ὅμοια τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἀδελφῷ ἐφρόνει. Ῥητὸν δὲ ῥητοῦ ἀμείψας, ἀντὶ ὁμοουσίου ὁμοιοούσιον ἔλεγε. Τοῦτο γὰρ ἐδόκει τοῖς τούτων εἰσηγηταῖς, ἀκριβέστερον ὧδε ὀνομάζειν ἰσχυριζομένοις ὡς εἴτις μὴ τοῦτο λέγει, κινδυνεύοι σῶμα τὸ ἀσώματον νοεῖν· ὅπερ εὔηθες εἶναι πολλοῖς ἐδόκει. Ἐκ γὰρ τῶν φαινομένων ἔφασκον χρῆναι περὶ τῶν νοητῶν τὰ ὀνόματα μεταλαμβάνειν· λέξεώς τε κίνδυνον μηδένα εἶναι, ἣν μὴ περὶ ἔννοιαν ἡ ἁμαρτία γένηται.

## CAP. XIX.

*Iterum de consubstantiali : deque Ariminensi concilio, quomodo et unde, et quam ob causam fuerit congregatum.*

Nec sane mirum est, imperatori istud contigisse, cum permulti etiam episcopi qui fidei Nicæni concilii assentiebantur, idem vocabulum citra contentionem admitterent[1]. Alii vero utraque dictione ad unam eamdemque rem significandam promiscue utebantur. Quamobrem a veritate longe aberrare mihi videtur, id quod Ariani ubique prædicaverunt. Aiunt enim post Nicænam synodum complures episcopos, inter quos Eusebius fuit ac

D

## ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

*Ἔτι περὶ τοῦ ὁμοουσίου, καὶ περὶ τῆς ἐν Ἀριμήνῳ συνόδου, ὅπως καὶ ὅθεν καὶ δι' ὃ συνέστη.*

Οὐ θαυμαστὸν δὲ, εἰ ὁ βασιλεὺς αὐτὸ τοῦτο πέπονθεν· ἐπεὶ καὶ τῶν ἱερέων πολλοὶ ἀφιλονείκως τὸ ὄνομα τοῦτο προσίεντο, τῇ διανοίᾳ συνᾴδοντες τοῖς ἐν Νικαίᾳ συνεληλυθόσιν. Οἱ δὲ ἑκατέρᾳ λέξει μηδὲν διαφερόμενοι, ἐχρῶντο ἐπὶ τῆς αὐτῆς σημασίας. Ὥστε μοι δοκεῖ παρὰ πολὺ τῆς ἀληθείας κεκομψεῦσθαι ἐκεῖνον τὸν λόγον τοῖς τὰ Ἀρείου φρονοῦσιν. Λέγουσι γὰρ ὡς μετὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον, πολλοὶ τῶν ἱερέων, ὧν ἦσαν Εὐσέβιος καὶ Θεόγνιος, οὐκέτι λέγειν

[1] Socr. lib. II, c. 2.

Digitized by Google

A ἠνείχοντο ὁμοούσιον εἶναι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱόν· καὶ χαλεπήνας Κωνσταντῖνος ὑπερορίαν αὐτοὺς οἰκεῖν κατεδίκασεν. Ὄναρ δὲ ἢ ὕπαρ θεόθεν προανεφάνη τῇ ἀδελφῇ τοῦ βασιλέως, ὡς ὀρθῶς δοξάζουσι, καὶ ἀδίκως τάδε πεπόνθασιν. Ἐκ τούτου δὲ τὸν βασιλέα μετακαλέσασθαι αὐτοὺς, καὶ πυθέσθαι τί δήποτε παρὰ τὰ ἐν Νικαίᾳ δόξαντα φρονοῦσι, καὶ ταῦτα κοινωνοὶ γενόμενοι τῆς ἐκτεθείσης ἐνθάδε ἐπὶ τῇ πίστει γραφῆς. Τοὺς δὲ φάναι, οὐκ ἀπὸ γνώμης συναινέσαι· δεδιότας δὲ μὴ, ὡς εἰκὸς, ἔριδος ἐπὶ τούτῳ γενομένης, καταγνῷ ὡς ἀμφιβόλου τοῦ δόγματος, καὶ πρὸς Ἑλληνισμὸν τραπείη, καὶ διώξει τὴν Ἐκκλησίαν, ἔναγχος Χριστιανίζειν ἀρξάμενος, καὶ ἔτι ἀβάπτιστος ὤν. Ἐπὶ ταύτῃ δὲ τῇ ἀπολογίᾳ φασὶ Κωνσταντῖνον συγγνώμην αὐτοῖς νεῖμαι· προνοῆσαι δὲ πάλιν ἑτέραν συναθροῖσαι σύνοδον. B Ἐν δὲ τῷ ταῦτα βουλεύεσθαι φθασάσης τῆς αὐτοῦ τελευτῆς, οἷα πρεσβυτέρῳ παιδὶ ἐντείλασθαι Κωνσταντίῳ m' τοῦτο ἐπιτελέσαι, ὡς οὐδὲν ὄφελος ὂν αὐτῷ βασιλείας, εἰ μὴ συμφώνως πρὸς πάντων τὸ Θεῖον θρησκεύοιτο. Τὸν δὲ τῷ πατρὶ πειθόμενον, τὴν ἐν Ἀριμίνῳ συγκροτῆσαι σύνοδον. Ἧ μάλιστα τὸ ψεῦδος φωρᾶται. Συνεληλύθασι γὰρ Ὑπατίου καὶ Εὐσεβίου ὑπατευόντων, ἡνίκα ἀμφὶ τὸ δεύτερον καὶ εἰκοστὸν ἔτος ἐν τῇ ἡγεμονίᾳ διήνυε Κωνστάντιος, μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτήν· πολλῶν ἐν τῷ μεταξὺ συνόδων γενομένων, ἐν αἷς περὶ ὁμοουσίου καὶ ὁμοιουσίου ζήτησις ἦν. Τὸ δὲ κατ' οὐσίαν ὅμοιον (32) τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν δοξάζειν, παντελῶς οὐδεὶς ἠθέλησεν, εἰσότε περὶ τούτου Ἀέτιος χαλεπῶς ἤνεγκε (33). Καὶ ἐπὶ ἀναιρέσει τοῦ τοιούτου δόγματος, ἐν C Ἀριμίνῳ καὶ Σελευκείᾳ προσέταξε κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον τοὺς ἱερέας συνελθεῖν. Ὥστε τὴν ἀληθῆ αἰτίαν ταυτησὶ τῆς συνόδου γενέσθαι, οὐ τὴν Κωνσταντίνου κέλευσιν, ἀλλὰ τὴν κατ' Ἀέτιον ζήτησιν. Ὅτι μὲν οὖν τάδε ὧδε ἔχει, καὶ τὰ ἑξῆς ἐπιδείξει.

**124** Theognius, Filium Patri consubstantialem dicere recusasse; Constantinum vero indignatione commotum, multasse eos exsilio. Postea vero aut somnium, aut veram visionem sorori imperatoris apparuisse divinitus, qua monita sit, homines illos recte sentire, et injuste esse damnatos. Hac de causa imperatorem eos ab exsilio revocasse: quæsisseque ex illis, quid causæ esset cur a decretis Nicæni concilii dissentirent, præsertim cum fidei illic expositæ ipsi una cum reliquis subscripsissent. Tum illos respondisse, se nequaquam ex animo consensisse, sed propterea quod vererentur ne, excitata de hac re contentione, ipse religionem tanquam dubiam atque ancipitem condemnaret, et ad gentilium superstitionem conversus, Ecclesiam persequeretur; quippe qui recens Christum colere instituisset, nec baptismum adhuc suscepisset. Post hanc defensionem aiunt Constantinum eis veniam indulsisse, et de altera synodo convocanda cepisse consilium. Verum dum ista cogitaret, fatali morte eum præveniente, Constantio, utpote majori natu, mandasse ut istud perficeret. Quippe imperium nihil ipsi profuturum esse, nisi Deus ab omnibus unum idemque sentientibus coleretur. Constantium itaque patris mandato obsequentem, concilium Arimini congregasse. Ex quo maxime mendacium illorum deprehenditur. Etenim synodus Arimini celebrata est Eusebio et Hypatio consulibus, annum imperii secundum et vicesimum agente Constantio, post obitum patris sui Constantini [1]. Medioque illo temporis spatio plures synodi congregatæ sunt, in quibus de consubstantiali et de homœousio disputatum est. Filium vero Patri dissimilem secundum substantiam, nemo omnino ausus est asserere, nisi solus tunc temporis Aetius. Quod imperator Constantius graviter ferens, ad eam opinionem abolendam sacerdotes Ariminum et Seleuciam eodem tempore jussit convenire. Adeo ut verissima causa Ariminensis concilii fuerit, non Constantini jussio, sed Aetii disputatio. Et hæc quidem ita se habere, ex sequentibus manifesto apparebit.

[1] Soz., lib. IV, c. 16.

## VALESII ANNOTATIONES.

(32) *Τὸ δὲ κατ' οὐσίαν ὅμοιον.* Hunc locum feliciter mihi videor restituisse. Ac primum quidem κατ' οὐσίαν ἀνόμοιον scribendum esse affirmo. Nam Sozomenus hoc loco refellit Arianos, qui dicebant Constantinum Maximum, paulo antequam e vita migraret, consilium cepisse de altera synodo convocanda, ut voces illas ὁμοούσιον et ὁμοιούσιον diligentius examinaret; sed fatali morte præreptum, rem Constantio filio reliquisse. Hunc porro in Ariminensi concilio istud perfecisse. Id vero falsum esse contendit Sozomenus, cum diu ante Ariminensem synodum, de ὁμοουσίῳ et ὁμοιουσίῳ quæsitum fuerit inter episcopos. Deinde non ob eam causam collectum ait fuisse Ariminense concilium, sed ob Aetii dogma, qui Filium Patri dissimilem secundum substantiam paulo ante asseruerat, quam opinionem Eunomius postea latius propagavit.

D (33) *Εἰσότε περὶ τούτου Ἀέτιος χαλεπῶς ἤνεγκε.* Ita quoque in exemplari suo legerat Nicephorus. Sic enim hunc Sozomeni locum expressit: Μέχρις ὅτου ὁ Σύρος Ἀέτιος περὶ τούτου χαλεπῶς διετέθη. Verum in codice Fuketiano veræ scripturæ vestigia deprehendi. In eo enim scribitur, εἰ τότε περὶ τούτου Ἀέτιος, quam lectionem Genevenses quoque typographi ad marginem ascripserunt ex libro Scaligeri. Ego non dubito quin scribendum sit, εἰ μὴ τότε Ἀέτιος· τοῦτο δὲ Κωνστάντιος χαλεπῶς ἤνεγκε, etc., quam emendationem confirmant ea quæ sequuntur. Nisi enim ita legeris, sensus omnino constare non potest.

## VARIORUM.

m' *Πρεσβυτέρῳ παιδὶ Κωνσταντίῳ.* Hoc tamen ordine filios Constantini M. genitos prædicant historici: Constantinum, Constantium, Constantem. Consule Socrat., lib. I, cap. 38, et Theodorit. lib. II, cap. 1.



Digitized by Google

## 125 CAP. XX.

*Quomodo Athanasius Constantii litteris revocatus, sedem suam recepit; et de episcopis Antiochiæ. Item de his quæ ab Athanasio postularit Constantius; et de glorificatione Dei in hymnis.*

Constans vero, postquam ea quæ in Sardicensi concilio gesta erant cognovisset, scripsit fratri ut Athanasio et Paulo ecclesias suas redderet. Cumque hic procrastinaretur, iterum scripsit ut aut viros susciperet, aut se ad bellum pararet[1]. Constantius itaque, re cum Orientalibus episcopis communicata, stultum esse censuit ea de causa civile bellum suscipere. Athanasium igitur ex Italia accersit, cursus publici copiam ei faciens, et frequentibus litteris invitans ut quam celerrime reverteretur. Athanasius vero, qui tum Aquileiæ morabatur, acceptis Constantii litteris, Romam venit, Julio valedicturus. Ille benevole eum complexus dimisit, datis ei litteris ad clerum et populum Alexandrinum, quibus, ut par erat, hominem commendabat, tanquam multis discriminibus nobilitatum: et Alexandrinæ Ecclesiæ gratulabatur, ob reditum tanti sacerdotis; denique hortabatur ut idem cum illo sentirent. Inde igitur digressus Athanasius, Antiochiam Syriæ perrexit, in qua tunc temporis agebat imperator: Leontius vero Ecclesias obtinebat. Nam post exsilium Eustathii, Ariani Antiochenam sedem administrarunt: primum quidem Euphronius, deinde Flaccillus; post quem Stephanus. Qui cum sacerdotio exutus fuisset, utpote indignus, Leontius eo tempore episcopatum illum regebat. Verum Athanasius, eum quidem utpote hæreticum aversatus est: cum iis vero qui Eustathiani vocabantur, communionem iniit, in privatis ædibus collectas celebrans. Cum autem Athanasius lenem ac benevolum erga se Constantium expertus esset, postularetque ab eo ut Ecclesiam suam reciperet, imperator ab Arianæ sectæ antistitibus admonitus: At ego, inquit, paratus sum implere cuncta quæ tibi pollicitus sum, cum te evocarem[2]. Æquum igitur est ut tu, vicissim, quidquid a te beneficii loco petiero, libens mihi concedas. Id autem est, ut ex multis ecclesiis quæ tibi subjectæ sunt, unam habeant ii qui communicare tibi detrectant. Tum Athanasius: Æquum omnino, imo necessarium est, inquit, o imperator, præceptis tuis obtemperare: neque ego contradicam. Verum quoniam in hac quoque Antiochenorum urbe multi sunt qui hæreticorum communionem refugiunt, simile quoque benefi-

[1] Socr., lib. II, c. 23. [2] Id., ibid.

A

## ΚΕΦΑΛ. Κ'.

*Ὡς γράμμασι Κωνσταντίου πάλιν Ἀθανάσιος κάτεισι, καὶ τὸν θρόνον λαμβάνει· καὶ περὶ τῶν τῆς Ἀντιοχείας ἀρχιερέων· καὶ περὶ τῶν Κωνσταντίου πρὸς αὐτὸν ζητημάτων· καὶ περὶ τῆς ἐν ὕμνοις δοξολογίας.*

Ὁ δὲ Κώνστας τὰ ἐν Σαρδικῇ γεγενημένα μαθὼν, ἔγραψε τῷ ἀδελφῷ ἀποδοῦναι τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἀθανάσιον καὶ Παῦλον τὰς ἑαυτῶν ἐκκλησίας. Ὡς δὲ ἀνεβάλλετο, πάλιν ἔγραψεν, ἢ δέχεσθαι τοὺς ἄνδρας, ἢ πρὸς πόλεμον παρασκευάσασθαι. Κοινωσάμενος δὲ περὶ τούτου Κωνστάντιος τοῖς ἀνὰ τὴν Ἕω ἐπισκόποις, εὔηθες ἐνόμισε τούτου χάριν ἐμφύλιον αἱρεῖσθαι μάχην. Μετακαλεῖται δὲ Ἀθανάσιον ἐκ τῆς Ἰταλίας, δημόσια ὀχήματα δοὺς αὐτῷ πρὸς τὴν ἐπάνοδον, καὶ γράμμασι πολλάκις προτρέψας θᾶττον ἐπανελθεῖν. Ἀθανάσιος δὲ ἐν Ἀκυλίᾳ τότε διάγων, δεξάμενος τὰ B Κωνσταντίου γράμματα, ἧκεν εἰς Ῥώμην, τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἰούλιον συνταξόμενος. Ὁ δὲ μάλα φιλοφρόνως ἀπέπεμψεν αὐτὸν, ἐπιστολὴν δοὺς πρὸς τὸν Ἀλεξανδρέων κλῆρον καὶ λαὸν, ὡς εἰκὸς τὸν ἄνδρα θαυμάζουσαν, ἐπιδοξότατον τοῖς πολλοῖς κινδύνοις γεγενημένον, καὶ συνηδομένην τῇ Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ ἐπὶ τοσούτου ἱερέως ἐπανόδῳ, καὶ τὰ αὐτοῦ φρονεῖν παρακελευομένην. Ἐντεῦθέν τε ἧκεν εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Συρίας, ὅπου τότε διέτριβεν ὁ βασιλεύς· τὰς δὲ Ἐκκλησίας κατεῖχε Λεόντιος. Μετὰ γὰρ τὴν Εὐσταθίου φυγὴν, οἱ ἐκ τῆς ἐναντίας αἱρέσεως τὸν Ἀντιοχείας ἐπετρόπευον θρόνον· πρῶτος μὲν Εὐφρόνιος· μετὰ δὲ τοῦτον Πλάκητος, καὶ ἐφεξῆς Στέφανος. Ὡς ἀναξίου δὲ αὐτοῦ ἀποχειροτονηθέντος [a], Λεόντιος τότε C τὴν ἐπισκοπὴν διεῖπεν. Ὃν ὡς ἑτερόδοξον, παρῃτεῖτο Ἀθανάσιος· τοῖς δὲ καλουμένοις Εὐσταθιανοῖς ἐκοινώνει, ἐν ἰδιωτῶν οἰκίαις ἐκκλησιάζων. Ἐπεὶ δὲ εὔνου καὶ ἐπιεικοῦς ἐπειράθη Κωνσταντίου καὶ ἐδόκει τὴν ἰδίαν αὐτῷ ἀπολαβεῖν Ἐκκλησίαν, ὑποθεμένων τῶν προεστώτων τῆς ἐναντίας αἱρέσεως· Ἀλλ' ἐγὼ μὲν, ἔφη ὁ βασιλεὺς, ἕτοιμός εἰμι περᾶναι τὰς ὑποσχέσεις, ἐφ' αἷς σε μετεκαλεσάμην. Ἐν δίκῃ δὲ καὶ αὐτὸς, ἣν ἂν αἰτήσαιμι χάριν, προθύμως συγχωρήσεις. Ἡ δέ ἐστιν, ὥστε ἐκ πολλῶν τῶν ὑπὸ σε ἐκκλησιῶν μίαν ἔχειν τοὺς κοινωνεῖν σοι παραιτουμένους. Ὑπολαβὼν δὲ Ἀθανάσιος, Καὶ μάλα, βασιλεῦ, εἶπε, δίκαιον καὶ ἀναγκαῖον, τοῖς σοῖς προστάγμασι πείθεσθαι, καὶ οὐκ ἀντερῶ. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἀνὰ τήνδε τὴν Ἀντιόχειαν πόλιν, εἰσὶν οἱ τὴν κοινωνίαν D τῶν ἑτεροδόξων ἡμῖν ἀποφεύγοντες, παραπλησίαν αἰτῶ χάριν, ὥστε καὶ αὐτοὺς μίαν ἔχειν ἐκκλησίαν, καὶ ἀδεῶς ἐν ταύτῃ συνιέναι. Δίκαια δὲ λέγειν Ἀθανάσιον τοῦ βασιλέως δοκιμάσαντος, ἄμεινον ἐφάνη τοῖς ἀπὸ τῆς ἑτέρας αἱρέσεως ἡσυχίαν ἄγειν, λογιζο-

## VARIORUM ANNOTATIONES.

[a] *Ὡς ἀναξίου δὲ αὐτοῦ ἀποχειροτονηθέντος.* De Stephani Antiocheni episcopi nefario facinore in Sardicensis synodi oratores, qui Antiochiam profecti, litteras Constantis imp. Athanasium commendantes fratri suo Constantio obtulerunt, vide Athanasii *Historiam Arianorum*, pag. 355; Theodorit., *Hist.* lib. II, c. 8, 9, et annotata in Socr. l. II, cap. 22; de Leontio, Socr. lib. II, cap. 26. Exinde Constantius, remissa paulum in Catholicos sævitia, Athanasium sedi Alexandrinæ restituit, anno 349.

Digitized by Google

μένοις ὡς οὐ πάντω; τὰ τῆς οἰκείας δόξης ἐπίδοσιν ἕξει παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι δι' αὐτὸν Ἀθανάσιον· ἱκανὸν ὄντα τοὺς ὁμοφρονοῦντας ἀσφαλῶς ἔχειν, καὶ τοὺς ἐναντίους ἐπάγεσθαι· παρὰ δὲ Ἀντιοχεῦσιν εἰ τοῦτο γένοιτο, πρῶτον μὲν συγκροτηθήσεσθαι τοὺς Εὐσταθίου ἐπαινέτας πολλοὺς ὄντας. Ἔπειτα δὲ, ὡς εἰκὸς, νεωτέρων αὐτοὺς πειραθήσεσθαι πραγμάτων, ἐξὸν ἀκινδύνως ἔχειν οὓς ἔχουσιν· ἐπεὶ καὶ κρατούντων αὐτῶν τῶν τῇδε ἐκκλησιῶν, οὐ παντελῶς οἷς ἐδόξαζον ὁ πᾶς κλῆρος καὶ ὁ λαὸς ἐπείθοντο· ἀλλὰ κατὰ χοροὺς ὡς ἔθος ἐν τῷ ὑμνεῖν τὸν Θεὸν συνιστάμενοι, πρὸς τῷ τέλει τῶν ᾠδῶν τὴν οἰκείαν προαίρεσιν ἐπεδείκνυον. Καὶ οἱ μὲν, Πατέρα καὶ Υἱὸν (34) ὡς ὁμότιμον ἐδόξαζον· οἱ δὲ, Πατέρα ἐν Υἱῷ, τῇ παρενθέσει τῆς προθέσεως, δευτερεύειν τὸν Υἱὸν ἀποφαίνοντες. Ἀμέλει τοι τούτων ὧδε γεγενημένων, ἀπορῶν ὅ τι ποιήσειε Λεόντιος, ὃς κατὰ τόνδε τὸν χρόνον ἐκ τῆς ἐναντίας αἱρέσεως τὸν Ἀντιοχέων διεῖπε θρόνον, κωλύειν μὲν οὐκ ἐπεχείρησε τοὺς κατὰ τὴν παράδοσιν τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τὸν Θεὸν ὑμνοῦντας· ἐδεδίει γὰρ, μὴ στασιάσῃ τὸ πλῆθος· λέγεται δὲ τῆς κεφαλῆς ἐφαψάμενος, ὑπὸ πολιᾶς λευκῆς οὔσης, εἰπεῖν· ὡς ταυτησὶ τῆς χιόνος λυθείσης, πολὺς ἔσται πηλός. Ὑποδηλῶν ὡς αὐτοῦ τελευτήσαντος, εἰς στάσιν τῷ λαῷ καταλήξει ἡ ἐν τοῖς ὕμνοις διαφωνία, μὴ ἀνεχομένων τῶν μετ' αὐτὸν ὁμοίως συμπεριφέρεσθαι τῷ πλήθει.

cium abs te peto; ut scilicet isti unam sibi habeant ecclesiam, in quam libere possint convenire.

126 Cumque imperator justa esse censuisset quæ ab Athanasio dicerentur, satius visum est Arianis quiete agere. Intelligebant enim sectam suam apud Alexandrinos nullum unquam progressum esse facturam, propter unum Athanasium: quippe qui tantis viribus polleret, ut et fidei suæ homines firme retinere, et adversarios ad se pellicere facile posset. Apud Antiochenos vero si istud fieret, primum quidem Eustathii fautores, qui multi erant, in unum coituros. Deinde ipsos, ut verisimile est, turbas ac res novas experturos esse, cum absque periculo habere sibi liceat eos quos nunc habent: quandoquidem ipsis etiam ecclesias obtinentibus, non tamen universus clerus ac populus opinionem ipsorum penitus sectaretur: sed per choros, ut apud illos moris est, distributi inter psallendum, sub finem hymnorum singuli sententiam suam declararent. Nam alii Patrem, et Filium, tanquam honore æqualem, glorificabant; alii vero Patrem in Filio: hac præpositione adjecta denotantes Filium Patri inferiorem esse. Quæ cum ita fierent, Leontius Arianæ factionis episcopus, qui tum temporis Antiochenam sedem gubernabat, incertus animi quid ageret, eos quidem qui juxta doctrinam fidei a Nicæno concilio traditam Deum hymnis glorificabant, prohibere haudquaquam aggressus est. Verebatur enim ne plebs seditionem commoveret. Manum tamen capiti jam canescenti admovens, dixisse fertur: Hac nive liquefacta multum erit luti. Significans his verbis, futurum ut hæc hymnorum discrepantia, post mortem ipsius, in gravissimam plebis seditionem desineret; iis qui in locum ipsius successuri essent, perinde morigerari atque obsecundare plebi detrectantibus.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

*Οἷα Κωνστάντιος ὑπὲρ Ἀθανασίου τοῖς κατ' Αἴγυπτον γράφει, καὶ περὶ τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις συνόδου.*

Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀποπέμπει Ἀθανάσιον εἰς Αἴγυπτον· ἔγραψε δὲ περὶ αὐτοῦ τοῖς κατὰ πόλιν ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις, καὶ τῷ λαῷ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας, ὀρθότητά τε βίου μαρτυρῶν αὐτῷ καὶ τρόπων ἀρετήν· παρακελευόμενος ὁμονοεῖν καὶ, ὑπὸ πρωτοστάτῃ αὐτῷ εὐχαῖς καὶ ἱκεσίαις τὸ θεῖον θεραπεύειν. Εἰ δέ τινες ἐθελοκακοῦντες στασιώδεις ἀναφανεῖεν, τιμωρίαν διδόναι κατὰ τοὺς περὶ τούτων κειμένους νόμους. Προσέταξε δὲ καὶ τὰ πρότερον παρ' αὐτοῦ γραφέντα κατὰ Ἀθανασίου καὶ τῶν αὐτῷ κοινωνούντων, ἀπὸ τῶν δημοσίων ὑπομνημάτων ἀπαλιφῆναι· καὶ ὡς τὸ πρὶν, ἀτέλειαν ἔχειν λειτουργημάτων τοὺς αὐτοῦ κληρικούς. Καὶ περὶ τούτου πρὸς τοὺς ἀνὰ τὴν Αἴγυπτον καὶ Λιβύην ἄρχοντας ἔγραψε. Παραγενόμενος δὲ Ἀθανάσιος εἰς Αἴγυπτον, οὓς μὲν

## CAP. XXI.

*Quid Constantius Ægyptiis scripserit pro Athanasio; et de synodo Hierosolymitana.*

Porro imperator Athanasium in Ægyptum dimisit: et de illo litteras scripsit, tum ad episcopos et presbyteros per singulas civitates illic constitutos, tum ad plebem Ecclesiæ Alexandrinæ, quibus vitæ illius morumque integritatem commendabat, eosque hortabatur ut sub ejusmodi antistite Deum precibus ac supplicationibus colerent [1]. Quod si qui malevoli ac seditiosi deprehenderentur, eos ex legibus adversus tales homines constitutis pœnas daturos minatus est. Jussit præterea ut quæcunque ab ipso prius scripta essent tam contra Athanasium, quam contra illos qui cum eo communicabant, ex actis publicis delerentur: utque clerici illius pristina, sicut antea consueverant, immunitate fruerentur. Qua de re scripsit

[1] Socr., lib. II, c. 23.

## VALESII ANNOTATIONES.

(34) *Καὶ οἱ μὲν Πατέρα καὶ Υἱόν.* Primus Flavianus hanc δοξολογίαν ad finem Psalmorum canere instituit, ut docet Theodoritus in libro secundo *Historiæ ecclesiasticæ*, et Philostorgius in libro tertio, capite decimo tertio. Per choros autem alternis canere nequaquam instituit Flavius, sed diu ante mos ille in Syria invaluerat, ut notavi ad Socratem. Quod quidem ex hoc etiam Sozomeni loco confirmari potest: ait enim Sozomenus, κατὰ χοροὺς, ὡς ἔθος, ἐν τῷ ὑμνεῖν τὸν Θεὸν συνισταμένοι, etc.

Digitized by Google

ad rectores provinciarum per Ægyptum ac Libyam. Athanasius igitur cum in Ægyptum venisset, quotquot Arii opinionem tueri cognoverat, a sacerdotio removit. Iis vero quos ipse exploraverat, ecclesiarum **127** administrationem, et concilii Nicæni fidem commendabat, admonens eos ut omni studio eam retinerent. Idem quoque eo tempore fecisse dicitur, cum per alias provincias transiret, sicubi forte contigerat ecclesias ab Arianis sacerdotibus obtineri. Certe et hoc crimen ei objecerunt adversarii, quod in urbibus nullatenus ad ipsum pertinentibus ordinationes fecisset. Verum cum invitis adversariis reditum impetrasset, et ob familiaritatem Constantis Augusti nequaquam contemnendus videretur, majore quam antea in honore apud omnes erat. Quin et complures episcopi inimicitias quas cum eo exercuerant, deposuerunt, et communionem cum illo inierunt. Inter quos fuere Palæstini, qui eum transeuntem benigne exceperunt; collectaque Hierosolymis synodo, Maximus et reliqui de illo ad hunc modum scripserunt.

A ἔγνω τὰ Ἀρείου φρονοῦντας, καθεῖλεν. Οἷς δὲ αὐτὸς ἐδοκίμασε, τὰς ἐκκλησίας ἐπέτρεψε, καὶ τὴν πίστιν τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου· καὶ σπουδῇ ταύτης ἔχεσθαι ἐνετέλλετο. Λέγεται δὲ τότε καὶ διὰ τῶν ἄλλων ἐθνῶν τὴν ὁδοιπορίαν ποιούμενος, ὅμοια πρᾶξαι, εἰ συνέβαινε ταῖς ἐκκλησίαις ὑπὸ τῶν Ἀρείου κατέχεσθαι. Ἀμέλει τοι καὶ τοῦτο ἔγκλημα αὐτῷ ἐπῆγον, ὡς ἐν πόλεσι μηδὲν αὐτῷ προσηκούσαις, χειροτονεῖν ἐτόλμησεν. Οἷα δὲ καὶ ἀκόντων τῶν ἐναντίων κατωρθωκὼς τὴν ἐπάνοδον, καὶ διὰ τὴν φιλίαν Κώνσταντος τοῦ βασιλέως οὐ δοκῶν εὐκαταφρόνητος εἶναι, μᾶλλον ἢ πρότερον ἐν τιμῇ ἦν. Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἐπισκόπων, τῆς πρὸς αὐτὸν ἀπεχθείας μετέθεντο, καὶ κοινωνίας μετέδοσαν, ὡς Παλαιστινοί· παριόντα γὰρ αὐτὸν τότε δι' αὐτῶν, εὐμενῶς προσεδέξαντο· καὶ B σύνοδον ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπιτελέσαντες Μάξιμός τε καὶ ἕτεροι, ἔγραψαν περὶ αὐτοῦ τάδε.

## CAP. XXII.

*Epistola synodi Hierosolymitanæ pro Athanasio.*

*Sancta synodus Hierosolymis congregata, collegis per Ægyptum et Libyam constitutis; presbyteris item ac diaconis, et populo urbis Alexandrinæ, charissimis ac desideratissimis fratribus, in Domino salutem.*

Deo optimo maximo dignas gratias agere nequaquam sufficimus, pro admirandis operibus, quæ semper antea, et nunc potissimum Ecclesiæ vestræ causa gessit, pastorem vestrum, et dominum ac collegam nostrum Athanasium vobis restituendo. Quis enim unquam speravit, ea se oculis visurum esse, quæ nunc reipsa consecuti estis? Sed profecto preces vestræ exauditæ sunt a Deo optimo maximo, qui Ecclesiæ suæ curam gerit, et qui vestras lacrymas vestrosque gemitus inspexit, atque idcirco postulationibus vestris annuit. Eratis enim tanquam oves disjectæ atque vexatæ, non habentes pastorem. Propterea vos e cœlo respexit verus Pastor, qui curam gerit ovium suarum: vobisque restituit eum quem desiderabatis. Ecce enim nos qui ecclesiasticæ pacis causa omnia facimus, et qui cum dilectione vestra conspiramus, priores illum complexi sumus: et inita cum eo communione, has ad vos salutationes et gratulationes nostras per illum misimus, ut intelligatis nos charitatis vinculo ei conjunctos esse. Æquum porro est ut etiam pro pietate Deo charissimorum imperatorum vota faciatis, qui ves-

## ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

*Ἐπιστολὴ τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις συνόδου ° ὑπὲρ Ἀθανασίου.*

*Ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν Ἱεροσολύμοις συναχθεῖσα, τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ, καὶ τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις καὶ λαῷ, ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις ἀδελφοῖς, ἐν Κυρίῳ χαίρειν.*

Κατ' ἀξίαν τῷ τῶν ὅλων Θεῷ εὐχαριστεῖν οὐκ ἀρκοῦμεν, ἀγαπητοὶ, ἐφ' οἷς θαυμασίοις ἐποίησε πάντοτε, ἐποίησε δὲ καὶ νῦν μετὰ τῆς ὑμετέρας Ἐκκλησίας, τὸν ποιμένα ὑμῶν καὶ κύριον καὶ συλλειτουργὸν ἡμῶν Ἀθανάσιον ἀποδοὺς ὑμῖν. Τίς γὰρ ἤλπισέ ποτε ταῦτα ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, ἃ νῦν ὑμεῖς C ἔργῳ ἀπολαμβάνετε; ἀλλ' ἀληθῶς αἱ εὐχαὶ ὑμῶν εἰσηκούσθησαν παρὰ τῷ τῶν ὅλων Θεῷ, τῷ κηδομένῳ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ, καὶ ἐπιδόντι ὑμῶν τὰ δάκρυα καὶ τοὺς ὀδυρμοὺς, καὶ διὰ τοῦτο τῶν δεήσεων ὑμῶν ἐπακούσαντι. Ἦτε γὰρ ὡς πρόβατα ἐῤῥιμμένα καὶ ἐσκυλμένα, μὴ ἔχοντα ποιμένα. Καὶ διατοῦτο ἐπεσκέψατο ὑμᾶς ὁ ἀληθινὸς ποιμὴν οὐρανόθεν, ὁ τῶν ἰδίων προβάτων κηδόμενος, ἀποδοὺς ὑμῖν ὃν ἐποθεῖτε. Ἰδοὺ γὰρ καὶ ἡμεῖς πάντα ὑπὲρ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης πράττοντες, καὶ τῇ ὑμετέρᾳ συμπνέοντες ἀγάπῃ, προλαβόντες αὐτὸν ἠσπασάμεθα· καὶ κοινωνήσαντες δι' αὐτοῦ ὑμῖν ταύτας τὰς προσρήσεις διαπεμπόμεθα, καὶ τὰς εὐχαριστηρίους ὑμῶν εὐχὰς (35), ἵν' εἰδῆτε τῷ συνδέσμῳ τῆς ἀγάπης πρὸς D αὐτὸν καὶ ἡμᾶς ἡνῶσθαι. Ὀφείλετε δὲ καὶ ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας τῶν θεοφιλεστάτων βασιλέων εὔχεσθαι· οἵτινες καὶ αὐτοὶ γνόντες τὸν πόθον ὑμῶν καὶ τὴν

### VALESII ANNOTATIONES.

(35) *Εὐχαριστηρίους ὑμῶν εὐχάς.* Sic etiam scriptum habetur apud Athanasium in *Apologetico secundo adversus Arianos*, unde hanc epistolam descripsit Sozomenus. Scribendum tamen est ἡμῶν, ut legerunt interpretes.

### VARIORUM.

° *Ἐπιστολὴ τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις συνόδου.* Exstat hæc epistola apud Athanasium in *Apologia contra Arianos*, pag. 175. Quanta porro fuerit et quam effusa lætitia, in reditu Athanasii, Alexandrinorum ac episcoporum per Ægyptum et Thebaidem, licet ex ipso Athanasio ediscere in *Historia Arianorum ad monachos*, p. 358, quanquam, ut est ille temperans, et a laude propria alienus, non sui, sed pacis conciliatæ causa, gaudio perfusos enarret.

Digitized by Google

αὐτοῦ καθαρότητα, ἀποκαταστῆσαι ὑμῖν αὐτὸν μετὰ A πάσης τιμῆς κατηξίωσαν. Ὑπτίαις οὖν δεξάμενοι αὐτὸν χερσὶ, καὶ τὰς ὀφειλομένας ὑπὲρ αὐτοῦ εὐχαριστηρίους εὐχὰς ἀναπέμψαι τῷ ταῦτα ὑμῖν χαρισαμένῳ Θεῷ σπουδάσατε, ὑπὲρ τοῦ διὰ παντὸς ὑμᾶς χαίρειν σὺν Θεῷ, καὶ δοξάζειν τὸν Κύριον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

*Ὁμολογία Οὐάλεντος καὶ Οὐρσακίου τῶν τὰ Ἀρείου φρονούντων, πρὸς τὸν Ῥώμης, ὡς ψευδῆ κατεῖπον Ἀθανασίου.*

Καὶ τὰ μὲν ὧδε ἔγραψεν ἡ ἐκ Παλαιστίνης σύνοδος. Μέγιστον δὲ ἐπὶ τούτοις Ἀθανασίῳ συνεχώρησε, περιφανῶς ἐλέγχον (36), ἀδίκως αὐτοῦ καταδικάσαι τοὺς ἐν Τύρῳ συνεληλυθότας. Οὐάλης γὰρ καὶ Οὐρ- B σάκιος, οἳ σὺν τοῖς ἀμφὶ Θεόγνιον, ὡς πρόσθεν εἴρηται, εἰς τὸν Μαρεώτην παρεγένοντο ἐρευνῆσαι, εἰ κατὰ τὴν Ἰσχυρίωνος γραφὴν ποτήριον ἱερὸν συνέτριψε, μεταμεληθέντες τάδε ἔγραψαν Ἰουλίῳ τῷ Ῥωμαίων ἐπισκόπῳ.

*Τῷ Κυρίῳ μακαριωτάτῳ πάπᾳ Ἰουλίῳ, Οὐρσάκιος καὶ Οὐάλης.*

Ἐπειδὴ συνέστησεν ἡμᾶς [p] πρὸ τούτου πολλά τε καὶ δεινὰ περὶ Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου διὰ γραμμάτων ὑμῶν ὑποβεβληκέναι, γράμμασι τῆς σῆς Χρηστότητος (37) μεθοδευθέντες, τοῦ πράγματος χάριν περὶ οὗ ἐδηλώσαμεν, οὐκ ἠδυνήθημεν λόγον ἀποδοῦναι, ὁμολογοῦμεν παρὰ τῇ σῇ Χρηστότητι, C παρόντων τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν πάντων τῶν πρεσβυτέρων, ὅτι πάντα τὰ πρὸ τούτου ἐλθόντα εἰς τὰς ἀκοὰς ὑμῶν (38) περὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ προειρημένου Ἀθανασίου, ψευδῆ καὶ πλαστά ἐστιν, πάσῃ τε δυνά-

tre desiderio, ejusque viri innocentia perspecta, **128** eum vobis honorificentissime restituere dignati sunt. Cum igitur expansis manibus eum exceperitis, gratulatorias pro illo preces, uti par est, Deo, qui ista vobis tribuit, offerre studete, ut semper in Deo gaudeatis, et glorificetis Dominum in Christo Jesu Domino nostro, per quem Patri sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

## CAP. XXIII.

*Valentis et Ursacii Arianorum confessio, oblata episcopo Romano, quod falsa retulissent contra Athanasium.*

Et hæc quidem ita scripsit concilium episcoporum Palæstinæ. Postea vero optatissimum quiddam contigit Athanasio, quo perspicue convictum est, injuste illum condemnatum fuisse ab episcopis qui in concilio Tyri convenerant [1]. Etenim Valens et Ursacius, qui una cum Theognio et reliquis, sicut superius dictum est, missi fuerant in Mareotem, inquisituri num Athanasius sacrum calicem confregisset, sicut ab Ischyrione accusabatur, pœnitentia ducti, hæc ad Julium Romanæ urbis episcopum scripsere.

*Domino beatissimo papæ Julio, Valens et Ursacius, salutem.*

Quoniam constat nos antehac multa gravia de nomine Athanasii episcopi litteris insinuasse, atque litteris Sanctitatis tuæ conventos, ejus rei de qua significavimus, non præstitisse rationem, profitemur apud Sanctitatem tuam, cunctis præsentibus presbyteris fratribus nostris, omnia quæ antehac ad aures nostras pervenerunt de nomine prædicti Athanasii, falsa a nobis esse insinuata, atque omnibus viribus carere: atque ideo nos libentissime amplecti communionem prædicti Athanasii, ma-

[1] Socr., lib. II, c. 24.

## VALESII ANNOTATIONES.

(36) *Περιφανῶς ἐλεγχον*. Procul dubio scribendum est ἐλέγχον, accentu mutato. Quomodo et Savilius in suo codice emendavit.

(37) *Γράμμασι τῆς σῆς χρηστότητος*. Intelligo litteras quas Julius papa scripserat ad Eusebium et reliquos condemnatores Athanasii, quibus eos ad causam dicendam evocabat.

(38) *Εἰς τὰς ἀκοὰς ὑμῶν*. Sic etiam legitur in *Apologetico secundo adversus Arianos*, et quidem rectissime. In codice tamen Fuketiano ἡμῶν scriptum est. Atque ita legitur in libello Latino Valentis et Ursacii, quem refert Hilarius in Fragmentis; *Omnia quæ antehac ad aures nostras pervenerunt de nomine prædicti, falsa nobis esse insinuata*, etc. Utra harum lectionum verior sit, difficile est dicere. Si priorem retinere voluerimus, in Latino exemplari scribendum erit: *Cuncta quæ ad aures vestras pervenerunt de nomine prædicti, falsa a nobis insinuata*, etc. Nam Valens et Ursacius in eo libello veniam petunt ob id quod litteris suis olim ad Julium et alios episcopos scriptis Athanasium D gravissimorum scelerum reum esse affirmaverant. Sic enim aiunt initio epistolæ, *Quoniam constat nos antehac multa gravia de nomine Athanasii episcopi litteris nostris insinuasse*, etc. Hæc igitur omnia quæ ad aures Julii aliorumque episcoporum pervenerant, falsa a se insinuata fuisse nunc isto libello profitentur. Vulgatam igitur lectionem retinendam censeo, et in Latino exemplari rescribendum, *falsa a nobis insinuata*. Idque confirmat Liberius papa in disputatione adversus imperatorem Constantium, quam refert Theodoritus.

## VARIORUM.

[p] *Ἐπειδὴ συνέστησεν ἡμᾶς*. Exstat hæc epistola apud Athanasium, in *Apologia contra Arianos*, p. 176. Ut autem Ursacius et Valens Athanasii quoque gratiam inirent, pacificas ipsi litteras per Musæum presbyterum miserunt, rogantes ut se ad communionem admitteret, litterasque mutuo daret ipse in concordiæ societatisque testimonium. Secundum hæc oblatis sibi Athanasii nomine per Petrum et Irenæum presbyteros, et per Ammonium laicum litteris, subscripserunt; non ex animo, sed quia ut res sese dabant, ad quascunque transire partes prompti paratique erant. Hæc autem ad ann. Chr. 349 retulerunt cl. monachi Benedictini in *Vit. Athanas.*, ut et Ant. Pagi, *Critic. in Annales Baronii.*

Digitized by Google

xime cum Sanctitas tua, pro insita sibi benevolentia, errori nostro veniam fuerit dare dignata. **129** Profitemur etiam quod, si aliquando nos Orientales voluerint, vel idem Athanasius, malo animo ad causam vocare, citra conscientiam tuam non adfuturos. Hæreticum vero Arium, et satellites ejus, qui dicunt: Erat tempus quando non erat Filius, et qui dicunt ex nihilo Filium, et qui negant Chris'um Deum et Dei Filium ante sæcula fuisse, sicut per priorem libellum nostrum quem apud Mediolanum porreximus, et nunc et semper anathematizasse, hac manu nostra qua scripsimus, profitemur. Et iterum dicimus hæresim Arianam, ut superius diximus, et ejus auctores in perpetuum damnasse. Et manu Ursacii: Ego Ursacius episcopus huic professioni nostræ subscripsi. Similiter et Valens. Et ista quidem apud Julium sunt professi. Quæ vero ad ipsum Athanasium scripserunt, necessario hic apponenda sunt. Sic autem habent.

A μει ἀλλότρια αὐτοῦ τυγχάνει· διά τε τοῦτο, ἡδέως ἀντιποιούμεθα τῆς κοινωνίας τοῦ προειρημένου Ἀθανασίου· καὶ μάλιστα ὅτι ἡ Θεοσέβειά σου κατὰ τὴν ἔμφυτον αὐτῆς καλοκἀγαθίαν, τῇ πλάνῃ ἡμῶν συγγνώμην κατηξίωσε δοῦναι. Ὁμολογοῦμεν καὶ τοῦτο, ὅτι ἐάν ποτε ἡμᾶς οἱ ἀνατολικοὶ θελήσωσιν, ἢ καὶ αὐτὸς Ἀθανάσιος (39) κακοτρόπως περὶ τούτου εἰς κρίσιν καλέσαι, μὴ ἀπέρχεσθαι παρὰ γνώμην τῆς σῆς διαθέσεως. Τὸν δὲ αἱρετικὸν Ἄρειον, καὶ τοὺς ὑπερασπίζοντας αὐτῷ, τοὺς λέγοντας, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱός, καὶ ὅτι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος Χριστός ἐστιν, καὶ τοὺς ἀρνουμένους τὸν Χριστὸν Θεὸν εἶναι (40) καὶ Υἱὸν Θεοῦ πρὸ αἰώνων, καθὼς καὶ ἐν τῷ προτέρῳ λιβέλλῳ q ἑαυτῶν ἐν τῇ Μεδιολάνων (41) ἐπιδεδώκαμεν, καὶ νῦν καὶ ἀεὶ ἀναθεματίζομεν· B ταῦτα δὲ τῇ χειρὶ αὐτῶν γράψαντες, ὁμολογοῦμεν πάλιν ὅτι τὴν Ἀρειανικὴν αἵρεσιν, καθὰ προείπομεν, καὶ τοὺς ταύτης αὐθέντας κατεκρίναμεν εἰς τὸν αἰῶνα. Ἐγὼ Οὐρσάκιος τῇ ὁμολογίᾳ μου ταύτῃ παρὼν ὑπέγραψα· ὡσαύτως δὲ καὶ Οὐάλης. Καὶ ἃ μὲν πρὸς Ἰούλιον ὡμολόγησαν, ταῦτά ἐστιν. Ἃ δὲ καὶ πρὸς Ἀθανάσιον ἔγραψαν, ἀναγκαίως παραθήσομαι. Ἔχει δὲ ὧδε·

## **130** CAP. XXIV.

*Epistola pacifica eorumdem episcoporum ad magnum Athanasium. Item quomodo etiam reliqui Orientis episcopi sedes suas receperint: et quod rursus ejecto Macedonio, Paulus in ejus locum substitutus est.*

*Domino fratri Athanasio episcopo, Ursacius et Valens episcopi.*

Dedit se occasio fratris et compresbyteri nostri Moysetis q', venientis ad tuam dilectionem, frater charissime, per quem tibi salutem largissimam dicimus ex Aquileiensium civitate, et optamus ut incolumis litteras nostras recenseas. Dederis enim fiduciam, si tu quoque in rescribendo vicem nobis

## ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

*Ἐπιστολὴ εἰρηνικὴ τῶν αὐτῶν πρὸς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον· ἔτι δὲ καὶ ὅπως οἱ λοιποὶ τῆς Ἑῴας ἐπίσκοποι τοὺς ἰδίους θρόνους ἀπέλαβον· καὶ ὅτι πάλιν Μακεδονίου ἐκβληθέντος, Παῦλος τῷ θρόνῳ ἀντικατέστη.*

*Κυρίῳ ἀδελφῷ Ἀθανασίῳ ἐπισκόπῳ, Οὐρσάκιος καὶ Οὐάλης ἐπίσκοποι.*

Ἀφορμὴν εὑρόντες διὰ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συμπρεσβυτέρου ἡμῶν Μουσαίου ἐρχομένου πρὸς τὴν σὴν C ἀγάπην, ἀδελφὲ ἀγαπητὲ, διὰ τούτου σε πάνυ προσαγορεύομεν ἀπὸ τῆς Ἀκυλίας· καὶ εὐχόμεθά σε ὑγιαίνοντα, τὰ γράμματα τὰ ἡμέτερα ἀναγνῶναι. Δώσεις γὰρ ἡμῖν θαῤῥεῖν, ἐὰν καὶ σὺ ἐν τῷ γράφειν

## VALESII ANNOTATIONES.

(39) *Ἢ καὶ αὐτὸς Ἀθανάσιος.* Apud Athanasium pro voce Ἀθανάσιος, legitur Εὐσέβιος, quod tamen ferri non potest: nam Eusebius diu ante Serdicensem synodum vivere desierat, ut ipsemet Athanasius testatur in supradicto *Apologetico*.

(40) *Ἀρνουμένους τὸν Χριστὸν Θεὸν εἶναι.* His verbis notatur hæresis Photini, quæ in Mediolanensi concilio damnata est, ut testatur Hilarius in Fragmentis. Quare emendandum est Latinum exemplar hujus libelli, in quo ita legitur, *Et qui negant Dei Filium ante sæcula fuisse.* Scribendum enim est, *Et qui negant Christum Deum ac Dei Filium ante sæcula fuisse.* Quod confirmat Athanasius.

(41) *Ἐν τῷ προτέρῳ λιβέλλῳ ἑαυτῶν ἐν τῇ Μεδιολάνων.* Ursacius et Valens cum in suspicionem hæreseos Arianæ venissent, eo quod a Julio papa ad causam dicendam Romam evocati minime obtemperassent, tandem in synodo Mediolanensi oblato libello veniam poscentes, suscepti sunt in communionem, ut docet epistola synodica concilii Ariminensis ad Constantium, quam refert Hilarius et Socrates. De hac synodo Mediolanensi, cujus in annalibus ecclesiasticis obscura est memoria, multa erudite notavit Dionysius Petavius in Dissertatione de Photino hæretico ejusque damnatione in quinque synodis facta. Sed in tempore illius synodi assignando lapsus est: eam enim Serdicensi concilio posteriorem facit, ita ut eodem quidem anno, sed aliquanto post illud concilium, fuerit celebrata. D Verum hunc Petavii errorem abunde refutavit Jacobus Sirmondus in Diatriba secunda adversus Dissertationem Petavii. Vide quæ supra notavi ad librum secundum *Historiæ* Socratis, capite 20. Quibus hoc etiam addi potest: Liberius papa in epistola ad imperatorem Constantium, tempus quo coacta est Mediolanensis synodus desi-

## VARIORUM.

q *Λιβέλλῳ.* Hic libellus ab Ursacio et Valente in synodo Mediolanensi anni 349 est oblatus. Quod ad synodum Mediolanensem anni 347 adversus Photinum coactam referre nequidquam conati sunt eruditi quidam viri. Eo enim anno potiore loco Ursacii, Valentis, et Arianorum res fuere, quam ut ad hanc necessitatem sint adacti; quippe qui eo ipso anno synodum Philippopoli celebrarint, qua soluta ingentem in Catholicos persecutionem Constantii ope freti excitarint. Quæ res quia in Hilarii editione a nostris adornata fuse pertractata fuit, non ulterius hic indagabitur. (Cl. Monachi Benedictini, *Annot. in Athanas. Apol. contra Arianos*, pag. 176.)

q' Moysetis. Sic scribitur hoc nomen apud Hilarium in Fragmentis, unde desumpta est hæc versio Latina. Occurrit et hæc epistola in Athanasii *Apologia contra Arianos*, pag. 177.

Digitized by Google

ἀποδῷς ἡμῖν τὴν ἀμοιβήν. Γίνωσκε γὰρ ἡμᾶς εἰρήνην ἔχειν μετά σου, καὶ κοινωνίαν ἐκκλησιαστικήν. Καὶ τούτων γνώρισμα, ἡ διὰ τούτων τῶν γραμμάτων προσηγορία. Ἀθανάσιος μὲν οὖν οὕτως ἐκ τῆς πρὸς δύσιν ἀρχομένης ἐπανῆλθεν εἰς Αἴγυπτον. Καὶ Παῦλος δὲ (42) καὶ Μάρκελλος, Ἀσκληπᾶς τε καὶ Λούκιος, τοὺς ἰδίους ἀπέλαβον θρόνους. Καὶ γὰρ δὴ τούτοις γράμματα βασιλέως ἐπέτρεπε τὴν ἐπάνοδον. Καὶ ἐν μὲν τῇ Κωνσταντινουπόλει Παύλου εἰσελθόντος, ὑπεχώρησε Μακεδόνιος, καὶ καθ' ἑαυτὸν ἐκκλησίαζεν. Ἐν Ἀγκύρᾳ δὲ μέγιστος συνέβη θόρυβος, ἀφαιρουμένου Βασιλείου τῆς ἐνθάδε ἐκκλησίας, ἡνίκα Μάρκελλος εἰσῄει. Τοῖς δὲ ἄλλοις οὐ χαλεπὴ ἡ εἴσοδος ἐγένετο.

A rependas. Sane habere nos pacem tecum et communionem ecclesiasticam, his litteris scito. Divina pietas te custodiat, frater. Athanasius igitur ex Occidentis partibus in Ægyptum reversus est. Paulus quoque et Marcellus, Asclepas ac Lucius, sedes suas recuperarunt. Etenim imperatoris litteræ redeundi facultatem istis etiam concesserant. Et Constantinopoli quidem, ingresso Paulo, Macedonius se subduxit, et privatim conventus egit. Ancyræ vero gravissimus tumultus exstitit, cum introeunte Marcello Basilius ecclesia spoliaretur. Reliquis nequaquam difficilis contigit restitutio.

## VALESII ANNOTATIONES.

gnare videtur his verbis : *Quæ est pax, clementissime imperator, cum sint ex partibus ipsis quatuor episcopi, Demophilus, Macedonius, Eudoxius, Martyrius, qui ante annos octo, cum apud Mediolanum Arii sententiam hæreticam noluissent damnare, de concilio iratis animis exierunt ?* Petavius quidem, in Dissertatione de Photino, hanc epistolam a Liberio scriptam esse dicit anno Christi 355. Ex quo concludit Mediolanensem synodum anno Christi 347 esse celebratam. Baronius vero et Sirmondus epistolam illam scriptam esse censent anno Christi 354. Mihi tamen rem accuratius examinanti, ea epistola scripta esse videtur anno Christi 356. Nam Liberius illic diserte testatur Georgium tunc temporis Alexandrino episcopatu potitum fuisse. Id autem contigit anno Christi 356, ut inter omnes constat. Quare in epistola Liberii papæ, pro ante annos octo, scribendum videtur, ante annos novem. Ea autem locutio idem valet atque, decimo abhinc anno, ut notavi ad Socratem in loco superius indicato. Quæret B hic fortasse aliquis cur Valens et Ursacius, non contenti priore libello quem Mediolanensi synodo obtulerant, alterum postea libellum Julio papæ porrexerint. Causa hujus rei in promptu est : quia scilicet post Mediolanensem synodum, anno sequente damnati fuerant in concilio Serdicensi, et a communione Ecclesiæ præcisi. Quare ut restituerentur, adeundus necessario fuit Julius papa, qui damnatos ab universali concilio, solus, pro auctoritate qua pollebat, eos in communionem recepit, biennio post Serdicense concilium. Hilarius in Fragmentis ait Julium id consulto fecisse, ut vires demeret Arianis.

(42) *Καὶ Παῦλος δέ*. Paulus a Serdicensi concilio minime est restitutus. Certe nulla Pauli fit mentio in epistola synodica concilii Serdicensis. Et Theodoritus in libro secundo *Historiæ ecclesiasticæ* diserte testatur Paulum episcopatu suo quiete potitum esse, tunc cum Serdicense concilium congregabatur. Quare opus non habuit Serdicensis concilii judicio, ut in sedem suam restitueretur.

# ΕΡΜΕΙΟΥ ΣΩΖΟΜΕΝΟΥ

ΣΑΛΑΜΙΝΙΟΥ

# ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

## ΤΟΜΟΣ Δ΄.

# HERMIÆ SOZOMENI

SALAMINII

# ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

## LIBER IV.

### 131 CAP. I.

*De cæde Constantis Augusti, et de his quæ Romæ facta sunt.*

Et hæc quidem gesta sunt ad hunc modum [1]. Quarto autem anno post Serdicense concilium, Constans in Gallia interficitur. Magnentius vero, qui per insidias eum sustulerat, universum ejus imperium in ditionem suam redegit. Eodem tempore Vetranio quidam Sirmii ab Illyricianis militibus imperator est declaratus. Nec exiguam partem istarum calamitatum pertulit urbs Roma, cum Nepotianus, Constantini imperatoris sororis filius, adjuncta sibi gladiatorum manu, imperium invasisset. Verum hic quidem a Magnentianis militibus interfectus est. Constantius vero, utpote ad quem solum summa imperii reciderat, imperator appellatus, ut tyrannos e medio tolleret, modis omnibus contendebat. Inter hæc Athanasius Alexandriam ingressus, synodum episcoporum Ægypti fieri, et ea quæ tum Serdicæ, tum in Palæstina, de ipso decreta fuerant, confirmari curavit.

[1] Socr., lib. II, c. 25.

A

### ΚΕΦΑΛ. Α΄.

*Περὶ τῆς ἀναιρέσεως Κώνσταντος τοῦ Καίσαρος, καὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ συμβάντων.*

Καὶ τὰ μὲν ὧδε συνέβη. Τετάρτῳ δὲ ἔτει [r] τῆς ἐν Σαρδοῖ συνόδου, κτίννυται Κώνστας περὶ τοὺς πρὸς δύσιν Γαλάτας. Μαγνέντιος δὲ, ὃς αὐτῷ τὸν φόνον ἐπεβούλευσε, πᾶσαν τὴν ὑπὸ Κώνσταντος ἀρχομένην ὑφ' ἑαυτὸν ἐποίησε. Βρετανίων δέ τις, ὑπὸ τῶν Ἰλλυριῶν στρατιωτῶν ἐν τῷ Σιρμίῳ βασιλεὺς ἀνηγορεύθη. Πλεῖστον δὲ τούτων τῶν κακῶν μέρος καὶ ἡ πρεσβυτέρα Ῥώμη μετεῖχε, Νεποτιανοῦ ὃς ἀδελφιδοῦς ἦν καὶ Κωνσταντίνου (43) τοῦ βασιλεύσαντος, τοὺς μονομάχους περὶ ἑαυτὸν ποιησαμένου, καὶ τῆς βασιλείας ἀμφισβητοῦντος. Ἀλλ' ὁ μὲν, ὑπὸ τῶν Μαγνεντίου στρατιωτῶν ἀνῃρέθη. Κωνστάντιος δὲ,
B ὡς εἰς μόνον αὐτὸν τῆς πάσης ἀρχῆς περιελθούσης, αὐτοκράτωρ ἀναγορευθεὶς, τοὺς τυράννους καθελεῖν ἐσπούδαζεν. Ἐν τούτῳ δὲ Ἀθανάσιος παρεγένετο εἰς Ἀλεξάνδρειαν, καὶ σύνοδον γενέσθαι παρεσκεύασε τῶν ἐξ Αἰγύπτου ἐπισκόπων, καὶ ἐπιψηφίσαι τοῖς ἐν Σαρδοῖ καὶ Παλαιστίνῃ περὶ αὐτοῦ δεδογμένοις.

## VALESII ANNOTATIONES.

(43) *Ὃς ἀδελφιδοῦς ἦν καὶ Κωνσταντίνου.* Particulam *καὶ* expungit Christophorsonus et Savilius. Quam si retinere velimus, transponere oportet hoc modo : ὃς καὶ ἀδελφιδοῦς ἦν Κωνσταντίνου.

## VARIORUM.

[r] *Τετάρτῳ δὲ ἔτει.* Ineunte anno 350, conspiratione Marcellini Chresti et Magnentii cæsus sublatusque est Constans Augustus, fervens Athanasii patronus. Inter cæteros imperii appetentes, Nepotianus Romæ inauguratur : sed vixdum elapsis viginti et octo diebus, a Magnentii legato Marcellino victus perimitur. Tum Roma Nepotiani cognatorum
C familiariumque sanguine cruentata. Eutropium ejus mater obtruncata est : cæsi item Abuterius et Sperantius de Athanasio bene meriti, qui cum, cum Romæ degeret, beneficiis donisque cumularunt. Quorum omnium casum deploravit, fusisque lacrymis prosecutus est Athanasius in *Apologia ad imp. Constantium*, p. 299.

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

*Ὡς πάλιν Κωνστάντιος ἀπελαύνει τὸν Ἀθανάσιον, καὶ ὑπερορίζει τοὺς τὸ ὁμοούσιον πρεσβεύοντας. Καὶ περὶ τοῦ θανάτου Παύλου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ὡς κατέστη πάλιν ἐπὶ τοῦ θρόνου ὁ Μακεδόνιος, κάκιστα ἐργαζόμενος.*

A Ὁ δὲ βασιλεὺς ταῖς διαβολαῖς πεισθεὶς τῶν ἀπὸ τῆς ἐναντίας αἱρέσεως, ἐπὶ τῆς αὐτῆς οὐκ ἔμεινε γνώμης· ἀλλ' ἀπελαύνεσθαι προσέταξε, παρὰ τὰ πρότερον δεδογμένα τῇ ἐν Σαρδοῖ συνόδῳ, τῆς καθόδου τυχόντας. Ἡνίκα δὴ Μαρκέλλου πάλιν ἐκβληθέντος, τὴν ἐν Ἀγκύρᾳ Ἐκκλησίαν κατέσχε Βασίλειος· Λούκιος δὲ δεσμωτηρίῳ ἐμβληθεὶς, ἀπώλετο. Παῦλος δὲ ἀϊδίῳ φυγῇ καταδικασθεὶς, εἰς Κουκουσὸν τῆς Ἀρμενίας ἀπηνέχθη· ἔνθα δὴ καὶ τετελεύτηκε· πότερον δὲ νόσῳ ἢ βίᾳ, ἐγὼ μὲν οὐκ ἀκριβῶ. Φήμη
B δὲ εἰς ἔτι νῦν κρατεῖ, βρόχῳ αὐτὸν ἀναιρεθῆναι παρὰ τῶν τὰ Μακεδονίου φρονούντων. Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν ὑπερορίαν ἀπηνέχθη, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν κατέσχε Μακεδόνιος, μοναστηρίοις πολλοῖς ἃ συνεστήσατο κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν περιφράξας ἑαυτὸν, καὶ ταῖς πρὸς τοὺς πέριξ ἐπισκόπους σπονδαῖς· λέγεται διαφόρως κακῶσαι τοὺς τὰ Παύλου φρονοῦντας (44), τὰ μὲν πρῶτα τῶν ἐκκλησιῶν αὐτοὺς ἐξελαύνων. Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ συγκοινωνεῖν αὐτῷ βιαζόμενος· ὡς πολλοὺς ὑπὸ πληγῶν διαφθαρῆναι· τοὺς δὲ οὐσίας, ἄλλους δὲ πολιτείας ἀφαιρεθῆναι· τοὺς δὲ ἐπὶ τοῦ μετώπου στιγματίας γενέσθαι, ἵν' ἐπίσημοι εἶεν τοιοῦτοι ὄντες· βασιλέα δὲ μαθόντα καταγνῶναι, καὶ τοὺς ἀμφὶ τὸν Μακεδόνιον ἐν αἰτίᾳ ποιήσασθαι. Κατὰ ταυτὰ τῆς αὐτοῦ Μακεδονίου καθαιρέσεως (45), ἡνίκα τοῦτον ἀφείλοντο τὴν Κωνσταντινουπόλεως Ἐκκλησίαν.

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

*Περὶ τοῦ μαρτυρίου τῶν ἁγίων νοταρίων.*

C Προῆλθε γὰρ τὸ κακὸν καὶ μέχρι φόνων· καὶ γὰρ δὴ ἄλλοι τινὲς ἀνῃρέθησαν, καὶ Μαρτύριος καὶ Μαρκιανός· οὓς συνοίκους ὄντας Παύλου (46), λόγος ἀνδρείως ἀποθανεῖν παραδοθέντας ὑπὸ Μακεδονίου τῷ ὑπάρχῳ, ὡς αἰτίους γενομένους τῆς Ἑρμογένους ἀναιρέσεως, καὶ τῆς κατ' αὐτοῦ στάσεως (47). Ἦν δὲ ὁ μὲν, ὑποδιάκονος· ὁ δὲ Μαρκιανὸς, ψάλτης καὶ ἀναγνώστης τῶν θείων Γραφῶν· ὁ δὲ τάφος αὐτοῖς

## 132 CAP. II.

*Quomodo Constantius iterum ejecit Athanasium, eosque qui Consubstantiale asserebant relegavit. Item de morte Pauli Constantinopolitani episcopi, et quomodo Macedonius rursus eam Ecclesiam occupavit, et mala gravissima perpetravit.*

Imperator vero Constantius, Arianorum calumniis fidem adhibens, in eadem sententia stetit: sed episcopos qui in sedes suas restituti fuerant, contra decreta synodi Sardicensis, expelli præcepit[1]. Quo quidem tempore, ejecto rursus Marcello, Ancyranam Ecclesiam Basilius obtinuit: Lucius vero in vincula conjectus, mortem obiit. Paulus perpetuo exsilio damnatus, Cucusum Armeniæ abductus est : ibique extremum diem clausit : utrum morbo, an vi exstinctus, equidem ignoro. Fama tamen etiamnum viget, eum a Macedonianis laqueo strangulatum esse. Eo autem in exsilium ejecto, Macedonius Ecclesiam occupavit. Qui cum permultis monasteriis quæ Constantinopoli constituerat, pactisque fœderibus cum finitimis episcopis sese communiisset, fautores Pauli variis modis vexasse dicitur. Ac primo quidem ecclesiis eos expulit. Posthæc communicare secum coegit, ita ut multi verberibus cæsi interierint : alii bonis multati, alii civitatis jure spoliati sint : quidam notis in fronte inustis compuncti, quo deinceps ab omnibus dignoscerentur. Quibus compertis, imperator eam rem improbavit, culpamque conjecit in Macedonium.

## CAP. III.

*De martyrio sanctorum notariorum.*

Malum enim ad cædes usque progressum fuerat. Nam et alii interfecti sunt, et Martyrius ac Marcianus : quos utpote Pauli domesticos et contubernales, aiunt forti animo mortem pertulisse, cum eos Macedonius præfecto tradidisset, tanquam auctores necis Hermogenis, et seditionis adversus ipsum, ac postremo depositionis 133
ipsius Macedonii, tunc cum Constantinopolitana

[1] Socr., lib. II, c. 26, 27.

## VALESII ANNOTATIONES.

(44) *Τοὺς τὰ Παύλου φρονοῦντας.* In codice Fuketiano scriptum inveni τοὺς κατὰ Παῦλον φρονοῦντας. Ita etiam in libro Leonis Allatii, et apud Nicephorum. Quam quidem scripturam magis probo: hæc enim locutio, τὰ Παύλου φρονοῦντας, Paulum sectæ cujusdam auctorem designaret.

(45) *Κατὰ ταυτὰ τῆς αὐτοῦ Μακεδονίου καθαιρέσεως.* Hæc verba, et quæ sequuntur usque ad finem hujus capitis, delenda sunt una litura, utpote quæ sensum turbant, et aliunde huc irrepserunt. Ubinam autem collocanda sint, proximo capite dicetur.

(46) *Οὓς συνοίκους ὄντας Παύλου.* Nicephorus in libro nono, capite 30, addit eos notarios fuisse Pauli episcopi Constantinopolitani : οἱ σύνοικοι καὶ ὑπογραμματεῖς χρηματίζοντες Παύλῳ. Hinc est quod titulus hujus capitis ita concipitur, *De martyrio sanctorum notariorum.* Horum martyrum Marciani ac Martyrii mentio fit in Græcorum *Menologio*, die 25 mensis Octobris. Quo die chartophylax Ecclesiæ Constantinopolitanæ vehebatur equo patriarchico, cui superstratum erat album velamen, in processione sanctorum notariorum, ut testatur Balsamo in notis ad tit. 8 *Nomocanonis* Photii.
D Fuit et Martyrius quidam diaconus Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quem Eusebius tunc episcopus Constantinopolitanus legatum misit ad Julium papam una cum Hesychio diacono, uti testatur Julius papa in *Epistola ad Orientales*. Verum hic diversus videtur ab isto cujus meminit Sozomenus. Subdiaconus enim dicitur.

(47) *Καὶ τῆς κατ' αὐτοῦ στάσεως.* Post hæc verba inserere oportet ea quæ supra expunximus, hoc modo : Καὶ μετὰ ταυτὰ τῆς αὐτοῦ Μακεδονίου καθαιρέσεως, ἡνίκα τοῦτον ἀφείλοντο τὴν Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησίαν. Quæ ita apte conveniunt huic loco, ut nulli alteri convenire possint.

Digitized by Google

Ecclesia expulsus est. Erat autem Martyrius quidem subdiaconus ; Marcianus vero cantor et lector sacrarum Scripturarum. Eorum sepulcrum est ante muros urbis regiæ, admodum insigne, ecclesiæ ambitu circumdatum, tanquam martyrum monumentum. Quam quidem ecclesiam exstruere primum cœpit Joannes; absolvit autem Sisinnius : qui postea Ecclesiæ Constantinopolitanæ fuerunt antistites. Indignum enim censuerunt, præmiis atque honoribus martyrii eos fraudari, quos Deus ipse honore affecerat. Quippe locus ille, ubi olim noxii qui ad mortem ducebantur, capite truncari solebant, cum antea propter spectra inaccessus esset, deinceps purgatus est, et dæmoniaci morbo liberati sunt, multaque alia miracula ad illorum tumulum contigerunt. Et hæc quidem de Martyrio et Marciano dicta sint a nobis. Quæ si cui minus credibilia videbuntur, facile est res istas ex iis qui eas norunt, accuratius perdiscere. Nam fortasse adhuc mirabiliora iis quæ dixi narraturi sunt.

A ἐστὶν ἐπίσημος, πρὸ τοῦ τείχους τῆς Κωνσταντινουπόλεως, οἷά γε μαρτύρων μνῆμα, εὐκτήριον οἶκον περικείμενος. Ὃν οἰκοδομεῖν ἤρξατο Ἰωάννης· ἐτελεσιούργησε δὲ Σισίνιος, οἱ μετὰ ταῦτα προστάντες τῆς Κωνσταντινουπόλεως Ἐκκλησίας. Οὐ γὰρ ἄξιον νενομίκασι, μαρτυρίας γερῶν ἀμοιρεῖν αὐτοὺς ὑπὸ Θεοῦ τιμωμένους, καθότι καὶ ὁ τῇδε τόπος, τῶν ἐπὶ θάνατον ἀγομένων ἐνθάδε τὰς κεφαλὰς ἀποτεμνομένων, τὸ πρὶν ἄβατος ὢν ὑπὸ φασμάτων, ἐκαθάρθη· καὶ δαιμονῶντες τῆς νόσου ἀπηλλάγησαν, καὶ πολλὰ ἄλλα παράδοξα ἐπὶ τῷ τάφῳ αὐτῶν συνέβη. Τάδε μὲν περὶ Μαρτυρίου καὶ Μαρκιανοῦ εἰρήσθω. Εἰ δέ τῳ οὐ πιθανὰ εἶναι δοκεῖ, πόνος οὐδεὶς ἀκριβέστερον παρὰ τῶν εἰδότων μαθεῖν. Ἴσως γὰρ καὶ τούτων θαυμαστότερα ἀφηγήσονται.

## CAP. IV.

*De expeditione Constantii in Illyricum, deque Vetranione et Magnentio ; atque Constantius Gallum Cæsarem renuntiatum in Orientem misit.*

Sub idem tempus, cum Athanasius fuga elapsus fuisset, Georgius in Ægypto eos qui consentire ipsi renuebant, graviter exagitavit. Imperator vero suscepta in Illyricum expeditione, Sirmium venit. Eodem etiam se contulit Vetranio, pactis quibusdam inter ipsos conditionibus. Porro cum milites, a quibus imperator renuntiatus fuerat, sententiam mutassent, solumque Constantium imperatorem et Augustum proclamarent : nam et Constantius ipse, et qui ei favebant, omni studio egerant ut id fieret ; proditum se intellexit Vetranio [1]. Pronusque ad pedes abjectus Constantii, supplicare ei cœpit. Constantius vero, ademplo illi imperiali cultu et purpura, vicem ejus miseratus, concessit ei ut privatus maneret, et annonam ex publico copiose illi suppeditari præcepit : convenientius esse dicens, ut tanquam senex, curis

B

## ΚΕΦΑΛ. Δ'.

*Περὶ τῆς εἰς Σίρμιον ἐκστρατείας Κωνσταντίου, καὶ περὶ Βρετανίωνος καὶ Μαγνεντίου· καὶ ὡς Γάλλον Καίσαρα χειροτονήσας, εἰς Ἕω ἐξαποστέλλει.*

Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον Ἀθανασίου φυγόντος, Γεώργιος κακῶς ἐποίει (48) τοὺς ἀνὰ τὴν Αἴγυπτον ὁμοίως αὐτῷ φρονεῖν παραιτουμένους. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπὶ Ἰλλυριοὺς στρατεύσας, ἧκεν εἰς Σίρμιον, καὶ ἐπὶ ῥηταῖς συνθήκαις εἰς ταυτὸν ἐνθάδε Βρετανίων ἦλθε [a]. Μεταθεμένων δὲ τῶν ἀναγορευσάντων αὐτὸν στρατιωτῶν, καὶ μόνον Κωνστάντιον αὐτοκράτορα καὶ σεβαστὸν ἀναβοώντων· ὧδε γὰρ τάδε γενέσθαι αὐτῷ τε τῷ βασιλεῖ καὶ τοῖς τὰ αὐτοῦ φρονοῦσιν ἐσπουδάζετο, συνῆκε Βρετανίων τὴν προδοσίαν. Πρηνής τε παρὰ τοὺς πόδας κείμενος C Κωνσταντίου, ἱκέτης ἐγίνετο. Περιελὼν δὲ αὐτοῦ Κωνστάντιος τὸν βασιλικὸν κόσμον καὶ τὴν ἁλουργίδα, ἠλέησε, καὶ ἰδιωτεύειν εἴασε, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἀφθόνως ἔχειν ἀπὸ τοῦ δημοσίου προσέταξεν· οἷά γε λοιπὸν πρεσβύτην, πρεπωδέστερον εἶναι φήσας βασιλικῶν ἀπηλλάχθαι φροντίδων, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ εἶναι.

[1] Socr. lib. II, c. 27, 28.

## VALESII ANNOTATIONES.

(48) *Γεώργιος κακῶς ἐποίει.* Errat hic Sozomenus. Nam nec Athanasius sede sua exturbatus est a Constantio, nec Georgius in ejus locum substitutus, nisi confecto bello adversus tyrannos, cum Constantius ex omni parte securus, universum imperium Romanum solus obtineret.

## VARIORUM.

[a] *Εἰς ταὐτὸν ἐνθάδε Βρετανίων ἦλθε.* Κωνστάντιος ἐκ τῆς ἑῴας ἐπὶ τὸν κατὰ Μαγνεντίου πόλεμον ἐξορμήσας, ᾠήθη δεῖν πρότερον τέχνῃ τινὶ φίλιον ἑαυτῷ Βετρανίωνα καταστῆσαι. — *Constantius ex Oriente profectus ad bellum contra Magnentium gerendum, arte quadam Vetranionem prius amicitia sibi devinciendum arbitratus est. — Huic persuasit, ut in unum copiæ cogerentur, et publicum de gerendo contra Magnentium bello concilium haberetur. Vetranione Constantii verbis decepto, quoddam in tribunal, hac ipsa de causa paratum, ascenderunt. Constantius priorem dicendi locum, ob generis dignitatem nactus, nulla non orationis parte militibus liberalitatem paternam ad animum revo-* D *care, cum iis sacramentis quibus sancte promisissent, omni se benevolentia filios ipsius complexuros. Simul petere ne committerent ut impune Magnentius evaderet, qui Constantini filium occidisset, quocum multa bella confecissent, et a quo muneribus affecti maximis essent. Hæc ubi milites audivissent, opimis jam ante donis occupati, adulterinos imperatores expurgandos esse clamarunt. Simul exutum purpura Vetranionem de tribunali detrahunt, ut privatus viveret. Constantius autem, nihil passus in illum designari gravius, in Bithynia vitam exigenti sumptum pro victu necessarium assignavit.* Zosim., *Hist.* lib. II, pag. 694. Contigit Vetranionis abdicatio anno Chr. 350, die 25 Decembris.

Digitized by Google

Ἐπεὶ δὲ τὰ κατὰ Βρετανίωνα ὧδε αὐτῷ ἀπέβη, πλείστην κατὰ Μαγνεντίου στρατείαν ἐξέπεμψεν εἰς Ἰταλίαν· Γάλλον δὲ τὸν αὐτοῦ ἀνεψιὸν Καίσαρα καταστήσας, εἰς Συρίαν ἀπέστειλεν, ἐπὶ φυλακῇ τοῦ κατὰ τὴν Ἕω κλίματος.

A imperii in posterum liberaretur, et quietam vitam degeret. Hoc successu rebus gestis adversus Vetranionem, **134** ingentem exercitum in Italiam contra Magnentium misit. Gallum vero patruelem suum, Cæsarem nuncupatum in Syriam amandavit, ut Orientis provincias defenderet.

## ΚΕΦΑΛ. Ε'.

*Ὡς Κυρίλλου μετὰ Μάξιμον τὴν ἱεροσύνην ἰθύνοντος, πάλιν σταυροῦ τύπος μέγιστος ἐν οὐρανῷ ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις ἐφάνη, ὑπερλάμπων καὶ ἥλιον.*

Ἐν δὲ τῷ τότε Κυρίλλου μετὰ Μάξιμον τὴν Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίαν ἐπιτροπεύσαντος, σταυροῦ σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ ἀνεφάνη, καταυγάζον λαμπρῶς, οὐχ οἷον κομήτης ταῖς ἐλλάμψεσιν ἀποῤῥέων, ἀλλ' ἐν συστάσει πολλοῦ φωτὸς ἐπιεικῶς πυκνὸν καὶ διαφανές· μῆκος μὲν ὅσον ἐκ τοῦ Κρανίου μέχρι τοῦ ὄρους τῶν Ἐλαιῶν, ἀμφὶ δέκα καὶ πέντε στάδια τὸν ὑπὲρ τὸν χῶρον τοῦτον οὐρανὸν ἀπολαβόν. Εὖρος δὲ, τῷ μήκει ἀνάλογον. Ὡς ἐπὶ παραδόξῳ δὲ τῷ συμβεβηκότι θαύματι, καὶ δέος (49) πάντας ἔσχεν. Οἰκίας δὲ καὶ ἀγορὰς, καὶ ὅπερ ἔτυχεν ἕκαστος ἐργαζόμενος καταλιπὼν, ἅμα παισὶ καὶ γυναιξὶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν συνῆλθον, καὶ κοινῇ τὸν Χριστὸν ὕμνουν, καὶ Θεὸν προθύμως ὡμολόγουν. Οὐ μετρίως δὲ καὶ πᾶν τὸ καθ' ἡμᾶς οἰκούμενον ἡ περὶ τούτου ἀγγελία κατέπληξεν. Ἐγένετο δὲ τοῦτο οὐκ εἰς μακράν. Ὡς γὰρ εἰώθει, ἐκ πάσης, ὡς εἰπεῖν, γῆς κατ' εὐχὴν καὶ ἱστορίαν τῶν τῇδε τόπων Ἱεροσολύμων ἐνδημοῦντες, ὧν ἐγένοντο θεαταὶ, τοῖς οἰκείοις ἐμήνυσαν. Ἔγνω δὲ τοῦτο καὶ ὁ βασιλεὺς, ἄλλων τε πολλῶν ἀναγγειλάντων, καὶ Κυρίλλου τοῦ ἐπισκόπου (50) γράψαντος [1]. Ἐλέγετο δὲ παρὰ τῶν τὰ τοιάδε ἐπιστημόνων, κατά τινα προφητείαν θείαν, πάλαι ταῦτα προμεμηνῦσθαι ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις. Καὶ τὸ μὲν ὧδε συμβὰν, πολλοὺς Ἑλλήνων καὶ Ἰουδαίων εἰς Χριστιανισμὸν ἐπηγάγετο.

## CAP. V.

*Qualiter Cyrillo Ecclesiam Hierosolymitanam post Maximum gubernante, crucis signum iterum in cœlo visum est per plures dies, splendore solem superans.*

Eodem tempore cum Cyrillus Hierosolymorum Ecclesiam post Maximum administraret, crucis signum in cœlo apparuit, splendide refulgens, non ut cometes diffluentibus radiis, sed plurima B luce collecta densatum ac perspicuum [1]: longitudine quidem a Calvariæ loco ad montem Olivarum, id est circiter quindecim stadia, totum cœlum quod tractum illum supereminet, complectens. Latitudo vero respondebat longitudini. Porro ob rem tam insolitam tamque inopinatam, admiratio simul ac metus omnes invasit. Relictisque ædibus, et foro et opere quod quisque præ manibus habebat, universi cum uxoribus et liberis ad ecclesiam confluxerunt, uno consensu Christum laudantes, Deumque alacri animo confitentes. Porro ejus rei nuntius omnes orbis Romani provincias non mediocriter conturbavit. Brevi autem id ubique nuntiatum est. Nam cum ex omnibus, ut ita dixerim, orbis partibus, ut moris est, partim C orandi, partim sacra loca perlustrandi causa Hierosolymis adessent peregrini, ea quæ oculis viderant, suis postea retulerunt. Ipse quoque imperator ea de re certior factus est, tum ex multorum aliorum relatione, tum ex litteris Cyrilli episcopi ad ipsum datis. Hæc autem in sacris Libris olim prædicta fuisse per divinam quamdam prophetiam, viri istiusmodi rerum gnari asserebant. Et hoc quidem signum plurimos gentiles ac Judæos ad Christianam religionem pertraxit.

[1] Socr., lib. II, c. 28.

## VALESII ANNOTATIONES.

(49) *Θαύματι καὶ δέος.* Non dubito quin Sozomenus scripserit θαῦμά τε καὶ δέος πάντας ἔσχεν. Quod longe est elegantius. Emendationem nostram confirmat Nicephorus, qui hunc Sozomeni locum ita expressit: πρὸς δὲ τῷ θαύματι καὶ πᾶσι δέος ἐπὶ τῷ παραδόξῳ ἐνῆν.

(50) *Καὶ Κυρίλλου τοῦ ἐπισκόπου.* Exstat etiamnum epistola Cyrilli episcopi Hierosolymitani, ad Constantium imperatorem ea de re scripta.

## VARIORUM.

[1] *Κυρίλλου τοῦ ἐπισκόπου γράψαντος.* Habetur epistola Cyrilli ad Constantium Gr. Lat. inter ejus Opera, pag. 305 edit. Oxon. 1703, in qua de ostento crucis in cœlo sic scribit: Ἐν ταῖς ἁγίαις ταύταις ἡμέραις τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς, Νόνναις Μαΐαις, περὶ τρίτην ὥραν, παμμεγέθης ὁ σταυρὸς, ἐκ φωτὸς κατεσκευασμένος ἐν οὐρανῷ. — *Sanctis hisce diebus sanctæ Pentecostes, Nonis Maiis, circiter horam tertiam, omnium maxima crux, ex lumine constans in cœlo, super sanctissimum montem Golgotha, et usque ad sanctum montem Olivarum extensa, apparuit: non uni aut alteri tantum visa; sed universæ civitatis multitudini manifestissime ostensa: neque, ut aliquis forte putaverit, celeriter secundum phantasiam percurrens: sed compluribus* D *horis supra terram aperte conspecta, coruscis splendoribus radios superans solares: nam si ab illis superaretur, certe offuscaretur et lateret. Adeo excellentiores quam sol emittebat fulgores, ut illico universæ civitatis multitudo ad sanctam ecclesiam concurreret, metu illius divini prodigii non sine lætitia concitata, juvenum simul et senum, virorum et mulierum, et omnis ætatis, ad ipsas usque in thalamis per domos recumbentes puellas, vicinorum hospitum Christianorum, et aliunde advenientium ethnicorum ingens erat spectaculum, qui tum concordi et uno ore omnes Jesum Christum Dominum nostrum, Filium Dei unigenitum, ejusmodi mirabilium effectorem laudabant.* Frustra hujus epistolæ auctoritatem imminuere conatur Rivetus.

Digitized by Google

135 CAP. VI.

*De Photino Sirmiensi episcopo, deque ejus hæresi, et de synodo Sirmii adversus illum congregata, deque tribus fidei formulis. Item quomodo Photinus post depositionem sollicitatus, episcopatum recusavit, utque a Basilio Ancyrano convictus est ut inania loquens.*

Per idem tempus Photinus antistes Sirmiensis Ecclesiæ, qui novæ cujusdam opinionis jam antea auctor exstiterat, imperatore in ea urbe adhuc commorante, errorem suum palam asserere non dubitavit [1]. Cumque naturali quadam facundia polleret, et ad persuadendum esset aptissimus, plurimos ad opinionem suam pertrahebat. Aiebat autem unum quidem esse Deum omnipotentem, qui Verbo suo cuncta fecisset. Generationem vero et exsistentiam Filii ante sæcula non admittebat: sed Christum ex Maria initium habuisse affirmabat. Hac opinione passim apud omnes divulgata, commoti sunt tam Orientis quam Occidentis episcopi, et contra suam quisque fidem, hujus dogmatis novitatem introduci censuerunt. Prorsus enim Photini dogma ab utraque parte dissentire ostendebatur, tam eorum qui Nicæni concilii doctrinam susicipebant, quam illorum qui opinionem Arii amplectebantur. Sed et imperator non mediocriter indignatus est. Qui cum eo tempore Sirmii moraretur, episcoporum synodum convocavit. Et ex Orientis quidem partibus, tum alii plures convenerunt, tum Georgius Alexandrinæ Ecclesiæ episcopus, Basilius Ancyræ, Marcus Arethusæ. Ex Occidentalibus autem provinciis Valens Mursæ episcopus, et Hosius confessor: qui cum Nicæni concilii particeps fuisset, huic synodo interfuit invitus. Hic enim paulo antea fraude atque insidiis Arianorum exsilio damnatus, tunc studio eorum qui Sirmii convenerant, ab imperatore ad synodum vocatus est. Existimabant enim illi, si eum doctrinæ suæ consentire ac suffragari fecissent, virum celeberrimum, et ab omnibus uno consensu laudatum, se locupletissimum testem sui dogmatis habituros. Postquam Sirmii in unum convenerunt: proximus hic erat annus post consulatum Sergii et Nigriniani: quo anno nec in Oriente, nec in Occidente consul quisquam renuntiatus est propter motum a tyrannis in republica excitatum: Photinum quidem deposuerunt, utpote idem cum Sabellio ac Paulo Samosatensi sentientem. His autem peractis, contra ea quæ prius de fide decreta fuerant, tres formulas ediderunt. Quarum unam Græco sermone, reliquas Latina lingua scripserunt; nec verbis, nec sensu, plerisque in locis, aut

A

ΚΕΦΑΛ. Ϛʹ.

*Περὶ Φωτεινοῦ τοῦ Σιρμίου, καὶ τῆς αἱρέσεως αὐτοῦ, καὶ τῆς κατ' αὐτοῦ ἐν Σιρμίῳ συνόδου· καὶ περὶ τῶν τριῶν τῆς πίστεως ἐκθέσεων· καὶ ὡς μετὰ τὴν καθαίρεσιν Φωτεινὸς καλούμενος, ἀπεῖπε· καὶ ὡς παρὰ Βασιλᾶ τοῦ Ἀγκύρας ἀπηλέγχθη κενὰ φρυαττόμενος.*

Ἐν τούτῳ δὲ Φωτεινὸς τὴν ἐν Σιρμίῳ Ἐκκλησίαν ἐπιτροπεύων, ἤδη πρότερον καινῆς αἱρέσεως εἰσηγητὴς γενόμενος, ἔτι τοῦ βασιλέως ἐπιδημοῦντος ἐνθάδε, ἀναφανδὸν τῷ οἰκείῳ συνίστατο δόγματι. Φύσεως δὲ ἔχων εὖ λέγειν (51), καὶ πείθειν ἱκανὸς, πολλοὺς εἰς τὴν ὁμοίαν αὐτῷ δόξαν ἐπηγάγετο. Ἔλεγε δὲ ὡς Θεὸς μέν ἐστι παντοκράτωρ εἷς, ὁ τῷ ἰδίῳ Λόγῳ τὰ πάντα δημιουργήσας. Τὴν δὲ πρὸ αἰώνων γέννησίν τε καὶ ὕπαρξιν τοῦ Υἱοῦ οὐ
B προσίετο· ἀλλ' ἐκ Μαρίας γεγενῆσθαι τὸν Χριστὸν εἰσηγεῖτο. Περιπύστου δὲ πολλοῖς γενομένου τοιούτου δόγματος, χαλεπῶς ἔφερον οἵ τε ἐκ τῆς Δύσεως καὶ τῆς Ἑῴας ἐπίσκοποι, καὶ κοινῇ ταῦτα νεωτερίζεσθαι καθ' ὧν ἕκαστος ἐδόξαζεν, ἡγοῦντο. Καθάπαξ γὰρ τὸ διαφωνεῖν ἐδείκνυτο τῆς Φωτεινοῦ πίστεως, πρός τε τῶν ἐν Νικαίᾳ τὴν παράδοσιν θαυμαζόντων, καὶ τὴν Ἀρείου δόξαν ἐπαινούντων. Ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς ἐχαλέπαινεν. Ἐν δὲ τῷ τότε ἐν Σιρμίῳ διατρίβων, σύνοδον συνεκάλεσε. Καὶ συνῆλθον ἐκ μὲν τῆς Ἕω ἄλλοι τε, καὶ Γεώργιος ὁ τὴν Ἀλεξανδρέων ἐπιτραπεὶς Ἐκκλησίαν, καὶ Βασίλειος ὁ Ἀγκύρας ἐπίσκοπος, καὶ Μάρκος ὁ Ἀρεθούσης. Ἐκ δὲ τῆς Δύσεως, Οὐάλης τε ὁ ἐκ Μούρσων (52), καὶ Ὅσιος ὁ ὁμολογητής· ὃς καὶ τῆς ἐν Νικαίᾳ συν-
C όδου κοινωνήσας, ἄκων καὶ ταύτης μετέσχε. Οὗτος γὰρ οὐ πολλῷ πρότερον ἐξ ἐπιβουλῆς τῶν τὰ Ἀρείου φρονούντων ὑπερορίαν οἰκεῖν καταδικασθεὶς, σπουδῇ τῶν ἐν Σιρμίῳ συνελθόντων, μετεκλήθη παρὰ τοῦ βασιλέως. Ὤοντο γὰρ ὡς εἰ πειθοῖ τινι ἢ βίᾳ σύμψηφον σφίσι ποιήσουσιν, ἐπισημότατον ὄντα, καὶ πρὸς πάντων θαυμαζόμενον, ἀξιόχρεως αὐτοῖς ἔσται μάρτυς οἰκείου δόγματος. Ἐπεὶ οὖν ἐν Σιρμίῳ συνῆλθον· ἔτος δὲ τοῦτο ἦν μετὰ τὴν Σεργίου καὶ Νιγριανοῦ ὑπατείαν, ἡνίκα οὐδεὶς ὕπατος, οὔτε ἐκ τῆς Ἕω, οὔτε ἐκ τῆς Δύσεως ἀνεδείχθη, διὰ τὴν συμβᾶσαν προφάσει τῶν τυράννων περὶ τὰ κοινὰ ταραχὴν, τὸν μὲν Φωτεινὸν καθεῖλον, ὡς τὰ Σαβελλίου καὶ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως φρονοῦντα. Μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν
D παρὰ τὰ πρότερον δεδογμένα περὶ τῆς πίστεως, τρεῖς ἐκθέσεις ἐξέδωκαν. Ὧν τὴν μὲν, τῇ Ἑλλήνων φωνῇ· τὰς δὲ τῇ Ῥωμαίων συνέταξαν, ἐν πολλοῖς περί τε ῥητὸν καὶ ἔννοιαν, οὔτε ἑαυταῖς οὔτε ταῖς προτέραις δεδογμέναις (53) συμφωνούσας. Ἰστέον μέντοι ὡς ἡ Ἑλληνικὴ οὔτε ὁμοούσιον, οὔτε ὁμοιοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν εἶπε· τοὺς δὲ φάσκοντας αὐτὸν ἄναρχον

[1] Socr., lib. II, cap. 29.

## VALESII ANNOTATIONES.

(51) *Φύσεως δὲ ἔχων εὖ λέγειν.* Scribendum puto, φύσεως δὲ ἔχων εὖ λέγειν τε, καὶ πείθειν ἱκανὸς, etc. Vulgata enim lectio ferri non potest.

(52) *Οὐάλης τε καὶ Μούρσων.* Rectius in codice Leonis Allatii scriptum est, Οὐάλης τε ὁ ἐκ Μούρσων. Porro de hac Sirmiensi synodo adversus Photinum, vide quæ notavi ad librum secundum *Historiæ* Socratis, cap. 29.

(53) *Προτέραις δεδογμέναις.* Malim scribere ταῖς πρότερον δεδογμέναις. Cæterum de his tribus fidei formulis, vide, si placet, quæ notavi ad librum secundum Socratis.

Digitized by Google

εἶναι, ἢ πλατυνομένην τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ τὸν Υἱὸν ποιεῖν, ἢ συντετάχθαι, ἀλλὰ μὴ ὑποτετάχθαι τῷ Πατρὶ δόξαντας, ἀποκηρύττειν. Θατέρα δὲ τῶν Ῥωμαϊκῶν, περὶ μὲν οὐσίας ἣν σουσταντίαν Ῥωμαῖοι ὀνομάζουσιν, εἴ τε ὁμοιοούσιος, εἴ τε ὁμοούσιός ἐστιν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, παντελῶς ἀπαγορεύει λέγειν, ὡς οὔτε ταῖς ἱεραῖς εἰρημένα Γραφαῖς, οὔτε ἀνθρώπων ἐννοίαις καὶ γνώσει εὔληπτα. Μείζονα δὲ χρῆναι συνομολογεῖν τὸν Πατέρα παρακελεύεται τιμῇ καὶ ἀξίᾳ, καὶ θεότητι, καὶ αὐτῷ τῷ πατρικῷ ὀνόματι. Καὶ ὑποτετάχθαι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν μετὰ πάντων ἀξιοῖ. Καὶ τοῦ μὲν Πατρὸς ἀρχὴν μὴ εἶναι· τοῦ δὲ Υἱοῦ τὴν γένεσιν, ἄγνωστον πᾶσι, πλὴν τοῦ Πατρός. Λέγεται δὲ ἤδη ταύτην τὴν γραφὴν ἐκδοθεῖσαν, ὡς μὴ δεόντως συγκειμένην, σπουδάσαι τοὺς ἐγκειμένους ἐπισκόπους ἐπὶ διορθώσει ἀναλαβεῖν· καὶ τὸν βασιλέα τοῦτο προστάξαι, τιμωρίαν ἀπειλήσαντα κατὰ τῶν ἀποκρυπτόντων. Ἀλλ' ἡ μὲν ἅπαξ ἐκδοθεῖσα, παντελῶς οὐκέτι ἔλαθεν. Ἡ δὲ τρίτη γραφὴ, τὰ μὲν ἄλλα συμφέρεται τῇ διανοίᾳ ταῖς ἄλλαις. Τὸ δὲ τῆς οὐσίας ὄνομα περιεῖλε· καὶ αἰτίαν τήνδε αὐτοῖς ῥητοῖς ἔχει διὰ τῆς Ῥωμαίων φωνῆς· τὸ δὲ ὄνομα τῆς οὐσίας, ὅπερ ἁπλούστερον ἐτέθη ὑπὸ τῶν πατέρων, ἀγνοούμενον δὲ τοῖς πολλοῖς σκάνδαλον ἔφερε, διὰ τὸ μηδὲ ἐν ταῖς Γραφαῖς αὐτὸ ἐμφέρεσθαι, ἤρεσε περιαιρεθῆναι, καὶ παντελῶς μηδεμίαν μνήμην οὐσίας ποιεῖσθαι, διὰ τὸ μάλιστα τὰς θείας Γραφὰς μηδαμοῦ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος μίαν εἶναι οὐσίαν, γράφεται δὲ καὶ ὑπόστασιν (54) ὀνομάζειν. Ὅμοιον δὲ λέγομεν τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, καθὼς αἱ θεῖαι Γραφαὶ λέγουσι. Καὶ τὰ μὲν ὧδε περὶ τῆς πίστεως, αὐτοῦ τοῦ βασιλέως παρόντος ἔδοξεν. Ὅσιος δὲ τὴν ἀρχὴν παρῃτεῖτο τούτοις συναινεῖν. Βιασθεὶς δὲ, καὶ πληγὰς, ὡς λέγεται, πρεσβύτης ὢν ὑπομείνας, συνῄνεσέ τε καὶ ὑπέγραψε. Φωτεινοῦ δὲ πειρασθῆναι μετὰ τὴν καθαίρεσιν, εἴ πως δύναιτο τῆς πρὸ τοῦ μεταθέσθαι γνώμης, ἐδόκει τῇδε τῇ συνόδῳ. Ὁ δὲ, προτρεπόντων αὐτὸν τῶν ἐπισκόπων, καὶ τὴν ἐπισκοπὴν ἀποδώσειν ὑπισχνουμένων, εἰ τὸ οἰκεῖον ἀποκηρύξει δόγμα, καὶ ταῖς αὐτῶν γραφαῖς συμψηφίσαιτο, οὐκ ἠνέσχετο· ἀλλ' εἰς διάλεξιν αὐτοὺς προὐκαλεῖτο. Εἰς ῥητὴν ἡμέραν δὲ συνελθόντων τῶν ἐπισκόπων, καὶ δικαστῶν ἐκ προστάγματος τοῦ βασιλέως προκαθεσθέντων, οἳ ἐπιστήμῃ λόγων καὶ ἀξιώματι τότε πρωτεύειν ἐν τοῖς βασιλείοις ἐδόκουν, ἀναδέχεται τὴν πρὸς τὸν Φωτεινὸν διάλεξιν Βασίλειος ὁ Ἀγκύρας ἐπίσκοπος. Ἐπὶ πολλῶν δὲ πρὸς πεῦσιν (55) καὶ ἀπόκρισιν ἀμ-

inter seipsas, aut cum prioribus formulis consentientes. Sciendum **136** porro est formulam Græce scriptam, nec consubstantialem Patri Filium, nec similis substantiæ dicere: eos vero qui dicunt illum principio carere, aut qui opinantur substantiam Dei dilatatam Filium facere, aut illum conjunctum, non autem subjectum esse Patri statuunt, alienos ab Ecclesia pronuntiasse. Earum vero quæ Latine scriptæ sunt, altera substantiæ vocabulum, sic enim Latini vocant quam Græci οὐσίαν, utrum Filius Patri consubstantialis, an similis substantiæ sit, prorsus nominari vetat, cum ista nec in sacris Litteris dicta sint, nec hominum sensu ac notitia possint comprehendi. Et Patrem quidem honore, dignitate, deitate, ipsoque patrio nomine majorem Filio confiteri oportere præcipit: Filium vero una cum reliquis omnibus rebus Patri subditum esse contendit. Ac Patris quidem principium nullum esse; Filii vero generationem ignotam esse omnibus, præterquam Patri. Porro cum hæc formula jam in publicum edita esset, aiunt episcopos qui eam non recte compositam esse cernebant, impenso studio laborasse ut eam emendandam reciperent: et imperatorem idipsum præcepisse, pœnas interminatum iis qui illam occultassent. Verum semel in lucem edita, omnino amplius latere non potuit. Tertia autem fidei formula, sensu quidem cum duabus aliis penitus concordat. Substantiæ vero vocabulum sustulit, ejusque rei causam affert his verbis, prout Latino sermone sunt scripta. Nomen vero substantiæ, quod a Patribus simplicius positum, a populo vero minime intellectum, offensioni est plurimis, propterea quod in Scripturis non continetur, placuit omnino removeri, nec ullam deinceps, cum de Deo sermo est, substantiæ fieri mentionem: quoniam Scripturæ sacræ nullibi dicunt, Patris et Filii et Spiritus sancti unam esse substantiam: similem vero dicimus Filium Patri, sicut sacræ dicunt Scripturæ. Et hæc quidem de fide decreta sunt coram ipso imperatore. Hosius vero, initio quidem istis consentire detrectabat [1]. Postea vero vi compulsus, et verbera, ut fama est, perpessus, vir decrepita ætate, consensit tandem ac subscripsit. Cæterum post depositionem Photini, synodus episcoporum experiri constituit, utrum ille a priore sententia deduci posset. Sed Photinus, cohortantibus licet episcopis, et episcopalis loci restitutionem ei pollicentibus, si opinio-

[1] Socr., lib. II, cap. 31.

## VALESII ANNOTATIONES.

(54) *Μίαν εἶναι οὐσίαν· γράφεται δὲ καὶ ὑπόστασιν.* Longe aliter citatur hic locus apud Athanasium in libro *De synodis*, et apud Socratem in libro secundo, ubi agit de Ariminensi synodo. Sed et codex Fuketianus hunc locum ita scriptum exhibet: Μίαν εἶναι οὐσίαν· τὸ δὲ, Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν, ποῦ θήσομεν; γράφει δὲ καὶ ὑπόστασιν ὀνομάζειν. Quæ verba videntur esse critici cujusdam, qui hæc ad marginem adnotarat, unde postea in textum irrepserunt. Certe verba illa, γράφεται καὶ ὑπόστασιν, sunt librarii, qui duplicem hujus loci scripturam notarat in margine, cum alius codex οὐσίαν, alius ὑπόστασιν scriptum haberet.

(55) *Ἐπὶ πολλῶν δὲ πρὸς πεῦσιν.* Malim scribere ἐπὶ πολλῷ. Quod confirmat Nicephorus, hunc Sozomeni locum ita describens: Εἰς πολὺ δὲ προελθόντος τοῦ ἀγῶνος. Porro de hac disputatione Photini cum Basilio videndus est Epiphanius in hæresi Photinianorum.

Digitized by Google

nem suam damnasset, ipsorumque fidei expositionibus consentire voluisset, minime acquievit : imo vero eos ad disputationem provocavit. Itaque cum ad constitutum diem convenissent episcopi, præsidentibus ex imperatoris mandato judicibus, qui et doctrina et dignitate in palatio præcellere videbantur, partes disputandi contra Photinum suscepit Basilius episcopus Ancyræ. Cumque disputatio ob varias utriusque **137** interrogationes ac responsiones longius protracta esset, notariis eorum sermones accipientibus, victoria penes Basilium stetit. Photinus vero exsilio damnatus, ne sic quidem opinionem suam tueri destitit. Sed libros, tum Græco, tum Latino sermone scriptos edidit, quibus, excepta opinione sua, reliquas omnes falsas esse conabatur ostendere. Ac de Photino quidem, deque hæresi ex ejus nomine nuncupata, hæc a nobis dicta sint.

A φοτέροις προελθόντος τοῦ ἀγῶνος, ταχυγράφων ἀναγραφομένων τοὺς ἑκατέρων λόγους, ἐκράτησε Βασίλειος. Φωτεινὸς δὲ φεύγειν καταδικασθεὶς, οὐδὲ οὕτως ἐπαύσατο τὸ οἰκεῖον συγκροτῶν δόγμα. Λόγους τε τῇ Ῥωμαίων καὶ Ἑλλήνων φωνῇ συγγράφων ἐξεδίδου, δι' ὧν ἐπειρᾶτο, πλὴν τῆς αὐτοῦ, τὰς τῶν ἄλλων δόξας ψευδεῖς ἀποφαίνειν. Φωτεινοῦ μὲν οὖν πέρι, καὶ τῆς ἀπ' αὐτοῦ καλουμένης αἱρέσεως, τάδε μοι εἰρήσθω.

## CAP. VII.

*De Magnentii et Silvani tyrannorum interitu, et de seditione Judæorum in Palæstina; et quomodo Gallus Cæsar, dum res novas moliri putaretur, occisus est.*

Interea vero Magnentius, cum seniorem Romam occupasset, multos senatorii ordinis et ex plebis numero trucidavit. Cumque Constantii duces contra se missos jam propinquare intelligeret, in Gallias se recepit [1]. Ibi pluribus præliis consertis, modo hi, modo illi victoriam retulere, donec tandem superatus Magnentius, Mursam, quod est castellum Galliæ, fuga evasit. Ubi cum milites suos ob acceptam cladem animos despondere cerneret, stans in sublimi loco, confirmare eos conatus est. Illi, quemadmodum imperatoribus acclamari solet, sic etiam Magnentio in conspectum ipsorum prodeunti acclamare cupientes, pro Magnentio Constantium Augustum imprudentes proclamarunt. Ex eo conjecturam capiens Magnentius imperium sibi a Deo concessum non esse, relicto eo castello, ulterius progredi molitus est. Verum cum exercitus Constantii eum persequeretur, circa montem Seleucum commissa pugna, solus fuga elapsus, Lugdunum se recepit. Illic matrem primum ac fratrem, quem Cæsarem constituerat, deinde semetipsum occidit. Nec multo post Decentius quoque, alter ex ejus fratribus, laqueo sibi vitam abrupit. Verum publici motus ne ita quidem quievere. Etenim brevi post tempore Silvanus quidam in Galliis tyrannidem arripuit, quem Constantii duces confestim peremerunt. Judæi vero qui Diocæsaream incolebant, Palæstinam et circumsitas regiones excursionibus infestarunt, sumptisque armis, parere deinceps Romanis abnuerunt [2]. Quibus rebus cognitis, Gallus Cæsar, qui tum Antiochiæ morabatur, misso in eos exercitu, illos profligavit,

B

## ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

*Περὶ τοῦ θανάτου Μαγνεντίου καὶ Σιλβανοῦ τοῦ ἀποστάτου· ἔτι δὲ καὶ περὶ τῆς ἐν Παλαιστίνῃ στάσεως τῶν Ἰουδαίων· καὶ ὡς ἀνῃρέθη Γάλλος ὁ Καῖσαρ, νεωτερίζειν ὑποπτευθείς.*

Ἐν τούτοις δὲ καταλαβὼν Μαγνέντιος τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην, πολλοὺς τῆς συγκλήτου καὶ τοῦ δημοτικοῦ ἀνεῖλε. Μαθὼν δὲ πλησίον ἰέναι ἤδη κατ' αὐτοῦ τοὺς Κωνσταντίου στρατηγοὺς, ὑπεχώρησεν εἰς τοὺς πρὸς δύσιν Γαλάτας. Ἔνθα δὴ πολλάκις ἀλλήλοις προσβάλλοντες, πῇ μὲν οὗτοι, πῇ δὲ ἐκεῖνοι ἐκρατοῦντο· εἰσότε δὴ τὸ τελευταῖον ἡττηθεὶς Μαγνέντιος, ἔφυγεν εἰς Μοῦρσαν. Γαλατῶν δὲ τοῦτο τὸ φρούριον [a]. Ἀδημονοῦντας δὲ τοὺς ἰδίους στρατιώτας ὡς ἡττηθέντας ὁρῶν, ἐφ' ὑψηλοῦ στὰς, ἐπειρᾶτο θαῤῥαλεωτέρους ποιεῖν. Οἱ δὲ, οἷά γε εἰώθασιν C ἐπευφημεῖν τοῖς βασιλεῦσι, καὶ ἐπὶ Μαγνεντίῳ φανέντι εἰπεῖν προθυμηθέντες, ἔλαθον οὐχ ἑκόντες Κωνστάντιον ἀντὶ Μαγνεντίου Αὔγουστον ἀναβοήσαντες. Συμβαλὼν δὲ ἐκ τούτου Μαγνέντιος, ὡς οὐ δεδομένον αὐτῷ θεόθεν βασιλεύειν, πειρᾶται καταλιπὼν τοῦτο τὸ φρούριον, προσωτέρω χωρεῖν. Διωκούσης δὲ τῆς Κωνσταντίου στρατιᾶς, περὶ τὸ καλούμενον Μοντιοσέλευκον συμβαλὼν, μόνος φεύγων, εἰς Λουγδοῦνον διεσώθη. Ἀνελὼν δὲ ἐνθάδε τὴν αὐτοῦ μητέρα καὶ τὸν ἀδελφὸν, ὃν Καίσαρα κατέστησε, τελευταῖον ἑαυτὸν ἐπέσφαξε. Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Δεκέντιος ἕτερος αὐτοῦ ἀδελφὸς, ἀγχόνῃ ἑαυτὸν διεχρήσατο. Αἱ δὲ περὶ τὰ κοινὰ ταραχαὶ, οὐδὲ οὕτω τέλος ἔσχον. Οὐκ εἰς μακρὰν γὰρ, παρὰ μὲν τοῖς πρὸς δύσιν Γα- D λάταις Σιλβανός τις ἐτυράννησεν, ὃν αὐτίκα καθεῖλον οἱ Κωνσταντίου στρατηγοί. Οἱ δὲ ἐν Διοκαισαρείᾳ Ἰουδαῖοι, τὴν Παλαιστίνην καὶ τοὺς πέριξ ὄντας κατέτρεχον· ὅπλα τε ἀράμενοι, πείθεσθαι Ῥωμαίοις οὐκ ἠνείχοντο. Μαθὼν δὲ ταῦτα Γάλλος ὁ Καῖσαρ ἐν Ἀντιοχείᾳ διατρίβων, πέμψας στρατιὰν, αὐτοὺς ἐχειρώσατο, καὶ τὴν Διοκαισάρειαν ἀνάστατον ἐποίησε.

[1] Socr. lib. II, c. 32. [2] Id., ibid. II, c. 33, 34.

## VARIORUM ANNOTATIONES.

[a] *Μοῦρσαν, Γαλατῶν φρούριον.* Mursa (*quam Julianus in Encomio Constantii imp., Athanasius in Apologia secunda, p. 765 edit. Comm., Stephanus de urbibus, aliique in Pannonia sitam esse volunt*) a Socrate et Sozomeno perperam, et valde, ut ita loquar, ἀγεωγραφήτως, *Gallorum castellum* dicitur : ac ideo quidem, ut videtur, quod Magnentium ibi ad Mursam victum, in Galliis dein, ad quas nempe se post acceptam in Pannonia cladem contulerat, belli reliquias persecutum, ac tandem propriis manibus interfectum accepissent. (Ezech. Spanhemii *Observat. in Juliani imp.*, orat. I, pag. 230.)

Digitized by Google

A Δόξας δὲ εὖ πράττειν, τὴν εὐημερίαν οὐκ ἤνεγκεν, ἀλλὰ τυραννεῖν ἐβούλετο. Καταμηνύσαντας δὲ (56) τῷ βασιλεῖ τὸν αὐτοῦ νεωτερισμὸν, Μάγνον τε τὸν κοιαίστωρα, καὶ τῆς Ἕω τὸν ὕπαρχον Δομετιανὸν, ἀνεῖλεν. Ἀγανακτήσας δὲ Κωνστάντιος, μετεκαλεῖτο αὐτόν. Ἀπειθεῖν οὐχ οἷός τε ὢν, ἐδεδίει γὰρ, εἴχετο τῆς ὁδοῦ. Ἤδη δὲ παρὰ Φλάβωνα τὴν νῆσον γενόμενος, ἀνῃρέθη, τοῦ βασιλέως προστάξαντος· ἡνίκα δὴ αὐτὸς μὲν τὸ τρίτον ὑπάτευεν, ἕβδομον δὲ Κωνστάντιος.

et Diocæsaream funditus evertit. Verum enimvero rebus, ut sibi videbatur, feliciter gestis, felicitatem suam moderate non tulit, sed tyrannidem arripere cogitavit. **138** Et Magnum quæstorem ac Domitianum præfectum prætorio per Orientem, qui consilia ejus Constantio indicaverant, neci dedit. Quam ob causam indignatus Constantius, eum ad se evocavit. Qui cum refragari non posset, timebat enim Constantium, iter arripuit. Cumque jam ad insulam Flavonam venisset, jussu imperatoris interemptus est, consulatu ipsius tertio et Constantii septimo.

## ΚΕΦΑΛ. Η'.

*Περὶ τῆς εἰς Ῥώμην ἀφίξεως Κωνσταντίου· καὶ περὶ τῆς ἐν Ἰταλίᾳ συνόδου, καὶ περὶ τῶν συμβάντων τῷ μεγάλῳ Ἀθανασίῳ ἐξ ἐπιβουλῆς τῶν Ἀρειανῶν.*

B Ἐπεὶ δὲ καθῃρημένων τῶν τυράννων, ἐδόκει τῶν συμβάντων κακῶν ἡσυχίαν ἔχειν Κωνστάντιος, καταλιπὼν τὸ Σίρμιον, ἐπὶ τὴν πρεσβυτέραν ᾔει Ῥώμην. Ἐνταῦθα γὰρ ἐβούλετο τὴν κατὰ τῶν τυράννων ἐπινίκιον ἐπιτελεῖν πομπήν· κατὰ ταυτὸν δὲ νομίσας δύνασθαι τοὺς ἑκατέρας ἀρχομένης ἐπισκόπους ὁμόφρονας περὶ τὸ δόγμα καταστῆσαι, σύνοδον γενέσθαι ἐν Ἰταλίᾳ προσέταξεν. Ἐν τούτῳ δὲ Ἰούλιος (57) ἐτελεύτησεν, ἐπὶ εἴκοσι καὶ πέντε ἐνιαυτοῖς τὴν Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν ἐπιτροπεύσας. Διαδέχεται δὲ τοῦτον Λιβέριος. Λογισάμενοι δὲ καιρὸν ἔχειν εἰς διαβολὴν τῶν ἐναντία φρονούντων οἱ τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν παραιτούμενοι, ἐπιμελῶς μάλα ἐν τοῖς βασιλείοις ἐπόνουν, ἐκβάλλειν τῶν ἐκκλησιῶν πάντας τοὺς πρὸς αὐτῶν καθῃρημένους, ὡς ἑτεροδόξους ὄντας, καὶ ἐν ᾧ Κώνστας τῷ βίῳ περιῆν, συγκροῦσαι τὰς βασιλείας πρὸς ἑαυτὰς σπουδάσαντας· καθότι τῷ ἀδελφῷ πόλεμον ἐπήγγειλεν, εἰ μὴ προσδέξεται αὐτοὺς, ὡς ἐν τοῖς πρόσθεν εἴρηται. Μάλιστα δὲ ἐν αἰτίᾳ ἐποιοῦντο Ἀθανάσιον, οἵ γε ὑπερβολῇ τοῦ περὶ αὐτὸν μίσους (58), οὐδὲ Κώνσταντος περιόντος, καὶ Κωνσταντίου φιλεῖν αὐτὸν προσποιουμένου, τῆς ἀπεχθείας ἀπέσχοντο· ἀλλὰ συνελθόντες ἐν Ἀντιοχείᾳ (59) v, Νάρκισσός τε ὁ Κίλιξ,

## CAP. VIII.

*De Constantii adventu in urbem Romam, et de synodo quæ in Italia congregata est; et de iis quæ Athanasio contigerunt ex insidiis Arianorum.*

Exstinctis itaque tyrannis, cum jam Constantius malis quæ acciderant liberatus sibi videretur, relicta Sirmio, Romam venit. Illic enim tyrannis superatis triumphum agere decreverat. Simul sperans posse se Orientis atque Occidentis episcopos in unam eamdemque de fide sententiam perducere, synodum in Italia fieri jussit. Interea Julius cum per annos quinque ac viginti Romanam Ecclesiam administrasset, extremum diem obiit, eique Liberius successit. Tunc igitur ii qui fidem concilii Nicæni respuebant, opportunum se tempus nactos rati ad accusandos contrariæ sententiæ assertores, omni cura ac studio egerunt in palatio, ut quoscunque ipsi deposuerant, ecclesiis pellerentur, C utpote qui hæretici essent et superstite Constante ambos fratres Augustos inter se committere studuissent. Quippe Constans bellum fratri minatus fuerat, nisi illos suscepisset, uti supra retulimus [1]. Præcipue vero criminabantur Athanasium, quem tantopere oderant, ut ne Constante quidem adhuc superstite, et Constantio benevolentiam erga illum simulante, hostiliter eum persequi desierint; sed Antiochiæ in unum congregati Narcissus Cilix, Theo-

[1] Lib. III, c. 20.

### VALESII ANNOTATIONES.

(56) *Καταμηνύσας δέ.* Rectius in codice Fuketiano scriptum est καταμηνύσαντας δέ, et paulo post ἀπειθεῖν δὲ οἷός τε οὐκ ὤν. Non, ut vulgo legitur, ἀπελθεῖν. Utriusque loci depravatio Christophorsonum in errorem induxit.

(57) *Ἐν τούτῳ δὲ Ἰούλιος.* Hæc non suo loco ac tempore narrantur a Sozomeno. Nam Julius papa ultimum diem obiit, Constantio Augusto quinto et Gallo Cæsare consulibus, anno Christi 352. Sequenti vero mense Liberius pontificatum iniit. Falsum item est quod ait Sozomenus, Julium sedisse annos quinque ac viginti. D Sedit enim duntaxat annis quindecim, mense uno, diebus undecim, ut testatur vetus liber *De episcopis urbis Romæ*.

(58) *Περὶ αὐτὸν μίσους.* Malim scribere τοῦ πρὸς αὐτὸν μίσους.

(59) *Ἀλλὰ συνελθόντες ἐν Ἀντιοχείᾳ.* Hujus Antiochenæ synodi solus quod sciam meminit Sozomenus. Sed tempus quo celebrata est perperam assignat. Eam enim collectam esse dicit Constante adhuc superstite. Verum, cum Georgium in illa synodo episcopum Alexandriæ ordinatum esse

### VARIORUM.

v *Συνελθόντες ἐν Ἀντιοχείᾳ.* Valesius in notis ait Sozomenum perperam asserere hanc synodum Constante adhuc superstite congregatam. Verum id non scribit Sozomenus, qui jam de Magnentii interitu et Julii papæ morte locutus fuerat, sed tantum indicat Arianos, qui Constante adhuc superstite Athanasium vexarant, post hujus imperatoris mortem hostiliter eum persecutos fuisse. Subjungit Valesius hanc synodum anno Christi 356 coactam. Verum anno 354 exeunte eam congregatam fuisse insinuat Sozomenus, cum illam recitet proxime ante concilium Mediolanense, prioribus anni insequentis mensibus habitum. Præterea Lucifer Calaritanus, qui concilio Mediolanensi in-

Digitized by Google

dorus **139** ex Thracia, Eugenius Nicænus, Patrophilus Scythopolites, Menophantus Ephesius, et alii circiter triginta numero, ad omnes ubique constitutos episcopos litteras scripserint, quibus affirmabant, Athanasium contra leges Ecclesiæ rediisse Alexandriam, non in synodo prius innocentem declaratum, sed per contentionem eorum qui idem cum illo sentiebant : hortatique sint ut neque cum illo communicarent, neque ad eum scriberent; sed cum Georgio potius, qui ab ipsis ordinatus fuerat, communionem servarent. Athanasius vero, tum quidem nullam istorum rationem duxit. Sed enim multo graviora quam prius, erat perpessurus. Exstincto enim Magnentio, statim Constantius, qui solus jam imperio Romano potiebatur, omni studio perficere conatus est ut occidentales episcopi cum iis consentirent qui Filium Patri similem secundum substantiam asserebant. Et initio quidem non vi aperta id agebat, sed suadens tantum ut decretis orientalium episcoporum adversus Athanasium subscriberent. Sic enim cogitabat, si Athanasius communi omnium suffragio e medio removeretur, facile se deinceps ea quæ ad religionem pertinent, pro arbitrio constituturum.

A καὶ Θεόδωρος ὁ Θρᾷξ, καὶ Εὐγένιος ὁ Νικαεὺς (60), καὶ Πατρόφιλος ὁ Σκυθοπολίτης, καὶ Μηνόφαντος ὁ Ἐφέσιος, καὶ ἄλλοι ἀμφὶ τριάκοντα οἱ πάντες, ἔγραψαν τοῖς πανταχοῦ ἐπισκόποις, ὡς παρὰ τοὺς νόμους τῆς Ἐκκλησίας ἐπανῆλθεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, οὐκ ἀναίτιος φανεὶς ἐπὶ συνόδου, ἀλλὰ φιλονεικίᾳ τῶν τὰ αὐτὰ φρονούντων· καὶ παρεκελεύοντο, μήτε κοινωνεῖν αὐτῷ, μήτε γράφειν, ἀλλὰ Γεωργίῳ τῷ πρὸς αὐτῶν κεχειροτονημένῳ. Ἀθανασίῳ δὲ τούτων τότε μὲν οὐδεὶς ὑπόλογος ἦν (61). Ἔμελλε δὲ χαλεπωτέρων ἢ πρότερον πειραθῆναι πραγμάτων. Ἅμα γοῦν ἀπωλώλει Μαγνέντιος, καὶ μόνος Κωνστάντιος τῆς Ῥωμαίων οἰκουμένης ἡγεῖτο, πᾶσαν ἐποιεῖτο σπουδὴν, τοὺς ἀνὰ τὴν Δύσιν ἐπισκόπους τοῖς ὁμοούσιον Πατρὶ τὸν Υἱὸν δοξάζουσι συνεῖναι (62). Ἐποίει δὲ τοῦτο, B οὐ φανερῶς οὕτω τὰ πρῶτα βιαζόμενος. Πείθων δὲ ἐπιψηφίσασθαι τοῖς κατὰ Ἀθανασίου κεκριμένοις ὑπὸ τῶν ἀνὰ τὴν Ἕω ἐπισκόπων. Ἐλογίζετο γὰρ ὡς εἰ κοινῇ ψήφῳ ἐκποδὼν οὗτος γένοιτο, ῥᾳδίως ἂν καὶ τὰ περὶ τὴν θρησκείαν κατορθωθείη αὐτῷ.

## CAP. IX.

*De concilio Mediolanensi et de fuga Athanasii.*

Cum igitur, urgente imperatore, synodus collecta esset Mediolani, ex Orientis quidem partibus pauci admodum convenerunt : reliquis vel ob morbum, vel propter itineris longinquitatem [1], ut

## ΚΕΦΑΛ. Θ'.

*Περὶ τῆς ἐν Μεδιολάνῳ συνόδου, καὶ τῆς φυγῆς Ἀθανασίου.*

Συνόδου δὲ, τοῦ βασιλέως κατεπείγοντος, ἐν Μεδιολάνῳ γενομένης, ἐκ μὲν τῆς Ἕω ὀλίγοι παρεγένοντο· τῶν ἄλλων, ὡς εἰκὸς, ἢ διὰ νόσον, ἢ μακρὰν ὁδοιπορίαν παραιτησαμένων τὴν ἄφιξιν. Τῶν δὲ πρὸς

[1] Socr., lib. II, c. 36.

## VALESII ANNOTATIONES.

scribat, necesse est ut supradicta synodus diu post Constantis obitum congregata sit. Quippe Constans sublatus est anno Christi 351. Georgius vero anno Christi 356 episcopatum Alexandriæ occupavit, post consulatum Arbæthionis et Lolliani, ut docet contestatio populi Alexandrini, quæ refertur ab Athanasio ad calcem *Epistolæ ad solitarios*, et cujus meminit Lucifer Calaritanus. Collecta igitur est hæc synodus Antiochena anno Christi 356, et in ea Georgius episcopus Alexandriæ est ordinatus, statimque ex urbe Antiochena cum militari satellitio missus est Alexandriam, eodem modo quo ante quindecim annos Gregorius in Antiochensi synodo, ea quæ in Encæniis celebrata est, ordinatus fuerat episcopus Alexandriæ, atque inde missus Alexandriam, ut testatur Athanasius.

(60) *Εὐγένιος ὁ Νικαεύς*. Epiphanius Scholasticus pro Eugenio Theogonium habet, gravi errore. Eugenius enim successit Theogonio, et ad Valentis usque tempora episcopatum Nicænum tenuit, ut testis est Philostorgius in libro nono *Historiæ ecclesiasticæ*, capite 8, ubi scribit Eudoxium Constantinopolitanum, cum Nicæam profectus esset, C ut in locum Eugenii illius urbis episcopi, qui recens fato functus fuerat, alium episcopum constitueret, repentina morte præreptum fuisse. Cæterum inter episcopos qui huic Antiochensi concilio interfuerunt, præter illos a Sozomeno memoratos, fuit Leontius episcopus Antiochiæ, et Georgius Laodiceæ. Hos enim præ cæteris recenset Athanasius in exordio *Apologiæ de fuga*, quam scripsit paulo post eam synodum.

(61) *Ὑπόλογος ἦν*. Scribendum puto, οὐδεὶς οὔπω λόγος ἦν. Quæ quidem emendatio prorsus necessaria mihi videtur, cum in vulgata lectione nullus sit sensus.

(62) *Τοῖς ὁμοούσιον Πατρὶ τὸν Υἱὸν δοξάζουσι συνεῖναι*. Haud dubie scribendum est ὁμοιούσιον, et συναινεῖν pro συνεῖναι. Nam Occidentales quidem episcopi Filium Patri consubstantialem omnes uno consensu profitebantur. Orientales vero plerique Filium Patri similem profitebantur : pauci cum Aetio dissimilem asserebant, quos Constantius infenso animo persequebatur. At Nicephorus cum D hunc Sozomeni locum non intelligeret, interpolavit, ut videre est libro IX, cap. 33.

## VARIORUM.

terfuit, in *Apologia pro Athanasio*, lib. I, testatur Georgium ante concilium Mediolanense ordinatum fuisse; et his verbis Constantium alloquitur : *Persequeris eum quem te audire præceperit Dominus, agente eo in rebus humanis, cui hæreticum tuum Georgium mittis successorem; cum tametsi liberatus fuisset Athanasius e corpore, tibi non licuerit mittere*, etc. Paulo post : *Nunquid potest Deus esse cum inimico Georgio? Nunquid ei quem non ordinaverit, quem non elegerit, poterit esse propitius?* etc. Ad hæc, Valesius ait unum Sozomenum hujus synodi meminisse, cum tamen Nicephorus, lib. IX, cap. 33, disertam ejus mentionem faciat. Denique non ex urbe Antiochena, ut putat Valesius, sed ex Cappadocia missus fuit Georgius, ut docent Athanasius in *Apologia de fuga sua*, et ex eo Theodoritus, lib. II, cap. 14, quanquam missus dici possit ex urbe Antiochensi, cum in ea ordinatus fuerit. (Ant. Pagi, ad ann. 354, n. 14, 15.)

Digitized by Google

Δύσιν, πλείους ἢ τριακόσιοι συνελέγησαν (63). Ἀξιούντων δὲ τῶν ἀπὸ τῆς Ἕω καταδικάζειν Ἀθανασίου, ὡς ἂν παντελῶς ἀπελαθείη τῆς Ἀλεξανδρείας, οἱ μὲν ἄλλοι, ἢ δέει, ἢ ἀπάτῃ, ἢ ἀγνοίᾳ τῶν ὄντων συνῄνουν. Μόνοι δὲ, Διονύσιος ὁ Ἄλβας ἐπίσκοπος [x], Ἰταλίας δὲ ἥδε ἡ μητρόπολις, καὶ Εὐσέβιος ὁ Μαρκέλλων τῆς Λιγυρίας, Παυλῖνος ὁ Τριβέρεως, καὶ Ῥοδανὸς (64), καὶ Λούκιφερ ἀνέκραγον, καὶ ἐμαρτύραντο μὴ χρῆναι ὡδὶ ῥᾳδίως καταδικάσαι Ἀθανασίου· μηδὲ γὰρ ἄχρι τούτου, εἰ γένοιτο, στήσεσθαι τὸ κακόν· χωρήσειν δὲ τὴν ἐπιβουλὴν καὶ κατ' αὐτῶν τῶν ὀρθῶς περὶ Θεοῦ δεδογμένων· ἐπὶ καθαιρέσει τε τῆς ἐν Νικαίᾳ πίστεως, ταῦτα σπουδάζεσθαι παρὰ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν τὰ Ἀρείου φρονούντων. Καὶ οἱ μὲν, ὧδε παῤῥησιασάμενοι, ὑπερορίας φυγῇ κατεδικάσθησαν· σὺν τούτοις δὲ καὶ Ἱλάριος. Ἀληθῆ δὲ τοῦ ἐν Μεδιολάνῳ συλλόγου αἰτίαν εἶναι ἣν ἔλεγον, ἐπιστοῦτο ἡ ἀπόβασις. Οὐ πολλῷ γὰρ ὕστερον ἡ ἐν Ἀριμήνῳ καὶ Σελευκείᾳ σύνοδος συνελέγη, καὶ ἑκατέρα κατὰ τῶν ἐν Νικαίᾳ δεδογμένων νεωτερίζειν ἐπεχείρησεν, ὡς αὐτίκα ἐπιδείξω. Ἀθανάσιος δὲ πειθόμενος ἐπιβουλεύεσθαι ἐν τοῖς βασιλείοις, αὐτὸς μὲν πρὸς βασιλέα ἐλθεῖν οὔτε ἐθάῤῥησεν, οὔτε λυσιτελεῖν ἐδοκίμασεν. Ἐπιλεξάμενος δὲ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἐπισκόπων πέντε, ὧν ἦν Σεραπίων ὁ Θμουαῖος, ἀνὴρ ἐς τὰ μάλιστα τὸν βίον θεσπέσιος, καὶ λέγειν δεινὸς, πέμπει ὡς βασιλέα, πρὸς Δύσιν τότε τῆς ἀρχομένης διάγοντα. Συμπέμπει δὲ αὐτοῖς καὶ τῆς ὑπ' αὐτὸν Ἐκκλησίας πρεσβυτέρους τρεῖς, καταλλάξοντας αὐτῷ τὸν κρατοῦντα, καὶ ἣν δέοι, πρὸς τὰς διαβολὰς τῶν ἐναντίων ἀπολογησομένους, καὶ τὰ ἄλλα πράξοντας, ὅπῃ ἂν τῇ Ἐκκλησίᾳ καὶ αὐτῷ ἄριστα γινώσκωσιν. Ἀποπλευσάντων δὲ αὐτῶν, μετ' οὐ πολὺ γράμματα τοῦ βασιλέως ἐδέξατο [y], καλοῦντα αὐτὸν εἰς τὰ βασίλεια. Ἐπὶ δὲ τούτῳ αὐτὸς Ἀθανάσιος καὶ ὁ λαὸς τῆς Ἐκκλησίας εταράχθησαν, καὶ ἐναγώνιοι ἦσαν, οὔτε πείθεσθαι τῷ βασιλεῖ, ἑτεροδόξῳ ὄντι, ἀσφαλὲς νομίζοντες, οὔτε ἀπειθεῖν ἀκίνδυνον. Ἐκράτει δὲ ὅμως μένειν· καὶ ὁ τὰ γράμματα κομίσας, ἄπρακτος ἀνέστρεφε. Τῷ δὲ ἐπιγενομένῳ θέρει, παραγενόμενος ἕτερος ἐκ βασιλέως σὺν τοῖς ἐν τῷ ἔθνει ἄρχουσι, κατήπειγεν αὐτὸν

A opinari licet, eo venire detrectantibus [1]. Ex Occidentalibus autem episcopis plures quam trecenti adfuere. Cum autem Orientales Athanasium condemnari vellent, quo penitus Alexandria expelleretur, cæteri quidem omnes partim metu, partim fraude et ignoratione rerum inducti, consensum præbuerunt. Soli Dionysius **140** episcopus Albæ, quæ metropolis est Italiæ, Eusebius Vercellarum, quæ urbs est Liguriæ, Paulinus Trevirorum, Rhodanus ac Lucifer reclamarunt: contestantes non ita temere damnandum esse Athanasium: idque si fieret, malum illic non quieturum: sed adversus ea quæ de Deo recte decreta essent, progressuram esse fraudem. Neque alio consilio imperatorem et Arianos ista moliri, quam ut Nicæ-
B nam fidem subvertant. Et hi quidem cum in hunc modum libere proloculi essent, in exsilium deportati sunt: cumque his etiam Hilarius. Hanc autem veram fuisse causam Mediolanensis concilii, quam modo dixi, exitus rei declaravit. Etenim haud multo post synodus Arimini et Seleuciæ congregata est: quarum utraque contra ea quæ in synodo Nicæna constituta fuerant, novitatem inducere tentavit, sicuti mox demonstrabitur. Porro Athanasius, cum persuasum haberet insidias sibi in palatio comparari, ipse quidem ad imperatoris comitatum proficisci nec ausus est, nec e re sua fore existimavit. Lectis vero ad eam rem quinque episcopis, ex quorum numero fuit Serapio Thmuitanus, vir admirabili vitæ sanctimonia et
C dicendi copia præditus, ad imperatorem in Occidentis partibus tum degentem eos misit, cumque his tres quoque Ecclesiæ suæ presbyteros direxit, qui imperatoris animum erga ipsum placarent, et adversariorum calumniis, si opus foret, responderent; cuncta denique agerent, quæ et Ecclesiæ et ipsi conducere existimarent. Qui cum e portu solvissent, haud multo post imperatoris accepit litteras, quibus ad palatium evocabatur. Ea res et Athanasium ipsum, et populum Ecclesiæ Alexandrinæ graviter conturbavit, magnaque affecit sollicitudine: quippe qui nec imperatori Arianam

[1] Socr. lib. II, c. 36.

## VALESII ANNOTATIONES.

(63) *Πλείους ἢ τριακόσιοι συνελέγησαν*. Idem numerus episcoporum qui Mediolanensi concilio interfuerunt, legitur apud Socratem in libro secundo, capite 36, ubi vide quæ notavi. Celebratum est hoc concilium anno antequam Georgius in sedem Alexandrinam invasisset, hoc est anno Christi 355.

(64) *Καὶ Ῥοδανός*. Rhodanium vocat Sulpitius Severus in libro secundo *Historiæ sacræ*, ubi Me-
D diolanensis synodi gesta describit. Ejus verba sunt: *Rhodanium quoque Elusanum antistitem, qui natura lenior, non tam suis viribus quam Hilarii societate non cesserat Arianis, eadem conditio implicuit; cum tamen omnes parati essent Athanasium a communione suspendere, modo ut de fide inter episcopos quæreretur*. Sic enim cum locum scribendum censeo. Baronius tamen in *Annalibus* ex manuscripto codice emendat, *Tolosanum antistitem*,

## VARIORUM.

[x] *Διονύσιος ὁ Ἄλβας ἐπίσκοπος*. Dionysius hic memoratus haud dubie Mediolanensis præsul fuit. Erat tamen in Mediolanensi episcopatu urbs, nomine Alba Pompeia, quæ forte causa fuit Sozomeno Dionysium *Albæ* episcopum nuncupare. (Cl. Benedictini *Annot. in Athanas. Apol. de fuga*, pag. 322.) Apud Athanas. ibid. mox habetur Παυλῖνος ὁ τῆς μητροπόλεως τῶν Γαλλιῶν, et sic omnes mss. Theod. et Nannius legunt; editi vero Παυλῖνος ὁ τῆς μητροπόλεως τῆς Ἰταλίας, sicut testantur laudati Benedictini.

[y] *Ἀποπλευσάντων δὲ αὐτῶν, μετ' οὐ πολὺ γράμματα τοῦ βασιλέως ἐδέξατο*. Nusquam meminit Athanasius aut hujus legationis, aut littera-



Digitized by Google

opinionem tuenti auscultare tutum, nec refragari citra periculum esse existimarent. Prævaluit tamen consilium ut Athanasius maneret : et is qui litteras principis attulerat, re infecta, reversus est. Sequenti æstate alter ab imperatore missus, una cum provinciæ rectoribus Alexandriam veniens, eum ex urbe discedere compulit, clerumque Ecclesiæ acerbissime vexavit. Sed cum populus Alexandrinæ Ecclesiæ animos resumpsisset, is qui ab imperatore missus erat, cernens plebem ad pugnandum paratam esse, ipse quoque, re infecta, abscessit. Nec longo post tempore, copiæ quas Romani legiones vocant, ex Ægypto et Libya accersuntur. **141** Et quoniam indicatum fuerat Athanasium in ecclesia quæ Theonæ dicitur occultari, dux rei militaris, et Hilarius, qui ad hæc acceleranda iterum ab imperatore missus fuerat, sumptis militibus, ex insperato et intempestive effractis foribus in ecclesiam irrupit : et ubique scrutatus, Athanasium tamen intus non reperit [1]. Aiunt enim eum, sæpenumero a Deo admonitum, alia quoque multa ejusmodi pericula effugisse: et hanc quoque incursionem illi a divino numine præmonstratam fuisse. Postquam enim ille egressus esset, milites statim ecclesiæ fores occupasse, ac momento temporis abfuisse quin eum comprehenderent.

A ἐξιέναι τῆς πόλεως [2], καὶ τὸν κλῆρον χαλεπῶς ἐπολέμησεν. Ἀναθαρσήσαντος δὲ τοῦ λαοῦ τῆς Ἐκκλησίας, συντεταγμένους πρὸς πόλεμον ἰδὼν, καὶ οὕτως οὐδὲν ἀνύσας, ἐξεδήμησεν ἐντεῦθεν. Οὐ πολλοῦ δὲ διαγενομένου χρόνου, μετακαλοῦνται ἐξ Αἰγύπτου καὶ Λιβύης στρατιαὶ, ἃς λεγεῶνας Ῥωμαῖοι καλοῦσι· καὶ ἐπεὶ ἐμηνύθη κρύπτεσθαι Ἀθανάσιον κατὰ τὴν Θεωνᾶ καλουμένην ἐκκλησίαν, παραλαβὼν στρατιώτας ὁ τῶν τῇδε ταγμάτων ἡγεμὼν, καὶ Ἱλάριος (65), ὃς ἐκ βασιλέως πάλιν ἀφίκετο τάδε ἐπιταχύνων, ἀπροσδοκήτως ἀωρὶ κλάσας τὰς θύρας, εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσῆλθε· πανταχῇ τε ἐπιζητήσας, οὐ κατέλαβεν ἔνδοθεν Ἀθανάσιον. Λέγεται γὰρ ὡς πολλάκις ὑπὸ θείων μηνυμάτων πολλοὺς καὶ ἄλλους κινδύνους διέφυγε, καὶ τήνδε τὴν ἔφοδον Θεὸν αὐτῷ προαναφῆ-
B ναι. Αὐτίκα τε ἐξῄει, καὶ τοὺς στρατιώτας τὰς θύρας καταλαβεῖν τῆς ἐκκλησίας, ἀκαριαίῳ τινὶ χρόνῳ τῆς αὐτοῦ συλλήψεως ὑστερήσαντας.

## CAP. X.

*Quomodo Athanasius Arianorum insidiis sæpius appetitus, a Deo præmonitus, utpote vir divinus, multa pericula effugerit : et quam graviter post ejus discessum afflicti a Georgio fuerint Ægyptii.*

Neque vero dubitare cuiquam licet, quin hic vir Deo fuerit acceptus, et futura manifeste prævidcrit. Etenim longe adhuc mirabiliora de illo accepimus, quæ certissimam rerum futurarum notitiam eum habuisse testantur. Sic certe, cum prima vice, Constante adhuc superstite, Constantius male multare eum decrevisset, ipse fuga elapsus, apud quemdam ex familiaribus delituit : longoque temporis spatio mansit in subterraneo

## ΚΕΦΑΛ. Ι'.

*Ὡς διαφόρως ἐπιβουλευθεὶς Ἀθανάσιος παρὰ τῶν Ἀρειανῶν, θεόθεν ὡς θεῖος ἀνὴρ προμηνυομένους διαφόρους κινδύνους διέδρασε· καὶ οἷα κακὰ ὑπὸ Γεωργίου οἱ ἐν Αἰγύπτῳ ἔπαθον, Ἀθανασίου ὑποχωρήσαντος.*

Ἔοικε δὲ μὴ προσήκειν ἀπιστεῖν, ὡς θεοφιλὴς ὅδε ἀνὴρ ὑπῆρχε, καὶ τρανῶς προεώρα τὸ μέλλον.
C Θαυμαστότερα γὰρ ἢ κατὰ τὰ προειρημένα, περὶ αὐτοῦ παρειλήφαμεν, ἀκριβεστάτην ἐπιμαρτυροῦντα αὐτῷ τῶν ἐσομένων εἴδησιν. Οὕτω γοῦν ἡνίκα τὸ πρῶτον, ἔτι (66) Κώνσταντος περιόντος, κακουργεῖν αὐτὸν ἐβούλετο ὁ βασιλεὺς, φυγὰς γενόμενος, παρά τινι τῶν γνωρίμων ἐκρύπτετο· καὶ ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ διέτριβεν ἐν μυχῷ γῆς, καὶ ἀνηλίῳ οἰκήματι, ὃ τα-

[1] Socr. lib. II, c. 11.

### VALESII ANNOTATIONES.

(65) *Καὶ Ἱλάριος.* Hic Hilarius notarius erat imperatoris Constantii, qui una cum Diogene notario missus erat Alexandriam, ut Athanasium urbe expelleret. Dux autem militum, cujus nomen reticet Sozomenus, erat Syrianus, ut docet Athanasius, tum in *Apologetico ad Constantium*, tum in *Epistola ad solitarios*, et in Contestatione populi Alexandrini eidem epistolæ subjecta.

D (66) *Ἡνίκα τῷ πρώτῳ ἔτει.* Hujus loci emendatio debetur codici Leonis Allatii, in quo ita legitur, ἡνίκα τὸ πρῶτον, ἔτι Κώνσταντος περιόντος, quam scripturam in versione mea sum secutus. Cæterum quæ hic narrat Sozomenus de latebris Athanasii in cisterna per sex continuos annos, meræ fabulæ sunt, quas ex Rufini fontibus hausit Sozomenus.

### VARIORUM.

rum ab imperatore missarum; quocirca suspectam habet hujus narrationis fidem Cl. D. Cave in *Vita Athanas.*, sect. 10, n. 1. W. Lowth.

[2] *Τῷ δὲ ἐπιγενομένῳ θέρει, παραγενόμενος ἕτερος ἐκ βασιλέως, σὺν τοῖς ἐν τῷ ἔθνει ἄρχουσι, κατήπειγεν αὐτὸν ἐξιέναι τῆς πόλεως.* In horum verborum interpretatione Valesiana duplicem nævum statim advertas. Illud enim, σὺν τοῖς ἐν τῷ ἔθνει ἄρχουσι, nequaquam copulandum cum præcedente voce παραγενόμενος; neque enim putandum, magistratus Ægypti vel civitatis Alexandrinæ, ex comitatu imperatoris, qui tum in Galliis versabatur, in Ægyptum venisse. Sed jungas velim cum voce κατήπειγεν, ut sententia sit, *Cum magistratibus Ægypti legatus ille compellebat Athanasium urbe excedere*. Illud enim Valesii compulit vitiosum item est; neque enim Alexandria tunc decessit Athanasius, et sane verbum κατήπειγεν in imperfecto jacet. (Cl. Benedictini *Vit. Athanas.*, pag. 54, qui hæc referunt anno ante synodum Mediolanensem, nempe anno 354.)

Digitized by Google

μιεῖον τὸ πρὶν ὑδάτων ἐτύγχανε. Συνῄδει δὲ οὐδεὶς, A ἢ παρ' οἷς ἐλάνθανε, καὶ θεράπαινα τούτῳ πιστὴ δοκοῦσα, ὡς ἂν αὐτῷ διακονοίη. Πολλῆς δὲ οὔσης σπουδῆς τοῖς ἑτεροδόξοις ζωγρῆσαι τὸν ἄνδρα, οἷα εἰκὸς, ἐπὶ δώροις ἢ ὑποσχέσεσιν ἔμελλεν αὐτὸν καταμηνύειν ἡ θεράπαινα. Προαναφήναντος δὲ τοῦ Θεοῦ τὴν ἐπιβουλὴν, φθάσας ἑτέρωθι μετῴκησε. Καὶ ἡ θεράπαινα τιμωρίαν ἔδωκεν, ὡς ψευδῆ μηνύσασα κατὰ τῶν δεσποτῶν, οἳ δὴ πεφεύγεισαν. Οὐ γὰρ τὸ τυχὸν ἐποιοῦντο ἔγκλημα οἱ τῆς ἐναντίας αἱρέσεως κατὰ τῶν ὑποδεχομένων ἢ κρυπτόντων Ἀθανάσιον· ἀλλ' ὡς ἀπειθεῖς προστάξεσι βασιλέως, καὶ περὶ πολιτείαν ἁμαρτάνοντας, εἰς δικαστήριον εἷλκον. Καὶ παραπλησίου δ' οὖν καὶ ἄλλοτε ἐπὶ Ἀθανασίῳ συμβάντος εἰς ἀκοὴν ἦλθον. Ἐπεὶ γὰρ κατὰ τοιαύτην αἰτίαν ὡς ἐπὶ Αἴγυπτον φεύγων ἀνέπλεεν ἐπὶ B τὸν Νεῖλον, μηνυσάντων τοῦτο τινῶν, ἐδίωκον αὐτὸν οἱ συλληψόμενοι. Προμαθὼν δὲ θεόθεν τὴν δίωξιν, ἐξήγγειλε τοῖς συμπλέουσι, καὶ ἀναστρέφειν ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐκέλευσεν. Ἐν δὲ τῷ καταπλεῖν, ἀναπλέοντας τοὺς ἐπιβούλους παραμείψας, ἐπὶ τὴν πόλιν διεσώθη, καὶ ὡς ἐν ὁμίλῳ καὶ πλήθει οἰκημάτων, ἀσφαλέστερον ἐλάνθανεν. Ἐκ δὴ τῶν τοιούτων, καὶ πολλῶν ἄλλων ὁμοίως προμηνυομένων παρ' αὐτοῦ, διεβάλλετο παρὰ τῶν ἐναντίων Ἑλλήνων τε καὶ ἑτεροδόξων, ὡς γοητείας ταῦτα κατορθῶν [a]. Λόγος οὖν, ποτὲ προϊόντος αὐτοῦ ἀνὰ τὴν πόλιν, συμβὰν οὕτως ἐφιπταμένην κρῶξαι κορώνην. Παρατυχὸν δὲ πλῆθος Ἑλλήνων, οἷα εἰς γόητα ἀποσκῶπτον, ἐξαιτῆσαι εἰπεῖν αὐτοῖς ὅ τι λέγοι ἡ κορώνη. C Τὸν δὲ φάναι, ἠρέμα ἐπιγελάσαντα, Κρὰς, ὅ ἐστιν αὔριον τῇ Ῥωμαίων φωνῇ. Τοῦτο τοίνυν κράζουσα, ἀηδῆ τὴν αὔριον ὑμῖν ἔσεσθαι καταγγέλλει. Σημαίνει γὰρ ἐκ προστάγματος τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως κωλυθήσεσθαι ὑμᾶς, τὴν ἑξῆς ἑορτὴν ἄγειν. Ἡ δὲ Ἀθανασίου πρόῤῥησις, καίπερ γελοιώδης δόξασα, ἀληθὴς ἐφάνη. Τῇ γὰρ ἐς αὔριον γράμματα τοῦ κρατοῦντος ἀπεδόθη τοῖς ἄρχουσι, παρακελευόμενα μὴ συγχωρεῖν τοὺς Ἕλληνας τοῖς ναοῖς προσβάλλειν, μηδὲ τὰς συνήθεις θρησκείας καὶ πανηγύρεις ἐπιτελεῖν. Καὶ ἡ παρατυχοῦσα τότε ἑορτὴ διελύθη, σεβάσμιός τε οὖσα καὶ πολυτελὴς Ἕλλησιν. Ὡς μὲν οὖν προφητικὸς ὁ ἀνὴρ ἐγένετο, ἀπόχρη τάδε εἰπεῖν. Ἐπεὶ δὲ, ὡς εἴρηται, διέφυγε, τοὺς ἐπὶ συλλήψει αὐτοῦ D παραγενομένους, ἐπί τινι χρόνῳ διέμεινεν ὁ ὑπ' αὐτοῦ κλῆρος καὶ λαὸς, τὰς ἐκκλησίας κατέχοντες· εἰς ὅτε δὴ ὁ Αἰγύπτου ὕπαρχος, καὶ ὁ ἡγούμενος τῶν τῇδε στρατιωτῶν, ἐκβαλόντες τοὺς αὐτῷ πειθομένους, παρέδωκαν αὐτὰς τοῖς προσδοκῶσι Γεώργιον. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ αὐτὸς Γεώργιος ἀφίκετο (67),

et obscuro quodam domicilio, quod olim aquæ fuerat receptaculum. Nec quisquam ejus rei conscius fuit, præter eos apud quos latitabat, et ancillam, quæ tantæ fidei visa est, ut illi ministraret. Porro cum Ariani eum vivum comprehendere omni studio niterentur, ancilla donis ac pollicitationibus, ut credibile est, illecta, eum jamjam erat proditura. Verum insidiis illi a Deo patefactis, insidiatores præveniens, alio migravit. Ancilla vero pœnas dedit, utpote quæ falsum detulisset contra dominos, qui et ipsi aufugerant. Nam contrariæ hæresis propugnatores non exigui criminis reos faciebant, quicunque vel exciperent, vel occultarent Athanasium, sed eos tanquam imperatoris jussibus refragantes, et contra rempublicam insurgentes, ad tribunalia judicum trahebant. Simile quidpiam alio etiam tempore Athanasio contigisse accepi : nam cum ob ejusmodi causam, tanquam in interiora Ægypti fugiens, adverso flumine navigaret per Nilum, re a quibusdam indicata, insidiatores persequi eum cœperunt, ut comprehenderent [1]. Verum ille admonitus a Deo de illorum persecutione, rem exposuit iis qui **142** una secum navigabant, jussitque ut protinus Alexandriam reverterentur. Dum igitur secundo flumine navigat, insidiatores adverso flumine navigantes prætergressus, incolumis ad urbem pervenit; ibique tum ob populi frequentiam, tum ob multitudinem ædificiorum delituit. Ob hæc et alia ejusmodi plurima ab illo prædicta, calumniabantur eum adversarii, gentiles scilicet atque hæretici, quasi magicis artibus ista perficeret. Denique quodam tempore, illo per urbem transeunte, forte supervolans cornix crocitasse dicitur. Turba vero gentilium quæ tum illic aderat, cum deridens, rogavit ut ipsis aperiret quidnam cornix prædiceret. At ille leniter subridens, Cras, inquit; atque istud vociferans, crastinum diem haudquaquam jucundum vobis fore denuntiat. Significat enim vobis ab imperatore prohibitum iri ne cras festum diem celebretis. Quæ Athanasii prædictio, licet ridicula ipsis visa esset, vera tamen apparuit. Crastino enim die magistratibus redditæ sunt imperatoris litteræ, jubentes ne pagani templa adire, neve solemnes sacrorum ritus et publicos conventus celebrare sinerentur. Atque ita dies festus qui tum inciderat, isque summa gentilium religione ac magnificentia coli suetus, solutus est. Verum ut ostendatur eum virum dono prophetiæ insignitum fuisse, hæc

[1] Socr. lib. III, c. 14.

## VALESII ANNOTATIONES.

(67) *Αὐτὸς Γεώργιος ἀφίκετο.* Recte hoc loco ac tempore ordinationem atque ἐνθρονισμὸν Georgii ponit Sozomenus, post victoriam scilicet Constantii, et post exstinctam tyrannidem Magnentii atque

## VARIORUM

[a] *Διεβάλλετο ὡς γοητείαις ταῦτα κατορθῶν. Athanasium episcopum eo tempore apud Alexandriam, ultra professionem altius se efferentem, sciscitarique conatum externa, ut prodidere rumores assidui, cœtus in unum quæsitus ejusdem loci multorum (synodus, ut appellant) removit a sacramento*

Digitized by Google

dixisse sufficiat. Cæterum postquam, uti dictum est, ex manibus eorum qui ipsum comprehensuri venerant, evasit, clerus ac populus qui sub ipso erat, ecclesias aliquandiu retinuit, donec præfectus Ægypti, et dux rei militaris, expulsis iis qui adhærebant Athanasio, ecclesias tradiderunt iis qui Georgium exspectabant. Nec multo post Georgius ipse advenit, et ecclesias in potestatem suam redegit. Qui cum violentius quam pro more ac dignitate sacerdotali regere instituisset, et tum aliis omnibus terribilem se ostenderet, tum erga eos qui Athanasio favebant, implacabili esset animo; adeo ut hac de causa tam viri, quam mulieres, vincula et plagas perpessi sint, tyrannus quidam esse videbatur. **143** Cumque ob hanc causam in commune omnium odium incidisset, plebs furore succensa, eum in ecclesia agentem adorta est, parumque abfuit quin eum interficeret. Et hic quidem, in ejusmodi periculum delapsus, ægre servatus est et ad imperatorem se contulit. Illi vero qui cum Athanasio communicabant, ecclesias obtinuerunt. Verum id non longo tempore stetit. Etenim dux Ægypti, Alexandriam veniens, Georgii fautoribus easdem denuo tradidit. Posthæc officialis principis ex schola eorum qui notarii appellantur, missus ut seditiosos supplicio afficeret, multos Alexandrinorum tormentis subdidit ac verberibus affecit. Nec diu post Georgius ipse revertitur, ob ea quæ jam dixi terribilior factus, ut credibile est: multoque magis invisus quam antea, quippe qui imperatorem ad multorum vexationem incitasset. Præterea ob perfidiam atque arrogantiam incusabatur a monachis, quorum sententiam sequebatur populi multitudo, et quorum testimoniis fidem adhibebat, eo quod virtutem excolerent, et philosophicum vivendi genus sectarentur.

A καὶ τὰς ἐκκλησίας ὑφ' ἑαυτὸν εἶχε. Βιαιότερον δὲ ἢ κατὰ πρόσχημα καὶ ἦθος ἱερέων ἐπιτηδεύων κρατεῖν· καὶ πρὸς μὲν πάντας φοβερὸς εἶναι θέλων, πρὸς δὲ τοὺς Ἀθανάσιον ἐπαινοῦντας ἀπηνής, ὡς δεσμὰ καὶ πληγὰς ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας ὑπομεῖναι, οἷα τύραννος ἐνομίζετο. Ὑπὸ τοιαύτης δὲ αἰτίας εἰς κοινὸν μῖσος ἐμπεσόντι, κινηθεὶς εἰς ὀργὴν ὁ δῆμος, ἐπέστη ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διατρίβοντι, καὶ μικροῦ αὐτὸν διεχρήσαντο. Καὶ ὁ μὲν ὧδε κινδυνεύσας, μόλις διεσώθη, καὶ πρὸς βασιλέα φεύγει. Οἱ δὲ τὰ Ἀθανασίου φρονοῦντες, τὰς ἐκκλησίας κατέσχον. Ἐγένετο δὲ τοῦτο οὐκ ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ. Παραγενόμενος γὰρ ὁ τῆς Αἰγύπτου στρατηγὸς, πάλιν τοῖς Γεωργίου τὰς ἐκκλησίας παρέδωκε. Μετὰ δὲ ταῦτα ταχυγράφος βασιλικὸς ἐκ τοῦ τάγματος τῶν καλουμένων νοταρίων, B ἀποσταλεὶς τιμωρῆσαι, πολλοὺς Ἀλεξανδρέων ἐβασάνισε καὶ ᾐκίσατο. Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ αὐτὸς Γεώργιος ἐπανῆλθε, φοβερώτερος ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡς εἰκὸς, γεγενημένος, καὶ μᾶλλον ἢ πρότερον μισούμενος, ὡς εἰς κάκωσιν πολλῶν βασιλέα κεκινηκὼς, καὶ ἐπὶ δυσπιστίᾳ καὶ τύφῳ διαβαλλόμενος παρὰ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ μοναχῶν· ὧν τῇ δόξῃ τὸ πλῆθος εἵπετο, καὶ τὰς μαρτυρίας ἀληθεῖς ἡγεῖτο, καθότι ἀρετὴν ἤσκουν, καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ ὁ βίος αὐτοῖς ἦν.

## CAP. XI.

*De Liberio episcopo urbis Romæ, quas ob causas a Constantio relegatus sit; et de Felice qui in ejus locum successit.*

Et ista quidem ad hunc modum continua serie, licet non eodem tempore, Athanasio et Alexandri-

C

## ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

*Περὶ Λιβερίου τοῦ ἐπισκόπου Ῥώμης, δι' ἃς αἰτίας ἐξόριστος ὑπὸ Κωνσταντίου ἐγένετο· καὶ περὶ τοῦ μετ' αὐτὸν γεγονότος Φίληκος.*

Τάδε μὲν ὧδε ἐφεξῆς, οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, Ἀθανασίῳ τε καὶ τῇ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ συν-

### VALESII ANNOTATIONES.

Silvani, hoc est anno Christi 356. De Georgio autem isto multa habet Epiphanius in hæresi Anomœorum, et Gregorius Nazianzenus in *Encomio Athanasii*. Qui eum Cappadocem quidem fatetur, hybridam tamen vocat, natum in confinio quodam ignobili Cappadociæ. Patriam ejus apertius adhuc designat Gregorius Nyssenus in libro primo *Adversus Eunomium*, ubi totam Aetii vitam exponit. Locum ejus integrum hic apponam, eo quod in vulgatis editionibus mancus est ac mutilus. Sic igitur ille: Ἐπὶ τούτοις τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου βασιλικῇ δυναστείᾳ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας μετατεθέντος, Γεωργίου δὲ τοῦ Ταρβασθηνίτου τὸν ἐκεῖνον λαὸν διασπῶντος, πάλιν Ἀλεξανδρεὺς ὁ Ἀέτιος, οὐδενὸς ἔλαττον ἔχων τῶν ὑποστρεφομένων καὶ παρασιτούντων τῷ Καππαδόκῃ· οὐδὲ γὰρ τῆς κολακείας ἀμελήτως εἶχε ὡς τὸν Γεώργιον· ἦν γὰρ δὴ Χαναναῖος κἀκεῖνος, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὸν ὁμοιογενῆ καὶ ὁμόφυλον ἐπιτηδείως εἶχε· χαίρειν τε τούτῳ, πάλαι τῇ διαστροφῇ κατειλημμένον τοῦ δόγματος· καὶ εὕρημα εἶναι τῷ Ἀετίῳ κατ' ἐξουσίαν προκείμενον. Ubi vides Georgium vocari Cappadocem, et Tarbasthenitem, et Chananæum. Tarbasthenitem quidem, eo quod ortus esset Tarbasthenis, qui erat pagus Cappadociæ; Chananæum vero, D id est Syrum [a]*, propterea quod Cappadoces Syrorum coloni sunt, ut docet Herodotus. Et hac ratione Georgius Cappadox contribulis erat Aetii Syri. Pro voce ἀμελήτως in Gregorio Nysseno malim scribere ἀμελετήτως, quemadmodum legisse videtur interpres.

### VARIORUM.

*quod obtinebat. Dicebatur enim fatidicarum sortium fidem, quæve augurales portenderent alites, scientissime callens, aliquoties prædixisse futura.* (Amm. Marcellinus, lib. xv, c. 7.)

a * Alii Georgium Cilicem dicunt. Erat autem illiberalis et ineruditus, nulla mentis dote commendatus. Fullonis filium fuisse ait Amm. Marcellinus; qui parasiti statim et gnathonis conditionem sectatus, nihil non ventris gulæque causa agere paratus erat. Postmodum autem auctus in damnum complurium, penuariorum exceptor effectus, Constantinopoli suillis carnibus recipiendis ac distribuendis operam dabat; cumque pecunias omnes depeculatus esset, repetundarum reus aufugerat. His vir præclarus gradibus ad episcopi dignitatem ascendit anno Chr. 356. (Clar. Benedictini *Vit. Athan.*, p. 66.)

Digitized by Google

A ἔδη, μετὰ τὴν Κώνσταντος τελευτήν. Σαφηνείας δὲ χάριν ταῦτα συλλήβδην ἐνταῦθα διηγησάμην. Ἀπράκτου δὲ διαλυθείσης τῆς ἐν Μεδιολάνῳ συνόδου, τοὺς μὲν, ἀντειπόντας τοῖς κατὰ Ἀθανασίου σπουδάζουσιν, ἐκποδὼν ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς, φυγὴν αὐτῶν καταδικάσας. Περιπολλοῦ δὲ ποιούμενος πανταχοῦ τὴν Ἐκκλησίαν συμφωνεῖν περὶ τὸ δόγμα, καὶ τοὺς ἱερέας ὁμονοεῖν, ἐβουλεύετο πανταχόθεν ἐπισκόπους εἰς τὴν Δύσιν καλεῖν. Ἐννοούμενος δὲ ὡς ἐργῶδες τοῦτο διὰ τὸ μῆκος τῆς ἐν μέσῳ γῆς καὶ θαλάσσης, ἠπόρει μὲν ὅ τι ποιήσει· παντελῶς δὲ οὐκ ἀφίει. Μένων δὲ ἐπὶ τῆς αὐτῆς γνώμης, πρὶν εἰς Ῥώμην ἐλθεῖν, καὶ τὴν εἰωθυῖαν Ῥωμαίοις ἐπιτελεῖν πομπὴν κατὰ τῶν νενικημένων, μεταχαλεσάμενος Λιβέριον [b] τὸν Ῥώμης ἐπίσκοπον, ἔπειθεν ὁμόφρονα γενέσθαι τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἱερεῦσιν, ὧν ἦν καὶ Εὐδόξιος. B Ἀντεροῦντα δὲ, καὶ ἰσχυριζόμενον μή ποτε τοῦτο ποιήσειν, προσέταξεν εἰς Βεροίην (68) τῆς Θρᾴκης ἀπάγεσθαι. Λέγεται δὲ σὺν ταύτῃ πρόφασιν εἶναι τῆς Λιβερίου φυγῆς, καὶ τὸ μὴ ἑλέσθαι τὴν πρὸς Ἀθανάσιον κοινωνίαν ἀρνήσασθαι, ἀλλ' ἀνδρείως περὶ τούτου ἀντειπεῖν βασιλεῖ, ἐπαιτιωμένῳ ὡς τὰς Ἐκκλησίας ἠδίκησε, καὶ τοῖν ἰδίοιν ἀδελφοῖν, τὸν μὲν πρεσβύτερον ἀπώλεσε (69)· Κώνσταντα δὲ, ὅσον εἰς αὐτὸν ἧκεν, ἐχθρὸν αὐτῷ κατέστησε. Προϊσχομένῳ δὲ τὴν κρίσιν τῶν πανταχοῦ, καὶ μάλιστα ἐν Τύρῳ κατ' αὐτοῦ συνεληλυθότων, τούτοις μὲν ὡς κατὰ πάντα πρὸς ἀπέχθειαν καὶ χάριν ἡδέως ψηφισαμένοις (70) μὴ χρῆναι τίθεσθαι ἔλεγε Λιβέριος. C Ἐζήτει δὲ τὴν μὲν ἐν Νικαίᾳ παραδοθεῖσαν πίστιν ὑπογραφαῖς τῶν πανταχοῦ ἐπισκόπων κρατύνεσθαι, καὶ τοὺς διὰ τοῦτο ἐν ὑπερορίαις διατρίβοντας μετακαλεῖσθαι. Κατορθωθέντων δὲ τούτων, ὥστε μὴ ὀχληροὺς καὶ ἐπιζημίους δόξαι, δημοσίων ὀχημάτων ἢ χρημάτων μὴ μεταδοῦναί τινι· ἀλλ' ἰδίᾳ δαπάνῃ πάντας εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν συνελθεῖν, ἔνθα ὁ ἠδικηκὼς καὶ οἱ ἠδικημένοι, καὶ τῶν ἐγκλημάτων οἱ ἔλεγχοι, καὶ ἀκριβὴς τῆς ἐπὶ τούτοις ἀληθείας βάσανος. Ἐπιδεικνύς τε τὴν ἐπὶ Ἀθανασίου ἔγγραφον

norum Ecclesiæ post Constantis obitum contigerunt. Sed nos perspicuitatis causa, cuncta simul hoc loco narravimus. Porro Mediolanensi concilio infecta re dissoluto, imperator eos quidem qui adversariis Athanasii contradixerant, exsilio damnavit. Cum autem omni studio in id incumberet ut omnes ubique Ecclesiæ in doctrina fidei consentirent, et sacerdotes inter se concordarent, episcopos ex omnibus locis in Occidentem evocare constituit. Verum ob terrarum ac maris interjecta spatia, hoc difficile factu esse intelligens, hærebat incertus quid ageret : nec tamen ab incœpto penitus destitit. Manens igitur in eadem sententia, priusquam Romam ingrederetur, et triumphalem pompam de hostibus superatis populo Romano, ut moris est, exhiberet, accersito ad se Liberio Romanæ urbis episcopo persuadere conatus est ut cum episcopis qui in ipsius comitatu erant, consentirent, inter quos erat etiam Eudoxius. Sed cum Liberius contradiceret, seque id facturum esse pertinaciter negaret, imperator Berœam Thraciæ abduci eum jussit. Præter hanc alia quoque relegationis **144** Liberii causa fuisse dicitur, quod scilicet ab Athanasii communione abstinere noluisset, sed hac in parte imperatori fortiter restitisset, qui Athanasium incusabat quod Ecclesias injuria affecisset, et quod ex duobus fratribus suis, seniori quidem necis causa exstitisset : Constantem vero, quantum quidem in ipso erat, hostem sibi reddidisset. Cum autem objiceret imperator judicium episcoporum, qui ubique ac præsertim in urbe Tyro congregati, Athanasium condemnaverant, his quidem, utpote qui odio vel gratia aut metu adducti sententiam tulissent, assentiendum non esse Liberius dixit. Postulavit autem ut fides quæ Nicææ exposita fuerat, omnium ubique episcoporum subscriptionibus firmaretur, et qui ob eam causam in exsilio erant, revocarentur. His vero ita confectis, ne forte episcopi molestiam aut damnum afferrent

## VALESII ANNOTATIONES.

(68) *Εἰς Βεροίην.* In codice Fuketiano scriptum inveni εἰς Βερώην. Apud Theodoritum in lib. II *Historiæ*, cap. 16, dicitur Βέροια, et apud Theophanem in *Chronico*.

(69) *Τὸν μὲν πρεσβύτερον ὠπώλεσε.* Exstant Acta interrogationis Liberii in consistorio coram principe Constantio, apud Theodoritum in libro D secundo *Historiæ*. Ubi Constantius exprobrare videtur Athanasio mortem fratris sui Constantini. Cujus tamen mortis culpa quomodo in Athanasium cadere possit, equidem non video.

(70) *Ἡδέως ψηφισαμένοις.* Non dubito quin Sozomenus scripserit πρὸς ἀπέχθειαν καὶ χάριν ἢ δέος ψηφισαμένοις. Tres enim affert causas, ob quas episcopi iniquam contra Athanasium sententiam tulissent : privatas scilicet simultates, et gratiam, seu metum potentiorum. Confirmant hanc emendationem Acta interrogationis Liberii, quæ refert Theodoritus in lib. II *Historiæ ecclesiasticæ*, cap. 16.

## VARIORUM.

[b] *Μεταχαλεσάμενος Λιβέριον. Liberius Christianæ legis antistes, a Constantio ad comitatum* (Mediolanum scilicet, ubi tunc temporis agebat Constantius) *mitti præceptus est, tanquam imperatoris jussis, et plurimorum sui consortium decretis obsistens, in re quam brevi textu percurram. Athanasium episcopum eo tempore apud Alexandriam*, etc., ut supra. *Hunc per subscriptionem abjicere sede sacerdotali, paria sentiens cæteris, jubente principe, Liberius monitus, perseveranter retinebatur; nec visum hominem nec auditum damnare, nefas ultimum sæpe exclamans, aperte scilicet recalcitrans imperatoris arbitrio. Id enim ille, Athanasio semper infestus, licet sciret impletum, tamen auctoritate quoque potiore æternæ urbis episcopi firmari, desiderio nitebatur ardenti : quo non impetrato, Liberius ægre populi metu, qui ejus amore flagrabat, cum magna difficultate noctis medio potuit asportari.* (Amm. Marcellinus, lib. XV, cap. 7. Vide etiam Theodorit., *Hist.* lib. II, cap. 16, et Athanas., *Hist. Arian. ad monachos*, pag. 367.)

Digitized by Google

provincialibus, nulli eorum aut vehicula, aut pecuniæ darentur ex publico : sed cuncti suis sumptibus Alexandriam convenirent, ubi et is qui injuriam fecerat, et qui passi fuerant, morabantur : ubi crimina probari, et totius rei veritas diligenter inquiri poterat. Ostendens præterea Valentis et Ursacii testimonium de Athanasio, quod illi libello comprehensum Julio Romanæ urbis episcopo decessori suo obtulerant, veniam deprecantes, et acta quæ in Mareote confecerant, falsa esse indicantes, imperatorem rogabat ne Athanasium absentem condemnaret, neque iis qui tum sententiam tulerant, assensum præberet, quippe cum manifestæ essent insidiæ. Quod vero ad fratres attinet, orabat ne se ulcisci vellet sacerdotali manu : quam non ad hujusmodi facinus, sed ad sanctificationem, et ad omne bonum ac justum opus promptam ac paratam esse Deus præcepit. Cum ergo Liberius mandatis principis minime obtemperaret, imperator eum in Thraciam deportari jussit, nisi intra biduum sententiam mutaret. At Liberius : Mihi vero, inquit, o imperator, nihil opus est deliberatione. Hæc enim jampridem a me perpensa ac decreta sunt : et jam nunc iter ingredior. Porro cum abduceretur in exsilium, aiunt imperatorem quingentos aureos ei misisse : Liberium vero eos aspernatum, dixisse illi qui attulerat : Abi et nuntia illi qui hoc aurum misit, ut assentatoribus et histrionibus quos secum habet, illud largiatur : quos præ insatiabili cupiditate continua egestas quotidie urget ac cruciat, semper quidem appetentes divitias, nunquam vero satiatos. Nobis vero Christus, qui Patri in omnibus similis est, et annonas, et bona omnia subministrat. Hac itaque de causa Liberius episcopatu Romano spoliatus est, ejusque administratio commissa est Felici cuidam, illius cleri diacono [1]. Quem quidem aiunt fidei **145** concilii Nicæni perpetuo adhæsisse, et quod ad religionem pertinet, omni prorsus reprehensione caruisse. Unum vero illud in eo esse reprehensum, quod etiam ante ordinationem, communione cum hæreticis sociatus fuisset. Ubi vero imperator Romam ingressus est, populus Romanus crebris acclamationibus interpellare eum pro Liberio non destitit, et rogare ut ipsis restitueretur. Itaque imperator, adhibitis in consilium episcopis qui cum ipso erant, respondit revocaturum se illum et petentibus redditurum esse, si sacerdotibus qui in ipsius erant comitatu consentire vellet.

μαρτυρίαν Οὐάλεντος καὶ Οὐρσακίου, ἣν ἐπιδεδώκασιν Ἰουλίῳ τῷ πρὸ αὐτοῦ τὸν τῶν Ῥωμαίων θρόνον ἐπιτροπεύσαντι, συγγνώμην αἰτοῦντες, καὶ τὰ πρὸς αὐτῶν ἐν τῷ Μαρεώτῃ πεπραγμένα, ψευδῆ καταμηνύοντες, ἠξίου μὴ καταδικάζειν αὐτοῦ ἀπόντος τὸν βασιλέα, μηδὲ τοῖς τότε ψηφισαμένοις πείθεσθαι, ἅτε δήλης τῆς ἐπιβουλῆς οὔσης. Ἕνεκα δὲ τοῖν ἀδελφοῖν, μὴ προσδοκᾷν αὐτὸν ἀμύνεσθαι διὰ ἱερατικῆς χειρὸς, ἣν οὐχ ἕτοιμον εἰς τοῦτο, ἀλλ' εἰς ἁγιασμὸν καὶ πᾶσαν δικαίαν τε καὶ ἀγαθὴν πρᾶξιν τὸ Θεῖον ἐνομοθέτησεν. Ἐπεὶ οὖν οὐ καθυφῆκεν οἷς ἐπέταττε, προσέταξεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν Θρᾴκην ἀπάγεσθαι, εἰ μὴ μετάθοιτο τῆς γνώμης ἐντὸς ἡμερῶν δύο. Ἀλλ' Ἐμοὶ, ἔφη Λιβέριος, ὦ βασιλεῦ, οὐ βουλῆς δεῖ· πάλαι γὰρ ταῦτα εὖ μοι βεβούλευται καὶ δέδοκται, καὶ τῆς ὁδοῦ ἐντεῦθεν ἤδη ἔχομαι. Λέγεται δὲ ἀπαγομένῳ αὐτῷ πεντακοσίους χρυσίους ἀποστεῖλαι· τὸν δὲ μὴ δεξάμενον, εἰπεῖν τῷ κομίσαντι· Ἄπιθι, καὶ ἄγγειλον τῷ πεπομφότι τὸ χρυσίον τοῦτο, δοῦναι τοῖς ἀμφ' αὐτὸν κόλαξι καὶ ὑποκριταῖς (71), οὓς ὑπὸ ἀπληστίας διηνεκὴς ἔνδεια ὁσημέραι ὀχλοῦσα κολάζει, ἀεὶ χρημάτων ἐπιθυμοῦντας, μηδέποτε δὲ κορεννυμένους. Ἡμῖν δὲ ὁ Χριστὸς ὁ ἐν ἅπασι τῷ Πατρὶ ὅμοιος, τροφεὺς καὶ ταμίας ἐστὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν. Ἐκ δὴ τοιαύτης αἰτίας καὶ Λιβέριος ἀφῃρέθη τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας· ἐπιτρέπεται δὲ ταύτην Φίληξ διάκονος τοῦ ἐνταῦθα κλήρου. Ὃν ὁμόφρονά φασι διαμεῖναι κατὰ τὴν πίστιν τοῖς ἐν Νικαίᾳ συνεληλυθόσιν, καὶ παντελῶς θρησκείας ἕνεκα ἀνέγκλητον. Τουτὶ δὲ μόνον ἐγκαλεῖσθαι, ὅτι γε πρὸ χειροτονίας, καὶ κοινωνίας (72) ἑτεροδόξων ἀνδρῶν ἠνέσχετο. Ὡς δὲ εἰσήλαυνεν εἰς Ῥώμην ὁ βασιλεὺς, καὶ πολὺς ἦν ὁ ἐνθάδε δῆμος περὶ Λιβερίου ἐκβοῶν (73), καὶ δεόμενος αὐτὸν ἀπολαβεῖν, βουλευσάμενος μετὰ τῶν συνόντων αὐτῷ ἐπισκόπων, ἀπεκρίνατο μεταχαλεῖσθαι αὐτὸν, καὶ τοῖς αἰτοῦσιν ἀποδώσειν αὐτὸν, εἰ πεισθείη τοῖς συνοῦσιν αὐτῷ ἱερεῦσιν ὁμοφρονεῖν.

[1] Socr. lib. II, c. 37, p. 143.

## VALESII ANNOTATIONES.

(71) *Κόλαξι καὶ ὑποκριταῖς*. Episcopos Arianos intelligit, quos in comitatu semper habebat Constantius, Auxentium scilicet et Epictetum, ut discimus ex Actis interrogationis Liberii quæ referuntur a Theodorito.

(72) *Πρὸς χειροτονίας καὶ κοινωνίας*. Procul dubio scribendum est πρὸ χειροτονίας, quemadmodum legitur in codice Fuketii et apud Nicephorum. Sed præterea unius litteræ adjectione locus sanandus est hoc modo, καὶ κοινωνίας ἑτεροδόξων ἀνδρῶν ἠνέσχετο. Potest etiam legi in singulari numero κοινωνίᾳ. Nicephorus certe ita hunc Sozomeni locum accepit. Sic enim habet de Felice : Ἓν δὲ αὐτῷ προσήγετο ἔγκλημα, ὅτι πριν ἢ τὴν τῆς ἐπισκοπῆς χειροτονίαν λαχεῖν, κοινωνῆσαι τοῖς ἑτεροδόξοις ἠνέσχετο. In codice Fuketiano hunc locum ita scriptum inveni : Καὶ κοινωνίας ἑτεροδόξων ἀνδρῶν ἠνέσχετο. Quam scripturam confirmat Nicephorus, ut proxime vidimus. Itaque, re attentius examinata, hanc lectionem præferendam puto.

(73) *Περὶ Λιβερίου ἐκβοῶν*. Mallem scribere ὑπὲρ Λιβερίου.

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

*Περὶ Ἀετίου τοῦ Σύρου, καὶ Εὐδοξίου τοῦ μετὰ Λέοντος Ἀντιοχείας γεγονότος, καὶ περὶ τοῦ ὁμοουσίου.*

A Περὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, εἰς τὸ φανερὸν ἐδίδασκεν Ἀέτιος ἣν εἶχε περὶ Θεοῦ δόξαν. Ἦν δὲ τότε διάκονος τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας, παρὰ Λεοντίου (74) γενόμενος. Τὰ αὐτὰ δὲ Ἀρείῳ ἐδόξαζε, κτιστὸν, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων, ἀνόμοιόν τε λέγων τῷ Πατρὶ τὸν Υἱόν. Ἐριστικὸς δέ τις εἰς ἄγαν ὢν, καὶ τολμηρὸς ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις (75), ἀσφαλῶς τε καὶ ποικίλως τοῖς λογισμοῖς χρώμενος, ἔδοξεν ἑτερόδοξος εἶναι οἷς ὁμοίως ἐφρόνει. Ἐκβληθείς τε τῆς αὐτῶν Ἐκκλησίας, ἐσκήπτετο παραιτεῖσθαι τὴν πρὸς αὐτοὺς κοινωνίαν, ὡς Ἀρείῳ κεκοινωνηκότας μὴ δέον. Ὅτι, φησὶ, ἐπιώρκησεν, ἡνίκα μεταμεληθεὶς ὀμώμοκε Κωνσταντίνῳ τῷ βασιλεῖ, συνῳδὰ φρονεῖν B τοῖς ἐν Νικαίᾳ συνεληλυθόσι. Καὶ τὰ μὲν ὧδε λέγεται. Ἔτι δὲ τοῦ βασιλέως ἐν τῇ πρὸς Δύσιν ἀρχομένῃ διάγοντος, ἀγγέλλεται τετελευτηκέναι Λεόντιος [c] ὁ Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος. Ὡς φυλακῆς δὲ προσδεομένης τῆς ἐνθάδε Ἐκκλησίας, ἐδεήθη τοῦ βασιλέως Εὐδόξιος ἐπανελθεῖν εἰς Συρίαν. Ἐπιτραπεὶς δὲ τοῦτο, σπουδῇ καταλαμβάνει τὴν Ἀντιόχειαν· καὶ περιποιεῖται ἑαυτῷ τὴν ἐνθάδε ἐπισκοπὴν, μήτε Γεωργίου τοῦ Λαοδικείας ἐπισκόπου, μήτε Μάρκου τοῦ Ἀρεθούσης, οἳ δὴ τότε τῶν ἐν Συρίᾳ ἐπισκόπων ἐπίσημοι ἦσαν, μήτε τῶν ἄλλων οἷς ἡ χειροτονία διέφερε, συνθεμένων. Λόγος δὲ ταῦτα τὸν αὐτὸν πραγματεύσασθαι κατὰ γνώμην τοῦ κρατοῦντος, τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις εὐνούχων συμπραξάντων· οἳ ἅμα Εὐδοξίῳ τὸ Ἀετίου δόγμα ἐπῄνουν, καὶ ἀνόμοιον εἶναι C τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ἐδόξαζον. Ὡς οὖν ἐκράτησε τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας, παῤῥησίας λαβόμενος, περιφανῶς ἤδη προΐστατο τῆς τοιαύτης αἱρέσεως. Καὶ συνελθὼν ἐν Ἀντιοχείᾳ ἅμα τοῖς τὰ τοιαῦτα φρονοῦσιν, ὧν ἦσαν καὶ Ἀκάκιος ὁ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης ἐπίσκοπος, καὶ Οὐράνιος ὁ Τύρου. Ὅς μετὰ τοῦ ὁμοιουσίου (76) καὶ τὸ ὁμοούσιον ὄνομα ἠθέτει,

## CAP. XII.

*De Aetio Syro, deque Eudoxio Antiochiæ post Leontium episcopo, et de consubstantiali.*

Per idem tempus Aetius, quam de Deo habebat opinionem, palam docuit. Erat is tum diaconus Antiochensis Ecclesiæ, a Leontio ordinatus [1]. Idem autem sentiebat cum Ario, Filium scilicet creatum esse, et ortum ex nihilo Patrique dissimilem. Sed cum supra modum contentiosus esset, et in disputationibus de Deo audacior, variisque ac firmis uteretur ratiocinationibus, ab iis ipsis quibuscum consentiebat, hæreticus est habitus. Quam ob causam ex eorum Ecclesia ejectus, finxit se illorum communionem ideo detrectare, quod cum Ario contra jus fasque communicassent. Aiebat enim Arium pejerasse, tunc cum pœnitentia ductus Constantino imperatori juravit se prorsus idem sentire cum episcopis qui Nicææ consederant. Et hæc quidem de Aetio ita commemorantur. Cæterum imperatore adhuc in Occidentis partibus commorante, nuntius allatus est de morte Leontii Antiochensis episcopi. Eudoxius itaque, quasi Ecclesia illa custode indigeret, petiit ab imperatore ut in Syriam reverteretur. Quod cum impetrasset, celeriter Antiochiam venit: ejusque loci episcopatum sibi assumpsit, nec Georgio Laodiceno episcopo, nec Marco Arethusio, qui tunc temporis inter episcopos Syriæ præcipui habebantur, nec aliis item episcopis penes quos jus ordinandi erat, **140** consentientibus. Fama porro est id illum egisse ex sententia imperatoris, suffragantibus eunuchis palatii: qui una cum Eudoxio opinionem Aetii sequebantur, et Filium Patri dissimilem esse asserebant. Postquam igitur Ecclesiæ illius compos factus est, licentiam nactus, exinde opinionis illius patrocinium palam suscepit. Et conventu Antiochiæ celebrato una cum episcopis qui eidem

[1] Socr. lib. II, c. 35.

### VALESII ANNOTATIONES.

(74) *Διάκονος παρὰ Λεοντίου.* Idem scribit Socrates. Epiphanius tamen in hæresi Anomœorum, Aetium a Georgio Alexandrino episcopo diaconum factum esse scribit.

(75) *Τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις.* Post hæc verba deerat integra linea, quam ex optimo codice Fuketiano supplevi in hunc modum: Ἀσφαλῶς τε καὶ ποικίλως τοῖς λογισμοῖς χρώμενος, ἔδοξεν ἑτερόδοξος, etc. Eamdem scripturam in suo codice invenerat Nicephorus. Hunc enim Sozomeni locum ita expressit in cap. 36, lib. IX: Τῇ δὲ εἰς ἄγαν ἔριδι καὶ τῷ σφόδρα περὶ Θεοῦ τολμᾷν διαλέγεσθαι, ποικίλοις τε χρῆσθαι συλλογισμοῖς, ἐδόκει τοῖς ὁμόφροσι διάφορος εἶναι. Vides Nicephorum hic legisse ποικίλως τε συλλογισμοῖς χρώμενος. Omisit tamen Nicephorus adverbium illud ἀσφαλῶς, quo D significatur Aetium accuratis et exactis usum esse argumentationibus, juxta Aristotelis regulas.

(76) *Ὅς μετὰ τοῦ ὁμοουσίου.* Henricus Savilius ad latus sui codicis hæc annotavit, *imperfecta sententia, nisi tollas ὅς.* Cujus viri opinioni libenter assentior, licet apud Nicephorum idem quoque legatur articulus. Verum, ut monuit Savilius, utrobique delendus est. Non enim de Uranio episcopo Tyri hæc dicuntur, sed de Eudoxio; qui collecta Antiochiæ synodo utrumque simul vocem

### VARIORUM.

[c] *Ἀγγέλλεται τετελευτηκέναι Λεόντιος.* Valesius in notis ad Socratem, Baronium secutus, Leontium Antiochenum existimat obiisse anno 356, illisque favet Socrates, qui ait, lib. II, cap. 37, Eudoxium Germaniciæ episcopum mortem Leontii didicisse dum Romæ degeret cum Constantio, sub initium scilicet (aut saltem ante mensem Maium) anni 357. Nam initio Maii, ut tardius, Roma profectus est Constantius, ut Sirmium se conferret. Pagius tamen contendit Leontium adhuc in vivis fuisse anno 358. Vide annot. ad initium cap. 37 Socr., lib. II.

Digitized by Google

opinioni favebant, ex quorum numero erat Acacius episcopus Cæsareæ Palæstinæ, et Uranius Tyri, una cum similis substantiæ vocabulo consubstantialis etiam vocem rejecit, causatus Occidentales quoque episcopos idem decrevisse. Etenim Hosius una cum quibusdam illarum partium episcopis, ad exstinguendam Valentis, Ursacii et Germinii pertinaciam, vi coactus apud Sirmium, ut superius dixi [1], consenserat ut neque consubstantialis, neque similis substantiæ vocabulum usurparetur : quippe cum nec in sacris Litteris ea vocabula usquam reperirentur, et curiosa divinæ substantiæ investigatio humanæ mentis captum longe superaret. Ad eos igitur, utpote qui Hosii super ea re litteras expressissent, epistolam misit Eudoxius, gratias agens Valenti, Ursacio atque Germinio, eorumque ministerio ascribens, quod Occidentales recte sentirent.

A πρόφασιν ποιούμενος ὡς καὶ οἱ ἀνὰ τὴν Δύσιν ἐπίσκοποι ταῦτα ἐψηφίσαντο. Ὅσιος γὰρ ἅμα τισὶ τῶν ἐνθάδε ἱερέων, ἐπὶ καταλύσει τῆς Οὐάλεντος καὶ Οὐρσακίου (77) καὶ Γερμανίου (78) φιλονεικίας, βιασθεὶς ἐν Σιρμίῳ, ὡς εἴρηται, συνεχώρησε μήτε ὁμοούσιον μήτε ὁμοιοούσιον λέγειν. Ὡς μηδὲ ταῖς ἱεραῖς Γραφαῖς ἐγνωσμένων τῶν ὀνομάτων, καὶ ὑπὲρ νουν ἀνθρώπων ὄν, οὐσίαν Θεοῦ πολυπραγμονεῖν. Ὡς κατωρθωκόσι δὲ περὶ τούτου τὰ Ὁσίου γράμματα, πρὸς αὐτοὺς ἐπιστολὴν διεπέμψατο (79), Οὐάλεντι καὶ Οὐρσακίῳ καὶ Γερμανίῳ χάριν ὁμολογοῦντες, καὶ τοῦ ὀρθῶς δοξάζειν τοὺς ἐν τῇ Δύσει, τὰς ἀφορμὰς αὐτοῖς ἀνατιθέντες.

## CAP. XIII.

*Quomodo Eudoxio res novas agitanti Georgius Laodicenus litteras miserit, ut eum reprimeret : et de missis ab Ancyrano concilio legatis ad Constantium.*

Cum Eudoxius ad hunc modum res turbaret, multi ex Antiochena Ecclesia, qui ejus conatibus resistebant, ab eo ejecti sunt : qui, acceptis litteris Georgii **147** Laodicensis episcopi, Ancyram Ga-

## B ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

*Ὅτι νεωτερίζοντι τῷ Εὐδοξίῳ γράμματα ἔπεμψε Γεώργιος ὁ Λαοδικείας, ἀναστέλλων αὐτόν· καὶ περὶ τῶν ἐξ Ἀγκύρας πρέσβεων εἰς Κωνστάντιον.*

Ἐπεὶ δὲ ὧδε ἐνεωτέριζεν Εὐδόξιος, καὶ πολλοὶ τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας ἐναντιούμενοι αὐτῷ ἐξηλάθησαν· γράμματα λαβόντες Γεωργίου τοῦ Λαοδικείας ἐπισκόπου [d], παρεγένοντο εἰς Ἄγγυραν τῆς Γαλα-

[1] Cap. 6, versus finem.

## VALESII ANNOTATIONES.

bulum, ὁμοούσιον et ὁμοιούσιον condemnavit. Porro hæc Antiochena synodus ab Eudoxio congregata est anno Christi 357, paulo post Sirmiensem synodum, in qua Hosius impiam illam fidei professionem ediderat. In hac Antiochena synodo, perinde ac in illa Sirmiensi, in qua Hosius naufragium fecit, damnatum est nomen *substantiæ*, et ὁμοούσιον atque ὁμοιούσιον ex æquo rejecta sunt. Legati etiam missi sunt ad Constantium imperatorem, Asphalius presbyter una cum aliis, qui synodicam epistolam ad eum perferrent, ut hic testatur Sozomenus. Cæterum sub exitum anni 357 hanc synodum collectam esse conjicio. Etenim Eudoxius, dum adhuc Constantius Romæ ageret, audita morte Leontii, statim Roma Antiochiam profectus, Antiochenam sedem per ambitum occupavit. Roma igitur profectus fuerat mense Maio. Nam sub exitum hujus mensis Constantius Roma egressus est. Unde obiter notandus est error Baronii, qui Constantii ingressum in urbem Romam, et Eudoxii profectionem ac translationem assignat anno Christi 356. Sed hunc errorem refellit Ammianus Marcellinus, et Idatius in *Fastis*. Proinde Eudoxius ante Julium mensem Antiochenam sedem obtinere non potuit. Quo item tempore Tractatus ille apud Sirmium factus est, in quo Hosius et Potamius impiam illam fidei professionem ediderunt, quam Valens et Ursacius ac Germinius ad Eudoxium miserunt. Quare nonnisi sub finem hujus anni Eudoxius synodum suam congregare, et Valentis atque Ursacii litteris respondere potuit.

(77) *Ἐπὶ καταλύσει τῆς Οὐάλεντος καὶ Οὐρσακίου*. Notandus est hic locus. Optime enim Sozomenus Hosii lapsum excusat duabus rationibus. Primo enim ait, Hosium huic formulæ consensisse eo consilio, ut Valentis, Ursacii ac Germinii pertinaciam exstingueret; qui *Homousii* quidem vocabulum ferre non poterant, quippe quod nusquam in sacris Litteris exstaret : *Homœousii* vero nomen, quod nec uspiam legebatur, introducere studebant. Hosius ergo dispensative et συγκαταβατικῶς, ut eorum pervicaciam frangeret, utrumque vocabulum pariter tolli passus est. Deinde vi ac terrore compulsum Hosium id fecisse ait Sozomenus. Qua quidem ratione etiam Athanasius Hosium excusat.

(78) *Γερμανίου*. Sic fere Græci appellant eum qui vero nomine Germinius dicebatur. Hic Photino damnato atque in exsilium pulso, Cyzico accitus, ex presbytero ad episcopatum Sirmiensem promotus fuerat anno Christi 351, ut testatur Athanasius, tum in oratione prima *Adversus Arianos*, quæ scripta est anno Christi 356, tum in *Epistola ad solitarios*. Vide quæ notavi ad Socratem.

(79) *Ἐπιστολὴν διεπέμψατο*. Assentior Christophorsono et Savilio, qui διεπέμψαντο emendarunt. Quam emendationem confirmant ea quæ sequuntur.

## VARIORUM.

[d] *Γράμματα λαβόντες Γεωργίου τοῦ Λαοδικείας ἐπισκόπου*. Georgius patria Alexandrinus, philosophicis disciplinis innutritus, primum Alexandriæ presbyter, a B. Alexandro ob nepotatum gradu motus, ad Arianos penitus deflexit, ab iis mortuo Theodoto in sede Laodicena suffectus. Hæreticorum omnium πονηρότατον eum vocat Athanasius in *Apologia contra Arianos*. Exinde synodis adversus Athanasium, Tyriæ anno 335, Antiochenæ anno 341 interfuit : postea ad concilium Sardicense anno 347 accitus, et ob metum non comparens, communi omnium Patrum consensu damnatus est. Anno 358 episcopos Ancyræ ad dedicationem basilicæ a Basilio Ancyrano constructæ congregatos missa hic recitata epistola incitavit ut synodice convenientes Eudoxium episcopum CP. et Aetium, novas turbas tunc temporis molientes, damnarent. Anno sequenti in synodo Seleuciensi ab Homoiousianorum partibus stetit, licet postea vir varii et inconstantis ingenii ad Anomœos deflexerit. Quod forsan in causa fuit Philostorgio, lib. VIII, cap. 17, ut Georgium inter primarios τοῦ ὁμοουσίου [legendum videtur ὁμοιουσίου] propugnatores recenseret. (Guil. Cave, *Hist.*, vol. I, pag. 157.)

Digitized by Google

τίας *. Ἔτυχε γὰρ Βασίλειος ἐπὶ καθιερώσει ἧς ἐδείματο ἐκκλησίας, συγκαλέσας πολλοὺς τῶν πλησιοχώρων ἐπισκόπων, οἷς ἀπέδωκεν τὴν Γεωργίου ἐπιστολήν. Ἔχει δὲ ὧδε·

*Κυρίοις τιμιωτάτοις, Μακεδονίῳ, Βασιλείῳ, Κεκροπίῳ, Εὐγενίῳ, Γεώργιος* (80) *ἐν Κυρίῳ χαίρειν.*

Τὸ Ἀετίου ναυάγιον σχεδόν που πᾶσαν κατείληφε τὴν Ἀντιοχέων. Τοὺς γὰρ παρ' ὑμῖν ἀτιμαζομένους μαθητὰς τοῦ δυσωνύμου Ἀετίου πάντας καταλαβὼν Εὐδόξιος, εἰς κληρικοὺς προβάλλεται, ἐν τοῖς μάλιστα τετιμημένοις ἔχων τὸν αἱρετικὸν Ἀέτιον. Καταλάβετε οὖν τὴν τηλικαύτην πόλιν, μὴ τῷ ναυαγίῳ αὐτῆς καὶ ἡ οἰκουμένη παρασυρῇ. Καὶ εἰς ταὐτὸν γενόμενοι, ὅσους καὶ γενέσθαι ἐγχωρεῖ, παρὰ τῶν ἄλλων ἐπισκόπων ὑπογραφὰς ἀπαιτήσατε· ἵνα καὶ Ἀέτιον ἐκβάλῃ τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας Εὐδόξιος, καὶ τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ὄντας, προχειρισθέντας εἰς κανόνας ἐκκόψῃ. Ἢ ἐὰν ἐπιμείνῃ μετὰ Ἀετίου ἀνόμοιον καλῶν, καὶ τοὺς τοῦτο τολμῶντας λέγειν τῶν μὴ λεγόντων προτιμῶν, οἴχεται ὑμῖν, ὡς φθάσας ἔφην, τέως ἡ Ἀντιοχέων. Τάδε μὲν περιεῖχεν ἡ Γεωργίου ἐπιστολή. Οἱ δὲ ἐν Ἀγκύρᾳ ἐπίσκοποι, ἐπειδὴ ἀπεδείχθη ὁ Εὐδοξίου νεωτερισμὸς, ἐξ ὧν περὶ τοῦ δόγματος ἐγγράφως ἐψηφίσατο μεθ' ὧν ἐν Ἀντιοχείᾳ συνῆλθε, δηλοῦσι ταῦτα τῷ βασιλεῖ· καὶ ἐξαιτοῦσι γενέσθαι τινὰ πρόνοιαν, ὥστε κρατεῖν τὰ ἐν Σαρδικῇ καὶ ἐν Σιρμίῳ (81) καὶ ταῖς ἄλλαις συνόδοις κεκριμένα, ἐν αἷς συνεδόκει ὅμοιον εἶναι κατ' οὐσίαν τῷ Πατρὶ τὸν Υἱόν. Καὶ αἱροῦνται περὶ τούτου πρεσβεύειν πρὸς βασιλέα, αὐτός τε Βασίλειος ὁ Ἀγκύρας ἐπίσκοπος, καὶ Εὐστάθιος ὁ Σεβαστείας, καὶ Ἐλεύσιος ὁ Κυζίκου, καὶ Λεόντιος πρεσβύτερος ἐκ θαλαμηπόλεως βασιλικοῦ (82). Ὡς δὲ ἀφίκοντο εἰς τὰ βασίλεια, καταλαμ-

latiæ venerunt. Forte enim tunc Basilius ad dedicationem basilicæ a se constructæ multos vicinarum urbium episcopos convocaverat: quibus epistolam Georgii tradidit, quæ sic habet:

*Dominis honoratissimis, Macedonio, Basilio, Cecropio, Eugenio, Georgius in Domino salutem.*

Aetii naufragium totam pene comprehendit Antiochiam. Etenim Eudoxius discipulos exsecrabilis Aetii, qui a vobis ignominia notati sunt, omnes suscipiens, in clerum promovet, ipsumque Aetium hæreticum præcipuo honore prosequitur. Succurrite igitur tantæ civitati, ne illius naufragio totus simul orbis abripiatur. Et in unum congregati quotquot convenire potuerint, ab aliis episcopis subscriptiones postulate, eo consilio ut Eudoxius et Aetium ipsum ex Antiochena Ecclesia expellat, et discipulos illius in clericorum album relatos expungat. Quod si cum Aetio Filium Patri dissimilem dicere perrexerit, eosque qui istud dicere audent iis qui aliter dicunt anteponere, periit vobis, ut jam dixi, urbs Antiochia. Et epistola quidem Georgii hæc continebat. Episcopi vero qui Ancyræ convenerant, cum novandi studium Eudoxii manifeste deprehensum esset ex conscriptione fidei, quam ille una cum episcopis Antiochiæ congregatis ediderat, rem imperatori significarunt, postularuntque ab eo ut diligenter provideret, ut ea quæ in Serdicensi, Sirmiensi, aliisque conciliis decreta fuerant, firma ac stabilia permanerent: quibus in conciliis definitum erat communi consensu Filium Patri similem esse secundum substantiam. Deliguntur itaque ad imperatorem legati, Basilius ipse episcopus Ancyræ, Eustathius Sebastiæ, Eleusius

## VALESII ANNOTATIONES.

(80) *Κεκροπίῳ Γεώργιος*. In codice Fuketiano et apud Nicephorum additur præterea nomen Eugenii hoc modo: Κεκροπίῳ καὶ Εὐγενίῳ. Erat autem Eugenius iste episcopus Nicææ, ut superius observavi. Cæterum hæc Georgii Laodiceni *Epistola adversus Eudoxium*, recitata quidem est in concilio Ancyrano, ut docet Epiphanius in hæresi Semiarianorum: non tamen scripta est ad episcopos synodi Ancyranæ, ut patet ex nominibus episcoporum, quæ hic leguntur in titulo epistolæ Georgii. Nullus enim ex istis synodo Ancyranæ interfuit, præter Basilium.

(81) *Ὥστε κρατεῖν τὰ ἐν Σαρδικῇ καὶ ἐν Σιρμίῳ*. Per Serdicensem synodum intellige, non illam œcumenicam synodum Catholicorum, sed alteram pseudo-synodum Serdicensem Orientalium episcoporum, cujus exstat epistola synodica apud Hilarium in Fragmentis, et ad calcem epistolæ adjecta est formula fidei in qua homousii quidem nulla fit mentio, anathemati tamen subjiciuntur ii qui dicunt Filium Dei ex alia esse substantia, et non ex Deo. Per Sirmiensem autem synodum intelligit hic Sozomenus, non illam in qua Hosius blasphemiam suam conscripserat. Nam adversus istam Hosii formulam collecta erat synodus Ancyrana. Intelligenda igitur est Sirmiensis illa in qua depositus est Photinus, et fidei formula a Marco Arethusio Græce dictata est. Idque aperte confirmat Ancyrani concilii synodica, quam refert Epiphanius in hæresi Semi-arianorum. Illic enim episcopi qui Ancyræ erant congregati, optasse se dicunt, et votis omnibus concupisse, ut post Antiochenæ fidei formulam, et post Serdicensem synodum, quam Sirmiensis synodus excepit, omnis deinceps altercatio ac disputatio tolleretur. Porro Ancyrana synodus congregata est anno Christi 358 paulo ante Pascha, ut docte observavit Petavius in Animadversionibus ad Epiphanium in hæresi Semiarianorum. Mirum vero est Sozomenum hoc loco nullam gestorum Ancyrani hujus concilii facere mentionem. Solam enim legationem ad Constantium imperatorem missam commemorat. De synodica vero epistola, deque formula fidei ab iisdem conscripta, quæ apud Epiphanium et Hilarium legitur, nihil dicit.

(82) *Ἐκ θαλαμηπόλεως βασιλικοῦ*. Musculus et Christophorsonus verterunt *ex Thalamepoli regia*.

## VARIORUM.

* *Εἰς Ἄγκυραν τῆς Γαλατίας. Ancyra*, urbs Asiæ minoris, Galatiæ primaria, et in ipso limite Paphlagoniæ, edito loco sita, archiepiscopalis, et concilio Ancyrano clara sub Sylvestro primo papa, anno 314 (vulgo 315), nunc *Angouri* et *Anguri*, teste Leunclavio, cui etiam *Engouri* Turcice dicitur. BAUDRAND.

Digitized by Google

Cyzici; et cum **148** illis Leontius quidam, ex imperatoris cubiculario presbyter. Qui cum ad comitatum pervenissent, offendunt illic Asphalium Antiochiæ Ecclesiæ presbyterum, ardentissimum fautorem dogmatis Aetii : qui confectis rebus quarum causa advenerat, et litteris a principe impetratis, reditum jam parabat. Verum indicata hæresi per legatos qui Ancyra venerant, Constantius Eudoxium quidem cum suis condemnavit : epistolam vero suam ab Asphalio recepit. ejusque loco ista scripsit :

## CAP. XIV.

*Constantii imperatoris epistola, qua Eudoxius, et qui cum eo erant, jubentur expelli.*

*Victor Constantius maximus Augustus, sanctæ Ecclesiæ quæ est apud Antiochiam.*

Eudoxius non a nobis missus advenit : nemo vestrum ita existimet. Longe aliter affecti sumus, quam ut talibus favere velimus. Quod si ut cætera, sic istud quoque argute confingunt, manifesto produnt se divino numini illudere. Quibus enim rebus sua sponte parcant ii qui, dominandi cupiditate accensi, urbes invadunt, et ex alia civitate in aliam transiliunt, tanquam vagi quidam, sedium mutatores, plus habendi causa omnem recessum rimantes? Fama porro est, apud illos esse quosdam circulatores, quos ne nominare quidem fas sit : officinam impiam ac nequissimam. Intelligitis omnino per vos ipsi factionem illam. Plane ex verbis Aetium agnoscitis, et sectatores hæreseos illius : quibus hoc unum studium est, ut imperitam multitudinem corrumpant. Sed enim versuti illi, et ad quidvis audendum parati, id apud quosdam impudenter jactarunt, gratam nobis esse ipsorum ordinationem, qua semetipsos ordinarunt. Hæc quidem ab iis jactantur qui talia disseminare solent. Verum res ipsa nec omnino ita se habet, nec proxime eo accedit. Revocate, quæso, in memoriam primos illos sermones, tunc cum de fide inquireremus : quibus demonstratum est, Servatorem nostrum esse Filium Dei similem Patri secundum substantiam. Verum generosi isti, qui de Deo temere proferunt quidquid in buccam venerit, eo

δάνουσιν Ἀσφάλιον πρεσβύτερον ἐξ Ἀντιοχείας, εἰς ἄγαν σπουδαστὴν τῆς Ἀετίου αἱρέσεως, ἤδη πράξαντα ἐφ' ᾧ παρεγένετο, καὶ γράμματα παρὰ βασιλέως κομισάμενον, ἐκδημεῖν μέλλοντα. Καταμηνυθείσης δὲ τῆς αἱρέσεως διὰ τῶν ἐξ Ἀγκύρας πρέσβεων, καταψηφίζεται Κωνστάντιος τῶν ἀμφὶ τὸν Εὐδόξιον· καὶ ἀνακομίζεται παρὰ Ἀσφαλίου τὴν ἰδίαν ἐπιστολήν· γράφει δὲ τάδε·

## ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

*Ἐπιστολὴ Κωνσταντίου βασιλέως, ἀποβαλλομένη Εὐδόξιον καὶ τοὺς περὶ αὐτόν.*

*Νικητὴς Κωνστάντιος μέγιστος, Σεβαστὸς, τῇ κατὰ Ἀντιόχειαν ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ.*

Εὐδόξιος [f] οὐ παρ' ἡμῶν ἧκε· μηδεὶς οὕτως οἰέσθω. Πόῤῥω τοῦ προστίθεσθαι τοιούτοις ἐσμέν. Εἰ δὲ μετὰ ἄλλων καὶ τοῦτο σοφίζονται, εὔδηλοι δήπουθέν εἰσιν εἰς τὸ κρεῖττον κομψευόμενοι. Τίνων γὰρ ἂν ἑκόντες ἀπόσχοιντο, οἱ δυναστειῶν ἕνεκεν τὰς πόλεις ἐπιόντες, ἀπ' ἄλλης εἰς ἄλλην μεταπηδῶντες, ὥσπερ τινὲς μετανάσται, πάντα μυχὸν πολυπραγμονοῦντες ἐπιθυμίᾳ τοῦ πλείονος; Εἶναι δὲ λόγος περὶ αὐτοὺς ἀγύρτας τινὰς καὶ σοφιστὰς, οὓς οὐδὲ ὀνομάζειν θέμις· ἐργαστήριον πονηρὸν (83) καὶ δυσσεβέστατον. Πάντως που καὶ αὐτοὶ συνίετε τὸ σύστημα. Πάντως ἐκ τῶν λόγων τὸν Ἀέτιον γνωρίζετε (84), καὶ τοὺς περὶ τὴν αἵρεσιν ταύτην ἐσχολακότας. Οἷς ἓν μόνον τοῦτο ἔργον ἐστὶ, τὸ διαφθείρειν τὰ πλήθη. Ἀλλ' οἱ κομψοὶ καὶ πρὸς πάντα εὔτολμοι, ἤδη τι τοιοῦτον πρός τινας ἐνεανιεύσαντο, ὅτι χαίροιμεν αὐτῶν τῇ χειροτονίᾳ, ἣν ἑαυτοὺς ἐχειροτόνησαν. Ταῦτα παρ' ἐκείνων μὲν ᾄδεται, τῶν τὰ τοιαῦτα θρυλλεῖν εἰωθότων. Ἔστι δ' οὐδ' ὅλως πόθεν, οὐδ' ἐγγύς (85). Καί μοι τῶν πρώτων ἀναμνήσθητε λόγων, ὅτε περὶ πίστεως ἐσκοποῦμεν· ἐν οἷς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἀπεδείκνυτο ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ κατ' οὐσίαν ὅμοιος τῷ Πατρί. Ἀλλ' οἱ γενναῖοι καὶ περὶ τοῦ κρείττονος λέγοντες εὐχερῶς τὰ παριστάμενα, ἐς τοσοῦτον προῆλθον ἀθεΐας, ὥστε καὶ ἄλλα τινὰ παρὰ τὰ ὄντα νομίζειν, καὶ τοὺς ἄλλους πειρᾶσθαι διδάσκειν. Οἷς ὅτι μὲν εἰς κεφαλὴν τρέψεται, πάνυ πεπιστεύκαμεν.

### VALESII ANNOTATIONES.

Quod est ridiculum. Leontius iste, presbyter erat Antiochenus, qui una cum aliis clericis ejusdem Ecclesiæ Ancyram venerat, questurus de Eudoxio episcopo Antiochiæ, et Georgii Laodiceni litteras secum attulerat. Fuerat autem antea cubicularius imperialis palatii. Sic enim Nicephorus hunc Sozomeni locum expressit, *καί τις πρεσβύτερος ἐκ θαλαμηπόλων βασιλικῶν Λεόντιος.* Cæterum mirari quis non immerito possit quomodo Eleusius Cyzicenus inter legatos Ancyranæ synodi nominetur, cum ejus nomen nequaquam reperiatur inter eos qui Ancyranæ synodo subscripsisse leguntur apud Epiphanium. An dicendum est nomen Eleusii omissum esse in libris Epiphanii? an potius Eleusium absentem per presbyterum suum, quem ad synodum miserat, subscripsisse : ipsum tamen nihilominus legatum a synodo esse nominatum?

(83) *Ἐργαστήριον πονηρόν.* Scribendum mihi videtur ἐργαστηρίων πονηρῶν τὸ δυσσεβέστατον. Id est, *scelestissima malorum hominum officina.*

(84) *Τὸν αἴτιον γνωρίζετε.* Quis non videt scribendum hic esse τὸν Ἀέτιον? Miror tamen id nec a Christophorsono, nec a Lango, qui Nicephorum interpretatus est, animadversum fuisse. Certe cuncta quæ præcesserunt, Aetium manifeste designant.

(85) *Οὐδ' ἐγγύς.* Sic etiam legitur apud Nicephorum. In codice tamen Fuketiano deest vox ἐγγύς.

### VARIORUM.

[f] *Εὐδόξιος.* Eudoxius in fide levis erat et inconstans; primo Arianus, deinde lectis Asterii sophistæ epistolis, Semiarianorum sive Homoiousianorum sententiam amplexus est. His relictis ad Anomœos transiit, et Aetio se adjungens τοῦ ἑτερουσίου dogma strenue propugnavit, etiamsi data occasione sæpe ipsis Aetianis se inimicum præstitit.

Digitized by Google

Ἀρκέσει δὲ τέως εἴργεσθαι συνόδων αὐτοὺς καὶ συλλόγου κοινοῦ. Μὴ γὰρ δὴ εἰπεῖν προαχθείην (86) ἐν τῷ παρόντι, ὅσα μικρὸν ὕστερον ἐκεῖνοι πείσονται, ἣν μὴ τῆς λύσσης ταύτης ἀπόσχοιντο. Οἱ δὲ (καὶ τί γὰρ οὐχ ἐπεισάγουσι τῷ κακῷ); τοὺς πονηροτάτους ὥσπερ ἐξ ἐντολῆς ἀγείροντες, τούτους δὴ τοὺς τῶν αἱρέσεων ἀρχηγοὺς, εἰς τὸν κλῆρον καταλέγουσι, σχῆμα σεμνὸν οὕτω κιβδηλεύοντας (87), ὥσπερ ἐξὸν αὐτοὺς ἄγειν καὶ φέρειν ἅπαντα. Καίτοι τίς ἂν εἰς ζῶντας τελῶν, τούτων ἀνάσχοιτο, οἳ τὰς μὲν πόλεις τοῦ δυσσεβεῖν ἐμπιπλῶσι, τὴν δὲ ὑπερορίαν μιάσμασιν ἀποκρύπτουσιν, ἓν τοῦτο μόνον ἔργον ἀγαπῶντες, τὸ τοῖς καλοῖς ἀπεχθάνεσθαι διηνεκῶς; Ἐῤῥέτω πανοῦργόν τι σύστημα θειοτέροις θώκοις ἐνιδρῦσαι. Νῦν ὥρα τοὺς τῆς ἀληθείας τροφίμους εἰς φῶς ἥκειν καὶ μέσους, ὅσοι τῶν ἠθῶν ἐκφυγόντες, φόβῳ κατείχοντο πάλαι. Τὰ γὰρ δὴ σοφὰ τούτων ἐξήλεγκται· καὶ μηχανῆς οὐδεὶς ἔσται τρόπος κενὸς, ὃς ἐξαιρήσεται τούτους τοῦ δυσσεβεῖν. Ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἔργον, τῇ πίστει τῶν πατέρων συζῆν, καὶ ταύτην ἐπαύξειν ὡς εἴρηται· πέρα δὲ μὴ πολυπραγμονεῖν. Παραινέσαιμι δ' ἂν καὶ τοὺς ἐκ τοῦ βαράθρου ὀψέ ποτε μεταθεμένους, θέσθαι ταύτῃ τῇ ψήφῳ, ἣν οἱ τὰ θεῖα σοφοὶ ἐπὶ τοῦ κρείττονος ἐψηφίσαντο δεόντως ἐπίσκοποι. Ἐξ ἐκείνου μὲν οὖν τοῦτον τὸν τρόπον παρ' ὀλίγον ἐκινδύνευσε κρατεῖν ἡ τῶν Ἀνομοίων καλουμένη αἵρεσις.

A impietatis **149** progressi sunt, ut et ipsi nova quædam aliter quam se res habet, opinentur, et alios ea docere conentur. Ac nos quidem plane persuasum habemus id in caput ipsorum recasurum esse. Interim vero sufficiet a cœtibus ecclesiasticis et a publico conventu eos arceri. Neque enim impræsentiarum dicere velim ea quæ paulo post passuri sunt, nisi a rabie ista temperaverint. Jam vero (quid enim mali quotidie non accumulant?) pessimos quosque tanquam ex mandato in unum congregantes, illos, inquam, hæreseos duces atque auctores, in clerum ascribunt, venerabilem cœtum hoc pacto adulterantes, quasi liceat ipsis pro libito agere ac ferre omnia. Enimvero quisnam mortalium istos ferat, qui urbes quidem impietate refer- B ciunt, externam autem regionem piaculis inquinant, id unum studio habentes, ut omnibus bonis infesti sint? Facessat callida factio, et divinis thronis insidere desinat. Jam tempus est ut veritatis alumni prodeant in lucem, et in medium procedant quicunque antea patriis sedibus extorres, metu cohibebantur. Deprehensa enim est illorum astutia, nec ars ulla excogitari potest quæ illos ab impietate possit eximere. Bonorum virorum officium est fidem patrum perpetuo retinere, eamque, uti dictum est, augere, ulterius vero nihil curiose inquirere. Libenter autem hortarer eos qui, licet sero, ex hujus erroris barathro emerserunt, ut ei sententiæ accedant quam episcopi divinarum rerum scientia præditi, rite atque ordine de Deo promulgarunt. Hoc igitur modo parum abfuit quin hæresis illa quæ dicitur Anomœorum, eo tempore prævaleret.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

*Ὡς ἐν Σιρμίῳ γενόμενος ὁ Κωνστάντιος, πάλιν μετακαλεῖται Λιβέριον, καὶ τῇ Ῥώμῃ ἀποκαθίστησι· συνιερατεύειν δὲ καὶ Φίληκα ἐπιτρέπει.*

Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἐπανελθὼν ἐκ τῆς Ῥώμης εἰς Σίρμιον [g] ὁ βασιλεὺς, πρεσβευσαμένων τῶν ἀπὸ τῆς Δύσεως ἐπισκόπων, μετακαλεῖται Λιβέριον ἐκ Βεροίας(88). Παρόντων τε τῶν ἀπὸ τῆς Ἕω πρέσβεων, συναγαγὼν τοὺς παρατυχόντας ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἱερέας, ἐβιάζετο αὐτὸν ὁμολογεῖν μὴ εἶναι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ὁμοούσιον. Ἐνέκειντο δὲ, καὶ τὸν κρατοῦντα ἐπὶ τοῦτο ἐκίνουν, πλείστην παρ' αὐτῷ παῤῥησίαν ἄγοντες, Βασίλειος καὶ Εὐστάθιος καὶ Ἐλεύσιος.

C

## CAP. XV.

*Quomodo Constantius cum Sirmium venisset, Liberium ab exsilio revocavit, et Romanis restituit, jubens ut Felix una cum illo sacerdotium administraret.*

Haud multo post imperator ab urbe Roma Sirmium reversus, cum Occidentales episcopi legationem ad ipsum misissent, Liberium Berœa ad se accersivit. Cumque adessent legati episcoporum Orientis, convocatis sacerdotibus qui in comitatu erant, Liberium cœpit compellere ut Filium Patri non esse consubstantialem profiteretur. Instabant autem, et imperatorem ad hoc impellebant Basilius, Eustathius, et Eleusius, qui præcipua

### VALESII ANNOTATIONES.

(86) *Καὶ γὰρ δὴ εἰπεῖν προαχθείην.* Hujus loci emendatio debetur codici Allatiano, in quo ita scribitur: μὴ γὰρ δὴ προσαχθείην εἰπεῖν, etc. Quam lectionem in versione mea sum secutus.

(87) *Κιβδηλεύοντας.* Procul dubio scribendum est κιβδηλεύοντες. Hæc enim referuntur ad Eudo- D xium, qui impios homines ac sceleratos in clerum allegebat.

(88) *Ἐκ Βεροίης.* In codice Fuketiano scriptum est ἐκ Βεροίας. Supra Beroe dicta est, urbs Thraciæ.

### VARIORUM.

[g] *Σίρμιον.* Sirmiense concilium IV, partim ex Orientalium legatis, partim ex episcopis qui in comitatu erant, anno 358 congregatum. Ubi aliam fidei formulam composuerunt, partim ex veteri illa Sirmii adversus Photinum facta, partim ex Antiochena anno 341 condita, conflatam. Huic Liberius pontifex, post exactum triennii exsilium, subscripsit, et cum Arianis communionem coluit, sedi suæ inde restitutus. Exstant Liberii hac de re tres epistolæ apud Hilarium in Fragmentis, col. 426. Vide et Athanas., *Ep. ad solitarios*. (Guil. Cave, vol. II, pag. 11*.) Eodem anno (scil. 358) Liberius Romam in sedem suam reversus est.

Digitized by Google

apud ipsum auctoritate pollebant. **150** Qui cum ea quæ contra Paulum Samosatensem et contra Photinum episcopum Sirmii decreta fuerant, ac præterea fidei formulam in dedicatione Antiochensis basilicæ editam, in unum tunc libellum conjecissent, perinde quasi quidam sub obtentu vocabuli consubstantialis, propriam hæresim stabilire conarentur, effecerunt ut Liberius, et Athanasius, Alexander, Severianus, et Crescens Africæ episcopi, ei formulæ consentirent. Consenserunt pariter Ursacius, et Germinius episcopus Sirmii, et Valens Mursæ, et quotquot ex Orientis partibus aderant episcopi. Sed et confessionem a Liberio vicissim susceperunt, qua eos qui Filium secundum substantiam et per omnia Patri similem non esse assererent, alienos ab Ecclesia pronuntiabat. Nam cum Eudoxius, et qui cum illo opinioni Aetii favebant, Antiochiæ Hosii epistolam accepissent, sparsis rumoribus divulgaverant, Liberium quoque consubstantialis vocabulum condemnasse, et Filium Patri dissimilem confiteri. His per Occidentalium legatos confectis, imperator Romam redeundi potestatem Liberio concessit. Scripserunt etiam episcopi qui Sirmium convenerant, ad Felicem qui tum Romanæ Ecclesiæ præsidebat, et ad clerum ejusdem civitatis, ut Liberium susciperent, utque ambo apostolicam sedem gubernarent, et simul sacerdotio fungerentur absque

A Οἳ δὴ τότε εἰς μίαν γραφὴν ἀθροίσαντες (89) τὰ δεδογμένα ἐπὶ Παύλῳ τῷ ἐκ Σαμοσάτων, καὶ Φωτεινῷ (90) τῷ ἐκ Σιρμίου, καὶ τὴν ἐκτεθεῖσαν πίστιν ἐν τοῖς ἐγκαινίοις τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας, ὡς ἐπὶ προφάσει τοῦ ὁμοουσίου ἐπιχειρούντων τινῶν ἰδίαν συνιστάνειν αἵρεσιν, παρασκευάζουσι συναινέσαι ταύτῃ Λιβέριον, Ἀθανάσιόν τε καὶ Ἀλέξανδρον (91), καὶ Σεβηριανὸν καὶ Κρίσκεντα, οἳ ἐν Ἀφρικῇ ἱέρωντο. Ὁμοίως δὲ συνῄνουν καὶ Οὐρσάκιος καὶ Γερμήνιος ὁ Σιρμίου, καὶ Οὐάλης ὁ Μουρσῶν ἐπίσκοπος, καὶ ὅσοι ἐκ τῆς Ἕω παρῆσαν. Ἐν μέρει δὲ καὶ ὁμολογίαν ἐκομίσαντο παρὰ Λιβερίου (92) ἀποκηρύττουσαν τοὺς μὴ κατ' οὐσίαν καὶ κατὰ πάντα ὅμοιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ἀποφαίνοντας. Ἡνίκα γὰρ τὴν Ὁσίου ἐπιστολὴν ἐδέξαντο Εὐδόξιος καὶ οἱ σὺν B αὐτῷ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ Ἀετίου αἱρέσει σπουδάζοντες, ἐλογοποίουν ὡς καὶ Λιβέριος τὸ ὁμοούσιον ἀπεδοκίμασε, καὶ ἀνόμοιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν δοξάζει. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ὧδε κατώρθωτο τοῖς ἐκ τῆς Δύσεως πρέσβεσιν, ἀπέδωκεν ὁ βασιλεὺς Λιβερίῳ τὴν ἐπὶ Ῥώμην ἐπάνοδον· γράφουσί τε προσδέξασθαι αὐτὸν οἱ ἐν Σιρμίῳ ἐπίσκοποι, Φίληκι τῷ ἡγουμένῳ τότε τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, καὶ τῷ ἐνθάδε κλήρῳ· ἄμφω δὲ τὸν ἀποστολικὸν ἐπιτροπεύειν θρόνον, καὶ κοινῇ ἱερᾶσθαι μεθ' ὁμονοίας, ἀμνηστίᾳ τε παραδοῦναι τὰ συμβάντα ἀνιαρὰ διὰ τὴν Φίληκος χειροτονίαν καὶ τὴν Λιβερίου ἀποδημίαν. Οἷα γὰρ τὰ ἄλλα καλὸν καὶ ἀγαθὸν τὸν Λιβέριον, καὶ ἀνδρείως

## VALESII ANNOTATIONES.

(89) *Οἳ δὴ τότε εἰς μίαν γραφὴν ἀθροίσαντες.* Intelligere videtur formulam fidei, quæ subjecta est epistolæ synodicæ concilii Ancyrani una cum anathematismis, apud Epiphanium in hæresi Semi-arianorum, et apud Hilarium in libro *De synodis.* Vel potius intelligit novam fidei formulam, quam Hilarius in Fragmentis vocat perfidiam apud Sirmium conscriptam, ut infra ostendam.

(90) *Δεδογμένα ἐπὶ Παύλῳ καὶ Φωτεινῷ.* Intelligit formulam synodi Sirmiensis adversus Photinum congregatæ anno Christi 351. Quippe Photinus hæresim Pauli Samosateni renovaverat.

(91) *Ἀθανάσιόν τε καὶ Ἀλέξανδρον.* Hi duo cum Severiano et Crescente videntur fuisse Africæ episcopi. Id enim subindicat Sozomenus. Porro ex his colligitur legatos synodi Ancyranæ Basilium, Eustathium et Eleusium, Sirmium venisse anno Christi 358; et sub finem ejusdem anni Liberium ab exsilio esse revocatum, cum eidem Ancyranæ formulæ subscripsisset. Vide Philostorgium in libro quarto, capite 8. Male Baronius restitutionem Liberii posuit anno Christi 357, quo anno nondum synodus Ancyrana collecta fuerat. Porro hæc omnia quæ a Sozomeno in hoc capite referuntur, in concilio episcoporum gesta esse manifestum est. Quippe et formula fidei ibi conscripta est, cui subscripserunt Orientales et Occidentales episcopi, et ipse Liberius adhuc exsul. Et epistola ab ipsis scripta est ad Felicem episcopum, et ad clerum urbis Romæ, ut Liberium redeuntem susciperent, utque ambo simul, Felix videlicet ac Liberius, episcopatum administrarent. Quæ nonnisi a synodo decerni potuerunt, cum repugnet ecclesiasticæ regulæ ac disciplinæ, ut in una eademque Ecclesia duo sint pariter episcopi. Hæc igitur synodus Sirmiensis anni 358 reliquis Sirmiensibus annumeranda est, quam Baronius cum aliis præcedentibus videC tur confudisse. Quatuor omnino sub Constantio synodi Sirmienses reperiuntur: prima ab Occidentalibus collecta adversus Photinum, anno Christi 349, quam primus Petavius observavit; secunda Orientalium fuit, in qua depositus est Photinus, anno Christi 351; tertia, in qua Hosius blasphemiam illam dictavit, anno Christi 357; quarta denique, in qua Liberius restitutus est, anno natalis Dominici 358, cum formulæ in illo concilio conscriptæ subscripsisset. Hæc est, ut opinor, quam Hilarius in Fragmentis vocat perfidiam ab Arianis conscriptam, et quam Liberius catholicam vocat, et a Demophilo sibi oblatam suscepisse se dicit in *Epistola ad Orientales.* Ob quod factum Hilarius ter anathema dicit Liberio. Scio quidem Nicolaum Fabrum in Præfatione quam Hilarii Fragmentis præfixit, hanc perfidiam ab Arianis conscriptam de Hosii blasphemia intellexisse; sed pace viri doctissimi, improbabilis mihi videtur hæc opinio. D Nam si hæc fuisset Hosii blasphemia, procul dubio adjecisset Hilarius, eam ab Hosio et Potamio conscriptam fuisse. Sic enim scribit in libro *De synodis.* Atqui inter episcopos, qui perfidiam illam apud Sirmium conscripserant, quos omnes illic recenset Hilarius, nec Hosius, nec Potamius nominantur. Deinde cur Liberius ad Orientales scriberet susceptam a se Hosii perfidiam, quam ipsi Orientales rejecerant atque exploserant et quam Ancyrana synodus condemnaverat? Annon apparet aliam ab Hosii perfidia a Liberio designari, illam scilicet quæ tum Sirmii conscripta est a Basilio, Eustathio et Eleusio, ut testatur hoc loco Sozomenus? Vide Petavium in Animadversionibus, p. 316.

(92) *Ὁμολογίαν παρὰ Λιβερίου.* Intelligo epistolam Liberii ad Orientales, quæ refertur in Fragmentis Hilarii.

Digitized by Google

ὑπὲρ τοῦ δόγματος ἀντειπόντα τῷ βασιλεῖ, ἠγάπα ὁ τῶν Ῥωμαίων δῆμος· ὡς καὶ μεγίστην ἀνακινηθῆναι στάσιν, καὶ μέχρι φόνων χωρῆσαι. Ὀλίγον δὲ χρόνον Φίληκος ἐπιβιώσαντος [h], μόνος Λιβέριος τῆς Ἐκκλησίας προΐστατο. Ταύτῃ πῃ τοῦ Θεοῦ διοικήσαντος ὥστε τὸν Πέτρου θρόνον μὴ ἀδοξεῖν, ὑπὸ δύο ἡγεμόσιν ἰθυνόμενον· ὃ διχονοίας σύμβολόν ἐστι, καὶ ἐκκλησιαστικοῦ θεσμοῦ ἀλλότριον [i].

A ulla dissensione; et quidquid molestiæ acciderat propter Felicis ordinationem, atque absentiam Liberii, oblivioni traderent. Nam Liberium utpote virum undequaque egregium, et qui pro religione imperatori fortiter restitisset, populus Romanus impense diligebat: adeo ut ejus causa gravissimam seditionem excitaverit, et ad cædes usque proruperit. Post hæc vero cum Felix modico tempore supervixisset, **151** Liberius solus Ecclesiam administravit. Quod quidem divina providentia ita dispensavit, ne sedes Petri dehonestaretur, a duobus præsulibus simul gubernata: quod discordiæ signum, et ab ecclesiasticis legibus alienum est.

## ΚΕΦΑΛ. ΙϚʹ.

*Ὅτι διὰ τὴν Ἀετίου αἵρεσιν, καὶ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ, ὥρισεν ὁ βασιλεὺς σύνοδον ἐν Νικομηδείᾳ γενέσθαι· σεισμοῦ δὲ γενομένου, καὶ πολλῶν ἐν τῷ μεταξὺ εἰσπεσόντων, πρότερον* B *μὲν ἐν Νικαίᾳ, ὕστερον δὲ ἐν Ἀριμήνῳ καὶ Σελευκείᾳ ἡ σύνοδος ἤθροισται· ἐν ᾧ καὶ περὶ Ἀρσακίου τοῦ ὁμολογητοῦ.*

Ἐν μὲν οὖν τῷ Σιρμίῳ ταῦτα ἐγεγόνει· καὶ ἐδόκει τότε διὰ τὸν τοῦ βασιλέως φόβον, Ἀνατολὴ καὶ Δύσις ὁμοφρονεῖν περὶ τὸ δόγμα. Περὶ δὲ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ νεωτερισθέντων, καὶ τῆς Ἀετίου αἱρέσεως, ἔκρινεν ὁ βασιλεὺς ἐπιτελέσαι σύνοδον ἐν Νικαίᾳ. Παραιτησαμένων δὲ τῶν ἀμφὶ Βασίλειον διὰ τὸ πάλαι ἐνθάδε τὴν περὶ τοῦ δόγματος συμβῆναι ζήτησιν, ἔδοξεν ἐν Νικομηδείᾳ τῆς Βιθυνίας· καὶ γράμμασιν εἰς ῥητὴν ἡμέραν μετὰ σπουδῆς καλεῖν τῶν ἀν' ἕκαστον ἔθνος ἐπισκόπων, οἳ συνιέναι ἐπιτηδειότεροι ἐδόκουν, καὶ νοεῖν καὶ λέγειν ἱκανοί. Ὥστε ἀντὶ πάντων τῶν ἱερέων τοῦ ἔθνους, μετασχεῖν αὐτοὺς C τῆς συνόδου, καὶ τῇ κρίσει παρεῖναι. Ἤδη δὲ καὶ τῶν πλειόνων κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν ὄντων, ἀγγέλλεται τὸ Νικομηδείας πάθος (93), καὶ ὅτι πᾶσαν ὁ Θεὸς κατέσεισεν. Ὡς ἐπὶ ἀπολομένῃ δὲ ἄρδην τῇ πόλει πανταχοῦ κρατοῦντος, ἐπέσχον οἱ καθ' ὁδὸν ἐπίσκοποι· ὡς γὰρ φιλεῖ ἡ φήμη ἐργάζεσθαι, οὐκ ἄχρι τῶν πεπονθότων τὰ δεινὰ τοῖς ἄπωθεν ἤγγελλεν. Ὑπεθρυλλεῖτο δὲ Νίκαιάν τε καὶ Πέρινθον, καὶ τὰς πλησίον πόλεις, κοινωνῆσαι τῆς συμφορᾶς· προσέτι δὲ καὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν. Οὐ μετρίως δὲ τοὺς εὖ φρονοῦντας τῶν ἐπισκόπων ἐλύπει τὸ συμβὰν, καθότι καὶ ἐκκλησία μεγαλοπρεπῶς οἰκοδομουμένη κατεσείσθη, καὶ πρόφασις ἐγένετο τοῖς ἀπεχθανομένοις πρὸς τὴν θρησκείαν, ἀγγεῖλαι τῷ βασιλεῖ, ὡς D ἐπισκόπων πλῆθος καὶ ἀνδρῶν καὶ παίδων καὶ γυναικῶν ἀπώλετο, προσφυγόντων τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπ' ἐλπίδι τοῦ ἐνθάδε σωθήσεσθαι. Οὐκ ἀληθῶς δὲ ταῦτα

## CAP. XVI.

*Quomodo propter hæresim Aetii, et eorum qui erant Antiochiæ, imperator decrevit ut synodus fieret Nicomediæ. Sed cum terræ motus et alia multa intervenissent, primo quidem Nicææ, postea vero Arimini et Seleuciæ synodus congregata est. Item de Arsacio confessore.*

Et hæc quidem Sirmii acta sunt. Eoque tempore ob metum imperatoris, Orientales atque Occidentales consentire inter se in doctrina fidei videbantur. Ob ea vero quæ Antiochiæ tentata fuerant, et propter hæresim Aetii imperator synodum Nicææ celebrare constituit. Sed cum Basilius ejusque asseclæ id recusassent, eo quod olim de fide illic tractatum fuisset, placuit ut Nicomediæ in Bithynia synodus congregaretur, utque ex omnibus provinciis episcopi qui præ cæteris prudentia valerent, et intelligendi dicendique facultate præditi essent, ad præstitutum diem imperialibus litteris ocius evocarentur, ita ut vice omnium provinciæ suæ episcoporum in concilio residerent, et judicio interessent. Sed cum major jam pars episcoporum iter ingressa esset, nuntius allatus est de Nicomediæ calamitate, eam scilicet totam terræ motu concussam fuisse. Cumque rumor passim invaluisset eam urbem penitus eversam esse, episcopi ulterius progredi destiterunt [1]. Etenim fama, uti solet, non in iis solum consistens qui malum passi erant, cladem illam procul positis nuntiaverat. Sed Nicæam quoque et Perinthum, urbesque finitimas, ipsamque adeo Constantinopolim in partem calamitatis venisse divulgabatur. Porro is casus eos episcopos qui recte sentiebant, non mediocri dolore affecit, eo quod ecclesia quoque illic magnifice constructa, corruerat: eaque res hominibus religioni nostræ infensis occasionem

[1] Socr. lib. II, c. 38.

### VALESII ANNOTATIONES.

(93) *Τὸ Νικομηδείας πάθος.* Nicomedia terræ motu collapsa est Datiano et Cereale consulibus, IX Kal. Septemb., ut scribit Ammianus Marcellinus, et Idatius in *Fastis*, qui fuit annus Christi 358. Quare synodus Sirmiensis et subscriptio illa Liberii mense Augusto ejusdem anni necessario contigit.

### VARIORUM.

[h] *Ὀλίγον δὲ χρόνον Φίληκος ἐπιβιώσαντος.* Imo octo annos superstes erat, teste Faustino in præfat. ad Libellum supplicem. W. LOWTH.

[i] *Καὶ ἐκκλησιαστικοῦ θεσμοῦ ἀλλότριον.* Multa annotavit doctiss. Guil. Beveregius ad canonem 8 concilii Nicæni I, ex Cypriano, Paciano, Epiphanio, aliisque veteribus, quod non debeant esse duo episcopi in eadem urbe.

Digitized by Google

præbuerat nuntiandi imperatori periisse multitudinem episcoporum, et virorum ac mulierum, qui in ecclesia servandos se esse sperantes, eo cum liberis confugissent. Quæ tamen neutiquam vera erant. Hora enim secunda diei, quo collecta minime celebrabatur, terræ motus cœpit. Et ex episcopis solus Cecropius, Nicomediæ ipsius antistes, et alius præterea quidam ex Bosporo, extra ecclesiam oppressi sunt. Cumque civitas brevi temporis momento concussa sit, quicunque alio voluissent confugere, haudquaquam potuere. Sed **152** primo impetu ingruentis periculi, fere quo quisque loco steterat, aut servatus est, aut interiit. Cæterum aiunt Arsacium quemdam eam calamitatem, prius quam accideret, prævidisse. Erat hic natione Persa, qui cum alendis imperatoris leonibus præpositus militaret, non ignobilis inter confessores principatu Licinii exstiterat: abjectaque militia, in arce Nicomediæ intra urbis muros commorabatur, monasticæ disciplinæ studiis sese exercens. Illic divina visio ei oblata, jussit ut egrederetur ex civitate, utpote passura ea quæ mox perpessa est. Exinde celeriter ad ecclesiam profectus, mandavit clericis, ut sollicite Deo supplicarent, precesque ei placando offerrent, ad depellendam iram quæ intentabatur. Cum vero non persuaderet illis, sed ridiculus videretur, quippe qui insperatam prædiceret cladem, in turrim suam reversus est: pronusque in terram cadens, Deum oravit. Interea temporis orto terræ motu, plerique perierunt: reliqui autem qui superfuerant, in agros et in solitudinem profugerunt. Etenim tanquam in opulenta ac maxima civitate ignis per omnes domos erat accensus in foculis ac furnis, et in caminis balneorum, eorumque opificum qui ignis beneficio artes suas exercent. Dejectisque ædium tectis et lacunaribus, flamma materiem corripiens, permistis, ut verisimile est, aridis lignis, et quæcunque olei naturam habent, et ad ignem celeriter concipiendum aptissima sunt, copiosum pabulum nacta est. Serpensque passim, ac sibi ipsi conjuncta ac coadunata, totam civitatem instar unius rogi, ut ita dicam, effecit. Ob hanc causam cum domus inaccessæ essent, ii qui ex terræ motu incolumes evaserant, ad arcem cucurrerunt. Illic Arsacius in turre quæ inconcussa steterat, mortuus repertus est, pronus humi jacens eodem habitu quo se orationem inchoaturus extenderat. Aiunt porro eum, antequam moreretur, Deo supplicasse, morique maluisse, quam oculis suis cernere ruinam urbis

A εἶχε· δευτέρᾳ γὰρ ὥρᾳ οὐ συναξίμου ἡμέρας, ὁ σεισμὸς ἐνέσκηψεν. Ἐπισκόπων δὲ μόνος Κεκρόπιος ὁ Νικομηδείας αὐτῆς, καὶ ἄλλος ἀπὸ Βοσπόρου τῆς ἐκκλησίας ἔξωθεν κατελείφθησαν. Ἐν ἀκαριαίῳ τε χρόνῳ κατασεισθείσης τῆς πόλεως, οὐδὲ ἐνεδέχετο δύνασθαι τοὺς θέλοντας ἄλλῃ καταφυγεῖν. Ἀλλ' ἐν τῇ πρώτῃ πείρᾳ τοῦ κινδύνου ὡς ἐπίπαν ὅπῃ ἔτυχεν ἕκαστος ἑστὼς, ἢ ἐσώθη, ἢ ἀπώλετο. Λέγεται δὲ πρὶν γενέσθαι ταύτην τὴν συμφορὰν, προϊδεῖν Ἀρσάκιον· ὃς τὸ μὲν γένος Πέρσης ἦν. Ἀπὸ στρατιώτου δὲ θηροκόμου (94) τῶν βασιλικῶν λεόντων, οὐκ ἄσημος τῶν ἐπὶ Λικινίου ὁμολογητὴς ἐγένετο· καὶ τὴν στρατείαν καταλιπὼν, ἐν τῇ ἄκρᾳ Νικομηδείας, ἐντὸς τοῦ τείχους κατῴκει φιλοσοφῶν. Ἔνθα δὴ προφανεῖσα αὐτῷ θεία ὄψις, ἐκέλευσεν ἐξιέναι τῆς B πόλεως, ὡς πεισομένης ἅπερ ὕστερον πέπονθεν. Ἐκ τούτου τε σπουδῇ καταλαβὼν τὴν ἐκκλησίαν, ἐνετείλατο τοῖς κληρικοῖς ἐπιμελῶς ἱκετεῦσαι τὸν Θεὸν, καὶ ἱλαστηρίους ἐπιτελέσαι λιτὰς ἐπὶ λύσει τῆς ἀπειληθείσης ὀργῆς. Ὡς δὲ οὐκ ἔπεισε, καὶ γελοῖος ἐδόκει, ἀπροσδόκητα μηνύων πάθη, ἀνέστρεψεν ἐπὶ τὸν πῦργον, καὶ πρηνὴς καταπεσὼν ηὔχετο. Ἐν τούτῳ δὲ τοῦ σεισμοῦ ἐπισκήψαντος, οἱ μὲν πλείους ἀπώλοντο· οἱ δὲ περιλειφθέντες, εἰς τοὺς ἀγροὺς καὶ τὴν ἔρημον ἔφυγον. Ὡς γὰρ ἐν εὐδαίμονι καὶ μεγάλῃ πόλει, καθ' ἑκάστην οἰκίαν πῦρ ἡμμένον ἐτύγχανεν ἐν χυτροπόδοις καὶ πνιγεῦσι, καὶ καμίνοις βαλανείων τε καὶ τῶν ὅσοι περὶ τὰς ἐμπύρους τέχνας πονοῦσιν· ἐρειπομένων τε τῶν ὀρόφων, περικλεισθεῖσα C ταῖς ὕλαις ἡ φλὸξ, ἀναμεμιγμένων ὡς εἰκὸς φρυγάνων, καὶ τῶν ὅσα ἐλαιώδη ἐστὶ, καὶ πρὸς τὸ καίεσθαι ῥᾳδίαν ἔχει τὴν ἐπίδοσιν, ἀφθόνως ἐτράφη. Πανταχοῦ τε ἕρπουσα, καὶ πρὸς ἑαυτὴν συναπτομένη, μίαν ὡς εἰπεῖν πυρὰν τὴν πᾶσαν πόλιν ἐποίησε. Καὶ κατὰ τοῦτο δὲ τῶν οἴκων ἀβάτων ὄντων, οἱ περισωθέντες ἐκ τοῦ σεισμοῦ, ἐπὶ τὴν ἄκραν ἔδραμον. Ἀρσάκιος δὲ ἐν ἀσείστῳ τῷ πύργῳ εὑρέθη νεκρὸς, πρηνὴς κείμενος, οἷον ἑαυτὸν ἐτάνυσε τῆς εὐχῆς ἀρξάμενος. Λόγος δὲ τοῦ προτελευτῆσαι (95) τότε αὐτὸν, τὸν Θεὸν ἱκετεῦσαι, καὶ ἀποθανεῖν ἑλέσθαι μᾶλλον, ἢ συμφορὰν θεάσασθαι πόλεως, ἐν ᾗ τὰ πρῶτα τὸν Χριστὸν ἐπέγνω, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς φιλοσοφίας μετέσχεν. Ἀλλ' ἐπεὶ φέρων ἡμᾶς ὁ λόγος εἰς τὸν ἄνδρα τοῦτον ἤγαγεν, ἰστέον ὡς ὑπὸ D θεοφιλίας ἱκανὸς ἦν δαίμονας ἀπελαύνειν, καὶ τοὺς ὀχλουμένους ὑπ' αὐτῶν καθαίρειν (96). Οὕτω γοῦν δαιμονιῶν τις ξίφος σπασάμενος, ἀνὰ τὴν ἀγορὰν ἔθεε. Φευγόντων δὲ πάντων, καὶ θορύβου τὴν πόλιν ἔχοντος, ὑπαντώμενος αὐτῷ τὸν Χριστὸν ἐπωνόμασε, καὶ τῷ λόγῳ κατέβαλε. Καὶ αὐτίκα ἐκάθηρε, καὶ

## VALESII ANNOTATIONES.

(94) *Ἀπὸ στρατιώτου δὲ θηροκόμου.* Hunc locum non intellexit Nicephorus. Putavit enim Arsacium prius nutritorem imperialium leonum, ac deinde militem fuisse. Verba Nicephori hæc sunt, ὃς ἀπὸ θηροκόμου στρατιώτης ὤν. Ignoravit scilicet Nicephorus militiam dici quodlibet ministerium quod imperatori præstaretur. Quod etiam antea observare memini.

(95) *Λόγος δὲ περὶ τοῦ προτελευτῆσαι.* In codice Fuketiano deest vox περί. Quare non dubito quin locus ita scribendus sit: Λόγος δὲ πρὸ τοῦ τελευτῆσαι τότε αὐτόν, etc. Vocem τότε supplevi ex eodem codice Fuketiano.

(96) *Καθαίρειν.* De hujus vocis significatione vide, si placet, quæ scripsi in Annotationibus Eusebianis, lib. v, cap. 7. Eodem verbo utitur Athanasius in *Vita Antonii.*

Digitized by Google

σωφρονεῖν ἐποίησε. Πεπόνητο δὲ αὐτῷ καὶ πολλὰ A ἄλλα ὑπὲρ ἀνθρωπίνην δύναμιν καὶ τέχνην, καὶ μέντοι καὶ τόδε· Δράκων ἦν, ἢ ἕτερον ἑρπετοῦ γένος, ὃ πρὸ τῆς ὄψεως τοὺς παροδίτας τῷ φυσήματι ἀπώλλυε. Παρὰ γὰρ λεωφόρον ἐφώλευσεν. Ἔνθα δὴ παραγενόμενος Ἀρσάκιος ηὔξατο, καὶ ὁ ὄφις αὐτομάτως τοῦ φωλεοῦ ἐξῆλθε, καὶ δὶς τῷ ἐδάφει τὴν κεφαλὴν προσρήξας, ἑαυτὸν ἀνεῖλε. Καὶ τὰ μὲν ὧδε ἀφηγήσαντο, οἳ περὶ τῶν Ἀρσάκιον (97) αὐτὸν θεασαμένων ἀκηκοέναι ἔφασαν. Οἱ δὲ ἐπίσκοποι ἀνακοπέντες τῆς ἐπὶ τὴν σύνοδον ὁρμῆς διὰ τὸ Νικομηδείας πάθος, οἱ μὲν περιέμενον πάλιν τὰ δόξαντα τῷ βασιλεῖ· οἱ δὲ, ἣν ἔχουσι δόξαν περὶ τῆς πίστεως, διὰ γραμμάτων ἐδήλωσαν. Ἀπορῶν δὲ περὶ τοῦ πρακτέου ὁ κρατῶν, γράφει Βασιλείῳ j, πυνθανόμενος ὅ τί ποτε χρὴ περὶ τῆς συνόδου ποιεῖν. Ὁ δὲ, B ὡς εἰκὸς, ἐπὶ εὐσεβείᾳ δι' ἐπιστολῆς ἐπαινέσας αὐτὸν, καὶ ἐπὶ τῷ πάθει Νικομηδείας παραμυθησάμενος ἐξ ὑποδειγμάτων (98) ἱερῶν ἱστοριῶν, παροτρύνει ἐπιταχῦναι τὴν σύνοδον, καὶ μὴ καθυφῆναι, ὡς ὑπὲρ εὐσεβείας τῆς σπουδῆς οὔσης· μηδὲ ἀπράκτους ἀποπέμψαι τοὺς ἐπὶ τοῦτο συλλεγομένους ἱερέας, ἅπαξ ἐξεληλυθότας, καὶ κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν ὄντας· ὥρισε δὲ τῇ συνόδῳ τόπον ἀντὶ Νικομηδείας τὴν Νίκαιαν, ὥστε ἐκεῖ τὰ περὶ τῆς πίστεως διορθωθῆναι, ἔνθα καὶ ζητεῖσθαι ἤρξατο. Καὶ ὁ Βασίλειος τοιαῦτα ἀντέγραψε, τεκμηράμενος ὧδέ πῃ κεχαρισμένα βασιλεῖ δηλώσειν, καθότι καὶ αὐτὸς τὴν ἀρχὴν ἐν Νικαίᾳ ἐδοκίμασε γενέσθαι τὴν σύνοδον. Δεξάμενος δὲ τὴν Βασιλείου ἐπιστολὴν, τὰ μὲν πρῶτα προσ- C έταξεν ἀρχομένου τοῦ θέρους συνελθεῖν αὐτοὺς εἰς Νίκαιαν, πλὴν εἰ μή τινες εἶεν τοῖς σώμασιν ἀσθενεῖς· ἐκπέμψαι δὲ τούτους ἀντὶ αὐτῶν, οὓς ἂν ἕλωνται πρεσβυτέρους ἢ διακόνους, ὥστε τὴν αὐτῶν γνώμην δηλῶσαι, καὶ περὶ τῶν ἀμφιβόλων βουλεύσασθαι, καὶ κοινῇ περὶ πάντων ὁμοφρονῆσαι. Δέκα δὲ ἀπὸ τῶν Ἑσπερίων μερῶν, καὶ τοσούτους ἀπὸ τῆς Ἕω, οὓς ἂν κοινῇ γνώμῃ ἐπιλέξωνται οἱ συνιόντες, ἀφικέσθαι εἰς τὰ βασίλεια, καὶ τὰ δόξαντα ἀφηγήσασθαι· ὥστε καὶ αὐτὸν συνιδεῖν, εἰ κατὰ τὰς ἱερὰς Γραφὰς συνέβησαν ἀλλήλοις, καὶ περὶ τῶν πρακτέων ὅπῃ ἂν ἄριστα δοκῇ ἐπιτελέσαι. Μετὰ δὲ ταῦτα βουλευσάμενος προσέταξε πάντας ἔνθα ἂν διάγωσιν, ἢ ἐν ταῖς ἰδίαις Ἐκκλησίαις ἐπιμεῖναι, μέχρις ἂν ὁρι- D σθείη τῇ συνόδῳ τόπος, καὶ σημανθείη εἰς τοῦτον

A illius, in qua Christi notitiam primum accepisset, et ecclesiasticam philosophiam didicisset. Cæterum quandoquidem narrationis ordo ad hujus viri mentionem nos deduxit, sciendum est, illum ita Deo charum fuisse ut dæmonas fugaverit, eosque qui ab illis vexabantur purgaverit. Quodam igitur die dæmoniacus per forum, exserto gladio, cursitare cœpit. Cumque omnes diffugerent, et civitas tumultu plena esset, occurrens ei Arsacius, prolato Christi nomine eum dejecit: statimque dæmonio liberavit, et ad sanam mentem reduxit. Alia quoque multa ab illo patrata sunt, quæ humanam vim superant: inter quæ et istud est: Draco, sive aliud serpentis genus, viatores, antequam ab illis videretur afflatu suo perimebat. Nam in specu juxta viam publicam B latitabat. Progressus eo Arsacius, Deum oravit; et statim serpens sua sponte egressus est e specu, et, **153** capite ad solum alliso, semetipse interfecit. Et hæc quidem ita relata sunt ab iis qui ea se accepisse dicebant a viris qui Arsacium ipsum viderant. Episcopi vero, propter Nicomediæ cladem ulterius pergere ad concilium prohibiti, alii quidem novum imperatoris mandatum exspectarunt: alii suam de fide sententiam per litteras significarunt. Imperator autem ambigens quidnam agendum esset, scripsit ad Basilium, sciscitans ex eo quid de synodo fieri oporteret. Ille laudata, ut par erat, imperatoris pietate per epistolam allatisque e sacra historia exemplis eum de clade Nicomediæ C consolatus, hortatur ut synodum acceleret, nec ab incœpto desistat, cum pietatis causa id operis susceperit, neve episcopos ejus rei gratia congregatos, qui jam domo egressi et in itinere constituti essent, re infecta dimittat. Locum vero synodo constituit Nicæam, vice Nicomediæ, ut causa fidei illic definiretur, ubi primum tractata fuerat. Et Basilius quidem imperatori hæc rescripsit, sperans se rem ei gratam significaturum, quippe qui initio synodum Nicææ congregari decrevisset. His litteris a Basilio acceptis, imperator primum quidem jussit ut ineunte æstate Nicæam convenirent episcopi, exceptis his qui corporis infirma valetudine essent: ita tamen ut isti presbyteros aut D diaconos suo loco mitterent quos vellent, qui ipsorum sententiam significarent, et de rebus ambi-

## VALESII ANNOTATIONES.

(97) *Οἳ περὶ τῶν Ἀρσάκιον.* Scribe meo periculo, οἳ παρὰ τῶν Ἀρσάκιον αὐτὸν θεασαμένων ἀκηκοέναι ἔφασαν.

(98) *Ἐξ ὑπὸ παραδειγμάτων.* Assentior Henrico Savilio, qui in suo codice emendavit ἐξ ὑποδειγμάτων. In codice Fuketiano omissa hic est linea per negligentiam librarii.

## VARIORUM.

j *Γράφει Βασιλείῳ.* Basilius, Ancyræ episcopus, Semiarianorum antesignanus, cum gratia et auctoritate apud Constantium multum valeret, Anomœis erat doctrinæ causa infestissimus; auctorque Constantio fuisse fertur, ut Aetius, Eudoxius, aliique permulti ejusdem sectæ homines pellerentur in exsilium. Anno Chr. 358, Anomœi Constantium rogabant, ut synodus celebraretur; qui synodum Nicomediæ cogendam indixit: sed ob causas ante dictas, pro Nicomedia Nicæa, celebri concilio olim nobilitata, huic conventui deputatur. Ut autem instabiles erant Ariani, mutato consilio, imperatorem inducebant ut, divisis episcopis, Occidentales Ariminum, Orientales Seleuciam in Isauria cogerentur, anno Chr. 359.

Digitized by Google

guis consulerent, simulque omnes inter se de omnibus consentirent; deinde ut decem legati ex Occidentis partibus, totidemque ex Orientalibus, quos synodus communi sententia delegisset, ad comitatum mitterentur, relaturi quæ decreta essent: quo et ipse dispiceret utrum illi juxta normam sacrarum Scripturarum inter se mutuo consensissent, et de his quæ agenda essent, prout optimum factu sibi videretur, decerneret. Post hæc inito consilio, præcepit ut omnes episcopi, ubicunque positi essent, aut in propriis Ecclesiis exspectarent, donec locus concilio designatus fuisset, mandatumque esset ipsis ut eo advenirent. Scribit interim ad Basilium, ut ex omnibus Orientis episcopis sciscitetur per litteras quo in loco synodum celebrari oporteret: ita ut sub initium veris ea res cunctis innotesceret. Neque enim commodum esse arbitrabatur, ut Nicææ synodus fieret, cum ea provincia terræ motibus vexata esset. Basilius itaque præfixis epistolæ suæ imperialibus litteris, mandavit **154** episcopis per singulas provincias constitutis ut quamprimum apud se deliberarent, et locum qui ipsis videretur aptissimus indicarent. Cum vero, sicut in ejusmodi rebus fieri solet, non unum eumdemque locum omnes elegissent, Basilius ad imperatorem profectus est, qui tum Sirmii morabatur. Ibi tum alios quosdam reperit episcopos, qui propter privatas necessitates eo advenerant, tum Marcum Arethusium, et Georgium episcopum Alexandriæ. Cumque jam constitutum esset ut Seleuciæ in Isauria concilium haberetur, hi qui cum Valente erant: nam et iste tum aderat Sirmii, Anomœorum hæresi faventes, operam dederunt ut episcopi qui in comitatu erant, paratæ cuidam fidei formulæ subscriberent, in qua nomen substantiæ non continebatur. Dum synodus ingenti studio acceleratur, Eudoxius, Acacius, Ursacius ac Valens, et qui cum illis erant, cum apud se reputassent ex omnibus ubique episcopis alios quidem Nicænam fidem constanter retinere: alios vero eam præferre quæ in dedicatione Antiochenæ basilicæ edita esset: quarum utraque substantiæ nomen haberet, et Filium Patri undequaque similem assereret: ac si forte omnes in unum convenirent, opinionem Aetii quam ipsi probabant, eos procul dubio condemnaturos, utpote a duabus illis fidei formulis dissentientem: id evicerunt, ut Occidentales quidem Arimini, Orientales vero Seleuciæ in Isauria congregarentur. Eo scilicet consilio, ut quoniam facilius est paucis quam omnibus persuadere, ipsi bifariam divisi, utramque synodum, si fieri posset, in suam sententiam pertraherent: sin minus, alteram saltem: ne communi omnium suffragio hæresis ipsorum condemnaretur. Ad has autem res perficiendas subsidio illis fuere, tum Eusebius eunuchus, præpositus cubiculi, qui et necessarius Eudoxii, et ejusdem cum illo sententiæ erat: tum alii primores viri, qui Eusebio gratificari studebant.

A ἀφικέσθαι. Γράφει δὲ τῷ Βασιλείῳ, δι' ἐπιστολῶν πυθέσθαι πάντων τῶν ἀνὰ τὴν Ἕω ἐπισκόπων, ὅπῃ ἐπιτελεῖν τὴν σύνοδον προσῆκεν· ὥστε ἔαρος ἀρχομένου, τοῦτο πᾶσι γενέσθαι δῆλον. Ἐν Νικαίᾳ γὰρ, ὡς κεκμηκότος τοῦ τῇδε ἔθνους ὑπὸ σεισμῶν, οὐ καλῶς ἔχειν ὑπέλαβε σύνοδον ποιεῖν. Ὁ δὲ Βασίλειος ἰδίας ἐπιστολῆς προτάξας τὰ βασιλέως γράμματα, τοῖς κατὰ ἔθνος ἐπισκόποις ἐδήλωσε σπουδῇ διασκέψασθαι, καὶ τὸν ἀρέσοντα τόπον ἐν τάχει δηλῶσαι. Οἷα δὲ φιλεῖ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, οὐ τὸν αὐτὸν τόπον ἐπιλεξαμένων πάντων, παραγίνεται πρὸς βασιλέα Βασίλειος· διέτριβε δὲ τότε ἐν Σιρμίῳ. Καὶ καταλαμβάνει ἐνθάδε ἄλλους τέ τινας ἐπισκόπους κατ' ἰδίας χρείας, καὶ Μάρκον τὸν Ἀρεθούσιον, καὶ Γεώργιον τὸν ἐπιτραπέντα προστατεῖν τῆς Ἀλεξανδρέων B Ἐκκλησίας. Δόξαν δὲ ἤδη ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας γενέσθαι τὴν σύνοδον, οἱ ἀμφὶ Οὐάλεντα· καὶ γὰρ δὴ καὶ οὗτος τῷ Σιρμίῳ ἐνεδήμει· τῇ τῶν Ἀνομοίων αἱρέσει χαίροντες, σπουδάζουσι τοὺς τῷ στρατοπέδῳ παρόντας ἐπισκόπους εἰς ἑτοιμόν τινα γραφὴν πίστεως ὑπογράψαι (1), ἐν ᾗ τὸ τῆς οὐσίας οὐκ ἐνέκειτο ὄνομα. Σπουδαζομένης δὲ τῆς συνόδου, λογισάμενοι οἱ ἀμφὶ Εὐδόξιον καὶ Ἀκάκιον, καὶ Οὐρσάκιον καὶ Οὐάλεντα, ὡς τῶν πανταχῇ ἐπισκόπων οἱ μὲν τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν· οἱ δὲ τὴν ἐπὶ τῇ ἀφιερώσει τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας ἐκτεθεῖσαν ζηλοῦσιν· ἑκατέρα τε τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα ἔχει, καὶ κατὰ πάντα ὅμοιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ἀποφαίνει· καὶ ὡς εἰ πάντες εἰς ταὐτὸν συνέλθωσιν, ἑτοίμως C καταψηφίσονται τῆς Ἀετίου δόξης, ἣν αὐτοὶ ἐπῄνουν, ἄντικρυς ἑκατέρας ἀπᾴδουσαν· κατορθοῦσι τοὺς μὲν ἀπὸ τῆς Δύσεως ἐν Ἀριμίνῳ συνελθεῖν· τοὺς δὲ ἀπὸ τῆς Ἕω, ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας. Ἵνα ῥᾳδίου ὄντος ὀλίγους, ἢ πάντας πείθειν, εἰ μὲν δύναιντο, τῇδε κἀκεῖσε μερισθέντες παρασκευάσωσι σφίσι συμψήφους γενέσθαι ἑκατέραν σύνοδον· εἰ δὲ μὴ, θατέραν· ὥστε μὴ πάσαις ψήφοις ἀποκηρυχθῆναι τὴν αἵρεσιν. Συνέπραττον δὲ αὐτοῖς ταῦτα, Εὐσέβιος ὁ τοῦ βασιλείου οἴκου προεστὼς εὐνοῦχος, Εὐδοξίῳ ἐπιτήδειος ὢν, καὶ ἄλλως ὁμόδοξος, καὶ πολλοὶ τῶν ἐν δυνάμει, χάριν αὐτῷ Εὐσεβίῳ φέροντες.

## VALESII ANNOTATIONES.

(1) *Ἑτοιμόν τινα γραφὴν πίστεως ὑπογράψαι.* Hæc est fidei formula quæ postea in Ariminensi concilio recitata est, cui præfixa erant consulum nomina. Sic enim incipiebat: *Fides exposita apud Sirmium, Eusebio et Hypatio consulibus*, ut refert Athanasius in libro *De synodis*, Socrates, aliique. Ac Socrates quidem eam tertiam facit Sirmiensem formulam. Ego vero quintam esse contendo, ob rationes quas paulo ante protuli. Atque hæc est quam Marcus Arethusius dictavit, ut ex epistola Valentis ad Germinium observavi in Annotationibus ad Socratem.

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

*Περὶ τῶν πραχθέντων τῇ ἐν Ἀριμήνῳ συνόδῳ.*

A Πεισθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς, ὡς οὔτε τῷ δημοσίῳ λυσιτελεῖ διὰ τὴν δαπάνην, οὔτε τοῖς ἐπισκόποις διὰ τὰς μακρὰς ὁδοὺς, εἰς ταὐτὸν πάντας συνελθεῖν, διεῖλε τὴν σύνοδον· καὶ γράφει τοῖς τότε ἐν Ἀριμίνῳ καὶ Σελευκείᾳ, τὰ περὶ τῆς πίστεως ἀμφίβολα προδιαθεῖναι· ἐν τέλει δὲ διαλαβεῖν κατὰ τὸν τῆς Ἐκκλησίας θεσμὸν, καὶ περὶ τῶν ἀδίκως καθῃρῆσθαι ἢ ὑπερορίας οἰκεῖν μεμφομένων ἐπισκόπων, ὧν εἷς ἦν Κύριλλος Ἱεροσολύμων, καὶ περὶ τῶν ἐπαγομένων ἐγκλημάτων τισὶ τῶν ἐπισκόπων δικάσαι. Κατηγόρουν γὰρ ἄλλοι ἄλλων· Γεωργίου δὲ Αἰγύπτιοι, ἁρπαγῶν καὶ ὕβρεων. Ἐπικεχριμένοις δὲ πᾶσι (2), δέκα ἑκατέρωθεν καταλαβεῖν τὰ βασίλεια ἐπὶ μηνύσει τῶν γεγενημένων. B Κατὰ ταῦτα ἕκαστοι συνελέγησαν ἔνθα συνελθεῖν προσετάγησαν. Καὶ ἔφθανε ἡ ἐν Ἀριμίνῳ συστᾶσα σύνοδος. Ἐτέλουν δὲ εἰς αὐτὴν πλείους ἢ τετρακόσιοι. Καὶ περὶ Ἀθανασίου μηδὲν ἀνακινεῖν, ἄμεινον ἐδοκίμασαν οἳ πρὸς αὐτὸν ἀπεχθῶς εἶχον. Ζητήσεως δὲ οὔσης εἰς ὃν χρὴ τρόπον πιστεύειν, παρελθόντες εἰς μέσον Οὐάλης τε καὶ Οὐρσάκιος, οἷς συνελαμβάνοντο Γερμήνιός τε καὶ Αὐξέντιος, καὶ Γάϊος καὶ Δημόφιλος, τὰς μὲν ἤδη πρότερον περὶ πίστεως γενομένας γραφὰς ἀργεῖν ἠξίουν· κρατεῖν δὲ ἣν οὐ πρὸ πολλοῦ ἐν Σιρμίῳ συνέταξαν διὰ τῆς Ῥωμαίων φωνῆς, ὅμοιον μὲν εἶναι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν κατὰ τὰς Γραφὰς εἰσηγουμένην· οὐσίας δὲ παντελῶς ἐπὶ Θεοῦ μὴ ποιεῖσθαι μνήμην. Ἔλεγον δὲ ταύτην καὶ βασιλέα ἐπαινέσαι· C χρῆναι δὲ καὶ τὴν σύνοδον ἀναγκαίως προσίεσθαι, μηδὲν τοῦ λοιποῦ πολυπραγμονοῦσαν τῆς ἑκάστου ἐννοίας, ἵνα μὴ διχόνοιαι καὶ στάσεις γίνωνται, διαλέξει καὶ ἀκριβεῖ βασάνῳ παραδιδομένων τῶν ὀνομάτων. Ἄμεινον γὰρ εἶναι, ἀμαθέστερον διαλεγομένους, ὀρθῶς περὶ Θεοῦ δοξάζειν, ἢ καινότητας ὀνομάτων ἐπεισάγειν, διαλεκτικῆς τερθρείας συγγενεῖς. Ὑπῃνίττοντο δὲ, μᾶλλον καὶ φανερῶς (3) διέβαλλον τὸ ὁμοούσιον ὄνομα, ὡς ἄγνωστον ταῖς ἱεραῖς Γραφαῖς, καὶ τοῖς πολλοῖς ἀσαφές. Ἀντὶ δὲ τούτου, ὅμοιον κατὰ πάντα τῷ γεννήσαντι λέγειν τὸν Υἱὸν κατὰ τὰς θείας Γραφάς. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα περιέχουσαν καὶ τὴν προκομισθεῖσαν παρ' αὐτῶν γραφὴν (4) ἀνέγνωσαν, οἱ μὲν πλείους μηδὲν δεῖσθαι νεωτέρας πίστεως ἰσχυρίζοντο· ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τοῖς ἤδη δόξασι πρὸ αὐτῶν. D Συνεληλυθέναι δὲ νῦν, ἵνα εἴ τι καινοτομοῖτο κατὰ τούτων, κωλύσωσιν· εἰ δὲ μηδὲν παρὰ ταῦτα καινοτομεῖ τὰ ἀνεγνωσμένα, λέγειν ἐζήτουν τοὺς εἰσηγητὰς ταύτης τῆς γραφῆς, καὶ φανερῶς ἀποκηρύττειν τὸ Ἀρείου δόγμα, ὡς θορύβου αἴτιον εἰσέτι νῦν ἐξ ἐκείνου γενόμενον ταῖς πανταχοῦ ἐκκλησίαις. Ἀποφυγόντων δὲ τὴν πρότα-

## CAP. XVII.

*De his quæ gesta sunt in concilio Ariminensi.*

Imperator itaque persuasum habens, nec reipublicæ propter sumptus, nec episcopis ipsis, ob itineris longinquitatem, conducere ut in eumdem locum omnes convenirent, synodum bifariam divisit [1] : scriptisque litteris ad episcopos qui tum Arimini et Seleuciæ erant congregati, jussit ut primum quidem controversias de fide componerent; ad extremum vero de episcoporum causis, qui se injuste depositos, aut in exsilium missos esse quererentur, cognoscerent : ex quorum numero Cyrillus erat Hierosolymorum episcopus; et de criminibus quæ quibusdam episcopis intendebantur, sententiam ferrent. Etenim alii alios accusabant, **155** Ægyptii vero rapinas et contumelias objiciebant Georgio. Denique ut, universis rebus dijudicatis, decem ex utraque synodo ad comitatum venirent, nuntiaturi quæ gesta essent. Secundum hæc imperatoris mandata, singuli eo loci quo jussi fuerant, convenere. Priorque congregata est Arimini synodus, in qua quadringenti et amplius consederunt episcopi. Ac de Athanasio quidem nihil ultra agendum esse decreverunt, qui infenso in illum animo erant. Cum autem quæri cœptum esset de fide, prodeuntes in medium Valens et Ursacius, adjuvantibus eos Germinio, Auxentio, Caio atque Demophilo, postularunt ut reliquæ omnes fidei formulæ quæ antea scriptæ essent, abrogarentur; ea vero sola rata esset, quam ipsi non ita dudum Sirmii Latino sermone conscripserant, quæ similem quidem Patri Filium esse juxta Scripturas docebat; substantiæ vero in Deo nullam omnino mentionem esse faciendam. Aiebant porro, ipsum quoque imperatorem eam formulam approbasse; eamque a concilio etiam necessario suscipi oportere, nec in posterum curiosius scrutandum esse quid quisque sentiret, ne vocabulis in disputationem et accuratum examen revocatis, discidia ac seditiones nascerentur. Satius enim esse ut, imperitius disserendo, recte de Deo sentiamus, quam ut novitates nomimum introducamus, affines dialecticorum argutiis. Innuebant autem, imo vero aperte reprehendebant vocabulum consubstantialis, tanquam ignotum sacris Scripturis, et plerisque obscurum. Hujus autem loco, similem per omnia Patri juxta divinas Scripturas dici Filium volebant. Ubi vero formulam fidei quam ipsi antea secum attulerant, ista complectentem recitarunt, complures quidem affirmabant nihil opus esse nova fidei formula, sed sufficere sibi ea

[1] Socr., lib. II, c. 37.

### VALESII ANNOTATIONES.

(2) *Ἐπικεχριμένοις δὲ πᾶσι.* Scribe disjunctis vocabulis, ἐπὶ κεχριμένοις δὲ πᾶσι· alioqui dicendum esset ἐπικεχριμένων δὲ πάντων.

(3) *Ὑπῃνίττοντο δὲ μᾶλλον καὶ φανερῶς.* Scribo μᾶλλον δὲ καὶ φανερῶς, ut legerunt interpr.

(4) *Περιέχουσαν καὶ τὴν προκομισθεῖσαν παρ' αὐτῶν γραφήν.* Delenda videtur particula καί, aut certe transponenda in hunc modum : ἐπεὶ δὲ καὶ ταῦτα περιέχουσαν τὴν, etc.



Digitized by Google

quæ a majoribus decreta essent : se vero idcirco convenisse ut, si quid adversus ea novaretur, obsisterent. Quærebantque ex illius formulæ auctoribus, ut dicerent utrum ea quæ lecta erant nihil adversus illa majorum decreta innovarent : utque opinionem Arii palam damnarent, quæ ab illa ætate ad id usque temporis, omnibus ubique Ecclesiis tumultus causa exstitisset. Cum hanc conditionem recusassent Ursacius et Valens, Germinius item et Auxentius, cum Demophilo et Caio, synodus tum aliarum sectarum, tum eorum qui Nicææ in unum convenerant, expositionem fidei recitari jussit, ut hæreses quidem condemnarentur, ea vero quæ Nicææ decreta erant, confirmarentur; nec in posterum ullus eadem reprehenderet, aut synodum postularet, sed præteritis contentus esset. Absurdum enim esse, ut, quasi nunc primum credere incipientes, talia conscribant; superioris vero temporis traditionem reprehendant : qua usi, tam ipsi quam majores ipsorum, Ecclesias administrassent : quorum plerique in confessione ac martyrio extremum diem obierant. Et isti quidem hæc in medium **156** proferentes, contendebant ne quid novaretur. Valentem vero et Ursacium non acquiescentes his, sed instantes ut fides ab ipsis proposita prævaleret, deposuerunt; et formulam fidei ab iisdem recitatam, irritam esse sanxerunt. Nam et illud absurdum esse ipsis visum est, quod hæc illi formulæ præfixa erat inscriptio : Exposita est Sirmii, præsente Constantio æterno Augusto, Eusebio et Hypatio coss., quemadmodum Athanasius in epistola ad familiares suos scribit : addens ridiculum esse, Constantium quidem imperatorem æternum appellare; Filium autem Dei nolle æternum dicere; et certum tempus ei formulæ præfigere, ad reprehendendam fidem majorum, et eorum qui ante id temporis initiati essent. His rebus Arimini gestis, Valens et Ursacius, depositionem suam iniquo animo ferentes, statim ad imperatorem advolarunt.

σιν Οὐρσακίου καὶ Οὐάλεντος, Γερμηνίου τε καὶ Αὐξεντίου, καὶ Δημοφίλου, καὶ Γαΐου, ἐκέλευσεν ἡ σύνοδος ἀναγνωσθῆναι τὴν ἔκθεσιν τῶν ἄλλων αἱρέσεων, καὶ τῶν ἐν τῇ Νικαίᾳ συνεληλυθότων· ὥστε τὰς μὲν ἄλλας ἀποκηρύξαι αἱρέσεις, ἐπιψηφίσασθαι δὲ τοῖς ἐν Νικαίᾳ δεδογμένοις, καὶ περὶ τῶν αὐτῶν τοῦ λοιποῦ μηδένα ἐγκαλεῖν ἢ σύνοδον αἰτεῖν, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τοῖς φθάσασι. Ἄτοπον γὰρ εἶναι, ὡς νῦν ἀρχομένους πιστεύειν, τοιαῦτα συγγράφειν, καὶ τοῦ προλαβόντος χρόνου τὴν παράδοσιν διαβάλλειν, ᾗ κεχρημένοι αὐτοί τε καὶ οἱ πρὸ αὐτῶν, τὰς Ἐκκλησίας ἐπετρόπευσαν, ὧν οἱ πλείους ἐν ὁμολογίαις καὶ μαρτυρίοις τὸν βίον μετήλλαξαν. Καὶ οἱ μὲν τάδε προϊσχόμενοι, οὐδὲν ἠξίουν νεωτερίζειν. Μὴ πειθομένους δὲ τοὺς ἀμφὶ Οὐάλεντα καὶ Οὐρσάκιον, ἀλλ' ἐνισταμένους κρατεῖν ἣν προΐσχοντο πίστιν, καθεῖλον, ἄκυρον εἶναι ψηφισάμενοι ἣν ἀνέγνωσαν γραφήν. Καὶ γὰρ δὴ καὶ ἄτοπον αὐτοῖς ἔδοξεν εἶναι, προγεγράφθαι ταύτης, ὡς ἐν Σιρμίῳ ἐξετέθη παρόντος Κωνσταντίου τοῦ αἰωνίου Αὐγούστου, ὑπατευόντων Εὐσεβίου καὶ Ὑπατίου· ὥσπερ καὶ Ἀθανάσιος πρὸς τοὺς ἐπιτηδείους [k] γράφων (5) φησί, γελοῖον εἶναι βασιλέα αἰώνιον τὸν Κωνστάντιον ὀνομάζειν· ἀΐδιον δὲ λέγειν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ παραιτεῖσθαι· καὶ ῥητὸν χρόνον προτάττειν τῆς γραφῆς ταύτης, ἐπὶ διαβολῇ τῆς πίστεως τῶν παλαιοτέρων, καὶ τῶν πρὸ τούτου τοῦ χρόνου μυηθέντων. Ἐπεὶ δὲ τάδε ἐν Ἀριμίνῳ ἐγένετο, οἱ μὲν ἀμφὶ Οὐάλεντα καὶ Οὐρσάκιον χαλεπῶς φέροντες ἐπὶ τῇ καθαιρέσει, σπουδῇ πρὸς βασιλέα παρεγένοντο.

## CAP. XVIII.

*Ariminensis concilii epistola ad imperatorem Constantium.*

Synodus vero viginti episcopos communi suffragio delectos, legatos ad imperatorem misit : et per eos ista scripsit, quæ ex Latino sermone in Græcum translata sunt [1]. Jubente Deo et præcepto

## ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

*Ἐπιστολὴ τῆς ἐν Ἀριμήνῳ συνόδου πρὸς τὸν βασιλέα Κωνστάντιον.*

Ἡ δὲ σύνοδος εἴκοσιν ἐπισκόπους προβαλλομένη, πρέσβεις ἀπέστειλεν. Ἔγραψε δὲ δι' αὐτῶν τάδε, μεταγραφέντα ἐκ τῆς Ῥωμαίων φωνῆς· Τά τε ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ κελεύσεως (6), καὶ τοῦ τῆς σῆς εὐσεβείας

[1] Socr., lib. II, c. 37.]

### VALESII ANNOTATIONES.

(5) *Ἀθανάσιος πρὸς τοὺς ἐπιτηδείους γράφων.* Intelligit librum Athanasii De synodis Arimini et Seleuciæ. Qui liber in vulgatis etiam editionibus inscribitur Ἐπιστολή. Scriptus est autem ab Athanasio post obitum imperatoris Constantii, ut colligitur ex pagina 907, ubi scribit Constantium, quandiu vixit, in Ariana hæresi perseverasse, et cum jam moriturus esset, ab Euzoio hæretico baptizari voluisse.

(6) *Τά τε ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ κελεύσεως.* Hæc epistola Ariminensis concilii exstat etiam apud Socratem in libro secundo *Historiæ*, capite 37; ubi vide quæ notavi. Apud Socratem legitur, ἔκ τε τῆς τοῦ Θεοῦ, etc.

### VARIORUM.

[k] *Πρὸς τοὺς ἐπιτηδείους.* Socrates, lib. II, cap. 37, initio, habet, πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ γνωρίμους. Sunt qui putent has litteras ad monachos missas : sed crederem potius ad catholicum cœtum Alexandrinum, ne inter incertos vulgi rumores, de ejusmodi synodis ubique pervagantes, animi penderent : et sane initio et fine epistolæ, cœtum, ut videtur, alloquitur. (Cl. monachi Benedictini, *Vit. Athanas.*, pag. 76.)

Digitized by Google

A προστάγματος δογματισθέντα, γενέσθαι πιστεύομεν· εἰς γὰρ Ἀρίμινον ἐκ πασῶν τῶν πρὸς δύσιν πόλεων, ἐπὶ ταὐτὸ πάντες οἱ ἐπίσκοποι συνήλθομεν, ἵνα καὶ ἡ πίστις τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας γνωρισθῇ, καὶ οἱ τὰ ἐναντία φρονοῦντες ἔκδηλοι γένωνται. Ὡς γὰρ ἐπὶ πλεῖστον διασκοποῦντες εὑρήκαμεν, ἀρεστὸν ἐφάνη τὴν πίστιν τὴν ἐκ παλαιοῦ διαμένουσαν, ἣν καὶ οἱ προφῆται, καὶ τὰ Εὐαγγέλια, καὶ οἱ ἀπόστολοι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκήρυξαν, τοῦ καὶ τῆς σῆς βασιλείας ἐφόρου, καὶ τῆς σῆς ῥώσεως προστάτου, ἵνα ταύτην κατασχόντες φυλάττωμεν, μέχρι τέλους διατηροῦντες. Ἄτοπον γὰρ καὶ ἀθέμιτον ἐφάνη, τῶν ὀρθῶς καὶ δικαίως ὡρισμένων τι μεταλλάσσειν, καὶ τῶν ἐν Νικαίᾳ κοινῇ μετὰ τοῦ ἐνδοξοτάτου Κωνσταντίνου τοῦ σοῦ Πατρὸς καὶ βασιλέως ἐσκεμμένων, ὧν ἡ διδασκαλία καὶ τὸ φρόνημα διῆλθέ τε καὶ ἐκηB ρύχθη εἰς πάσας ἀνθρώπων ἀκοάς τε καὶ διανοίας. Ἥτις ἀντίπαλος μένει, καὶ ὀλετὴρ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως ὑπῆρξε· δι' ἧς, οὐ μόνον αὕτη, ἀλλὰ καὶ αἱ λοιπαὶ πᾶσαι καθῃρέθησαν· ἐν ᾗ ὄντως καὶ προσθεῖναί τι σφαλερὸν, καὶ τὸ ἀφελέσθαι τι, ἐπικίνδυνον ὑπάρχει· ὡς εἴπερ τι θάτερον γένηται, ἔσται τοῖς ἐχθροῖς ἄδεια ποιεῖν ἅπερ βούλονται. Ὅθεν Οὐρσάκιός τε καὶ Οὐάλης, ἐπειδὴ πάλαι μέτοχοί τε καὶ σύμβουλοι τοῦ Ἀρειανοῦ δόγματος ἦσαν καθεστηκότες, καὶ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας χωρισθέντες (7) ἀπεφάνθησαν. Ἧς ἵνα μετάσχωσιν, ἐφ' οἷς ἑαυτοῖς συνεγνώκεισαν πλημμελήσαντες, μετανοίας τε καὶ συγγνώμης ἠξίουν τυχεῖν. Ὡς καὶ τὰ ἔγγραφα τὰ ὑπ' ἐκείνων γεγενημένα μαρτυρεῖ· δι' ὧν ἁπάντων φειδὼ C γεγένηται, καὶ τῶν ἐγκλημάτων συγγνώμη. Ἦν δὲ καιρὸς καθ' ὃν ταῦτα ἐπράττετο, ὅτε ἐν Μεδιολάνῳ τὸ συνέδριον τῆς συνόδου συνεκροτεῖτο· συμπαρόντων δὲ καὶ τῶν πρεσβυτέρων τῆς τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας· ἐγνωκότες ἅμα καὶ τὸν μετὰ τελευτὴν ἄξιον μνήμης Κωνσταντῖνον, μετὰ πάσης ἀκριβείας καὶ ἐξετάσεως τὴν συγγραφεῖσαν πίστιν ἐκτεθεικότα· ἐπειδὴ δὲ ὡς ἐξ ἀνθρώπων ἐγένετο βαπτισθεὶς, καὶ πρὸς τὴν ὀφειλομένην εἰρήνην ἀνεχώρησεν, ἄτοπον εἶναι μετ' ἐκεῖνόν τι καινοτομεῖν· καὶ τοσούτους ἁγίους ὁμολογητὰς καὶ μάρτυρας, τοὺς δὲ καὶ τοῦ δόγματος συγγραφέας τε καὶ εὑρετὰς ὑπεριδεῖν, οἵτινες κατὰ τὸν παλαιὸν τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας θεσμὸν, ἅπαντα φρονοῦντες διαμεμενήκασιν. Ὧν ὁ D Θεὸς τὴν πίστιν καὶ εἰς τοὺς σοὺς χρόνους τῆς βασιλείας μεταδέδωκε, διὰ τοῦ Δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ σοι καὶ τὸ βασιλεύειν οὕτως ὑπῆρξεν, ὡς καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης κρατεῖν. Πάλιν γοῦν ἐλεεινοὶ καὶ οἰκτροὶ τῷ φρονήματι, ἀθεμίτῳ τολμήματι τῆς δυσσεβοῦς φρονήσεως κήρυκάς τε ἑαυτοὺς ἀνήγγειλαν, καὶ ἐπιχειροῦσιν ἀνατρέπειν πᾶν ἀληθείας

pietatis vestræ credimus esse dispositum, ut ad Ariminensium locum ex diversis provinciis Occidentalium episcopi veniremus, ut et fides clasesceret omnibus Ecclesiæ catholicæ, et hæretici noscerentur. Dum enim omnes qui recte sapimus, contractaremus, placuit quidem ut fidem ab antiquitate perseverantem, quam per prophetas, Evangelia et apostolos, per ipsum Deum et Dominum nostrum Jesum Christum, Salvatorem imperii tui, et largitorem salutis tuæ accepimus, et quam semper obtinuimus, teneamus. Nefas enim duximus recte et juste sancitorum aliquid mutilare, et eorum qui in Nicæno tractatu consederant una cum gloriosæ memoriæ Constantino, patre pietatis tuæ. Qui tractatus manifestatus est et insinuatus mentibus populorum, et contra hæresim Arianam tunc oppositus invenitur, ut non solum ipsa, sed etiam reliquæ hæreses inde sint expugnatæ. A quo si aliquid demptum fuerit, venenis hæreticorum aditus panditur. Ideo Ursacius et Valens in suspicionem ejusdem hæreseos Arianæ venerunt aliquando, et **157** suspensi erant a communione. Sed rogaverunt veniam, sicut eorum continent scripta : quam quidem meruerunt tunc temporis a concilio Mediolanensi, assistentibus etiam legatis Romanæ Ecclesiæ. In hoc igitur tractatu cum magno examine fuisset conscriptum Constantino præsente, quod tenens baptizatus ad quietem Dei commigravit, nefas putamus inde aliquid mutilare, et tot sanctos et confessores et successores martyrum, ipsius tractatus conscriptores, in aliquo removere : cum et ipsi præteritorum catholicæ Ecclesiæ scriptorum cuncta servaverint. Mansitque usque in hæc tempora, quibus pietas tua a Deo Patre per Deum et Dominum nostrum Jesum Christum, potestatem regendi orbis accepit. Verum miseri homines, et infelici sensu præditi, iterum ausu temerario se præcones impiæ doctrinæ renuntiarunt : et nunc etiam conantur convellere quod fuerat positum ratione. Etenim cum pietatis tuæ litteræ jusserint tractari de fide, offerebatur nobis a supradictis turbatoribus Ecclesiarum, associato Germinio, Auxentio et Caio, novum nescio quid considerandum, quod multa perversæ doctrinæ continebat. At vero cum viderent displicere quod offerebant publice in concilio, putaverunt aliter esse conscribendum. Et quidem hæc brevi tempore sæpe mutasse manifestum est. Sed ne Ecclesiæ frequentius perturbentur, placuit instituta vetera, rata atque inviolabilia servari : supradictos vero a communione nostra removeri. Ad instruendam

## VALESII ANNOTATIONES.

(7) *Τῆς ἡμετέρας κοινωνίας χωρισθέντες.* Ursacius et Valens bis a communione Ecclesiæ segregati sunt. Semel in synodo Romana, cum ad judicium vocati non paruissent, anno Christi 342. Tunc igitur a communione suspensi, postea in Mediolanensi concilio, porrecto satisfactionis libello, suscepti sunt in communionem, anno Christi 346. Posthæc, cum Arianis iterum sese adjunxissent, damnati sunt in synodo Serdicensi, anno Christi 347, ut docet epistola synodica concilii Serdicensis. Anno deinde 349, idem Ursacius et Valens alterum satisfactionis libellum Romæ obtulerunt Julio papæ, et ab illo in communionem suscepti sunt. Hæc ideo fusius notavi, quia in epistola synodica Ariminensis concilii non videntur satis esse distincta.

Digitized by Google

igitur tuam clementiam, legatos nostros direximus, concilii sententiam per litteras nostras nuntiaturos. Quibus hoc ipsum solum mandavimus, ut non aliter legationem perferrent, quam statuta veterum permanere firmissima; ut et sapientia tua cognosceret, non hoc quod promiserant supradicti Valens et Ursacius, Germinius et Caius, si sublatum fuisset quidpiam, pacem posse compleri. Quo enim modo pax servari possit ab iis qui pacem subvertunt? Magis enim turbatio cunctis regionibus, et præcipue Ecclesiæ Romanæ immissa est. Ob quam rem, tuam rogamus clementiam, ut placidis auribus et sereno vultu universos legatos nostros et aspicias et audias: neve permittat clementia tua jura vetera convelli; sed manere ea quæ a majoribus nostris accepimus; quos et fuisse prudentes, et sine Spiritu sancto Dei non egisse confidimus. Quia ista novitate non solum fideles populi perturbati sunt, verum **158** etiam infideles ad credulitatem vetantur accedere. Oramus etiam ut præcipias tot episcopos qui Arimino detinentur, inter quos plurimi sunt qui ætate et paupertate defecti sunt, ad suam provinciam remeare, ne destituti suis episcopis laborent populi Ecclesiarum. Hoc etiam frequentius postulamus, ut nihil innovetur, nihil minuatur; sed maneant incorrupta, quæ patris sanctæ pietatis tuæ temporibus et tuis religiosis sæculis permanserunt. Nec jam nos fatigari, aut convelli a sedibus nostris tua sancta prudentia permittat: sed quieti cum populis suis episcopi vacent semper postulationibus quas habent pro salute tua, et pro regno tuo, et pro pace quam tibi Divinitas pro meritis tuis profundam ac perpetuam largiatur. Legati autem nostri et subscriptiones et nomina episcoporum vel legatorum perferent; sicut iidem alia scriptura instruent tuam sanctam religiosamque prudentiam.

A σύνταγμα. Ὡς γὰρ κατὰ τὸ σὸν πρόσταγμα, τὸ συνέδριον τῆς συνόδου συνεκροτεῖτο, κἀκεῖνοι τῆς ἰδίας ἀπάτης ἐγύμνουν τὴν σκέψιν· ἐπειρῶντο γὰρ πανουργίᾳ τινὶ καὶ ταραχῇ προσφέροντές τι καινοτομεῖν, τῆς τοιαύτης ἑτερείας τοὺς συναλισκομένους εὑρόντες, Γερμήνιον, Αὐξέντιον, καὶ Γάϊον· τοὺς τὴν ἔριν καὶ διχοστασίαν ἐμποιοῦντας. Ὧν ἡ διδασκαλία μὴ μένουσα, πᾶν πλῆθος βλασφημιῶν ὑπερβέβηκεν· ὡς δὲ συνεῖδον, οὐχὶ τῆς αὐτῆς αἱρέσεως ὄντας, οὔθ' ὁμογνωμονοῦντας ἐφ' οἷς κακῶς ἐφρόνουν, εἰς τὸ συμβούλιον ἡμῶν μετήγαγον ἑαυτοὺς, ὡς δοκεῖν ἕτερόν τι γράφειν. Ἦν δὲ ὁ καιρὸς βραχὺς, ὁ καὶ τὰς γνώμας αὐτῶν ἐξελέγχων. Ἵν' οὖν μὴ τοῖς αὐτοῖς τὰ τῆς Ἐκκλησίας περιπίπτῃ, καὶ ταραχὴ καὶ θόρυβος κυλινδούμενος ἅπαντας συνέχῃ, βέβαιον ἐφάνη τὰ B πάλαι ὡρισμένα καὶ ἀμετακίνητα φυλάττειν· τοὺς δὲ προειρημένους τῆς ἡμετέρας κοινωνίας ἀποκεχωρίσθαι· δι' ἣν αἰτίαν τοὺς ἀναδιδάξοντας πρέσβεις πρὸς τὴν σὴν ἐπιείκειαν ἀπεστάλκαμεν, τὴν γνώμην τοῦ συνεδρίου διὰ τῆς ἐπιστολῆς μηνύσοντας. Τοῖς δὲ πρέσβεσι πρό γε πάντων τοῦτο παρεκελευσάμεθα, τὸ τὴν ἀλήθειαν πιστώσασθαι ἐκ τῶν πάλαι ἀρχαίων δικαίως ὡρισμένων· οἳ καὶ τὴν σὴν ἀναδιδάξουσιν ὁσιότητα, ὅτι οὐχ ὥσπερ ἔφησαν Οὐρσάκιος καὶ Οὐάλης, ἔσται εἰρήνη, εἴπερ τι τῶν δικαίων ἀνατραπείη. Πῶς γὰρ εἰρήνην οἷόν τε ἄγειν, τοὺς τὴν εἰρήνην καταλύοντας; μᾶλλον γὰρ ἔρις καὶ ταραχὴ ἐκ τούτων σὺν ταῖς λοιπαῖς πόλεσι, καὶ τῇ τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ γενήσεται. Διὸ δὴ ἱκετεύομεν τὴν σὴν C ἐπιείκειαν, ἵνα προσηνέσιν ἀκοαῖς, καὶ γαληναίῳ βλέμματι, τοὺς ἡμετέρους πρέσβεις ἀθρήσειας· μηδὲ πρὸς ὕβριν τῶν τετελευτηκότων, καινόν τι μεταλλάττειν ἐπιτρέψειας· ἀλλὰ ἐάσεις ἐμμένειν ἡμᾶς τοῖς παρὰ τῶν προγόνων ὁρισθεῖσί τε καὶ νενομοθετημένοις· οὓς ἅπαντα μετὰ ἀγχινοίας τε καὶ φρονήσεως, καὶ Πνεύματος ἁγίου πεποιηκέναι φήσαιμεν ἄν. Τὰ γὰρ νῦν παρ' ἐκείνων καινοτομούμενα, τοῖς μὲν πιστεύουσιν, ἀπιστίαν ἐνεποίει· τοῖς δὲ μὴ πιστεύουσιν, ὠμότητα (8). Ἱκετεύομεν δὲ ἔτι, ἵνα κελεύσῃς τοὺς ἐπισκόπους τοὺς ἐν ἀλλοδαπαῖς διατρίβοντας, οὓς καὶ τὸ τῆς ἡλικίας ἐπίπονον, καὶ τὸ τῆς πενίας ἐνδεὲς τρύχει, τὴν εἰς τὰ οἰκεῖα ἀνακομιδὴν ῥᾳδίαν ποιήσασθαι· ἵνα μὴ ἔρημοι, τῶν ἐπισκόπων ἀφωρισμένων, αἱ Ἐκκλησίαι διαμένωσιν. Ἔτι δὲ πρὸς ἅπασι καὶ τοῦτο δεόμεθα, ἵνα μηδὲν μήτε ἐλλείπῃ τῶν προϋπαρξάντων, μήτε πλεονάζῃ· ἀλλὰ πάντα ἄρρηκτα διαμένῃ, ἐκ τῆς τοῦ σοῦ πατρὸς εὐσεβείας εἰς τὸν νῦν χρόνον διαφυλαττόμενα· μήτε λοιπὸν ἡμᾶς μοχθεῖν, καὶ τῶν ἰδίων παροικήσεων ἀλλοτρίους ἐπιτρέψειας γενέσθαι· ἀλλ' ἵνα οἱ ἐπίσκοποι σὺν τῷ ἰδίῳ λαῷ μετ' εἰρήνης εἰς εὐχάς τε καὶ λατρείας σχολὴν ἄγοιεν, ἱκετεύοντες ὑπὲρ τῆς σῆς σωτηρίας καὶ βασιλείας καὶ εἰρήνης, ἣν ἡ Θεότης σοι εἰς τὸ διηνεκὲς χαριεῖται. Οἱ δὲ ἡμέτεροι πρέσβεις τάς τε ὑπογραφὰς, καὶ τὰς τῶν ἐπισκόπων προσηγορίας κομίζουσιν· οἵτινες καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν θείων γραμμάτων τὴν σὴν ἀναδιδάξουσι θειότητα.

## CAP. XIX.

*De legatis concilii, et de imperatoris epistola: et quomodo episcopi tandem consenserunt formulæ illi quæ ab Ursacio et Valente prolata fuerat: et de antistitum exsilio. Item de synodo apud Nicen facta, et quas ob causas synodus Arimini detenta est.*

Et hæc quidem scripta sunt ab Ariminensi concilio. Ursacius autem et Valens, cum legatos a

D

## ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

*Περὶ τῶν πρέσβεων τῆς συνόδου, καὶ τῆς τοῦ βασιλέως ἐπιστολῆς, καὶ ὅπως οἱ περὶ Οὐρσάκιον καὶ Οὐάλεντα, ὕστερον συνῄνεσαν τῇ προκομισθείσῃ ἐπιστολῇ καὶ περὶ τῆς τῶν ἀρχιερέων ἐξορίας· καὶ περὶ τῆς ἐν Νίκῃ συνόδου· καὶ δι' ἣν αἰτίαν ἡ ἐν Ἀριμήνῳ συνεσχέθη σύνοδος.*

Τάδε μὲν τῶν ἐν Ἀριμίνῳ συνελθόντων τὰ γράμματα. Οἱ δὲ περὶ Οὐρσάκιον καὶ Οὐάλεντα, φθάσαντες

### ALESII ANNOTATIONES.

(8) *Τοῖς δὲ μὴ πιστεύουσιν ὠμότητα.* In codice Fuketiano scriptum est, τοῖς δὲ ἀπιστοῦσιν· apud Socratem vero, τοῖς δὲ ἀπιστήσασιν.

Digitized by Google

τοὺς παρ' αὐτῶν ἀποσταλέντας πρέσβεις, ἐπέδειξαν A τῷ βασιλεῖ τὴν γραφὴν ἣν ἀνέγνωσαν, καὶ τὴν σύνοδον διέβαλον. Ὁ δὲ, λυπηθεὶς ἴσως ὅτι μὴ ταύτην προσεδέξαντο τὴν πίστιν, ὡς καὶ αὐτοῦ παρόντος ἐν Σιρμίῳ βεβαιωθεῖσαν, τοὺς μὲν ἐν τιμῇ εἶχε· τῶν δὲ πρέσβεων ἠμέλει, καὶ τῇ προσεδρίᾳ ταλαιπωρούντων ὑπερεώρα. Ὀψὲ δέ ποτε ἔγραψε τῇ συνόδῳ, παραιτούμενος ὡς ἀναγκαία τις αὐτὸν ἤπειγεν ἡ πρὸς τοὺς βαρβάρους ὁδὸς, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς πρέσβεις ἰδεῖν οὐ δύνηται. Ἐκέλευσε δὲ ἐν Ἀδριανοῦ πόλει ἐπανιόντα αὐτὸν ἐπιμεῖναι· ἵν' ἐπειδὰν τὰ κοινὰ πράγματα διατεθείη καλῶς, ἐλεύθερος ὢν φροντίδων, τὰ περὶ τῶν πρέσβεων ἀκούσῃ καὶ δοκιμάσῃ. Προσήκειν γὰρ τὸν περὶ τῶν θείων διαλαμβάνειν μέλλοντα, καθαρὰν ἔχειν τῶν ἄλλων τὴν ψυχήν. Καὶ ὁ μὲν τοιάδε ἔγραψε. B Πρὸς ταῦτα δὲ ἡ σύνοδος ἀντεδήλωσεν, ἰσχυριζομένη μηδαμῶς ἀναχωρεῖν τῶν δεδογμένων, καὶ τοῦτο γράψαι, καὶ τοῖς πρέσβεσιν ἐντείλασθαι. Καὶ ἀντιβολεῖ μετ' εὐνοίας αὐτοὺς ἰδεῖν, καὶ ὧν ἐνετείλατο δι' αὐτῶν ἐπακοῦσαι, καὶ τὰ γραφέντα ἀναγνῶναι. Χαλεπὸν γὰρ καὶ αὐτῷ φανεῖσθαι, τοσαύτας Ἐκκλησίας χωρὶς ἐπισκόπων εἶναι ἐν καιρῷ τῆς αὐτοῦ βασιλείας. Χρῆναι δὲ, εἰ καὶ αὐτῷ συνδοκεῖ, εἰς τὰς αὐτῶν ἐκκλησίας πρὸ τοῦ χειμῶνος ἐπανελθεῖν. Τοιαῦτα γράψαντες, καὶ ὡς εἰκὸς ἦν, ἐν ἱκεσίας τάξει καὶ ὀνόματι τὴν ἐπιστολὴν συντάξαντες, ὀλίγον χρόνον ἐπέμειναν. Ὡς δὲ οὐδὲν αὐτοῖς ἀντεδήλωσεν, ἐπὶ τὰς αὐτῶν ἀνεχώρησαν πόλεις. Ὡς μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς τοῖς ἐν Νικαίᾳ δόξασι καὶ οἱ ἐν Ἀριμήνῳ συνελθόντες ἐψηφίσαντο, μαρτυρεῖ C τὰ εἰρημένα. Ῥητέον δὲ νῦν ὅπως ὕστερον συνήνεσαν τῇ προκομισθείσῃ γραφῇ παρὰ τῶν ἀμφὶ Οὐάλεντα καὶ Οὐρσάκιον. Διάφορος δὲ λόγος περὶ τούτου εἰς ἐμὲ ἦλθεν. Οἱ μὲν γάρ φασι, πρόφασιν ὕβρεως βασιλέα ποιησάμενον τὴν παρὰ γνώμην αὐτοῦ ἐξ Ἀριμήνου τῶν ἐπισκόπων ἀποδημίαν, ἐπιτρέψαι Οὐάλεντι καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ, ᾗ ἂν θέλωσι τὰς πρὸς δύσιν Ἐκκλησίας διοικεῖν, καὶ τὴν ἀναγνωσθεῖσαν ἐν Ἀριμήνῳ πίστιν ἐκδιδόναι· τοὺς δὲ ὑπογράφειν ταύτῃ παραιτουμένους ἐκβάλλειν τῶν Ἐκκλησιῶν· ἀντὶ δὲ τούτων, ἑτέρους χειροτονεῖν. Ἀδείας δὲ ἐντεῦθεν λαβομένους, βιάσασθαι ταύτῃ τῇ πίστει ὑπογράψαι· πολλοὺς δὲ μὴ πειθομένους διῶξαι τῶν Ἐκκλησιῶν, καὶ πρῶτον Λιβέριον (9) τὸν Ῥωμαίων ἐπίσκοπον. Ἐπεὶ δὲ τάδε τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἔπραξαν, βουλεύσασθαι D καὶ τὰς ἀνὰ τὴν Ἕω Ἐκκλησίας τὸν ἴσον διαθεῖναι τρόπον. Διιόντας δὲ τὴν Θρᾴκην, παραγενέσθαι εἰς Νίκην, πόλιν τοῦδε τοῦ ἔθνους· καὶ συνέδριον ἐνθάδε καθίσαντες, τὴν ἀναγνωσθεῖσαν ἐν Ἀριμήνῳ γραφὴν εἰς Ἑλλάδα μεταβαλεῖν φωνὴν, καὶ δημοσιεύσαντες βεβαιῶσαι· καὶ λογοποιεῖν, ὡς ὑπὸ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου, ἡ ἐν Νίκῃ πίστις ὑπηγορεύθη καὶ ἐδοξάσθη. Ἐπιτηδὲς δὲ τάδε ἐν Νίκῃ πρᾶξαι, καὶ ὧδε ἐπευφημῆσαι (10), ὥστε τοὺς ἁπλουστέρους

concilio missos prævenissent, conscriptionem fidei a se perfectam imperatori ostenderunt, et synodum accusare cœperunt. Imperator vero indignatione commotus, ob id fortasse quod fidem illam suscipere recusassent, quæ Sirmii coram ipso comprobata fuerat; Ursacium quidem ac Valentem honorifice excepit : legatos vero despectui habuit, ac tametsi diuturna mora fatigarentur, nullam eorum curam gessit. Sero tandem scripsit ad synodum, excusans se quod propter urgentem quamdam contra barbaros expeditionem, legatos ipsius videre minime potuisset. Cæterum jussisse se ut legati reditum ipsius Adrianopoli exspectarent : quo negotiis publicis rite prius constitutis, ipse curis omnibus liber, negotium ipsorum audire et examinare posset. Eum enim qui de rebus divinis disceptaturus sit, animum a reliquis negotiis vacuum afferre oportere. Et imperator quidem scripsit in hunc modum. Synodus vero his litteris respondens, constanter affirmavit se ab iis quæ decreta essent, minime discessuram : idque se jam scripsisse, et legatis suis mandasse. Rogavitque ut eos cum benevolentia aspicere, eorumque mandata audire, et litteras legere vellet. Nam et ipsius judicio, acerbissimam rem fore, si tot Ecclesiæ, ipso regnante, episcopis suis destituantur. **159** Ipsos igitur ante hiemem, si ipsi quoque id placuerit, ad Ecclesias suas reverti oportere. Hæc cum scripsissent, et supplicationis more modoque, ut par erat, epistolam contexuissent, paululum adhuc temporis substiterunt. Sed cum nihil ipsis rescriberetur, ad suas quisque urbes reversi sunt. Et initio quidem episcopos Ariminensis concilii decreta Nicænæ synodi comprobasse, ea quæ diximus abunde testantur. Jam vero quemadmodum formulæ a Valente et Ursacio prolatæ postea consenserint, commemorandum est. Quod quidem diversimode relatum comperi. Alii enim dicunt, imperatorem, episcoporum ab urbe Ariminensi discessum contumeliæ loco ducentem, eo quod citra consensum ipsius discessissent, Valenti, et iis qui cum illo erant, permisisse ut Occidentalium partium Ecclesias pro arbitrio suo ordinarent : et formulam fidei Arimini perlectam promulgarent : eos vero qui formulæ illi subscribere renuissent, Ecclesiis ejicerent, et in eorum locum alios constituerent. Istos vero, hinc licentiam nactos, adhibita vi compulisse episcopos ut fidei illi subscriberent : eos autem qui resisterent, Ecclesiis exturbasse, ac primum omnium Liberium episcopum urbis Romæ. Deinde episcopis Italiæ hunc in modum vexatis, Orientis quoque Ecclesias pari modo tractare adortos esse. Et cum per Thraciam transirent, Nicen pervenisse, quod est oppidum illius provin-

## VALESII ANNOTATIONES.

(9) *Καὶ πρῶτον Λιβέριον*. Falluntur scriptores qui id dixerant. Nam Liberius aliquandiu ante Ariminense concilium relegatus, et ab exsilio revocatus fuerat, ut supra vidimus.

(10) *Καὶ ὧδε ἐπευφημῆσαι*. Mallem scribere ἐπιφημίσαι. Utitur tamen eadem voce Sozomenus infra, capite 22.

Digitized by Google

ciæ. Ibi collecta synodo, formulam fidei quæ Arimini recitata fuerat, in Græcum sermonem transtulisse, eamque a se confirmatam publicasse, rumorem ubique spargentes, hanc Nicæ fidem ab universali concilio conscriptam ac decretam fuisse. Hæc porro de industria apud Nicen eos egisse, atque ita favorabili vocabulo appellasse, ut simpliciores ad consentiendum huic fidei facilius adducerentur, decepti nominum similitudine, et hanc ipsam esse formulam existimantes, quæ Nicææ olim fuerat confirmata. Et hæc quidem dicuntur ab istis. Alii vero affirmant, cum Ariminensis concilii antistites nimia mora fatigati essent, eo quod imperator nec responsum ipsis dare dignaretur, nec ad sua reverti permitteret, ab Arianæ opinionis fautoribus submissos esse quosdam, qui monerent æquum non esse ut unius vocabuli, substantiæ videlicet, gratia, omnes ubique episcopi inter se dissideant, cum liceat similem Patri Filium dicere, et contentionis causas abolere. Quippe Orientales nunquam nisi sublato substantiæ vocabulo, acquieturos esse. Hæc cum isti conciliatores jactarent, episcopos qui in concilio erant, eorum suasionibus inductos, formulæ fidei ab Ursacii asseclis tanto studio propositæ consensisse dicunt. Ursacianos autem veritos, ne legati qui a concilio **160** ad imperatorem missi fuerant, reversi, et Occidentalium ab initio constantiam, et causam cur *consubstantialis* vocabulum sublatum esset, patefacerent, legatos apud Nicen Thraciæ detinuisse, tum propter hiemem, tum ob jumentorum publici cursus fatigationem, iter difficile fore prætexentes. Persuasisse etiam illis ut formulam fidei ab ipsis recitatam ex Latina lingua in Græcam converterent, atque ita interpretatam ad Orientales episcopos mitterent. Sic enim futurum esse ut hæc formula, ad scopum ipsorum composita, id quod studebant perficeret; dolus tamen ab illis minime deprehenderetur, absentibus scilicet iis qui convincere possent Ariminensem synodum a consubstantialis vocabulo non sua sponte recessisse, sed Orientalium causa, quippe qui vocem illam aversarentur. Quod quidem perspicue falsum erat. Omnes enim, demptis admodum paucis, Filium Patri similem secundum substantiam asserebant. In hoc autem solo dissentiebant, quod alii quidem Filium homoousion, id est consubstantialem, dicebant: alii vero homœousion, id est similis substantiæ. Hæc igitur ab aliis quidem hoc modo, ab aliis autem illo gesta esse dicuntur.

ῥᾳδίως πείθεσθαι ταύτῃ τῇ πίστει συναινεῖν, τῷ παραπλησίῳ τῶν ὀνομάτων ἀπατωμένους, καὶ οἰομένους ταύτην εἶναι τὴν ἐν Νικαίᾳ βεβαιωθεῖσαν γραφήν. Ταῦτα μὲν ὧδε λέγουσιν. Οἱ δέ φασιν, ὡς τῆς ἐν Ἀριμήνῳ συνόδου τῇ προσεδρίᾳ ταλαιπωρουμένης, ὡς τοῦ βασιλέως μὴ ἀποκρίσεως ἀξιοῦντος τοὺς ἐπισκόπους, μήτε ἀναχωρεῖν συγχωροῦντος, οἱ ἀπὸ τῆς ἐναντίας αἱρέσεως σπουδασταὶ, καθῆκάν τινας συμβουλεύοντας, ὡς οὐκ ἄξιον ἑνὸς ὀνόματος τοῦ τῆς οὐσίας ἕνεκα διαφέρεσθαι τοὺς πανταχοῦ ἱερέας· ἐξὸν ὅμοιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν λέγειν, καὶ τὰς ἀφορμὰς τῆς ἔριδος ἀνελεῖν. Ὡς τῶν ἀνὰ τὴν Ἕω οὔποτε ἡσυχασόντων, εἰ μὴ τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα περιαιρεθείη. Τοιαῦτα δὲ κομψευομένων τῶν διαλλακτῶν, πεισθῆναι τὴν σύνοδον συναινέσαι τῇ σπουδασθείσῃ συγγραφῇ τοῖς ἀμφὶ τὸν Οὐρσάκιον. Δείσαντας δὲ τούτους, μὴ παραγενόμενοι οἱ παρὰ τῆς συνόδου ἀποσταλέντες πρὸς βασιλέα πρέσβεις [1], δήλην ποιήσωσι τῶν δυτικῶν ἐπισκόπων τὴν ἐξ ἀρχῆς ἔνστασιν, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς τοῦ *ὁμοουσίου* ἀναιρέσεως, ἐπισχεῖν τοὺς πρέσβεις ἐν Νίκῃ τῆς Θρᾴκης, διὰ χειμῶνα καὶ ταλαιπωρίαν τῶν δημοσίων νωτοφόρων, προφασισαμένους μὴ ῥᾳδίαν ἔσεσθαι τὴν ὁδοιπορίαν· πεῖσαι δὲ τὴν ἀναγνωσθεῖσαν παρ' αὐτῶν γραφὴν, ἐκ τῆς Ῥωμαίων μεταφράσαι φωνῆς, καὶ Ἑλληνιστὶ συντεθεῖσαν ἐκπέμψαι τοῖς ἀνὰ τὴν Ἕω ἐπισκόποις· οὕτω γὰρ συμβήσεσθαι, τὴν μὲν γραφὴν κατορθοῦν αὐτοῖς τὸ σπουδαζόμενον κατὰ σκοπὸν συγκειμένην· μὴ φωραθήσεσθαι δὲ τὸν δόλον ἀπὸ τῶν ἐλεγχόντων (11), ὡς οὐχ ἑκόντες οἱ ἐν Ἀριμήνῳ τοῦ ὀνόματος τῆς οὐσίας ἀπέστησαν, ἀλλὰ διὰ τὴν εἰς τοὺς ἀνατολικοὺς σκῆψιν, ὡς ἀποστρεφομένους τὸ ὄνομα. Ὅπερ ψεῦδος περιφανῶς ἐτύγχανε· πάντες γὰρ πλὴν ὀλίγων, καὶ κατ' οὐσίαν ὅμοιον εἶναι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ἰσχυρίζοντο· διεφέροντο δὲ μόνον, οἱ μὲν ὁμοούσιον, οἱ δὲ ὁμοιοούσιον, τὸν Υἱὸν ὀνομάζοντες. Ταῦτα οἱ μὲν οὕτως, οἱ δὲ ἐκείνως ἐροῦσιν.

## CAP. XX.

*De his quæ Orientis Ecclesiis contigerunt: et quemadmodum Marathonius, et Eleusius Cyzicenus, ac Macedonius, Homousianos ecclesiis exturbarunt. Item de ecclesia Novatianorum, quomodo translata sit: et quod Novatiani cum Orthodoxis communicabant.*

Dum ista, quæ diximus, in Italia geruntur [1],

## ΚΕΦΑΛ. Κ'.

*Περὶ τῶν ἐν ταῖς ἑῴαις Ἐκκλησίαις συμβάντων, καὶ ὡς ὁ Μαραθώνιος, καὶ Ἐλεύσιος ὁ Κυζίκου, καὶ Μακεδόνιος, ἐξήλαυνον τοὺς τὸ ὁμοούσιον δοξάζοντας. Καὶ περὶ τῆς ἐκκλησίας τῶν Ναυατιανῶν, ὡς μετετέθη· καὶ ὡς μετὰ τῶν Ὀρθοδόξων ἐκοινώνουν.*

Ἐν ᾧ δὲ τὰ περὶ Ἰταλίαν, ὡς εἴρηται, ἐγίνετο,

[1] Socr., lib. II, c. 38.

### VALESII ANNOTATIONES.

(11) *Ἀπὸ τῶν ἐλεγχόντων.* Scribendum puto, ἀπόντων τῶν ἐλεγχόντων, quam scripturam in versione mea expressi.

### VARIORUM.

1 *Μὴ παραγενόμενοι οἱ παρὰ τῆς συνόδου ἀποσταλέντες πρὸς βασιλέα πρέσβεις.* Socrates non meminit legatorum concilii Nicæ detentorum, postquam legationem suam apud imperatorem obiissent. Nicephorus historiam hanc narrat, quasi legati Nicæ detenti fuissent, antequam imperatorem

Digitized by Google

A πρὶν συστῆσαι τὴν ἐν Σελευκείᾳ σύνοδον, μέγισται ταραχαὶ κατὰ τὴν Ἕω συνέβησαν. Οἱ μὲν γὰρ ἀμφὶ Ἀκάκιον καὶ Πατρόφιλον, ἀφελόμενοι Μάξιμον, τὴν Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίαν Κυρίλλῳ ἐπέτρεψαν. Μακεδόνιος δὲ τὴν Κωνσταντινούπολιν, καὶ τὰς πέριξ πόλεις ἐτάραττεν· ὡς ἤρξατο χειροτονεῖν ὁ Μακάριος (12), συλλαμβανομένους ἔχων Ἐλεύσιον καὶ Μαραθώνιον. Ὧν τὸν μὲν ἤδη πρότερον ἐκ διακόνου τῆς ὑπ' αὐτὸν Ἐκκλησίας, καὶ σπουδαῖον ἐπίτροπον πτωχείων τε καὶ μοναχικῶν συνοικιῶν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, ἐπίσκοπον Νικομηδέων κατέστησεν· Ἐλεύσιον δὲ Κυζίκου, οὐκ ἀσήμως ἐν τοῖς βασιλείοις στρατευσάμενον. Ἄμφω δέ φασιν ἀγαθὼ γενέσθαι τὸν βίον· σπουδαίω δὲ κακῶσαι τοὺς ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν δοξάζοντας, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς οὕτως ὡς Μακεδόνιος. B Οὗτος γὰρ οὐ μόνον ἤλαυνε τοὺς παραιτουμένους αὐτῷ κοινωνεῖν, ἀλλὰ καὶ δεσμώτας ἐποίει, καὶ δικασταῖς παρεδίδου· τοὺς δὲ καὶ ἄκοντας κοινωνεῖν ἐβιάζετο, παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ἀμυήτους ἁρπάζων, ἐμυσταγώγει. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πολλὰς πολλαχῆ Ἐκκλησίας καθεῖλε, βασιλέως πρόσταγμα προϊσχόμενος, καθαιρεῖσθαι προστάττον τοὺς εὐκτηρίους οἴκους τῶν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν εἶναι ἰσχυριζομένων. Ἐκ δὴ τῆς τοιαύτης αἰτίας, καὶ ἡ πρὸς τῷ καλουμένῳ Πελαργῷ ἐν Κωνσταντίνου πόλει Ναυατιανῶν ἐκκλησία καθῃρέθη. Ἡνίκα δὴ λέγεται τοὺς ἀπὸ ταύτης τῆς αἱρέσεως, ἀνδρεῖον ἔργον ἐργάσασθαι· ἴσως δὲ καὶ οἱ ἀπὸ τῆς καθόλου Ἐκκλησίας ὡς ὁμόφροσι συνελάβοντο. Ἐπιταττόντων γὰρ οἷς τοῦτο προστέτακτο λύειν τοῦτον τὸν οἶκον, πανοικὶ C συνελθόντες, οἱ μὲν τὰς ὕλας κατέβαλλον· οἱ δὲ εἰς τὰς ἀντίπεραν Συκὰς μετεκόμιζον· καὶ ἐν τάχει πέρας ἡ σπουδὴ ἔσχεν· ἐκοινώνουν γὰρ τοῦ ἔργου οὐ μόνον ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες καὶ παῖδες· ἕκαστος γὰρ αὐτῶν, Θεῷ τὸ ἔργον προσφέρων, ὑπερφυῶς προὐθυμεῖτο· ὑπὸ τοιαύτης δὲ σπουδῆς τὸν ἴσον τρόπον ἥδε ἡ ἐκκλησία ἀνενεώθη, καὶ τὸ ἐξ ἐκείνου ἐκ τοῦ συμβάντος, Ἀναστασία ὠνόμασται. Τελευτήσαν-

A gravissimi tumultus in Orientis partibus excitati sunt, priusquam synodus Seleuciæ congregaretur. Acacius enim et Patrophilus, pulso Maximo, Hierosolymorum Ecclesiam Cyrillo regendam tradiderunt, quos Macarius primum ordinaverat. Macedonius vero Constantinopolim et civitates finitimas turbavit, adjutores habens Eleusium et Marathonium. Quórum alterum, qui jam antea diaconus ipsius Ecclesiæ fuerat, et industrius curator ptochotrofiorum, et monasteriorum utriusque sexus, episcopum Nicomediæ constituit.
161 Eleusium vero, qui prius in palatio splendide militaverat, ad Cyzicenum episcopatum promovit. Horum uterque vir bonus fuisse dicitur: ambo tamen in vexandis iis qui Filium Patri consubstantialem profitebantur, B acerrimi fuere, licet non eodem modo grassati sint quo Macedonius. Nam iste quidem eos qui communicare ipsi detrectabant, non fugavit modo, verum etiam in vincula conjecit, et judicibus tradidit. Quosdam vero etiam invitos communionem secum inire compulit. Mulieres etiam et parvulos nondum sacro lavacro tinctos, per vim rapiens baptizabat. Multas quoque ecclesias passim destruxit, imperatoris mandatum prætendens, quo ecclesiæ illorum destrui jubebantur, qui Filium Patri consubstantialem assererent. Hanc ob causam ecclesia quoque Novatianorum Constantinopoli, juxta Pelargum sita, solo æquata est. Quo quidem tempore, sectæ C illius homines fortissimum facinus perpetrasse dicuntur: Catholicis fortasse eos, utpote idem cum ipsis sentientes, adjuvantibus. Nam cum hi quibus id negotium mandatum fuerat, disturbari ecclesiam juberent, omnes in unum collecti Novatiani, alii materias dejicere cœperunt: alii eas ad suburbanum Sycense, ex adverso situm, comportarunt. Opusque illud celeriter ad exitum perductum est. Non enim viri solum, sed etiam mulieres ac parvuli,

## VALESII ANNOTATIONES.

(12) *Ὡς ἤρξατο χειροτονεῖν ὁ Μακάριος*. Hæc verba non leguntur apud Nicephorum, et sensum ac seriem orationis prorsus interrumpunt. Collocanda sunt igitur in fine superioris periodi, hoc modo: Ἀφελόμενοι Μάξιμον, τὴν Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίαν Κυρίλλῳ ἐπέτρεψαν, οὓς ἤρξατο χειροτονεῖν ὁ Μακάριος. Nam Maximus quidem primum a Macario ordinatus fuerat. Cyrillum vero Macarius primo diaconum ordinavit. Postea vero Maximus, cum in Macarii locum successisset, Cyrillum ad presbyterii gradum promovit. Sed Ariani, quorum signiferi erant Acacius ac Patrophilus, Maximo infensi eo quod ad partes Athanasii sese adjunxisset, episcopatum Hierosolymorum Cyrillo promiserunt, dummodo is ordinationem Maximi repudiaret. Qua pollicitatione illectus Cyrillus, diaconus in Ecclesia Hierosolymitana ex presbytero ministravit; atque ob hanc impietatem episcopatum Hierosolymorum accepit ab Arianis, ut scribit Hieronymus in *Chronico*. Sed id factum est diu ante Ariminense concilium, anno Christi 351, ut D scribit Baronius. Sozomenus quidem ac Socrates Cyrillum in locum Maximi adhuc viventis subrogatum esse dicunt. Hieronymus tamen post mortem Maximi ab Arianis id factum esse dicit, cui potius assentior. Porro hic locus aliter quoque restitui potest, hoc scilicet modo: Ἀφελόμενοι Μάξιμον, ὃν ἤρξατο χειροτονεῖν ὁ Μακάριος, τὴν Ἱεροσολύμων, etc. Atque id, re attentius examinata, nunc verius puto. Macarius enim moriens Maximum successorem suum designaverat.

## VARIORUM.

adirent. Verba ejus sunt, lib. IX, cap. 41: Μήπως οἱ πρέσβεις δῆλην καταστήσωσι τῷ βασιλεῖ τῶν ἑσπερίων ἱερέων τὴν ἐξ ἀρχῆς ἔνστασιν· *Ne notam imperatori facerent Occidentalium episcoporum constantiam.* Verba Sozomeni ita intelligenda sunt, legatos Constantinopoli reversos Nicææ fuisse detentos, ne ipsi patefacerent artes quibus imperator ejusque aulici usi essent ad infringendam Patrum Arimini detentorum in fide Nicæna retinenda constantiam. Athanasius testatur Patres tam Arimini quam Nicææv.im passos. *Epist. ad Africanos*, pag. 718, 719, ed. Commelin. W. Lowth.

Digitized by Google

operam suam contulerant : quippe singuli eorum, perinde ac si opus suum Deo offerrent, incredibili alacritate ferebantur. Pari studio ac celeritate ecclesia illa ad eumdem modum instaurata est, et ab illo deinceps tempore Anastasia ex facto nominata. Etenim post obitum Constantii, Julianus imperium adeptus, locum illum Novatianis restituit, utque ecclesiam illic ædificarent, permisit. Quod quidem factum est, multitudine populi alacri animo operam navante, easdemque materias ex Sycensi suburbano iterum transferente. Et hæc quidem postea gesta sunt in hunc modum. Tunc temporis vero, parum abfuit quin Novatiani et Catholici adunati sint. Nam cum de Deo idem sentirent, et simul exagitarentur, easdemque calamitates tolerarent, mutua se benevolentia complectebantur : et in eumdem locum conveniebant, ac simul precabantur. Nam Catholicis nulla tunc erant oratoria; sed Ariani cuncta illis ademerant. Cumque ex assidua consuetudine, uti verosimile est, frustra se invicem dissidere cernerent, inter se deinceps communicare decreverant. Quod quidem factum fuisset, nisi alacritati multitudinis obstitisset paucorum invidia, qui affirmabant vetus præceptum esse, ut id facere detrectarent.

A τος γὰρ Κωνσταντίου, διαδεξάμενος Ἰουλιανὸς τὴν βασιλείαν, τὸν τόπον τοῖς Ναυατιανοῖς ἀπέδωκε, καὶ τὴν ἐκκλησίαν οἰκοδομῆσαι ἐπέτρεψεν. Ὃ καὶ ἐγένετο, τοῦ λαοῦ προθύμως συλλαβομένου, καὶ τὰς αὐτὰς ὕλας ἐκ τῶν Συκῶν μετακομίσαντος. Καὶ τὰ μὲν ὕστερον ὧδε ἔσχεν. Ἐν δὲ τῷ τότε, μικροῦ Ναυατιανοὶ καὶ οἱ ἀπὸ τῆς καθόλου Ἐκκλησίας ἡνώθησαν· ὁμοίως γὰρ περὶ τὸ Θεῖον δοξάζοντες, καὶ κοινῇ ἐλαυνόμενοι, καὶ ἐν ὁμοίαις συμφοραῖς ὄντες, εὔνοι ἀλλήλοις ἦσαν· καὶ εἰς ταὐτὸν συνῄεσάν τε, καὶ συνηύχοντο· τοῖς γὰρ ἀπὸ τῆς καθόλου Ἐκκλησίας εὐκτήριος οὐκ ἦν οἶκος, ἀλλὰ πάντες πρὸς τῶν τὰ Ἀρείου φρονούντων ἀφῄρηντο· καὶ ὡς εἰκὸς, ἐκ τῆς συνεχοῦς ὁμιλίας μάτην διαφέρεσθαι πρὸς σφᾶς λογισάμενοι, κοινωνεῖν ἀλλήλοις ἐβουλεύοντο. Καὶ B δὴ τοῦτο ἐγεγόνει, εἰ μὴ βασκανία ὀλίγων, οἶμαι, τὴν τοῦ πλήθους προθυμίαν ἔβλαψεν, ἀρχαῖον εἶναι λόγον ἰσχυριζομένων παραιτεῖσθαι τοῦτο ποιεῖν.

## CAP. XXI.

*De his quæ Mantinii gesta sunt a Macedonio : et quomodo ob translatum Constantini Magni feretrum, sua sede expulsus est. Item quomodo Julianus Cæsar factus est.*

Per idem tempus Eleusius quoque ecclesiam Novatianorum in urbe Cyzico funditus evertit[1]. Hujusmodi porro malis exagitati sunt, tum reliqui Paphlagones, tum ii præcipue qui Mantinium incolebant. **162** Cum enim compertum haberet Macedonius, plerosque illic Novati sectæ adhærere, et ad eos inde expellendos solam ecclesiasticorum manum non sufficere, persuasit imperatori ut quatuor militum cohortes ad id perficiendum mitteret. Sic enim futurum existimabat ut homines minime armis assueti, simul atque armatos conspexissent, statim perterrefacti ad ipsius opinionem transirent. Verum res aliter evenit. Nam plebs Mantiniensium in unum coacta, arreptis falcibus et securibus, et quo quisque potuit armorum genere instructa, adversus milites progressa est. Gravique prælio conserto, ex Paphlagonibus quidem plurimi occubuerunt : milites vero prope omnes interfecti sunt. Qua de causa multi ex familiaribus Macedonium reprehendebant, utpote auctorem tantorum malorum. Imperator quoque eum aversatus, non amplius benevolo erga illum animo fuit. Nam et alia quædam gra-

## ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

*Περὶ τῶν ἐν Μαντινείᾳ ὑπὸ Μακεδονίου πραχθέντων· καὶ ὡς ἐξηλάθη τοῦ θρόνου, μεταθέμενος τὴν θήκην τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου· καὶ ὡς ὁ Ἰουλιανὸς προεβλήθη Καῖσαρ.*

Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ Ἐλεύσιος τὴν ἐν Κυζίκῳ ἐκκλησίαν Ναυατιανῶν ἄρδην καθεῖλε. Τούτων δὲ τῶν κακῶν ἐς τὰ μάλιστα μετέσχον οἱ Μαντίνειον οἰκοῦντες, καὶ ἄλλοι Παφλαγόνες. C Μαθὼν γὰρ Μακεδόνιος τοὺς πλείους ἐνθάδε τὰ Ναυάτου φρονεῖν, μὴ ἱκανούς τε μόνους εἶναι τούτους (13) τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς ἀπελαύνειν, ἔπεισε τὸν βασιλέα τέσσαρα τάγματα τῶν στρατιωτῶν ἐκπέμψαι τούτου χάριν. Ὧδε γὰρ ᾤετο ἀνθρώπους ἀήθεις ὅπλων, εἰ ὁπλίτας θεάσοιντο, δείσαντας εὐθὺς πρὸς τὴν αὐτοῦ δόξαν μεταθήσεσθαι. Τὸ δὲ ἄλλως ἀπέβη. Τὸ γὰρ ἐκ τοῦ Μαντινείου πλῆθος γενόμενοι (14), δρεπάναις τε καὶ πελέκεσι, καὶ ἄλλως ᾗ ἔτυχεν, ἕκαστος σφᾶς ὁπλίσαντες, συνέμιξαν τοῖς στρατιώταις. Καρτερᾶς δὲ μάχης γενομένης, πίπτουσι Παφλαγόνων μὲν πλεῖστοι· τῶν δὲ στρατιωτῶν σχεδὸν πάντες. Ἐντεῦθεν ὡς τηλικούτων συμφορῶν αἴτιον ὄντα Μακεδόνιον, πολλοὶ τῶν ἐπιτηδείων ἐμέμφοντο. Ἀποστραφεὶς δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς, D οὐκέτι ὑγιῶς πρὸς αὐτὸν εἶχεν. Ἐπεγένετο γὰρ καὶ μείζονος ἀπεχθείας πρόφασις τοιάδε· Κωνσταντίνου τοῦ βασιλεύσαντος τὴν θήκην ἐβούλετο Μακεδόνιος ἑτέρωθι μεταφέρειν. Ἠπείλει γὰρ πτῶσιν ὁ ταύτην καλύπτων οἶκος. Τοῦ δὲ λαοῦ, οἱ μὲν

[1] Socr., lib. II, c. 38.

## VALESII ANNOTATIONES.

(13) *Μόνους εἶναι τούτους.* Hic quoque transposita sunt vocabula, quæ in hunc modum restitui debent : Μὴ ἱκανούς τε μόνους εἶναι τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς τούτους ἀπελαύνειν. Ubi ecclesiastici dicuntur clerici Catholicorum : τούτους vero intelligere oportet Novatianos degentes in Paphlagonia. Notabit obiter studiosus lector jurisdictionem episcopi Constantinopolitani, quæ ad Paphlagoniam usque jam tum protendebatur.

(14) *Πλῆθος γενόμενοι.* Omissam hic puto esse vocem, quæ suppleri potest hoc modo : Τὸ γὰρ ἐκ Μαντινείου πλῆθος, ὁμοῦ γενόμενοι, etc. Vel certe delenda est vox γενόμενοι, quam nec Nicephorus agnoscit.

Digitized by Google

ὧδε γενέσθαι συνεχώρουν· οἱ δὲ ἀντεῖχον, ἀνόσιον εἶναι ἡγούμενοι, καὶ τῷ ἀνορύττειν ὅμοιον. Συνελαμβάνοντο δὲ τούτοις καὶ οἱ τὸ δόγμα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου πρεσβεύοντες, μήτε ὑβρίζεσθαι Κωνσταντίνου τὸ σῶμα ὡς ὁμοδόξου ἀνεχόμενοι, καὶ Μακεδονίῳ, οἶμαι, ἐναντίοι εἶναι σπουδάζοντες. Ἀλλ' ὁ μὲν μηδὲν μελήσας, μετεκόμισε τὴν θήκην εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ Ἀκακίου τοῦ μάρτυρός ἐστιν ὁ τάφος. Τὸ δὲ πλῆθος, οἱ μὲν τὸ γεγονὸς ἐπαινοῦντες, οἱ δὲ, μεμφόμενοι, κατ' αὐτὴν τὴν ἐκκλησίαν εἰς ἀλλήλους ἐτράπησαν. Καὶ τελευτῶντες, αὐτόν τε τὸν εὐκτήριον οἶκον καὶ τὸν πέριξ χῶρον αἱμάτων καὶ φόνων ἐνέπλησαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἔτι διάγων ἐν τῇ πρὸς δύσιν ἀρχομένῃ, τάδε μαθὼν ἐχαλέπαινε· καὶ ὡς ὑβρισμένου τοῦ πατρὸς, καὶ τῶν περὶ τὸν λαὸν ἀτυχημάτων, ἐπῃτιᾶτο Μακεδόνιον, καὶ δι' ὀργῆς εἶχε· βουλευσάμενος δὲ τὴν Ἕω καταλαβεῖν, εἴχετο τῆς ὁδοῦ. Μετακαλεσάμενος δὲ Ἰουλιανὸν (15) τὸν ἀνεψιὸν, Καίσαρα κατέστησε, καὶ εἰς τοὺς πρὸς δύσιν Γαλάτας πέπομφεν.

vioris odii causa accesserat hujusmodi. Constantini imperatoris arcam alio transferre volebat Macedonius. Ædes enim illa in qua arca erat reposita, ruinam minabatur. Ex plebe vero, alii ut id fieret consentiebant : alii contra obsistebant, impium id facinus existimantes, nec secus ac si tumulus effoderetur. His autem sese adjunxerunt ii qui Nicænæ synodi doctrinam sequebantur : qui nec corpus Constantini violari sustinebant, utpote qui ejusdem cum ipsis fuisset sententiæ : et Macedonio, ut equidem opinor, adversari studebant. Verum ille nil cunctatus, arcam transtulit ad basilicam illam in qua sepulcrum est Acacii martyris. Plebs vero in duas partes divisa, hi factum approbantes, illi contra reprehendentes, in ipsa basilica adversus se mutuo irruerunt. Ipsam denique ecclesiam et vicina loca sanguine ac cædibus compleverunt. Imperator vero, qui in Occidentis partibus adhuc morabatur, his auditis graviter commotus est : et contumeliam patris sui, plebisque miserabilem cladem Macedonio imputans, adversus illum excanduit. Cumque ad Orientis partes pergere decrevisset, statim iter arripuit. Et Julianum patruelem ad se accersitum, Cæsarem constituit, atque in Gallias misit[1].

## ΚΕΦΑΛ. ΚΒʹ.

### *Περὶ τῆς ἐν Σελευκείᾳ συνόδου.*

Ἐν τούτῳ δὲ οἱ ἀπὸ τῆς Ἕω ἐπίσκοποι ἀμφὶ ἑκατὸν καὶ ἑξήκοντα ὄντες, εἰς Σελεύκειαν τὴν παρὰ Ἰσαύροις συνῆλθον. Ἔτος δὲ ἦν ἐν ᾧ ὑπάτευεν Εὐσέβιός τε καὶ Ὑπάτιος[m]· συνεληλύθει δὲ αὐτοῖς καὶ Λεωνᾶς, ὁ ἐν ἀξιώματι λαμπρῶς ἐν τοῖς βασιλείοις στρατευόμενος. Ὃς ἐκ προστάγματος Κωνσταντίου τῇ συνόδῳ παρῆν, ὥστε ἐπ' αὐτοῦ γενέσθαι τὴν περὶ τοῦ δόγματος πίστιν. Παρῆν δὲ καὶ Λαυρίκιος, ὁ τῶν στρατιωτῶν τοῦ ἔθνους ἡγεμὼν, εἴ τι δέοι παρασκευάσων· ὑπουργεῖν γὰρ αὐτῷ βασιλέως ἐπέταττε γράμματα. Κατὰ δὲ τὸν πρῶτον σύλλογον ἀπολιμπάνονται ἕτεροί τέ τινες ἐπίσκοποι, καὶ Πατρόφιλος ὁ Σκυθοπόλεως, καὶ Μακεδόνιος ὁ Κωνσταντίνου πόλεως, καὶ Βασίλειος ὁ Ἀγκύρας. Πρόφασις δὲ γέγονε τοῖς μὲν ἄλλοις ἄλλη· Πατροφίλῳ δὲ ὀφθαλμία, καὶ Μακεδονίῳ νόσος. Ὑπόνοια δὲ ἦν, ὡς δεδιότες ἐγκλήματα κατηγόρων, οὐ παρεγένοντο τότε· παραιτουμένων δὲ τῶν ἄλλων διὰ τὴν τούτων ἀπουσίαν, ἐξετάζειν τὰ ἀμφίβολα, καὶ οὕτως ἐκέλευσε Λεωνᾶς τὰς ζητήσεις κινεῖν. Ἐντεῦθεν οἱ μὲν πρότερον τὸ δόγμα ἐξετάζειν· οἱ δὲ, τοὺς βίους ἀνακρίνειν τῶν κατηγορουμένων ἐν αὐτοῖς· ὧν ἦν Κύριλλος Ἱεροσολύμων, καὶ Εὐστάθιος ὁ Σεβαστείας, ἀναγκαῖον ἔλεγον. Πρόφασιν δὲ αὐτοῖς καὶ βασιλέως ἐδίδου γράμματα, πῇ μὲν τοῦτο, πῇ δὲ ἐκεῖνο δηλοῦντα. Ἐκ

## CAP. XXII.

### *De Seleuciensi concilio.*

Interea vero Orientales episcopi centum circiter ac sexaginta, Seleuciam Isauriæ convenere[2]. Annus hic erat quo Eusebius et Hypatius consulatum gesserunt. **163** Advenerat porro una cum illis Leonas, qui splendido quodam officio in palatio fungebatur. Quem quidem imperator concilio interesse idcirco jusserat, ut eo præsente de doctrina fidei inquireretur. Aderat etiam Lauricius, dux et præses provinciæ, si quid opus foret præstiturus. Nam ut hoc ministerio perfungeretur, imperator suis litteris præceperat. Primo consessu, abfuere tum alii quidam episcopi, tum Patrophilus Scythopoleos episcopus, et Macedonius Constantinopoleos, et Basilius Ancyræ. Et alii quidem aliam absentiæ suæ causam prætendebant. Patrophilus vero oculorum dolorem, morbum autem Macedonius causabantur. Sed suspicio erat eos dedita opera abfuisse, ne ob crimina accusarentur. Cumque cæteri ob istorum absentiam detrectarent controversias de fide examinare, nihilominus jussit Leonas ut quæstiones agitarentur. Hinc alii quidem doctrinam fidei ante omnia excutiendam esse dixerunt : alii vero, quæstionem prius habendam esse de vita ac moribus eorum qui inter ipsos accusabantur : ex quorum numero

[1] Socr., lib. II, c. 34. [2] Socr., lib. II, c. 39.

## VALESII ANNOTATIONES.

(15) *Μετακαλεσάμενος δὲ Ἰουλιανόν.* Male Sozomenus hæc retulit post Ariminense concilium, quod celebratum est anno Christi 359, Eusebio et Hypatio consulibus. Julianus autem Cæsar factus est anno Christi 355, consulatu Arbetionis et Lolliani.

## VARIORUM.

[m] *Ἔτος δὲ ἦν ἐν ᾧ ὑπάτευεν Εὐσέβιός τε καὶ Ὑπάτιος.* Is erat annus Domini 359.

Digitized by Google

erat Cyrillus Hierosolymorum episcopus, et Eustathius Sebastiæ. Contentionis autem causam eis præbebant ipsæ quoque imperatoris litteræ, quibus nunc hoc, nunc illud mandabatur. Ab hujusmodi contentione semel exorsi, non amplius mutua se benevolentia complectebantur, sed in duas partes discessere. Prævaluit tamen ut prius de doctrina fidei disputaretur. Ubi vero ad hujusmodi ventum est disputationes, aliis quidem placebat ut nomen substantiæ prorsus e medio tolleretur: prætendebantque formulam fidei quam paulo ante Marcus Sirmii composuerat, et quam tum alii susceperant episcopi qui tum erant in comitatu, tum Basilius episcopus Ancyræ. Plures vero eam præferebant fidem, quæ in dedicatione Antiochensis ecclesiæ fuerat promulgata. Priori sententiæ patrocinabantur imprimis Eudoxius, Acacius et Patrophilus, Georgius item Alexandrinus, et Uranius episcopus Tyri, aliique triginta duo. Posteriori vero Georgius Laodicenus Syriæ, Eleusius Cyzici, et Sophronius Pompeiopolis Paphlagoniæ, quos major pars antistitum sequebatur. Porro non levis suspicio erat, Acacianos de industria in doctrina fidei ab aliis dissidere, eoque prætextu quæstionem quæ de criminibus ipsorum habenda erat, eludere. Nam cum antea scriptis litteris ad Macedonium Constantinopolitanum episcopum, Filium Patri per omnia similem, ejusdemque esse substantiæ confessi fuissent, tunc perfricta fronte priorem confessionem suam impugnabant. Post multa ingenti contentione utrinque agitata, Silvanus episcopus Tarsi proclamavit, ferendum non esse ut **164** nova fidei formula induceretur, præter illam quæ Antiochiæ probata esset: eamque solam ratam esse oportere. Acaciani vero id moleste ferentes, e concilio discesserunt. Residui tum quidem ea quæ Antiochiæ decreta fuerant, recitarunt. Postera die in ecclesiam convenientes, fores occluserunt. Remotisque arbitris, decreta illa suffragiis suis confirmarunt. At vero Acacius, ea quidem quæ sic gesta erant, reprehendit. Privatim vero Leonæ ac Lauricio formulam fidei, pro qua ipse propugnabat, ostendit. Tertio die iidem rursus conveniunt, et una cum illis Macedonius ac Basi-

A ταύτης δὲ τῆς ἔριδος ἀρξάμενοι, οὐκέτι ὑγιῶς πρὸς ἀλλήλους εἶχον, ἀλλ' εἰς δύο διῃρέθησαν. Ἐκράτει δὲ ὅμως, πρότερον περὶ τοῦ δόγματος τὴν διάλεξιν ποιεῖσθαι. Ἐπεὶ δὲ εἰς τοὺς τοιούτους καθίσταντο λόγους, τοῖς μὲν ἐδόκει παντελῶς τὸ τῆς οὐσίας ἀνελεῖν ὄνομα, προϊσχομένοις (16) τὴν πίστιν ἣν οὐ πρὸ πολλοῦ κατὰ τὸ Σίρμιον ὁ Μάρκος συνέθηκε, κατεδέξαντο δὲ οἱ παρατυχόντες ἐν τῷ στρατοπέδῳ, μεθ' ὧν ἦν καὶ Βασίλειος (17) ὁ τῆς Ἀγκύρας ἐπίσκοπος. Τοῖς δὲ πλείοσιν ἐσπουδάζετο ἡ ἐκτεθεῖσα πίστις ἐπὶ τῇ τελεσιουργίᾳ τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας. Προΐσταντο δὲ μάλιστα τῆς προτέρας γνώμης Εὐδόξιος, καὶ Ἀκάκιος, καὶ Πατρόφιλος, καὶ Γεώργιος ὁ Ἀλεξανδρείας, καὶ Οὐράνιος ὁ Τύρου, καὶ ἕτεροι τριάκοντα δύο. Τῆς δὲ δευτέρας, Γεώργιος ὁ Λαοδικείας τῆς Συ- B ρίας, καὶ Ἐλεύσιος ὁ Κυζίκου, καὶ Σωφρόνιος ὁ Πομπηΐου πόλεως τῆς Παφλαγόνος, οἷς οἱ πλείους εἵποντο. Ὑπενοοῦντο δὲ οἱ ἀμφὶ Ἀκάκιον ἐπίτηδες πρὸς τοὺς ἄλλους περὶ τὸ δόγμα διαφέρεσθαι, καὶ προφάσει ταύτῃ τὰς κατ' αὐτῶν εὐθύνας ἀναιρεῖν· καθότι πρὶν δι' ὧν ἔγραψαν Μακεδονίῳ τῷ Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπῳ, συνομολογήσαντες κατὰ πάντα ὅμοιον εἶναι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας, ἀνέδην νῦν ἀπεμάχοντο ταῖς προτέραις ὁμολογίαις. Ἐριστικῶς δὲ πολλῶν κινηθέντων, οὐκ ἀνεκτὸν εἶναι ἀνεβόησε Σιλβανὸς ὁ Ταρσοῦ ἐπίσκοπος, καινὴν ἑτέρας πίστεως ἐπεισάγειν γραφὴν παρὰ τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ δοκιμασθεῖσαν· ταύτην δὲ μόνην χρῆναι κρατεῖν. Ἐπὶ τούτῳ δὲ χαλεπῶς ἐνεγκόντες οἱ C ἀμφὶ Ἀκάκιον, ἐξανέστησαν· οἱ δὲ ἕτεροι, τότε μὲν ἀνέγνωσαν τὰ ἐν Ἀντιοχείᾳ δόξαντα. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ συνελθόντες ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τὰς θύρας ἀπέκλεισαν· καὶ καθ' ἑαυτοὺς γενόμενοι, ἐπεψηφίσαντο τούτους (18). Ἀκάκιος δὲ τὰ μὲν οὕτω γενόμενα διέβαλλεν· ἰδίᾳ δὲ Λεωνᾷ καὶ Λαυρικίῳ τὴν σπουδαζομένην αὐτῷ γραφὴν ἐπέδειξε. Τρίτῃ δὲ πάλιν ἡμέρᾳ, οἱ μὲν ἄλλοι συνῆλθον, Μακεδόνιός τε καὶ Βασίλειος οἱ πρὶν ἀπολειφθέντες. Ἀκάκιος δὲ καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν οὐκ ἠξίουν τοῦ συλλόγου κοινωνεῖν, εἰ μὴ πρότερον ἐξέλθωσιν οἱ πρὸς αὐτῶν καθῃρημένοι καὶ κατηγορηθέντες· καὶ τοῦτο ἐγένετο. Συνεχώρουν γὰρ οἱ ἀπὸ τοῦ ἑτέρου μέρους, ὑπολαβόντες Ἀκάκιον ταύτην πρόφασιν θηρᾶσθαι διαλῦσαι τὴν σύνοδον, ὡς καὶ τὴν D Ἀετίου αἵρεσιν τὴν παροῦσαν ἐξέτασιν διαφυγεῖν,

## VALESII ANNOTATIONES.

(16) *Τὴν πίστιν ἣν οὐ πρὸ πολλοῦ Μάρκος.* Intelligit fidei formulam Sirmiensem, quæ consules habebat ascriptos Eusebium et Hypatium. Hanc enim dictaverat Marcus, ut supra notavi ex epistola Germinii ad Valentem, quæ refertur in Fragmentis Hilarii. Quare fallitur Socrates, qui Marcum dictasse scribit formulam fidei eam quæ in Sirmiensi concilio adversus Photinum promulgata est. Hanc enim a Basilio Ancyrano potius dictatam esse crediderim, quippe qui in illo concilio primas partes egit.

(17) *Μεθ' ὧν ἦν καὶ Βασίλειος.* Vide supra in capite 16 hujus libri, ubi Sozomenus narrat qualiter Basilius Ancyranus ad comitatum imperatoris venerit, qui tum Sirmii degebat; atque ibi Marcum Arethusium, Georgium Alexandrinum, Valentem, et alios quosdam invenerit. Qui cum formulam quamdam fidei conscripsissent, in qua nomen *substantiæ* suppressum erat, eam ab omnibus episcopis suscipi ac subscriptionibus firmari studuerunt. Porro hic mirari subit Basilium, qui in synodo Ancyrana eos qui *substantiæ* nomen in conventu Sirmiensi rejecerant, tam severe damnaverat. Idem tamen postea apud Sirmium formulæ fidei a Marco dictatæ subscripsit, quæ nomen *substantiæ* non habebat.

(18) *Ἐπεψηφίσαντο τούτους.* Scribendum videtur τούτοις, ut legit Christophorsonus. Eamdem conjecturam in codice Savilii annotatam ad latus reperi. Sed in Fuketiano codice scribitur ἀπεψηφίσαντο τούτους, quod tamen non probo.

Digitized by Google

καὶ σφᾶς αὐτοὺς τὰς εὐθύνας τῶν κατηγορουμένων. Ἐπεὶ δὲ πάντες παρῆσαν, βιβλίον ἔφη Λεωνᾶς ἔχειν, ἐπιδοθὲν παρὰ τῶν ἀμφὶ Ἀκάκιον· τὸ δὲ, πίστεως ἦν γραφὴ σὺν προοιμίῳ τινί· καὶ τοὺς ἄλλους ἐλάνθανεν. Ἐχὼν γὰρ τοῦτο καὶ Λεωνᾶς ἀπεκρύψατο, τὰ Ἀκακίου φρονῶν. Ὡς δὲ ἀνεγνώσθη, θορύβου πλήρης ὁ σύλλογος γέγονεν. Ἐδήλου γὰρ, ὡς βασιλέως προστάξαντος μηδὲν ἐπεισάγειν τῇ πίστει παρὰ τὰς ἱερὰς Γραφὰς, ἐπαγόμενοί τινες τοὺς καθῃρημένους ἐκ διαφόρων ἐθνῶν, καὶ τοὺς παρανόμως ἐπισκόπους καταστάντας, ἐτάραξαν τὴν σύνοδον· καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν ὕβρισαν· τοὺς δὲ λαλεῖν οὐ συνεχώρησαν. Σφᾶς δὲ, τὴν ἐκτεθεῖσαν πίστιν ἐν Ἀντιοχείᾳ μὴ ἀποφυγεῖν, εἰ καὶ πρὸς τὴν τότε συμβᾶσαν ζήτησιν, οἱ συνελθόντες ἐκεῖσε ταύτην τὴν γραφὴν εἰσηγήσαντο. Ἐπεὶ δὲ τὸ ὁμοούσιον, καὶ τὸ ὁμοιοούσιον εἰσέτι νῦν πολλοὺς θορυβεῖ, ἀρτίως δὲ καινοτομεῖν τινες ἐπιχειροῦσι τὸ ἀνόμοιον τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα· διὰ τοῦτο τὸ μὲν ὁμοούσιον καὶ τὸ ὁμοιοούσιον ἐκβάλλειν χρεὼν, ὡς ἀλλότριον Γραφῶν· ἀποκηρύττειν δὲ τὸ ἀνόμοιον· τὸ δὲ ὅμοιον Υἱοῦ πρὸς Πατέρα σαφῶς ὁμολογεῖν. Ἔστι γὰρ, ὥς πού φησι Παῦλος ὁ ἀπόστολος, εἰκὼν τοῦ ἀοράτου Θεοῦ. Ταῦτα προοιμιασάμενοι, ἑξῆς πίστεως ἐπισυνῆψαν γραφὴν, μήτε τοῖς ἐν Νικαίᾳ, μήτε τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ δόξασι συνᾴδουσαν· ἀλλ' ἁπλῶς οὕτω συγκειμένην, ὡς καὶ τοὺς τὰ Ἀρείου καὶ τὰ Ἀετίου φρονοῦντας μηδὲν δοκεῖν ἁμαρτάνειν, εἰ καὶ ὧδε πιστεύουσι. Παραδραμόντες γὰρ τὰ ὀνόματα δι' ὧν τὴν Ἀρείου δόξαν ἐκβάλλουσιν οἱ ἐν Νικαίᾳ συνελθόντες· σιωπήσαντες δὲ καὶ ὡς ἀναλλοίωτός ἐστι τῆς θεότητος ὁ Υἱὸς, οὐσίας τε καὶ βουλῆς καὶ δυνάμεως καὶ δόξης ἀπαράλλακτος εἰκὼν τοῦ Πατρὸς, οἷα τῇ ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδῳ εἴρηται· ὡμολόγησαν πιστεύειν εἰς Πατέρα, πιστεύειν δὲ καὶ εἰς τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ἐφ' ἑκάστῳ δὲ ἐπιθέτοις ὀνόμασι κοινοῖς τισι χρησάμενοι, ἃ μήτε αὐτοῖς, μήτε τοῖς ἐναντία δοξάζουσιν ἐμάχοντο, τοὺς ἄλλως πιστεύοντας ἀλλοτρίους τῆς καθόλου Ἐκκλησίας ἐψηφίσαντο. Τοιάδε μὲν τὸ παρὰ Λεωνᾶ προκομισθὲν βιβλίον περιεῖχεν, ὑπ' αὐτοῦ δὲ Ἀκακίου (19) καὶ τῶν αὐτῷ πειθομένων ὑπογεγραμμένον. Μετὰ δὲ τὴν τούτου ἀνάγνωσιν, ἀναβοήσας Σωφρόνιος ὁ Παφλαγὼν, Εἰ τὸ ἑκάστης ἡμέρας, ἔφη, ἰδίαν ἐκτίθεσθαι βούλησιν, πίστεώς ἐστιν ἔκθεσις, ἐπιλείψει ἡμᾶς ἡ τῆς ἀληθείας ἀκρίβεια. Ἰσχυριζομένου δὲ Ἀκακίου, μηδὲν κωλύειν ἑτέραν ὑπαγορευθῆναι γραφὴν, εἴγε ἅπαξ καὶ ἡ ἐν Νικαίᾳ πίστις μετεποιήθη, καὶ μετὰ ταῦτα πολλάκις· ὑπολαβὼν Ἐλεύσιος (20), Ἀλλ' ἡ

A lius, qui superioribus diebus abfuerant. Acacius vero et qui ab illius partibus stabant, in consessum venire recusarunt, nisi prius episcopi ab ipsis depositi accusatique, e concilio egrederentur. Idque ita factum est. Nam qui ex altera parte erant, id fieri permiserunt, cum existimarent Acacium hanc dissolvendi concilii occasionem captare, quo et hæresis Aetii imminenti examini subtraheretur, et ipsi quæstionem de criminibus quorum arcessebantur, effugerent. Postquam universi adfuere, Leonas libellum se habere dixit traditum ab Acacianis. Erat hic libellus, formula fidei cum proœmio quodam; idque cæteros omnes latebat. Nam et Leonas idem cum Acacio sentiens, eum libellum de industria in occulto habuerat. Ubi vero B recitatus est libellus, ingens in conventu episcoporum tumultus exstitit. Indicabat enim hic libellus quod, cum imperator jussisset ne quid novi præter sacras Scripturas in fidem inveheretur, nonnulli tamen adductis secum episcopis ex variis provinciis, quorum alii depositi fuerant, alii vero illegitime ordinati, concilium perturbassent : et alios quidem ex ipsis contumelia affecissent ; alios autem loqui prohibuissent. Se porro fidem Antiochiæ expositam non repudiare, licet illi qui tum in ea urbe congregati sunt, propter quæstionem tunc excitatam, eam formulam condiderint. Cæterum quoniam hæc vocabula homoousion et homœousion multos etiamnum turbarent, et quidam paulo antea C dissimilitudinem Filii cum Patre inducere cœpissent, idcirco eas voces homoousion et homœousion, tanquam alienas a sacris Scripturis, rejici oportere ; anomœon vero condemnandum esse : et similem Patri Filium aperte confitendum. Est enim, ut Paulus apostolus alicubi dicit [1], imago Dei invisibilis. Hæc præfati, fidei formulam postea subjiciunt, nec cum Nicænæ, nec cum Antiochenæ decretis consentientem : sed ita omnino compositam, ut neque Ariani, neque Aetiani quidquam peccare sibi viderentur, si eo modo crederent. Prætermissis enim vocabulis quibus Nicæni concilii Patres ad rejiciendam Arii opinionem utuntur : omissis etiam iis quæ ab Antiochena synodo dicuntur, Filium scilicet deitate immutabilem esse, et D substantiæ, consilii, virtutis et gloriæ Patris imaginem, nulla in re discrepantem : confessi sunt se credere in Patrem, credere item in Filium, **165** ac Spiritum sanctum. Ad singulas autem per-

[1] Coloss. I, 15.

## VALESII ANNOTATIONES.

(19) Ὑπ' *αὐτοῦ δὲ* Ἀκακίου. Scribendum est, ὑπ' αὐτοῦ τε Ἀκακίου, etc. ; ante hæc verba ponenda est subdistinctio. Porro hæc formula fidei ab Acacio edita, habetur apud Epiphanium in hæresi Semi-arianorum, additis nominibus episcoporum qui ei formulæ subscripserunt.

(20) *Καὶ μετὰ ταῦτα πολλάκις ὑπολαβὼν Ἐλεύσιος.* Post vocem πολλάκις apponenda est media distinctio, ut in versione mea feci. Ita certe legit Nicephorus, qui hunc Sozomeni locum sic expressit : Ὁ δὲ Ἀκάκιος ἰσχυρίζετο μηδὲν εἶναι τὸ ἐμποδὼν ἑτέραν πίστιν εἰσάγειν, ἐπεὶ καθάπαξ ἡ ἐν Νικαίᾳ πίστις μετεποιήθη, καὶ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ δὴ καὶ πολλάκις. Possunt etiam hæc verba, καὶ μετὰ ταῦτα πολλάκις, aliter construi, ut referantur ad ea quæ præcesserunt, ἑτέραν ὑπαγορευθῆναι γραφήν. Atque ita locus erit vertendus : *Cumque affirmaret Acacius nihil obstare quominus post immuta-*

Digitized by Google

sonas, adjectis vulgaribus quibusdam epithetis, quæ nec sua ipsorum, nec adversariorum sententiæ repugnarent, eos qui aliter crederent, ab Ecclesia catholica alienos esse decreverunt. Et libellus quidem a Leona prolatus hæc continebat, cui tum Acacius ipse, tum reliqui ejus sectatores subscripserant. Post cujus recitationem, Sophronius Paphlago exclamans dixit: Si quotidie propriam sententiam exponere, fidei expositio est, veritatis regula nos destituet. Cumque Acacius contenderet nihil obstare quominus alia fidei formula conscriberetur, quandoquidem ipsa quoque Nicæni concilii fides semel immutata esset, ac post etiam sæpius id contigisset; respondens Eleusius dixit: At synodus nunc congregata est, non ut discat ea quæ jam didicit, neque ut aliam fidem suscipiat quam illam quæ olim ab Antiocheno concilio comprobata est. Hancce fidem ad extremum usque spiritum retenturos esse. Procedente hunc in modum disputatione, ad aliam quæstionem progressi sunt. Et Acacianos interrogarunt, qua parte similem Patri Filium confiterentur. Cumque illi dixissent, voluntate tantum, non autem substantia similem esse, reliqui omnes substantia quoque similem esse contenderunt. Et Acacium ex libro quem ipse conscripserat atque in lucem ediderat, convicerunt quod idem cum ipsis antea sensisset. Cum autem neminem ex libris suis arguendum esse Acacius diceret, et disputatio ad majorem contentionem progrederetur, ad extremum Eleusius Cyzicenus dixit: An Basilius et Marcus clanculo aliquid gesserint, et an privatim se mutuo de quibusdam rebus accusent, tum illi, tum Acaciani, nihil interest synodi: nec utrum fides ab illis exposita, recte secusve se habeat, curiosius inquirere necesse est: sed illam sequi oportet quæ a nonaginta septem episcopis qui istos ætate præcesserunt, Antiochiæ confirmata est. Si quis vero aliud præter ista introduxerit, is a religione et ab Ecclesia alienus sit. Postquam omnes qui cum illo erant hæc dicta faustis acclamationibus prosecuti essent, concilium tum quidem dimissum est. Postridie vero qui cum Acacio et Georgio erant, in concilium amplius venire recusarunt. Sed neque Leonas, licet vocatus, interfuit: jam enim aperte eorum sententiam sequebatur. Certe qui ad eum missi fuerant, Acacianos in ejus ædibus deprehenderunt. Cumque rogaretur ab illis et invitare-

A σύνοδος, ἔφη, συνεκροτήθη νῦν, οὐχ ἵνα μάθῃ ἃ μὴ μεμάθηκεν (21), οὐδ' ἵνα πίστιν ἑτέραν παραλάβῃ παρὰ τὴν ἤδη δοκιμασθεῖσαν παρὰ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ συνελθόντων. Καὶ μέχρι ζωῆς καὶ θανάτου ταύτης ἔχεσθαι σφᾶς. Ὧδε προϊούσης τῆς διαλέξεως, ἐπὶ ἑτέραν μετέβησαν ζήτησιν. Καὶ ἐπυνθάνοντο τῶν ἀμφὶ Ἀκάκιον, κατὰ τί ὅμοιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ὡμολόγησαν. Τῶν δὲ, κατὰ βούλησιν μόνον, οὐ μὴν κατ' οὐσίαν εἰπόντων· οἱ μὲν ἄλλοι πάντες, καὶ κατ' οὐσίαν ὅμοιον αὐτὸν ἰσχυρίζοντο. Καὶ τὸν Ἀκάκιον ἤλεγχον διὰ τὸν λόγον ὃν συνεγράψατο καὶ ἐκδέδωκεν, ὡς ὁμοίως αὐτοῖς ἐδόξαζε πρότερον. Τοῦ δὲ, μὴ δεῖν ἀπὸ συγγραμμάτων τὰς εὐθύνας ἐπάγειν λέγοντος, καὶ τῆς διαλέξεως ἐπὶ μᾶλλον ἐριστικῶς προϊούσης, τὸ τελευταῖον Ἐλεύσιος ὁ Κυζικηνὸς, Εἰ μὲν, ἔφη,
B Βασίλειος ἢ Μάρκος καθ' ἑαυτούς τινα πεπράχασιν, ἢ ἰδίᾳ παρά τινων (22) ἀλλήλοις ἐγκαλοῦσιν αὐτοί τε καὶ οἱ ἀμφὶ Ἀκάκιον, οὐδὲν τῇ συνόδῳ διαφέρει, οὐδὲ πότερον καλῶς ἢ ἄλλως ἔχει ἡ ἐκτεθεῖσα πίστις παρ' αὐτῶν, πολυπραγμονεῖν ἀναγκαῖον· τῇ μέντοι παρὰ τῶν παλαιοτέρων ἐνενήκοντα καὶ ἑπτὰ ἱερέων ἐν Ἀντιοχείᾳ κυρωθήσῃ χρῆναι ἕπεσθαι. Παρὰ ταῦτα δὲ εἴ τις εἰσηγοῖτο, ἀλλότριον εἶναι εὐσεβείας καὶ τῆς Ἐκκλησίας. Ὡς δὲ τούτοις οἱ σὺν αὐτῷ πάντες ἐπευφήμησαν, τότε μὲν ὁ σύλλογος διελύθη. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ, οὐκέτι εἰς ταὐτὸ συνιέναι ἠνείχοντο οἱ περὶ Ἀκάκιον καὶ Γεώργιον. Οὐ μὴν οὐδὲ Λεωνᾶς κληθεὶς παρεγένετο· περιφανῶς γὰρ ἤδη τὰ τούτων ἐφρόνει. Ἀμέλει τοι οἱ πρὸς αὐτὸν ἀφικόμενοι, ἐν τῇ
C αὐτοῦ οἰκίᾳ κατέλαβον τοὺς περὶ Ἀκάκιον. Δεομένων δὲ καὶ καλούντων αὐτὸν ἐπὶ τὸν σύλλογον, οὐχ ὑπήκουσεν, ὡς τῆς συνόδου διχονοούσης· αὐτοῦ δὲ παρεῖναι προσταχθέντος παρὰ βασιλέως, συναινούντων πάντων καὶ εἰς ταὐτὸν συνιόντων· ἐπεὶ δὲ χρόνος διετρίβετο, πολλάκις μὲν τῶν ἄλλων τοὺς ἀμφὶ Ἀκάκιον καλούντων· τῶν δὲ, πῇ μὲν εἰς τὴν Λεωνᾶ οἰκίαν ῥητοὺς συνελθεῖν ἀξιούντων· πῇ δὲ αὐτοὺς κρίνειν τοὺς ἄλλους ἰσχυριζομένους (23) παρὰ βασιλέως ἐπιτετάχθαι. Οὐδὲ τὴν αὐτὴν πίστιν ὁμολογεῖν (24) ἠβούλοντο, ἢ περὶ τῶν ἐγκλημάτων ἀπολογεῖσθαι, οὔτε εἰς τὴν κατὰ Κύριλλον ἐξέτασιν παραγενέσθαι ἠνείχοντο, ὃν αὐτοὶ καθεῖλον. Καὶ ὁ κατεπείγων οὐκ ἦν. Καθαιροῦσιν ἄλλους τέ τινας, καὶ Γεώργιον τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον, καὶ Ἀκάκιον τὸν Καισαρείας,
D καὶ Οὐράνιον τὸν Τύρου, καὶ Πατρόφιλον τὸν Σκυθοπόλεως, καὶ Εὐδόξιον τὸν Ἀντιοχείας. Τοὺς δὲ πλείους ἀκοινωνήτους ἐποίησαν, ἄχρις ἂν πρὸς τὰ ἐπαγόμενα ἐγκλήματα ἀπολογήσωνται. Καὶ τὰ πρα-

## VALESII ANNOTATIONES.

*tam semel Nicænæ fidei formulam, nova deinceps sæpius fides dictaretur*, etc. Erit igitur in arbitrio positum lectoris, ut eam quam volet interpretationem sequatur. Semper tamen mutanda est distinctio.

(21) *Οὐχ ἵνα μάθῃ ἃ μεμάθηκεν*. In codice Fuketiano scriptum inveni, ἃ μὴ μεμάθηκεν, quod magis probo. Certe Nicephorus ita legit. Sic enim reddit hunc Sozomeni locum: Ἡ νῦν, φησὶ, σύνοδος ἠθροίσθη, οὐχ ἵνα γνῷ ἃ μὴ ἔσχε μαθοῦσα πρότερον.

(22) *Ἢ ἰδίᾳ παρά τινων*. Scribendum est περί τινων, ut Christophorsonus et Savilius emendarunt. Atque ita etiam legit Nicephorus.

(23) *Πῇ δὲ αὐτοὺς κρίνειν τοὺς ἄλλους ἰσχυριζομένους*. Scribendum est ἰσχυριζομένων, ut legit Nicephorus.

(24) *Οὐδὲ τὴν αὐτὴν πίστιν ὁμολογεῖν*. Non dubito quin Sozomenus scripserit hoc modo, οὐδὲ γὰρ τὴν αὐτὴν ὁμολογεῖν πίστιν ἠβούλοντο, etc. Hæc enim de Acacianis dicuntur, qui neque cum reliquis in fide consentire volebant, nec ad examinandam Cyrilli causam accedere, quem ipsi deposuerant. Ita certe hunc locum intellexit Niceph.

Digitized by Google

χθέντα τῇ ἑκάστου παροικίᾳ ἔγραψαν. Ἀντὶ δὲ Εὐδοξίου, Ἀδριανὸν ἐχειροτόνησαν Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον, πρεσβύτερον ὄντα τοῦ ἐκεῖσε κλήρου. Συλλαβόντες δὲ τοῦτον οἱ ἀμφὶ Ἀκάκιον, Λεωνᾷ καὶ Λαυρικίῳ παρέδωκαν· οἱ δὲ, τότε μὲν ἐν στρατιωτικῇ φρουρᾷ αὐτὸν εἶχον. Ὕστερον δὲ, ὑπερορίαν αὐτοῦ φυγὴν κατεδίκασαν. Τοῦτο πέρας, ὡς ἐν βραχεῖ, ἡ ἐν Σελευκείᾳ σύνοδος ἔσχεν. Ὁ δὲ φιλῶν (25) ἀκριβῶς τὸ καθ' ἕκαστον εἰδέναι, ἐκ τῶν ἐπὶ τούτοις πραχθέντων ὑπομνημάτων, εἴσεται, ἃ ταχυγράφοι παρόντες ἀνέγραψαν.

A tur ad synodum, minime obtemperavit, causatus synodum duas in partes divisam esse : imperatorem **166** vero ipsi in mandatis dedisse ut omnibus consentientibus et in unum convenientibus interesset. Cum tempus frustra tereretur, cæteris quidem episcopis Acacianos crebro vocantibus, Acacianis vero interdum quidem postulantibus ut certi episcopi in ædes Leonæ convenirent : interdum vero asserentibus injunctum sibi esse ab imperatore ut ipsi de aliis judicarent. Nam neque eamdem cum reliquis fidem confiteri volebant, nec de criminibus sibi illatis causam dicere ; nec ad examinandum Cyrilli negotium accedere sustinebant, quem ipsi deposuerant. Et alioqui nemo erat qui illos cogeret. Tandem tum alios quosdam deposuerunt, tum Georgium episcopum Alexandriæ, Acacium Cæsareæ, Uranium Tyri, Patrophilum Scythopoleos, et Eudoxium Antiochiæ. Complures vero a communione Ecclesiæ segregarunt, donec criminibus sibi objectis respondissent. Ea porro quæ gesta fuerant, singulorum Ecclesiis per litteras significarunt. Et pro Eudoxio quidem episcopum Antiochiæ ordinarunt Annianum quemdam, qui Ecclesiæ illius erat presbyter. Quem mox comprehendentes Acaciani, Leonæ ac Lauricio tradiderunt. Illi vero aliquandiu quidem eum sub militari custodia detinuerunt : tandem vero exsilio damnarunt. Hic, ut summatim dicam, Seleuciensis concilii exitus fuit. Quod si quis singula accurate cupit cognoscere, is ea discere poterit ex monumentis actorum quæ notarii, qui tunc aderant in synodo, conscripserunt.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

B

*Περὶ Ἀκακίου καὶ Ἀετίου· καὶ ὡς ὁ βασιλεὺς μετεχειρίζετο τοὺς πρέσβεις τῶν δύο συνόδων, τῆς ἐν Ἀριμήνῳ καὶ Σελεύκου, τὸ ἴσον φρονῆσαι.*

Ἐπεὶ δὲ τάδε ὧδε ἐγένετο, οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν Ἀκάκιον, σπουδῇ ἐπὶ τὰ βασίλεια ἀφίκοντο· οἱ δὲ ἄλλοι, ἕκαστος οἴκαδε ἀνεχώρουν. Δέκα δὲ, ὡς προστέτακτο, κοινῇ γνώμῃ ἐπιτραπέντες πρὸς βασιλέα παραγενέσθαι, καταλαμβάνουσι τοὺς ἀπεσταλμένους δέκα παρὰ τῶν ἐν Ἀριμήνῳ συνελθόντων, τοὺς δὲ ἀμφὶ Ἀκάκιον ἤδη κατωρθωκότας τὰ αὐτῶν φρονεῖν τοὺς ἐν τοῖς βασιλείοις δυναμένους, καὶ διὰ τούτων πραγματευσαμένους τὴν παρὰ τοῦ κρατοῦντος εὔνοιαν. Εἶναι γὰρ, ὡς ἐλέγετο, τοὺς μὲν, ὁμοδόξους αὐτοῖς· τοὺς δὲ, ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς οὐσίαις διεφθάρθαι· τοὺς δὲ, θωπείαις λόγων ἐξηπατῆσθαι, καὶ τῇ ἀξίᾳ τοῦ πείθοντος. Οὐ γὰρ ὁ τυχὼν ἐδόκει Ἀκάκιος· φύσει τε δεινὸς ὢν νοεῖν καὶ λέγειν, καὶ τὰ βεβουλευμένα εἰς ἔργον ἄγειν· καὶ ἐπισήμου προεστὼς ἐκκλησίας, καὶ Εὐσέβιον τὸν Παμφίλου, μεθ' ὃν αὐτὸς τὴν ἐπισκοπὴν ἤνυε, διδάσκαλον αὐχῶν, καὶ τῇ δοκήσει καὶ διαδοχῇ τῶν αὐτοῦ βίβλων, πλείω τῶν ἄλλων ἀξιῶν εἰδέναι. Καὶ ὁ μὲν τοιοῦτος ὢν, ῥᾳδίως ἅ γε ἐβούλετο διεσκεύαζεν. Ὄντων δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ἐξ ἑκατέρας συνόδου εἴκοσι, καὶ ἄλλων οἵπερ ἔτυχον ἐνδημοῦντες, τὸ μὲν πρῶτον ἐπιτρέπεται δικάσαι τῇ κατὰ Ἀέτιον ζητήσει, παρόντων τῶν ἀπὸ τῆς μεγάλης βουλῆς ἐξάρχων, ὁ Ὀνωράτος (26), ὃν βασιλεὺς οὐ πρὸ πολλοῦ ἀπὸ τῆς

## CAP. XXIII.

*De Acacio et Aetio : et quomodo imperator operam dedit ut legati utriusque synodi, Ariminensis et Seleuciensis, unum idemque sentirent.*

His ad hunc modum confectis, Acaciani ad comitatum principis celeriter profecti sunt : reliqui ad suas sedes se receperunt. Decem vero communi suffragio, sicuti mandatum fuerat, electi, qui ad imperatorem proficiscerentur, decem alios ab Ariminensi concilio missos offendunt. Offendunt quoque Acacianos, qui jam ipsos palatii proceres in suam sententiam traxerant. Eorumque opera benevolentiam principis sibi conciliaverant. Etenim ex aulicis, ut ferebatur, alii quidem ejusdem cum ipsis erant opinionis : alii ecclesiarum opibus
C corrupti fuerant : alii verborum blanditiis, et suadentis auctoritate in fraudem inducti. Etenim Acacius haudquaquam spernendus videbatur : quippe qui suapte natura cum ad intelligendum, tum ad loquendum promptus, et ad ea quæ decreverat perficienda gnavus atque industrius esset. Idem præterea illustri præsidebat Ecclesiæ, et Eusebium Pamphili, cui in episcopatu successerat, magistrum se habuisse gloriabatur, et **167** ob ejus librorum famam ac successionem, doctior cæteris videri volebat. Et hic quidem cum esset ejusmodi, quæcunque cupiebat, facile perfecit. Cum igitur deni ex utraque synodo legati essent Constantinopoli, una cum aliis episcopis

### VALESII ANNOTATIONES.

(25) *Ὁ δὲ φιλῶν.* Non dubito quin Sozomenus scripserit, ᾧ δὲ φίλον ἀκρ. τὸ καθ' ἕκαστον εἰδέναι, etc. Sic enim Græci loqui solent eleganter.

(26) *Ἐξάρχων ὁ Ὀνωράτος.* De hoc Honorato ista leguntur in *Fastis* Idatii, Eusebio et Hypatio coss : *Ipso anno primum processit Constantinopoli præfectus urbi nomine Honoratus die* III *Idus Decembris.* Eadem leguntur in Chronico Alexandrino, nisi quod discrimen est in die : nam pro Decembri mense
D September ponitur in eo Chronico, perperam, meo quidem judicio. Cæterum ex hoc Idatii testimonio perspicue colligitur synodum Constantinopolitanam celebratam esse mense Decembri, Eusebio et Hypatio consulibus. Etenim Honoratus præfectus urbis Constantinopolitanæ jussu imperatoris ei synodo præsedit, ut testatur Sozomenus. Atqui Honoratus præfectus urbi fuit ex die tertio Idus Decembris.

Digitized by Google

qui tum forte in eadem urbe versabantur : primum quidem de quæstione Aetii judicium ferre jubetur Honoratus, assidentibus senatorii ordinis viris : quem quidem Imperator paulo antea ab Occidentis partibus reversus, primum omnium præfectum urbis Constantinopolitanæ creaverat. Postea vero cum Constantius ipsemet una cum magistratibus eamdem causam examinasset, deprehensus est Aetius male sentire de fide : adeo ut tum imperator ipse, tum reliqui, impiis ejus sermonibus offenderentur. Aiunt porro Acacianos, cum initio simularent se hujusmodi erroris penitus ignaros esse, de industria operam dedisse ut imperator cum proximis de hoc negotio judicaret. Quippe Aetium verbis inexpugnabilem fore existimabant, et idoneum qui persuadendi vi auditores percelleret, et hæresim suam invitis adversariis stabiliret. Verum ubi res contra quam speraverant illis successisset, tum vero formulam quæ Arimino allata fuerat proposuerunt, utque legati a Seleuciensi concilio missi eam susciperent, postularunt. Cumque isti constanter asseverarent substantiæ vocabulum nunquam se repudiaturos Acaciani interposito jurejurando eis persuaserunt se nequaquam dissimilem substantia Filium asserere, paratosque esse eam hæresim condemnare. Verum quoniam Occidentales apud Ariminum nomen substantiæ expunxissent, acceptissimam sibi esse hujusmodi formulam affirmabant. Nam, ut aiebant, si hæc prævaluerit, cum nomine substantiæ vocabulum etiam consubstantialis simul involvetur silentio ; quod tamen occidentales antistites ob reverentiam Nicænæ synodi plurimi faciebant. Quinetiam imperator ipse ad eam formulam approbandam inductus est ; cum apud se reputaret multitudinem eorum qui Arimini convenerant : et quod nequaquam aberraverit is qui similem confiteatur aut consubstantialem : nec ullum apud se discrimen sit quoad sensum, si quis nominibus quidem ignotis sacræ Scripturæ minime utatur : æquivalente autem vocabulo et extra controversiam posito, simili videlicet, eamdem sententiam confiteatur. Cum igitur imperator animo suo ita sentiret, præcepit episcopis ut in fidem ab Ariminensi **168** concilio expositam consentirent. Cumque postridie ad solemnem consulatus pompam se pararet, siculi moris est apud Romanos Kalendis Januarii, totum diem et insequentis noctis maximam partem consumpsit cum episcopis, disceptans donec legati qui a Seleuciensi concilio advenerant, formulæ fidei ab Ariminensi oppido allatæ subscripsissent.

A πρὸς δύσιν ἀρχομένης ἐπανελθὼν, πρῶτον ὕπαρχον Κωνσταντινουπόλεως ἀπέφηνεν· ὕστερον δὲ καὶ αὐτοῦ Κωνσταντίου σὺν τοῖς ἄρχουσι διαγνόντος, φωρᾶται Ἀέτιος κακόνους ὢν περὶ τὴν πίστιν, ὡς καὶ τὸν βασιλέα καὶ τοὺς ἄλλους, ὡς ἐπὶ βλασφήμοις αὐτοῦ λόγοις χαλεπῆναι. Λέγεται δὲ τοῖς περὶ Ἀκάκιον (27), ἄγνοιαν σκηπτομένοις τὴν ἀρχὴν τῆς τοιαύτης αἱρέσεως, ἐπίτηδες σπουδάσαι τὸν βασιλέα καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν δικάσαι, ἀκαταμάχητον ἔσεσθαι τοῖς λόγοις τὸν Ἀέτιον οἰηθέντας (28), καὶ ἱκανὸν πειθοῦς ἀνάγκῃ τοὺς ἀκούοντας ἑλεῖν, καὶ ἄκοντι κρατῦναι τὴν αἵρεσιν. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο παρ' ἐλπίδας αὐτοῖς ἀπέβη, προκομίσαι τὴν ἐξ Ἀριμήνου κομισθεῖσαν γραφὴν, καὶ τοὺς ἀπεσταλμένους παρὰ τῆς ἐν Σελευκείᾳ συνόδου ἀξιῶσαι ταύτην καταδέξασθαι. B Ἰσχυριζομένους δὲ μηδαμῶς τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα παραλιμπάνειν, ὅρκοις πεῖσαι, ὡς οὐκ ἀνόμοιον κατ' οὐσίαν τὸν Υἱὸν δοξάζουσιν, ἑτοίμως τε ἔχουσι ταύτην ἀποκηρύττειν τὴν αἵρεσιν. Ἀλλ' ἐπεὶ παραδόξως οἱ δυτικοὶ τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα παρέλιπον ἐν Ἀριμήνῳ, περισπούδαστον αὐτοῖς εἶναι ἰσχυρίζοντο τὴν τοιαύτην γραφήν. Εἰ γὰρ, φησὶ, κρατήσοι, πάντως που τῷ τῆς οὐσίας ὀνόματι συσσιωπηθήσεται καὶ τὸ τοῦ ὁμοουσίου, ὃ δὴ μάλιστα οἱ ἀνὰ τὴν δύσιν ἱερεῖς αἰδοῖ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου περὶ πολλοῦ ἐποιοῦντο. Πρὸς τούτοις δὲ, καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ἐπείσθη ταύτην ἐπαινεῖν τὴν γραφήν· λογιζόμενος τὸ τῶν ἐν Ἀριμήνῳ συνελθόντων πλῆθος· καὶ ὡς οὐκ ἂν ἁμάρτοι ὅμοιον ὁμολογεῖν καὶ ὁμοούσιον (29)· καὶ μηδὲν αὐτῷ C διαφέρειν κατ' ἔννοιαν, εἰ ὀνόμασιν ἀγνώστοις τῇ ἱερᾷ Γραφῇ μὴ χρῷτο, ἐν ἰσοδυνάμῳ τε καὶ ἀναμφηρίστῳ ὀνόματι τὸ ὅμοιον, τὴν αὐτὴν σημασίαν ὁμολογοίη. Οὕτως οὖν ἔχων γνώμης, ὁμονοεῖν ἐκέλευσε τοὺς ἐπισκόπους περὶ τὴν ἐκτεθεῖσαν ὑπὸ τῶν ἐν Ἀριμήνῳ συνελθόντων. Ἑτοιμαζόμενός τε τῇ ὑστεραίᾳ πρὸς ὑπατικὴν πομπὴν, καθὰ Ῥωμαίοις ἔθος ἐν τῇ νουμηνίᾳ τοῦ παρ' αὐτοῖς Ἰαννουαρίου μηνὸς, πᾶσαν τὴν ἡμέραν καὶ πολὺ τῆς ἐπιλαβούσης νυκτὸς ἀναλῶσαι μεταξὺ τῶν ἐπισκόπων, διαγινώσκων εἰσότε δὴ τῇ διακομισθείσῃ ἐξ Ἀριμήνου γραφῇ καὶ οἱ ἐκ Σελευκείας ἀφιγμένοι ὑπέγραψαν.

## CAP. XXIV.

*Quomodo Acaciani Ariminensem synodum comprobaverint. Item nomina episcoporum qui depositi sunt, et crimina propter quæ sunt depositi.*

Porro Acaciani cum aliquandiu substitissent Constantinopoli, episcopos ex Bithynia evocarunt : inter quos erat Maris Chalcedonensis, et Ulfila

D

## ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

*Ὅτι οἱ περὶ Ἀκάκιον τὴν ἐν Ἀριμήνῳ ἐβεβαίωσαν σύνοδον· καὶ κατάλογος τῶν καθαιρεθέντων ἀρχιερέων, καὶ ἐπὶ ποίοις ἐγκλήμασιν.*

Οἱ δὲ ἀμφὶ Ἀκάκιον ἐπιμείναντές τινα χρόνον ἐν Κωνσταντινουπόλει, μετεκαλέσαντο τοὺς ἐκ Βιθυνίας ἐπισκόπους· ἐν οἷς ἦν καὶ Μάρις ὁ Χαλκηδόνιος, καὶ

### VALESII ANNOTATIONES.

(27) *Λέγεται δὲ τοῖς περὶ Ἀκάκιον.* Scribendum est procul dubio, τοὺς περὶ Ἀκάκιον ἄγνοιαν σκηπτομένους, quemadmodum legit Christophorsonus et Savilius.

(28) *Τὸν Ἀέτιον ἡττηθέντας.* Hunc locum emendavi ex codice Fuketiano, in quo scribitur, τὸν Ἀέτιον οἰηθέντας. Pro quo Nicephorus posuit οἰομένους, quod idem est. Paulo post, pro καὶ ἄκοντι, in eodem codice legitur ἀκονιτί, quomodo etiam scriptum habet Nicephorus.

(29) *Ὅμοιον ὁμολογεῖν καὶ ὁμοούσιον.* Mendum subesse videtur huic loco. Ac fortasse scribendum est, ὅμοιον λέγειν τὸ ὁμοούσιον. Vel potius transponenda sunt vocabula in hunc modum, καὶ μηδὲν

Digitized by Google

Οὐλφίλας ὁ τῶν Γότθων. Πεντήκοντα δὲ ὄντες, εἰς ταὐτὸν συνῆλθον, καὶ ἐβεβαίωσαν τὴν ἐν Ἀριμήνῳ ἀναγνωσθεῖσαν γραφὴν, προσθέντες, τοῦ λοιποῦ οὐσίαν ἢ ὑπόστασιν ἐπὶ Θεοῦ ὀνομάζειν μηδ' ὅλως· παρὰ ταύτην δὴ τὴν γραφὴν ἀποκεκηρῦχθαι πᾶσαν ἄλλην, ἢ γενομένην ἢ μέλλουσαν· ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἔπραξαν, καθαιροῦσιν Ἀέτιον τῆς διακονίας, ὡς ἐριστικῶς καὶ πρὸς ἔνδειξιν σοφίας ἐκκλησιαστικῆς προαιρέσεως ἀπᾳδούσης, συγγράφοντά τε καὶ τὰς διαλέξεις δυσφήμως ποιούμενον, ταραχῆς τε καὶ στάσεων ταῖς Ἐκκλησίαις αἴτιον. Λέγεται δὲ πρός τινων, ὡς οὐκ ἀπὸ γνώμης τοῦτον καθεῖλον, ἀλλ' ἀφοσιούμενοι καὶ ταῖς περὶ αὐτῶν δόξαις πρὸς βασιλέα. Διεβάλλοντο γὰρ τὰ αὐτοῦ φρονεῖν· ἀποχρησάμενοι δὲ τῇ ὀργῇ βασιλέως, ἣν κατὰ Μακεδονίου εἶχεν ἐκ τῶν πρόσθεν εἰρημένων, καθαιροῦσιν αὐτόν· καὶ Ἐλεύσιον τὸν Κυζίκου ἐπίσκοπον, καὶ Βασίλειον τὸν Ἀγκύρας, καὶ Ἑορτάσιον τὸν Σάρδεων, καὶ Δρακόντιον τὸν Περγάμου. Διαφερόμενοί τε περὶ δόγματος, ἐν τῷ καθαιρεῖν τούτους, οὐκ ἐμέμφοντο τὴν αὐτῶν πίστιν. Αἰτίας δὲ ἐπῆγον, κοινῇ μὲν πᾶσιν, ὡς τὰς Ἐκκλησίας ἐτάραξαν, καὶ εἰς τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς νόμους ἐξήμαρτον· ἰδίᾳ δὲ ἐγκλήματα ἐπέφερον, Βασιλείῳ μὲν ὡς Διογένην πρεσβύτερον ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας τὴν Ἄγκυραν διοδεύοντα, χάρτας τε ἀφείλετο, καὶ ἐτύπτησε· καὶ κληρικοὺς ἐκ τῆς Ἀντιοχείας, καὶ παρὰ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν, Κίλικάς τε καὶ Γαλάτας καὶ Ἀσιανοὺς, ὑπερορίοις φυγαῖς καὶ ἄλλαις τιμωρίαις ζημιοῦν ἀκρίτως τοῖς ἄρχουσιν ἐπέταττεν· ὡς καὶ σιδηρῶν αὐτοὺς πειραθῆναι δεσμῶν, καὶ τὰ ὄντα προσαπολύειν (30) τοῖς ἀπάγουσι στρατιώταις, ἵνα μὴ ὑβρίζωνται. Ἐπῃτιῶντο δὲ αὐτὸν, καὶ ὡς βασιλέως προστάξαντος ἀχθῆναι πρὸς Κεκρόπιον, Ἀέτιόν τε καί τινας τῶν σὺν αὐτῷ, ἀπολογησομένους ἐφ' οἷς ἐνεκάλει, πέπεικε τὸν ἐπιτραπέντα τὴν τοῦ κρατοῦντος πρόσταξιν, ἅ γε αὐτῷ ἐδόκει πρᾶξαι· Ἑρμογένει δὲ τῷ ὑπάρχῳ (31), καὶ τῷ κρατοῦντι Συρίας ἔγραψε, τίνας τε καὶ ὅπῃ χρὴ μετοικισθῆναι· καὶ τοῦ βασιλέως μετακαλεσαμένου τούτους ἀπὸ τῆς ὑπερορίας, οὐ συνεχώρησεν, ἄρχουσι καὶ ἱερεῦσιν ἐναντιούμενος. Προσέθεσαν δὲ ὅτι καὶ Γερμανίῳ τὸν ἐν Σιρμίῳ κλῆρον ἐπανέστησε, καὶ κοινωνεῖν αὐτῷ (32) καὶ Οὐάλεντι καὶ Οὐρσακίῳ γράφων, διέβαλλεν αὐτοὺς πρὸς τοὺς Ἀφρικῆς ἐπισκόπους· ἐγκαλούμενός τε ἠρνεῖτο, καὶ ἐπιώρκει· καὶ φωραθεὶς, ἐπεχείρει σοφίζεσθαι τὴν ἐπιορκίαν. Καὶ διχονοίας καὶ στάσεως αἴτιος ἐγένετο Ἰλλυριοῖς

A Gothorum episcopus [1]. Cumque essent numero quinquaginta, in unum collecti, formulam fidei quæ Arimini recitata fuerat, suffragiis suis comprobarunt, hoc tantum adjecto, ne quis in posterum substantiam in Deo aut hypostasim diceret; utque præter hanc formulam reliquæ omnes, tam quæ antea scriptæ quam quæ postea scribendæ essent, condemnarentur. His rebus confectis, Aetium diaconatu exuunt, utpote qui libros contentiosos et ad ostentationem scientiæ, a more institutoque Ecclesiarum alienæ, compositos scriberet, et in disputando impiis vocibus uteretur; tumultus denique ac seditionis in Ecclesiis auctor fuisset. Sunt qui dicant eos non sponte, neque ex animo, Aetium deposuisse: sed ut apud imperatorem purgarent se ea suspicione quæ de ipsis concepta erat. Accusabantur enim quod cum Aetio idem sentirent. Post hæc abutentes imperatoris ira, qua ille adversus Macedonium, ob ea quæ supra diximus, erat incensus, Macedonium episcopatu abdicant: ac præterea Eleusium episcopum Cyzici, Basilium Ancyræ, Heortasium Sardium, et Dracontium Pergami. Ac licet in doctrina fidei inter se dissentirent, tamen dum istos deponerent, fidem eorum nullatenus reprehenderunt. Sed crimina illis objiciebant, in commune quidem omnibus, quod ecclesias perturbassent, et adversus ecclesiasticas leges deliquissent. Privatim vero singulis objiciebant: Basilio quidem, quod Diogeni cuidam presbytero Alexandrino per Ancyram iter facienti, chartas abstulisset, et verbera intulisset: quodque provinciarum rectoribus præcepisset ut clericos quosdam Antiochenses, et ex provinciis ad Euphratem sitis, Cilicas item et Galatas et Asianos, indicta causa, exsilio aliisque suppliciorum generibus condemnarent: ita ut illi ferrea perpessi sint vincula, ac præterea facultates suas militibus ipsos deducentibus, redemptionis loco dederint, ne contumeliis afficerentur. Accusabant etiam illum quod, cum imperator Aetium et quosdam ejus asseclas ad Cecropium duci jussisset, causam dicturos de criminibus quæ illis intentabat, persuasisset Basilius ei cui ea res ab imperatore commissa **169** fuerat, ut ea quæ ipse vellet exsequeretur: quodque ad Hermogenem præfectum prætorio et ad consularem Syriæ scripsisset quinam et quo loci deportandi essent; et quod postea, cum impe-

[1] Socr., lib. II, c. 41.

## VALESII ANNOTATIONES.

αὐτῷ διαφέρειν κατ' ἔννοιαν, ὅμοιον ὁμολογεῖν καὶ ὁμοούσιον· καὶ ὡς οὐκ ἂν ἁμάρτοι, εἰ ὀνόμασι, etc. Ita perspicua redditur sententia, quam nec Nicephorus, nec interpretes intellexerunt. Nam Nicephorus hæc verba, ὡς οὐκ ἂν ἁμάρτοι, de Ariminensis concilii Patribus intellexit, cum tamen aut de ipso Constantio intelligantur, aut de quolibet alio.

(30) *Τὰ ὄντα προσαπολλύειν*. In Fuketiano codice scriptum inveni προσαπολύειν.

(31) *Ἑρμογένει δὲ τῷ ὑπάρχῳ*. Hic est Hermogenes Ponticus, præfectus prætorio Orientis, de quo loquitur Ammianus Marcellinus in libro XIX.

(32) *Καὶ κοινωνεῖν αὐτῷ*. In codice Fuketiano scriptum inveni, καὶ κοινωνὸν αὐτῷ. Quæ scriptura, licet mendosa, viam mihi ad veram lectionem aperuit. Sic igitur scribendum existimo, καὶ κοινωνῶν αὐτῷ καὶ Οὐάλεντι καὶ Οὐρσακίῳ, γράφων διέβαλλεν αὐτούς, etc. Accusabatur enim Basilius quod, cum communicaret Germinio et Valenti atque Ursacio, eos tamen criminatus esset in litteris quas ad episcopos Africæ scripserat, tanquam hæreticos.

Digitized by Google

rator illos ab exsilio revocasset, id ille non permisisset; principibus ac sacerdotibus sese opponens. Ilis addebant quod clerum Sirmiensis Ecclesiæ adversus Germinium concitasset: et cum eodem Germinio et Ursacio ac Valente communionem se habere scribens, eos tamen apud episcopos Africæ insimulasset: eaque de re accusatus, negasset ac pejerasset: convictus vero, perjurium cavillando eludere conaretur. Ad hæc quod Illyriis, Italis et Afris discidii ac tumultus causa exstitisset, et eorum quæ Romanæ Ecclesiæ contigerant, auctor fuisset. Item quod cum ancillam in vincula conjici curasset, falsum confiteri adversus dominam suam adegisset: et quod turpis vitæ hominem qui mulierem nequaquam nuptiali fœdere sibi copulatam domi habebat, sacro lavacro tinxisset, et ad diaconatus officium promovisset. Præterea quod medicum quemdam circumforaneum, qui multarum cædium auctor exstiterat, ab Ecclesia non segregasset. Postremo quod ad sacram mensam conjurationes facere solitus esset, diras imprecationes concipiens, et clericos jurare compellens, nunquam se mutuo accusaturos. Hæc autem callide ab ipso fieri dicebant, ut ipse qui universo clero præerat, criminantium accusationes effugeret. Et hæ quidem sunt causæ, ut compendio dicam, ob quas Basilium a se depositum esse scripserunt. Eustathius autem depositus est, primum quidem propterea quod, cum presbyter esset, pater ipsius Eulalius, episcopus Cæsareæ Cappadociæ, ipsum prius damnaverat, et a precum communione separaverat. Postea vero eo quod apud Neocæsaream Ponti urbem excommunicatus fuerat a synodo: et ab Eusebio Constantinopoleos episcopo depositus, eo quod in quibusdam dispensationibus ipsi commissis, parum fidelis deprehensus fuisset. Deinde tanquam secus quam oportet prædicans, et agens, et sentiens, a Gangrensi concilio episcopatu exutus fuerat: in Antiochensi autem synodo perjurii convictus erat. Et quod decreta eorum qui Melitinæ congregati fuerant, subvertere conaretur: quodque

A καὶ Ἰταλοῖς καὶ Ἄφροις, καὶ τῶν περὶ τὴν Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν συμβάντων. Δούλην τε δεσμῶτιν γενέσθαι σπουδάσας, ἐβιάζετο ψευδῆ καθομολογεῖν τῆς δεσποίνης· καὶ ἄνδρα αἰσχρῶς βεβιωκότα, οὐ νόμῳ γάμου γυναικὶ συμβιοῦντα, ἐβάπτισέ τε καὶ διακονεῖν τῷ Θεῷ ἠξίωσε. Περιοδευτὴν δὲ (33) φόνων αἴτιον γενόμενον, οὐκ ἐχώρισε τῆς Ἐκκλησίας. Καὶ ὅτι γε παρὰ τὴν ἱερὰν τράπεζαν συνωμοσίας ἐποιεῖτο, ἀρώμενός τε, καὶ τοὺς κληρικοὺς ἐπόμνυσθαι παρασκευάζων, μὴ κατηγορεῖν ἀλλήλων. Εἶναι δὲ ταύτην τέχνην τοῦ αὐτὸν προεστῶτα τοῦ κλήρου, τὰς τῶν ἐγκαλούντων κατηγορίας διαφυγεῖν. Βασιλείου μὲν οὖν, ὡς ἐν βραχεῖ εἰπεῖν, τάδε αἴτια τῆς καθαιρέσεως ἐποιοῦντο. Εὐσταθίου δὲ, πρῶτον μὲν ὡς ἡνίκα πρεσβύτερος ἦν προκατεγνώκει αὐτοῦ Εὐλάλιος ὁ πατὴρ,
B καὶ τῶν εὐχῶν ἀφώρισεν, ἐπίσκοπος ὢν τῆς ἐν Καππαδοκίᾳ Ἐκκλησίας Καισαρείας (34)· μετὰ δὲ τοῦτο ἐν Νεοκαισαρείᾳ τοῦ Πόντου, ὑπὸ συνόδου ἀκοινώνητος ἐγεγόνει· καὶ ὑπὸ Εὐσεβίου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπου καθῃρέθη, ἐπὶ διοικήσεσί τισιν αἷς ἐπετράπη καταγνωσθείς· ἔπειτα δὲ, ὡς οὐ δέον διδάσκων τε καὶ πράττων καὶ φρονῶν, ἀφῃρέθη τῆς ἐπισκοπῆς παρὰ τῶν ἐν Γάγγραις συνεληλυθότων· ἐπὶ δὲ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου (35), ἐπιορκίας ἑάλω· καὶ ὅτι ἀνατρέπειν ἐπιχειρεῖ τὰ δόξαντα τοῖς ἐν Μελιτινῇ συνελθοῦσι. Καὶ πλείστοις ἐγκλήμασι ἔνοχος ὢν, δικαστὴς ἠξίου εἶναι, καὶ ἑτεροδόξους τοὺς ἄλλους ἀπεκάλει. Ἐλεύσιον δὲ καθεῖλον, ὡς Ἡράκλειόν τινα Τύριον τὸ γένος, ἱερέα τοῦ ἐνθάδε Ἡρακλέους γενόμενον, ἐπὶ γοητείᾳ γραφέντα καὶ
C ζητητέον ὄντα, καὶ διὰ τοῦτο φυγάδα ἐν Κυζίκῳ διατρίβοντα, διακονίας Θεοῦ ἀπερισκέπτως ἠξίωσε, Χριστιανισμὸν ὑποκρινόμενον, καὶ οὐδὲ τοιοῦτον ὄντα μετὰ ταῦτα μαθὼν, τῆς Ἐκκλησίας ἐχώρισε· καὶ ὡς παρὰ Μάρι (36) τοῦ Χαλκηδόνος ἐπισκόπου, ὃς ἐκοινώνει ταύτης τῆς συνόδου, ἄνδρας κατεγνωσμένους, εἰς Κύζικον ἀφικομένους, ἐχειροτόνησεν ἀκρίτως. Ἑορτάσιον δὲ καθεῖλον, ὡς ἐπίσκοπον Σάρδεων γενόμενον μὴ συναινεσάντων τῶν ἐν Λυδίᾳ ἐπισκόπων· Δρακόντιον δὲ τὸν Περγάμου, ὡς πρότερον ἐν Γαλατίᾳ ἐπισκοποῦντα· καὶ ὡς παράνομον τὴν ἐφ'

## VALESII ANNOTATIONES.

(33) *Περιοδευτὴν δέ.* Sic Græci vocant medicos circumforaneos. De quibus vide quæ notavit Jacobus Sirmondus in Notis ad Ennodium. Hujusmodi autem medici homicidium patrare possunt duobus modis, aut per imprudentiam, aut scientes: puta si venenum alicui dederint occidendi alterius causa.

(34) *Ἐπίσκοπος ὢν τῆς ἐν Καππαδοκίᾳ Ἐκκλησίας Καισαρείας.* Mallem scribere, τῆς ἐν Καππαδοκῶν Καισαρείᾳ Ἐκκλησίας. Porro Eulalium hunc patrem Eustathii Sebasteni, quem Socrates ac Sozomenus episcopum fuisse dicunt Cæsareæ Cappadociæ, successorem fuisse existimo Hermogenis episcopi Cæsareæ. Etenim Hermogenes episcopus Cæsareæ, accepto ab Eustathio confessionis libello, presbyterum eum ordinaverat, ut testatur Basilius in *Epistola ad Occidentales.* Cum igitur Eulalius episcopus Cæsareæ Eustathium presbyterum a communione precum removerit, Hermogeni successerit necesse est. Miror tamen Basilium Magnum in D supradicta epistola nullam condemnationis Eulalii mentionem fecisse.

(35) *Τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου.* Hæc Antiochena synodus, in qua Eustathius perjurii reus convictus est, prorsus mihi ignota est. De Melitinensi autem synodo loquitur Basilius in epistola 79 ad Occidentales; ubi Eustathium in ea synodo depositum esse scribit. Ambæ vero istæ synodi, tam Melitinensis, quam Antiochena, aliquanto tempore præcesserunt Seleuciense concilium. Antiochena igitur synodus de qua hic loquitur Sozomenus, ea fortasse ipsa est in qua Georgius episcopus Alexandriæ designatus.

(36) *Ὥσπερ Μάρι.* In codice Fuketiano scriptum est, ὡς περὶ Μάρι. Quare non dubito quin scribendum sit, ὡς παρὰ Μάρι, etc. Ita etiam ante nos emendavit Jacobus Gothofredus in notis ad Philostorgium, pag. 246.

Digitized by Google

ἑκατέρῳ χειροτονίαν ἔλυσαν. Ἐπὶ τούτοις αὖθις συν- A ελθόντες, καθαιροῦσι Σιλβανὸν τὸν Ταρσοῦ ἐπίσκοπον, καὶ Σωφρόνιον τὸν Πομπηϊουπόλεως τῆς Παφλαγόνων, Ἐλπίδιόν τε τὸν Σατάλων, καὶ Νέωνα τὸν ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας. Καθεῖλον δὲ Σιλβανὸν, ὡς ἀρχηγὸν γενόμενον ἀπονοίας τοῖς ἄλλοις, ἔν τε Σελευκείᾳ καὶ Κωνσταντινουπόλει· καὶ Θεόφιλον προστάντα τῆς ἐν Κασταβάλοις Ἐκκλησίας, Ἐλευθερουπόλεως ἐπίσκοπον χειροτονηθέντα πρότερον παρὰ τῶν ἐπισκόπων Παλαιστίνης, καὶ ἐπομοσάμενον παρὰ γνώμην ἑτέραν μὴ ὑπεισιέναι ἐπισκοπήν. Σωφρόνιον δὲ, ὡς πλεονεκτεῖν καὶ καπηλεύειν ἐπιχειροῦντα τὰ προσφερόμενα τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ μετὰ κλῆσιν πρώτην καὶ δευτέραν, ἐπειδὴ μόλις ἀπήντησε, μὴ ἐθελήσαντα παρ' αὐτοῖς ἀπολογήσασθαι πρὸς τὰ ἐγκλήματα, B ἀλλὰ τοὺς ἔξωθεν αἱρεῖσθαι δικαστάς. Νέωνα δὲ, ὡς ἐπὶ τῆς ἰδίας ἐκκλησίας σπουδάσαντα Ἀννιανὸν χειροτονηθῆναι (37) Ἀντιοχέων ἐπίσκοπον· καὶ ἀπείρους τινὰς ἱερῶν Γραφῶν καὶ θεσμῶν Ἐκκλησίας, ἀπερισκέπτως πολιτευομένους ὄντας (38), ἐπισκόπους καταστήσαντα· οἳ μετὰ ταῦτα χρημάτων κτῆσιν τῆς ἱερωσύνης προὐτίμησαν, καὶ ἐγγράφως εἵλοντο τὰς οὐσίας ἔχοντες λειτουργεῖν, ἢ δίχα τούτων ἐπισκοπεῖν. Τὸν δὲ Ἐλπίδιον, ὡς βασιλείῳ ἐπὶ ταραχῇ συμμίξαντα, καὶ καθηγητὴν γενόμενον ἀταξίας· καὶ παρὰ τὰ δόξαντα τῇ ἐν Μελιτίνῃ συνόδῳ [n], Εὐσέβιον μὲν ἄνδρα καθῃρημένον πρεσβυτερείῳ ἀποκαταστήσαντα· Νεκταρίαν δέ τινα διὰ παραβάσεις συνθηκῶν καὶ ὅρκων ἀκοινώνητον γενομένην, διακονίας ἀξιώσαντα, μὴ μετὸν αὐτῇ τιμῆς κατὰ τοὺς νόμους τῆς Ἐκκλησίας. C

A ipse multorum criminum reus, tamen judex esse vellet, et alios hæreticos appellaret. Eleusium vero idcirco deposuerunt, quod Heraclium quemdam **170** patria Tyrium, qui flamen Herculis illic fuerat, et accusatus maleficii, atque ob id perquisitus, fugiens Cyzicum se receperat, temere ad diaconatum promovisset, cum is Christianam religionem se colere simularet; cumque illum ejusmodi esse postea didicisset, cum tamen ab Ecclesia minime præcidisset. Item quod nonnullos a Mari Chalcedonis episcopo, qui etiam huic synodo interfuit, condemnatos, cum Cyzicum venissent, inconsulte ordinavisset. Heortasius autem ideo discinctus est, quod absque consensu episcoporum Lydiæ factus esset Sardianorum episcopus. B Dracontium vero Pergamenum ideo deposuerunt, quod in Galatia prius episcopatum gessisset. Proinde utramque ordinationem, utpote illegitimam, infirmarunt. Post hæc iterum convenientes, Silvanum deponunt episcopum Tarsi, et Sophronium Pompeiopolis in Paphlagonia; Elpidium item Satalorum, et Neonam episcopum Seleuciæ in Isauria. Ac Silvanum quidem deposuerunt, propterea quod vesaniæ auctor ac signifer cæteris exstitisset, tum Seleuciæ, tum Constantinopoli, et quod Castabalensi Ecclesiæ Theophilum quemdam præfecisset, qui prius ab episcopis Palæstinensibus Eleutheropolis episcopus fuerat ordinatus, juramentoque sese obstrinxerat, nunquam se alium episcopatum C susceplurum absque illorum consensu. Sophronium vero abdicarunt, tanquam avarum, et qui res Ecclesiæ oblatas vendere, et in quæstum suum vertere conaretur: et propterea quod post secundam ac tertiam vocationem ægre comparens, de criminibus sibi illatis causam apud ipsos dicere noluisset, sed extraneos judices elegisset. Neonam vero ideo deposuerunt, quod ut Annianus Antiochensium episcopus in sua Ecclesia ordinaretur, impense studuisset, et quod nonnullos sacrarum Scripturarum et Ecclesiæ legum penitus ignaros, cum decuriones essent, inconsiderate episcopos ordinasset. Qui postea opum suarum possessionem sacerdotio prætulerunt, scriptoque testati sunt malle se bona sua retinendo publicis muneribus fungi, quam bonis suis exutos, episcopatum gerere. Elpidium denique abdicarunt, eo quod ad tumultum

## VALESII ANNOTATIONES

(37) *Ἀνιανὸν χειροτονηθῆναι.* Scribendum est Ἀννιανόν. Quod est nomen Romanum. Certe in codice Fuketiano legitur Ἀννίναν. Hic Annianus in Seleuciensi concilio ordinatus fuerat episcopus Antiochenus, deposito Eudoxio.

(38) *Πολιτευομένους ὄντας.* Hunc locum non intellexerunt interpretes. Nam Musculus vertit D *incircumspecte viventes*; quem secutus est Christophorsonus. Atqui πολιτευόμενοι sunt decuriones, qui et πολιτευταὶ dicuntur a Græcis, ut notavi ad librum XXII Ammiani Marcellini. Gregorius Nazianzenus in epistola 49, *Ad Olympium*: Πάντας πολίτας τε καὶ πολιτευτὰς καὶ ἀξιωματικούς. Hi functionibus publicis obnoxii erant, puta tributorum susceptioni, thermarum instructioni, ludorum editioni, curationi operum publicorum, et universis publicis muneribus. Itaque ex suo corpore eligebant susceptores, qui tributa exigerent; magistratus qui ludos ederent, et alios qui balnea instruerent et ligna præstarent; eorumque bona curiæ oppignerata erant, ita ut qui curiam reliquisset, suas facultates curiæ relinquere cogeretur. Inconsiderate igitur fecit Neon seu Neonas episcopus Seleuciæ, quæ metropolis erat Isauriæ, qui viros curiis obnoxios ad episcopatum promovit. Eos enim postea decuriones ad curiam revocarunt, aut certe bonis suis cedere eos jusserunt. Quo facto, novitii illi episcopi ad curiam reverti maluerunt, quam dimissis facultatibus episcopatum gerere.

## VARIORUM.

[n] *Τῇ ἐν Μελιτίνῃ συνόδῳ.* Celebrata Melitinæ in Armenia synodus anno circiter 358. Ejus nulla mentio in Collectionibus conciliorum generalium. Occurrit autem apud S. Basilium in epistola 79, *Ad Occidentales*, ubi Eustathium in ea synodo depositum esse testatur. Quare cum Meletius concilio Seleuciensi anno 359 congregato, tanquam episcopus Sebastenus adfuerit, jam eo anno Eustathius e Sebasteno episcopatu dejectus fuerat, sicque synodus Melitinensis anno 358 aut insequenti habita. Ant. Pagi ad ann. 357, n. 15.



Digitized by Google

excitandum Basilio sese adjunxisset, et auctorem ac magistrum se præbuisset immodestiæ; quodque contra decreta Melitinensis **171** synodi, Eusebium quidem, qui presbyterii gradu motus fuerat, in pristinum locum restituisset: Nectariam vero quamdam, quæ ob pactorum ac jurisjurandi fidem violatam a communione suspensa fuerat, ad diaconatus officium promovisset; cum tamen, juxta leges Ecclesiæ, nullum ei honorem capere liceret.

## CAP. XXV.

*Quas ob causas depositus sit Cyrillus episcopus Hierosolymorum: et de mutuis dissensionibus episcoporum qui in aliorum locum suffecti sunt: et quomodo Meletius in locum Eustathii episcopus Sebastiæ ordinatus est ab Arianis.*

Cum his vero[1] Cyrillum quoque exauctorarunt episcopum Hierosolymorum, propterea quod cum Eustathio et Elpidio communicasset, qui decreta Melitinensis synodi, cui ipse quoque interfuerat, abrogare studuerant; et quod post depositionem in Palæstina factam, communionem iniisset cum Basilio, et Georgio episcopo Laodiceno. Etenim post susceptum Hierosolymorum episcopatum, de jure metropolitano adversus Acacium episcopum Cæsareæ controversiam moverat, tanquam apostolicam sedem obtinens Ex quo factum fuerat ut inimicitias inter se susciperent, seseque mutuo accusarent quod non recte sentirent de divinitate. Nam et antea uterque eorum in suspicionem venerat: Acacius quidem quod cum Ario idem sentiret; Cyrillus vero quod eos sectaretur qui Filium Patri similem secundum substantiam asserebant. Cum igitur ita sentiret Acacius una cum episcopis provinciæ Palæstinæ, qui idem cum ipso sentiebant, Cyrillum præveniens deposuit hujusmodi ob causam: Cum Hierosolymorum regionem fames occupasset, egentium multitudo necessariis alimentis destituta, in Cyrillum utpote episcopum oculos conjecit: cum autem pecuniæ deessent quibus subveniri posset egentibus, Cyrillus thesauros ecclesiæ et sacra vela divendidit. Aiunt igitur quemdam postea donarium suum agnovisse in muliere scenica, quæ illo amicta erat: inquirentemque curiosius unde illud haberet, deprehendisse mercatorem qui illud mulieri vendiderat; mercatori vero episcopum venundedisse. Hanc ergo causam prætexens Acacius, Cyrillum deposuit: et hæc quidem ita gesta esse auditione accepi. Porro episcopos illos quos depositos tum fuisse supra retulimus, Acaciani Constantinopoli expulerunt. Decem autem

[1] Socr. lib. II, c. 40.

A

## ΚΕΦ. ΚΕ'.

*Αἰτίαι τῶν καθαιρέσεων Κυρίλλου τοῦ Ἱεροσολύμων ἐπισκόπου, καὶ διαφοραὶ τῶν ἀντικαθισταμένων τῶν τότε ἐπισκόπων ἀλλήλοις· καὶ ὡς Μελέτιος ὑπὸ Ἀρειανῶν χειροτονηθεὶς, ἀντὶ Εὐσταθίου Σεβαστίας προεβιβάσθη.*

Σὺν τούτοις δὲ καὶ Κύριλλον τὸν Ἱεροσολύμων καθεῖλον, ὡς Εὐσταθίῳ καὶ Ἐλπιδίῳ κεκοινωνηκότα, ἐναντία σπουδάσασι τοῖς ἐν Μελιτινῇ συνελθοῦσι, μεθ' ὧν καὶ αὐτὸς συνεληλύθει· καὶ ὡς μετὰ τὴν ἐν Παλαιστίνῃ καθαίρεσιν, κοινωνίας μετασχόντα σὺν Βασιλείῳ, καὶ Γεωργίῳ τῷ Λαοδικείας ἐπισκόπῳ· ἐπειδὴ ἐπετράπη (39) τὴν Ἱεροσολύμων ἐπισκοπὴν, περὶ μητροπολιτικῶν δικαίων διεφέρετο πρὸς Ἀκάκιον τὸν Καισαρείας, ὡς ἀποστολικοῦ θρόνου ἡγούμενος· ἐντεῦθέν τε εἰς ἀπέχθειαν κατέστησαν, καὶ B ἀλλήλους διέβαλον, ὡς οὐχ ὑγιῶς περὶ Θεοῦ φρονοῖεν· καὶ γὰρ καὶ πρὶν ἐν ὑπονοίᾳ ἑκάτερος ἦν, ὁ μὲν τὰ Ἀρείου δογματίζων· Κύριλλος δὲ, τοῖς ὁμοιούσιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν εἰσηγουμένοις ἑπόμενος. Οὕτω δὲ ἔχων γνώμης Ἀκάκιος, σὺν τοῖς τὰ αὐτοῦ φρονοῦσιν ἐπισκόποις τοῦ ἔθνους, φθάνει καθελὼν Κύριλλον ἐπὶ προφάσει τοιᾷδε. Λιμοῦ καταλαβόντος τὴν Ἱεροσολύμων χώραν, ὡς εἰς ἐπίσκοπον ἔβλεπε τὸ τῶν δεομένων πλῆθος, τῆς ἀναγκαίας τροφῆς ἀπορούμενον· ἐπεὶ δὲ χρήματα οὐκ ἦν οἷς ἐπικουρεῖν ἔδει κειμήλια καὶ ἱερὰ παραπετάσματα ἀπέδοτο. Ἐκ τούτων δὲ λόγος, τινὰ ἐπιγνῶναι οἰκεῖον ἀνάθημα γυναῖκα ἐκ τῶν ἐπὶ θυμέλης ἠμφιεσμένην· πολυπραγμονῆσαί τε ὅθεν ἔχοι, καὶ εὑρεῖν ἔμπορον αὐτῇ ἀποδόμενον· τῷ δὲ ἐμπόρῳ τὸν ἐπίσκοπον. Αἰτίαν δὲ ταύτην προϊσχόμενον, C καθελεῖν αὐτὸν Ἀκάκιον· καὶ τὰ μὲν, ὡς ἐπυθόμην, ὧδε ἔχει· τοὺς δὲ δηλωθέντας, ὡς εἴρηται, καθαιρεθέντας ἐξήλασαν οἱ ἀμφὶ Ἀκάκιον τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Τοὺς δὲ σὺν αὐτοῖς, οἳ ταῖς καθαιρέσεσιν ὑπογράφειν οὐκ ἠνείχοντο, δέκα τὸν ἀριθμὸν ὄντας, καθ' ἑαυτοὺς εἶναι τέως παρεκελεύσαντο, καὶ μήτε λειτουργεῖν, μήτε τὰς ἐκκλησίας διοικεῖν, ἄχρις ἂν ταύταις ὑπογράψωσιν. Εἰ δὲ μὴ μεταπεισθεῖεν ἐντὸς μηνῶν ἕξ, καὶ πᾶσι τοῖς δόξασι καὶ πεπραγμένοις ἐν τῇ συνόδῳ ταύτῃ συναινέσωσι, καὶ

## VALESII ANNOTATIONES.

(39) *Ἐπειδὴ ἐπετράπη.* Assentior Christophorsono et Savilio, qui hunc locum supplent adjectis duabus vocibus hoc modo: καὶ ὅτι ἐπειδὴ, etc. Porro Acacius Cæsariensis episcopus, jura metropolitani merito sibi vindicabat, tum ex antiqua consuetudine, tum ex canone 7 concilii Nicæni. Jus autem metropolitani in eo præcipue consistit, ut ordinationes episcoporum ejus provinciæ non fiant absque ipsius consensu et auctoritate; utque episcopi omnes ad ipsius concilium vocati venire cogantur. Ita enim statutum est in canonibus Nicænis. Cæterum hic Sozomeni locus aliter etiam emendari potest, et quidem leviori mutatione, in hunc mo- D dum: Ἐπειδὴ γὰρ ἐπετράπη, etc. Dixerat enim paulo ante Sozomenus Cyrillum, postquam depositus fuisset in Palæstina, communicasse cum Basilio et Georgio. Nunc igitur exponit quomodo et quam ob causam depositus fuerit ab Acacio. Nicephorus tamen priorem emendationem tuetur: sic enim habet: Ἔτι δὲ καὶ ὡς τὴν τῶν Ἱεροσολύμων ἐκκλησίαν ἐπιτραπεὶς, περὶ τῶν τῆς ἐνορίας δικαίων πρὸς Ἀκάκιον διεφέρετο. Verum Epiphanius Scholasticus conjecturam nostram prorsus confirmat. Sic enim vertit: *Cum enim Cyrillus Hierosolymorum suscepisset episcopatum*, etc.

Digitized by Google

αὐτοὺς καθαιρεῖσθαι· τοὺς δὲ κατ' ἔθνος ἐπισκόπους συνιόντας, ἀντὶ αὐτῶν χειροτονεῖν ἑτέρους. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα αὐτοῖς ἐβεβούλευτο καὶ εἰς ἔργον ἴκτο, γράφουσι τοῖς πανταχοῦ ἐπισκόποις καὶ κληρικοῖς, τάδε φυλάττειν καὶ ἐπιτελεῖν· ἐκ τούτου τε, οὐ πολλῷ ὕστερον ἀντικαθίστανται πρὸς τῶν ἀμφὶ τὸν Εὐδόξιον, ἄλλος ἄλλῳ· Μακεδονίῳ τε αὐτὸς Εὐδόξιος, καὶ Βασιλείῳ Ἀθανάσιος· καὶ Ἐλευσίῳ Εὐνόμιος, ὃς ἀρχηγὸς μετὰ ταῦτα ἐγένετο τῆς ἀπ' αὐτοῦ καλουμένης αἱρέσεως· ἀντὶ δὲ Εὐσταθίου, Μελέτιος τὴν ἐν Σεβαστείᾳ Ἐκκλησίαν ἐπετράπη.

A episcopos ex suo numero, qui depositionibus subscribere detrectabant, separatim agere jusserunt, et neque divino ministerio fungi, neque ecclesias **172** suas gubernare, donec depositionibus illis subscripsissent. Quod si intra sex mensium spatium non resipuissent, nec omnibus synodi decretis ac gestis consensissent, ipsos quoque deponi jusserunt: utque episcopi uniuscujusque provinciæ simul convenientes, in eorum locum alios subrogarent. Cum hæc ab illis consulta et ad effectum perducta essent, omnibus ubique locorum episcopis et clericis scripserunt ut hæc observarent, et exsecutioni mandarent. Itaque haud multo post, alii in aliorum locum substituti sunt ab Eudoxianis. Et in Macedonii quidem locum Eudoxius ipse suffectus est; in locum autem Basilii Athanasius; Eunomius vero, is qui postea nominis sui hæresim condidit, in locum Eleusii est subrogatus; denique Meletius Sebastiæ Ecclesiam vice Eustathii regendam suscepit.

## ΚΕΦΑΛ. ΚϚ'.

*Τελευτὴ Μακεδονίου Κωνσταντίνου πόλεως· καὶ τί διδάσκων εἴρηκεν ὁ Εὐδόξιος· καὶ ὡς Εὐδόξιος καὶ Ἀκάκιος πλεῖστα ἔσπευσαν, τήν τε ἐν Νικαίᾳ πίστιν, καὶ τὴν ἐν Ἀριμήνῳ ἐκ τοῦ μέσου θεῖναι· καὶ ὅσος τάραχος ἐντεῦθεν ταῖς Ἐκκλησίαις ἐπισυνέβη.*

Ἀφαιρεθεὶς δὲ Μακεδόνιος τὴν Κωνσταντινουπόλεως Ἐκκλησίαν, εἴς τι παρὰ πύλας χωρίον διέτριβεν· ἔνθα καὶ ἐτελεύτησεν. Εὐδόξιος δὲ τὴν Ἐκκλησίαν κατέσχεν· ἡνίκα δὴ Κωνσταντίου τὸ δέκατον, καὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ Καίσαρος τὸ τρίτον ὑπατευόντων, τὸ πρῶτον ἐκκλησιάζων ἐπὶ τῇ τελεσιουργίᾳ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ἣν Σοφίαν ὀνομάζουσι, λέγεται ἐπὶ τὸ τοῦ ἱερέως ἀναβὰς βῆμα, οἷα δὴ τὸν λαὸν διδάσκων, ἀρχόμενος τοῦ λόγου εἰπεῖν· ὡς ὁ μὲν Πατὴρ ἀσεβής· ὁ δὲ Υἱὸς εὐσεβής. Θορυβήσαντος δὲ τοῦ πλήθους, Ἠρεμεῖτε, ἔφη· ὁ μὲν Πατὴρ ἀσεβής, ὅτι οὐδένα σέβει· ὁ δὲ Υἱὸς εὐσεβής, ὅτι Πατέρα σέβει. Καὶ ὁ μὲν ὧδε εἰπών, εἰς γέλωτα τοὺς ἀκούοντας μετέβαλε. Κοινῇ δὲ ὅτι μάλιστα αὐτός τε καὶ Ἀκάκιος πᾶσαν ἐποιοῦντο σπουδήν, εἰς λήθην ἄγειν πάντας τῶν ἐν Νικαίᾳ δοξάντων, καὶ τὴν ἀναγνωσθεῖσαν ἐν Ἀριμήνῳ γραφήν, μεθ' ὧν αὐτοὶ προστεθείκασιν ὡς διορθώσοντες, ἀνὰ πᾶν τὸ ὑπήκοον ἐξέπεμψαν, καὶ τοὺς ταύτῃ μὴ ὑπογράφοντας ἐκέλευον ὑπερορίᾳ φυγῇ ζημιοῦσθαι, κατὰ πρόσταγμα τοῦ βασιλέως. Ὧδε γάρ, φησίν, ἐσπούδαστο (40), λογιζομένοις ἀκονιτὶ τῆς σπουδῆς ἐπιτεύξασθαι. Τὸ δὲ ἦν ἀρχὴ μεγίστων συμφορῶν· ἐμφερὴς δὲ ἦν τοῖς εἰρημένοις τάραχος ἀνὰ πᾶν τὸ ὑπήκοον· καὶ τὰς πανταχοῦ Ἐκκλησίας διωγμὸς εἶχε μονονουχὶ παραπλήσιος τοῖς πρὶν ἐπὶ τῶν ἑλληνιστῶν βασιλέων. Εἰ γὰρ ταῖς εἰς σῶμα τιμωρίαις μετριώτερος ἐδόκει, χαλεπώτερος εἰκότως τοῖς εὖ φρονοῦσι, διὰ τὴν αἰσχύνην ἐφαίνετο. Ἄμφω γάρ, ὅ τε διώκων καὶ ὁ διωκόμενος, ἐκ τῆς Ἐκκλησίας ὥρμηντο. Καὶ τοσοῦτον αἰσχρὸν τὸ κακόν, ὅσον πρὸς

B

## CAP. XXVI.

*De obitu Macedonii Contantinopolitani episcopi: et quid in prima concione dixerit Eudoxius: et quomodo Eudoxius et Acacius Nicænam et Ariminensem fidei formulam abolere omni ope conati sint: et quantus ex ea re tumultus Ecclesiis contigerit.*

Cæterum Macedonius, Constantinopolitana spoliatus Ecclesia, in locum quemdam juxta urbis regiæ portas se recepit, ibique extremum diem obiit [1]. Eudoxius vero ejus loco Ecclesiam obtinuit, Constantio Augusto decies, et Juliano Cæsare ter consulibus. Quo quidem tempore, cum primum plebem colligeret in dedicatione magnæ ecclesiæ quam Sophiam vocant, conscenso sacerdotali suggestu, utpote concionaturus ad populum, hæc in C ipso sermonis exordio dixisse fertur: Pater quidem impius est, Filius autem pius. Cumque plebs tumultuaretur: Conquiescite, inquit. Pater quidem impius est, propterea quod neminem colit. Filius vero pius, quia colit Patrem. Quo dicto, auditoribus risum movit. Porro tam ipse quam Acacius, simul juncti, omni ope laborarunt ut eorum quæ Nicææ statuta fuerant memoriam ex omnium animis abolerent. Et fidei formulam quæ Arimini recitata est, una cum additamentis quæ ipsi tanquam eam correcturi adjecerant, ad omnes imperii Romani provincias miserunt: eosque qui huic fidei subscribere renuissent, in exsilium ablegari jusserunt ex imperatoris mandato. Id enim illi studuerant, cum existimarent se hoc pacto ea quæ D vellent facile perfecturos esse. Verum ea res gravissimarum calamitatum causa exstitit. Nam per universum orbem Romanum tumultus non dissimilis iis quos supra retulimus exortus est, et omnes ubique Ecclesias quædam quasi persecutio occupavit, cujusmodi olim sub ethnicis imperato-

[1] Socr. lib. II, c. 43.

## VALESII ANNOTATIONES.

(40) *Ὧδε γάρ, φησίν, ἐσπούδαστο.* Scribe meo periculo, ὧδε γὰρ σφίσιν ἐσπούδαστο. Nihil certius hac emendatione.

Digitized by Google

ribus grassata fuerat. Etsi enim hæc, quod quidem ad cruciatus attinet, remissior videbatur, prudentibus tamen viris propter infamiam visa est acerbior. Utrique enim, et is qui persequebatur, et ille qui persecutionem sustinebat, ex Ecclesia **173** erant. Tantoque turpius erat id malum, quanto gravius est adversus tribules et cognatos, ea quæ hostes solent perpetrare : cum tamen divina lex prohibeat ne adversus extraneos ejusmodi animo simus.

A τῷ ὁμοφύλους τὰ πολεμίων δρᾷν (40*), καὶ περὶ ἀλλοφύλους τοιούτους εἶναι, ὁ ἱερατικὸς θεσμὸς ἀπηγόρευσεν.

## CAP. XXVII.

*Quomodo Macedonius postquam e sede sua ejectus est, adversus Spiritum sanctum impie locutus sit ; et quo pacto Marathonius, una cum quibusdam aliis, ejus hæresim auxit.*

Novitas autem cum laudaretur, magis magisque increvit, et ad res quotidie novandas processit : fastuque et arrogantia elata, despectis patriis constitutionibus, privatas leges constituit [1]. Nec eadem cum vetustioribus sentire de Deo sustinuit : sed peregrina in dies dogmata excogitans, nova novis accumulare nunquam destitit. Quod quidem etiam tunc accidit. Postquam enim Macedonius Constantinopolitana exutus est Ecclesia, non amplius eamdem cum Acacio et Eudoxio opinionem tenuit. Docebat enim Filium quidem Deum esse, per omnia similem Patri, adeoque secundum substantiam ; Spiritum vero sanctum, ejusdem honoris et dignitatis expertem esse asserebat : famulum ac ministrum eum appellans, et quæcunque alia quispiam de angelis dicens, non aberraverit. Eamdem cum illo opinionem amplexi sunt Eleusius et Eustathius et reliqui omnes qui eo tempore a contrariæ sententiæ assertoribus depositi fuerant Constantinopoli. Quibus haud exigua pars populi adhæsit, tam Constantinopoli quam per Thraciam, Bithyniam, et Hellespontum, finitimasque provincias. Nam vivendi ratio, quam vulgus potissimum spectare solet, haudquaquam in illis culpanda erat. Etenim incessus quidem eorum gravis; disciplina vero monasticæ similis fuit. Ad hæc sermo non invenustus, et ingenium ad persuadendum accommodatum. Cujusmodi tunc fuisse dicitur Marathonius: qui ex rationario publico officii præfecturæ prætorianæ, cum opes maximas sibi comparasset, finita militia, ægrorum ac pauperum sub eodem tecto degentium curam gessit. Postea vero, suasu Eustathii Sebastiæ episcopi, monasticam amplexus est vitam : et sodalitium monachorum instituit Constantinopoli, quod ad nostram usque ætatem continua successione perseveravit. Hanc porro

## ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

*Ὡς μετὰ τὸ ἐκστῆναι τοῦ θρόνου, Μακεδόνιος κατὰ τοῦ ἁγίου ἐβλασφήμησε Πνεύματος· καὶ ὅτι Μαραθώνιος σὺν ἄλλοις τὴν ἐκείνου αἵρεσιν ηὔξησαν.*

Ἡ δὲ κοινότης (41) ἐπαινουμένη ἔτι μᾶλλον ἐπεδίδου, καὶ πρὸς νεωτερισμὸν εἷρπεν· ἀπαυθαδειαζομένη τε καὶ τῶν πατρικῶν ὑπερφρονοῦσα, ἰδίους ἐτίθει νόμους. Καὶ τὰ αὐτὰ τοῖς ἀρχαιοτέροις περὶ B Θεοῦ δοξάζειν οὐκ ἠξίου. Ἀεὶ δὲ ξένα περινοοῦσα δόγματα, οὐκ ἠρέμει τῶν καινῶν καινοτέροις σπουδάζουσα, ὥσπερ δὴ καὶ νῦν συνέβη. Ἐπειδὴ γὰρ Μακεδόνιος ἀφῃρέθη τὴν Κωνσταντινουπόλεως Ἐκκλησίαν, οὐκέτι παραπλησίως ἐδόξαζε τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἀκάκιον καὶ Εὐδόξιον. Εἰσηγεῖτο δὲ τὸν Υἱὸν Θεὸν εἶναι, κατὰ πάντα τε καὶ κατ' οὐσίαν ὅμοιον τῷ Πατρί. Τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα, ἄμοιρον τῶν αὐτῶν πρεσβείων ἀπεφαίνετο, διάκονον καὶ ὑπηρέτην καλῶν, καὶ ὅσα περὶ τῶν θείων ἀγγέλων λέγων τις, οὐκ ἂν ἁμάρτοι. Ταύτης δὲ τῆς δόξης ἐκοινώνουν αὐτῷ, Ἐλεύσιός τε καὶ Εὐστάθιος, καὶ ὅσοι τότε παρὰ τῶν ἐκ τῆς ἐναντίας αἱρέσεως ἐν Κωνσταντινουπόλει καθῃρέθησαν· οἷς οὐκ ὀλίγη μοῖρα τοῦ λαοῦ ἐπέθετο κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν, Βιθυνίαν τε καὶ Θρᾴ- C κην καὶ Ἑλλήσποντον, καὶ τὰ πέριξ ἔθνη. Καὶ γὰρ δὴ καὶ τὰ περὶ τὸν βίον, ᾧ μάλιστα τὰ πλήθη προσέχει τὸν νοῦν, οὐ φαύλως εἶχον. Πρόοδός τε γὰρ ἦν αὐτοῖς σεμνή· καὶ παραπλησία μοναχοῖς ἡ ἀγωγή· καὶ λόγος οὐκ ἄκομψος, καὶ ἦθος πείθειν ἱκανόν. Οἷον δὴ τότε καὶ Μαραθώνιον γενέσθαι φασίν· ὃς ἀπὸ ψηφιστοῦ δημοσίου (42) τῶν ὑπὸ τοὺς ὑπάρχους στρατιωτῶν, πλοῦτον πολὺν συλλέξας, ἐπειδὴ τῆς στρατιᾶς ἐπαύσατο, συνοικίας νοσούντων καὶ πτωχῶν ἐπεμελεῖτο· μετὰ δὲ ταῦτα, πείσαντος Εὐσταθίου τοῦ Σεβαστείας ἐπισκόπου, τὸν ἀσκητικὸν βίον ἐπῄνεσε, καὶ συνοικίαν μοναχῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνεστήσατο, ἣ καὶ ἐξ ἐκείνου εἰσέτι νῦν ἐστι ταῖς διαδοχαῖς σωζομένη. Ἐπὶ τοσοῦτον δὲ ταύτῃ τῇ αἱ- D ρέσει σπουδῇ καὶ χρήμασιν ἰδίοις συνελάβετο, ὡς καὶ πρός τινων Μαραθωνιανοὺς τοὺς Μακεδονίου ὀνομάζεσθαι, ἐμοὶ δοκεῖ, οὐκ ἀπεικότως. Φαίνεται γὰρ

[1] Socr. lib. II, c. 45.

## VALESII ANNOTATIONES.

(40*) *Ὅσον πρὸς τῷ ὁμοφύλους τὰ πολεμίων δρᾷν.* In codice Fuketiano scriptum est ὅσον πρὸς τὸ ὁμοφύλους τὰ πολεμίων δρᾷν; et post verbum δρᾷν apposita est media distinctio. Subaudienda autem sunt hæc verba, μᾶλλον δεινόν ἐστιν ἢ πρὸς ἀλλοφύλους. Vulgata tamen lectio ferri potest hoc sensu : *Et tanto turpius erat hoc malum, quanto non solum erga tribules hostili more grassari, verum etiam erga extraneos sacerdotalis lex prohibet.* Sacerdotibus enim ne adversus hostem quidem armis uti licet.

(41) *Ἡ δὲ κοινότης.* Scribendum est procul dubio καινότης, ut Christophorsonus et Savilius emendant. Paulo post ex codice Fuketiano emendavi, πρὸς νεωτερισμὸν εἷρπεν.

(42) *Ὃς ἀπὸ ψηφιστοῦ δημοσίου.* Id est, ex numerario officii præfectorum prætorio. De his numerariis mentio fit in Codice Theodosii, et in Notitia imperii Romani. Multa de his olim notavi ad librum XV Ammiani Marcellini, pag. 84. In Notitia imperii Romani inter officiales præfecti prætorio per Orientem duo recensentur numerarii. In his, auri unus ; operarum alter.

Digitized by Google

μόνος οὗτος μετὰ τῶν συνοίκων, τοῦ μὴ παντελῶς ἀποσβῆναι ταύτην τὴν αἵρεσιν ἐν Κωνσταντινουπόλει αἴτιος γενόμενος. Ἀφ' οὗ γὰρ καθῃρέθη Μακεδόνιος, οὔτε Ἐκκλησίας, οὔτε ἐπισκόπους (43) εἶχον μέχρι τῆς Ἀρκαδίου βασιλείας. Οὐ γὰρ συνεχώρουν οἱ Ἀρείου, πάντας τοὺς ἐναντίως δοξάζοντας ἐκ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐξελαύνοντες, καὶ δεινῶς τιμωρούμενοι. Πάντας μὲν οὖν ὅσοι τότε τῶν ἱερέων ἐκ τῶν ἰδίων πόλεων ἠλάθησαν, ἔργον ἄρα καταλέγειν. Οὐδὲν γὰρ ἔθνος τῆς Ῥωμαίων οἰκουμένης, ἀπείρατον οἶμαι διαμεῖναι τῆς τοιαύτης συμφορᾶς.

A hæresim tum studio, tum opibus suis tantopere adjuvit, ut sectatores Macedonii a quibusdam Marathoniani appellentur; nec immerito, ut equidem censeo. Hic enim solus una cum sodalibus suis perfecisse videtur ne hæc hæresis **174** Constantinopoli penitus exstingueretur. Etenim ex quo depositus fuerat Macedonius, nec Ecclesias deinceps, nec episcopos ullos habuerunt Macedoniani usque ad principatum Arcadii. Quippe Ariani id nequaquam sinebant, a quibus omnes qui contraria ipsis sentirent, extrudebantur Ecclesiis, et gravibus suppliciis afficiebantur. Ac difficile quidem fuerit omnes episcopos qui tunc temporis sedibus suis expulsi sunt singillatim recensere. Nulla enim provincia imperii Romani, ut equidem existimo, hujus calamitatis expers fuit.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

*Ὅτι οἱ Ἀρειανοὶ ὡς ὁμόφρονα λογιζόμενοι τὸν θεῖον Μελέτιον, ἐκ Σεβαστείας εἰς Ἀντιόχειαν προεβίβασαν· τὸ δὲ ὀρθόδοξον ἐκείνου παῤῥησίᾳ ὁμολογήσαντος κατῃσχύνθησαν, καὶ καθελόντες αὐτὸν, Εὐζώϊον ἐγκαθιστῶσι τῷ θρόνῳ. Μελέτιος δὲ ἰδίᾳ ἐκκλησίαζεν· οἱ γὰρ τὸ ὁμοούσιον φρονοῦντες, αὐτὸν ἐξετρέποντο, ὡς ὑπὸ Ἀρειανῶν χειροτονηθέντα.*

Ἐν δὲ τῷ τότε Εὐδοξίου κατασχόντος τὴν Κωνσταντινουπόλεως Ἐκκλησίαν, πολλοὶ τὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ θρόνον περιποιεῖν ἑαυτοῖς ἐσπούδαζον, καὶ ὡς εἰκὸς ἐπὶ πράγμασι τοιούτοις, φιλονεικίαι καὶ στάσεις διάφοροι τοῦ κλήρου καὶ τοῦ λαοῦ συνέβησαν. Ἕκαστοι γὰρ τὸν ὁμόφρονα περὶ τὴν ἰδίαν πίστιν προσδοκώμενον, ᾑροῦντο τῆς Ἐκκλησίας ἄρχειν. Οὔπω γὰρ πεπαυμένοι ἦσαν τῆς περὶ τὸ δόγμα διαφορᾶς, οὐδὲ ἐν ταῖς ψαλμῳδίαις συνεφρόνουν ἀλλήλοις· πρὸς δὲ τὴν οἰκείαν δόξαν, ὡς ἐν τοῖς πρόσθεν εἴρηται, μεθήρμοζον τὸ ψαλλόμενον. Οὕτω διακειμένης τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας, ἔδοξε τοῖς ἀμφὶ τὸν Εὐδόξιον, καλῶς ἔχειν μεταστῆσαι ἐνθάδε Μελέτιον ἐκ τῆς Σεβαστείας, οἷά γε λέγειν τε καὶ πείθειν ἱκανὸν, καὶ τὰ περὶ τὸν βίον ἀγαθὸν, καὶ ὁμόδοξον αὐτοῖς τὸ πρὶν ὄντα. Κατὰ πάντα γὰρ ᾤοντο, τῇ δοκήσει τοῦ ἀνδρὸς πρὸς οἰκείαν αἵρεσιν θηράσειν τοὺς Ἀντιοχείας οἰκήτορας, καὶ τὰς πέριξ πόλεις· καὶ μάλιστα τοὺς καλουμένους Εὐσταθιανοὺς, οἳ κατὰ τὴν παράδοσιν τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τὰ περὶ Θεοῦ ἐδόξαζον. Ἔμελλον δὲ παραπολὺ τῆς ἐλπίδος ἀποτεύξεσθαι. Ἐπεὶ γὰρ ἧκεν εἰς Ἀντιόχειαν, λέγεται δήμους πολλοὺς συνελθεῖν τῶν τὰ Ἀρείου φρονούντων, καὶ Παυλίνῳ κοινωνούντων °· οἱ μὲν, ἱστορήσοντες τὸν ἄνδρα, ὅτι πολὺ κλέος ἦν αὐτοῦ καὶ πρὸ τῆς παρουσίας· οἱ δὲ, μαθησόμενοι τί ἄρα ἐρεῖ, καὶ τίσιν ἐπιψηφίζεται. Ἤδη γὰρ φήμη διεφοίτα, ἐπαινέτην

B

## CAP. XXVIII.

*Quomodo Ariani divinum Meletium opinioni suæ favere arbitrati, a Sebastena sede Antiochiam transtulerunt: cumque ille catholicam fidem libere professus esset, pudore suffusi, Euzoium ejus loco constituerunt. Meletius vero separatim conventus ecclesiasticos habuit, cum Homousiani illum aversarentur, utpote ab Arianis ordinatum.*

Per idem tempus cum Eudoxius Constantinopolitanam Ecclesiam obtineret, multi Antiochenam sedem ambire cœperunt[1], utque in ejusmodi rebus evenire solet, variæ cleri ac populi contentiones ac seditiones inde exstiterunt. Eum enim unusquisque ad regendam Ecclesiam deligebat, quem sperabat secum in fide consensurum esse. Quippe C dissensiones de doctrina fidei nondum inter ipsos cessaverant, nec in psallendo inter se concordabant, sed, ut supra dictum est, singuli psalmos ad suam sectam ac sententiam accommodabant. Cum igitur Antiochensis Ecclesia in hoc statu esset, Eudoxiani commodum fore judicarunt ut Meletius Sebastia illuc transferretur, quippe qui ad dicendum et ad persuadendum idoneus esset in primis, et ob vitæ integritatem probatus, et ejusdem cum ipsis opinionis jam pridem haberetur. Etenim futurum omnino sperabant ut tanti viri fama atque auctoritate cives Antiochenos ac finitimas civitates ad suam opinionem allicerent: præcipue vero Eustathianos, qui de divinitate ita sentiebant ut a concilio Nicæno traditum fuerat. Verum ea res D longe aliter eventura erat quam sperabant. Nam cum ille Antiochiam venisset, ingens populi multitudo confluxisse dicitur, tam ex Arianis quam ex iis qui cum Paulino communicabant: quorum alii hominem videre cupiebant, cujus tanta fama etiam

[1] Socr. lib. II, c. 44.

### VALESII ANNOTATIONES.

(43) *Οὔτε ἐπισκόπους.* Constantinopoli scilicet. De hac enim duntaxat urbe loquitur Sozomenus. Quod cum Baronius non intellexisset, immerito reprehendit Sozomenum, quod dixerit Macedonianos ab hoc tempore usque ad Arcadii principatum caruisse episcopis. Vide illum, ad annum Christi 360, cap. 19.

### VARIORUM.

° *Παυλίνῳ κοινωνούντων.* Metachronismus: Paulinus enim, imperante Juliano, diu post Meletium a Lucifero episcopus Antiochenus ordinatus est. Vid. lib. v, cap. 12. W. Lowth.

Digitized by Google

ante ipsius adventum permanaverat; alii discere volebant quidnam dicturus, et quorum sententiam probaturus esset. Jam enim fama percrebuerat, fidem Nicæni concilii ab illo comprobari: idque verum esse exitus rei declaravit. Nam initio quidem morales duntaxat præceptiones publice **175** exposuit: tandem vero Filium ejusdem cum Patre substantiæ esse palam asseruit. Aiunt porro archidiaconum qui tunc in eo clero erat, statim accurrisse, et injecta manu, adhuc loquentis os obturasse. Illum vero manu sua, clarius quam voce, sententiam suam significasse. Tres enim duntaxat digitos initio protendit; deinde iisdem retractis et compressis, unum tantum porrexit, manus figura designans multitudini ea quæ ipse sentiret, et quæ dicere prohiberetur. Cumque æstuans archidiaconus, dimisso ore manum Meletii apprehendisset, ille liberam linguam nactus, elata voce sententiam suam apertius quam antea declaravit, auditoresque hortatus est ut Nicænæ synodi decretis adhærescerent, protestatus eos qui aliter sentirent, a vero aberrare. Cum autem hæc eadem dicere et manu significare alternatim non desineret, pro eo atque archidiaconus ipsum impediebat, et contentio inter utrosque esset, non dissimilis Pancratio; Eustathiani exclamare, gratulari, et præ gaudio exsilire cœperunt. Ariani vero animos demisere. Quibus auditis, Eudoxiani graviter commoti sunt: operamque adhibuerunt ut Meletius civitate expelleretur. Eumdem tamen postea revocarunt, ad ea quæ dixerat corrigenda, tanquam pœnitentia ductum, et contrariam amplexum sententiam. Sed cum ille sententiam non mutaret, imperator eum Ecclesia expelli, et in exsilium deportari jussit. Quo facto Euzoius, qui jam pridem una cum Ario depositus erat, Antiochenam sedem regendam suscepit. Fautores autem Meletii, sese ab Arianis segregantes, seorsum conventus egerunt. Nam qui ab initio consubstantialis fidem secuti fuerant, communicare cum illis detrectabant, eo quod Meletius ab Arianis episcopis ordinatus fuisset, sectatoresque ejus ab hujusmodi sacerdotibus essent baptizati. Et isti quidem ob hanc causam inter se divisi sunt, quamvis in doctrina fidei consentirent. Imperator vero, cum Persas res novas moliri accepisset, Antiochiam perrexit.

A αὐτὸν εἶναι τοῦ δόγματος τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων· καὶ τὸ ἀποβὰν ἔδειξε. Τὴν μὲν γὰρ ἀρχὴν, τοὺς καλουμένους ἠθικοὺς λόγους δημοσίᾳ ἐδίδασκε· τελευτῶν δὲ, ἀναφανδὸν τῆς αὐτῆς οὐσίας τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ἀπεφήνατο. Λέγεται δὲ, προσδραμὼν ὁ ἀρχιδιάκονος, ὃς τότε ἦν τοῦ ἐνθάδε κλήρου, ἔτι τοῦτο λέγοντος ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα, ἔβυσεν αὐτοῦ τὸ στόμα. Ὁ δὲ, τῇ χειρὶ σαφέστερον ἢ τῇ φωνῇ, τὴν γνώμην κατεσήμαινε· καὶ τρεῖς μόνους εἰς τὸ προφανὲς δακτύλους ἐκτείνων, εἰς ταυτὸν δὲ πάλιν τούτους συνέλεγε, καὶ τὸν ἕνα ὤρθου· τῷ σχήματι τῆς χειρὸς εἰκονίζων τοῖς πλήθεσιν ἅπερ ἐφρόνει, καὶ λέγειν ἐπείχετο. Ὡς δὲ ἀμηχανήσας ὁ ἀρχιδιάκονος ἐπελάβετο τῆς χειρὸς, τοῦ στόματος ἀφέμενος, ἐλευθερωθεὶς τὴν γλῶσσαν, ἔτι μᾶλλον μεγάλῃ τῇ φωνῇ σαφέ-
B στερον ἐδήλου τὴν αὐτοῦ δόξαν· καὶ τῶν ἐν Νικαίᾳ δεδογμένων ἔχεσθαι παρεκελεύετο· καὶ διεμαρτύρετο τοὺς ἀκούοντας, ἁμαρτάνειν τῆς ἀληθείας τοὺς ἄλλως φρονοῦντας. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐνεδίδου τὰ αὐτὰ λέγων ἢ τῇ χειρὶ δεικνὺς ἀμοιβαδὸν, ὡς ἐνεχώρει πρὸς τὴν τοῦ ἀρχιδιακόνου κώλυσιν, καὶ φιλονεικία ἦν ἀμφοτέρων (44), μονονουχὶ παγκρατίῳ ἐμφερὴς, μέγα ἀνέκραγον οἱ Εὐσταθιανοὶ, καὶ ἔχαιρον καὶ ἀνεπήδων· οἱ δὲ Ἀρείου, κατηφεῖς ἦσαν. Ἀκούσαντες δὲ οἱ ἀμφὶ τὸν Εὐδόξιον, ἐχαλέπαινον, καὶ ἐλαθῆναι τῆς πόλεως τὸν Μελέτιον ἐσπούδασαν· καὶ πάλιν μετεκαλοῦντο, ὡς ἐπὶ διορθώσει τῶν εἰρημένων μεταμελούμενον, καὶ τἀναντία δοξάζοντα. Μὴ μεταθέμενον δὲ τῆς γνώμης, ἐκβάλλεσθαι τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ὑπερορίαν οἰκεῖν
C προσέταξεν ὁ βασιλεύς. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο γέγονεν, ἐπιτρέπεται τὸν Ἀντιοχέων θρόνον Εὐζώϊος, ὃς ἅμα Ἀρείῳ πρότερον ἤδη καθῄρητο· οἱ δὲ Μελετίου ἐπαινέται, ἀποτεμόμενοι σφᾶς τῶν τὰ Ἀρείου φρονούντων, ἰδίᾳ ἐκκλησίαζον· οἱ γὰρ ὁμοούσιον ἐξ ἀρχῆς τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ δοξάζοντες, παρῃτοῦντο κοινωνεῖν αὐτοῖς, ὡς Μελετίου πρὸς Ἀρειανῶν ἐπισκόπων χειροτονηθέντος, καὶ ὑπὸ τοιούτοις ἱερεῦσι βαπτισθέντων τῶν ἑπομένων αὐτῷ. Καὶ οἱ μὲν κατὰ πρόφασιν τήνδε διῄρηντο, καίπερ ὁμοίως φρονοῦντες. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀκούσας Πέρσας νεωτερίζειν, ἧκεν εἰς Ἀντιόχειαν.

## CAP. XXIX.

*Quomodo Acaciani denuo tumultuati sunt, et consubstantialis quidem fidem evertere, Arianam autem hæresim stabilire studuerunt.*

Porro Acaciani adhuc quiescere non poterant; sed Antiochiæ una cum paucis iterum congregati,

D

## ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

*Ὅτι οἱ περὶ Ἀκάκιον πάλιν οὐκ ἠρέμουν, ἀλλὰ τὸ ὁμοούσιον ἐξελεῖν ἐπειρῶντο, καὶ τὴν Ἀρείου αἵρεσιν συνιστᾶν.*

Οἱ δὲ ἀμφὶ Ἀκάκιον, ἠρεμεῖν πάλιν οὐκ ἠνείχοντο, συνελθόντες εἰς Ἀντιόχειαν (45) p ἅμα ὀλίγοις, τὰ δε-

### VALESII ANNOTATIONES.

(44) *Καὶ φιλονεικίαν ἀμφοτέρων.* Hujus loci emendatio debetur codici Leonis Allatii, in quo ita scribitur: καὶ φιλονεικία ἦν ἀμφοτέρων. Atque ita legit Nicephorus. Porro sermonem illum quem tunc Meletius habuit Antiochiæ, si quis forte legere desiderat, habes apud Epiphanium in hæresi Semiarianorum.

(45) *Συνελθόντες εἰς Ἀντιόχειαν.* Assentior Christophorsono et Savilio, qui hunc locum ita legunt: Συνελθόντες δὲ εἰς Ἀντιόχειαν.

### VARIORUM.

p *Συνελθόντες εἰς Ἀντιόχειαν.* Concilium Antiochenum VI, Antiochiæ, in qua tunc agebat imperator, exeunte anno 360, ab Arianis congregatum. Vide Athanas., *De synodis*, et Theod., lib. II, c. 31.

Digitized by Google

δογμένα ἤδη σφίσιν ἐμέμφοντο· καὶ τῆς ἀναγνωσθείσης ἐν Ἀριμήνῳ καὶ Κωνσταντινουπόλει γραφῆς περιτεμεῖν ἐδοκίμασαν τὸ ὅμοιον ὄνομα· καὶ κατὰ πάντα, οὐσίαν τε καὶ βούλησιν, ἀνόμοιον εἶναι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων γεγενῆσθαι ἡγοῦντο, ὡς ἐξ ἀρχῆς Ἀρείῳ ἐδόκει. Συνελαμβάνοντο δὲ τούτοις καὶ οἱ τὰ Ἀετίου φρονοῦντες, ὃς μετὰ Ἄρειον πρῶτος περιφανῶς χρήσασθαι τοῖς ὀνόμασι τούτοις ἐθάῤῥησεν. Ὅθεν δὴ καὶ ἄθεος ὠνομάζετο, καὶ οἱ τὰ αὐτοῦ δοκιμάζοντες Ἀνόμοιοι καὶ Ἐξουκόντιοι (46). Πυνθανομένων δὲ αὐτῶν τῶν ἑπομένων τοῖς ἐν Νικαίᾳ δόξασιν, ὅπως Θεὸν ἐκ Θεοῦ τὸν Υἱὸν συνομολογοῦντες, ἀνόμοιόν τε καὶ ἐξ οὐκ ὄντων καὶ παρὰ τὴν σφῶν αὐτῶν ἔκθεσιν ὀνομάζειν θαῤῥοῦσιν· ὅτι καὶ Παῦλος ὁ ἀπόστολος, ἔφασαν, εἶπε, *Τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ*· πάντων δὲ εἶναι καὶ τὸν Υἱόν. Καὶ κατὰ τοῦτο νοεῖσθαι τὸ προκείμενον ἐν οἷς ἐξέθεντο, κατὰ τὰς θείας Γραφάς (47). Καὶ τὸ μὲν ὧδε μετέφραζον καὶ ἐσοφίζοντο, τελευτῶντες δὲ ὡς οὐχ οἷοί τε ἦσαν τοῖς περὶ τούτων ἐγκαλοῦσιν ἢ ὀνειδίζουσιν ἱκανῶς ἀπολογεῖσθαι, πάλιν τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει δοκιμασθεῖσαν πίστιν ἀναγνόντες, διελύθησαν, καὶ εἰς τὰς αὐτῶν πόλεις ἀπεχώρησαν.

A ea quæ ipsi prius decreverant reprehenderunt, nomenque illud, simile, ex formula fidei Arimini et Constantinopoli recitata expungere statuerunt: **176** et Filium Patri per omnia, tam in substantia quam in voluntate dissimilem, et ex nihilo factum esse censuerunt, quemadmodum Arius ab initio docuerat. His autem sese adjunxerunt sectatores Aetii, qui primus post Arium palam his vocibus uti ausus est. Qua de causa, ipse quidem ἄθεος cognominatus est: sectatores autem illius Anomœi et Exucontii sunt appellati. Interrogantibus autem ipsos Nicænæ fidei sectatoribus, quamobrem ipsi, qui Filium Deum ex Deo esse confitebantur, dissimilem tamen et ex nihilo ortum, idque contra suam ipsorum fidei formulam B dicere auderent, respondebant dictum esse a Paulo apostolo: *Omnia autem ex Deo* [1]: in omnibus autem comprehendi etiam Filium. Atque hoc modo intelligendum esse quod ipsi adjecerant in formula fidei suæ, secundum Scripturas. Et hoc quidem ita cavillantes interpretabantur. Postremo cum iis qui ipsos hoc nomine accusabant, objurgabantque, satisfacere non possent, lecta rursus fidei formula quæ Constantinopoli approbata fuerat, e concilio discesserunt, et ad suas quisque sedes reversi sunt.

## ΚΕΦΑΛ. Λ'.

*Περὶ Γεωργίου τοῦ Ἀντιοχείας, καὶ περὶ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ἀρχιερατευσάντων· καὶ ὅτι μετὰ Κύριλλον τριῶν ἀρχιερέων προβάντων, πάλιν ὁ Κύριλλος ἐπέβη τοῦ θρόνου τῆς Ἱερουσαλήμ.*

## CAP. XXX.

*De Georgio Alexandriæ episcopo, et de episcopis Hierosolymorum: et quomodo cum post Cyrillum tres continua serie episcopi facti fuissent, iterum Cyrillus sedem suam recepit.*

Ἐν τούτῳ δὲ, ἔτι Ἀθανασίου κρυπτομένου, ἐπανελθὼν Γεώργιος εἰς Ἀλεξάνδρειαν, χαλεπῶς ἐκάκου τοὺς Ἕλληνας, καὶ τοὺς ἑτέρως αὐτῷ δοξάζοντας Χριστιανούς. Ἑκατέρους τε γὰρ ὡς ἐβούλετο θρησκεύειν ἐβιάζετο, καὶ παραιτουμένους ἤλαυνεν. Ἐμισεῖτο δὲ παρὰ μὲν τῶν ἐν λόγῳ, ὡς ὑπερορῶν αὐτούς, καὶ τοῖς ἄρχουσιν ἐπιτάττων· παρὰ δὲ τοῦ πλήθους, ὡς τυραννικὸς, καὶ πλέον πάντων δυνάμενος. Ἐχαλέπαινε δὲ μάλιστα τὸ Ἑλληνικὸν, ὅτι τε θύειν αὐτοὺς καὶ τὰς πατρίους ἑορτὰς ἄγειν ἐκώλυε, καὶ στρατιώτας καὶ τὸν ἐν Αἰγύπτῳ στρατηγὸν (48) σὺν ὅπλοις ἐπεισαγαγὼν τῇ πόλει, εἰκόνας τε καὶ ἀναθήματα, καὶ τὸν ἐν τοῖς ναοῖς κόσμον ἀφαιρούμενος. Ἃ δὴ πρόφασις ὕστερον αὐτῷ ἐγένετο τῆς ἀναιρέσεως, ὡς αὐτίκα λέξω. Κυρίλλου δὲ καθαιρεθέντος, ὡς εἴρηται,

C Per idem tempus cum Athanasius adhuc delitesceret, Georgius Alexandriam reversus, tum gentiles, tum Christianos qui non idem cum ipso sentirent, graviter oppressit [2]. Utrosque enim divinum numen, prout ipse vellet, colere adigebat: detrectantes vero insectabatur. Invisus autem erat, primoribus quidem propterea quod arrogans esset, et præsidibus imperaret: plebeiis vero, tanquam tyrannus, et qui plus posset unus quam reliqui omnes. Sed præcipue gentiles ei succensebant, eo quod sacrificare et festos dies patrio ritu celebrare ipsos prohiberet, inductisque in urbem militibus armatis, una cum duce Ægypti, imagines ac donaria, omnemque templorum ornatum abstulis- D set. Quæ res postea causam necis ei attulit, sicuti

[1] I Cor. II, 12. [2] Socr. lib. II, c. 28, et lib. III, c. 2.

## VALESII ANNOTATIONES.

(46) *Ἀνόμοιοι καὶ Ἐξουκόντιοι.* Idem scribit Athanasius in libro De synodis Arimini et Seleuciæ.

(47) *Τὸ προκείμενον ἐν οἷς ἐξέθεντο κατὰ τὰς θείας Γραφάς.* Hunc locum non intellexerunt interpretes. Intelligunt enim Acaciani verba quæ in formula fidei suæ addiderant, κατὰ τὰς θείας Γραφάς. Nam alii quidem Filium Patri similem esse dicebant κατ' οὐσίαν, alii vero κατὰ πάντα. Verum Acaciani similem secundum Scripturas profitebantur, subdole et fraudulenter. Cumque ipsis objiceretur, quomodo Filium Dei dicerent ex nihilo et dissimilem Patri, cum eumdem crederent Deum de Deo, respondebant, Apostolum dixisse omnia esse ex Deo, cum tamen creata sint ex nihilo, et dissimilia sint Deo.

(48) *Καὶ τὸν ἐν Αἰγύπτῳ στρατηγόν.* Artemium intelligit ducem Ægypti, ut testatur Julianus in epistola ad Alexandrinos, et Ammianus Marcellinus. Hic postea regnante Juliano martyrii coronam adeptus est, ab Alexandrinis occisus, eo quod Constantii temporibus templa ac delubra gentilium Alexandriæ destruxisset. Exstant acta passionis ejus apud Lipomanum et Surium, minime contemnenda.

Digitized by Google

mox dicturus sum. Cyrillo vero, quemadmodum dixinus [1], deposito, Hierosolymorum Ecclesiam suscepit Erennius. Cui deinde Heraclius successit: Heraclio autem Hilarius. **177** Istos enim Hierosolymitanam Ecclesiam administrasse accepimus, usque ad principatum Theodosii; quo quidem tempore Cyrillus sedem suam postliminio recuperavit.

[1] Lib. IV, c. 25.

A παραλαμβάνει τὴν Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίαν Ἐρέννιος (49), καὶ μετ' ἐκεῖνον Ἡράκλειος (50)· ἐφεξῆς τε τούτου, Ἱλάριος. Τούτους γὰρ ἐν τῷ τότε τὴν ἐνθάδε Ἐκκλησίαν ἐπιτροπεῦσαι παρειλήφαμεν, μέχρι τῆς Θεοδοσίου βασιλείας· ἡνίκα δὴ Κύριλλος εἰς τὸν αὐτὸν πάλιν ἐπανῆλθε θρόνον.

VALESII ANNOTATIONES.

(49) *Τὴν Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίαν Ἐρέννιος.* Epiphanius in hæresi Manichæorum, ubi episcoporum Hierosolymæ indicem texit, Cyrillo Herennium successisse scribit, Herennio vero Cyrillum alterum, cui successit Hilarion. Hieronymus autem in Chronico aliter eos recenset, hoc modo: *Post quem*, Maximum scilicet, *Ecclesiam Ariani invadunt, id est, Cyrillus, Eutychius, rursum Cyrillus, Hirenius, tertio Cyrillus, Hilarius, quarto Cyrillus.*

(50) *Ἡράκλειος.* Hunc Heraclium Maximus moriens sibi successorem designaverat. Verum Cyrillus Arianorum factione ad episcopatum promotus, eum variis fraudibus appetitum, ex episcopo in presbyteri locum regradavit, ut scribit Hieronymus in Chronico. Proinde Heraclius Maximo potius successisse videtur quam Hilario. Cæterum in indice Epiphanii supra memorato, omissum est nomen Eutychii. Nam ipsemet Epiphanius in hæresi Semiarianorum, capite 37, Eutychium agnoscit Hierosolymorum episcopum post Cyrillum. Mortuo enim Acacio Cæsariensi episcopo, ait Cyrillum, Hierosolymorum episcopum, in ejus locum subrogasse Philumenum quemdam; paulo post vero Eutychium Hierosolymorum episcopum, episcopatum Cæsariensis Ecclesiæ dedisse Cyrillo seni. Deinde vero Cyrillum, cum in sedem Hierosolymitanam restitutus esset, Cæsariensi Ecclesiæ præfecisse B Gelasium. Verum cum hi tres ob simultates episcopatu cessissent, Euzoium Ecclesiam obtinuisse. Cæterum existimo hunc esse Eutychium Eleutheropolitanum episcopum, qui adversus Cyrillum inimicitias exercuit, ut testatur Epiphanius in eadem hæresi, capite 23. Ejusdem Eutychii meminit Hieronymus in epistola ad Pammachium de erroribus Joannis Hierosolymitani, ubi de Epiphanio ita scribit: *Eo tempore quo totum Orientem, excepto papa Athanasio, atque Paulino, Arianorum et Eunomianorum hæresis possidebat; quando tu Occidentalibus et in medio exsilio confessoribus non communicabas, ille vel presbyter monasterii ab Eutychio audiebatur, vel postea episcopus Cypri a Valente non tangebatur.*

---

# ΕΡΜΕΙΟΥ ΣΩΖΟΜΕΝΟΥ

## ΣΑΛΑΜΙΝΙΟΥ

# ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

## ΤΟΜΟΣ Ε'.

—

# HERMIÆ SOZOMENI

## SALAMINII

# ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

## LIBER V.

—

### CAP. I.

*De defectione Juliani Apostatæ, et de obitu imperatoris Constantii.*

Et hujusmodi quidem res in Orientis partibus per Ecclesias contigerunt. Interea vero Julianus Cæsar, victis prælio barbaris qui Rhenum fluvium acco-

C

### ΚΕΦΑΛ. Α'.

*Περὶ τῆς ἀποστασίας Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου, καὶ περὶ τῆς τελευτῆς βασιλέως Κωνσταντίου.*

Καὶ τὰ μὲν ὧδε ἀνὰ τὴν Ἕω περὶ τὰς Ἐκκλησίας συνέβη. Ἐν τούτῳ δὲ Ἰουλιανὸς ὁ Καῖσαρ, μάχῃ κρατήσας τῶν παρὰ τὸν Ῥῆνον ποταμὸν βαρβάρων,

Digitized by Google

τοὺς μὲν ἐχειρώσατο· τοὺς δὲ ἐζώγρησε. Λαμπρὸς δὲ τηνικάδε φανεὶς, καὶ ὑπὸ μετριότητος καὶ ἐπιεικείας κεχαρισμένος τοῖς στρατιώταις γεγονὼς, ἀναγορεύεται πρὸς αὐτῶν σεβαστός. Μηδὲν δὲ περὶ τούτου, ὡς εἰκὸς, πρὸς Κωνστάντιον παραιτησάμενος, ἄρχοντας μὲν τοὺς ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας ἤμειβεν· ἐπίτηδες δὲ καὶ τὰς ἐπιστολὰς ἐπεδείκνυ, δι' ὧν τοὺς βαρβάρους καλῶν κατὰ Μαγνεντίου, εἰς Ῥωμαίους ἤγαγεν· ἐξαπίνης δὲ τὴν θρησκείαν μεταβαλὼν, πρότερον χριστιανίζειν δοκῶν, ἀρχιερέα ὠνόμαζεν ἑαυτὸν, καὶ τοῖς Ἑλλήνων ναοῖς ἐφοίτα, καὶ ἔθυε, καὶ τοὺς ὑπηκόους ὧδε θρησκεύειν ἔπειθε. Προσδοκωμένων δὲ Περσῶν Ῥωμαίοις ἐπιθήσεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο ἐν Συρίᾳ Κωνσταντίου διατρίβοντος, λογισάμενος ἀμαχητὶ δύνασθαι τῶν Ἰλλυριῶν κρατεῖν, εἴχετο τῆς ἐπ' αὐτοὺς ὁδοῦ· πρόφασιν ποιούμενος, ὡς ἀπολογίας χάριν ἐλαύνει πρὸς Κωνστάντιον ὑπὲρ τοῦ μὴ ἑκὼν δόξαι πρὸς τῶν στρατιωτῶν παρὰ γνώμην αὐτοῦ τὰ σύμβολα τῆς βασιλείας καταδέχεσθαι. Λέγεται δὲ ἡνίκα πρὸ τῶν τῇδε ὅρων ἐπέβη, τὰς μὲν ἀμπέλους μετὰ τρύγην ἀμφὶ τὴν τῶν Πλειάδων δύσιν ὀμφάκων πλήρεις φανῆναι· τὴν δὲ ἀπὸ τοῦ ἀέρος δρόσον, διαχεθεῖσαν κατὰ τῆς αὐτοῦ ἐσθῆτος καὶ τῶν ἑπομένων, καθ' ἑκάστην σταγόνα, σταυροῦ σημεῖον ἐντυπῶσαι. Ἐδόκει δὲ αὐτῷ καὶ πολλοῖς τῶν συνιόντων (51), οἱ μὲν βότρυες παρὰ καιρὸν φανέντες, σύμβολον εἶναι ἀγαθόν· ἡ δὲ δρόσος ἐκ παρατυχόντος ὧδε τὴν ἐσθῆτα καταστίξαι καθ' ἧς ἔτυχε πεσοῦσα. Ἄλλοι δὲ ἔλεγον τοῖν συμβόλοιν, τὸ μὲν, ἄωρον σημαίνειν ἀπολεῖσθαι τὸν βασιλέα, ὀμφάκων δίκην, καὶ ὀλιγοχρόνιον ἔσεσθαι αὐτοῦ τὴν βασιλείαν· τὸ δὲ, προμηνύειν οὐράνιον εἶναι τὸ δόγμα τῶν Χριστιανῶν, καὶ χρῆναι πάντας τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ κατασημανθῆναι. Ὡς ἔοικε δὲ, οἱ τἀναντία τῷ βασιλεῖ δοξάσαντες, οὐ διήμαρτον τῆς ἀληθείας· ἀμφότερα γὰρ εὐστόχως εἰρῆσθαι προϊὼν ὁ χρόνος ἀπέδειξεν. Ἐπεὶ δὲ ἐπύθετο Κωνστάντιος ἐκστρατεύειν ἐπ' αὐτὸν Ἰουλιανὸν, καταλιπὼν τὴν πρὸς τοὺς Πέρσας παρασκευὴν, ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν ἠπείγετο· ἡνίκα δὴ τὴν ὁδοιπορίαν ποιούμενος, ἐτελεύτησεν ἐν Μόμψου κρήναις, μεταξὺ Κιλίκων καὶ Καππαδοκῶν τῶν πρὸς τῷ Ταύρῳ· ἔτη ἀμφὶ τεσσαράκοντα καὶ πέντε γεγονώς. Ἐξ ὧν τρισκαίδεκα σὺν τῷ πατρὶ ἐβασίλευσε, πέντε δὲ καὶ εἴκοσι μετ' ἐκεῖνον. Ἐπεὶ δὲ ἐτελεύτησεν, ὁ μὲν Ἰουλιανὸς ἤδη τὴν Θρᾴκην εἶχεν. Οὐχ εἰς μακρὰν δὲ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐλθὼν, αὐτοκράτωρ ἀνηγορεύθη. Οἱ δὲ Ἕλληνες ἐλογοποίουν, ὡς καὶ πρὸ τοῦ Γαλάτας ἀπολιπεῖν αὐτὸν, μαντικοὶ καὶ δαίμονες ἐπὶ ταύτην τὴν ἐκστρατείαν ἐκίνησαν, τὸν Κωνσταντίου θάνατον προμηνύσαντες, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων μεταβολήν. Ἦν δὲ ἄρα πιθανὸν πρόγνωσιν ταῦτα καλεῖν, εἰ μὴ καὶ αὐτὸν ὅσον οὔπω τὸ τοῦ βίου τέλος ἔφθασεν, ὡς ἐν ὀνείρῳ τῆς βασιλείας γευσάμενον. Εὔηθες γὰρ οἶμαι

A lunt, multos eorum interfecit, alios vivos cepit[1]. Qua ex re ingentem gloriam adeptus, cum ob modestiam ac morum lenitatem gratissimus esset militibus, Augustus ab iisdem renuntiatur. Nullaque ob id factum excusatione usus, sicut par erat, apud Constantium, judices quidem ab eo promotos mutavit, litteras autem ejus de industria ostentavit, quibus ille barbaros ad bellum contra Magnentium invitans, in provincias Romanorum induxerat. Cumque antea Christianus fuisse videretur, repente mutata religione, semetipse pontificem maximum appellavit: et gentilium templa ingrediens, diis sacrificavit, et subditis suadere cœpit ut eo ritu deos colerent. Porro, cum metus subesset ne Persæ in Romanorum ditionem irrumperent, atB que idcirco Constantius in Syria moraretur, animadvertens Julianus se absque ullo prœlio Illyricum occupare posse, eo contendit: fingens se excusandi sui causa, ad Constantium iter facere, ne **178** sua sponte præter illius voluntatem insignia imperii a militibus suscepisse videretur. Cæterum eo primum ingrediente in fines Illyriorum, aiunt vites quidem post tempus vindemiæ circa occasum Vergiliarum, uvis acerbis plenas subito apparuisse: rorem vero ex aere delapsum, tum in ejus chlamyde, tum in vestibus eorum qui ipsum sequebantur, signum crucis singulis guttis depinxisse. Et ipse quidem, comitumque ejus quamplurimi, uvas intempestive apparentes pro C bono omine accipiebant; rorem vero casu quodam fortuito vestes in quas ceciderat, ita depinxisse opinabantur. Alii dicebant, ex his duobus prodigiis, alterum quidem portendere imperatorem immaturo exitu periturum, perinde ac uvas illas regnumque illius brevi tempore duraturum esse; alterum vero prædicere Christianorum religionem cœlestem esse, cunctosque signo crucis consignari oportere. Ac meo quidem judicio, ii qui adversa imperatori augurabantur, a veritate minime aberrarunt. Utrumque enim felici conjectura ab illis dictum fuisse, progressus temporis declaravit. Constantius porro, cum Julianum bellum ipsi inferre didicisset, relicto belli apparatu adversus Persas, Constantinopolim contendit. Sed dum iter D faceret, Mopsucrenis, qui locus est inter Cilices et Cappadoces qui Taurum accolunt, fato functus est, annos natus quinque et quadraginta. Ex quibus tredecim quidem una cum patre, quinque vero ac viginti post ejus obitum imperavit. Mortuo itaque Constantio, Julianus quidem jam Thraciam obtinebat. Verum paulo post ingressus Constantinopolim, imperator est appellatus. Cæterum gentiles aiebant eum, multo ante quam ex Galliis discederet, ad hanc expeditionem suscipiendam

[1] Socr. lib. II, c. ult. et lib. III, c. 1.

VALESII ANNOTATIONES.

(51) *Καὶ πολλοῖς τῶν συνιόντων.* Mallem scribere συνόντων.

Digitized by Google

incitatum fuisse a vatibus atque dæmonibus, qui et Constantii mortem, et futuram rerum mutationem ei prædixerant. Posset id quidem non absurde vocari præscientia rerum futurarum, nisi ipsemet statim morte præventus fuisset, imperio velut in somnis duntaxat degustato. Stultum enim, ut opinor, fuerit dicere, eum, cum fatalem Constantii interitum, et suam ipsius cædem in Perside futuram per divinandi artem prævidisset, ultro ad mortem ante oculos positam properasse : quæ ipsi quidem nihil allatura esset, præter opinionem imprudentiæ atque imperitiæ rei militaris : Romano autem imperio tantum invectura esset periculum, ut parum abfuerit quin universum, aut certe pars ejus maxima, Persis subjiceretur. Verum hæc quidem a nobis ita dicta sint, ne prætermissa esse videantur; singuli vero de iis statuant, prout voluerint.

A λέγειν, ὡς διὰ τῆς μαντικῆς προϊδὼν τὴν αὐτόματον Κωνσταντίου τελευτὴν, καὶ τὴν αὐτοῦ παρὰ Πέρσαις σφαγὴν, ἑκοντὴς εἰς προὖπτον ἥλατο θάνατον· αὐτῷ μὲν, οὐδὲν ὅτι μὴ ἀβουλίας καὶ ἀμαθοῦς στρατηγίας προσάψαντα δόξαν (52) παρὰ πολλοῖς· τῇ δὲ Ῥωμαίων ὑπηκόῳ τοσοῦτον ἐπαγαγόντα κίνδυνον, ὡς μικροῦ πᾶσαν, ἢ τὸ πλεῖστον αὐτῆς, κινδυνεῦσαι ὑπὸ Πέρσαις γενέσθαι. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἵνα μὴ παραλελεῖφθαι δόξῃ, ὧδε εἰρήσθω ἡμῖν, καὶ ὅπῃ ἕκαστος βούλεται, ταύτῃ ἡγείσθω.

## CAP. II.

*De vita et institutione ac victu Juliani; et quomodo ad imperium pervenerit.*

Post obitum autem Constantii, persecutionum metus Ecclesiam invasit. Malique **179** exspectationem graviorem ipso malo faciebat Christianis et longinquitas temporis elapsi, quæ ipsis oblivionem ac desuetudinem hujusmodi periculorum attulerat, et vetustorum cruciatuum recordatio, et odium principis in ipsorum religionem. Etenim statim ab initio fidem Christi adeo impudenter abnegasse fertur, ut sacrificiis quibusdam atque invocationibus quas Græci depulsorias vocant, et victimarum sanguine baptismum Christianorum eluerit, sacramentis Ecclesiæ renuntians : atque ex eo tempore haruspicina, et victimis, et cæteris gentilium ritibus, tum privatim, tum publice usus sit. Quodam igitur tempore, cum exta inspiceret, aiunt signum crucis ei in extis apparuisse corona circumdatum. Et reliquos quidem divinationis illius conscios ac participes, metu perculsos esse, quippe qui religionis nostræ vim et mansuram in perpetuum doctrinam ex eo conjicerent. Corona siquidem qua crux erat circumdata, signum est victoriæ : et undequaque exordium sumens, atque in se desinens, ambitu circuli nusquam terminatur. Verum doctor hujus scientiæ imperatorem bono animo esse jussit. Exta enim fausta et ex animi sententia ipsis apparere, quippe quæ symbolum religionis Christianorum undique concluderent, atque in angustum coarctarent; ita ut nec dilatari, nec libere quo vellet evagari posset, utpote ambitu circuli circumscripta. Audivi præterea eum aliquando in illustrissimum quoddam ac religiosum adytum descendisse, initiationis cujusdam, aut certe oraculi consulendi causa. Cumque repente spectra, quæ machinationibus quibusdam et magicis præstigiis in ejusmodi locis apparere solent, ei objecta essent, præ terrore ac metu, oblitus eorum quæ gerebantur : jam enim

B

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

*Περὶ βίου καὶ ἀγωγῆς καὶ διαίτης, καὶ τῆς εἰς τὴν βασιλείαν παρόδου Ἰουλιανοῦ.*

Κωνσταντίου δὲ τελευτήσαντος, εἰς δέος διωγμῶν ἡ Ἐκκλησία καθίστατο· καὶ φοβερωτέραν τῆς πείρας τὴν προσδοκίαν ἐποιεῖτο τοῖς Χριστιανοῖς, ὅτε διὰ μέσου πολὺς χρόνος, ἀήθεις αὐτοὺς καταστήσας τῶν τοιούτων κινδύνων, καὶ τῶν πάλαι τιμωριῶν ἡ ἀνάμνησις, καὶ τὸ τοῦ κρατοῦντος περὶ τὸ δόγμα μῖσος. Λέγεται γὰρ εὐθὺς περιφανῶς οὕτως ἀναίδην ἀπαρνήσασθαι τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, ὡς θυσίαις τισὶ καὶ ἐπικλήσεσιν, ἃς ἀποτροπαίους Ἕλληνες καλοῦσι, καὶ αἵματι σφαγίων τὴν καθ' ἡμᾶς βάπτισιν ἀπονίψασθαι, τῇ μυήσει τῆς Ἐκκλησίας ἀποταξάμενον· καὶ τὸ ἐξ ἐκείνου, ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ ἐντό-
C μοις, καὶ ἱερείοις, καὶ τοῖς ὅσα θέμις ἐστὶν Ἕλλησι, χρῆσθαι. Ποτὲ γοῦν αὐτῷ θεωμένῳ, λόγος ἀναδειχθῆναι σταυροῦ σημεῖον ἐν τοῖς σπλάγχνοις στεφάνῳ κυκλούμενον· καὶ τοὺς μὲν ἄλλους κοινωνοὺς τῆς μαντείας εἰς δέος ἐμβαλεῖν, συμβάλλοντας ἐντεῦθεν τὴν μετὰ ταῦτα τῆς θρησκείας ἰσχὺν, καὶ τοῦ δόγματος τὸ ἀΐδιον· καθότι ὁ στέφανος ᾧ περιείληπτο, νίκης τε σημαντικόν ἐστι· καὶ τῇ περιόδῳ τοῦ κύκλου, πάντοθεν ἀρχόμενος, καὶ εἰς ἑαυτὸν λήγων, οὐδαμοῦ περαιοῦται. Ὁ γε μὴν ἀρχηγὸς τῆς περὶ ταῦτα διαγνώσεως, θαῤῥεῖν ἐκέλευσεν, ὡς αἰσίων κατὰ γνώμην (53) αὐτοῖς τῶν σφαγίων ἀναδεικνυμένων, καὶ περικλειόντων τὸ τοῦ δόγματος σύμβολον, καὶ εἰς ταὐτὸν συνωθούντων, ὥστε μὴ πλατύνεσθαι, καὶ ἀδεῶς χωρεῖν ἐφ' οὓς βούλεται, ὅρον ἔχοντα τὴν
D τοῦ κύκλου περιγραφήν. Ἐπυθόμην δὲ ὡς καὶ τῶν ἐπισημοτάτων καὶ φοβερῶν ἀδύτων εἴς τι κατῄει, τελετῆς τινος ἢ μαντείας χάριν· ἐξαπίνης δὲ προσβαλλόντων αὐτῷ τῶν ἐπὶ τούτοις μεμηχανευμένων, καὶ γοητείαις παραφαινομένων φασμάτων, ὑπὸ θορύβου καὶ δέους τῶν παρόντων ἐπιλανθανόμενος· ὀψὲ γὰρ τῆς ἡλικίας ἐπὶ τοιαύτην ἦλθε τὴν μάθησιν· ἔλαθεν ὑπὸ τῆς προτέρας συνηθείας, οἷά γε Χριστιανὸς ἐν ἀπόροις κινδύνοις περιληφθεὶς, τῷ συμβόλῳ τοῦ Χριστοῦ κατασημάνας ἑαυτόν. Αὐτίκα τε φροῦδα

## VALESII ANNOTATIONES.

(52) *Προσάψαντα δόξαν*. In Fuketiano codice scriptum est προσάξαντα. Quam emendationem Christophorsonus etiam ac Savilius in margine ascripserunt.

(53) *Ὡς αἰσίων κατὰ γνώμην*. Scribendum puto : Ὡς αἰσίων καὶ κατὰ γνώμην αὐτοῖς τῶν σφαγίων, etc. Porro hæc historia, et sequens factum quod narrat Sozomenus, leguntur etiam apud Gregorium Nazianzenum, in *Invectiva adversus Julianum*.

Digitized by Google

τὰ φάσματα ἐγένετο, καὶ τὸ σπουδαζόμενον ἐμπεπόδιστο. Ἀπορούμενος δὲ περὶ τούτου ὁ μυσταγωγὸς, ἐπειδὴ ἔγνω τὸ αἴτιον τῆς φυγῆς τῶν δαιμόνων, ἄγος τὸ γεγονὸς ἀποκαλέσας, καὶ ἀνδρεῖον εἶναι, καὶ μηδὲν πρᾶξαι ἢ ἐννοῆσαι Χριστιανικὸν παρακελευσάμενος, αὖθις ἐπὶ τὴν τελετὴν αὐτὸν ἦγεν. Οὐ μετρίως δὲ ἐλύπει τοὺς Χριστιανοὺς καὶ περιδεεῖς ἐποίει ἡ περὶ ταῦτα σπουδὴ τοῦ βασιλέως, καὶ μάλιστα ὅτι Χριστιανὸς ἦν πρότερον. Εὐλαβῶν γὰρ περὶ τὴν θρησκείαν πατέρων γενόμενος, ἐκ νέου ἐμυήθη κατὰ τὸν θεσμὸν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τὰς ἱερὰς Γραφὰς ἐπαιδεύθη, καὶ ὑπὸ ἐπισκόποις (54) καὶ ἐκκλησιαστικοῖς ἀνδράσιν ἐτράφη. Γέγονε γὰρ αὐτῷ καὶ Γάλλῳ πατὴρ Κωνστάντιος, ὁμοπάτριος ἀδελφὸς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλεύσαντος, καὶ Δαλματίου· οὗ παῖς ὁμώνυμος Καῖσαρ ἀναδειχθεὶς, ἀνῃρέθη ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν μετὰ τὴν Κωνσταντίνου τελευτήν. Ὀρφανοὶ δὲ πατρὸς γενόμενοι καὶ αὐτοὶ τότε, Δαλματίῳ συναπολέσθαι ἐκινδύνευον. Ἐξείλετο δὲ τῆς ἐπιβουλῆς Γάλλον μὲν, ὅτι νοσῶν ἔτυχε, καὶ ὅσον οὔπω αὐτομάτως τεθνήξεσθαι προσεδοκήθη· Ἰουλιανὸν δὲ τὸ νέον· ἔτι γὰρ ὄγδοον ἡλικίας ἦγεν ἔτος. Παραδόξως δὲ ὧδε διασωθέντες, προσετάχθησαν ἐν Καππαδοκίᾳ διατρίβειν ἐν Μακέλλῳ. Χωρίον δὲ τοῦτο βασιλικὸν πρὸς τῷ Ἀργαίῳ ὄρει, οὐκ ἀπὸ πολλοῦ τῆς Καισαρέων πόλεως, μεγαλοπρεπῆ τε βασίλεια ἔχον, καὶ λουτρὰ καὶ κήπους, καὶ πηγὰς ἀεννάους. Ἔνθα δὴ θεραπείας καὶ ἀγωγῆς βασιλικῆς ἠξιοῦντο, καὶ μαθήμασι καὶ γυμνασίοις τοῖς καθ' ἡλικίαν ἐχρῶντο, καὶ λόγων διδασκάλοις, καὶ τοῖς ὑφηγηταῖς τῶν ἁγίων Γραφῶν· ὡς καὶ κλήρῳ ἐγκαταλεγῆναι, καὶ ὑπαναγινώσκειν τῷ λαῷ τὰς ἐκκλησιαστικὰς βίβλους. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἠθῶν καὶ τῶν ἔργων, τὴν εὐσέβειαν ἐπεδείκνυντο· περὶ πολλοῦ ποιούμενοι τοὺς ἱερέας, καὶ τοὺς ἄλλως ἀγαθοὺς, καὶ περὶ δόγμα σπουδαίους, τοῖς τε εὐκτηρίοις οἴκοις θαμίζοντες, καὶ ταῖς προσηκούσαις τιμαῖς τὰς τῶν μαρτύρων θήκας γεραίροντες. Τηνικαῦτα γοῦν φασὶν αὐτοὺς, σπουδάζοντας μεγίστῳ περιλαβεῖν οἴκῳ τὸν τάφον Μάμα τοῦ μάρτυρος[q], εἰς ἀμφοτέρους μερίσαι τὸ ἔργον. Ἀμιλλωμένου δὲ ἑκατέρου φιλοτιμίᾳ καὶ τιμῇ ὑπερβάλλεσθαι τὸν ἕτερον, παράδοξον συμβῆναι καὶ παντελῶς ἄπιστον, εἰ μὴ πολλοὶ

A adulta ætate ad eam disciplinam se transtulerat: ex pristina consuetudine, utpote Christianus, in gravissimo discrimine constitutus, imprudens signo crucis seipsum consignavit; statimque spectra evanuerunt, et id quod perficere volebant impeditum est. Sacrorum autem antistes ea re perturbatus, postquam didicit quam ob causam dæmones aufugissent, piaculum esse dixit id quod ab imperatore factum erat: hortatusque ut forti animo esset, nec Christianum quidquam aut ageret, aut cogitaret, eum rursus ad peragendum sacrum deduxit. Porro Christianis non mediocrem dolorem ac metum incutiebat studium principis erga hujusmodi superstitionem, ac præcipue quod Christianus ante exstitisset. Nam cum parentibus B Christianæ religioni addictissimis ortus esset, a puero juxta Ecclesiæ ritum initiatus et sacris Litteris institutus, sub episcopis denique et ecclesiasticis viris educatus fuerat. Ipsi enim et Gallo pater fuit Constantius, **180** germanus frater Constantini imperatoris, atque Dalmatii, cujus filius eodem nomine nuncupatus Dalmatius, cum Cæsar renuntiatus fuisset, post obitum Constantini a militibus est interfectus. Quo quidem tempore ipsi quoque patre orbati, parum abfuit quin perirent una cum Dalmatio. Sed Gallum quidem periculo exemit morbus quo tum laborabat, et quo propediem moriturus putabatur: Julianum vero ætas tenera. Octavum enim ætatis annum nondum exC egerat. Ita præter omnium spem atque opinionem servati, in Cappadocia degere jussi sunt in Macello. Villa hæc est publica, ad Argæum montem sita, haud procul ab urbe Cæsarea, quæ et magnificum habet palatium, et lavacra, et hortos, et fontes perpetuos. Illic ambo regali cultu educati sunt atque instituti: ibi disciplinis et exercitationibus ipsorum ætati convenientibus imbuti; ibi denique ab humaniorum artium magistris, et a doctoribus sacrarum Litterarum ita sunt eruditi, ut in clerum ascriberentur, et ecclesiasticos libros populo prælegerent. Moribus quoque et factis pietatem præ se ferebant: quippe qui tum sacerdotes, tum reliquos viros bonos et Christianæ doctrinæ studiosos, plu-

## VALESII ANNOTATIONES.

(54) *Ὑπὸ ἐπισκόποις*. Julianus Cæsar Nicomediæ ab Eusebio educatus est episcopo, quem D genere longius contingebat, ut loquitur Ammianus Marcellinus in libro XXII, pag. 219.

## VARIORUM.

[q] *Τὸν τάφον Μάμα τοῦ μάρτυρος*. Mamantis martyris nomen apud Græcos celebre; gesta obscura. Laudarunt eum Gregorius Nazianzenus, oratione 43, et Basilius M., tomo I, homilia 26, *De martyre Mamante*. Ex quibus locis nihil aliud discimus, quam ipsum agrestem pastorem fuisse, et inter martyres celeberrimum. Miraculum quod hic narrat Sozomenus, retulit etiam Greg. Nazianz., orat. 3 adversus Julianum, quamvis sancti martyris nomen non exprimat. Antiquus est in Gallia S. Mamantis cultus, in qua sub *Mammetis* nomine, sicut et apud alios Latinos, ut plurimum celebratur. Sub hujus nomine Deo dicata est ecclesia cathedralis Lingonensis sub metropoli Lugdunensi. Mortem ejus ad annum circiter 274, cum vulgatis auctoribus, referimus, donec ab aliquo certiora proferantur monumenta quæ aliud nobis persuadeant. Consentiunt antiqua Martyrologia Adonis, Usuardi, Rabani, et Notkeri, etc., S. Mamantis, aut, prout loquuntur, Mammetis, sive Mametis martyrium sub imperatore Aureliano contigisse. Colitur ejus memoria a Latinis die 17 mensis Augusti; a Græcis 2 Septembris. Tandem hic Mamas, de quo agimus, distinguendus est ab alio Mamante martyre, quem cum Basilisco itidem martyre Græci die 29 Julii recolunt. (Theod. Ruinart., in *Actis martyrum*, p. 276.)

Digitized by Google

rimi facerent; ecclesias crebro adirent, et martyrum sepulcra competenti honore venerarentur. Eo igitur tempore, aiunt illos sepulcrum Mamæ martyris amplissima basilica circumdare studentes, opus inter se partitos esse. Dumque alter alterum magnificentia et cultu superare contenderet, rem admirabilem prorsusque incredibilem accidisse, nisi multi nostra adhuc ætate superessent qui rem ipsam ab illis qui eam viderant, acceperunt. Nam pars quidem operis quæ Gallo obvenerat, attollebatur, et ex animi procedebat sententia. Ex operibus autem Juliani, alia corruebant; alia ex fundamentis sursum propellebantur; alia ne solo quidem cohærere ab initio sustinebant, non secus ac si contraria quadam vi deorsum obsistente retruderentur. Et omnibus quidem ea res prodigio similis visa est; multi vero, quid portenderet, ex eventu judicaverunt. Sed nonnulli ex eo conjecturam ceperunt, illum haudquaquam sincero animo erga religionem esse, verum præ metu principis qui tum temporis Christianus esset, pietatem fingere; parum tutum esse existimantem, sententiam suam in apertum proferre. Porro paternam religionem prodidisse dicitur, vatum familiaritate et colloquiis primum inductus. Nam aliquanto post ira Constantii placata, Gallus quidem **181** in Asiam profectus, Ephesi mansit: quo in loco majorem partem rei familiaris sitam habebat. Julianus vero Constantinopolim reversus, magistrorum qui illic erant auditoria frequentavit; qui cum egregia indole præditus esset, et in disciplinis magnos progressus faceret, haudquaquam in obscuro delituit; privato enim habitu in publicum procedens, cum plurimis familiariter versabatur. Sed quoniam, ut in populi multitudine et in regia civitate fieri solet, tanquam frater patruelis imperatoris, et rebus gerendis idoneus, brevi ad imperium perventurus sperabatur; multique hujusmodi sermones de illo passim spargebantur, jussus est Nicomediæ degere. Illic Maximus Ephesius philosophus ei occurrens, et philosophiam eum docuit, et odium religionis Christianæ: atque ut vates, ei affirmavit verum esse quod de illo vulgi sermonibus ferebatur. Ille, ut plerumque evenire solet hominibus qui imminentium calamitatum metu afflictantur, melioris fortunæ spe illectus, Maximum in familiaritatem suam ascivit. Quibus imperatori nuntiatis, timore perculsus comam rasit, et monasticum vivendi genus simulavit: clam vero gentilium superstitionem amplexus est. Post hæc jam virilem in-

A τῶν ἀκηκοότων παρὰ τῶν τεθεαμένων μέχρι καὶ εἰς ἡμᾶς περιῆσαν. Τὸ μὲν γὰρ Γάλλου μέρος ἐπεδίδου, καὶ κατὰ γνώμην προὐχώρει· τῶν δὲ Ἰουλιανοῦ πονημάτων, τὰ μὲν, ἠρείπωτο· τὰ δὲ, ἐκ τῆς γῆς ἀνεδίδοτο· τὰ δὲ, παραυτίκα συνάπτεσθαι πρὸς τὸ ἔδαφος οὐκ ἠνείχετο, οἷά γε ἐξ ἀντιτύπου καὶ βιαίου τινὸς δυνάμεως κάτωθεν ἀντωθούσης ἀνακρουόμενα. Πᾶσι δὲ εἰκότως τεράστιον ἐδόκει τὸ πρᾶγμα, καὶ τοῖς μὲν πολλοῖς, τῇ ἀποβάσει ἐκρίθη. Οἱ δὲ, ἐξ ἐκείνου συνέβαλον, μὴ ὑγιῶς ἔχειν τὸν ἄνδρα περὶ τὴν θρησκείαν, ἀλλ' εὐσεβεῖν πλάττεσθαι, Χριστιανὸν ὄντα τὸν τότε κρατοῦντα ὑποκρινόμενον, καὶ εἰς τὸ προφανὲς ἐξάγειν τὴν γνώμην οὐκ ἀσφαλὲς ἡγούμενον. Προὔδωκε δὲ, ὡς λέγεται, τὴν πατρῴαν θρησκείαν, συνουσίαις μάντεων ὑπαχθεὶς τὰ πρῶτα. Μετὰ χρόνον γάρ
B τινα παυσαμένου Κωνσταντίου τῆς ὀργῆς, Γάλλος μὲν εἰς τὴν Ἀσίαν ἐλθὼν, ἐν Ἐφέσῳ διέτριβεν, ἔνθα δὴ τὰ πλείω τῆς οὐσίας εἶχεν. Ἰουλιανὸς δὲ, εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐπανελθὼν, τοῖς ἐκεῖσε διδασκάλοις ἐφοίτα· φύσεως δὲ εὖ ἔχων, καὶ τοῖς μαθήμασι ῥᾳδίως ἐπιδιδοὺς, οὐκ ἐλάνθανεν. Ἐν ἰδιώτου γὰρ σχήματι τὰς προόδους ποιούμενος, πολλοῖς συνεγίνετο. Ἐπεὶ δὲ, οἷα φιλεῖ, ἐν ὁμίλῳ καὶ βασιλευούσῃ πόλει, ἀδελφὸς ὢν τοῦ κρατοῦντος, καὶ πράγματα διοικεῖν ἱκανὸς εἶναι φαινόμενος, προσεδοκᾶτο βασιλεύειν, καὶ περὶ αὐτοῦ τοιοῦτος ἐκράτει λόγος, προσετάχθη ἐν Νικομηδείᾳ διάγειν. Ἐνταῦθα περιτυχὼν αὐτῷ Μάξιμος ὁ Ἐφέσιος φιλόσοφος, φιλοσόφων αὐτῷ λόγων καθηγητὴς ἐγένετο, καὶ μίσους τῆς
C Χριστιανῶν θρησκείας· καὶ οἷα μάντις, ἀληθὲς εἶναι ἰσχυρίζετο τὸ περὶ αὐτοῦ θρυλλούμενον. Ὁ δὲ, τοῦτο δὴ τὸ πολλοῖς συμβαῖνον, ἐν ὑπονοίᾳ δυσχερῶν πραγμάτων ταλαιπωρούμενος (54*), βουκοληθεὶς αἰσίαις ἐλπίσι, φίλον ἔσχε τὸν Μάξιμον. Τῷ βασιλεῖ δὲ τούτων μηνυθέντων, δείσας ἐν χρῷ ἐκείρατο, καὶ τὸν μοναχικὸν ἐπλάττετο βίον. Λάθρα δὲ τῆς ἑτέρας εἴχετο θρησκείας. Ἐπειδὴ δὲ εἰς ἄνδρας ἤδη προῄει, ἑτοιμότερον ὑπήχθη, καὶ ἐπτοεῖτο περὶ τάδε (55). Θαυμάζων τε εἴ τίς ἐστι τέχνη προσημαίνουσα τὸ μέλλον, καὶ ἀναγκαίαν ἡγούμενος τὴν ταύτης μάθησιν, ὧν μὴ δεῖ Χριστιανοῖς, εἰς πεῖραν προήχθη· καὶ τὸ ἐξ ἐκείνου τοῖς ταῦτα μετιοῦσιν ἐχρῆτο φίλοις. Ὧδε δὲ ἔχων γνώμης (56), ἧκεν εἰς Ἀσίαν ἀπὸ Νικομηδείας· καὶ συγγενόμενος ἐκεῖσε τοιούτοις, προθυμότερος περὶ ταῦτα γέγονεν.
D Ἐπεὶ δὲ Γάλλος ὁ αὐτοῦ ἀδελφὸς, Καῖσαρ καταστὰς, μηνυθεὶς νεωτερίζειν ἀνῃρέθη, ὑπολαβὼν Κωνστάντιος καὶ αὐτὸν ἔρωτι βασιλείας κατέχεσθαι, ὑπὸ φυλακῆς εἶχεν. Ἐξαιτησαμένης δὲ αὐτὸν Εὐσεβείας τῆς γαμετῆς Κωνσταντίου, παραιτησάμενος αὐτὸν, ἀπεδήμησεν εἰς Ἀθήνας· προφάσει μὲν τῶν Ἑλληνικῶν πόνων καὶ παιδευτε-

## VALESII ANNOTATIONES.

(54*) *Ἐν ὑπονοίᾳ δυσχερῶν πραγμάτων ταλαιπωρούμενος*. Scribendum puto ταλαιπωρουμένοις. Refertur enim ad id quod præcessit, τοῦτο δὴ τοῖς πολλοῖς συμβαῖνον, seu potius τὸ πολλοῖς συμβαῖνον, ut legitur in codice Fuketiano. Hoc est, *quemadmodum plerisque evenire solet qui calamitatum metu cruciantur, spe rerum secundarum illectus, Maximum in amicorum numero habuit.*

(55) *Καὶ ἐποιεῖτο περὶ τάδε*. Hujus loci veram scripturam servavit codex Fuketii, in quo ita diserte scriptum inveni: καὶ ἐπτοεῖτο περὶ τάδε. Id est, *et earum rerum admiratione capiebatur.*

(56) *Ὧδε δὲ ἔχων γνώμης*. Malim scribere ὧδε δή. Sic enim Græci loqui solent.

Digitized by Google

ρίων· ὡς δὲ λέγουσι, κοινωσάμενος τοῖς ἐκεῖσε μάντεσι περὶ τῶν κατ' αὐτόν. Μετακαλεσάμενος δὲ αὐτὸν ἐνθένδε Κωνστάντιος, Καίσαρα κατέστησε· κατεγγυήσας τε αὐτῷ πρὸς γάμον Κωνσταντίαν τὴν αὐτοῦ ἀδελφὴν (57), ἐπὶ τοὺς πρὸς δύσιν Γαλάτας πέπομφεν. Οἱ γὰρ Βάρβαροι, οὓς αὐτὸς πρότερον κατὰ Μαγνεντίου ἐμισθώσατο εἰς συμμαχίαν, οὐδὲν ὄφελος εἰς τοῦτο γενόμενοι, τοὺς Γαλάτας ἐδῄουν. Ἐπεὶ δὲ ἔτι νέος ἦν, τοῖς ἑπομένοις αὐτῷ στρατηγοῖς τὰ πρακτέα ἐπέτρεψε. Τῶν δὲ ῥᾳθυμούντων, αὐτὸς ὡς ἐνῆν ὁ Καῖσαρ τοῦ πολέμου προενόει· καὶ τοὺς στρατιώτας προθυμοτέρους περὶ τὴν μάχην κατέστησεν, ἄλλως τε παρακινδυνεύειν προτρέπων, καὶ ῥητὸν μισθὸν τάξας ἑκάστῳ βάρβαρον ἀναιροῦντι. Κεχαρισμένος δὲ τοῖς στρατιώταις ἐντεῦθεν γενόμενος, ἐδήλωσε Κωνσταντίῳ τὴν τῶν στρατηγῶν ῥᾳστώνην. Ἀποσταλέντος δὲ ἑτέρου, συμβαλὼν τοῖς Βαρβάροις, καλῶς ἔπραξε. Τῶν δὲ περὶ σπονδῶν πρεσβευομένων, καὶ ἐπιστολὰς Κωνσταντίου προϊσχομένων, μετακαλουμένου σφᾶς ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων γῆν, ἐπίτηδες ἀποπέμψαι μελήσας τὸν τάδε πρεσβευόμενον, ἀδοκήτως τῷ πλήθει τῶν πολεμίων ἐπελθὼν, ἐνίκησε. Λέγεται δὲ Κωνστάντιον ἐπιβουλεύοντα αὐτῷ, τοῦτον ἐπιτρέψαι τὸν πόλεμον. Ἐμοὶ δὲ οὐ πιθανὸν εἶναι τοῦτο δοκεῖ. Ὧ γὰρ ἐξῆν μηδὲ Καίσαρα τὴν ἀρχὴν ποιεῖν αὐτὸν, τί καὶ ἐποίει, καὶ τὴν ἀδελφὴν ἐδίδου γαμετὴν, καὶ μεμφομένῳ περὶ τῶν ῥᾳθύμων στρατηγῶν ὑπήκουε, καὶ σπουδαῖον ἀντὶ τούτων ἐξαπέστειλεν, ὅπως κατορθῶσι τὸν πόλεμον, εἰ μὴ φίλος ἐτύγχανεν; ἀλλ' ὡς συμβάλλω, τὴν μὲν ἀρχὴν εὔνους ὢν αὐτῷ Κωνστάντιος, Καίσαρα κατέστησεν· ἐπεὶ δὲ παρὰ γνώμην αὐτοῦ σεβαστὸς ἀνεκηρύχθη, ἢ δεδιὼς ἀνθ' ὧν αὐτὸν καὶ τὸν ἀδελφὸν νέους ὄντας ἠδίκησεν, ἢ φθονῶν, ὡς εἰκὸς, ἐπὶ τῇ ὁμοίᾳ τιμῇ, ἐπεβούλευεν αὐτῷ διὰ τῶν πρὸς τὸν Ῥῆνον βαρβάρων. Ἀλλὰ τάδε μὲν ἄλλοις ἄλλως δοκεῖ.

A gressus ætatem, promptius ad hæc ferri, eaque agere cœpit. Artem igitur, si qua illa est, quæ res futuras prædicit, ingenti admiratione suspiciens, ejusque notitiam necessariam sibi esse existimans, experimentum cepit earum rerum quæ Christianis interdictæ sunt. Ex eo tempore eos qui artem istam profiterentur in amicorum habuit numero. Cum igitur eo animo esset, relicta Nicomedia in Asiam perrexit, et cum ejusmodi viris illic congressus, ardentiore studio in eas artes incubuit. Cæterum cum frater ipsius Gallus Cæsar, res novas moliri delatus, eamque ob causam interfectus fuisset, suspicatus Constantius Julianum quoque imperandi cupiditate ardere, sub custodia eum tenuit. Verum cum Eusebia uxor B Constantii pro illo deprecata esset, ipse venia a Constantio impetrata, Athenas profectus est: specie quidem, ut Græcas disciplinas perdisceret, et scholas frequentaret: re vera tamen, ut vates illic degentes de rebus suis consuleret. Verum paulo post Constantius eum inde accersitum Cæsarem renuntiavit: desponsaque ei Constantia sorore sua, eum in Gallias misit. Etenim barbari quos ipse paulo antea ad auxilium sibi ferendum contra Magnentium mercede conduxerat, cum nullum sui usum in eo bello præbuissent, Gallos populabantur. Et quoniam Julianus adhuc juvenis erat, ducibus ipsum comitantibus rerum curam commisit Constantius. Qui dum segnius agerent, C ipsemet Cæsar pro virili parte belli curam suscepit: et milites ad pugnandum alacriores reddidit, tum aliis modis **182** eos incitando ut periculis sese objicerent, tum certa mercede proposita ei qui barbarum interfecisset. Quam ob causam acceptus militibus ducum suorum desidiam Constantio per litteras indicavit. Altero igitur magistro militum misso, cum barbaris congressus, rem feliciter gessit. Cumque illi legatos de pace misissent, et litteras ostenderent Constantii, quibus ipsos in Romanorum ditionem evocaverat, ipse legatum qui ea de re venerat, dimittere de industria cunctatus, magnam hostium multitudinem inopinato adortus devicit. Aiunt porro Constantium insidias Juliano struentem, bellum istud ei gerendum commisisse: quod tamen mihi nequaquam videtur probabile. Nam cum ei liceret illum ne Cæsarem quidem initio facere, quid causæ est cur fecerit, cur sororem suam illi in matrimonium dederit, cur de ducum desidia conquerenti morem gesserit, et eorum loco alium strenuum miserit ut victoriam de hostibus reportaret, nisi benevolo erga illum animo affectus fuisset? Verum, ut equidem conjicio, initio quidem Constantius cum eum benevole complecteretur, Cæsarem nuncupavit. Sed postquam præter ipsius sententiam Augustus renuntiatus esset; seu metu, eo quod ipsum ac fratrem adhuc adolescentes injuria affecerat; seu invidia, ut videtur, impulsus, eo quod parem ipsi honoris gradum consecutus esset, barbarorum qui Rhenum accolunt opera, insidias ei comparavit. Verum de his rebus alii aliter sentiunt.

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

*Ὅτι καταστὰς εἰς τὴν βασιλείαν Ἰουλιανὸς, ἠρέμα πως τὰ τῶν Χριστιανῶν ἀνακινεῖν ἤρξατο, καὶ τὸν Ἑλληνισμὸν τεχνηέντως εἰσάγειν.*

Ἐπεὶ δὲ μόνος εἰς τὴν βασιλείαν κατέστη, καὶ ἀνὰ τὴν Ἕω τοὺς Ἑλληνικοὺς ναοὺς ἀνέῳξε, καὶ τοὺς

D

## CAP. III.

*Quomodo Julianus ad imperium evectus res Christianorum sensim labefactare, et gentilium superstitionem callide instaurare cœpit.*

Ubi vero solus imperio potitus est, in Orientis quoque partibus gentilium templa aperuit. Et ea

### VALESII ANNOTATIONES.

(57) *Κωνσταντίαν τὴν αὐτοῦ ἀδελφήν.* Helenam dicere debuerat. Sic enim vocata est uxor Cæsaris Juliani. Constantia vero ejusdem Helenæ soror, nupta fuerat Gallo Cæsari, fratri Juliani.

Digitized by Google

quidem quæ neglecta fuerant sarciri; eversa vero refici, et aras exstrui jussit, multaque eis vectigalia constituit. Priscos etiam ritus, et patrias urbium cæremonias ac sacrificia renovavit. Ipse palam ac publice diis immolans, victimas ac libamenta offerens, eos qui istarum rerum studiosi essent, in honore habebat. Sacrorum præterea initiatoribus, flaminibus, hierophantis et simulacrorum ministris pristinos honores restituit, et quæ a superioribus imperatoribus in eorum gratiam constituta fuerant confirmavit; immunitatem quoque a functionibus publicis, et ab aliis oneribus, sicut antea habuerant, iis decrevit. Ad hæc annonas ædituis templorum ablatas reddidit. Jussitque ut **183** a cibis abstinerent, et ab aliis omnibus a quibus temperare convenit eos qui, ut gentiles loquuntur, in castu esse volunt. Præcepit etiam ut cubitus Nili et sacra symbola juxta morem majorum ad templum Serapidis deferrentur. Nam ex præcepto imperatoris Constantini, deportabantur ad ecclesiam. Scribebat frequenter civitatibus: eas quidem quas gentilium superstitioni deditas esse cognoverat, ultro adhortans ut

A ἠμελημένους ἐπισκευάζεσθαι, τοὺς δὲ καταλυθέντας ἀνανεοῦσθαι, καὶ τοὺς βωμοὺς ἀνίστασθαι προσέταξε. Καὶ πολλοὺς αὐτοῖς ἐξεῦρε φόρους (58)· ἔθη τε παλαιὰ, καὶ τὰ πάτρια τῶν πόλεων, καὶ τὰς θυσίας ἀνενέωσεν· αὐτός τε ἀναφανδὸν δημοσίᾳ ἔσπενδε, καὶ ἔθυε, καὶ τοὺς περὶ ταῦτα σπουδάζοντας ἐν πολλῇ τιμῇ ἐποιεῖτο· μύσταις τε καὶ ἱερεῦσιν (59), ἱεροφάνταις τε καὶ τοῖς τῶν ξοάνων θεραπευταῖς (60), τὰς παλαιὰς τιμὰς ἀπέδωκε· καὶ τὰ παρὰ τῶν πρόσθεν βασιλέων νενομοθετημένα ἐπ' αὐτοῖς ἐκύρωσε· λειτουργιῶν τε, καὶ τῶν ἄλλων ὧν πρὶν εἶχον, τὴν ἀτέλειαν (61) ἐπεψηφίσατο. Καὶ τὰ ἀφαιρεθέντα τῶν νεωκόρων σιτηρέσια ἀπέδωκε. Καὶ καθαροὺς εἶναι ἀπὸ τροφῶν διεκελεύετο, καὶ ὅσον ἀπέχεσθαι προσῆκε τὸν, ὡς Ἕλληνες λέγουσιν, ἁγιστεύειν προειρημένον (62). Προσέταξε δὲ καὶ τὸν πῆχυν τοῦ B Νείλου, καὶ τὰ σύμβολα [r], καὶ τὰ παλαιὰ πάτρια (63) κομίζεσθαι πρὸς τὸν Σάραπιν. Κατὰ πρόσταξιν γὰρ Κωνσταντίνου τῇ ἐκκλησίᾳ προσεφέρετο. Τῷ δὲ κοινῷ τῶν πόλεων πολλάκις ἔγραφεν· εἰ μὲν πρὸς Ἑλληνισμὸν τετραμμένας ἔγνω, προτρέπων αἰτεῖν ἃς βούλονται δωρεάς. Ταῖς δὲ Χριστιανιζούσαις προφανῶς ἀπηχθάνετο, μήτε ἐπιδημεῖν αὐτὸς ἀνεχόμενος, μήτε

## VALESII ANNOTATIONES.

(58) *Ἐξεῦρε φόρους*. In codice Fuketiano scriptum est ἐφεῦρε. Vocem autem φόρους, Musculus quidem *reditus*, Christophorsonus autem *tributa* interpretatus est. Ego Musculi interpretationem magis probo. Neque enim Julianus nova tributa excogitavit, quippe qui vetera et solemnia imminuerit, ut docet Ammianus Marcellinus.

(59) *Μύσταις τε καὶ ἱερεῦσιν*. Apud Græcos μύσται proprie dicebantur ii qui sacris initiabantur, ut docet Harpocration in Lexico. Interdum tamen abusive ponuntur pro μυσταγωγοῖς, seu initiatoribus. Atque ita hoc loco sumit Sozomenus. Vide, si placet, quæ notavi ad Eusebium, *De vita Const.*, l. I, c. 32. Michael Psellus in lib. VI *Historiæ* ita sumere videtur, cum dicit de quodam qui minister imperatoris fuerat, et qui postea patriarcha fuit CPolitanus: Ὁ δέ γε Θεὸς ἐπὶ τῆς κρείττονος τοῦτον μερίδος ἱστᾷ, καὶ τῆς ἑαυτοῦ θείας σοφίας μυσταγωγὸν καὶ μύστην καθίστησιν.

(60) *Ξοάνων θεραπευταῖς*. Vestitores simulacrorum intelligit, et bajulos, et alios hujusmodi ministros, quorum frequens mentio exstat apud Julium Firmicum in libris Matheseos. Eos Græci ἱεροστολιστὰς et ἱεροφόρους vocant.

(61) *Καὶ τῶν ἄλλων ὧν πρὶν εἶχον τὴν ἀτέλειαν*. Mallem dicere ὡς πρὶν εἶχον, etc. Vulgata tamen lectio ferri potest.

(62) *Τῶν ἀρχιστεύειν προειρημένων*. Hujus loci emendationem debemus codici Leonis Allatii, in quo ita scribitur: τὸν, ὡς Ἕλληνες λέγουσιν, ἁγιστεύειν προῃρημένον. Græci ἁγιστεύειν dicebant pro, sancte et caste deos colere. Hesychius, ἁγιστεῖν, σέβειν, ἁγνεύειν· ἁγιστεύει, σέβεται. Hinc etiam ἁγιστείαν dicebant sanctitatem et ἁγνείαν, ut docet Suidas. Quod Latini dicunt in castu esse. De castu Isidis et Cybeles vide quæ olim notavit Theodorus Canterus in libris variarum lectionum; cujus exactæ diligentiæ nihil arbitror addi posse. Sumitur etiam hoc verbum pro sacrificare, ut notat idem Suidas. Ita Marinus in *Vita Procli* sub initium dicit: Οὐχ ἐκ τῶν ἴσων ἕκαστοι τὰς ἁγιστείας ποιοῦνται, ἀλλ' οἱ μὲν διὰ ταύρων, etc. Idem infra de Proclo ita scribit: Τὰς δὲ μητρῳακὰς παρὰ Ῥω- C μαίοις ἢ καὶ πρότερόν ποτε παρὰ Φρυξὶν σπουδασθείσας ἁγιστείας ἑκάστου μηνὸς ἥγνευεν. Ubi vides ἁγιστείας sumi non pro sacrificiis, sed pro castu sive abstinentia. Certe apud Suidam in voce μητρῳακαί, ubi hic Marini locus citatur, pro ἁγιστείας legitur καστείας. Utitur eadem voce Strabo in lib. XVII, de Canopo loquens: Ἔχουσα τὸ τοῦ Σαράπιδος ἱερὸν πολλῇ ἁγιστείᾳ τιμώμενον, καὶ θεραπείας ἐκφέρον, ὥστε καὶ τοὺς ἐλλογιμωτάτους ἄνδρας πιστεύειν καὶ ἐγκοιμᾶσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν ἢ ἑτέρων. Ubi pro verbo πιστεύειν scribendum puto ἁγιστεύειν, quod est, *in castu esse*.

(63) *Καὶ τὰ σύμβολα, καὶ τὰ παλαιὰ πάτρια*. In codice Fuketiano deest vox παλαιά, quæ mihi quidem videtur esse expositio vocabuli πάτρια. Græci τὰ πάτρια vocare solent antiquos ritus ac cæremonias. Origines quoque et antiquitates singularum civitatum ita vocabant. Eoque titulo multi libros ediderunt, cujusmodi exstat Codini liber qui Πάτρια Κωνσταντινουπόλεως inscribitur. Quare hoc loco D scribendum puto κατὰ τὰ πάτρια· id est, *juxta morem institutumque majorum*. Mos enim erat Alexandriæ jam inde ab ultimis temporibus, ut cubitus quo ascensum Nili metiri consueverant, ad templum Serapidis deferretur. Quod cum indigne tulisset Constantinus religiosissimus imperator, eum deinceps in ecclesiam deportari statuit, ut tradunt scriptores Historiæ ecclesiasticæ. Porro cum Nili cubito sacra quædam ac simulacra ab Ægyptiis coli solita in templum Serapidis deferebantur, ut ex hoc Sozomeni loco colligimus, quorum vi ac potentia intumescere aquas Nili credebant gentiles.

## VARIORUM

[r] *Τὰ σύμβολα*. Idola interpretatur Valesius in notis; Le Moyne in *Var. sacr.*, part. II, p. 395, urbis privilegia intelligit, quæ Anglice *Charters* dicimus. W. LOWTH.

Digitized by Google

πρεσβευόντων περὶ τῶν λυπούντων, τὰς πρεσβείας A δεχόμενος. Ἀμέλειτοι προσδοκωμένων τότε Περσῶν ἐπιστρατεύειν πρεσβευομένοις περὶ τούτου Νισιβηνοῖς, ὡς παντελῶς Χριστιανίζουσι, καὶ μήτε τοὺς ναοὺς ἀνοίγουσι, μήτε εἰς τὰ ἱερὰ φοιτῶσιν, ἠπείλησε μὴ βοηθεῖν, μήτε πρεσβείαν δέχεσθαι, καὶ ὡς ἐναγοῦς τῆς αὐτῶν πόλεως μὴ ἐπιβήσεσθαι πρότερον, εἰ μὴ πύθοιτο εἰς Ἑλληνισμὸν μεταβαλόντας. Παραπλήσια δὲ καὶ τοῖς ἐν Παλαιστίνῃ Κωνσταντιεῦσιν ἐγκαλῶν, προσένειμε Γαζαίοις τὴν αὐτῶν πόλιν. Ταύτην γὰρ τὴν Κωνσταντίαν, ὡς ἐκ τῶν πρόσθεν ἔγνωμεν, ἐπίνειον Γαζαίων οὖσαν καὶ Μαϊουμᾶν προσαγορευομένην, μαθὼν Κωνσταντῖνος ἐς τὰ μάλιστα τὴν Χριστιανῶν θρησκείαν πρεσβεύειν, ἀξίᾳ πόλεως ἐτίμησε, καὶ Κωνσταντίῳ τῷ παιδὶ ἐπωνόμασε, καὶ καθ' ἑαυτὴν πολιτεύεσθαι διετάξατο· λογισάμενος ἄδικον B εἶναι, τελεῖν ὑπὸ Γαζαίοις ἐς ἄγαν Ἑλληνίζουσιν. Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν βασιλείαν παρῆλθεν Ἰουλιανὸς, δίκην ἔλαχον οἱ Γαζαῖοι τοῖς Κωνσταντιεῦσι. Καὶ δικαστὴς καθίσας αὐτὸς, προσένειμε Γάζῃ τὴν Κωνσταντίαν, ἀμφὶ τοὺς εἴκοσι σταδίους διεστῶσαν· καὶ τὸ ἐξ ἐκείνου τῆς προτέρας ἀφαιρεθεῖσα προσηγορίας, παραθαλάττιον μέρος τῆς Γαζαίων πόλεως ὀνομάζεται. Κοινοὶ δὲ αὐτοῖς πολιτικοὶ ἄρχοντες, καὶ στρατηγοὶ (64) καὶ τὰ δημόσια πράγματα. Μόνα δὲ τὰ περὶ τὴν Ἐκκλησίαν εἰσέτι καὶ νῦν δύο πόλεις δείκνυσιν· ἑκατέρα γὰρ ἰδίᾳ ἐπίσκοπον καὶ κλῆρον ἔχει, καὶ πανηγύρεις μαρτύρων, καὶ μνείας τῶν παρ' αὐτοῖς γενομένων ἱερέων, καὶ ὅρους τῶν πέριξ ἀγρῶν, οἷς τὰ ἀνήκοντα ἑκατέρᾳ ἐπισκοπῇ θυσιαστήρια διορίζεται. C Τῶν οὖν καθ' ἡμᾶς ἐπισκόπων τις τῆς Γαζαίων πόλεως, τετελευτηκότος τοῦ προεστῶτος τῆς Μαϊουμιτῶν Ἐκκλησίας, ἐσπούδασεν ἀμφοτέρους τοὺς κλήρους ὑφ' ἑαυτὸν ποιῆσαι, μὴ θεμιτὸν εἶναι λέγων, μιᾶς πόλεως δύο ἐπισκόπους προεστάναι. Ἀντειπόντων δὲ τῶν Μαϊουμητῶν, διέγνω ἡ τοῦ ἔθνους σύνοδος, καὶ ἕτερον ἐχειροτόνησεν ἐπίσκοπον· πάντως προσήκειν δοκιμάσασα, τοὺς δι' εὐσέβειαν δικαίων πόλεως ἀξιωθέντας, διὰ δὲ κρίσιν Ἑλληνιστοῦ βασιλέως ἄλλως πράξαντας, ἐν ἱερωσύναις καὶ τάξει Ἐκκλησιῶν, μὴ χρῆναι ἀφαιρεῖσθαι τῶν δοθέντων γερῶν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ὧδε ἀπέβη.

peterent quidquid donari sibi vellent. Illas vero quæ Christianam religionem colerent, palam aversabatur: nec ipse eas adire sustinens, nec legatos earum admittens, si quando de incommodis suis conquererentur. Denique cum Persarum irruptio eo tempore exspectaretur, Nisibenis qui legatos ea de re ad ipsum miserant, eo quod Christiani omnes essent, ac neque templa deorum aperirent, neque ad sacra accederent, minatus est se nec opem laturum, nec legationem admissurum esse, nec in ipsorum urbem, utpote sceleratam, pedem prius illaturum, quam ipsos ad gentilium religionem se transtulisse didicisset. Constantiensibus quoque in Palæstina idem crimen objiciens, urbem eorum Gazæis contribuit. Hanc enim urbem Constantiam, uti supra retulimus, cum navale esset Gazæorum, et Maiuma prius diceretur, Constantinus Christianæ religioni impense deditam esse intelligens, civitatis jure donaverat, et filii sui Constantii nomine appellatam, separatim rempublicam habere præceperat: iniquum esse ratus ut Gazæis Græcorum superstitioni supra modum addictis contributa esset. Verum ubi Julianus ad imperium pervenit, Gazæi adversus Constantienses litem moverunt. Ipse vero in ea causa judex sedens, Gazæis Constantiam adjudicavit, viginti circiter stadiis ab ea dissitam. Atque exinde priore spoliata vocabulo, maritima pars urbis Gazæ appellatur. Ac civiles quidem magistratus, et duumviri, et respublica ambabus communis est. Quod vero ad Ecclesiam pertinet, ea solum parte duæ urbes etiamnum videntur. Utraque **184** enim suum seorsum habet episcopum, suum clerum: dies item festos martyrum suorum, et commemorationes episcoporum qui ipsis præfuerunt: vicinorum denique agrorum limites quibus Ecclesiæ ad utrumque episcopatum pertinentes distinguuntur. Nostra igitur ætate quidam episcopus urbis Gazæ, mortuo episcopo Maiumitanorum, utrumque clerum adunare ac sibi subjicere conatus est, nefas esse dicens ut unius urbis duo essent episcopi. Sed cum Maiumitani contradicerent, synodus provinciæ, causa cognita, alterum episcopum ordinavit: prorsus æquum esse judicans ut qui pietatis causa jus civitatis adepti fuissent, sed pagani principis sententia eo jure excidissent, in iis saltem quæ ad sacerdotium et ecclesiasticum ordinem spectant, concessis sibi præmiis nequaquam spoliarentur. Verum hæc postea, ad hunc quem dixi modum, contigerunt.

## ΚΕΦΑΛ. Δ'. D

*Οἷα κακὰ Καισαρεῦσιν ὁ Ἰουλιανὸς διεπράξατο· καὶ περὶ τῆς παῤῥησίας Μάρι τοῦ ἐπισκόπου Χαλκηδόνος.*

Περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον, καὶ τὴν πρὸς τῷ Ἀργαίῳ [s] Καισάρειαν, μεγάλην καὶ εὐδαίμονα, καὶ μητρόπολιν

## CAP. IV.

*Quantis malis Cæsarienses affecerit Julianus: et de fiducia Maris Chalcedonensis episcopi.*

Per idem tempus Julianus imperator Cæsaream, ad montem Argæum sitam, urbem amplam atque

### VALESII ANNOTATIONES

(64) *Πολιτικοὶ ἄρχοντες καὶ στρατηγοί.* Male Christophorsonus στρατηγοὺς belli duces interpretatur: στρατηγοὶ dicebantur a Græcis magistratus municipales seu duumviri, ut jam pridem observavi in annotationibus ad lib. XXXI Ammiani Marcellini, pag. 423.

### VARIORUM.

[s] *Πρὸς τῷ Ἀργαίῳ.* Argæus, mons Cappadociæ maximus Straboni, in Asia minori, valdeque excelsus: extenditur inter Cæsaream ad ortum, et confinia Galatiæ regionis ad occasum, prope Melam fluvium, spatio fere 80 mill. pass. BAUDRAND.

Digitized by Google

opibus abundantem, et totius Cappadociæ metropolim, ex albo civitatum expunxit, et cognomentum Cæsaris ei ademit, quod olim regnante Claudio meruerat, cum Mazaca prius diceretur. Nam et antea ejus civitatis incolas gravissimo odio prosequebatur, propterea quod omnes pene Christiani essent, et quod duo apud ipsos templa, Jovis scilicet præsidis urbis, et Apollinis patrii, jampridem destruxissent. Ubi vero templum Genii publici, quod solum supererat, se regnante a Christianis eversum esse didicit, gravissima indignatione commotus est adversus universam civitatem. Ac gentiles quidem qui illic erant admodum pauci, incusavit quod ad opem ferendam non accurrissent, et si quid periculi subeundum erat pro Genii defensione, alacri animo non pertulissent. Omnes vero opes ac possessiones ecclesiarum, tam quæ in urbe Cæsarea, quam quæ in vicinis locis essent, tormentis exquiri, et in medium proferri jussit. Et confestim quidem trecentas auri libras fisco inferri, universos autem clericos referri in album officii rectoris provinciæ : quod quidem **185** genus militiæ onerosum, et inter Romanos milites vile atque inhonestum existimatur. Vulgus vero Christianorum una cum uxoribus et liberis describi, et perinde ac in pagis, tributa pendere præcepit. Addito quoque jurejurando minatus est, nisi quamprimum templa instaurassent, se urbi succensere eamque opprimere non destiturum : ac ne permissurum quidem ut Galilæi (sic enim Christianos per ludibrium vocabat) capita sua retinerent. Ac fortasse ad opus ipsum pervenissent minæ, nisi morte præreptus fuisset. Nam et initio imperii, clementiorem se præbuit iis qui prius Ecclesiam persecuti fuerant, non quod Christianos

A οὖσαν τοῦ Καππαδοκῶν κλίματος ἐκ τοῦ καταλόγου τῶν πόλεων ἐξήλειψεν ὁ βασιλεύς· καὶ τῆς ἐπωνυμίας τοῦ Καίσαρος ἀφείλετο, ἧς πάλαι ἔτυχεν ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος [1], Μάζακα τὸ πρῶτον (65) ὀνομαζομένη. Ἐμίσει γὰρ καὶ πρότερον ἐξαίσιον μῖσος τοὺς αὐτῆς οἰκήτορας, ὡς πανδημεὶ Χριστιανίζοντας, καὶ πάλαι καθελόντας τοὺς παρ' αὐτοῖς νεὼς, πολιούχου Διὸς, καὶ πατρῴου Ἀπόλλωνος. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ τῆς Τύχης, ὃ μόνον (66) περιελείφθη, αὐτοῦ βασιλεύοντος πρὸς τῶν Χριστιανῶν ἀνετράπη, δεινῶς ἀπηχθάνετο πάσῃ τῇ πόλει, καὶ ἐδυσφόρει. Καὶ Ἕλληνας μὲν, τοὺς ὄντας εὐαριθμήτους μάλα, ἐμέμφετο, ὡς μὴ ἐπαμύνοντας, καὶ εἰ παθεῖν ἔδει τι, προθύμως ὑπὲρ τῆς Τύχης ὑπομείναντας. Πάντα δὲ τὰ κτήματα καὶ τὰ χρήματα τῶν ἐν Καισαρείᾳ B καὶ ὑπὸ τοὺς αὐτῆς ὅρους ἐκκλησιῶν, ἐρευνώμενα μετὰ βασάνων, εἰς μέσον φέρεσθαι προσέταξεν. Αὐτίκα δὲ τριακοσίας λίτρας χρυσοῦ τῷ ταμείῳ ἐκτίσαι· κληρικοὺς δὲ πάντας ἐγγραφῆναι τῷ καταλόγῳ τῶν ὑπὸ τὸν ἄρχοντα τοῦ ἔθνους στρατιωτῶν· ὃ δαπανηρὸν εἶναι σφόδρα καὶ ἐπονείδιστον (67) ἐν ταῖς τῶν Ῥωμαίων στρατιαῖς νομίζεται. Τὸ δὲ πλῆθος τῶν Χριστιανῶν σὺν γυναιξὶ καὶ παισὶν ἀπογράψασθαι, καὶ καθάπερ ἐν ταῖς κώμαις φόρους τελεῖν· ἔνορκον δὲ ἠπείλησεν, ὡς εἰ μὴ τάχος τὰ ἱερὰ ἀνεγείρωσιν, οὐ παύσεται μηνιῶν, καὶ κακοποιῶν τὴν πόλιν· καὶ οὐδὲ τὰς κεφαλὰς συγχωρήσει τοὺς Γαλιλαίους ἔχειν· ὧδε γὰρ ἐπιτωθάζων καλεῖν εἴωθε τοὺς Χριστιανούς. Ἐξέβη δ' ἂν ἴσως εἰς ἔργον C ἡ ἀπειλὴ, εἰ μὴ θᾶττον ἐτελεύτησεν. Ἐπεὶ καὶ παρὰ τὴν ἀρχὴν, οὐκ ἐλεῶν τοὺς Χριστιανοὺς, φιλανθρωπότερος ἐφάνη τῶν πρόσθεν διωξάντων τὴν Ἐκκλησίαν· ἀλλ' ἐκ τῶν φθασάντων εὑρὼν, οὐδὲν ὄφελος εἶναι τιμωριῶν εἰς σύστασιν Ἑλληνισμοῦ· ταύτῃ δὲ μάλιστα τὰ Χριστιανῶν ηὐξῆσθαι, καὶ ἐνδοξότερα

## VALESII ANNOTATIONES.

(65) *Μάζα κατὰ τὸ πρῶτον*. Scribendum procul dubio est Μάζακα τὸ πρῶτον ὀνομαζομένη. Nam Cæsarea Cappadociæ, prius Mazaca vocabatur, ut tradunt geographi. Quod vocabulum a Syris inditum mihi videtur, quorum coloni sunt Cappadoces, ut testatur Herodotus.

(66) *Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸν τῆς Τύχης ὅς*, etc. Rectius in codice Fuketiano legitur τὸ τῆς τύχης ὃ μόνον, etc. Quam scripturam Christophorsonus etiam ac Savilius in quibusdam codicibus repererant. Subaudiendum autem est ἱερόν. De templo Genii urbis Cæsareæ Cappadociæ loquitur etiam Gregorius Nazianzenus in *Invectiva priore in Julianum*, p. 91 ; et in oratione 19, p. 309. Vide quæ scripsi in annotationibus Eusebianis.

(67) *Δαπανηρὸν καὶ ἐπονείδιστον*. Cur ἐπονείδιστον, id est vile ac probrosum vocaverit hoc genus militiæ, satis intelligo. Triplex enim fuit militia apud Romanos. Prima et honoratissima est palatina, eorum scilicet qui in palatio militabant. Secunda fuit castrensis sive armata. Tertia fuit cohortalis, eorum scilicet qui in officio præfectorum ac præsidum militabant. Hæc postrema, si cum duabus aliis conferatur, vilissima erat. Sed cur δαπανηρόν vocetur hoc genus militiæ, non satis capio. Quæstuosum enim potius videtur fuisse. Unde in Codice Theodosiano peculiaris titulus est *De lucris officiorum*. Hujusmodi certe officiales judicum, tam civilium quam militarium, multa exigere solebant a litigantibus aut a provincialibus. Onerosa tamen fuit hæc militia : primum in eo quod novelli qui corpori seu collegio officialium ascribebantur, D muneris seu sportulæ loco grandem pecuniam inferre cogebantur in arcam collegii ; deinde in eo quod sententias judicum et præcepta imperatorum exsecutioni mandabant suo periculo, id est gravi mulcta puniendi, nisi paruissent. Hinc in Codice Theodosiano toties ascriptum legitur legibus imperatorum, ut officium præsidum decem aut plures auri libras fisco inferre cogatur, si quidpiam contra legem facere præsumpserit.

## VARIORUM.

[1] *Ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος*. A Tiberio impositum id nomen, regno Archelai in provinciam redacto, diserte tradit Eusebius in *Chronico*. Causa istius erroris ex communi utrique Cæsari Tiberii nomine profecta videtur, ut sæpe alias factum. Hæc Spanhemius, dissert. 9, *De numismat*. W. Lowth. Idem et Pagio observatum, ad ann. 362, n. 4.

Digitized by Google

γεγενῆσθαι τῇ ἀνδρείᾳ τῶν διὰ τὸ δόγμα ἀποθανεῖν ἑλομένων. Ὅθεν δόξης αὐτοῖς φθονῶν, οὐ φειδόμενος, πυρὶ μὲν ἢ σιδήρῳ (68), ἢ τοῖς τοῦ σώματος αἰκισμοῖς, ἢ τῷ καταποντῶσαι, καὶ ζῶντας κατορύττειν, ἃ τὸ πρὶν ἐσπουδάζετο, οὐκ ἀναγκαῖον εἶδεν εἰς μετάστασιν γνώμης· λόγῳ δὲ καὶ παραινέσεσι πείθειν ἡγεῖτο τὰ πλήθη εἰς Ἑλληνισμὸν μεταβαλεῖν· καὶ τοῦ σκοποῦ περιέσεσθαι ῥᾳδίως, εἰ βιάσασθαι μὴ ἀξιώσας (69), ἐκ παραδόξου φιλάνθρωπός τις εἶναι δόξει περὶ αὐτούς. Λέγεται γοῦν πυθομένῳ αὐτῷ ἐν Κωνσταντινουπόλεως τειχίῳ (70) προσελθόντα Μάριν τὸν Χαλκηδόνος ἐπίσκοπον, ἀσεβῆ τε δημοσίᾳ ὑβρίσαι, καὶ ἄθεον καὶ παραβάτην ἀποκαλέσαι (71)· τὸν δὲ, μόνην αὐτῷ ὀνειδίσαι τὴν τύφλωσιν· ὑπὸ χειραγωγῷ γὰρ ἐληλύθει, γέρων ὢν καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑποκεχυμένος. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐπισκώπτων, οἷά περ εἰώθει, εἰς τὸν Χριστὸν βλασφημῶν, Οὐδὲ ὁ Γαλιλαῖός σου Θεὸς, εἶπε, θεραπεύσει σε· ὑπολαβὼν Μάρις, Ἀλλ' ἐγὼ χάριν ἔχω τῷ Θεῷ μου τῆς τυφλώσεως, ἔφη, ἵνα μή σε θεάσωμαι τῆς εὐσεβείας ἐκπεπτωκότα. Καὶ ὁ βασιλεὺς μηδὲν ἀποκρινόμενος παρέδραμεν. Ὤετο γὰρ ταύτῃ μᾶλλον Ἑλληνισμὸν κρατύναι, ἀνεξίκακον καὶ πρᾷον ἀδοκήτως τῷ πλήθει τῶν Χριστιανῶν ἑαυτὸν ἐπιδεικνύς.

A miseraretur : sed quoniam ex præteritis rebus deprehenderat nihil prodesse supplicia ad confirmandam gentilium religionem : imo vero res Christianorum ea potissimum ratione auctas esse, multoque quam prius illustriores exstitisse, ob fortitudinem eorum qui religionis causa mortem oppetere non dubitassent. Quocirca invidens gloriæ Christianorum, non autem iis parcens, nequaquam necessarium esse existimavit ad eos de sententia deducendos, igne ac ferro et corporum cruciatibus uti, nec in mare demergere, aut vivos humi defodere, quod a superioribus fuerat factitatum. Sed populos ratione atque exhortationibus inducendos esse censuit, ut ad gentilium religionem se conferrent : seque id quod cupiebat facile B assecuturum, si omissa vi, præter omnium exspectationem clementer se erga eos gerere videretur. Porro quadam die, cum in templo Genii publici Constantinopoli sacrificaret, Maris Chalcedonensis episcopus eum adiisse dicitur, et tanquam impium palam contumelia affecisse, Deique hostem et desertorem fidei appellasse [1]. Julianus vero solam ei exprobravit cæcitatem. Etenim senex suffusione oculorum laborans, manu pueri deductus accesserat. Sed cum more solito irridens, et in Christum blasphemans dixisset : Nunquam profecto Galilæus Deus tuus te sanabit ; respondens Maris : At ego, inquit, gratias ago Deo meo, quod luminibus orbatus sum, ne te videam qui a pietate excidisti. Imperator vero, nihil respondens, prætergressus est. Hoc enim pacto se gentilium superstitionem confirmaturum esse existimabat, si multitudini Christianorum patientem se ac mitem præter exspectationem ostenderet.

## ΚΕΦΑΛ. Ε'.

*Ὅτι ἀνῆκε καθειργμένοις Χριστιανοῖς τὴν ἐλευθερίαν, ἵνα μᾶλλον ἡ Ἐκκλησία ταράσσοιτο· καὶ ὅσα κακὰ κατὰ Χριστιανῶν ἐπενόει.*

Ταῦτα δὲ σπουδάζων, πᾶσι μὲν τοῖς ἐπὶ Κωνσταντίου φυγαδευθεῖσι διὰ θρησκείαν, ἀνῆκε τὴν φυγὴν, καὶ τοῖς δημευθεῖσι νόμῳ τὰ σφέτερα ἀπέδωκε· τοῖς δὲ δήμοις προηγόρευε, μηδένα ἀδικεῖν τῶν Χριστιανῶν, μηδὲ ὑβρίζειν, μηδὲ ἄκοντας πρὸς θυσίαν ἕλκειν· τοὺς δὲ ἑκόντι τοῖς βωμοῖς προσιόντας, πρότερον ἐξιλεοῦσθαι οὓς Ἕλληνες καλοῦσιν Ἀποτροπαίους δαίμονας, καὶ καθαίρεσθαι καθαρσίοις, οἷς ἔθος αὐτοῖς. Κληρικοὺς μέντοι, πᾶσαν ἀτέλειαν καὶ τιμὴν καὶ τὰ σιτηρέσια ἀφείλετο (72) Κωνσταντίου [v]· καὶ τοὺς

## C 186 CAP. V.

*Qualiter Julianus Christianis vinctis libertatem restituerit, eo consilio ut Ecclesiæ turbarentur : et quanta mala in Christianos excogitaverit.*

Hæc igitur mente agitans, eos quidem qui regnante Constantio in exsilium pulsi fuerant, exsilio liberavit, proscriptis vero, lege lata, facultates suas restituit. Populis autem civitatum palam interdixit ne quem Christianorum aut injuria afficerent, aut contumelia, neve invitos ad sacrificandum traherent. Sed ut qui sua sponte ad aras accederent, prius placarent eos dæmonas quos pagani Averruncatores vocant ; et expiationibus quæ ipsis usitatæ sunt, purgarentur. Et cleri-

[1] Socr., lib. III, c. 12.

## VALESII ANNOTATIONES.

(68) *Πυρὶ μὲν ἢ σιδήρῳ.* Deest verbum χρῆσθαι, sicut in interpretatione mea supplevi. Ita quoque legisse videtur Christophorsonus.

(69) *Οὐ βιάζεσθαι μὴ ἀξιώσας.* Hunc locum correxi ex codice Fuketiano, in quo diserte ita scribitur, εἰ βιάσασθαι μὴ ἀξιώσας, etc., quam scripturam nemo, ut opinor, in dubium revocabit.

(70) *Πυθομένῳ αὐτῷ ἐν Κωνσταντινουπόλεως τειχίῳ.* In codice Fuketiano scriptum inveni πειθομένῳ. Christophorsonus autem et Savilius θυομένῳ emendarunt, et τυχείῳ pro τειχίῳ. Atque ita legit Epiphanius Scholasticus et Nicephorus. Nam Epi- D phanius quidem sic vertit, *Cum Constantinopoli apud Fortunam sacrificaret urbis*, etc. Nicephorus autem in cap. 20, lib. X, sic habet : Ἐν τῇ βασιλικῇ τῇ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπέθυε Τύχῃ, etc. Ex quo conjicere licet, Nicephorum in hoc Sozomeni loco legisse ἐπιθυομένῳ, non, ut editum est, πυθομένῳ.

(71) *Καὶ παραβάτην ἀποκαλέσαι.* In codice Fuketiano scriptum inveni, καὶ ἀποστάτην προσειπεῖν, quemadmodum Christophorsonus et Savilius in suis codicibus invenerunt.

(72) *Τὰ σιτηρέσια ἀφείλετο Κωνσταντίου.* Assentior Christophorsono et Savilio, qui Κωνσταν-

## VARIORUM.

[v] *Κληρικοὺς πᾶσαν ἀτέλειαν καὶ τιμὴν καὶ τὰ σιτηρέσια ἀφείλετο.* Abrogavit etiam legem Constantini qua quidvis Ecclesiæ vel ecclesiastico per testamentum relinquere cuivis concessum erat. Vid. *Epist.* Juliani *Ad Bostrenses.* W. Lowth.



Digitized by Google

cis quidem immunitatem omnem atque honorem, et annonas a Constantio præbitas ademit: legesque in eorum gratiam latas abrogavit: ipsos denique curiis restituit. A mulieribus etiam ob egestatem clero ascriptis, ab ipsis quoque virginibus ac viduis, ea quæ ex publico acceperant exigi jussit. Nam cum Constantinus Ecclesiarum statum ordinaret, ex tributis singularium civitatum, partem quæ ad alimenta paranda sufficeret, clero cujusque urbis distribuit, idque lege lata confirmavit: quæ quidem lex etiamnum manet, ex eo tempore quo Julianus est mortuus, diligenter custodita. Hanc porro exactionem crudelissimam ac molestissimam fuisse ferunt. Testantur id tabulæ ab exactoribus tunc traditæ iis qui solvere compulsi fuerant, quibus ostenderetur reddidisse illos ea quæ ex Constantini lege acceperant. Nec tamen hic stetit odium principis adversus religionem Christianam. Verum ut erat infenso in hanc doctrinam animo, nullum nocendi genus prætermisit, quo Ecclesiam subverteret. Nam et opes earum, et donaria ac sacra vasa ademit: et deorum templa quæ principatu Constantini et Constantii destructa fuerant, ab iis ipsis qui ea destruxerant, instaurari coegit, aut pretia eorum persolvi. Has ob causas, cum neutrum istorum præstare possent, ac præterea sacræ opes studiose perquirerentur, **187** episcopi simul et clerici, et ex plebe Christianorum non pauci, gravissimis tormentis subditi, et in carcerem conjecti sunt. Undecunque igitur conjicere licet, quod quidem ad cædes et ad novos corporum cruciatus attinet, eum leniorem fuisse illis qui Ecclesias antea fuerant persecuti; in reliquis vero acerbiorem. Etenim omni ex parte Ecclesiam vexasse deprehenditur: nisi quod episcopos qui regnante Constantio relegati fuerant, ab exsilio revocavit. Istud tamen non miseratione impulsus jussisse dicitur, sed ut ex mutuis inter illos contentionibus, Ecclesia civili bello conflictaretur, et a suis institutis desciseret; vel certe ut Constantium probro afficeret. Odium enim omnium fere Romanorum in illum, licet mortuum, se concitaturum esse sperabat, si paganos quidem, utpote idem

A ὑπὲρ αὐτῶν κειμένου; νόμους ἀνεῖλε, καὶ τοῖς βουλευτηρίοις ἀπέδωκε. Μέχρι τε παρθένων καὶ χηρῶν, τὰς δι' ἔνδειαν ἐν τοῖς κλήροις τεταγμένας, εἰσπράττεσθαι προσέταξεν, ἃ πρὶν παρὰ τοῦ δημοσίου ἐκομίσαντο. Ἡνίκα γὰρ Κωνσταντῖνος τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν διέταττε πράγματα, ἐκ τῶν ἑκάστης πόλεως φόρων τὰ ἀρκοῦντα πρὸς παρασκευὴν ἐπιτηδείων ἀπένειμε τοῖς πανταχοῦ κλήροις, καὶ νόμῳ τοῦτο ἐκράτυνεν, ὡς καὶ νῦν κρατεῖ, ἐξ οὗ τέθνηκεν Ἰουλιανὸς ἐπιμελῶς φυλαττόμενος. Ὠμοτάτην δὲ καὶ χαλεπωτάτην τήνδε γενέσθαι φασὶ τὴν εἴσπραξιν. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὰ τότε παρὰ τῶν πρακτόρων γενόμενα γραμματεῖα (73) τοῖς εἰσπραχθεῖσιν, εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἀναδόσεως ὧν εἰλήφεσαν κατὰ τὸν Κωνσταντίνου νόμον. Οὐχ ἐν τούτοις δὲ μόνον ἵστατο ἡ τοῦ κρα-
B τοῦντος περὶ τὴν θρησκείαν ἀπέχθεια· σπουδῇ δὲ τοῦ πρὸς τὸ δόγμα μίσους, οὐδὲν εἶδος παρέλιπεν εἰς καθαίρεσιν τῆς Ἐκκλησίας. Χρήματά τε καὶ τὰ ἀναθήματα, καὶ τὰ ἱερὰ σκεύη ἀφαιρούμενος· τούς τε καταβληθέντας νεὼς ἐπὶ τῆς Κωνσταντίνου καὶ Κωνσταντίου ἡγεμονίας βιαζόμενος τοὺς καθελόντας ἀνοικοδομεῖν, ἢ τὰς ὑπὲρ αὐτῶν ἀποτιμήσεις ἐκτιννύειν. Ἐκ δὲ τούτων, μηδέτερον ἐπιτελεῖν δυνάμενοι, προσέτι δὲ καὶ τὴν ἀναζήτησιν (74) τῶν ἱερῶν χρημάτων, ἱερεῖς τε καὶ κληρικοὶ καὶ τῶν ἄλλων Χριστιανῶν πολλοὶ, χαλεπῶς ἐβασανίζοντο, καὶ δεσμωτηρίοις ἐνεβάλλοντο. Ὥστε πανταχόθεν συμβάλλειν ἔστιν, φόνων μὲν ἕνεκα καὶ περινοίας τῶν εἰς τὸ σῶμα τιμωριῶν, μετριώτερον αὐτὸν γενέσθαι τῶν προτοῦ διωξάντων τὴν Ἐκκλησίαν· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις χαλεπώ-
C τερον. Φαίνεται γὰρ ἐν πᾶσιν αὐτὴν κακῶς ποιήσας· πλὴν ὅτι τοὺς ἀλλοτρίαν οἰκεῖν καταδικασθέντας ἱερέας ἐπὶ τῆς Κωνσταντίου βασιλείας, μετεκαλέσατο. Λέγεται δὲ μὴ φειδοῖ τῇ περὶ αὐτοὺς ταῦτα προστάξαι· ἀλλ' ὥστε, ἢ ὑπὸ τῆς πρὸς ἀλλήλους ἔριδος ἐμφυλίῳ μάχῃ πολεμεῖσθαι τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ τῶν οἰκείων διαμαρτεῖν θεσμῶν· ἢ Κωνστάντιον διαβάλλων. Ὤετο γὰρ σχεδὸν πρὸς πᾶν τὸ ὑπήκοον καὶ τελευτήσαντι τούτῳ, μῖσος κατασκευάζειν, τοὺς μὲν Ἑλληνιστὰς, ὡς ὁμόφρονας θεραπεύων· τοὺς δὲ διὰ Χριστὸν ἐπ' ἐκείνου κακῶς παθόντας, ὡς ἠδικημένους, ἐλεῶν. Ἀμέλει τοι καὶ τοὺς εὐνούχους, ὡς αὐτῷ καταθυμίους, τῶν βασιλειῶν ἐξέβαλεν. Εὐσέβιον δὲ τὸν

## VALESII ANNOTATIONES.

τίνου emendarunt. Primus enim Constantinus privilegia et annonas clericis tribuit. Certe Nicephorus in hoc Sozomeni loco legit Κωνσταντίνου. Nam in cap. 5 lib. x ita scribit: Ὅσα δὲ Κωνσταντῖνος κληρικοῖς ἐποίει σιτηρέσια καὶ ἀτελείας, τὸ θεῖον τιμῶν, περιεῖλεν, etc. Mallem tamen vocem Κωνσταντίου expungere, utpote superfluam. Certe Epiphanius Scholasticus eam non agnoscit. Sic enim vertit hunc Sozomeni locum: *Clericis autem omnia privilegia, honores, consuetudinesque subtraxit, et leges positas pro eis solvit.*

(73) *Παρὰ τῶν κατέρων γενόμενα γραμματεῖα.* Hunc locum emendavi ex manuscriptis codicibus Fuketiano et Leonis Allatii, in quibus scribitur παρὰ τῶν πρακτόρων, etc. Exactores et susceptores tributorum, a Græcis dicuntur πράκτορες vel πρακτῆρες. Ita quoque legit Nicephorus, ut videre est in capite 4 lib. x: γραμματεῖα vero sunt apochæ seu securitates, quas vulgo Quittantias vocamus.

D (74) *Προσέτι δὲ καὶ τὴν ἀναζήτησιν.* Christophorsonus et Savilius emendarunt, προσέτι δὲ καὶ ζήτησιν τῶν ἱερῶν χρημάτων. Mallem tamen emendare hoc modo, προσέτι δὲ κατὰ τὴν ἀναζήτησιν. Duas enim causas affert Sozomenus, ob quas sacerdotes et clerici, multique ex plebe Christianorum, tormentis subditi sunt principatu Juliani. Prima est quia, cum jussi essent templa gentilium quæ destruxerant, reficere, aut pretium pro iis solvere, neutrum præstare poterant. Altera est, quia sacra vasa et donaria ecclesiarum quæ Constantinus imp. iis donaverat, ab illis requirebantur. Quæ cum tradere nollent clerici, crudelissime torquebantur. Δυνάμενοι igitur refertur ad ἱερεῖς, quod non vidit Christophorsonus. Rectius itaque Musculus hunc locum interpretatus fuerat hoc modo: *Cum autem nihil horum præstare possent, et ut insuper sacras pecunias proferrent, graviter torquebantur, et in carceres conjiciebantur sacerdotes et clerici,* etc.

Digitized by Google

μείζονα τῆς βασιλικῆς αὐλῆς, θανάτῳ ἐζημίωσε. Καὶ ἰδίᾳ γὰρ αὐτῷ λύπη τις ἦν πρὸς τοῦτον, καθότι Γάλλον τὸν ἀδελφὸν τῇ αὐτοῦ ἐπιβουλῇ ἀνῃρῆσθαι ὑπώπτευεν, Ἀέτιον δὲ [x] τὸν ἀρχηγὸν τῆς Εὐνομίου αἱρέσεως, ὑπὸ Κωνσταντίου ὑπερορίαν φυγὴν καταδικασθέντα, καὶ ἄλλως ὕποπτον διὰ τὴν πρὸς Γάλλον ὁμιλίαν, εὐμενῶς εὖ μάλα γράψας (75) προσεκαλέσατο πρὸς αὐτὸν, δημόσια ὑποζύγια δεδωκώς· ἐκ τοιαύτης δὲ αἰτίας, καὶ Ἐλεύσιον τὸν Κυζίκου ἐπίσκοπον ὑπὸ βαρυτάτῳ ἐπιτιμίῳ προσέταξε τότε, ταῖς αὐτοῦ δαπάναις ἐν δύο μόνοις μησὶν ἀνοικοδομῆσαι τὴν Ναυατιανῶν ἐκκλησίαν, ἣν ἐπὶ Κωνσταντίου καθεῖλεν. Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ ἂν εὕροι τις, ἃ διὰ μῖσος τοῦ πρὸ αὐτοῦ ἡγεμονεύσαντος, τὰ μὲν αὐτὸς ἐποίησε· τὰ δὲ ἄλλων ποιούντων, ἠνέσχετο.

A cum ipso sentientes, foveret: eos vero qui illo regnante propter Christum male multati fuissent, miseratione prosequeretur. Quin et eunuchos, eo quod illi chari fuissent, palatio ejecit [1]. Eusebium vero præpositum palatii morte multavit. Nam et privatim illi erat infensus, eo quod Gallum fratrem ejus consilio interfectum esse suspicabatur. Sed et Aetium auctorem sectæ Eunomianorum, qui a Constantio ob id relegatus fuerat, et alioqui ob amicitiam cum Gallo suspectus eidem exstiterat, scriptis ad eum litteris plenis humanitatis, dataque copia publici cursus, ad se evocavit. Simili ex causa, Eleusio Cyzicenorum episcopo sub gravissima multa injunxit ut intra spatium duorum duntaxat mensium ecclesiam Novatianorum, quam Constantii temporibus destruxerat, suis sumptibus instauraret [2]. Multa quoque alia reperire licet, quæ in odium decessoris sui partim ipse gessit, partim alios gerere permisit.

## ΚΕΦΑΛ. Ϛʹ.

*Ὅτι καὶ Ἀθανάσιος τότε ἐπὶ χρόνοις ἑπτὰ παρὰ παρθένῳ σώφρονι καὶ ὡραίᾳ κρυπτόμενος, ἀνεφάνη, καὶ τῆς Ἀλεξάνδρου ἐπέβη.*

Ἐν δὲ τῷ τότε, καὶ Ἀθανάσιος τὸν πρὸ τούτου χρόνον λανθάνων ὅπη διέτριβεν, ἀγγελθείσης τῆς Κωνσταντίου τελευτῆς, ἀνεφάνη νύκτωρ ἐν τῇ Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ. Ἦν δὲ τοῦτο εἰκότως παράδοξον, ἐξαπίνης ὧδε παρὰ τὴν προσδοκίαν συμβάν. Ἡνίκα γὰρ ἐξ ἐπιβουλῆς τῶν Γεωργίου ἐπιτηδείων, προστάξαντος τοῦ βασιλέως σπουδάσας αὐτὸν συλλαβέσθαι ὁ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ταγμάτων ἡγεμὼν ἀπέτυχεν, ὡς ἐν τοῖς πρόσθεν εἴρηται, διαφυγὼν μέχρι τῆς παρούσης ἡγεμονίας, παρά τινα παρθένον ἱερὰν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐκρύπτετο. Ἦν ἐπὶ τοσούτῳ κάλλει τὰς τότε γυναῖκας ὑπερβάλλεσθαι παρειλήφαμεν, ὡς θαῦμα μὲν αὐτὴν εἶναι τοῖς ὁρῶσι· φευκτέαν δὲ τοῖς ἐπιείκειαν καὶ σωφροσύνην ἐπαγγελλομένοις, ἵνα μή τινα ψόγον ἐξ ὑπονοίας αὐτοῖς προστρίψηται. Ἦν γὰρ καὶ ἐν ἀκμῇ τῆς ὥρας, σεμνή τε καὶ σώφρων εἰς ἄγαν. Ἡ μὴ δὲ τῆς φύσεως συλλαμβανούσης (76), διακοσμεῖν εἴωθε τὸ σῶμα εἰς εὐπρέπειαν κάλλους. Ἦ γὰρ ἀληθὲς εἰπεῖν, οὐχ ὥς τισι δοκεῖ, ὁποῖα τὰ σώματα, τοιαύτην εἶναι τὴν ψυχήν. Ἀλλ' ἐν τοῖς τῆς

B

## CAP. VI.

*Quomodo Athanasius, cum per septem annos apud virginem quamdam pudicam ac venustam delituisset, tandem apparuit, et Alexandriam reversus est.*

Eodem tempore Athanasius, cum antea nescio ubi delituisset, nuntiato Constantii interitu, in Alexandrina Ecclesia noctu comparuit. Quod quidem merito admirationi fuit, cum repente præter omnium exspectationem contigisset. Nam cum ex insidiis amicorum Georgii, jubente **188** Constantio, dux Ægypti eum comprehendere conatus frustra fuisset, sicuti supra retulimus: fuga elapsus Athanasius, ad hoc usque tempus Alexandriæ delituit apud quamdam virginem consecratam. Quam quidem formæ venustate reliquas mulieres adeo C superasse accepimus, ut spectantibus quidem instar esset miraculi: viris autem modestiam et castitatem profitentibus, fugienda esse videretur, ne ex sinistra suspicione aliquod ipsis probrum aspergeret. Erat enim in ipso ætatis flore gravis admodum et modesta: quæ res, etiamsi naturæ adjumentum desit, admirabili venustate corpus exornare solent. Re vera enim, non ut quibusdam videtur, qualia sunt corpora, tales etiam sunt

[1] Socr., lib. III, c. 1. [2] Id., ibid., c. 2.

## VALESII ANNOTATIONES.

(75) *Εὐμενῶς εὖ μάλα γράψας.* In codice Fuketiano desunt εὖ μάλα, quæ prorsus superflua sunt, aut certe alterum illorum, prius videlicet. Porro hæc epistola Juliani ad Aetium exstat hodie inter epistolas ejusdem Juliani, hoc titulo Ἀετίῳ ἐπισκόπῳ. Certe Philostorgius in lib. VII, cap. 6, diserte testatur Aetium a Leontio, Serra, Heliodoro, aliisque episcopis in unum collectis, episcopum esse ordinatum.

(76) *Ἡ μὴ δὲ τῆς φύσεως συλλαμβανούσης.* Scribendum puto, ἃ μηδὲ τῆς φύσεως συλλ. Vult D enim dicere Sozomenus florem ætatis, ac modestiam atque gravitatem, puellis decorem ac venustatem addere. Quæ sequitur autem sententia, non tales esse animos qualia sunt corpora, sed ex animi institutis ac moribus formam corporum exprimi, meo quidem judicio puerilis est, nec gravitati scriptoris *Ecclesiasticæ Historiæ* convenit. Miror tamen eam adeo placuisse Nicephoro, ut illam Historiæ suæ inseruerit. Emendationem nostram confirmat Nicephorus, ut videre est in cap. 6 lib. X.

## VARIORUM.

[x] **Ἀέτιον δέ.** Brevis est Juliani ad Aetium epistola, et sic se habet: Λοιποῖς μὲν ἅπασι — *Cæteris omnibus qui a Constantio vita defuncto ejecti patria fuerant, propter amentiam Galilæorum, exsilium condonavi. Te autem non solum ea pœna libero, verum etiam memor pristinæ consuetudinis atque amicitiæ nostræ, hortor ut ad nos venias. Uteris autem vehiculo publico usque ad nostram cohortem, et uno parhippo.* Epist. 31.

Digitized by Google

animi. Sed ex animi institutis forma corporis exprimitur : et unusquisque cujusmodi studiis deditus est, hujusmodi etiam apparet eo tempore quo in studiis illis versatur. Et huic quidem sententiæ, si quis exacte rem expenderit, nemo, ut opinor, contradicet. Cæterum aiunt Athanasium impulsum divina visione, quæ ipsum hac ratione servatum iri monuerat, ad eam virginem confugisse. Ac mihi quidem in rei totius exitum intuenti, hæc non absque Dei nutu videntur esse disposita : sed ut propinqui Athanasii nullam sustinerent molestiam, si quis eos scrutari, et curiose de illo inquirere voluisset, aut jurare etiam compulisset : et ut ipse occultus latitaret apud eam virginem, quæ ob formæ quidem venustatem non sinebat ut quis sacerdotem illic degere suspicaretur; præ animi autem fortitudine eum excepit, et prudentia sua servavit. Usque adeo fida custos, et sedula ejus ministra, ut et pedes ei lavaret, et res ad victum necessarias, ac reliqua omnia, quæcunque naturæ necessitas exigit, ubi opus esset, sola per se ministraret : libros præterea quibus ille indigebat, ab aliis commodatos afferret : et longissimi temporis spatio quo hæc gerebantur, nemo tamen ex Alexandrinis civibus rem cognosceret.

A ψυχῆς ἐπιτηδεύμασιν ἀπεικονίζεσθαι τὸ τοῦ σώματος ἦθος· καὶ τὸν αὐτὸν ὅπως ἂν τύχῃ ἐπιτηδεύων, τοιοῦτον καὶ διαφαίνεσθαι, καθ' ὃν ἂν ἐπιτηδεύει καιρόν· καὶ τούτῳ μὲν τῷ λόγῳ εἴ τις ἀκριβῶς ἐξετάσειεν, οὐδεὶς οἶμαι ἀντερεῖ. Ἀθανάσιον δὲ λόγος, κατὰ θείαν ὄψιν ὧδε ὑποθεμένην αὐτῷ σωθήσεσθαι, πρὸς ταύτην τὴν παρθένον καταφυγεῖν. Καί μοι δοκεῖ πρὸς τὴν ἀπόβασιν ὁρῶντι, οὐκ ἀθεεὶ ταῦτα οἰκονομηθῆναι· ἀλλ' ὥστε καὶ τοὺς Ἀθανασίου ἐπιτηδείους μὴ ἔχειν πράγματα, εἴ τις αὐτοὺς πολυπραγμονεῖν περὶ αὐτοῦ ἐπιχειρήσειεν, ἢ ὀμνύναι ἐβιάσατο· καὶ αὐτὸν διαλαθεῖν παρὰ ταύτῃ κρυπτόμενον, ἣ τῷ μὲν κάλλει, οὐ συνεχώρει ὑπονοεῖσθαι ἐνθάδε διάγειν τὸν ἱερέα. Δι' ἀνδρείαν δὲ αὐτὸν ὑπεδέξατο, καὶ διὰ φρόνησιν ἀπέσωσεν· ἐπὶ τοσοῦτον B πιστοτάτη φύλαξ καὶ διάκονος σπουδαία γενομένη, ὡς πόδας αὐτοῦ νίπτειν, καὶ τὰ περὶ τροφὴν καὶ τ' ἄλλα πάντα, καὶ ὅσα φύσις ὑπομένειν βιάζεται ἐν ταῖς κατεπειγούσαις χρείαις, μόνην αὐτὴν διακονεῖσθαι· προσέτι δὲ καὶ βίβλους ὧν ἐδεῖτο, παρ' ἄλλων κομίζειν. Καὶ ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ (77) τούτων γενομένων, μηδένα τῶν κατοικούντων τὴν Ἀλεξανδρέων πόλιν μαθεῖν.

## 189 CAP. VII.

*De cæde et tractione Georgii Alexandrini episcopi, ob ea quæ in templo Mithræ acciderant; et quid ea de re scripserit Julianus.*

Et Athanasius quidem hoc modo servatus, ac præter omnium exspectationem in Ecclesia conspectus, undenam prodiisset ignorabatur. Populus autem Alexandrinus ingenti gaudio exsultans, ecclesias ei tradidit. Ariani igitur ecclesiis pulsi, in privatis ædibus conventus suos separatim egerunt, cum Lucium quemdam, Georgii loco, episcopum sectæ suæ constituissent. Jam enim Georgius interemptus fuerat. Nam simul atque magistratus palam fecissent, Constantium quidem mortuum, Julianum vero ad imperium evectum esse, Alexandrinorum gentilium vulgus seditionem commovit. Clamantesque universi, et conviciis eum incessentes, impetum in eum fecerunt, velut jamjam interfecturi. Verum impetu statim represso, tum

## ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

*Περὶ τῆς ἀναιρέσεως καὶ τοῦ θριάμβου Γεωργίου τοῦ Ἀλεξανδρείας, διὰ τὰ ἐν τῷ Μιθρίῳ συμβάντα· καὶ οἷα ἔγραψεν Ἰουλιανὸς περὶ τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως.*

C Ὁ μὲν οὖν Ἀθανάσιος ὧδε διασωθεὶς, καὶ ἀπροσδοκήτως ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ φανεὶς, οὐδ' ὅθεν προῆλθεν ἐγινώσκετο· περιχαρὴς δὲ γενόμενος ὁ τῶν Ἀλεξανδρέων λαὸς, τὰς ἐκκλησίας αὐτῷ παρέδωκεν. Ἐκβληθέντες δὲ οἱ τὰ Ἀρείου φρονοῦντες, ἐν ἰδιωτικαῖς οἰκίαις καθ' ἑαυτοὺς ἐκκλησίαζον, Λούκιον ἀντὶ Γεωργίου, τῆς αὐτῶν αἱρέσεως ἐπίσκοπον προβαλλόμενοι. Γεώργιος δὲ ἔτυχεν ἤδη ἀναιρεθείς· ἅμα γὰρ δημοσίᾳ δῆλον ἐποίησαν οἱ ἄρχοντες τετελευτηκέναι Κωνστάντιον, αὐτοκράτορα δὲ Ἰουλιανὸν εἶναι ἐστασίασε τὸ Ἑλληνικὸν πλῆθος τῶν Ἀλεξανδρέων. Κεκραγότες τε καὶ λοιδορούμενοι ὥρμησαν ἐπ' αὐτὸν, ὡς παραχρῆμα ἀναιρήσοντες· ἀνακοπέντες δὲ τῆς παραυτίκα ὁρμῆς, τότε μὲν αὐτὸν ἐν δεσμοῖς εἶχον. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ καταδραμόντες ἕωθεν εἰς τὸ

### VALESII ANNOTATIONES.

(77) *Καὶ ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ.* Quicunque hujus capitis titulum composuit, sive Nicephorus Callistus, sive quis alius, Athanasium septem annis apud sacram virginem latitasse scribit. Sed si rem ad exactos calculos revocare voluerimus, sex tantum [x], eosque non integros annos eum latuisse reperiemus : ab octavo scilicet consulatu Constantii, ad consulatum Tauri et Florentii, quo anno mortuus D est Constantius. Cæterum Athanasium apud istam sacram virginem tandiu latuisse vix credibile est. Assentior potius Gregorio Nazianzeno, qui in oratione 21 ait Athanasium, post ingressum et ordinationem Georgii, recepisse se in Ægypti monasteria, ibique latuisse usque ad principatum Juliani. Sozomeni tamen narrationem confirmat Palladius in Lausiaca, cap. 135.

### VARIORUM.

[x] Athanasius Alexandriam circa mensem Augustum anni 362 adventavit : ideoque verum est eum per septem annos delituisse. Illi tamen anni utrimque incompleti numerandi sunt, ab anno 356, ad annum 362. Qui loquendi modus, ut sæpe alibi, decepit Valesium. Antiquos incompletos plerumque pro integris numerare, mille exemplis liquet. Præterea, est hic octavus persecutionis Athanasianæ annus, quæ cœpta est ante finem Maii anni 355, a concilio nempe Mediolanensi. (Ant. Pagi, ad ann. 362, n. 14.)

Digitized by Google

δεσμωτήριον, ἀναιροῦσιν αὐτόν· καὶ καμήλῳ ἐπιθέντες, διημερεύσαντές τε ἐν ταῖς κατ' αὐτοῦ ὕβρεσι, περὶ δείλην ὀψίαν πυρὶ παρέδωκαν. Οὐκ ἀγνοῶ δὲ, ὡς οἱ ἀπὸ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως, τάδε λέγουσι παθεῖν τὸν Γεώργιον πρὸς τῶν τοῦ Ἀθανασίου σπουδαστῶν. Ἐγὼ δὲ τῶν Ἑλληνιστῶν ἡγοῦμαι μᾶλλον εἶναι τὸ δρᾶμα· λογιζόμενος ὡς μείζους οὗτοι καὶ πλείους ἀφορμὰς μίσους πρὸς αὐτὸν εἶχον, καὶ μάλιστα τὴν περὶ τὰ ξόανα καὶ τοὺς ναοὺς ὕβριν, καὶ τὴν τῶν θυσιῶν (78) καὶ πατρίων κώλυσιν. Ἐπέτεινε δὲ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀπέχθειαν, καὶ ἡ ἐν τοῖς βασιλείοις δύναμις· καὶ οἷα φιλεῖ δῆμος πρὸς τοὺς ἐν δυνάμει πάσχειν, οὐκ ἀνεκτὸν ἡγοῦντο. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ τοιόνδε τότε συνέβη περὶ τὸ καλούμενον παρ' αὐτοῖς Μίθριον· τοῦτόν γὰρ τὸν τόπον ἔρημον πάλαι γενόμενον, ἐδωρήσατο Κωνστάντιος τῇ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ. Γεωργίου δὲ εἰς ἐπισκοπὴν εὐκτηρίου οἴκου (79) ἀνακαθαίροντος, ἄδυτον ἀνεφάνη· ἐν ᾧ ξόανα μὲν ἴσως καὶ ὄργανά τινα εὑρέθη τῶν ἐνθάδε τότε μυούντων ἢ τελουμένων, ἃ τοῖς ὁρῶσι γελοιά τε καὶ ξένα ἐδόκει. Δημοσίᾳ δὲ ταῦτα προθέντες οἱ Χριστιανοὶ, ἐπόμπευον ἐπιτωθάζοντες τοῖς Ἑλληνισταῖς. Οἱ δὲ, πλῆθος εἰς ταυτὸ συλλεγέντες, ἐπῆλθον τοῖς Χριστιανοῖς· οἱ μὲν ξίφεσιν ἢ λίθοις· οἱ δὲ ἑτέρῳ τῳ ὡς ἔτυχεν ὁπλισάμενοι· καὶ πολλοὺς ἀνελόντες, τοὺς δὲ καὶ σταυρώσαντες ἐφ' ὕβρει τῆς θρησκείας, τραυματίας τοὺς πλείστους κατέστησαν. Ἐκ δὲ τούτου, Χριστιανοὶ μὲν τὸ ἀρχθὲν ἔργον, ἀτελὲς ἐγκατέλιπον· οἱ δὲ Ἑλληνισταὶ, ἐπιλαβούσης τῆς Ἰουλιανοῦ βασιλείας, τὸν Γεώργιον ἀνεῖλον. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ βασιλεὺς αὐτὸς τοῦθ' οὕτως ἔχειν. Ὅπερ οὐκ ἂν ὡμολόγησεν, εἰ μὴ ὑπὸ τῆς ἀληθείας ἐβιάσθη· ἤθελε γὰρ, οἶμαι, Χριστιανοὺς οἱουσδήποτε (80), ἢ Ἕλληνας εἶναι τοὺς Γεωργίου φονέας. Ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀπεκρύψατο· φαίνεται γοῦν ἐν τῇ περὶ τούτου πρὸς Ἀλεξανδρέας ἐπιστολῇ δόξας χαλεπαίνειν. Μέχρι δὲ γραμμάτων μόνον ἐμέμψατο, καὶ τὴν τιμωρίαν συνεχώρησεν· αἰδοῖ, φησὶ, τῇ πρὸς Σάραπιν τὸν αὐτῶν πολιοῦχον, καὶ Ἀλέξανδρον τὸν οἰκιστὴν, καὶ Ἰουλιανὸν τὸν αὐτοῦ θεῖον, ὃς πρὸ τούτου Αἰγύπτου καὶ τῆς Ἀλεξανδρείας αὐτῆς ἦρξεν· ἀνὴρ ἐς τὰ μάλιστα Ἑλληνισμῷ χαίρων, καὶ τοὺς Χριστιανοὺς ὑπερφυῶς μισῶν, ὡς τό γε κατ' αὐτὸν, ὑπεναντίον τῆς τοῦ κρατοῦντος γνώμης, καὶ μέχρις αἵματος κακῶς παθεῖν τοὺς Χριστιανούς.

A quidem eum in vincula conjecerunt. Paulo post vero, prima luce ad carcerem decurrentes, eum trucidant; et camelo impositum, cum per totum diem contumeliis affecissent, tandem sub vesperum incendio consumpserunt. Nec ignoro Arianos quidem affirmare Georgium ista passum esse ab Athanasii fautoribus. Ego vero hoc facinus gentilium fuisse potius existimo; considerans videlicet eos plures et graviores odii causas in illum habuisse, præcipue ob contumelias templis ac simulacris illatas, et ob sacrificia ac patrios ritus prohibitos. Sed et auctoritas qua pollebat in imperatoris palatio, odium civium in illum auxerat: atque, ut solet vulgus animo affectum esse erga potentiores, eum intolerabilem sibi existimabant.
B Acciderat præterea quidpiam in loco quem Alexandrini Mithrium vocant [1]. Hunc enim locum, cum jam pridem desertus esset, Alexandrinorum Ecclesiæ Constantius donaverat. Sed cum Georgius ad exstruendam illic ecclesiam eum repurgaret, adytum quoddam apparuit: in quo simulacra nescio quæ, et instrumenta reperta sunt, eorum qui tunc temporis sacra tradebant et accipiebant. Ea vero ridicula admodum ac peregrina spectantibus sunt visa. Quæ Christiani publice proponentes, traducere cœperunt, irridendo paganos. At illi numero quamplurimi, in unum congregati, in Christianos irruunt; pars gladiis et lapidibus: pars obvio quoque telo armati. Multisque interfectis, quibusdam
C etiam ad religionis nostræ contumeliam cruci suffixis, plurimos vulneratos reliquerunt. Hanc ob causam Christiani quidem opus quod inchoaverant, imperfectum dimisere: **190** gentiles vero, Juliano imperium ineunte, Georgium trucidarunt. Idque ita se habere ipse imperator testatur. Qui profecto nunquam id confessus esset, nisi veritas ipsa eum adegisset. Maluisset enim, ut opinor, Christianos aut quoscunque alios, Georgii interfectores esse, quam paganos. Sed tamen veritatem rei non celavit [2]. Et in epistola quidem quam ad Alexandrinos ea de re scripsit, visus est graviter succensere. Verum litteris duntaxat eos objurgavit. Pœnam vero remisit, in gratiam, ut ipse ait, Serapidis præsidis eorum urbis, et Alexandri con-
D ditoris, et Juliani avunculi sui, qui antea præfe-

[1] Socr., lib. III, c. 2. [2] Ibid., c. 3.

## VALESII ANNOTATIONES.

(78) *Καὶ τὴν τῶν οὐσιῶν.* Assentior Christophorsono et Savilio, qui θυσιῶν emendarunt, licet reclamantibus libris. Certe orationis series aliter scribi non patitur. Nicephorus tamen οὐσιῶν legit, et bonorum publicationem a Sozomeno intelligi existimavit. Sic enim hunc Sozomeni locum expressit: Κωλύοντι ἐκείνων τὰ πάτρια, κατασπῶντί τε τοὺς ἐκείνων νεὼς, καὶ τὰς οὐσίας δημεύοντι. Verum hæc Nicephori conjectura prorsus absurda esse mihi videtur.

(79) *Εἰς ἐπισκοπὴν εὐκτηρίου οἴκου.* Amplector emendationem Christophorsoni et Savilii, qui ἐπισκευὴν legunt pro ἐπισκοπήν, atque ita legisse videtur Nicephorus.

ὡς ἐξ ἔριδος, τὰ δόξαντα τῇ συνόδῳ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διαβάλλειν ἐπεχείρει. Ὃ δὴ πρόφασις ἐγένετο τῆς αἱρέσεως τῶν ἀπ' αὐτοῦ καλουμένων Λουκιφεριανῶν. Οἱ γὰρ ἐπὶ τούτοις αὐτῷ συναχθόμενοι, σφᾶς τῆς Ἐκκλησίας ἀπέσχισαν. Αὐτὸς δὲ καίπερ ὑπὸ τῆς λύπης κρατούμενος, ἐπειδὴ διὰ τοῦ διακόνου ὃν Εὐσεβίῳ συναπέστειλεν, ὡμολόγησεν ἐμμεῖναι τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παρὰ τῆς συνόδου πραχθεῖσιν, ὁμοφρονῶν τῇ καθόλου Ἐκκλησίᾳ, εἰς Σαρδονίαν ἀφίκετο. Εὐσέβιος δὲ κατὰ τὴν Ἕω περιϊὼν, τοὺς ἠμεληκότας τῆς πίστεως ἐπηνωρθοῦτο, καὶ ᾗ χρὴ φρονεῖν ἐδίδασκεν· ἔπειτα σπουδάζων, καὶ Ἰλλυριοὺς διῆλθε, καὶ εἰς Ἰταλίαν ἧκεν. Ἔνθα δὴ ταῦτα προκατωρθωκότα κατέλαβεν Ἱλάριον, ὃς Πυκτάβων, πόλις δὲ ἥδε Ἀκοιτανίας, ἐπίσκοπος ἦν· ἔτυχε γὰρ πρότερος ἐκ τῆς ὑπερορίας ἐπανελθὼν, Ἰταλούς τε καὶ Γάλλους διδάξας, ποῖα μὲν χρὴ τῶν δογμάτων προσίεσθαι, ποῖα δὲ φεύγειν· καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐλόγιμος τῇ Ῥωμαίων γλώττῃ ἐγένετο, καὶ λόγους ἀξιοχρέους, ὡς εἴρηται, συνέγραψεν, ἀπομαχομένους τοῖς Ἀρείου δόγμασιν. Ὧδε μὲν Ἱλάριος οὗτος καὶ Εὐσέβιος, ἐν τῇ πρὸς δύσιν ἀρχομένῃ τὸ δόγμα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου συνεκρότουν.

A vero cum conatus ipsi non succederet, Antiochia excessit. At Lucifer, contumeliæ loco ducens quod Eusebius ordinationem Paulini **199** non probasset, communicare illi detrectavit, et altercandi studio, ea quæ Alexandriæ in synodo decreta fuerant reprehendere conatus est; atque ea res occasionem præbuit sectæ illorum qui ex ejus nomine Luciferiani sunt appellati. Etenim ii qui una cum illo ob eas res indignati sunt, se ipsos ab Ecclesia præciderunt. Ipse vero quamvis exulcerato prorsus animo esset, tamen quoniam per diaconum quem una cum Eusebio miserat, se Alexandrinæ synodi actis consensurum promiserat, cum Ecclesia catholica consentiens, in Sardiniam rediit. Porro Eusebius Orientis provincias circumiens, eos qui B in fide negligentiores fuerant corrigere, et quæ credenda essent, docere cœpit. Per Illyricum deinde transiit, eidem operi intentus, et ad Italiam pervenit. Illic Hilarium Pictavorum, quæ urbs est Aquitaniæ, episcopum reperit, qui idem munus sedulo ante ipsum expleverat [1]. Prior enim ab exsilio redierat, Italosque et Gallos, quæ admittenda, quæ fugienda essent dogmata, docuerat. Nam et Latino sermone disertissimus fuit, et libros lectu dignissimos adversus opinionem Arii composuit. Et Hilarius quidem iste ac Eusebius Nicænæ synodi doctrinam hoc modo in Occidentis partibus asseruerunt.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

*Ὅπως οἱ ἀμφὶ Μακεδόνιον τοῖς περὶ Ἀκάκιον Ἀρειανοῖς διεφέροντο, καὶ τί ἦσαν ἀπολογούμενοι.*

Ἐν τούτῳ δὲ οἱ ἀμφὶ Μακεδόνιον, ὧν ἦν Ἐλεύσιος, καὶ Εὐστάθιος, καὶ Σωφρόνιος, ἤδη εἰς τὸ προφανὲς Μακεδονιανοὶ καλεῖσθαι ἀρξάμενοι, ὡς εἰς ἴδιον διακριθέντες σύστημα, ἀδείας τετυχηκότες τῇ Κωνσταντίου τελευτῇ, συγκαλέσαντες τοὺς ἐν Σελευκείᾳ ὁμόφρονας αὐτοῖς γενομένους, συνόδους τινὰς ἐποιήσαντο· καὶ τοὺς ἀμφὶ Ἀκάκιον, τήν τε βεβαιωθεῖσαν ἐν Ἀριμήνῳ πίστιν ἀπεκήρυξαν· τῇ δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκτεθείσῃ, ὕστερον δὲ ἐν Σελευκείᾳ πρὸς αὐτῶν κυρωθείσῃ, ἐπεψηφίσαντο. Ἐγκαλούμενοι δὲ τί δήποτε πρὸς τοὺς ἀμφὶ Ἀκάκιον διαφέρονται, πρότερον αὐτοῖς ὡς ὁμοδόξοις κοινωνοῦντες, τάδε διὰ Σωφρονίου τοῦ Παφλαγόνος ἐπεκρίναντο· ὡς οἱ κατὰ τὴν δύσιν, τὸ ὁμοούσιον ἐδόξαζον· Ἀέτιος δὲ ἐν τῇ Ἕῳ τὸ κατ' οὐσίαν ἀνόμοιον. Καὶ οἱ μὲν, ἀτάκτως τὰς ἰδιαζούσας ὑποστάσεις Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, συνέπλεκον εἰς ἑνότητα τῷ τοῦ ὁμοουσίου ὀνόματι· ὁ δὲ, σφόδρα τῆς τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα φύσεως διΐστα τὴν οἰκειότητα· σφᾶς δὲ εὐσεβεῖν, ὅμοιον εἶναι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν καθ' ὑπόστασιν λέγοντας, καὶ μέσην ἀμφοῖν ταύτην τὴν ὁδὸν ἐπιλέξασθαι, ἑκατέρων πρὸς ἄκρον τοῦ ἐναντίου χωρησάντων. Καὶ οἱ μὲν ὧδε ἀπολογεῖσθαι τοῖς μεμφομένοις ἐπειρῶντο.

## CAP. XIV.

*Quomodo Macedoniani ab Acacianis dissenserint, et quam pro se excusationem attulerint.*

C Per idem tempus ii qui a Macedonii partibus stabant, inter quos Eleusius erat et Eustathius ac Sophronius, qui jam Macedoniani palam vocitari cœperant, utpote qui peculiarem sectam constituerent; Constantii obitu licentiam nacti, convocatis iis qui Seleuciæ cum ipsis consenserant, synodos quasdam congregaverunt, et Acacianos ac fidem in Ariminensi concilio firmatam condemnarunt. Eam vero quæ Antiochiæ promulgata, et ab ipsis postea Seleuciæ confirmata fuerat, decretis suis comprobarunt. Cumque his objiceretur cur ab Acacianis dissiderent, quibuscum antea, utpote sibi consentientibus, communicabant, per Sophronium Paphlagonem hæc responderunt: Occidentales quidem Consubstantialem probavisse; Aetium vero in D Orientis partibus dissimilem quoad substantiam asseruisse. Et illos quidem distinctas Patris ac Filii personas Consubstantialis vocabulo temere in unum confudisse: hunc vero naturæ Filii cum Patris natura cognationem nimium quantum divisisse. Se vero pie facere, qui Filium Patri similem secundum hypostasim dicant, et hanc mediam inter utrosque viam elegerint, cum utrique illorum ad extremum contrariorum deflexissent. Et isti quidem apud eos a quibus reprehendebantur, hac ratione se purgare conati sunt.

[1] Socr., lib. III, c. 10.

Digitized by Google

## 200 CAP. XV.

*Quomodo Athanasius iterum relegatus sit. Item de Eleusio Cyziceno et Tito Bostrensi episcopis; et de majoribus Sozomeni.*

Imperator vero, cum Athanasium in Ecclesia Alexandrina collectas agere, et populum libere docere intellexisset, multosque gentilium ad Christianam religionem eo persuadente traduci, jussit ut Alexandria excederet [1]. Pœnasque ei gravissimas interminatus est, si illic remansisset : criminis loco id objiciens, quod cum a superioribus principibus exsilio esset condemnatus, sine ipsius auctoritate episcopalem sedem sibi vindicasset. Neque enim se his qui a Constantio relegati fuerant, reditum ad Ecclesias suas, sed in patriam duntaxat concessisse. Ob hoc igitur imperatoris præceptum, cum Alexandria discessurus esset, et Christianorum multitudinem circa se flentem videret : Bono animo estote, inquit ; nubecula enim est, quæ cito præteribit. Post hæc verba vale dixit, et Ecclesia sua optimo cuique ex amicis commendata, urbe Alexandria excessit. Eodem tempore Cyziceni legatos ad imperatorem misere, de rebus suis et de instaurandis gentilium templis acturos. Quos imperator ob curam sacrorum laudibus prosecutus, cuncta quibus opus habebant eis præbuit. Eleusio quoque ipsorum episcopo urbe interdixit, eo quod templa vastasset ac delubra contumeliis affecisset; ædes præterea alendis viduis et monasteria sacris virginibus construxisset; gentilibus denique persuasisset ut majorum cæremonias ritusque contemnerent. Quin etiam vetuit ne peregrini Christiani qui cum illo erant in urbem ingrederentur : causam hanc adjiciens, quod religionis suæ causa, ut verisimile est, seditionem excitaturi essent; adjunctis ad ipsorum partes Christianis qui in civitate erant, idemque cum illis de Deo sentiebant, et publicis opificibus lanariis,

[1] Socr., lib. III, c. 14.

A

## ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

*Ὡς ἐξόριστος πάλιν ἐγένετο Ἀθανάσιος· καὶ περὶ Ἐλευσίου τοῦ Κυζίκου, καὶ Τίτου τοῦ Βόστρων ἐπισκόπου· καὶ μνεία τῶν τοῦ συγγραφέως προγόνων.*

Ὁ δὲ βασιλεὺς, πυθόμενος ἐκκλησιάζειν Ἀθανάσιον ἐν τῇ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ, καὶ ἀδεῶς διδάσκειν τὰ πλήθη, καὶ πολλοὺς Ἑλλήνων πείθειν εἰς Χριστιανισμὸν μετατίθεσθαι, προσέταξεν αὐτὸν ἐξιέναι (98) τῆς Ἀλεξανδρείας. Μένοντι δὲ ἐν ταύτῃ, μεγίστας προηγόρευε ζημίας· πρόφασιν ἐγκλημάτων ποιησάμενος, ὡς παρὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων φεύγειν καταδικασθεὶς, μὴ ἐπιτραπεὶς ἀντελάβετο τοῦ θρόνου τῆς ἐπισκοπῆς. Μηδὲ γὰρ συγχωρῆσαι αὐτὸν εἰς τὰς Ἐκκλησίας κάθοδον, τοῖς παρὰ Κωνσταντίου φυγαδευθεῖσιν, ἀλλ' εἰς πατρίδας μόνον. B Διὰ τοῦτο δὲ τὸ βασιλέως πρόσταγμα μέλλων φεύγειν δεδακρυμένην ἰδὼν ἀμφ' αὐτὸν τὴν τῶν Χριστιανῶν πληθὺν, Θαῤῥεῖτε, ἔφη· νεφύδριον γάρ ἐστι, καὶ θᾶττον παρελεύσεται· καὶ τοῦτο εἰπὼν, συνετάξατο· καὶ τοῖς σπουδαιοτέροις τῶν φίλων τὴν Ἐκκλησίαν παραθέμενος, ἐξῆλθε τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως. Ἐν τούτῳ δὲ Κυζικηνῶν πρεσβευσαμένων πρὸς βασιλέα περὶ οἰκείων πραγμάτων, καὶ τῆς ἐπανορθώσεως τῶν Ἑλληνικῶν ναῶν, ἐπαινέσας αὐτοὺς τῆς περὶ τὰ ἱερὰ προνοίας, πάντα παρέσχεν ὧνπερ ἐδέησε (99). Καὶ Ἐλεύσιον δὲ τὸν παρ' αὐτοῖς ἐπίσκοπον, τῆς πόλεως εἶρξεν, ὡς λυμηνάμενον τοῖς ναοῖς, καὶ τοῖς τεμένεσιν ἐνυβρίσαντα· καὶ χηροτροφία κατασκευάσαντα, καὶ παρθενῶνας ἱερῶν παρθένων συστησάμενον, C καὶ τοὺς Ἑλληνιστὰς πείθοντα τῶν πατρίων ἀμελεῖν. Ἀπηγόρευσε δὲ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ ξένοις Χριστιανοῖς, μὴ ἐπιβαίνειν Κυζίκῳ· αἰτίαν ἐπαγαγὼν, ὡς εἰκὸς, αὐτοὺς τῆς θρησκείας ἕνεκα στασιάσαι (1)· συναιρομένων αὐτοῖς καὶ παραπλησίως περὶ τὸ θεῖον φρονούντων τῶν ἀπὸ τῆς πόλεως Χριστιανῶν καὶ τῶν δημοσίων ἐριουργῶν, καὶ τῶν τεχνιτῶν τοῦ νομίσματος· οἳ πλῆθος ὄντες, καὶ εἰς δύο τάγματα (2) πολυάνθρωπα διακεκριμένοι, ἐκ προστά-

## VALESII ANNOTATIONES.

(98) *Προσέταξεν αὐτὸν ἐξιέναι.* Exstat edictum imperatoris Juliani ad Alexandrinos, quo Athanasius jubetur Alexandria excedere. Quod si quis cupit legere, reperiet inter epistolas ejusdem Juliani, num. 26, cui subjungi debet epistola ejusdem Juliani ad Ecdicium præfectum Ægypti. Est enim ejusdem argumenti. In vulgatis tamen editionibus disjunctæ longo intervallo leguntur hæ duæ epistolæ.

(99) *Ὧνπερ ἐδέησε.* Scribendum videtur ἐδέησαν, ut habet Nicephorus in capite 20 libri X. Interpretes vero ita verterunt hunc locum, quasi legeretur ἐδεήθησαν. Potest tamen defendi vulgata lectio hoc sensu. Julianus, cum Cyziceni legatos ad eum misissent de quibusdam negotiis, et de instauratione templorum, laudavit eorum pietatem erga deos : et cuncta iis concessit quibus ipse opus habebat, id est quæ ad falsorum numinum cultum spectabant.

(1) *Στασιάσαι.* Scribendum puto στασιάσειν, quemadmodum legit Christophorsonus, ut ex versione ejus apparet. Ita quoque legit Nicephorus, qui hunc Sozomeni locum sic expressit : Καὶ νόμον ἔθετο, Κυζίκου μὴ ἐπιβαίνειν ὅσοι δὴ αὐτόχθονες ἦσαν Χριστιανοί· τὸ δὲ αἴτιον, ἵνα μὴ, φησὶ, διαστασιάζοιεν περὶ τῆς θρησκείας, τῶν ἐποίκων καὶ ὁμο- D φύλων συναιρομένων. Id est : *Legem etiam tulit, ne quis Christianorum, qui indigena non esset, Cyzicum adiret. Causamque constitutionis addidit, ne scilicet propter religionem seditio moveretur : advenis popularibusque eorumdem, qui eadem cum eis sacra colerent, opem illis ferentibus.* Ex iis apparet Nicephorum in hoc Sozomeni loco legisse στασιάσειν. Cæterum ex codice Fuketiano correxi, αὐτοὺς ὡς εἰκός, etc., cum antea legeretur, ὡς εἰκὸς αὐτούς.

(2) *Εἰς δύο τάγματα.* Langus et Christophorsonus *classes* verterunt : Musculus, *ordines*. Ego corpora interpretari malim. Nam ut corpora erant pistorum qui panes publico pendere cogebantur, sic etiam monetariorum et opificum lanariorum corpora fuere, qui monetæ aut vestium certum quotannis numerum pendebant. Monetariis autem præerat procurator monetæ : lanariis vero opificibus procurator linyphii. Hujusmodi porro procuratores erant sub dispositione comitis sacrarum largitionum, ut docet Notitia imperii Romani.

Digitized by Google

γματος τῶν πρὶν βασιλέων ἅμα γυναιξὶ καὶ οἰκείοις A ἀνὰ τὴν Κύζικον διέτριβον, ἔτους ἑκάστου ῥητὴν ἀποφορὰν τῷ δημοσίῳ κατατιθέντες, οἱ μὲν στρατιωτικῶν χλαμύδων, οἱ δὲ, νεουργῶν νομισμάτων. Ἐπεὶ γὰρ ἐκ παντὸς τρόπου δέδοκτο αὐτῷ συστῆσαι τὸν Ἑλληνισμὸν, βιάζεσθαι μὲν ἢ τιμωρεῖσθαι τοὺς δήμους μὴ θέλοντας θύειν, ἀβουλίας νενόμικεν. Σχολῇ γὰρ ἂν τοσούτων (3) καθ' ἑκάστην πόλιν οἱ ἄρχοντες τὸν ἀριθμὸν μόνον ἐπεγράψαντο· οὐ μὴν οὐδὲ συνιέναι καὶ κατὰ γνώμην εὔχεσθαι διεκώλυεν. Ἤδει γὰρ ὡς καὶ ἀνάγκῃ ποτὲ (4) κατορθωθείη τὰ προαιρέσεως ἐχουσίας εἰς σύστασιν δεόμενα. Τοὺς δὲ κληρικοὺς καὶ τοὺς προεστῶτας τῶν Ἐκκλησιῶν, ἀπελαύνειν τῶν πόλεων ἔσπευδε· τὸ μὲν ἀληθὲς εἰπεῖν, τῇ τούτων ἀπουσίᾳ πραγματευόμενος διαλῦσαι τῶν λαῶν τὰς B συνόδους· ὥστε μήτε τοὺς ἐκκλησιάζοντας, μήτε τοὺς διδάσκοντας ἔχειν, μήτε μυστηρίων μεταλαμβάνειν, καὶ τῷ πολλῷ χρόνῳ ἐμπεσεῖν εἰς λήθην τῆς οἰκείας θρησκείας. Σκεπτόμενος δὲ (5) ὡς οἱ κληρικοὶ εἰς διάστασιν τὰ πλήθη ἄγουσιν, οὕτως οὖν οὔτε στάσεως γενομένης, οὔτε γίνεσθαι προσδοκωμένης, ἐξιέναι Κυζίκου τὸν Ἐλεύσιον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ προσέταξε. Βοστρηνοὺς δὲ (6) δημοσίῳ κηρύγματι προὐτρέψατο διῶξαι τῆς αὐτῶν πόλεως Τίτον τὸν τότε τῆς ἐνθάδε Ἐκκλησίας ἐπίσκοπον. Ὡς γὰρ ἠπείλησεν, αὐτὸν καὶ τοὺς κληρικοὺς ἐν αἰτίᾳ ποιήσειν εἰ στασιάσαι τὸ πλῆθος, βιβλίον πρὸς βασιλέα διεπέμψατο Τίτος, καὶ διεμαρτύρατο ἐφάμιλλον μὲν εἶναι τῷ Ἑλληνικῷ πλήθει τὸ Χριστιανικόν· ἠρεμεῖν δὲ τοῦτο, καὶ ταῖς αὐτοῦ παραινέσεσιν ἀγόμενον, μηδὲν C στασιῶδες ἐννοεῖν. Ἐκ τοιούτων δὲ ῥημάτων εἰς ἔχθραν καταστῆσαι τῷ δημοσίῳ τὸν Τίτον κατασκευάζων, γράφων Βοστρηνοῖς διέβαλεν αὐτὸν, ὡς κατήγορον τοῦ πλήθους γεγενημένον· οἷα δὴ μὴ ἀπὸ γνώμης οἰκείας, διὰ δὲ τὰς αὐτοῦ παραινέσεις μὴ στασιάζοντας· καὶ ὡς δυσμενῆ ἀπελαύνειν αὐτὸν τῆς πόλεως, ἀνεκίνει τὸν δῆμον. Τοιαῦτα δὲ πολλὰ καὶ ἀλλαχόσε συμβῆναι εἰκός· τὰ μὲν, κατὰ πρόσταγμα τοῦ βασιλέως· τὰ δὲ, ἐξ ὀργῆς καὶ προπετείας δήμων· ἐφ' οἷς καὶ οὕτως τῷ κρατοῦντι τὴν αἰτίαν τις ἀναθήσει τῶν γεγενημένων· οὐ γὰρ ὑπῆγε τοῖς νόμοις τοὺς ὧδε παρανομοῦντας· ἀλλὰ μίσει τῷ πρὸς τὴν θρησκείαν, μέμφεσθαι λόγοις δοκῶν, ἔργοις προὐτρέπετο τοὺς τὰ τοιαῦτα δρῶντας· ὅθεν καὶ μὴ διώκοντος αὐτοῦ, κατὰ πόλεις καὶ κώμας ἔφευγον οἱ D

A itemque monetariis; qui numero abundantes et in duas numerosas cohortes distributi, ex præcepto superiorum principum, Cyzicum cum uxoribus ac domesticis incolebant, certam quotannis **201** pensionem fisco inferentes; illi vestem militarem, hi nummos recens cusos. Nam cum gentilium superstitionem omnibus modis stabilire instituisset, cogere quidem ac supplicio afficere homines qui sacrificare nollent, summæ imprudentiæ esse existimavit. Ægre siquidem in singulis civitatibus magistratus ac judices eorum numerum inire ac describere potuissent. Sed neque eos in unum convenire et pro arbitrio preces facere prohibuit. Noverat quippe vim ac necessitatem nil valere in iis rebus quæ libera voluntate opus habent ut B consistant. Clericos vero et Ecclesiarum antistites civitatibus ejici curavit: re ipsa quidem studens, ut istorum absentia conventus plebis aboleret, dum nemo esset qui eam colligeret ac doceret, et qui sacramenta administraret, ita ut progressu temporis in oblivionem religionis suæ prolaberentur. Causam vero hanc prætexens, quod clerici dissensiones in populo excitarent, hac ratione Eleusium sectatoresque ejus urbe Cyzico exegit, cum tamen nec seditio ulla fieret, nec futura esse crederetur. Bostrenos quoque hortatus est, ut Titum ejus loci episcopum sub elogio præconis ejicerent. Nam cum minatus esset culpam se omnem conjecturum in illum et in clericos ejus, C si plebs seditionem moveret, Titus libellum ad principem misit, testatusque est Christianos plebem gentilium numero adæquare: quiescere tamen illos et cohortationibus suis obtemperantes nihil seditiosum moliri. Ex quibus verbis Titum plebi invisum reddere cupiens imperator, in epistola quam scripsit Bostrenis, eum insimulavit tanquam calumniatorem civitatis, quod dixerat illos non sua sponte, sed ipsius hortatu a seditionibus abstinere, plebemque incitavit ut illum tanquam hostem publicum e civitate sua expellerent. Hujusmodi multa alibi quoque contigisse vero simile est, partim ex imperatoris mandato, partim impetu ac temeritate vulgi. Quorum omnium culpam merito quis imperatori ascripserit. Neque enim ex D legum præscripto animadvertit in eos qui hujus-

## VALESII ANNOTATIONES.

(3) *Σχολῇ γὰρ ἂν τοσούτων*. Scribendum puto τούτων potius quam τοσούτων. Eumdem errorem superius notavi.

(4) *Ὡς ἀνάγκῃ ποτέ*. Assentior Christophorsono et Savilio, qui particulam negativam supplent hoc modo, ὡς οὐκ ἀνάγκῃ ποτέ. Atque ita legit Nicephorus et Epiphanius Scholasticus.

(5) *Σκεπτόμενος δέ*. Scribendum procul dubio est σκηπτόμενος, quemadmodum Savilius in suo codice emendarat. Distinguit enim Sozomenus prætextum quo utebatur Julianus in pellendis ex urbe clericis, a vera causa quæ illum ad id faciendum pellebat. Et veram quidem causam ait fuisse, ut plebs doctoribus ac sacerdotibus destituta, paulatim in oblivionem religionis suæ delaberetur. Prætextum vero hunc fuisse dicit, quod clerici plebem ad seditiones concitare soliti essent. Hæc ideo fusius exposui, quia interpretes in hujus loci versione longe a vero aberrarunt, ac præcipue Christophorsonus. Sed neque Nicephorus veram hujus loci lectionem animadvertit: σκοπῶν enim posuit pro σκεπτόμενος. Interpres tamen Nicephori verum hujus loci sensum odoratus est: et quod Nicephorus non viderat, ipse interpretatione sua supplevit.

(6) *Βοστρηνοὺς δέ*. Hæc constitutio imperatoris Juliani ad Bostrenses missa, exstat hodie inter Epistolas Juliani, num. 52, ubi Julianus verba ipsa refert quibus usus erat Titus Bostrensis episcopus in libello ad ipsum misso.



Digitized by Google

modi facinora contra leges commisissent : sed pro odio quo religionem nostram prosequebatur, verbis quidem reprehendere videbatur eos qui ista fecerant, rebus tamen ipsis eos incitabat. Itaque licet ille palam non persequeretur, per vicos tamen et civitates passim Christiani fugiebant. Cujus fugæ tum alii ex majoribus meis consortes fuere, tum avus meus. Nam cum patre gentili natus esset, ipse tamen cum universa domo, omnesque simul qui **202** ex gente erant Alaphionis, primi fidem Christi susceperunt Betheliæ, qui vicus est Gazæorum, abundans incolarum multitudine, templaque habet tum ob vetustatem, tum ob structuram, indigenis veneranda; præcipue vero Pantheon, colli cuidam manu facto, velut arci, impositum, et supra universum pagum undequaque eminens. Unde etiam hunc locum nomen accepisse conjicio, et ex Syrorum lingua in Græcam conversum, deorum domicilium vocari ob illud fanum Pantheon. Porro familias eorum quos supra dixi, ad Christianam religionem conversas esse perhibent ab Hilarione monacho. Nam cum Alaphion ille dæmonio vexaretur, pagani quidam et Judæi, incantamentis et magicis quibusdam maleficiis diutius usi, nihil profecerunt. Sed cum Hilarion solo Dei nomine invocato dæmonem expulisset, illi ad Christianam religionem se transtulerunt. Et avus quidem meus in exponendis sacris voluminibus excelluit, cum esset eleganti ingenio et intelligentia valeret ad ea quæ scire oportet cognoscenda. Erat præterea disciplinis mediocriter eruditus, adeo ut ignarus non esset arithmeticæ. Itaque Christianis Ascalonem et Gazam et finitima loca incolentibus admodum charus fuit, tanquam utilis ac necessarius religioni, et qui sacrorum voluminum nodos facillime dissolveret. Eorum vero qui ex altera erant familia, virtutem vix ullus possit exponere. Primi enim ecclesias illic et monasteria condiderunt, et sanctitate vitæ atque humanitate erga peregrinos et pauperes ea exornarunt. Ex ea porro gente viri quidam boni ad nostram usque ætatem superstites vixerunt; quibuscum jam ætate provectis ipse admodum adolescens versatus sum. Verum de his aliquanto post mentionem fieri conveniet.

A Χριστιανοί. Ταύτης δὲ τῆς φυγῆς μετέσχον πολλοὶ τῶν ἐμῶν προγόνων, καὶ ὁ ἐμὸς πάππος. Καθότι πατρὸς Ἕλληνος ὤν, αὐτός τε πανοικὶ καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ γένους Ἀλαφίωνος, Χριστιανοὶ πρῶτοι ἐγένοντο ἐν Βηθελίᾳ κώμῃ Γαζαίᾳ, πολυανθρώπῳ τε οὔσῃ, καὶ ἱερὰ ἐχούσῃ ἀρχαιότητι καὶ κατασκευῇ σεμνὰ τοῖς κατοικοῦσι· καὶ μάλιστα τὸ Πάνθεον, ὡς ἐπὶ ἀκροπόλεως χειροποιήτου τινὸς λόφου κείμενον, καὶ πανταχόθεν πάσης τῆς κώμης ὑπερέχον. Συμβάλλω δὲ τὸ χωρίον ἔνθεν λαχεῖν τὴν προσηγορίαν, καὶ ἐκ τῆς Σύρων φωνῆς εἰς τὴν Ἑλλήνων ἑρμηνευόμενην, θεῶν οἰκητήριον ὀνομάζεσθαι, διὰ τὸν τοῦ Πανθέου ναόν. Λέγεται δὲ Χριστιανισμοῦ αἴτιος γενέσθαι τοῖς τούτων οἴκοις Ἱλαρίων ὁ μοναχός· δαιμονῶντος γὰρ Ἀλαφίωνος τούτου, ἐπὶ πολύ τινες (7) Ἕλληνες καὶ B Ἰουδαῖοι, ἐπῳδαῖς καὶ περιεργίαις τισὶ χρησάμενοι, οὐδὲν ἤνυον· ὁ δὲ, μόνον τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα ἐπιβοησάμενος, τὸ δαιμόνιον ἀπήλασεν, εἰς τὴν Χριστιανῶν (8) μετεβάλοντο θρησκείαν. Διέπρεπε δὲ ὁ μὲν ἐμὸς πάππος ἐν ταῖς ἐξηγήσεσι τῶν ἱερῶν Γραφῶν, εὐφυής τε ὤν, καὶ οἷος γνῶναι δεῖ (9)· καὶ κατὰ λόγον μετρίως ἠγμένος, ὡς καὶ ἀριθμητικῆς μὴ εἶναι ἄμοιρος. Ὅθεν κεχαρισμένος εἰς ἄγαν ἐτύγχανε τοῖς ἀνὰ τὴν Ἀσκάλωνα καὶ Γάζαν, καὶ τοῖς πέριξ Χριστιανοῖς· ὡς ἀναγκαίως (10) τῇ θρησκείᾳ, καὶ τὰ ἀμφίβολα τῶν ἱερῶν Γραφῶν εὐμαρῶς διαλύειν. Τῶν δὲ ἀπὸ τοῦ ἑτέρου γένους (11), σχολῇ γ' ἄν τις τὴν ἀρετὴν διηγήσαιτο· πρῶτοι γὰρ οὗτοι ἐνθάδε ἐκκλησίας καὶ μοναστήρια συνεστήσαντο, καὶ σεμνότητι καὶ φιλοφροσύνῃ ξένων καὶ δεομένων συνεκόσμησαν. C Ἐκ ταύτης δὲ τῆς γενεᾶς μέχρι καὶ εἰς ἡμᾶς περιῆσαν ἄνδρες ἀγαθοὶ, οἷς ἤδη πρεσβύταις νέος ὢν συνεγενόμην. Ἀλλὰ τῶν μὲν, ὕστερον ἐπιμνησθῆναι δεῖ.

## CAP. XVI.

*De studio Juliani in stabilienda gentilium religione et Christiana fide abolenda; item epistola quam scripsit ad quemdam sacerdotem gentilium.*

Imperator vero, qui jampridem id maxime studebat ut gentilium religio per universum Romanum

## ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

*Περὶ τῆς σπουδῆς ἣν εἶχε συστῆσαι τὸν Ἑλληνισμὸν, ἀχρειῶσαι δὲ τὰ ἡμέτερα· καὶ ἐπιστολὴ ἣν τινι τῶν Ἑλληνιστῶν ἀρχιερέων ἀπέστειλεν.*

Ὁ δὲ βασιλεὺς πάλαι σπουδάζων τὸν Ἑλληνισμὸν κρατεῖν κατὰ πᾶσαν τὴν ὑπήκοον, χαλεπῶς ἔφερε,

### VALESII ANNOTATIONES.

(7) *Ἐπὶ πολὺ τινες*. Ut tota periodus inter se cohæreat, supplendum omnino est adverbium hoc modo, ἐπειδὴ ἐπιπολύ τινες Ἕλληνες, etc.

(8) *Εἰς τὴν Χριστιανῶν*. Ante hæc verba asteriscum in suo codice posuit Savilius, ut aliquid hic deesse lector intelligeret. Locus tamen levi negotio ita suppleri potest, si paulo ante legeris hoc modo, ὡς γὰρ δαιμονῶντος, etc.

(9) *Γνῶναι δεῖ*. In codice Fuketiano scriptum est δὴ, quod non displicet, si ita scribamus οἷος γνῶναι, καὶ δὴ καὶ κατὰ λόγον μετρίως ἠγμένος. Atque ita Sozomenum scripsisse non dubito.

(10) *Ὡς ἀναγκαίως*. Scribe meo periculo ἀναγκαῖος, quemadmodum legit Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit hunc locum. *Tanquam religioni necessarius, et ad solvendas dubitationes divinæ* D *Scripturæ utilis.*

(11) *Τῶν δὲ ἀπὸ τοῦ ἑτέρου γένους*. Familiam Alaphionis intelligit, qui frater fuisse videtur avi Sozomeni, id est propatruus Sozomeni. Hoc enim loco Sozomenus majores suos recenset, qui apud Gazæos pietate excelluerunt, et in persecutione illa Juliani ex patria sua fugere coacti sunt. Verba Sozomeni hæc sunt : Ταύτης δὲ τῆς φυγῆς μετέσχον πολλοὶ τῶν ἐμῶν προγόνων, καὶ ὁ ἐμὸς πάππος. Ac nomen quidem avi sui reticuit Sozomenus : Alaphionem vero cum nominet et ejus posteros, unum ex majoribus ipsius eum fuisse colligimus, magnum scilicet patruum. Possunt tamen hæc Sozomeni verba de materno ejus genere intelligi, ut Alaphio maternus ejus avus exstiterit.

Digitized by Google

παρευδοκιμούμενον ὁρῶν ὑπὸ τοῦ Χριστιανισμοῦ. Ναοὶ μὲν γὰρ ἀνεῴγεισαν, καὶ θυσίαι, καὶ Ἑλλήνων πάτριοι ἑορταὶ τῶν πόλεων, κατὰ γνώμην αὐτῷ προχωρεῖν ἐδόκουν. Ἠνιᾶτο δὲ λογιζόμενος, ὡς εἰ γυμνωθείη ταῦτα τῆς αὐτοῦ σπουδῆς, ταχεῖαν ἕξει τὴν μεταβολήν. Οὐχ ἥκιστα δὲ ἤχθετο, καὶ πολλῶν ἱερέων Χριστιανίζειν ἀκούων τὰς γαμετὰς καὶ τοὺς παῖδας, καὶ τοὺς οἰκέτας. Ὑπολαβὼν δὲ τὸν Χριστιανισμὸν τὴν σύστασιν ἔχειν ἐκ τοῦ βίου καὶ τῆς πολιτείας τῶν αὐτὸν μετιόντων, διενοεῖτο πανταχῇ τοὺς Ἑλληνικοὺς ναοὺς τῇ παρασκευῇ καὶ τῇ τάξει τῆς Χριστιανῶν θρησκείας διακοσμεῖν· βήμασί τε καὶ προεδρίαις, καὶ Ἑλληνικῶν δογμάτων καὶ παραινέσεων διδασκάλοις τε καὶ ἀναγνώσταις, ὡρῶν τε ῥητῶν καὶ ἡμερῶν τεταγμέναις εὐχαῖς, φροντιστηρίοις τε ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν φιλοσοφεῖν ἐγνωκότων, καὶ καταγωγίοις ξένων καὶ πτωχῶν, καὶ τῇ ἄλλῃ τῇ περὶ τοὺς δεομένους φιλανθρωπίᾳ τὸ Ἑλληνικὸν δόγμα σεμνῦναι· ἑκουσίων τε καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων κατὰ τὴν τῶν Χριστιανῶν παράδοσιν ἐκ μεταμελείας σύμμετρον τάξαι σωφρονισμόν. Οὐχ ἥκιστα δὲ ζηλῶσαι λέγεται τὰ συνθήματα (12) τῶν ἐπισκοπικῶν γραμμάτων, οἷς ἔθος ἀμοιβαδὸν τοὺς ξένους ὅποι δήποτε ἰόντας, καὶ παρ' οἷς ἂν ἀφίκωνται, πάντως κατάγεσθαι καὶ θεραπείας ἀξιοῦσθαι, οἷά γε γνωρίμους καὶ φιλτάτους, διὰ τὴν τοῦ συμβόλου μαρτυρίαν. Ταῦτα διανοούμενος, ἐσπούδαζε τοὺς Ἑλληνιστὰς προσεθίζειν τοῖς τῶν Χριστιανῶν ἐπιτηδεύμασιν. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς πολλοῖς ἴσως ἀπείθανον εἶναι τοῦτο δοκεῖ, οὐκ ἄλλοθεν ἢ ἀπ' αὐτῶν τῶν τοῦ βασιλέως ῥημάτων παρέξομαι τὴν τῶν εἰρημένων ἀπόδειξιν. Γράφει δὲ ὧδε (13)·

A imperium prævaleret, eam a Christianorum religione longe superari cernens, iniquo animo tulit. Nam templa quidem deorum patebant, et sacrificia, festique gentilium dies, ritusque majorum in singulis civitatibus ex voto principis procedere videbantur. Dolebat tamen, cum apud se reputaret, brevi ista commutanda esse, si cura ipsius ac sollicitudine destituerentur. Angebatur autem non mediocriter, cum audiret 203 multorum flaminum uxores ac liberos et famulos Christianam religionem profiteri. Cumque existimaret Christianorum religionem ex vita et moribus eorum qui illam sectarentur, maxime commendari, gentilium templa apparatu atque ordine Christianis usitato ornare constituit : gradibus præterea ac primi consessus B prærogativa; gentilium item dogmatum et exhortationum doctoribus atque lectoribus; certorum quoque dierum atque horarum statutis precationibus; monasteriis præterea virorum ac mulierum philosophari cupientium; xenodochiis denique et ptochotrophiis, et omni reliqua erga egenos humanitate religionem gentilium illustrare. Ad hæc peccatis quæ vel sponte vel ab invitis committuntur, juxta morem Christianorum congruam pœnitentiæ emendationem adhibere decreverat. Sed præcipue notas ac tesseras episcopalium litterarum admiratus esse dicitur, quibus solent peregrinos sibi invicem commendare; ut undelibet venientes, ad quoscunque accesserint, tanquam noti atque amici C excipiantur hospitio et benigne curentur ob testimonium ejusmodi notæ. Hæc cum animo agitaret, operam dabat ut gentiles Christianorum institutis assuefaceret. Sed quoniam istud plerisque incredibile fortasse videbitur, non aliunde quam ex ipsismet imperatoris verbis hujus rei veritatem comprobabo. Sic enim scribit :

*Ἀρσακίῳ ἀρχιερεῖ Γαλατίας.*

Ἑλληνισμὸς οὔπω πράττει κατὰ λόγον, ἡμῶν ἕνεκα τῶν μετιόντων αὐτόν. Τὰ γὰρ τῶν θεῶν λαμπρὰ καὶ μεγάλα, κρείττονα πάσης μὲν εὐχῆς, πάσης δὲ ἐλπίδος. Ἵλεως δὲ ἔστω τοῖς λόγοις ἡμῶν Ἀδράστεια. Τὴν γὰρ ἐν ὀλίγῳ τοσαύτην καὶ τηλικαύτην μεταβολὴν οὐδὲ εὔξασθαί τις ὀλίγῳ πρότερον ἐτόλμα. Τί οὖν ἡμεῖς οἰόμεθα ταῦτα ἀρκεῖν; οὐδὲ ἀποβλέπομεν, ὃ μάλιστα (14) τὴν ἀθεότητα συνηύξησεν ἡ περὶ τοὺς ξένους φιλανθρωπία, καὶ ἡ περὶ τὰς ταφὰς τῶν νεκρῶν προμήθεια, καὶ ἡ πεπλασμένη σεμνότης κατὰ τὸν βίον, ὧν ἕκαστον οἴομαι χρῆναι παρ' ἡμῶν ἀληθῶς ἐπιτηδεύεσθαι. Καὶ οὐκ ἀπόχρη τὸ σὲ μόνον εἶναι τοιοῦτον, ἀλλὰ πάντας ἁπαξαπλῶς οἳ περὶ τὴν Γαλατίαν εἰσὶν ἱερεῖς. Οὓς ἢ δυσώπησον, ἢ πεῖσον εἶναι σπουδαίους, ἢ τῆς ἱερατικῆς λειτουργίας ἀπόστησον, εἰ μὴ προσέρχονται μετὰ γυναικῶν καὶ παίδων καὶ

*Arsacio sacerdoti Galatiæ.*

Religio gentilium nondum ex animi nostri sententia viget, culpa eorum qui illam profitentur. Nam ea quidem quæ ad deos pertinent, præclara sunt atque magnifica, omnique voto ac spe majora. Atque id pace Nemesis dictum sit. Talem enim ac tantam exiguo temporis spatio mutationem ne optare quidem quisquam paulo ante audebat. Quid ergo? putamusne nos ista sufficere? Nec attendimus quid Christianorum religionem potissimum auxerit; humanitas scilicet in peregrinos, et in sepeliendis D mortuis sollicita diligentia, et simulata morum gravitas. Quorum singula vere a nobis exercenda esse existimo. Nec sufficit quod tu unus ejusmodi sis : sed quotquot in Galatia sunt flamines tales esse decet. Quos tu vel pudore afficiendo, vel persuadendo, bonos redde, aut a sacerdotali

## VALESII ANNOTATIONES.

(12) *Τὰ συνθήματα.* Litteras formatas intelligit, de quibus multi ante nos scripserunt. Sed unus instar omnium erit Bernardinus Ferrarius, qui tres libros edidit de antiquo jure ecclesiasticarum epistolarum.

(13) *Γράφει δὲ ὧδε.* In codice Fuketiano scriptum est γράφει γὰρ ὧδε. Verba autem illa quæ sequuntur Ἀρσακίῳ ἀρχιερεῖ Γαλατίας ἐπιστολὴ Ἰουλιανοῦ βασιλέως, ad marginem scripta sunt in eodem codice, non autem in corpore.

(14) *Οὐδὲ ἀποβλέπομεν ὃ μάλιστα.* Scribendum videtur ὡς μάλιστα, etc. Certe Epiphanius Scholasticus ita legit, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit hunc locum, *neque respicimus quemadmodum superstitionem Christianorum auxerit cura peregrinorum.*

Digitized by Google

A ministerio remove, si una cum uxoribus et liberis ac famulis ad deos non accedant: sed aut servos, aut filios, aut conjuges Galilæas sustineant, qui et impii sint erga deos et impietatem religioni præponant. Deinde singulos flamines hortare, ut nec ad theatrum accedant, nec in tabernis bibant,
204 nec artem ullam, aut opificium turpe ac probrosum exerceant. Et eos quidem qui obtemperaverint, honore affice: contumaces vero atque immorigeros expelle. Crebra in singulis civitatibus xenodochia constitue, ut peregrini non ex nostris solum, sed ex aliis etiam, si pecunia forte opus habuerint, humanitate nostra perfruantur. Porro unde sumptus tibi suppetant, a me jam provisum est. Nam quotannis triginta millia modiorum tritici per universam Galatiam dari jussi, et sexaginta millia sextariorum vini. Quorum quintam partem in pauperes qui flaminibus ministrant, insumendam esse censeo; reliqua peregrinis ac mendicantibus a vobis dividenda. Turpe enim fuerit, ex Judæis quidem neminem mendicare: impios vero Galilæos præter suos pauperes, etiam nostros alere: nostros autem mendicos nostra ope ac subsidio destitutos videri. Doce ergo gentiles, ut ad hujusmodi ministeria aliquid conferant, et gentilium pagi primitias fructuum diis offerant. Et Græcos homines hujusmodi beneficentiæ assuefacito, docens illos, id olim a nobis institutum fuisse. Homerus enim Eumæum sic loquentem inducit [1]:

*Haud mihi fas, vel si veniat te vilior hospes,*
*Quemquam despicere: a summo nam sunt Jove cuncti,*
*Qui peregre adveniunt; modicum autem munus amicum*
*[est.*

Ne igitur aliis ut bona nostra æmulentur, permittentes, ipsi per socordiam nos probro afficiamus: aut potius religionem erga deos prodamus. Quod si te hæc agere accepero, exsultabo gaudio. Præsides domi raro invise: sed litteras ad eos sæpius mitte. Illis in urbem ingredientibus nullus flamen occurrat. Cum autem templa deorum adierint, intra vestibulum duntaxat occurrat flamen. Intrantes vero illos nullus apparitorum præcedat: sequatur autem qui volet. Nam simul atque ingressus est limen delubri, privatus efficitur. Tu enim, ut probe nosti, intra templum imperium obtines; quandoquidem et divina lex istud postulat. Et ii quidem qui obtemperant, revera pii sunt cultores deorum: qui vero fastum ac pompam circumferunt, vani sunt et inanis gloriæ cupidi. Equidem paratus sum subvenire Pessinuntiis, si matrem deorum sibi propitiam reddiderint. Sin vero eam ne-

θεραπόντων τοῖς θεοῖς, ἀλλὰ ἀνέχοιντο τῶν οἰκετῶν, ἢ υἱέων, ἢ τῶν Γαλιλαίων γαμετῶν, ἀσεβούντων μὲν εἰς τοὺς θεούς, ἀθεότητα δὲ θεοσεβείας προτιμώντων. Ἔπειτα παραίνεσον ἱερέα, μήτε θεάτρῳ παραβάλλειν, μήτε ἐν καπηλείῳ πίνειν, ἢ τέχνης τινὸς καὶ ἐργασίας αἰσχρᾶς καὶ ἐπονειδίστου προΐστασθαι· καὶ τοὺς μὲν πειθομένους τίμα, τοὺς δὲ ἀπειθοῦντας ἔξωθει. Ξενοδοχεῖα καθ' ἑκάστην πόλιν κατάστησον πυκνά, ἵν' ἀπολαύσωσιν οἱ ξένοι τῆς παρ' ἡμῶν φιλανθρωπίας, οὐ τῶν ἡμετέρων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων, ὅστις ἂν δεηθῇ χρημάτων. Ὅθεν δὲ εὐπορήσεις, ἐπινενόηταί μοι τέως. Ἑκάστου γὰρ ἐνιαυτοῦ τρισμυρίους μοδίους κατὰ πᾶσαν τὴν Γαλατίαν ἐκέλευσα δοθῆναι σίτου, καὶ ἑξακισμυρίους οἴνου ξέστας· ὧν τὸ μὲν πέμπτον εἰς τοὺς πένητας, τοὺς τοῖς ἱερεῦ-
B σιν ὑπηρετουμένους, ἀναλίσκεσθαί φημι χρῆναι· τὰ δὲ ἄλλα τοῖς ξένοις καὶ τοῖς μεταιτοῦσιν ἐπινέμεσθαι παρ' ὑμῶν. Αἰσχρὸν γάρ, εἰ τῶν μὲν Ἰουδαίων οὐδεὶς μεταιτεῖ, τρέφουσι δὲ οἱ δυσσεβεῖς Γαλιλαῖοι πρὸς τοῖς ἑαυτῶν καὶ τοὺς ἡμετέρους. Οἱ δὲ ἡμέτεροι, τῆς παρ' ἡμῶν ἐπικουρίας ἐνδεεῖς φαίνονται. Δίδασκε δὲ καὶ συνεισφέρειν τοὺς Ἑλληνιστὰς εἰς τὰς τοιαύτας λειτουργίας, καὶ τὰς Ἑλληνικὰς κώμας ἀπάρχεσθαι τοῖς θεοῖς τῶν καρπῶν· καὶ τοὺς Ἑλληνικοὺς ταῖς τοιαύταις εὐποιΐαις προέθιζε, διδάσκων αὐτοὺς ὡς τοῦτο πάλαι ἦν ἡμέτερον ἔργον. Ὅμηρος γοῦν αὐτὸ πεποίηκεν Εὔμαιον λέγοντα·

C *Ξεῖν', οὔ μοι θέμις ἔστ', οὔτ' εἰ κακίων σέθεν*
*[ἔλθοι,*
*Ξεῖνον ἀτιμῆσαι· πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες*
*Ξεῖνοί τε, πτωχοί τε· δόσις δ' ὀλίγη τε, φίλη τε.*

Μηδὲ τὰ παρ' ἡμῖν ἀγαθὰ (15) παραζηλοῦν ἄλλοις συγχωροῦντες, αὐτοὶ τῇ ῥᾳθυμίᾳ καταισχύνοιμεν, μᾶλλον δὲ καταπροώμεθα τὴν εἰς τοὺς θεοὺς εὐλάβειαν. Εἰ ταῦτα πυθοίμην ἐγώ σε πράττοντα, μεστὸς εὐφροσύνης ἔσομαι. Τοὺς ἡγεμόνας ὀλιγάκις ἐπὶ τῆς οἰκίας ὅρα· τὰ πλεῖστα δὲ αὐτοῖς ἐπίστελλε. Εἰσιοῦσι δὲ εἰς τὴν πόλιν, ὑπαντάτω μηδεὶς αὐτοῖς ἱερέων· ἀλλ' ὅταν εἰς τὰ ἱερὰ φοιτῶσι τῶν θεῶν, εἴσω τῶν προθύρων (16). Ἡγείσθω δὲ μηδεὶς αὐτῶν εἴσω στρατιώτης· ἑπέσθω δὲ ὁ βουλόμενος·
D ἅμα γὰρ εἰς τὸν οὐδὸν ἦλθε τοῦ τεμένους, καὶ γέγονεν ἰδιώτης. Ἄρχεις γὰρ αὐτός, ὡς οἶσθα, τῶν ἔνδον, ἐπεὶ καὶ ὁ θεῖος ταῦτα ἀπαιτεῖ θεσμός. Καὶ οἱ μὲν πειθόμενοι, κατὰ ἀλήθειάν εἰσι θεοσεβεῖς· οἱ δὲ ἀντεχόμενοι τοῦ τύφου, δοξοκόποι εἰσὶ καὶ κενόδοξοι· τῇ Πισσινοῦντι βοηθεῖν ἕτοιμός εἰμι, εἰ τὴν μητέρα τῶν θεῶν ἵλεω καταστήσουσιν ἑαυτοῖς. Ἀμελοῦντες δὲ αὐτῆς, οὐκ ἄμεμπτοι μόνον, ἀλλὰ

[1] Odyss. Ξ, v, 1.

## VALESII ANNOTATIONES.

(15) *Μηδὲ τὰ παρ' ἡμῖν ἀγαθά.* Malim scribere μὴ δὴ τά, etc. Hæ particulæ crebro inter se confunduntur, ut supra notavi.

(16) *Εἴσω τῶν προθύρων.* Hunc locum ita vertit Epiphanius Scholasticus: *Cum ad templa venerint deorum, intra januas eos nemo præcedat militum forte aut præcedentium officiorum.* Ex quibus apparet, eum aliter hunc locum distinxisse. In quo tamen ei non assentior.

Digitized by Google

πικρὸν εἰπεῖν μὴ καὶ τῆς παρ' ἡμῶν ἀπολαύσωσι A δυσμενείας (17).

*Οὐ γάρ μοι θέμις ἐστὶ κομιζέμεν, ἢ ἐλεαίρειν*
*Ἄνδρας, οἳ καὶ θεοῖσιν ἀπέχθονται ἀθανάτοισιν.*

Πεῖθε τοίνυν αὐτούς, εἰ τῆς παρ' ἐμοῦ κηδεμονίας ἀντέχονται, πανδημεὶ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἱκέτας γενέσθαι.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

*Ὅτι ἵνα μὴ τυραννικὸς δόξῃ, τεχνηέντως μετήρχετο τοὺς Χριστιανούς· καὶ περὶ τῆς καθαιρέσεως τοῦ σταυρικοῦ σημείου· καὶ ὡς θῦσαι τὸ στρατιωτικὸν ἀκουσίως πεποίηκε.*

Ὁ μὲν βασιλεὺς τοιάδε ποιῶν καὶ γράφων, ἡγεῖτο ῥᾳδίως τοὺς ἀρχομένους ἑκόντας μεταθήσειν τοῦ δόγματος. Καὶ πάντα σπουδάζων ἐπὶ καθαιρέσει τῆς B τῶν Χριστιανῶν θρησκείας, οὔτε πείθειν παντελῶς οἷός τε ἦν, περιφανῶς τε βιάζεσθαι ᾐσχύνετο, μὴ τυραννικὸς εἶναι δόξῃ. Οὐ μὴν καθυφῆκε τῆς προθυμίας, ἀλλὰ πάντα ἐμηχανᾶτο, πρὸς Ἑλληνισμὸν τὸ ὑπήκοον, μᾶλλον δὲ τὸ στρατιωτικόν, τὸ μὲν δι' ἑαυτοῦ, τὸ δὲ διὰ τῶν ἀρχόντων ἐπαγόμενος. Ἀτεχνῶς δὲ διὰ πάντων Ἑλληνίζειν προσεθίζων, μεταποιεῖν ἔγνωκεν εἰς τὸ πρότερον σχῆμα, τὸ κορυφαῖον τῶν Ῥωμαϊκῶν συνθημάτων, ὅπερ Κωνσταντῖνος κατὰ θεῖον πρόσταγμα, ὡς ἐν τοῖς πρόσθεν εἴρηται, εἰς σταυροῦ σύμβολον μετετύπωσεν. Ἐν δὲ ταῖς δημοσίαις εἰκόσιν ἐπιμελὲς ἐποιεῖτο παραγράφειν αὐτῷ, Δία μὲν οἷά γε ἐκ τοῦ οὐρανοῦ προφαινόμενον, καὶ στέφανον καὶ ἁλουργίδα τὰ σύμβολα τῆς βασιλείας παρέχοντα· Ἄρεα δὲ καὶ τὸν Ἑρμῆν εἰς αὐτὸν βλέ- C ποντας, καὶ καθάπερ τῷ ὀφθαλμῷ ἐπιμαρτυροῦντας ὡς ἀγαθὸς εἴη περὶ λόγους καὶ πολεμικός. Ἐκέλευσε δὲ ταῦτα, καὶ ὅσα ἄλλα πρὸς Ἑλληνικὸν ὁρᾷ σέβας, παραμίγνυσθαι ταῖς εἰκόσιν· ὥστε προφάσει τῆς εἰς βασιλέα νενομισμένης τιμῆς, λεληθότως προσκυνεῖν τοῖς συγγεγραμμένοις· ἀποχρώμενός τε τοῖς ἀρχαίοις ἔθεσι, πάσῃ περινοίᾳ ἐσπούδαζε κλέπτειν τῶν ὑπηκόων τὴν προαίρεσιν. Ἐνενόει γὰρ ὡς εἰ πείσειεν, ἑτοιμότερον, ἂν θέλῃ, τὸ λοιπὸν ἐπιχειρήσειεν· εἰ δὲ ἀπειθοῦντας εὕροι, συγγνώμης ἐκτὸς κολάσειν, ὡς περὶ τὰ ἔθη Ῥωμαίων νεωτερίζοντας (18), καὶ εἰς πολιτείαν (19) καὶ βασιλέα ἐξαμαρτάνοντας. Ὀλίγοι μὲν οὖν, οἳ καὶ δίκην εἰσεπράχθησαν, συνῆκαν τὸν λόγον, καὶ ὡς ἔθος ἦν, οὐκ ἠνεί- D χοντο προσκυνεῖν· τὸ δὲ πλῆθος, οἷα φιλεῖ, ὑπ' ἀγνοίας ἢ γνώμης ἀπεριέργου, νόμῳ ἁπλῶς παλαιῷ ἡγοῦντο πείθεσθαι, καὶ ἁπλούστερον ταῖς εἰκόσι προσῄεσαν. Βασιλεῖ δὲ πλέον οὐδὲν ἠνύετο, καὶ ταύτης τῆς τέχνης (20) εἰς πεῖραν προελθούσης. Οὐ μὴν ἐν-

glexerint, non modo reprehensione non carebunt, sed, quod dictu mihi acerbum est, indignationem quoque nostram experientur.

205 *Namque mihi haud fas est miserari hos atque fovere,*
*Qui sint infensi diis immortalibus hostes.*

Persuade igitur illis, ut si curam sui a me suscipi volunt, universi matri deorum supplices sint.

## CAP. XVII.

*Quomodo Julianus, ne tyrannus esse videretur, Christianos dolose persecutus est, et crucis vexillum deposuit: milites denique sacrificare invitos coegit.*

Et imperator quidem cum ista et faceret et scriberet, subditos suos facile ac lubenti animo a Christiana fide traducturum se esse existimabat. Cumque omnia moliretur ad evertendam Christianorum religionem, persuadere quidem nullatenus valuit: palam autem vim inferre erubescebat, ne tyrannus esse videretur. Nec tamen de studio suo quidquam remisit: sed omnia excogitavit, quibus subditos, ac præcipue milites, ad gentilium religionem, partim per se, partim per præsides alliceret. Denique ut omnibus modis eos gentilium superstitioni assuefaceret, in pristinam formam commutare decrevit signum illud nobilissimum exercituum Romanorum, quod Constantinus, Deo jubente, ut superius retulimus, in crucis formam converterat. In publicis autem imaginibus, curavit ut juxta appingeretur Jupiter velut e cœlo apparens, et coronam ac purpuram, imperii insignia, ipsi præbens; aut Mars ac Mercurius, oculos in ipsum conjicientes, ac veluti oculorum nutu testificantes, eum disertum esse et rei militaris peritum. Hæc et ejusmodi alia quæ ad gentilium cultum pertinent, imaginibus suis inseri jussit, eo consilio, ut sub obtentu honoris qui imperatori deferri solet, Romani eos etiam qui simul picti erant, imprudentes adorarent; abutensque veteribus institutis, omni industria laborabat, ut subditorum animos deciperet. Sic enim cogitabat, si quidem ea persuasisset, reliqua quæ vellet, se deinceps facilius aggressurum. Si vero refragari eos deprehendisset, se absque ulla venia in illos animadversurum, utpote qui, contra mores atque instituta Romanorum, novitati studerent, et in rempublicam inque imperatorem ipsum peccarent. Ac pauci quidem, qui etiam pœnas dederunt, consilium ejus intellexere, nec, ut moris erat, adorare sustinuerunt. Vulgus vero, ut solet, vel ignoratione, vel simplicitate

## VALESII ANNOTATIONES.

(17) *Ἀλλὰ πικρὸν εἰπεῖν μή*. Lego πικρὸν εἰπεῖν μοι, quemadmodum legisse videtur Musculus. Lego etiam ἀπολαύσουσι, ut legitur apud Nicephorum. In codice tamen Fuketiano scriptum inveni, πικρὸν εἰπεῖν, μηδὲ τῆς, etc. Quod non probo.

(18) *Ὡς περὶ τὰ ἔθη Ῥωμαίων νεωτερίζοντας*. Libri quidem nihil mutant hoc loco. Mallem tamen scribere παρὰ τὰ ἔθη. Id est, contra mores et instituta majorum.

(19) *Εἰς πολιτείαν καὶ βασιλείαν*. In codice Fuketiano scriptum est καὶ βασιλέα, quod magis probo. Nicephorus tamen in cap. 23, lib. 10, vulgatam scripturam tuetur

(20) *Καὶ ταῦτα τῆς τέχνης*. In Fuketiano codice rectius scriptum est καὶ ταύτης τῆς τέχνης. Porro Nicephorus, et tam scripti quam excusi codices, ab his verbis novam periodum ordiuntur, quos secuti sunt interpretes Musc. et Christoph. Ego vero aliter hunc locum distinxi, et cum præcedente membro jungendum putavi.

Digitized by Google

animi ductum, vetustæ consuetudini omnino parendum esse existimabat, et inconsultius ad imagines accedebat. Verum imperator, ne hanc quidem fraudem expertus, quidquam profecit. Non cessavit tamen, sed perstitit **206** omnia moliri atque excogitare, ut subditos ad eamdem cum ipso religionem colendam adduceret. Id vero quod tunc temporis machinatus est, non valde discrepat ab eo quod jam retuli. Apertius tamen quam prius illud, et majore cum violentia susceptum est : nec paucis qui in palatio militabant, fortitudinis suæ declarandæ occasionem præbuit. Nam cum tempus advenisset, quo donativum a principe erogandum erat militibus, id autem plerumque fit diebus festis Romanorum, et natalibus imperatorum atque urbium regiarum, secum ipse considerans, milites suopte ingenio simplices esse atque incautos, et ob insitam ipsis cupiditatem pecuniis facile decipi, arte quadam usus est ut eos ad sacrificandum impelleret. Mos enim erat jam inde a priscis temporibus, ut donativum accepturi diis immolarent. Cum igitur singuli ad donativum accederent, hi qui imperatori astabant, unumquemque thus adolere jubebant. Thus enim et ignis prope appositus erat, idque ex veteri more institutoque Romanorum. Tum vero alii quidem absque metu magnitudinem animi sui declararunt, nec aut thus adolere, aut donativum ab imperatore accipere voluerunt. Alii vero, consuetudinis ac vetustatis specie inducti, ne scelus quidem suum animadverterunt. Alii lucro proposito inescati, aut metu ac perturbatione præventi ob scenam quæ repente ipsorum oculis apparebat, licet se gentilium more sacra facere intelligerent, haud tamen istud piaculum effugerunt. Fertur autem quosdam ex iis qui istud sceleris imprudentes admiserant, cum in convivio, ut fieri solet, sibi mutuo propinarent benevolentiæ testificandæ causa, Christum ad singula pocula nominasse ; quemdam vero ex convivis hæc illis respondisse : Mirum quidpiam patimini, Christum invocantes, quem paulo antea negavistis, tunc cum donativum accipientes a principe, thus in focum imposuistis. Quibus auditis, cum facinus quod admiserant intelligere cœpissent, illico exsilientes, publice discurrere cœperunt, vociferantes et cum lacrymis Deum hominesque testantes, Christianos

A εδίδου, ἀλλὰ πάντα ἐπινοῶν διετέλει, ὡς ἂν προσάγοι τοὺς ἀρχομένους παραπλησίως αὐτῷ θρησκεύειν. Οἷον δὲ καὶ τότε ἐμηχανήσατο, οὐκ ἀπᾴδει τοῦ εἰρημένου· περιφανέστερον μέντοι τοῦ προτέρου καὶ βιαιότερον ἐπεχειρήθη, καὶ πρόφασις ἀνδρείας οὐκ ὀλίγοις ἐγένετο τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις στρατευομένων. Ἐπεὶ γὰρ καιρὸς παρῆν βασιλέα δωρεῖσθαι στρατιώταις (γίνεται δὲ τοῦτο ὡς ἐπίπαν ἐν ταῖς Ῥωμαίων ἱερομηνίαις, καὶ βασιλέων, καὶ βασιλίδων πόλεων ἐν γενεθλίοις ἡμέραις), λογισάμενος ὡς ἁπλοῦν φύσει καὶ εὐηθές ἐστι τὸ στρατιωτικὸν, καὶ ὑπὸ συνήθους πλεονεξίας ῥᾳδίως ἡττᾶται χρημάτων. Τῶν δὲ ἐπὶ ταύτην παριόντων (21) ἕκαστον οἱ τῷ βασιλεῖ παρεστῶτες ἐκέλευον θυμιᾷν. Προὔκειτο γὰρ πλησίον λίβανος καὶ πῦρ, ὡς δὴ τοῦτο πάλαι Ῥωμαίοις νενο- B μισμένον. Ἐνταῦθα οἱ μὲν ἀδεῶς τὴν ἀνδρείαν ἐπεδείξαντο, καὶ οὔτε θυμιάσαι, οὔτε δῶρον παρὰ τοῦ βασιλέως λαβεῖν ἠνέσχοντο· οἱ δὲ, προσχήματι νόμου καὶ ἀρχαιότητος, οὐδὲ εἰς νοῦν ἔλαβον ὃ ἡμάρτανον. Οἱ δὲ, τῷ φαινομένῳ κέρδει δελεασθέντες, ἢ δέει καὶ θορύβῳ προκατειλημμένοι ἐκ τῆς παραυτίκα ἀναφανθείσης σκηνῆς, εἰ καὶ συνῆκαν Ἑλληνίζοντες, τὸ μὴ τοῦτο παθεῖν οὐ διέφυγον. Τῶν δ' αὖ ἀγνοίᾳ περιπεσόντων ταύτῃ τῇ ἁμαρτίᾳ, λέγονταί τινες τάδε (22), ὡς εἱστιῶντο (23) φιλοφρονούμενοι, οἷά γε ἐν τοῖς πότοις γίνεσθαι φιλεῖ, καὶ προπίνοντες ἀλλήλοις, Χριστὸν ἐπονομάσαι ταῖς κύλιξιν. Ὑπολαβόντα δέ τινα (24) τῶν δαιτυμόνων, Θαυμαστὸν, ἔφη, ὑπομένετε, Χριστὸν ἐπικαλούμενοι, ὃν πρὸ βραχέως C ἠρνήσασθε, ἡνίκα τὸ δῶρον παρὰ τοῦ βασιλέως δεξάμενοι, τῷ πυρὶ τὸν λιβανωτὸν ἐπιτεθείκατε. Ἅμα δὲ τοῦτο ἤκουσαν, καὶ συνῆκαν ὅπερ εἰργάσαντο, αὐτίκα ἀναπηδήσαντες, δημοσίᾳ ἔθεον, βοῶντες καὶ δεδακρυμένοι, καὶ Θεὸν αὐτὸν καὶ πάντας ἀνθρώπους μαρτυρόμενοι, Χριστιανοὺς εἶναι σφᾶς καὶ διαμεῖναι· ἐν ἀγνοίᾳ δὲ τοῦ γεγονότος, εἴγε ὅλως εἰπεῖν ἔστι, μόνην Ἑλληνίσαι τὴν χεῖρα, μὴ συμπραξάσης τῆς διανοίας. Ἐπεὶ δὲ ὡς βασιλέα ἦλθον, προσρίψαντες ὃν δεδώκει χρυσὸν, εὖ μάλα ἀνδρείως τὸ οἰκεῖον δῶρον ἀπολαβεῖν ᾔτουν, αὐτοὺς δὲ ἀνελεῖν· μὴ μεταμεληθήσεσθαι γὰρ, εἰ ὑπὲρ ὧν προνοίας ἐκτὸς ἥμαρτεν ἡ δεξιὰ, τῷ παντὶ σώματι δίκην δοῖεν διὰ Χριστόν. Ὁ δὲ βασιλεὺς καίπερ χαλεπῶς ἐνεγκὼν, κτεῖναι μὲν αὐτοὺς ἐφυλάξατο, μὴ μαρτυρίας γερῶν ἀξιω- D θεῖεν· ἀφελόμενος δὲ τῆς στρατείας, ἐξεώσατο τῶν βασιλείων.

## VALESII ANNOTATIONES.

(21) *Τῶν δὲ ἐπὶ ταύτην παριόντων*. Ante hæc verba desunt nonnulla, quæ supplevi ex Nicephoro in hunc modum : τέχνῃ τινὶ θύειν καὶ ἄκοντας τοῖς δαίμοσιν ψχονόμει· νενόμιστο γὰρ δῆθεν ἐκ παλαιοῦ, τοὺς ἐπὶ τὴν δωρεὰν παριόντας θύειν, etc. Utrum autem Nicephorus integriorem codicem nactus fuerit, an hæc ex conjectura suppleverit, affirmare non possum. Cæterum hanc fraudem Juliani notat Gregorius Naz. in priore *Invectiva*, pag. 84.

(22) *Λέγονταί τινες τάδε*. Aut vox τάδε delenda est, aut plura hoc loco desiderantur. Certe Nicephorus in libro decimo capite 23 hunc Sozomeni locum ita supplet : λέγονταί τινες τάδε πρᾶξαι.

(23) *Ὡς γὰρ εἱστιῶντο*, etc. Sed ne sic quidem locus est integer. Porro hanc historiam sumpsisse videtur Sozomenus ex Gregorio Nazianz., in *Priore Invectiva adversus Julianum*, pag. 85 ; ubi obiter notabis antiquum morem Christianorum, qui antequam vinum haurirent, Christum invocare et crucis signo se munire consueverant. Id enim diserte testatur Gregorius. Vide Gretserum in libro quarto *De cruce*, cap. 18. Cæterum in Gregorii loco ψυχροποσίαν interpretor, non frigidæ potationem, ut vertit Billius, sed vini refrigerati, nive scilicet aut glacie infusa.

(24) *Ὑπολαβόντα δέ τινα*. Grammaticæ leges postulant ut scribamus ὑπολαβὼν δέ τις. Sequitur enim ἔφη.

Digitized by Google

se esse, ac semper fuisse : per ignorationem autem ejus quod fieret, si tamen id licet dicere, solam manum sacrificasse, animo neutiquam conscio. Post hæc imperatorem adeuntes, projecto quod dederat auro, petierunt admodum forti animo ut donum suum reciperet, ipsos vero interficeret. Neque enim se mutaturos sententiam, si pro scelere quod manus ipsorum admiserat, toto corpore pœnas persolverent, propter Christum. Imperator vero, quamvis eo facto exasperatus esset, eos tamen occidere noluit, ne honorem martyrii adipiscerentur : sed exauctoratos palatio expulit.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΗʹ. A

*Ὡς Ἰουλιανὸς ἐκώλυε Χριστιανοὺς καὶ ἀγορῶν, καὶ κρίσεων, καὶ τοῦ μετέρχεσθαι τὴν Ἑλληνικὴν παιδείαν· καὶ περὶ Βασιλείου τοῦ Μεγάλου, Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, καὶ Ἀπολιναρίου, ἀνθισταμένων αὐτῷ, καὶ μεταβαλλόντων τὰ θεῖα πρὸς τὴν Ἑλληνικὴν φράσιν· καὶ μᾶλλον Ἀπολινάριος, καὶ Γρηγόριος ὁ Ναζιανζηνός· ὁ μὲν ῥητορικῶς λίαν γράφων· ὁ δὲ ἡρωΐζων, καὶ πάντα ποιητὴν μιμούμενος.*

Ταύτης δὲ τῆς γνώμης καὶ περὶ πάντας τοὺς Χριστιανοὺς ὑπῆρχεν, ἀφορμῆς λαδόμενος· ὅπουγε καὶ μηδὲν ἐγκαλεῖν ἔχων, παραιτουμένους θύειν, ἰσοπολιτείας ἐφθόνει καὶ συλλόγων καὶ ἀγορῶν μετέχειν. Καὶ τοῦ δικάζειν ἢ ἄρχειν ἢ ἀξιωμάτων κοινωνεῖν οὐ μετεδίδου· οὐ μὴν οὐδὲ τοὺς αὐτῶν παῖδας ξυνεχώρει ἐκδιδάσκεσθαι τοὺς παρ' Ἕλλησι ποιητὰς καὶ συγγραφέας, οὐδὲ τοῖς τούτων διδασκάλοις B φοιτᾷν. Ἐλύπει γὰρ αὐτὸν οὐ μετρίως Ἀπολινάριος ὁ Σύρος, πρὸς παντοδαπὴν εἴδησιν καὶ λόγων ἰδέαν παρεσκευασμένος· Βασίλειός τε καὶ Γρηγόριος οἱ Καππαδόκαι, παρευδοκιμοῦντες τοὺς τότε ῥήτορας· ἄλλοι τε ἐπὶ τούτοις πλεῖστοι ἐλλόγιμοι, ὧν οἱ μὲν ἐζήλουν τὰ ἐν Νικαίᾳ δόξαντα, οἱ δὲ ἐκ τῆς Ἀρείου ὥρμηντο αἱρέσεως. Ἐντεῦθεν οὖν μόνον δημιουργεῖσθαι τὸ πεῖθον οἰόμενος, οὐ συνεχώρει τοῖς Χριστιανοῖς ἐν τοῖς τῶν Ἑλλήνων ἀσκεῖσθαι μαθήμασιν. Ἡνίκα δὴ Ἀπολινάριος οὗτος, εἰς καιρὸν τῇ πολυμαθίᾳ καὶ τῇ φύσει χρησάμενος, ἀντὶ μὲν τῆς Ὁμήρου ποιήσεως, ἐν ἔπεσιν ἡρῴοις τὴν Ἑβραϊκὴν ἀρχαιολογίαν συνεγράψατο μέχρι τῆς τοῦ Σαοὺλ βασιλείας, καὶ εἰς εἰκοσιτέσσαρα μέρη τὴν πᾶσαν C πραγματείαν διεῖλεν, ἑκάστῳ τόμῳ προσηγορίαν θέμενος ὁμώνυμον τοῖς παρ' Ἕλλησι στοιχείοις κατὰ τὸν τούτων ἀριθμὸν καὶ τὴν τάξιν. Ἐπραγματεύσατο δὲ καὶ τοῖς Μενάνδρου δράμασιν εἰκασμένας κωμῳδίας· καὶ τὴν Εὐριπίδου τραγῳδίαν, καὶ τὴν Πινδάρου λύραν ἐμιμήσατο, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐκ τῶν θείων Γραφῶν τὰς ὑποθέσεις λαβὼν τῶν ἐγκυκλίων καλουμένων μαθημάτων, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἐπενόησεν ἰσαρίθμους καὶ ἰσοδυνάμους πραγματείας, ἤθει τε καὶ φράσει καὶ χαρακτῆρι καὶ οἰκονομίᾳ ὁμοίᾳ τοῖς παρ' Ἕλλησιν ἐν τούτοις εὐδοκιμήσασιν. Ὥστε εἰ μὴ τὴν ἀρχαιότητα ἐτίμων οἱ ἄνθρωποι, καὶ τὰ συνήθη φίλα ἐνόμιζον, ἐπίσης, οἶμαι, τοῖς παλαιοῖς τὴν Ἀπολιναρίου σπουδὴν ἐπῄνουν, καὶ ἐδιδάσκοντο ταύτην (25), πλέον αὐτοῦ τὴν εὐφυΐαν θαυμάζοντες, ὅσῳ γε τῶν D μὲν ἀρχαίων ἕκαστος περὶ ἓν μόνον ἐσπούδασεν· ὁ δὲ, τὰ πάντα ἐπιτηδεύσας, ἐν κατεπειγούσῃ χρείᾳ

## 207 CAP. XVIII.

*Quomodo Julianus Christianos foro ac judiciis uti, et Græcorum disciplinis institui prohibuit : et de Basilio Magno, Gregorio Theologo, atque Apollinare, qui, imperatori resistentes, sacra volumina in Græcum sermonem transtulerunt. Et quod Gregorius quidem Nazianzenus, soluta oratione admodum eleganter multa scripsit ; Apollinaris vero heroicum carmen composuit, cunctosque veteres poetas imitatus est.*

Eodem animo fuit erga reliquos omnes Christianos, ubi occasionem nactus fuerat. His enim qui sacrificare abnuerunt, etsi nihil haberet quod illis objiceret, jus civitatis adimebat. A conventibus quoque et a foro eos prohibuit, nec judicare aut magistratus gerere, aut honoribus ac dignitatibus frui permisit. Sed et Christianorum liberos, haudquaquam passus est poetas atque oratores Græcorum ediscere, et gentilium professorum scholas frequentare. Urebant ejus animum non mediocriter Apollinaris Syrus omni disciplinarum genere instructus, et Basilius Gregoriusque Cappadoces, qui cunctos illius temporis oratores longe superabant : multique præterea disertissimi viri, quorum alii fidem Nicæni concilii sequebantur, alii opinionem Arii erant amplexi. Cum igitur persuadendi facultatem hinc tantum parari existimaret, non permisit Christianis ut Græcorum disciplinis erudirentur [1]. Quo quidem tempore Apollinaris in quem supra dixi, multiplici eruditione et ingenio quo valebat, opportune usus, pro Homeri carmine, Hebræorum antiquitatem usque ad regnum Saulis heroico versu conscripsit, et universum opus in quatuor ac viginti partes distribuit, ac singulis libris ex Græcorum litteris cognomentum indidit, juxta earum numerum atque ordinem. Scripsit etiam comœdias instar fabularum Menandri. Euripidis quoque tragœdias, et Pindari lyram imitatus est. Denique, ut compendio dicam, sumptis ex sacra Scriptura argumentis liberalium disciplinarum, brevi tempore lucubrationes composuit, et numero et præstantia æquales iis qui apud Græcos in eo genere celebres exstitere, seu genium, seu dictionem, seu formam, seu dispositionem operis spectes ; adeo ut nisi homines antiquitatem venerari solerent, et ea maxime diligere quibus assueverunt, Apollinaris libros æque ac veterum illorum laudaturi essent ac discituri, eoque magis ingenium hominis admiraturi, quod veterum quidem singuli in

[1] Socr. l. III, cap. 16.

## VALESII ANNOTATIONES.

(25) *Καὶ ἐδιδάσκοντο ταύτην.* Hunc locum ita scribendum ac distinguendum puto, ἐπῄνουν καὶ ἐδιδάσκοντο ταύτῃ πλέον αὐτοῦ τὴν εὐφυΐαν θαυμάζοντες, etc., quod procul dubio elegantius est vulgata lectione.

Digitized by Google

uno tantum genere doctrinæ versati sunt : hic vero, omnia complexus, vim ac præstantiam uniuscujusque, ubi usus id postularet, expressit. Nec ignobilis est ejusdem liber, quem adversus imperatorem, et gentilium philosophos **208** composuit, qui De veritate inscribitur. In quo etiam absque ullo testimonio sacrorum Librorum, ostendit illos vano errore deceptos, secus quam decet de Deo sentire. Etenim imperator, nostra irridens, ad illustrissimos episcopos hujusmodi epistolam scripserat : Legi, intellexi, damnavi. Quibus illi ita rescripsisse dicuntur : Legisti quidem, sed non intellexisti; nam si intellexisses, nunquam condemnasses. Non desunt tamen qui Basilio Ecclesiæ Cappadocum episcopum hanc epistolam tribuant : neque id a vero abhorret. Verum sive ab hoc, sive ab alio quopiam scripta est, scriptorem ejus mirari profecto debemus, tum ob magnitudinem animi, tum ob eruditionem.

A τὴν ἑκάστου ἀρετὴν ἀπεμάξατο. Οὐκ ἀγεννὴς δὲ καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν βασιλέα ἤτοι τοὺς παρ' Ἕλλησι φιλοσόφους ἐστὶν αὐτοῦ ὁ λόγος, ὃν Ὑπὲρ ἀληθείας (26) ἐπέγραψεν· ἐν ᾧ καὶ δίχα τῆς τῶν ἱερῶν Λόγων μαρτυρίας, ἔδειξεν αὐτοὺς ἀποβουκοληθέντας τοῦ δέοντος περὶ Θεοῦ φρονεῖν. Τάδε γὰρ ἐπιτωθάζων ὁ βασιλεὺς, τοῖς τότε διαπρέπουσιν ἐπισκόποις ἐπέστειλεν· Ἀνέγνων, ἔγνων, κατέγνων· τοὺς δὲ, πρὸς ταῦτα ἀντιγράψαι (27)· Ἀνέγνως, ἀλλ' οὐκ ἔγνως· εἰ γὰρ ἔγνως, οὐκ ἂν κατέγνως. Εἰσὶ δὲ οἳ Βασιλείῳ τῷ προστάτῃ τῆς Καππαδοκῶν Ἐκκλησίας ταύτην τὴν ἐπιστολὴν ἀνατιθέασι· καὶ οὐκ ἀπεικός. Ἀλλ' εἴτε αὐτοῦ, εἴτε ἄλλου ταῦτά ἐστιν, ἄγασθαι δίκαιον ἀνδρείας καὶ παιδεύσεως τὸν γράψαντα.

## CAP. XIX.

*De libro Juliani quem Μισοπώγωνα inscripsit : et de Daphne suburbano Antiochiæ ; ejusque descriptio : et de translatione reliquiarum Babylæ episcopi et martyris.*

Cæterum imperator cum bellum Persis inferre cuperet, Antiochiam Syriæ venit [1]. Ibi cum populus vociferatus esset, maximam quidem copiam esse frugum, sed eas carius vendi : imperator liberalitate sua plebem, ut opinor, demereri studens, res in foro venales viliore quam par erat pretio distrahi jussit. Cumque mercatores fuga se subduxissent, res quidem ad victum necessariæ deficere cœperunt. Antiocheni vero, graviter id ferentes, imperatorem probris affecerunt, et in barbam ejus, eo quod promissior esset, cavillati sunt : nummos quoque irridentes, quibus imago tauri erat insculpta. Orbem enim illo imperante eversum esse, perinde ac tauros supinos, jocando dicebant. At imperator, initio quidem ira succensus, Antiochenis minatus est, sese illos male mulctaturum : Tarsumque migrare jam parabat.

B

## ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

*Περὶ τοῦ λόγου τοῦ Ἰουλιανοῦ, ὃν ἐπέγραψε Μισοπώγωνα· καὶ περὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ Δάφνης· καὶ ἔκφρασις αὐτοῦ· καὶ περὶ τῆς μετακομιδῆς τῶν λειψάνων Βαβύλα τοῦ ἱερομάρτυρος.*

Ὁ δὲ βασιλεὺς Πέρσαις ἐπιστρατεῦσαι σπουδάζων, ἧκεν εἰς Ἀντιόχειαν τὴν Σύρων· ἐκβοήσαντος δὲ τοῦ πλήθους, ὡς πολλὰ μέν ἐστι τὰ ἐπιτήδεια, πολλοῦ δὲ πωλοῖτο· ὑπὸ φιλοτιμίας, οἶμαι, τὸν δῆμον ἐπαγόμενος, ἐπὶ ἥττονι ἢ ἔδει τιμήματι τὰ ἐπ' ἀγορᾶς ὤνια πωλεῖσθαι προσέταξεν. Ἐκφυγόντων δὲ τῶν καπήλων, τὰ μὲν ἐπιτήδεια ἐπέλιπεν. Ἀντιοχεῖς δὲ δεινὸν τοῦτο ποιούμενοι, τὸν βασιλέα ὕβριζον, καὶ εἰς τὸν πώγωνα αὐτοῦ, ὡς βαθὺς εἴη, ἐπέσκωπτον, καὶ εἰς τὸ νόμισμα, ὅτι ταύρου εἶχεν εἰκόνα. Τὸν γὰρ κόσμον C ἐπίσης τῶν ὑπτίων ταύρων (28) ὑπ' αὐτῷ ἡγεμόνι ἀνατετράφθαι ἐπετώθαζον. Ὁ δὲ, τὰ πρῶτα ὀργισθεὶς, ἠπείλει Ἀντιοχέας κακῶς ποιήσειν· καὶ εἰς Ταρσὸν μετοικίζεσθαι παρεσκευάζετο. Ὑπερφυῶς δὲ τοῦ θυμοῦ μεταβαλ[λ]όμενος, λόγοις μόνοις τὴν ὕβριν ἠμύνατο· κάλλιστον καὶ μάλα ἀστεῖον λόγον, ὃν Μισοπώγωνα ἐπέγραψε, κατὰ Ἀντιοχέων διεξελ-

[1] Socr. l. III, cap. 17.

## VALESII ANNOTATIONES.

(26) *Λόγος, ὃν Ὑπὲρ ἀληθείας.* Apollinaris quoque Hierapolitanus episcopus, qui vixit regnante Marco, librum scripsit eodem titulo, ut testatur Eusebius in libro quarto *Historiæ*, et Photius in *Bibliotheca*.

(27) *Πρὸς ταῦτα ἀντιγράψαι.* Addendum est verbum φασὶν ex Nicephoro.

(28) *Ἐπίσης τῶν ὑπτίων ταύρων.* Hunc locum non intellexerunt interpretes. Nam Musculus quidem ita vertit, *Mundus hic ab imperatore isto tanquam a tauris supina cornua jactantibus subversus est.* Pari modo Christophorsonus interpretatur, nisi quod pro supinis taurorum cornibus, vertere maluit, *cornua in sublime jactantibus.* Langus vero Nicephori interpres ita transtulit, *Perinde atque a præcipiti tauro, mundum ab ipso imperante everti jactantes.* Hanc autem interpretationem hausisse mihi videntur ex Epiphanio Scholastico, qui locum Socratis ita vertit : *Et quoniam superstitionis suæ causa taurum idolis frequentius immolabat, aram vel taurum in solido suo formari præcepit. Ob quam* D *rem proscindentes eum dicebant : Iste taurus evertet mundum.* Sed nihil tale apud Socratem legitur. Solum enim ait Socrates, Antiochenos Julianum deridentes dixisse : *Nummi tui taurum habent, et orbis eversus est.* Gloriabatur scilicet Julianus quod gentilium templa ac sacrificia reparasset, quodque centenos interdum tauros Jovi immolaret, ut scribit Ammianus Marcellinus. Quare cum in ejus nummis taurus esset insculptus, hinc jocandi ansam arripientes Antiocheni dicebant, *Non tauros a Juliano, sed orbem mactatum esse.* Ἀνατετράφθαι proprium est victimarum, quæ cum immolarentur diis cœlestibus, resupinari consueverant, quod Homerus vocat ἀνερύειν. Vide Scholiastem Apollonii, et Favorinum in voce Ἀνέρυσαν, ubi etiam utitur verbo ἀναστρέφεται ad eam rem significandam. Hinc ergo intelligimus, cur Sozomenus ὑπτίους ταύρους dixerit. Colla enim taurorum resupinabantur a victimariis, quoties diis cœlestibus sacrificabant.

Digitized by Google

θων. Χριστιανοῖς δὲ κἀνταῦθα ὁμοίως ἐχρῆτο, καὶ τὸ A Ἑλληνικὸν κρατύνειν ἐσπούδαζεν. Οἷα γοῦν τότε συνέβη περὶ τὴν θήκην Βαβύλα τοῦ μάρτυρος, καὶ τῷ ἐν Δάφνῃ ναῷ τοῦ Ἀπόλλωνος, ἄξιον ἀφηγήσασθαι. Ἄρχομαι δὲ ἐντεῦθεν· Δάφνη τὸ ἐπίσημον τῆς Ἀντιοχείας προάστειον, κομᾷ μὲν ἄλσει κυπαρίσσων πολλῶν· ποικίλλεται δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις φυτοῖς ἀναμὶξ ταῖς κυπαρίσσοις. Ὑπὸ δὲ τοῖς δένδρεσιν, ἀμοιβαδὸν τῶν ὡρῶν εὐώδη καὶ παντοδαπὰ εἴδη ἀνθῶν ἡ γῆ φέρει. Ὀροφὴ δέ τις μᾶλλον, ἢ σκιὰ πανταχοῦ τὸν χῶρον περίκειται, τῇ πυκνότητι τῶν κλάδων καὶ τῶν φύλλων μὴ συγχωροῦσα τὴν ἀκτῖνα τῷ ἐδάφει ἐμβάλλειν· ἡδύς τε καὶ λίαν ἐπέραστός ἐστιν, ἀφθονίᾳ τε καὶ κάλλει ὑδάτων, καὶ ὡρῶν εὐκρασίᾳ, καὶ προσηνῶν ἀνέμων πνοαῖς. Ἐνταῦθα δὲ παῖδες Ἑλλήνων μυθεύουσι, Δάφνην τὴν B Λάδωνος ποταμοῦ, ἐξ Ἀρκαδίας φεύγουσαν Ἀπόλλωνα τὸν ἐραστὴν, εἰς ὁμώνυμον φυτὸν αὐτὴν μεταβαλεῖν· τὸν δὲ, μηδὲ οὕτως ἀπαλλαγέντα τοῦ πάθους, στεφανωθῆναι τοῖς κλάδοις τῆς ἐρωμένης, καὶ δένδρον οὖσαν περιπτύξασθαι, καὶ τῇ προσεδρίᾳ τὰ μάλιστα τιμῆσαι τὸ χωρίον, εἴπερ τι ἄλλο κεχαρισμένον αὐτῷ. Τοιούτῳ δὲ ὄντι τῷ προαστείῳ τῇ Δάφνῃ, ἐπιβαίνειν τοῖς ἐπιεικέσιν, αἰσχρὸν ἐνομίζετο. Ἥ τε γὰρ θέσις καὶ ἡ φύσις τοῦ χωρίου πρὸς ῥᾳστώνην ἐπιτηδεία, καὶ ἡ ὑπόθεσις τοῦ μύθου ἐρωτική τις οὖσα, μικρᾶς λαβομένη ἀφορμῆς, διπλοῦν ἀπετέλει τὸ πάθος τοῖς διεφθαρμένοις νέοις. Εἰς παραίτησιν γὰρ προϊσχόμενοι τὰ μυθευόμενα, χαλεπῶς ἐξεκαίοντο, καὶ ἀνέδην εἰς ἀκολάστους πράξεις C ἐχώρουν, οὐ σωφρονεῖν δυνάμενοι, οὔτε σώφρονας κατὰ ταὐτὸν ὁρᾷν ἀνεχόμενοι. Ὧ γὰρ ἡ διατριβὴ ἐκτὸς ἐρωμένης ἐν Δάφνῃ ἐτύγχανεν, ἠλίθιός τε καὶ ἄχαρις ἐδόκει· καὶ ὥσπερ τι ἄγος ἢ ἀποτρόπαιος, φευκταῖος ἦν. Καὶ ἄλλως δὲ σεβάσμιος καὶ περὶ πολλοῦ τοῖς Ἑλληνισταῖς ὁ χῶρος οὗτος ἐτύγχανεν· ἦν γὰρ ἐνθάδε Δαφναίου Ἀπόλλωνος περικαλλὲς ἄγαλμα, καὶ νεὼς μεγαλοφυῶς τε καὶ φιλοτίμως ἐξειργασμένος· ὃν λόγος οἰκοδομῆσαι Σέλευκον τὸν Ἀντιόχου πατέρα, ᾧ ἐπώνυμόν ἐστιν ἡ Ἀντιοχέων πόλις. Ἐπιστεύετο δὲ παρὰ τοῖς τάδε πρεσβεύουσι, ῥεῖν αὐτόθι καὶ ὕδωρ μαντικὸν ἀπὸ Κασταλίας τῆς πηγῆς, ὁμοίως τῆς ἐν Δελφοῖς ἐνεργείας τε καὶ προσηγορίας λαχούσης. Ἀμέλειτοι καὶ Ἀδριανῷ ἔτι ἰδιωτεύοντι, τὰ περὶ τῆς βασιλείας αὐχοῦσιν ἐνθάδε προ- D μηνυθῆναι. Φασὶ γὰρ αὐτὸν φύλλον Δάφνης ἐμβάψαντα τῇ πηγῇ, ἀρύσασθαι τὴν τῶν ἐσομένων γνῶσιν, ἐγγράφως ἐπὶ τοῦ φύλλου δηλωθεῖσαν· παρελθόντα δὲ εἰς τὴν ἡγεμονίαν καταχῶσαι τὴν πηγὴν, ὥστε μὴ ἐξεῖναι καὶ ἄλλοις προμανθάνειν τὸ μέλλον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, οἷς τούτων μέλει, ἀκριβῶς μυθολογούντων· ἐπεὶ δὲ Γάλλος ὁ Ἰουλιανοῦ ἀδελφὸς Καῖσαρ καταστὰς παρὰ Κωνσταντίου, ἐν Ἀντιοχείᾳ διῆγε, Χριστιανὸς ὢν καὶ ἐς τὰ μάλιστα πρεσβεύων τοὺς ὑπὲρ τοῦ δόγματος μεμαρτυρηκότας, ἔγνωκεν Ἑλληνικῆς δεισιδαιμονίας καὶ ὕβρεως ἀκολάστων ἀνθρώπων, τοῦτον ἐκκαθᾶραι τὸν χῶρον. Ὑπολαβὼν δὲ ῥᾳδίως περιέσεσθαι, εἰ εὐκτήριον ἐνθάδε ἀντικαταστήσειεν οἶκον, μετέθηκεν εἰς Δάφνην τὴν λάρ-

Sed animi æstu repente mutato, verbis duntaxat contumeliam suam ultus est, elegantissimo et admodum faceto adversus Antiochenos libro composito, quem Μισοπώγωνα inscripsit. Porro Christianos etiam in hac urbe solito more tractavit, et religionem gentilium illic stabilire studuit. Et vero quæ tunc temporis circa loculum Babylæ martyris, et in templo Apollinis Daphnæi contigerunt, operæ pretium fuerit commemorare. Narrationem **209** autem hinc exordiar. Daphne nobile Antiochiæ suburbanum, multarum quidem cupressorum nemore nitescit sed et aliis inter cupressos consitis arboribus variatur. Sub arboribus autem, pro temporum vicissitudine, fragrantissimos omnis generis flores tellus gignit. Porro lacunar potius quoddam, quam umbra, locum undique obtegit, præ frondium ac ramorum densitate, solis radios humum usque pertingere non sinens. Amœnus præterea ac jucundus est locus ob aquarum copiam ac pulchritudinem, et ob temperiem cœli et propter auras molliter spirantes. Ibi fabulantur Græci Daphnen, Ladonis fluvii filiam, ex Arcadia fugientem Apollinem amatorem, in arborem nominis sui conversam esse; Apollinem vero ne tum quidem perturbatione animi liberatum, ex ramis amatæ coronam sibi texuisse, eamque licet arborem brachiis complexum fuisse. Et hunc locum præ cæteris quos amabat, præsentia sua ac diuturno domicilio honorasse. Cum igitur hujusmodi esset suburbanum Daphne, pedem eo inferre viris bonis turpe habebatur. Nam et situs ac natura loci ad voluptatem accommodata, et ipsius fabulæ argumentum amatorium, levi arrepta occasione, morbum duplo graviorem accendebat corruptis adolescentibus. Hi enim, fabulam illam ad excusationem flagitii sui prætendentes, multo magis inflammabantur, omnique licentia ad turpes actus prorumpentes, nec ipsi modeste agere poterant, nec modestos viros illic cernere sustinebant. Nam qui absque amica diversaretur apud Daphnen, is stupidus et inurbanus, et tanquam scelus quoddam ac piaculum fugiendus videbatur. Et alioqui locus hic paganis venerabilis magnoque in honore erat. Erat enim illic Apollinis Daphnæi pulcherrimum simulacrum et templum magnifice atque ambitiose constructum. Cujus templi conditor fuisse dicitur Seleucus, pater Antiochi illius, a quo Antiochia nomen accepit. Credebatur etiam ab illis qui ista colunt ac prædicant, aquam illic divinatricem fluere ex fonte Castalio, qui idem nomen eamdemque efficaciam haberet, quam ille Delphicus. Denique et Adriano adhuc privato imperium eo loco prænuntiatum esse jactant. Nam cum folium lauri immersisset in fonte, futuri notitiam hausisse dicitur quæ in fronde descripta esset. Cum autem postea ad imperium pervenisset, fontem obstruxisse fertur, ne aliis etiam liceret res futuras prænoscere. Verum has fabulas ejusmodi rerum studiosis accuratius exponendas re-

Digitized by Google

linquamus. Postquam vero Gallus frater Juliani, A Cæsar a Constantio nuncupatus, Antiochiæ sedem fixit : cum esset Christianus, eosque qui religionis causa martyrium pertulerant impense veneraretur, eum locum superstitione gentilium et intemperantium hominum flagitiis purgare constituit. Id autem se facile consecuturum arbitratus, si ecclesiam illic ex adverso templi Apollinis construxisset; loculum Babylæ **210** martyris, qui olim Ecclesiam Antiochenam summa cum laude rexerat et glorioso martyrio occubuerat, Daphnen transtulit [1]. Ex eo tempore aiunt dæmonem more solito oracula reddere desiisse. Et initio quidem credebatur ideo obmutuisse, quod victimis et cultu illo careret, quo prius observabatur. Verum ex iis quæ secuta B sunt apparuit, martyrem qui in proximo collocatus erat, obstitisse quominus responsa ederet. Etenim, cum Julianus orbem Romanum solus administraret, quamvis libamenta et nidor et hostiarum copia dæmoni abunde suppeteret, nihilominus conticuit. Tandemque responso dato, causam prioris silentii ipsemet prodidit. Nam, cum imperator de quibus ipsi visum erat negotiis oraculum illic consulere decrevisset, templum ingressus, victimis ac donariis magnificis dæmonem veneratus est; oravitque ut de iis rebus quas in animo habebat, responsum dare vellet. At dæmon, non quidem aperte significavit, oracula a se reddi non posse propter Babylam martyrem, cujus arca in proximo erat : sed locum cadaveribus refertum esse dixit, idque im- C pedimento esse quominus oracula ederet. Porro cum multa essent Daphnæ sepulta cadavera, imperator tamen conjiciens solum martyrem oraculis obstare, arcam illius transferri jussit. Itaque Christiani, eo convenientes, loculum martyris in urbem deportarunt per quadraginta circiter stadia ad locum in quo nunc situs est, et qui ex illius appellatur nomine. Quo quidem tempore aiunt viros simul ac mulieres, juvenes ac virgines, senes ac pueros, qui loculum martyris trahebant, sese invicem cohortantes, psalmos per totum iter cecinisse : specie quidem ut laborem cantu sublevarent, reipsa vero, zelo quodam et pietatis æstu succensos, eo quod princeps non idem cum ipsis de Deo sentiret. Præcinebant autem cæteris ii qui psalmos apprime callebant; multitudo deinde respondebat cum concentu, et hunc versiculum succinebat : *Confusi sunt omnes qui adorant sculptilia, qui gloriantur in simulacris.*

A ναχα τοῦ Βαβύλα τοῦ μάρτυρος· ὃς εὖ μάλα λαμπρῶς ἐπετρόπευσε τὴν Ἀντιοχέων Ἐκκλησίαν, καὶ ἐμαρτύρησεν. Ἐξ ἐκείνου δὲ λόγος μὴ χρησμῳδῆσαι συνήθως τὸ δαιμόνιον· ἐδόκει δὲ τὰ μὲν πρῶτα τοῦτο παθεῖν, ὡς θυσιῶν ἀμοιροῦν καὶ θεραπείας ἧς πρότερον ἠξίωτο· ἔδειξε δὲ τὰ μετὰ ταῦτα, ὡς ἐκ γειτόνων γενόμενος ὁ μάρτυς, οὐ συνεχώρει τοῦτο ποιεῖν. Καὶ γὰρ Ἰουλιανοῦ μόνου κρατοῦντος τῆς Ῥωμαίων οἰκουμένης, σπονδῶν καὶ κνίσσης καὶ ἀφθονίας θυμάτων μετέχον, οὐδὲν ἧττον ἠρέμει· καὶ τὸ τελευταῖον χρήσας, ἤλεγξε καὶ αὐτὸς τῆς προτέρας σιωπῆς τὴν αἰτίαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐβεβούλευτο ὁ βασιλεὺς περὶ ὧν οἱ ἐδόκει πειραθῆναι τοῦ ἐνθάδε μαντείου, παραγενόμενος εἰς τὸ ἱερὸν, ἀναθήμασι καὶ B θυσίαις φιλοτίμως ἐτίμα τὸ δαιμόνιον, καὶ ἐδεῖτο περὶ ὧν ἐσπούδαζε μὴ ἀμελεῖν. Ὁ δὲ, περιφανῶς μὲν ὧδὶ οὐκ ἐδήλωσε μὴ δύνασθαι χρησμῳδεῖν διὰ Βαβύλαν τὸν μάρτυρα γειτνιῶντα τῇ θήκῃ· νεκρῶν δὲ, ἔφη, ἀνάπλεών ἐστι τὸ χωρίον, καὶ κατὰ τοῦτο κωλύεσθαι προϊέναι τοὺς χρησμούς. Πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων κειμένων ἐν Δάφνῃ νεκρῶν, συμβαλὼν ὁ βασιλεὺς τὸν μάρτυρα μόνον ἐμποδὼν γίνεσθαι τοῖς χρησμοῖς, προσέταξε μετακινηθῆναι τὴν θήκην. Συνελθόντες οἱ Χριστιανοὶ (29), εἵλκυσαν τὴν θήκην ἐπὶ τὴν πόλιν ὡσεὶ στάδια τεσσαράκοντα, οὗ νῦν ὁ μάρτυς κεῖται, δεδωκὼς ἀπ' αὐτοῦ τὴν προσηγορίαν τῷ τόπῳ. Φασὶ δὲ τότε ἄνδρας καὶ γυναῖκας, καὶ νέους καὶ παρθένους, γέροντάς τε καὶ παῖδας οἳ C τὴν σορὸν εἷλκον, παρακελευομένους ἀλλήλοις, παρὰ πᾶσαν τὴν ὁδὸν διατελέσαι ψάλλοντας. Πρόφασιν μὲν τῇ ᾠδῇ τοὺς ἱδρῶτας ἐπικουφίζοντας· τὸ δ' ἀληθὲς, ὑπὸ ζήλου καὶ προθυμίας κινουμένους, τῷ μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν αὐτοῖς τὸν κρατοῦντα περὶ τὸ θεῖον. Ἐξῆρχον δὲ τῶν ψαλμῶν τοῖς ἄλλοις οἱ τούτους ἀκριβοῦντες, καὶ ξυνεπήχει τὸ πλῆθος ἐν συμφωνίᾳ· καὶ ταύτην τὴν ῥῆσιν ἐπῇδεν [8]· ᾐσχύνθησαν πάντες οἱ προσκυνοῦντες τοῖς γλυπτοῖς, οἱ ἐγκαυχώμενοι τοῖς εἰδώλοις.

[1] Socr. lib. III, c. 18.

## VALESII ANNOTATIONES.

(29) *Συνελθόντες οἱ Χριστιανοί*. Assentior Christophorsono et Savilio, qui particulam hic inserunt hoc modo : συνελθόντες δὲ οἱ, etc.

## VARIORUM.

[8] *Καὶ ταύτην τὴν ῥῆσιν ἐπῇδεν.* Hæc ultima itaque verba, *Confusi sunt omnes*, etc., a toto Christianorum præsentium choro post Psalmos cantabantur, tanquam ἀκροτελεύτια καὶ ἐφύμνια isti occasioni accommodata. Hunc antiphonarium canendi modum in omnibus ecclesiis suo tempore observatum fuisse, locupletissimum habemus testem D S. Basilium in epistola 63 ad clericos Ecclesiæ Neocæsariensis. Præses hymnum primus canebat cæteris quiete auscultantibus, præterquam in fine hymni extremaque clausula; tunc autem omnes, sine sexus discrimine, vocem attollebant. Vide Sozomenum nostrum infra, lib. VIII, cap. 8.

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛ. Κʹ.

*Ὅτι χάριν τῆς μετακομιδῆς ταύτης πολλοὺς τῶν Χριστιανῶν ἐκάκωσε· καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Θεοδώρου τοῦ ὁμολογητοῦ· καὶ ὅτι πῦρ οὐρανόθεν πεσὸν, τὸν ἐν Δάφνῃ ναὸν ἀνέπρησε τοῦ Ἀπόλλωνος.*

A Ἐκ τούτου δὲ κινηθεὶς πρὸς ὀργὴν ὁ βασιλεὺς ὡς ὑβρισμένος, τιμωρεῖσθαι τοὺς Χριστιανοὺς ἐβεβούλευτο. Σαλούστιος δὲ ὁ τὴν ὕπαρχον ἐξουσίαν ἐπιτετραμμένος, καίπερ Ἕλλην ὑπάρχων, οὐκ ἐπῄνεσε τὴν βουλήν. Ἀντιτείνειν δὲ μὴ ἔχων, τὸ βασιλέως ἐπίταγμα εἰς ἔργον ἦγε. Καὶ τῇ ὑστεραίᾳ πολλοὺς συνελάμβανεν ἐκ τῶν Χριστιανῶν, καὶ δεσμίους ἐποίησεν· ἕνα δέ τινα νεανίαν πρῶτον προαγαγὼν (Θεόδωρος δ' ὄνομα αὐτῷ), τῷ βασανιστηρίῳ ξύλῳ προσῆψεν. Ὁ δὲ, ἐπὶ πολὺ τοῖς ὄνυξι πληττόμενος, B οὐχ ἡττήθη τῶν βασάνων, οὐδὲ τὸν ὕπαρχον ἐλιπάρησεν· ἀλλ' ἀνώδυνον ἑαυτὸν φαίνεσθαι παρασχόμενος, ὡς θεατὴς τῶν ἐπ' αὐτῷ γινομένων, καρτερικῶς τὰς πληγὰς ἐδέχετο· αὖθίς τε τὸν αὐτὸν μελῳδῶν ψαλμὸν, ὃν καὶ τῇ προτεραίᾳ, μὴ μέλειν αὐτῷ τούτων ἐφ' οἷς ἐκρίνετο, τοῖς ἔργοις ἐπέδειξε. Καταπλαγεὶς δὲ τὴν ἔνστασιν τοῦ νεανίου ὁ ὕπαρχος, ἐλθὼν περὶ τὸν βασιλέα (30), εἶπε τὰ γενόμενα, καὶ εἰ μὴ θᾶττον παύσαιτο τῆς ἐπιχειρήσεως, σφᾶς αὐτοὺς καταγελάστους ἔσεσθαι· τοὺς δὲ Χριστιανοὺς ἐνδοξοτέρους ποιήσειν. Ἄμεινον δὲ τοῦτο δόξαν, οἱ συλληφθέντες ἀφέθησαν τῶν δεσμῶν. Λέγεται δὲ πυνθανομένων μετὰ ταῦτά τινων, εἴπερ αἴσθησιν τῶν βασάνων ἐκείνων ἐλάμβανεν, εἰπεῖν τὸν Θεόδωρον, ὡς πάντως μὲν ἀνώδυνος οὐκ ἦν· παρεστὼς δέ τις C αὐτῷ νεανίας, κατέπαυε τὰς ἀλγηδόνας, ὑφάσματι λεπτοτάτῳ τοὺς ἱδρῶτας ἀπομάττων, καὶ ὕδωρ ἐπιχέων ψυχρότατον, ᾧ τὰς φλεγμονὰς ἔπαυε, καὶ τῶν πόνων ἀνέψυχε. Δοκεῖ δέ μοι οὐκ ἀνθρώπου μόνου, εἰ καὶ μάλα γενναῖος ἦν, μὴ καὶ θείᾳ ῥοπῇ ἐπικουρουμένου, τοσοῦτον ὑπεριδεῖν τοῦ σώματος. Ὁ μὲν δὴ μάρτυς Βαβύλας, ἐκ τῆς εἰρημένης αἰτίας κατῳκίσθη ἐν Δάφνῃ, καὶ πάλιν μετετέθη· οὐκ εἰς μακρὰν δὲ τούτου γενομένου, ἀπροόπτως ἐμπεσὸν πῦρ τῷ νεῷ τοῦ Δαφναίου Ἀπόλλωνος, πᾶσαν τὴν ὀροφὴν καὶ αὐτὸ τὸ ἄγαλμα κατέφλεξε· γυμνοὺς δὲ μόνους τοὺς τοίχους καὶ τοὺς περιβόλους εἴασε, καὶ τοὺς κίονας οἳ τὰ προπύλαια καὶ τὸν ὀπισθόδομον ἀνεῖχον. Ἐδόκει δὲ τοῖς μὲν Χριστιανοῖς, κατὰ αἴτησιν τοῦ μάρτυρος [h], D θεήλατον ἐμπεσεῖν τῷ δαίμονι πῦρ· οἱ δὲ Ἕλληνες ἐλογοποίουν, Χριστιανῶν εἶναι τὸ δρᾶμα. Ταύτης δὲ τῆς ὑπονοίας κρατούσης, ἄγεται εἰς δικαστήριον ὁ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερεὺς, ὡς φανερώσων τὸν τολμήσαντα τὸν ἐμπρησμόν· δεσμώτης τε

## CAP. XX.

*Quomodo Julianus ob hanc translationem multos Christianorum graviter exagitavit: et de sancto Theodoro confessore; utque Apollinis Daphnæi templum igne cœlitus conflagravit.*

Hanc ob causam imperator, indignatione commotus, quasi contumelia affectus fuisset, Christianos suppliciis afficere decreverat. Verum Salustius, qui præfecturam gerebat prætorii, licet gentilis, **211** consilium tamen imperatoris non probavit. Cum autem refragari non posset, præceptum imperatoris executioni mandavit, et postridie multos Christianorum comprehensos in vincula conjecit. Ac primum omnium adolescentem quemdam, cui nomen erat Theodorus, productum in medium equuleo applicuit. Qui tametsi ungulis ferreis diu laceratus, nec tormentis succubuit, nec præfecto supplicavit; sed expertem se doloris ostendens, tanquam spectator pœnarum quæ ipsi infligebantur, patienter verbera sustinuit, et eumdem quem pridie psalmum denuo canens, parum se curare ea quorum causa damnatus fuerat, re ipsa ostendit. Præfectus autem, adolescentis constantiam admiratus, cum ad imperatorem venisset, retulit ei quæ gesta fuerant, affirmans nisi ab instituto desisteret, ipsos quidem ridiculos, Christianos vero illustriores futuros. Quod consilium cum magis placuisset, omnes qui comprehensi fuerant, e custodia dimissi sunt. Theodorus postea, rogatus a quibusdam, utrum tormenta illa sensisset, respondisse fertur, se doloris quidem expertem penitus non fuisse, sed juvenem quemdam sibi astantem, dolores sedasse, tenuissimo linteo sudorem abstergentem et aquam frigidissimam affundentem, qua et inflammationem compresserit, et laborum solatium præstiterit. Ac mihi quidem videtur, non cadere istud in hominem simplicem, quantumvis generosum, ut corpus suum tantopere despiciat, nisi divino juvetur auxilio. Ob hanc igitur causam quam supra memoravi, martyr Babyla Daphnen translatus atque inde postea deportatus est. Quo confecto, ignis haud multo post in templum Apollinis Daphnæi ex improviso illapsus, totum ejus tectum et simulacrum absumpsit, nudis duntaxat parietibus relictis, et ambitu templi, ac columnis quæ vestibula et posteriorem templi partem sustinebant. Et Christiani quidem censebant igneum hunc a Deo precibus martyris annuente immissum esse in dæmonem. Gentiles vero, id facinus a

### VALESII ANNOTATIONES.

(30) *Ἐλθὼν περὶ τὸν βασιλέα.* Scribendum est παρὰ τὸν βασιλέα, ut legitur apud Nicephorum.

### VARIORUM.

h *Ἐδόκει δὲ τοῖς μὲν Χριστιανοῖς, κατὰ αἴτησιν τοῦ μάρτυρος.* Ita quidem Chrysostomus, *Oratione in S. Babylam*, et *Contra gentes* : Παρακαλέσας γὰρ τὸν Θεὸν ἀφεῖναι πῦρ εἰς τὸν νεών,—— *Is enim* (Babylas) *Deum precatus, ignem in templum ut cœlitus demitteret, totum illius tectum exussit, ipsoque idolo ad extremos usque pedes deleto, eodemque in cinerem ac pulverem redacto, ab omnibus parietibus, qui ipsi integri adhuc stant, abstinuit*, etc. Ubi etiam refert, Apollinis sacerdotem sub tortorum manibus constanter affirmasse, ignem de cœlo in templum decidisse.

Digitized by Google

Christianis patratum esse asseverabant. Quæ cum invaluisset suspicio, sacerdos Apollinis in judicium adducitur, tanquam indicaturus, quisnam auctor fuisset incendii. Qui licet conjectus in vincula, multisque verberibus ac tormentis affectus, neminem tamen indicavit. Quo maxime argumento Christiani affirmabant, ignem hunc non ex hominum insidiis, sed ultione divina in templum cœlitus injectum fuisse. Atque hæc quidem ita gesta sunt. Porro ob ea, ut opinor, quæ Daphnæ acciderant propter reliquias Babylæ martyris, imperator cum accepisset ecclesias quasdam **212** in honorem martyrum exstructas esse juxta templum Apollinis Didymæi, quod ad urbem Miletum situm est, scripsit ad præsidem Cariæ ut ecclesiæ illæ, si quidem tectum et sacram mensam haberent, incenderentur; si vero opera adhuc imperfecta essent, funditus destruerentur.

A γενόμενος (31), καὶ πολλὰς ὑπομείνας πληγὰς, χαλεπῶς τε αἰκισθεὶς, οὐδένα κατεμήνυσεν· ᾧ δὴ μάλιστα ἰσχυρίζοντο οἱ Χριστιανοὶ, μὴ κατ' ἐπιβουλὴν ἀνθρωπείαν, ἀλλὰ κατὰ θείαν μῆνιν ἐνσκῆψαι τῷ νεῷ οὐράνιον πῦρ. Καὶ τὰ μὲν ὧδε ἔσχεν· ὡς οἶμαι δὲ, ἐκ τῶν συμβάντων ἐν τῇ Δάφνῃ διὰ τὸν μάρτυρα Βαβύλαν πυθόμενος ὁ βασιλεὺς, ἐπὶ τιμῇ μαρτύρων εὐκτηρίους οἴκους εἶναι πλησίον τοῦ ναοῦ Διδυμαίου Ἀπόλλωνος, ὃς πρὸ τῆς Μιλήτου ἐστὶν, ἔγραψε τῷ ἡγεμόνι Καρίας, εἰ μὲν ὀροφόν τε καὶ τράπεζαν ἱερὰν ἔχουσι, πυρὶ καταφλέξαι· εἰ δὲ ἡμίεργά ἐστι τὰ οἰκοδομήματα, ἐκ βάθρων ἀνασκάψαι.

## CAP. XXI.

*De statua Christi in urbe Paneade; qua eversa et confracta, Julianus imaginem suam erexit, quæ mox fulmine icta ac dissipata est. Et de fonte Emmauntis in quo Christus pedes lavit: deque Persea arbore, quæ Christum in Ægypto adoravit, et de miraculis per eam editis.*

Ex iis porro quæ regnante Juliano acciderunt, istud minime prætereundum est: quod et potentiæ Christi, et divinæ adversus imperatorem iræ argumentum est maximum. Nam cum imperator didicisset, Cæsareæ Philippi (urbs est Phœnices, quam Paneadem nominant) insignem esse statuam Christi, quam mulier sanguinis profluvio, quo jamdudum laborabat, liberata, ibi dedicavit: ea subversa imaginem suam ejus loco posuit [1]. Statim vero ignis summa vi e cœlo delapsus, pectus statuæ et vicinas pectori partes discidit, caputque una cum collo dejecit et pronum humi infixit, quatenus pectoris pars dirupta erat. Atque ex eo tempore statua ad hunc usque diem ejusmodi specie perseverat, fuligine fulminis obsita. Christi vero statuam tunc quidem pagani trahentes per urbem confregerunt. Postea vero Christiani collectam in ecclesia reposuerunt, ubi etiamnum servatur. Cæterum ex basi cui imposita erat hæc statua, planta quædam ad omnes languores ac morbos curandos potentissima, ut refert Eusebius, nascebatur: cujus speciem nullus ex medicis aut empiricis noverat. Neque vero mirum mihi videtur, quod nova quædam et inusitata beneficia hominibus contigerint, postquam Deus in terras advenit. Nam et alia plurima miracula per civitates et vicos edita, a solis, ut verisimile est, indigenis celebrantur, qui earum rerum notitiam a majoribus suis traditam acceperunt: idque verum esse illico ostendam. Urbs est in Palæstina, Nicopolis hodie

[1] Euseb., *Hist.*, l. VII, c. 18.

B

## ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

*Περὶ τοῦ ἀγάλματος τοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἐν Πανεάδι, ὃ καταβαλὼν Ἰουλιανὸς καὶ ἀχρειώσας, τὸ ἑαυτοῦ ἄγαλμα ἔστησε· καὶ ὡς ἐφθάρη τοῦτο, βληθὲν κεραυνῷ· καὶ περὶ τῆς εἰς Ἐμμαοῦς πηγῆς, ἔνθα ὁ Χριστὸς τοὺς πόδας ἔνιψε· καὶ περὶ τῆς Περσίδος τοῦ δένδρου, ὃ ἐν Αἰγύπτῳ Χριστὸν προσεκύνησε, καὶ τῶν δι' αὐτὸ τελουμένων θαυμάτων.*

Ἐμοὶ δὲ τῶν ἐπὶ Ἰουλιανοῦ συμβάντων, κἀκεῖνο ῥητέον· σημεῖον μὲν τῆς τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως, τεκμήριον δὲ τῆς εἰς τὸν κρατοῦντα θεομηνίας. Ἐπεὶ γὰρ ἔγνω ἐν Καισαρείᾳ τῆς Φιλίππου (Φοίνισσα δὲ αὕτη πόλις), ἣν Πανεάδα ὀνομάζουσιν, ἐπίσημον εἶναι Χριστοῦ ἄγαλμα, ὃ τοῦ πάθους ἀπαλλαγεῖσα ἀνέθηκεν ἡ αἱμοῤῥοοῦσα, καθελὼν τοῦτο, ἴδιον ἀνέστησε (32). C Βίαιον δὲ πῦρ ἐξ οὐρανοῦ πεσὸν, τὰ περὶ τὸ στῆθος τοῦ ἀνδριάντος διέτεμε, καὶ τὴν κεφαλὴν σὺν τῷ αὐχένι κατέβαλε, καὶ ἐπὶ πρόσωπον ἐνέπηξεν ᾗ τὸ διεῤῥωγὸς τοῦ στέρνου ἐστί· καὶ τὸ ἐξ ἐκείνου εἰσέτι νῦν τοιοῦτος ἕστηκε, τῆς κεραυνίας αἰθάλης πλήρης. Τὸν δὲ τοῦ Χριστοῦ ἀνδριάντα, τότε μὲν οἱ Ἑλληνισταὶ σύροντες κατέαξαν· μετὰ δὲ ταῦτα οἱ Χριστιανοὶ συλλέξαντες, ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀπέθεντο, ἔνθα καὶ νῦν φυλάττεται. Ἀπὸ δὲ τῆς βάσεως ἐφ' ᾗ ἵστατο ὁ ἀνδριὰς οὗτος, ὡς ἱστορεῖ Εὐσέβιος, παντοίων παθῶν καὶ νοσημάτων ἀλεξιφάρμακον βοτάνη τις ἔφυεν, ἧς τὸ εἶδος οὐδεὶς ἔγνω τῶν ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς ἰατρῶν ἢ ἐμπείρων. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ μηδὲν εἶναι θαῦμα, τοῦ Θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις ἐπιδημήσαντος, καὶ τὰς εὐεργεσίας συμβῆναι ξένας. D Ἐπεὶ καὶ ἄλλα πλεῖστα παράδοξα κατὰ πόλεις καὶ κώμας, ὡς εἰκὸς, μόνοις ἠκρίβωται τοῖς ἐπιχωρίοις, ἐκ τῆς ἀρχῆθεν παραδόσεως ἐγνωσμένα· καὶ ὡς ἀληθὲς τοῦτο, αὐτίκα ἐπιδείξω ἐντεῦθεν. Πόλις ἐστὶν ἐν Παλαιστίνῃ ἡ νῦν καλουμένη Νικόπολις. Ταύτην δὲ ἔτι κώμην οὖσαν οἶδεν ἡ θεία τῶν Εὐαγγελίων βίβλος, καὶ Ἐμμαοῦς προσαγορεύει. Ῥωμαῖοι δὲ μετὰ τὴν ἅλωσιν Ἱεροσολύμων (33), καὶ τὴν κατὰ τῶν Ἰουδαίων νίκην,

## VALESII ANNOTATIONES.

(31) *Δεσμώτης γενόμενος.* Deest hoc loco articulus præpositivus hoc modo ὃς δεσμώτης, etc. atque ita fere Nicephorus.

(32) *Ἴδιον ἀνέστησε.* In codice Fuketiano scriptum inveni ἀντέστησε, quod magis probo.

(33) *Μετὰ τὴν ἅλωσιν Ἱεροσολύμων.* Dissentit Eusebius in Chronico, qui Nicopolim urbem in Palæstina conditam esse scribit, anno quarto imperii Heliogabali. Ad quem locum vide quæ nota-

Digitized by Google

Νικόπολιν ἀνηγόρευσαν· ἐκ δὲ τοῦ συμβάντος οὕτως ὠνόμασαν. Πρὸ ταύτης τῆς πόλεως, παρὰ τὴν τριοδίαν, ἔνθα συμβαδίζων ὁ Χριστὸς τοῖς περὶ Κλεόπαν μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, συνετάττετο ὡς ἐπὶ ἑτέραν κώμην σπεύδων, πηγή τίς ἐστι σωτήριος, ἐν ᾗ τὰ πάθη ἀπολούονται ἄνθρωποί τε καὶ τὰ ἄλλα ζῶα διαφόροις νόσοις κάμνοντα. Λέγεται γὰρ ἐξ ὁδοιπορίας ποθὲν ἐπὶ τὴν πηγὴν ἐλθόντα τὸν Χριστὸν ἅμα τοῖς μαθηταῖς, ἐνθάδε τοὺς πόδας ἀπονίψασθαι, καὶ τὸ ἐξ ἐκείνου ἀλεξίκακον παθημάτων γενέσθαι τὸ ὕδωρ. Καὶ δένδρου δὲ τῆς καλουμένης Περσίδος ἐν Ἑρμουπόλει τῆς Θηβαΐδος φασὶ πολλῶν ἀπελάσαι τὰς νόσους, κάρφος ἢ φύλλον, ἢ τοῦ φλοιοῦ μικρόν τι τοῖς κάμνουσι προσαπτόμενον. Λέγεται γὰρ παρ' Αἰγυπτίοις, ἡνίκα διὰ τὸν Ἡρώδην ἔφυγεν ὁ Ἰωσήφ, παραλαβὼν τὸν Χριστὸν καὶ Μαρίαν τὴν ἁγίαν Θεο-
B τόκον, ἐλθεῖν εἰς τὴν Ἑρμούπολιν (34). Ἅμα δὲ εἰσιόντι παρὰ τὴν πύλην, μὴ ἐνεγκὸν τοῦτο τὸ δένδρον μέγιστον ὂν τοῦ Χριστοῦ τὴν ἐπιδημίαν, ἐπὶ τὸ ἔδαφος κλῖναι καὶ προσκυνῆσαι. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτου τοῦ φυτοῦ παρὰ πολλῶν ἀκούσας, εἶπον. Ἡγοῦμαι δὲ ἢ σημεῖον τοῦτο γενέσθαι τῆς ἐν τῇ πόλει τοῦ Θεοῦ παρουσίας· ἢ, ὡς εἰκὸς, Ἑλληνικῷ νόμῳ διὰ μέγεθος καὶ κάλλος θρησκευόμενον τὸ δένδρον παρὰ τῶν ἐνοικούντων, ἐσείσθη, τοῦ θεραπευομένου δι' αὐτοῦ δαίμονος φρίξαντος τὸν τῶν τοιούτων καθαιρέτην ἐπιφανέντα· αὐτομάτως σεισθῆναι καὶ πάντα τὰ ξόανα τῶν Αἰγυπτίων (35) ἐπιδημήσαντος τότε αὐτοῖς τοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὴν Ἡσαΐου προφητείαν. Ἀπελαθέντος δὲ τοῦ δαίμονος, εἰς μαρτυρίαν τοῦ
C συμβεβηκότος ἔμεινε τὸ φυτὸν, τοὺς πίστει χρωμένους ἰώμενον. Καὶ τούτων μὲν Αἰγύπτιοι καὶ Παλαιστινοὶ, τοῦ παρ' αὐτοῖς ὄντος ἕκαστοι μάρτυρες.

A dicta: hanc, cum adhuc vicus esset, sacer evangeliorum liber commemorat, et Emmauntem appellat [1]. Post excidium autem Hierosolymorum, et post victoriam de Judæis relatam, Romani eam Nicopolim nominarunt, ex eventu belli nomen loco imponentes. Ante hanc urbem prope trivium,
**213** ubi Christus post resurrectionem iter faciens cum Cleopa et sociis vale dixit, tanquam in alium vicum pergens, fons quidam salutaris est, in quo et homines et animalia variis morbis affecta lavando curantur. Aiunt enim Christum una cum discipulis alicunde venientem, ad hunc fontem divertisse, ac pedes in eo abluisse, atque ex eo tempore aquam hanc ad morbos sanandos efficacissimum fuisse remedium. Sed et arborem quan-
B dam, Perseam nomine, apud Hermopolim Thebaidis fuisse ferunt, cujus surculus aut folium, aut corticis exigua portio ægris admota, morbos ab eis depulerit. Aiunt enim Ægyptii, Josephum cum præ metu Herodis fugeret, assumpto secum Christo et sancta Maria Deipara, Hermopolim venisse; cumque jam ingressurus esset, ad ipsam civitatis portam arborem illam admodum proceram, adventum Christi ferre non valentem, ad solum usque inflexisse se et Christum adorasse. Et hæc quidem de ista arbore, sicut a multis accepi, hoc loco commemoravi. Cæterum existimo, aut hoc signum fuisse divinæ præsentiæ, aut arborem quæ ob proceritatem et pulchritudinem gentilium more a
C civibus colebatur, uti par erat, concussam esse sua sponte, cum dæmon qui in ipsa adorabatur, adveniente hujusmodi superstitionum eversore, contremuisset, cunctaque Ægyptiorum simulacra adventu Christi commota esse, juxta vaticinium Isaiæ [2]. Fugato autem dæmone, ad perpetuam rei gestæ memoriam permansit arbor, morbis eorum qui crederent, medelam afferens. Et horum quidem testes sunt Ægyptii ac Palæstini, singuli ea quæ apud ipsos gesta sunt confirmantes.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΒʹ.

*Ὅτι κατὰ Χριστιανῶν πνέων, καὶ Ἰουδαίοις ἀνῆκε τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼν ἀνιστᾷν· ὧν σπουδῇ πάσῃ ἐπιβαλλομένων χεῖρα, πῦρ ἀναθοροῦν πολλοὺς παραπώλεσε. Καὶ περὶ τῶν τότε φανέντων σταυρικῶν σημείων ἐν τοῖς ἱματίοις τῶν περὶ τὸ ἔργον διαπονουμένων.*

Ὁ δὲ βασιλεὺς, εἰ καὶ Χριστιανοὺς ἐμίσει καὶ χαλεπῶς πρὸς αὐτοὺς εἶχεν, ἀλλ' οὖν Ἰουδαίοις εὔνους ἦν

## CAP. XXII.

*Qualiter infensus Christianis, Judæos templum Jerosolymis instaurare permisit: qui cum ingenti studio manum operi admovissent, ignis erumpens multos consumpsit. Et de signis crucis quæ tunc in vestibus operantium apparuerunt.*

Imperator vero, etsi Christianos oderat et infenso erga illos animo erat, Judæos tamen non

[1] Luc., XXIV, 13. [2] Isa. XIX, 1.

## VALESII ANNOTATIONES.

vit Josephus Scaliger, cujus sententiæ libenter accedo. Qui Sozomenum cum Eusebio ita conciliat, ut Nicopolim primo quidem a Romanis conditam esse dicat post excidium Hierosolymæ, et post devictos Judæos. Quod principatu Adriani factum esse existimo, tunc cum Ælia condita est. Postea vero instauratam eam esse censet regnante Heliogabalo aut Alexandro. Ad hanc certe sententiam ipse Eusebius nos manu ducit. Ait enim conditam esse Nicopolim cum Julius Africanus legationem pro ejus urbis civibus suscepisset. Jam tum ergo stabat Nicopolis, cum Africanus legationem suscepit. Neque enim pro vico legationem obiisset Africanus: nec incolæ unius vici in Palæstina decernere un-
D quam ausi essent, ut legati ad imperatorem mitterentur, qui jus civitatis impetrarent.

(34) *Ἐλθεῖν εἰς τὴν Ἑρμούπολιν.* Hinc explicandus est Palladius in Vita Chrysostomi, ubi dicit Hermopolim habuisse Ecclesiam jam tum ab adventu Christi. Quasi Hermopolis prima in Ægypti urbibus fidem Christi susceperit, tunc cum Christus in Ægyptum abductus est a Josepho. Verba Palladii sunt hæc de Theophilo: Λαβὼν τὴν παροικίαν, ἣν ἀπὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας εἶχεν ἡ Διοσκόρου πόλις. Dioscori urbem vocat Hermopolim, eo quod Dioscorus ejus loci esset episcopus.

(35) *Καὶ πάντα τὰ ξόανα τῶν Αἰγυπτίων.* Memorabile est quod legitur in Itinerario Hierosolymitano

Digitized by Google

mediocri benevolentia et humanitate prosequebatur. Quinetiam patriarchis ac principibus eorum, ipsique adeo plebi **214** scripsit ut pro se suoque imperio vota facerent. Id autem agebat, quantum equidem conjicio, non quod illorum probaret religionem. Eam enim matrem quodammodo Christianæ religionis esse norat, quippe quæ iisdem prophetis ac patriarchis utatur, sed propterea quod Judæi inexpiabili odio Christianos prosequerentur. Studebat præterea, ut, Judæos fovendo, Christianis quibus erat infensus, dolorem afferret. Ac fortasse eos ad gentilium superstitionem et ad sacrificia promptius allicere sperabat, quippe qui sacros libros litterali duntaxat sensu, non juxta arcanam speculationem, ut Christiani, et ex ipsis Hebræis sapientissimi quique intelligerent. Atque hoc ejus fuisse consilium, conatus ipse patefecit. Nam cum principes gentis illius ad se evocasset, hortatus est eos, ut Mosis leges auscultarent, et patrios ritus ipsis in memoriam revocavit. Cumque illi respondissent, everso Jerosolymorum templo, nec fas sibi nec morem majorum esse ut, metropoli sua ejecti, alibi sacra facerent; imperator, data illis publica pecunia, jussit ut templum instaurarent et, majorum religionem observantes, juxta priscam consuetudinem sacrificarent. Igitur illi, haudquaquam animo reputantes istud omnino fieri non posse, sicuti sacris oraculis prædictum fuerat, sedulo opus aggressi sunt, collectisque peritissimis fabris, materias parare et locum purgare cœperunt. Tanta porro animorum alacritate operi instabant, ut uxores quoque eorum rudera gremiis exportarent, et monilia ac reliquum omnem muliebrem ornatum ad sumptus operis ultro conferrent. Sed et imperator ipse et reliqui gentiles, omnesque adeo Judæi, cætera omnia huic operi postponebant. Nam gentiles quidem, quamvis alioqui Judæis parum faverent, non minore tamen alacritate operi incubuerunt: quippe qui sperarent se posse perficere id quod conabantur,

καὶ πρᾶος· καὶ πατριάρχαις καὶ ἀρχηγοῖς αὐτῶν καὶ αὐτῷ δὲ τῷ πλήθει ἔγραψεν (36), εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας. Ἐποίει δὲ τοῦτο οὐ τὴν θρησκείαν, ὡς εἰκάζω, ἐπαινῶν (ᾔδει γὰρ μητέρα ταύτην, ὡς εἰπεῖν, τοῦ Χριστιανῶν δόγματος, καὶ προφήταις καὶ πατριάρχαις αὐτοῖς χρωμένην), ἀλλ' ὅτι μίσους ἀσπόνδως πρὸς αὐτοὺς εἶχον οἱ Ἰουδαῖοι· καὶ τῇ πρὸς τούτους θεραπείᾳ λυπεῖν ἐσπούδαζεν οἷς ἀπηχθάνετο. Ἴσως δὲ καὶ πρὸς Ἑλληνισμὸν καὶ θυσίας ἑτοιμοτέρως αὐτοὺς ἐπάγεσθαι ᾤετο, πρὸς ῥητὸν μόνον ἐκδεχομένους τὰς ἱερὰς Βίβλους, οὐ πρὸς θεωρίαν, ὡς οἱ Χριστιανοὶ, καὶ αὐτῶν Ἑβραίων οἱ σοφώτεροι. Ἔδειξε δὲ ταύτην ἔχων τὴν γνώμην, οἷς ἐπεχείρησεν. Μετακαλεσάμενος γὰρ τοὺς ἐξάρχους τοῦ ἔθνους, προὐτρέψατο ἀκούειν Μωσέως νόμων, καὶ πατρίων ἐθῶν ὑπομιμνήσκων. Τῶν δὲ φησάντων, κατερριμ[μ]ένου τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ναοῦ, μὴ θεμιτὸν[1], μηδὲ πάτριον εἶναι ἐκπεπτωκόσι τῆς μητροπόλεως, ἑτέρωθι τοῦτο ποιεῖν, χρήματα δοὺς κοινὰ, ἐκέλευσεν ἀνεγεῖραι τὸν ναὸν, καὶ τοῖς προγόνοις ἐπίσης θρησκεύειν, τὸν παλαιὸν τρόπον θύοντας. Οἱ μὲν οὖν μὴ λαβόντες εἰς νοῦν, ὡς οὐκ ἐνεχώρει κατὰ τὰς ἱερὰς προφητείας τοῦτο γενέσθαι, σπουδῇ τοῦ ἔργου εἴχοντο. Καὶ τοὺς ἐπιστήμονας τῶν τεκτόνων ἀγείραντες, τὰς ὕλας παρεσκευάζοντο, καὶ τὸν χῶρον ἐκάθαιρον. Σὺν τοσαύτῃ τε προθυμίᾳ περὶ ταῦτα ἐπόνουν, ὡς καὶ τὰς αὐτῶν γυναῖκας τὸν χοῦν τοῖς κόλποις ἐκφέρειν, δέραιά τε καὶ πάντα τὸν ἄλλον γυναικεῖον κόσμον συνεισφέρειν ἑτοίμως τῇ δαπάνῃ τοῦ ἔργου. Πάντα δὲ τὰ ἄλλα δεύτερα ἦν τοῦ πονουμένου, βασιλεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι, καὶ πᾶσιν Ἰουδαίοις· οἱ μὲν γὰρ οὔτε Ἰουδαίοις εὐνοοῦντες, ἐκοινώνουν αὐτοῖς τῆς σπουδῆς, ὑπολαβόντες δύνασθαι κατορθοῦν τὸ ἐγχείρημα, καὶ ψευδεῖς ἀπελέγξαι τοῦ Χριστοῦ τὰς προῤῥήσεις· οἱ δὲ ἅμα τοῦτο διενοοῦντο, καὶ καιρὸν ἔχειν ᾤοντο ἀναστῆσαι τὸ ἱερόν. Ἐπεὶ δὲ τῆς προτέρας οἰκοδομίας τὰ λείψανα καθεῖλον, ἀνέσκαψαν (37), καὶ τὸ ἔδαφος ἐξεκάθηραν, λέγεται τῆς ἐπιούσης, καθ' ἣν πρῶτον θεμέλιον ἤμελλον ὑποτίθεσθαι, σεισμὸν γενέσθαι μέγαν· ὑπὸ δὲ κλόνου τῆς γῆς ἐκ βάθρων ἀνα-

## VALESII ANNOTATIONES.

Antonini martyris, pag. 32, ubi de campo Taneos loquitur: *Immensum fuit ibi templum, quod modo est ecclesia: cujus una porta se clausit ante Dominum Jesum, quando beata Maria cum ipso fugit in Ægyptum, et adhuc non potest aperiri. Ibi vidimus pallium lineum, in quo dicunt illum tempore illo tersisse*, etc.

(36) *Καὶ αὐτῷ δὲ τῷ πλήθει ἔγραψεν*. Exstat epistola Juliani imperatoris ad populum Judæorum, inter ejus epistolas numero 25, cum hac nota, εἰ γνήσιος. Quæ verba significant dubium esse, utrum epistola germana sit, an spuria ac supposititia. Ego tamen eam epistolam ab ipso Juliano scriptam esse existimo, licet asperior videatur stylus. Verum, ut obiter moneam, ejus initium nequaquam intellectum est ab interprete. Ait enim Julianus, quovis onere ac servitutis jugo graviores fuisse Judæis descriptiones improvisas et auri pensiones, quæ ipsis indicebantur: Sic enim interpretor verba illa διαγραφαῖς ἀκηρύκτοις.

(37) *Καθεῖλον, ἀνέσκαψαν*. Alterutra vox superflua videtur. Certe Nicephorus in libro x, cap. 22, hunc Sozomeni locum describens, posteriorem duntaxat vocem retinuit. Porro hujus miraculi testis idoneus est Ammianus Marcellinus in lib. 23, initio. Id autem contigit Juliano Augusto 4, et Salustio coss., ut ibidem testatur Marcellinus, qui fuit annus Christi 363.

## VARIORUM.

1 *Κατεῤῥιμένου τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ναοῦ, μὴ θεμιτόν*. Ita Justinus M. ad Tryphonem: Ἡ τῶν δύο τράγων, τῶν νηστείᾳ κελευσθέντων προσφέρεσθαι, προσφορὰ οὐδαμοῦ ὁμοίως συγκεχώρηται γίνεσθαι, εἰ μὴ ἐν Ἱεροσολύμοις. Cui respondet Trypho: Γνωρίζομεν γὰρ ἔτι, ὡς ἔφης, οὔτε πρόβατον τοῦ Πάσχα ἀλλαχόσε θύειν δυνατὸν, οὔτε τοὺς τῇ νηστείᾳ κελευσθέντας προσφέρεσθαι χιμάρους, οὔτε τὰς ἄλλας ἁπλῶς ἁπάσας προσφοράς. P. 201 et 205.

Digitized by Google

δοθῆναι τοὺς λίθους· Ἰουδαίων δ' ἀπολέσθαι οἳ τὸ ἔργον ἐπετρόπευον, καὶ ἐπὶ θέᾳ τούτου παρεγένοντο. Αἵ τε γὰρ πλησίον τοῦ ἱεροῦ οἰκίαι τε καὶ δημόσιαι στοαὶ ἐν αἷς κατέλυον, ἀθρόον κατεῤῥύησαν· καὶ οἱ πλείους ἐγκαταληφθέντες, οἱ μὲν αὐτίκα ἀπώλοντο· οἱ δὲ, ἡμιθνῆτες εὑρέθησαν, καὶ πεπηρωμένοι ἢ τὰς χεῖρας ἢ τὰ σκέλη· ἄλλοι δὲ, περὶ ἄλλα μέρη τοῦ σώματος ἐδυστύχησαν. Ὡς δὲ σείων ἔληξεν ὁ Θεὸς, αὖθις ἐπειρῶντο τοῦ ἔργου οἱ περιλειφθέντες, οἷά γε ἀπαραιτήτου τυγχάνοντος διὰ τὸ τοῦ βασιλέως πρόσταγμα, καὶ αὐτοῖς κατὰ νοῦν ὄντος. Φιλεῖ γάρ πως ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, ἐν τοῖς καθ' ἡδονὴν πρὸς τὸ ἀσύμφορον ῥέπειν, καὶ τοῦτο μόνον συνοίσειν οἴεσθαι ὃ κατορθοῦν βούλεται· ἀτεχνῶς τε ὑπὸ τῆς ἐντεῦθεν ἀπάτης κεκρατημένη, οὔτε προμηθείᾳ τινὶ τὸ συμφέρον ἰδεῖν δύναται, οὔτε πείρᾳ κινδύνων σωφρονιζομένη πρὸς τὸ δέον ἀνανήφει· ὁποῖον καὶ τοῖς Ἰουδαίοις τότε συμβεβηκέναι ἡγοῦμαι. Ἱκανοῦ γὰρ ὄντος τοῦ προτέρου κωλύματος, καὶ φανερῶς ἐπιδείξαντος ὡς χαλεπαίνει τὸ Θεῖον ἐπὶ τῷ γινομένῳ, πάλιν ἀνήνυτα ἐσπούδαζον. Λόγος οὖν ἅμα τε τὸ δεύτερον ἐνεχείρουν τῷ ἔργῳ, καὶ πῦρ ἐξαίφνης ἐκ τῶν θεμελίων τοῦ ἱεροῦ ἀνέθορε, καὶ πολλοὺς ἀνήλωσε· καὶ τοῦτο πρὸς πάντων ἀδεῶς λέγεταί τε καὶ πιστεύεται, καὶ παρ' οὐδενὸς ἀμφιβάλλεται· πλὴν ὅτι οἱ μέν φασιν, ὅτι βιαζομένους αὐτοὺς εἰς τὸ ἱερὸν προϊέναι, φλὸξ ἀπαντήσασα, τὸ εἰρημένον εἰργάσατο· οἱ δὲ, ἅμα ἤρξαντο τὸν χοῦν ἐκφορεῖν. Ἀλλ' εἴτε τοῦτό τις, εἴτε τὸ πρότερον δέξαιτο, ἑκάτερον εἰς θαῦμα παραπλήσιον. Ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ ἄλλο ξυνηνέχθη, τοῦ προτέρου σαφέστερόν τε καὶ παραδοξότερον. Αὐτομάτως γὰρ πάντων ἡ ἐσθὴς τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ κατεσημάνθη· καὶ τρόπον τινὰ ἄστρασι πεποικιλμένα τὰ ἐσθήματα εἶχον, ὡς ἀπὸ ἱστουργικῆς περινοίας κατεστιγμένα. Ἐκ τούτου δὲ, τοῖς μὲν αὐτίκα ἐκρίθη Θεὸν εἶναι τὸν Χριστὸν, καὶ μὴ ἀρεσθῆναι τῇ ἀνανεώσει τοῦ ναοῦ. Οἱ δὲ, οὐκ εἰς μακρὰν προσέθεντο τῇ Ἐκκλησίᾳ καὶ ἐμυήθησαν, καὶ ὕμνοις καὶ ἱκεσίαις ὑπὲρ τῶν τετολμημένων αὐτοῖς, τὸν Χριστὸν ἱλάσκοντο. Ταῦτα ὅτῳ πιστὰ οὐ καταφαίνεται, πιστούσθωσαν οἱ παρὰ τῶν θεασαμένων ἀκηκοότες ἔτι τῷ βίῳ περιόντες. Πιστούσθωσαν δὲ καὶ Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες, ἡμιτελὲς τὸ ἔργον καταλιπόντες· μᾶλλον δὲ, οὐδὲ ἄρξασθαι τοῦ ἔργου δυνηθέντες.

A et Christi prædictiones falsi convincere. Judæi vero et hoc ipsum cogitabant, et opportunum tempus instaurando templo nactos se esse arbitrabantur. Cum vero prioris structuræ reliquias demoliti essent, solumque effodissent ac repurgassent, postero die, quo primum fundamenta posituri erant, terræ motus ingens contigisse dicitur, eoque motu lapides ex fundamentis exsiliisse, ex Judæis autem periisse tum eos qui opus curabant, tum qui spectandi causa confluxerant. Nam et ædes templo proximæ et publicæ porticus in quibus diversabantur, repente corruerunt. Et complures ibi deprehensi, partim illico interierunt: partim semivivi, manibus et cruribus mutilatis reperti sunt aut aliis corporis partibus debilitati. Post-
B quam **215** terra movere desiit, ii qui incolumes supererant, opus denuo aggredi cœperunt, quippe cum et imperatoris præcepto ad id cogerentur, ita ut detrectare non possent, et ipsis id esset gratissimum. Homines enim in rebus quæ ipsis voluptati sunt, plerumque ad id quod noxium est vergunt, idque unum utile fore existimant quod perficere cupiunt. Et hujusmodi errore præventi, nec quid utile sit prospicere possunt, nec experimentis malorum admoniti resipiscunt. Quod quidem Judæis quoque ea tempestate accidisse existimo. Nam cum prior repulsa satis perspicue ostendisset, Deum conatibus ipsorum infensum esse, rursus tamen idem frustra aggrediuntur. Si-
C mul autem ac denuo manum operi admovissent, ignis subito ex fundamentis templi erumpens multos consumpsisse dicitur. Atque id ab omnibus uno consensu et refertur et creditur, nec ab ullo in dubium revocatur, nisi quod alii quidem narrant, cum Judæi in templum violenter irrumpere vellent, flammam ipsis occurrentem id quod diximus præstitisse: alii vero, tunc cum humum egerere atque exportare cœpissent. Post hæc vero aliud miraculum accidit, priore illo majus atque evidentius. Repente enim omnium vestes crucis signo insignitæ sunt, et indumenta stellis quibusdam distincta habere cœperunt, quasi textoris acu artificiose depicta. Ea re factum est, ut alii quidem
D confestim judicarent Christum Deum esse, templique instaurationem ei displicere. Alii vero haud multo post Ecclesiæ sese adjunxerunt, et suscepto baptismo, hymnis ac supplicationibus pro iis quæ tentare præsumpserant, Christum placarunt. Quod si cuipiam hæc incredibilia videbuntur, fidem ei faciant ii qui ea auditione acceperunt ab hominibus qui res ipsi viderant, et qui etiamnum superstites sunt. Sed et Judæi ipsi ac gentiles fidem faciant, qui opus imperfectum dimiserunt, aut, ut verius dicam, ne inchoare quidem potuerunt.

Digitized by Google

# ΕΡΜΕΙΟΥ ΣΩΖΟΜΕΝΟΥ

ΣΑΛΑΜΙΝΙΟΥ

# ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

## ΤΟΜΟΣ ΕΚΤΟΣ.

—

# HERMIÆ SOZOMENI

SALAMINII

# ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

## LIBER SEXTUS.

—

### CAPUT I.

*De Juliani expeditione Persica, et quomodo superatus, miserabili morte interiit. Et quænam Libanius de ejus interfectore scripserit.*

**216** Quæcunque igitur Juliano imperium regente Ecclesiis accidisse comperi, in superiore libro commemorata sunt [1]. Incunte autem vere, cum Persas bello aggredi decrevisset, Euphratem celeriter trajecit. Et prætergressus Edessam, propter odium forsitan incolarum, quippe ea civitas jam inde ab initio universa Christi fidem susceperat, Carras venit. Ubi cum Jovis fanum reperisset, hostias immolavit, ac vota fecit. Exhinc viginti millia armatorum, ex copiis quæ ipsum sequebantur desumpta, misit ad fluvium Tigrim, eo consilio ut regionibus illis præsidio essent sibique præsto forent quotiescuuque eos accerseret. Scripsit præterea Arsacio, Armeniorum regi et socio Romanorum, ut juxta fines Persarum ipsi occurreret. Qua in epistola postquam ultra modum gloriatus esset, ac se quidem ipse extulisset, tanquam imperio idoneum et diis quos colebat acceptum: Constantium vero decessorem suum, ut ignavum et impium vituperasset, contumeliosis admodum verbis ei minatus est. Et quoniam eum Christianum esse acceperat, contumeliam exaggerans, aut in Christum impia loqui gestiens: id enim subinde præsumere solebat, cum fastu et jactantia ei denuntiavit, Deum illum quem colebat, nequaquam ipsi opem laturum esse, si imperata facere

[1] Socr. lib. III, c. 21.

### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

*Περὶ τῆς εἰς Πέρσας ἐκστρατείας Ἰουλιανοῦ, καὶ ὡς ἡττήθη, καὶ κακῶς ἐξέῤῥηξε τὴν ψυχήν· καὶ οἷα Λιβάνιος γράφει περὶ τοῦ ἀνελόντος αὐτόν.*

Ὅσα μὲν δὴ ἐν τῇ Ἰουλιανοῦ βασιλείᾳ συγκυρῆσαι ταῖς Ἐκκλησίαις ἔγνων, ἐν τοῖς πρόσθεν δεδήλωται. Ἅμα δὲ ἦρι ἀρχομένῳ, δόξαν αὐτῷ ἐπιστρατεῦσαι Πέρσαις, ἐν τάχει διέβη τὸν Εὐφράτην ποταμόν· παραδραμών τε τὴν Ἔδεσαν, διὰ μῖσος ἴσως τῶν ἐνοικούντων, ἐπεὶ ἀρχῆθεν πανδημεὶ Χριστιανίζειν ἔλαχεν ἥδε ἡ πόλις, ἧκεν εἰς Κάῤῥας· ἔνθα δὴ Διὸς ἱερὸν εὑρών, ἔθυσε καὶ ηὔξατο. Τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, ἐκ τῶν ἑπομένων στρατευμάτων ἀμφὶ δισμυρίους ὁπλίτας ἐπὶ Τίγρητα ποταμὸν ἔπεμψε, φυλακῆς ἕνεκα τῶν τόπων, καὶ εἰς καιρὸν αὐτῷ παρεσομένους, ἡνίκα καλέσοι. Ἀρσακίῳ δὲ τῷ Ἀρμενίων ἡγουμένῳ συμμαχοῦντι Ῥωμαίοις, ἔγραψε συμμίξαι περὶ τὴν πολεμίαν. Ἀπαυθαδειασάμενός τε πέραν τοῦ μετρίου (38) ἐν τῇ ἐπιστολῇ, καὶ αὑτὸν μὲν ἐξάρας ὡς ἐπιτήδειον πρὸς ἡγεμονίαν, καὶ φίλον οἷς ἐνόμιζε θεοῖς, Κωνσταντίῳ τε ὃν διεδέξατο, ὡς ἀνάνδρῳ καὶ ἀσεβεῖ λοιδορησάμενος, ὑβριστικῶς μάλα ἠπείλησεν αὐτῷ· καὶ ἐπεὶ Χριστιανὸν ὄντα ἐπυνθάνετο, ἐπιτείνων τὴν ὕβριν, ἢ βλασφημεῖν ἃ μὴ θέμις σπουδάζων εἰς τὸν Χριστὸν (τοῦτο γὰρ εἰώθει παρ' ἕκαστα τολμᾷν), ἀπεκόμπασεν ὑποδηλῶν, ὡς οὐχ ἐπαμύνοι ὃν ἡγεῖται Θεὸν ὀλιγωροῦντι τῶν προστεταγμένων. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα καλῶς ἔχειν ἐνόμισε, παραλαβὼν τὴν Ῥωμαίων στρατιὰν, ἦγε διὰ τῆς Ἀσσυρίων. Καὶ πόλεις τινὰς καὶ φρούρια, τὰ μὲν προδοσίᾳ, τὰ δὲ

VALESII ANNOTATIONES.

(38) *Ἀπαυθαδειασάμενός τε παρὰ τοῦ μετρίου.* In codice Fuketiano scriptum inveni ἀπαυθαδησάμενός τε πέραν τοῦ μετρίου, quod magis probo.

Digitized by Google

πολέμῳ εἷλεν, ἀπερισκέπτως τε εἰς τὸ πρόσθεν (39) A ᾔει, μηδὲν τῶν κατόπιν προνοῶν, καὶ ὅτι γε δεήσει τὴν αὐτὴν πάλιν ἐπανελθεῖν. Ἀλλ᾽ ὅπερ ᾕρει, δεινῶς ἐπόρθει· ταμεῖά τε καὶ τ᾽ ἄλλα, τὰ μὲν κατέσκαπτε, τὰ δ᾽ ἐπίμπρα. Πορευόμενος δὲ παρὰ τὸν Εὐφράτην, οὐ πόῤῥωθεν ἀφίκετο Κτησιφῶντος. Πόλις δὲ αὕτη μεγάλη, καὶ τὰ Περσῶν βασίλεια νῦν ἀντὶ Βαβυλῶνος ἔχουσα· ῥεῖ δὲ αὐτῆς οὐκ ἀπὸ πολλοῦ ὁ Τίγρης. Ὡς δὲ ταῖς ναυσὶν οὐκ ἐχώρει διὰ τὴν μέσην γῆν τῷ Κτησιφῶντι προσελθεῖν, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἀνάγκης ἐφαίνετο, ἢ τὴν πόλιν παριέναι, ἢ τῶν πλοίων καταφρονεῖν, ἀνακρίνας τινὰς τῶν αἰχμαλώτων, εὗρε διώρυγα ναυσίπορον ἀναχωσθεῖσαν τῷ χρόνῳ· καὶ διατεμὼν τὸ διεῖργον, εἵλκυσε τὸν Εὐφράτην ἐπὶ τὸν Τίγρητα. Ταύτῃ τε τῷ στρατῷ παραπλεούσας ἔχων τὰς ναῦς, ἐπὶ τὴν πόλιν ἐχώρει. Σὺν πολλῇ δὲ παρασκευῇ ἱπ- B πέων, καὶ ὁπλιτῶν, καὶ ἐλεφάντων, τῶν Περσῶν φανέντων ἐπὶ ταῖς ὄχθαις τοῖς τοῦ Τίγρητος, ἰδὼν ἐν πολεμίᾳ γῇ μέσον δύο μεγίστων ποταμῶν πολιορκουμένην αὐτῷ τὴν στρατιὰν, καὶ λιμῷ διαφθαρῆναι κινδυνεύουσαν, ἤντε μένοιεν αὐτόθι, ἤντε τὴν αὐτὴν ὁδὸν ὑποστρέφοιεν, τῶν πόλεων καὶ τῶν κωμῶν δι᾽ ὧν ἦλθον καθῃρημένων, καὶ τὰ ἐπιτήδεια μὴ ἐχουσῶν, κέλησιν ἆθλα προσθεὶς (40), ἐπὶ θέαν ἱπποδρομίας τοὺς στρατιώτας ἐκάθισεν. Ἐν τούτῳ δὲ τοὺς προεστῶτας τῶν πλοίων ἐκέλευσεν ἀποβαλεῖν τὰ φορτία καὶ τὸ σιτηρέσιον τῆς στρατιᾶς, ὅπως ἐν κινδύνῳ σφᾶς ἰδόντες οἱ στρατιῶται, ὡς ἐπυθόμην, ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων εἰς θράσος τράπωνται, καὶ προθυμότερον τοῖς πολεμίοις μαχέσωνται. Συγκαλέσας δὲ τοὺς C στρατηγοὺς ὁ βασιλεὺς καὶ τοὺς ταξιάρχας μετὰ τὸ δεῖπνον, ἐνεβίβασε τοὺς στρατιώτας εἰς τὰς ναῦς. Οἱ δὲ, ἐν νυκτὶ τὸν Τίγρητα πλεύσαντες, ἤδη πρὸς ταῖς πέραν ὄχθαις ἦσαν, καὶ ἐξέβαινον. Τῶν δὲ Περσῶν, οἱ μὲν αἰσθόμενοι ἠμύνοντο, καὶ ἀλλήλοις παρεκελεύοντο. Τοῖς δὲ ἔτι καθεύδουσιν, ἐπέστησαν οἱ Ῥωμαῖοι. Καὶ ἡμέρας ἐπιγενομένης, εἰς μάχην καθίσταντο· πολλούς τε ἀποβαλόντες καὶ κτείναντες, διέβησαν εἰς τὸν ποταμόν· καὶ τότε μὲν πρὸ τῆς Κτησιφῶντος ἐστρατοπεδεύοντο. Δόξαν δὲ τῷ βασιλεῖ μηκέτι περαιτέρω χωρεῖν, ἀλλ᾽ εἰς τὴν ἀρχομένην

A neglexisset. Postquam hæc recte sibi constituisse visus esset, sumptis Romanorum copiis, per Assyriam iter fecit. Et urbibus quibusdam et castellis partim proditione, partim vi captis, inconsulte ulterius progressus est, non prospiciens iis **217** quæ a tergo erant, nec cogitans eadem via rursus esse redeundum. Verum cuncta quæ ceperat, funditus vastabat, et horrea aliaque omnia partim subvertebat, partim incendebat. Cum autem iter faceret secus Euphratem, Ctesiphontem pervenit. Est autem Ctesiphon urbs maxima, et Babylonis loco Persicorum nunc regum domicilium, nec procul ab ea labitur fluvius Tigris. Cum autem navibus ad eam urbem appellere non posset ob interjectum terræ spatium, sed necesse haberet B aut Ctesiphontem præterire, aut classem relinquere: percontatus quosdam ex captivis, fossam navigabilem reperit longinquitate temporis obstructam. Qua perpurgata, remotoque impedimento, Euphratem in alveum Tigridis deduxit. Hoc modo classem ad latus exercitus sui navigantem habens, ad urbem perrexit. Sed cum Persæ ad ripas Tigridis visi essent cum maximo apparatu equitum ac peditum atque elephantorum, cernens imperator exercitum suum inter duos maximos fluvios conclusum teneri, timendumque esse ne fame interiret, sive illic mansisset, sive eamdem viam remetiretur, urbibus et vicis per quos venerat eversis, nec ulla habentibus alimenta: præmia desultoribus proposuit, et ad equestre C certamen spectandum milites convocavit. Interim vero classis rectoribus mandavit, ut sarcinas et commeatum exercitus abjicerent, eo consilio ut milites, sicuti accepi, in maximo periculo se positos cernentes, ob penuriam alimentorum, audaciores fierent et alacrius cum hostibus dimicarent. Vocatis igitur ducibus ac tribunis post cœnam, milites navigiis imposuit. Qui noctu Tigrim trajicientes, cum ad ulteriorem fluminis ripam pervenissent, navibus egrediuntur. Ex Persis vero ii quidem qui irruptionem senserant, resistere seque

## VALESII ANNOTATIONES.

(39) *Ἀπερισκέπτως εἰς τὸ πρόσθεν*. Hunc locum supplevi ex codice Fuketiano, in quo ita scribitur: ἀπερίσκεπτόν τε εἰς τὸ πρόσθεν εἴη.

(40) *Κέλησιν ἆθλα προσθείς*. Græci κέλητας vocant tam equos, quam equites qui singularibus equis vehebantur, ut docet Hesychius et Suidas in voce κέλης. Hoc autem loco pro equitibus accipi debent. Neque enim equis præmia proponuntur, sed equitibus. Hujusmodi porro equites a Latinis singulares dicebantur vel singulatores. Isidorus in lib. XVIII *Originum*, cap. 35, de his ita scribit: *Equites singulares ideo currere dicunt, quia singulariter unusquisque cursum vitæ hujus peragit atque transit, alio tempore sequens alium*: Glossæ veteres, *singulator* ἱππαστὴς κέλης. Κέλητες tamen non solum singulares equites, sed etiam desultores dicebantur a Græcis, qui binos scilicet aut ternos equos transiliebant. Certe κελητίζειν Homerus dixit in *Odyssea O*, de desultore. Sed et equi desultorii κέλητες vocantur ab Harpocratione in voce ἄμιπποι. Duo autem erant genera desultorum. Alii enim duos trahentes equos, ex uno in alterum desiliebant. Alii cum ad finem cursus venerant, ex D equo desilientes currebant, ut ex optimo scriptore docet Isidorus in lib. XVIII, cap. 36. Utrumque genus desultorum distinguit Manilius in lib. V:

*— ludet per terga volantum*
*Aut solo vectatus equo, nunc arma movebit;*
*Nunc licet in longo per cursus præmia circo,*
*Quidquid de tali studio formatur, habebit.*

De his desultoribus qui ex equo vel curru desilientes currebant in circo, loquitur Dionysius Halicarnasseus in libro septimo sub finem, ubi eos ἀποβάτας a priscis Atheniensibus dictos esse scribit: quod quidem testatur etiam Harpocratio in voce ἀποβάτης. Cæterum hæc equestria certamina, quæ tunc Julianus in castris edidit, ad Pyrricham referri possunt, de qua multa olim notavi ad librum XIV Ammiani Marcellini. Postremo et illud monendum est, scribendum esse hoc loco ἆθλα προθείς, ut scriptum habet Nicephorus.

mutuo cohortari cœperunt. Alios vero adhuc dormientes Romani oppressere. Orta demum die prœlium conseritur : et Romani multis hostium trucidatis, nec paucis suorum amissis, fluvium denuo trajecerunt. Ac tum quidem ante Ctesiphontis muros castrametati sunt. Cumque imperator nequaquam ulterius progredi, sed domum redire constituisset, Romani, incensis navibus, eo quod multi in custodiendis illis occupati, prœliis interesse non possent, in patriam **218** reverti cœperunt, Tigrim ad lævam habentes. Ac initio quidem captivis eos ducentibus, regionem fertilem nacti sunt, quæ omnia ad victum necessaria abunde ipsis suppeditabat. Postea vero senex quidam qui se pro omnium Persarum salute devoverat, cum sese ultro capiendum obtulisse videretur, tanquam invitus a Romanis captus, ad principem perducitur. Qui interrogatus de via, cum vera dicere visus esset, fidem fecit, si Romani ipsum sequi vellent, fore ut brevi exercitum in Romanorum finibus sisteret. Tridui duntaxat aut quatridui iter molestum futurum : et cibaria in tot dies ferenda esse, eo quod regio deserta esset. Itaque imperator callidi senis sermonibus inductus, ea via pergendum esse decrevit. Ubi vero ulterius progressi, adhuc post tres dies in loca inculta atque aspera devenerunt, senex quidem captivus dum torqueretur, confessus est, se pro salute civium suorum mori paratum transfugisse, et quodvis supplicium æquo animo perpessurum. Cum autem exercitus Romanus partim longitudine itineris, partim alimentorum penuria vexaretur, jam fatigatos Persæ aggressi sunt, acrique conserto prœlio, ventus vehemens repente exortus, cœlum solemque ipsum densis nubibus obtexit, et pulvere aerem miscuit. Cumque tenebræ undique et caligo circumfusa esset, eques quidam concito cursu prætervectus, imperatorem hasta percussit ac letale vulnus ei inflixit. Quem cum ex equo dejecisset, ignotus quisnam esset, abscessit. Et alii quidem Persam, alii Saracenum fuisse dicunt. Sunt qui illum militem Romanum fuisse affirment, qui imperatorem idcirco percusserit, quod moleste ferret, illius imprudentia ac temeritate exercitum Romanum in tot pericula conjectum esse. Porro Libanius Syrus sophista, qui præ cæteris familiaris imperatoris et amicus fuit, de cædis auctore ita scribit. Ac fortasse aliquis nosse cupit, quisnam illum occiderit; ego vero nomen quidem nescio. Ab hoste tamen interfectum non fuisse certissimum illud argumentum est, quod nemo ex hostibus ob vulnus illud honore affectus

A ἐπανελθεῖν, τὰς ναῦς ἐμπρήσαντες, ὡς διὰ τὴν φυλακὴν τούτων πολλῶν ἀπομάχων ὄντων, τὴν ἐπάνοδον ἐποιοῦντο, ἐν ἀριστερᾷ Τίγρητα ποταμὸν ἔχοντες. Ἡγουμένων δὲ τῶν αἰχμαλώτων, τὰ μὲν πρῶτα ἀπήλαυον χώρας εὐφόρου καὶ πάντα ἐπιτήδεια ἐχούσης. Μετὰ δὲ ταῦτα, πρεσβύτης τις ἑλόμενος ἀποθανεῖν ὑπὲρ τῆς πάντων Περσῶν ἐλευθερίας, ἐπίτηδες ἁλῶναι φανεὶς, ὡς ἄκων συλληφθεὶς ἄγεται παρὰ τὸν ἡγούμενον. Ἀνακριθεὶς τε περὶ τῆς ὁδοῦ, καὶ δόξας ἀληθῆ λέγειν, ἔπεισεν ἵν' αὐτῷ ἕπωνται, τὴν ταχίστην τοῖς Ῥωμαίων ὅροις ἐπιστήσειν τὴν στρατιάν· μόνον δὲ τριῶν ἢ τεσσάρων ἡμερῶν χαλεπὴν ἔσεσθαι τὴν πορείαν· καὶ χρῆναι τούτων σιτία φέρεσθαι, τῆς γῆς ἐρήμου οὔσης. Ὑπαχθείς τε ὁ βασιλεὺς τοῦ σοφοῦ πρεσβύτου τοῖς λόγοις, ἐδοκίμασε ταύτῃ B πορευτέον. Ἐπεὶ δὲ προσωτέρω χωροῦντες, καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐνέβαλον τόποις (41), ὁ μὲν γέρων ὁ αἰχμάλωτος βασανιζόμενος, ὡμολόγησεν ὑπὲρ τῶν οἰκείων αὐτομολῆσαι πρὸς θάνατον, καὶ ἕτοιμος εἶναι πάντα προθύμως ὑπομένειν. Ἀλυούσης δὲ τῆς στρατιᾶς, τῷ τε μήκει τῆς ὁδοῦ, καὶ τῇ ἐνδείᾳ τῶν ἐπιτηδείων, ἤδη τεταλαιπωρηκόσι, Περσικὴ παράταξις ἐπέθετο. Καρτερᾶς δὲ μάχης συστάσης, ἐξαπίνης βίαιος ἀνακινηθεὶς ἄνεμος, τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν ἥλιον τοῖς νέφεσιν ἐκάλυψε, τῷ δὲ ἀέρι (42) τὴν κόνιν ἀνέμιξε. Σκότους δὲ καὶ πολλῆς ἀχλύος οὔσης, παραδραμών τις ἱππεὺς φέρει ἐπὶ τὸν βασιλέα τὸ δόρυ, καὶ παίει καιρίαν· καὶ τοῦ ἵππου καταβαλὼν, ὅστις ἦν ἀπῆλθε λαθών. Λέγουσι δὲ, οἱ μὲν Πέρσην, οἱ δὲ C Σαρακηνὸν εἶναι τοῦτον. Εἰσὶ δὲ οἳ Ῥωμαῖον στρατιώτην εἶναι τοῦτον ἰσχυρίζονται, καὶ ἐπενηνοχέναι αὐτῷ τὴν πληγὴν, ἀγανακτήσαντα καθότι ἀβουλίᾳ καὶ θρασύτητι τοσούτοις περιέβαλε κινδύνοις τὴν στρατιάν. Λιβάνιος (43) δὲ ὁ Σύρος σοφιστὴς, τὰ μάλιστα συνήθης καὶ φίλος αὐτῷ γεγονὼς, τάδε περὶ τοῦ κτείναντος αὐτὸν γράφει. Τίς οὖν ὁ κτείνας, ποθεῖ τις ἀκοῦσαι. Τοὔνομα μὲν οὐκ οἶδα· τοῦ δὲ μὴ πολέμιον εἶναι τὸν κτείναντα, σημεῖον ἐναργὲς, τὸ μηδένα πολέμιον ἐπὶ τῇ πληγῇ τετιμῆσθαι. Καίτοι διὰ κηρύκων ὁ Πέρσης ἐκάλει πρὸς γέρας τὸν ἀπεκτονότα, καὶ μεγάλων ὑπῆρχε τῷ φανέντι τυχεῖν· ἀλλ' ὅμως οὐδ' ἔρωτι γερῶν ἠλαζονεύσατο. Καὶ πολλή γε τοῖς πολεμίοις ἡ χάρις, ὅτι ὧν οὐκ ἔδρασαν, οὐ προσέθεντο τὴν δόξαν, ἀλλ' ἔδοσαν ἡμῖν παρ' ἡμῖν D αὐτοῖς τὸν σφαγέα ζητεῖν. Οἷς γὰρ οὐκ ἐλυσιτέλει ζῶν, οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ ζῶντες οὐ κατὰ τοὺς νόμους, πάλαι τε ἐπεβούλευον, καὶ τότε δυνηθέντες εἰργάσαντο· τῆς τε ἄλλης ἀδικίας ἀναγκαζούσης, οὐκ ἐχούσης ἐπὶ τῆς ἐκείνου βασιλείας ἐξουσίαν· καὶ μάλιστά γε τοῦ τιμᾶσθαι τοὺς θεοὺς, οὗ τοὐναντίον ἐζήτουν.

## VALESII ANNOTATIONES.

(41) *Ἐνέβαλον τόποις*. Addendum est vocabulum ἀγρίοις ex Nicephoro.

(42) *Τῷ δὲ ἀέρι*. Malim scribere *Τῷ τε ἀέρι*, etc.

(43) *Λιβάνιος*. Locus Libanii quem hic designat Sozomenus, exstat hodie in oratione funebri de laudibus ejusdem Juliani, pag. 323, tomi secundi Operum Libanii. Exstat penes me altera oratio ejusdem Libanii ad Theodosium imperatorem, quæ inscribitur περὶ τῆς τιμωρίας Ἰουλιανοῦ. In qua Libanius hortatur Theodosium, ut Juliani imperatoris cædem ulciscatur: et cunctas calamitates quæ post illius obitum Romanis acciderunt, non aliam ob causam accidisse dicit, quam propterea quod eam cædem inultam reliquissent.

Digitized by Google

est. Quamvis rex Persarum auctorem cædis per præconem ad præmium vocaverit, et maxima quæque adipisci licuerit ei qui in medium prodiisset. Verum nemo, ne præmiorum quidem cupiditate ductus, eo facinore falso gloriatus est. Ac profecto habenda est hostibus gratia, qui facinus quod ipsi non admiserant, nequaquam sibi arrogarunt : sed nobis concesserunt, ut cædis auctorem inter nostros quæreremus. Qui enim ex ejus vita nullam percipiebant utilitatem, hi scilicet qui nequaquam juxta legum præscripta vivebant, et olim insidias ei struxerant, et tunc opportunitatem nacti, eum peremerunt : tum reliqua omni injustitia ipsos ad id facinus impellente, quæ illo **219** regnante nullam licentiam obtinebat : tum præcipue deorum cultu cui ipsi adversabantur.

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

A

*Ὅτι κατὰ θεομηνίαν ἀνῃρέθη· καὶ περὶ τῶν ὁράσεων, ἅς ἄνδρες τινὲς περὶ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ ἐθεάσαντο, καὶ περὶ τῆς ἀποκρίσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ τέκτονος· καὶ ὅτι τὸ αἷμα Ἰουλιανὸς τῷ Χριστῷ ἀνέπεμψε· καὶ ὅσα κακὰ δημοσίᾳ τῇ Ῥωμαίων ἐπεγένετο δι' αὐτόν.*

Καὶ ὁ μὲν Λιβάνιος ὧδέ πῃ γράφων, Χριστιανὸν ἔσεσθαι ὑποδηλοῖ Ἰουλιανοῦ τὸν σφαγέα· ἴσως δὲ καὶ ἀληθές. Οὐ γὰρ ἀπεικὸς, τινὰ τῶν τότε στρατευομένων εἰς νοῦν λαβεῖν, ὡς Ἕλληνες καὶ πάντες ἄνθρωποι, μέχρι νῦν τοὺς πάλαι τυραννοκτόνους ἐπαινοῦσιν, ὡς ὑπὲρ τῆς πάντων ἐλευθερίας ἑλομένους ἀποθανεῖν, καὶ πολίταις, ἢ συγγενέσιν, ἢ φίλοις προθύμως ἐπαμύνοντας. Σχολῇ γε ἄν τις καὶ αὐτῷ μέμψαιτο 1, διὰ Θεὸν καὶ θρησκείαν ἣν ἐπῄνεσεν B ἀνδρείῳ γενομένῳ. Ἐγὼ δὲ, ὅστις μὲν τῇ σφαγῇ ταύτῃ διηκονήσατο, πλὴν τῶν εἰρημένων οὐδὲν ἀκριβῶ. Ὡς δὲ συμφωνοῦντες οἱ λέγοντες ἰσχυρίζονται, ἀψευδὴς λόγος εἰς ἡμᾶς ἦλθε, κατὰ θεομηνίαν αὐτὸν ἀναιρεθῆναι. Καὶ τούτου ἀπόδειξις, θεία ὄψις, ἣν τινὰ τῶν ἐπιτηδείων αὐτῷ ἰδεῖν ἐπυθόμην. Λέγεται γὰρ, ἐπειδὴ πρὸς αὐτὸν ἐν Πέρσαις ὄντα ἠπείγετο, ἔν τινι χωρίῳ καταλῦσαι τῆς λεωφόρου, καὶ ἀπορίᾳ οἰκήματος ἐν τῇ ἐνθάδε ἐκκλησίᾳ καθευδῆσαι· καὶ ὕπαρ ἢ ὄναρ ἰδεῖν, ὡς εἰς ταὐτὸν συνελθόντες πολλοὶ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν προφητῶν, ἀπωδύροντο τὴν εἰς τὰς Ἐκκλησίας τοῦ κρατοῦντος ὕβριν, καὶ ὅ τι χρὴ ποιεῖν ἐβουλεύοντο. Ἐπὶ πολὺ δὲ περὶ τούτου διαλογιζομένων καὶ ὥσπερ διαπορουμένων, ἀναστάντες ἐκ μέσων δύο, θαῤῥεῖν τοῖς C ἄλλοις παρεκελεύσαντο· καὶ ὡς ἐπὶ καθαιρέσει τῆς Ἰουλιανοῦ ἀρχῆς ὁρμῶντες, σπουδῇ τὸν σύλλογον κατέλιπον. Ὁ δὲ ἄνθρωπος ὃς τῶν παραδόξων τούτων ἐγεγόνει θεατὴς, τῆς μὲν ὁδοιπορίας ὠλιγώρει λοιπόν· ὀῤῥωδῶν δὲ πῇ ἄρα ἐκβήσεται τὸ τέλος τῆς τοιαύτης ὄψεως, πάλιν ἐνθάδε καθεύδων, τὸν αὐτὸν ἰδεῖν σύλλογον, ἐξαπίνης τε ὡς ἀπὸ ὁδοῦ εἰσεληλυθότας οἳ τῇ προτεραίᾳ νυκτὶ ἐπεστράτευσαν Ἰουλιανῷ, καὶ ἀναγγεῖλαι τοῖς ἄλλοις, ἀνῃρῆσθαι τοῦτον. Κατ' ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν καὶ Δίδυμος ὁ ἐκκλησιαστικὸς φιλόσοφος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διατρίβων, οἷά γε τοῦ βασιλέως εἰς τὴν θρησκείαν διασφαλέντος, περίλυπος ὢν, διά τε αὐτὸν ὡς πεπλανημένον, καὶ διὰ τὴν καταφρόνησιν τῶν Ἐκκλησιῶν, ἐνήστευέ τε καὶ τὸν Θεὸν περὶ τούτου ἱκέτευεν. Ὑπὸ δὲ τῆς μερίμνης, D

## CAP. II.

*Quod Julianus divina ultione peremptus est; et quod mors ejus quibusdam divinitus revelata est. Item de responso illo, filium fabri arcam ei fabricare : et quomodo sanguinem suum Christo projecit : et quot mala Romanis evenerint illius causa.*

Et Libanius quidem ita scribens Juliani interfectorem Christianum fuisse innuit; resque fortassis ita se habet. Neque enim a vero abhorret, quempiam eorum qui tunc temporis in exercitu Romano militabant, in animo reputasse, tyrannorum interfectores tum a veteribus Græcis, tum a reliquis mortalibus ad nostram usque ætatem summis laudibus efferri, ut qui pro communi omnium libertate, mortem oppetere non dubitarint, et civibus suis et propinquis atque amicis alacri animo opitulati sint. Nemo certe eum facile reprehenderit, qui propter Deum, et propter eam quam colebat religionem, strenuum facinus edidit. Ego vero de illo qui hanc cædem perpetravit, præter ea quæ jam dixi, nihil amplius scio. Verum ut omnes uno consensu affirmant, vera ad nos pervenit narratio, eum divina ultione peremptum fuisse; cujus rei argumentum est cœlestis visio, quam a quodam ex ejus familiaribus visam esse accepi. Nam cum is ad illum tunc in Perside agentem contenderet, in loco quodam viæ publicæ diversatus esse dicitur, et penuria tecti in ecclesia illic posita decubuisse, ac sive inter vigilandum, sive in somnis vidisse plures apostolos ac prophetas, qui in unum convenientes, de principis in ecclesias contumelia quererentur, et quidnam agendum esset deliberarent. Cumque hac de re diutius consultassent, ac veluti ancipites hærerent, duo e medio surgentes, reliquos bono animo esse jusserunt : et tanquam ad delendum Juliani imperium festinantes, statim e concilio digressi sunt. At ille qui res tam admirabiles viderat, cœptum quidem iter deinceps prosequi neglexit : formidans autem quemnam exitum habitura esset hæc visio, cum eodem rursus in loco somnum cepisset, eumdem quem prius cœtum vidisse dicitur, ac repente duos illos qui superiore nocte adversus Julianum profecti erant, velut ab expeditione redeuntes, in concilium ingressos esse, ejusque necem reliquis nuntiasse. Eodem die Di-

## VARIORUM ANNOTATIONES.

1 *Σχολῇ γε ἄν τις καὶ αὐτῷ μέμψαιτο.* At sacræ litteræ tale facinus non modo reprehendunt, sed gravissime detestantur orcoque devovent. Nec facile crederem vel veteres Græcos talem τυραννοκτόνον unquam probasse, qui ducem suum, post fidem militari sacramento ei obstrictam, ob quemvis religionis vel libertatis prætextum, interficere ausus esset.

Digitized by Google

dymus quoque ecclesiasticus philosophus Alexandriæ degens, cum, utpote imperatore adversus religionem peccante, gravissimo dolore afficeretur, tum propter ipsum vano errore deceptum, tum ob contumeliam Ecclesiarum, jejuniis et orationibus vacabat. Cumque præ nimia sollicitudine, ne superveniente quidem **220** nocte cibum sumpsisset, in cathedra sedens somno oppressus est; ac velut in mentis excessu positus, equos candidos per aerem discurrentes videre sibi visus est, virosque ipsis insidentes, ita clamantes audire : Nuntiate Didymo, hodie Julianum hac ipsa hora peremptum esse : idque ille Athanasio episcopo significet, et surgens comedat. Et hæc quidem tum a familiari Juliani, tum a Didymo philosopho visa fuisse accepi. Et neuter eorum in iis quæ viderat, a vero aberravit, sicuti postea patefactum est. Quod si cuipiam hæc parum sufficere videntur ad ostendendum, Julianum ultione divina interfectum esse, propter ea quod Ecclesias Dei devastaret, is in animum revocet prædictionem ecclesiastici cujusdam viri. Nam cum Julianus adversus Persas expeditionem pararet, eoque bello confecto Christianos male multaturum se minaretur, ac per ludibrium diceret, filium fabri nullam ipsis opem afferre valiturum; respondens ille ita prædixit : Iste fabri filius arcam ei ligneam parat ad tumulum. Sed et ipse accepto demum vulnere, aliquatenus intellexit a quo læsus fuerat, nec calamitatis suæ causam penitus ignoravit. Nam cum vulneratus esset, haustum e vulnere suo cruorem in cœlum projecisse dicitur, velut in Christum sibi apparentem oculos conjiciens, eumque suæ necis auctorem incusans. Alii dicunt eum soli iratum, eo quod Persas quidem adjuvisset, ipsum vero nequaquam servasset, tametsi juxta astronomorum doctrinam, natalis ipsius rector esset, manu sua ostensum sanguinem in sublime jaculatum esse. Utrum vero cum jamjam moriturus esset, sicut evenire solet, anima jam a corpore recedente, et diviniora quædam contemplari valente, re ipsa Christum viderit, equidem affirmare non possum : præsertim cum istud a paucis relatum sit; ut falsum tamen, rejicere non ausim. Neque enim abhorret a vero, quin alia his etiam admirabiliora contigerint, quibus ostenderetur, Christianam reli-

A οὐδὲ τῆς νυκτὸς ἐπιγενομένης μεταλαβὼν τροφῆς, ἐπὶ θρόνου καθεζόμενος, εἰς ὕπνον ἠνέχθη. Καὶ ὡς ἐν ἐκστάσει γεγονὼς, ἔδοξεν ὁρᾷν ἵππους λευκοὺς ἐν τῷ ἀέρι διατρέχοντας· τοὺς δὲ ἐπ' αὐτῶν ὀχουμένους κηρύττειν· Ἀγγείλατε Διδύμῳ, σήμερον περὶ τήνδε τὴν ὥραν Ἰουλιανὸν ἀνῃρῆσθαι· καὶ Ἀθανασίῳ τῷ ἐπισκόπῳ τοῦτο μηνυσάτω· καὶ ἀναστὰς ἐστιέτω (44). Καὶ ἃ μὲν τεθέαται ὅ τε Ἰουλιανοῦ οἰκεῖος, καὶ ὁ φιλόσοφος, ὧδε γενέσθαι ἐπυθόμην. Καὶ οὐδέτερος ἐν οἷς τεθέατο, τῆς ἀληθείας διήμαρτεν, ὡς ἐμηνύθη ὕστερον. Ὧ δὲ ταῦτα οὐκ ἀρκεῖ εἰς ἀπόδειξιν τοῦ θεόθεν αὐτὸν ἀναιρεθῆναι, ὡς ταῖς Ἐκκλησίαις αὐτοῦ λυμαινόμενον, καὶ τὴν προφητείαν εἰς νοῦν λαμβάνει ἣν ἐκκλησιαστικὸς ἀνὴρ προηγόρευσε. Μέλλοντος γὰρ αὐτοῦ ἐπὶ Πέρσας στρατεύειν, καὶ B μετὰ τὸν πόλεμον κακῶς ποιήσειν τὰς Ἐκκλησίας ἐπαπειλοῦντος, καὶ ἐπιτωθάζοντος ὡς οὐδὲν αὐτοῖς ἐπαμύνειν δυνήσεται ὁ τοῦ τέκτονος υἱός· ὧδὶ λέγων ἀπεφήνατο· Οὗτος δὲ ὁ τοῦ τέκτονος υἱὸς θήκην αὐτῷ ξυλίνην πρὸς θάνατον κατασκευάζει· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὸς μετὰ τὴν πληγὴν ἀμωσγέπως συνῆκεν ὅθεν ἐβλάβη, καὶ τὸ αἴτιον τῆς συμφορᾶς οὐ παντελῶς ἠγνόησε. Λέγεται γὰρ ὅτε ἐτρώθη, αἷμα ἐκ τῆς ὠτειλῆς ἀρυσάμενος, εἰς τὸν αἰθέρα ἀκοντίσαι, οἷά γε πρὸς φαινόμενον τὸν Χριστὸν ἀφορῶν, καὶ τῆς ἰδίας σφαγῆς αὐτὸν ἐπαιτιώμενος. Οἱ δέ φασιν, ὡς πρὸς τὸν ἥλιον ἀγανακτῶν [k], ὅτι Πέρσαις ἐπήμυνεν, ἢ αὐτὸν οὐ διέσωσεν, ἔφορος ὢν τῆς αὐτοῦ γενέσεως κατά τινα τοιαύτην ἀστρονομικὴν ἱστορίαν, τῇ χειρὶ τὸ αἷμα ἐπιδείξας, εἰς τὸν ἀέρα ἠκόντισεν. Εἰ δὲ C ἀληθῶς μέλλων τελευτᾷν, οἷάπερ εἰώθει συμβαίνειν, τῆς ψυχῆς ἤδη χωριζομένης τοῦ σώματος, καὶ θειότερα ἢ κατὰ ἄνθρωπον θεωρεῖν δυναμένης, τὸν Χριστὸν ἐθεάσατο, οὐκ ἔχω λέγειν· οὐ γὰρ πολλῶν ὅδε ὁ λόγος· οὔτε δὲ ὡς ψεῦδος ἐκβαλεῖν θαῤῥῶ· ἐπεὶ οὐκ ἀπεικὸς καὶ τῶνδε θαυμαστότερα συμβῆναι, εἰς ἐπίδειξιν τοῦ μὴ ἀνθρωπείᾳ σπουδῇ συστῆναι τὴν ἐπώνυμον Χριστοῦ θρησκείαν. Ἀμέλει τοι παρὰ πάντα τὸν χρόνον ταυτησὶ τῆς βασιλείας ἀγανακτῶν ὁ Θεὸς ἐφαίνετο· καὶ παντοδαπαῖς συμφοραῖς ἐν πολλοῖς ἔθνεσιν ἐπέτριψε τὴν Ῥωμαίων (45) ὑπήκοον. Τῆς τε γὰρ γῆς συνεχῶς ὑπὸ χαλεπωτάτων σεισμῶν τινασσομένης, καὶ τῶν οἰκημάτων ἐρειπομένων, οὐκ ἀσφαλὲς ἦν οἴκοι, οὔτε αἰθρίους διατρίβειν. Συμ- D βάλλω δὲ ἐξ ὧν ἐπυθόμην, ἢ βασιλεύοντος αὐτοῦ (46),

## VALESII ANNOTATIONES.

(44) *Καὶ ἀναστὰς ἠσθιέτω.* Rectius in codice Fuketiano scriptum est ἐσθιέτω. Atque ita prorsus legit Nicephorus, ut videre est in capite 35 libri decimi.

(45) *Ἐπέτρεχε τὴν Ῥωμαίων.* Henricus Savilius in margine sui codicis notavit, forte legendum ἐπέτρυχε. Sed rectius in codice Fuketiano scriptum est ἐπέτριψε.

(46) *Ἢ βασιλεύοντος αὐτοῦ.* Hi terræ motus et hæ maris exundationes, nequaquam regnante Juliano, neque dum Cæsar tantum esset, contigerunt; sed biennio post ejus obitum, Valentiano et Valente Augustis primum consulibus, ut testatur Ammianus Marcellinus in libro XXVI, Hieronymus in *Chronico*, Idatius in *Fastis*. Idem Hieronymus in Vita Hilarionis cap. 33: Ea tempestate, inquit, terræ motu totius orbis qui post Juliani mortem accidit, maria egressa sunt terminos suos. Et quasi rursum Deus diluvium minaretur, vel in antiquum chaos redirent omnia, naves ad prærupta delatæ montium pependerunt.

## VARIORUM.

[k] *Ὡς πρὸς τὸν ἥλιον ἀγανακτῶν.* Zonaras et auctor *Chronici Alexandrini* referunt, Julianum soli succensuisse hanc ob causam. Cum esset Antiochiæ, noctu in somnis juvenem viderat rutila

Digitized by Google

ἢ κατὰ τὸ δεύτερον σχῆμα τῆς βασιλείας ὄντος, καὶ A τὸ συμβὰν τοῖς πρὸς Αἴγυπτον Ἀλεξανδρεῦσι γέγονε πάθος· ἡνίκα δὴ ἡ θάλασσα ὑπονοστήσασα, αὖθις ἐξ ἐπιδρομῆς τοὺς ἰδίους ὅρους παρήμειψε, καὶ μέχρι πολλοῦ τὴν ξηρὰν κατέκλυσεν· ὡς καὶ ἐπὶ τῶν κεράμων, ἀποχωρήσαντος τοῦ ὕδατος, θαλάττια εὑρεθῆναι σκάφη. Ἀμέλειτοι τὴν ἡμέραν καθ' ἣν τάδε συνέβη, ἣν γενέσια τοῦ σεισμοῦ (47) προσαγορεύουσιν, εἰσέτι καὶ νῦν Ἀλεξανδρεῖς ἐτησίαν ἑορτὴν ἄγουσι. Λύχνους τε πλείστους ἀνὰ πᾶσαν τὴν πόλιν καίοντες, καὶ χαριστηρίους λιτὰς τῷ Θεῷ προσφέροντες, λαμπρῶς μάλα καὶ εὐλαβῶς ταύτην ἐπιτελοῦσιν. Οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ αὐχμοὶ ἐπιτείναντες, πάντας τοὺς καρποὺς καὶ τὸν ἀέρα ἐπὶ ταύτης τῆς βασιλείας ἐλυμήναντο. Ἐντεῦθεν σπάνει τῶν ἐπιτηδείων, ἐπὶ τὰς τῶν ἀλόγων ζώων τροφὰς τοὺς B ἀνθρώπους ἤλαυνεν ὁ λιμός. Ἐπακολουθῶν δὲ καὶ ὁ λοιμὸς, ἰδίας ἐπῆγε νόσους, καὶ τὰ σώματα διέφθειρε. Τὰ μὲν δὴ κατὰ Ἰουλιανὸν ὧδε ἔσχε.

gionem non humana vi aut industria stabilitam esse. Certe quandiu imperator iste regnavit, Deus perpetuo indignari visus est, et in multis provinciis Romanos diversis calamitatibus afflixit. Cum enim terra gravissimis motibus assidue quateretur, ædesque corruerent, nequaquam tutum erat, nec sub tecto manere, nec sub dio. Atque ut ex iis quæ auditione accepi conjecturam facio, vel eo imperante, vel certe **221** Cæsaris dignitatem adhuc obtinente, clades illa Alexandrinis in Ægypto contigit: tunc cum mare quod recesserat, iterum subito impetu revertens, extra proprios terminos excessit, et continentem longe lateque inundavit, adeo ut post recessum maris, super tectis domorum reperta sint navigia. Alexandrini certe eum diem quo hæc contigerunt, quem etiam natalem terræmotus appellant, ad nostram usque memoriam quotannis festum agunt, et plurimis lucernis per universam urbem accensis, preces cum gratiarum actione offerentes Deo, splendide simul ac religiose eum diem celebrant. Quin et siccitas nimia eo regnante, omnes terræ fructus ipsamque aeris temperiem corrupit. Unde factum est ut homines præ alimentorum inopia, ipsis brutorum animantium cibis vesci cogerentur. Subsecuta etiam pestis morbos suos invexit, et corpora exstinxit. Et hæc quidem Juliani temporibus evenerunt.

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

*Περὶ τῆς βασιλείας Ἰοβιανοῦ, καὶ ὅσα ἔννομα παρελθὼν εἰς τὴν ἀρχὴν διεπράξατο.*

Μετὰ δὲ τοῦτον, κοινῇ συνθήκῃ τοῦ στρατοπέδου παραλαμβάνει τὴν βασιλείαν Ἰοβιανός. Ἡνίκα δὴ ἐν τῇ πολεμίᾳ αὐτοκράτορα χειροτονούντων αὐτὸν τῶν στρατευμάτων, αὐτὸς Χριστιανὸν αὐτὸν εἶναι λέγων, παρῃτεῖτο τὴν ἡγεμονίαν, καὶ τὰ σύμβολα τῆς βασιλείας οὐ προσίετο, εἰσότε δὴ καὶ ἡ στρατιὰ μαθοῦσα τῆς παραιτήσεως τὴν αἰτίαν, Χριστιανοὺς C εἶναι σφᾶς ἐκέκραγον. Ἐν κινδύνῳ δὲ καὶ ταραχῇ τῶν πραγμάτων ὄντων ἐκ τῆς Ἰουλιανοῦ στρατηγίας, καμνούσης τε τῆς στρατιᾶς ἐνδείᾳ τῶν ἐπιτηδείων, ἀναγκαῖον εἶδεν εἰς συμβάσεις ἐλθεῖν, παραδούς τινα Πέρσαις τῶν προτέρων Ῥωμαίοις ὑποτελῶν (48). Τῇ δὲ πείρᾳ μαθὼν, ὑπὸ θεομηνίας τοῦ πρὸ αὐτοῦ βασιλεύσαντος κακῶς παθεῖν ὑπήκοον, μηδὲν μελλήσας, ἔγραφε τοῖς ἡγουμένοις τῶν ἐθνῶν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις ἀθροίζεσθαι, καὶ τὸ Θεῖον ἐπιμελῶς

## CAP III.

*De imperio Joviani, deque iis quæ recte constituit, postquam ad Imperium evectus est.*

Post hunc, communi totius exercitus suffragio Jovianus imperium accepit [1]. Quem cum milites in hostico imperatorem renuntiarent, ipse Christianum se esse dicens, imperium recusavit, nec imperii insignia prius admisit, quam milites, comperta detrectationis causa, se quoque Christianos esse proclamassent. Cumque ex Juliani temeritate res in gravissimo discrimine et in maxima difficultate constitutæ essent, et commeatuum penuria exercitus laboraret, Jovianus pacem cum Persis necessario faciendam esse animadvertit, traditis quibusdam regionibus, quæ prius erant tributariæ Romanorum. Cum autem experimento didicisset, ira Dei ob decessoris sui impietatem invectas esse calamitates imperio Romano, nihil cunctatus, scripsit rectoribus provinciarum, ut in ecclesias

[1] Socr. lib. III, c. 22.

### VALESII ANNOTATIONES.

(47) *Ἦν γενέσια τοῦ σεισμοῦ.* Mirari non immerito subit, cur Alexandrini diem illum quo ingentis illius terræ motus memoriam quotannis celebrabant, γενέσια appellarint. Dies quidem festos in honorem martyrum aliorumque sanctorum hominum institutos, Græci γενέσια, Latini natales vocare solent, ut videre est in Martyrologiis. Verum de terræ motu id dici non potest nisi abusive. Melius in hujusmodi rebus ἀνάμνησις diceretur, id est memoria seu commemoratio. Hi enim dies festi, proprie instituti sunt ad renovandam quotannis memoriam beneficii illius, quod a Deo semel accepimus. Sic Marcellinus Comes in *Chronico*, indictione 3, D Basilio solo consule, postquam scripsit Constantinopolim per continuos II dies gravissimo terræ motu concussam fuisse, addit: *Hunc formidolosum diem Byzantii celebrant* 8 *Kalendas Octobris.* Cæterum si quis scire desiderat, quonam die Alexandrini natalem terræ motus illius celebraverint, habemus illum ex Ammiano Marcellino in libro XXVI, ex *Fastis* Idatii, diem scilicet duodecimum Kalendas Augusti.

(48) *Τῶν προτέρων Ῥωμαίοις ὑποτελῶν.* Scribendum est procul dubio τῶν πρότερον. Quod cum interpretes non animadvertissent, gravissime lapsi

### VARIORUM.

coma, qui ipsum in Phrygia moriturum ei visus erat prædicere. Cum igitur letaliter vulneratus, locum illum in quo castra habebat, Phrygiam appellari didicisset, exclamasse dicitur: *O sol, Julianum perdidisti.*

Digitized by Google

convenirent, et divinum Numen studiose colerent, solamque Christianorum fidem Romanis esse venerandam. Ecclesiis prælerea et clericis, viduis item ac virginibus **222** immunitates restituit, et quidquid antea ad utilitatem atque honorem religionis nostræ a Constantino ejusque liberis donatum sancitumve, et postea Juliani temporibus ademptum fuerat. Dedit etiam generalem constitutionem ad Secundum, qui tunc erat præfectus prætorii, qua jubebat eum capitali supplicio affici, qui sacram virginem sibi uxorem despondere, aut impudice duntaxat aspicere ausus esset, nedum rapere conatus fuisset. Hanc autem legem idcirco tulit, quod flagitiosi quidam homines, principatu Juliani, cum hujusmodi virginibus nuptias contraxerant, et seu vi, seu persuasione eas corruperant : quemadmodum evenire solet, cum religione neglecta atque oppressa, fœda libido ejusmodi res impune tentari suadet.

## CAP IV.

*Quomodo Ecclesiæ iterum verturbatæ sint : et de synodo Antiochena, quæ fidem Nicæni concilii confirmavit, et quid ad Jovianum imperatorem scripserit.*

Porro quæstiones ac disputationes de fide, a præsidibus Ecclesiarum denuo excitatæ sunt[1]. Nam

[1] Socr. lib. III, c. 25.

θεραπεύειν, καὶ μόνην εἶναι σέβας τοῖς ἀρχομένοις τὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν. Ἀπέδωκε δὲ καὶ τὰς ἀτελείας ταῖς Ἐκκλησίαις καὶ τοῖς κλήροις, χήραις τε καὶ παρθένοις, καὶ εἴ τι πρότερον ἐπ' ὠφελείᾳ καὶ τιμῇ θρησκείας δωρηθὲν, ἢ νομοθετηθὲν ἐτύγχανεν ὑπὸ Κωνσταντίνου καὶ τῶν αὐτοῦ παίδων, ὕστερον δὲ ἐπὶ Ἰουλιανοῦ ἀφῃρέθη. Προσεφώνησε δὲ καὶ Σεκούνδῳ (49) τῷ τότε τὴν ὕπαρχον (50) ἐξουσίαν διέποντι, γενικὴν νομοθεσίαν, εἰς κεφαλὴν τιμωρεῖσθαι παρακελευομένην τὸν ἱερὰν παρθένον μνᾶσθαι πρὸς γάμον πειρώμενον, ἢ καὶ ἀκολάστως μόνον προσβλέποντα, μήτιγε διαρπάζειν ἐπιχειροῦντα. Ἔθετο δὲ τοῦτον τὸν νόμον, καθότι μοχθηροί τινες ἄνδρες ἐπὶ τῆς ἡγεμονίας Ἰουλιανοῦ, ἔτυχον τοιούτων παρθένων γάμους ἐπιτελέσαντες, καὶ ἀνάγκῃ ἢ καὶ πειθοῖ προσφθαρέντες, οἷά γε φιλεῖ τῆς αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας ταῦτα τολμᾷν ἀκινδύνως ὑποθεμένης, δυσπραγούσης τῆς θρησκείας.

## ΚΕΦΑΛ. Δ'.

*Ὅτι πάλιν τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν ἀνεκινοῦντο· καὶ περὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, ἥτις τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ἐκύρωσε· καὶ ὅσα ἡ τοιαύτη σύνοδος τῷ βασιλεῖ Ἰοβιανῷ ἔγραψε.*

Αἱ δὲ περὶ τῶν δογμάτων ζητήσεις τε καὶ διαλέξεις, πάλιν ἀνεκινοῦντο τοῖς προεστῶσι τῶν Ἐκκλη-

## VALESII ANNOTATIONES.

sunt. Nam Musculus quidem ita vertit, *Necessarium vidit ut pacta iniret cum Persis, ac de prioribus tributis quæ Romanis debebantur, quædam remitteret.* Christophorsonus vero adhuc pejus ita vertit : *Pacem cum Persis facere, et ob eam causam aliquid de tributis quæ Romanis ante pensitaverant, remittere.* Quasi vero Persæ tributa unquam persolverint Romanis : non hoc dicit Sozomenus, sed Jovianum cum Persis pacem fecisse, et quasdam eis regiones dedidisse, quæ Romanis antehac tributariæ erant. Vide Ammianum Marcellinum in libro XXV, Entropium et reliquos Historiæ Romanæ scriptores. Quod quidem Joviani factum Gregorius Nazianzenus in invectivis contra Julianum Orationibus excusare nititur. Reprehendit tamen Ammianus Marcellinus. Porro Nicephorus cum hunc Sozomeni locum describeret, vocem προτέρων omisit. Sed Joannes Langus qui ejus *Historiam* in Latinum sermonem transtulit, non aliter quam nos interpretatus est.

(49) *Προσεφώνησε δὲ καὶ Σεκούνδῳ.* Hæc Joviani imperatoris constitutio exstat in codice Theodosiano, libro IX titulo 25 de raptu, vel matrimonio sanctimonialium, quam hic apponam. Jovianus Augustus ad Secundum præfectum prætorio. « Si quis, non dicam rapere, sed vel attentare matrimonii jungendi causa, sacratas virgines, vel invitas ausus fuerit, capitali sententia ferietur. Data II Kalend. Martii, Antiochiæ, Joviano Augusto et Varroniano consulibus. » Mendum est in illis verbis *vel invitas.* Pro quo legisse videtur Sozomenus *vel intueri.* Vertit enim ἢ καὶ ἀκολάστως μόνον προσβλέποντα. Nisi potius dicamus Sozomenum his verbis explicare voluisse vocabulum *attentare*, quod verius puto. Attentare enim idem est ac sollicitare. Quare in hac lege malim scribere *sacratas virgines vel viduas.* Nam inter sanctimoniales, tam viduæ quam virgines recensentur, ut titulus ipse declarat. Hanc Joviani legem designat Majorinus in Novella 8, ubi dicit : *Si forte profana cupiditas improborum devotam Deo mentem per crimen raptus violare tentaverit, non solum Divalium constitutorum, qui id admiserit, subjaceat ultioni*, etc. Lex igitur Joviani adversus Raptores virginum lata est; sed si sanctimonialis relicto proposito postea nubere voluisset, non prohibebatur hac lege.

(50) *Σεκούνδῳ τῷ τότε τὴν ὕπαρχον.* Quisnam fuerit hic præfectus prætorio, ad quem plurimæ datæ sunt leges in Codice Theodosiano, obscurum est. Olim in Annotationibus ad libr. XII Ammiani Marcellini existimavi hunc esse Secundum Salustium, quem Julianus præfectum prætorio promovit per Gallias, et qui postea consul fuit cum Juliano. Sed nunc re attentius examinata, * Secundum hunc a Salustio distinguendum puto. De quo exstat vetus inscriptio a Grutero relata in hunc modum :

SATURNINIO. SECUNDO. V. C. PRÆSIDI. PROVINCIÆ AQUITANIÆ. MAGISTRO. MEMORIÆ. COMITI ORDINIS PRIMI. PROCONSULI AFRICÆ. ITEM COMITI ORDINIS PRIMI INTRA CONSISTORIUM ET QUÆSTORI, PRÆFECTO PRÆTORIO ITERUM, OB EGREGIA EJUS IN REMPUBLICAM MERITA D. D. N. N. VALENTINIANUS ET VALENS VICTORES AC TRIOMPHATORES SEMPER AUGUSTI. STATUAM SUB AURO CONSTITUI LOCARIQUE JUSSERUNT.

In hac inscriptione nulla fit mentio consulatus quem gessit Salustius. Ex quo apparet hunc Secundum diversum esse a Salustio.

## VARIORUM.

* Imo Salustius Secundus alius non est, quam Saturninius Secundus : quod duplex præfectura prætoriana Orientis ante Valentiniani et Valentis mortem ab eo gesta certum reddit. Salustius enim anno Christi 367, secundam præfecturam deposuit, Auxoniumque successorem accepit, sicut ex Zosimo discimus, lib. IV, p. 741. Quod si Saturninius Secundus diversus esset a Salustio Secundo

Digitized by Google

σιῶν. Ἰουλιανοῦ γὰρ βασιλεύοντος, ὡς παντελῶς τοῦ Χριστιανισμοῦ κινδυνεύοντος, ἡσυχίαν ἦγον· κοινῇ δὲ πάντες τὸν Θεὸν ἱκέτευον, ἵλεων αὐτοῖς γενέσθαι. Οὕτω πη τοῖς ἀνθρώποις φίλον, παρ' ἑτέρων μὲν ἀδικουμένοις, πρὸς τὸ ὁμόφυλον ὁμονοεῖν· ἀπηλλαγμένοις δὲ τῶν ἔξωθεν κακῶν, πρὸς σφᾶς αὐτοὺς στασιάζειν. Ἀλλ' ὅσαις μὲν πολιτείαις καὶ ἔθνεσι τοῦτο συνέβη, οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ καταλέγειν ἐστί. Περὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, Βασίλειος ὁ Ἀγκύρας ἐπίσκοπος, καὶ Σιλβανὸς ὁ Ταρσοῦ, καὶ Σωφρόνιος ὁ Πομπηϊουπόλεως, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς, τὴν τῶν Ἀνομοίων καλουμένων αἵρεσιν ἀποστρεφόμενοι, τὸ δὲ ὁμοιοούσιον ὄνομα ἀντὶ τοῦ ὁμοουσίου δεχόμενοι, βιβλίον τῷ βασιλεῖ διεπέμψαντο· χάριν ἔχειν τῷ Θεῷ ὁμολογοῦντες, ὅτι αὐτὸν προεστήσατο τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. Ἐζήτουν δὲ ἢ τὰ ἐν Ἀριμίνῳ πεπραγμένα καὶ Σελευκείᾳ, κύρια μένειν, καὶ τὰ σπουδῇ καὶ δυνάμει τινῶν γενόμενα ἀργεῖν· ἢ τοῦ σχίσματος (51) τοῦ πρὸ τῶν συνόδων ταῖς Ἐκκλησίαις μένοντος, συγχωρηθῆναι τοὺς πανταχῇ ἐπισκόπους, αὐτοὺς καθ' ἑαυτοὺς ὅποι βούλονται συνελθεῖν, μηδενὸς ἄλλου κοινωνοῦντος (52)· μὴ προχωρεῖν δὲ κατὰ σκοπὸν τὰ ἐπιχειρούμενα, τοῖς ἐν μέρει τι βουλομένοις πράττειν ἢ ἐξαπατᾷν, ὡς ἐπὶ Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως. Ἐδήλουν δὲ, μὴ παραγενέσθαι σφᾶς εἰς τὸ στρατόπεδον, ὥστε μὴ ὀχληροὺς εἶναι δοκεῖν· εἰ δὲ ἐπιτραπεῖεν, ἀσμένως τοῦτο ποιήσειν, ὑποζυγίοις ἰδίοις καὶ δαπάνῃ χρωμένους (53). Καὶ οἱ μὲν, τοιάδε Ἰοβιανῷ τῷ βασιλεῖ ἔγραψαν. Ἐν τούτῳ δὲ συνόδου γενομένης ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας, βεβαιοῦται τῶν ἐν Νικαίᾳ συνεληλυθότων ἡ πίστις, καὶ κρατεῖ, ὥστε ἀναμφηρί[σ]τως τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ δοξάζειν ὁμοούσιον. Ἐκοινώνησαν δὲ ταύτης τῆς συνόδου Μελέτιος, ὃς τότε αὐτῆς τῆς Ἀντιοχείας (54) τὴν Ἐκκλησίαν ἐπετρόπευε, καὶ Εὐσέβιος ὁ Σαμοσάτων, καὶ Πελάγιος ὁ Λαοδικείας τῆς Σύρων, καὶ Ἀκάκιος ὁ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, καὶ Εἰρηνίων ὁ Γαζαῖος (55), καὶ Ἀθανάσιος ὁ Ἀγκύρας. Ταῦτα δὲ πράξαντες, ἐδήλωσαν τῷ βασιλεῖ τὰ δόξαντα, γράψαντες ὧδε·

A Juliano quidem regnante, cum Christiana religio in summo discrimine versaretur, taciti omnes quieverant, junctimque Deo supplicaverant, ut ipsis propitius esset. Hæc enim fere consuetudo est mortalium, ut, dum ab exteris læduntur, cum tribulibus suis concordiam servent: postquam vero ab extraneorum metu liberati sunt, ipsi inter se dissideant. Verum quot gentibus ac civitatibus istud contigerit, non est hujus temporis recensere. Cæterum per id tempus Basilius Ancyræ, Silvanus Tarsi, Sophronius Pompeiopolis episcopi, aliique ejusdem cum ipsis sententiæ, qui Anomœanorum quidem doctrinam aversabantur, **223** similem vero substantia pro consubstantiali admiserant, libellum ad imperatorem miserunt, quo testabantur, B gratias quidem se Deo agere, quod ipsum Romano imperio præfecisset. Postulabant autem ut vel ea quæ Arimini et Seleuciæ gesta erant, rata permanerent, ea vero quæ studio ac potentia quorumdam acta fuerant, irrita essent: vel manente priore dissidio quod ante illas synodos in Ecclesiis fuerat, omnibus ubique episcopis quocunque vellent loco, in unum convenire liceret, nemine alio in consessum admisso; utque consilia eorum qui seorsum quidpiam agere et alios decipere vellent, quemadmodum imperatoris Constantii temporibus acciderat, nequaquam ad exitum perduci sinerentur. Significarunt præterea se ad comitatum non venisse, ne molesti esse viderentur. Si vero venire jube- C rentur, se suo sumptu ac propriis jumentis id cupide facturos. Atque isti quidem hæc ad Jovianum imperatorem scripsere. Per idem tempus, cum synodus Antiochiæ in Syria esset congregata, fides eorum qui Nicææ olim convenerant confirmata est statutumque ut sine controversia Filius Patri consubstantialis ab omnibus crederetur. Interfuerunt huic synodo, Meletius qui Ecclesiæ Antiochenæ tunc denuo præsidebat, et Eusebius Samosatensis episcopus, et Pelagius Laodiceæ quæ est in Syria; Acacius item Cæsareæ Palæstinæ, et Ire-

## VALESII ANNOTATIONES.

(51) *Ἢ τοῦ αὐτοῦ σχήματος.* In codice Fuketiano et apud Nicephorum legitur σχίσματος, longe rectius, ni fallor. Nam ante Ariminense et Seleuciense concilium, Ecclesia gravissimo schismate laborabat, jam inde a concilio Serdicensi, in quo rupta fuerat communio inter Orientales atque Occidentales. Cui malo ut mederetur Constantius, hæc duo episcoporum concilia convocaverat. Sed res infelicem eventum sortita est.

(52) *Μηδενὸς ἄλλου κοινωνοῦντος.* Hæc verba Nicephorus de sæcularibus judicibus exposuit, qui imperatorum jussu, synodis episcoporum intererant. Sic enim hæc Sozomeni verba reddidit; μή τινος κοσμικοῦ κοινωνοῦντος. Possunt tamen hæc verba intelligi de ipsis episcopis, ac fortasse melius. Petebant enim Basilius, Silvanus, et alii, ut liceret singulis episcopis seorsum synodos intra paroeciam suam congregare, nemine alio episcopo præsente. In codice Fuketiano scriptum inveni ἄλ- D λοις. Quam scripturam si sequamur, hic erit sensus: Ut nullus episcopus Orientis cum Occidentalibus communicet, vel contra.

(53) *Καὶ πάνυ χρωμένους.* Hunc locum correxi ex codice Fuketiano, in quo diserte scriptum est καὶ δαπάνῃ. Apud Nicephorum in cap. 40 libri decimi δαπάναις legitur, quod est elegantius.

(54) *Ὃς τότε αὐτῆς τῆς Ἀντιοχείας.* Scribendum puto ὃς τότε αὖθις, etc. Nam Meletius tunc Antiochenam sedem de integro recuperaverat.

(55) *Εἰρηνίων ὁ Γαζαῖος.* Hujus Irenionis meminit Marcus in vita Porphyrii Gazensis episcopi, eumque miris laudibus extollit.

## VARIORUM.

utriusque ejus præfecturæ aliqua vestigia in legibus Cod. Theod. per hæc tempora datis superessent. Decepit viros doctos cognominis Salustii omissio in inscriptione a Valesio relata; quod et in aliis sæpius factum. Ant. Pagi, *ad ann.* 362, n. 35.

Digitized by Google

nio Gazæ episcopus : Athanasius denique Ancyræ. Qui cum ea quæ dixi gessissent, decreta sua imperatori per has litteras significarunt.

*Religiosissimo Deoque charissimo domino nostro Joviano, Victori Augusto, synodus episcoporum qui ex diversis provinciis congregati sunt Antiochiæ.*

Quod ecclesiasticam pacem atque concordiam tua primum pietas conciliare studuerit, ipsi quoque probe novimus, charissime Deo imperator. Quod vero formam rectæ atque orthodoxæ fidei, caput esse hujus unitatis recte censueris, istud etiam non ignoramus. Quamobrem ne nos ex numero illorum qui veritatis doctrinam adulterant, esse videamur, religioni tuæ significamus, nos fidem eorum qui Nicææ **224** olim congregati sunt, et probare et retinere. Etenim vocabulum in ea synodo positum, quod quibusdam novum atque insolens videtur, consubstantialis videlicet, id cautissimam interpretationem a Patribus accepit; ut scilicet Filius ex substantia Patris genitus, et quoad substantiam Patri similis esse intelligatur. Non quo perpessio quædam in illa inenarrabili generatione cogitetur, aut nomen substantiæ juxta gentilium usum et consuetudinem accipiatur : sed ut evertatur id quod Arius ausus erat asserere Filium ex nihilo exstitisse. Quod quidem et isti qui nuper exorti sunt Anomœi, multo audacius atque impudentius ad perniciem ecclesiasticæ concordiæ palam prædicant. Huic autem relationi nostræ adjecimus etiam exemplum fidei illius, quæ ab iisdem episcopis Nicææ congregatis exposita est, quam et nos suscipimus ac probamus. Et hæc quidem decreverunt episcopi qui eo tempore Antiochiæ morabantur, fidem ab episcopis olim Nicææ congregatis expositam, iisdem verbis quibus scripta fuerat, epistolæ suæ subjicientes.

## CAP. V.

*De magno Athanasio, quomodo imperatori charissimus fuerit, et Ecclesias Ægypti obtinuerit : et de visione magni Antonii.*

Interea vero Athanasius episcopus Alexandriæ, communicato cum paucis familiaribus suis consilio, imperatorem qui Christianus erat, necessario sibi visendum esse existimavit. Itaque cum venisset Antiochiam, ea quæ postulabat, imperatori exposuit. Alii dicunt illum ab imperatore evocatum fuisse, ut quæ circa religionem et rectæ fidei doctrinam agenda essent, suggereret. Qui cum ecclesiastica negotia quoad ejus fieri potuit constituisset, de reditu cœpit cogitare. At Euzoius, qui Arianæ sectæ apud Antiochiam præsidebat, omni studio perficere conabatur, ut Probatius eunuchus

A *Τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ ἡμῶν δεσπότῃ Ἰοβιανῷ, νικητῇ Αὐγούστῳ, ἡ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ συνελθόντων ἐπισκόπων ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν σύνοδος.*

Τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην τε καὶ ὁμόνοιαν ὅτι σου καὶ πρώτη (56) πρεσβεύειν ἐσπούδακεν ἡ εὐσέβεια, εὖ ἴσμεν καὶ αὐτοὶ, θεοφιλέστατε βασιλεῦ. Ὅτι δὲ κεφάλαιον τῆς τοιαύτης ἑνότητος, τῆς ἀληθοῦς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως καλῶς ὑπείληφας τὸν χαρακτῆρα, οὐδὲ τοῦτο ἀγνοοῦμεν. Ἵνα τοίνυν μὴ μετὰ τῶν παραχαρασσόντων τὰ δόγματα τῆς ἀληθείας τετάχθαι νομιζώμεθα, ἀναφέρομεν τῇ σῇ εὐλαβείᾳ, ὅτι τῆς ἁγίας συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ πάλαι πρότερον συγκροτηθείσης τὴν πίστιν καὶ ἀποδεχόμεθα, καὶ κατέχομεν. Ὁπότε καὶ τὸ δοκοῦν ἐν αὐτῇ τισι ξένον
B ὄνομα, τὸ τοῦ ὁμοουσίου φαμὲν, ἀσφαλοῦς τετύχηκε παρὰ τοῖς Πατράσιν ἑρμηνείας, σημαινούσης ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς ἐγεννήθη, καὶ ὅτι ὅμοιος κατ' οὐσίαν τῷ Πατρί. Οὔτε δὲ ὡς πάθους τινὸς περὶ τὴν ἄῤῥητον γέννησιν ἐπινοουμένου, οὔτε κατά τινα χρῆσιν Ἑλληνικὴν λαμβάνεται τὸ ὄνομα τῆς οὐσίας· εἰς ἀνατροπὴν δὲ τοῦ ἐξ οὐκ ὄντων περὶ τοῦ Υἱοῦ ἀσεβῶς τολμηθέντος Ἀρείῳ. Ὅπερ καὶ οἱ νῦν ἐπιφοιτήσαντες Ἀνόμοιοι, ἔτι θρασύτερον καὶ τολμηρότερον, ἐπὶ λύμῃ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὁμονοίας ἀναισχύντως παῤῥησιάζονται. Συνετάξαμεν δὲ τῇδε ἡμῶν τῇ ἀναφορᾷ καὶ τὸ ἀντίγραφον τῆς αὐτῆς πίστεως, τῆς ἐν Νικαίᾳ ὑπὸ τῶν συγκροτηθέντων ἐπισκόπων τεθείσης, ἥντινα καὶ ἀγαπῶμεν. Καὶ τὰ μὲν ὧδε ἐψηφίσαντο οἱ τότε τῇ
C Ἀντιοχείᾳ ἐνδημοῦντες ἱερεῖς, αὐτοῖς ῥητοῖς τὴν παρὰ τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων ἐκτεθεῖσαν πίστιν, τῇ ἰδίᾳ γραφῇ ὑποτάξαντες.

## ΚΕΦΑΛ. Ε'.

*Περὶ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου, ὡς διαφερόντως ἠγαπήθη τῷ βασιλεῖ, καὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ Ἐκκλησιῶν ἐκράτησε· καὶ περὶ τοῦ ὁράματος τοῦ μεγάλου Ἀντωνίου.*

Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Ἀθανάσιος ὁ τὸν Ἀλεξανδρέων θρόνον ἐπιτροπεύων, ὀλίγοις τῶν ἐπιτηδείων κοινωσάμενος, ἀναγκαῖον ᾠήθη τὸν βασιλέα Χριστιανὸν ὄντα ἰδεῖν· καὶ παραγενόμενος εἰς Ἀντιόχειαν, περὶ ὧν ἐδεῖτο, τὸν κρατοῦντα διδάσκει. Οἱ δέ φασιν, ὅτι αὐτὸς ὁ βασιλεὺς τὸν ἄνδρα μετεκαλέσατο, τὰ πρακτέα περὶ τὴν θρησκείαν καὶ τὴν ὀρθὴν δόξαν
D εἰσηγησόμενον. Διαθείς τε τὰ τῆς Ἐκκλησίας, ὡς οἷόν τε ἦν, ἐφρόντιζε τῆς ἐπανόδου. Εὐζώϊος δὲ ὁ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐπίσκοπος τῆς Ἀρειανικῆς αἱρέσεως, ἐσπούδαζε προεστάναι τῆς αὐτῆς δόξης ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Προβάτιον εὐνοῦχον (57). Εἰσηγησαμένων τε

### VALESII ANNOTATIONES.

(56) *Ὅτι σου καὶ πρώτη.* Sic legitur etiam apud Socratem et Nicephorum. Malim tamen scribere ὅτι σὴ καὶ πρώτου. Epiphanius Scholasticus legisse videtur πρῶτον. Sic enim vertit : *Quod ecclesiasticam pacem atque concordiam tua primum studuerit pietas celebrare*, etc. Qui sensus non displicet. Gratulantur enim episcopi Joviano imperatori, quod Ecclesiæ pacem restituere prius studuerit quam reipublicæ Romanæ.

(57) *Προβάτιον εὐνοῦχον.* Non hoc dicit Athanasius, Euzoium operam dedisse, ut pulso Athanasio Probatius eunuchus episcopus Alexandriæ constitueretur : sed hoc tantum dicit Arianos porrectis Joviano imperatori libellis postulasse, ut remoto

Digitized by Google

τοῦτο τῶν ἀμφὶ τὸν Εὐζώϊον, Λούκιός τις Ἀλεξανδρεὺς τὸ γένος, πρεσβύτερος τῶν παρὰ Γεωργίου χειροτονηθέντων, πρόσεισι τῷ βασιλεῖ (58). Καὶ βλασφημήσας Ἀθανάσιον ὡς ἐν τῷ χρόνῳ τῆς ἐπισκοπῆς ἀεὶ γραφὰς ὑπομείναντα, καὶ πολλάκις ὑπερορίαν οἰκεῖν καταδικασθέντα παρὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων, διχονοίας τε περὶ τὸ θεῖον καὶ ταραχῆς αἴτιον γενόμενον, ἐδεῖτο ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ τὴν Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίαν ἐπισκοπεῖν. Ὁ δὲ βασιλεὺς (ᾔδει γὰρ τὰς Ἀθανασίῳ τότε συμβάσας ἐπιβουλάς), οὐκ ἔθετο ταῖς κατ' αὐτοῦ διαβολαῖς. Ἀλλὰ Λούκιον μὲν σὺν ἀπειλῇ, ἡσυχίαν ἄγειν ἐπιτάττει· Προβάτιον δὲ καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν εὐνούχους, ὡς αἰτίους τῶν τοιούτων θορύβων, σωφρονισθῆναι προσέταξε (59)· τὸν δὲ Ἀθανάσιον, ἐκ τῆς τότε συνουσίας τὰ μάλιστα φίλον αὐτῷ γενόμενον, ἀπέστειλεν εἰς Αἴγυπτον, ᾗ ἄριστα αὐτῷ δοκοίη, τὰς ἐκκλησίας καὶ τοὺς λαοὺς ἄγειν κελεύσας [1]. Λέγεται γὰρ εἰς ἄγαν αὐτὸν ἧς εἶχεν ἀρετῆς ἐπαινέσαι, βίου τε ἕνεκα καὶ φρονήσεως, καὶ λόγων. Ὧδε μὲν τῶν ἐν Νικαίᾳ συνεληλυθότων ἡ πίστις, τὸν ἐν μέσῳ χρόνον πολεμηθεῖσα, ὡς ἐν τοῖς πρόσθεν εἴρηται, αὖθις ἐπὶ τῆς παρούσης ἡγεμονίας ὑπερέσχεν. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ τῆς ὁμοίας ἔμελλε πειρᾶσθαι ταραχῆς. Ὡς ἔοικε γάρ, οὐκ ἐπὶ μόνοις τοῖς ἐπὶ Κωνσταντίου τῇ Ἐκκλησίᾳ συμβᾶσι, πέρας εἶχεν ἡ τοῦ Ἀντωνίου τοῦ μοναχοῦ πρόῤῥησις· ἀλλ' ἐλείπετο ἔτι καὶ τὰ μετὰ ταῦτα ἐπὶ Οὐάλεντος γενόμενα. Λέγεται γὰρ πρὶν κρατῆσαι τῶν ἐκκλησιῶν τοὺς ἀπὸ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως, ἐπὶ τῆς Κωνσταντίου βασιλείας ὄναρ ἰδεῖν Ἀντώνιον (60), ἡμιόνους τὸ θυσιαστήριον λακτίζοντας, καὶ τὴν ἱερὰν τράπεζαν ἀνατρέποντας· καὶ αὐτίκα προειπεῖν, ὡς ὑπὸ νέων καὶ ἐπιμίκτων δογμάτων καταλήψεται τὴν Ἐκκλησίαν ταραχὴ, καὶ ἑτεροδόξων ἐπανάστασις. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀψευδῶς τεθεᾶσθαί τε καὶ εἰρῆσθαι, ἀπέδειξε τὰ πρὸ τοῦ καὶ μετὰ ταῦτα γεγενημένα.

A eidem sectæ præesset in urbe Alexandria. Cumque id ab Euzoio suggestum fuisset, Lucius quidam genere Alexandrinus, unus ex presbyteris qui a Georgio fuerant ordinati, imperatorem adiit. Et Athanasium maledictis incessens, utpote qui toto episcopatus sui tempore, variis de causis accusatus fuisset, et a superioribus principibus sæpius damnatus esset exsilio; dissensionis denique in religione ac tumultus auctor exstitisset, postulavit ut alter Alexandrinæ Ecclesiæ episcopus in ejus **225** locum subrogaretur. Verum imperator, quippe qui probe nosset insidias quæ tunc fuerant Athanasio comparatæ, prolatis in eum calumniis haudquaquam assensus est. Sed Lucio quidem interminatus, præcepit ut quiesceret. Probatium vero B et reliquos eunuchos palatii sui, hujusmodi tumultuum auctores, castigari jussit. Athanasium autem, quem congressus iste charissimum ipsi reddiderat, in Ægyptum remisit, ecclesias et populos, sicut ipsi optimum factu videretur, regere permittens. Etenim eum virum magnopere laudasse dicitur, tum ob virtutem quæ in illo inerat, tum ob vitæ integritatem et prudentiam atque doctrinam. Hunc in modum fides episcoporum qui Nicææ olim fuerant congregati, cum aliquanto tempore, uti supra diximus, oppugnata fuisset, sub hoc imperatore iterum superior fuit. Verum paulo post non dissimilem expertura erat perturbationem. Etenim Antonii monachi prædictio, non in iis solum quæ C Constantii principatu Ecclesiis contigerant, finem accepit, sed supererant adhuc ea quæ Valentis temporibus gesta sunt. Ferunt enim, regnante Constantio, priusquam Ariani ecclesias obtinerent, Antonium in somnis vidisse multos altari insultantes, et sacram mensam evertentes: statimque prædixisse futurum ut ex adulterinis mistisque dogmatibus perturbatio Ecclesiam occuparet, et

## VALESII ANNOTATIONES.

Athanasio, alius Alexandriæ crearetur episcopus, omnibus modis studentes ut Lucius presbyter in ejus locum subrogaretur. Cumque a Joviano semper repulsi essent, interventu Euzoii Antiochensis episcopi, rogarunt Probatium Eunuchum, ut ipsis apud imperatorem suffragaretur. Quod cum imperator rescivisset, eunuchos cubicularios comprehendi et tormentis subjici jussit cum hoc elogio: Quisquis libellos offerre voluerit contra Christianos, has pœnas ferat. Verba Athanasii hæc sunt: Καὶ δι' Εὐζωΐου ἠξίωσαν τοὺς περὶ Προβάτιον, τοὺς διαδόχους Εὐσεβίου καὶ Βαρδίωνος, τοὺς εὐνούχους, ὡς ἵνα συστάσεως τύχωσιν οἱ ἄπιστοι Ἀρειανοί. Quem locum interpres non intellexit. Ex his autem verbis colligimus Probatium fuisse præpositum sacri cubiculi; cujus crebra fit mentio ab Ammiano Marcellino.

(58) *Πρόσεισι τῷ βασιλεῖ.* Libelli quos Lucius D et Bernicianus Ariani Joviano principi obtulerunt Antiochiæ contra Athanasium, exstant in tomo secundo Operum Athanasii, sed pessime conversi in Latinum sermonem. Nam interpres ἐντυχίαν perpetuo interpretatur colloquium, cum libellum precum vertere debuisset. Id enim significat vox Græca, ut observavi in annotationibus Eusebianis.

(59) *Σωφρονισθῆναι προσέταξε.* Hunc locum non intellexerunt interpretes. Musculus enim ita vertit: *Præcepit imperator ut ad meliorem mentem redirent.* Atque ita fere Christophorsonus. Sed vertere debuerant *verberari præcepit.* Id enim significat verbum σωφρονισθῆναι, ut supra ex Athanasio ostendimus.

(60) *Ὄναρ ἰδεῖν Ἀντώνιον.* Hujus visionis ac prædictionis beati Antonii meminit Athanasius in ejus Vita.

## VARIORUM.

1 *Τὰς ἐκκλησίας καὶ τοὺς λαοὺς ἄγειν κελεύσας.* Λύει μὲν τοῖς ἐπισκόποις τὴν ἐξορίαν, τοῖς τε ἄλλοις ἅπασι, καὶ πρὸ πάντων τῷ πρὸ πάντων τὴν ἀρετὴν, καὶ προδήλως ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας πολεμηθέντι, inquit Gregorius Nazianzenus, i. e. *Jovianus exsulum episcoporum revocatione imperium est auspicatus. Ante omnes autem Athanasium restituit, qui omnibus virtute præstabat, et pro pietate, sine ulla dubitatione, oppugnatus fuerat.*

Digitized by Google

hæretici rebellionem excitarent. Sed hæc quidem verissime ab illo visa et prædicta fuisse, ex iis rebus quæ ante hoc tempus, et quæ postea factæ sunt, satis declaratum est.

## CAP. VI.

*Mors imperatoris Joviani: et de vita Valentiniani, ejusque forti animo in pietate servanda: et quo modo ad imperium evectus sit, et Valentem fratrem ad imperii consortium asciverit: et de utriusque morum dissimilitudine.*

Porro Jovianus, octo circiter mensibus imperio perfunctus, dum Constantinopolim proficisceretur, Dadastanis, qui vicus est Bithyniæ in via militari situs, repentina morte interiit [1]: sive quod intemperantius, ut quidam aiunt, cœnaverat, seu præ odore cubiculi in quo decumbebat, recens calce illiti. Multis enim carbonibus, utpote hiberno tempore, teporis gratia ibi accensis, vapor excitatus, et parietes supra modum madefacti fuerant. Exercitus vero, cum Nicæam Bithyniæ venisset, Valentinianum imperatorem renuntiavit, virum 226 optimum et imperio dignissimum. Is enim tunc aderat, ab exsilio reversus. Nam Julianus, cum summam imperii obtineret, illum tunc tribunum legionis Jovianorum militia exuerat, et perpetuo exsilio damnaverat: specie quidem, quod milites suos prœlium cum hoste inituros non recte ordinaverat: revera autem, ob hujusmodi causam. Cum Julianus adhuc in Galliis moraretur, sacrificandi causa templum quoddam ingressus est. Comitabatur illum inter cæteros Valentinianus. Vetus enim mos erat apud Romanos, ut tribuni Jovianorum et Herculianorum (hi sunt numeri in exercitu Romano nobilissimi, quorum alter a Jove, alter ab Hercule nomen accepit) imperatorem semper a tergo præsidii causa proxime sequerentur. Cumque limen templi transgressurus esset, sacerdos verbenas aqua tinctas manu gestans, gentilium more ingredientes conspersit. Et cum gutta in vestem Valentiniani decidisset, ille, utpote Christianus, rem moleste tulit, et sacerdoti qui ipsum asperserat conviciatus est. Aiunt etiam illum, imperatore ipso spectante, eam vestis partem quæ aspersa fuerat, abscidisse, ac simul cum ipsa aspergine projecisse. Ex illo tempore Julianus infensus Valentiniano, haud multo post eum perpetuo exsilio damnatum, Melitinam Armeniæ relegavit: criminis loco objiciens, quod milites suos

[1] Socr., lib. IV, cap. 1.

## A ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

*Θάνατος Ἰοβιανοῦ, καὶ περὶ τοῦ βίου καὶ τῆς εἰς Θεὸν παῤῥησίας Οὐαλεντινιανοῦ· καὶ ὅπως εἰς βασιλείαν προεβλήθη, καὶ τὸν ἀδελφὸν Οὐάλεντα συμβασιλεύειν αὐτῷ εἵλετο· καὶ περὶ τῆς διαφορᾶς ἀμφοτέρων.*

Ὁ δὲ Ἰοβιανὸς ἀμφὶ ὀκτὼ μῆνας ἐν τῇ βασιλείᾳ διαγενόμενος, ἀπιὼν ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν, ἐξαπίνης ἐν Δαδαστάνοις χωρίῳ τῆς Βιθυνίας καθ' ὁδὸν ἐτελεύτησεν· ἢ ἀφειδέστερον, ὥς τινες λέγουσι, δειπνήσας· ἢ ὑπὸ τῆς ὀδμῆς τοῦ οἰκήματος ἐν ᾧ ἐκάθευδεν, ἀσβέστῳ προσφάτως ἐγχρισθέντος. Ἐπιγενέσθαι γὰρ ἰκμάδα, καὶ νοτισθῆναι τοὺς τοίχους ἀμέτρως, πολλῶν ἀνθράκων αὐτόθι καιομένων, ὡς ἐν ὥρᾳ χειμῶνος διὰ τὴν ἀλέαν. Ἐπεὶ δὲ εἰς Νίκαιαν τῆς Βιθυνίας ἀφίκετο ἡ στρατιὰ, ἀναγορεύουσι B βασιλέα Οὐαλεντινιανὸν, ἄνδρα ἀγαθὸν καὶ τῆς ἡγεμονίας ἄξιον. Ἔτυχε δὲ τότε παρὼν ἀπὸ τῆς ὑπερορίας φυγῆς. Λέγεται γὰρ, ὡς ἡνίκα Ἰουλιανὸς ἐκράτει Ῥωμαίων, συνταγματάρχην αὐτὸν ὄντα τοῦ καταλόγου τῶν καλουμένων Ἰοβιανῶν, τῆς στρατείας ἀπεώσατο, καὶ ἀϊδίῳ φυγῇ ἐζημίωσε· πρόφασιν μὲν, ὡς οὐ δεόντως ἔταξε τοὺς ὑπ' αὐτὸν στρατιώτας πρὸς τοὺς πολεμίους· τὸ δ' ἀληθὲς, ἐντεῦθεν· Ἔτι διάγων Ἰουλιανὸς ἐν τοῖς πρὸς δύσιν Γαλάταις, ᾔχεν εἴς τινα ναὸν θύσων· συνῆν δὲ αὐτῷ καὶ Οὐαλεντινιανός· ἔθος γὰρ παλαιὸν Ῥωμαίοις, τὸν ἡγούμενον τῶν Ἰοβιανῶν καὶ Ἑρκουλιανῶν (τάγματα δὲ ταῦτα τῶν ἐν λόγῳ στρατιωτῶν, τὸ μὲν ἀφ' Ἡρακλέους, τὸ δὲ ἀπὸ Διὸς λαχόντα τὴν προσηγορίαν), κατὰ νώτου ἐγγὺς C ἀεὶ φύλακας ἕπεσθαι τῷ βασιλεῖ. Ἐπεὶ δὲ ἔμελλεν ὑπεραμείβειν τοῦ ναοῦ τὸν οὐδὸν, θαλλούς τινας διαβρόχους κατέχων ὁ ἱερεὺς, νόμῳ Ἑλληνικῷ περιέῤῥαινε (61) τοὺς εἰσιόντας. Ἐκπεσούσης δὲ σταγόνος ἐπὶ τὴν αὐτοῦ ἐσθῆτα, χαλεπῶς ἤνεγκεν Οὐαλεντινιανός· ἦν γὰρ Χριστιανός· καὶ τῷ ῥαίνοντι ἐλοιδορήσατο. Φασὶ δὲ καὶ τοῦ βασιλέως ὁρῶντος, αὐτίκα περιτεμεῖν καὶ ἀποῤῥίψαι σὺν αὐτῇ τῇ ψεκάδι, ὅσον ἐβράχη τῆς ἐσθῆτος. Τὸ δὲ ἐξ ἐκείνου μηνιῶν ὁ Ἰουλιανὸς, οὐ πολλῷ ὕστερον κατεδίκασεν αὐτὸν τὴν Μελιτινὴν τῆς Ἀρμενίας [m] διηνεκῶς οἰκεῖν, αἰτίαν σκηψάμενος, τὴν περὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν στρατιώτας ῥᾳστώνην. Οὐ γὰρ ἐβούλετο δόξαι, διὰ τὴν θρησκείαν D κακῶς αὐτὸν ποιεῖν, ἵνα μὴ μάρτυρος ἢ ὁμολογητοῦ

## VALESII ANNOTATIONES.

(61) *Νόμῳ Ἑλληνικῷ περιέῤῥαινε.* In codice Fuketiano scriptum inveni νόμῳ ἐκκλησιαστικῷ. Quod idcirco hic retuli, non quod scripturam eam probem, sed ut studiosus lector perspiciat, quam periculosum sit conjecturæ suæ indulgere. Etenim antiquarius qui codicem illum descripsit, cum aspersionis aquæ mentionem fieri videret hoc loco, id more ecclesiastico factum esse credidit. Quasi non et pagani hujusmodi aspersionibus aquæ lustralis usi fuerint diu ante Christianæ religionis exordium. Nota sunt veterum Græcorum *περιῤῥαντήρια*.

## VARIORUM.

[m] *Τὴν Μελιτινὴν τῆς Ἀρμενίας.* Philostorgius, lib. VII, c. 7, ait Valentinianum Thebas Ægyptias fuisse relegatum. At Socrates, lib. IV, c. 1, inquit: Etsi Valentinianus cum fratre Valente cingulum militare deponere maluisset, quam fidem Christianam ejurare; neutrum tamen a Juliano dignitate privatum, eo quod utrumque utilem reipublicæ intelligeret.

Digitized by Google

γερῶν ἀξιωθείη. Καθότι ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, A καὶ τῶν ἄλλων ἐφείσατο Χριστιανῶν, ὁρῶν αὐτοὺς εὔκλειαν καὶ σύστασιν τοῦ δόγματος τοῖς κινδύνοις ποριζομένους, ὡς ἐν τοῖς πρόσθεν εἴρηται. Ἐπεὶ δὲ ὁ Ἰοβιανὸς ἐπετράπη τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν, μετακληθεὶς ἀπὸ τῆς φυγῆς εἰς Νίκαιαν, συμβὰν ἐκεῖνον τελευτῆσαι, βουλευσαμένων τοῦ στρατοπέδου καὶ τῶν τότε τὰς μεγάλας ἀρχὰς ἐχόντων, ψήφῳ πάντων αἱρεῖται βασιλεύειν Οὐαλεντινιανός. Ὡς δὲ τὰ σύμβολα τῆς ἀρχῆς ἐδέξατο, κεκραγότων τῶν στρατιωτῶν κοινωνὸν αὐτῷ τῆς βασιλείας ἕτερον ποιήσασθαι, Τὸ μὲν ἑλέσθαι με, φησὶν, ἄρχειν ὑμῶν, ὦ ἄνδρες στρατιῶται, ἐν ὑμῖν ἦν. Ἐπεὶ δὲ εἵλεσθε, ὃν νῦν αἰτεῖτε, οὐκ ἐν ὑμῖν, ἀλλ' ἐν ἐμοί· καὶ χρὴ τοὺς μὲν ἀρχομένους ὑμᾶς ἡσυχίαν ἄγειν· ἐμὲ δὲ ὡς βασιλέα, τὰ πρακτέα σκοπεῖν. Καὶ τότε μὲν ταῦτα προσφωνήσας, οὐκ εἶξε B τοῖς στρατιώταις. Μετ' οὐ πολὺ δὲ παραγενόμενος εἰς Κωνσταντινούπολιν, ἀνεκήρυξε βασιλέα τὸν ἀδελφόν· καὶ τῆς ὑπηκόου τὰ μὲν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, παρέδωκεν αὐτῷ· τὰ δὲ ἀπὸ Ἰλλυριῶν ἐπὶ τὸν ἑσπέριον ὠκεανὸν, καὶ πᾶσαν τὴν ἀντικρὺ ἤπειρον μέχρις ἐσχάτων Λιβύων, ὑφ' ἑαυτὸν ἔταξεν. Ἄμφω δὲ Χριστιανὼ τὴν θρησκείαν ἐγενέσθην· διαφόρω δὲ τὴν δόξαν καὶ τὸν τρόπον. Οὐάλης μὲν γὰρ, Εὐδοξίῳ τῷ ἐπισκόπῳ μυσταγωγῷ χρησάμενος ἡνίκα ἐβαπτίσθη, τὴν Ἀρείου πίστιν ἐζήλου· καὶ δεινὸν ἡγεῖτο, μὴ βιάζεσθαι πάντας ὁμοδόξους αὐτῷ ποιεῖν. Οὐαλεντινιανὸς δὲ, τὰ αὐτὰ φρονῶν τοῖς ἐν Νικαίᾳ συνελθοῦσι, τούτους μὲν ὠφέλει· τοῖς δὲ ἑτέρως δοξάζουσιν, οὐδὲν ἠνώχλει.

negligentius instituisset. Nolebat enim videri eum religionis causa male multasse, ne ille martyris ac confessoris honore afficeretur. Nam et ob eam causam aliis Christianis pepercit, cum videret eos gloriam sibi ipsis, et commendationem religionis suæ ex hujusmodi periculis reportare, sicut in superiore libro observavi. Postea vero Joviano ad imperium evecto, ab exsilio revocatus Nicæam venit. Cumque Jovianum mori contigisset, exercitu Romano et iis qui præcipuas dignitates gerebant consilium ineuntibus, omnium suffragio Valentinianus eligitur imperator. Qui cum insignia imperii suscepisset, vociferantibus militibus ut alterum sibi imperii consortem adjungeret: Vestri quidem, inquit, arbitrii fuit, commilitones, ut me imperatorem vestrum eligeretis. Sed posteaquam elegistis id quod petitis, mei arbitrii est, non vestri. Et vos quidem tanquam subditos quiescere decet, me vero, utpote imperatorem, quid agendum sit, spectare. Hujusmodi responso dato, tum quidem militibus minime obtemperavit. Paulo post tamen Constantinopolim ingressus, fratrem imperatorem renuntiavit. Et partes quidem imperii quæ ad orientem spectant, ei regendas commisit. **227** Quæ vero ab Illyrico ad occidentalem oceanum porriguntur, omnemque e regione sitam continentem, usque ad ultimas Africæ gentes, sub ditione sua retinuit. Et ambo quidem religione fuerunt Christiani, secta tamen et moribus inter se discrepabant. Nam Valens tunc cum baptismum susciperet, ab Eudoxio institutus episcopo, Arii sententiam ardentissimo studio sectatus est : ac moleste ferebat quod omnes ad sententiam suam per vim non cogeret. At Valentinianus Nicæni concilii fidem amplexus, iis quidem qui idem cum ipso sentirent favebat, eos vero qui diversam opinionem sequerentur, nulla affecit molestia.

## ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

C *Ὅτι καὶ πάλιν τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν ἀνεκινοῦντο· καὶ σύνοδος ἐν Λαμψάκῳ γίνεται· καὶ ὡς οἱ περὶ Εὐδόξιον Ἀρειανοὶ κρατοῦσι, καὶ τοὺς ὀρθὰ φρονοῦντας τῶν Ἐκκλησιῶν ἀπελαύνουσιν, ἐν οἷς καὶ τὸν Ἀντιοχείας Μελέτιον.*

Ἐπεὶ δὲ Κωνσταντινουπόλεως ἐξεδήμησεν ἐπὶ τὴν Ῥώμην διὰ Θράκης πορευόμενος, τηνικαῦτα οἱ περὶ Ἑλλήσποντον καὶ Βιθυνίαν ἐπίσκοποι, καὶ ὅσοι ἄλλοι ὁμοούσιον (62) τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν λέγειν ἠξίουν, προβάλλονται πρεσβεύειν ὑπὲρ αὐτῶν Ὑπατιανὸν

## CAP. VII.

*Quomodo Ecclesiæ denuo perturbatæ sint, et synodus Lampsaci congregata est : et quomodo Ariani qui cum Eudoxio erant prævaluerint, et Orthodoxos, inter quos fuit Meletius, Ecclesiis expulerunt.*

Porro cum relicta Constantinopoli, Romam contendens per Thraciam iter faceret, episcopi Hellesponti ac Bithyniæ, et reliqui qui Filium Patri consubstantialem asserebant, Hypatianum Heracleæ Perinthi episcopum elegerunt[1] : qui suscepta pro

[1] Socr. lib. IV, c. 4.

## VALESII ANNOTATIONES.

(62) *Ὅσοι ἄλλοι ὁμοούσιον.* Baronius in Annalibus ecclesiasticis ad annum 364, tria reprehendit in hac narratione Sozomeni. Primum est, quod Sozomenus Catholicos seu consubstantialis assertores fuisse censet, eos qui ad Lampsacenum concilium convenerunt. Baronius vero Semiarianos illos fuisse demonstrat. Alterum est, quod Sozomenus eam synodum refert ante tumultum Procopii, quem Baronius cœptum esse dicit anno Christi 364, quo Jovianus et Varronianus consules fuerant. Lampsacena autem synodus sequente anno congregata est, ut ex Socrate idem Baronius docet. Postremo Sozomenum arguit, quod dixerit legatos a Lampsacena synodo missos, convenisse Valentem in urbe Thraciæ Heraclea, redeuntem ex D Thraciis. Fratrem enim Valentinianum Romam versus iter facientem, aliquatenus comitatus fuerat Valens, ut scribit Sozomenus. Id autem contigisse anno Christi 364, Baronius credidit : ac proinde Sozomenum longe falli existimavit. Verum Baronius ipse hallucinatus est. Nam Valentinianus imperator cum Valentem fratrem Augustum nuncupasset, Constantinopoli digressus est sub exitum anni 364, comitante eum Valente Augusto. Et per Thraciam profecti ambo Augusti, veris initio venerunt in Daciam anno Christi 365, et in urbe Thraciæ Naiso, vel potius in villa Mediana ad urbem Naisum, exercitus et rectores militiæ inter se partiti sunt. Mox cum in Pannoniam venissent, in urbe Sirmio palatium, id est officiales palatii,

Digitized by Google

ipsis legatione peteret ab imperatore, ut ad corrigendam fidei doctrinam convenire permitterentur. Qui cum imperatorem adiisset, et episcoporum mandata ei exposuisset, Valentinianus ita respondit: Mihi quidem in laicorum ordine constituto, fas non est hujusmodi negotia curiosius scrutari. Sacerdotes vero quibus id curæ est, seorsum ubicunque voluerint conveniant. Hæc cum imperator ad Hypatiani legationem respondisset, episcopi Lampsacum conveniunt. Cumque per bimestre spatium inter se consultassent, tandem decreverunt **228** ut ea quæ Constantinopoli studio Eudoxii atque Acacii gesta fuerant, irrita essent, et ut formula quidem fidei rejiceretur, quam velut ab Occidentalibus episcopis editam proferentes Eudoxiani, subscriptionibus quorumdam firmari curaverant, polliciti se opinionem dissimilis substantiæ damnaturos: quod tamen minime præstiterunt: ea vero sententia quæ Filium Patri similem prædicat secundum substantiam, prævaleret. Nam vocabulum, *similis*, necessario adjiciendum esse, ad significandam personarum differentiam, utque in omnibus ecclesiis ea teneretur fides, quæ Seleuciæ quidem confirmata, Antiochiæ vero in dedicatione majoris ecclesiæ exposita fuerat. Præterea decreverunt ut episcopi, qui depositi fuerant ab iis qui dissimilem Patri Filium asserebant, sedes suas postliminio recuperarent, quippe qui ecclesiis suis injuste spoliati fuissent. Quod si quis eos accusare vellet, sub paris condemnationis periculo id ageret. Judices autem essent episcopi Orthodoxi ipsius provinciæ, et ex vicinis provinciis congregati, in illa ecclesia, in qua præsto sint testes eorum quæ quisque gesserit. His decretis, Eudoxianos ad se vocarunt, et pœnitentiæ copiam

A τὸν Ἡρακλείας τῆς Περίνθου ἐπίσκοπον· ὥστε ἐπιτραπῆναι συνελθεῖν ἐπὶ διορθώσει τοῦ δόγματος. Προσελθόντος δὲ αὐτοῦ, καὶ τὰ παρὰ τῶν ἐπισκόπων διδάξαντος, ὑπολαβὼν Οὐαλεντινιανὸς, Ἐμοὶ μὲν, ἔφη, μετὰ λαοῦ τεταγμένῳ, οὐ θέμις τοιαῦτα πολυπραγμονεῖν· οἱ δὲ ἱερεῖς οἷς τούτου μέλει, καθ' ἑαυτοὺς ὅπη βούλονται συνίτωσαν. Τοιαῦτα δὲ τοῦ βασιλέως ἀποκριναμένου πρὸς τὴν Ὑπατιανοῦ πρεσβείαν, συνίασιν εἰς Λάμψακον. Καὶ δύο μῆνας βουλευσάμενοι, τελευτῶντες ἐψηφίσαντο, ἄκυρον εἶναι τὰ ἐν Κωνσταντινουπόλει πεπραγμένα σπουδῇ τῶν ἀμφὶ τὸν Εὐδόξιον καὶ Ἀκάκιον. Ἀργεῖν δὲ καὶ τὴν ἔκθεσιν τῆς πίστεως, ἣν ὡς δυτικῶν ἐπισκόπων οὖσαν προκομίσαντες, ὑπογράψαι τινὰς παρεσκεύασαν, ἐπὶ ὑποσχέσει ἀποκηρύξεως τοῦ ἀνομοίου κατ' οὐσίαν, ὃ B διεψεύσαντο. Κρατεῖν δὲ τὸ ὅμοιον δοξάζειν τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ κατ' οὐσίαν. Εἶναι γὰρ τοῦ ὁμοίου τὴν προσθήκην (63) ἀναγκαίαν, διὰ τὴν σημασίαν τῶν ὑποστάσεων. Πίστιν δὲ πολιτεύεσθαι κατὰ πᾶσαν Ἐκκλησίαν, τὴν ἐν Σελευκείᾳ ὁμολογηθεῖσαν, ἐκτεθεῖσαν δὲ ἐπὶ τῇ ἀφιερώσει τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἐκκλησίας. Τοὺς δὲ καθαιρεθέντας παρὰ τῶν ἀνόμοιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν λεγόντων, τοὺς ἰδίους ἀπολαμβάνειν θρόνους, ὡς παρανόμως ἐκβεβλημένους τῶν ἐκκλησιῶν. Εἰ δέ τις αὐτῶν κατηγορεῖν βούλεται, ἐκ τοῦ ἴσου κινδύνου τοῦτο ποιεῖν. Δικαστὰς δὲ εἶναι, τοὺς ὀρθῶς δοξάζοντας ἐν τῷ ἔθνει ἐπισκόπους, καὶ ἐκ τῶν πέλας ἐπαρχιῶν, συνιόντας ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἔνθα οἱ μάρτυρές εἰσι τῶν ἑκάστῳ βεβιωμένων. Ταῦτα ὁρίσαντες, C ἐπειδὴ τοὺς περὶ Εὐδόξιον κεκλήκασι, καὶ μετανοίας αὐτοῖς μετέδωκαν, οἱ δὲ οὐχ ὑπήκουον, τὰ δόξαντα ταῖς πανταχοῦ Ἐκκλησίαις ἐδήλωσαν. Λογισάμενοι δὲ, ὡς εἰκὸς, Εὐδόξιον τῆς οἰκείας μερίδος ποιῆσαι (64) τὰ βασίλεια, καὶ διαβαλεῖν αὐτοὺς, ἔγνωσαν φθάσαι, καὶ τὰ πεπραγμένα ἐν Λαμψάκῳ μηνῦσαι. Ὃ δὴ καὶ

## VALESII ANNOTATIONES.

inter se diviserunt. Et Valentinianus quidem Mediolanum, Valens vero Constantinopolim reversus est, ut scribit Ammianus Marcellinus in libro XXVI. Ex quibus manifeste convincitur Valentem anno Christi 365 vernis mensibus e Thraciis rediisse, cum jam consul esset. Ait enim Ammianus Marcellinus: † *Agentes in supra memoratis urbibus principes, sumpserunt primitus trabeas consulares.* Sed dubium est quasnam urbes intelligat Marcellinus, an Mediolanum et Constantinopolim, quas postremo loco nominavit; an vero Naisum et Sirmium. Utcunque tamen constat ex ejus narratione, Valentem non rediisse ex Thraciis, nisi a. Chr. 365, quo primum consul fuit cum Valentiniano. Fallitur præterea idem Baronius, qui motum Procopii confert in ann. Christi 364. Nam ex Ammiano Marcellino in libro XXVI, et ex *Fastis* Idatii, certissimum est Procopii rebellionem contigisse anno Christi 365, die quarto Kal. Octobres. Quare legati Lampsacenæ synodi, Valentem e Thraciis jam reversum convenire potuerunt Heracleæ in Thracia anno Christi 365, mense Junio, aliquot mensibus ante motum Procopii. Jam vero quod ad primum accusationis caput attinet, difficile est excusare Sozomenum, nisi dicamus pro voce ὁμοούσιον scribendum esse ὁμοιούσιον. Quæ quidem conjectura mihi valde placet. Certe Theodoritus in libris hæreticarum fabularum, ait Macedonianos, a quibus hanc synodum collectam esse constat, primum invexisse τὸ ὁμοιούσιον. Sed et Sozomenus ipse hanc emendationem confirmat; ait enim in hac synodo stabilitum esse τὸ ὅμοιον κατ' οὐσίαν.

D (63) *Τοῦ ὁμοίου τὴν προσθήκην.* Christophorsonus et Musculus interpretantur adjectionem hujus vocis, *similis*. Ego tamen interpretari mallem, adjectionem harum vocum κατ' οὐσίαν, quæ adjectæ sunt vocabulo *similis*. His enim vocibus Macedoniani aiebant everti errorem Sabellii, qui hypostases confundebat.

(64) *Τῆς οἰκείας μερίδος ποιῆσαι.* In codice Fuketiano scriptum est ποιεῖσθαι, quod magis placet

## VARIORUM.

† Si Valesius subscriptiones legum Cod. Theodosiani cum Ammiano contulisset, certo ei constitisset præfata omnia quæ ex eo historico refert, anno præterito (scil. anno 364) contigisse, quo Valentinianus varias leges dedit Mediolani, Aquileiæ, Altini, et Veronæ, postquam Constantinopoli seu Sirmio in Italiam rediit. Ant. Pagi, ad ann. 365, n. 4, qui ibidem contendit, concilium Lampsacenum anno 364 fuisse celebratum.

Digitized by Google

ἐποίουν, ἐπανιόντι Οὐάλεντι τῷ βασιλεῖ ἐκ Θρᾴκης ἐν Ἡρακλείᾳ περιτυχόντες. Ἀποδημοῦντι γὰρ τῷ ἀδελφῷ εἰς τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην, μέχρι τινὸς συνῆλθεν. Εὐδοξίῳ δὲ τὰ πρὸς βασιλέα καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἤδη κατὰ γνώμην διῴκεῖτο. Προσελθοῦσιν οὖν τοῖς ἐκ Λαμψάκου πρεσβευταῖς παρεκελεύσατο μὴ διαφέρεσθαι πρὸς Εὐδόξιον. Ἐπεὶ δὲ ἀντεῖπον, καὶ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένην ἀπάτην, καὶ τὰ βεβουλευμένα κατὰ τῶν ἐν Σελευκείᾳ δεδογμένων Εὐδοξίῳ ἐμέμφοντο, κινηθεὶς πρὸς ὀργὴν, τοὺς μὲν ὑπερορίαν οἰκεῖν προσέταξε, τὰς δὲ ἐκκλησίας παραδίδοσθαι τοῖς ἀμφὶ τὸν Εὐδόξιον. Ἐν τούτῳ δὲ τὴν Συρίαν κατέλαβεν. Ὑφωρᾶτο γὰρ, μή πως οἱ Πέρσαι τὰς ἐπὶ Ἰοβιανοῦ γενομένας τριακονταετεῖς σπονδὰς λύσωσι. Τῶν δὲ μηδὲν νεωτεριζόντων, ἐν Ἀντιοχείᾳ διέτριβεν. Ἡνίκα δὴ Μελετίου μὲν τοῦ ἐπισκόπου ὑπερορίαν φυγὴν κατεδίκασε [a]· Παυλίνου δὲ τὸν βίον αἰδεσθεὶς, ἐφείσατο. Τοὺς δὲ Εὐζωΐῳ μὴ κοινωνοῦντας, τῶν ἐκκλησιῶν ἀπήλαυνεν, εἰς χρήματά τε ἐζημίου, καὶ ᾐκίζετο, καὶ ἄλλως ἐπέτριβε.

A eis fecerunt. Sed cum isti minime obtemperassent, episcopi decreta sua omnibus ubique ecclesiis per litteras significarunt. Cum autem suspicarentur Eudoxium, ut erat verisimile, aulam principis ad partes suas traducturum, et ipsos calumniaturum esse; prævenire illum statuerunt, et ea quæ Lampsaci gesta erant indicare. Quod quidem etiam præstiterunt, Valentem imperatorem Heracleæ adeuntes, e Thracia tum revertentem. Fratrem enim Romam proficiscentem aliquatenus comitatus fuerat. Verum Eudoxius imperatoris et aulicorum animos jam in sententiam suam pertraxerat. Itaque imperator legatos Lampsaceni concilii ipsum adeuntes hortatus est, ne ab Eudoxio dissiderent. Quibus contradicentibus, et B fraudem Constantinopoli factam, initaque ab Eudoxio consilia adversus Seleucenæ synodi decreta objicientibus, imperator ira succensus, illos quidem abire in exsilium jussit, ecclesias vero Eudoxianis tradi. Post hæc imperator in Syriam perrexit. Verebatur enim ne Persæ triginta annorum inducias, quas cum Joviano pacti fuerant, rumperent. Sed cum Persæ nihil novi moliti essent, Antiochiæ consedit. Quo quidem tempore Meletium episcopum exsilio damnavit. Paulino autem pepercit, vitæ illius sanctimoniam reveritus. Eos autem qui cum Euzoio non communicarent, ecclesiis expulit, et partim pecuniis multavit, partim tormentis affecit, aut aliis modis vexavit.

## ΚΕΦΑΛ. Η'.

*Περὶ τῆς ἀποστασίας Προκοπίου καὶ παραδόξου τελευτῆς· ἔτι δὲ καὶ περὶ Ἐλευσίου τοῦ Κυζίκου, καὶ Εὐνομίου τοῦ αἱρετικοῦ· καὶ ὅπως τὸν Ἐλεύσιον διεδέξατο.*

Γέγονε δ' ἂν τότε, ὡς συμβαλεῖν ἔστι, καὶ τούτων δεινότερα, εἰ μὴ ὁ κατὰ Προκόπιον ἐπέλαβε πόλεμος. Τυραννήσας γὰρ ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ πολλὴν ἐν βραχεῖ χρόνῳ στρατιὰν ἀθροίσας, ἠπείγετο κατὰ Οὐάλεντος. Ὁ δὲ, ἐκ τῆς Συρίας ἐλάσας, συμβάλλει αὐτῷ περὶ Νακόλειαν τῆς Φρυγίας πόλιν· προδοσίᾳ τε Ἀγέλωνος καὶ Γωμαρίου τῶν αὐτοῦ στρατηγῶν ζωγρήσας, αὐτόν τε καὶ τοὺς προδότας ἐλεεινῶς ἀνεῖλε. Τοὺς μὲν γὰρ λέγεται, καίπερ εὐνοεῖν αὐτοῖς ὀμόσας, πρίοσι διχῇ διελεῖν· Προκοπίου δὲ δύο δένδροις οὐκ ἀπὸ πολλοῦ διεστῶσι καταχαμφθεῖσι πρὸς τὴν ἑκατέραν (65) ἑκατέρῳ φυτῷ προσῆψε σκέλος, καὶ ἀφῆκεν ἀνεγείρεσθαι· τὰ δὲ, πρὸς τὴν συνήθη στάσιν ἀνορθωθέντα, διέσπασε τὸν ἄνθρωπον. Ἐπεὶ δὲ τέλος ἔσχεν ὁ πόλεμος, ἧκεν εἰς Νίκαιαν· ἐν ἡσυχίᾳ τε γεγονὼς, αὖθις ἐτάραττε τοὺς οὐχ ὁμοίως αὐτῷ περὶ τὸ Θεῖον δοξάζοντας. Ὑπερφυῶς δὲ ἐχαλέπαινε κατὰ τῶν ἐν Λαμψάκῳ συνελθόντων, καθότι καὶ τοὺς τὰ Ἀρείου φρονοῦντας ἐπισκόπους, καὶ τὴν ἐν Ἀριμήνῳ περὶ τῆς πίστεως ἐκτεθεῖσαν γραφὴν ἀπεκήρυξαν.

## 229 CAP. VIII.

*De Procopii defectione et miserabili interitu. Item de Eleusio Cyziceno, deque Eunomio hæresiarcha, et quomodo is Eleusio successerit.*

Ac profecto, ut conjicere licet, his graviora tunc C temporis fuissent perpetrata, nisi bellum Procopii supervenisset. Nam cum iste tyrannidem arripuisset Constantinopoli, ac brevi temporis spatio maximas copias sibi comparasset, adversus Valentem contendit. Valens igitur e Syria digressus, juxta Nacoliam urbem Phrygiæ, cum Procopio manum conseruit. Quem Agilonis et Gomoarii ducum ipsius proditione, vivum cum cepisset, et ipsum et proditores ejus miserabili mortis genere interfecit. Hos enim, licet se illis bene velle jurejurando affirmasset, medios serra dissecuisse dicitur. Procopii vero crura, duabus arboribus haud procul a se invicem distantibus ad terram inflexis, alterum alteri arbori alligavit: ac rursus arbores in sublime erigi permisit. Quæ cum ad naturalem D stationem reverterentur, hominem discerpserunt. Confecto hoc bello Valens Nicæam venit. Cumque jam in quiete et otio degeret, eos qui non idem cum ipso de Divinitate sentirent, turbare iterum

## VALESII ANNOTATIONES.

(65) *Πρὸς τὴν... ἑκατέραν.* Hunc locum levi negotio sanavi hoc modo καταχαμφθεῖσι πρὸς γῆν, ἑκάτερον ἑκατέρῳ φυτῷ προσῆψε σκέλος. Nihil hac emendatione certius, quam ex parte confirmat Nicephorus in libro II, cap. 4.

## VARIORUM.

[a] *Ἡνίκα δὴ Μελετίου μὲν ὑπερορίαν φυγὴν κατεδίκασε.* Cum initio tantum anni 372 Valens Antiochiam pervenerit, ante cum annum Meletius Antiochenus episcopus in exsilium non amandatus. Ant. Pagi, ad ann. 370, n. 28.

Digitized by Google

aggressus est. Præcipue vero iis succensebat qui Lampsaci convenerant, eo quod episcopos qui Arii opinionem sequebantur, et formulam fidei quæ Arimini fuerat exposita, condemnassent. Hujusmodi ira succensus Eleusium ab urbe Cyzico accersit. Et episcoporum Arianorum collecto concilio, invitum cogere eum cœpit, ut cum illis in doctrina fidei consentiret. At ille, initio quidem restitit. Postea vero exsilium et proscriptionem bonorum reformidans: hæc enim imperator ei minabatur nisi paruisset; fecit quod imperabatur, statimque ipsum facti sui pœnituit. Et Cyzicum reversus, peccatum suum palam in ecclesia confessus est, hortatusque ut alterum suo loco episcopum ordinarent: neque enim fas esse, ut ipse amplius sacerdotio fungeretur, quippe qui suæ fidei proditor exstitisset. Verum Cyziceni, cum ob vitæ ejus integritatem singulari eum observantia ac benevolentia prosequerentur, alterum episcopum habere noluerunt. Quæ cum Eudoxius comperisset, qui Arianorum sectæ præerat Constantinopoli, Eunomium Cyzici episcopum ordinavit. Hunc enim utpote facundia pollentem, Cyzicenos in suam sententiam suadendo facile perducturum sperabat. Eunomius itaque cum venisset Cyzicum, juxta imperatoris præceptum excedente illinc Eleusio, ecclesias occupavit. **230** Ii vero qui Eleusium sectabantur, extra urbem constructa ecclesia, ibi collectas egerunt. Sed de Eunomio, ac de hæresi quæ ab illo cognominata est, paulo postea dicam.

Οὕτω δὲ ἔχων ὀργῆς, ἄγει ἐκ τῆς Κυζίκου Ἐλεύσιον· καὶ ὁμοδόξων αὐτῷ ἐπισκόπων σύλλογον καθίσας, ἐβιάζετο κοινωνεῖν αὐτοῖς τῆς πίστεως. Ὁ δὲ, τὰ πρῶτα ἀνδρείως ἀντέτεινεν· ὑπερορίαν δὲ φυγὴν καὶ τῆς οὐσίας ἀφαίρεσιν δείσας (ταῦτα γὰρ ἠπείλει μὴ πειθομένῳ), τὸ προσταχθὲν ἐποίησε. Καὶ εὐθὺς μετεμελεῖτο· ἐπανελθών τε εἰς Κύζικον, δημοσίᾳ τὴν ἁμαρτίαν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ἐξήγγειλε, καὶ ἕτερον ἐπίσκοπόν χειροτονεῖν παρεκελεύετο. Ἑαυτὸν γὰρ ἱερᾶσθαι μὴ προσήκειν ἔτι, ὡς οἰκείου δόγματος προδότην γενόμενον. Κυζικηνοὶ δὲ, αἰδοῖ τῆς τοῦ ἀνδρὸς πολιτείας εὔνοι ταμάλιστα αὐτῷ τυγχάνοντες, ἕτερον ἔχειν ἐπίσκοπον οὐχ εἵλοντο. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα Εὐδόξιος ἔγνω ὁ ἐν Κωνσταντινουπόλει τῆς Ἀρείου δόξης προεστὼς, χειροτονεῖ Εὐνόμιον ° τῆς Κυζίκου ἐπίσκοπον. Ὤετο γὰρ αὐτὸν δεινὸν ὄντα λέγειν, τινὶ πειθοῖ (66) ῥᾳδίως πρὸς τὸ οἰκεῖον δόγμα τοὺς Κυζικηνοὺς ἐφελκύσασθαι. Ὡς δὲ εἰς Κύζικον παρεγένετο προστάγματι βασιλέως, Ἐλευσίου ἐξελθόντος (67), τὰς ἐνθάδε ἐκκλησίας κατέσχεν. Οἱ δὲ Ἐλευσίῳ πειθόμενοι, εὐκτήριον οἶκον ἔξω κατασκευάσαντες, πρὸ τῆς πόλεως ἐκκλησίαζον. Εὐνομίου μὲν οὖν πέρι, καὶ τῆς ὁμωνύμου τούτων αἱρέσεως, μικρὸν ὕστερον ἐρῶ.

## CAP. IX.

*Quam graviter vexati sint eo tempore, qui fidem Nicæni concilii profitebantur, et de Agelio Novatianorum episcopo.*

Eodém modo exagitati sunt etiam ii, qui Constantinopoli fidem Nicæni concilii sequebantur, et una cum illis Novatiani[1]. Nam omnes quidem urbe ejici, Novatianorum vero etiam ecclesias claudi imperator præcepit. Alii enim non habebant quod clauderet; quippe jam pridem regnante Constantio ademptæ eis fuerant ecclesiæ. Sed et Agelium eo tempore exsilio damnavit: qui jam inde a Constantii temporibus, Novatianorum Ecclesiæ præerat Constantinopoli, et mirabili quadam ratione juxta leges ecclesiasticas vivere dicebatur. Nam quod in philosophia præcipuum est, a pecuniarum possessione semper alienus vixit, ejusque vivendi ratio id satis declarabat; utebatur enim simplici tunica,

## ΚΕΦΑΛ. Θ'.

*Ὅτι κακῶς τότε ἔπασχον οἱ τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν πρεσβεύοντες· καὶ περὶ Ἀγελίου τοῦ τῶν Ναυατιανῶν ἀρχομένου.*

Παραπλησίων δὲ κακῶν ἐπειρῶντο οἱ ἐν Κωνσταντινουπόλει πρεσβεύοντες τὸ δόγμα τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων, σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ οἱ τὰ Ναυάτου φρονοῦντες. Καὶ πάντας μὲν ἐλαύνεσθαι τῆς πόλεως· Ναυατιανῶν δὲ καὶ τὰς ἐκκλησίας ἀποκλείεσθαι προσέταξεν ὁ βασιλεύς· τῶν δὲ ἄλλων οὐκ εἶχεν ὅ τι ἀποκλείσειεν· ἤδη γὰρ πρότερον ἐπὶ τῆς Κωνσταντίου βασιλείας ἀφῄρηντο. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἀγέλιον τότε εἰς ὑπερορίαν φυγὴν κατεδίκασεν· ὃς ἐκ τῶν Κωνσταντίου χρόνων ἡγεῖτο ἐν Κωνσταντίνου πόλει τῆς Ναυατιανῶν Ἐκκλησίας. Ἐλέγετο δὲ ὅτι μάλιστα θαυμασίως πολιτεύεσθαι κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς νόμους· ὁ δὲ βίος ἦν αὐτῷ, τοῦτο δὴ τὸ προὖχον ἐν φιλοσοφίᾳ, κτήσεως χρημάτων ἐλεύθερος· καὶ ἡ

[1] Socr. lib. IV, c. 9.

## VALESII ANNOTATIONES.

(66) *Τινὶ πειθοῖ.* Nicephorus in lib. II, cap. 5, vocem addit hoc modo πειθοῖ τινι δαιμονίᾳ, ut scilicet phrasis esset elegantior.

(67) *Ἐλευσίου ἐξελθόντος.* Rectius apud Nicephorum legitur ἐξελαθέντος. Quam scripturam confirmat codex Fuketii, in quo legitur ἐξηλαθέντος. Cæterum libenter hujus loci distinctionem mutaverim in hunc modum: ὡς δὲ εἰς Κύζικον παρεγένετο, προστάγματι τοῦ βασιλέως Ἐλευσίου ἐξελαθέντος· quam distinctionem confirmat Nicephorus in loco citato.

## VARIORUM.

° *Χειροτονεῖ Εὐνόμιον.* Sub Valente, inquit hic Sozomenus, cui consentit Socrates, lib. IV, cap. 7; at Theodoritus *Hist.*, lib. II, cap. 27, et Philostorgius, lib. V, cap. 3, eum, Constantio imperante, ordinatum fuisse tradunt.

Digitized by Google

ἀγωγῇ ἐδείκνυ· ἑνί τε γὰρ χιτωνίῳ ἐχρῆτο, καὶ δίχα A ὑποδημάτων ἀεὶ ἐβάδιζεν· οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον αὐτὸς μετεκλήθη, καὶ τὰς ὑπ' αὐτὸν Ἐκκλησίας ἀπέλαβε, καὶ ἀδεῶς ἐκκλησίαζεν. Αἴτιος δὲ τούτων Μαρκιανός τις· ὃς ἐπὶ βίῳ καὶ λόγοις θαυμαζόμενος, πάλαι μὲν ἐν τοῖς βασιλείοις ἐστρατεύετο· τότε δὲ πρεσβύτερος ὢν τῆς Ναυατιανῶν αἱρέσεως, γραμματικοὺς λόγους ἐξεδίδασκε τὰς βασιλέως θυγατέρας, Ἀναστασίαν τε καὶ Καρῶσαν (68)· ὧν εἰσέτι νῦν ἐπώνυμα λουτρὰ κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολίν ἐστι. Διὰ γὰρ τὴν πρὸς αὐτὸν αἰδῶ καὶ χάριν, μόνοις Ναυατιανοῖς τὰ εἰρημένα ὑπῆρξε.

et absque calceis perpetuo incedebat. Idem tamen haud multo post ab exsilio revocatus, ecclesias suas recepit, et collectas libere celebravit. Cujus rei causam præbuit Marcianus quidam, vir tum ob vitæ integritatem, tum ob doctrinam admirabilis. Qui prius quidem in palatio militaverat: tunc vero Novatianorum sectæ presbyter factus, Anastasiam et Carosam imperatoris filias, artis grammaticæ præceptis erudiebat; quarum nomine balnea quædam Constantinopoli etiamnum appellantur. Ob hujus enim viri auctoritatem et gratiam, ea quæ modo dixi, Novatianis concessa sunt.

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

*Περὶ Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ νέου, καὶ Γρατιανοῦ· καὶ περὶ τοῦ κατὰ Οὐάλεντα διωγμοῦ· καὶ ὅτι* B *οἱ τὸ ὁμοούσιον δοξάζοντες, ὑπὸ τῶν Ἀρειανῶν καὶ Μακεδονιανῶν ἐλαυνόμενοι, πρὸς τὴν Ῥώμην διαπρεσβεύονται* (69).

Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, ὁμώνυμος τῷ βασιλεῖ Οὐαλεντινιανῷ γίνεται παῖς κατὰ τὴν Δύσιν· οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον, καὶ Γρατιανὸς ὃν πρὸ τῆς ἀρχῆς εἶχε, καθίστατο βασιλεύς. Ἐν τούτῳ δὲ, καίπερ παρὰ τὸ εἰωθὸς χαλάζης ἐμφεροῦς λίθοις ἐν πολλοῖς τόποις καταῤῥαγείσης, καὶ μεγίστων σεισμῶν, ἄλλαις τε πόλεσι, καὶ Νικαίᾳ τῇ Βιθυνῶν εἰς ἄγαν λυμηναμένων, οὐκ ἐπαύσαντο Οὐάλης τε ὁ βασιλεὺς καὶ Εὐδόξιος ὁ ἐπίσκοπος, τοὺς ἑτέρως αὐτοῖς δοξάζοντας Χριστιανοὺς ἐκδιώκοντες. Καὶ πρὸς μὲν τοὺς ὁμοδόξους τοῖς ἐν Νικαίᾳ συνελθοῦσιν, ἐδόκει πως αὐτοῖς κατορθῶσαι τὸ σπουδαζόμενον. Ἐν γὰρ τῷ πλείονι τῆς ὑπὸ C Οὐάλεντος ἀρχομένης, καὶ μάλιστα ἀνά τε Θρᾴκην καὶ Βιθυνίαν καὶ Ἑλλήσποντον, καὶ ἔτι τούτων προσωτέρω, οὔτε ἐκκλησίας, οὔτε ἱερέας εἶχον. Πρὸς δὲ τοὺς τὰ Μακεδονίου φρονοῦντας, πολυπλασίους αὐτῶν ὄντας κατὰ τόδε τὸ κλίμα, ἐχαλέπαινον· καὶ τραπέντες ἐπ' αὐτοὺς, οὐ μετρίως ἐδίωκον. Οἱ δὲ, δέει τῶν ἐπικειμένων κακῶν, διαπρεσβευσάμενοι πρὸς ἀλλήλους κατὰ πόλεις, ἄμεινον ἐδοκίμασαν ἐπὶ Οὐαλεντινιανὸν καὶ τὸν Ῥωμαίων ἐπίσκοπον καταφυγεῖν, κἀκείνοις μᾶλλον (69') ἢ Εὐδοξίῳ καὶ Οὐάλεντι καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτοὺς κοινωνεῖν τῆς πίστεως. Καὶ ἐπεὶ τάδε καλῶς ἔχειν ἔδοξεν, αἱροῦνται ἐπὶ τούτοις τρεῖς ἐξ αὐτῶν, Εὐστάθιόν τε τὸν ἐκ Σεβαστείας ἐπίσκοπον, καὶ Σιλβανὸν τὸν Ταρσοῦ, καὶ D Θεόφιλον τὸν Κασταβάλων, καὶ πρὸς Οὐαλεντινιανὸν τὸν βασιλέα πέμπουσι, γράψαντες Λιβερίῳ τῷ Ῥωμαίων ἐπισκόπῳ, καὶ τοῖς ἀνὰ τὴν Δύσιν ἱερεῦσιν, οἷα δὴ πίστιν δόκιμον καὶ βεβαίαν ἀπὸ τῶν ἀποστό-

## CAP. X.

*De Valentiniano Juniore et Gratiano, et de persecutione a Valente excitata, et quomodo Homousiani ab Arianis et Macedonianis exagitati, Romam legatos misere.*

Per idem tempus imperatori Valentiniano in Occidentis partibus natus est filius ejusdem nominis[1]. Nec multo post Gratianus, quem ante imperium susceperat, Augustus ab ipso est nuncupatus. Eodem tempore, licet grando inusitatæ magnitudinis instar lapidum multis in locis cecidisset, et gravissimi terræ motus tum alias urbes, tum præcipue Nicæam evertissent, **231** Valens tamen imperator et Eudoxius episcopus, Christianos qui ab ipsis dissentirent, persequi non cessarunt. Et quidem adversus eos qui Nicænorum antistitum sententiam sequebantur, res ipsis videbatur ex sententia aliquatenus succedere. Etenim majore in parte imperii Valentis, ac præcipue in Thracia, Bithynia, Hellesponto, et in ulterioribus provinciis, hi nec ecclesias habebant nec sacerdotes. Adversus Macedonianos vero, qui in illis partibus ipsos multitudine superabant, vehementi indignatione commoti sunt, et impetu in illos converso, non mediocriter eos vexarunt. Qui impendentium malorum metu perterriti, missis inter se per singulas urbes legationibus, satius esse judicarunt, ut ad Valentinianum et ad episcopum urbis Romæ confugerent, eorumque communioni jungerentur, quam ut cum Eudoxio et Valente, eorumque asseclis, in doctrina fidei communicarent. Hæc cum illi e re sua fore statuissent, tres ad id episcopos ex suo numero delegerunt, Eustathium Sebastiæ, Silvanum Tarsi, et Theophilum episcopum Castabalorum, eosque ad Valentinianum imperatorem mit-

[1] Socr., lib. IV, c. 10.

## VALESII ANNOTATIONES.

(68) *Ἀναστασίαν καὶ Καρῶσαν*. Idem legitur apud Socratem in lib. IV, cap. 8. Ubi vide si placet quæ annotavi. Et Anastasianas quidem balneas a Valente ædificatas non esse illic ostendi; Carosianæ autem balneæ a Valente constructæ ac dedicatæ sunt, agente præfecto urbis Vindalonio Magno, post consulatum Gratiani ter et Equitii, ut legimus in *Fastis* Idatii et in *Chronico Alexandrino*. Verum unde sic appellatæ sint, incertum est.

(69) Hujus capitis titulus male conceptus est a Græco illo scriptore, qui titulos capitum hujus Historiæ composuit. Quod idcirco monendum esse duxi, ne studiosi lectores in fraudem inducerentur, nosque id latuisse crederent. Verum ex ipso Sozomeno perspici facile potest, legationem illam Orientalium episcoporum ad Liberium papam, missam esse a Macedonianis, non autem a Catholicis seu Homousianis.

(69') *Κἀκείνῳ μᾶλλον*. Rectius in Fuketiano codice scriptum est κἀκείνοις. Opponit enim Va-

Digitized by Google

tunt, cum litteris ad Liberium Romanum episcopum et ad Occidentales antistites scriptis, quibus eos hortabantur, ut legatos suos omni ope adjuvarent, et cum illis quid agendum esset perpenderent, et statum Ecclesiæ prout ipsis visum esset corrigerent; quippe qui probam ac stabilem fidem ab apostolis traditam retinerent, ac præ cæteris omnibus religionis curam gerere deberent. Et legati quidem cum in Italiam venissent, imperatorem in Galliis morari didicerunt, bellum gerentem cum barbaris eas accolentibus. Cumque ipsis difficile visum esset iter in Gallias propter bellum, litteras dederunt Liberio. Et inito cum illo consilio de rebus quarum causa missi fuerant, Arium eosque qui idem cum illo sentirent ac prædicarent, sententia sua damnarunt. Omnem præterea hæresim fidei Nicæni concilii adversantem rejecerunt: *consubstantialis* denique vocabulum susceperunt, quippe quod idem significaret quod similis secundum substantiam. Harum rerum confessionem scriptis proditam cum Liberius ab ipsis accepisset, cum eis communicavit: scripsitque litteras ad Orientales episcopos, ob concordiam et fidei consensum eos laudans, et quæ cum legatis gesta erant, iisdem significavit. Porro Eustathii et collegarum confessio ejusmodi fuit.

A λων ἔχουσι, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων, προνοεῖν τῆς θρησκείας ὀφείλουσι, παντὶ σθένει συλλαβέσθαι τοῖς αὐτῶν πρέσβεσι, καὶ σὺν αὐτοῖς περὶ τῶν πρακτέων βουλεύσασθαι, ἕως ἂν δοκιμάσωσι (70) διορθῶσαι τὰ τῆς Ἐκκλησίας πράγματα. Καὶ οἱ μὲν, εἰς Ἰταλίαν ἀφικόμενοι, ἔγνωσαν τὸν βασιλέα εἰς Γαλατίαν διάγειν, τοῖς παρακειμένοις τῇδε βαρβάροις μαχόμενον. Ἀπόρου δὲ φανείσης αὐτοῖς τῆς ἐπὶ Γαλάτας ὁδοῦ διὰ τὸν πόλεμον, ἔδωκαν Λιβερίῳ (71) τὰ γράμματα. Κοινωσάμενοί τε περὶ ὧν ἐπρεσβεύοντο, καταγινώσκουσιν Ἀρείου, καὶ τῶν ὁμοίως αὐτῷ φρονούντων καὶ διδασκόντων. Ἀποκηρύττουσι δὲ καὶ πᾶσαν αἵρεσιν ἐναντιουμένην τῇ πίστει τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου· καὶ τὸ ὁμοούσιον ὄνομα δέχονται, ὡς τῷ ὁμοίῳ κατ' οὐσίαν τὰ αὐτὰ σημαῖνον. Ὡς δὲ τούτων B ἔγγραφον ὁμολογίαν αὐτῶν ἔλαβε Λιβέριος, ἐκοινώνησεν αὐτοῖς· καὶ τοῖς ἀνὰ τὴν Ἕω ἐπισκόποις ἔγραψε, τῆς ὁμονοίας καὶ τῆς περὶ τὸ δόγμα συμφωνίας ἐπαινῶν· καὶ τὰ πρὸς τοὺς πρέσβεις πεπραγμένα ἐμήνυσεν. Ἦν δὲ τῶν ἀμφὶ τὸν Εὐστάθιον ἡ ὁμολογία ἥδε.

**232** CAP. XI.

*Eustathii, Silvani ac Theophili, qui a Macedonianis ad Liberium missi fuerant, confessio.*

*Domino fratri et comministro Liberio, Eustathius, Silvanus et Theophilus, in Domino salutem.*

Propter insanas hæreticorum opiniones, qui Ecclesiæ catholicæ offensionis causam præbere non cessant, nos omnem illis occasionem adimere cupientes, profitemur et asseveramus, synodum episcoporum Orthodoxorum, quæ Lampsaci et Smyrnæ aliisque in locis habita est; cujus synodi legationem obeuntes, tum ad tuam benignitatem, tum ad universos Italiæ et Occidentis episcopos litteras afferimus, catholicam fidem tenere et custodire; quæ in sacrosancta synodo Nicæna temporibus beatæ memoriæ Constantini, a trecentis decem et octo divinitus inspiratis episcopis comprobata,[1] hactenus integra et inconcussa perpetuo permansit: in qua *consubstantialis* vocabulum adversus Arii

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

*Ὁμολογία Εὐσταθίου, Σιλβανοῦ, Θεοφίλου, τῶν ἀπὸ Μακεδονίας, πρὸς Λιβέριον τὸν Ῥώμης ἐπίσκοπον.*

*Κυρίῳ ἀδελφῷ, καὶ συλλειτουργῷ Λιβερίῳ, Εὐστάθιος, Σιλβανὸς, Θεόφιλος, ἐν Κυρίῳ χαίρειν.*

Διὰ τὰς τῶν αἱρετικῶν μανιώδεις ὑπονοίας, οἳ οὐ C παύονται ταῖς καθολικαῖς Ἐκκλησίαις σκάνδαλα ἐπισπείρειν, τούτου χάριν πᾶσαν ἀφορμὴν αὐτῶν ἀναιροῦντες, ὁμολογοῦμεν τὴν σύνοδον τὴν γενομένην ἐν Λαμψάκῳ, καὶ Σμύρνῃ, καὶ ἐν ἑτέροις διαφόροις τόποις τῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων· ἧς συνόδου πρεσβείαν ποιούμενοι, πρὸς τὴν χρηστότητά σου καὶ πάντας τοὺς Ἰταλοὺς καὶ δυτικοὺς ἐπισκόπους γράμματα κομίζομεν, τὴν πίστιν τὴν καθολικὴν κρατεῖν καὶ φυλάσσειν, ἥτις ἐν τῇ ἁγίᾳ Νικαέων συνόδῳ ἐπὶ τοῦ μακαρίου Κωνσταντίνου ὑπὸ τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ θεοφόρων Πατέρων βεβαιωθεῖσα, ἀκεραίᾳ καὶ ἀσαλεύτῳ τῇ καταστάσει ἕως νῦν καὶ διηνεκῶς μένει, ἐν ᾗ τὸ ὁμοούσιον ἁγίως καὶ

[1] Socr. lib. IV, c. 12.

VALESII ANNOTATIONES.

lentinianum ac Liberium, Valenti atque Eudoxio.

(70) *Ἕως ἂν δοκιμάσωσι.* Scribendum puto ὡς ἂν δοκ. Quam scripturam in versione mea secutus sum. Ita certe sensus longe apertior exsistit, qui in vulgata scriptura nullus est.

(71) *Ἔδωκαν Λιβερίῳ.* Socrates in libro IV, capite 12 hanc legationem Macedonianorum referre videtur consulatu secundo Valentiniani et Valentis, id est anno Christi 368. Verum Baronius ad annum Christi 365 graviter eum reprehendit. Nam cum Lampsacena synodus celebrata sit anno Christi 365, ut ex Socratis ipsius testimonio constat, quomodo legati ab illa synodo mitti potuerunt anno D Christi 368? Sed responderi potest, propter bellum Procopii, et Orientalis imperii tumultus qui post illam synodum contigerunt, tardius missos esse legatos. Præterea nec Socrates, nec Sozomenus, legatos illos missos esse dicunt a synodo Lampsacena. Missi quidem sunt post synodum Lampsacenam, et litteras synodicas ejus concilii detulerunt. Non tamen ab illa synodo directi sunt, si proprie loqui velimus. Scio quidem in libello fidei quem Eustathius, et Silvanus ac Theophilus obtulerunt Liberio papæ, diserte scribi illos episcopos legationem obiisse Lampsaceni concilii. Verum hoc ita intelligendum, est ut dixi.

Digitized by Google

εὐσεβῶς κεῖται, ὑπεναντίως τῆς Ἀρείου διαστροφῆς. Ὁμοίως καὶ ἡμᾶς μετὰ τῶν προειρημένων τὴν αὐτὴν πίστιν κεκρατηκέναι τε καὶ κρατεῖν, καὶ ἄχρι τέλους φυλάσσειν, ἰδίᾳ χειρὶ ὁμολογοῦμεν· καταχρίνοντες Ἄρειον καὶ τὴν ἀσεβῆ διδαχὴν αὐτοῦ, σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ πᾶσαν αἵρεσιν Πατροπασιανοῦ, Μαρκίωνος, Φωτινοῦ, Μαρκέλλου, καὶ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, καὶ τούτων τὴν διδαχὴν καὶ πάντας τοὺς ὁμόφρονας αὐτῶν· καὶ πάσας δὲ τὰς αἱρέσεις τὰς ἐναντιουμένας τῇ προειρημένῃ ἁγίᾳ πίστει, ἥτις εὐσεβῶς ἐξετέθη ὑπὸ τῶν ἁγίων Πατέρων ἐν Νικαίᾳ, ἀναθεματίζομεν· ἀναθεματίζοντες Ἄρειον ἐξαιρέτως, καὶ τὰ ἐν τῇ Ἀριμίνῳ, ὅσα ὑπεναντίως ταύτης τῆς προειρημένης πίστεως τῆς ἁγίας συνόδου Νικαέων ἐπράχθη· οἷς δόλῳ καὶ ἐπιορκίᾳ ὑποπεισθέντες ἐν Κωνσταντινουπόλει κομισθεῖσιν ἀπὸ Νίκης τῆς Θρᾴκης, ὑπεγράψαμεν. Ταῦτα ὁμολογήσαντες, καὶ τὴν ἐκτεθεῖσαν ἐν Νικαίᾳ πίστιν, αὐτοῖς ῥητοῖς τῇ οἰκίᾳ ὁμολογίᾳ συνῆψαν, καὶ περὶ τῶν πραχθέντων γράμματα Λιβερίου λαβόντες, ἔπλευσαν εἰς Σικελίαν.

A pravitatem pie sancteque positum est. Similiter etiam nos una cum supradictis eamdem fidem tenuisse ac tenere, et usque ad extremum spiritum servaturos esse, ipsi manu nostra profitemur, Arium et impiam ejus doctrinam, una cum discipulis illius, et eadem cum illo sentientibus condemnantes; omnem præterea hæresim Patropassiani, Marcionis, Photini, Marcelli et Pauli Samosateni. Horum doctrinam et universos qui idem cum illis sentiunt, omnes denique hæreses adversantes sanctæ fidei supradictæ, quæ pie a sanctis Patribus Nicææ exposita est, anathemate damnamus: anathema præcipue dicentes Ario, et iis quæ in Ariminensi synodo gesta sunt contra prædictam fidem sancti concilii Nicæni. Quibus ab oppido B Thraciæ Nice allatis, dolo ac perjurio circumventi, Constantinopoli subscripsimus. Cum hæc professi essent, fidem Nicææ editam iisdem plane verbis confessioni suæ subjunxerunt, et acceptis Liberii litteris de rebus quæ gestæ fuerant, in Siciliam navigarunt.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

*Περὶ τῆς ἐν Σικελίᾳ συνόδου, καὶ τῆς ἐν Τυάνοις, καὶ περὶ τῆς ἐν Κιλικίᾳ προσδοκωμένης ἔσεσθαι, ἣν διέλυσεν Οὐάλης· καὶ περὶ τοῦ τότε διωγμοῦ, καὶ ὡς Ἀθανάσιος ὁ μέγας πάλιν φυγὼν, ἀπεκρύβη· καὶ ὡς πάλιν γράμμασιν Οὐάλεντος ἀνεφάνη, καὶ τὰς κατ' Αἴγυπτον Ἐκκλησίας διεῖπεν.*

Γενομένης δὲ κἀκεῖσε συνόδου [p], καὶ τὰ αὐτὰ ψηφισαμένων τῶν τῇδε ἐπισκόπων, ἐπεὶ τάδε ἔπραξαν, ἐπανῆλθον. Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν σύνοδον ἀγόντων ἐν Τυάνοις (72) Εὐσεβίου τοῦ ἐπισκόπου τῆς Καππαδοκῶν Καισαρείας, Ἀθανασίου τε τοῦ Ἀγκύρας, καὶ Πελαγίου τοῦ Λαοδικείας, Ζήνωνός τε τοῦ Τυρίου, καὶ Παύλου τοῦ Ἐμέσης, Ὀτρέως τε τοῦ Μελιτηνῆς (73), καὶ Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζοῦ, καὶ πολλῶν ἄλλων, οἱ τὸ ὁμοούσιον πρεσβεύειν ἐψηφίσαντο ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἐπὶ τῆς Ἰοβιανοῦ βασιλείας, ἀναγινώσκεται τὰ Λιβερίου καὶ τῶν ἀνὰ τὴν δύσιν γράμματα. Περιχαρεῖς τε ἐπὶ τούτοις γενόμενοι, ἔγραψαν πάσαις ταῖς Ἐκκλησίαις, ἐντυχεῖν τοῖς

## 233 CAP. XII.

*De synodo Siciliensi, et de concilio Tyanis celebrato, et de illo quod in Cilicia futurum sperabatur, quod a Valente discussum est. Item de persecutione quæ tunc grassabatur: et quomodo Athanasius denuo fugiens, sese occultavit; postea vero Valentis litteris revocatus, processit in medium, et Ecclesias Ægypti gubernavit.*

Ibi congregato concilio, cum episcopi illius insulæ eadem decrevissent, his rebus confectis, in C patriam reversi sunt [1]. Eodem tempore cum synodus episcoporum congregata esset Tyanis, cui intererant Eusebius Cæsareæ Cappadociæ episcopus, Athanasius Ancyræ, Pelagius Laodiceæ, Zeno Tyri, Paulus Emesæ, Otreus Melitinæ, Gregorius Nazianzi, et alii complures, qui, regnante Joviano, Antiochiæ collecti, consubstantialis doctrinam retinendam esse decreverant, Liberii et Occidentalium litteræ recitatæ sunt. Qua ex re ingenti gaudio affecti, scripserunt ad omnes Ecclesias, ut Occidentalium episcoporum decreta perlegerent,

[1] Socr., lib. IV, cap. 12, 13.

### VALESII ANNOTATIONES.

(72) *Σύνοδον... ἐν Τυάνοις.* De hac synodo Tyanensi agit Baronius ad annum Christi 365, ubi multa congerit de ista synodo ex Basilii Cæsariensis epistolis. Nemo tamen de hac synodo uberius scripsit quam Sozomenus. Qui quidem diserte testatur eam synodum celebratam fuisse post reditum legatorum Orientalium ex Italia. Celebrata est igitur anno Christi 367, aut certe 368. Proinde erravit Baronius, qui eam synodum refert anno 365, eodem anno quo synodus Lampsaci habita fuerat. Quod quidem fieri nullo modo potest. Quomodo enim uno eodemque anno legati ab Orientis partibus in Italiam mitti, et Romæ cum Liberio D agere; atque inde reversi in Siciliam et per Illyricum, cum episcopis illic congregatis convenire potuerunt, et inde in Cappadociam ad Tyanense concilium proficisci?

(73) *Ὀτρέως τοῦ Μελιτινῆς.* Otreus dicitur a Basilio Magno in epistola 316, et ab imperatore Theodosio in lege tertia Codice Theodosiano de fide catholica. Gregorius episcopus Nazianzi qui post Otreum nominatur hoc loco, pater est Gregorii Nazianzeni, ut recte notavit Baronius; qui coadjutorem sibi filium in episcopatu adscivit extra spem successionis, ut ipse Nazianzenus declarat in oratione 8.

### VARIORUM.

[p] *Γενομένης δὲ κἀκεῖσε συνόδου.* Synodos Siculam et Tyanensem anno 366 coactas fuisse scribit Ant. Pagi, ad ann. 365, n. 6.



Digitized by Google

et epistolas tum Liberii, tum episcoporum Italiæ, Africæ, Galliæ et Siciliæ; nam et istorum litteras attulerant legati a synodo Lampsacena missi: utque omnium illorum numerum considerarent. Multo enim plures erant iis qui in Ariminensi concilio sederant. Præterea ut consentire cum illis et communicare vellent, seque ejusdem esse sententiæ per litteras indicarent. Postremo ut ante exitum veris ad statutum diem quem ipsi præscripserant, Tarsum Ciliciæ convenirent. Et hi quidem sese invicem hoc modo ad faciendam synodum hortabantur. Porro cum synodus jamjam congreganda esset in urbe Tarso, quatuor circiter ac triginta Asiani episcopi, in Caria Asiæ provincia collecti, studium quidem in restituenda Ecclesiarum concordia positum magnopere laudarunt. Consubstantialis autem vocabulum admittere recusabant, affirmantes fidem quæ Antiochiæ et Seleuciæ promulgata fuerat, **234** ratam esse oportere, quippe quæ et Luciani martyris fides esset, et non sine multis periculis ac laboribus ab ipsorum antecessoribus fuisset comprobata. Imperator vero, Eudoxii impulsu, concilium quod in Cilicia futurum sperabatur, diremit, scriptis ea de re litteris et adjectis minis. Specialiter quoque rectoribus provinciarum mandavit ut episcopos, qui Constantii temporibus depositi, postea regnante Juliano sacerdotium recuperaverant, Ecclesiis expellerent. Ob hanc jussionem ii qui in Ægypto magistratum gerebant, Athanasium ecclesiis illius loci spoliare, et ex civitate ejicere studuerunt. Neque enim levis pœna inserta erat imperatoris edicto: sed omnibus ex æquo præsidibus, eorumque officialibus et decurionibus, non modicæ pecuniæ mulcta irrogabatur, et corporis cruciatus intentabantur, nisi imperata fecissent. Verum multitudo Christianorum in unum collecta, rogavit præfectum, ne episcopum inconsulte expelleret, sed accuratius expenderet formam imperialium litterarum, quæ adversus eos solos valerent, qui post exsilium Constantianis temporibus irrogatum, regnante Juliano reversi

A ψηφίσμασι τῶν ἀνὰ τὴν δύσιν ἐπισκόπων, καὶ τοῖς Λιβερίου γράμμασι καὶ Ἰταλῶν, καὶ Ἄφρων, καὶ Γαλατῶν τῶν πρὸς δύσιν, καὶ Σικελῶν· ἐκόμισαν γὰρ καὶ τούτων γράμματα οἱ ἐκ Λαμψάκου πρέσβεις· καὶ ἀναλογίσασθαι (74) τὸν πάντων ἀριθμόν. Πολλῷ γὰρ τῷ πλήθει τὴν ἐν Ἀριμίνῳ σύνοδον ἐνίκων· καὶ ὁμόφρονας αὐτοῖς γενέσθαι καὶ κοινωνούς· καὶ ὅτι ταύτης εἰσὶ τῆς γνώμης, διὰ γραφῆς οἰκείας δηλῶσαι· συνελθεῖν δὲ εἰς Ταρσὸν τῆς Κιλικίας ἔτι ἦρος ὄντος, εἰς ῥητὴν ἡμέραν ἣν ὥρισαν, καὶ οἱ μὲν, ὧδε ἀλλήλους συνιέναι προετρέποντο. Ἤδη δὲ συνίστασθαι μελλούσης τῆς ἐν Ταρσῷ συνόδου, συνελθόντες ἐν Καρίᾳ τῆς Ἀσίας (75) ἀμφὶ τριάκοντα τέσσαρες τῶν Ἀσιανῶν ἐπισκόπων, τὴν μὲν ἐπὶ τῇ ὁμονοίᾳ τῶν Ἐκκλησιῶν σπουδὴν ἐπῄνουν· παρῃτοῦντο δὲ τὸ τοῦ
B ὁμοουσίου ὄνομα· καὶ τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ καὶ Σελευκείᾳ ἐκτεθεῖσαν πίστιν χρῆναι κρατεῖν ἰσχυρίζοντο, ὡς καὶ Λουκιανοῦ τοῦ μάρτυρος οὖσαν, καὶ μετὰ κινδύνων καὶ πολλῶν ἱδρώτων παρὰ τῶν πρὸ αὐτῶν δοκιμασθεῖσαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς, Εὐδοξίου σπουδῇ, τὴν ἐν Κιλικίᾳ προσδοκωμένην διέλυσε σύνοδον, γράψας περὶ τούτου καὶ ἀπειλὰς ἐπιθείς. Ἐν μέρει δὲ τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐθνῶν, ἀπελαύνειν τῶν Ἐκκλησιῶν προσέταξε ¶ τοὺς ἐπὶ Κωνσταντίου καθαιρεθέντας ἐπισκόπους, αὖθις δὲ τὴν ἱερωσύνην ἀναλαβόντας ἐπὶ τῆς Ἰουλιανοῦ βασιλείας. Ἐκ ταύτης δὲ τῆς προστάξεως, καὶ ταῖς ἀνὰ τὴν Αἴγυπτον ἀρχαῖς σπουδὴ γέγονεν, ἀφελέσθαι τῶν αὐτόθι ἐκκλησιῶν Ἀθανάσιον, καὶ τῆς πόλεως ἀπελάσαι. Οὐ τὸ τυχὸν γὰρ
C ἐπιτίμιον ἐνέκειτο τῷ βασιλείῳ γράμματι, εἰ μὴ ταῦτα γένοιτο, πάντων ἐπίσης ἀρχόντων τε καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς στρατιωτῶν, καὶ βουλευτηρίων, ἔκτισιν πολλῶν χρημάτων καταδικάζον, καὶ σώματος αἰκισμοὺς ἀπειλούμενον. Συνελθὸν δὲ τὸ πλῆθος τῶν Χριστιανῶν, ἐζήτουν τὸν ὕπαρχον, ἀπερισκέπτως μὴ ἀπελαύνειν τὸν ἐπίσκοπον· ἀκριβέστερον δὲ σκοπεῖν τὸν ὅρον τῶν βασιλείων γραμμάτων, ὡς κατ' ἐκείνων μόνων κρατοῦντα τῶν ἐπὶ Ἰουλιανοῦ κατελθόντων μετὰ τὴν ἐπὶ Κωνσταντίου φυγήν. Τὸν δὲ Ἀθανάσιον ἔλεγον, φυγεῖν μὲν ἐπὶ Κωνσταντίου, μετακληθῆναι δὲ παρ' αὐτοῦ καὶ τὴν ἐπισκοπὴν ἀπολαβεῖν· Ἰουλιανὸν δὲ

## VALESII ANNOTATIONES.

(74) *Καὶ ἀναλογίσασθαι.* Christophorsonus vertit *numerum secum subducerent*. Musculus vero interpretatus est *recenserent*: quod minus probo. Epiphanius autem Scholasticus vertit *considerarent*. Cujus interpretationem sequi malui, cum Lango Nicephori interprete.

(75) *Ἐν Καρίᾳ τῆς Ἀσίας.* Epiphanius Scholasticus legisse videtur ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Καρίας. Sic enim vertit: *Cumque synodus pararetur in Tarso, convenientes in Antiochia Cariæ ferme tri-*
D *ginta quatuor Asiani pontifices*, atque ita Nicephorus in cap. 9, lib. II, ex interpretatione Joannis Langi. Nam Græca Nicephori hodie desiderantur. Atque hanc scripturam equidem vulgatæ longe antepono. Quid enim sibi volunt hæc verba? Καρίᾳ τῆς Ἀσίας. Quid opus est addere nomen Asiæ, quasi verendum sit ne aliam Cariam extra Asiam intelligamus. Fuit etiam altera synodus Antiochiæ in Caria, de qua Sozomenus in libro septimo cap. 2.

## VARIORUM.

¶ *Προσέταξε.* Hoc Valentis edictum anno 367 ante Pascha emissum fuit. Ex quo intelligimus concilium Tarsense celebrandum fuisse verno tempore ejusdem anni; et Valesium in notis ad Socratem, et Sozomenum aliosque quosdam viros doctos male distulisse legationem Macedonianorum ad Liberium papam, et concilia Siculum et Tyanense usque ad hunc annum 367, cum eo anno jam Liberius defunctus esset, et ante Pascha ejusdem anni edictum de pellendis episcopis post illa concilia celebrata emanatum, jam exsecutioni mandatum fuerit. (Ant. Pagi, ad ann. 365, n. 8.)

Digitized by Google

πάντας καταγαγόντα, μόνον αὐτὸν διῶξαι· πάλιν δ' αὖ Ἰοβιανὸν αὐτὸν μετακαλέσασθαι. Ταῦτα λέγοντες, οὐκ ἔπειθον. Ἀντεῖχον δὲ ὅμως, καὶ βιάζεσθαι οὐ συνεχώρουν. Πανταχόθεν δὲ τοῦ δήμου συῤῥέοντος, καὶ πολλοῦ θορύβου καὶ ταραχῆς ἀνὰ τὴν πόλιν ὄντων, καὶ στάσεως προσδοκωμένης, ἐμήνυσεν ὁ ὕπαρχος βασιλεῖ τὰ γενόμενα, συγχωρήσας αὐτὸν ἐν τῇ πόλει διάγειν. Ἤδη δὲ πολλῶν διαγενομένων ἡμερῶν, καὶ τῆς κινηθείσης στάσεως πεπαῦσθαι δοκούσης, ἑσπέρας λαθὼν Ἀθανάσιος ἐξῆλθε τῆς πόλεως, καὶ εἴς τι χωρίον ἐκρύπτετο. Ἀωρὶ δὲ τῆς αὐτῆς νυκτὸς ὁ ὕπαρχος Αἰγύπτου, καὶ ὁ τῶν τῇδε στρατευμάτων ἡγεμὼν, κατέλαβον τὴν ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ τὸ καταγώγιον εἶχε· πανταχοῦ τε καὶ εἰς τὰς ὑπερῴους οἰκήσεις ἀναζητήσαντες αὐτὸν, ὑπεχώρουν διαμαρτόντες τῆς βουλῆς. Ὤοντο γὰρ λοιπὸν τοῦ πλήθους ἐπιλελησμένου τῆς προτέρας κινήσεως, εἰ ἐπίθοιντο πάντων πρὸς ὕπνον τετραμμένων, ῥᾳδίως τὴν βασιλέως πρόσταξιν ἐπιτελέσειν, καὶ τὴν πόλιν ἀστασίαστον φυλάξειν. Θαῦμα δὲ πάντας εἰκότως εἶχεν, Ἀθανασίου μὴ εὑρεθέντος. Εἴτε γὰρ θείας δυνάμεως προειπούσης ὑπανεχώρησεν, εἴτε τινῶν ἀναγγειλάντων, ἀμφότερα εἰς ταυτὸν τελεῖ. Καὶ προμηθείας (76) ἢ κατὰ ἄνθρωπον ἐδόκει, εἰς ἀναγκαῖον ὧδε καιρὸν προμαθεῖν τὴν ἐπιβουλὴν καὶ φυλάξασθαι. Ἕτεροι δέ φασιν, ὡς τὴν τοῦ πλήθους παράλογον κίνησιν προορῶν, δείσας τε μὴ τῶν ἐντεῦθεν συμβησομένων δεινῶν αἴτιος εἶναι δόξει, πάντα τοῦτον τὸν χρόνον ἐν πατρῴῳ μνήματι διέτριβε. Καὶ ὁ μὲν ὧδε διαφυγὼν[r] ἐλάνθανεν. Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἔγραψεν ὁ βασιλεὺς, αὐτὸν ἐπανελθεῖν καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἔχειν. Τεκμαίρομαι δὲ Οὐάλεντα παρὰ σκοπὸν ἐπὶ ταύτην τὴν γραφὴν ἐλθεῖν, ἢ τὴν κρατοῦσαν περὶ Ἀθανασίου δόξαν λογιζόμενον, καὶ ὅτι τούτου χάριν εἰκὸς ἦν μέμψασθαι Οὐαλεντινιανὸν, ἐπειδὴ τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων τὸ δόγμα ἐπρέσβευσεν· ἢ τῶν ἐπαινούντων αὐτὸν πολλῶν ὄντων, τὴν κίνησιν ὑφορώμενον, μή τι νεωτερίσωσιν ἐπὶ βλάβῃ τῶν κοινῶν πραγμάτων. Οἶμαι δὲ, ὡς εἰκὸς, καὶ τοὺς προεστῶτας τῆς Ἀρείου αἱρέσεως, μὴ λίαν ἐπιθέσθαι τῇ περὶ τούτου σπουδῇ· λογισαμένους, ὡς τῆς πόλεως ἐκβληθεὶς, αὖθις ὀχλήσει τοῖς βασιλεῦσι, καὶ ἀφορμὴν ἐντεῦθεν ἕξει τῆς πρὸς αὐτοὺς ὁμιλίας, καὶ μεταπείσει Οὐάλεντα· Οὐαλεντινιανὸν δὲ καὶ εἰς ὀργὴν κινήσει, ὡς ὁμόφρονα. Μάλιστα γὰρ περιδεεῖς ἦσαν ἐκ τῶν ἐπὶ Κωνσταντίου συμβάντων, πεπειραμένοι τῆς αὐτοῦ ἀρετῆς. Ἐπιτοσοῦτον γὰρ καὶ τότε τῆς τῶν ἐναντίων ἐκράτησεν ἐπιβουλῆς, ὡς ἀσμένως αὐτῷ παραχωρῆσαι τῶν ἀνὰ τὴν Αἴγυπτον Ἐκκλησιῶν, καὶ ἐπὶ

A essent. Athanasium porro aiebant relegatum quidem fuisse sub Constantio, sed, eodem Constantio revocante, episcopatum suum recuperasse; et Julianum quidem cum alios omnes ab exsilio revocasset, hunc solum persecutum esse; Jovianum vero denuo eum restituisse. Hæc cum dicerent, non persuaserunt præfecto: restiterunt nihilominus, nec passi sunt vim inferri Athanasio. Cumque multitudo vulgi conflueret, ingensque tumultus ac perturbatio totam urbem occuparet, ac seditio jamjam futura exspectaretur, præfectus rem imperatori significavit, passus interim Athanasium in urbe remanere. Postea vero, multis jam elapsis diebus, cum seditio exstincta esse videretur, vespertino tempore Athanasius clam ex civitate digres-
B sus, in quodam loco sese occultavit. Eademque nocte præfectus Alexandriæ, et dux militum Ægypti, ecclesiam in qua diversorium erat Athanasii, occuparunt. Et cum illum ubique, in ipsis etiam tectis et culminibus perquisivissent, consilio suo frustrati discesserunt. Sic enim existimabant, populo jam prioris seditionis oblito, cunctisque somno oppressis, se, si impetum facerent, imperatoris jussa facile exsecuturos, et urbem seditionis expertem servaturos esse. Ingens porro admiratio cunctos subiit, quod Athanasius inventus non esset. Nam sive divina revelatione, sive quorumdam hominum indicio præmonitus effugerit, utrumque eodem recidit. Certe ut quis tam opportuno tempore prænoscere insidias et cavere possit, id majoris
C videtur esse providentiæ, quam quæ **235** in hominem cadat. Alii dicunt, Athanasium, cum inconsultum populi tumultum prævideret, veritum ne malorum quæ ex eo eventura essent, auctor fuisse diceretur, toto hoc tempore in monumento patrio delituisse. Et Athanasius quidem hac ratione elapsus, sese occultavit. Imperator vero, non multo post scripsit ei, ut rediret, et Ecclesiam suam reciperet. Cæterum suspicor Valentem non ex animi sui sententia ista scripsisse, sed vel quod constantem omnium hominum existimationem de virtute Athanasii secum ipse reputaret, et ob hanc causam procul dubio Valentinianum id moleste laturum: quippe qui Nicæni concilii doctrinam amplexus esset: vel quod multitudinem eorum qui
D Athanasio favebant, formidaret, ne quid in damnum reipublicæ molirentur. Arbitror etiam, id quod verisimile est, Arianorum antistites non ita vehementi studio in illum incubuisse: prævidentes

## VALESII ANNOTATIONES.

(76) *Καὶ προμηθείας.* Supplendus videtur hic locus in hunc modum καὶ προμηθείας μείζονος ἢ κατὰ ἄνθρωπον εἶναι δοκεῖ, vel ἐδόκει.

## VARIORUM.

r *Καὶ μὲν ὧδε διαφυγών.* Fugam Athanasii postremam, cum erudito viro Antonio Pagio, in annum rejicimus circiter 367. Quia scilicet ait Theophanes Athanasium quadraginta sex annis episcopali perfunctum munere, totos quadraginta in periculis calamitatibusque versatum, ita ut sex postremis solum vitæ suæ annis ei licuerit alta et imperturbata frui pace. Quæ sane temporis ratio constabit, si ad annum 367 ejus fugam reditumque conferamus. (Clariss. monachi Benedictini in *Vita Athanas.*, pag. 85.)

Digitized by Google

futurum ut ille ex civitate pulsus, denuo imperatores interpellaret, et occasionem eos adeundi nancisceretur: ac Valentem quidem in suam sententiam pertraheret: Valentinianum vero, utpote ejusdem fidei sectatorem, ad iram excitaret. Nam cum virtutem ejus viri perspectam haberent ex iis quæ principatu Constantii acciderant, ingenti metu percellebantur. Etenim eo quoque tempore, adversariorum insidias tantopere superavit, ut Ecclesias Ægypti libenter ei concesserint: ipse vero litteris Constantii vix adductus fuerit, ut hac conditione ex Italia reverteretur. Et hanc quidem causam fuisse conjicio, cur Athanasio adempta non sit Ecclesia, perinde ac reliquis episcopis. In reliquos vero persecutio incubuit, non dissimilis illi quæ a gentilibus olim fuerat excitata. Nam qui doctrinam illorum sequi detrectarent, iis irrogabantur exsilia. Et Ecclesiæ iis quidem adimebantur, illis autem tradebantur. Verum Ægyptus istarum calamitatum expers interim fuit, Athanasio adhuc superstite.

A τούτῳ μόλις εἶξαι (77) Κωνσταντίου γράμμασιν, ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐπανελθεῖν. Τὸ μὲν οὖν αἴτιον, καθότι Ἀθανάσιος ἐπίσης τοῖς ἄλλοις οὐκ ἀφῃρέθη τῆς Ἐκκλησίας, τοῦτο εἰκάζω εἶναι. Τοῖς δὲ λοιποῖς μονονουχὶ διωγμὸς συνέβη, Ἑλληνικῷ παραπλήσιος. Φυγαί τε γὰρ ὑπερόριοι ἐσπουδάζοντο τῶν τὰ αὐτὰ φρονεῖν ἀναινομένων· καὶ εὐκτήριοι οἶκοι, τῶν μὲν ἀφῃροῦντο· τοῖς δὲ παρεδίδοντο· ἡ δὲ Αἴγυπτος τέως τούτων ἀπείρατος ἦν, ἔτι Ἀθανασίου τῷ βίῳ περιόντος.

## CAP. XIII.

*Quomodo Demophilus Arianus post Eudoxium factus sit episcopus Constantinopoleos; orthodoxi vero Evagrium elegerint; et de persecutione ob eam rem excitata.*

Interea imperator Valens Antiochiam ad Orontem sitam proficisci decrevit [1]. Qui dum in itinere esset, Eudoxius ex hac vita discessit, undecim annis episcopatu Constantinopolis perfunctus. Demophilus **236** vero, ejus loco ab Arianis ordinatus, ecclesias urbis regiæ administrandas suscepit. Verum Nicænæ fidei propugnatores, opportunum sibi tempus oblatum rati, Evagrium quemdam sibi episcopum delegerunt. Hunc Eustathius, is qui olim Antiochenam Ecclesiam rexerat, ordinavit. Namque is, cum Jovianus ipsum ab exsilio revocasset, clam eo tempore Constantinopoli morabatur, Homusianos docens, atque exhortans ut in eadem de Divinitate sententia permanerent. Hinc igitur Ariani ad seditionem commoti, fautores ordinationis Evagrii acerbe persequi cœperunt. Quibus cognitis, imperator Nicomediæ aliquantisper substitit. Ac veritus ne quid mali urbi regiæ per seditionem accideret, milites eo mittere decrevit, quantos ad eam rem satis esse judicabat. Et Eustathium quidem comprehensum, in oppidum Thraciæ Bizuam relegari jussit: Evagrium vero alio abduci. Atque hæc quidem gesta sunt in hunc modum.

B

## ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

*Ὡς μετὰ Εὐδόξιον Δημόφιλος Ἀρειανὸς Κωνσταντινουπόλεως γίνεται ἐπίσκοπος· τὸ δὲ εὐσεβές, Εὐάγριον προχειρίζονται· καὶ περὶ γενομένου ἐντεῦθεν διωγμοῦ.*

Τῷ δὲ βασιλεῖ Οὐάλεντι τὴν παρ' Ὀῤῥόντην Ἀντιόχειαν καταλαβεῖν ἐδόκει. Ἐχομένου δὲ αὐτοῦ τῆς ὁδοῦ, τελευτᾷ τὸν βίον Εὐδόξιος, ἐπὶ ἕνδεκα ἐνιαυτοῖς κρατήσας τῶν ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ἐκκλησιῶν. Ἐπιτρέπεται δὲ ταύτας Δημόφιλος, χειροτονηθεὶς εἰς τὴν αὐτοῦ διαδοχὴν παρὰ τῶν τὰ Ἀρείου φρονούντων. Οἱ δὲ τοῦ δόγματος τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, νομίσαντες εἰς καιρὸν αὐτοῖς τάδε συμβεβηκέναι, ψηφίζονται Εὐάγριόν τινα ἐπισκοπεῖν αὐτῶν. Χειροτονεῖ δὲ τοῦτον Εὐστάθιος, ὃς τὴν Ἀντιοχέων τῶν Σύρων διεῖπεν Ἐκκλησίαν. Μετακληθεὶς γὰρ ὑπὸ Ἰοβιανοῦ ἐκ τῆς ὑπερορίας φυγῆς, λάθρα τότε ἐν Κωνσταντίνου πόλει διέτριβε, τοὺς ὁμοδόξους αὐτῷ διδάσκων, καὶ προτρέπων ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένειν περὶ τὸ C θεῖον γνώμης. Ἐντεῦθεν οἱ μὲν ἀπὸ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως πρὸς στάσιν ἀνακινηθέντες, χαλεπῶς ἐδίωκον τοὺς σπουδαστὰς τῆς Εὐαγρίου χειροτονίας. Ὁ δὲ βασιλεὺς ταῦτα γνοὺς ἐν Νικομηδείᾳ τέως τὴν ὁδὸν ἐπέσχε. Δείσας δὲ περὶ τῆς πόλεως μή τι πάθῃ ὑπὸ στάσεως, σύνοιδε πέμψαι στρατιώτας εἰς Κωνσταντινούπολιν, οὓς ἱκανοὺς ἐνόμισεν εἰς τοῦτο. Εὐστάθιον δὲ συλληφθέντα προσέταξεν ἐν Βιζύῃ (78) πόλει τῆς Θρᾴκης διάγειν, καὶ Εὐάγριον ἑτέρωθι ἀπάγεσθαι. Καὶ τὰ μὲν ὧδε ἔσχε.

## CAP. XIV.

*De octoginta orthodoxis presbyteris, quos Valens medio in mari combussit Nicomediæ.*

Ariani vero, ut in rebus secundis evenire solet, insolentiores facti, eos qui ab ipsis dissentiebant,

D

## ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

*Περὶ τῶν πρέσβεων (79) τῶν εὐσεβῶν ὀγδοήκοντα, οὓς Οὐάλης σὺν πλοίῳ μέσης θαλάσσης κατέκαυσεν ἐν Νικομηδείᾳ.*

Θρασύτεροι δὲ, ὡς φιλεῖ συμβαίνειν τοῖς εὐτυχοῦσιν, οἱ τὰ Ἀρείου φρονοῦντες γενόμενοι, οὐκ ἀνεκτὰ

[1] Socr., lib. IV, cap. 14, 15.

## VALESII ANNOTATIONES.

(77) *Καὶ ἐπὶ τούτῳ μόλις εἶξαι.* Ante hæc verba finalis distinctio apposita est in codice Fuketiano. Quare non dubito quin hoc loco scribendum sit εἶξε, quod est longe elegantius et clarius. Non enim refertur ad ὡς, sed ad verbum ἐκράτησε quod præcessit.

(78) *Ἐν Κιζύῃ.* Restituendum est Βιζύῃ, ut legitur in codice Fuketiano, et apud Socratem in lib. IV, cap. 15, ubi vide, si placet, quæ notavi. Ejusdem oppidi meminit Palladius in *Dialogo de vita Joannis Chrysostomi*.

(79) *Πρέσβεων.* Male Christophorsonus legatos vertit cum presbyteros vertere debuisset. Certe Sozomenus ecclesiasticos eos fuisse dicit. Gregorius vero Nazianzenus in oratione 20, presbyteros appellat: Πρεσβυτέρων ἐμπρησμοὶ θαλάττιοι.

Digitized by Google

ἐπεβούλευον τοῖς ἀπὸ τῆς ἐναντίας δόξης. Οἱ δὲ, εἴς τε σῶμα ὑβριζόμενοι, ἄρχουσί τε καὶ δεσμωτηρίοις παραδιδόμενοι, καὶ τὰς οὐσίας κατ' ὀλίγον δαπανώμενοι ταῖς ἐνθένδε συχνῶς συμβαινούσαις ζημίαις, ἔγνωσαν δεηθῆναι τοῦ βασιλέως, ὅπως τινὰ τῶν δεινῶν εὕροιεν ἀπαλλαγήν. Καὶ ἐκκλησιαστικοὺς ὀγδοήκοντα ἄνδρας ἐπὶ τοῦτο εἵλοντο, ὧν ἡγοῦντο Οὐρβανὸς καὶ Θεόδωρος καὶ Μενέδημος. Ὡς δὲ εἰς Νικομήδειαν ἀφίκοντο, βιβλίον ἐπέδωκαν τὰ κατ' αὐτοὺς ἐγγράψαντες. Ὁ δὲ, σφόδρα θυμωθεὶς, ὅσον ὠργίσθη οὐκ ἐγένετο δῆλος· λάθρα δὲ ὑπάρχῳ προσέταξε συλλαβεῖν αὐτοὺς καὶ ἀνελεῖν. Ὁ δὲ ὕπαρχος δείσας μὴ στασιάσῃ τὸ πλῆθος, τοσούτων εὐλαβῶν ἀνδρῶν καὶ μηδὲν ἠδικηκότων παραλόγως ἀναιρουμένων, πλάττεται καταδικάζειν αὐτῶν ὑπερορίαν φυγήν. Ὡς ἐπὶ τοῦτο δὲ πέμπων αὐτοὺς, εἰς πλοῖον ἐνεβίβασεν, οὐκ ἀγεννῶς τάδε παθεῖν ὑπομένοντας. Ἐπεὶ δὲ πλέοντες κατὰ μέσον τοῦ Ἀστακίου καλουμένου κόλπου ἐγένοντο, οἱ μὲν ναῦται πυρὶ τὸ σκάφος ὑφάψαντες, ὡς ἦν αὐτοῖς προστεταγμένον, ὑπεχώρουν εἰς τὸ ἐφόλκιον μεταπηδήσαντες. Ἡ δὲ ναῦς ὑπὸ ἐπιφόρου ἀνέμου ἐλαυνομένη, ἄχρι Δακιβίζης, χωρίον δὲ τοῦτο τῆς παραλίου Βιθυνίας, διήρκεσε πρὸς τὸν ἔκπλουν (80). Ἅμα δὲ τῇ γῇ προσέσχε, καὶ διελύθη, σὺν αὐτοῖς ἀνδράσι καταφλεγεῖσα.

A acerbissime persequi instituerunt [1]. Qui cum et cruciatus corporis sustinerent, et ad præsidum tribunalia et carceres traherentur, et ob crebra quæ inde ipsis eveniebant damna, facultatibus suis paulatim nudarentur, imperatori supplicare decreverunt, ut his calamitatibus aliqua ex parte liberarentur. Hujus rei causa octoginta viros ecclesiasticos delegerunt, inter quos Urbanus, Theodorus ac Menedemus principem locum obtinebant. Qui cum Nicomediam venissent, libellum Valenti obtulerunt, in quo ea perscripserant quæ ad causam ipsorum pertinerent. At Valens, quamvis supra modum indignaretur, iræ tamen suæ gravitatem non prodidit, sed clam mandavit præfecto, ut eos comprehensos interficeret. Præfectus vero, timens B ne vulgus seditionem concitaret, si tot pii viri qui nihil deliquerant, præter jus ac rationem occiderentur, simulat se exsilio eos addicere, et tanquam in exsilium mittendos, navigio imponi jubet, quod quidem illi forti animo ferre parati erant. Porro cum ad medium Astaceni sinus navigando pervenissent, nautæ, succensa nave, sicut ipsis fuerat imperatum, in scapham desilientes abscedunt. Navis vero ipsa secundo vento impulsa, Dacibizam usque, qui **237** locus est in Bithynia ad mare situs, valuit pervenire. Sed simul atque ad terram appulit, dissoluta una cum ipsis hominibus conflagravit.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

*Περὶ τῆς διαφορᾶς Εὐσεβίου τοῦ Καισαρείας, καὶ Βασιλείου τοῦ Μεγάλου. Καὶ ὡς ἐντεῦθεν οἱ Ἀρειανοὶ θάρσος λαβόντες, τῇ Καισαρέων ἐπιφοιτῶσι, καὶ ἀποκρούονται.*

Οὐάλης δὲ καταλιπὼν τὴν Νικομήδειαν, ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν ὁδὸν ἐποιεῖτο. Ἐν τούτῳ δὲ, Καππαδόκαις ἐνδημήσας, ὅπερ εἰώθει ποιεῖν, ἐσπούδαζε κακοῦν τοὺς ὀρθόφρονας, καὶ τὰς ἐνθάδε Ἐκκλησίας παραδιδόναι τοῖς τὰ Ἀρείου φρονοῦσι. Ῥᾳδίως τε τοῦτο κατορθώσειν ᾤετο, ἐκ τοῦ διαφορᾶς τινος (81) εἰς λύπην καταστῆναι Βασίλειον Εὐσεβίῳ τότε ἐπιτροπεύοντι τὴν Καισαρέων Ἐκκλησίαν. Διὸ καὶ πρὸς τὸν Πόντον ὑπεχώρησε, καὶ τοῖς ἐνθάδε φιλοσοφοῦσι μοναχοῖς συνῆν. Τὸ δὲ πλῆθος, καὶ μάλιστα οἱ κράτιστοι καὶ σοφώτεροι, ἐν ὑπονοίᾳ τὸν Εὐσέβιον εἶχον· καὶ ὡς φυγῆς αἴτιον γενόμενον ἀνδρὸς εὐδοκιμωτάτου ἐν τῷ βιοῦν καὶ λέγειν, ἀπολιπεῖν αὐτὸν ἐβουλεύοντο, καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐκκλησιάζειν. Ἀλλ' ὁ μὲν, ἵνα μὴ καὶ τὸ καθ' ἑαυτὸν ἐπιτρέψῃ τὴν Ἐκκλησίαν οὐκ ἐνδεᾶ θορύβων διὰ τὰς ἐπαναστάσεις τῶν ἑτεροδόξων, ἐν τοῖς περὶ τὸν Πόντον φροντιστηρίοις ἡσυχίαν ἦγε. Βασιλέα δὲ καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἐπισκόπους, ἀεὶ γὰρ αὐτῷ συνῆσαν τῆς Ἀρείου αἱρέσεως, προθυμοτέρους

## CAP. XV.

*De dissensione inter Eusebium Cæsariensem episcopum et Basilium Magnum; et quomodo Ariani, sumpta ex eo fiducia, Cæsariensem Ecclesiam adorti sunt, ac repulsi.*

At Valens, relicta Nicomedia, Antiochiam versus C iter fecit. Quo quidem tempore cum in Cappadociam venisset, orthodoxos, ut solebat, exagitare, et illius provinciæ Ecclesias Arianis tradere studuit. Idque eo facilius se consecuturum sperabat, quod dissensio quædam ac simultas intercederet inter Basilium et Eusebium, qui tunc Cæsariensem Ecclesiam administrabat. Qua de causa Basilius se in Pontum receperat, et cum monachis illic philosophantibus versabatur. Populus vero, ac præcipue optimi quique ac prudentissimi, Eusebium suspectum habere cœperunt: eique fugam viri, tum ob vitam, tum ob eloquentiam celeberrimi assignantes, deserere illum, et seorsum collectas agere meditabantur. Verum Basilius quidem, D ne Ecclesia ipsius causa perturbaretur, quæ alioqui ob hæreticorum insultus tumultibus nequaquam vacua erat, in monasteriis Ponti quiete degebat. Imperatori vero et episcopis qui cum illo erant,

[1] Socr., lib. IV, cap. 16.

## VALESII ANNOTATIONES.

(80) *Διήρκει πρὸς τὸν ἔκπλουν.* In codice Fuketiano scriptum est διήρκεσε, levi discrimine, sed quod a nobis præteriri non debuit.

(81) *Ἐκ τοῦ διαφορᾶς τινος.* Assentior Christophorsono et Savilio, qui præpositionem addunt hoc modo : ἐκ τοῦ ἐκ διαφορᾶς, etc. De hac porro simultate inter Basilium Magnum et Eusebium episcopum, vide Gregorium Nazianzenum in oratione funebri de laudibus Basilii.

Digitized by Google

secum enim perpetuo habebat Arianæ sectæ antistites, animos addiderat absentia Basilii, et odium multitudinis adversus Eusebium. Verum conatus præter sententiam ipsis successit. Etenim simul atque nuntiatum est eos in Cappadociam contendere, Basilius Ponto decedens, suopte motu venit Cæsaream. Et cum Eusebio quidem in gratiam reversus est; Ecclesiam vero opportune admodum eloquentiæ suæ subsidio adjuvit. Valens itaque una cum episcopis quos secum habebat conatu suo depulsus, tum quidem re infecta discessit.

## CAP. XVI.

*Quomodo post Eusebium Basilius Ecclesiam Cappadocum regendam suscepit : et de insigni ejus adversus Valentem in dicendo libertate.*

Verum aliquanto post Valens in Cappadociam reversus, Basilium post mortem Eusebii Ecclesiis illius provinciæ regendis præfectum reperit [1]. Quem cum inde expellere constituisset, ab incœpto desistere **238** coactus est. Nam simul atque id aggressus fuisset, insequenti nocte uxor ejus in somnis terrefacta dicitur, et Galates filius quem unicum habebat, repentina morte præreptus. Omnesque ita censuerunt, Deum ulciscentem insidias quæ adversus Basilium structæ essent, ad puniendos parentes, filium e medio sustulisse. Ipse etiam Valens ita judicavit. Certe mortuo filio, nullam amplius molestiam exhibuit Basilio. Dum autem superesset, et morbo oppressus jamjam moriturus crederetur, misit ad Basilium, rogans atque obtestans ut pro ægroto Deum precari vellet. Cum enim venisset Cæsaream, statim præfectus prætorio evocatum ad se Basilium, eamdem cum principe fidei doctrinam amplecti jussit; mortem minatus nisi obtemperaret. Basilius vero respondisse fertur, magno id sibi lucro fore, seque ingentia largiturum, ut quam citissime corporis vinculis liberaretur. Cumque præfectus jussisset, ut eo die et insequenti nocte consilium caperet, neve inconsiderate in apertum rueret periculum, sed ut postridie adesset, suamque sententiam promeret : Mihi vero, inquit Basilius, deliberatione opus non est, idem enim qui nunc sum, cras etiam ero, nam cum ipse creatura sim, nunquam adduci potero ut mei similem adorem, Deumque confitear, utque ejusdem tecum et cum imperatore cultus particeps sim. Etsi enim admo-

[1] Socr. lib. IV, c. 26.

A εἰς τὴν ἐπιχείρησιν ἐποίει ἡ Βασιλείου ἀπουσία, καὶ τὸ περὶ Εὐσέβιον τοῦ λαοῦ μῖσος. Ἀπέβη δὲ παρὰ γνώμην αὐτοῖς. Ἅμα γὰρ ἠγγέλθησαν ἐπὶ Καππαδοκίαν ἐλαύνειν, καταλιπὼν τὸν Πόντον Βασίλειος, ἐθελοντὴς εἰς Καισάρειαν ἧκε [a]. Καὶ Εὐσεβίῳ σπεισάμενος, εὔνους ἦν· τῇ δὲ Ἐκκλησίᾳ εἰς καιρὸν τοῖς λόγοις ἐπήμυνεν. Ὁ δὲ Οὐάλης ἀποτυχὼν τῆς σπουδῆς, ἄπρακτος ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ ἐπισκόποις ἀπεχώρησε τότε.

## ΚΕΦΑΛ. ΙϚʹ.

*Ὡς μετὰ Εὐσέβιον Βασίλειος τὴν Καππαδοκῶν ἐπετράπη, καὶ περὶ τῆς πρὸς Οὐάλεντα παῤῥησίας αὐτοῦ [b].*

B Μετὰ χρόνον δὲ πάλιν εἰς Καππαδοκίαν ἐλθὼν, καταλαμβάνει Βασίλειον τὰς τῇδε Ἐκκλησίας ἐπιτραπέντα μετὰ τὴν Εὐσεβίου τελευτήν. Βουλευσάμενος δὲ αὐτὸν ἐξελάσαι [c], οὐχ ἑκὼν ἀπέσχετο τῆς ἐπιβουλῆς. Ἅμα γὰρ τῇ ἐπιχειρήσει λέγεται τῆς ἐχομένης νυκτὸς, τὴν αὐτοῦ γαμετὴν περιπεσεῖν δείμασι, καὶ Γαλάτην τὸν υἱὸν ὃν μόνον εἶχε, ταχείᾳ νόσῳ ἀποθανεῖν. Ἐδόκει δὲ πᾶσι, τιμωρὸν γενόμενον τὸν Θεὸν τῶν κατὰ Βασιλείου βεβουλευμένων, ἐπὶ κακώσει τῶν τεκνόντων, ἀπολέσαι τὸν παῖδα. Ταῦτα δὲ καὶ Οὐάλης ὑπελάμβανεν. Ἀμέλει ἀποθανόντος μὲν τοῦ υἱέος, οὐκέτι αὐτὸν ἠνώχλησεν. Ἐν ᾧ δὲ περιῆν, καὶ κακῶς ἔχων ἔμελλε τελευτᾷν, πέπομφε πρὸς αὐτὸν ἀντιβολῶν ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ κάμνοντος εὔξασθαι. Ἅμα γὰρ ἀφ- C ίκετο εἰς Καισάρειαν, μετακαλεσάμενος ὁ ὕπαρχος τὸν Βασίλειον, ἐκέλευσε τὰ Βασιλέως φρονεῖν. Ἀπειθοῦντι δὲ, ἠπείλησε θάνατον. Τὸν δὲ φάναι, πολλοῦ ἄξιον ἔσεσθαι αὐτῷ, καὶ μεγίστην δώσειν χάριν, ὡς ἐν τάχει τῶν δεσμῶν τοῦ σώματος ἀπαλλάξειεν. Ἐπεὶ δὲ τὴν τότε ἡμέραν καὶ τὴν ἑξῆς νύκτα ἐκέλευσεν αὐτὸν ὁ ὕπαρχος βουλεύεσθαι, καὶ μὴ ἀπερισκέπτως εἰς προὖπτον ἀλέσθαι κίνδυνον, εἰς δὲ τὴν ὑστεραίαν παρεῖναι, καὶ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην δήλην ποιεῖν, Ἐμοὶ μὲν, ἔφη, οὐ δεῖ βουλῆς. Αὐτὸς γὰρ ἔσομαι καὶ τῇ ὑστεραίᾳ. Κτίσμα γὰρ ὢν, οὐκ ἀνέξομαι τὸν ὅμοιον προσκυνεῖν καὶ Θεὸν ὁμολογεῖν, οὐδὲ κοινωνός σοί τε καὶ βασιλεῖ τῆς θρησκείας εἶναι. Εἰ γὰρ καὶ λίαν ἐπίσημοι τυγχάνετε, καὶ οὐκ ὀλίγης ἡγεῖσθε τῆς D οἰκουμένης μοίρας, οὐ παρὰ τοῦτο τοῖς ἀνθρώποις χαριστέον. Ὀλιγωρῆσαι δὲ τῆς εἰς τὸ Θεῖον πίστεως, ἣν οὐκ ἄν ποτε προδοίην, οὔτε δήμευσιν οὐσίας, οὔτε ὑπερορίαν φυγὴν, οὔτε θάνατον καταδικασθείς. Ἐπεὶ

## VARIORUM ANNOTATIONES.

[a] *Βασίλειος εἰς Καισάρειαν ἧκε.* Hæc anno 370 acta esse, et Basilium tunc temporis presbyterum tantum fuisse, contra Baronium docet Ant. Pagi, ad ann. 370, n. 19. Hoc autem anno moritur Eusebius, eique in episcopatu Cæsariensi succedit Basilius; qui postquam annos octo in illa sede egerat, nonumque inchoaverat, mortalitatem explevit Kalendis Januariis anni 380, inquit idem Pagius ad ann. 370 et 378, contra aliorum calculum in not. var. ad Socr., lib. IV, cap. 26.

[b] *Βασίλειος.... παῤῥησίας.* Sic ed. Paris. Et sane Valesius hos titulos ut putidos et mendosos prorsus neglexisse videtur.

[c] *Βουλευσάμενος δὲ αὐτὸν ἐξελάσαι.* Hunc secundum Valentis in S. Basilium impetum Theophanes in *Chronico* refert anno Christi juxta Alexandrinos 368, qui Kalendis Septembris anni 375 æræ vulgaris incipit.

Digitized by Google

τούτων οὐδέν με ἀνιᾶν δυνήσεται. Εἴγε οὐσίαν μὲν (82) A οὐκ ἔχω, ῥάκός τε καὶ βιβλία ὀλίγα. Οἰκῶ δὲ τὴν γῆν, ὡς ἀεὶ παροδεύων. Σῶμα δὲ δι' ἀσθένειαν, μετὰ τὴν πρώτην πληγὴν, αἰσθήσεως καὶ βασάνων κρεῖττον. Τοιαῦτα Βασιλείου παῤῥησιασαμένου, θαυμάσας τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἀρετὴν ὁ ὕπαρχος ἀνήγγειλε τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ, ἐπιτελουμένης τῆς τῶν Θεοφανίων ἑορτῆς, σὺν τοῖς ἄρχουσι καὶ δορυφόροις εἰς τὴν ἐκκλησίαν παραγενόμενος, δῶρά τε τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ προσήνεγκεν, καὶ εἰς λόγους αὐτῷ ἦλθε, καὶ σοφίας καὶ τοῦ περὶ τὸ ἱερᾶσθαι καὶ ἐκκλησιάζειν κόσμου τε καὶ εὐταξίας ἐπῄνεσεν. Ἐκράτει δὲ ὅμως οὐκ εἰς μακρὰν ἐκ διαβολῆς τῶν ἐναντίων, ὑπερορίαν αὐτὸν οἰκεῖν. Καὶ ἡ νὺξ παρῆν, καθ' ἣν ἐδόκει τοῦτο γίνεσθαι· ἐξαπίνης δὲ πυρετὸς ἐπιλαβὼν τοῦ βασιλέως τὸν υἱὸν, εἰς ἀθρόαν καὶ σφαλερὰν νόσον κατέβαλε. Καὶ ὁ πατὴρ κατὰ τοῦ B ἐδάφους ἐῤῥίπτετο, ἔτι ζῶντα τὸν παῖδα πενθῶν· ἀμηχανῶν δὲ καὶ πανταχόθεν σῶον αὐτὸν σπουδάζων ἔχειν, ἐπιτρέπει τοῖς οἰκείοις μετακαλέσασθαι Βασίλειον εἰς ἐπίσκεψιν τοῦ κειμένου· ἔναγχος γὰρ ὑβρισμένῳ, ᾐδεῖτο αὐτὸς περὶ τούτου κελεύειν. Ἅμα δὲ παρῆν, καὶ ὁ παῖς ῥᾷον ἔσχεν, ὡς πολλοὺς τότε ἰσχυρίζεσθαι, ὡς οὐκ ἂν ἀπολώλει, εἰ μὴ καὶ ἑτεροδόξους ἅμα Βασιλείῳ συνεκάλεσεν, ὑπὲρ τοῦ παιδὸς εὐξομένους. Λόγος δὲ καὶ τὸν ὕπαρχον νόσῳ τότε περιπεσεῖν· ἀντιβολοῦντα δὲ καὶ παραιτούμενον αὐτὸν ὑγιᾶ γενέσθαι. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐ θαυμαστὰ ἴσως δόξειεν ἐπὶ Βασιλείῳ σκοπούμενα, ἀνδρὶ φιλοσοφωτάτῳ τε καὶ λόγοις ὑπερφυῶς εὐδοκιμήσαντι.

dum conspicui, nec modicæ orbis terrarum parti imperatis, non ideo tamen hominibus gratificari decet, fidem vero in Deum negligere : quam ego quidem nunquam prodiderim, nec si bonorum proscriptione, aut exsilio, aut capitali sententia damnatus fuero. Nihil enim horum me dolore afficere poterit. Nam opes quidem nullas habeo, sed pallium duntaxat et paucos libros. In terris autem ita dego, quasi peregrinus. Corpus vero præ imbecillitate, post primam inflictam plagam, sensu doloris et cruciatibus superius erit. Quæ cum libere dixisset Basilius, præfectus virtutem viri admiratus, rem imperatori nuntiavit. Ille, cum festus Theophaniorum dies ageretur, una cum comitibus suis et protectoribus ad ecclesiam processit : et muneribus suis ad altare oblatis, in colloquium venit cum Basilio, eumque tum ob prudentiam, tum ob decorem atque gravitatem qua sacerdotii munus obibat, et conventus agebat, magnopere suspexit. Paulo post tamen adversariorum calumniis effectum est, ut in exsilium mitteretur. Jamque aderat nox qua id perficiendum videbatur. Cum repente febris imperatoris filium corripiens, ancipiti ac periculoso morbo oppressit. Pater ipse humi provolutus, filium adhuc superstitem lugebat. Cumque ad inopiam consilii redactus esset, et omnibus modis incolumem sibi filium restitui studeret, permisit familiaribus, ut Basilium accerserent ad visendum ægrum. Id enim ipse ei mandare non audebat, quem paulo ante contumelia affecisset. Simul atque adfuit Basilius, puer melius habere cœpit : adeo **239** ut multi affirmaverint, puerum omnino moriturum non fuisse, nisi una cum Basilio hæreticos etiam advocasset Valens, qui pro filio precarentur. Quinetiam præfectus eodem tempore in morbum incidisse fertur : cumque supplicaret ac veniam peteret, salutem recuperasse. Verum hæc minus admirabilia fortasse videbuntur in Basilio, viro excellenti philosophia prædito, et ob doctrinam atque eloquentiam ubique celebrato.

C

## ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

*Περὶ τῆς συμμαχίας Βασιλείου καὶ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου· καὶ ὡς ἄκροι γενόμενοι ἐπὶ σοφίᾳ, τοῦ ἐν Νικαίᾳ δόγματος ὑπερίσταντο.*

Σύγχρονοι δὲ ὄντες αὐτός τε καὶ Γρηγόριος, ὁμόζηλοι ταῖς ἀρεταῖς, ὡς εἰπεῖν, ἐγνωρίζοντο. Ἄμφω γὰρ νέοι ὄντες, Ἱμερίῳ καὶ Προαιρεσίῳ, τοῖς τότε δοκιμωτάτοις σοφισταῖς ἐν Ἀθήναις ἐφοίτησαν· μετὰ ταῦτα δὲ, ἐν Ἀντιοχείᾳ Λιβανίῳ τῷ Σύρῳ. Σοφιστεύειν δὲ καὶ δίκας ἀγορεύειν ὑπεριδόντες, φιλοσοφεῖν ἔγνωσαν κατὰ τὸν τῆς Ἐκκλησίας νόμον. Ἐπί τινα δὲ χρόνον τοῖς μαθήμασι τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων ἐνδιατρίψαντες, καὶ τὰς ἐξηγήσεις τῶν ἱερῶν Λόγων ἐξακριβώσαντες ἐκ τῶν Ὠριγένους, καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ καὶ μετ' ἐκεῖνον ἐν ταῖς ἑρμηνείαις τῶν ἱερῶν Βίβλων εὐδοκιμησάντων, μέγα ὄφελος κατὰ τὸν παρ- D όντα καιρὸν ἐγένοντο τοῖς ὁμοδόξοις τῶν ἐν Νικαίᾳ

## CAP. XVII.

*De societate inter Basilium et Gregorium Theologum ; et quomodo ambo excellenti doctrina præditi, Nicænam fidem defenderunt.*

Iste porro et Gregorius, pari virtutis studio dediti, iisdem temporibus floruerunt. Ambo enim adhuc adolescentes, Himerium et Proæresium, sophistas ea tempestate celeberrimos, Athenis audierunt : postea vero Libanium Syrum Antiochiæ [1]. Sed cum sophisticam professionem et causidicinam tandem sprevissent, juxta sacras Ecclesiæ leges philosophari decreverunt. Porro cum aliquantum temporis in disciplinis philosophorum gentilium consumpsissent, et sacrarum Litterarum expositionem partim ex commentariis Origenis, partim ex aliis, qui vel ante Origenem, vel post illum, in sacris Voluminibus interpretandis non

[1] Socr., lib. iv, c. 26.

## VALESII ANNOTATIONES.

(82) *Εἰ γὰρ οὐσίαν μέν.* Hunc locum correxi ex codice Fuketiano, in quo diserte scribitur εἴ γε οὐσίαν μὲν οὐκ ἔχω· ῥάκός τε, etc. Mallem tamen scribere ῥάκος δέ, etc. Porro de hac secunda interrogatione Basilii coram Modesto præfecto prætorio, vide quæ notavi ad Socratis lib. iv, cap. 26. Neque enim opus est hic repetere ea quæ illic observata sunt.

Digitized by Google

mediocrem laudem adepti sunt, accurate didicissent, maximo adjumento fuerunt iis qui eo tempore fidem Nicæni concilii sequebantur. Uterque enim eam doctrinam fortiter asserebat adversus Arianos, eosque coarguebat, quod neque alia recte intelligerent, nec ipsas Origenis opiniones, quibus præcipue nitebantur. Ex communi autem consensu, sive, ut a nonnullis accepi, sortito, pericula inter se partiti sunt. Et Basilius quidem urbes Ponto finitimas circumiens, multa illic monachorum domicilia constituit, et populis prædicans, ut eamdem cum ipso doctrinam fidei sequerentur persuasit. Gregorius vero episcopatum Nazianzi, quod est oppidum Cappadociæ, post parentis obitum sortitus, ejusdem rei causa tum aliis in locis, tum præcipue Constantinopoli, diu multumque versatus est. Nec multo post ejus civitatis episcopus multorum antistitum suffragio est constitutus. Nam cum nec episcopus, nec **240** Ecclesia illic esset, parum aberat quin doctrina Nicænæ fidei Constantinopoli in posterum exstingueretur.

A συνελθόντων. Ἑκάτερος γὰρ ἀνδρείως συνίστατο τούτῳ τῷ δόγματι πρὸς τοὺς τὰ Ἀρείου φρονοῦντας· καὶ διήλεγχεν ὡς μήτε τὰ ἄλλα ὀρθῶς φρονοῦντας (83), μήτε τὰς Ὠριγένους δόξας, αἷς μάλιστα ἐπηρείδοντο. Κοινῇ δὲ συνθήκῃ, ἢ κλήρῳ (84), ὡς πρός τινων ἐπυθόμην, τοὺς κινδύνους ἐμερίσαντο. Καὶ Βασίλειος μὲν, τὰς πρὸς τὸν Πόντον περιιὼν πόλεις, συνοικίας τε μοναχῶν πολλὰς ἐκεῖσε κατεστήσατο, καὶ τὰ πλήθη διδάσκων, ὁμοίως αὐτῷ φρονεῖν ἔπειθε. Γρηγόριος δὲ, Ναζιανζοῦ πόλεως μικρᾶς ἐπισκοπεῖν μετὰ τὸν αὐτοῦ πατέρα λαχὼν (85), ἀλλαχῇ τε τούτου χάριν, καὶ μάλιστα τῇ Κωνσταντινουπόλει συνεχῶς ἐπεδήμει. Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον τοῦ τῇδε λαοῦ προστατεῖν ἐπετράπη ψήφῳ πολλῶν ἱερέων. Μήτε γὰρ ἐπισκόπου μήτε Ἐκκλησίας οὔσης ἐνθάδε, ἐκινδύνευε
B μηκέτι εἶναι λοιπὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει τὸ δόγμα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου.

## CAP. XVIII.

*De persecutione quæ facta est Antiochiæ ad Orontem : et de basilica beati Thomæ apostoli Edessæ; et de collecta, deque confessione Edessenorum.*

Porro imperator cum Antiochiam venisset, cunctos qui Nicænorum Patrum doctrinæ adhærebant, tum ex illius civitatis, tum ex vicinarum urbium ecclesiis ejecit, omnique suppliciorum genere oppressit [1]; adeo ut nonnulli affirment multos ejus jussu variis modis interfectos, quosdam etiam in Orontem fluvium præcipitatos fuisse. Cumque didicisset in urbe Edessa insignem esse basilicam, Thomæ apostoli nomine nuncupatam, ejus spectandæ causa eo perrexit. Porro cum plebem Ecclesiæ catholicæ in campo juxta civitatem collectas agere vidisset, nam et illic Catholicis ademptæ erant ecclesiæ, præfectum graviter objurgavisse, et pugno maxillam ejus percussisse dicitur, quod, contra ipsius præceptum, hujusmodi

## ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

*Περὶ τοῦ γενομένου ἐν τῇ πρὸς Ὀρρόντην Ἀντιοχείᾳ διωγμοῦ· καὶ περὶ τοῦ ἐν Ἐδέσῃ εὐκτηρίου τοῦ ἀποστόλου Θωμᾶ, καὶ περὶ τῆς ἐκεῖσε συνάξεως, καὶ ὁμολογίας τῶν Ἐδεσηνῶν.*

Ἐπεὶ δὲ εἰς Ἀντιόχειαν παρεγένετο ὁ βασιλεὺς, παντελῶς ἐξήλασε τῶν ἐκκλησιῶν τῶν τῇδε, ἀνά τε τὰς πέριξ πόλεις, τοὺς ὁμοίως φρονοῦντας τοῖς ἐν Νικαίᾳ συνελθοῦσι, καὶ παντοδαπαῖς ἐπέτριβεν αὐτοὺς τιμωρίαις· ὡς καί τινας ἰσχυρίζεσθαι, πολλοὺς αὐτῶν ἀνελεῖν ἄλλοις τε τρόποις, καὶ εἰς τὸν Ὀρρόντην ποταμὸν ἐμβάλλεσθαι προστάξαντα. Μαθὼν δὲ ἐν
C Ἐδέσῃ εὐκτήριον ἐπιφανὲς εἶναι Θωμᾶ τοῦ ἀποστόλου ἐπώνυμον, ἦλθε τοῦτο ἱστορῆσαι. Ἀφαιρεθέντων δὲ κἀνταῦθα τῶν εὐκτηρίων οἴκων, θεασάμενος ἐν πεδίῳ πρὸ τοῦ ἄστεος συνηγμένους τοὺς ἀπὸ τῆς καθόλου Ἐκκλησίας, λέγεται τὸν καθόλου ὕπαρχον (86), λοιδορήσασθαι, καὶ πὺξ κατὰ τῆς σιαγόνος πλῆξαι, ὡς παρὰ τὴν αὐτοῦ πρόσταξιν συγχωρήσαντα γενέσθαι τοιαύτας συνόδους. Ὁ δὲ Μόδεστος, τοῦτο γὰρ ὄνομα

[1] Socr., lib. IV, c. 18.

## VALESII ANNOTATIONES.

(83) *Τὰ ἄλλα ὀρθῶς φρονοῦντας.* Scribendum puto νοοῦντας. Verbum enim φρονοῦντας, ex superiore linea repetitum hic esse videtur ab oscitante librario.

(84) *Κοινῇ συνθήκῃ ἢ κλήρῳ.* Nescio unde hoc hauserit Sozomenus, Basilium scilicet et Gregorium Orientis provincias inter se partitos esse, ita ut Basilio quidem Pontus et Cappadocia, Gregorio vero Thracia et Constantinopolis obvenerit. Certe Gregorius Nazianzenus, tum in Carmine de vita sua, tum in oratione de Laudibus Basilii, nihil de hac partitione aut sortitione dicit. Nam in Carminibus quidem diserte affirmat, se Spiritu Dei impulsum venisse Byzantium, cum a plebe catholica quæ illic degebat, et a multis episcopis seu presbyteris eo invitatus fuisset, ut orthodoxæ fidei succurreret, et hæresim quæ ibi quotidie invalescebat, profligaret. Verba Gregorii hæc sunt :

*Τούτοις*, etc.
*Ἔπεμψεν ἡμᾶς ἡ χάρις τοῦ πνεύματος,*
*Πολλῶν καλούντων ποιμένων καὶ θρεμμάτων.*

In oratione vero funebri de Laudibus Basilii, Basilium quidem dicit, paulo post quam ad episcopatum evectus fuerat, curam ac sollicitudinem suam ad
D omnes totius orbis Ecclesias extendisse. Locus est pag. 345 editionis Parisiensis, imprimis elegans. Nihil tamen de hac partitione dicit. Se quidem ac Basilium fidei defensores ac patronos electos esse dicit a Cappadocibus : sed dum Basilius adhuc tantum presbyter esset, id est anno Christi 366.

(85) *Ναζιανζοῦ ἐπισκοπεῖν μετὰ τὸν αὐτοῦ πατέρα λαχών.* Gregorius Nazianzenus a Gregorio patre suo coadjutor in episcopatu Nazianzeno adscitus fuerat, licet invitus. Sed post mortem patris, cum nulla ordinatione nec pollicitatione teneretur astrictus, Nazianzenam Ecclesiam reliquit. Et quamvis multi episcopi illic eum retinere conati essent, clam Seleuciam Isauriæ se recepit, ut ipse scribit in Carminibus de vita sua.

(86) *Τὸν καθόλου ὕπαρχον.* Vox καθόλου delenda est, utpote superflua, et ex priore linea perperam repetita.

Digitized by Google

τῷ ὑπάρχῳ ἦν, καίπερ ἑτερόδοξος ὤν, λάθρα τοῖς A Ἐδεσηνοῖς ἐμήνυσε, φυλάξασθαι τὴν ὑστεραίαν μὴ συνελθεῖν εἰς τὸν εἰωθότα τόπον εὐξαμένους (87). Εἶναι γὰρ αὐτῷ προστεταγμένον παρὰ τοῦ βασιλέως, τιμωρεῖσθαι τοὺς ἁλισκομένους. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἠπείλει, ἢ ὀλίγους, ἢ μηδένα προνοῶν κινδυνεῦσαι, καὶ αὐτὸν παραιτεῖσθαι σπουδάζων πρὸς τὴν τοῦ κρατοῦντος ὀργήν. Οἱ δὲ Ἐδεσηνοὶ, παρ' οὐδὲν ποιησάμενοι τὴν ἀπειλὴν, σπουδαιότερον ἢ προτοῦ, συνέῤῥεον ἕωθεν, καὶ τὸν εἰωθότα τόπον ἐπλήρουν. Ὁ δὲ Μόδεστος, ἀγγελθέντος τούτου, οὐκ εἶχεν ὅ τι καὶ ποιήσειεν, ἀμηχανῶν δὲ τοῖς παροῦσιν, ὅμως ἐπὶ τὸ πεδίον ᾔει. Γυνὴ δέ τις παιδάριον ἕλκουσα, καὶ τὸ φᾶρος εἰκῆ ἐπισυρομένη παρὰ τὸν πρέποντα γυναικὶ κόσμον, ὡς ἐπί τι σπουδαῖον ἐπειγομένη, τὴν ἡγουμένην τοῦ ὑπάρχου στρατιωτικὴν στίχα διέτεμεν. B Ἰδὼν δὲ Μόδεστος, προσέταξεν αὐτὴν συλληφθῆναι. Καὶ προσκαλεσάμενος, ἀπῄτει λέγειν τοῦ δρόμου τὴν αἰτίαν. Τῆς δὲ εἰπούσης, ἵνα θᾶττον καταλάβοι τὸ πεδίον, ἔνθα συνίασιν οἱ ἀπὸ τῆς καθόλου Ἐκκλησίας. Μόνη οὖν, ἔφη Μόδεστος, οὐκ ἔγνως αὐτίκα μέλλειν ἐκεῖσε τὸν ὕπαρχον ἰέναι, καὶ οὓς ἂν εὕροι, πάντας ἀναιρήσειν; Ναίχι ἀκήκοα, φησὶ, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα δρόμου δεῖ μοι, ἵνα μὴ τοῦ καιροῦ κατόπιν γένωμαι, καὶ ἁμάρτω τῆς περὶ Θεοῦ μαρτυρίας (88). Ἀτὰρ, τί γε τοῦτο τὸ παιδίον μεθ' ἑαυτῆς ἄγεις, ἤρετο ὁ ὕπαρχος· ὡς ἄν γε καὶ αὐτὸ, ἔφη, τοῦ κοινοῦ πάθους μετάσχῃ, καὶ τῶν ἴσων ἀξιωθείη. Θαυμάσας δὲ ὁ Μόδεστος τὴν γυναῖκα τῆς ἀνδρείας, ἀνέστρεψεν (89) εἰς τὰ βασίλεια. Καὶ κοινωσάμενος C τῷ κρατοῦντι περὶ αὐτῆς, ἔπεισε μὴ χρῆναι τὸ δόξαν ἐπιτελεῖν, αἰσχρὸν τοῦτο καὶ ἀσύμφορον ἐπιδείξας. Ἡ μὲν δὴ τῶν Ἐδεσηνῶν πόλις, πανδημεὶ τὸν εἰρημένον τρόπον ὑπὲρ τοῦ δόγματος ὡμολόγησεν.

conventus fieri permisisset. At Modestus, hoc enim nomine vocabatur præfectus, licet alterius sectæ esset, clam tamen Edessenos submonuit, ut caverent ne postero die ad consuetum locum precandi causa convenirent. Sibi namque ab imperatore præceptum esse, ut in eos qui deprehensi essent animadverteret. Ac præfectus quidem ista minabatur, prospiciens ut nemo eorum, vel certe quam paucissimi in discrimen venirent, utque ipsemet imperatoris iram effugeret. Verum Edesseni, spretis hujusmodi minis, primo diluculo, majore quam antea studio confluxerunt, et consuetum locum occuparunt. Ea re nuntiata, Modestus quid ageret nesciebat. Et quamvis in hoc rerum statu inops consilii esset, nihilominus ad campum perrexit. Interea mulier quædam puerum manu raptans, secus quam mulierem decet, pallium incomposite trahens, militarem manum quæ præfectum anteibat perrupit, quasi ad magni momenti negotium festinans. Quod cum vidisset Modestus, mulierem comprehendi jussit. Et accersitam ad se interrogavit, quæ causa cursus tam contenti esset. Respondit illa : Ut citius perveniam ad campum, in quo populus Ecclesiæ catholicæ congregatur. Tum Modestus : Tune sola, inquit, ignoras præfectum eo statim venturum esse, et quotquot invenerit, simul omnes interfecturum? Imo vero, ait mulier, audivi. Atque idcirco cursu mihi opus est, ne tardius eo veniam, et martyrii gloria priver. Tum **241** præfectus interrogavit : Cur vero puerum hunc tecum ducis? Ut et ipse, inquit mulier, particeps sit communis mali, et pari cum aliis præmio afficiatur. Admiratus mulieris fortitudinem Modestus, ad palatium recurrit. Cumque mulieris facinus principi retulisset, persuasit ut ab incœpto desisteret; nec honestum, nec utile id esse ostendens. Ad hunc modum Edessenorum civitas universa Christi cultum confessa est.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

*Τελευτὴ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου, καὶ Λουκίου τοῦ Ἀρειονόφρονος ἄνοδος εἰς τὸν θρόνον, καὶ ὅσα κακὰ τὰς ἐν Αἰγύπτῳ Ἐκκλησίας κατέλαβε· καὶ ὡς Πέτρος ὁ μετὰ Ἀθανάσιον, διαδρὰς εἰς Ῥώμην διέβη.*

Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, ἐτελεύτησεν ὁ Ἀθανάσιος τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, ἀμφὶ τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἐνιαυτοὺς τὴν ἀρχιερωσύνην ἀνύσας. Τῶν δὲ τὰ Ἀρείου φρονούντων ἐν τάχει τὴν D

## CAP. XIX.

*De obitu magni Athanasii, cujus sedem invasit Lucius Arianus : et quot malis afflictæ sint Ægypti Ecclesiæ : et quomodo Petrus, successor Athanasii, fuga elapsus, Romam perrexit.*

Sub idem tempus Athanasius Alexandrinæ Ecclesiæ episcopus, fato functus est, cum sex et quadraginta circiter annos sacerdotium obtinuisset [1]. Cumque mors ejus celeriter ab Arianis

[1] Socr., lib. iv, c. 20, 21.

## VALESII ANNOTATIONES.

(87) *Εὐξαμένους*. Assentior Christophorsono, et Savilio ac Musculo, qui εὐξομένους emendarunt. Id enim postulat series orationis. Libenter etiam hoc loco scriberem τῇ ὑστεραίᾳ, licet refragantibus scriptis codicibus ac Nicephoro.

(88) *Τῆς περὶ Θεοῦ μαρτυρίας*. Christophorsonus et Savilius emendarunt τῆς παρὰ Θεοῦ. Sic enim vertit Christophorsonus, *Et propterea cursu mihi opus est, ne post tempus veniam, et ita martyrio a Deo oblato destituar*. Ita quoque legisse videtur Musculus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim ille, *ne tardius illo veniam, et a testimonio Dei deficiam*. Nicephorus quoque in lib. ii, c. 22, παρά legit in hoc Sozomeni loco. Sic enim habet : Ἵνα μὴ κατόπιν γεγενημένη, τῆς παρὰ Θεῷ δόξης ἁμάρτω. Atque hæc lectio mihi quidem non displicet, modo μαρτυρίαν intelligamus confessionem illam, qua Deus in Evangelio pollicetur confessurum se eos, qui ipsum coram hominibus confessi fuerint. Malim tamen hæc Sozomeni verba intelligere de confessione illa, qua martyres Deum confitentur. Sic περὶ Θεοῦ, idem erit ac ὑπὲρ Θεοῦ.

(89) *Ἀνέστρεψεν*. In codice Fuketiano scriptum est ἀνέτρεχεν.

Digitized by Google

nuntiata fuisset, haud multo post Euzoius Arianæ partis in urbe Antiochia episcopus, et una cum illo Magnus comes sacrarum largitionum ab imperatore missus, Petrum quidem, cui Athanasius episcopatum commiserat, comprehensum custodiæ mandarunt; Lucio vero Alexandrinam Ecclesiam tradiderunt. Hinc factum est ut Ægyptii acerbius vexati sint quam reliquæ provinciæ, et calamitates aliæ super alias ingruentes populum Ecclesiæ catholicæ oppresserint. Nam simul atque Lucius Alexandriam venit, ecclesias occupare aggressus est. Sed cum vulgus palam ei restitisset, clerici et sacratæ virgines velut seditionis auctores in crimen vocati sunt. Prorsus autem quasi civitas ab hostibus occupata esset, alii fugiebant, alii a persequentibus capiebantur, et in vincula conjecti custodiebantur. Alii e carcere producti, pars ungulis ferreis et loris bubulis, pars ardentibus facibus perusti, cruciabantur. Instarque miraculi videbatur, post tormenta supervivere. Mori vero antequam hujusmodi cruciatus inferrentur, aut exsilio damnari, optabile censebatur. Et hæc quidem fiebant in hunc modum. Episcopus autem Petrus e carcere elapsus, conscensa nave, ad episcopum urbis Romæ, utpote ejusdem cum ipso fidei sectatorem, se contulit. Ariani vero, licet numero pauci, ecclesias obtinuerunt. Eodem tempore **242** imperatoris rescriptum supervenit, ut ex concilii Nicæni sectatoribus, quotquot jussisset Lucius, Alexandria et universa Ægypto expellerentur. Sic enim mandatum fuerat præfecto Ægypti. Porro Euzoius, rebus quas instituerat ad exitum perductis, Antiochiam reversus est.

A αὐτοῦ τελευτὴν δηλωσάντων, οὐκ εἰς μακρὰν Εὐζώϊος παραγενόμενος, ὃς ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως προΐστατο, σὺν αὐτῷ δὲ καὶ Μάγνος ὁ τῶν θησαυρῶν ταμίας παρὰ τοῦ βασιλέως ἀποσταλεὶς, Πέτρον μὲν ᾧ τὴν ἐπισκοπὴν ἐπέτρεψεν Ἀθανάσιος, συλλαβόμενοι καθεῖρξαν. Λουκίῳ δὲ τὴν Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίαν παρέδωκαν. Ἐντεῦθεν δὲ, παρὰ τοὺς ἀλλαχόσε (90) χαλεπώτερον συνέβη διατεθῆναι τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ· συμφοραί τε συμφοραῖς ἐπιγινόμεναι, τοὺς ἀπὸ τῆς καθόλου Ἐκκλησίας ἐπίεζον. Ἅμα γὰρ τῇ Ἀλεξανδρέων ἐνεδήμησε, καὶ τὰς Ἐκκλησίας κατασχεῖν ἐπεχείρησεν. Ἀντιπεσόντος δὲ τοῦ πλήθους, στάσεως αἰτία τοῖς κληρικοῖς ἐπλάκη καὶ ταῖς ἱεραῖς παρθένοις· ὡς πολεμίων δὲ καταδραμόντων τὴν πόλιν, οἱ μὲν ἔφυγον· οἱ δὲ, διωκόμενοι κατα-B λαμβάνοντο, καὶ δεσμῶται ἐφρουροῦντο· καὶ ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου προαγόμενοι (91), ἐτιμωροῦντο, οἱ μὲν, ὄνυξι καὶ βοείαις αἰκιζόμενοι· οἱ δὲ, ὑπὸ λαμπάσι πυρὸς φλεγόμενοι, παράδοξον δὲ ἦν, ταῖς τιμωρίαις ἐπιβιῶναι· ἀποθανεῖν δὲ πρὸ τῆς τούτων πείρας, ἢ ὑπερορίαν οἰκεῖν καταδικασθῆναι, ζηλωτὸν ἐνομίζετο. Καὶ τὰ μὲν ὧδε ἐγίνετο. Πέτρος δὲ ὁ ἐπίσκοπος, διαδρὰς ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου, ὡς πρὸς ὁμόδοξον τὸν Ῥωμαίων ἐπίσκοπον, νηὸς ἐπιτυχὼν, ἀνέπλευσεν. Οἱ δὲ Ἀρείου, καίπερ οὐ πολλοὶ ὄντες, τῶν Ἐκκλησιῶν ἐκράτησαν. Ἐν αὐτῷ δὲ καὶ βασιλέως ἐπηκολούθησε πρόσταγμα, τῶν ὁμοδόξων τοῖς ἐν Νικαίᾳ συνελθοῦσιν, Ἀλεξανδρείας τε καὶ αὐτῆς Αἰγύπτου ἀπελαῦνον ὅσους ἐκέλευε Λούκιος. Ὧδε γὰρ ἦν C προστεταγμένον τῷ ἡγουμένῳ τοῦ ἔθνους. Εὐζώϊος δὲ κατωρθωμένων ὧν ἐσπούδαζεν, ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν ἀνέστρεψεν.

## CAP. XX.

*De persecutione monachorum Ægypti, et discipulorum sancti Antonii, qui ob rectæ fidei doctrinam in quamdam insulam deportati fuerant, et de miraculis quæ perpetrarunt.*

At Lucius, adjuncto sibi duce Ægypti, cum magna militum manu, adversus monachos in solitudine degentes expeditionem suscepit[1]. Sic enim existimabat, si homines tranquillitatis amantes molestius exagitaret, fore ut illos sibi morigeros haberet, eaque potissimum ratione Christianos in urbibus agentes ad suas partes traduceret. Multi enim tunc temporis admirabiles viri regionum illarum monasteriis præerant, omnesque pariter

## ΚΕΦΑΛ. Κ'.

*Περὶ τοῦ διωγμοῦ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ μοναχῶν, καὶ τῶν μαθητῶν τοῦ ἁγίου Ἀντωνίου· ὡς διὰ τὸ ὀρθὸν δόγμα ἔν τινι νησιδίῳ περιωρίσθησαν, καὶ τῶν θαυμάτων ἃ διεπράττοντο.*

Ὁ δὲ Λούκιος παραλαβὼν τὸν ἡγεμόνα τῶν ἐν Αἰγύπτῳ στρατιωτῶν, σὺν πλήθει ἐπεστράτευσε τοῖς ἐν ταῖς ἐρήμοις μοναχοῖς. Ὤετο γὰρ ἴσως εἰ διενοχλήσειεν αὐτοὺς ἡσυχίας ἐρῶντας, πειθηνίους ἕξειν, καὶ ταύτῃ μάλιστα τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι Χριστιανοὺς πρὸς αὐτὸν μεταστήσειν. Καθότι πολλοὶ καὶ θεσπέσιοι ἄνδρες προΐσταντο τότε τῶν αὐτόθι μοναστηρίων, D καὶ πάντες τὴν Ἀρείου δόξαν ἀπεστρέφοντο. Τῇ δὲ τούτων μαρτυρίᾳ καὶ τὸ πλῆθος ἑπόμενον, ὁμοίως

[1] Socr., lib. IV, c. 24.

## VALESII ANNOTATIONES.

(90) *Περὶ τοὺς ἀλλαχόσε*. Miror profecto, tres interpretes corruptionem hujus loci non animadvertisse, Langum scilicet, Musculum et Christophorsonum. Sic enim vertit Langus, *Itaque Ægyptii longe graviores animos in exteros concepere.* Atque ita fere alii duo posteriores. Atqui facile erat locum restituere hoc modo, παρὰ τοὺς ἀλλαχόσε. Id est, *hinc factum est ut Ægyptii præ reliquis provinciis male vexati fuerint.* Jam supra observavimus non semel has duas præpositiones confundi inter se solere in manuscriptis codicibus. Quoties igitur occurrit dubitandi locus de duabus præpositionibus, eam eligere debemus quæ sensui magis accommodata est. Verbi gratia, hoc in loco, si præpositionem περὶ retineas, nullus erit sensus, nec oratio cum præcedentibus cohærebit. Restituenda est ergo altera præpositio, quæ optimum et apertissimum habet sensum. Certe Henricus Savilius ad latus sui codicis notavit, *forte* παρά.

(91) *Προαγόμενοι*. Ita quoque legitur apud Nicephorum. Mallem tamen scribere προσαγόμενοι.

Digitized by Google

ἐφρόνει διαλέγεσθαι μὲν καὶ περὶ δογμάτων ἀδολεσχεῖν οὔτε θέλον, οὔτε ἐπιστάμενον· παρ' ἐκείνοις δὲ πειθόμενον εἶναι τὴν ἀλήθειαν, οἳ τοῖς ἔργοις τὴν ἀρετὴν ἐπεδείκνυντο. Ὁποίους τότε τῶν Αἰγυπτίων ἀσκητῶν ἡγεμόνας γενέσθαι ἀκούομεν, τοὺς δύο Μακαρίους, οὓς ἐν τοῖς πρόσθεν ἔγνωμεν· καὶ Πάμβω, καὶ Ἡρακλείδην, καὶ λοιποὺς Ἀντωνίου μαθητάς. Λογισάμενος οὖν Λούκιος, ὡς οὐκ ἐγγενήσεται τοῖς Ἀρείου βεβαίως κρατῆσαι τῶν ἀπὸ τῆς καθόλου Ἐκκλησίας, εἰ μὴ τοὺς μοναχοὺς τούτους ὁμόφρονας σφίσιν ἀποδείξειεν, ἐπεχείρει βιάζεσθαι· πείθειν γὰρ οὐκ ἠδύνατο. Διημάρτανε δὲ καὶ οὕτως τοῦ σκοποῦ. Εἰ καὶ ἀποθανεῖν δέοι, παρεσκευασμένων αὐτῶν, καὶ τοὺς αὐχένας ἑτοίμως ὑποβαλλόντων τοῖς ξίφεσιν, ἢ τῶν ἐν Νικαίᾳ δοξάντων ὑπεριδεῖν. Λέγεται δὲ τότε προσδοκωμένων αὐτοῖς ἐπιθήσεσθαι τῶν B στρατιωτῶν, διακομισθῆναί τινα πρὸς αὐτοὺς ἐκ πολλοῦ τὰ ἄρθρα ἀπεσκληκότα, καὶ ἐπὶ ποδῶν στῆναι μὴ δυνάμενον. Ἐπεὶ δὲ ἐλαίῳ τοῦτον ἔχρισαν, παρεκελεύσαντο, ἐπ' ὀνόματι Χριστοῦ, ὃν Λούκιος διώκει, ἐξανίστασθαι, καὶ οἴκαδε ἀπιέναι· ἐξαπίνης δὲ ὑγιὴς γενόμενος ὁ ἄνθρωπος, ἀναφανδὸν ἀπέδειξε παραπλήσια χρῆναι δοξάζειν τούτοις, οἷς καὶ Θεὸς αὐτὸς ἀλήθειαν ἐπεψηφίσατο, κατηγορουμένου (92) Λουκίου, καὶ καλούντων ἐπακούσας καὶ τὸν κάμνοντα ἰασάμενος. Ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο μετεμελήθησαν οἱ τούτοις τοῖς μοναχοῖς ἐπιβουλεύοντες· εἰσότε δὴ νύκτωρ αὐτοὺς συλλαβόμενοι, διήγαγον εἰς Αἰγυπτίαν τινὰ νῆσον ὑπὸ λιμνῶν κυκλουμένην. Ὤκουν δὲ ταύτην ἄνδρες ἀμύητοι τοῦ Χριστιανῶν δόγματος, καὶ δεισιδαίμονες· C καθότι καὶ παλαιοτάτου ναοῦ παρ' αὐτοῖς ὄντος, πολὺ τούτου σέβας εἶχον. Ὡς δὲ κατῆραν ἐνταῦθα, φασὶν ἅμα τῇ ἐπιβάσει τῶν ἀνδρῶν, δαίμονι κρατηθεῖσαν τὴν θυγατέρα τοῦ ἱερέως εἰς ἀπάντησιν αὐτοῖς ἐλθεῖν. Θεούσης δὲ καὶ βοώσης τῆς κόρης, καταπλαγέντες οἱ τῇδε ἄνθρωποι τῷ αἰφνιδίῳ καὶ παραδόξῳ τοῦ πράγματος, εἵποντο. Ὡς δὲ πρὸς τῇ νηῒ ἐγένετο ἡ τοὺς ἱεροὺς πρεσβύτας ἔφερε, ποτνιωμένη καὶ ἐπὶ γῆν κυλινδουμένη, ἱκέτευε καὶ μέγα ἀνέκραγε. Τί δὴ καὶ πρὸς ἡμᾶς ἥκετε, ὦ τοῦ μεγάλου Θεοῦ θεράποντες; νησίον γὰρ τοῦτο παλαιὸν ἡμῖν ἐστιν οἰκητήριον. Ὀχλοῦμεν δὲ οὐδενί· πᾶσι δὲ τοῖς ἀνθρώποις ἀγνῶτες, αὐτόθι λανθάνομεν, ταύταις ταῖς λίμναις περικεκλεισμένοι πάντοθεν. Εἰ δὲ τοῦτο φίλον ὑμῖν, δέχεσθε τὸ ἡμέτερον κτῆμα, καὶ οἰκεῖον ποιήσατε· ἡμεῖς D δὲ ὑπείκομεν. Καὶ ἡ μὲν τοιαύτας ἠφίει φωνάς· ἐπιτιμησάντων δὲ τῷ δαιμονίῳ τῶν ἀμφὶ Μακάριον, ἡ παῖς ἐσωφρόνησεν. Ἐντεῦθεν δὲ ὁ ταύτης πατὴρ σὺν τοῖς οἰκείοις, καὶ ἡ νῆσος πανδημεὶ εἰς Χριστια-

A opinionem Arii aversabantur. Quorum testimonio adhærens multitudo vulgi, eamdem cum illis doctrinam fidei profitebantur: quippe quæ de dogmatibus disputare et garrire neque vellet, neque nosset: penes illos autem veritatem esse crederet, qui virtutem factis ipsis profiterentur. Cujusmodi tunc monachorum præfectos fuisse accepimus [1], Macarios duos, de quibus jam antea dictum est; et Pambo atque Heraclidem, et cæteros Antonii discipulos. Lucius igitur, cum animadverteret fieri non posse ut Ariani superiores essent Catholicis, nisi istos monachos in Arianorum sententiam pertraxisset, vi eos cogere aggressus est, quando verbis persuadere non poterat. Sed ne sic quidem voti sui compos factus est: illis mori quoque, si opus esset, paratis, et cervices suas gladiis ultro subjicientibus potius, quam ut synodi Nicænæ decreta violarent. Porro eo ipso tempore quo milites in eos impetum facturi erant, quidam ad eos perlatus esse dicitur, cujus artus jamdudum ita arefacti erant atque extenuati, ut pedibus insistere non posset. Quem cum oleo unxissent, jusserunt ut in nomine Christi, quem Lucius persequebatur, exsurgeret ac domum rediret. Ille autem repente sanatus, perspicue demonstravit illorum doctrinæ assentiendum esse, penes quos Deus veritatem esse testatus fuisset: etiam cum accusatione Lucii invocantes ipsum exaudiens, et ægrotum sanitati restituens. Nec idcirco tamen resipuerunt ii qui monachis istis insidiabantur: sed noctu eos comprehensos, in quamdam Ægypti insulam quæ paludibus undique cincta est, abduxerunt. Incolæ ejus insulæ, religionis **243**
Christianæ penitus expertes erant, et dæmonum cultui dediti. Templum enim quod apud ipsos erat vetustissimum, summa religione venerabantur. Eo cum appulissent, fertur filiam sacerdotis quæ a dæmone obsessa erat, illis e nave egredientibus obviam venisse. Quæ cum curreret clamaretque, insulani repentina et improvisa re stupefacti, puellam sequebantur. Postquam vero accessit ad navem quæ sanctos senes vehebat, ejulans et humi provoluta supplicare cœpit, altaque voce clamare: Quid ad nos venistis, o famuli magni Dei? Hæc enim insula nobis vetus domicilium est. Nemini molesti sumus: sed cunctis mortalibus ignoti, hic delitescimus, paludibus istis undique circumclusi. Quod si vobis ita placet, hanc nostram possessionem accipite, et vestro juri vindi-

[1] Lib. III, c. 14.

## VALESII ANNOTATIONES.

(92) *Ἀλήθειαν ἐψηφίσατο κακηγορουμένου.* Rectius in codice Fuketiano scriptum est ἐπεψηφίσατο κατηγορουμένου Λουκίου. Et post ultimam vocem apposita est media distinctio seu mora. Quam lectionem ac distinctionem confirmat Nicephorus in cap. 27, lib. XI. Sic enim hunc Sozomeni locum expressit, Οἷς καὶ Θεὸς τὴν χάριν ἐπιψηφίζεται τῇ κατηγορίᾳ Λουκίου. Quem locum ita vertit Langus, *quibus Deus Lucium accusantibus gratiam suam concederet.* Optime Langus interpretatus est verba Sozomeni. Neque enim alius potest esse sensus horum Sozomeni verborum. Sed Nicephorus non idem dicit quod Sozomenus. Vult enim dicere, quantum quidem ex verbis illius conjicio, Deum monachis illis gratiam sanandi ægri ideo concessisse, quod Lucium tanquam impium accusassent.

Digitized by Google

cate : nos ea cedimus. Et puella quidem hæc vociferabatur. Sed cum Macarius ejusque comites dæmonem objurgassent, puella ad sanam mentem rediit. Quo facto, et pater virginis illius cum omni familia, et universa insula ad Christianam religionem conversa est : et fanum, quod apud ipsos erat, demoliti, in ecclesiam commutarunt. Hæc cum Alexandriæ nuntiata essent, Lucium non mediocri dolore affecerunt. Verebatur enim ne ipse in suorum odium incurreret, quippe qui non hominibus, sed Deo ipsi bellum indixisset. Statim igitur occulte mandavit, ut qui cum Macario erant, ad suas sedes et in solitudinem reverterentur. Ac Lucius quidem Ægyptum hoc modo perturbavit. Quæ quidem per id tempus non Didymo solum philosopho, qui ea tempestate floruit, sed et aliis doctissimis viris emicabat. Ad istorum igitur virorum, et ad monachorum de quibus dixi virtutem oculos adjiciens Ecclesia Ægypti, Lucio ejusque asseclis repugnabat. Et quanquam persecutionem sustineret, Arianos tamen multitudine longe superabat.

A νισμὸν μετέβαλλε. Καὶ ἀμελητὶ καθελόντες τὸν παρ' αὐτοῖς ναὸν, εἰς ἐκκλησίαν μετεσκεύασαν. Ταῦτα δὲ τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἀγγελλόμενα, οὐ μετρίως ἐλύπει τὸν Λούκιον. Ἐκινδύνευε γὰρ καὶ παρὰ τῶν ἰδίων μισεῖσθαι, ὡς οὐκ ἀνθρώποις, ἀλλὰ αὐτῷ τῷ Θεῷ πόλεμον προφανῆ καταγγελών. Αὐτίκα τε λάθρα τοὺς ἀμφὶ Μακάριον ἐπὶ τὰ ἴδια ἤθη καὶ τὴν ἔρημον ἐπανελθεῖν προσέταξεν. Ὁ μὲν οὖν Λούκιος ὧδε τὴν Αἴγυπτον ἐδόνει. Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, οὐ μόνῳ Διδύμῳ τῷ φιλοσόφῳ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἀκμάζοντι, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις ἐλλογίμοις διέπρεπεν. Ὧν εἰς τὴν ἀρετὴν ἀποβλέπουσα καὶ τῶν αὐτόθι μοναχῶν, ἐναντίως εἶχε τοῖς ἀμφὶ Λούκιον. Παρευδοκίμει δὲ (93) τοὺς Ἀρείου πολλῷ τοῖς πλήθεσι, καὶ διωκομένη ἡ κατ' Αἴγυπτον Ἐκκλησία.

## CAP. XXI.

*Enumeratio provinciarum in quibus Nicæna fides prædicabatur : et de Scytharum fide, deque Vetranione ejus gentis episcopo.*

Idem quoque tunc temporis apud Osroenos accidit; et apud Cappadoces, quippe quibus par quoddam mirabile prorsusque divinum obtigerat, Basilius scilicet primariæ apud ipsos urbis Cæsareæ episcopus, et Gregorius Nazianzi. Syria vero et finitimæ provinciæ, ac præcipue civitas Antiochia, in maxima perturbatione ac tumultu versabantur, cum Ariani quidem numero plures essent et Ecclesias obtinerent : Catholici tamen haudquaquam pauci essent; quos Eustathianos et Paulinianos vocabant; **244** quibus Paulinus præerat ac Meletius, ut supra retulimus. Horum ope Antiochensis Ecclesia, cum parum abfuisset quin universa Arianam amplecteretur hæresim, ægre admodum imperatoris conatibus et eorum qui apud imperatorem plurimum poterant, resistere valuit. Ubicunque enim a generosis et fortibus viris Ecclesiæ regebantur, populi, ut verisimile est, priorem sententiam non mutabant. Certe Scythas hanc ob causam in pristina fide permansisse narrant. Hæc autem provincia multas urbes et vicos continet et castella. Metropolim autem habet Tomes, urbem magnam et opulentam, ad mare sitam,

B

## ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

*Κατάλογος τῶν τόπων, ἔνθα τὸ δόγμα τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐπρεσβεύετο· καὶ περὶ τῆς τῶν Σκυθῶν πίστεως, καὶ περὶ Βρετανίωνος τοῦ ἡγουμένου τοῦ ἔθνους.*

Τοῦτο δὲ τότε συνέβαινε καὶ παρὰ Ὀσροηνοῖς· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Καππαδόκαις, οἷά τε ξυνωρίδα τινὰ θείαν καὶ λογιωτάτην λαχοῦσι, Βασίλειον τὸν Καισαρείας τῆς παρ' αὐτοῖς ἐπίσκοπον, καὶ Γρηγόριον τὸν Ναζιανζοῦ. Συρία δὲ καὶ τὰ πέριξ ἔθνη, καὶ μάλιστα ἡ τῶν Ἀντιοχέων πόλις, ἐν ἀταξίαις καὶ ταραχαῖς ἦσαν, πλειόνων μὲν ὄντων τῶν τὰ Ἀρείου φρονούντων, καὶ τὰς Ἐκκλησίας ἐχόντων. Οὐκ ὀλίγων δὲ ὄντων καὶ τῶν ἀπὸ τῆς καθόλου Ἐκκλησίας, οὓς Εὐσταθιανοὺς καὶ Παυλιανοὺς (94) ὠνόμαζον, ὧν ἡγεῖτο Παυλῖνός τε καὶ Μελέτιος, ὡς ἐν τοῖς πρόσθεν ἔγνωμεν. Διὰ δὲ
C τούτους (95), ἡ Ἀντιοχέων Ἐκκλησία πᾶσα κινδυνεύσασα γενέσθαι τῆς Ἀρείου αἱρέσεως, μόλις ὑπερέσχεν ἐναντίον τῆς βασιλέως σπουδῆς, καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν δυναμένων. Ὡς ἔοικε γὰρ, εἰ συνέβη ἀνδρείους τὰς Ἐκκλησίας ἰθύνειν, οὐ μετεβάλλοντο τῆς προτέρας δόξης τὰ πλήθη. Ἀμέλειτοι καὶ Σκύθας λόγος διὰ ταύτην αἰτίαν ἐπὶ τῆς αὐτῆς μεῖναι πίστεως. Τοῦτο δὲ τὸ ἔθνος, πολλὰς μὲν ἔχει καὶ πόλεις καὶ κώμας, καὶ φρούρια. Μητρόπολις δέ ἐστι Τόμις, πόλις μεγάλη καὶ εὐδαίμων παράλιος, ἐξ εὐωνύμων εἰσπλέοντι τὸν Εὔξεινον καλούμενον πόντον. Εἰσέτι δὲ καὶ νῦν ἔθος παλαιὸν ἐνθάδε κρατεῖ (96), τοῦ

## VALESII ANNOTATIONES.

(93) *Παρευδοκίμει δέ.* Mallem scribere παρηυδοκίμει τε, etc., ut hæc uno contextu scribantur, junganturque cum præcedentibus.

(94) *Καὶ Παυλιανούς.* Apparet scribendum esse Παυλινιανούς, a Paulino presbytero partis Eustathii, quem Lucifer episcopum Antiochenum ordinaverat. Atque ita legitur apud Niceph. in capite 29, libri XI.

(95) *Διὰ δὲ τούτους.* Pessime hunc locum vertit Christophorsonus. Longe rectius Nicephorus, quem vide.

(96) *Ἔθος παλαιὸν ἐνθάδε κρατεῖ.* Idem repetit Sozomenus in lib. VII, cap. 19; ubi variarum Ecclesiarum consuetudines inter se discrepantes refert. Primo enim loco recenset consuetudinem Scytharum; qui cum multas habeant civitates, unicum D tamen omnes habent episcopum. In aliis autem provinciis interdum etiam pagi suum habent episcopum. Porro hunc Scytharum morem ad sua usque tempora perdurasse testatur Nicetas Choniates in *Thesauro orthodoxæ fidei*, lib. V, cap. 5. Ubi loquens de synodo Nicæna, et rationem reddens cur trecenti tantum episcopi eo convenerint, hæc ait : *Cum enim nondum civitatibus omnibus suus obtigisset, eo factum est, ut plures id temporis non convenerint. Provinciarum enim aliæ uni tantum parebant, ut Scythia seu Russia in hodiernum usque diem. Aliæ duos, aut ad summum tres habebant, ut Dalmatia. Posteriore vero tempore plerisque non civitatibus tantum, sed etiam oppidis, sui dati sunt episcopi.*

Digitized by Google

παντὸς ἔθνους ἕνα τὰς Ἐκκλησίας ἐπισκοπεῖν· κατὰ δὴ τὸν παρόντα καιρὸν, ἐπετρόπευε τούτων Βρεττανίων (97)· καὶ Οὐάλης ὁ βασιλεὺς ἧκεν εἰς Τόμιν [a]. Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀφίκετο, καὶ ὡς εἰώθει ἔπειθεν αὐτὸν κοινωνεῖν τοῖς ἀπὸ τῆς ἐναντίας αἱρέσεως, ἀνδρείως μάλα πρὸς τὸν κρατοῦντα παῤῥησιασάμενος περὶ τοῦ δόγματος τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων, κατέλιπεν αὐτὸν, καὶ εἰς ἑτέραν ἦλθεν ἐκκλησίαν· καὶ ὁ λαὸς ἐπηκολούθησε. Σχεδὸν δὲ πᾶσα ἡ πόλις συνεληλύθεισαν, βασιλέα ὀψόμενοι, καὶ νεώτερον ἔσεσθαί τι προσδοκήσαντες. Ἀπολειφθεὶς δὲ Οὐάλης σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, χαλεπῶς ἤνεγκε τὴν ὕβριν. Καὶ συλληφθέντα Βρεττανίωνα, εἰς ὑπερορίαν ἄγεσθαι προσέταξε, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν αὖθις ἐπανάγεσθαι ἐπέτρεψε. Χαλεπαίνοντας γὰρ οἶμαι πρὸς τὴν φυγὴν τοῦ ἐπισκόπου ἰδὼν τοὺς Σκύθας, ἐδεδίει μή τι νεωτερίσωσιν· ἀνδρείους τε ἐπιστάμενος, καὶ τῇ θέσει τῶν τόπων, ἀναγκαίους τῇ Ῥωμαίων οἰκουμένῃ, καὶ τῶν κατὰ τόδε τὸ κλίμα Βαρβάρων προβεβλημένους. Βρεττανίων μὲν οὖν ὧδε κρείττων ἀνεφάνη τῆς τοῦ κρατοῦντος σπουδῆς· ἀνὴρ τά τε ἄλλα ἀγαθὸς, καὶ ἐπὶ ἀρετῇ βίου ἐπίσημος, ὡς καὶ αὐτοὶ Σκῦθαι μαρτυροῦσιν. Ὡς ἐπίπαν δὲ πᾶς κλῆρος ἐπειράθη διὰ ταῦτα τῆς τοῦ βασιλέως ὀργῆς, πλὴν τῶν πρὸς ἑσπέραν τῆς ἀρχομένης τῶν Ἐκκλησιῶν. Καθότι τῶν ἐπέκεινα Ῥωμαίων ἦρχεν Οὐαλεντινιανὸς, ἐπαινέτης τε ὢν τοῦ δόγματος τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, καὶ εὐλαβῶς εἰς ἄγαν περὶ τὸ Θεῖον ἔχων· ὡς μήτε ἐπιτάττειν τοῖς ἱερεῦσι μηδὲν, μήτε ἄλλως αἱρεῖσθαι νεωτερίζειν ἐπὶ χείρονι ἢ ἀμείνονι δοκοῦντι περὶ τοὺς τῆς Ἐκκλησίας θεσμούς. Τάδε γὰρ κρείττω τῆς αὐτοῦ δοκιμασίας ἡγεῖτο, καίπερ βασιλεὺς ἄριστος γεγονὼς, καὶ ἱκανὸς ἄρχειν διὰ τῶν πραγμάτων φανείς.

A in sinistro latere Ponti Euxini. Porro vetus illic consuetudo etiamnum manet, ut totius provinciæ Ecclesias unus tantum regat episcopus. Per id tempus Ecclesiis præerat Vetranio, tunc cum imperator Valens ad urbem Tomes advenit. Qui cum ecclesiam ejus loci ingressus esset, et, ut solebat, suaderet episcopo, ut cum Arianis communicaret, Vetranio constanter et liberè coram imperatore locutus de doctrina fidei Nicænæ, ab eo discessit, et ad aliam ecclesiam se contulit: quem populus quoque secutus est. Universa autem fere civitas confluxerat, imperatoris videndi causa, et quia novi quidpiam eventurum credebatur. At Valens una cum suis derelictus contumeliam iniquo animo tulit. Quocirca Vetranionem B comprehensum, in exsilium abduci jubet: nec multo post redeundi ei copiam fecit. Nam cum Scythas, ut opinor, ob exsilium episcopi sui indignantes videret, metuere cœpit ne quid novarum rerum molirentur. Norat enim eos forti animo præditos esse, et ob situm locorum utiles ac necessarios esse imperio Romano, valli instar objectos finitimis Barbaris. Hunc in modum Vetranio conatus principis superavit: vir et in reliquis rebus eximius, et vitæ integritate conspicuus, sicut ipsimet Scythæ testantur. His de causis omnes fere ubique clerici imperatoris iram experti sunt, exceptis occidentalium partium Ecclesiis. In illis enim regionibus regnabat Valentinianus, C qui et Nicænæ synodi doctrinam sequebatur, et erga divinum Numen adeo pie erat affectus, ut neque imperaret quidquam sacerdotibus, neque **245** omnino novare aliquid in ecclesiasticis sustineret, si quid sibi deterius aut rectius visum fuisset. Has enim res, examine ac judicio suo præstantiores esse existimabat, quamvis eximius esset imperator, et ad res gerendas, ut experimento patuit, aptissimus.

### ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

*Ὅτι κατ' ἐκεῖνο καιροῦ κινηθέντος τοῦ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λόγου, ἐκυρώθη ὁμοούσιον λέγεσθαι Πατρί τε καὶ Υἱῷ.*

Ἐν τούτῳ δὲ πάλιν, ἤδη μὲν πρότερον ἀρξαμένη, νῦν δὲ πλέον ἐπιδοῦσα ἡ ζήτησις ἦν, εἰ καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα Πατρί τε καὶ Υἱῷ ὁμοούσιον δοξάζειν προσῆκεν. Ἐριστικαί τε περὶ τούτου πολλαὶ διαλέξεις, οὐχ ἧττον ἢ πρότερον περὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου συνέβησαν. Κατὰ τοῦτο δὲ ἀλλήλοις συνεφέροντο οἵ τε ἀνόμοιον καὶ ὁμοιοούσιον τὸν Υἱὸν εἶναι λέγοντες. Ἀμ-

### CAP. XXII.

*Quomodo tunc temporis cum de Spiritu sancto mota esset quæstio, eum Patri et Filio consubstantialem esse decretum est.*

Eodem tempore rursus mota est quæstio, utrum Spiritus sanctus ejusdem cum Patre et Filio substantiæ censendus esset: quæ quidem quæstio cum jam pridem cœpta fuisset, tum maximum incrementum acceperat [1]. D Multæ igitur hac de re disputationes magna contentione factæ, non minus quam antea de Deo Verbo. Porro in hac contro-

[1] Socr., lib. II, c. 45.

## VALESII ANNOTATIONES.

(97) *Βρεττανίων*. Interpretes Britannionem verterunt. Ego Vetranionem dicere malui. Nam Græci hoc nomen, quod Latinam habet originem, sic fere solent scribere, ut supra vidimus in rebus gestis Constantii, ubi de Vetranione tyranno fit mentio. Porro Vetranionem dici pro Veteranione, jampridem observavi in annotationibus ad Ammianum Marcellinum.

## VARIORUM.

*Ὁ βασιλεὺς ἧκεν εἰς Τόμιν*. Anno 369, ut recte conjicit Gothofredus in Chronologia Codicis Theodosiani, videtur Valens *Tomos* profectus: urbs est ad mare sita in sinistro latere Ponti Euxini. (Ant. Pagi, ad annum 369, n. 18.)

Digitized by Google

versia Anomœani, et ii qui Filium Patri similem quoad substantiam asserebant, inter se consenserunt. Utrique enim Spiritum sanctum ministrum esse, et ordine atque honore tertium, et substantia dissimilem asseverabant. Quicunque vero Filium Patri consubstantialem esse profitebantur, idem quoque sentiebant de Spiritu. Quam doctrinam in Syria quidem Apollinaris Laodicenus : in Ægypto autem Athanasius episcopus ; in Cappadocia vero et in Ecclesiis Ponti, Basilius et Gregorius acerrime tutati sunt. Porro cum hæc quæstio agitaretur, et contendendi studio magis magisque in dies cresceret, episcopus urbis Romæ, re comperta, scripsit ad Orientis Ecclesias, ut Trinitatem consubstantialem, et honore gloriaque æqualem, una cum occidentalibus episcopis confiterentur. Quo facto, utpote controversia judicio Romanæ Ecclesiæ terminata, singuli quievere : eaque quæstio finem tandem accepisse videbatur.

A φότεροι γὰρ διακονικὸν, καὶ τρίτον τῇ τάξει, καὶ τῇ τιμῇ, καὶ τῇ οὐσίᾳ ἀλλοῖον τὸ Πνεῦμα ἰσχυρίζοντο. Ὅσοι δὲ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ἐδόξαζον, τὰ αὐτὰ καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος ἐφρόνουν. Οὐκ ἀγεννῶς δὲ τούτῳ τῷ λόγῳ συνίσταντο, ἐν μὲν τῇ Συρίᾳ Ἀπολινάριος ὁ Λαοδικεύς· ἐν Αἰγύπτῳ δὲ Ἀθανάσιος (98) ὁ ἐπίσκοπος· παρὰ δὲ Καππαδόκαις καὶ ταῖς ἀνὰ τὸν Πόντον Ἐκκλησίαις, Βασίλειος καὶ Γρηγόριος. Ἀνακινουμένης δὲ τῆς τοιαύτης ζητήσεως, καὶ ὡς εἰκὸς ταῖς φιλονεικίαις ὁσημέραι πλέον ἐπιδιδούσης, μαθὼν ὁ Ῥώμης ἐπίσκοπος (99), ἔγραψε ταῖς ἀνὰ τὴν Ἕω Ἐκκλησίαις, σὺν τοῖς ἀπὸ τῆς δύσεως ἱερεῦσι, Τριάδα ὁμοούσιον καὶ ὁμόδοξον πρεσβεύειν. Τούτου δὲ γενομένου, ὡς ἐπικεκριμένοις ἅπαξ παρὰ τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, ἡσυχίαν ἦγον ἕκαστοι, B καὶ τέλος ἔχειν ἔδοξεν ἡ τοιαύτη ζήτησις.

## CAP. XXIII.

*De morte Liberii episcopi Romani : deque Damaso et Ursino qui post illum fuerunt. Et quod universus Occidens præter Mediolanum et Auxentium ejus episcopum, recte sentiebat. Item de synodo Romana quæ Auxentium deposuit, et de regula quam promulgavit.*

Per idem tempus mortuo Liberio[1], Damasus Romanæ sedis administrationem suscepit. Qua in ordinatione Ursinus quidam diaconus quorumdam suffragiis nominatus, cum repulsam passus esset, ferre non potuit : sed clam ab obscuris quibusdam episcopis ordinatus, Ecclesiam discerpere, et separatim collectas agere conabatur. Diviso **246** igitur populo, alii quidem istum, alii vero Damasum præferebant episcopum. Hinc, ut verisimile est, ingens contentio ac seditio multitudinis exarsit : adeo ut malum ad vulnera et cædes usque prorumperet, donec præfectus urbis, multis tum ex plebe, tum ex clero supplicio affectis, Ursini conatum repressit. Quod vero ad doctrinam fidei pertinet, nec Romani, nec ulli alii in Occidentis partibus, tunc temporis, sicut nec antea, inter se dissidebant : sed universi sententiam Nicænæ synodi approbabant, et Trinitatem æqualis honoris ac potentiæ venerabantur. Excepto duntaxat Auxentio, qui tunc Mediolanensi præsidens Ecclesiæ, cum paucis quibusdam res novas moliebatur, et contra communem consensum Occidentalium epi-

## ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

*Περὶ τελευτῆς Λιβερίου Ῥώμης, καὶ Δαμάσου καὶ Οὐρσικίου τῶν μετ' αὐτόν· καὶ ὡς ἐν Ἑσπέρᾳ, πᾶσα τὸ ὀρθὸν ἐδόξαζε, πλὴν Μεδιολάνων καὶ Αὐξεντίου τοῦ ταύτης ἀρχιερέως· καὶ περὶ τῆς ἐν Ῥώμῃ συνόδου, ἥτις καθεῖλεν Αὐξέντιον, καὶ τοῦ ὅρου ὃν ἔγραψε.*

Περὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον Λιβερίου τελευτήσαντος, ἐπιτρέπεται Δάμασος τὸν Ῥωμαίων θρόνον. Ὑπόψηφος δὲ ὢν τῇ χειροτονίᾳ καὶ Οὐρσίκιός τις (1) διάκονος, ἀποτυχὼν οὐκ ἤνεγκε· λάθρα δὲ ὑπό τινων ἀσήμων ἐπισκόπων χειροτονηθεὶς, διασπᾷν τὸν λαὸν ἐσπούδαζε, καὶ καθ' ἑαυτὸν ἐκκλησιάζειν. Μερισθέν- C τος δὲ τοῦ πλήθους, οἱ μὲν τοῦτον, οἱ δὲ Δάμασον ἐπίσκοπον ἠξίουν· καὶ πολλὴ τὸν δῆμον, ὡς εἰκὸς, ἔρις εἶχε καὶ στάσις. Ὡς μέχρι καὶ τραυμάτων καὶ φόνων τὸ κακὸν προελθεῖν. Εἰσότε δὴ ὁ τῆς Ῥώμης ὕπαρχος πολλοὺς τοῦ δήμου καὶ τοῦ κλήρου τιμωρίαις ὑποβαλὼν, ἔπαυσε τὴν Οὐρσικίου ἐπιχείρησιν. Δογμάτων δὲ πέρι, καθὰ πρότερον οὔτε Ῥωμαῖοι διεφέροντο, οὔτε ἕτεροι τῶν ἀνὰ τὴν δύσιν· ἀλλὰ πάντες τὰ δόξαντα τοῖς ἐν Νικαίᾳ συνελθοῦσιν ἐπῄνουν, καὶ Τριάδα ἰσότιμόν τε καὶ ἰσοδύναμον ἐδόξαζον. Πλὴν τῶν ἀμφὶ τὸν Αὐξέντιον· ὃς προεστὼς τότε τῆς ἐν Μεδιολάνοις Ἐκκλησίας, ἅμα τισὶν ἐπεχείρει νεωτερίζειν, καὶ παρὰ τὴν κοινὴν συνθήκην τῶν πρὸς δύσιν ἱερέων, τὸ Ἀρείου δόγμα κρατύνειν, καὶ τὰ ἴσα D φρονεῖν τοῖς ἀνόμοιον τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα δοξάζουσι κατὰ τὴν ὕστερον ἐπιγενομένην ζήτησιν. Κατα-

[1] Socr. lib. IV, c. 29.

## VALESII ANNOTATIONES.

(98) *Ἐν Αἰγύπτῳ δὲ Ἀθανάσιος*. Melius dixisset Petrum, nam Athanasius jam vivere desierat, ut ipse Sozomenus supra retulit. Scio quidem Athanasium divinitatem Spiritus sancti perpetuo asseruisse, eumque Patri ac Filio consubstantialem credidisse. Verum ejus mentio aliena est ab hoc loco. Sed notandum est, Sozomenum hoc loco ordinem temporum non servasse. Quippe Liberii mortem et initium Damasi refert sequenti capite, diu post mortem Athanasii. Atqui constat Athanasium aliquot annis supervixisse Liberio.

(99) *Ὁ Ῥώμης ἐπίσκοπος*. Liberius scilicet. Hunc enim obiisse dicit sequenti capite.

(1) *Οὐρσάκιός τις*. In codice Fuketiano scriptum est Οὐρσίκιος, rectius. Latini enim scriptores eum interdum Ursicinum vocant. Verum emendatissimi codices tribus tantum syllabis Ursinum nominant, ut notavi ad librum XXVII Ammiani Marcellini. De hujus Ursini schismate adversus Damasum Romanæ urbis episcopum, consulendus est Baronius in *Annalibus ecclesiasticis*, anno Christi 367 et sequentibus. Diutissime enim duravit hoc schisma.

Digitized by Google

μηνυσάντων δὲ τῶν ἀπὸ τῆς Γαλλίας καὶ Βενετίας (2), καὶ παρ' ἑτέρων τινῶν ταῦτα σπουδάζεσθαι παρ' αὐτοῖς, οὐ πολλῷ ὕστερον συνελθόντες εἰς Ῥώμην ἐπίσκοποι ᵛ πολλῶν ἐθνῶν, ἐψηφίσαντο τῆς αὐτῶν κοινωνίας ἀλλότριον εἶναι Αὐξέντιον, καὶ τοὺς ὁμοίως αὐτῷ δοξάζοντας· βεβαίαν δὲ μένειν τὴν παραδοθεῖσαν πίστιν παρὰ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου· τῶν ἐν Ἀριμίνῳ δοξάντων ὑπεναντίων ταύτης, ἀκύρων ὄντων, ὡς μήτε τοῦ τῶν Ῥωμαίων ἐπισκόπου, μήτε τῶν ἄλλων συνθεμένων αὐτοῖς· καὶ ὡς πολλῶν τῶν αὐτόθι συνελθόντων, ἀπαρεσθέντων τοῖς τότε παρ' αὐτῶν δεδογμένοις. Ταῦτα δὲ οὕτω γενέσθαι καὶ δόξαι, μαρτυρεῖ καὶ ἡ Ἐπιστολὴ Δαμάσου τοῦ Ῥωμαίων ἐπισκόπου, καὶ τῶν ἅμα αὐτῷ τότε συνελθόντων, πρὸς τοὺς Ἰλλυριῶν ἐπισκόπους γραφεῖσα. Ἔχει δὲ ὧδε·

Epistola Damasi, quam ille una cum episcopis qui Illyrici. Sic autem habet :

*Οἱ ἐπίσκοποι οἱ ἐπὶ τῶν Ῥωμαίων εἰς τὸ ἱερὸν συνέδριον συνελθόντες, τοῖς ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ καθεστῶσιν ἐπισκόποις, Δάμασος* (3), *καὶ Οὐαλέριος* (4), *καὶ οἱ λοιποί, τοῖς ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν Κυρίῳ χαίρειν.*

Πιστεύομεν τὴν ἁγίαν πίστιν ἡμῶν, τὴν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἀποστόλων θεμελιωθεῖσαν, ταύτην κατέχειν καὶ ταύτην τῷ λαῷ ὑφηγεῖσθαι· ἥτις ἀπὸ τῶν ὁρισθέντων παρὰ τῶν Πατέρων, οὐδενὶ λόγῳ διαφωνεῖ. Οὐδὲ γὰρ ἄλλως ἁρμόζει διανοεῖσθαι τοὺς τοῦ Θεοῦ ἱερεῖς, ὑφ' ὧν δίκαιόν ἐστι τοὺς σοφοὺς παιδεύεσθαι. Ἀλλὰ δι' ἀναφορᾶς τῶν ἐν Γαλλίᾳ καὶ Βενετίᾳ ἀδελφῶν, ἔγνωμέν τινας αἵρεσιν σπουδάζειν. Ὅπερ κακὸν οὐ μόνον παραφυλάττεσθαι ὀφείλουσιν οἱ ἐπίσκοποι, ἀλλὰ καὶ ὅσα ἀπειρίᾳ τινῶν ἢ ἁπλότητι οἰκείαις

A scoporum, Arii opinionem stabilire, et cum iis qui Filium ac Spiritum sanctum, juxta controversiam recens exortam, Patri dissimilem esse censebant, consentire nitebatur. Sed cum episcopi Galliæ et Venetiæ, idem quoque tentari a quibusdam aliis retulissent, brevi post tempore episcopi ex multis provinciis Romam convenientes, Auxentium eosque qui idem cum illo sentirent, alienos esse a communione sua decreverunt : utque fides quæ a concilio Nicæno tradita erat, firma ac stabilis permaneret, infirmatis iis quæ in Ariminensi synodo contra illam fidem decreta erant, eo quod nec Romanus episcopus, nec alii gestis illis consensissent, multique etiam ex iis qui huic synodo interfuerant, decreta ejus improbavissent. B Hæc porro ita gesta constitutaque esse testatur tunc Romam convenerant, scripsit ad episcopos

*Episcopi ad sacrum concilium Romæ congregati, episcopis in Illyrico constitutis, Damasus, Valerius et reliqui, dilectis fratribus in Domino salutem.*

Credimus vos sacrosanctam fidem nostram, quæ super doctrina apostolorum fundata **247** est, retinere, eamque populo prædicare: quæ a Patrum decretis nulla ratione dissentit. Neque enim decet aliter sentire sacerdotes Dei, a quibus etiam sapientes erudiri debent. Verum fratrum ex Gallia et Venetia relatione didicimus nonnullos hæresim inducere studere. Quod malum non solum præcavere debent episcopi, sed quæcunque seu per imperitiam, seu per simplicitatem quorumdam, veris

## VALESII ANNOTATIONES.

(2) *Τῶν ἀπὸ τῆς Γαλλίας καὶ Βενετίας.* Idem testatur Damasus in epistola synodica quam subjicit Sozomenus, his verbis : *Sed Gallorum atque Venetensium fratrum relatione comperimus, nonnullos non hæresis studio,* etc. *Denique Auxentium Mediolanensem hac præcipue causa damnatum esse perscribunt.* Ubi nomine quidem Venetensium fratrum intelligit Philastrium Brixiensem episcopum et Evagrium. Hi enim præcipue insectati sunt Auxentium, ut ex Hieronymo notavit Baronius ad annum Christi 369. Nomine autem Gallorum, designare videtur Hilarium nostrum, qui hoc eodem anno scripsit epistolam ad omnes catholicos episcopos contra Auxentium Mediolanensem.

(3) *Δάμασος καὶ Οὐαλέριος.* Hæc epistola synodi Romanæ refertur etiam a Theodorito in libro II *Historiæ ecclesiasticæ*, cap. 22. Latine autem exstat in *Collectione Romana*, quæ nuper edita est a Luca Holstenio, viro doctissimo, pag. 163. Et in versione quidem Theodoriti, epistolam ipsam prout a Damaso dictata est apposui. In versione autem Sozomeni, quia nondum Romanam editio- C nem nactus fueram, epistolam illam sicut a nobis translata fuerat ascripsimus. Porro notandum est synodum illam Romanam a Baronio quidem et Holstenio referri ad annum Christi 369. Mihi tamen in sequentem potius annum videtur conferenda. Nam cum post libellum Hilarii adversus Auxentium collecta sit, cuncta autem illa adversus Auxentium ab Hilario gesta sint anno Christi 369, ut ex ipsius Auxentii libello recte observavit Baronius ; synodus adversus eumdem Auxentium Romæ vix potuit congregari ante annum proxime sequentem. Etenim 93 episcopi ei synodo interfuere : qui profecto, nonnisi longo temporis spatio interposito, Romam convenire omnes potuerunt.

(4) *Οὐαλέριος.* In *Collectione Romana* Valerianus dicitur, rectius. Erat hic episcopus Aquileiæ, et Fortunatiano Ariano successerat. Vir admodum pius et catholicus, sub quo Aquileiensis Ecclesia maxime floruit. Ejus elogium habes apud Hierony- D mum in Epistolis. Exstat epistola Basilii Magni ad Valerianum episcopum Illyrici. Sed hic diversus est ab Aquileiensi Valeriano.

## VARIORUM.

ᵛ *Συνελθόντες εἰς Ῥώμην ἐπίσκοποι.* Secunda synodus Romana a Damaso adversus Auxentium coacta anno 372. Ejus synodicam ad episcopos Illyrios scriptam referunt (præter Sozomenum) Theodoritus lib. II, cap. 22, et Nicephorus lib. XI, cap. 31. (Ant. Pagi, ad ann. 369, n. 7.) Quæ hactenus superest synodica Damasi epistola, videtur compendium esse *Epistolæ ad Afros*, seu potius ei consimilis quam ad Damasum miserant Ægyptii præsules, ejusque occasione conscripta. Ita ea quippe Auxentius damnatus, Ariminensis proscripta formula, Nicæna fides confirmata est. Quas res omnes complectitur *Epistola ad Afros*. (Cl. monachi Benedictini in *Vita Athanasii*, p. 86, qui synodum hanc coactam fuisse anno 370, vel 371 existimant.)

Digitized by Google

ac propriis interpretationibus adversantur: nec ab illis qui diversa dogmata comminiscuntur, abripi in errorem, sed potius Patrum nostrorum decreta retinere, quoties illi variis consiliis temere circumferuntur. Quapropter Auxentium Mediolanensem præcipue in hoc negotio damnatum esse perscribunt. Æquum igitur est, ut omnes in orbe Romano Ecclesiarum doctores inter se consentiant, nec discrepantibus doctrinis fidem contaminent. Nam cum hæreticorum improbitas vigere primum cœpisset, quemadmodum nunc, quod quidem Deus avertat, Arianorum viget blasphemia, Patres nostri trecenti decem et octo selecti, habito apud Nicæam tractatu, adversus arma diaboli hunc murum erexerunt, et hac antidoto letalia venena repulerunt, ut Pater et Filius, unius divinitatis, unius virtutis, uniusque figuræ esse crederentur. Spiritum autem sanctum ejusdem quoque esse substantiæ credere debemus. Eum vero qui aliter sentiat, a communione nostra alienum esse decrevimus. Quam salutarem regulam et adorandam sanctionem, nonnulli violare conati sunt. Verum in ipso statim exordio, ab iis ipsis qui Arimini istud innovare aut attentare coacti fuerant, eo usque emendatum est, ut confessi sint se alia quadam disputatione deceptos esse, quam sententiæ a Nicænis Patribus promulgatæ contrariam esse minime advertissent. Neque enim præjudicium ullum afferri potuit ex numero eorum qui Arimini convenere: quandoquidem, uti supra diximus, illi ipsi qui per fraudem cedere aliquantulum visi sunt, postea meliore judicio usi, ea sibi displicere testati sunt. Perspicit igitur sinceritas vestra, hanc solam fidem quæ juxta auctoritatem apostolorum in urbe Nicæna fundata est, perpetua firmitate retinendam esse: eaque gloriari nobiscum tum Orientales qui **248** se catholicos esse profitentur, tum Occidentales. Credimus autem futurum brevi, ut qui alia sentiunt, a nostra communione separentur, ablato ipsis episcoporum nomine: ita ut populi ab errore ipsorum liberati respirare possint. Nullo enim modo errorem multitudinis corrigere poterunt, cum ipsi errore im-

A ἑρμηνείαις (5) ἀνθίσταντο· ἀπὸ οὖν (6) τῶν διαφόρου διδασκαλίας διανοουμένων μὴ παρολισθαίνειν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τῶν Πατέρων ἡμῶν κατέχειν τὴν γνώμην, ὁσάκις ἂν διαφόροις βουλαῖς περιφέρωνται. Τοιγαροῦν Αὐξέντιον τὸν Μεδιολάνων ἐξαιρέτως ἐν τούτῳ τῷ πράγματι κατακεχρίσθαι προγέγραπται. Δίκαιον οὖν ἐστι, πάντας τοὺς ἐν τῷ Ῥωμαίων κόσμῳ διδασκάλους ὁμοφρονεῖν, καὶ μὴ διαφόροις διδασκαλίαις τὴν πίστιν μιαίνειν. Καὶ γὰρ ἡνίκα πρῶτον ἡ κακία τῶν αἱρετικῶν ἀκμάζειν ἤρξατο, ὡς καὶ νῦν μάλιστα, ὅπερ ἀπείη, τῶν Ἀρειανῶν ἡ βλασφημία, οἱ πατέρες ἡμῶν τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπίλεκτοι, ἐν Νικαίᾳ γενομένου σκέμματος, τοῦτο τὸ τεῖχος ὑπεναντίον τῶν ὅπλων τοῦ διαβόλου ὥρισαν, καὶ ταύτῃ τῇ ἀντιδότῳ τὰ θανάσιμα φάρμακα ἀπεώσαντο· ὥστε τὸν Πατέρα B καὶ τὸν Υἱὸν, μιᾶς θεότητος, μιᾶς ἀρετῆς, καὶ ἑνὸς χρήματος (7) πιστεύεσθαι· χρὴ δὲ τῆς ταύτης ὑποστάσεως καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον πιστεύειν. Τὸν δὲ ἄλλως φρονοῦντα, ἀλλότριον εἶναι τῆς ἡμετέρας κοινωνίας ἐκρίναμεν. Ὅνπερ σωτηριώδη ὅρον, καὶ τὴν προσκυνητὴν σκέψιν τινὲς μιᾶναι ἠθέλησαν. Ἀλλὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀρχῇ, ἀπ' αὐτῶν τούτων οἵτινες τοῦτο ἐν Ἀριμίνῳ ἀνανεώσασθαι, ἢ ψηλαφῆσαι ἠναγκάζοντο, μέχρι τούτου διωρθώθη ὡς ὁμολογεῖν αὐτοὺς ἑτέρᾳ τινὶ διαλέξει ὑφαρπάσθαι, ὅτι οὐκ ἐνόησαν τῇ τῶν Πατέρων γνώμῃ τῇ ἐν Νικαίᾳ ἀρεσάσῃ ἐναντίον εἶναι. Οὐδὲ γὰρ πρόκριμά τι ἠδυνήθη γενέσθαι ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἐν Ἀριμίνῳ συναχθέντων, ὁπότε συνέστηκε, μήτε τοῦ Ῥωμαίων ἐπισκόπου, οὗ πρὸ C πάντων ἔδει τὴν γνώμην ἐκδέξασθαι, οὔτε Βικεντίου, ὃς ἐπὶ τοσούτοις ἔτεσι τὴν ἐπισκοπὴν ἀσπίλως ἐφύλαξεν, οὔτε τῶν ἄλλων τοῖς τοιούτοις συγκαταθεμένων [v]· ὁπότε μάλιστα καθὼς προειρήκαμεν, αὐτοὶ οὗτοι οἵτινες κατὰ συσκευὴν ὑποκλίνεσθαι ἔδοξαν, οὗτοι καλλίονι γνώμῃ χρησάμενοι, ἀπαρέσκειν αὐτοῖς ταῦτα ἐμαρτύραντο. Συνορᾷ οὖν ἡ ὑμετέρα καθαρότης, ταύτην μόνην τὴν πίστιν, ἥτις ἐν Νικαίᾳ κατὰ τὴν αὐθεντίαν τῶν ἀποστόλων ἐθεμελιώθη, διηνεκεῖ βεβαιότητι καθεκτέον εἶναι, καὶ μεθ' ἡμῶν τοὺς Ἀνατολικοὺς οἵτινες ἑαυτοὺς τῆς καθολικῆς εἶναι ἐπιγινώσκουσι, τοὺς δὲ δυτικοὺς (8) καυχᾶσθαι. Πιστεύομεν δὲ οὐκ εἰς μακρὰν τοὺς ἄλλα νοοῦντας,

## VALESII ANNOTATIONES.

(5) *Οἰκείαις ἑρμηνείαις*. Totum hunc locum pessime vertit Græcus interpres hujus epistolæ. Latina quidem epistola sic habet: *Sed Gallorum atque Venetensium fratrum relatione comperimus, nonnullos non hæresis studio; neque enim hoc tantum mali cadere in Dei antistites potest; sed inscitia, vel ex simplicitate quadam, scævis interpretationibus æstuantes, non satis dispicere quæ magis Patrum nostrorum sit tenenda sententia, cum diversa consilia eorum auribus ingerantur.* Græcus interpres pro *scævis* quod idem valet ac *sinistris*, legisse videtur *suis*. Vertit enim οἰκείαις, magno errore. Sed et reliqua minime intellexit. Verum in codice Fuketiano aliter scribitur hic locus, hoc scilicet modo: εἰκαίαις ἑρμηνίαις ἀνθίστανται. Sed apud Theodoritum in D libro secundo *Historiæ* cap. 22, rectior scriptura habetur hujus loci, τῶν σκαιαῖς κεχρημένων ἑρμηνείαις ἀνθίστασθαι, etc.

(6) *Ἀπὸ οὖν*. Rectius apud Theodoritum legitur ἀνθίστασθαι ἀπὸ τοῦ νῦν διαφόρους διδασκαλίαις, διανοουμένους, etc.

(7) *Ἑνὸς χρήματος*. Apud Theodoritum melius legitur χαρακτῆρος. Certe in epistola Latina legitur *unius figuræ*.

(8) *Τοὺς δὲ δυτικούς*. Scribendum est procul dubio τούς τε δυτικούς. Sic enim habet Latinum exemplar hujus epistolæ. *Hac nobiscum Orientales, qui se catholicos recognoscunt, Occidentalesque gloriari.*

## VARIORUM.

v *Ὁπότε συνέστηκε.... συγκαταθεμένων*. Horum verborum interpretatio, a Valesio hic omissa, supplenda est ex Theodorito, lib. II, cap. 22.

Digitized by Google

αὐτῇ τῇ ἐπιχειρήσει ἀπὸ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας χωρισθήσεσθαι αὐτῶν (9) τὸ τοῦ ἐπισκόπου ὄνομα· ὥστε τοὺς λαοὺς αὐτῶν τῆς πλάνης ἐλευθερωθέντας, ἀναπνεῦσαι. Οὐδενὶ γὰρ τρόπῳ διορθῶσαι δυνήσονται τὴν πλάνην τῶν ὄχλων, ὁπότε αὐτοὶ ὑπὸ τῆς πλάνης κατέχονται. Συμφωνείτω οὖν μετὰ πάντων τῶν τοῦ Θεοῦ ἱερέων, καὶ τῆς ὑμετέρας τιμιότητος ἡ γνώμη, ἐν ᾗ ὑμᾶς ἁγίους καὶ βεβαίους (10) πιστεύομεν. Ὅτι δὲ οὕτως ἡμεῖς μεθ' ὑμῶν (11) πιστεύειν ὀφείλομεν, τοῖς ἀμοιβαίοις τῆς ὑμετέρας ἀγάπης ἐπιδείξασθαι.

A plicentur. Vestræ igitur reverentiæ judicium cum omnium sacerdotum judicio consentiat: in qua fide vos stabiles et firmos manere confidimus. Nos vero ita vobiscum credere oportere, mutuis charitatis vestræ litteris ad nos datis ostendite.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

*Περὶ τοῦ ἁγίου Ἀμβροσίου, ὅπως εἰς ἀρχιερέα προεβλήθη, καὶ εὐσεβεῖν τοὺς λαοὺς ἀνέπεισεν· ἔτι δὲ καὶ περὶ τῶν ἐν Φρυγίᾳ Ναυατιανῶν, καὶ τοῦ Πάσχα.*

Οἱ μὲν οὖν πρὸς δύσιν ἱερεῖς ὧδε φθάσαντες τοὺς παρ' αὐτοῖς νεωτερίζοντας, ἐπιμελῶς ἐφύλαττον τὴν ἀρχῆθεν παραδοθεῖσαν αὐτοῖς πίστιν. Ὡς κομιδῇ ὀλίγους ἐνθάδε ἑτεροδόξους γενέσθαι, καὶ σχεδὸν μόνους τοὺς ἀμφὶ τὸν Αὐξέντιον. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ καὶ οὗτος ἐκποδὼν ἐγένετο· τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ, ἐστασίαζε τὸ πλῆθος, οὐ τὸν αὐτὸν αἱρούμενοι τὴν Μεδιολάνων Ἐκκλησίαν ἐπισκοπεῖν· καὶ ἡ πόλις ἐκινδύνευεν. Ἕκαστοι γὰρ ἀποτυχόντες ἠπείλουν ποιεῖν ἃ φιλεῖ γίνεσθαι ἐν ταῖς τοιαύταις ταραχαῖς. Δείσας δὲ τὴν τοῦ δήμου κίνησιν Ἀμβρόσιος, ὁ τότε τοῦ ἔθνους ἡγούμενος, ἐλθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, συνεβούλευε παύσεσθαι τῆς ἔριδος, νόμων ὑπομιμνήσκων, ὁμονοίας τε καὶ τῶν ἀπὸ τῆς εἰρήνης ἀγαθῶν. Οὔπω δὲ αὐτοῦ παυσαμένου περὶ τούτων δημηγορεῖν, ἐξαπίνης πάντες ἀφέμενοι τῆς πρὸς ἀλλήλους ὀργῆς, ἐπ' αὐτὸν τὸν σύμβουλον τῆς ὁμονοίας ἄγουσι τὴν τῆς ἐπισκοπῆς ψῆφον. Καὶ βαπτίζεσθαι παρεκελεύοντο· ἔτι γὰρ ἀμύητος ἦν. Καὶ τὴν ἱερωσύνην παραλαμβάνειν ἐδέοντο. Ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν παρῃτεῖτο, καὶ ἀνεβάλλετο (12), καὶ ἀτεχνῶς τὸ πρᾶγμα ἀπέφευγεν· ὁ δὲ δῆμος ἐπέκειτο. καὶ

## CAP. XXIV.

*De sancto Ambrosio, qua ratione ad episcopatum promotus sit, et populos pie sentire docuerit. Item de Novatianis in Phrygia, et de die Paschæ.*

Hoc modo occidentales episcopi, cum eos qui rebus novis apud ipsos studebant prævenissent, B fidem sibi ab initio traditam studiose conservarunt [1], adeo ut pauci admodum in illis partibus novæ doctrinæ sectatores fuerint, ac solus fere cum suis Auxentius. Quo quidem mortuo, ingens populi seditio exorta est, cum non eumdem omnes Mediolanensis Ecclesiæ antistitem eligerent: totaque civitas in gravissimum periculum adducta est. Nam qui repulsam passi fuerant, ea se facturos quæ in hujusmodi perturbationibus fieri solent, singuli minabantur. Ambrosius igitur qui tunc provinciæ rector erat, tumultum populi veritus, cum ad ecclesiam venisset, suadere cœpit ut a contentione desisterent; leges illis in memoriam revocans, et concordiam pacisque bona eis ob oculos proponens. Vix ille finem dicendi fecerat, cum C repente omnes, abjecto mutuæ contentionis studio, ipsi concordiæ suasori episcopatum communibus suffragiis deferunt, hortantes ut sacrum baptismum susciperet: nondum enim erat initiatus: **249** rogantesque ut sacerdotii onus sub-

[1] Socr., lib. IV, c. 30.

## VALESII ANNOTATIONES.

(9) *Χωρισθήσεσθαι αὐτῶν.* Apud Theodoritum hic locus emendatius legitur hoc modo: Χωρισθήσεσθαι καὶ περιαιρεθήσεσθαι ἀπ' αὐτῶν τὸ τοῦ ἐπισκόπου ὄνομα. In Latino exemplari hujus epistolæ desunt hic nonnulla.

(10) *Ἁγίους καὶ βεβαίους.* Corrigendum est ex Theodorito παγίους καὶ βεβαίους εἶναι. Sic enim habet Latinum exemplar: *In qua vos fixos atque firmatos*, etc.

(11) *Ἡμεῖς μεθ' ὑμῶν.* Mendum est in Latino exemplari interpretum hujus epistolæ, quod Græcum fefellit; sed neque a Luca Holstenio animadversum est. Sic enim habet Latinum exemplar: *In qua vos fixos atque firmatos ut bene credimus, ita etiam nos vobiscum recte sentire debemus reciprocis sanctitatis vestræ litteris approbare.* In quibus verbis nullus omnino sensus est. Nos vero ope ac subsidio criticæ nostræ, locum ita sanandum esse affirmamus: *Ita etiam vos nobiscum recte sentire, debetis reciprocis sanctitatis vestra litteris approbare.* Jam clarus et manifestus D est sensus. Nec erit, ut opinor quisquam, qui non fateatur hunc locum ita a Damaso scriptum fuisse. Cæterum quod in editione Romana titulus hujus epistolæ præfert, eam scriptam esse episcopis catholicis per Orientem constitutis, falsum est [a]. Scripta est enim ad episcopos Illyrici, ut recte habet Sozomenus ac Theodoritus. Certe eam ad Orientales scriptam non esse, satis apparet ex his verbis: *Hac nobiscum Orientales qui se catholicos recognoscunt, Occidentalesque gloriari.* Et paulo post: *Concinat ergo omnibus Dei sacerdotibus et vestræ sententia charitatis.* Ubi vides Damasum eos ad quos scribit, distinguere ab Orientalibus et Occidentalibus. Illyricianos ergo intelligit, qui in medio erant positi, id est inter Orientales atque Occidentales.

(12) *Καὶ ἀνεβάλλετο.* In codice Fuketiano scriptum inveni καὶ ἀπεμάχετο. Quod certe magis placet, licet Nicephorus vulgatam lectionem confirmet.

## VARIORUM.

[a] Hoc falsum non est. Nam, ut animadvertit Hermantius in Vita S. Ambrosii, lib. I, cap. 17, ideo hæc epistola ad Catholicos Orientis episcopos directa, quod ejus exemplar ad eosdem, quemadmodum et ad Illyrios, missum fuisset. Quod demonstrant verba præfatæ synodicæ collectionis Romanæ subjecta: *Ego Sabinus diaconus Mediolanensis legatus de authentico dedi.* Hermantius loco



Digitized by Google

iret. Sed cum ille quidem recusaret ac reluctaretur, prorsusque sacerdotium refugeret, populus vero instaret, nec alia conditione quieturum se affirmaret, res ad proceres palatii refertur. Imperator autem Valentinianus, eo nuntio accepto, Deum precatus esse dicitur, eique gratias egisse, quod eos ad sacerdotii munus obeundum eligeret, quos ipse regendis provinciis præfecisset. Cumque populi pertinax studium et Ambrosii detrectationem didicisset, ad conciliandam Mediolanensis Ecclesiæ concordiam Deum hæc ita disponere conjecit, eumque quam primum episcopum ordinari jussit. Qui cum baptismum ac sacerdotium simul suscepisset, statim Ecclesiam suam, quæ ob administrationem Auxentii diuturno discidio laboraverat, ad concordem de Deo sententiam reduxit. Verum qualem se Ambrosius iste post ordinationem præstiterit, et quam constanter ac pie sacerdotium administraverit, infra suo loco dicturi sumus. Per idem tempus Novatiani qui in Phrygia degunt, contra veterum morem Pascha una cum Judæis celebrare cœperunt[1]. Nam Novatus qui ejus sectæ auctor fuit, pœnitentes quidem ad communionem minime admisit: idque solum ab illo innovatum est. Cæterum tam ipse, quam successores ejus, non aliter quam Ecclesia Romana, post æquinoctium vernum festum Paschæ diem perpetuo celebrarunt. Tandem vero circa hæc tempora, quidam per Phrygiam episcopi Novatianorum, congregati in Pazi vico, qui locus est in Phrygia, unde Sangarii fluminis fontes erumpunt, cum ne hac quidem in parte cum iis a quibus dissentiebant communicare vellent, peculiarem regulam constituerunt, ut Azymorum festum in posterum observarent, et cum Judæis Pascha celebrarent. Verum huic synodo neque Agelius interfuit, qui Novatianorum episcopus erat Constantinopoli, neque is qui Nicææ, nec qui

A τῆς ἔριδος οὐκ ἄλλως ἀνήσειν ἰσχυρίζετο, μηνύεται τάδε ταῖς ἐν τοῖς βασιλείοις ἀρχαῖς. Ἅμα δὲ τῇ περὶ τούτων ἀγγελίᾳ λέγεται Οὐαλεντινιανὸς ὁ βασιλεὺς εὔξασθαι, καὶ χάριν φάναι ὁμολογεῖν τῷ Θεῷ, ὡς ἱερᾶσθαι ἐπιλεγομένῳ, οὓς αὐτὸς ἄρχειν προβάλλεται. Μαθὼν δὲ τὴν τοῦ πλήθους ἔνστασιν καὶ τὴν Ἀμβροσίου παραίτησιν, συνέβαλεν ἐπὶ ὁμονοίᾳ τῆς ἐν Μεδιολάνῳ Ἐκκλησίας ταῦτα βραβεύειν τὸν Θεόν [v]· καὶ τὴν ταχίστην αὐτὸν χειροτονεῖσθαι προσέταξεν. Ἅμα δὲ ἐμυήθη καὶ τὴν χειροτονίαν παρέλαβεν, ὁμοφρονεῖν πέπεικε περὶ τὰ θεῖα τὴν ὑπ' αὐτὸν Ἐκκλησίαν, ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ διχονοίᾳ καμοῦσαν ἐκ τῆς προστασίας Αὐξεντίου. Ἀλλ' οἷος μὲν Ἀμβρόσιος οὗτος μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐγένετο, καὶ ὡς ἀνδρείως καὶ μάλα θείως τὴν ἱερωσύνην διήνυσεν, B ἐν τοῖς ἑξῆς κατὰ χώραν λελέξεται. Περὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον οἱ ἀμφὶ τὴν Φρυγίαν Ναυατιανοὶ, παρὰ τὸ πρότερον εἰωθὸς, ἤρξαντο μετὰ τῶν Ἰουδαίων τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτὴν ἐπιτελεῖν. Ναυάτος μὲν γὰρ, ὃς ἀρχηγὸς ἐγένετο τῆς αἱρέσεως, τοὺς μεταμελουμένους ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν εἰς κοινωνίαν οὐ προσίετο, καὶ τοῦτο μόνον ἐκαινοτόμει. Παραπλησίως δὲ τῇ Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ, μετὰ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν διετέλεσεν αὐτός τε καὶ οἱ μετ' αὐτὸν ταύτην ἄγοντες τὴν ἑορτήν. Εἰσότε δὴ ἐπὶ ταύτης τῆς ἡγεμονίας, τινὲς τῶν ἀνὰ τὴν Φρυγίαν Ναυατιανῶν ἐπισκόπων συνελθόντες ἐν Γάζου κώμῃ (13)· χωρίον δὲ αὕτη Φρυγῶν, ὅθεν Σαγγαρίου τοῦ ποταμοῦ αἱ πηγαὶ ῥέουσι· ὡς οὐδὲ ταύτῃ κοινωνεῖν ἀξιοῦντες τοῖς ἑτέρως αὐτοῖς δοξάζουσιν, ἴδιον ἔθεντο νόμον· ὥστε τὴν C τῶν Ἀζύμων ἐπιτηρεῖν ἑορτὴν, καὶ σὺν τοῖς Ἰουδαίοις τὸ Πάσχα ἐπιτελεῖν. Οὐκ ἐκοινώνει δὲ ταύτῃ τῇ συνόδῳ οὔτε Ἀγέλιος, ὁ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει Ναυατιανῶν ἐπίσκοπος, οὔτε ὁ Νικαίας, ἢ ὁ Νικομηδείας, ἢ ὁ Κοτυαείου (14)· πόλις δὲ αὕτη Φρυγίας οὐκ ἄσημος· οὓς δὴ κυρίους καὶ κολοφῶνας, ὡς εἰπεῖν, οἱ Ναυατιανοὶ νομίζουσι τῶν περὶ τὴν οἰκείαν αἵρεσιν καὶ τὰς αὐτῶν Ἐκκλησίας πραττομένων. Ἐκ

[1] Socr. lib. IV, c. 28.

## VALESII ANNOTATIONES.

(13) *Ἐλθόντες ἐν Γάζου κώμῃ*. Apud Socratem et Nicephorum Pazi vicus hic dicitur, situs in Phrygia ad Sangarium amnem. Sed non possum assentiri Baronio, qui hunc Pazi vicum confundit cum Pepuza. Porro συνελθόντες hoc loco restitui ex codice Fuketiano.

(14) *Ὁ Κοτυλαείου*. Longe rectius in codice Fu- D ketiano scriptum est Κοτυαείου. Sic enim dictum est oppidum Phrygiæ, teste Strabone in libro duodecimo, et Stephano, et Constantino Porphyrogennito in libro primo *De thematibus*, cap. 4. Stephanus quidem Byzantius scribit regulariter hoc oppidum dici debere Cosaium ut Midaium. Dictum est enim a Cosa quodam. Postea vero inserto ι

## VARIORUM.

laudato scribit, hunc Sabinum non videri diversum a Sabino, quem S. Basilius Romam ad Damasum misit. Quæ conjectura prorsus certa, cum S. Basilius in epistola 273, de litteris ad Occidentales scribendis loquens, dicat: *Ego cum inciderim in Sabinum diaconum, quo nuntio huc ad nos illi usi sunt, ad Illyricos scripsi, ad Italos præterea et Gallos episcopos*. Ex quo liquet synodum Romanam ante annum 371, quo Basilius Cæsareæ episcopus creatus, coactam non fuisse. Ant. Pagi, ad ann. 369, n. 8.

[v] *Ταῦτα βραβεύειν τὸν Θεόν*. Hinc est quod salvo canone apostolico 80. D. Ambrosius simul et baptizatus et episcopus ordinatus est. Prohibet nempe canon ille, ne is, *qui a gentili vita nuper accessit, et modo baptizatus est, episcopus illico fieret. Iniquum enim esse, ut qui sui nondum experientiam ostenderit, sit aliorum magister*, εἰ μήπω κατὰ θείαν χάριν τοῦτο γένηται, *nisi forte hoc divina gratia fiat*. Ambrosius autem divinitus electus est.

Digitized by Google

ταύτης δὲ τῆς αἰτίας, ὅπως καὶ οὗτοι εἰς διαφορὰν κατέστησαν, καὶ σφᾶς αὐτοὺς διατεμόντες χωρὶς ἐκκλησίαζον, κατὰ καιρὸν ἐρῶ.

A Nicomediæ, nec qui Cotuaii episcopatum gerebant : est autem Cotuaium, Phrygiæ urbs non ignobilis. Quos tamen Novatiani velut arbitros ac moderatores habent eorum quæ in Ecclesia et in secta ipsorum geruntur. Qualiter vero etiam isti hanc ob causam inter se dissenserint, seque ipsos a reliquis præcidentes, separatim collectas celebraverint, dicam suo tempore.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΕ΄.

*Περὶ τῶν Ἀπολιναρίων, τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ· καὶ τοῦ πρεσβυτέρου Βιταλιανοῦ· καὶ ἐκ ποίας αἱρέσεως κινηθέντες εἰς αἱρέσεις ἐξέκλιναν.*

Ἐν τούτῳ δὲ εἰς τὸ προφανὲς προΐστατο Ἀπολινάριος τῆς ἀπ' αὐτοῦ ὀνομαζομένης αἱρέσεως· καὶ πολλοὺς ἀποτεμὼν τῆς Ἐκκλησίας καθ' ἑαυτὸν συνῆγε. Συνελάβετο δὲ αὐτῷ πρὸς τὴν τοῦ οἰκείου δόγματος σύστασιν καὶ Βιτάλιος [x], πρεσβύτερος Ἀντιοχεὺς τῶν ὑπὸ Μελίτιον ἱερωμένων· ἀνήρ, εἰ καί B τις ἄλλος, ἐκ τοῦ βίου καὶ τῆς πολιτείας ἐπιφανής, καὶ περὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἀγομένους σπουδαῖος, καὶ τούτου χάριν τῷ λαῷ σεβάσμιος. Μετ' οὐ πολὺ γὰρ ἀποσχίσας ἑαυτὸν τῆς Μελιτίου κοινωνίας, Ἀπολιναρίῳ προσέθετο· καὶ τῶν τὰ αὐτὰ δοξαζόντων ἐπὶ τῆς Ἀντιοχέων ἡγεῖτο· αἰδοῖ τῆς αὐτοῦ πολιτείας, πλῆθος οὐκ ὀλίγον πειθόμενον ἔχων, οἳ καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὴν προσηγορίαν ἔλαχον, Βιταλιανοὶ παρὰ Ἀντιοχεῦσιν εἰς ἔτι νῦν ὀνομαζόμενοι. Λέγεται δὲ τοῦτο παθεῖν ὑπὸ λύπης, ὡς ὑπεροφθεὶς παρὰ Φλαβιανοῦ, ὃς ὕστερον ἐπετράπη τὸν Ἀντιοχέων θρόνον, συμπρεσβυτέρου τότε ὄντος αὐτῷ, κωλυθεὶς συνήθως ἰδεῖν τὸν ἐπίσκοπον. Παρευδοκιμεῖσθαι γὰρ νομίσας, ἀνθρώπινον ὑπέστη· καὶ πρὸς Ἀπολινάριον ἐλθών, C ἐκοινώνησε, καὶ φίλον αὐτὸν εἶχεν. Ἐκ τούτου δὲ καὶ ἐν ἄλλαις πόλεσι χωρὶς ἐκκλησίαζον ὑπὸ ἐπισκόποις ἰδίοις, καὶ θεσμοῖς ἐχρῶντο ἀλλοτρίοις τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, παρὰ τὰς νενομισμένας ἱερὰς ᾠδάς, ἔμμετρά τινα μελύδρια ψάλλοντες, παρ' αὐτοῦ Ἀπολιναρίου εὑρημένα. Πρὸς γὰρ τῇ ἄλλῃ παιδεύσει, καὶ ποιητικὸς ὤν, καὶ παντοδαπῶν μέτρων εἰδήμων, καὶ τοῖς ἐντεῦθεν ἡδύσμασι τοὺς πολλοὺς ἔπειθεν αὐτῷ προσέχειν. Ἄνδρες τε παρὰ τοὺς πότους καὶ ἐν ἔργοις, καὶ γυναῖκες παρὰ τοὺς ἱστοὺς τὰ αὐτοῦ μέλη ἔψαλλον. Σπουδῆς γὰρ καὶ ἀνέσεως, καὶ ἑορτῶν, καὶ τῶν ἄλλων, πρὸς τὸν ἑκάστου καιρὸν εἰδύλλια αὐτῷ πεπόνητο, πάντα εἰς εὐλογίαν Θεοῦ τείνοντα. Μαθὼν οὖν ταύτην τὴν αἵρεσιν εἰς πολλοὺς ἕρπειν πρῶτος

## 250 CAP. XXV.

*De duobus Apollinaribus patre et filio, et de Vitale presbytero : qua occasione moti, in hæreses prolapsi sint.*

Eodem tempore Apollinaris hæresis ab ipso cognominatæ ducem palam se præbuit : multosque ab Ecclesiæ corpore abducens, seorsum collegit[1]. Quem quidem in stabilienda hæresi adjuvit Vitalis, presbyter Antiochenus ex Meletii clero : vir præ cæteris ob vitæ ac disciplinæ severitatem illustris, et in regendis iis quibus præerat sedulus, eaque de causa plebi venerabilis. Verum paulo post, cum se a communione Meletii abjunxisset, Apollinari adhæsit : iisque qui Antiochiæ eamdem opinionem sectabantur præfuit, ob vitæ suæ sanctimoniam haud paucos auditores habens, qui ab ipso cognomentum sortiti, Vitaliani etiamnum ab Antiochensibus appellantur. Huc autem prolapsus esse dicitur ex offensione animi, eo quod despectus fuisset a Flaviano, tunc compresbytero, postea vero Antiochensis Ecclesiæ episcopo : a quo prohibitus fuerat ne episcopum more solito videret. Contemni enim se arbitratus, humani quidpiam passus est : et ad Apollinarem transgressus, societatem et amicitiam cum eo junxit. Abhinc in aliis quoque civitatibus separatim conventus agere cœperunt sub episcopis suæ sectæ, et ritibus usi sunt ab Ecclesia catholica alienis : præter sacros hymnos qui in Ecclesia cani solent, cantica quædam numeris astricta psallentes, quæ ab Apollinare erant excogitata. Namque hic, præter reliquam eruditionem, poetices quoque et omnis generis carminum gnarus, multis ejusmodi oblectamento captis, ut ipsi adhærerent persuasit; denique viri in conviviis, et dum opus facerent, mulieres vero inter texendum cantica ejus psallebant. Etenim pro labore atque otio, pro diebus festis ac reliquis omnibus, brevia quædam compo-

[1] Socr. lib. II, c. 46.

### VALESII ANNOTATIONES.

dictum est Cosiaium : tandem mutata littera, Cotiaium. Et ita quidem Stephanus, qui υ in secunda syllaba hujus oppidi non agnoscit. Ex hoc Phrygiæ oppido ortus est Alexander insignis grammaticus, Asclepiadis filius, qui de variis argumentis libros quadraginta duos conscripsit hoc titulo prænotatos, D περὶ παντοδαπῆς ὕλης, ut refert Stephanus Byzantius. In ejus laudem Aristides Orationem funebrem scripsit, quæ hodie exstat cum epistola ejusdem Aristidis ad Senatum et populum Cotyaensium. Titulus epistolæ hic est : Ἀριστείδης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ Κοτυαέων χαίρειν.

### VARIORUM.

[x] *Βιτάλιος*. Ἐπὶ τῆς Ἀντιοχέων γενόμενοι — *Cum essemus Antiochiæ, in primarios illorum* [Dimœritarum] *incidimus, inter quos erat Vitalis episcopus, homo vita, moribus, et instituto religiosissimus. Ac cum magnopere illum adhortaremur, et auctores essemus, ut cum Ecclesiæ catholicæ fide consentiret*, etc. Epiphanius in hæresi Dimœritarum, pag. 1014.

Digitized by Google

A suerat carmina, cuncta ad laudem divini numinis spectantia. Primus autem Damasus episcopus urbis Romæ, et una cum illo Petrus Alexandrinus antistes, cum hanc hæresim latius serpere intellexissent,
251 concilio Romæ congregato, eam ab Ecclesia catholica alienam esse decreverunt. Cæterum ipse quoque Apollinaris ex infirmitate animi ad dogmatum novitatem simili modo prolapsus esse dicitur, ob hujusmodi causam : Nam cum Athanasius episcopus Ecclesiæ Alexandrinæ, post exsilium quod regnante Constantio pertulerat, redire in Ægyptum jussus esset, ei per Laodiceam transeunti familiaris et amicus factus est Apollinaris. Sed quoniam communicare cum Athanasio scelestum habebatur ab Arianis, ex quorum numero erat Georgius urbis illius episcopus, idcirco B Apollinaris cum contumelia pulsus est Ecclesia, utpote qui contra regulas legesque ab episcopis latas cum Athanasio congressus fuisset. Hæc igitur illi objecit Georgius, simulque alia delicta quæ per pœnitentiam obliterata erant, exprobravit. Nam quo tempore Theodotus, decessor Georgii, Laodicenam regebat Ecclesiam, cum Epiphanius sophista nobilis hymnum in laudem Bacchi recitaret, Apollinaris qui eo præceptore utebatur, erat enim adhuc adolescens, ei recitationi interfuit una cum patre ejusdem cum ipso nominis, qui grammaticus erat non obscurus. Cumque Epiphanius in ipso carminis exordio, sicut moris est iis qui

A Δάμασος ὁ Ῥωμαίων ἐπίσκοπος, καὶ Πέτρος (15) ὁ Ἀλεξανδρείας, συνόδου γενομένης ἐν Ῥώμῃ [1], ἀλλοτρίαν τῆς καθόλου Ἐκκλησίας ἐψηφίσαντο. Λέγεται δὲ καὶ Ἀπολινάριος ὁμοίως ὑπὸ μικροψυχίας (16) νεωτερίσαι περὶ τὸ δόγμα, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε· Ἡνίκα γὰρ Ἀθανάσιος ὁ τὴν Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίαν ἐπιτροπεύσας, μετὰ τὴν ἐπὶ Κωνσταντίου φυγὴν προσετάχθη ἐπανελθεῖν εἰς Αἴγυπτον, ὁδεύοντι τὴν Λαοδίκειαν, συνήθης αὐτῷ ἐγένετο καὶ εἰς τὰ μάλιστα φίλος. Ἀπωμότου δὲ οὔσης τῆς πρὸς αὐτὸν κοινωνίας τοῖς ἀπὸ τῆς ἐναντίας αἱρέσεως, ὧν ἦν καὶ Γεώργιος ὁ ἐνθάδε ἐπίσκοπος, ὑβριστικῶς ἐκβάλλεται τῆς Ἐκκλησίας, ὡς παρὰ κανόνας καὶ τοὺς τῶν ἱερέων νόμους Ἀθανασίῳ συγγενόμενος. Ἐπῃτιᾶτο δὲ αὐτὸν διὰ ταῦτα, καὶ εὐθύνας παλαιῶν ἁμαρτημάτων μετανοίᾳ B λελυμένων ὠνείδιζεν. Ἔτι γὰρ Θεοδότου τοῦ πρὸ αὐτοῦ τὴν Λαοδικέων Ἐκκλησίαν ἰθύναντος, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ διαπρέπων Ἐπιφάνιος ὁ Σοφιστὴς (17), ὕμνον εἰς τὸν Διόνυσον παρῄει. Διδασκάλῳ δὲ αὐτῷ χρώμενος Ἀπολινάριος, ἔτι γὰρ νέος ἦν, παρεγένετο τῇ ἀκροάσει σὺν τῷ πατρί· ὁμώνυμος δὲ ἦν αὐτῷ, γραμματικὸς οὐκ ἄσημος. Ἐπεὶ δὲ τοῦ λόγου ἀρχόμενος Ἐπιφάνιος, ὡς ἔθος τοῖς τοιάδε ἐπιδεικνυμένοις λέγειν, τοὺς ἀμυήτους καὶ βεβήλους ἐξιέναι θύραζε ἐκέλευεν· οὔτε δὲ Ἀπολινάριος ὁ νέος, οὔτε ὁ πρεσβύτης, οὔτε ἕτερός τις τῶν παρόντων Χριστιανῶν τῆς ἀκροάσεως ἀπεχώρησε. Μαθὼν ταῦτα Θεόδοτος ὁ ἐπίσκοπος, χαλεπῶς ἤνεγκε· καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις ἐν λαῷ τεταγμένοις μετρίως ἐγκαλέσας, συγ-

## VALESII ANNOTATIONES.

(15) *Δάμασος ὁ Ῥωμαίων... καὶ Πέτρος.* Hanc synodum Romanam in qua Apollinaris error damnatus est, Baronius confert in annum Christi 373, hoc uno Sozomeni loco nixus. Etenim Sozomenus diserte testatur, Petrum Alexandrinum episcopum huic synodo Romanæ interfuisse. Petrus autem Romam venerat exeunte anno 372. Ego vero synodum Romanam, cujus hic meminit Sozomenus, diu post annum 373 collectam esse existimo. Primo enim Sozomenus eam refert post ordinationem Ambrosii Mediolanensis, quæ facta est anno Christi 374, teste Baronio. Deinde anno Christi 373 Vitalis Antiochenus, discipulus Apollinaris, cum libellum fidei fraudulenter compositum Damaso obtulisset, ab eo susceptus est in communionem, et cum litteris communicatoriis remissus est ad Paulinum Antiochensem episcopum. Paulo post tamen idem Damasus, re attentius examinata, cum fucum sibi factum esse a Vitale intellexisset, alteram epistolam scripsit ad eumdem Paulinum, mandans qua conditione Vitalis et reliqui in communionem ab eo suscipiendi essent. In hac epistola continentur anathematismi adversus hæresim Apollinaris, suppresso tamen ejus nomine. Verum hæc epistola non est synodica, sed decretalis tantum ipsius Damasi. Fit quidem in ea mentio synodi Romanæ, sed alterius quæ ista Baronii synodo aliquanto vetustior C est. Verba epistolæ sunt : *Post concilium itaque Nicænum, et quod in urbe Roma concilium congregatum est a catholicis episcopis, addiderunt de Spiritu sancto*, etc. Ubi videtur intelligi concilium Romanum quod adversus Auxentium celebratum est anno Christi 369 vel 370, ut supra notavi. Sed dicet hic aliquis : Quam igitur synodum Romanam intelligit Sozomenus hoc loco? Equidem existimo intelligi eam synodum quæ Romæ celebrata est anno Christi 377 vel 378. Ex qua synodo nihil ad nos pervenit præter partem epistolæ sive expositionis fidei quæ transmissa est ad Orientem, et cui Orientales episcopi facta synodo apud Antiochiam subscripserunt, ut legitur in *Collectione Romana* L. Holstenii pag. 166. Id autem factum est anno Domini 378. Atque hic est * tomus Occidentalium, cujus mentio fit in canone 5 synodi Constantinopolitanæ, quod nec Zonaras, nec Balsamo intellexere.

B (16) *Ὁμοίως ὑπὸ μικροψυχίας.* Id est, similiter ac Vitalis, ob pusillum animum. Supra enim de Vitale hoc dixit Sozomenus, eum cum Flavianum sibi præponi ægre ferret, ira commotum, ad Apollinarem se transtulisse.

(17) *Ἐπιφάνιος ὁ Σοφιστής.* Hujus Epiphanii Syri Sophistæ mentionem facit Eunapius in libro *De vitis sophistarum.*

## VARIORUM.

* De tomo hoc Occidentalium videantur illustrissimus Petrus de Marca, *De concordia sacerdotii et imp.*, lib. I, cap. 4; et Guil. Beveregius, *Annot. in canonem quintum concilii Constantinopolitani* II, pag. 97.

[1] *Συνόδου γενομένης ἐν Ῥώμῃ.* Synodum hanc cum Baronio ad annum 374 refert Pagi, in *Critic. ad Baron.*, anno 373 n. 2, 3, qui reprehendit Valesium quod synodum istam cum alia confuderit, quæ Romæ itidem anno 380 celebrata est. W. Lowth. Caveus ait, Baronium hoc concilium referre ad annum 373, Valesium autem ad ann. 378. *Hist.*, Vol. II pag. 123. Et quidem Pagius loco citato contradicere videtur iis quæ scripserat de hac synodo supra *ad ann.* 369, n. 11.

Digitized by Google

γνώμην ἔνειμεν. Ἀπολιναρίῳ δὲ ἄμφω τὴν ἁμαρτίαν δημοσίᾳ ἐλέγξας, τῆς Ἐκκλησίας ἀφώρισεν· ἤστην γὰρ κληρικώ· ὁ μὲν πατὴρ πρεσβύτερος, ὁ δὲ παῖς ἀναγνώστης ἔτι τῶν ἱερῶν Γραφῶν. Χρόνου δέ τινος διαγενομένου ἐν δάκρυσι καὶ νηστείαις ἐπαξίως τῆς ἁμαρτίας μεταμεληθέντας προσίεται πάλιν Θεόδοτος. Ὡς δὲ τὴν αὐτὴν ἐπισκοπὴν ἔλαχε Γεώργιος, καὶ ἡ πρὸς Ἀθανάσιον συνουσία γέγονεν Ἀπολιναρίῳ, ὡς εἴρηται, ἀκοινώνητον αὐτὸν ἀποφαίνει καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἀλλότριον. Ὁ δὲ λέγεται μὲν πολλάκις αὐτοῦ δεηθῆναι τὴν κοινωνίαν ἀπολαβεῖν. Ὡς δὲ οὐκ ἔπειθε, λύπῃ κρατηθεὶς ἐτάραξε τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ δογμάτων καινότητα τὴν εἰρημένην αἵρεσιν εἰσήγαγεν, ὅπερ ἠδύνατο (18), τέχνῃ, φημὶ, λόγων τὸν ἐχθρὸν ἀμυνόμενος, καὶ διελέγχων ὡς ἐν διδασκαλίᾳ ἱερῶν δογμάτων οὐ τοιοῦτος ὤν, τὸν ἀμείνω καθεῖλεν. Οὕτω πῃ αἱ ἴδιαι ἔχθραι τῶν κατὰ καιροὺς κληρικῶν τὰ μέγιστα τὴν Ἐκκλησίαν ἔβλαψαν, καὶ τὴν θρησκείαν εἰς πολλὰς αἱρέσεις κατέτεμον. Τεκμήριον δὲ τοῦτο· εἰ γὰρ ὁμοίως Θεοδότῳ καὶ Γεώργιος μεταμεληθέντα Ἀπολινάριον ἐδέξατο, οὐκ ἂν, οἶμαι, ἡ ἀπ' αὐτοῦ καλουμένη αἵρεσις ἦν. Ἡ γὰρ ἀνθρωπεία φύσις, ὑπερφρονουμένη μὲν, ἀπαυθαδιάζεται (19), καὶ εἰς φιλονεικίαν καὶ νεωτερισμοὺς καθίσταται· ἀπολαύουσα δὲ τῶν ἴσων, μετριάζειν καὶ ἐπὶ τῶν αὐτῶν μένειν φιλεῖ.

A ejusmodi hymnos publice recitant, cunctos profanos homines nec sacris illis initiatos foras abire jussisset, nec junior Apollinaris, nec senior, nec ullus omnino ex Christianis qui aderant, discessit ex auditorio. Id cum rescivisset Theodotus episcopus, graviter commotus est. Ac reliquis quidem qui ex plebe erant, leviter objurgatis veniam concessit; utrumque autem Apollinarem publice convictum Ecclesia ejecit. Erant enim clerici: pater quidem presbyter, filius vero lector sacrarum Scripturarum. Aliquanto post tempore elapso, cum in lacrymis ac jejuniis pœnitentiam delicto suo congruentem egissent, Theodotus eos denuo suscepit. Ubi vero Georgius episcopatum illum sortitus est, et Apollinaris, ut jam dixi, congressum illum B habuit cum Athanasio, a communione eum exclusit Georgius, et alienum ab Ecclesia pronuntiavit. Et Apollinaris quidem sæpenumero eum rogasse dicitur, ut in communionem reciperetur. Sed cum eum flectere non posset, **252** dolore superatus, Ecclesiam turbare, et dogmatum novitatem, supradictam videlicet hæresim, inducere aggressus est: ea arte qua plurimum valebat, dicendi scilicet facultate, inimicum ulciscens, et quod hominem in sacrarum Litterarum doctrina præstantiorem ipse inferior deposuisset, redarguens. Ita privatæ inter clericos inimicitiæ Ecclesiam subinde maximo detrimento affecerunt, et Christianam religionem varias in sectas disciderunt. Cujus rei argumentum hinc suppetit: Nam si Georgius pœnitentem suscepisset Apollinarem, perinde ac Theodotus, hæresis illa quæ ab ejus nomine nuncupata est, hodie ut opinor non exstaret. Natura enim ita comparati sunt homines, ut despecti quidem insolescant, et contentioni ac rebus novis studeant: ubi vero æquum adepti sunt, moderate se gerant et in eodem statu permaneant.

C

## ΚΕΦΑΛ. ΚϚʹ.

*Περὶ Εὐνομίου καὶ τοῦ διδασκάλου αὐτοῦ Ἀετίου· καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς, καὶ τί ἐδογμάτιζον, καὶ ὅτι πρῶτοι οὗτοι μίαν κατάδυσιν ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος ἐκαινοτόμησαν.*

Ἀμφὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον Εὐνόμιος, ὃς ἀντὶ Ἐλευσίου τὴν ἐν Κυζίκῳ Ἐκκλησίαν κατεῖχε, τῆς Ἀρείου αἱρέσεως προϊστάμενος, ἑτέραν παρὰ ταύτην εἰσηγήσατο· ἣν οἱ μὲν ἀπ' αὐτοῦ ὀνομάζουσιν, οἱ δὲ τὴν τῶν Ἀνομοίων καλοῦσι. Φασὶ δέ τινες, πρῶτον τοῦτον Εὐνόμιον τολμῆσαι εἰσηγήσασθαι, ἐν μιᾷ καταδύσει χρῆναι ἐπιτελεῖν τὴν θείαν βάπτισιν, καὶ παραχαράξαι τὴν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων εἰσέτι νῦν ἐν πᾶσι φυλαττομένην παράδοσιν, καὶ ὡς ἐπίπαν, ἑτέραν τινὰ τῆς αὐτοῦ Ἐκκλησίας ἐξευρεῖν ἀγωγὴν, σεμνότητι καὶ ἀκριβείᾳ πλείονι τὴν καινότητα περιπέττουσαν. Ἐγένετο δὲ καὶ τεχνίτης λόγων, καὶ ἐριστικὸς, καὶ συλλογισμοῖς χαίρων· τοιούτους δὲ τοὺς πολλοὺς τῶν τὰ αὐτοῦ φρονούντων ἔστιν ἰδεῖν. Οὐ μᾶλλον γὰρ ἐπαινοῦσι βίον ἀγαθὸν ἢ τρόπον, ἢ τὸν περὶ τοὺς δεομένους ἔλεον, εἰ μὴ τὰ αὐτὰ δοξάζοιεν· ὅσον εἴ τις ἐριστικῶς διαλέγοιτο, καὶ κρατεῖν δοκοίη συλλογιζόμενος· ὁ τοιοῦτος γὰρ

## CAP. XXVI.

*De Eunomio, et de magistro ejus Aetio. Quæ fuerit utriusque vita, et quæ dogmata, et quod primi unicam in baptismo mersionem induxerint.*

Eodem fere tempore Eunomius, qui Eleusii loco Cyzicenam regebat Ecclesiam, cum Arianorum sectæ præesset, novam insuper hæresim invexit quam alii quidem ex ejus nomine, alii vero Anomœorum appellant [1]. Aiunt porro hunc Eunomium primum omnium ausum esse asserere, quod sacrum baptisma unica mersione peragendum sit: et apostolicam traditionem quæ etiamnum ubique servatur, corrupisse: aliam denique Ecclesiæ suæ disciplinam plerisque in rebus introduxisse, quæ gravitate ac severitate quadam novitatem suam D obtegeret. Fuit autem peritissimus dicendi artifex, et disputationibus atque argumentis delectabatur. Certe plerosque eorum qui hanc sectam profitentur, ejusmodi ingenio præditos licet cernere. Neque enim vitæ morumque probitatem, et in egentes misericordiam tantum laudant in aliquo, nisi forte is sectam ipsorum sequatur, quan-

[1] Socr lib. iv, c. 7 et v, c. 24.

### VALESII ANNOTATIONES.

(18) *Ὅπερ ἠδύνατο.* Non dubito quin scribendum sit in dativo ᾧπερ ἠδύνατο. Atque ita Savilius ad latus sui codicis emendarat.

(19) *Ἀπαυθαδιάζεται.* In codice Fuketiano scriptum inveni ἀπαυθαδίζεται. Similem errorem antea quoque notare memini.

Digitized by Google

tum laudare solent, si quis in disputando contentiosus fuerit, et adversarios ratiocinando superare videatur; hujusmodi enim vir præ reliquis omnibus pius ab illis existimatur. Alii vero dicunt, quos quidem veriora dicere arbitror, Theophronium Cappadocem, et Eutychium, istius hæresis defensores acerrimos, sequentis imperatoris principatu, cum se ab Eunomio abrupissent, tum alia ex Eunomii decretis, tum ea quæ ad sacrum baptismum pertinent innovasse, asserentes non in Trinitatem, **253** sed in Christi mortem baptizari oportere. Eunomium certe nihil hac in parte novasse affirmant, sed ab initio quidem opinioni Arii adhæsisse, et in ea perseverasse : postea vero cum episcopus Cyzici factus fuisset, accusatum esse a clericis suis, tanquam novorum dogmatum assertorem. Itaque Eudoxium qui Arianæ sectæ præerat Constantinopoli, eum evocasse, jussisseque ut de sua doctrina publice in ecclesia verba faceret. Cumque nihil in eo damnasset, monuisse ut Cyzicum reverteretur; Eunomium vero respondisse, nolle se amplius versari cum iis quos suspectos haberet. Et hanc quidem causam secessionis suæ illum prætendisse, revera autem ideo secessisse, quod Aetium præceptorem suum suscipere renuissent. Post hæc Eunomium in propriis ædibus mansisse, nec de pristina sententia quidquam omnino mutasse. Et hæc alii quidem hoc modo, alii vero aliter narrant. Verum sive Eunomius, sive qui alii hæc in traditione baptismi innovarint, verendum est ipsis, mea quidem sententia, ne soli omnium, juxta hanc rationem, expertes sacri baptismatis ex hac vita discedant. Nam primi illi qui juxta consuetudinem ab initio traditam baptizati fuerant, semet ipsi rebaptizare minime potuerunt, qui tamen id quod ipsis minime obtigerat, primitus introduxerunt, idque aliis præstiterunt, quod neque ipsi erant, neque per alios adepti fuerant. Cumque nullo certo principio, sed propria duntaxat comprehensione nixi, istud

A εὐσεβὴς παρὰ πάντας νομίζεται. Ὡς ἄλλοις δοκεῖ (20), τἀληθέστερον, οἶμαι, λέγουσιν, ὡς Θεοφρόνιος ὁ Καππαδόκης, καὶ Εὐτύχιος, σπουδασταὶ ταύτης τῆς αἱρέσεως, ἀποτεμόντες σφᾶς ἐπὶ τῆς ἐχομένης βασιλείας, περί τε ἄλλα τῶν Εὐνομίῳ δοξάντων, καὶ περὶ τὴν θείαν βάπτισιν ἐνεωτέρισαν [a], οὐκ εἰς Τριάδα, ἀλλὰ εἰς τὸν τοῦ Χριστοῦ θάνατον βαπτίζεσθαι εἰσηγησάμενοι. Εὐνόμιον μέντοι μηδὲν περὶ τούτου (21) καινοτομῆσαι, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς τοῦτον τὰ Ἀρείου φρονῆσαι, καὶ οὕτω διαμεῖναι· ἐπίσκοπον δὲ Κυζίκου γενόμενον, κατηγορηθῆναι ὑπὸ τῶν ὑπ' αὐτὸν κληρικῶν, ὡς νεωτέρων δογμάτων εἰσηγητήν. Τηνικαῦτα δὲ Εὐδόξιον τὸν ἡγούμενον ἐν Κωνσταντινουπόλει τῆς Ἀρείου αἱρέσεως, μετακαλεσάμενον αὐτὸν, ἐπιτρέψαι τῷ λαῷ προσομιλῆσαι περὶ τοῦ B δόγματος· μὴ καταγνόντα δὲ μηδὲν, προτρέψασθαι μὲν εἰς Κύζικον ἐπανελθεῖν. Τὸν δὲ φῆσαι, μὴ αἱρεῖσθαι λοιπὸν τοῖς ἐν ὑπονοίᾳ αὐτῷ γενομένοις συνεῖναι· καὶ πρόφασιν ταύτην τοῦ χωρισμοῦ (22) ποιήσασθαι. Τὸ δὲ ἀληθὲς, ὅτι Ἀέτιον τὸν αὐτοῦ διδάσκαλον οὐ προσεδέξαντο· ἐφ' ἑαυτοῦ δὲ διαμεῖναι, μηδὲν τῆς προτέρας δόξης παραλλάξαντα. Ταῦτα οἱ μὲν ὧδε, οἱ δὲ ἑτέρως λέγουσιν. Ἀλλ' εἴτε Εὐνόμιος, εἴτε ἄλλοι τινὲς, περὶ τὴν παράδοσιν τοῦ βαπτίσματος ταῦτα ἐνεωτέρισαν, ἐμοὶ δοκεῖ, μόνοι κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον κινδυνεύουσιν, ἄμοιροι τῆς θείας βαπτίσεως τὸν βίον καταλιπεῖν. Εἰ γὰρ κατὰ τὸ νενομισμένον (23) ἐξ ἀρχῆς βαπτισθέντες, πρότερον αὐτοὶ ἑαυτοὺς ἀναβαπτίζειν οὐκ ἠδύναντο, οἳ τὸ μὴ C συμβὰν ἐπὶ αὐτῶν τὴν ἀρχὴν εἰσηγοῦντο. Καὶ ὃ μήτε αὐτοὶ ἦσαν μήτε δι' ἄλλων ἐγένοντο, τοῦτο ἑτέρους ἐποίουν· καὶ ἐξ ἀνυποστάτου τινὸς ἀρχῆς καὶ ἰδίας καταλήψεως τοῦτο τὸ δόγμα συστησάμενοι, ἃ μὴ αὐτοὶ παρειλήφασιν, ἄλλοις παραδεδώκασιν. Ὅπερ εὐηθές ἐστι. Συνωμολόγηται γὰρ καὶ παρ' αὐτῶν, τοὺς ἀμυήτους μὴ δύνασθαι ἄλλους βαπτίζειν· ὁ δὲ τῷ τρόπῳ τῆς αὐτῶν παραδόσεως μὴ βαπτισθεὶς, ἀβάπτιστος αὐτοῖς εἶναι δοκεῖ, ὡς μὴ δεόντως μυηθείς. Καὶ μαρτυροῦσιν αὐτοὶ, οὓς ἂν δύνωνται πείθειν τὰ αὐτῶν φρονεῖν, ἀναβαπτίζοντες (24), εἰ καὶ

## VALESII ANNOTATIONES.

(20) *Ὡς ἄλλοις δοκεῖ.* Scribendum est procul dubio ὡς δὲ ἄλλοις δοκεῖ, τ' ἀληθέστερον, οἶμαι, λέγουσιν, Θεοφρόνιος, etc., quam lectionem secuti videntur Musculus et Christophorsonus. Porro de Eunomianis qui unica mersione baptizant, exstat canon septimus synodi Constantinopolitanæ.

(21) *Μηδὲν περὶ τούτου.* Mallem scribere περὶ τοῦτο. Ita certe loquitur paulo post Sozomenus.

(22) *Πρόφασιν αὐτὴν τοῦ χωρισμοῦ.* Recte Christophorsonus hunc locum intellexit de separatione Eunomii ab Arianis. Idque plane confirmat Philostorgius in lib. IX, cap. 4, et Socr. in lib. IV, cap. 12, quem vide.

D

(23) *Εἰ γὰρ κατὰ τὸ νενομισμένον.* Non dubito quin scribendum sit οἱ γάρ, etc. Et post vocem πρότερον subdistinctionem appono, quomodo etiam Savilius in suo codice apposuit. In codice Fuketiano scriptum inveni πρότεροι, quam lectionem in versione mea secutus sum.

(24) *Ἀναβαπτίζοντες.* Eunomiani istud ab Arianis, utpote parentibus suis, acceperant. Ariani enim Catholicos ad se venientes rebaptizabant, ut notum est. Qua de re locus est illustris in Breviario fidei adversus Arianos, quod olim edidit Jacobus Sirmundus : *Dicere etiam solent de baptismo, quod in eo melius sit ipsorum baptismum, quam nostrum;*

## VARIORUM.

[a] *Περὶ τὴν θείαν βάπτισιν ἐνεωτέρισαν*, etc. Eos scilicet qui in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti baptizati sunt, quasi seductos denuo baptizabant, idque tantum una mersione in mortem Christi. Vid. Socr., lib. V, cap. 24, et Theod., *Hær. fab.*, lib. IV, cap. 3. Contrarium diserte præcipit canon apostolicus quinquagesimus. Et quidem trinam in baptismo peragendo immersionem antiquitus usurpatam fuisse, locupletes habemus testes Tertullianum, Athanasium, Cyrillum Hieros., Ambrosium, aliosque Patres Græcos Latinosque. Vide Guil. Beveregium, *Annot.* in canonem prædictum, et in *Codice canonum Ecclesiæ primitivæ illustrato*, lib. II, cap. 6, *De trina mersione*

Digitized by Google

ἔφθασαν μυηθῆναι κατὰ τὴν παράδοσιν τῆς καθόλου Ἐκκλησίας. Ἐθορύβει μὲν οὖν οὐ μετρίως καὶ ταῦτα τὴν θρησκείαν· καὶ τοῖς θέλουσι Χριστιανίζειν ἐμπόδιον ἐγένετο τὸ διάφορον τῶν ἐπιγενομένων δογμάτων. Ἑκάστοτε γὰρ καρτεραὶ διαλέξεις ἐγίνοντο, καὶ ὡς ἐν ἀρχομέναις αἱρέσεσιν ἤκμαζον, οὐ τοὺς τυχόντας σπουδῇ καὶ λόγων δυνάμει καθηγητὰς ἔχουσαι· ὡς δὲ συμβάλλειν ἔστι, μικροῦ τῆς καθόλου Ἐκκλησίας εἰς τὴν αὐτῶν δόξαν τοὺς πλείους παρέσυραν, εἰ μὴ τοὺς ἀμφὶ Βασίλειον καὶ Γρηγόριον τοὺς Καππαδόκας, ἀντιπάλους εὗρον, καὶ ἡ Θεοδοσίου βασιλεία, οὐκ εἰς μακρὰν ἐπιγενομένη, τὴν ἐπιχείρησιν ἔστησε, καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀρχηγοὺς τῶν αἱρέσεων ἐκ τοῦ συχνοτέρου τῆς ἀρχομένης εἰς ἐρημοτέρους τόπους ἐχώρησεν (25). Ὥστε δὲ μὴ παντελῶς ἡμᾶς ἀγνοεῖν τὸ δόγμα τῆς ἑκατέρου αἱρέσεως, ἰστέον ὡς τῆς κατ' Εὐνόμιον δόξης πρῶτος Ἀέτιος ὁ Σύρος εὑρετὴς ἐγένετο, ἀνόμοιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, κτιστόν τε καὶ ἐξ οὐκ ὄντων γεγονέναι, μετὰ Ἄρειον ἀποφηνάμενος. Καὶ οἱ τάδε φρονοῦντες Ἀετιανοὶ τὸ πρὶν ὠνομάζοντο. Ἐπεὶ δὲ, ὡς ἐν τῇ Κωνσταντίου βασιλείᾳ εἴρηται, τῶν μὲν ὁμοούσιον, τῶν δὲ ὁμοιοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν δοξαζόντων, ὅμοιον τότε ἔδοξε λέγειν τοῖς τότε κρατοῦσι κατὰ τὴν ἐν Ἀριμίνῳ σύνοδον, Ἀέτιος μὲν κατεδικάσθη φεύγειν, ὡς εἰς Θεὸν βλασφημῶν· ἡ δὲ ὑπ' αὐτοῦ συστᾶσα αἵρεσις τρόπον τινὰ τὸν ἐν μέσῳ διελύθη χρόνον· οὔτε ἄλλου τῶν ἐν λόγῳ, οὔτε Εὐνομίου εἰς τὸ φανερὸν ἐπὶ ταύτῃ παῤῥησιάζεσθαι τολμῶντος. Ὡς δὲ τὴν Κυζικηνῶν Ἐκκλησίαν ἀντὶ Ἐλευσίου παρείληφεν, οὐκέτι παντελῶς ἠρεμεῖν ἠνείχετο, καὶ ἐν πλήθει διαλεγόμενος, αὖθις τὴν Ἀετίου δόξαν εἰς μέσον ἤγαγεν. Οἷα δὲ φιλεῖ πολλάκις, ἐπιλαθόμενοι οἱ ἄνθρωποι τοῦ πρώτως ταύτην εὑρόντος τὴν αἵρεσιν, Εὐνομίῳ τοὺς ὧδε φρονοῦντας ἐπωνόμασαν, καθότι μετὰ Ἀέτιον τοῦτο τὸ δόγμα ἀνενέωσε, καὶ τολμηρότερον ἐπεξειργάσατο τοῦ τὴν ἀρχὴν παραδόντος.

A dogma conflassent; id quod ipsi minime susceperant, aliis tradiderunt : quod quidem extremæ dementiæ est. Nam et apud ipsos in confesso est, eos qui nondum baptizati sunt, baptismum aliis conferre non posse. Qui vero ex ritu traditionis ipsorum baptizatus non fuerit, hic baptizatus ipsis non videtur, utpote qui non rite fuerit consignatus. Idque ipsi testantur, qui quoscunque ad sententiam suam pertrahere potuerint, rebaptizant, tametsi jam prius baptizati fuerint juxta Ecclesiæ catholicæ traditionem. Atque hæc quidem religionem nostram non mediocriter conturbarunt : iisque qui Christianam fidem amplecti vellent, plurimum obstitit novorum subinde dogmatum varietas. Acres enim quotidie fiebant disputatio- B nes; et ut inter hæreseon exordia fieri solet, vigebant, quippe quæ assertores haberent, zelo atque doctrina non vulgari præditos. Ac, meo quidem judicio, plerosque ex Catholicis in suam

**254** sententiam pertraxissent, nisi Basilius et Gregorius Cappadoces, sese illis opposuissent, ac nisi Theodosius qui paulo post imperavit, impetum illorum repressisset, ipsosque hæreseon auctores ex amœnioribus locis imperii Romani in regiones desertas et squalidas deportasset. Porro ne utriusque hæresis doctrinam penitus ignoremus, sciendum est, Eunomiani dogmatis auctorem primum fuisse Aetium Syrum, qui Filium Patri dissimilem, et ex nihilo creatum esse, post Arium C asseveravit. Itaque qui hanc opinionem sequebantur, Aetiani primum sunt dicti. Postquam vero, sicut in rebus gestis Constantii retulimus, aliis consubstantialem Patri Filium, aliis substantia similem asserentibus ii qui in Ariminensi synodo prævalebant, statuerunt ut similis tantum diceretur : Aetius quidem, utpote qui in Deum impie loqueretur, exsilio damnatus est. Hæresis vero quæ ab illo conflata fuerat, interea temporis quodammodo exstincta est, cum nec alius quispiam alicujus momenti vir, nec Eunomius ipse eam palam defendere auderet. Verum ubi Cyzicenæ urbis episcopatum Eleusii loco suscepit, non jam amplius se continuit, sed coram populo disserens, opinionem Aetii rursus in medium produxit. Homines vero, sicut plerumque fieri solet, ejus qui hæresim illam primum excogitaverat obliti, opinionis illius sectatores Eunomianos cognominarunt, propterea quod Eunomius post Aetium hæresim illam renovaverat, et majore cum audacia quam ille a quo primum fuerat tradita, eam astruxerat.

## VALESII ANNOTATIONES.

*quia qui de illis ad nos convertuntur, non eos rebaptizamus, sed per manus impositionem reconciliamus. Illi vero, si quos de nostris seducere possunt, inconsideranter rebaptizant.* Idem testatur vetus auctor *Vitæ sancti Fulgentii*, cap. 21. Porro Ariani non solum rebaptizabant Catholicos, sed etiam clericos eorum ad se venientes iterum ordinabant. Cujus rei insigne exemplum habemus in libello precum Marcellini presbyteri, pag. 81, sub finem : *Hic est egregius et sanctissimus ille episcopus, qui cum fuisset primum a catholicis episcopis ordinatus episcopus, postea ab impio Georgio in laicorum numerum redactus, nihilominus ab ipso Georgio episcopus ordinatus est, in vexatione fidelium.* Et paulo post : *Nisi quia atrocius gessit Theodorus, cum de episcopo* D *catholico fit laicus, piam damnans fidem, et subscribens Arianæ impietati, ut ab hæretico iterum episcopus ordinetur.* Idem quoque testatur Hieronymus in *Chronico*, de Cyrillo Hierosolymitano loquens: *Cyrillus*, inquit, *cum a Maximo fuisset presbyter ordinatus, et post mortem ejus ita ei ab Acacio episcopo Cæsariensi et cæteris Arianis episcopatus promitteretur, si ordinationem Maximi repudiasset, diaconus in Ecclesia ministravit.* In quo Ariani Donatistas videntur imitati, qui utrumque factitarunt.

(25) *Τόπους ἐχώρησεν.* Assentior Henrico Savilio, qui in margine sui codicis emendavit ἐχώρισεν.

Digitized by Google

## CAP. XXVII.

*Quæ Gregorius Theologus de Apollinare deque Eunomio scribit in epistola ad Nectarium: utque per sapientiam monachorum qui eo tempore vivebant, hæresis illorum exstincta est. Totum enim fere Orientem hæ duæ hæreses occuparant.*

Eunomium certe eadem cum Aetio sensisse omnino fatendum est. Nam et ipsemet Eunomius Aetium præceptorem suum fuisse jactat, idque sæpenumero in libris suis palam ac libere testatur. Apollinarem vero Gregorius Nazianzenus episcopus, in quadam epistola ad Nectarium episcopum Constantinopolitanum accusat his verbis: Intestinum vero malum nostrum, Eunomius, non jam satis habet quomodocunque vivere: sed nisi cunctos in eamdem secum perniciem traxerit, damnum se pati existimat. Et hæc quidem utcunque toleranda. Sed Apollinaristarum licentia inter Ecclesiæ calamitates omnium est acerbissima. Quos quidem collectas perinde ac nos celebrandi facultatem sibi comparasse, nescio **255** quomodo sanctitas tua passa sit. Ac tu quidem, cum singulari Dei beneficio divina mysteria apprime edoctus sis, non ea solum quæ ad Dei Verbi patrocinium spectant probe nosti, verum etiam quæcunque ab hæreticis adversus sanam fidem excogitata sunt. Non tamen intempestivum fuerit, ut gravitas tua ex tenuitate nostra discat, incidisse in manus meas libellum Apollinaris, in quo ea quæ astruuntur, omnem hæreticorum improbitatem excedunt. Affirmat enim carnem illam quæ ab unigenito Dei Filio per dispensationem assumpta est ad naturæ nostræ instaurationem, adscititiam non esse, sed carnalem illam naturam ab initio fuisse in Filio. Et quædam verba ex Evangelio male accipiens, ad hujus absurdæ opinionis confirmationem adducit, ita dicens: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, Filius hominis* [1]: adeo ut priusquam descenderet, Filius hominis fuerit, descenderitque propriam afferens carnem, eam scilicet quam jam in cœlo habebat, æternam et substantiæ ipsius coalitam. Profert enim rursus quemdam Apostoli locum, in quo legitur: *Secundus homo de cœlo* [2]. Deinde asserit hominem illum qui e cœlo descendit, mentem non habere, sed Unigeniti deitatem quæ mentis locum suppleverit, tertiam fuisse partem humani compositi: cum anima quidem et corpus juxta hominum naturam in eo essent, mens autem non esset, sed Deus Verbum ejus locum impleret. Nec hoc adhuc grave piaculum. Sed quod omnium longe gravissimum est, ipsum unigenitum Deum, qui omnium judex, qui auctor vitæ, qui mortis destructor est, mortalem esse contendit, et in propria divinitate

## ΚΕΦΑΛ. ΚΖʹ.

*Περὶ Ἀπολιναρίου καὶ Εὐνομίου, οἷα ὁ Θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῇ πρὸς Νεκτάριον γράφει ἐπιστολῇ· καὶ ὅτι ἀπὸ τῆς φιλοσοφίας τῶν τότε βιούντων μοναχῶν τὰ τῆς αὐτῶν ἐσβέσθη αἱρέσεως· πᾶσαν γὰρ τὴν Ἕω σχεδὸν ἡ αἵρεσις τῶν δύο τούτων διέλαβε.*

Εὐνόμιον μὲν οὖν τὰ αὐτὰ φρονεῖν Ἀετίῳ, συνομολογεῖν δέον· καὶ γὰρ δὴ καὶ αὐτὸς Εὐνόμιος Ἀέτιον διδάσκαλον αὐχεῖ, καὶ μαρτυρεῖ τοῦτο πολλάκις ἐν ἰδίοις γράμμασι παῤῥησιαζόμενος. Ἀπολινάριον δὲ ἐπαιτιώμενος Γρηγόριος ὁ Ναζιανζῶν ἐπισκοπήσας, ἐν ἐπιστολῇ που τάδε γράφει πρὸς Νεκτάριον τὸν ἡγησάμενον τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἐκκλησίας· Τὸ δὲ ἐγκόλπιον ἡμῶν κακὸν, Εὐνόμιος, οὐκέτι ἀγαπᾷ τὸ ὁπωσοῦν εἶναι· ἀλλ' εἰ μὴ πάντας τῇ αὐτοῦ ἀπωλείᾳ συνεφελκύσαιτο, ζημίαν κρίνει. Καὶ ταῦτα μὲν φορητά· τὸ δὲ πάντων χαλεπώτατον ἐν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς συμφοραῖς ἡ τῶν Ἀπολιναριστῶν ἐστι παῤῥησία, οὓς, οὐκ οἶδα πῶς, παρεῖδέ σου ἡ ὁσιότης, πορισαμένους ἑαυτοῖς τὴν τοῦ συνάγειν ὁμοτίμως ἡμῖν παῤῥησίαν (26). Πάντως μὲν οὖν διὰ πάντων κατὰ Θεοῦ χάριν τὰ θεῖα πεπαιδευμένος μυστήρια, οὐ μόνον τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου συνηγορίαν (27) ἐπίστασαι, ἀλλὰ κἀκεῖνα ὅσα παρὰ τῶν αἱρετικῶν κατὰ τῆς ὑγιαινούσης ἐπινενόηται πίστεως. Πλὴν παρὰ τῆς βραχύτητος ἡμῶν οὐκ ἄκαιρον ἴσως ἀκοῦσαί σου τὴν σεμνοπρέπειαν, ὅτι μοι πυκτίον γέγονεν ἐν χερσὶ τοῦ Ἀπολιναρίου, ἐν ᾧ τὰ κατασκευαζόμενα πᾶσαν αἱρετικὴν κακίαν παρέρχεται. Διαβεβαιοῦται γὰρ μὴ ἐπίκτητον εἶναι τὴν σάρκα κατ' οἰκονομίαν τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ προσληφθεῖσαν ἐπὶ μεταστοιχειώσει τῆς φύσεως ἡμῶν, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς ἐν τῷ Υἱῷ τὴν σαρκώδη ἐκείνην φύσιν εἶναι. Καὶ κακῶς ἐκλαβὼν εὐαγγελικήν τινα ῥῆσιν, εἰς μαρτυρίαν τῆς τοιαύτης ἀτοπίας προβάλλεται, λέγων· *Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου*· ὡς καὶ πρὶν κατελθεῖν αὐτὸν, Υἱὸν ἀνθρώπου εἶναι, καὶ κατελθεῖν ἰδίαν ἐπαγόμενον σάρκα ἐκείνην, ἣν ἔχων ἐν τῷ οὐρανῷ ἐτύγχανε, προαιώνιόν τε καὶ συνουσιωμένην. Λέγει γὰρ πάλιν ἀποστολικήν τινα ῥῆσιν, ὅτι *Ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ*· εἶτα κατασκευάζει τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον, τὸν ἄνωθεν ἥκοντα, νοῦν μὴ ἔχειν· ἀλλὰ τὴν θεότητα τοῦ Μονογενοῦς, τὴν τοῦ νοῦ φύσιν ἀναπληρώσασαν, μέρος γενέσθαι τοῦ ἀνθρωπίνου συγκρίματος τὸ τριτημόριον· ψυχῆς τε καὶ σώματος κατὰ τὸ ἀνθρώπινον περὶ αὐτὸν ὄντων, νοῦ δὲ μὴ ὄντος, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸν ἐκείνου τόπον ἀναπληροῦντος. Καὶ οὔπω τοῦτο δεινὸν θέαμα· ἀλλὰ τὸ πάντων χαλεπώτατον, ὅτι αὐτὸν τὸν μονογενῆ Θεὸν, τὸν κριτὴν τῶν ὄντων, τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, τὸν καθαιρέτην τοῦ θανάτου, θνητὸν εἶναι κατασκευάζει, καὶ ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ θεό-

[1] Joan. III, 13. [2] I Cor. XV, 47.

### VALESII ANNOTATIONES.

(26) *Τοῦ συνάγειν ὁμοτίμως ἡμῖν παῤῥησίαν.* In Epistolis Gregorii melius scriptum est ἐξουσίαν.

(27) *Τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου συνηγορίαν.* Apud Gregorium Nazianzenum rectius legitur τοῦ ὀρθοῦ Λόγου.

Digitized by Google

τητι πάθος δέξασθαι, καὶ ἐν τῇ τριημέρῳ ἐκείνῃ A νεκρώσει τοῦ σώματος, καὶ τὴν θεότητα συναπονεκρωθῆναι τῷ σώματι· καὶ οὕτω παρὰ τοῦ Πατρὸς πάλιν ἀπὸ τοῦ θανάτου διαναστῆναι. Τὰ δὲ ἄλλα ὅσα προστίθησι ταῖς τοιαύταις ἀτοπίαις, μακρὸν ἂν εἴη διεξιέναι. Οἷα μὲν οὖν καὶ ὅπως περὶ Θεοῦ δοξάζουσιν Ἀπολινάριός τε καὶ Εὐνόμιος, ἐκ τῶν εἰρημένων ὅτῳ μέλει σκοπείτω. Εἰ δὲ περὶ μάθησιν ἀκριβῆ τῶν τοιούτων πονεῖν ἔγνωκεν, ἐκ τῶν γεγραμμένων, ἢ αὐτοῖς, ἢ ἑτέροις περὶ αὐτῶν, ἐπιζητείτω τὰ πλείω· ἐπεὶ ἐμοὶ οὔτε συνιέναι τὰ τοιαῦτα, οὔτε μεταφράζειν εὐπετές. Ὡς ἔοικε δὲ, πρὸς ταῖς εἰρημέναις αἰτίαις, τὸ μὴ κρατῆσαι τάδε τὰ δόγματα καὶ εἰς πολλοὺς προελθεῖν, μάλιστα τοῖς τότε μοναχοῖς λογιστέον. Ἀπρὶξ γὰρ εἴχοντο τῶν ἐν Νικαίᾳ δογμάτων, οἵ τε ἐν Συρίᾳ καὶ Καππαδοκίᾳ, καὶ πέριξ τούτων B φιλοσοφοῦντες. Ἡ μὲν γὰρ Ἕως (28), ἀπὸ Κιλίκων ἀρξαμένη, μέχρι Φοινίκων ἐκινδύνευσε γενέσθαι τῆς Ἀπολιναρίου αἱρέσεως (29)· Εὐνομίου δὲ ἀπὸ Κιλίκων, καὶ Ταύρου τοῦ ὄρους, καὶ μέχρι τοῦ Ἑλλησπόντου καὶ τῆς Κωνσταντινουπόλεως· ῥᾳδίως γὰρ ἑκάτερος παρ' οἷς διέτριβε, καὶ τοὺς πέλας, τὰ αὐτοῦ φρονεῖν ἔπειθε. Παραπλήσιον δέ πως τοῖς ἐπὶ Ἀρείου, καὶ ἐπὶ τούτοις συμβέβηκε· τὸ γὰρ τῇδε πλῆθος, τοὺς δηλωθέντας μοναχοὺς τῆς ἀρετῆς τῶν ἔργων ἐκθαυμάζον, ὀρθῶς αὐτοὺς δοξάζειν ἐπίστευε· καὶ τοὺς ἄλλως φρονοῦντας, οἷά γε μὴ καθαρεύοντας, νόθων δογμάτων ἀπεστρέφοντο. Ὥσπερ Αἰγύπτιοι τοῖς παρ' αὐτοῖς μοναχοῖς ἑπόμενοι, ἐναντίως εἶχον πρὸς τοὺς Ἀρείου.

passum esse; et in triduana illa corporis morte divinitatem quoque ei commortuam fuisse; atque ita demum Patris beneficio ex morte ad vitam esse revocatam. Cætera quæ hujusmodi absurdis assertionibus adjungit, longum fuerit commemorare. Quænam igitur et qualia de Deo senserint Apollinaris et Eunomius, ex his quæ diximus, intelligere poterit, qui volet. Quod si quis accuratam hujusmodi rerum notitiam desiderat, ex iis quæ ipsi, vel quæ alii de ipsis scripserunt, plura poterit cognoscere: neque enim mihi facile est aut intelligere ista, aut exponere. Cæterum quod dogmata ista non prævaluerint, nec ad multos permanarint, præter eas causas quas supra dixi, monachis potissimum ut arbitror ascribendum est. Nam quotquot in Syria et Cappadocia, et circumsitis provinciis monasticam philosophiam sectabantur, Nicænæ synodi decretis mordicus adhærebant. Parum certe abfuit quin Orientis omnes provinciæ, a Cilicia usque ad Phœnicen, Apollinaris hæresim amplecterentur. Eunomii autem hæresis, a Cicilia et monte Tauro ad Hellespontum **256** usque et Constantinopolim, cuncta propemodum occupavit. Uterque enim tum eos apud quos morabantur, tum eorum finitimos, in suam sententiam facile perduxerunt. Idem porro istis accidit, quod antea Arianis acciderat. Populus enim in illis regionibus, cum monachos quos supra diximus, ob virtutem atque opera valde admiraretur, recte illos sentire existimabat: eos vero qui aliter sentirent, tanquam adulterinis opinionibus inquinatos, aversabantur. Quemadmodum olim Ægyptii monachorum suorum doctrinam secuti, Arianis fortiter restiterant.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΗʹ. C

*Περὶ τῶν κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους ἀκμασάντων ἁγίων ἀνδρῶν ἐν Αἰγύπτῳ, Ἰωάννου, Ὢρ, Ἀμῶν, Βήνου, Θεωνᾶ, Κόπρου, Ἑλλῆ, Ἠλία, Ἀπελλοῦ, Ἰσιδώρου, Σεραπίωνος, Διοσκόρου καὶ Εὐλογίου.*

Εἰς καιρὸν δέ μοι δοκεῖ, ἐπιμνησθέντα τῶν τότε ἐν Χριστιανισμῷ φιλοσοφούντων, ὅσους ἂν δυναίμην διεξελθεῖν. Πλείστη γὰρ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ φορὰ θεοφιλῶν ἀνδρῶν ἐπήνθει. Διέπρεπε δὲ κατὰ τούτους ὧν ἴσμεν ἐν Αἰγύπτῳ Ἰωάννης, ᾧ τὸ μέλλον καὶ ἄλλοις ἄδηλον ὁ Θεὸς ἐδήλωσεν, οὐχ ἧττον ἢ τοῖς ἄλλοις πάλαι προφήταις· καὶ δῶρον ἔδωκεν ἰᾶσθαι τοὺς ἀνιάτοις πάθεσι καὶ νόσοις κάμνοντας. Καὶ Ὢρ, ὃς ἐκ νέου διέτριβεν ἐν ἐρήμοις, ἀεὶ τὸ Θεῖον ὑμνῶν. Ἐτρέφετο δὲ βοτάναις καὶ ῥίζαις τισίν. Ὕδωρ δὲ ἔπινεν εἴ πη εὗρεν. Ἐπεὶ δὲ γέρων ἦν, κατὰ θείαν D πρόσταξιν μετοικισθεὶς εἰς Θηβαΐδα, πλείστων ἡγεῖτο μοναστηρίων, οὐδ' αὐτὸς θείων πράξεων ἀμοιρῶν. Μόνον γὰρ εὐχόμενος, νόσους καὶ δαίμονας ἤλαυνε. Καὶ γράμματα μὴ μαθὼν, οὐκ ἐδεῖτο βιβλίων εἰς ἀνάμνησιν· ἀλλὰ πᾶν ὅπερ ἔλαβεν εἰς νοῦν, κρεῖττον λήθης ἐτύγχανε. Περὶ δὲ τοῦτο τὸ κλίμα ἐφιλοσόφει

## CAP. XXVIII.

*De sanctis viris qui tunc in Ægypto floruerunt, Joanne, Or, Amon, Beno, Theona, Copre, Helle, Elia, Apelle, Isidoro, Serapione, Dioscoro et Eulogio.*

Sed quando in mentionem incidi eorum qui tunc temporis inter Christianos philosophati sunt, opportunum arbitror quoscunque nunc potuerim, commemorare. Ea enim tempestate ingens copia hominum Deo dilectorum effloruit. Ex iis vero quos in Ægypto vixisse accepimus, præcipuus fuit Joannes, cui Deus non minus quam veteribus illis prophetis, futurarum abditarumque rerum cognitionem donaverat: eosque qui insanabilibus morbis laborabant curandi dederat potestatem. Or præterea, qui ab ineunte ætate vixit in solitudine, hymnos assidue in Dei laudem canens. Vescebatur autem plantis quibusdam ac radicibus. Aquam vero bibebat, sicubi invenerat. Qui cum jam ad senilem venisset ætatem, Deo jubente, migrans in Thebaidem, plurimis illic monasteriis præfuit, nec ille quidem miraculorum expers. Morbos enim ac

### VALESII ANNOTATIONES.

(28) *Ἡ μὲν γὰρ ἕως*. In codice Fuketiano scriptum inveni ἕω, quod minime negligendum putavi.

(29) *Τῆς Ἀπολιναρίου αἱρέσεως*. In codice Fuketiano scriptum est μερίδος, quod magis placet.

Digitized by Google

dæmones oratione sola fugabat. Cumque litteras non didicisset, libris opus non habebat ut reminisceretur; sed quidquid mente perceperat, nulla unquam delere poterat oblivio. In eadem regione philosophabatur etiam Ammon, præfectus monachis qui Tabennenses vocabantur, et tria circiter millia habens discipulorum. Benus item ac Theonas monachorum consortiis præerant, præscientiæ ac prophetiæ cœlesti dono præditi. Ac Theonas quidem, Ægyptiorum et Græcorum Romanorumque litteris ac disciplinis eruditus, annis triginta silentium exercuisse dicitur. Benus vero a nemine unquam visus esse fertur iratus, aut jusjurandum proferens aut mendacium, nec audacter aut negligentius loquens, nec inanem sermonem effutiens. Eodem tempore vixerunt Copres, Helles, et Elias. Et Copræ quidem a Deo id donatum esse perhibent, ut varios morbos ac languores sanaret, et dæmones ejiceret. Helles vero monasticam disciplinam ab adolescentia edoctus, multa admirabilia gessit, adeo ut ignem in sinu gestaret, nec vestem interim combureret, eaque re monachos qui cum ipso degebant, magnopere incitaret, quasi bonæ conversationis comes esset miraculorum perpetratio. Elias vero tunc quidem haud procul ab urbe
257 Antinoo philosophabatur, annos natus decem circiter supra centum. Antea vero dicebat se in desertis locis solitarium mansisse annis septuaginta; ac licet adeo provecta esset ætate, nihilo tamen minus in jejuniis et districta vivendi ratione perseveravit. Præter hos Apelles iisdem temporibus claruit, qui juxta oppidum Achorim in monasteriis Ægypti plurima edidit miracula. Huic aliquando opus fabrile facienti (eam enim artem profitebatur) spectrum dæmonis, instar decoræ mulieris, noctu apparens, tentare cœpit ejus continentiam. Tum ille ferrum quod fabricabatur, ex igne extrahens, dæmonis faciem combussit; atque ita dæmon stridens atque ejulans aufugit. Sed et Isidorus et Serapion ac Dioscorus, nobilissimi tunc temporis monachorum Patres fuerunt. Et Isidorus quidem, cum monasterium suum undique circumsepsisset, diligenter cavebat ne quis foras egrederetur, studens ut omnia necessaria intus suppeterent; Serapion vero juxta Arsenoiticam præfecturam vixit, mille circiter monachos regens, quos omnes ita instituebat, ut propriis laboribus victum sibi compararent, et aliis indigentibus subministrarent.

A καὶ Ἀμμὼν, ὁ τῶν καλουμένων Ταβεννησιωτῶν ἡγούμενος, ἀμφὶ τρισχιλίους μαθητὰς ἔχων· καὶ Βῆνος δὲ καὶ Θεωνᾶς μοναχικῶν ἡγοῦντο ταγμάτων, καὶ θείας προγνώσεως καὶ προφητείας ἔμπλεω. Λέγεται δὲ καὶ Θεωνᾶν μὲν ἴστορα ὄντα τῆς Αἰγυπτίων καὶ Ἑλλήνων, καὶ Ῥωμαίων παιδεύσεως, ἐπὶ τριάκοντα ἔτεσι σιωπὴν ἀσκῆσαι, Βῆνον δὲ παρ' οὐδενὸς θεαθῆναι ὀργιζόμενον, ἢ ὀμνύοντα, ἢ ψευδόμενον, ἢ εἰκαῖον, ἢ θρασὺν, ἢ ὠλιγωρημένον εἰπόντα λόγον. Περὶ τοῦτον τὸν χρόνον ἐγένετο Κόπρης τε καὶ Ἑλλῆς, καὶ Ἠλίας. Φασὶ δὲ Κόπρη μὲν δωρηθῆναι θεόθεν ἰάσεις παθῶν, καὶ νοσημάτων ποικίλων καὶ δαιμόνων κρατεῖν, Ἑλλῆν δὲ παιδευόμενον ἐκ νέου τὴν μοναχικὴν ἀγωγὴν, πλεῖστα παραδοξοποιεῖν, ὡς καὶ πῦρ ἐν τῷ κόλπῳ κομίζειν, καὶ
B μὴ καίειν τὴν ἐσθῆτα, καὶ τούτῳ παροτρύνειν τοὺς συμμονάζοντας, ὡς τῇ ἀγαθῇ πολιτείᾳ καὶ τῆς ἐπιδείξεως τῶν παραδόξων ἑπομένης. Ἠλίας δὲ τότε μὲν οὐ πόῤῥω τῆς Ἀντινόου πόλεως ἐφιλοσόφει, ἀμφὶ τοὺς ἑκατὸν καὶ δέκα ἄγων ἐνιαυτούς· πρὸ τούτου δὲ ἔλεγεν ἐπὶ ἑβδομήκοντα ἔτεσι μόνος ἐν ἐρημίαις οἰκῆσαι· ἐπὶ τοσοῦτον δὲ γηραλέος γεγονὼς, διετέλεσε νηστεύων καὶ ἀνδρείως πολιτευόμενος. Ἐπὶ τούτοις καὶ Ἀπελλῆς τηνικάδε διέπρεπε περὶ Ἄχωριν, ἐν τοῖς κατ' Αἴγυπτον μοναστηρίοις πλεῖστα θαυματουργῶν. Ὃν ποτε χαλκεύοντα, τοῦτο γὰρ ἐπετήδευε, νύκτωρ φάσμα δαίμονος, ὡς γυνὴ εὐπρεπὴς, εἰς σωφροσύνην ἐπείρα. Ὁ δὲ, σίδηρον ὃν εἰργάζετο ἐκ τοῦ πυρὸς ἐξερύσας, κατέφλεξε τοῦ δαιμονίου τὸ
C πρόσωπον· τὸ δὲ, τετριγὸς καὶ ὀλοφυρόμενον ἀπέδρασεν. Ἐπιφανέστατοι δὲ τότε Πατέρες μοναχῶν ἦσαν, Ἰσίδωρός τε καὶ Σεραπίων, καὶ Διόσκορος. Ἀλλ' Ἰσίδωρος μὲν, πανταχόθεν περιφράξας τὸ μοναστήριον, ἐπεμελεῖτο μηδένα τῶν ἔνδον θύραζε ἐξιέναι, καὶ πάντα τὰ ἐπιτήδεια ἔχειν. Σεραπίων δὲ περὶ τὸν Ἀρσενοΐτην (30) διέτριβεν, ἀμφὶ τοὺς μυρίους ὑφ' ἑαυτὸν ἔχων. Πάντας δὲ ἦγεν ἐξ οἰκείων ἱδρώτων τὰ ἐπιτήδεια πορίζεσθαι, καὶ ἄλλοις δεομένοις χορηγεῖν· ὥρᾳ δὲ θέρους, ἐπὶ μισθῷ ἀμῶντες, ἀρκοῦντα αὐτοῖς σῖτον ἀπετίθεντο, καὶ ἄλλοις μοναχοῖς μετεδίδουν. Διοσκόρῳ δὲ οὐ πλείους ἑκατὸν ἐφοίτων. Πρεσβύτερος δὲ ὢν, ἐν τῷ ἱερᾶσθαι διὰ πάσης ἀκριβείας ἐχώρει· βασανίζων καὶ ἐπιμελῶς ἀνακρίνων τοὺς προσιόντας τοῖς μυστηρίοις, ὥστε
D αὐτοὺς προκεκαθάρθαι τὸν νοῦν, καὶ μὴ συνειδέναι τι πεπραχέναι δεινόν. Ἀκριβέστερον δὲ τότε ἐγένετο (31) περὶ τὴν μετάδοσιν τῶν θείων μυστηρίων καὶ Εὐλόγιος πρεσβύτερος· ὃν φασιν ἱερωμένον (32), πρό-

## VALESII ANNOTATIONES.

(30) *Περὶ τὸν Ἀρσενοΐτην*. Scribendum est Ἀρσινοΐτην. Observavi tamen Græcos fere Ἀρσενοΐτην dicere pro Arsinoite nomo seu præfectura. Sic enim apud Eusebium scribitur etiam in optimis exemplaribus, et apud Palladium in Lausiaca, cap. 76, et apud Ptolemæum in descriptione Ægypti.

(31) *Ἀκριβέστερον δὲ τότε ἐγένετο*. Assentior Savilio, qui ad latus sui codicis notavit legendum sibi videri ἀκριβέστερος. De hoc Eulogio presbytero idem scribit Palladius in Lausiaca, cap. 75.

(32) *Ὃν φασιν ἱερωμένον*. Scribendum est ἱερώμενον, accentu in antepenultimam rejecto. Differunt enim inter se hæc duo, ἱερώμενος et ἱερωμένος. Prior accentus denotat eum qui sacrum facit, ac missarum solemnia celebrat. Posterior designat sacerdotem, seu virum divino numini consecratum. Porro notandus est hic locus; ex quo concludi videtur, eos qui ad sacrorum mysteriorum participationem olim accedebant, absque prævia peccatorum confessione id facere solitos esse. Non quod non tutius esset, peccata sua prius confiteri sacerdoti: sed quia satisfacere se existimabant præcepto Apostoli dicentis: *Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat*, etc. (*I Cor.* XI, 28.)

Digitized by Google

γνωσιν ἐσχηκέναι τῆς τῶν προσιόντων ἐννοίας ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς καὶ τὰ ἡμαρτημένα σαφῶς διελέγχειν, καὶ τὰ κατὰ νοῦν ἑκάστῳ κρυπτόμενα ἐφορᾷν· τοὺς οὖν κακῶς πεπραχότας, ἢ περί τινος φαύλου βουλευσαμένους, τέως εἶργε τοῦ θυσιαστηρίου, δήλην ποιήσας τὴν ἁμαρτίαν· μεταμελείᾳ δὲ καθαρθέντας πάλιν προσίετο.

A Messis autem tempore, pretio conducti fruges metebant, et frumentum quod sibi sufficeret recondebant, et aliis monachis gratis dabant. Dioscori vero haud plures quam centum erant discipuli. Qui cum esset presbyter, summa cum diligentia sacerdotale munus implebat; eos qui ad sacra mysteria accederent, examinans et accurate dijudicans : ita ut mente antea perpurgata, nec ullius admissi sceleris conscii accederent. Adhuc illo severior in sacris mysteriis impertiendis fuit tum Eulogius presbyter; quem ferunt, cum rem divinam faceret, accedentium cogitationes usque adeo prænovisse, ut delicta eorum certissime coargueret, et quæ singuli penitus in mente recondita habebant, perspiceret. Eos igitur qui mali quidpiam perpetrassent, aut patrare decrevissent, aliquandiu arcebat ab altari, delicta eorum in apertum proferens. Postea vero pœnitentia purgatos ad mysteria admittebat.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

B

*Περὶ τῶν ἐν Θηβαΐδι μοναχῶν, Ἀπολλὼ, Δωροθέου, Πιάμμωνος, Ἰωάννου, Μάρκου, Μακαρίου, Ἀπολλωνίου, Μωσέως, Παύλου τοῦ ἐν Φέρμῃ, Παχὼν, Στεφάνου καὶ Πίωρ.*

Κατὰ τούτους δὲ καὶ Ἀπολλὼς ἐν Θηβαΐδι διέτριβεν, ὃς ἡβῶν ἀρχόμενος, ἐφιλοσόφησεν. Ἐπὶ τεσσαράκοντα δὲ ἔτη τὴν ἔρημον οἰκήσας, σπήλαιον ὑπὸ τὸ ὄρος πλησίον τῆς οἰκουμένης, τοῦ Θεοῦ χρήσαντος, κατέλαβεν. Ὑπὸ δὲ πλήθους θαυματουργιῶν, ἐν ὀλίγῳ ἐπίσημος ἐγένετο, καὶ ἡγεμὼν πλείστων μοναχῶν. Ἦν γὰρ καὶ ταῖς διδασκαλίαις εἰς ὠφέλειαν ἐπαγωγός. Ἀλλ' οἵᾳ μὲν ἀγωγῇ ἐχρῆτο, καὶ ἡλίκων ἦν θείων καὶ παραδόξων πραγμάτων ποιητὴς, ἱστορεῖ Τιμόθεος ὁ τὴν Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίαν ἐπιτροπεύσας· εὖ μάλα αὐτοῦ, καὶ πολλῶν ὧν ἐπεμνήσθην, C καὶ ἄλλων δοκίμων μοναχῶν τοὺς βίους διεξελθών. Ἐν δὲ τῷ τότε πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ σπουδαίως ἐφιλοσόφουν ἀνὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἀμφὶ δισχίλιοι ὄντες· ὧν οἱ μὲν ἐν τοῖς καλουμένοις ἐρημικοῖς (33) ᾤκουν· οἱ δὲ περὶ τὸν Μαρεώτην καὶ τοὺς ἐκ γειτόνων Λίβυας. Ὑπερφυῶς δὲ ἐν τούτοις διέπρεπε Δωρόθεος (34), Θηβαῖος τὸ γένος, ᾧ βίος ἦν, ἐν ἡμέρᾳ μὲν, ἀπὸ τῆς πέλας θαλάσσης λίθους συλλέγειν, καὶ ἔτους ἑκάστου οἰκίδιον κατασκευάζειν, καὶ διδόναι τοῖς μὴ δυναμένοις ἑαυτοῖς οἰκοδομεῖν· νύκτωρ δὲ εἰς αὐτοῦ διατροφὴν ἐκ φοινίκων φύλλων σειρὰς πλέκων, σπυρίδας εἰργάζετο. Τροφὴ δὲ ἦν αὐτῷ ἄρτου οὐγκίαι ἕξ, καὶ λεπτῶν λαχάνων δέμα, καὶ ὕδωρ πότον. Ἐκ νέου δὲ οὕτως ἀσκήσας, οὐ διέλιπε καὶ γέρων ὤν· D οὐδέ ποτε ὠράθη ἐπὶ ῥιπὸς ἢ κλίνης καθευδήσας, ἢ τοὺς πόδας ἐκτείνας ἀνέσει, ἢ ἑκὼν ὕπνῳ ἑαυτὸν ἐκδούς. Πλὴν ὅσον ἐργαζόμενος ἢ ἐσθίων, βιασθεὶς ὑπὸ τῆς φύσεως, ἔμυσε τοὺς ὀφθαλμούς· ὡς πολλάκις νυστάζοντος ἐν τῷ ἐσθίειν, ἐκπεσεῖν τοῦ στόματος τὴν τροφήν. Ποτὲ γοῦν εἰς ἄκρον κρατηθεὶς τῷ ὕπνῳ, ἔλαθεν ἐπὶ τοῦ ῥιπὸς πεσών· καὶ περίλυπος ἐπὶ τούτῳ γεγονὼς, ἠρέμα ἔφη, Εἰ τοὺς ἀγγέλους πείσεις καθεύδειν, πείσεις καὶ τὸν σπουδαῖον· ὑπεδήλου δὲ ἑαυτὸν,

## 258 CAP. XXIX.

*De monachis in Thebaide degentibus : Apollo, Dorotheo, Piammone, Joanne, Marco, Macario, Apollonio, Mose, Paulo Fermensi, Pachon, Stephano et Pior.*

Horum temporibus æqualis Apollos vixit in Thebaide. Qui cum pubescere adhuc inciperet, philosophari instituit; cumque in solitudine mansisset per annos quadraginta, tandem speluncam ad radices montis sitam, haud procul ab hominum domiciliis, divino monitus oraculo occupavit. Ubi præ miraculorum multitudine brevi conspicuus et complurium monachorum Pater evasit; nam et utilibus documentis omnes ad virtutem alliciebat. Verum quænam fuerit ejus vivendi ratio, et quanta quamque divina miracula patraverit, Timotheus Alexandrinæ Ecclesiæ episcopus commemorat : qui et hujus viri, et aliorum quorum antea mentionem feci, vitam litteris prodidit. Porro tunc temporis multi boni viri in Alexandrinorum regione sedulo philosophabantur, numero circiter bis mille. Quorum alii degebant in locis quæ eremica dicuntur : alii circa Mareoten et vicinos Libyas incolebant. Inter quos maxime enituit Dorotheus, patria Thebæus : cujus hæc fuit vivendi ratio, ut interdiu quidem ex vicino mari lapides colligeret, et quotannis cellulam construeret, eamque donaret iis qui sibi ipsi ædificare non possent, noctu vero ex palmarum foliis funiculos texens, sportulas ad parandum sibi victum faceret. Cibus erat illi panis quidem unciæ sex, et minutorum olerum fasciculus, potus autem aqua. Cumque hoc genus abstinentiæ ab ineunte ætate exercuisset, ne senex quidem illud dimisit. Nec unquam visus est super stoream aut in lecto dormire, nec quietis causa pedes extendere, nec sua sponte somnum petere. Sed dum opus faceret aut comederet, cogente natura tantisper claudebat oculos : adeo ut sæpenumero inter edendum dor-

### VALESII ANNOTATIONES.

(33) *Ἐν τοῖς καλουμένοις ἐρήμοις*. Rectius in codice Fuketiano scriptum est ἐρημικοῖς. Sic enim dicebantur ea loca, quinque passuum millibus dissita ab urbe Alexandria, ut testatur Palladius in cap. 2 *Historiæ Lausiacæ* : Ἐξάγει με ἔξω τῆς πόλεως εἰς τὰ λεγόμενα ἐρημικὰ, ἀπὸ πέντε σημείων, etc.

(34) *Διέπρεπε Δωρόθεος*. In codice Fuketiano Θεόδωρος dicitur hic monachus. Epiphanius tamen et Nicephorus Dorotheum nominant. Nec aliter Palladius in *Lausiaca*, cap. 2.

Digitized by Google

mitanti cibus ex ore excideret. Contigit aliquando ut, supra modum somno oppressus, in stoream imprudens decideret. Quam ob causam dolore affectus, submissa voce dixit : Si angelis persuaseris ut dormiant, persuadebis etiam studiose philosophanti. Seipsum autem designabat, his verbis somnum ipsum fortasse alloquens, aut dæmonem bonis actibus adversantem. Porro cum tot ac tantis se laboribus macerarel, quidam ad eum accedens, Cur, inquit, corpus tuum tantopere enecas? Cui ille, Quia me ipsum enecat, respondit. Piammon præterea et Joannes juxta Diolcum Ægypti, nobilissimis monasteriis **259** eo tempore præfuerunt : et cum essent presbyteri, summa cura et gravitate sacerdotale munus obierunt. Et Piammon quidem, cum aliquando rem divinam faceret, divinum angelum vidisse dicitur, stantem juxta sacrum altare, qui monachorum quidem præsentium nomina in quodam libello perscriberet, absentes autem expungeret. Joanni vero tantam vim ac potestatem in morbos ac languores Deus indulsit, ut multos pedum dolore vexatos et paralyticos sanaret. Iisdem temporibus Benjamin senex circa Scetim eximie philosophatus est : cui Deus id gratiæ concesserat, ut absque ullis medicamentis, solo manus contactu, aut oleo quod precatione sua benedixerat, quovis morbo ægros liberaret. Atque hic tantus vir, cum in morbum aquæ intercutis incidisset, usque adeo corpore intumuisse dicitur, ut per januam cellæ in qua degebat, efferri non potuerit, nisi postibus ipsis simul cum janua eversis. Porro inter ægrotandum, cum in lecto decumbere non posset, octo circiter mensium spatio sedit in sella quadam latissima, ægris more solito sanitatem restituens, nec iniquo animo ferens quod suo ipse morbo nequaquam liberaretur; quin potius consolabatur eos qui ipsum viserent, rogabatque ut pro ipsius anima supplices Deum orarent. Corporis enim nullam sibi curam esse aiebat. Quippe dum, inquit, bene valeret, nihil mihi profuit : et nunc male habens nihil detrimenti attulit. Per idem tempus celebris ille Marcus, et Macarius junior, et Apollonius, et Moses Æthiops Scetim incolebant. Et Marcum quidem ab ineunte adolescentia admodum mitem ac temperantem fuisse perhibent,

A πρὸς τὸν ὕπνον ἴσως (35) ἀποτεινόμενος, ἢ τὸν δαίμονα τὸν ἐμποδὼν γενόμενον ταῖς σπουδαίαις πράξεσιν. Ὧδε δὲ αὐτῷ μοχθοῦντι προσελθών τις ἔφη· Τί τὸ σῶμα τὸ σὸν ἀποκτείνεις τοσοῦτον; Ὅτι με ἀποκτείνει, ἀπεκρίνατο. Καὶ Πιάμμων δὲ καὶ Ἰωάννης τηνικαῦτα περὶ Διολκὸν (36) τῆς Αἰγύπτου ἐπισημοτάτων προΐσταντο μοναστηρίων. Ἐπιμελέστατά τε καὶ μάλα σεμνῶς πρεσβύτεροι ὄντες, τὴν ἱερατείαν μετῄεσαν. Λέγεται δέ ποτε τὸν Πιάμμωνα ἱερωμένον (37), θεάσασθαι περὶ τὴν ἱερὰν τράπεζαν θεῖον ἄγγελον ἑστῶτα, καὶ τῶν μοναχῶν τοὺς παρόντας ἐγγράφειν βίβλῳ τινί· τοὺς δὲ ἀπόντας ἀπαλείφειν. Ἰωάννῃ δὲ τοσαύτην ἐδωρήσατο δύναμιν ὁ Θεὸς κατὰ παθῶν καὶ νοσημάτων, ὡς πολλοὺς ἰάσασθαι ποδαλγοὺς (38), καὶ τὰ ἄρθρα διαλελυμένους. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Βενιαμὶν (39) B γηραλέος εὖ μάλα λαμπρῶς ἀνὰ τὴν Σκῆτιν ἐφιλοσόφει, δῶρον ἔχων παρὰ Θεοῦ δίχα φαρμάκων ἐπαφῇ μόνῃ χειρὸς, ἢ ἐλαίῳ ᾧ ἐπηύχετο, πάσης ἀπαλλάσσειν νόσου τοὺς κάμνοντας. Τὸν δὴ τοιοῦτον, λόγος ὑδέρῳ περιπεσόντα, τοσοῦτον οἰδῆσαι τὸ σῶμα, ὡς μὴ δυνηθῆναι διὰ τῶν θυρῶν τοῦ οἰκήματος ἐν ᾧ διῆγεν ἐκκομισθῆναι, εἰ μὴ σὺν ταῖς θύραις καὶ τὰς παραστάδας καθεῖλον. Ἐν δὲ τῷ νοσεῖν, ἐν κλίνῃ κεῖσθαι μὴ δυνάμενος, ἀμφὶ τοὺς ὀκτὼ μῆνας ἐπὶ δίφρου πλατυτάτου ἐκαθίζετο, συνήθως τοὺς κάμνοντας ἰώμενος, αὐτὸς μηδὲν δυσφορῶν ὅτι μὴ τῆς ἐχούσης αὐτὸν νόσου ἀπηλλάττετο. Μᾶλλον μὲν οὖν καὶ τοὺς ὁρῶντας παρεμυθεῖτο, καὶ ἐλιπάρει τὸν Θεὸν ἱκετεύειν ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ ψυχῆς. Σώματος ἑ C αὐτῷ μηδὲν μέλειν· Ἐπεὶ καὶ εὐεκτοῦν, οὐδέν με ὤνησεν, ἔφη, καὶ κακῶς πάσχον, οὐκ ἔβλαψε. Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ ἐν Σκήτει διέτριβε Μάρκος τε ὁ ἀοίδιμος, καὶ Μακάριος ὁ νέος, καὶ Ἀπολλώνιος, καὶ Μωσῆς ὁ Αἰθίοψ. Φασὶ δὲ Μάρκον μὲν, καὶ ἐν τῷ νέῳ τῆς ἡλικίας εἰς ἄγαν πρᾶον καὶ σώφρονα, καὶ μνήμονα ἱερῶν. Γραφῶν γενέσθαι· θεοφιλῆ δὲ ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς ἰσχυρίζεσθαι Μακάριον τὸν αὐτὸν πρεσβύτερον ὄντα τῶν Κελλίων (40), μηδὲ πώποτε παρ' αὐτοῦ λαβεῖν ἃ θέμις ἱερεῦσι διδόναι τοῖς μεμυημένοις περὶ τὴν ἱερὰν τράπεζαν· ἄγγελος δὲ αὐτῷ ἐδίδου, οὗ τὴν χεῖρα μέχρι τοῦ καρποῦ μόνου ἔλεγε θεωρεῖν (41). Μακαρίῳ δὲ ἐδόθη χάρις ὑπὸ Θεοῦ, ὑπερφρονεῖν τῶν δαιμόνων. Ἐγένετο δὲ αὐτῷ τὴν ἀρχὴν πρόφασις τῆς φιλοσοφίας, ἀκούσιος φόνος. D Ἔτι γὰρ βούπαις ὢν, πρόβατα ἔνεμε περὶ τὴν Μάρειαν λίμνην, καὶ παίζων τινὰ τῶν ὁμηλίκων ἀνεῖλε.

## VALESII ANNOTATIONES.

(35) *Πρὸς τὸν ὕπνον ἴσως*. Palladius in *Historia Lausiaca*, cap. 2, ubi hoc Dorothei apophthegma commemorat, diserte testatur Dorotheum hæc sibi respondisse, cum ipse ei persuadere vellet ut somnum brevem caperet. Ex quo colligitur, Sozomenum non legisse *Historiam Lausiacam* Palladii, sed ex alio scriptore ista hausisse.

(36) *Περὶ Διολκόν*. Hujus monasterii mentio fit in Breviario Liberati, cap. 18.

(37) *Ἱερωμένον*. Scribendum est hic quoque mutato accentu ἱερώμενον.

(38) *Ποδαλγούς*. Podagricos vertit Epiphanius Scholasticus, non male. Certe Palladius in Lausiaca cap. 73, ubi de hoc Joanne agit, habet ποδαγρούς. Mihi certe non videtur esse Græca vox ποδαλγούς, quare Nicephorus maluit dicere τοὺς πόδας ἀλγοῦντας.

(39) *Βενιαμίν*. In codice Fuketiano scribitur Βενιαμίς.

(40) *Τῶν Κελλίων*. Sic emendavi ex codice Fuketiano, pro κελλίνων quod antea legebatur. Est autem Κελλία locus in solitudine, septuaginta stadiis distans a Nitria, ut docet Sozomenus infra, cap. 31. Ejusdem loci meminit Palladius in Lausiaca.

(41) *Ἔλεγε θεωρεῖν*. Epiphanius Scholasticus hæc de ipso Marco dici existimavit, quasi Marcus dicere solitus esset, se manum angeli qui sacram Eucharistiam ipsi porrigebat, duntaxat videre. Præstat tamen de Macario presbytero id accipere.

Digitized by Google

δείσας τε δοῦναι δίκην, ἔφυγεν εἰς τὴν ἐρημίαν. Αἴθριος δὲ ἐπὶ τρία ἔτη μετὰ ταῦτα διάγων, αὐτόθι οἰκίδιον μικρὸν ἑαυτῷ κατεσκεύασεν, ἐν ᾧ εἴκοσι καὶ πέντε ἔτη διέτριψεν. Ἔλεγον δὲ οἵ γε αὐτοῦ ἀκηκόεισαν, ὡς πολλὴν ὡμολόγει χάριν τῇ συμφορᾷ, καὶ σωτήριον ἀπεκάλει τὸν ἀκούσιον φόνον, φιλοσοφίας καὶ μακαρίου βίου αἴτιον αὐτῷ γεγενημένον. Ἀπολλώνιος δὲ, τὸν ἄλλον χρόνον ἐμπορίαν μετιὼν, ἤδη πρὸς γῆρας ἐλαύνων, ἐπὶ τὴν Σκῆτιν ἦλθε. Λογισάμενος δὲ ὡς οὔτε γράφειν, οὔτε ἄλλην τινὰ τέχνην μαθεῖν οἷός τέ ἐστι διὰ τὴν ἡλικίαν, παντοδαπῶν φαρμάκων εἴδη καὶ ἐδεσμάτων ἐπιτηδείων τοῖς κάμνουσιν ἐξ οἰκείων χρημάτων ὠνούμενος, ἀνὰ ἑκάστην θύραν μοναστικὴν περιῄει μέχρις ἐννάτης ὥρας, ἐφορῶν τοὺς νοσοῦντας. Ἐπιτηδείαν δὲ ταύτην αὐτῷ τὴν ἄσκησιν εὑρὼν, ὧδε ἐπολιτεύσατο. Μέλλων δὲ τελευτᾷν, ἄλλῳ παραδοὺς ἃ εἶχεν, ἐνετείλατο τὰ αὐτὰ ποιεῖν. Μωσῆς δὲ δοῦλος ὢν, διὰ μοχθηρίαν ἐξηλάθη τῆς οἰκίας τοῦ κεκτημένου· καὶ εἰς λῃστείας τραπεὶς, λῃστρικοῦ τάγματος ἡγεῖτο. Πολλοὺς δὲ κακουργήσας (42), καὶ πολλοὺς φόνους τολμήσας, ἐκ περιπετείας τινὸς τὸν μοναδικὸν μετῆλθε βίον, καὶ ἀθρόον εἰς ἀρετὴν φιλοσοφίας ἐπέδωκεν. Ἐπεὶ γοῦν ἐκ τῆς προτέρας διαίτης εὐεξίᾳ ζέων καὶ πρὸς φαντασίας ἡδονῶν κινούμενος, μυρίαις ἀσκήσεσι τὸ σῶμα κατέτηξε· πῇ μὲν δίχα ὄψου ὀλίγῳ ἄρτῳ ἀρκούμενος, πῇ δὲ πλεῖστον ἔργον ἀνύων, καὶ πεντηκοστὸν εὐχόμενος, πῇ δὲ ἐπὶ ἓξ ἔτεσιν ὁλόκληρον ἑκάστην νύκτα ἑστὼς, προσηύχετο, μήτε γόνυ κλίνων, μήτε τοὺς ὀφθαλμοὺς μύων εἰς ὕπνον. Ἄλλοτε δὲ νύκτωρ περιιὼν τὰς οἰκήσεις τῶν μοναχῶν, λάθρα τὴν ἑκάστου ὑδρίαν ἐπλήρου ὕδατος. Ἦν δὲ τοῦτο λίαν ἐργῶδες. Τῶν μὲν γὰρ σταδίοις δέκα, τῶν δὲ, εἴκοσι, τῶν δὲ, καὶ τριάκοντα, καὶ πλέον διειστήκει ὁ τόπος ὅθεν ὑδρεύοντο. Διέμεινε δὲ ἐπὶ πολὺ τὴν προτέραν ἰσχὺν ἔχων, καίπερ ταῖς πολλαῖς ἀσκήσεσι καθελεῖν ταύτην σπουδάζων, καὶ τὸ σῶμα ταῖς ταλαιπωρίαις πιέζων. Λέγεται γοῦν ποτε λῃστὰς καταδραμόντας τὸν τόπον ἐν ᾧ μόνος ἐφιλοσόφει, συλλαβέσθαι πάντας καὶ δῆσαι, καὶ τέσσαρας ὄντας τοῖς ὤμοις ἐπιθεῖναι, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀγαγεῖν, καὶ συμμονάζουσιν ἐπιτρέψαι τὰ περὶ αὐτῶν, ὡς μὴ θεμιτὸν αὐτῷ ἔτι μηδένα κακῶς ποιεῖν. Φασὶ γὰρ ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετὴν μηδενὶ τοσαύτην ὑπάρξαι μεταβολήν· ὥστε ἄκρου μὲν ἐπιψαῦσαι μοναστικῆς φιλοσοφίας, ἐξαίσιον δὲ φόβον τοῖς δαίμοσιν ἐμποιῆσαι, καὶ πρεσβύτερον γενέσθαι τῶν ἐν Σκήτει μοναχῶν. Ὁ μὲν οὖν τοιοῦτος ὢν, πολλοὺς ἀρίστους μαθητὰς καταλιπὼν, ἀμφὶ τὰ ἑβδομήκοντα καὶ πέντε ἔτη γεγονὼς ἐτελεύτησεν. Ἐπὶ ταύτης δὲ τῆς βασιλείας ἐγένετο Παῦλος καὶ Παχὼν, Στέφανός τε καὶ Μωσῆς, ἄμφω Λίβυες, καὶ Πίωρ ὁ Αἰγύπτιος. Ὤκουν δὲ, Παῦλος μὲν ἐν Φέρμῃ· ὄρος δὲ τοῦτο ἐν Σκήτει· οὐ μείους πεντακοσίων ἀσκητὰς ἔχων (43).

A et sacræ Scripturæ libros memoria tenuisse: Deo vero ita charum fuisse, ut Macarius qui Cellarum presbyter fuit, sæpe affirmaverit, Marcum nunquam ab ipso accepisse quæ sacerdotes fidelibus ad altare præbere jus fasque est: sed angelum ei præbuisse, cujus manum ad juncturam usque duntaxat se vidisse dicebat. Macario vero donatum fuit a Deo, ut dæmones contemneret. Occasionem porro philosophandi ei primum præbuit cædes fortuito perpetrata. Nam cum esset adolescens, oves pascebat circa Mareoticum lacum; cumque inter ludendum quemdam ex æqualibus suis interfecisset, veritus ne pœnas daret, in solitudinem se recepit. Illic triennii spatio sub divo moratus, parvam sibi cellam ibidem construxit, in qua B quinque et viginti annos exegit. Narrabantque ii qui ex ipso id audierant, ipsum calamitati illi gratias referre solitum, et cædem illam fortuito factam salutarem appellasse, quæ philosophiæ ac beatæ vitæ occasionem ipsi attulisset. **260** Apollonius autem, cum anteacto tempore mercaturam fecisset, jam in senium vergens, ad Scetim se contulit. Cumque consideraret, se ob ingravescentem ætatem nec scribendi artem, nec ullam aliam posse addiscere, varias species medicamentorum et ciborum qui commodi sunt ægrotantibus sua pecunia coemens, singulas monachorum januas circuibat, ad horam usque nonam ægros invisens. Quod quidem exercitationis genus cum sibi C commodum reperisset, ita deinceps conversatus est; et cum moriturus esset, quæcunque habebat, alteri tradens, mandavit ut idem officium exerceret. Moses vero cum esset servus, propter improbitatem ex ædibus domini sui ejectus, et ad latrocinandum conversus, agmini latronum ducem se præbuit. Qui cum multa scelera commisisset, multasque cædes patrasset, casu quodam ad monasticam vitam translatus est, ac repente ad summum philosophiæ fastigium evasit. Nam quoniam bona corporis habitudine, quam ex priore victu contraxerat, adhuc fervens, ad cogitationes fœdæ libidinis incitabatur, omni philosophicæ exercitationis genere corpus suum maceravit, nunc exiguo pane victitans sine obsonio, nunc plurimum operis faciens, oransque quinquagies; interdum etiam D singulis noctibus stans, per sex continuos annos orabat, nec genua flectens, nec oculos claudens ad somnum capiendum. Nonnunquam monachorum cellas noctu circumiens, hydrias singulorum clam aqua implebat. Quod quidem laboriosum erat inprimis. Ab aliis enim decem, ab aliis viginti, a quibusdam vero triginta et amplius stadiis aberat locus ille, unde aquam hauriebant. Diu tamen pristinum robur retinuit, licet plurimis exercitationi-

## VALESII ANNOTATIONES.

(42) *Πολλοὺς δὲ κακουργήσας*. Melius, ut opinor, scriberetur πολλά, quemadmodum legisse videtur Nicephorus. Sic enim hæc Sozomeni verba expressit: Πλεῖστα δὲ ἀνόσια εἰργασμένος, etc.

(43) *Ἀσκητὰς ἔχων*. Epiphanius Scholasticus et Christophorsonus hæc verba de Paulo ipso intellexit. Ego vero ἔχον in neutro scribendum puto, ut referatur ad vocem ὄρος. Idque confirmat Palla-

Digitized by Google

bus illud frangere studuisset, et assiduis vexationibus corpus attereret. Porro cum latrones aliquando in cellam in qua solus philosophabatur irrupissent, ipse cunctos comprehendisse ac ligasse dicitur, et quamvis quatuor numero essent, humeris suis impositos tulisse ad ecclesiam, ac reliquis monachis permisisse ut de illis statuerent, quando ipsi jam nefas esset quemquam malo afficere. Aiunt enim nemini unquam talem ac tantam mutationem ex vitio ad virtutem contigisse, quantam isti: quippe qui ad culmen monasticæ philosophiæ pervenerit, et dæmonibus maximum terrorem incusserit, et Scetiensium monachorum presbyter factus sit. Atque hic quidem tantus vir, annos circiter septuaginta quinque natus, excessit e vita, multis præstantibus discipulis post se relictis. Eodem imperatore regnante vixit Paulus et Pachon; Stephanus item ac Moses, ambo Libyes; et Pior Ægyptius. Ac Paulus quidem degebat in Ferme, qui mons est in Sceti; haud pauciores quingentis monachos habens. Nullum **261** hic opus faciebat, nec ab ullo accipiebat quidquam, præter quam quod esurus esset. Orationi tantum vacabat, trecentas orationes, velut tributum quoddam, quotidie persolvens Deo. Ac ne forte aberraret ab integro numero, trecentis lapillis in sinum suum congestis, ad singulas precationes singulos projiciebat lapillos. Absumptis itaque lapillis, planum fiebat orationes numero lapillorum æquales jam completas esse. Pachon quoque tunc temporis in Sceti celebris fuit. Qui cum ab adolescentia usque ad ultimam senectutem vixisset in solitudine, tamen nec bona corporis habitudo, nec perturbatio animi, nec dæmon, circa abstinentiam eorum a quibus philosophum abstinere decet, eum unquam ignavum deprehendit. Jam vero Stephanus circa Mareotem habitabat, haud procul a Marmarice. Qui cum severa ac perfectissima disciplina sese exercuisset per annos sexaginta, celeberrimus exstitit monachus, et magno Antonio familiaris. Fuit autem mitis et admodum prudens, in colloquiis suavis atque utilis, et ad animos eorum qui dolore affecti essent, permulcendos et ad lætitiam traducendos aptissimus, quamvis dolor eorum prorsus necessarius videretur. Ipse quoque ita affectus erat in suis calamitatibus. Nam cum grave quoddam et insanabile ulcus ei contigisset, corrupta corporis membra secanda medicis præbuit, ipse interim opus faciens, et palmarum folia manibus suis texens. Suadebatque adstantibus, ne ob ipsius mala mœrore afficerentur, neve aliud quidquam cogitarent, quam ea quæ a Deo fiunt, bonum semper exitum sortiri: idque

A Εἰργάζετο δὲ οὐδὲν, οὐδὲ ἐλάμβανέ τι παρά του, πλὴν ὅσον ἤσθιεν. Ηὔχετο δὲ μόνον, ὥσπερ φόρον τινὰ τριακοσίας εὐχὰς ἑκάστης ἡμέρας ἀποδιδοὺς τῷ Θεῷ. Ἵνα δὲ μὴ λαθὼν διαμάρτῃ τοῦ ἀριθμοῦ, τριακοσίας ψηφῖδας τῷ κόλπῳ ἐμβάλλων, καθ' ἑκάστην εὐχὴν ψηφῖδα ἐκρίπτει. Ἀναλωθέντων δὲ τῶν λίθων, δῆλον ἐγένετο τὰς ἰσαρίθμους τοῖς λίθοις εὐχὰς πεπληρῶσθαι. Καὶ Παχὼν δὲ τότε ἐν Σκήτει διέπρεπεν, ὃν ἐκ νέου μέχρι γήρως πολιτευσάμενον, οὔτε σῶμα εὖ ἔχων, οὔτε πάθος ψυχῆς, οὔτε δαίμων, ἄνανδρον ἐφώρασε περὶ τὴν ἐγκράτειαν, ὧν δεῖ κρατεῖν τὸν φιλόσοφον. Στέφανος δὲ περὶ τὸν Μαρεώτην τὴν οἴκησιν εἶχεν, οὐκ ἄπωθεν τῆς Μαρμαρικῆς. Δι' ἀκριβοῦς δὲ καὶ τελειοτάτης χωρήσας ἀσκήσεως, ἐπὶ ἑξήκοντα ἔτεσιν, εὐδοκιμώτατος ἐγένετο μοναχὸς, B καὶ Ἀντωνίῳ τῷ μεγάλῳ γνώριμος. Ἐγένετο δὲ πρᾶος, καὶ σοφὸς εἰς ἄγαν, καὶ ἐν ταῖς ὁμιλίαις ἡδὺς καὶ ὠφέλιμος, καὶ ἱκανὸς τὰς τῶν λυπουμένων ψυχὰς κηλεῖν, καὶ ἐπὶ τὸ εὔθυμον μεταβάλλειν, εἰ καὶ ἀναγκαίαις λύπαις προκατειλημμένοι ἐτύγχανον. Τοιοῦτος δὲ ἦν καὶ περὶ τὰς οἰκείας συμφοράς. Ἀμέλει χαλεποῦ καὶ ἀνιάτου πάθους ἐνσκήψαντος αὐτῷ, τὰ διεφθαρμένα μέλη τοῖς ἰατροῖς τέμνειν παραδοὺς, εἰργάζετο ταῖς χερσὶ φύλλα φοινίκων πλέκων. Καὶ τοῖς παροῦσι συνεβούλευε μὴ δυσφορεῖν ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ πάθεσι, μηδὲ ἄλλο τι διανοεῖσθαι, πλὴν ὅτι πρὸς τέλος χρηστὸν πάντως, ἃ ποιεῖ ὁ Θεὸς, ἐκβαίνει· καὶ αὐτῷ συνοίσειν τοιούτων πειραθῆναι παθῶν, καὶ ὑπὲρ ἁμαρτημάτων ἴσως, ὧν ἕνεκεν ἄμεινον ἐνθάδε διδόναι δίκην, ἢ μετὰ τὴν βιοτὴν ταύτην. Μωσῆς δὲ C πραότητι καὶ ἀγάπῃ ὑπερφυῶς εὐδοκιμηκέναι παραδέδοται, καὶ ἰάσεσι παθῶν εὐχῇ κατορθουμέναις. Ὁ δὲ Πίωρ ἐκ νέου φιλοσοφεῖν ἐγνωκὼς, ἡνίκα διὰ τοῦτο τοῦ πατρῴου οἴκου ἐξῆλθε, συνέθετο τῷ Θεῷ, τοῦ λοιποῦ μηδένα τῶν οἰκείων ὄψεσθαι· μετὰ δὲ πεντήκοντα ἔτη ἐπύθετο αὐτὸν ἡ ἀδελφὴ ζῆν. Ὑπὸ δὲ χαρᾶς ἀμέτρου παραλόγου μηνύσεως καταπλαγεῖσα, ἠρεμεῖν οὐκ ἠδύνατο, εἰ μὴ θεάσαιτο τὸν ἀδελφόν. Ὀλοφυρομένην δὲ καὶ ἀντιβολοῦσαν ἐν γήρᾳ ἐλεήσας ὁ παρ' αὐτοῖς ἐπίσκοπος, ἔγραψε τοῖς ἡγουμένοις τῶν ἐν ἐρήμῳ μοναχῶν, ἐκπέμψαι τὸν Πίωρ. Ἀπιέναι δὲ προσταχθεὶς, οὐκ ἔχων ἀντειπεῖν· οὐ γὰρ θέμις Αἰγυπτίοις μοναχοῖς, οἶμαι δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις, ἀπειθεῖν τοῖς ἐπιταττομένοις· παραλαβών τινα, ἀφίκετο εἰς D τὴν πατρίδα· καὶ στὰς πρὸ τῆς πατρῴας οἰκίας, ἐμήνυσεν ἐληλυθέναι. Ἐπεὶ δὲ ψοφεῖν τὴν θύραν ᾔσθετο, μύσας τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὀνομαστὶ τὴν ἀδελφὴν προσειπὼν, Ἐγὼ, ἔφη, Πίωρ ὁ σὸς ἀδελφός· ἀλλὰ ὅσον βούλει, κατανόει. Ἡ μὲν οὖν ἡσθεῖσα, χάριν ὡμολόγει τῷ Θεῷ· ὁ δὲ παρὰ τὴν θύραν εὐξάμενος, ἀνέστρεψεν εἰς τὸν τόπον ἐν ᾧ ᾤκει. Ἔνθα δὴ φρέαρ ὀρύξας, πικρὸν εὗρε τὸ ὕδωρ. Καὶ μέχρι τελευτῆς ὑπέμεινε (44) τούτῳ κεχρημένος. Ὁ δὲ μετὰ ταῦτα

## VALESII ANNOTATIONES

dius in Lausiaca cap. 23: Ὄρος ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἐστὶν ἀπάγον ἐπὶ τὴν Σχήτην, ὃ καλεῖται Φέρμη· ἐν τούτῳ τῷ ὄρει καθέζονται ὡς πεντακόσιοι ἄνδρες ἀσκούμενοι· ἐν οἷς καὶ Παῦλός τις μοναχός, etc.

(44) *Μέχρι τελευτῆς ἔμεινε*. Non dubito quin Sozomenus scripserit ἐπέμεινε. Certe Nicephorus hunc Sozomeni locum describens in cap. 37, lib. II, habet παρέμενε. Nec aliter Palladius in Lausiaca, cap. 87.

Digitized by Google

χρόνος, τὸ ὑπερβάλλον ἀπέδειξε τῆς αὐτοῦ ἐγκρατείας. Ἐπεὶ γὰρ ἐτελεύτησε, πολλῶν σπουδασάντων ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ φιλοσοφεῖν, οὐδεὶς ὑπέστη. Ἐγὼ δὲ ὡς ἐμαυτὸν πείθω, εἰ μὴ καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ φιλοσοφεῖν ἔγνωκεν, οὐ χαλεπὸν ἦν αὐτῷ εὐξαμένῳ μεταβαλεῖν τὸ ὕδωρ εἰς γεῦσιν γλυκεῖαν· ὅπουγε καὶ μὴ ὂν παντάπασιν ἀναβλύσαι ἐποίησεν. Ἀμέλει τοι λέγεταί ποτε τὸ φρέαρ ὀρύσσοντας τοὺς ἀμφὶ Μωσέα, μήτε τῆς προσδοκωμένης φλεβὸς, μήτε τινὸς βάθους τὸ ὕδωρ ἀναδιδόντος, μέλλειν τὸ ἔργον ἀπαγορεύειν. Ἐπιστάντα δὲ αὐτοῖς παρὰ μέσην ἡμέραν τὸν Πίωρ, καὶ πρότερον ἀσπασάμενον, ὀνειδίσαι δυσπιστίαν καὶ μικροψυχίαν· κατελθόντα δὲ εἰς τὴν τάφρον εὔξασθαι, καὶ ὀρυγι τρίτον πλῆξαι τὴν γῆν. Παραχρῆμα δὲ ἀναβλύσαι τὸ ὕδωρ, καὶ τὴν τάφρον πληρῶσαι. Ἐπεὶ δὲ εὐξάμενος ἀπῄει, δεομένων τῶν ἀμφὶ Μωσέα γεύσασθαι παρ' αὐτοῖς, οὐκ ἠνέσχετο, φήσας μὴ ἐπὶ τούτῳ ἀπεστάλθαι, ἠνύσθαι δὲ ἐφ' ᾧ ἦλθε.

A sibi utile fore, quod tanta sustinuisset mala, ac fortasse pro peccatis suis, pro quibus hic pœnas dare satius fuerit, quam post hanc vitam. Moses vero mansuetudine et charitate, et languorum curationibus quos oratione sola pellebat, præ cæteris inclaruisse memoratur. At Pior, cum ab ineunte ætate philosophari decrevisset, ejus rei causa paternis ædibus egressus, spopondit Deo, se deinceps neminem ex propinquis visurum esse. Post quinquaginta vero annos, soror ipsius, cum audivisset eum vivere, præ immoderato gaudio insperati nuntii stupefacta, quiescere non poterat, nisi fratrem videret. Quam in senili ætate lamentantem ac supplicantem miseratus ejus regionis episcopus, scripsit ad præsides monachorum in Sceti B degentium, ut Piorem mitterent. Qui abire jussus, cum refragari non auderet: nefas enim habent Ægyptii, aliique omnes, ut opinor, monachi, jussis non obtemperare: adjuncto sibi comite perrexit in patriam. Cumque pro foribus paternarum ædium staret, nuntiavit se adesse. Cum autem strepitum januæ sensisset, clausis oculis, sororem nominatim allocutus: Ego, inquit, sum frater tuus; contemplare me quantum placuerit. Illa ingenti gaudio perfusa, gratias Deo egit. At ille juxta januam oratione facta, e vestigio reversus est ad locum in quo degebat. Ibi effosso puteo,
262 aquam amaram reperit, eaque utens usque ad exitum vitæ perseveravit. Porro ejus abstinentiæ magnitudo insequenti tempore declarata est. Nam post ejus obitum, cum multi in eodem loco philosophari ambiissent, nullus id sustinuit. Verum ut ipse mihi persuadeo, haudquaquam ei difficile erat aquam in dulcem saporem convertere, nisi hoc modo philosophari decrevisset: quippe qui eam, cum antea non esset, scaturire fecerat. Certe traditum est monachos qui cum Mose erant, cum aliquando puteum foderent, et nec vena quæ sperabatur, nec altitudo ulla aquam profunderet, animum despondentes, opus dimittere voluisse: Piorem vero circa meridiem supervenisse; et salutatis primum monachis, diffidentiam et pusillum animum exprobrasse, deinde in fossam descendentem orasse, humumque ligone ter percussisse. Quo facto statim aqua erupisse dicitur et fossam complevisse. Porro cum Pior oratione facta discederet, rogatus a monachis qui cum Mose erant ut apud ipsos jentaret, non obtemperavit: haudquaquam ejus rei causa missum se esse dicens, id vero propter quod venerat, confectum esse.

## ΚΕΦΑΛ. Λ'.

*Περὶ τῶν ἐν Σκήτει μοναχῶν, Ὠριγένους, Διδύμου, Κρονίωνος, Ὀρσισίου, Πουτουβάτου, Ἀρσίωνος, Ἀμμὼν, Εὐσεβίου καὶ Διοσκόρου τῶν ἀδελφῶν, καὶ Μακρῶν λεγομένων, καὶ Εὐαγρίου τοῦ φιλοσόφου.*

Ἐν τούτῳ δὲ εἰσέτι διέπρεπον ἐν τοῖς Σκήτεως μοναστηρίοις, γηραλέος μὲν (45), Ὠριγένης ἐκ τῶν μαθητῶν Ἀντωνίου τοῦ μεγάλου περιλελειμμένος, καὶ Δίδυμος, καὶ Κρονίων, ἀμφὶ τοὺς ἑκατὸν καὶ δέκα ἐνιαυτοὺς γεγονώς· καὶ ὁ μέγας Ἀρσίσιος, καὶ Πουτουβάτης, καὶ Ἀρσίων, καὶ Σεραπίων, οἱ καὶ αὐτοὶ σύγχρονοι Ἀντωνίῳ τῷ μεγάλῳ ἐγένοντο. Καταγεγηρακότες δὲ ἐν τῷ φιλοσοφεῖν, προΐσταντο τότε τῶν τῇδε μοναστηρίων. Τῶν δ' αὖ νέαν καὶ μέσην ἡλικίαν ἀγόντων, πολλοὶ καλοί τε καὶ ἀγαθοὶ σὺν αὐτοῖς ἐγνωρίζοντο· καὶ Ἀμμώνιος καὶ Εὐσέβιος καὶ Διόσκορος, οὓς ἀδελφοὺς ἀλλήλοις ὄντας, Μακροὺς ἐκ τῆς ἡλικίας ὠνόμαζον. Λέγεται δὲ τοῦτον τὸν Ἀμ-

C

## CAP. XXX.

*De Scetiensibus monachis, Origene, Didymo, Cronione, Orsesio, Putubate, Arsione, Ammonio, Eusebio et Dioscoro fratribus, qui Magni vocabantur: et de Evagrio philosopho.*

Eodem tempore in monasteriis Scetis claruerunt, senes quidem, Origenes, qui ex magni Antonii discipulis adhuc supererat: et Didymus, et Cronion, annos natus decem supra centum: et magnus ille Orsisius, et Putubates et Arsion ac Serapion: qui et ipsi magni Antonii temporibus æquales fuerunt. Cumque in monastica philosophia consenuissent, tunc temporis monasteriis illic sitis præerant. Ex junioribus vero et in media adhuc ætate constitutis, multi probi atque honesti viri D una cum superioribus illis florebant, inter quos Ammonius, Eusebius ac Dioscorus: qui cum fratres essent, ob staturæ proceritatem Magni voca-

### VALESII ANNOTATIONES.

(45) *Γηραλέος μέν.* Scribe meo periculo γηραλέοι μέν, etc. Quæ emendatio, licet prima fronte levis esse videatur, magni tamen momenti est. Primo enim loco Sozomenus senes monachos commemorat; deinde transit ad juniores, qui adhuc tirones erant. Subdit enim paulo post, τῶν δὲ αὖ νέαν καὶ μέσην ἡλικίαν ἀγόντων, etc. Nostram certe emendationem plane confirmat Nicephorus in cap. 37 libri citati.

Digitized by Google

bantur. Porro hunc Ammonium ad culmen monasticæ philosophiæ pervenisse narrant, et voluptatem ac desidiam forti animo superasse. Idem admodum studiosus fuisse dicitur, adeo ut Origenis, Didymi et aliorum ecclesiasticorum scriptorum libros diligenter **263** evolveret. Ab ineunte autem ætate ad extremum vitæ diem nihil igne coctum præter panem gustasse fertur. Cum vero aliquando capiendus esset, ut episcopus ordinaretur, nec rogando persuadere potuisset iis qui ad ipsum capiendum venerant, ut abirent, abscissa sibi auricula, Abite, inquit; posthac enim nequidem si vellem, sacerdotalis lex me ordinari sinit; integri enim corporis sacerdotem constitui oportet. Illi digressi, posteaquam intellexerunt, Judæis quidem hæc observanda esse, Ecclesiam vero de corpore non curare, dummodo sacerdos integer sit moribus, denuo redierunt, eum comprehensuri. Tum ille juravit, se linguam quoque sibi præcisurum, si vim facere tentassent. Quibus illi minis perterriti, abscesserunt. Hinc porro factum est ut Ammonius iste Parotes, id est auricula mutilus, vocaretur. Haud multo post, sequentis scilicet imperatoris temporibus, Evagrius sapiens cum illo familiariter vixit, vir doctus imprimis, et tum intelligendi facultate, tum dicendi copia præditus: et in distinguendis cogitationibus quæ aut ad virtutem, aut ad vitium tenderent, sagacissimus: et quomodo illæ quidem excolendæ, hæ vero cavendæ sint, consultor idoneus. Verum quod quidem ad doctrinam attinet, qualis quantusque vir fuerit, libri quos posteris reliquit, satis declarabunt. Moribus vero moderatis fuisse dicitur, et ab omni fastu et arrogantia ita alienus, ut nec jure merito laudatus, præconiis intumesceret, nec immerito vituperatus, contumelias iniquo animo ferret. Ortus hic fuit ex urbe Iberis quæ ad Euxinum Pontum sita est. Philosophiam vero et sacras Litteras didicit sub Gregorio episcopo Nazianzi, qui dum Constantinopolitanam Ecclesiam administraret, eum archidiaconum habuit. Cumque vultu esset eleganti, et exquisito

μώνιον εἰς ἄκρον φιλοσοφίας προελθεῖν, ἡδονῆς τε καὶ ῥᾳστώνης ἀνδρείως κρατῆσαι, καὶ φιλολόγον εἰς ἄγαν γενέσθαι· ὡς τοὺς Ὠριγένους καὶ Διδύμου καὶ τῶν ἄλλων ἐκκλησιαστικῶν λόγους διεξελθεῖν (46). Ἐκ νέου (47) μέχρι τελευτῆς πλὴν ἄρτου, μηδενὸς γεύσασθαι ἐν πυρὶ γενομένου. Μέλλων δέ ποτε πρὸς χειροτονίαν (48) ἐπισκοπῆς συλλαμβάνεσθαι, ὡς ἀντιβολῶν οὐκ ἔπεισεν ἀπιέναι τοὺς ἐπ' αὐτὸν ἐληλυθότας, ἀποτεμὼν τὸ οὖς, Ἄπιτε, ἔφη· λοιπὸν γὰρ οὐδὲ ἐκόντα με ὁ ἱερατικὸς νόμος συγχωρεῖ χειροτονεῖσθαι. Ἄρτιον γὰρ χρῆναι τὸν ἱερέα καθίστασθαι. Ἀναχωρήσαντες δὲ, ἐπεὶ τάδε ἔγνωσαν Ἰουδαίοις φυλακτέα, τῇ δὲ Ἐκκλησίᾳ σώματος μηδὲν μέλειν, ἢν μόνον ἄρτιος ᾖ τοῖς τρόποις ὁ ἱερεὺς, αὖθις ἀνέστρεψαν ὡς συλληψόμενοι τὸν ἄνδρα. Ὁ δὲ ἦ μὴν καὶ τὴν γλῶσσαν τεμεῖν διωμόσατο, εἰ βιάσασθαι πειραθεῖεν. Δείσαντες οὖν τὴν ἀπειλὴν, ἀπεχώρουν. Αὐτὸς δὲ ἐντεῦθεν Ἀμμώνιος ὁ Παρώτης ὠνομάζετο. Τῷ δὲ μετ' οὐ πολὺ ἐπὶ τῆς ἐχομένης βασιλείας συνῆν Εὐάγριος σοφὸς, ἐλλόγιμος ἀνὴρ, νοῆσαί τε καὶ φράσαι δεινὸς, καὶ ἐπίβολος διακρῖναι τοὺς πρὸς ἀρετὴν καὶ κακίαν ἄγοντας λογισμούς· καὶ ἱκανὸς ὑποθέσθαι, ᾗ χρὴ τοὺς μὲν ἐπιτηδεύειν, τοὺς δὲ φυλάξασθαι. Ἀλλ' οἷος μὲν περὶ λόγους ἦν, ἐπιδείξουσιν αἱ γραφαὶ ἃς κατέλιπεν. Ἐλέγετο δὲ καὶ τὸ ἦθος μέτριος, τύφου τε καὶ ὑπεροψίας τοσοῦτον κρατεῖν, ὡς μήτε δικαίως ἐπαινούμενος ὀγκοῦσθαι τοῖς κρότοις, μήτε ἀδίκως λοιδορούμενος ἀγανακτεῖν ἐπὶ ταῖς ὕβρεσιν. Ἐγένετο δὲ τῷ μὲν γένει Ἰβήρων πολίτης (49) πρὸς τῷ καλουμένῳ Εὐξείνῳ πόντῳ· ἐφιλοσόφησε δὲ καὶ ἐπαιδεύθη ὑπὸ Γρηγορίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ναζιανζοῦ τοὺς ἱεροὺς λόγους· ἡνίκα δὲ ἐπετρόπευε τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἐκκλησίαν, ἀρχιδιάκονον αὐτὸν εἶχεν. Ἀστεῖον δὲ ὄντα τῇ ὄψει καὶ περὶ τὴν ἐσθῆτα φιλόκαλον, μαθών τις τῶν ἐν τέλει ζηλότυπος γνώριμον εἶναι τῇ γαμετῇ, θάνατον αὐτῷ ἐμηχανᾶτο. Εἰς ἔργον δὲ προσβήσεσθαι μελλούσης τῆς ἐπιβουλῆς καθεύδοντι αὐτῷ φοβεράν τινα καὶ σωτήριον ὀνείρατος ὄψιν ἐπιπέμπει τὸ Θεῖον. Ἔδοξε γὰρ ὡς ἐπὶ ἐγκλήματι συλληφθεὶς, σιδήρῳ δεδέσθαι πόδας καὶ χεῖρας. Μέλλοντί τε αὐτῷ εἰς δικαστήριον ἄγεσθαι

## VALESII ANNOTATIONES.

(46) *Καὶ τῶν ἄλλων ἐκκλησιαστικοὺς λόγους διεξελθεῖν*. In codice Fuketiano rectius scriptum est ἐκκλησιαστικῶν λόγους διελθεῖν. Potest tamen retineri verbum διεξελθεῖν, quemadmodum legitur etiam apud Nicephorum. Porro notandus hoc loco error Nicephori, qui cum in Sozomeno legisset, Ammonium Origenis, Didymi et aliorum ecclesiasticorum scriptorum libros assidue volutasse, per ecclesiasticos illos scriptores Evagrium intelligi existimavit. Quod est absurdum, cum Evagrius junior fuerit Ammonio, ut constat ex Palladio in *Lausiaca*, cap. 12. Quinam autem sint scriptores illi ecclesiastici, quorum libros Ammonius memoriter didicerat, ipse Palladius nos docet his verbis: Καὶ ἐν συγγράμμασιν ἀνδρῶν λογάδων, Ὠριγένους, Διδύμου, καὶ Πειρίου, καὶ Στεφάνου διῆλθε μυριάδας ἑξακοσίας. Ubi vides Palladium uti verbo διελθεῖν perinde ac Sozomenum, pro eo quod est memoriter recitare. Sic incertus auctor, qui Theophanis *Historiam* continuavit, in libro II, de Michaele Balbo imp. loquens, sic ait: Ὡς ῥᾷον ἄν τις διῆλθε βιβλίον ἢ αὐτὸς τῇ βραδύτητι τοῦ νοῦ τὰ τοῦ οἰκείου στοιχεῖα ὀνόματος. De Pierio presbytero videndus est Eusebius noster, et Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*. Stephanus vero quisnam sit, adhuc mihi incompertum est.

(47) *Ἐκ νέου*. Hæc parum cohærent cum præcedentibus. Itaque Nicephorus hanc pericopen transposuit post verba illa quæ paulo ante leguntur, ἀνδρείως κρατῆσαι. Quod mihi quidem valde placet.

(48) *Μέλλων δέ ποτε πρὸς χειροτονίαν*. Idem narrat Palladius in Lausiaca. Ex quo insuper discimus, id factum fuisse principatu Theodosii, cum Timotheus esset episcopus Alexandriæ.

(49) *Ἰβήρων πόλεως*. In codice Fuketiano scriptum est πολίτης, quemadmodum Christophorsonus ac Savilius in suis codicibus repererant. Vulgatam tamen lectionem confirmat Palladius, cap. 86, his verbis: Οὗτος τῷ μὲν γένει Ποντικὸς ἦν, πόλεως

Digitized by Google

καὶ τιμωρίαν ὑπέχειν (50), προσελθών τις ὑπέδειξε τὴν ἱερὰν τῶν Εὐαγγελίων βίβλον· καὶ ὑπισχνεῖτο, εἰ τῆς πόλεως ἐξέλθοι, τῶν δεσμῶν αὐτὸν ἀπαλλάξειν, καὶ ὅτι τοῦτο ποιήσει, ὅρκον ἀπῄτει. Ὁ δὲ τῆς βίβλου ἐφαψάμενος (51), ἦ μὴν ὧδε πράξειν ἐπωμόσατο· διαφεθείς τε τῶν δεσμῶν, αὐτίκα ἐξηγέρθη· καὶ τῷ θείῳ ὀνείρῳ πεισθεὶς, διέφυγε τὸν κίνδυνον· εἰς νοῦν τε λαβὼν χρῆναι μετιέναι τὸν ἀσκητικὸν βίον, ἐξεδήμησεν ἐκ Κωνσταντινουπόλεως εἰς Ἱεροσόλυμα. Καὶ μετὰ χρόνον τινὰ παραγενόμενος ἐπὶ θέαν τῶν

A vestium cultu uteretur, quidam ex proceribus zelotypus, cum uxori suæ familiarem esse intelligens, interficere molitus est. Cumque insidiatores opus ipsum aggressuri essent, dormienti Evagrio Deus terribilem quamdam ac salutarem in somnis visionem ostendit. Videbatur enim sibi quasi in scelere deprehensus, manus ac pedes ferro vinctos habere. Et cum in judicium ducendus ac supplicio afficiendus esset, quidam ad eum accedens sacrum Evangeliorum codicem demonstravit, pollicitus, modo

## VALESII ANNOTATIONES.

Ἰβήρων. Ex quo apparet Ibera nomen fuisse urbis in Ponto. Ac fortasse ea est quam Iboram vocat Constantinus Porphyrogennetus, in libro primo *De thematibus*, ubi eam tertiæ Cappadociæ ascribit. Hieronymus in *Epistola ad Ctesiphontem*, hunc Evagrium Ponticum Hyperboritam appellat; corrupte, ni fallor, pro Hyborita. Certe in concilio Chalcedonensi inter episcopos qui subscripserunt, recensetur Uranius Iborensis, provinciæ Helenoponti. Et in actione prima ejusdem concilii mentio fit Pauli presbyteri agentis vices Uranii episcopi Ἰβώρων. Et ita in sequentibus actionibus, licet interdum Latini codices Iberorum vel Imerorum nomen substituant. Inter episcopos quoque provinciæ Ponti qui synodo Constantinopolitanæ subscripserunt, recensetur Pantophilus Iberorum. Eadem varietas occurrit in Notitiis Græcis quæ leguntur ad calcem *Geographiæ sacræ*.

(50) *Τιμωρίαν ὑπέχειν*. In codice Fuketiano scriptum est ὑπέσχειν pro ὑποσχεῖν.

(51) *Τῆς βίβλου ἐφαψάμενος*. Vetus mos fuit Christianorum jurare tactis Evangeliis. Cujus moris exemplum habemus in epistola 219 Gregorii Nazianzeni, et in ejusdem carmine iambico adversus sæpe jurantes. Sed quoniam epistola illa fœdissime corrupta est, nec ab interprete intelligi potuit, eam hic exponam in gratiam studiosorum. Continet enim pulcherrimam quæstionem, et inter canonicas epistolas merito censeri potest. Consultus fuerat Gregorius a Theodoro Tyanensi episcopo, de juramento quodam Georgii Paspaseni, qui in parœcia ejus degebat. Hic Georgius de negotio quodam transegerat cum adversario. In instrumento autem transactionis, juramentum perscriptum fuerat ad majorem conventionis firmitatem. Idem Georgius post hanc transactionem juramento firmatam resiliens, adversarium suum in jus vocaverat, et causam suam obtinuerat. Quærebatur utrum perjurii reus esset. Aiebat enim juramentum illud proprie non fuisse, quippe quod non pronuntiasset viva voce, nec adhibitis et tactis Evangeliis. Præterea dicebat, se vi compulsum fuisse ut jusjurandum illud in instrumento apponeret. Denique suam causam adeo justam fuisse, ut sententia secundum ipsum dicta fuerit a judice. Respondet nihilominus Gregorius, Georgium perjurii reum esse, qui adversus juramentum scripto comprehensum litem intenderit adversario. Falli enim eos qui putant, juramenta quidem esse ea quæ viva voce concipiuntur tactis sacris Codicibus: ea vero quæ scripto tantum mandantur absque sacris Codicibus, meras esse solemnitates, ac dicis causa fieri. Nam si chirographum, seu instrumentum quo pecunia credita continetur, majorem vim ac firmitatem habet quam nudum pactum, cur non eadem ratione juramenta scriptis prodita, vim juramenti, et quidem majorem habebunt? Παίζουσιν οἱ πολλοὶ ἑαυτοὺς, κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον, τοὺς μὲν κατὰ τῶν ἀρῶν προκειμένους ὅρκους, ὅρκους νομίζοντες· τοὺς ἐγγράφους δὲ δίχα τῶν δερμάτων, ἀφοσίωσιν, ἀλλ' οὐχ ὅρκον ὑπολαμβάνοντες· πῶς γὰρ τὸ μὲν τῶν χρεῶν χειρόγραφον δεσμεῖ πλέον τῆς ἁπλῆς ὁμολογίας; τὸν δὲ ἐγγεγραμμένον ὅρκον, ἄλλο τι ἢ ὅρκον ὑποληψόμεθα. Scribendum esse

B affirmo τοὺς μὲν κατὰ τῶν Γραφῶν προκειμένων λεγομένους ὅρκους, etc.; id est, *Semetipsos meo quidem judicio decipiunt ii qui existimant juramenta quidem esse ea quæ propositis sacris Codicibus pronuntiantur: illa vero quæ absque sacris Codicibus perscribuntur, nudam solemnitatem esse, non juramenta.* Opponit Gregorius Nazianzenus juramenta scripta, iis quæ pronuntiantur; et juramenta quæ fiunt tactis sacris Codicibus, iis quæ sine Codicibus sacris concipiuntur, adhibito duntaxat Dei nomine. Id enim sibi volunt verba illa δίχα δερμάτων. Sed ne quis dubitandi locus supersit, ipsum Gregorium hujus emendationis auctorem dabo. Is in Carmine adversus sæpe jurantes idem argumentum tractans, sic ait:

Εἰ δὲ ἐγγράφοι τις ὅρκον, οὐχ ὁμωμοκώς;
Τί οὖν τὸ γράμμα βούλεται;
Χειρόγραφον δὲ τῶν λόγων δεσμεῖ πλέον.
C Εἰ δ' οὐ Γραφῶν προκειμένων;
Σελὶς τὸ σεπτὸν ἢ Θεὸς χαρίζεται;
Δῆλον τόδ' ἐστί.
Φοβῇ τὸ δέρμα· τὸν Θεὸν δ' ἐγὼ πλέον.

Quos versus ita transtulit Billius:

*Quid si quis horcum scribat, haud ore efferat?*
*Scriptura quid vult hæc tibi?*
*Vincla minus arcte nos ligant quam syngraphæ.*
*Quid si sacrum non proferat quis Codicem?*
*Venerationem datne Codex, an Deus?* etc.

Tertius versus in hac interpretatione sensu omni caret. Deceptus est Billius a vulgata lectione quæ sic habet,

*Χειρόγραφον δὲ τῶν δεσμῶν δεσμεῖ πλέον.*

Ego vero pro voce δεσμῶν, non dubito quin scribendum sit λόγων. Quod confirmat Gregorius in hac epistola, loco citato. Præterea in dicto loco

D scribendum existimo πῶς γὰρ τὸ μὲν τῶν χρεῶν χειρόγραφον, etc. Quam emendationem plane confirmat ipse Gregorius in versibus iambicis quos modo retuli. Iisdem enim prope verbis utrobique utitur. Atque ita plane legitur in manuscripto codice quem vidit Emericus Bigotius. Sequuntur paulo post in dicta Gregorii epistola hæc verba: Οὐ μὴν οὐδὲ τὸ βεβιάσθαι φάσκει Νικανὸν εἰς παραίτησιν· ἡ βία γὰρ ἦν ὁ νόμος, ὃν ἔδησεν· quæ ita vertit Morellus: *Haudquaquam tamen vi adactum fuisse Nicanum dictitat ad deprecationem. Vis enim fuit ei quem lex ligavit.* Boni ac docti interpretis officium est, ubi nullum sensum ex verbis scriptoris sui elicere potest, quomodo emendandus sit locus, inquirere. In proclivi autem erat hujus loci emendatio, ne littera quidem immutata, hoc modo: Οὐ μὴν οὐδὲ τὸ βεβιάσθαι φάσκειν, ἱκανὸν εἰς παραίτησιν: id est, *Sed neque quod Georgius asserit vi compulsum se fuisse, id sufficit ad excusationem. Vis enim non alia fuit quam lex et consuetudo, cui*



Digitized by Google

ex urbe egredi vellet, se illum vinculis liberatu- A rum : jurareque illum jussit, se ita facturum. Ille tactis Evangeliis, **264** ita se facturum juravit, et solutus vinculis, confestim e somno excitatus est, divinoque obtemperans somnio, præsens periculum evitavit. Porro cum apud se statuisset vitam sibi monasticam excolendam esse, Constantinopoli profectus est Hierosolyma. Aliquanto post tempore ad visendos monachos qui in Sceti philosophabantur profectus, illic degere constituit.

ἐν Σχήτει φιλοσοφούντων, ἠσμένισε τὴν ἐνθάδε (52) διατριβήν.

## CAP. XXXI.

*De monasteriis Nitriæ, et de iis quæ Cellæ vocabantur; item de monasterio Rinocorurorum; et de Melane, Dionysio et Solone.*

Hic autem locus vulgo Nitria vocatur, eo quod vicus quidam est finitimus, in quo nitrum colligunt. Porro non exigua hominum multitudo ibi philosophabatur. Nam circiter quinquaginta erant monasteria, sibi mutuo vicina : quorum alia fratrum congregationes, **265** alia homines separa- B tim degentes habebant. Hinc ad interiorem eremum pergentibus, alter locus est distans circiter septuaginta stadiis, qui Cellia vocatur. In eo varia sunt monachorum domicilia, hinc et inde dispersa : unde etiam locus id nomen accepit. In tantum vero distant a se invicem, ut monachi qui illa incolunt, nec videre se invicem, nec audire possint. Porro universi in eumdem locum conveniunt, et collectas celebrant, primo quoque et ultimo hebdomadis die. Quod si quis non intersit, palam est illum abesse non sua sponte, sed languore aut morbo detentum. Et ad illum visendum curandumque pergunt, non statim omnes, sed diverso tempore singuli, ferentes id quod quisque ad cu- C randum morbum utile habuerit. Extra hujusmodi causam, nunquam inter se colloquuntur : nisi forte quis ad aliquem dicendi peritum pergat, auditurus ab eo sermones ad cognitionem Dei, aut ad utilitatem animæ spectantes. Porro in cellulis habitant quotquot ad summum philosophiæ culmen pervenerunt, seque ipsos regere et soli manere possunt, quietis gratia a reliquis sejuncti. Atque hæc a nobis breviter dicta sint de Sceti, deque iis qui ibi philosophantur. Nam si eorum disciplinam atque institutionem sigillatim persequi vellem, scriptionis prolixitatem quispiam forte posset re-

## ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

*Περὶ τῶν ἐν τῇ Νιτρίᾳ, καὶ τῶν καλουμένων Κελλίων μοναστηρίων· καὶ περὶ τῆς μονῆς τῶν Ῥινοκουρούρων· περὶ Μέλανος, Διονυσίου καὶ Σόλωνος.*

Καλοῦσι δὲ τὸν χῶρον τοῦτον, Νιτρίαν (53)· καθότι κώμη τίς ἐστιν ὅμορος, ἐν ᾗ τὸ νίτρον συλλέγουσιν. Οὐ τὸ τυχὸν δὲ πλῆθος ἐνταῦθα ἐφιλοσόφει. Ἀλλὰ μοναστήρια ἦν ἀμφὶ πεντήκοντα, ἀλλήλοις ἐχόμενα· τὰ μὲν συνοικιῶν· τὰ δὲ καθ' ἑαυτοὺς οἰκούντων. Ἐντεῦθεν δὲ ὡς ἐπὶ τὴν ἔνδον ἔρημον ἠκόντων, ἕτερός ἐστι τόπος, σχεδὸν ἑβδομήκοντα σταδίοις διεστὼς, ὄνομα Κελλία. Ἐν τούτῳ δὲ σποράδην ἐστὶ μοναχικὰ οἰκήματα πολλὰ, καθὸ καὶ τοιαύτης ἔλαχε προσηγορίας. Κεχώρισται δὲ τοσοῦτον ἀλλήλων, ὡς τοὺς αὐτόθι κατοικοῦντας, σφᾶς αὐτοὺς μὴ καθορᾷν ἢ ἐπαΐειν. Συνίασι δὲ πάντες εἰς ταυτὸν ἅμα καὶ ἐκκλησιάζουσι τῇ πρώτῃ καὶ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος. Ἢν δέ τις μὴ παραγένηται, δῆλός ἐστιν ἄκων ἀπολειφθεὶς, ἢ πάθει τινὶ ἢ νόσῳ πεπεδημένος. Καὶ ἐπὶ θέαν αὐτοῦ καὶ θεραπείαν, οὐκ εὐθὺς πάντες ἀπίασιν. Ἀλλ' ἐν διαφόροις καιροῖς ἕκαστος, ἐπιφερόμενος ὅπερ ἔχει πρὸς νόσον ἁρμόδιον. Ἐκτὸς δὲ τοιαύτης αἰτίας, οὐχ ὁμιλοῦσιν ἀλλήλοις, εἰ μὴ λόγων ἕνεκεν εἰς γνῶσιν Θεοῦ τεινόντων ἢ ὠφέλειαν ψυχῆς, ἔλθοι τις μαθησόμενος παρὰ τὸν φράσαι δυνάμενον. Οἰκοῦσι δὲ ἐν τοῖς κελλίοις, ὅσοι τῆς φιλοσοφίας εἰς ἄκρον ἐληλύθασι, καὶ σφᾶς ἄγειν δύνανται, καὶ μόνοι διατρίβειν, δι' ἡσυχίαν χωρισθέντες τῶν ἄλλων. Τάδε μὲν ἡμῖν ὡς ἐν βραχεῖ περὶ Σχήτεως εἰρήσθω, καὶ τῶν ἐνθάδε φιλοσοφούντων. Εἰ γὰρ τὸ καθέκαστον τῆς αὐτῶν ἀγωγῆς διεξελθεῖν πειραθείην, μηκυνομένην ἴσως τὴν γραφὴν μωμήσαιτό τις. Ἰδίαν γὰρ συστησάμενοι πολιτείαν, ἔργα καὶ ἤθη καὶ γυμνάσια, καὶ δίαιταν, καὶ καιρὸν, ἑκάστῃ ἡλικίᾳ κατὰ τὸ εἰκὸς διένειμαν. Καὶ Ῥινοκούρουρα δὲ, οὐκ ἐπεισάκτοις, ἀλλ' οἴκοθεν ἀνδράσιν ἀγαθοῖς ἐξ ἐκείνου διέπρεπεν.

## VALESII ANNOTATIONES.

*cessit Georgius.* Scribe itaque ὃν ἔδεισεν. Vide Gregorium in Carmine adversus sæpe jurantes, ubi eidem objectioni respondet prorsus eodem modo, moriendum potius esse quam cedendum ulli vi ac necessitati. Porro quod Gregorius respondet in hac epistola ad Theodorum de jurejurando scripto, idem diu ante illum senserat Tertullianus in libro *De idololatria*, cap. 23 : *Pecuniam de ethnicis mutuantes sub pignoribus fiduciati, jurati cavent, et sic negant scire. Volunt scilicet tempus persecutionis, et locum tribunalis, et personam præsidis. Præscribit Christus non esse jurandum. Scripsi*, inquit, *sed nihil dixi. Lingua, non littera occidit. Hic ego naturam et conscientiam advoco*, etc., quæ illic vide.

(52) *Ἠσμένισε τὴν ἐνθάδε.* Palladius in *Lausiaca* scribit Evagrium biennio toto mansisse in monte Nitriæ, ac deinde ad interiorem solitudinem perrexisse. Cæterum falli videtur Sozomenus, qui D hoc refert principatu Valentis Augusti. Nam Evagrius vitam monasticam amplexus est regnante Theodosio Seniore. Idque ex ipso Sozomeno convincitur, qui ait Evagrium Gregorii Nazianzeni archidiaconum fuisse in Ecclesia Constantinopolitana, atque exinde ad monasticam vitam transiisse. Sed et Palladius in *Lausiaca* diserte testatur, Evagrium diaconum fuisse Nectarii episcopi Constantinopolitani, eique traditum esse a Gregorio Nysseno, a quo primum diaconus fuerat ordinatus. Quod quidem verius puto. Fuit enim Palladius amicus Evagrii : et vitam illius longe certius noverat quam Socrates ac Sozomenus.

(53) *Νιτρίαν.* Nitria et Scetis erant in Mareotica præfectura Ægypti, ut testatur Ptolemæus, qui Scitiacam quidem regionem ait sitam fuisse in interiore Mareotica : Nitriotas vero inclusisse eam partem Mareoticæ, quæ vergit ad meridiem.

Digitized by Google

Ὧν δὲ ἐνθάδε φιλοσοφεῖν ἐπυθόμην ἀρίστους ἔγνων, τόν τε Μέλανα τὸν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τὴν Ἐκκλησίαν ἐπιτροπεύοντα, καὶ Διονύσιον, ὃς πρὸς Βορέαν τῆς πόλεως τὸ φροντιστήριον εἶχε· καὶ Σόλωνα τὸν Μέλανος ἀδελφὸν, καὶ τῆς ἐπισκοπῆς διάδοχον. Λέγεται δὲ, ἡνίκα προστέτακτο τοὺς κατὰ πόλιν ἱερέας ἐναντίως Ἀρείῳ φρονοῦντας ἀπελαύνεσθαι, καταλαβεῖν Μέλανα τοὺς ἐπ' αὐτὸν ἐλθόντας, τοὺς λύχνους τῆς Ἐκκλησίας παρασκευάζοντα, οἷά γε ὑπηρέτην ἔσχατον, ἐπίῤῥυπον τῷ ἱματίῳ (54) ὑπὸ τοῦ ἐλαίου τὴν ζώνην ἔχοντα, καὶ τὰς θρυαλλίδας ἐπιφερόμενον· ἐρωτηθέντα δὲ περὶ τοῦ ἐπισκόπου εἰπεῖν, ὡς Ἐνθάδε ἐστὶ, καὶ μηνύσω τοῦτον. Αὐτίκα δὲ τοὺς ἄνδρας οἷάγε ἐξ ὁδοῦ κεκμηκότας, εἰς τὸ ἐπισκοπικὸν καταγώγιον ὁδηγῆσαι, καὶ τράπεζαν παραθεῖναι, καὶ ἐκ τῶν ὄντων ἑστιᾶσαι. Μετὰ δὲ τὴν ἑστίασιν, νιψάμενον τὰς χεῖρας, διηκονεῖτο γὰρ τοῖς ἑστιωμένοις, ἑαυτὸν προσαγγεῖλαι. Τοὺς δὲ τὸν ἄνδρα θαυμάσαντας, ὁμολογῆσαι μὲν ἐφ' ᾧ ἐληλύθεισαν· αἰδοῖ δὲ τῇ πρὸς αὐτὸν, ἐξουσίαν δοῦναι φυγῆς. Τὸν δὲ φάναι, ὡς Οὐκ ἂν προοίμην ταὐτὰ τοῖς ὁμοδόξοις ἱερεῦσιν ὑπομεῖναι, ἀλλ' ἑκοντὶ ἑλέσθαι (55) εἰς τὴν ὑπερορίαν ἐλθεῖν. Πᾶσαν δὲ, οἷάγε ἐκ νέου φιλοσοφήσας, μοναχικὴν ἀρετὴν ἐξησκεῖτο. Ὁ δὲ Σόλων ἀπὸ ἐμπόρου εἰς μοναχὸν μεταβαλὼν, οὐδὲ αὐτὸς ὀλίγον ἀπώνατο τῆς ἐνθένδε ὠφελείας. Ὑπὸ διδασκάλῳ γὰρ τῷ ἀδελφῷ καὶ τοῖς τῇδε φιλοσοφοῦσιν ἐπιμελῶς παιδευθεὶς καὶ περὶ τὸ Θεῖον ὅτι μάλιστα προθύμως ἐσπούδαζε, καὶ πρὸς τοὺς πέλας ἀγαθὸς ἐτύγχανεν. Ἡ μὲν Ῥινοκουρούρων Ἐκκλησία, τοιούτων ἐξ ἀρχῆς ἡγουμένων ἐπιτυχοῦσα, οὐ διέλιπεν ἐξ ἐκείνου μέχρι καὶ εἰς ἡμᾶς, καὶ ἔτι νῦν ταῖς ἐκείνων χρωμένη θεσμοῖς, καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας φέρουσα. Κοινὴ δέ ἐστι τοῖς αὐτόθι κληρικοῖς οἴκησίς τε καὶ τράπεζα, καὶ τ' ἄλλα πάντα.

A prehendere. Cum enim propriam ac peculiarem conversationem constituerint, opera et studia, exercitationes et victum, et tempus unicuique ætati accommodatum partiti sunt. Rinocorura quoque ex eo tempore viris optimis, non adventitiis, sed indigenis, floruit. Ex iis vero quos illic philosophatos esse accepi, præstantissimos fuisse comperi, Melanem qui tunc temporis Ecclesiam illius loci administrabat, et Dionysium qui ad borealem urbis partem domicilium habuit, et Solonem Melanis fratrem, qui eidem in episcopatu successit. Cæterum eo tempore quo præceptum fuerat ut omnes ubique episcopi, qui Arianorum dogmati repugnarent, sedibus suis expellerentur, aiunt eos qui ad Melanem exturbandum venerant, deprehen- B disse illum, tanquam infimum ministrum, lucernas ecclesiæ præparantem, supra pallium oleo sordidatum habentem zonam, et ellychnia importantem. Quem cum interrogassent de episcopo, ille, Hic est, inquit, eumque vobis indicabo; statimque homines, utpote viæ longitudine fatigatos, in ædes episcopi deduxit, mensamque iis apposuit, et quos habebat cibos præbuit. Post convivium vero, cum manus eorum abluisset (ipse enim ministrabat epulantibus), seipsum indicavit. Illi hominem admirati, cujusnam rei causa venissent confessi sunt : fugiendi tamen liberam ei facultatem concesserunt, reverentia ejus adducti. Tum vero ille : Nunquam, inquit, detrectaturus sum eadem perpeti quæ episcopi ejusdem mecum fidei C ac sententiæ perpetiuntur : sed ultro ac sponte in exsilium ire paratus sum. Omnes porro virtutes **266** monasticæ disciplinæ sibi comparaverat, utpote ab ineunte ætate hoc philosophandi genus sectatus. Solon vero ex mercatore monachus effectus, ipse quoque haud parum emolumenti inde percepit. Nam et fratris sui, et aliorum qui illic philosophabantur, magisterio institutus, et in iis quæ ad Dei cultum pertinent studiosus fuit imprimis, et erga proximum benignus. Ac Rinocorurensis quidem Ecclesia, hujusmodi antistites ab initio sortita, ex eo tempore ad nostram usque æ atem, illorum institutis uti, et probos viros ferre non destitit. Est autem ejus loci clericis communis domus et mensa, reliqua denique omnia communia.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

*Περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μοναχῶν, Ἡσυχᾶ, Ἐπιφανίου τοῦ ὕστερον γενομένου Κύπρου, Ἀμμωνίου καὶ Σιλβανοῦ.*

Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Παλαιστίνη μοναχῶν ἀνδρῶν διατριβαῖς ἤνθει. Οἵ τε γὰρ πλείους ὧν ἐν τῇ Κωνσταντίου βασιλείᾳ ἀπηριθμησάμην ἔτι ἦσαν ταύτην τὴν ἐπιστήμην σεμνύνοντες. Οἱ δὲ, ταῖς αὐτῶν συνουσίαις εἰς ἄκρον ἀρετῆς ἐπέδοσαν, καὶ εἰς εὔκλειαν μείζονα τοῖς ἐνθάδε φροντιστηρίοις προσετέθησαν. Ὧν ἦν Ἡσυχᾶς ὁ Ἰλαρίωνος ἑταῖρος, καὶ Ἐπιφάνιος ὁ ὕστερον γενόμενος Σαλαμῖνος τῆς Κύπρου ἐπίσκοπος. Ἐφιλοσόφησε δὲ Ἡσυχᾶς μὲν, οὗ καὶ ὁ διδά-

## CAP. XXXII.

*De monachis Palæstinæ, Hesycha, Epiphanio, qui postea episcopus Cypri fuit, Ammonio et Silvano.*

Sed et Palæstina monachorum domiciliis flore- D bat. Nam et plerique eorum quos supra in rebus gestis Constantii enumeravi, adhuc superstites, hanc disciplinam summa cum laude excolebant. Et horum consuetudine ac sermonibus alii instituti ad summum virtutis apicem pervenerunt, et ad majoris gloriæ cumulum monasteriis illic positis adjuncti sunt. Ex quorum numero fuit Hesychas, Hilarionis sodalis; et Epiphanius, qui postea

### VALESII ANNOTATIONES.

(54) *Ἐπίῤῥυπον τῷ ἱματίῳ.* Hunc locum ita corrigendum puto, ἐπὶ ῥυπῶντι τῷ ἱματίῳ etc. Sane in codice Fuketiano scriptum est ἐπίρυπον. Est autem hæc emendatio prorsus necessaria.

(55) *Ἀλλ' ἑκοντὶ ἑλέσθαι.* Post hæc verba, ex codice Fuketiano integram lineam hic supplevi, quæ in vulgatis codicibus deerat. Sed neque Christophorsonus, nec Savilius hanc lacunam suppleverunt. Ex quo apparet, nullos ab iis visos fuisse manuscriptos codices.

Digitized by Google

Salaminis in Cypro episcopus fuit. Et Hesychas quidem in eodem quo magister loco philosophatus est. Epiphanius vero juxta Besanducem vicum, in territorio Eleutheropolitano situm, ex quo ortus fuerat. Qui cum ab ineunte adolescentia a præstantissimis monachis institutus fuisset, ejusque rei causa diutissime moratus esset in Ægypto, in monastica philosophia celeberrimus exstitit, non apud Ægyptios solum et Palæstinos, verum etiam apud Cyprios, apud quos electus est, ut in metropoli totius insulæ episcopatum administraret. Qua ex re per universum, ut ita dixerim, orbem terrarum, maximam nominis celebritatem adeptus est. Nam cum in media hominum multitudine et in urbe magna ac maritima, sacerdotio fungeretur, et cum ea qua præditus erat virtute civilibus negotiis sese applicuisset, brevi omnibus tam urbanis, quam peregrinis notus exstitit : illis quidem, utpote qui hominem vidissent, et piam ejus conversationem experimento cognoscerent : his vero, utpote qui ab illis accepissent. Porro antequam Cyprum venisset, principatu Valentis Augusti adhuc manebat in Palæstina. Quo quidem tempore Salamanes, Phuscon, Malchio et Crispio fratres, in illis monasteriis inclaruerunt. Degebant autem juxta Betheleam, qui vicus est in agro Gazæorum. Erant enim nobili apud istos genere orti, magistrum porro hujus disciplinæ habuerant Hilarionem. A

267 quo cum aliquando domum simul redirent, Malchionem raptum esse memorant, et ex conspectu evanuisse, ac repente iterum apparuisse, eamdem cum reliquis viam carpentem, nec multo post e vita migrasse, adhuc quidem adolescentem, nulli tamen eorum qui in monastica philosophia consenuissent, vitæ integritate et amore divini numinis inferiorem. Præterea Ammonius decem circiter stadiis remotus, habitabat juxta vicum Gazæorum Chapharchobram, ex quo originem traxerat : vir qui summa cum severitate ac fortitudine monasticam disciplinam excoluit. Silvanus vero, cui ob eximiam virtutem angelus, ut perhibent, visus est ministrare, ex Palæstina ortus, eo quidem tempore adhuc, ut opinor, in Ægypto philosophabatur. Postmodum vero cum aliquandiu in monte Sina moratus fuisset, tandem Geraris juxta torrentem, maximum ac nobilissimum monasterium plurimorum bonorum virorum simul degentium constituit. Cui quidem monasterio admirandus Zacharias post illum præfuit.

A σκαλος. Ἐπιφάνιος δὲ, ἀμφὶ Βησανδούκην κώμην ὅθεν ἦν, νομοῦ Ἐλευθεροπόλεως. Ἐκ νέου δὲ ὑπὸ μοναχοῖς ἀρίστοις παιδευθεὶς, καὶ τούτου χάριν ἐν Αἰγύπτῳ πλεῖστον διατρίψας χρόνον, ἐπισημότατος ἐν μοναστικῇ φιλοσοφίᾳ γέγονε παρά τε Αἰγυπτίοις, καὶ Παλαιστινοῖς· μετὰ δὲ ταῦτα καὶ Κυπρίοις, παρ' οἷς ᾑρέθη τῆς μητροπόλεως τῆς νήσου ἐπισκοπεῖν. Ὅθεν οἶμαι μᾶλλον κατὰ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν ὑφήλιον, ἀοιδιμώτατός ἐστιν. Ὡς ἐν ὁμίλῳ γὰρ καὶ πόλει μεγάλῃ καὶ παραλίῳ ἱερωμένος, καὶ μεθ' ὅσης ἀρετῆς εἶχε πολιτικοῖς ἐμβαλὼν πράγμασιν, ἀστικοῖς καὶ ξένοις παντοδαποῖς γνώριμος ἐν ὀλίγῳ ἐγένετο· τοῖς μὲν, θεασαμένοις καὶ πεῖραν λαβοῦσι τῆς αὐτοῦ πολιτείας· τοῖς δὲ, παρὰ τούτων πειθομένοις (56). Πρὸ δὲ τῆς ἐν Κύπρῳ ἐπιδημίας, ἔτι ἐν Παλαιστίνῃ B διέτριβεν ἐπὶ τῆς παρούσης ἡγεμονίας. Ἡνίκα δὲ ἐν τοῖς τότε φροντιστηρίοις εὖ μάλα διαπρέπων Σαλαμάνης (57) τε καὶ Φύσκων, καὶ Μαλαχίων καὶ Κρισπίων ἀδελφοί· ἐφιλοσόφουν δὲ ἀμφὶ Βηθελέαν κώμην τοῦ νομοῦ Γάζης. Καὶ γὰρ δὴ καὶ εὐπατρίδαι τῶν ἔνθεν ἦσαν, διδασκάλου δὲ ταύτης τῆς φιλοσοφίας ἔτυχον Ἱλαρίωνος, ἀφ' οὗ λέγεταί ποτε τούτων ἅμα οἴκοι ἀπιόντων, ἐκ μέσου ἁρπαγῆναί πως τὸν Μαλαχίωνα, καὶ ἀφανῆ γενέσθαι· ἐξαπίνης δὲ πάλιν ἀναφανῆναι, τὴν αὐτὴν ὁδὸν βαδίζοντα τοῖς ἀδελφοῖς· μετ' οὐ πολὺ δὲ ἀποβιῶναι, νέον μὲν ἔτι ὄντα, τῶν γεγηρακότων δὲ ἐν φιλοσοφίᾳ κατ' ἀρετὴν βίου καὶ θεοφίλειαν οὐ λειπόμενον. Καὶ Ἀμμώνιος δὲ ὡσεὶ δέκα σταδίοις διεστὼς, ᾤκει ἀμφὶ Χαφαρχοβρὰν κώ- C μην Γαζαίαν, ἀφ' ἧς τὸ γένος εἶχεν· ἀνὴρ ἀκριβῶς ὅτι μάλιστα καὶ ἀνδρείως ἐν τῇ ἀσκήσει διαγενόμενος. Σιλβανὸς δὲ, ὃν διὰ τὴν ἄγαν ἀρετὴν ὑπὸ ἀγγέλου ὑπηρετούμενον θεαθῆναι λόγος, Παλαιστινὸς ὢν, ἔτι, οἶμαι, κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐφιλοσόφει τότε· ἔπειτα δὲ ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ χρόνον τινὰ διατρίψας, ὕστερον τὴν ἐν Γεράροις ἐν τῷ χειμάῤῥῳ μεγίστην τε καὶ ἐπισημοτάτην πλείστων ἀγαθῶν ἀνδρῶν συνοικίαν συνεστήσατο. Ἧς μετ' αὐτὸν ἡγήσατο Ζαχαρίας ὁ θεσπέσιος.

## CAP. XXXIII.

*De Syriæ monachis, Batthæo, Eusebio, Barge, Hala, Abbo, Lazaro, Abdaleo, Zenone, Heliodoro, Eusebio qui fuit Carris, et Protogene et Aone.*

Hinc ad Syros, et ad Persas Syris finitimos transeundum est : qui cum Ægyptiorum monachis contendentes, in immensam multitudinem excreverunt. Inter hos autem eo tempore præcipue cla-

D

## ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'.

*Περὶ τῶν ἐν Συρίᾳ μοναχῶν, Βατθαίου, Εὐσεβίου, Βαργῆ, Ἀλᾶ, Ἀββῶ, Λαζάρου, Ἀβδάλεως, Ζήνωνος, Ἡλιοδώρου, Εὐσεβίου τοῦ ἐν Κάῤῥαις, καὶ Πρωτογένους, καὶ Ἀώνου.*

Ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ Συρίαν καὶ Πέρσας τοὺς Σύρων ὁμόρους ἰτέον· οἳ δὴ πρὸς πλῆθος ἐπέδωκαν, τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ φιλοσοφοῦσιν ἁμιλλώμενοι. Διέπρεπον δὲ μάλιστα τότε, παρὰ μὲν Νισιβηνοῖς ἀμφὶ τὸ Σιγόρων

### VALESII ANNOTATIONES.

(56) *Παρὰ τούτων πειθομένοις*. Non dubito quin scribendum sit πυθομένοις, quemadmodum legitur apud Nicephorum in cap. 39, lib. II.

(57) *Διαπρέπων Σαλαμίνης*. Scribendum est διέπρεπον, ut legitur apud Nicephorum. Pro Salamina Christophorsonus legit Σαλαμάνης, quod magis probo. Certe in codice Fuketiano dicitur Σαλαβάνης. Ejusdem nominis fuit monachus quidam in Syria, de quo Theodoritus in *Philotheo*. Qui sequitur Μαλαχίων, rectius apud Nicephorum scribitur Μαλχίων, quod nomen est Syriacum.

Digitized by Google

καλούμενον ὄρος, Βαρθαῖος καὶ Εὐσέβιος, καὶ Βαργῆς A καὶ Ἀλᾶς καὶ Ἀββῶς, Λάζαρός τε ὁ γεγονὼς ἐπίσκοπος, καὶ Ἀβδάλεως, καὶ Ζήνων, καὶ Ἡλιόδωρος ὁ γέρων. Τούτους δὲ καὶ Βοσκοὺς ἀπεκάλουν, ἔναγχος τῆς τοιαύτης φιλοσοφίας ἄρξαντας. Ὀνομάζουσι δὲ ὧδε αὐτοὺς, καθότι οὔτε οἰκήματα ἔχουσιν, οὔτε ἄρτον, οὔτε ὄψον ἐσθίουσιν, οὔτε οἶνον πίνουσιν· ἐν δὲ τοῖς ὄρεσι διατρίβοντες, ἀεὶ τὸν Θεὸν εὐλογοῦσιν, ἐν εὐχαῖς καὶ ὕμνοις, κατὰ θεσμὸν τῆς Ἐκκλησίας. Τροφῆς δὲ ἡνίκα γένηται καιρὸς, καθάπερ νεμόμενοι, ἅρπην ἔχων ἕκαστος, ἀνὰ τὸ ὄρος περιιόντες, τὰς βοτάνας σιτίζονται. Καὶ οἱ μὲν ὧδε ἐφιλοσόφουν. Ἐν Κάραις δὲ Εὐσέβιος, ὃς ἐν τῷ ἐθελοντὴς καθεῖρχθαι ἐφιλοσόφει· καὶ Πρωτογένης, ὃς τὴν αὐτόθι Ἐκκλησίαν ἐπετρόπευσε μετὰ Βῖτον τὸν τότε ἐπίσκοπον· B Βῖτον ἐκεῖνον (58) τὸν ἀοίδιμον, ὅν φασι βασιλέα Κωνσταντῖνον πρώτως θεασάμενον, ὁμολογῆσαι ὡς πάλαι πολλάκις ἐν ἐπιφανείαις τὸν ἄνδρα τοῦτον ὁ Θεὸς αὐτῷ ἐπέδειξε, καὶ παρεκελεύσατο, ὅ τι λέγοι, πειθαρχεῖν αὐτῷ. Καὶ Ἀώνης δὲ ἐν Φαδανᾷ τὸ φροντιστήριον εἶχε· τόπος δὲ οὗτος, οὗ Ἰακὼβ ὁ τοῦ Ἀβραὰμ ἔκγονος ἐκ Παλαιστίνης ἐπιστὰς, ἔτι παρθένῳ συνήπτετο (59) τῇ μετὰ ταῦτα γαμετῇ, ἐκκυλίσας τε τοῦ ἐνθάδε φρέατος τὸν λίθον, πρῶτον αὐτῆς τὸ ποίμνιον ἐπότισε. Φασὶ δὲ τοῦτον Ἀώνην, τῆς ἐκτὸς πάντων ἀνθρώπων καὶ ἀκριβοῦς φιλοσοφίας ἄρξασθαι παρὰ Σύροις, ὥσπερ Ἀντώνιον παρ' Αἰγυπτίοις.

fuerunt, apud Nisibenos quidem circa montem qui Sigoron dicitur, Balthæus, Eusebius, Barges, Halas et Abbo; et Lazarus qui fuit episcopus: Abdaleus item et Zeno, et senex Heliodorus. Istos porro vulgo Boscos, id est pascentes vocabant, qui hoc philosophandi genus tunc primum invexerant. Sic autem eos appellant, propterea quod nec domicilia habent ulla, nec pane aut obsonio vescuntur, nec vinum bibunt: sed in montibus degentes, Deum perpetuo celebrant, orationibus et hymnis, juxta Ecclesiæ ritum vacantes. Cumque vescendi tempus advenerit, singuli falce arrepta per montem vagantes, instar pascentium pecorum herbas comedunt. Et isti quidem hoc philosophandi genus excoluerunt. Apud Carras autem Eusebius enituit, qui sponte sua inclusus, monasticæ philosophiæ vacavit: et Protogenes, qui episcopatum illius loci rexit post Bitum: Bitum, inquam, illum celeberrimum, quem cum Constantinus primum vidisset, affirmasse dicitur, sæpe illum sibi a Deo per visiones antea ostensum esse, jussumque ut dictis illius omnibus obediret. Denique Aones domicilium habuit in Phadana: quo **268** in loco Jacob Abrahami nepos ex Palæstina veniens, puellam offendit quam postea duxit uxorem, amotoque lapide quo opertum erat os putei, primum illius gregem ibi aquavit. Hunc porro Aonem primum apud Syros, perinde ac Antonium apud Ægyptios, auctorem fuisse ferunt solitariæ et arctioris philosophiæ.

C

## ΚΕΦΑΛ. ΛΔ'.

*Περὶ τῶν ἐν Αἰδέσῃ μοναχῶν, Ἰουλιανοῦ, Ἐφραὶμ τοῦ Σύρου, Βάρας καὶ Εὐλογίου. Ἔτι δὲ καὶ περὶ τῶν ἐν κοίλῃ Συρίᾳ, Οὐαλεντίνου, Θεοδώρου, Μερώσα, Βάσσου, Βασσωνίου, Παύλου. Καὶ περὶ τῶν ἐν Γαλατίᾳ καὶ Καππαδοκίᾳ, καὶ ἀλλαχοῦ ἁγίων ἀνδρῶν· καὶ τίνος χάριν μακρόβιοι οἱ πρώην ἅγιοι ἐγίνοντο.*

Τούτῳ δὲ συνοίκω ἤστην Γαδδανᾶς τε καὶ Ἄζιζος, πρὸς ὁμοίαν ἀρετὴν ἁμιλλωμένω. Ἀνὰ δὲ τὴν ἐκ γειτόνων Ἔδεσαν, καὶ πέριξ ταύτης (60) εὐδοκιμώτατοι φιλόσοφοι κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἦσαν, Ἰουλιανὸς καὶ Ἐφραὶμ ὁ Σύρος συγγραφεὺς, οἱ ἐν τῇ Κωνσταντίου βασιλείᾳ δηλωθέντες· Βάρσης τε καὶ Εὐλόγιος, οἳ καὶ ἐπισκόπω ἄμφω ὕστερον ἐγενέσθην, οὐ πόλεώς τινος (61), ἀλλὰ τιμῆς ἕνεκεν, ἀνταμοι-

## CAP. XXXIV.

*De monachis Edessæ, Juliano, Ephrem Syro, Barse, Eulogio. Item de monachis Cœlesyriæ, Valentino, Theodoro, Marosa, Basso, Bassone, Paulo. Et de monachis Galatiæ, Cappadociæ, et aliarum regionum sanctis hominibus: et cur longævi fuerint viri sancti qui olim vixere.*

Hujus contubernales fuere Gaddanas et Azizus, ad ejusdem virtutis apicem mutua æmulatione tendentes. Porro apud Edessam in proximo sitam, et apud urbes in circuitu Edessæ positas, celeberrimi tunc temporis monachi erant, Julianus et Ephrem Syrus scriptor, quorum jam mentionem fecimus in rebus gestis Constantii. Barses item et Eulogius: qui quidem ambo postmodum episcopi

## VALESII ANNOTATIONES.

(58) *Βῖτον ἐκεῖνον*. Hic Vitus Carrarum episcopus fuit Valentis Augusti temporibus, ut docet epistola Basilii Magni ad eum scripta hoc titulo, Βίτῳ ἐπισκόπῳ Καρῶν. Ex quo apparet, in hoc Sozomeni loco pro βασιλέα Κωνσταντῖνον, scribendum esse Κωνστάντιον. Nam si verum esset quod ait Sozomenus, sequeretur Vitum hunc episcopum fuisse Constantini Magni temporibus. Quod tamen videtur pene incredibile, ut idem episcopus Constantino Magno et Valente Augusto regnantibus exstiterit. Scio quidem Athanasium episcopum Alexandriæ a principatu Constantini ad Valentis usque tempora perseverasse. Sed de Vito id equidem non credo. Adde quod Constantinus Magnus nunquam in Mesopotamiam venit, ac proinde Vitum illic videre non potuit. Constantius vero ejus filius, ob bella D quæ cum Persis assidue gessit, frequenter in illis regionibus versatus est, ut constat ex Ammiano Marcellino.

(59) *Συνήπτετο*. In codice Fuketiano scriptum est συνεῖχε τῇ γαμετῇ μετὰ ταῦτα. Et ad marginem notatum est eadem manu γρ. συνήπτετο. Nicephorus autem pro hac voce substituit verbum ὡμίλει.

(60) *Καὶ πέριξ ταύτας*. In codice Fuketiano scriptum est ταύτης, rectius. Apud Nicephorum legitur καὶ τὰ πέριξ ταύτης. Mallem tamen scribere καὶ τὰς, supple πόλεις.

(61) *Οὐ πόλεώς τινος*. Barses tamen episcopus urbis Edessæ fuit, ut testatur Basilius Magnus in duabus epistolis quas ad eum scripsit. Non igitur fuit honorarius duntaxat episcopus, et nomine tenus, ut scribit Sozomenus hoc loco. Quem tamen excusare poterimus, si dicamus Barsem et Eulo-

Digitized by Google

fuere, non alicujus urbis, sed honoris duntaxat causa, tanquam ad repensanda præclara ipsorum facinora, in suis monasteriis ordinati [1]. Quo quidem modo etiam Lazarus, de quo supra dixi, episcopus fuit. Et ex monachis quidem qui tum apud Syros, tum apud Persas Syris finitimos nobiliter philosophati sunt, isti ad notitiam nostram pervenerunt. Disciplina vero communis hæc fuit pene omnibus: animæ quidem præcipuam curam gerere, eamque ad relinquenda hujus vitæ bona promptam ac paratam reddere, orando scilicet, jejunando, ac divinos hymnos canendo; et in his quidem rebus maximam temporis partem consumere, pecuniam vero et curam civilium negotiorum, corporis item mollitiem et cultum prorsus contemnere. Alii vero ad tantam progressi sunt abstinentiam, ut Batthæo quidem ob nimiam inediam vermes ex dentibus enati sint; Alas vero ad annos usque octoginta panem non comederit; Heliodorus autem multas noctes insomnes transegerit, septenos dies continuos in jejuniis perseverans. Syria vero, tam ea quæ Cœle dicitur, quam quæ supra illam posita est, excepta urbe Antiochia, serius quidem ad Christi religionem conversa fuit, sed tamen ecclesiasticis philosophis non caruit. Qui quidem eo fortiores et fuerunt et visi sunt, quo magis invisi erant incolis earum regionum, eorumque crebris insidiis appetebantur; iisdemque virili animo resistebant, **269** non vim vi repellendo, nec semetipsos ulciscendo, sed contumelias et verbera sibi a gentilibus illata alacri animo perferentes. Ejusmodi fuisse accepi Valentinum, quem alii ex urbe Emesa, alii ex Arethusa genus traxisse dicunt: et alterum isti cognominem Valentinum, ac Theodorum. Hi duo ex Tittis, qui vicus est in territorio Apamensium, erant oriundi. Marosam præterea ex Nechilis ortum, et Bassum, et Bassonem, ac Paulum qui ex vico Telmiso prognatus, cum multos variis in locis congregasset, et competenti ratione ad monasticam philosophiam informasset, tandem in loco qui Jugatum dicitur, maximam ac nobilissimam monachorum congregationem instituit. Quo etiam in loco mortuus est ac sepultus, cum diutissime vixisset; quippe qui ad nostra usque tempora vitam produxerit, eximiam ac vere divinam philosophandi rationem secutus. Sed et reliqui quos supra memoravimus monachi, fere omnes diu superstites vixerunt. Ac mihi quidem videtur Deus prolixum vitæ spatium iis indulsisse, ut religio incrementum acciperet. Illi enim Syros fere omnes, et ex Persis ac Saracenis quamplurimos, ad religionem suam traduxerunt, et a superstitioso dæmonum cultu abstraxerunt. Cumque

[1] Lib. III, c. 14, 16.

6ῆς (62) ὥσπερ τῶν αὐτοῖς πεπολιτευμένων, χειροτονηθέντες ἐν τοῖς ἰδίοις μοναστηρίοις ὃν τρόπον καὶ Λάζαρος ὁ δηλωθείς. Οἶδε μὲν τῶν τότε φιλοσοφούντων ἐπισήμως, ἀνά τε Σύρους καὶ Πέρσας τοὺς ἐκ γειτόνων αὐτοῖς, εἰς γνῶσιν ἐμὴν ἦλθον. Πολιτεία δὲ κοινὴ πᾶσιν, ὡς εἰπεῖν, ἦν· ψυχῆς μὲν, ὅτι μάλιστα ἐπιμελεῖσθαι, καὶ ἕτοιμον ἐθίζειν πρὸς ἀπαλλαγὴν τῶν ἐνθάδε· ἐν εὐχαῖς τε καὶ νηστείαις, καὶ θείοις ὕμνοις· καὶ περὶ ταῦτα τὸν πολὺν ἀναλίσκειν βίον· χρημάτων δὲ καὶ τῆς περὶ τὰ πολιτικὰ πράγματα ἀσχολίας, σώματός τε ῥαστώνης, ἢ ἐπιμελείας παντελῶς ἀμελεῖν. Ἔνιοι δὲ ἐπὶ τοσοῦτον ἐγκρατείας ἦλθον, ὡς Βατθαίου μὲν ὑπὸ τῆς ἄγαν ἀσιτίας, σκώληκας ἐκ τῶν ὀδόντων ἕρπειν· Ἀλᾶν δὲ ἐπὶ ὀγδοήκοντα ἐνιαυτοὺς, ἄρτου μὴ γεύσασθαι· τὸν δὲ Ἡλιόδωρον ἀΰπνους τὰς πολλὰς διακαρτερῆσαι νύκτας, ἑβδομάδας ἡμερῶν ἐν νηστείαις ἐπισυνάψαντα. Συρία δὲ, ἥ τε Κοίλη καλουμένη, καὶ ἡ ὑπὲρ ταύτην, πλὴν Ἀντιοχείας, βράδιον εἰς Χριστιανισμὸν μετέβαλον. Οὐ μὴν οὐδὲ αὕτη φιλοσόφων ἐκκλησιαστικῶν ἄμοιρος ἦν· ταύτῃ γε μᾶλλον ἀνδρείων ὄντων τε καὶ φαινομένων, ὅσῳ γε καὶ πρὸς τῶν οἰκούντων τὴν χώραν ἐμισοῦντο καὶ ἐπεβουλεύοντο· καὶ γενναίως ἀντεῖχον, οὐκ ἀμυνόμενοι, οὐδὲ δίκην λαμβάνοντες, ἀλλὰ προθύμως τὰς παρὰ τῶν Ἑλλήνων ὕβρεις τε καὶ πληγὰς ὑπομένοντες. Οἵους γενέσθαι ἐπυθόμην Οὐαλεντῖνον, ὃν οἱ μὲν ἐξ Ἐμέσης, οἱ δὲ ἐξ Ἀρεθούσης τὸ γένος ἔχειν ἔφασαν· καὶ τὸν ὁμώνυμον τὸν αὐτοῦ, καὶ Θεόδωρον. Ἄμφω δὲ ἀπὸ Τιττῶν τοῦ Ἀπαμέων νομοῦ ἤστην. Καὶ Μαρώσαν τὸν ἐκ Νεχείλων, καὶ Βάσσον, καὶ Βασσώνην, καὶ Παῦλον, ὃς ἀπὸ τῆς Τελμισοῦ τῆς κώμης ἐγένετο· πολλοὺς δὲ ἐν πολλοῖς τόποις συνοικίσας, καὶ ὃν χρὴ τρόπον συναγαγὼν εἰς τὸ φιλοσοφεῖν εἰδέναι, τὸ τελευταῖον εἰς τὸ Ἰουγάτον καλούμενον χωρίον μεγίστην τε καὶ ἐπισημοτάτην συνοικίαν μοναχῶν κατεστήσατο. Ἔνθα δὴ καὶ ἐτελεύτησε, καὶ τὸν τάφον ἔχει, μακροβιώτατος γεγονώς· ὡς μέχρι καὶ εἰς ἡμᾶς ἐπιβιῶναι, εὐδοκίμως καὶ θείως φιλοσοφήσας. Καὶ τῶν ἄλλων δὲ τῶν δηλωθέντων μοναχῶν, σχεδὸν πάντες πολὺν διεγένοντο χρόνον. Καί μοι φαίνεται, μακροβίους τοὺς ἄνδρας ὁ Θεὸς ἐποίησεν, εἰς ἐπίδοσιν τὴν θρησκείαν ἄγων. Σύρους τε γὰρ ὡς ἐπίπαν, καὶ Περσῶν καὶ Σαρακηνῶν πλείστους, πρὸς τὸ οἰκεῖον ἐπηγάγοντο σέβας, καὶ Ἑλληνίζειν ἔπαυσαν. Μοναχικῆς τε φιλοσοφίας ἐνθάδε ἄρξαντες, πολλοὺς ὁμοίους ἀπέφηναν. Καὶ Γαλάτας δὲ καὶ Καππαδόκας, καὶ τοὺς τούτων ὁμόρους, συμβάλλω πολλοὺς μὲν καὶ ἄλλους ἐσχηκέναι τότε ἐκκλησιαστικοὺς φιλοσόφους, οἷά γε πάλαι τὸ δόγμα σπουδαίως πρεσβεύοντας. Κατὰ συνοικίας δὲ ἐν πόλεσιν ἢ κώμαις οἱ πλείους ᾤκουν. Οὔτε γὰρ παραδόσει τῶν προγεγενημένων εἰθίσθησαν· οὔτε ὑπὸ χαλεπότητος χειμῶνος, φύσει τοῦ

## VALESII ANNOTATIONES.

gium, initio quidem creatos esse episcopos vacantis loci honoris causa; postea vero sedes illis traditas fuisse quas regerent.

(62) Ἀνταμοιβῆς. Scribendum est diductis vocibus, ἀντ' ἀμοιβῆς.

Digitized by Google

τῇδε χώρου ἑκάστοτε συμβαίνοντος, δυνατὸν ἴσως κατεφαίνετο ἐν ἐρημίαις διατρίβειν. Εὐδοκιμώτατοι δὲ ὧν ἐπυθόμην ἐγένοντο ἐνθάδε μοναχοὶ, Λεόντιος, ὁ τὴν ἐν Ἀγκύρᾳ ἐκκλησίαν ὕστερον ἐπιτροπεύσας· καὶ Πραπίδιος, ὃς ἤδη γηραλέος ὢν, πολλὰς ἐπεσκόπει κώμας. Προέστη δὲ καὶ Βασιλειάδος, ὃ πτωχῶν ἐστιν ἐπισημότατον καταγώγιον, ὑπὸ Βασιλείου τοῦ Καισαρείας ἐπισκόπου κατασκευασθὲν, ἀφ' οὗ τὴν προσηγορίαν τὴν ἀρχὴν ἔλαβε, καὶ εἰς ἔτι νῦν ἔχει.

A monasticæ philosophiæ studiis vacare cœpissent, multos sibi similes reddiderunt. Galatas etiam et Cappadoces, eorumque finitimos, multis aliis ecclesiasticis philosophis abundasse existimo; quippe qui jampridem Christianam religionem studiose colerent. Eorum autem plerique per contubernia in urbibus et pagis simul degebant. Neque enim superiorum traditioni adhuc assueverant; neque præ frigoris acerbitate, quæ illic ob naturam loci sæpissime solet evenire, fieri poterat ut in solitudine morarentur. Eorum porro, quos illic vixisse comperi monachorum, clarissimi fuere, Leontius, qui postea Ecclesiam Ancyræ administravit: et Prapidius, qui jam provecta ætate multis in vicis episcopi munere fungebatur. Præpositus etiam fuit Basiliadis, quod est celeberrimum ptochotrophium, a Basilio Cæsariensi episcopo constructum: a quo cognomentum initio cepit, et hactenus reti

## ΚΕΦΑΛ. ΛΕ'.

B

*Περὶ τοῦ ξυλίνου τρίποδος, καὶ τῆς τοῦ βασιλέως διαδοχῆς, τῆς τῶν στοιχείων εἰδήσεως, καὶ περὶ τοῦ φόνου τῶν φιλοσόφων, καὶ περὶ ἀστρονομίας.*

Ἀλλὰ τὰ μὲν ἀφηγησάμην, ἐφ' ὅσον μοι μαθεῖν ἐξεγένετο, περὶ τῶν τότε (63) ἐκκλησιαστικῶν φιλοσόφων. Τῶν δ' αὖ Ἑλληνιστῶν, μικροῦ πάντες κατ' ἐκεῖνο καιροῦ διεφθάρησαν. Τινὲς γὰρ οἳ τῶν ἄλλων ἐν φιλοσοφίᾳ προφέρειν ἐνομίζοντο, πρὸς τὴν ἐπίδοσιν τοῦ Χριστιανισμοῦ δυσφοροῦντες, ἐβουλεύσαντο προμαθεῖν τὸν ἐφεξῆς Οὐάλεντι Ῥωμαίων ἡγησόμενον, μαντείαις τε παντοδαπαῖς περὶ τούτου ἐχρήσαντο. Καὶ τελευτῶντες, τρίποδα ξύλινον ἐκ δάφνης κατεσκευάσαντο, καὶ ἐπικλήσεσι καὶ λόγοις οἷς εἰώθεισαν, ἐτέλεσαν. Ὥστε συλλογῇ γραμμάτων, καθ' ἕκαστον στοιχεῖον (64) ὑπὸ μηχανῆς τοῦ τρίποδος καὶ C τῆς μαντείας σημαινομένων, ἀναφανῆναι τὸ ὄνομα τοῦ ἐσομένου βασιλέως. Κεχηνόσι δὲ αὐτοῖς εἰς Θεόδωρον, ἄνδρα τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις ἐπισήμως στρατευομένων, Ἑλληνιστὴν καὶ ἐλλόγιμον, μέχρι τοῦ δέλτα ἐπὶ τῆς τούτου προσηγορίας ἐλθοῦσα τῶν στοιχείων ἡ σύνταξις, ἠπάτησε τοὺς φιλοσόφους. Καὶ ὅσον οὔπω Θεόδωρον βασιλεύσειν προσεδόκων (65). Καταμηνυθείσης δὲ τῆς ἐπιχειρήσεως, ὡς εἰς σωτηρίαν ἐπιβουλευθεὶς Οὐάλης οὐκ ἀνεκτὸς ἦν χαλεπαίνων. Ἐκ τούτου δὲ συλληφθέντες Θεόδωρός τε καὶ οἱ τρίποδος τεχνῖται, οἱ μὲν πυρὶ (66), οἱ δὲ ξίφει ἀπο-

## CAP. XXXV.

*De ligneo tripode, et quomodo futuri post Valentem imperatoris nomen ex primis elementis quidam scrutati sint; et de cæde philosophorum, deque astronomia.*

Verum de ecclesiasticis philosophis qui eo tempore vixere, quantum quidem scire potui, hactenus commemoravi [1]. Gentiles vero philosophi ea tempestate pene universi periere. Nonnulli enim qui in philosophia præstare cæteris videbantur, Christianæ religionis incrementum ægre ferentes, quisnam Valenti in imperio successurus esset, prænoscere studuerunt. **270** Cumque ejus rei causa omnia divinandi genera tentassent, tandem tripodem ligneum ex lauro fabricarunt, et invocationibus ac verbis solemnibus consecrarunt: ita ut ex collectione litterarum per singula elementa, quæ per artem tripodis atque oraculi designabantur, nomen futuri imperatoris appareret. Porro cum omnium vota inclinarent in Theodorum, qui tum splendide in palatio militabat, gentilem quidem, sed egregium alioqui virum, ordo litterarum ad quartum usque ejus nominis elementum progressus, philosophos in fraudem induxit. Brevi enim sperabant Theodorum imperio potiturum esse. Verum prodito eorum conatu, Valens, quasi salus ipsius insidiis appetita fuisset, incredibili ira succensus est. Itaque Theodorus, et tripodis artifi-

[1] Socr. lib. IV, c. 19.

## VALESII ANNOTATIONES.

(63) *Παρὰ τῶν τότε.* Scribendum est procul dubio περὶ, ut legitur apud Nicephorum in lib. II, cap. 45.

(64) *Συλλογῇ γραμμάτων καθ' ἕκαστον στοιχεῖον.* Quæ sit differentia inter γράμματα et στοιχεῖα, docet Ammonius Grammaticus in libro *De differentiis vocabulorum*, his verbis: Γράμμα στοιχείου διαφέρει· στοιχεῖον μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἐκφώνησις καὶ ὁ φθόγγος· οὗ τὸ γράμμα ἐστὶ σημεῖον ἢ τύπος ἢ σχῆμα, ὡς ἐν τῷ Δ, Ο· τρίγωνον μὲν γάρ ἐστι τὸ Δ, στρογγύλον δὲ τὸ Ο· τὸ δὲ στοιχεῖον, τὸ ὁλόκληρον, οἷον ἄλφα, βῆτα, καὶ τὰ λοιπά. Sic enim legi debet hic locus Ammonii. Γράμμα, inquit, est signum et forma ac figura. Στοιχεῖον vero est sonus quo effertur ac pronuntiatur littera. Sic Boethius in libro *De interpretatione*, pag. 297: *Quæ autem sit distantia paucis absolvam. Littera est inscriptio atque figura partis minimæ vocis articulatæ. Elemen-* D *tum vero sonus ipsius inscriptionis: ut cum scribo litteram quæ est a, formula ipsa, quæ atramento vel graphio scribitur, littera nominatur. Ipse autem sonus, quo ipsam litteram voce proferimus, dicitur elementum.* Interdum tamen γράμμα ponitur pro στοιχείῳ seu elemento, ut ibidem docet Ammonius ac Boethius. Diogenes Laertius in *Zenone*, Τριχῶς δὲ λέγεται τὸ γράμμα, στοιχεῖον, ὅ τε χαρακτὴρ τοῦ στοιχείου, καὶ τὸ ὄνομα, οἷον ἄλφα, id est, *Dicitur autem littera tripliciter: elementum scilicet, nota elementi, et nomen ipsum:* verbi gratia ἄλφα.

(65) *Βασιλεύσειν προσεδόκων.* In codice Fuketiano scriptum inveni βασιλεύειν: quod fortasse rectius est propter adverbium quod præcessit illud, ὅσον οὔπω, quod eam vim habet, ut res futuras quasi jam præsentes exhibeat.

(66) *Οἱ μὲν πυρί.* Nescio cur Genevenses typographi ita excuderint. Nam in editione Roberti

Digitized by Google

ces comprehensi, hi quidem flammis absumi, ille gladio obtruncari jussi sunt. Sed et quotquot in imperio Romano celebriores erant philosophi, hac de causa similiter exstincti sunt. Cumque imperatoris ira nullis retinaculis coerceretur, etiam in eos qui philosophi non erant, sed veste duntaxat philosophorum utebantur, cædes grassata est, ita ut ne hi quidem qui aliis studiis vacabant, fimbriatis palliis uterentur, propter suspicionem periculi ac metum, ne vaticiniis et magicis consecrationibus operam dedisse viderentur. Ac profecto apud eos qui recte sapiunt, reprehensione dignus est, ut arbitror, tum imperator ipse ob immodicam iram et crudelitatem: tum philosophi, ob temeritatem et consilium philosophis parum conveniens. Nam ille quidem arbitratus, id quod extremæ dementiæ est, se successorem suum e medio sublaturum, nec iis qui oraculum consuluerant pepercit, nec illi de quo consultum fuerat oraculum. Ac ne quidem illis pepercisse dicitur, qui eamdem cum illo, aut similem haberent appellationem, **271** a littera Th. incipientem usque ad litteram D, cujusmodi tunc erant multi viri nobiles. Philosophi vero, quasi in ipsorum potestate situm esset, ut imperatorem deponerent, aliumque rursus constituerent, istud facinus aggressi sunt. Enimvero si hæc astrorum decretis assignanda sunt, futurum imperatorem, quemcunque demum, exspectare eos oportebat. Sin ea res ex Dei nutu ac voluntate proficiscitur, quid necesse erat eam curiose scrutari? Neque enim divinatione aut studio humano sciri potest id quod Deus decreverit. Nec si id liceret, tamen rectum esset ut homines quamvis omnium sapientissimi, melius se quam Deum, consulere existimarent. Quod si præ cupiditate duntaxat res futuras cognoscendi, eo imprudentiæ progressi sunt, ut in præsens periculum sese præcipites darent, et leges olim apud Romanos latas contemnerent, tunc cum ritus Græcanici et sacrificia tuto peragebantur, non eadem senserunt quæ Socrates. Qui quamvis injuste cicutam bibiturus, cum ei liceret evadere, tamen ob legum reverentiam, in quibus natus et educatus fuerat, e carcere, licet posset, fugere noluit.

λέσθαι προσετάχθησαν. Παραπλησίως δὲ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν διεφθάρησαν, καὶ οἱ ἀνὰ πᾶσαν τὴν ἀρχομένην λαμπρῶς φιλοσοφοῦντες. Ἀσχέτου δὲ τῆς τοῦ βασιλέως ὀργῆς οὔσης, καὶ εἰς μὴ φιλοσόφους, ἐσθῆτι δὲ τῇ ἐκείνων χρωμένους, ὁ φόνος ἐχώρει· ὡς μηδὲ τοὺς ἄλλα ἐπιτηδεύοντας, κροκωτοῖς ἢ τριβωνίοις (67) ἀμφιέννυσθαι δι' ὑπόνοιαν κινδύνου καὶ δέος· ὡς ἂν μὴ δόξωσι περὶ μαντείας καὶ τελετὰς ἐσχολακέναι. Οὐχ ἥκιστα δὲ παρὰ τοῖς εὖ φρονοῦσι, δίκαιον οἶμαι καταμέμφεσθαι, βασιλέα τε τῆς ἐπὶ τοσοῦτον ὀργῆς καὶ ὠμότητος, καὶ τοὺς φιλοσόφους προπετείας καὶ τῆς ἀφιλοσόφου ἐπιχειρήσεως. Ὁ μὲν γὰρ δὴ τοῦτο (68) τὸ λίαν εὔηθες ὑπολαβὼν, ἀναιρήσειν τὸν μετ' αὐτὸν βασιλεύσοντα, οὔτε τῶν μαντευσαμένων ἐφείσατο, οὔτε περὶ οὗ ἐμαντεύσαντο· ὡς δέ φασιν, οὔτε τῶν ὁμωνύμων αὐτῷ, οἵτινες ἦσαν ἐπίσημοι τότε, τῆς αὐτῆς προσηγορίας ἢ καὶ ὁμοίας ἀπὸ τοῦ θ ἀρχομένους (69) μέχρι τοῦ δ. Οἱ δὲ, ὥσπερ ἐν αὐτοῖς ὂν βασιλέα καθαιρεῖν καὶ πάλιν ἐγείρειν, ἐπὶ τοῦτο προήχθησαν. Καὶ μέντοι εἰ τοῖς ἅπαξ δεδογμένοις ἐν τῇ τῶν ἄστρων φορᾷ τὰ τοιαῦτα λογιστέον, ἐχρῆν τὸν ἐσόμενον, ὅστις ἦν, περιμένειν. Εἰ δὲ Θεοῦ βουλῆς τὸ ἔργον, τί πολυπραγμονεῖν ἔδει; οὐ γὰρ δήπου ἐκ προγνώσεως ἢ σπουδῆς ἀνθρωπείας, ἔνεστιν ἐπίστασθαι τὸ Θεῷ δοκοῦν. Οὔτε εἴπερ ἐξῆν, καλῶς εἶχεν οἴεσθαι ἀνθρώπους ὄντας, εἰ καὶ πάντων σοφωτάτους, ἄμεινον Θεοῦ βουλεύεσθαι. Εἰ δὲ ἁπλῶς ὑπὸ προθυμίας τῆς περὶ τὸ μέλλον εἰδήσεως, ἐπὶ τοσοῦτον ἀκρίτως ἔσχον, ὡς εἰς ἕτοιμον ὀλέσθαι κίνδυνον, καὶ νόμους ὑπεριδεῖν πάλαι τεθέντας ἐν Ῥωμαίοις, καὶ ἡνίκα Ἑλληνίζειν τε καὶ θύειν ἀκίνδυνον ἦν, οὐ τὰ αὐτὰ ἐφρόνουν Σωκράτει· ὃς ἐξὸν σώζεσθαι, καὶ ταῦτα ἀδίκως κώνειον μέλλων πίνειν, αἰδοῖ νόμων καθ' οὓς ἐγένετο, καὶ ἐτράφη, καίπερ δυνάμενος, οὐκ ἀπέφυγε τὸ δεσμωτήριον.

## VALESII ANNOTATIONES.

Stephani, quam tanquam authenticum exemplar sequebantur, diserte scriptum est ὁ μὲν πυρί. Quam scripturam in interpretatione sua secutus est Musculus. Nicephorus vero, eumque secutus Christophorsonus, plane diversam scripturam amplexi sunt, hoc modo: οἱ μὲν πυρὶ, ὁ δὲ ξίφει ἀπολέσθαι, etc. Quam scripturam probare non possum. Ex eo enim sequeretur, cunctos qui oraculum illud consuluerant, flammis consumptos fuisse, solum vero Theodorum gladio periisse: quod tamen falsum est. Omnes enim capite truncati sunt, excepto Simonide philosopho, quem Valens imperator, offensus illius in dicendo libertate, vivum exuri jussit, ut scribit Ammianus Marcellinus in libro XXIX.

(67) *Κροκωτοῖς ἢ τριβωνίοις.* Vocabulum κροκωτοῖς, nihil ad hunc locum facit. Nam κροκωτὸς apud Græcos, vestis muliebris genus fuit, qua utebatur etiam Bacchus, ut docet Pollux, Suidas et alii. Quare amplector lectionem Nicephori, qui conjunctivam particulam ἢ expungit. Verum objiciet hic aliquis, philosophorum pallia fusca fuisse, non crocea. Fateor id quidem. Nam et Cyrillus in lexico id diserte testatur. Sed responderi potest κροκωτὰ hoc loco sumi pro κροσσωτά: quam significationem vocis κροκωτὰ observant Pollux et Hesychius. Certe Joannes Langus Nicephori locum ita interpretatus est. Cui equidem libenter assentior. Neque enim video qua ratione intelligi possit hic locus, nisi ita explicetur. Quippe ait Sozomenus cunctos prope mortales, cum philosophos a Valente vexari viderent, habitum philosophorum abjecisse, atque idcirco eos etiam qui alias artes profitebantur, usum fimbriati pallii refugisse, ne pro philosophis acciperentur.

(68) *Ὁ μὲν γὰρ δὴ τοῦτο.* Malim scribere ὁ μὲν γὰρ τοῦτο δὴ τὸ λίαν εὔηθες, etc. Hoc enim mihi videtur elegantius. Alludere autem videtur Sozomenus ad illud dictum Diocletiani: *Successorem suum nullus occidit.* Cujus mentio fit apud scriptores *Historiæ Augustæ*.

(69) *Ἀπὸ τοῦ θ ἀρχομένους.* Nemo est qui non videat scribendum esse, ἀρχομένης. Refertur enim ad vocem quæ præcessit, προσηγορίας.

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛ. ΛϚʹ.

*Περὶ τῆς τῶν Σαυροματῶν ἐκστρατείας, καὶ περὶ τοῦ θανάτου Οὐαλεντινιανοῦ ἐν Γαλλίᾳ· καὶ ἀναγόρευσις τοῦ νέου Οὐαλεντινιανοῦ· καὶ περὶ τοῦ διωγμοῦ τῶν ἱερέων, καὶ περὶ τοῦ λόγου τοῦ φιλοσόφου Θεμιστίου, δι' ὃν φιλανθρωπότερος πρὸς αὐτοῦ διαφερομένους διετέθη.*

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ᾗπερ ἂν δοκῇ ἑκάστῳ, σκοπείτω τε καὶ λεγέτω. Καταδραμόντων δὲ Σαυροματῶν χωρία τινὰ τῆς πρὸς δύσιν ἀρχομένης, ἐπεστράτευσε τούτοις Οὐαλεντινιανός. Οἱ δὲ, τῆς στρατιᾶς τὸ πλῆθος καὶ τὴν παρασκευὴν ἀκούσαντες, πρέσβεις πέμψαντες, εἰρήνην ᾔτουν. Ἰδὼν δὲ τούτους, εἰ τοιοῦτοι Σαυρομάται πάντες εἰσὶν ἐπυνθάνετο. Τῶν δὲ τοὺς κρείττους παρεῖναι καὶ πρεσβεύεσθαι φησάντων, ἐμπίπλαται ὀργῆς (70). Καὶ μέγα κεκραγὼς, ἦ δεινὰ τοὺς ὑπηκόους ὑπομένειν ἔφη, καὶ τὴν Ῥωμαίων δυσπραγεῖν ἀρχὴν εἰς αὐτὸν περιστᾶσαν, εἰ Σαυρομάται, βάρβαρον ἔθνος, ὧν ἄριστοι οὗτοι, οὐκ ἀγαπῶσιν ἐφ' ἑαυτῶν μένοντες ζῇν, ἀλλ' ἐπιβῆναι τῆς ὑπ' αὐτοῦ ἀρχομένης ἐθάῤῥησαν, καὶ πολεμεῖν ὅλως πρὸς Ῥωμαίους φαντάζονται. Ἐπὶ πολὺ δὲ χαλεπαίνοντος, καὶ τοιάδε βοῶντος, ὑπὸ ἀμέτρου διατάσεως σπαραχθέντων αὐτῷ τῶν ἔνδον, φλὲψ ἅμα καὶ ἀρτηρία ἐῤῥάγη· καὶ ἀναδοθέντος αἵματος, ἐν φρουρίῳ τινὶ τῆς Γαλλίας (71) ἐτελεύτησε τὸν βίον· ἔτη μὲν ἀμφὶ τὰ πεντήκοντα καὶ τέσσαρα γεγονώς· τρισκαίδεκα δὲ ἐν τῇ βασιλείᾳ εὖ μάλα καὶ λίαν ἐπισήμως διαγενόμενος. Ἕκτῃ δὲ ἡμέρᾳ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ, ἀναγορεύεται βασιλεὺς ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ὁ νεώτερος καὶ ὁμώνυμος αὐτοῦ παῖς. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ ἐπεψηφίσαντο τῇ αὐτοῦ χειροτονίᾳ, Οὐάλης τε καὶ Γρατιανὸς ὁ αὐτοῦ ἀδελφὸς, εἰ καὶ τὴν ἀρχὴν ἐχαλέπαινον, ὡς τῶν στρατιωτῶν πρὶν αὐτοὺς ἐπιτρέψαι, τὰ σύμβολα τῆς ἀρχῆς αὐτῷ περιθέντων. Ἐν τούτῳ δὲ Οὐάλης ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας διάγων, ἔτι μᾶλλον ἐπεδίδου τοῖς ἑτέρως αὐτῷ περὶ τὸ Θεῖον δοξάζουσιν ἀπεχθανόμενος, καὶ χαλεπῶς τούτους ἐπέτριβε, καὶ ἤλαυνεν. Ὅτε δὴ λόγον αὐτῷ προσφωνῶν Θεμίστιος ὁ φιλόσοφος, παρῄνει μὴ χρῆναι θαυμάζειν τὴν διαφωνίαν τῶν ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων, μετριωτέραν καὶ μείω τῶν παρ' Ἕλλησιν οὖσαν. Πολυπλασίους γὰρ εἶναι τὰς παρ' αὐτοῖς δόξας· καὶ ὡς ἐν πλήθει δογμάτων, ἀνάγκῃ τὴν περὶ ταῦτα διαφορὰν πλείους ἔριδας καὶ διαλέξεις ποιεῖν. Ἐπεὶ καὶ τῷ Θεῷ ἴσως, μὴ ῥᾳδίως γινώσκεσθαι φίλον, καὶ διαφόρως δοξάζεσθαι ὅπως ἕκαστος μᾶλλον φοβοῖτο, ἀκαταλήπτου οὔσης τῆς ἀκριβοῦς αὐτοῦ γνώσεως, ἀναλογιζόμενος

## CAP. XXXVI.

*De expeditione adversus Sarmatas, deque obitu Valentiniani in Gallia, et quomodo Valentinianus Junior imperator est renuntiatus. Item de persecutione episcoporum et de oratione Themistii philosophi, quæ Valentem clementiorem reddidit erga eos qui ab ipso dissentiebant.*

Sed de his rebus pro suo quisque arbitrio et loquatur et sentiat. Porro cum Sarmatæ loca quædam Occidentalis imperii vastassent, Valentinianus expeditionem adversus eos suscepit [1]. Illi cum ingentem numerum copiarum et apparatus magnitudinem comperissent, missis legatis pacem ab eo petierunt. Quibus ille visis, percontatus est utrum omnes Sarmatæ ejusmodi essent. Illis vero affirmantibus, totius gentis nobilissimos adesse et legatione fungi, ira excanduit, contentaque voce exclamans: Gravis profecto, ait, calamitas evenit subditis nostris, et adversa fortuna premitur imperium Romanum, quod ad nos usque devolutum est; quando Sarmatæ, gens barbara, quorum isti sunt præstantissimi, non contenti sunt intra fines suos degere, sed imperium meum invadere audent et cum Romanis omnino bellum gerere præsumunt. Quæ cum sæpius inclamaret vehementi indignatione correptus, præ immodica contentione quassatis ejus præcordiis, vena simul et arteria dirupta est. Unde effusa subito sanguinis copia, in castello quodam Galliæ animam exhalavit: cum vixisset quidem annos quatuor circiter et quinquaginta, imperium vero optime ac præstantissime annis **272** tredecim administrasset. Sexto vero post ejus obitum die, filius junior, ejusdem cum ipso nominis, imperator a militibus nuncupatur. Nec multo post Valens et Gratianus, frater illius, electionem ejus suo suffragio comprobarunt, licet initio moleste tulissent, propterea quod ante ipsorum consensum, milites insignia imperii ei tribuissent. Interim Valens Antiochiæ in Syria degens, adversus eos qui aliter quam ipse de Deo sentiebant, majore in dies odio æstuabat, eosque acerbissime vexare ac persequi non cessabat. Quo quidem tempore Themistius philosophus, oratione coram illo habita, monuit eum, mirandum non esse ecclesiasticorum dogmatum dissensionem, quippe quæ longe minor sit ac levior ea quæ in gentilium dogmatibus reperitur [2]. Varias enim ac multiplices apud illos esse opiniones, atque, ut in

[1] Socr. lib. IV, c. 31. [2] ibid. c. 32.

## VALESII ANNOTATIONES.

(70) *Ἐμπίμπλαται ὀργῆς.* Ita quidem edidit Robertus Stephanus, quem secuti sunt typographi Genevenses. Regius tamen codex quo usus est Stephanus scriptum habet ἐμπίπλαται. In codice item Fuketiano scriptum inveni ἐμπίπλατο. Atque ita fere hoc verbum scribitur in vetustissimis exemplaribus, ut notavi ad *Historiam* Eusebii.

(71) *Ἐν φρουρίῳ τῆς Γαλλίας.* Apud Bregetionem oppidum Pannoniæ mortuus est Valentinianus imperator, ut scribit Ammianus Marcellinus in libr. XXX. Idatius in *Fastis* scribit Valentinianum Seniorem mortuum esse in castello Virgitione post consulatum Gratiani III et Equitii, hoc est anno Christi 375.

Digitized by Google

opinionum varietate fieri solet, dissensionem de illis ortam, contentiones necessario giguere ac disputationes. Ac Deo fortassis ipsi ita placere, ut non facile cognoscatur, utque variæ sint de ipso opiniones : quo scilicet unusquisque ipsum magis revereatur, cum perfectam ejus notitiam nemo penitus assequi possit ; secum ipse reputans ex eo quoadusque progredi se existimat, qualis ille sit et quantus.

τὸν ὅσον (72) ἐφικέσθαι νομίζει, πηλίκος τε καὶ οἷος ἐστιν.

## CAP. XXXVII.

*De barbaris qui trans Istrum habitabant ; quomodo ab Hunnis expulsi, ad Romanos confugerunt et quomodo facti sunt Christiani. Item de Ulphila et de Athanarico, et de iis quæ Gothis acciderunt, et qua de causa Arianam opinionem amplexi sint.*

Hac oratione Themistii imperator aliquantisper mitigatus, minori quidem acerbitate in puniendo usus est quam antea : iram tamen adversus sacerdotes Dei conceptam nunquam penitus abjecisset, nisi supervenientes curæ publicorum negotiorum eum ab ejusmodi studio revocassent [1]. Nam Gothi qui antea trans Istrum sedes habebant et aliis imperabant Barbaris, ab Hunnis expulsi, ad Romanorum fines transvecti sunt. Hæc autem Hunnorum natio, Thracibus ad Istrum degentibus, ipsisque adeo Gothis, ut aiunt, prius ignota erat. Ac licet vicini inter se essent, se tamen vicinos esse ignorabant, propterea quod maximo lacu inter ipsos interjecto, singuli eam partem continentis quam habitabant, finem orbis terrarum esse existimabant, nec quidquam ulterius esse præter mare et immensam aquarum copiam. Sed, cum forte contigisset ut bos œstro percitus lacum trajiceret, bubulcus eum insecutus est. Qui cum terras ex adverso sitas conspexisset, renuntiavit popularibus. Alii narrant cervum fugientem **273** Hunnis quibusdam venantibus viam monstrasse, quæ superficie tenus aquis operta esset. Et istos quidem regionem illam admiratos, tum ob cœli temperiem, tum ob frugum ubertatem, statim rediisse et principi gentis suæ ea quæ viderant retulisse. Hunnos vero, initio quidem exigua militum manu tentasse Gothos, postea vero, cum ingentibus copiis profectos, prœlio eos superasse et universam eorum regionem occupavisse; Gothos autem fugientes in Romanorum regionem trajecisse, transmissoque fluvio legatos ad imperatorem misisse, qui se auxiliares in posterum fore Romanis pollicerentur, peterentque ut ipsis ubicunque vellent degere concederetur. Hujus legationis princeps fuisse dicitur Ulphila, episcopus gentis Gothorum. Quæ quidem legatio cum ex voto eis successisset, permissum illis est ut in Thracia habitarent. Haud multo post orta inter eos seditione, duas in partes divisi sunt. Quarum alteri Athanaricus, alteri præerat Phritigernus. Mox com-

## ΚΕΦΑΛ. ΛΖ'.

*Περὶ τῶν πέραν Ἴστρου βαρβάρων, ὡς ὑπὸ τῶν Οὔννων ἐξελαθέντες, Ῥωμαίοις προσεχώρησαν· καὶ ὡς Χριστιανοὶ ἐγένοντο· καὶ περὶ Οὐλφίλα, καὶ Ἀθαναρίχου, καὶ μεταξὺ τούτων συμβάντα, καὶ ὅθεν τὸν Ἀρειανισμὸν εἰσεδέξαντο.*

Ἐκ δὴ τοιούτων Θεμιστίου λόγων, φιλανθρωπότερόν πως διατεθεὶς ὁ βασιλεὺς, οὐ χαλεπῶς οὕτως ὡς πρότερον τὰς τιμωρίας ἐπῆγεν. Οὐ μὴν τελείως ἐφείδετο τῆς κατὰ τῶν ἱερωμένων ὀργῆς, εἰ μὴ κοινῶν πραγμάτων ἐπιγενόμεναι φροντίδες, οὐκέτι τοιάδε συνεχώρουν σπουδάζειν. Γότθοι γὰρ οἱ δὴ πέραν Ἴστρου ποταμοῦ τὸ πρὶν ᾤκουν, καὶ τῶν ἄλλων Βαρβάρων ἐκράτουν, ἐξελαθέντες παρὰ τῶν καλουμένων Οὔννων, εἰς τοὺς Ῥωμαίων ὅρους ἐπεραιώθησαν. Τοῦτο δὲ τὸ ἔθνος, ὥς φασιν, ἄγνωστον ἦν προτοῦ Θρᾳξὶ τοῖς παρὰ τὸν Ἴστρον, καὶ Γότθοις αὐτοῖς. Ἐλάνθανον δὲ προσοικοῦντες ἀλλήλοις, καθότι λίμνης μεγίστης ἐν μέσῳ κειμένης, ἕκαστοι τέλος ξηρᾶς ᾤοντο εἶναι τὴν καθ' αὐτοὺς οἰκουμένην, μετὰ τοῦτο δὲ, θάλασσαν καὶ ὕδωρ ἀπέραντον. Συμβὰν δὲ βοῦν οἰστροπλῆγα διαδραμεῖν τὴν λίμνην, ἐπηκολούθησε βουκόλος· καὶ τὴν ἀντιπέραν γῆν θεασάμενος, ἤγγειλε τοῖς ὁμοφύλοις. Ἄλλοι δὲ λέγουσιν, ὡς ἔλαφος διαφυγοῦσα, τισὶ τῶν Οὔννων θηρῶσιν ἐπέδειξε τήνδε τὴν ὁδὸν, ἐξ ἐπιπολῆς καλυπτομένην τοῖς ὕδασι. Τοὺς δὲ, τότε μὲν ὑποστρέψαι, θαυμάσαντας τὴν χώραν, ἀέρι μετριώτερον, καὶ γεωργίᾳ ἥμερον ἔχουσαν· καὶ τῷ κρατοῦντι τοῦ ἔθνους ἀγγεῖλαι ἃ ἐθεάσαντο. Δι' ὀλίγων δὲ τὰ πρῶτα καταστῆναι εἰς πεῖραν τοῖς Γότθοις. Μετὰ δὲ ταῦτα, πανσυδεὶ ἐπιστρατεῦσαι, καὶ μάχῃ κρατῆσαι, καὶ πᾶσαν τὴν αὐτῶν γῆν κατασχεῖν. Τοὺς δὲ διωκομένους, εἰς τὴν Ῥωμαίων περαιωθῆναι· καὶ τὸν ποταμὸν διαβάντας, πρέσβεις πέμψαι πρὸς βασιλέα, συμμάχους τοῦ λοιποῦ ἔσεσθαι σφᾶς, ὑπισχνουμένους, καὶ δεομένους συγχωρεῖν αὐτοῖς ᾗ βούλοιντο κατοικεῖν. Ταύτης δὲ τῆς πρεσβείας ἄρξαι Οὐλφίλαν, τὸν τοῦ ἔθνους ἐπίσκοπον· κατὰ γνώμην δὲ αὐτοῖς προχωρησάσης, ἐπιτραπῆναι ἀνὰ τὴν Θρᾴκην οἰκεῖν. Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον πρὸς σφᾶς αὐτοὺς στασιάσαντας, διχῇ διαιρεθῆναι. Ἡγεῖτο δὲ, τῶν μὲν Ἀθανάριχος· τῶν δὲ Φριτιγέρνης· ἐπεὶ δὲ πρὸς ἀλλήλους ἐπολέμησαν, κακῶς πράξας ἐν τῇ μάχῃ Φριτιγέρνης, ἐδεῖτο Ῥωμαίων βοηθεῖν αὐτῷ. Τοῦ δὲ βασιλέως ἐπιτρέψαντος βοηθεῖν καὶ συμμαχεῖν αὐτῷ τοὺς ἐν Θρᾴκῃ στρατιώτας,

[1] Socr. lib. IV, c. 33 et 34.

### VALESII ANNOTATIONES.

(72) *Ἀναλογιζόμενος τὸν ὅσον.* Scribendum puto ἀναλογιζόμενος ἐκ τοῦ ὅσον ἐφικέσθαι νομίζει, etc., id est, *Dum secum ipse reputat unusquisque, ex eo quoadusque progressum se esse existimat, qualis ille sit et quantus.* Certe Nicephorus hunc Sozomeni locum ita fere expressit ut posui. Sic enim habet in cap. 45, lib. II : Λογιζομένῳ πηλίκος ἂν εἴη καὶ οἷος, οὐ μετρίως ἐφίκετο.

Digitized by Google

αὖθις συμβαλὼν ἐνίκησε, καὶ τοὺς ἀμφὶ Ἀθανάριχον εἰς φυγὴν ἔτρεψεν. Ὥσπερ δὲ χάριν ἀποδιδοὺς Οὐάλεντι, καὶ διὰ πάντων φίλος εἶναι πιστούμενος, ἐκοινώνησε τῆς αὐτοῦ θρησκείας· καὶ τοὺς πειθομένους αὐτῷ βαρβάρους ἔπειθεν ὧδε φρονεῖν. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον, οἶμαι, αἴτιον γέγονεν, εἰσέτι νῦν πᾶν τὸ φῦλον προστεθῆναι τοῖς τὰ Ἀρείου δοξάζουσιν. Ἀλλὰ γὰρ καὶ Οὐλφίλας ὁ παρ' αὐτοῖς τότε ἱερωμένος, τὰ μὲν πρῶτα οὐδὲν διεφέρετο πρὸς τὴν καθόλου Ἐκκλησίαν. Ἐπὶ δὲ τῆς Κωνσταντίου βασιλείας, ἀπερισκέπτως, οἶμαι, μετασχὼν τοῖς ἀμφὶ Εὐδόξιον καὶ Ἀκάκιον τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει συνόδου, διέμεινε κοινωνῶν τοῖς ἱερεῦσι (73) τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων. Ὡς δὲ εἰς Κωνσταντινούπολιν ἀφίκετο, λέγεται διαλεχθέντων αὐτῷ περὶ τοῦ δόγματος τῶν προεστώτων τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως, καὶ τὴν πρεσβείαν αὐτῷ συμπράξειν πρὸς βασιλέα ὑποσχομένων, εἰ ὁμοίως αὐτοῖς δοξάζοι, βιασθεὶς ὑπὸ τῆς χρείας, ἢ καὶ ἀληθῶς νομίσας ἄμεινον οὕτω περὶ Θεοῦ φρονεῖν, τοῖς Ἀρείου κοινωνῆσαι, καὶ αὐτὸν καὶ τὸ πᾶν φῦλον ἀποτεμεῖν τῆς καθόλου Ἐκκλησίας. Ὑπὸ διδασκάλῳ γὰρ αὐτῷ παιδευθέντες οἱ Γότθοι τὰ πρὸς εὐσέβειαν, καὶ δι' αὐτοῦ μετασχόντες πολιτείας ἡμερωτέρας, πάντα ῥᾳδίως αὐτῷ ἐπείθοντο· πεπεισμένοι μηδὲν εἶναι φαῦλον τῶν παρ' αὐτοῦ λεγομένων ἢ πραττομένων· ἅπαντα δὲ συντελεῖν εἰς χρήσιμον τοῖς ζηλοῦσιν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πλείστην δέδωκε πεῖραν τῆς αὐτοῦ ἀρετῆς· μυρίους μὲν ὑπομείνας κινδύνους ὑπὲρ τοῦ δόγματος, ἔτι τῶν εἰρημένων βαρβάρων Ἑλληνικῶς θρησκευόντων. Πρῶτος δὲ γραμμάτων εὑρετὴς αὐτοῖς ἐγένετο, καὶ εἰς τὴν οἰκείαν φωνὴν μετέφρασε τὰς ἱερὰς Βίβλους. Καθότι μὲν οὖν ὡς ἐπίπαν οἱ παρὰ τὸν Ἴστρον βάρβαροι τὰ Ἀρείου φρονοῦσι, πρόφασις ἥδε. Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ, πλῆθος τῶν ὑπὸ τὸν Φριτιγέρνην διὰ Χριστὸν μαρτυροῦντες, ἀνηρέθησαν. Ὁ γὰρ Ἀθανάριχος καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῷ τεταγμένους, Οὐλφίλα πείθοντος, Χριστιανίζειν ἀγανακτῶν, ὡς τῆς πατρῴας θρησκείας καινοτομουμένης, πολλοὺς πολλαῖς τιμωρίαις ὑπέβαλε. Καὶ τοὺς μὲν εἰς εὐθύνας ἀγαγὼν, παῤῥησιασαμένους ἀνδρείως ὑπὲρ τοῦ δόγματος· τοὺς δὲ μηδὲ λόγου μεταδοὺς, ἀνεῖλε. Λέγεται γὰρ ὥς τι ξόανον ἐφ' ἁρμαμάξης ἑστὼς, οἷ γε τοῦτο ποιεῖν ὑπὸ Ἀθαναρίχου προσετάχθησαν, καθ' ἑκάστην σκηνὴν περιάγοντες τῶν Χριστιανίζειν καταγγελλομένων, ἐκέλευον τοῦτο προσκυνεῖν, καὶ θύειν. Τῶν δὲ παραιτουμένων, σὺν αὐτοῖς ἀνθρώποις τὰς σκηνὰς

A misso inter eos prœlio, victus Phritigernus Romanorum auxilium imploravit. Quod cum imperator concessisset jussissetque ut milites qui in Thracia erant ei auxilium ferrent, denuo congressus, victoriam retulit et Athanarici copias in fugam vertit. Porro ut Valenti gratiam referret, seque in omnibus fidum atque amicum ei fore testificaretur, sectam ejus ac communionem amplexus est, et barbaris qui sub ipso erant, ut idem quoque sentirent, persuasit. Neque tamen id solum, opinor, in causa fuit, ut universa Gothorum gens ad hoc usque tempus Arianorum dogmati perpetuo adhæserit. Nam Ulphila, qui tunc apud ipsos erat episcopus, initio quidem nulla in parte dissensit ab Ecclesia catholica. Cumque regnante Constantio B imprudenter, ut opinor, una cum Eudoxio et Acacio Constantinopolitanæ synodo interfuisset, cum episcopis Nicænorum Patrum decreta sectantibus communicare perseveravit. Sed, cum venisset Constantinopolim, et Arianæ sectæ antistites de religione cum eo disseruissent, eique polliciti essent se legationem illius adjuturos esse apud imperatorem, modo idem cum ipsis sentire vellet, necessitate compulsus, vel quod eam de divinitate sententiam potiorem esse existimaret, cum Arianis communicasse dicitur, seque et universam gentem ab Ecclesia catholica abrupisse. Gothi enim, in iis quæ ad religionem pertinent ejus magisterio eruditi et ad **274** mansuetiorem cultum per eum C traducti, cunctis in rebus ei facile obtemperabant: pro certo habentes nihil eorum quæ ab illo aut dicerentur aut fierent, improbum esse, sed cuncta ad utilitatem eorum qui zelo Dei ducerentur spectare. Quin et virtutis suæ multiplex experimentum dedit. Quippe qui pro Christi fide innumera subierit pericula, dum Barbari adhuc gentilium ritu simulcra colerent. Primusque apud eos inventor exstitit litterarum, et sacros Libros in patrium sermonem convertit. Et hæc quidem causa fuit, cur plerique ex barbaris qui ad Istrum habitant, opinionem Arii sectentur. Porro ea tempestate multi ex iis qui Phritigerno parebant, propter Christi confessionem necati sunt. Nam Athanaricus subditos quoque suos, suasu Ulphilæ Christianam D religionem amplecti ægre ferens, tanquam innovatis majorum cæremoniis, multos eorum variis

## VALESII ANNOTATIONES.

(73) *Διέμεινε κοινωνῶν τοῖς ἱερεῦσι.* Pessime hunc locum vertit Christophorsonus. Sic enim accepit hæc verba, quasi Eudoxius et Acacius fuissent ex numero episcoporum qui synodo Nicænæ interfuerunt. Quod tamen est falsissimum, cum Acacius multis annis post synodum Nicænam factus sit episcopus, mortuo scilicet Eusebio Cæsariensis Ecclesiæ episcopo. Id igitur dicit Sozomenus, Ulphilam Gothorum episcopum, initio quidem catholicæ fidei adhæsisse; postea vero, regnante Constantio, per imprudentiam interfuisse synodo Constantinopolitanæ una cum Eudoxio et Acacio hæreticis anno Christi 359: nihilominus tamen cum catholicis episcopis Nicæni concilii assertoribus communionem servasse. Tandem vero cum, principatu Valentis Augusti, legatus gentis Gothorum venisset Constantinopolim, collatione habita cum Arianis episcopis, ad illorum partes se transtulisse. Hic est sensus hujus loci quem Musculus ex parte assecutus est. Hæc enim verba, ὡς δὲ εἰς Κωνσταντινούπολιν ἀφίκετο, ita interpretatus est: *Ut autem Constantinopolim legatus Gothorum venisset*, etc., adjectis de suo duabus vocibus, quod quidem valde probo. Certe Sozomenus paulo antea scribit, Ulphilam legatum a Gothis missum fuisse ad Valentem Augustum. Bis ergo Constantinopolim venit Ulphila; primum sub Constantio, ut synodo Constantinopolitanæ interesset: deinde sub Valente.

Digitized by Google

suppliciis affecit. Et alios quidem in judicium adductos, cum Christi fidem libere ac fortiter professi essent, alios, ne loquendi quidem facultate eis concessa, e medio sustulit. Fertur enim eos quibus id mandatum fuerat ab Athanarico, statuam quamdam in carpento collocatam, per singula tabernacula eorum quos Christum colere proditum fuerat, circumduxisse, utque eam supplices adorarent eique sacrificarent, jussisse. Qui cum id facere detrectarent, illos tabernacula una cum ipsis hominibus incendisse. Sed et aliud quiddam longe atrocius eo tempore accidisse accepi. Nam præ violentia eorum qui sacrificare invitos cogebant, despondentes animum tam viri quam mulieres, quarum aliæ pueros secum ducebant, aliæ recens natos infantes uberibus suis admotos nutriebant, ad tabernaculum ecclesiæ quæ illic erat confugerunt, cui cum ignem subjecissent gentiles, cuncti qui intus erant incendio consumpti sunt. Verum paulo post Gothi ad pristinam concordiam redierunt, et repentina defectione concitati, Thraces vexare, urbesque eorum et vicos vastare cœperunt. Qua re audita, Valens experimento ipso didicit quantum errasset. Nam, cum sperasset Gothos, sibi quidem ac subditis suis utiles, hostibus vero formidabiles futuros, utpote qui sub armis semper præsto essent, Romanas legiones neglexerat. Et pro tironibus qui ex urbibus et vicis imperii Romani eligi solebant ad militiam, aurum exegit. Sed spe sua frustratus, relicta Antiochia, Constantinopolim propere advenit. Quo quidem tempore persecutio contra Orthodoxos ab illo concitata, velut quibusdam induciis interquievit. Mortuo interim Euzoio, Theodorus in ejus locum subrogatus, Arianis illic præfuit.

A ἐνεπίμπρων. Περιπαθέστερον δὲ τότε καὶ ἕτερον συμβῆναι πάθος ἐπυθόμην. Ἀπειρηκότες γὰρ πολλοὶ τῇ βίᾳ τῶν θύειν ἀναγκαζόντων, ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες, ὧν αἱ μὲν παιδάρια ἐπήγοντο, αἱ δὲ ἀρτίτοκα βρέφη ὑπὸ τοὺς μαζοὺς ἔτρεφον, ἐπὶ τὴν σκηνὴν τῆς ἐνθάδε ἐκκλησίας κατέφυγον. Προσαψάντων δὲ πῦρ τῶν Ἑλληνιστῶν, ἅπαντες διεφθάρησαν. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ οἱ Γότθοι πρὸς ἀλλήλους ὡμονόησαν· καὶ εἰς ἀπόνοιαν ἐπαρθέντες (74) τοὺς Θρᾷκας ἐκακούργουν, καὶ τὰς αὐτῶν πόλεις καὶ κώμας ἐδῄουν. Πυθόμενος δὲ Οὐάλης, τῇ πείρᾳ μεμάθηκεν ὅσον ἥμαρτεν. Οἰηθεὶς γὰρ αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἀρχομένοις χρησίμους ἔσεσθαι τοὺς Γότθους, φοβεροὺς δὲ τοῖς ἐναντίοις, ὡς ἐν ὅπλοις ἀεὶ παρεσκευασμένους, τῶν Ῥωμαϊκῶν ταγμάτων ἠμέλει. Καὶ ἀντὶ τῶν εἰωθότων εἰς στρατείαν
B ἐπιλέγεσθαι ἐκ τῶν ὑπὸ Ῥωμαίους πόλεών τε καὶ κωμῶν, χρυσίον εἰσεπράττετο. Σφαλεὶς δὲ τῆς ἐλπίδος, καταλιπὼν τὴν Ἀντιόχειαν, σπουδῇ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἀφίκετο. Ἡνίκα δὴ ὁ κατὰ τῶν ἑτέρως αὐτῷ Χριστιανιζόντων διωγμὸς ἀνακωχὴν ἔσχεν. Εὐζωΐου δὲ τελευτήσαντος, προβληθεὶς εἰς τὴν αὐτοῦ ἀρχὴν Θεόδωρος (75), τῶν τὰ Ἀρείου φρονούντων προΐστατο.

### 275 CAP. XXXVIII.

*De Mavia Saracenorum regina: et quomodo induciæ inter Romanos ac Saracenos ruptæ cum essent, renovatæ sunt a Mose, qui gentis illius episcopus a Christianis fuerat ordinatus. Item narratio de Ismaelitis et Saracenis, et de diis illorum: et qualiter opera Zocomi illorum phylarchi, Christum colere cœperint.*

Sub idem tempus mortuo Saracenorum rege, soluta sunt eorum fœdera cum Romanis[1], ejusque uxor Mavia quæ principatum gentis illius administrabat, urbes provinciæ Phœnices ac Palæstinæ

C
### ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

*Περὶ Μανίας τῆς τῶν Σαῤῥακηνῶν φυλάρχου, καὶ ὡς διαλυθεισῶν τῶν μετὰ Ῥωμαίων σπονδῶν, Μωσῆς ὁ ἐπίσκοπος αὐτῶν παρὰ Χριστιανῶν χειροτονηθεὶς, αὐτὰς ἀνενέωσε. Καὶ διήγησις περὶ τῶν Ἰσμαηλιτῶν καὶ τῶν Σαρακηνῶν, καὶ τῶν τούτοις θεῶν· καὶ ὡς διὰ Ζοκόμου τοῦ αὐτῶν φυλάρχου Χριστιανίζειν ἤρξαντο.*

Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον [b], τελευτήσαντος τοῦ Σαρακηνῶν βασιλέως, αἱ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους σπονδαὶ ἐλύθησαν. Μανία (76) δὲ ἡ τούτου γαμετὴ, τὴν ἡγεμονίαν τοῦ ἔθνους ἐπιτροπεύουσα, ἐδῄου τὰς

[1] Socr. lib. IV, c. 36.

## VALESII ANNOTATIONES.

(74) *Καὶ εἰς ἀπόνοιαν ἐπαρθέντες*. Græci ἀπόνοιαν vocare solent quam Latini defectionem seu perduellionem, ut notavi ad Ammianum Marcellinum.

(75) *Θεόδωρος*. Hunc Dorotheum vocat Philostorgius in libro IX, cap. 14, et ab Heraclea Thraciæ Antiochiam translatum esse scribit. Interdum tamen Theodorus scribitur apud Philostorgium. Sed
D verum ejus nomen est Dorotheus. Sic enim infra in cap. 14.

(76) *Μανία*. Maviam reliqui vocant hanc Saracenorum reginam. Sic enim Socrates, Nicephorus, et Epiphanius Scholasticus, et ante omnes Rufinus, ex quo sequentem narrationem mutuatus est Sozomenus.

## VARIORUM.

[b] *Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον*. *Mauviæ* Saracenorum reginæ conversio recte post Athanasii mortem a Baronio recitatur. Theodoritus enim lib. IV, cap. 23, de ea conversione agit, ipso Lucii pseudoepiscopi Alexandrini initio, quemadmodum et Rufinus lib. II, cap. 6. Præterea Eunapius in Excerptis ait, Valentem adversus Gothos, qui anno 376 bellum Romanis intulere, aliquot Saracenos Constantinopolim præmisisse. Quare ante eum annum pax inter Saracenos et Romanos sancita, Maviaque ad fidem conversa. Ex quibus liquet errasse Sozomenum, qui hæc refert post Valentiniani Senioris mortem: quem errorem hausit ex Socrate, qui lib. IV, c. 36, bellum Saracenicum recitat post Valentis discessum ex urbe Antiochia, qui contigit anno 377. Bellum itaque Saracenicum

Digitized by Google

Φοινίκων καὶ Παλαιστινῶν πόλεις, μέχρι καὶ Αἰγυπτίων, ἐξευωνύμων ἀναπλέοντι τὸν Νεῖλον, τὸ Ἀράβιον καλούμενον κλίμα οἰκούντων. Ἦν δὲ οὐχ οἷος νομίζεσθαι ῥᾴδιος ὁ πόλεμος, ὡς παρὰ γυναικὸς παρασκευαζόμενος. Καρτερὰν γὰρ καὶ δυσκαταγώνιστόν φασι γενέσθαι Ῥωμαίοις ταύτην τὴν μάχην· ὡς καὶ τὸν ἡγεμόνα τῶν ἐν Φοινίκῃ στρατιωτῶν, εἰς συμμαχίαν ἐπικαλέσασθαι τὸν στρατηγὸν πάσης τῆς ἀνὰ τὴν Ἕω ἱππικῆς τε καὶ πεζῆς στρατιᾶς. Τὸν δὲ, γελάσαι μὲν τὴν κλῆσιν, καὶ ἀπόμαχον ποιῆσαι τὸν καλέσαντα. Παραταξάμενον δὲ πρὸς Μανίαν ἀντιστρατηγοῦσαν, τραπῆναι, καὶ μόλις διασωθῆναι παρὰ τοῦ ἡγεμόνος τῶν Παλαιστινῶν καὶ Φοινίκων στρατιωτῶν. Ὡς γὰρ εἶδεν αὐτὸν κινδυνεύοντα, μένειν ἐκτὸς τῆς μάχης κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόσταξιν εὔηθες ἐνόμισε· B προσδραμὼν τε ὑπήντησε τοῖς βαρβάροις, καὶ τῷ μὲν καιρὸν ἔδωκεν ἀσφαλεστέρας φυγῆς, αὐτὸς δὲ ὑπαναχωρῶν, ἐν τῷ φεύγειν ἐτόξευε, καὶ τοὺς πολεμίους ἐπιχειμένους ἀπεκρούετο τοῖς τοξεύμασι. Ταῦτα δὲ πολλοὶ τῶν τῇδε προσοικούντων, εἰσέτι νῦν ἀπομνημονεύουσι· παρὰ δὲ Σαραχηνοῖς, ἐν ᾠδαῖς ἐστιν. Ἐπιβαροῦντος δὲ τοῦ πολέμου, ἀναγκαῖον ἐδόκει περὶ εἰρήνης πρεσβεύσασθαι πρὸς Μανίαν. Τὴν δὲ λόγος, τοῖς περὶ τούτου πρεσβεύσασιν ἄντικρυς ἀπειπεῖν τὰς πρὸς Ῥωμαίους σπονδὰς, εἰ μὴ τοῖς ὑπ' αὐτὴν ἀρχομένοις ἐπίσκοπος χειροτονηθείη Μωσῆς τις, ἐν τῇ πέλας ἐρήμῳ τηνικάδε φιλοσοφῶν· ἀνὴρ ἀπὸ βίου ἀρετῆς, σημείων τε θείων καὶ παραδόξων ἐπίσημος. Ἐπιτραπέντες δὲ παρὰ βασιλέως οἱ τάδε μηνύσαντες τῶν στρατιωτῶν ἡγεμόνες, C συλλαμβάνουσι τὸν Μωσῆν, καὶ παρὰ τὸν Λούκιον ἄγουσιν. Ὁ δὲ, παρόντων ἀρχόντων καὶ τοῦ συνελθόντος πλήθους, Ἐπίσχες, ἔφη· οὐχ οἷός τε γάρ εἰμι φέρειν ἀρχιερέως ὄνομα καὶ τιμὴν ἀξίως. Εἰ δ' ἄρα καὶ ἐπὶ ἀναξίῳ ὄντι μοι τοῦτο ἐπινεύοι Θεὸς, μαρτύρομαι τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς δημιουργὸν, ὡς τὰς σὰς οὐκ ἐπιβαλεῖς μοι χεῖρας, αἵματι καὶ λύθρῳ πεφυρμένας ἁγίων ἀνδρῶν. Ὑπολαβὼν δὲ Λούκιος, Εἰ μὲν ἔτι, φησὶν, ἀγνοεῖς τὴν ἐμὴν πίστιν, οὐ δίκαια ποιεῖς, πρὶν μαθεῖν ἀποστρεφόμενος. Εἰ δὲ διαβαλλόντων τινῶν, ἄγε δὴ καὶ νῦν ἄκουσον παρ' ἐμοῦ, καὶ κριτὴς γενοῦ τῶν λεγομένων. Ἀλλ' ἔμοιγε, ἔφη Μωσῆς, λίαν σαφὴς φαίνεται ἡ σὴ πίστις· καὶ μαρτυροῦσιν ὁποία τίς ἐστι, ἐπίσκοποί τε καὶ πρεσβύτεροι, καὶ διάκονοι, ἐν ὑπερορίαις φυγαῖς, καὶ μετάλλοις ταλαιπωρούμενοι. D Ταῦτα οὖν περὶ Θεοῦ νομίζεις (77) τὰ γνωρίσματα, ἃ παντελῶς ἐστιν ἀλλότρια

A vastavit, ad Ægyptios usque progressa qui regionem Arabiam dictam incolunt, sitam ad lævum latus Nili adverso flumine naviganti. Neque vero id bellum leve videri poterat, utpote quod a muliere gereretur. Adeo enim asperum ac difficile Romanis hoc certamen fuisse ferunt, ut dux militum Phœnices, magistrum pedestris et equestris militiæ quæ erat in Oriente, ad opem sibi ferendam vocaverit. Et magister quidem militum risit vocantem, et prœlio eum interesse vetuit. Ipse vero acie instructa congressus cum Mavia quæ copias suas ex adverso ductabat, in fugam versus, ægre servatus est a duce militum Palæstinæ ac Phœnices. Hic enim cum magistrum in discrimine versari cerneret, stultum esse existimavit, extra prœlium, sicut ille jusserat, manere: statimque accurrens, barbaris sese objecit, ac magistro quidem tuto fugiendi opportunitatem præbuit. Ipse vero sensim pedem referens, inter fugiendum tela jaciebat, hostesque incumbentes sagittis repellebat. Hæc ita gesta multi ex earum regionum incolis etiamnum commemorant: et apud Saracenos vulgo cantibus celebrantur. Porro cum bellum ingravesceret, legatos de pace ad Maviam necessario mittendos esse Romani decreverunt. At illa legatis ejus rei causa missis fœdus cum Romanis percussuram se prorsus, ut aiunt, negavit, nisi gentis suæ ordinaretur episcopus Moses quidam, qui tum temporis in vicina solitudine philosophabatur: vir tum ob vitæ sanctitatem, tum ob divina signa atque miracula illustris. Itaque duces militum qui hæc imperatori nuntiaverant, accepta ab eo potestate, Mosem illico comprehendunt, et ad Lucium perducunt. Moses **276** vero præsentibus magistratibus et plebe quæ confluxerat, sic Lucium allocutus est: Sustine; neque enim dignus sum qui episcopi nomen ac dignitatem geram. Quod si mihi quamvis indigno, munus hoc injungit Deus, testor creatorem cœli ac terræ, te nunquam manus hasce cæde ac sanguine sanctorum virorum maculatas, mihi impositurum. Cui respondens Lucius: Si meam fidem, inquit, ignoras, injuste agis, qui me antequam noveris aversaris. Quod si a quibusdam calumniatoribus accepisti, audi nunc ex me ipso, et judex esto eorum quæ dicuntur. Tum Moses: At enim, inquit, satis manifesta mihi videtur fides tua:

## VALESII ANNOTATIONES.

(77) *Ταῦτα οὖν περὶ Θεοῦ νομίζεις*. Hæc verba per interrogationem legenda esse putavit etiam Nicephorus. Sic enim hunc Sozomeni locum expressit in cap. 46, lib. II: Καί γε σὺ ἐκεῖνα, οἶμαι, Χριστοῦ γνωρίσματα οἴει, etc. Ego vero hunc locum absque interrogatione scribendum esse existimo hoc modo: Ταῦτα ὧν περὶ Θεοῦ νομίζεις τὰ γνωρίσματα. Id est, *Hæc sunt indicia tuæ de Deo opinionis atque sententiæ*. Nec dubito quin Sozomenus ita scripserit. Certe vulgata lectio ferri non potest. Neque enim Græce dicitur γνωρίσματα περὶ Θεοῦ.

## VARIORUM.

circiter anno 372 gestum, et post Athanasii obitum pax inita, et Mavia regina fidem Christianam amplexa. (Ant. Pagi ad annum 372, n. 22.) De Saracenis, qui postea sub Mahumete pseudopropheta maxime innotuerunt, vide Hoffmann., *Lexic.*, Baudrand., *Geog.*, etc.

Digitized by Google

episcopi enim, presbyteri ac diaconi, qui in exsilio et in metallis misere vexantur, testes sunt qualis illa sit. Hæc igitur esse censes tuæ de Deo opinionis indicia, quæ prorsus aliena sunt a Christo, et ab iis qui recte sentiunt de divinitate. His dictis, cum jusjurandum adjecisset, nunquam se sacerdotium suscepturum esse, si Lucius manum ipsi imponere vellet, magistratus Romani, rejecto Lucio, Mosem ad episcopos in exsilio degentes deduxerunt. A quibus ordinatus episcopus, perrexit ad Saracenos. Cumque eos amicos ac benevolos reddidisset Romanis, mansit apud illos sacerdotali fungens munere, et multos ad Christi fidem traduxit, cum perpaucos ibi fideles reperisset. Quippe hæc gens ab Ismaele Abrahami filio originem ducens, vocabulum quoque accepit: eosque antiqui ab auctore generis Ismaelitas nominarunt. Verum ut probrum adulterinæ originis declinarent, et ignobilitatem Agar matris Ismaelis quæ serva erat, abolerent, ipsi se Saracenos nominarunt, quasi ex Sara conjuge Abrahami orti essent. Tali igitur genere prognati, omnes quidem Hebræorum more circumciduntur, et a suillis carnibus abstinent, multosque alios Hebræorum ritus observant. Quod vero non iisdem quibus illi institutis usquequaque utuntur, id vel longinquitati temporis tribuendum est, vel quia finitimis gentibus permisti sunt. Nam Moses quidem, qui multis postea sæculis vixit, solis illis qui ex Ægypto egressi sunt, leges tulit. Et eorum vicini, cum, sicut verisimile est, admodum essent superstitiosi, patriam Ismaelis disciplinam apud ipsos corruperunt; qua sola veteres Hebræi olim utebantur; quippe qui ante leges a Mose conditas, consuetudine non scripta regerentur. Eosdem certe quos finitimi, coluerunt deos. Eosque simili modo venerantes, iisdemque **277** appellantes vocabulis, hac religionis similitudine quam cum vicinis communem habent, causam cur patria instituta apud ipsos mutata sint, satis declararunt. Porro, ut fieri solet, diuturni temporis successio priora quidem oblivioni tradidit; alia vero ab illis coli fecit. Posthæc quidam eorum, cum Judæis congressi, didicerunt unde originem ducerent. Et ad cognatos suos reversi, Hebræorum leges ac ritus sibi asciverunt. Atque ex eo tempore multi apud illos Judaico more etiamnum vivunt. Christianam quoque religionem amplexi sunt, non multo ante

A Χριστοῦ καὶ τῶν ὀρθῶς περὶ Θεοῦ δοξαζόντων. Ἐπεὶ δὲ τοιαῦτα λέγων ἐπώμνυτο, μήτε Λουκίου (78) χειροτονοῦντος ὑποδέχεσθαι τὴν ἱερωσύνην, παραιτησάμενοι Λούκιον οἱ Ῥωμαίων ἄρχοντες, ἄγουσι Μωσῆν πρὸς τοὺς ἐν φυγῇ ὄντας ἐπισκόπους. Παρ' ὧν χειροτονηθεὶς, ὡς τοὺς Σαρακηνοὺς ἦλθε· καὶ διαλλάξας αὐτοὺς Ῥωμαίοις, αὐτόθι διῆγεν ἱερωμένος, καὶ πολλοὺς Χριστιανίσαι παρεσκεύασε, κομιδῇ ὀλίγους εὑρὼν τοῦ δόγματος μετασχόντας. Τουτὶ γὰρ τὸ φῦλον ἀπὸ Ἰσμαὴλ τοῦ Ἀβραὰμ παιδὸς τὴν ἀρχὴν λαβὸν, καὶ τὴν προσηγορίαν εἶχε, καὶ Ἰσμαηλίτας αὐτοὺς οἱ ἀρχαῖοι, ἀπὸ τοῦ προπάτορος ὠνόμασαν. Ἀποτριβόμενοι δὲ τοῦ νόθου τὸν ἔλεγχον, καὶ τῆς Ἄγαρ τῆς Ἰσμαὴλ μητρὸς τὴν δυσγένειαν, δούλη γὰρ ἦν, Σαῤῥακηνοὺς σφᾶς ὠνόμασαν, ὡς ἀπὸ **B** Σάῤῥας τῆς Ἀβραὰμ γαμετῆς καταγομένους. Τοιοῦτον δὲ τὸ γένος ἕλκοντες, ἅπαντες μὲν ὁμοίως Ἑβραίοις περιτέμνονται, καὶ ὑείων κρεῶν ἀπέχονται, καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν παρ' αὐτοῖς ἐθῶν φυλάττουσι. Τὸ δὲ μὴ πάντα ἐπίσης αὐτοῖς πολιτεύεσθαι, χρόνῳ λογιστέον, ἢ ταῖς ἐπιμιξίαις τῶν πέριξ ἐθνῶν. Μωσῆς τε γὰρ πολλοῖς ὕστερον χρόνοις γενόμενος, μόνοις τοῖς ἐξ Αἰγύπτου ἐξελθοῦσιν ἐνομοθέτησε. Καὶ οἱ προσοικοῦντες αὐτοῖς ὡς ἄγαν δεισιδαίμονες (79) ὄντες, ὡς εἰκὸς διέφθειραν τὴν Ἰσμαὴλ πατρῴαν ἀγωγὴν, καθ' ἣν μόνην ἐπολιτεύοντο οἱ πάλαι Ἑβραῖοι, πρὸ τῆς τοῦ Μωσέως νομοθεσίας ἀγράφοις ἔθεσι κεχρημένοι. Ἀμέλει τὰ αὐτὰ δαιμόνια τοῖς ὁμόροις ἔσεβον, καὶ παραπλησίως αὐτὰ τιμῶντες καὶ ὀνομάζοντες, **C** ἐν τῇ πρὸς τοὺς πέλας ὁμοιότητι τῆς θρησκείας, τὸ αἴτιον ἐδείκνυον τῆς παραποιήσεως τῶν πατρίων νόμων. Οἷα δὲ φιλεῖ, χρόνος πολὺς ἐπιγενόμενος, τὰ μὲν λήθῃ παρέδωκε· τὰ δὲ πρεσβεύεσθαι παρ' αὐτοῖς ἐποίησε. Μετὰ δὲ ταῦτά τινες αὐτῶν συγγενόμενοι Ἰουδαίοις, ἔμαθον ἀφ' ὧν ἐγένοντο· καὶ ἐπὶ τὸ συγγενὲς ἐπανῆλθον, καὶ τοῖς Ἑβραίοις ἔθεσι καὶ νόμοις προσέθεντο. Ἐξ ἐκείνου τε πολλοὶ παρ' αὐτοῖς εἰσέτι καὶ νῦν Ἰουδαϊκῶς ζῶσιν. Οὐ πρὸ πολλοῦ δὲ τῆς παρούσης βασιλείας, καὶ Χριστιανίζειν ἤρξαντο. Μετέσχον δὲ τῆς ἐν Χριστῷ πίστεως, ταῖς συνουσίαις τῶν προσοικούντων αὐτοῖς ἱερέων καὶ μοναχῶν, οἳ ἐν ταῖς πέλας ἐρημίαις ἐφιλοσόφουν, εὖ βιοῦντες καὶ θαυματουργοῦντες. Λέγεται δὲ τότε καὶ φυλὴν ὅλην εἰς Χριστιανισμὸν μεταβαλεῖν, Ζο**D**κόμου (80) τοῦ ταύτης φυλάρχου ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε βαπτισθέντος. Ἄπαις ὢν, κατὰ κλέος ἀνδρὸς μοναχοῦ ἦλθεν αὐτῷ συντευξόμενος, καὶ τὴν συμφορὰν ἀπωδύρετο. Περὶ πολλοῦ γάρ ἐστι παιδοποιΐα Σαρ-

## VALESII ANNOTATIONES.

(78) *Μήτε Λουκίου.* Mallem scribere μὴ ἄν ποτε Λουκίου χειροτονοῦντος ὑποδέχεσθαι τὴν ἱερωσύνην. Quemadmodum legitur apud Nicephorum.

(79) *Ὡς ἄγαν δεισιδαίμονες.* Scribendum est procul dubio ἐς ἄγαν. Porro de origine nominis Saracenorum, assentior Scaligero, qui in Eusebianis animadversionibus jampridem notavit, eos non a Sara Abrahami conjuge dictos esse, sed a voce Arabica Sarak, quæ latrones significat. Idem quoque sentit Bochartus in lib. IV, cap. 2. Porro hunc Sozomeni locum designat Theophanes in *Chronico*, pag. 55. Sed quod addit, Sozomenum dixisse Saracenos anno ætatis tertio decimo circumcidi, id in nostris codicibus non legitur. Ac mihi quidem videtur Theophanes istud addidisse ex Josephi libro primo *Antiquitatum*, cap. 13.

(80) *Ζόκομος.* Nicephorus in libro II, cap. 47, Ζάκομον vocat hunc Saracenorum phylarchum. Porro in codice Fuketiano hoc nomen scribitur cum accentu in penultima.

Digitized by Google

ῥακηνοῖς, οἶμαι δὲ καὶ πᾶσι βαρβάροις. Ὁ δὲ, θαῤῥεῖν παρακελευσάμενος, ηὔξατο καὶ ἀπέπεμψεν, ἕξειν αὐτὸν υἱὸν ὑποσχόμενος, εἰ πιστεύσειεν εἰς Χριστόν. Ἐπεὶ δὲ Θεὸς ἔργῳ τὴν ὑπόσχεσιν ἐβεβαίωσε, καὶ ἐτέχθη αὐτῷ παῖς, αὐτός τε Ζόκομος ἐμυήθη, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἐπὶ τοῦτο ἤγαγεν. Ἐξ ἐκείνου τε ταύτην τὴν φυλὴν γενέσθαι φασὶν εὐδαίμονα καὶ πολυάνθρωπον, Πέρσαις τε καὶ τοῖς ἄλλοις Σαῤῥακηνοῖς φοβεράν. Ὃν μὲν δὴ τρόπον Σαῤῥακηνοὶ τὴν ἀρχὴν εἰς Χριστιανισμὸν μετέβαλον, καὶ οἷα περὶ τοῦ πρώτου παρ' αὐτοῖς ἐπισκοπήσαντος παρειλήφαμεν, ὧδε ἔχει.

A hujus imperatoris tempora cujus res gestas describimus. Traducti sunt autem ad fidem Christi, colloquiis sacerdotum et monachorum, qui per finitimas ipsis solitudines philosophiæ operam dabant, vitæque sanctimonia et miraculis refulgebant. Fertur etiam integram eorum tribum eo tempore ad Christi religionem transiisse, cum Zocomus eorum phylarchus baptismum hujusmodi ob causam suscepisset. Hic orbus cum esset, ad monachum quemdam, fama illius adductus, accessit, ut cum eo colloqueretur : suamque ipsius calamitatem deplorare cœpit. Quippe apud Saracenos, et apud reliquos omnes, ut opinor, barbaros magni fit liberorum procreatio. Monachus vero illum bono animo esse jussit, et oratione facta, hominem dimisit, pollicitus filium ipsi nasciturum esse, si in Christum vellet credere. Postea vero cum Deus promissum re ipsa exhibuisset, et filius Zocomo natus esset, tum ipse sacramentum baptismi accepit, et subditos suos ad idem suscipiendum adduxit. Atque ex eo tempore tribum illam felicem ac numerosam fuisse perhibent, Persisque ac reliquis Saracenis formidabilem. Quo igitur modo Saraceni ad Christi religionem primum conversi sunt, et de primo illius gentis episcopo, hæc sunt quæ accepimus.

B

### ΚΕΦΑΛ. ΛΘ'.

*Ὅτι ἐπανελθὼν Πέτρος ἐκ Ῥώμης, τὰς τῆς Αἰγύπτου Ἐκκλησίας κατέσχε, Λουκίου ἀναχωρήσαντος· καὶ περὶ τῆς κατὰ Σκυθῶν ἐκστρατείας εἰς Δύσιν Οὐάλεντος.*

Οἱ δὲ κατὰ πόλιν τὸ δόγμα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ζηλοῦντες, πάλιν ἀνεθάῤῥουν, καὶ μάλιστα οἱ κατ' Αἴγυπτον Ἀλεξανδρεῖς. Ἐπανελθόντι δὲ τότε Πέτρῳ ἀπὸ τῆς Ῥώμης μετὰ γραμμάτων Δαμάσου, τά τε ἐν Νικαίᾳ δόξαντα, καὶ τὴν αὐτοῦ χειροτονίαν κυρούντων, παρέδωκαν τὰς Ἐκκλησίας. Ὁ δὲ Λούκιος ἐξελαθεὶς, ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἀπέπλευσεν. Οὐάλης δὲ ὁ βασιλεὺς, ὡς εἰκὸς, ἐν φροντίσι γενόμενος, ἐπεξιέναι τούτοις σχολὴν οὐκ ἦγεν· ἅμα γὰρ ἧκεν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, ἐν ὑπονοίᾳ πολλῇ καὶ μίσει ἐγένετο παρὰ τῷ δήμῳ. Οἱ γὰρ βάρβαροι τὴν Θρᾴκην δῃώσαντες, καὶ μέχρι τῶν προαστείων ἤδη προελθόντες, καὶ αὐτοῖς τείχεσι μηδενὸς κωλύοντος προσβάλλειν ἐπεχείρουν. Ἐπὶ τούτοις δὲ χαλεπῶς ἡ πόλις ἔφερε· καὶ τὸν βασιλέα, ὅτι μὴ ἀντεξῄει, ἀλλ' ἀνεβάλλετο πολεμεῖν, ἐν αἰτίᾳ ἐποιοῦντο· καὶ ἐλογοποίουν, ὡς αὐτὸς τοὺς πολεμίους ἐπάγοιτο. Τελευτῶντες δὲ, καὶ ἐν ἱπποδρομίᾳ θεώμενοι, εἰς τὸ φανερὸν αὐτοῦ κατεβόων, ὡς τὰ κοινὰ πράγματα περιορῶντος, καὶ ὅπλα ᾔτουν, ὡς αὐτοὶ πολεμήσοντες. Ὁ δὲ Οὐάλης ὑβρισθεὶς, ἐπεστράτευσε τοῖς βαρβάροις· ἠπείλησε δὲ ἢν ὑποστρέψῃ, τιμωρήσειν αὐτῷ [c], τῶν τε ὕβρεων τοῦ δήμου, καὶ ὅτι πρότερον Προκοπίῳ τῷ τυράννῳ προσέθεντο.

### CAP. XXXIX.

*Quomodo Petrus Roma reversus, Ecclesias Ægypti remoto Lucio obtinuit : et de Valentis expeditione in Gothos.*

Cæterum in singulis civitatibus, hi qui Nicænæ synodi doctrinam tuebantur, animos resumere cœperunt : præcipue vero in Ægypto Alexandrini [1]. Qui, cum forte Petrus eo tempore ab urbe Roma reversus esset cum litteris Damasi, quibus et Nicæni concilii decreta, et ordinatio ipsius confirmabatur, ecclesias ei tradiderunt. Lucius vero inde expulsus, Constantinopolim navigavit. Verum imperator Valens aliis curis distentus, ut credibile est, istis vindicandis haudquaquam vacare potuit. Nam simul atque venit Constantinopolim,
C populus eum suspectum atque invisum habere cœpit. Quippe barbari, Thracia vastata, usque ad suburbana regiæ urbis progressi, jam mœnia ipsa oppugnare nemine obsistente aggrediebantur. Ob hæc civitas **278** indignabatur, et imperatorem in crimen vocabat, quod adversus hostes obviam non prodiret, sed bellum differret; rumoresque spargebant, hostes ab illo evocatos adductosque esse. Denique cum Circenses ludos spectarent, aperte contra eum vociferati sunt, quod rempublicam neglectui haberet : et arma sibi dari poposcerunt, tanquam ipsi cum hostibus pugnaturi. His igitur contumeliis affectus Valens, adversus barbaros signa movit, minatusque est se, si rediret, pœnas de populo sumpturum esse, tum ob illas contumelias, tum quod antea Procopii tyranni partibus sese adjunxissent.

D

### ΚΕΦΑΛ. Μ'.

*Περὶ τοῦ ἁγίου Ἰσαακίου μοναχοῦ, τοῦ προφητεύσαντος διὰ Οὐάλεντα· καὶ ὡς φεύγων Οὐάλης, ἐν ἀχυρῶνι εἰσελθὼν κατεκαύθη, καὶ οὕτως ἀπέῤῥηξε τὴν ψυχήν.*

Ἐξελθόντι δὲ αὐτῷ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, προσελθὼν Ἰσαάκιος ἀνὴρ μοναχὸς, τά τε ἄλλα

### CAP. XL.

*De sancto Isaacio monacho, qui Valentis mortem prædixit : et quomodo Valens fugiens, cum in horreum paleis refertum se recepisset, incendio consumptus interiit.*

Porro cum Constantinopoli excederet, accedens ad eum Isaacius quidam monachus, vir tum ob

[1] Socr. lib. IV, c. 37, 38.

VARIORUM.

[c] *Τιμωρήσειν αὐτῷ.* Lege αὐτούς. W. Lowth.

Digitized by Google

alias dotes eximius, tum in subeundis propter Deum periculis intrepidus : Redde, inquit, o imperator, orthodoxis, et iis qui Nicæni concilii doctrinam custodiunt, ecclesias quas abstulisti; et victoriam de hostibus reportabis[1]. Verum imperator ira succensus, comprehendi eum jussit, et vinctum servari, donec reversus pœnas audaciæ ab eo exigeret. At ille subjiciens : Non redibis, inquit, nisi ecclesias restitueris. Resque ita evenit. Postquam enim cum copiis ad bellum profectus est, Gothi quidem fugientes paulatim retro cessere. Ipse vero eos insequens, prætercursa jam Thracia, venit Adrianopolim. Cumque haud procul abesset a barbaris, qui in munito quodam loco castrametati fuerant, citius quam oportuerat pugnam commisit, nec sicut, nec ubi decebat, ordinata prius acie. Disjecto itaque ejus equitatu, et peditibus in fugam versis, cum hostes eum insequerentur, ipse cum paucis qui eum comitabantur, equo desiliens, in casulam aut turrim quamdam se recepit, ibique abditus delituit. Barbari vero cursu concito sequebantur, tanquam eum capturi : cumque jam appropinquassent, prætergressi sunt. Neque enim suspicabantur, imperatorem ibi occultum esse. Porro cum major pars barbarorum jam præteriisset, paucique ex illis a tergo relicti essent, quidam ex his qui cum imperatore erant, tela in transeuntes jacere ex tecto cœperunt. Quo facto, isti exclamarunt Valentem illic esse. Quod cum audissent hi qui propius aderant, clamore sublato, tam iis qui præibant, quam sequentibus, ea quæ audierant nuntiarunt. Adeo ut ii quoque qui longius aberant, rem audierint, et celeriter in unum omnes confluxerint. Domo igitur undique

279 circumsessa, magnaque materiæ copia circumquaque congesta, ignem subjiciunt. Flamma vero ingenti vento tunc forte orto incitata, universam statim materiem corripuit. Sed et quæcunque in domo reposita erant alimentum incendio subministrarunt, et imperatorem ipsum cum universis comitibus consumpserunt. Mortuus autem est anno ætatis circiter quinquagesimo, cum regnasset tredecim quidem annis una cum fratre; post obitum autem illius annis tribus.

A ἀγαθὸς, καὶ διὰ τὸ Θεῖον κινδύνων καταφρονῶν· Ἀπόδος, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, τοῖς ὀρθῶς δοξάζουσι, καὶ τὴν παράδοσιν φυλάττουσι τῶν ἐν Νικαίᾳ συνεληλυθότων, τὰς ἀφαιρεθείσας ἐκκλησίας, καὶ νικήσεις τὸν πόλεμον. Ὀργισθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς, ἐκέλευσεν αὐτὸν συλληφθῆναι καὶ δέσμιον φυλάττεσθαι, ἄχρις ἐπανελθὼν, δίκην εἰσπράξηται τοῦ τολμήματος. Ὁ δὲ ὑπολαβὼν, Ἀλλ' οὐχ ὑποστρέψῃς, ἔφη, μὴ ἀποδοὺς τὰς ἐκκλησίας. Καὶ ἀπέβη οὕτως. Ἐπεὶ γὰρ ἅμα τῷ στρατῷ ἐπεξῆλθεν, οἱ μὲν Γότθοι διωκόμενοι ὑπεχώρουν. Ὁ δὲ ἀπιὼν (81), ἤδη παραμείψας τὴν Θρᾴκην, ἧκεν εἰς τὴν Ἀνδριανούπολιν. Οὐκ ἀπὸ πολλοῦ τε γενόμενος τοῖς βαρβάροις, ἐν ἀσφαλεῖ χώρῳ στρατοπεδευομένοις, θᾶττον ἢ ἔδει συμβάλλει, μὴ προδιαθεὶς ᾗ χρὴ καὶ ὅπῃ τάξαι τὴν στρατιάν.

B Διασπασθείσης δὲ αὐτῷ τῆς ἵππου, καὶ τοῦ ὁπλιτικοῦ τραπέντος, διωκόμενος ὑπὸ τῶν πολεμίων, εἴς τι δωμάτιον ἢ πύργον, ὀλίγοις ἅμα συνεπομένοις αὐτῷ, ἐν τῷ φεύγειν ἀποβὰς τοῦ ἵππου, εἰσέδυ καὶ ἔλαθεν. Οἱ δὲ βάρβαροι ἔθεον ἐπ' αὐτὸν ὡς αἱρήσοντες· καὶ ἐπὶ τὸ πρόσω ἱέμενοι, παρέτρεχον· οὐ γὰρ ὑπενόουν αὐτὸν ἐκεῖσε κρύπτεσθαι. Τῶν δ' αὖ σὺν αὐτῷ τινες, ἤδη τῶν πλειόνων βαρβάρων ὑπερβαλόντων τὸν τῇδε χῶρον, ὀλίγων δὲ κατόπιν ὄντων, ἐκ τοῦ ὀρόφου τοὺς παριόντας ἐτόξευον· οἱ δὲ ἐπὶ τούτῳ ἀνέκραγον, Ἐνθάδε Οὐάλης ἐστίν. Ἀκούσαντες δὲ οἱ προστυχόντες πλησίον, ἔμπροσθέν τε καὶ ὄπισθεν βοῇ τοῖς μετ' αὐτοὺς ἐδήλουν[d] ὃ ἤκουον· ὡς ἐν βραχεῖ καὶ τοὺς πορρωτέρω πολεμίους ἀκοῦσαι, καὶ διὰ τάχους εἰς αὐτὸν πάντας συνελθεῖν (82). Περιλαβόντες δὲ κύκλῳ

C τὸ δωμάτιον, καὶ πλείστην ὕλην περὶ τοῦτο συλλέξαντες, πῦρ ἐνέβαλον· αὐτίκα δὲ ἡ φλὸξ ὑπὸ ἐπιφόρου πνεύματος ὧδε συμβὰν ἐλαυνομένη, τὴν ὕλην διῆλθεν. Ἅμα δὲ καὶ τὰ ἀποκείμενα ἐν τῷ δωματίῳ τοῦ πυρὸς μετέσχε, καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν συγκατέκαυσεν. Ἐτελεύτησε δὲ γεγονὼς ἀμφὶ τὰ πεντήκοντα ἔτη· τρισκαίδεκα δὲ σὺν τῷ ἀδελφῷ βασιλεύσας, καὶ μετ' ἐκεῖνον τρία.

[1] Socr. lib. IV, c. 38.

## VALESII ANNOTATIONES.

(81) *Ὁ δὲ ἀπιών*. Malim scribere ἐπιών. Nicephorus pro his verbis habet ὁ δὲ ἐπιδιώκων, quod magis placet.

(82) *Εἰς αὐτὸν πάντας συνελθεῖν*. Melius meo quidem judicio scriberetur εἰς ταὐτόν, etc. Certe in Nicephoro scriptum est εἰς ἓν συνελθεῖν.

## VARIORUM.

[d] *Τοῖς μετ' αὐτοὺς ἐδήλουν*. Legendum τοῖς μετ' αὐτῶν.

Digitized by Google

# ΕΡΜΕΙΟΥ ΣΩΖΟΜΕΝΟΥ

ΣΑΛΑΜΙΝΙΟΥ

# ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

## ΤΟΜΟΣ Ζʹ.

—

# HERMIÆ SOZOMENI

SALAMINII

# ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

## LIBER VII.

—

### ΚΕΦΑΛ. Αʹ.

*Ὡς ὑπὸ τῶν βαρβάρων κατεπειγομένων Ῥωμαίων, Μαβία συμμαχίαν πέμπει· καὶ τινες ἀπὸ τοῦ δήμου τὴν νίκην ἐργάζονται· καὶ ὡς Γρατιανὸς ἐκέλευσε πιστεύειν ὡς βούλεται ἕκαστος.*

Οὐάλεντι μὲν ὧδε θανεῖν ξυνηνέχθη. Οἱ δὲ βάρβαροι, ἐπαρθέντες ἐπὶ τῇ νίκῃ, πᾶσαν τὴν Θρᾴκην ἐδῄουν· καὶ τελευτῶντες, τὰ προάστεια Κωνσταντινουπόλεως κατέτρεχον. Κινδυνεύουσι δὲ τότε τοῖς πράγμασι μέγα γεγόνασιν ὄφελος, ἐκ μὲν τῶν ὑποσπόνδων Σαρακηνῶν ὀλίγοι παρὰ Μανίας ἀποσταλέντες, πλεῖστοι δὲ ἀπὸ τοῦ δήμου. Ῥητὸν γὰρ ἐκ τοῦ δημοσίου μισθὸν χορηγούσης αὐτοῖς Δομνίκης τῆς Οὐάλεντος γαμετῆς, ὡς ἔτυχεν ἕκαστος ὁπλιζόμενος, ἀντεπεξῄεσαν, καὶ τοὺς πολεμίους ἀμυνόμενοι, πόῤῥω τῆς πόλεως ἀπεδίωκον. B Γρατιανὸς δὲ ἅμα τῷ ἀδελφῷ πᾶσαν τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν διέπων, οὐκ ἐπαινέσας τὸν θεῖον τῆς γνώμης, ἣν περὶ τοὺς ἑτέρως αὐτῷ δοξάζοντας διετέλεσεν ἔχων, πᾶσι τοῖς ἐπ' ἐκείνου διὰ τὴν θρησκείαν φεύγειν καταδικασθεῖσι, τὴν κάθοδον ἀπέδωκε· καὶ νόμον ἔθετο, μετὰ ἀδείας ἑκάστους θρησκεύειν ὡς βούλονται, καὶ ἐκκλησιάζειν, πλὴν Μανιχαίων, καὶ τῶν τὰ Φωτεινοῦ καὶ Εὐνομίου φρονούντων.

A

### CAP. I.

*Quomodo Romanis qui a barbaris premebantur Mavia auxilium tulerit, et quidam ex plebe pugnantes victoriam reportarint. Item quomodo Gratianus jusserit ut unusquisque pro arbitrio suo Deum coleret.*

Ac Valenti quidem hujusmodi exitus vitæ contigit. Barbari vero, victoria elati, universam Thraciam populati sunt : tandemque in ipsa Constantinopoleos suburbana incursionem fecere [1]. Quo quidem tempore rebus in maximum discrimen adductis, egregiam operam navarunt ex fœderatis quidem Saracenis pauci, a Mavia missi ; ex plebe vero quamplurimi. Nam cum Dominica Valentis uxor certum illis stipendium ex ærario subministraret, singuli, ut fors tulerat, armati obviam hostibus prodierunt et, fortiter pugnantes, barbaros procul ab urbe repulerunt. Gratianus vero, qui jam cum fratre universum Romanorum imperium gubernabat, cum patrui sui acerbitatem erga eos qui in religione ab ipso dissentiebant nunquam probasset, omnibus qui religionis causa in exsilium ab illo pulsi fuerant, reditum concessit. Legem quoque tulit, ut singuli quamcunque vellent religionem sectarentur ; utque omnes colligendi copiam haberent, præter Manichæos, et Photini atque Eunomii sectatores.

### ΚΕΦΑΛ. Βʹ.

*Ὅτι Γρατιανὸς τὸν ἐξ Ἱσπανίας Θεοδόσιον συμβασιλεύειν ἑαυτῷ εἵλετο· καὶ ὡς ἡ Ἕως, πλὴν Ἱεροσολύμων, ὑπὸ Ἀρειανῶν εἴχετο· καὶ περὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, καὶ τῆς τότε περὶ προεδρίας τῶν ἐκκλησιῶν καταστάσεως.* C

Λογισάμενος δὲ, ὡς τῶν ἀμφὶ τὸν Ἴστρον βαρβάρων Ἰλλυριοὺς καὶ Θρᾷκας ἐνοχλούντων προσῆκεν

280 CAP. II.

*Quomodo Gratianus Theodosium Hispanum, imperii consortem sibi adscivit : et quomodo Ariani omnes Orientis ecclesias, excepta Hierosolymitana, obtinebant. Item de Antiochena synodo : et de constitutione quæ tunc facta est de primatu ecclesiarum.*

Porro cum secum ipse considerasset, barbaris quidem qui circa Istrum erant, Illyricum Thraciam-

[1] Socr. lib. v, c. 1, 2.



Digitized by Google

que vastantibus, resistendum esse: simul vero Occidentis provincias præsentia sua necessario indigere, cum Alamanni præcipue Gallias infestarent, in urbe Sirmio positus, Theodosium consortem imperii sibi adjunxit, ex Hispanis qui Pyrenæum montem accolunt oriundum; virum nobili stirpe editum, et qui in bello rebus fortiter gestis sæpius inclaruerat, adeo ut etiam ante imperium, omnium Romanorum judicio, idoneus imperio censeretur [1]. Per idem tempus Ariani omnes Orientis ecclesias adhuc obtinebant, exceptis Hierosolymis. Macedoniani vero, præsertim ii qui Constantinopoli degebant, post initam cum Liberio pactionem, ab iis qui doctrinam Nicæni concilii sequebantur, haud magnopere dissidebant: sed cum illis quasi eadem sentientibus miscebantur, et mutuo inter se communicabant. Verum post legem a Gratiano latam, quidam ex illius sectæ episcopis licentiam nacti, ecclesias quæ a Valente ipsis ademptæ fuerant occuparunt, et Antiochiæ in Caria congregati, Filium non consubstantialem, sed similis cum Patre substantiæ, ut antea, dicendum esse decreverunt. Ex eo tempore alii quidem segregati, seorsum collectas egere, alii vero, damnata contentione et pervicacia eorum qui ista decreverant, ab illis secesserunt, et his qui doctrinam Nicænæ synodi sequebantur, constantius adhæserunt. Cæterum ex episcopis qui juxta præceptum Gratiani tunc reversi sunt ab exsilio, quod Valentis temporibus perpessi fuerant, nonnulli de primatu non magnopere laborarunt. Sed plebis concordiam potiore loco ducentes, rogarunt Arianæ partis antistites, ne ipsos desererent, neve Ecclesiam mutuis dissensionibus divellerent, quam, cum a Christo et ab apostolis una relicta esset, pervicacia et ambitio in multas diviserat. Hoc animo fuit inter cæteros Eulalius Amasiæ in Ponto episcopus: qui quidem post reditum suum, quemdam ex Arianis episcopis ecclesiæ suæ præsidentem reperisse dicitur, quem ex tota
281 urbe ne quinquaginta quidem homines sectabantur. Verum Eulalius, totius populi unitati prospiciens, eum oravit ut priorem locum obtineret, et ecclesiam una cum ipso regeret, primatu fruens, tanquam præmio servatæ concordiæ. Hic vero cum conditionem istam repudiasset, haud multo post paucis illis præesse desiit, ipsi enim se reliquis adjunxerunt.

A ἐπαμύνειν· ἀναγκαῖον δὲ καὶ τοῖς πρὸς Ἑσπέραν ἀρχομένοις παρεῖναι, καὶ μάλιστα Ἀλαμαννῶν [e] τοὺς ἐνθάδε Γαλάτας κακουργούντων, κοινωνὸν ἐποιήσατο τῆς ἀρχῆς ἐν τῷ Σιρμίῳ Θεοδόσιον, γένους τῶν ἀμφὶ τὸ Πυρηναῖον ὄρος Ἰβήρων, εὐπατρίδην τε καὶ ἄριστα πολλάκις ἐν πολέμοις διαγενόμενον· ὡς καὶ πρὸ τῆς βασιλείας, ἐν ταῖς τῶν ὑπηκόων γνώμαις ἐπιτήδειον αὐτὸν δόξαι πρὸς ἡγεμονίαν. Ἐν τούτῳ δὲ πλὴν Ἱεροσολύμων, ἔτι τῶν ἀνὰ τὴν Ἕω ἐκκλησιῶν οἱ τὰ Ἀρείου φρονοῦντες ἐκράτουν. Μακεδονιανοὶ δὲ, καὶ μάλιστα οἱ ἐν Κωνσταντινουπόλει, μετὰ τὰς πρὸς Λιβέριον συνθήκας, οὐ μέγα τι διεφέροντο πρὸς τοὺς ἐπαινοῦντας τὸ δόγμα τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων· ὡς ὁμοδόξοις δὲ, κατὰ πόλεις ἐπεμίγνυντο, καὶ ἐκοινώνουν ἀλλήλοις. Μετὰ δὲ τὸν
B τεθέντα παρὰ Γρατιανοῦ νόμον, ἀδείας λαβόμενοί τινες τῶν ἐπισκόπων ταύτης τῆς αἱρέσεως, κατέλαβον τὰς ἐκκλησίας, ὧν ἐπὶ Οὐάλεντος ἀφῄρηντο. Καὶ συνελθόντες ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Καρίας, ἐψηφίσαντο μὴ δεῖν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ὀνομάζειν, ἀλλ' ὁμοιοούσιον, ὡς πρόσθεν. Ἐκ τούτου δὲ, οἱ μὲν διακριθέντες, ἰδίᾳ ἐκκλησίαζον· οἱ δὲ τῶν ταῦτα ψηφισαμένων ἐναντιότητα καὶ φιλονεικίαν καταγνόντες, ἀπέστησαν αὐτῶν, καὶ βεβαιότερον ὡμοφρόνουν τοῖς κατὰ τὸ δόγμα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου θρησκεύουσιν. Ἐκ δὲ τῶν τότε κατὰ τὸν Γρατιανοῦ νόμον ἐπανελθόντων ἐπισκόπων ἀπὸ τῆς συμβάσης αὐτοῖς φυγῆς ἐπὶ τῆς Οὐάλεντος βασιλείας, οἱ μὲν, προεδρίας οὐδὲν ἐφρόντισαν, ἀλλὰ, τὴν ὁμόνοιαν τῶν
C λαῶν προτιμήσαντες, μὴ καταλιπεῖν σφᾶς ἐδεήθησαν τῶν ἀπὸ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως, μηδὲ διχονοίᾳ κατατέμνειν τὴν Ἐκκλησίαν, ἣν παρὰ Θεοῦ καὶ ἀποστόλων μίαν παραδοθεῖσαν, φιλονεικίαι καὶ φιλοπροεδρίαι εἰς πολλὰς κατεμέρισαν. Ταύτης δὲ τῆς σπουδῆς ἐγένετο καὶ Εὐλάλιος ὁ ἐν Ἀμασίᾳ τῇ πρὸς τῷ Πόντῳ ἐπίσκοπος· λέγεται γοῦν μετὰ τὴν ἐπάνοδον εὑρεῖν ἕτερον προϊστάμενον τῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας (83) τῶν Ἀρείου ἐπισκόπων· εἶναι δὲ τοὺς πειθομένους αὐτῷ ἐν τῇ πόλει, οὐδ' ὅλους πεντήκοντα· προνοούμενον δὲ τῆς πάντων ἑνώσεως, ἀντιβολῆσαι τοῦτον πρωτεύειν, καὶ κοινῇ τὴν ἐκκλησίαν ἰθύνειν, ἆθλον ἐπὶ τῇ ὁμονοίᾳ τὴν προεδρίαν ἔχοντα. Ἀλλ' ὁ μὲν μὴ πεισθεὶς; οὐκ εἰς μακρὰν ἔμελλεν οὐδὲ ὧν εἶχεν ὀλίγων ἡγήσεσθαι, προσθεμένων τοῖς ἄλλοις.

[1] Socr. l. iv, cap. 3.

## VALESII ANNOTATIONES.

(83) *Προϊστάμενον τῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας*. In codice Fuketiano scriptum inveni τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας, quam scripturam meliorem puto. Idem tamen
D utrobique sensus est, modo ecclesiam accipiamus pro basilica seu æde in quam fideles conveniebant.

## VARIORUM.

[e] *Ἀλαμαννῶν*. Alemanni, seu Alamanni, populi fuere Germaniæ Stephano, qui Alamanni Macrobio et Sidonio; Galliæ Belgicæ et Vindeliciæ contermini erant, nempe inter Rhenum fluvium, Nicrum, Licum, atque Brigantinum lacum extensi, ubi nunc maxima pars Sueviæ: quanquam ad Mœnum fluvium usque protendantur a quibusdam. Eorum tractus dictus fuit Alemannia, unde postea nomen recens toti Germaniæ inditum. M. A. Baudrand

### ΚΕΦΑΛ. Γ'.

A

*Περὶ τῶν κατὰ τὸν ἅγιον Μελέτιον καὶ Παυλῖνον τῶν Ἀντιοχείας ἐπισκόπων, καὶ περὶ τῶν γενομένων ὅρκων διὰ τὸν ἐπισκοπικὸν θρόνον.*

Ἐν δὲ τῷ τότε, καὶ Μελετίου κατὰ τοῦτον τὸν νόμον ἐπανελθόντος εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Συρίας, δεινή τις τῷ λαῷ φιλονεικία συνέβη. Παυλίνου γὰρ ἔτι περιόντος, οὗ τὴν εὐλάβειαν, ὡς ἔγνωμεν, αἰδεσθεὶς Οὐάλης ὁ βασιλεὺς, καταδικάσαι φυγὴν οὐκ ἐτόλμησεν, οἱ μὲν, σύνθρονον αὐτοῦ γενέσθαι Μελέτιον ἠξίουν. Ἀντιλεγόντων δὲ τῶν τὰ Παυλίνου φρονούντων, καὶ τὴν Μελετίου χειροτονίαν διαβαλλόντων, ὡς ὑπὸ Ἀρειανῶν ἐπισκόπων γεγενημένην, βίᾳ τὸ σπουδαζόμενον εἰς ἔργον ἦγον οἱ Μελετίου ἐπαινέται. Πλῆθος γὰρ οὐ τὸ τυχὸν ὄντες, ἐν μιᾷ τῶν πρὸ τῆς πόλεως ἐκκλησιῶν εἰς τὸν ἐπισκοπικὸν θρόνον ἀνεβίβασαν αὐτόν. B Ἑκατέρωθεν δὲ τοῦ λαοῦ χαλεπαίνοντος, καὶ στάσεως προσδοκωμένης, θαυμαστή τις ἐκράτησε βουλὴ, πρὸς ὁμόνοιαν αὐτοὺς ἄγουσα. Συνεδόκει γὰρ ὅρκους λαβεῖν παρὰ τῶν ἐπισκοπεῖν τὸν ἐνθάδε θρόνον ἐπιτηδείων εἶναι νομιζομένων, ἢ προσδοκωμένων· ὧν ἦσαν ἕτεροι πέντε, καὶ Φλαβιανὸς, ὡς οὔτε σπουδάσουσι, οὔτε χειροτονίας ἐπ' αὐτοῖς γινομένης, ἀνέξονται ἐπισκοπεῖν, ἐς ὅσον Παυλῖνος ἢ Μελέτιος τῷ βίῳ περιῶσι· συγχωρεῖν δὲ θατέρου τελευτήσαντος, τὸν ἕτερον μόνον τὴν ἐπισκοπὴν ἔχειν. Κατὰ ταῦτα δὲ δοθέντων τῶν ὅρκων, σχεδὸν τὸ πᾶν ὡμονόει πλῆθος· ὀλίγοι δὲ τῶν Λουκίφερος ἔτι διεφέροντο, ὡς ὑπὸ ἑτεροδόξων Μελετίου χειροτονηθέντος. Ἐπεὶ δὲ τάδε ὧδε γέγονε, Μελέτιος μὲν ἧκεν εἰς Κωνσταντινούπολιν· ἡνίκα καὶ ἄλλοις ἐπισκόποις κατὰ ταὐτὸ γενομένοις, C ἔδοξεν ἀναγκαῖον εἶναι ἐκ τῆς Ναζιανζοῦ μεταθεῖναι Γρηγόριον, καὶ ἐπιτρέψαι αὐτῷ τὴν ἐνθάδε ἐπισκοπήν.

### CAP. III.

*De his quæ inter Meletium ac Paulinum Antiochenses episcopos gesta sunt: et de jurejurando propter episcopalem sedem facto.*

Eodem tempore cum Meletius supradictæ legis beneficio Antiochiam Syriæ remeasset, gravis contentio in populo exorta est [1]. Etenim cum Paulinus adhuc superstes esset, quem imperator Valens ob pietatem, ut supra diximus, reveritus, exsilio multare haudquaquam ausus fuerat, quidam postulabant ut Meletius in episcopali sede cum illo resideret. Quibus cum Paulini fautores reclamarent, et ordinationem Meletii tanquam ab Arianis factam criminarentur, fautores Meletii id quod studebant, vi perfecere. Cum enim haud pauci numero essent, in quadam ecclesia suburbana Meletium in episcopali solio collocarunt. Populo igitur ex utraque parte concitato, cum seditio futura exspectaretur, admirabile quoddam consilium prævaluit, quo ad concordiam revocarentur. Placuit enim ut jurejurando sese astringerent ii qui ad regendum ejus loci episcopatum idonei esse putabantur sperabanturve; ex quibus erant tum alii quinque, tum Flavianus; se neque ambituros, neque, electione ipsorum facta, episcopatum suscepturos esse, quandiu Paulinus ac Meletius superstites essent: altero autem illorum mortuo, passuros se ut alter episcopatum solus obtineret. Igitur jurejurando in has conditiones præstito, universa fere plebs ad concordiam rediit. Pauci tamen ex Luciferianis adhuc dissidebant, propterea quod Meletius ab hæreticis ordinatus fuisset. Quibus ad hunc modum peractis, Meletius Constantinopolim profectus est; quo quidem tempore, aliis quoque episcopis ibi congregatis, operæ pretium visum est, ut Gregorius ab oppido Nazianzo transferretur, ejusque urbis episcopatus ei regendus committeretur.

### ΚΕΦΑΛ. Δ'.

*Περὶ τῆς ἀρχῆς Θεοδοσίου τοῦ Μεγάλου, καὶ ὡς παρὰ Ἀσχολίου Θεσσαλονίκης τὸ θεῖον ἐμυήθη βάπτισμα· καὶ οἷα ἔγραψε τοῖς μὴ κατὰ τὸν ὅρον τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου πρεσβεύουσι.*

Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, Γρατιανὸς μὲν ἔτι τῶν πρὸς Ἑσπέραν Γαλατῶν ὑπὸ Ἀλαμανῶν ταραττομένων, ἐπὶ τὴν πατρῴαν ἀνέστρεψε μοῖραν· ἣν αὐτῷ τε καὶ τῷ ἀδελφῷ [f] διοικεῖν κατέλιπεν, D Ἰλλυριοὺς καὶ τὰ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα τῆς ἀρχῆς Θεοδοσίῳ ἐπιτρέψας. Κατωρθοῦτο δὲ κατὰ γνώμην αὐτῷ τὰ πρὸς τούτους· Θεοδοσίῳ δὲ τὰ πρὸς τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἴστρον βαρβάρους. Ἐπεὶ δὲ τῶν μὲν μάχῃ ἐπεκράτησε, τοὺς δὲ φίλους ἔχειν Ῥωμαίους ἀντιβολοῦντας, ὁμήρους λαβὼν, σπονδὰς ἐδέξατο (84),

### CAP. IV.

*De imperio Theodosii Magni, et quomodo ab Ascholio Thessalonicæ episcopo baptizatus est: et quid decreverit adversus eos qui Nicæni concilii fidem impugnabant.*

Sub idem tempus, cum Alamanni crebris incursionibus Gallias infestarent, Gratianus ad occiduas paterni imperii partes reversus est, quas ipse sibi ac fratri regendas **282** retinuerat, cum Illyricum et Orientis partes Theodosio tradidisset [2]. Et ipse quidem, ex animi sui sententia rem gessit adversus Alamannos: Theodosius vero bellum cum barbaris Istrum accolentibus non minus feliciter confecit. Quorum alios cum prœlio devicisset alios Romanorum amicitiam postulantes, acce-

[1] Socr. lib. v, cap. 5. [2] ibid. cap. 6.

### VALESII ANNOTATIONES.

(84) *Σπονδὰς ἐδέξατο.* Malim scribere εἰς σπονδὰς ἐδέξατο. Aliter enim barbara esset locutio.

### VARIORUM

[f] *Ἦν αὐτῷ τε καὶ τῷ ἀδελφῷ.* Gratiano cessere Galliæ, Hispaniæ, Britanniæ; Valentiniano fratri Italia, Illyricum, Africa. Zosim., lib. iv, pag. 746. Male igitur Illyricum Theodosio mox tribuit Sozomenus.

Digitized by Google

ptis obsidibus in fœdus suscepisset, Thessalonicam venit. Ibi in morbum delapsus, ab Ascholio ejus urbis episcopo rudimentis fidei perceptis baptizatus, convaluit. Nam cum majoribus ortus esset christianis, qui Nicænæ fidei doctrinam sequebantur, Ascholio valde tum delectatus est, quippe qui ejusdem sententiæ esset : viro tum sermone, tum operibus eximio et, ut summatim dicam, cunctis sacerdotalis officii dotibus exornato. Delectatus est etiam Illyriis, eo quod nullus eorum Ariani dogmatis labe infectus esset. Percontatus autem de reliquis provinciis, comperit usque ad Macedoniam quidem, omnes inter se ecclesias consentire, cunctosque Deum Verbum et Spiritum sanctum ex æquo cum Patre venerari; abhinc vero, reliquas Orientem versus provincias tumultuari, ita ut populi in varias sectas divisi essent, ac præcipue Constantinopoli. Cum igitur apud se reputasset satius esse ut suam de divinitate sententiam ipse subditis suis palam prædicaret, ne vim inferre videretur, repente invitis quid colendum esset præcipiendo, Thessalonicæ positus, legem dedit ad populum urbis Constantinopolitanæ. Perpendebat enim animo fore ut illinc, tanquam ex arce totius imperii, rescriptum suum reliquis quoque civitatibus brevi innotesceret. Significabat autem eo rescripto, velle se ut omnes subditi sui eam religionem sequerentur, quam Petrus apostolorum princeps Romanis ab initio tradidisset; et quam eo tempore Damasus Romanæ urbis episcopus, ac Petrus Alexandrinus servarent; utque eorum duntaxat Ecclesia qui divinam Trinitatem æquali honore coleret, catholica nominaretur : qui vero aliter sentirent, hæretici dicerentur, infamesque essent, seque scirent supplicio afficiendos.

A ἧκεν εἰς Θεσσαλονίκην. Νόσῳ δὲ περιπεσὼν ἐνταῦθα, μυσταγωγοῦντος αὐτὸν Ἀσχολίου τοῦ τῇδε ἐπισκόπου, ἐμυήθη, καὶ ῥᾷον ἔσχεν. Ἐκ προγόνων γὰρ χριστιανίζων κατὰ τὸ δόγμα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἥσθη τότε Ἀσχολίῳ ὧδε δοξάζοντι · καὶ ἔργῳ ἀγαθῷ (85) καὶ συλλήβδην, ὡς εἰπεῖν, πρὸς πᾶσαν ἱερωσύνης ἀρετὴν συντεταγμένῳ, ἥσθη δὲ καὶ Ἰλλυριοῖς ἅπασι μὴ μετασχοῦσι τῆς Ἀρείου (86) δόξης. Πυνθανόμενος δὲ περὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν, μέχρι μὲν Μακεδόνων (87) ἔγνω τὰς ἐκκλησίας ὁμονοεῖν, καὶ πάντας ἐπίσης τῷ Πατρὶ τὸν Θεὸν Λόγον καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα σέβειν· ἐντεῦθεν δὲ τὰ πρὸς ἕω στασιάζειν, ὡς καὶ τοὺς λαοὺς εἰς διαφόρους αἱρέσεις μεμερίσθαι, καὶ μάλιστα ἀνὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν. Λογισάμενος δὲ ἄμεινον εἶναι, προαγορεῦσαι τοῖς B ὑπηκόοις ἣν ἔχει περὶ τὸ θεῖον δόξαν, ὥστε μὴ βιάζεσθαι δοκεῖν ἀθρόον ἐπιτάττοντα παρὰ γνώμην θρησκεύειν, νόμον ἐκ Θεσσαλονίκης προσεφώνησε (88) τῷ δήμῳ Κωνσταντινουπόλεως · συνεῖδε γὰρ ἐνθένδε, ὡς ἀπό τινος ἀκροπόλεως τῆς πάσης ὑπηκόου, καὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσι δήλην ἔσεσθαι ἐν τάχει τὴν γραφήν. Ἐδήλου δὲ διὰ ταύτης, βούλεσθαι πάντας τοὺς ἀρχομένους θρησκεύειν, ὡς ἐξ ἀρχῆς Ῥωμαίοις παρέδωκε Πέτρος ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων· ἐφύλαττον δὲ τότε Δάμασος ὁ Ῥώμης ἐπίσκοπος, καὶ Πέτρος ὁ Ἀλεξανδρείας · μόνων τε τῶν ἰσότιμον Τριάδα θείαν θρησκευόντων, καθολικὴν τὴν Ἐκκλησίαν ὀνομάζεσθαι · τοὺς δὲ παρὰ ταῦτα δοξάζοντας, αἱρετικοὺς προσαγορεύεσθαι, καὶ ἀτίμους εἶναι, καὶ C τιμωρίαν προσδέχεσθαι.

## 283 CAP. V.

*De Gregorio Theologo : utque Theodosius ecclesias ei tradidit ; Demophilo, una cum iis qui consubstantialem Patri Filium negabant, exturbato.*

Hac constitutione promulgata, haud multo post venit Constantinopolim. Porro ea tempestate Ariani

## ΚΕΦΑΛ. Ε'.

*Περὶ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, καὶ ὅτι αὐτῷ τὰς ἐκκλησίας παραδέδωκε Θεοδόσιος, ἐξελάσας Δημόφιλον, καὶ τοὺς μὴ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ δοξάζοντας τὸν Υἱόν.*

Ταῦτα νομοθετήσας, οὐ πολλῷ ὕστερον ἧκεν εἰς Κωνσταντινούπολιν. Ἐκράτουν δὲ τῶν ἐκκλησιῶν

## VALESII ANNOTATIONES.

(85) *Ἥδετό τε καὶ ἔργῳ ἀγαθῷ.* Hic locus procul dubio corruptus est. Quem in codice Fuketiano ita scriptum inveni, ἥσθη τότε, καὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, ὡς εἰπεῖν συλλήβδην, πρὸς πᾶσαν ἱερωσύνης ἀρετὴν συντεταγμένῳ. Quæ tamen haud multo meliora sunt vulgata lectione. Mihi quidem totus locus ita restituendus videtur : ἀνδρὶ λόγῳ τε καὶ ἔργῳ ἀγαθῷ. Sic enim legit Nicephorus in cap. 7, libri XII. Sequentia vero sic emendanda sunt : καὶ ὡς εἰπεῖν συλλήβδην, πρὸς π. ἱερ. ἀρετὴν συντεταμένῳ · id est, *qui, ut compendio dicam, ad omnimodam sacerdotalis loci virtutem contento cursu ferebatur*. Pro hac voce τεταγμένος, Nicephorus hunc Sozomeni locum describens posuit δεξιός, id est aptus atque habilis. Porro ad hunc Ascholium Thessalonicensem episcopum exstant epistolæ tres Basilii Magni, in quarum postrema testatur illum Cæsarea Cappadociæ oriundum fuisse.

(86) *Ἰλλυριοῖς ἅπασι μὴ μετασχοῦσι τῆς Ἀρείου.* Idem de Illyriis testatur Basilius Magnus in epistola 324 ad Valerianum episcopum Illyrici, quem decessorem fuisse existimo Ascholii Thessalonicensis episcopi. Nam Thessalonica metropolis fuit totius Illyrici. Porro verba Basilii hæc sunt : Τοῦτο μέγα ἐν τοῖς παροῦσιν ὁ Κύριος ἡμῖν ἐχαρίσατο, τὸ ὑμᾶς ἀκούειν ἐν ἀκριβεῖ συμφωνίᾳ καὶ ἑνότητι εἶναι D πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἀκωλύτως παρ' ὑμῖν τὸ κήρυγμα τῆς εὐσεβείας περιαγγέλλεσθαι, etc.

(87) *Μέχρι μὲν Μακεδόνων.* Idem testatur epistola synodica concilii Aquileiensis ad imperatores Gratianum, Valentinianum et Theodosium, quam primus edidit Jacobus Sirmundus : *Et quidem per Occidentales partes, duobus in angulis tantum, hoc est in latere Daciæ Ripensis ac Mœsiæ, fidei obstrepi videbatur. Per omnes autem tractus atque regiones, a Suecorum claustris usque ad Oceanum, manet intemerata fidelium atque una communio. In Orientalibus autem Ecclesiis*, etc.

(88) *Νόμον ἐκ Θεσσαλονίκης προσεφώνησε.* Hæc constitutio imperatoris Theodosii exstat in Codice Theodosiano, titulo De fide catholica, quæ sic incipit : *Edictum ad populum urbis Constantinopolitanæ. Imperatores Gratianus, Valentinianus ac Theodosius Augusti. Cunctos populos quos Clementiæ nostræ regit temperamentum*, etc.

Digitized by Google

ἔτι οἱ τὰ Ἀρείου φρονοῦντες, ὧν ἡγεῖτο Δημόφιλος. Γρηγόριος δὲ ὁ ἐκ Ναζιανζοῦ προΐστατο τῶν ὁμοούσιον Τριάδα δοξαζόντων. Ἐκκλησίαζε δὲ ἐν οἰκίσκῳ μικρῷ, παρ' ὁμοδόξων αὐτῷ τε καὶ τοῖς ὁμοίως θρησκεύουσιν εἰς εὐκτήριον οἶκον κατασκευασθέντι. Μετὰ δὲ ταῦτα περιφανὴς τῶν ἐν τῇ πόλει νεὼς γέγονεν οὗτος, καὶ ἔστιν, οὐ μόνον οἰκοδομημάτων κάλλει τε καὶ μεγέθει, ἀλλὰ καὶ ἐναργῶν θεοφανειῶν ὠφελείαις. Προφαινομένη γὰρ ἐνθάδε θεία δύναμις, ὕπαρ τε καὶ ἐν ὀνείρασι, πολλοῖς πολλάκις νόσοις καὶ περιπετείαις πραγμάτων κάμνουσιν ἐπήμυνε. Πεπίστευται δὲ ταύτην τὴν Θεοῦ μητέρα Μαρίαν τὴν ἁγίαν Παρθένον εἶναι· ταύτῃ γὰρ ἐπιφαίνεται. Ἀναστασίαν δὲ ταύτην τὴν ἐκκλησίαν ὀνομάζουσιν, ὡς μὲν ᾠόμην, καθότι τὸ δόγμα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου πεπτωκὸς ἤδη ἐν Κωνσταντινουπόλει καὶ τεθνηκὸς, ὡς εἰπεῖν, διὰ τὴν δύναμιν τῶν ἑτεροδόξων, ἐνθάδε ἀνέστη καὶ ἀνεβίω διὰ τῶν Γρηγορίου λόγων. Ὡς δέ τινων ἀληθῆ λέγειν ἰσχυριζομένων ἀκήκοα, ἐκκλησιάζοντος τοῦ λαοῦ, γυνὴ ἐγκύμων ἀπὸ τῆς ὑπερῴου στοᾶς καταπεσοῦσα, ἐνθάδε τέθνηκε· κοινῆς δὲ παρὰ πάντων εὐχῆς ἐπ' αὐτῇ γενομένης ἀνέζησε, καὶ σὺν τῷ βρέφει ἐσώθη. Ὡς ἐπὶ παραδόξῳ δὲ θεόθεν συμβάντι, ταύτην ἔλαχε τὴν προσηγορίαν ἐξ ἐκείνου ὁ τόπος. Καὶ περὶ μὲν τούτου τοιοῦτος εἰσέτι νῦν φέρεται λόγος. Ὁ δὲ βασιλεὺς, πέμψας πρὸς Δημόφιλον, ἐκέλευσεν αὐτὸν κατὰ τὸ δόγμα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου θρησκεύειν, καὶ τὸν λαὸν εἰς ὁμόνοιαν ἄγειν, ἢ τῶν ἐκκλησιῶν ὑποχωρεῖν. Ὁ δὲ, τὸ πλῆθος συγκαλέσας, τὴν βασιλέως ἐδήλωσε γνώμην· καὶ εἰς τὴν ὑστεραίαν πρὸ τῶν τειχῶν ἐκκλησιάζειν προηγόρευσεν· ἐπεὶ θεῖος, ἔφη, ἐπιτάττει νόμος, *Ἐὰν ὑμᾶς διώκωσιν ἐκ τῆς πόλεως ταύτης, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην*. Τοιάδε προσειπὼν, ἐξ ἐκείνου πρὸ τῆς πόλεως ἐκκλησίαζε· σὺν αὐτῷ δὲ καὶ Λούκιος, ὁ πάλαι πρὸς τῶν Ἀρείου τὴν Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίαν ἐπιτραπείς. Ἐξελαθεὶς γὰρ, ὡς εἴρηται, φυγὰς εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐλθὼν, ἐνθάδε διέτριβεν. Ἀπολιπόντων δὲ τὴν ἐκκλησίαν τῶν ἀμφὶ Δημόφιλον, εἰσελθὼν ὁ βασιλεὺς ηὔξατο. Καὶ τὸ ἐξ ἐκείνου, τοὺς εὐκτηρίους οἴκους κατέσχον οἱ Τριάδα ὁμοούσιον πρεσβεύοντες. Ἔτος δὲ τοῦτο ἦν ἐν ᾧ Γρατιανὸς τὸ πέμπτον, καὶ Θεοδόσιος τὸ πρῶτον ὑπάτευον. Τεσσαρακοστὸν δὲ (89), ἀφ' οὗ τῶν ἐκκλησιῶν ἐκράτησαν οἱ ἀπὸ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως.

A adhuc ecclesiis potiebantur, quibus præerat Demophilus; Gregorius vero Nazianzenus iis præsidebat qui Trinitatem consubstantialem profitebantur. Hic in exigua quadam domo, quæ per quosdam ejusdem fidei homines, tum ipsi, tum iis qui eamdem religionem sequebantur, in ecclesiæ speciem commutata fuerat, collectas agebat. Sequenti vero tempore, præ cæteris regiæ urbis ecclesiis illustris hæc fuit, et nunc quoque est: non solum ob structuræ elegantiam atque amplitudinem, verum etiam ob assiduas quæ ex divini numinis præsentia illic percipiuntur utilitates. Etenim divina vis, tam vigilantibus, quam in somnis, manifestam ibi se exhibens, multis sæpenumero qui vel morbo vel diversis casibus premebantur, suppetias tulit. Cre- B ditur autem hæc esse sacra Virgo Maria Dei mater. Sic enim apparere solet. Porro hanc ecclesiam Anastasiam nominant, ob id, mea quidem sententia, quod Nicænæ synodi doctrina per potentiam hæreticorum oppressa jam, utque ita dicam, intermortua, Gregorii concionibus in eo loco suscitata revixerit; sive, ut ex aliis audivi, qui se verum dicere asseverabant, eo quod dum populus collectas ibi celebraret, mulier quædam prægnans ex superiori porticu delapsa, illico exspiravit. Facta autem ab omnibus oratione super ejus funere, confestim revixit, et una cum fœtu servata est. Ex miraculo igitur quod divinitus illic contigerat, locus hic deinceps appellationem istam sortitus est. Et hujus C quidem rei talis causa exstitisse, multorum sermonibus etiamnum memoratur. Cæterum imperator per internuntios [1] mandavit Demophilo, ut Nicæni concilii fidem sequeretur, et populum ad concordiam revocaret: sin minus, ecclesiis cederet. Qui statim convocata populi multitudine, præceptum imperatoris eis exposuit, et postridie extra urbem se collectas celebraturum pronuntiavit. Quandoquidem, inquit, divina lex jubet: *Si vos persecuti fuerint ex hac urbe, fugite in aliam* [2]. Hæc cum dixisset, populum extra urbem deinceps collegit: et una cum illo Lucius, qui olim ab Arianis Alexandrinæ ecclesiæ episcopus fuerat constitutus. Inde enim expulsus, uti supra retulimus, cum fugisset Constantinopolim, in ea urbe morabatur. D Cum igitur Demophilus una cum suis ecclesia abscessisset, imperator in eam ingressus, Deum oravit. Atque ex eo tempore hi qui Trinitatem consubstantialem profitebantur, ecclesias obtinuerunt. Annus autem hic erat, quo Gratianus quintum et **284** Theodosius primum consulatum gessere: ex quo vero Ariani ecclesias occupaverant, quadragesimus.

[1] Socr. lib. IV, c. 7. [2] Matth. x, 23.

## VALESII ANNOTATIONES.

(89) *Τεσσαρακοστὸν δέ.* Idem quoque testatur Marcellinus Comes in *Chronico: Aug.* v, *et Theodosio primum coss. His consulibus Theodosius Magnus, postquam de Scythicis gentibus triumphavit, expulsis continuo ab orthodoxorum Ecclesia Arianis qui eam per* 40 *ferme annos sub Arianis imperatoribus tenuerant, nostris catholicis orthodoxus restituit imperator mense Decembri.* Ecclesiam Constantinopolitanam obtinuerunt Ariani jam inde a Constantii temporibus, tunc cum Eusebius Nicomediensis episcopus, ejecto Paulo, eam sedem obtinuit. Quod factum esse anno Christi circiter 339, docui in lib. II, cap. 5 *Observationum ecclesiasticarum.* Ab hoc anno usque ad primum consulatum Theodosii, qui fuit anno Christi 380, anni sunt quadraginta, et quod excurrit

Digitized by Google

## CAP. VI.

*De Arianis, et de Eunomio qui tum maxime florebat: et de sancti Amphilochii in loquendo libertate, qua erga imperatorem usus est.*

Ariani tamen, cum adhuc multitudine abundarent ob Constantii ac Valentis imperatorum patrocinium, liberius in unum convenientes, de Deo deque ejus substantia disserebant, et fidei suæ fautoribus quos in palatio habebant, suaserunt ut imperatoris animum tentarent. Sperabant enim perfecturos se id quod conabantur, cum ea quæ principatu Constantii acciderant, considerarent. Id ipsum quoque metum ac sollicitudinem incutiebat Catholicis. Quibus etiam non levis terror ex eo accesserat, quod perpendebant quanta vis esset Eunomii in disputando. Namque hic haud multo antea, ob simultatem quam cum clericis suis Cyzici habuerat Valentis Augusti temporibus, cum ab Arianis sese abrupisset, privatus in Bithynia degebat, ex adverso Constantinopolis: multique ad eum transfretabant. Nonnulli etiam aliunde confluebant, partim ut periculum ejus facerent, partim ut ea quæ dicebat audirent. Cujus rei fama cum ad imperatorem pervenisset, ipse quoque cum eo colloqui jam parabat. Verum imperatrix Flaccilla, impense eum obsecrans repressit. Quæ cum Nicænæ synodi doctrinam fidelissime conservaret, non sine causa verebatur, ne maritus in eo congressu seductus ab Eunomio, in sententiam ejus deflecteret. Dum hæc utrinque ingenti studio agitarentur, episcopi qui Constantinopoli morabantur, palatium ingressi sunt, imperatorem, ut solet, salutaturi. Inter quos senex quidam fuisse dicitur, obscuræ urbis antistes: **285** simplex quidem, nec in civilibus negotiis exercitatus, sed rerum divinarum intelligentia præditus. Ac cæteri quidem episcopi candide admodum ac pie imperatorem salutarunt. Pari modo senex quoque episcopus imperatorem salutavit.

## ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

*Περὶ τῶν Ἀρειανῶν καὶ ἔτι καὶ τοῦ Εὐνομίου ἀκμάζοντος· καὶ περὶ τῆς εἰς βασιλέα παῤῥησίας τοῦ ἁγίου Ἀμφιλοχίου.*

Ἔτι δὲ οὗτοι πλῆθος ὄντες ἐκ τῆς Κωνσταντίου καὶ Οὐάλεντος ῥοπῆς ἀδεέστερον συνιόντες, περὶ Θεοῦ καὶ οὐσίας αὐτοῦ δημοσίᾳ διελέγοντο· καὶ ἀποπειρᾶσθαι τοῦ βασιλέως ἔπειθον τοὺς ὁμόφρονας αὐτοῖς ἐν τοῖς βασιλείοις. Ἡγοῦντο γὰρ ἐπιτεύξεσθαι τῆς ἐπιχειρήσεως, τὰ ἐπὶ Κωνσταντίου συμβάντα σκοποῦντες. Τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ τοῖς ἀπὸ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, φροντίδα καὶ φόβον ἐκίνει. Οὐχ ἥκιστα δὲ περιδεεῖς ἦσαν, λογιζόμενοι τὴν ἐν ταῖς διαλέξεσιν Εὐνομίου δεινότητα. Οὐ πρὸ πολλοῦ γὰρ οὗτος δι' ἣν ἔσχεν ἐν Κυζίκῳ διαφορὰν ἐπὶ τῆς Οὐάλεντος βασιλείας πρὸς τοὺς αὐτοῦ κληρικοὺς, ἀποσχίσας τῶν Ἀρείου καθ' ἑαυτὸν διῆγεν ἐν Βιθυνίᾳ, πέραν Κωνσταντινουπόλεως· καὶ πλῆθος ἐπεραιοῦτο πρὸς αὐτόν· οἱ δὲ καὶ ἄλλοθεν συνῄεσαν· οἱ μὲν, ἀποπειρώμενοι· οἱ δὲ, ὧν λέγει ἀκουσόμενοι. Φήμη δὲ τούτων καὶ εἰς βασιλέα ἦλθε, καὶ συγγενέσθαι αὐτῷ ἕτοιμος ἦν (90)· ἀλλ' ἡ βασιλὶς Πλακίλλα (91) ἐπέσχε, σπουδῇ ἀντιβολοῦσα. Πιστοτάτη γὰρ οὖσα φύλαξ τοῦ δόγματος τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ἔδεισε μὴ, ὡς εἰκὸς, ἐν διαλέξει παραπεισθεὶς ὁ ἀνὴρ, μεταβάλοι εἰς τὴν αὐτοῦ δόξαν. Ἔτι δὲ ἐφ' ἑκάτερα τῆς περὶ ταῦτα σπουδῆς ἀκμαζούσης, λέγεται τῶν ἐνδημούντων ἐπισκόπων τῆς Κωνσταντινουπόλεως παραγενομένων εἰς τὰ βασίλεια, οἷά γε εἰκὸς, ἀσπάσασθαι τὸν κρατοῦντα, ὡς συνῆν αὐτοῖς πρεσβύτης τις (92), ἀσήμου πόλεως ἱερεὺς, ἁπλοῦς καὶ πραγμάτων ἀτριβὴς, περὶ δὲ τὰ θεῖα νοῦν ἔχων. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι γυμνῶς μάλα (93) καὶ εὐσεβῶς τὸν βασιλέα ἠσπάσαντο. Ὁμοίως δὲ τοῦτον προσεῖπε καὶ ὁ πρεσβύτης ἱερεύς. Τῷ δὲ τοῦ βασιλέως παιδὶ συγκαθεζομένῳ τῷ πατρὶ, τὴν ἴσην οὐκ ἀπένειμε τιμήν· ἀλλὰ προσελθὼν, οἷά γε νηπίῳ, Χαῖρε, τέκνον, ἔφη, τῷ δακτύλῳ σαίνων· κινηθεὶς δὲ πρὸς ὀργὴν ὁ βασιλεὺς, καὶ ὡς ἐπὶ ὑβρισμένῳ παιδὶ χαλεπαίνων, ὅτι μὴ τῆς ὁμοίας ἠξίωτο τιμῆς, ἐκβάλ-

## VALESII ANNOTATIONES

(90) *Συγγενέσθαι αὐτῷ ἕτοιμος ἦν*. Adduci non possum ut credam, imperatorem Theodosium Eunomii visendi cupidine unquam flagrasse. Quomodo enim id fieri potest, cum Theodosius initio imperii sui Eunomianos ex urbe regia expulerit, ipsumque Eunomium ex urbe Bithyniæ Chalcedone ubi degebat, Salmuridem Mœsiæ relegaverit, ut docet Philostorgius, qui amicissimus fuit Eunomii. Imposuisse videtur Sozomeno quidam Eunomianus, qui hæc ei de Eunomio narravit.

(91) *Βασιλὶς Πλακίλλα*. De hujus reginæ laudibus Orationem funebrem scripsit Gregorius Nyssenus, quæ hodieque exstat. Dicebatur autem Flaccilla, ut ex veteribus nummis discimus. Unde ex ejus nomine palatium quoddam Constantinopoli dictum est Flaccillianum in regione urbis undecima, ut docet Descriptio urbis Constantinopolitanæ, et Procopius in libro primo *Persicorum*, et auctor *Chronici Alexandrini*. Qui tamen in eo fallitur, quod Flaccillam ait secundam Theodosii uxorem fuisse: Gallam vero priorem. Nam Flaccilla, ut inter omnes constat, prima fuit conjux Theodosii: ex qua tres liberos sustulit; Pulcheriam scilicet, quæ ante matrem mortua est, et Arcadium atque Honorium, ut testatur Gregorius Nyssenus in Oratione jam citata, et in Oratione funebri de laudibus Pulcheriæ. Erat autem Flaccilla filia Antonii, ejus qui consul fuit cum Syagrio, ut didici ex Oratione manuscripta Themistii, quæ inscribitur Gratiarum actio ad Theodosium ob pacem et ob consulatum Saturnini. In ea enim Oratione Theodosium laudat Themistius, eo quod primum quidem propinquis suis et affinibus consulatum dederit, postea vero socerum eo honore afficiendum censuerit. Τὴν γὰρ τοῦ γένους ἀγχιστείαν πρώτην τιμήσας, τὸν πατραδελφὸν λέγω καὶ τὸν κηδεστὴν, etc., ubi πατραδελφὸς est Eucherius qui consul fuit cum Evagrio, κηδεστὴς vero, id est, socer, non alius esse potest quam Antonius, qui consulatum gessit in Oriente, una cum Syagrio Occidentis consule.

(92) *Πρεσβύτης τις*. Nicephorus in libro duodecimo, cap. 9, hunc Amphilochium fuisse dicit Iconiensem episcopum. Verba tamen Sozomeni non conveniunt Amphilochio. Nam neque Amphilochius ignobilis oppidi episcopus fuit, nec mediocri rerum usu præditus; cujusmodi senem illum fuisse Sozomenus scribit.

(93) *Γυμνῶς μάλα*. Nicephorus pro hac voce ἠπίως substituit. At Musculus *delectis capitibus* interpretatus est; pessime, ut apparet.

Digitized by Google

λεσθαι τὸν πρεσβύτην ὑβριστικῶς ἐκέλευσεν. Ὁ δὲ ἐξωστιζόμενος, ἐπιστραφεὶς εἶπεν· Οὕτω δὴ νόμισον ὦ βασιλεῦ, καὶ τὸν οὐράνιον Πατέρα ἀγανακτεῖν πρὸς τοὺς ἀνομοίως τὸν Υἱὸν τιμῶντας, καὶ ἥττονα τολμῶντας ἀποκαλεῖν τοῦ γεννήσαντος. Ἀγασθεὶς δὲ ἐπὶ τῷ εἰρημένῳ ὁ βασιλεὺς, μετεκαλέσατο τὸν ἱερέα, καὶ συγγνώμην ᾔτει, καὶ ἀληθῶς εἰρηκέναι συνωμολόγει. Καὶ ἀσφαλέστερος γενόμενος, οὐ προσίετο τοὺς παρὰ τοῦτο δοξάζοντας. Καὶ τὰς ἐπ' ἀγορᾶς ἔριδας καὶ συνόδους ἀπηγόρευσε· καὶ διαλέγεσθαι τὸν αὐτὸν τρόπον περὶ οὐσίας καὶ φύσεως Θεοῦ, οὐκ ἀκίνδυνον ἐποιεῖτο, νόμον θέμενος περὶ τούτου, καὶ τιμωρίαν ὁρίσας.

A Imperatoris autem filium qui una cum patre residebat, haudquaquam simili honore prosecutus est; sed propius accedens, velut ad puerum: Salve, inquit, fili, eumque digito demulcere cœpit. Tum vero imperator commotus, et tanquam ob injuriam filio factam indignatus, quod non pari, quo ipse, honore affectus fuisset, senem contumeliose expelli jussit. Qui dum exturbaretur, conversus dixit: Pari modo, imperator, cœlestem quoque Patrem succensere iis existima, qui Filium ipsius dispari cultu venerantur, et Genitore suo minorem eum appellare non dubitant. Quod dictum miratus imperator, sacerdotem revocavit, veniamque ab eo petiit, veraque illum dixisse confessus est. Atque exinde cautior factus, eos qui aliter sentirent non admisit. Contentiones quoque et cœtus in foro fieri vetuit.: utque de natura et substantia Dei solito more disputare haudquaquam tutum esset, effecit, lata lege, et pœna in eam rem constituta.

## ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

*Περὶ τῆς δευτέρας ἁγίας οἰκουμενικῆς συνόδου, ὅθεν καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν συνέστη. Καὶ περὶ τῆς παραιτήσεως Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου.*

Ἐν τάχει τε καὶ σύνοδον ἐπισκόπων ὁμοδόξων αὐτῷ συνεκάλεσε [8], βεβαιότητός τε ἕνεκα τῶν ἐν Νικαίᾳ δοξάντων, καὶ χειροτονίας τοῦ μέλλοντος ἐπισκοπεῖν τὸν Κωνσταντινουπόλεως θρόνον. Ὑπολαβὼν δὲ δύνασθαι συνάψαι τῇ καθόλου Ἐκκλησίᾳ τοὺς καλουμένους Μακεδονιανοὺς, ὡς μὴ περὶ μέγα τι διαφερομένους ἐν τῇ κατὰ τὸ δόγμα ζητήσει, συνεκάλεσε καὶ τούτους. Συνῆλθον οὖν, ἐκ μὲν τῶν ὁμοούσιον τὴν Τριάδα δοξαζόντων, ἀμφὶ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα· τῶν δὲ ἀπὸ τῆς Μακεδονίου αἱρέσεως, ἓξ καὶ τριάκοντα, ὧν οἱ πλείους ἐτύγχανον ἐκ τῶν περὶ τὸν Ἑλλήσποντον πόλεων. Ἡγοῦντο δὲ τούτων Ἐλεύσιος ὁ Κυζίκου, C καὶ Μαρκιανὸς ὁ Λαμψάκου· τῶν δὲ ἄλλων Τιμόθεος, ὁ τῶν Ἀλεξανδρέων διέπων θρόνον, οὐ πρὸ πολλοῦ τετελευτηκότα Πέτρον, ἀδελφὸν ὄντα αὐτοῦ διαδεξάμενος· καὶ Μελέτιος ὁ Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος, ἤδη πρώην εἰς Κωνσταντινούπολιν διὰ τὴν Γρηγορίου κατάστασιν ἀφικόμενος· καὶ Κύριλλος ὁ Ἱεροσολύμων, μεταμεληθεὶς τότε, ὅτι πρότερον τὰ Μακεδονίου ἐφρόνει. Σὺν τούτοις δὲ ἦσαν, Ἀσχόλιός τε ὁ Θεσσαλονίκης, καὶ Διόδωρος ὁ Ταρσοῦ, καὶ Ἀκάκιος ὁ Βεροίας. Οἳ δὴ πάντες ἐπαινέται τυγχάνοντες τῆς ἐν Νικαίᾳ βεβαιωθείσης γραφῆς, ἐδέοντο σφίσιν ὁμογνώμονας γενέσθαι τοὺς ἀμφὶ Ἐλεύσιον, ἀναμιμνήσκοντες ὧν τε πρὸς Λιβέριον ἐπρεσβεύσαντο καὶ ὡμολόγησαν διὰ Εὐσταθίου, καὶ Σιλβανοῦ, καὶ Θεοφίλου, ὡς εἴρηται. Ἀλλὰ οἱ μὲν, μήποτε ὁμοούσιον τῷ D Πατρὶ τὸν Υἱὸν δοξάζειν ἀναφανδὸν εἰπόντες, εἰ καὶ ἐναντία ταῖς πρὸς Λιβέριον ὁμολογίαις ἐροῦσιν (94),

## B CAP. VII.

*De secunda universali synodo: unde et quam ob causam congregata sit. Et de spontanea abdicatione Gregorii Theologi.*

Nec multo post, episcoporum communionis suæ synodum convocavit, tum ut Nicæni concilii decreta confirmarentur, tum ut Constantinopolitanæ sedis episcopus constitueretur [1]. Cumque existimaret eos qui Macedoniani dicuntur, Ecclesiæ catholicæ facile adjungi posse, quippe qui in doctrina fidei non magnopere dissiderent, hos etiam cum cæteris evocavit. Ex iis igitur qui Trinitatem consubstantialem profitebantur, convenerunt centum circiter et quinquaginta, ex Macedonianis vero, sex et triginta: quorum plerique erant ex civitatibus circa Hellespontum sitis. Præerant autem istis Eleusius Cyzicenus, et Marcianus Lampsacenus. Cæteris vero Timotheus Alexandrinæ sedis antistes præsidebat, qui paulo antea Petro fratri suo ex hac luce sublato, in episcopatu successerat: et cum eo Meletius episcopus Antiochiæ, qui non ita dudum ordinationis Gregorii causa Constantinopolim advenerat: et Cyrillus episcopus Hierosolymorum, pœnitentia tum ductus quod opinioni Macedonii antehac adhæsisset. Aderant una cum istis Ascholius Thessalonicæ, Diodorus Tarsi, et **286** Acacius Berœæ episcopus. Qui quidem omnes cum fidei formulam in concilio Nicæno conscriptam approbarent, ab his qui cum Eleusio erant contenderunt, ut cum ipsis consentire vellent: revocantes illis in memoriam legationem quam ad Liberium miserant, et sponsionem quam eidem fecerant per Eustathium, Silvanum ac Theophilum,

[1] Socr. lib. v, c. 8.

## VALESII ANNOTATIONES.

(94) *Εἰ καὶ ἐναντία ταῖς πρὸς Λιβέριον ὁμολογίαις ἐροῦσι.* Pro verbo ἐροῦσι Nicephorus posuit εἶπον, quod eumdem habet sensum. Et hanc lectionem secuti videntur interpretes. Nos tamen vulgatam scripturam minime rejiciendam putamus.

## VARIORUM.

[8] *Σύνοδον συνεκάλεσε.* Mense Maio anni 381, inquit Caveus. Cui consentit Ant. Pagi ad eum annum. Vide Socr. lib. v, cap. 8.

Digitized by Google

sicut antea dictum est. Verum illi cum diserte affirmassent, nunquam se consubstantialem Patri Filium asserturos esse, etiamsi contraria iis quæ Liberio polliciti fuerant dicturi essent discesserunt. Et ad eos qui in singulis urbibus opinioni ipsorum adhærebant, litteras scripserunt, ne decretis Nicænæ synodi consentirent. Reliqui vero episcopi qui Constantinopoli remanserant, inter se consultarunt, cuinam potissimum episcopatus ejus urbis committeretur. Etenim aiunt imperatorem quidem, cum Gregorium ob vitam atque doctrinam magnopere miraretur, eum hoc pontificatu dignum censuisse: et plerosque ex episcopis qui concilio intererant, præ reverentia qua Gregorii virtutem prosequebantur, imperatoris judicium comprobasse. Ipsum vero Gregorium, initio quidem Constantinopolitanæ Ecclesiæ administrationem non invitum suscepisse; postea vero cum quosdam antistitem ac præcipue Ægyptios refragari intelligeret, eam recusasse [1]. Ac mihi quidem sapientissimum hunc virum, tum ob alia multa, tum maxime in hoc negotio mirari subit. Nam neque fastu elatus est propter facundiam; nec inanis gloriæ studio ei Ecclesiæ præsidere concupivit, quam pene exstinctam ac mortuam ipse regendam susceperat; sed reposcentibus episcopis depositum reddidit, nihil de multis laboribus suis conquestus, nihil de periculis quæ adversus hæreses decertans subierat. Atqui nulli grave futurum erat, si ipse Constantinopolis episcopus remaneret, cum nullus ibi esset alius. Jam enim Nazianzi alter episcopus fuerat ordinatus. Nihilominus tamen sancta synodus leges majorum, et Ecclesiæ disciplinam studiose servans, id quod dederat, a volente recepit, eximias ejus viri dotes haudquaquam 287 reverita. Porro cum imperator et episcopi tanquam de re maximi momenti consultantes, admodum anxii sollicitique essent, et imperator ipse cohortaretur ut diligens inquisitio fieret optimi atque integer-

A ἀπεδήμησαν. Καὶ τοῖς κατὰ πόλιν ὁμοφρονοῦσιν ἔγραψαν, μὴ συνθέσθαι τοῖς ἐν Νικαίᾳ δεδογμένοις. Οἱ δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει προσμείναντες, ἐβουλεύσαντο τίνι δέοι ἐπιτρέψαι τὴν ἐνθάδε καθέδραν. Λέγεται γὰρ, τὸν βασιλέα μὲν θαυμάζοντα βίου καὶ τῶν λόγων Γρηγόριον, ἄξιον ψηφίσασθαι ταύτης τῆς ἐπισκοπῆς· συναινέσαι δὲ καὶ τοὺς πλείους τῆς συνόδου, αἰδοῖ τῆς αὐτοῦ ἀρετῆς· τὸν δὲ, τὰ μὲν πρῶτα ἑλέσθαι προστατεῖν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησίας· αἰσθόμενον δέ τινας ἀντερεῖν [h], καὶ μάλιστα τοὺς ἐξ Αἰγύπτου, παραιτήσασθαι. Καί μοι (95) τόνδε σοφώτατον ἄνδρα πάντων ἕνεκεν, οὐχ ἥκιστα δὲ τοῦ παρόντος θαυμάζεσθαι. Οὔτε γὰρ ὑπὸ εὐγλωττίας ἐνεπλήσθη τύφου, οὔτε ὑπὸ κενῆς δόξης εἰς ἐπιθυμίαν ἦλθεν ἡγεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας ἣν παρέλαβε, μηκέτι B εἶναι κινδυνεύουσαν. Ἀπαιτοῦσι δὲ τοῖς ἐπισκόποις τὴν παρακαταθήκην ἀπέδωκεν, οὐ τοὺς πολλοὺς ἱδρῶτας μεμψάμενος, ἢ τοὺς κινδύνους οὓς ὑπέστη πρὸς τὰς αἱρέσεις ζυγομαχῶν. Καίτοιγε τὸ λυποῦν οὐδὲν ἦν, μηδενὸς ὄντος, μένειν αὐτὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον. Ἤδη γὰρ καὶ Ναζιανζοῦ ἕτερος ἐπίσκοπος κεχειροτόνητο. Ἀλλ' ὅμως ἡ σύνοδος, καὶ τοὺς πατρίους νόμους καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν τάξιν φυλάττουσα, ὃ δέδωκε, παρ' ἑκόντος ἀπείληφε, μηδὲν αἰδεσθεῖσα τῶν τοῦ ἀνδρὸς πλεονεκτημάτων. Ὡς ἐπὶ μεγίστῳ δὲ πεφροντισμένης βουλῆς τῷ βασιλεῖ καὶ τοῖς ἱερεῦσιν οὔσης, παρεγγυωμένου τε τοῦ κρατοῦντος ἀκριβῆ ποιήσασθαι βάσανον, ὅπως ὅτι μάλιστα καλός τε καὶ ἀγαθὸς εὑρεθείη, ᾧ δεήσει πιστεῦσαι τῆς μεγίστης καὶ βασιλευούσης πόλεως τὴν C ἀρχιερωσύνην, οὐ τὴν αὐτὴν γνώμην εἶχεν ἡ σύνοδος. Ἕκαστοι δέ τινα τῶν αὐτοῖς ἐπιτηδείων ἠξίουν χειροτονεῖν.

[1] Socr. l. v, c. 7.

## VALESII ANNOTATIONES.

(95) *Καί μοι.* Henricus Savilius in margine sui codicis adnotavit deesse hic aliquod verbum. Verum ex Nicephoro facile est illud supplere in hunc modum: Καί μοι ἔπεισι.

## VARIORUM.

[h] *Αἰσθόμενον δέ τινας ἀντερεῖν.* S. Gregorius Nazianzenus, orthodoxorum episcoporum studiis ac suffragiis incitatus, Ecclesiæ Constantinopolitanæ curam in se recepit. Hic aliquandiu docebat in æde sacra perexigua, ad quam postea amplissimum templum adjectum est, Anastasia dicta, quod eo in loco Nicæni concilii fides, hominum improbitate collapsa, revixerit. Diuturnis autem laboribus exantlatis, multos passus Arianorum conflictus, tandem ne Catholicorum quidem effugit invidiam. Ægyptii namque episcopi Maximum, philosophum cynicum, postea Apollinaris præstigiis excæcatum, cujus fuerant corrupti pecuniis, in illius locum tumultuariis suffragiis suffecerunt. Cessisset statim Gregorius, et in optatissimam quietem lubenti animo rediisset, nisi piorum precibus fere invitus detentus fuisset. Quinetiam non multo post Meletius, cæterique episcopi qui ad generale concilium hanc etiam ob causam convocati fuerant, ut Constantinopolitanæ Ecclesiæ, sedatis tumultibus, D pacem conciliarent; cum probe nossent quam legitime Gregorius eam Ecclesiam regendam suscepisset, et quam salutaribus præceptis atque institutis informasset regiam civitatem inter tot hæreticorum procellas fluctuantem; Maximo cynico e sacris ædibus exturbato, ejusque Actis omnibus abrogatis, illum in suscepto regimine confirmarunt. Sed paulo post mortuo Meletio, et a Gregorio Nysseno funebri oratione laudato, cum videret Gregorius furere magis in dies Ægyptios, habita oratione ad CL. Patres, sponte dimissionis libellum petiit, et se episcopali munere abdicavit. Labbei *Historia conciliorum*, ad ann. 381, pag. 916. Ostendit autem Petrus de Marca Damasum PP. Romanum Gregorio non favisse, sed contra ejus translationem scripsisse, quoniam canones vetabant ne quis episcopus de civitate alia in aliam traduceretur. P. de Marca, *De concordia* S. et I., part. II, pag. 55.

Digitized by Google

rimi viri, cui amplissimæ ac regiæ civitatis sacerdotium committeretur: synodi tamen episcoporum nequaquam idem studium futurum fuit. Singuli enim aliquem ex necessariis suis ordinare cupiebant.

## ΚΕΦΑΛ. Η'

*Περὶ τῆς προχειρίσεως Νεκταρίου εἰς τὸν Κωνσταντινουπόλεως θρόνον, καὶ ὅθεν ἦν, καὶ οἷος τὸν τρόπον.*

Ἐν τούτῳ δὲ Νεκτάριός τις Ταρσεὺς τῆς Κιλικίας, τοῦ λαμπροτάτου τάγματος τῆς συγκλήτου, ἐν Κωνσταντινουπόλει διέτριβεν. Ἤδη δὲ παρεσκευασμένος εἰς τὴν πατρίδα ἀπιέναι, παραγίνεται πρὸς Διόδωρον τὸν Ταρσοῦ ἐπίσκοπον, εἴγε βούλοιτο γράφειν ἐπιστολὰς κομισόμενος. Ἔτυχε δὲ τότε διανοούμενος καθ' ἑαυτὸν ὁ Διόδωρος, τίνα χρὴ προβαλέσθαι εἰς τὴν σπουδαζομένην χειροτονίαν. Καὶ ἰδὼν εἰς Νεκτάριον, ἄξιον εἶναι τῆς ἐπισκοπῆς ἐνόμισε· καὶ κατὰ νοῦν εὐθὺς αὐτῷ προσετέθη, πολιάν τ' ἀνδρὸς, καὶ εἶδος ἱεροπρεπὲς, καὶ τὸ προσηνὲς τῶν τρόπων (96). Καὶ ὡς ἐπ' ἄλλο τι ἀγαγὼν αὐτὸν παρὰ τὸν Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον, ἐπῄνει, καὶ σπουδάζειν αὐτῷ παρεκάλει. Ὁ δὲ, ἐπὶ μεμεριμνημένῳ πράγματι, πολλῶν ἐπισημοτάτων ἀνδρῶν ὑποψήφων ὄντων, ἐγέλασε τὴν Διοδώρου ψῆφον. Ὅμως δὲ πρὸς ἑαυτὸν καλέσας Νεκτάριον, περιμένειν βραχύν τινα χρόνον ἐκέλευσεν. Οὐχ εἰς μακρὰν δὲ προστάξαντος τοῦ βασιλέως τοῖς ἱερεῦσιν, ἐγγράψαι χάρτῃ τὰς προσηγορίας ὧν ἕκαστοι δοκιμάζουσιν εἰς τὴν χειροτονίαν ἀξίων, ἑαυτῷ δὲ φυλάξαντος ἐκ πάντων τοῦ ἑνὸς τὴν αἵρεσιν, ἄλλοι μὲν ἄλλους ἐνέγραψαν. Ὁ δὲ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας ἡγούμενος, ἐγγράφει μὲν οὓς ἐβούλετο· ἔσχατον δὲ πάντων προστίθησι Νεκτάριον διὰ τὴν πρὸς Διόδωρον χάριν. Ἀναγνοὺς δὲ ὁ βασιλεὺς τῶν ἐγγραφέντων τὸν κατάλογον, ἔστη ἐπὶ Νεκταρίῳ. Καὶ σύννους γενόμενος, σχολῇ καθ' ἑαυτὸν ἐβουλεύετο, τὸν δάκτυλον ἐπιθεὶς τῇ τελευταίᾳ γραφῇ. Καὶ ἀναδραμὼν εἰς τὴν ἀρχὴν, αὖθις πάντας ἐπανῆλθε, καὶ Νεκτάριον αἱρεῖται. Θαῦμα δὲ πᾶσιν ἐγένετο· καὶ ἐπυνθάνοντο ὅστις εἴη Νεκτάριος οὗτος, καὶ ποδαπὸς τὸ ἐπιτήδευμα, καὶ πόθεν. Μαθόντες δὲ μηδὲ μυστηρίων μετεσχηκέναι τὸν ἄνδρα, ἔτι μᾶλλον ἐθαύμαζον τὸ παράδοξον τῆς τοῦ βασιλέως κρίσεως. Ἠγνόει δὲ τοῦτο, οἶμαι, καὶ Διόδωρος. Οὐ γὰρ ἂν ἐθάῤῥησεν εἰδὼς, ἔτι ἀμυήτῳ δοῦναι ψῆφον ἱερωσύνης. Ἀλλ' οἷα εἰκὸς, νομίσας πολιὸν ὄντα, μὴ καὶ πάλαι μεμυῆσθαι (97). Οὐκ ἀθεεὶ δὲ ταῦτα συνέβαινεν [i]. Ἐπεὶ καὶ βασιλεὺς ἀμύητον αὐτὸν εἶναι μαθὼν, ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἔμεινε γνώμης, πολλῶν ἱερέων ἀντιτεινόν-

A

## CAP. VIII.

*De electione Nectarii episcopi Constantinopolitani: quis et unde et quibus moribus fuerit.*

Eo tempore Nectarius quidam, Tarso Ciliciæ oriundus, vir senatorii ordinis, Constantinopoli degebat [1]. Qui cum in patriam reverti jam pararet, adiit Diodorum episcopum Tarsi, velut laturus epistolas, si quas ille Tarsum scribere voluisset. Forte tum Diodorus secum ipse tacitus agitabat, quisnam potissimum eligendus esset ad eam ordinationem, quæ tanta ambitione celebrabatur. Qui Nectarium conspicatus, eum episcopatu dignum esse censuit, statimque in intimo mentis recessu suffragium suum ei contulit, canitiem viri, vul- B tumque sacerdotio dignum, et morum suavitatem considerans. Itaque tanquam alterius negotii causa, eum ad episcopum Antiochensem deduxit; multisque laudibus prosecutus, oravit episcopum ut illum suffragio suo adjuvaret. Ille vero in tanti momenti negotio, ubi multi illustres viri eligendi proponebantur, Diodori suffragium derisit; nihilominus evocatum ad se Nectarium, aliquantulum temporis opperiri jussit. Haud multo post, cum imperator mandasset episcopis, ut nomina eorum quos quisque episcopatu dignos judicaret, in charta perscriberent, unumque ex omnibus eligendi facultatem sibi ipse reservasset, alii quidem aliorum nomina perscripserunt. Antiochensis autem ecclesiæ antistes scripsit et ipse eos quos voluit: omnium ta- C men postremum adjecit Nectarium in gratiam Diodori. Imperator igitur, perlecto indiculo eorum qui inscripti fuerant, substitit in Nectario. Et intenta mentis acie, secum ipse consultabat, digito in postremum vocabulum impresso. Rursusque ad caput reversus, cum cunctos ordine percurrisset, Nectarium elegit. Tum vero admiratio omnes invasit: quærebantque quis et unde esset Nectarius ille, et quod vitæ genus sectaretur. Cumque didicissent ne sacro quidem lavacro eum initiatum esse, inopinatum principis judicium eo amplius mirabantur. Ignorabat autem istud, ut opinor, etiam Diodorus. Neque enim si id sciisset, ausus esset unquam viro nondum initiato sacerdotii suffragium dare.

[1] Socr., lib. v, c. 8.

## VALESII ANNOTATIONES.

(96) *Καὶ τὸ προσηνὲς τῶν τρόπων.* Ut perfecta sit sententia, addendum est omnino verbum ὁρῶν, aut aliud simile.

(97) *Μὴ καὶ πάλαι μεμυῆσθαι.* Savilius negativam D particulam e suo codice expunxit. Mihi tamen elegantius videtur, si legamus ἤδη καὶ πάλαι, etc. Forte etiam corrigendum est initium hujus periodi hoc modo: Ἀλλ' ἴσως νομίσας ἦν, etc.

## VARIORUM.

[i] *Οὐκ ἀθεεὶ δὲ ταῦτα συνέβαινεν.* Supra ostensum est, ad Sozom., lib. vi, cap. 24, divum Ambrosium in Mediolanensis Ecclesiæ episcopatum, dum adhuc catechumenus esset, suffragante populo, et annuente imperatore, adlectum fuisse, contra canonem apostolicum LXXX, et Nicænum II. Hoc autem singulari Dei providentia contigit. quod et de Nectario hic dicendum est.

Digitized by Google

Sed, ut verisimile est, virum jam canum, pridem baptizatum fuisse existimabat. **288** Verum hæc non sine Dei nutu evenere. Siquidem imperator, postquam eum baptismi expertem esse intellexisset, in eadem sententia permansit, multis licet episcopis refragantibus. Postquam vero universi cesserunt, et imperatoris sententiam suffragio suo comprobarunt, baptizatus est : et adhuc neophyti vestem indutus, communi totius concilii calculo episcopus Constantinopolis renuntiatur. Multi porro crediderunt hæc ita ab imperatore gesta esse, Deo id illi mandante ac præcipiente. Sed utrum id verum sit, necne, certo equidem affirmare non possum. Mihi tamen ipse persuaserim, non sine divina providentia id actum esse, dum et ordinationis illius miraculum considero, et ex iis quæ consecuta sunt animadverto, Deum mansuetissimo et optimo atque honestissimo viro hunc episcopatum conferre voluisse. Et hæc quidem in ordinatione Nectarii ita gesta sunt, ut auditione accepi.

A των. Ἐπεὶ δὲ πάντες εἶξαν, καὶ τῇ ψήφῳ τοῦ κρατοῦντος συνέβησαν, ἐμυήθη. Καὶ τὴν μυστικὴν ἐσθῆτα ἔτι ἠμφιεσμένος, κοινῇ ψήφῳ τῆς συνόδου ἀναγορεύεται Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος. Ταῦτα δὲ οὕτω γενέσθαι πολλοῖς πεπίστευται, τοῦ Θεοῦ χρηματίσαντος τῷ βασιλεῖ· οὐκ ἀκριβῶ δὲ τοῦτο, πότερον ἀληθὲς, ἢ οὔ. Πείθομαί γε μὴν, οὐκ ἐκτὸς θείας ῥοπῆς ἐπιτελεσθῆναι τὸ συμβὰν, καὶ εἰς τὸ παράδοξον τῆς χειροτονίας ἀφορῶν, καὶ ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα σκοπῶν, ὡς ἐπὶ πραότατον καὶ ἀγαθὸν καὶ καλὸν ταυτηνὶ τὴν ἱερωσύνην ὁ Θεὸς ἤγαγε. Καὶ τὰ μὲν ἀμφὶ τὴν Νεκταρίου χειροτονίαν ὧδε ἔσχεν ὡς ἐπυθόμην.

## CAP. IX.

*De his quæ in secunda universali synodo decreta sunt; et de Maximo cynico philosopho.*

Post hæc tam Nectarius ipse, quam reliqui episcopi, in unum convenientes, decreverunt ut Nicæni concilii fides rata permaneret, universæ autem hæreses anathemate damnarentur : utque omnes ubique locorum Ecclesiæ, ex præscripto veterum canonum regerentur; et ut episcopi in propriis manerent ecclesiis, nec temere in extraneas pedem inferrent : neve ordinationibus nihil ad se pertinentibus invocati sese ingererent, sicut antea sæpe contigerat, dum Ecclesia catholica persecutionibus vexaretur; ea vero quæ in singulis provinciis contigissent, synodus cujusque provinciæ pro arbitrio suo ordinaret et constitueret. Præterea ut post episcopum urbis Romæ, Constantinopolitanus habeat honoris prærogativam, utpote qui junioris Romæ episcopatum administret. Jam tum enim urbs illa, non solum hanc appellationem meruerat, et senatum et ordines populi, ac magistratus similiter habebat : verum etiam contractus civium ejus urbis, juxta leges Romanorum qui in Italia sunt judicabantur : juraque **289** omnia et privilegia æqualia seniori Romæ possidebat. Maximum item nec esse nec fuisse unquam episcopum decreve-

## B ΚΕΦΑΛ. Θ'.

*Περὶ ὧν ἡ δευτέρα οἰκουμενικὴ ἐθέσπισε σύνοδος· καὶ περὶ Μαξίμου τοῦ κυνικοῦ φιλοσόφου.*

Μετὰ δὲ ταῦτα συνελθόντες αὐτός τε Νεκτάριος καὶ οἱ ἄλλοι ἱερεῖς, ἐψηφίσαντο τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου κυρίαν μένειν τὴν πίστιν, καὶ πᾶσαν αἵρεσιν ἀποκεκηρύχθαι· διοικεῖσθαι δὲ τὰς πανταχῇ ἐκκλησίας κατὰ τοὺς πάλαι κανόνας· καὶ τοὺς ἐπισκόπους ἐπὶ τῶν ἰδίων μένειν ἐκκλησιῶν, καὶ μὴ εἰκῇ ταῖς ὑπερορίαις ἐπιβαίνειν, μήτε ἀκλήτοις χειροτονίαις (98) μηδὲν αὐτοῖς προσηκούσαις σφᾶς ἐπιβάλλειν, καθὸ πρότερον, ὡς ἔτυχε διωκομένης τῆς καθόλου Ἐκκλησίας, πολλάκις συνέβη. Τὰ δὲ παρ' ἑκάστην συμβαίνοντα, τὴν τοῦ ἔθνους σύνοδον, ὡς ἂν ἄριστα C φανείη, διοικεῖν τε καὶ πράττειν. Μετὰ δὲ τὸν Ῥώμης i, τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον τὰ πρεσβεῖα ἔχειν, ὡς νέας Ῥώμης τὸν θρόνον ἐπιτροπεύοντα. Ἤδη γὰρ οὐ μόνον εἶχε ταύτην τὴν προσηγορίαν ἡ πόλις, καὶ γερουσίᾳ καὶ τάγμασι δήμων καὶ ἀρχαῖς ὁμοίως ἐχρῆτο· ἀλλὰ καὶ τὰ συμβόλαια κατὰ τὰ νόμιμα τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Ῥωμαίων (99) ἐκρίνετο, καὶ τὰ δίκαια καὶ τὰ γέρα περὶ πάντα ἑκατέρᾳ ἰσάζετο. Μάξιμον δὲ, μήτε γεγενῆσθαι ἢ εἶναι ἐπίσκοπον, μήτε κληρικοὺς, τοὺς παρ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας. Καὶ τὰ ἐπ' αὐτῷ ἢ παρ' αὐτοῦ πεπραγμένα, ἄκυρα ἐψηφίσαντο. Τοῦτον γὰρ Ἀλεξανδρέα τὸ γένος

## VALESII ANNOTATIONES.

(98) *Ἀκλήτοις χειροτονίαις.* Scribendum est ἀκλήτους ex Nicephoro, et ex canone secundo concilii Constantinopolitani, qui sic habet : ἀκλήτους δὲ ἐπισκόπους ὑπὲρ διοίκησιν, μὴ ἐπιβαίνειν ἐπὶ χειροτονίᾳ ἢ τισιν ἄλλαις οἰκονομίαις ἐκκλησιαστικαῖς.

(99) *Τὰ συμβόλαια, κατὰ τὰ νόμιμα τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Ῥωμαίων.* Hujus loci emendatio debetur codici Fuketiano. Prius enim legebatur τὰ σύμβολα, quemadmodum legit etiam Nicephorus. Et D Musculus quidem Græcam vocem in versione sua retinuit, ut interdum facere solet. Christophorsonus vero locum ita interpretatus est : *Verum et insignia quoque eadem Romano ritu præferebat.* Hæc interpretatio jure merito displicuit Jacobo Gotofredo in notis ad veterem orbis Descriptionem, cap. 33. Sed ipse aliam affert expositionem multo pejorem. Hæc enim verba Sozomeni exponit de jure Italico urbis Constantinopolitanæ, cujus mentio fit in lege unica, Codice Theodosiano De jure Italico urbis

## VARIORUM.

i *Μετὰ δὲ τὸν Ῥώμης.* — Hujus concilii canon tertius occurrit apud Beveregium his verbis : Τὸν μέντοι Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ῥώμην. *Constantinopolitanus episcopus habeat prioris honoris partes post Romanum episcopum, eo quod sit ipsa nova Roma.* Non est hic canon commentitius (inquit Pagius)

Digitized by Google

ὄντα, κυνικόν τε φιλόσοφον τὸ ἐπιτήδευμα, σπουδαῖον δὲ περὶ τὸ δόγμα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, κλέψαντες τὴν χειροτονίαν, ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως κατέστησαν, οἱ τότε ἐξ Αἰγύπτου (1) συνεληλυθότες. Καὶ τὰ μὲν ὧδε τῇ συνόδῳ ἔδοξε· καὶ ὁ βασιλεὺς ἐπεψηφίσατο· καὶ νόμον ἔθετο, κυρίαν εἶναι τὴν πίστιν τῶν ἐν Νικαίᾳ συνεληλυθότων· παραδοθῆναί τε τὰς πανταχῆ ἐκκλησίας τοῖς ἐν ὑποστάσει τριῶν προσώπων ἰσοτίμων καὶ ἰσοδυνάμων, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὁμολογοῦσι θεότητα Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. Τούτους δὲ εἶναι τοὺς κοινωνοῦντας Νεκταρίῳ ἐν Κωνσταντινουπόλει· ἐν Αἰγύπτῳ δὲ Τιμοθέῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ἀλεξανδρείας· ἐν δὲ ταῖς ἀνὰ τὴν Ἕω ἐκκλησίαις, Διοδώρῳ τῷ Ταρσοῦ, καὶ Πελαγίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Λαοδικείας τῆς Σύρων· παρὰ δὲ Ἀσιανοῖς Ἀμφιλοχίῳ τῷ προϊσταμένῳ τῆς ἐν Ἰκονίῳ ἐκκλησίας· ἐν δὲ ταῖς παρὰ τὸν Πόντον πόλεσιν, ἀπὸ Βιθυνῶν μέχρις Ἀρμενίων, Ἑλλαδίῳ τῷ Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν ἐκκλησίας ἐπισκόπῳ, καὶ

A runt, nec clericos, eos qui ab illo ordinati fuissent. Cuncta denique quæ sub illo aut ab illo acta fuissent, irrita esse statuerunt. Namque hunc, Alexandrinum quidem genere, professione vero philosophum cynicæ sectæ; cæterum Nicænæ fidei defensorem acerrimum, episcopi qui ex Ægypto advenerant, furtiva ordinatione episcopum Constantinopolitanæ urbis sacraverant. Et hæc quidem a synodo constituta sunt in hunc modum: imperator vero ea suffragio suo comprobavit, legemque tulit ut fides eorum qui Nicænæ olim convenerant, rata esset, utque omnibus in locis ecclesiæ iis traderentur, qui in trium personarum subsistentia, honore ac potestate æqualium, unam eamdemque Deitatem confiterentur Patris ac Filii et Spiritus B sancti. Hos autem esse definivit, qui Constantinopoli quidem communicarent cum Nectario: in Ægypto vero cum Timotheo episcopo Alexandriæ: in Orientis autem provinciis eos qui communica-

## VALESII ANNOTATIONES.

Constantinopolitanæ. Porro jus illud Italicum urbis Constantinopolitanæ in eo situm fuisse existimat, ut alias civitates jure Italico donaret, et controversias quæ inter illas ortæ essent, dijudicaret. Quo quidem nihil fingi potest absurdius. Quis enim credat Constantinopolim jus habuisse donandi aliis civitatibus juris Italici? Imperatorum erat donare jus Italicum, ut constat ex plurimis legibus quæ in Digestis leguntur, titulo De censibus. Et ipsa urbs Constantinopolis juris Italici beneficium accepit a Valente, ut constat ex lege unica supra citata. Jus autem illud nihil aliud erat quam immunitas tributorum, tam capitis, quam soli, ut patet ex toto ti- C tulo De censibus. Argumenta vero quibus Gotofredus opinionem suam stabilire conatus est, facile est refellere. Verba enim Juliani in epistolis quas citat, de urbe Roma intelligenda sunt, quam *βασιλεύουσαν πόλιν* appellat, non autem de Constantinopoli. Jam vero locus Harpocrationis et Hesychii, nihil facit ad hunc locum. Nam σύμβολα de quibus illic loquitur Harpocratio et Hesychius, longe aliud erant quam ea de quibus hic agitur: pacta scilicet quæ civitates inter se pactæ erant, constitutis formulis juxta quas jus sibi invicem præberent ac repeterent. Horum συμβόλων crebra fit mentio, tum apud Græcos oratores, Isocratem, Demosthenem in *Oratione de Halonneso*, et *Contra Midiam*; tum apud historicos, Thucydidem, Polybium et Dionysium in Excerptis legationum. Livius in lib. XXXIX, vocat formulam juris exsequendi iis verbis: *De injuriis quas ultro citroque illatas querantur; quomodo inter eas gentes et Macedonas disceptetur, formulam juris exsequendi constituendam esse*. Et in D lib. XLI, Archon Achæus ita loquitur: *Nemo novæ societatis aut novi fœderis, quo nos temere illigemus conscribendi est auctor: sed commercium tantum juris præbendi repetendique sit*. Veteres Latini istud etiam *recuperationem* vocabant, ut docet Festus iis verbis: *Recuperatio est, ut ait Gallus Ælius, cum inter populum et reges, nationesque et civitates peregrinas lex convenit quomodo per reciperatores reddantur res reciperenturque, resque privatas inter se persequantur*. Plura de hoc more olim notavi ad Harpocrationis Lexicon. Sed hæc nihil faciunt ad hunc Sozomeni locum, ut studiosus lector animadvertit. Quare amplector scripturam codicis Fuketiani, qui pro σύμβολα, scriptum habet συμβόλαια. Hic igitur sensus est hujus loci: Urbem Constantinopolitanam in contractibus eodem jure usam esse, quo utebatur urbs Roma. Nam cum antea Byzantium perinde ac cætera municipia, sui legibus uteretur, posteaquam Junior Roma vocata est, jure ac legibus populi Romani uti cœpit, et prærogativa quiritium frui.

(1) *Οἱ τότε ἐξ Αἰγύπτου*. Vide Baronium ad annum Christi 379, ubi hanc illegitimam Maximi ordinationem describit ex Gregorii Nazianzeni iambicis versibus. Et Gregorii quidem fides in dubium revocari non potest. Verum cum Maximum habuerit adversarium, ea tantum attigit quæ causæ suæ favebant. Reliqua vero dicere prætermisit quæ pro Maximi causa facerent. Quæ cum sint etiam a Baronio prætermissa, ea nos hoc loco supplere conabimur. Sciendum igitur est Maximum philosophum, cum a tribus episcopis Ægyptiis, mandante Petro Alexandrino episcopo, ordinatus fuisset episcopus Constantinopoli, litteras illico scripsisse ad episcopos Italiæ, quibus ipsos de ordinatione sua certiores faceret: eisque adjunxisse litteras Petri Alexandrini, ut Alexandrinæ Ecclesiæ se communione sociatum esse ostenderet. Episcopi igitur Italiæ qui Aquileiæ ad concilium congregati erant, lectis Maximi litteris, eum in communionem receperunt, præsertim cum Gregorium Nazianzenum non rite, nec juxta regulas ecclesiasticas episcopum Constantinopoleos factum fuisse crederent. Quin et postea, cum Nectarius in concilio Constantinopolitano ordinatus fuisset episcopus ejusdem urbis, communionem ejus recusarunt, scripseruntque ad imperatorem Theodosium, ut concilium Romæ fieret, in

## VARIORUM.

ut putavit Baronius; cum antiqui omnes codices, et collectiones omnes antiquæ et mediæ ætatis et posteriorum sæculorum illum contineant: ac præterea Socrates lib. V, cap. 8: Sozomenus hic, et Nicephorus lib. XII, cap. 13, conditum illud decretum testentur. Neque hic tertius canon adversatur secundo, quo ex præscripto Nicæni concilii decrevit synodus Constantinopolitana, quibuscunque provinciis jura sua esse servata: quia privilegium legem firmat, ideoque non sequitur aliarum sedium jura convelli, etiamsi æqualibus privilegiis Constantinopolitana exornetur. (Ant. PAGI, *ad ann.* 381, n. 8.)

Digitized by Google

rent cum Diodoro episcopo Tarsi, et **290** Pelagio episcopo Laodiceæ in Syria: in Asiana autem diœcesi cum Amphilochio Iconiensis ecclesiæ antistite: in Pontica vero diœcesi, a Bithynis usque ad Armenios, eos qui communione juncti essent cum Helladio Cæsareæ Cappadocum episcopo, et Gregorio Nysæ et Otreio Melitinæ: in urbibus denique Thraciæ ac Scythiæ, eos qui cum Terentio Tomitano et martyrio Marcianopolis episcopo communicarent. Istos enim tum imperator ipse approbavit, cum eos vidisset et allocutus esset: tum egregia de illis constabat fama, quod ecclesias suas sanctissime gubernarent. His peractis, finitoque concilio, cæteri quidem episcopi ad suas quisque sedes rediere.

A Γρηγορίῳ τῷ Νύσης, καὶ Ὀτρηΐνῳ (2) τῷ Μελιτίνης· ἐν δὲ ταῖς περὶ Θράκην καὶ Σκυθίαν πόλεσι, Τερεντίῳ τῷ Τομέων, καὶ Μαρτυρίῳ τῷ Μαρκιανουπόλεως. Τούτους γὰρ καὶ βασιλεὺς αὐτὸς ἐπῄνεσεν ἰδὼν καὶ συγγενόμενος· καὶ δόξα ἀγαθὴ περὶ αὐτῶν ἐκράτει, ὡς τὰς ἐκκλησίας εὐσεβῶς ἀγόντων. Ἐπεὶ δὲ τάδε ἐγένετο, καὶ ἡ σύνοδος τέλος ἔσχεν, οἱ μὲν ἄλλοι ἕκαστος οἴκαδε ἐπανῆλθον.

## CAP. X.

*De martyrio Cilice, et de translatione reliquiarum Pauli confessoris et Meletii Antiocheni.*

Nectarius vero, Cyriaco Adanorum episcopo præceptore usus, sacerdotale officium condidicit. Diodorum enim Tarsensem episcopum rogaverat, ut iste aliquandiu secum maneret. Sed et alios multos Cilicas pellexit ut secum morarentur, atque inter cæteros Martyrium. Quem cum familiarem haberet ac medicum, et omnium quæ in juventute deliquerat conscium, diaconum ordinare cogitabat. Sed Martyrius nequaquam id fieri passus est, indignum se divino ministerio esse affirmans, ipsumque Nectarium anteactæ vitæ suæ testem esse jubens. Cui Nectarius: Annon ego, inquit, qui nunc sacerdos sum, meam retro vitam multo quam tu, negligentius traduxi, sicut tu ipse testari potes, qui intemperantiæ meæ sæpius ministrasti? Ille subjiciens: At tu, inquit, o beate, percepto recens baptismo mundatus es, et post baptismum sacerdotium accepisti. Horum vero utrumque ad expianda

## ΚΕΦΑΛ. Ι'.

*Περὶ Μαρτυρίου τοῦ Κίλικος, καὶ περὶ τῆς ἀνακομιδῆς τῶν λειψάνων τῶν ἁγίων Παύλου τοῦ ὁμολογητοῦ, καὶ Μελετίου Ἀντιοχείας.*

B Νεκτάριος δὲ, ὑπὸ διδασκάλῳ Κυριακῷ τῷ ἐπισκόπῳ Ἀδάνων, τὴν ἱερατικὴν τάξιν ἐμάνθανε. Τοῦτον γὰρ αὐτῷ συγγενέσθαι ἐπί τινα χρόνον, ᾔτησε Διόδωρον τὸν Ταρσέων ἐπίσκοπον· προὐτρέψατο δὲ καὶ πολλοὺς ἄλλους Κίλικας αὐτῷ συνεῖναι, καὶ Μαρτύριον, ὃν ἐπιτήδειον ἰατρὸν ἔχων καὶ συνίστορα τῶν ἐν νεότητι ἡμαρτημένων αὐτῷ, διάκονον χειροτονεῖν ἐβουλεύετο. Οὐ μὴν ἠνέσχετο Μαρτύριος, ἀνάξιον αὐτὸν εἶναι θείας διακονίας ἰσχυριζόμενος, καὶ τῶν αὐτῷ βεβιωμένων αὐτὸν Νεκτάριον μάρτυρα ποιούμενος. Καὶ ὁ Νεκτάριος, Ἦ οὐκ ἐγὼ, ἔφη, ὁ νῦν ἱερεὺς, ἀμελέστερόν σου πολλῷ τὸν πρότου διετέθην βίον, ὡς καὶ αὐτὸς μαρτυρεῖς, πολλάκις διακονησάμενος ταῖς πολλαῖς ἐμαῖς ἀκολασίαις; Ὁ δὲ, Ἀλλὰ σὺ, ὦ μακάριε, ὑπολαβὼν ἔφη, ἔναγχος βαπτισθεὶς κεκάθαρσαι, καὶ C ἐπὶ τούτῳ ἱερωσύνης ἠξίωσαι. Ἀμφότερα δὲ καθάρσια (3) ἁμαρτημάτων τὸ θεῖον ἐνομοθέτησε. Καί μοι δοκῶ, οὐδὲν διαφέρεις τῶν ἀρτιτόκων βρεφῶν. Ἐγὼ

### VALESII ANNOTATIONES.

quo Nectarii et Maximi causa disceptaretur. Docet hoc epistola quinta episcoporum Italiæ ad Theodosium, quam edidit Jacobus Sirmondus, his verbis: *Namque in concilio nuper, cum Maximus episcopus, Alexandrinæ Ecclesiæ communionem manere secum, lectis Petri sanctæ memoriæ litteris prodidisset, ejusque intra privatas ædes, quia Ariani basilicas adhuc tenebant, se creatum esse mandato, tribus episcopis ordinantibus, dilucida testificatione docuisset*, etc. Sic enim legendus est locus ille, non ut hodie editus est corruptissime: *Secretum esse mandatoribus episcopis*, etc. Baronius quidem Maximum a septem episcopis Ægyptiis ordinatum esse scribit. Sed eum abunde refutavimus in notis ad librum v *Historiæ* Theodoriti, capite 8, ubi nautas pro episcopis a Baronio sumptos esse ostendimus. Initio quidem Damasus ordinationem Maximi improbavit, ut constat ex duabus ejus epistolis ad Ascholium episcopum Thessalonicensem, quæ leguntur in Collectione Romana Lucæ Holstenii. Postea tamen idem Damasus favisse videtur * Maximo. Neque enim concilium episcoporum Italiæ Maximum in communionem suscepisset, aut petiisset, unquam ab imperatore ut synodus Romæ fieret super ejus ordinatione, nisi ex consensu Damasi. Utrum vero Maximus in communionem receptus sit a Damaso, obscurum est.

(2) *Καὶ Ὀτρηΐνῳ*. Scribendum est Ὀτρηΐῳ, ut scribitur in lege tertia Codice Theodosiano De fide catholica, quam legem hic designat Sozomenus.

(3) *Ἀμφότερα δὲ καθάρσια*. Sacramentum ordinis non eamdem purgandi vim habet quam baptismus. Nam baptismus quidem remissionem tribuit peccatorum. Sola fide opus est ut quis gratiam D baptismi percipiat. Sic enim Christus ipse prædixit in Evangelio: *Qui crediderit et baptizatus fuerit, hic salvus erit*. Ordo vero non tribuit remissionem delictorum. Itaque si quis peccatis onustus ad sacramentum ordinis percipiendum accesserit, characterem quidem ipsum recipit sacramenti, gratiam vero sacramenti non recipit propter obstaculum delictorum. Postea tamen si peccata per pœnitentiæ remedium deleta fuerint, character ille menti hominis impressus, gratiam in eo operatur, utpote obice jam remoto: gratia autem sacerdotalis mentem jam peccatis vacuam, scientia præcipue ac sapientia instruit atque illustrat, qua is qui ad sacerdotium evectus est, instruere alios atque illustrare possit.

### VARIORUM.

* Constat Nectarii ordinationem initio non placuisse Damaso. Itaque affirmare possumus Damasum Maximi in Italiam confugium, ut pontificum Italicorum favore fultus, Nectario reprobato. Constantinopolitanam Ecclesiam retinere posset, approbasse. (Petr. de Marca, *De concordia*, etc., part. II, pag. 59)

Digitized by Google

δὲ πάλαι τῆς θείας βαπτίσεως μετασχὼν, τῇ αὐτῇ διετέλεσα βιοτῇ χρώμενος. Καὶ ὁ μὲν τοιάδε λέγων, οὐχ ὑπέστη τὴν χειροτονίαν. Ἐγὼ δὲ καὶ τῆς παραιτήσεως ἐπαινῶ τὸν ἄνδρα, καὶ διὰ τοῦτο, μέρος ἐποιησάμην αὐτὸν ταύτης τῆς γραφῆς. Ὁ δὲ βασιλεὺς, μαθὼν τὰ συμβάντα Παύλῳ τῷ Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπῳ γενομένῳ, μετεκόμισεν αὐτοῦ τὸ σῶμα, καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἔθαψεν, ἣν ᾠκοδόμησε Μακεδόνιος ὁ ἐπιβουλεύσας αὐτῷ· εἰσέτι τε νῦν ἐπώνυμός ἐστιν αὐτῷ, μέγιστος ὢν καὶ ἐπισημότατος ὁ ναὸς οὗτος. Ὃ καὶ πολλοὺς ἀγνοοῦντας τὴν ἀλήθειαν, ὑπονοεῖν ποιεῖ Παῦλον τὸν ἀπόστολον ἐνθάδε κεῖσθαι, μάλιστα δὲ καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τοῦ δήμου τοὺς πλείους. Περὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ τὸ Μελετίου λείψανον ἐκομίσθη εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ παρὰ τὴν θήκην Βαβύλα τοῦ μάρτυρος ἐτάφη. Λέγεται δὲ διὰ πάσης τῆς λεωφόρου κατὰ βασιλέως πρόσταγμα, ἐντὸς τειχῶν εἰς τὰς πόλεις εἰσδεχθῆναι, παρὰ τὸ νενομισμένον Ῥωμαίοις, ἀμοιβαδόν τε ὑπὸ ψαλμῳδίαις ταῖς ἐν ἑκάστῳ τόπῳ τιμώμενον, ἕως Ἀντιοχείας διακομισθῆναι.

A peccata, lege divina constitutum est. Ac mihi quidem videris ipse ab infantibus recens natis nil differre. Ego vero qui jam pridem sacrum baptismum consecutus sum, in eadem qua prius vivendi ratione perseveravi. Atque hic quidem hujusmodi causam allegans, ordinationem detrectavit. Ego vero eum ob istam recusationem magnopere laudo, atque idcirco huic historiæ illum inserui. Porro imperator, cum de iis quæ Paulo quondam Constantinopolis episcopo acciderant certior factus esset, corpus ejus transferendum curavit et in ecclesia sepelivit [1], quam Macedonius ejus persecutor ædificaverat **291**, et quæ hactenus ipsius vocabulo insignita est, ædes maxima atque illustrissima. B Quæ causa est ut multi veritatem rei ignorantes, ac præsertim mulieres, et quamplurimi ex plebe, Paulum apostolum illic conditum esse suspicentur. Per idem tempus Meletii cadaver Antiochiam deportatum, et juxta loculum Babylæ martyris depositum est. Aiunt porro, per totam viam publicam ex imperatoris jussu, cadaver illud intra urbes receptum fuisse, præter morem institutumque Romanorum; et psalmorum cantibus per singula loca alternatim exceptum, honorifice Antiochiam usque deductum fuisse.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

*Περὶ τῆς χειροτονίας Φλαβιανοῦ τοῦ ἐπισκόπου Ἀντιοχείας, καὶ τῶν ἐπὶ ταύτῃ συμβάντων διὰ τὸν ὅρκον.*

Καὶ Μελέτιος μὲν τοιᾶσδε ἠξιώθη ταφῆς. Χειροτονεῖται δὲ ἀντ' αὐτοῦ Φλαβιανὸς παρὰ τοὺς δοθέντας ὅρκους. Ἔτι γὰρ Παυλῖνος τῷ βίῳ περιῆν. Ἐκ τούτου δὲ μεγίστη πάλιν ταραχὴ τὴν Ἀντιοχέων ἐκκλησίαν ἐπέλαβε· καὶ πλεῖστοι σφᾶς ἀπέσχισαν τῆς πρὸς Φλαβιανὸν κοινωνίας, καὶ ὑπὸ Παυλίνῳ ἰδίᾳ ἐκκλησίαζον. Διεφέροντο δὲ τούτου χάριν πρὸς ἀλλήλους καὶ αὐτοὶ ἱερεῖς. Καὶ Αἰγύπτιοι μὲν, καὶ Ἀράβιοι καὶ Κύπριοι, ὡς ἐπὶ ἠδικημένῳ Παυλίνῳ ἠγανάκτουν. Σύροι δὲ, καὶ Παλαιστινοὶ καὶ Φοίνικες, Ἀρμενίων τε καὶ Καππαδοκῶν καὶ Γαλατῶν, καὶ τῶν πρὸς τῷ Πόντῳ οἱ πλείους, τὰ Φλαβιανοῦ ἐφρόνουν. Οὐχ ἥκιστα δὲ ἐχαλέπαινεν ὁ Ῥωμαίων ἐπίσκοπος, καὶ πάντες οἱ πρὸς Ἑσπέραν ἱερεῖς. Καὶ Παυλίνῳ μὲν ὡς ἐπισκόπῳ Ἀντιοχείας τὰς συνήθεις ἔγραφον ἐπιστολὰς, ἃς συνοδικὰς καλοῦσι· πρὸς δὲ Φλαβιανὸν σιωπὴν ἦγον. Καὶ τοὺς ἀμφὶ Διόδωρον τὸν Ταρσοῦ (4), καὶ Ἀκάκιον τὸν Βεροίας, τοὺς αὐτὸν χειροτονήσαντας, ἐν αἰτίᾳ ἐποιοῦντο, καὶ ἀκοινωνήτους εἶχον. Ὥστε δὲ τὰ περὶ τούτων διαγνῶναι, ἔγραψαν

## CAP. XI.

*De ordinatione Flaviani Antiochensis episcopi, et de his quæ propter jusjurandum acciderunt.*

Ac Meletius quidem hujusmodi sepulturam est C consecutus. Flavianus vero ejus loco ordinatus est, contra jurisjurandi fidem [2]. Nam Paulinus adhuc superstes erat. Qua ex re ingens perturbatio Antiochensem ecclesiam iterum occupavit: et plurimi se a communione Flaviani sejunxerunt, ac seorsum sub Paulino collectas celebrarunt. Sed et sacerdotes ipsi, hujus rei causa inter se dissidebant. Et Ægyptii quidem cum Arabicis et Cypriis, Paulini tanquam injuria affecti vicem dolebant. Syri vero et Palæstini ac Phœnices, et ex Armeniis, Cappadocibus, Galatis ac Ponticis plerique, Flaviani partes fovebant. Verum episcopus Romanus et reliqui occidentalium partium sacerdotes non mediocriter indignabantur. Et ad Paulinum quidem tanquam episcopum Antiochiæ, D consuetas scribebant epistolas, quas synodicas appellant. Ad Flavianum vero nullas litteras dabant. Quin et Diodorum Tarsi et Acacium Berœæ episcopos qui illum ordinaverant, in crimen vo-

[1] Socr., lib. v, c. 9. [2] ibid., c. 9-17.

## VALESII ANNOTATIONES.

Scio quidem sacerdotio adnexam esse potestatem dimittendi aliena peccata. Atque hoc sensu sacerdotium vocari posse καθάρσιον τῶν ἁμαρτημάτων. Verum hoc in loco non agitur de alienorum criminum remissione, sed de purgatione ipsius sacerdotis.

(4) *Διόδωρον τὸν Ταρσοῦ.* Non Diodorum tantum et Acacium episcopi occidentales criminabantur, quod Flavianum superstite Paulino ordinarant; verum etiam Nectarium Constantinopolitanum episcopum ejus rei causa insimulabant, quod ejus consensu ac consilio ordinatio illa facta esse diceretur. Itaque Occidentales ipsius Nectarii ordinationem tanquam vitio factam reprehendebant, ut videre est in epistola concilii Italiæ ad imperatorem Theodosium.

Digitized by Google

cabant, et ab eorum communione abstinebant. Itaque ut his de rebus cognosceretur, tum ipsi, tum imperator Gratianus, ad orientales episcopos scripserunt, eos in Occidentem convocantes.

### 292 CAP. XII.

*Quomodo Theodosius omnium religionum sectas unire voluerit. Item de Agelio et Sisinio Novatianis : quid ab illis consilii datum sit. Et quomodo, synodo iterum congregata, solos homoousianos probaverit imperator, eos vero qui aliter sentirent ecclesiis ejecerit.*

Eodem tempore cum Catholici ecclesias occuparent, multis in partibus imperii Romani graves motus contigerunt, obsistentibus videlicet Arianis[1]. Imperator autem Theodosius, exiguo tempore post priorem synodum elapso, sectarum quæ tum temporis maxime vigebant, principes iterum convocavit, ut de iis quorum causa dissidebant, rationem redderent aut acciperent. Sperabat enim perfecturum se, ut omnes inter se consentirent, si communem ipsis disputationem de controversiis fidei proposuisset. Cum igitur convenissent, Merobaude iterum et Saturnino consulibus, quo anno Theodosius Arcadium filium suum imperii consortem sibi adjunxit : imperator evocato ad se Nectario, de futura synodo cum eo communicavit; jussitque ut quæstiones ex quibus natæ erant hæreses, disceptandas proponeret : quo una fieret Ecclesia credentium in Christum, et doctrina fidei concors stabiliretur. Porro Nectarius, domum reversus, cum variis curis angeretur, Agelio Novatianorum episcopo, ut qui eamdem cum ipso fidem teneret, consilium imperatoris aperuit. Agelius vero, utpote qui vitæ sanctimoniam factis ipsis profitebatur, in dicendo vero ac disputando parum erat exercitatus, alterum vice sua proposuit, qui et dispicere quid agendum esset, et disputare, si opus foret, egregie calleret, Sisinium nomine : qui tum quidem lector sub ipso erat : postea vero episcopus ibidem Novatianorum fuit. Virum intelligendi facultate ac dicendi copia præditum : qui sacrorum Librorum expositiones accurate didicerat, et multiplicem habebat notitiam eorum quæ tum ab ethnicis, tum ab ecclesiasticis auctoribus scripta erant. Hic, pro loco ac tempore

[1] Socr. lib. v, c. 10.

A αὐτοί τε καὶ Γρατιανὸς (5) ὁ βασιλεὺς, συγκαλοῦντες εἰς τὴν Δύσιν τοὺς ἀπὸ τῆς Ἀνατολῆς ἐπισκόπους.

### ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

*Ὅτι ἐβουλεύσατο Θεοδόσιος πάσας τὰς αἱρέσεις ἑνῶσαι· καὶ περὶ Ἀγελίου καὶ Σισινίου, τῶν Ναυατιανῶν, τί εἰσηγήσαντο· καὶ ὡς, συνόδου πάλιν γενομένης, μόνους τοὺς τὸ ὁμοούσιον δοξάζοντας ὁ βασιλεὺς ἀπεδέξατο· τοὺς δὲ ἄλλως φρονοῦντας, τῶν ἐκκλησιῶν ἀπήλασε.*

Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, τῶν ἀπὸ τῆς καθόλου Ἐκκλησίας καταλαμβανόντων τοὺς εὐκτηρίους οἴκους, πλεῖσται πολλαχῇ τῆς ὑπηκόου ταραχαὶ συνέβησαν, τῶν ἀπὸ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως ἀνθισταμένων. Θεοδόσιος δὲ ὁ βασιλεὺς, ὀλίγον τῆς προτέρας B συνόδου διαλιπὼν χρόνον, αὖθις τοὺς προεστῶτας τῶν ἀκμαζουσῶν τότε αἱρέσεων συνεκάλεσεν, ἢ πεισθησομένους, ἢ πείσοντας περὶ ὧν διεφέροντο. Ὑπέλαβε γὰρ πάντας ὁμοδόξους ποιῆσαι, εἰ κοινὴν αὐτοῖς διάλεξιν προθείη περὶ τῶν ἀμφιβόλων τοῦ δόγματος. Ἐπεὶ δὲ συνῆλθον· ἔτος δὲ τοῦτο ἦν, ἐν ᾧ Μεροβαύδης τὸ δεύτερον καὶ Σατορνῖνος ὑπάτευον· ἡνίκα δὴ συμβασιλεύειν αὐτῷ τὸν υἱὸν Ἀρκάδιον ἀνηγόρευσε· μετακαλεσάμενος Νεκτάριον, ἐκοινώσατο περὶ τῆς ἐσομένης συνόδου, καὶ τὰ ποιοῦντα τὰς αἱρέσεις ζητήματα εἰς διάλεξιν ἄγειν ἐκέλευσεν· ὅπως μία τῶν εἰς Χριστὸν πιστευόντων Ἐκκλησία γένοιτο, καὶ δόγμα καθ' ὃ θρησκεύειν δεῖ, σύμφωνον. Καθ' ἑαυτὸν δὲ Νεκτάριος ἐν φροντίσι γενό- C μενος, ὡς ὁμόφρονι περὶ τὴν πίστιν, δήλην ἐποίησε τὴν βασιλέως γνώμην Ἀγελίῳ, τῷ προϊσταμένῳ τῆς Ναυατιανῶν ἐκκλησίας. Ὁ δὲ, τὴν ἀρετὴν τοῦ βίου διὰ τῶν ἔργων φέρων, κομψότητος δὲ καὶ τερθρείας λόγων ἀτριβὴς, προεβάλετο ἀντ' αὐτοῦ (6) τὸ πρακτέον ἰδεῖν, διαλεχθῆναί τε εἰ δεήσειεν, ἄνδρα τῶν ὑπ' αὐτὸν ἀναγνωστῶν τότε, Σισίνιον ὀνόματι, ὃς καὶ ὕστερον ἐπετράπη τὴν αὐτὴν ἐπισκοπήν· ἱκανὸν νοῆσαί τε καὶ φράσαι, καὶ τὰς ἐξηγήσεις τῶν ἱερῶν Βίβλων ἀκριβῶς ἐπιστάμενον· καὶ πολυμαθῆ τῶν ἱστορημένων ὑπὸ τῶν παρ' Ἕλλησι καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ φιλοσοφησάντων· ὃς δὴ καὶ τότε δόξας ἄριστα λέγειν, συνεβούλευσεν ἀποφυγεῖν τὰς πρὸς τοὺς ἑτεροδόξους διαλέξεις, ὡς ἔριδος καὶ μάχης αἰτίους. D Πυνθάνεσθαι δὲ αὐτῶν, εἰ προσίενται τοὺς πρὸ τῆς

## VALESII ANNOTATIONES

(5) *Ἔγραψαν αὐτοί τε καὶ Γρατιανός.* Intelligit, ut opinor, epistolam quintam episcoporum Italiæ, cujus supra mentionem feci. In qua epistola episcopi de ea re sic loquuntur : *Scripseramus dudum, ut quoniam Antiochena civitas duos haberet episcopos, Paulinum atque Melitium, quos fidei concinere putabamus, aut inter ipsos pax et concordia salvo ordine ecclesiastico conveniret : aut certe si quis eorum altero superstite decessisset, nulla subrogatio in defuncti locum superstite altero gigneretur*, etc. Intelligunt episcopi Italiæ epistolam secundam Aquileiensis concilii editam a Jacobo Sirmundo : in qua Patres Aquileiensis concilii Theodosium ita alloquuntur : *Oblatas pietati vestræ opinamur preces nostras, quibus juxta partium factum poposcimus, ut, altero decedente, penes superstitem Ecclesiæ permanerent.* Ubi obiter moneo scribendum videri, *juxta partium pactum.* Intelligit enim jusjurandum quo Flavianus et reliqui qui Antiochenum episcopatum ambire posse videbantur, sese obstrinxerant.

(6) *Προεβάλετο ἀντ' αὐτοῦ.* In Fuketiano codice superscriptum est αὐτῆς. Quod, licet corruptum sit, viam tamen nobis commonstravit ad veram hujus loci emendationem. Sic igitur scribendus est hic locus : Προεβάλετο ἀντ' αὐτοῦ εἰς τὸ πρακτέον ἰδεῖν, etc.

Digitized by Google

διαιρέσεως τῆς Ἐκκλησίας, καθηγητὰς καὶ διδασκάλους τῶν ἱερῶν Λόγων γενομένους. Εἰ μὲν γὰρ τούτων, ἔφη, τὰς μαρτυρίας ἀποβάλωσιν, ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐξελαθήσονται. Εἰ δὲ ἱκανοὺς εἰς ἀπόδειξιν τῶν ἀμφιβόλων ἡγήσονται, προΐσχεσθαι δεῖ τὰς αὐτῶν βίβλους. Εὖ γὰρ ᾔδει, ὡς οἱ παλαιοὶ συναΐδιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν εὑρόντες, οὐκ ἐτόλμησαν εἰπεῖν ἔκ τινος ἀρχῆς τὴν γένεσιν αὐτὸν ἔχειν. Ἐπεὶ δὲ τάδε καλῶς ἔχειν καὶ Νεκταρίῳ συνεδόκει, μαθὼν δὲ καὶ βασιλεὺς, ἐπῄνεσε τὴν βουλὴν, ἀπεπειρᾶτο τῶν ἀπὸ τῶν ἄλλων αἱρέσεων, ὅπως ἔχουσι γνώμης περὶ τὰς τῶν παλαιοτέρων ἐξηγήσεις. Τῶν δὲ μάλα θαυμασάντων, ἀναφανδὸν ἐδήλωσεν, εἰ ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις αὐτοῖς καταπαύσουσι τὰς ζητήσεις, καὶ ἀξιοχρέους ἡγοῦνται μάρτυρας τοῦ δόγματος. Διχονοίας δὲ καὶ περὶ τοῦτο συμβάσης τοῖς προεστῶσι τῶν αἱρέσεων, οὐ ταὐτὰ γὰρ ἕκαστοι περὶ τὰς τῶν ἀρχαιοτέρων ἐφρόνουν βίβλους· ἔγνω ὁ βασιλεὺς, ὡς διαλέξεσι μόναις οἰκείων λόγων πεποιθότες, παρῃτοῦντο τὴν πρότασιν. Καὶ τῆς γνώμης αὐτοὺς μεμψάμενος, ἐκέλευσεν ἑκάστην αἵρεσιν γραφὴν αὐτῷ διδόναι τοῦ οἰκείου δόγματος. Ἐπεὶ δὲ ἡμέρα παρῆν, καθ' ἣν ὥριστο τοῦτο ποιεῖν, συνῆλθον εἰς τὰ βασίλεια, ὑπὲρ μὲν τῶν ὁμοούσιον Τριάδα δοξαζόντων, Νεκτάριος καὶ Ἀγέλιος· ὑπὲρ δὲ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως, Δημόφιλος ταύτης προεστώς· τῆς δὲ Εὐνομίου, αὐτὸς Εὐνόμιος· Ἐλεύσιος δὲ ὁ Κυζίκου ἐπίσκοπος, ὑπὲρ τῶν καλουμένων Μακεδονιανῶν. Δεξάμενος δὲ τὴν ἑκάστου γραφὴν, μόνην τὴν ὁμοούσιον Τριάδα εἰσηγουμένην ἐπῄνεσε. Τὰς δὲ ἄλλας, ὡς ἐναντίας διέῤῥηξε. Καὶ Ναυατιανοῖς μὲν οὐδὲν ἐντεῦθεν παρὰ γνώμην ἀπέβη. Ὁμοίως γὰρ τῇ καθόλου Ἐκκλησίᾳ τὰ περὶ Θεοῦ δοξάζουσιν. Οἱ δὲ ἄλλοι πρὸς τοὺς αὐτῶν ἱερέας ἐχαλέπαινον, ὡς ἀμαθῶς σφίσιν ἐναντίους ἐπὶ τοῦ κρατοῦντος γενομένους. Πολλοὶ δὲ καὶ καταγνόντες, πρὸς τὴν ἐπαινεθεῖσαν μετέθεντο. Ὁ δὲ βασιλεὺς νομοθετῶν (7), ἐκέλευσε τοὺς ἑτεροδόξους μήτε ἐκκλησιάζειν, μήτε περὶ πίστεως διδάσκειν, μήτε ἐπισκόπους ἢ ἄλλους χειροτονεῖν· καὶ τοὺς μὲν, πόλεων καὶ ἀγρῶν ἐλαύνεσθαι· τοὺς δὲ, ἀτίμους εἶναι (8), καὶ πολιτείας ὁμοίως μὴ μετέχειν τοῖς ἄλλοις. Καὶ χαλεπὰς τοῖς νόμοις ἐπέγραφε τιμωρίας. Ἀλλ' οὐκ ἐπεξῄει· οὐ γὰρ τιμωρεῖσθαι, ἀλλ' εἰς δέος καθιστᾶν τοὺς ὑπηκόους ἐσπούδαζεν, ὅπως ὁμόφρονες αὐτῷ γένοιντο περὶ τὸ θεῖον. Ἐπεὶ καὶ τοὺς ἑκοντὶ μετατιθεμένους ἐπῄνει.

A rectissime consulere visus, auctor fuit ut fugerent disputationes cum hæreticis, tanquam contentionis ac discidii fomites : interrogarentque potius illos, num admitterent eos doctores atque interpretes sacrarum Scripturarum, qui ante discidium Ecclesiæ vixissent. Etenim, aiebat, si istorum testimonia rejecerint, a suis consortibus explodentur. Si vero illos ad dirimendas controversias idoneos esse arbitrabuntur, proferendi sunt eorum libri. Probe enim norat antiquos qui Filium Patri coæternum credi reperissent, nunquam ausos fuisse dicere, quod generationis suæ aliquod habuisset initium. Cum igitur Nectario id placuisset, et imperator **293** certior factus consilium approbasset, tentare cœpit hæreticorum animos, quidnam B ipsi de veterum interpretationibus sentirent. Qui cum eas magnopere laudassent, imperator apertius ex iis percontatus est, utrum ex illorum dictis controversias decisuri essent, et num illos idoneos doctrinæ testes judicarent. Cum vero hac etiam de re inter sectarum principes orta esset dissensio : neque enim eadem omnes de veterum interpretationibus sentiebant, intellexit imperator illos, opinionum suarum altercationibus confisos, conditionem propositam recusare. Et, damnato illorum consilio, jussit ut unaquæque secta fidei suæ formulam scripto comprehensam ipsi traderet. Postquam dies illuxit quæ huic negotio constituta fuerat, convenerunt in palatium, pro iis quidem C qui Trinitatem consubstantialem profitebantur Nectarius et Agelius : pro Arianis autem, Demophilus ejus sectæ antistes : pro Eunomianis, Eunomius ipse : pro iis vero qui Macedoniani dicuntur, Eleusius episcopus Cyzicenus. Porro, acceptis singulorum libellis, eam solam fidei formulam imperator probavit, quæ Trinitatem consubstantialem assereret; reliquas vero, tanquam huic adversantes discerpsit. Ac Novatianis quidem nihil ex hoc negotio accidit præter sententiam. Idem enim quod Ecclesia catholica de divinitate sentiunt. Cæteri vero episcopis suis succensuerunt, quod coram imperatore, pugnantia secum ipsis atque contraria, imperite dixissent. Multi etiam, damnatis illis, ad eam fidem quæ probata fuerat se D transtulerunt. Cæterum imperator lege lata præcepit, ne hæretici collectas agerent, neve de fide docerent, neve episcopos aut alios ordinarent : utque alii quidem urbibus et agris pellerentur : alii vero notarentur infamia, nec jus æquum civitatis cum reliquis civibus possiderent. Et graves quidem pœnas legibus suis ascripsit : haudquaquam tamen exsecutioni mandavit. Neque enim punire subditos, sed terrere tantummodo studebat, ut idem cum ipso de Divinitate sentirent. Nam et illos laudabat, qui sua sponte converterentur.

## VALESII ANNOTATIONES.

(7) *Ὁ δὲ βασιλεὺς νομοθετῶν.* Intelligit Sozomenus legem sextam, septimam et sequentes quæ habentur in Codice Theodosiano, titulo De hæreticis.

(8) *Τοὺς δὲ, ἀτίμους εἶναι.* Manichæos intelligit. Hi enim præ cæteris infames esse jubentur : ita ut nec testamenti faciendi, nec ex testamento capiendi ullam habeant facultatem, ut ait lex septima codice citato.

Digitized by Google

## CAP. XIII.

*De Maximo tyranno : et de his quæ inter Justinam Augustam et sanctum Ambrosium gesta sunt : et quomodo Gratianus imperator per fraudem interemptus est, et Valentinianus cum matre sua Thessalonicam ad Theodosium confugit.*

Sub idem tempus cum Gratianus bello adversus Alamannos occuparetur, Maximus ex Britanniæ partibus in eum consurrexit, et imperium Romanum in potestatem suam redigere conatus est[1]. Degebat tunc in Italia Valentinianus adhuc adolescens : **294** et rempublicam illic administrabat Probus præfectus prætorio, vir qui consulatus honorem gesserat. Quo quidem tempore Justina imperatoris mater, Arianorum opinioni addicta, Ambrosium Mediolanensem episcopum variis affecit molestiis, et ecclesiarum statum perturbavit, res novas tentans adversus decreta concilii Nicæni, omnique studio in id incumbens, ut fides eorum qui Arimini convenerant prævaleret. Sed cum Ambrosius in contrarium niteretur, mulier id moleste ferens accusavit illum apud filium, tanquam contumelia affecta. Valentinianus autem, eas criminationes veras esse arbitratus, militum copias in ecclesiam immisit, velut matris injuriam ulturus. Qui mox templum expugnare adorti, per vim irruperunt, et Ambrosium inde abstrahentes, confestim in exsilium abducere parabant. Verum plebs Ecclesiæ catholicæ, antistitem suum cingens, militibus sese objecit, mori præoptans, quam episcopum suum deserere. Hanc ob causam Justina graviore adhuc ira exarsit, et conatus suos legis auctoritate munire constituit. Accito igitur Benivolo, qui tunc scriniis memoriæ præsidebat, præcepit ut confestim legem dictaret, qua fides in Ariminensi concilio olim recitata confirmaretur. Quod cum ille facere recusaret (erat enim Catholicæ communionis), eum regina altioris

A

## ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

*Περὶ Μαξίμου τοῦ τυράννου, καὶ περὶ τῶν μεταξὺ τῆς βασιλείας Ἰουστίνου καὶ τοῦ ἁγίου Ἀμβροσίου, καὶ ὡς δόλῳ ἀνῃρέθη ὁ βασιλεὺς Γρατιανός· καὶ Οὐαλεντινιανὸς μετὰ τῆς μητρὸς εἰς Θεοδόσιον ἐν Θεσσαλονίκῃ κατέφυγε.*

Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον ἠσχολημένῳ Γρατιανῷ εἰς τὸν πρὸς Ἀλαμανοὺς πόλεμον, ἐπανέστη Μάξιμος ἐκ τῆς Βρετανίας, καὶ ὑφ' ἑαυτὸν τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ποιήσασθαι ἐσπούδαζεν. Ἐν Ἰταλίᾳ δὲ τότε διέτριβεν Οὐαλεντινιανὸς, ἔτι νέος ὤν· ἐπετέτραπτο δὲ τῶν τῇδε πραγμάτων τὴν διοίκησιν ὕπαρχος ὢν Πρόβος, ὑπατικὸς ἀνήρ. Ἡνίκα δὴ Ἰουστίνα ἡ τοῦ βασιλέως μήτηρ, τὰ Ἀρείου φρονοῦσα, πράγματα παρεῖχεν Ἀμβροσίῳ ἐπισκόπῳ Μεδιολάνων, καὶ τὰς ἐκκλησίας ἐτάραττεν, ἐπιχειροῦσα νεωτερίζειν κατὰ B τῶν ἐν Νικαίᾳ δοξάντων, καὶ περὶ πολλοῦ ποιουμένη κρατεῖν τὴν πίστιν τῶν ἐν Ἀριμίνῳ (9) συνεληλυθότων. Ἐπεὶ δὲ τὸ ἐναντίον ἐσπούδασεν Ἀμβρόσιος, χαλεπήνασα διαβάλλει αὐτὸν πρὸς τὸν υἱὸν, ὡς ὑβρισμένη. Ὑπολαβὼν δὲ Οὐαλεντινιανὸς ἀληθεῖς εἶναι τὰς διαβολὰς, ἅτε δὴ μητρὶ τιμωρῶν, στρατιωτῶν πλῆθος ἐπιπέμπει τῇ ἐκκλησίᾳ. Οἱ δὲ, τῷ ναῷ προσβαλόντες, βίᾳ τῶν θυρῶν ἐντὸς ἐγένοντο, καὶ τὸν Ἀμβρόσιον εἷλκον αὐθωρὸν, εἰς τὴν ὑπερορίαν ἄξοντες. Περιχυθέντες δὲ αὐτῷ τὸ πλῆθος τῆς Ἐκκλησίας, ἀντέσχον τοῖς στρατιώταις· καὶ πρότερον ἔγνωσαν ἀποθανεῖν, ἢ τὸν ἱερέα ὑπεριδεῖν. Ἐκ τούτου τε εἰς μείζονα ὀργὴν Ἰουστίνα ἐξήφθη, καὶ νόμῳ κρατῦναι τὴν ἐγχείρησιν ἐβουλεύετο (10). Μετακαλεσαμένη τοίνυν Μενίβολον τὸν ἐπὶ τοῖς γραμματεῦσι C τῶν θεσμῶν (11) τότε τεταγμένον, ἐκέλευε τὴν ταχίστην τιθέναι νόμον ἐπὶ βεβαιώσει τῆς ἐν Ἀριμίνῳ ἀναγνωσθείσης πίστεως. Ὑποπαραιτούμενον δὲ τὴν πρᾶξιν, ἦν γὰρ τῆς καθόλου Ἐκκλησίας, προὐτρέπετο μείζονος τιμῆς ἐπαγγελίαις δελεάζουσα. Ἀλλ' οὐκ ἔπεισε, περιελὼν δὲ τὴν ζώνην Μενίβολος, πρὸ τῶν ποδῶν τῆς βασιλίδος ἔρριψε, μήτε τῆς οὔσης τιμῆς

[1] Socr., lib. v, c. 11.

## VALESII ANNOTATIONES.

(9) *Κρατεῖν τὴν πίστιν τῶν ἐν Ἀριμίνῳ.* Certe Valentinianus Junior iis qui Ariminensis concilii fidem sequerentur, colligendi in ecclesiis dederat potestatem. Exstat lex ipsa in Codice Theodosiano, titulo *De fide catholica*, quæ sic habet : *Damus copiam colligendi iis qui secundum ea sentiunt quæ temporibus divæ memoriæ Constantii, sacerdotibus convocatis ex omni orbe Romano, expositaque fide ab his ipsis qui dissentire noscuntur, Ariminensi concilio, Constantinopolitano etiam confirmata, in æternum mansura decreta sunt. Conveniendi etiam quibus jussimus patescat arbitrium : scituris his qui sibi tantum existimant colligendi copiam contributam ; quod si turbulentum quidpiam contra nostræ tranquillitatis præcepta faciendum esse putaverint, ut seditionis auctores pacisque turbatæ et læsæ etiam majestatis, capite vel sanguine sint supplicia luituri*, etc. *Datum x Kalend. Febr. Mediolani, Honorio nob. puero et Evodio coss.* Mirari satis non possum, qua ratione factum sit, ut supradicta lex in Codicem Theodosianum irrepserit, quæ manifeste Arianis favet.

(10) *Νόμῳ κρατῦναι τὴν ἐγχείρησιν ἐβουλεύετο.* In codice Fuketiano ad marginem emendatum est eadem manu ἐβούλετο, quod magis placet.

D (11) *Μενίβολον τὸν ἐπὶ τοῖς γραμματεῦσι τῶν θεσμῶν.* Hæc ex Rufini libro undecimo *Historiæ ecclesiasticæ* descripsit Sozomenus. Ex quo discimus Benivolum hunc (sic enim in manuscriptis Rufini codicibus scribitur hoc nomen) fuisse magistrum memoriæ, cui Justina Augusta præcepit, ut legem pro Ariminensis fidei assertoribus dictaret. Ejusdem Benivoli meminit etiam Gaudentius Brixianus, ut jamdudum observatum est a Baronio ad annum Christi 386, quo Honorius et Evodius consules fuere. Porro notandus est hoc loco error Sozomeni, qui hæc omnia a Justina facta esse dicit ante mortem Gratiani Augusti, quæ contigit anno Christi 383, Merobaude et Saturnino coss. Atqui supradicta lex Valentiniani Junioris quam Justina dictari jussit, lata est anno Christi 386, ut supra vidimus. Adde quod nunquam Justina Arianis ecclesias tradere ausa esset superstite Gratiano, quem christianissimum principem fuisse et Ambrosio maxime favisse constat.

Digitized by Google

μήτε μείζονος μεταποιεῖσθαι φήσας ἐπὶ μισθῷ ἀσεβείας. Ἐπεὶ οὖν ἐνέστη μή ποτε τοῦτο διαπράξασθαι, ἕτεροι διηκονήσαντο πρὸς τὴν θέσιν τοῦ τοιούτου νόμου. Παρεκελεύετο δὲ ἀδεῶς συνιέναι τοὺς ὁμοίως δοξάζοντας τοῖς ἐν Ἀριμίνῳ, καὶ μετὰ ταῦτα ἐν Κωνσταντινουπόλει συνεληλυθόσι· τοὺς δὲ ἐμποδὼν γενομένους, ἢ ἐναντία τῷ νόμῳ βασιλέως δεομένους (12), θανάτῳ ζημιοῦσθαι. Ταῦτα σπουδαζούσης τῆς τοῦ βασιλέως μητρὸς, καὶ τὸν νόμον εἰς ἔργον ἄγειν κατεπειγούσης, ἀγγέλλεται δόλῳ Ἀνδραγαθίου, ὃς στρατηγὸς ἦν Μαξίμου, Γρατιανὸν ἀνῃρῆσθαι. Ἐφ' ἁρμαμάξης γὰρ βασιλικῆς ὀχούμενος, ἀπεκρύβη· καὶ ὡς τοῦ βασιλέως εἴη γαμετὴ, τοῖς ἡγουμένοις ἀγγέλλειν ἐκέλευεν. Ἀπερισκέπτως δὲ Γρατιανὸς τὸν τῇδε ποταμὸν διαβὰς, ὡς ἔναγχος γήμας, καὶ νέος ὢν, καὶ ἐρωτικῶς πρὸς τὴν γυναῖκα διατεθεὶς, ὑπὸ προθυμίας τοῦ θεάσασθαι αὐτὴν μηδὲν προϊδόμενος, εἰς τὰς Ἀνδραγαθίου ἐνέπεσε χεῖρας. Καὶ συλληφθεὶς, οὐκ εἰς μακρὰν ἀνῃρέθη, ἔτη μὲν ἀμφὶ τὰ εἰκοσιτέσσαρα γεγονὼς, δέκα δὲ καὶ πέντε βασιλεύσας. Ὡς ἐπιγενομένης δὲ τοσαύτης συμφορᾶς, ἐπαύσατο Ἰουστίνα τῆς κατὰ Ἀμβροσίου ὀργῆς. Ἐν τούτῳ δὲ Μάξιμος πλείστην ἀγείρας στρατιὰν Βρεττανῶν ἀνδρῶν, καὶ τῶν ὁμόρων Γαλατῶν, καὶ Κελτῶν, καὶ τῶν τῇδε ἐθνῶν, ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ᾔει· πρόφασιν μὲν ὡς οὐκ ἀνεξόμενος νεώτερόν τι γενέσθαι περὶ τὴν πάτριον πίστιν, καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν τάξιν. Τὸ δὲ ἀληθὲς, τυράννου δόξης ἑαυτὸν καθαίρων, πρὸς δὲ τὴν βασιλείαν βλέπων, καὶ πραγματευόμενος, εἴ πῃ ἄρα δύναιτο δόξαι νόμῳ, οὐ βίᾳ, τὴν ἀρχὴν Ῥωμαίων ἑαυτῷ περιποιεῖν. Οὐαλεντινιανὸς δὲ ὑπὸ τοῦ καιροῦ βιασθεὶς, ἐδέξατο τὰ σύμβολα τῆς αὐτοῦ βασιλείας. Δείσας δὲ μή τι πάθοι, φεύγων ἐξ Ἰταλίας, εἰς Θεσσαλονίκην ἧκε· σὺν αὐτῷ δὲ καὶ ἡ μήτηρ, καὶ Πρόβος ὁ ὕπαρχος.

A gradus pollicitatione demulcens, cœpit hortari. Nec tamen ei persuadere potuit. Nam Benivolus detractum sibi cingulum ante pedes reginæ abjecit, nec præsentem dignitatem, nec ullam aliam majorem, pro mercede impietatis se velle suscipere affirmans. Cum ergo iste nunquam id se facturum constanter asseveraret, adhibiti sunt qui hanc legem dictarent. Præcipiebat autem ea lex, ut quicunque eamdem fidem tenerent quam ii qui olim Arimini, ac postea Constantinopoli fuerant congregati, libere in ecclesias convenirent : si qui vero obsisterent, aut contraria huic legi postularent, capite plecterentur. Dum imperatoris mater ista molitur, et legem executioni mandare studet, affertur nuntius, Gratianum fraude Andra-B gathii qui comes erat Maximi, interfectum esse. Hic enim, cum imperiali carpento **295** vectus delitesceret, præcursoribus mandaverat ut imperatoris conjugem advenire nuntiarent. Gratianus vero, utpote qui recens uxorem duxerat, et adhuc juvenis ingenti ejus amore flagrabat, ejus videndæ studio, nihil doli suspicatus, fluvium interlabentem improvide transgressus est, atque ita in manus Andragathii incidit. Captusque, haud multo post trucidatur, cum vixisset annos circiter quatuor et viginti, imperasset autem quindecim. Ob tantam igitur calamitatem quæ acciderat, Justina iram adversus Ambrosium abjecit. Interea Maximus, collecto ex Britannia et vicinis Galliis, et C Celtis ac finitimis gentibus numeroso exercitu, in Italiam profectus est : specie quidem, quasi non passurus ut circa fidem majorum et in ecclesiastica disciplina quidquam innovaretur : re autem ipsa ut suspicionem tyrannidis procul a se depelleret; utpote principatum affectans, omnique arte studens ut imperium Romanum non vi, sed jure sibi vindicare videretur. Valentinianus vero necessitate temporum coactus, insignia imperii illius admisit. Sed tamen veritus ne quid mali pateretur, relicta Italia Thessalonicam profugit, una cum matre, et Probo præfecto prætorii.

### ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

*Περὶ τῆς γενέσεως Ὀνωρίου· καὶ ὅτι τῇ Κωνσταντίνου λιπὼν Ἀρκάδιον, εἰς Ἰταλίαν ἔρχεται. Καὶ περὶ τῆς διαδοχῆς τῶν Ναυατιανῶν, καὶ τῶν ἄλλων πατριαρχῶν· καὶ περὶ τοῦ θράσους τῶν Ἀρειανῶν· καὶ ὡς ἀνελὼν τὸν τύραννον Θεοδόσιος, μεγαλοπρεπῆ θρίαμβον ἐν Ῥώμῃ ποιεῖ.*

Ἐν τούτῳ δὲ, παρασκευαζομένῳ Θεοδοσίῳ εἰς τὸν πρὸς Μάξιμον πόλεμον, γίνεται παῖς Ὀνώριος. Ὡς δὲ αὐτῷ τὰ περὶ τὴν στρατιὰν ηὐτρέπιστο, καταλιπὼν ἐν Κωνσταντινουπόλει βασιλεύοντα Ἀρκάδιον τὸν υἱὸν, καταλαμβάνει ἐν Θεσσαλονίκῃ Οὐαλεντινιανόν. Καὶ τοὺς μὲν ἀποσταλέντας παρὰ Μαξίμου πρέσβεις, οὔτε ἀπέπεμπεν εἰς τὸ προφανὲς, οὔτε

### CAP. XIV.

*De ortu Honorii : et quomodo Theodosius, relicto Constantinopoli Arcadio, in Italiam profectus est. Item de successione Novatianorum, et reliquorum patriarcharum : et de Arianorum audacia. Et quomodo Theodosius occiso tyranno magnificum Romæ triumphum egit.*

D Eodem tempore, cum Theodosius adversus Maximum expeditionem pararet, Honorius ei filius nascitur [1]. Tandem vero paratis jam omnibus quæ ad bellum necessaria erant, ipse Constantinopoli excedens, Arcadium Augustum filium suum illic reliquit, ac Thessalonicam profectus, Valentinianum ibi offendit. Et legatos qui a Maximo missi

[1] Socr. lib. v, cap. 12, 13, 14.

### VALESII ANNOTATIONES.

(12) *Ἢ ἐναντία τῷ νόμῳ βασιλέως δεομένους.* Certe ad calcem legis hæc habetur comminatio : *Manente nihilominus eos supplicio, qui contra hanc dispositionem nostram obreptive, aut clanculo supplicare tentaverint.* Quæ verba cum superius omissa sint a nobis, hic consulto retulimus, quia Sozomenus noster ad ea respexit, et interpretes sensum ejus haudquaquam ceperunt.



Digitized by Google

erant, nec repulit aperte, nec admisit, sed assumpto exercitu, in Italiam contendit. Sub idem tempus Agelius Novatianorum apud Constantinopolim episcopus, fato instante, Sisinium unum ex presbyteris suis, successorem sibi designavit. Conquerente autem plebe quod non potius ordinasset Marcianum, virum religionis causa celeberrimum, cum jam melius se habere videretur, Marcianum ordinavit, et populum in ecclesia allocutus est his verbis : Post me Marcianus sit vester episcopus; post illum vero Sisinius. Quæ cum dixisset, haud multo post ex hac vita migravit, per annos quadraginta præsulatu sectæ suæ magna cum laude perfunctus. Nec desunt, qui eum virum persecutionum temporibus confessorem fuisse affirment. Haud multo post Timotheo et Cyrillo ex hac luce sublatis, Alexandrinam quidem sedem Theophilus, Hierosolymitanam vero Joannes suscepit. Constantinopoli quoque, Demophilus Arianæ sectæ episcopus extremum **296** diem obiit. Cujus in locum Marinus quidam ex Thracia est substitutus. Sed cum Dorotheus Antiochia Syriæ advenisset, tanquam magis idoneus, Arianorum sectæ illic præfuit. Interea temporis Theodosio in Italiam ingresso, varii pro cujusque libidine rumores de bello increbuere. Apud Arianos quidem ferebatur, quod multis in prœlio occisis, imperator in tyranni potestatem venisset. Qui non aliter ac si re ipsa completa essent quæ inter se susurrabant, animos sumpserunt : et impetu facto, Nectarii episcopi domum incenderunt, ægre ferentes quod ecclesias obtineret. Verum imperator ex animi sui sententia bellum confecit. Etenim milites Maximi, seu metu bellici apparatus quem Theodosius adversus ipsos contraxerat, seu proditione ducti, tyrannum comprehensum interemerunt. Andragathius vero, is qui Gratianum necaverat, his rebus compertis, armatus ut erat, sese in præfluentem fluvium præcipitavit, atque ita exstinctus est. Hunc in modum finito bello, cum imperator Gratianum, sicuti par erat, ultus, Romam venisset, et una cum Valentiniano insignem triumphum egisset, res quoque ecclesiasticas in Italia recte ordinavit. Commodum enim Justina e vivis excesserat.

προσίετο · ἀναλαβὼν δὲ τοὺς στρατιώτας, ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἐχώρει. Περὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον μέλλων τελευτᾷν Ἀγέλιος ὁ ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν Ναυατιανῶν ἐπίσκοπος, ἐψηφίσατο ἀντ' αὐτοῦ Σισίνιον πρεσβύτερον τῶν ὑπ' αὐτόν. Μεμφομένου δὲ τοῦ πλήθους, ὅτι μὴ Μαρκιανὸν ἐπὶ εὐλαβείᾳ ἐπίσημον, ῥᾷον ἔχειν δόξας, ἐχειροτόνησε Μαρκιανόν · καὶ τῷ λαῷ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ προσεφώνησε, Μετ' ἐμὲ, λέγων, Μαρκιανὸν ἔχετε · μετὰ δὲ τοῦτον, Σισίνιον. Καὶ ὁ μὲν τάδε εἰπὼν, οὐκ εἰς μακρὰν ἐτελεύτησεν, ἐπὶ τεσσαράκοντα ἔτεσιν εὐδοκίμως τῆς οἰκείας αἱρέσεως προστάς. Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ ὁμολογητὴν ἰσχυρίζονται τοῦτον τὸν ἄνδρα ἐν Ἑλληνικοῖς καιροῖς γενέσθαι. Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον, Τιμοθέου καὶ Κυρίλλου τὸν βίον μεταλλαξάντων, διαδέχεται τὸν Ἀλεξανδρέων θρόνον Θεόφιλος· τῶν δὲ Ἱεροσολύμων, Ἰωάννης. Ἐπὶ δὲ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Δημόφιλος ὁ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως ἡγούμενος ἐτελεύτησε. Μαρῖνος δέ τις ἐκ Θρᾴκης μετακληθεὶς, ἐπιτρέπεται τὴν αὐτοῦ διαδοχήν. Ὡς ἐπιτηδειότερος δὲ Δωρόθεος ἐκ τῆς παρὰ Σύροις Ἀντιοχείας ἐλθὼν, προΐστατο τῆς αἱρέσεως. Ἐν τούτῳ δὲ Θεοδοσίου εἰς Ἰταλίαν ἀφικομένου, φῆμαι περὶ τοῦ πολέμου πρὸς τὸ ἑκάστῳ δοκοῦν ἐκράτουν · παρὰ δὲ τοῖς Ἀρειανοῖς, ὡς πολλῶν ἐν τῇ μάχῃ πεσόντων, ὑπὸ τὸν τύραννον ὁ βασιλεὺς ἐγένετο. Καὶ ὡς ἐπιγενομένοις (13) ἤδη οἷς ἐλογοποίουν, ἐθάῤῥησαν· καὶ καταδραμόντες, Νεκταρίου τοῦ ἐπισκόπου τὴν οἰκίαν ἐνέπρησαν, χαλεπαίνοντες, ὅτι τῶν Ἐκκλησιῶν ἐκράτει. Τῷ δὲ βασιλεῖ τὰ περὶ τὸν πόλεμον κατὰ γνώμην ἀπέβη. Οἱ γὰρ ὑπὸ Μαξίμῳ στρατιῶται, ἢ φόβῳ τῆς ἐπ' αὐτοὺς παρασκευῆς, ἢ προδοσίᾳ, συλλαβόμενοι τὸν τύραννον ἀνεῖλον. Ἀνδραγάθιος δὲ ὁ Γρατιανὸν ἀνελὼν, ὡς τάδε ἔγνω, σὺν αὐτοῖς ὅπλοις εἰς ποταμὸν παραῤῥέοντα ἥλατο, καὶ διεφθάρη. Τοῦ δὲ πολέμου τοῦτον διαλυθέντος τὸν τρόπον, ἔπειτα εἰκότα (14) Γρατιανῷ τιμωρήσας, ἧκεν εἰς Ῥώμην καὶ ἐπινίκιον πομπὴν ἅμα Οὐαλεντινιανῷ ἐπετέλεσε, καὶ τὰ περὶ τῆς ἐν Ἰταλίᾳ Ἐκκλησίας εὖ διέθηκε. Συνέβη γὰρ καὶ Ἰουστίναν ἀποθανεῖν.

## CAP. XV.

*De Flaviano et Evagrio Antiochenis episcopis : et de his quæ Alexandriæ gesta sunt in eversione templi Bacchi : et de Serapeo, aliisque idolorum templis destructis*

Per idem tempus mortuo Antiochiæ Paulino, hi qui sub illo in ecclesia congregabantur, Flavianum, utpote qui jurisjurandi sub Meletio præstiti fidem violasset, aversari perseveraverunt, licet in doctri-

## ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

*Ὅτι περὶ Φλαβιανοῦ, καὶ Εὐαγρίου τῶν Ἀντιοχέων · καὶ περὶ τῶν εἰς Ἀλεξάνδρειαν γενομένων ἐπὶ καθαιρέσει τοῦ ἱεροῦ Διονύσου · καὶ περὶ τοῦ Σεραπίου, καὶ τῶν καταστραφέντων ἄλλων εἰδωλικῶν νεῶν.*

Ἐν δὲ τῷ τότε Παυλίνου ἐν Ἀντιοχείᾳ τελευτήσαντος, διέμειναν οἱ ὑπ' αὐτῷ ἐκκλησιάζοντες, ὡς παραβάντα τοὺς ἐπὶ Μελετίου δοθέντας ὅρκους ἀποστρεφόμενοι Φλαβιανὸν, καίπερ οὐδὲν περὶ τὸ δόγμα

## VALESII ANNOTATIONES.

(13) *Καὶ ὡς ἐπιγενομένοις*. Scribendum est procul dubio diductis vocibus ἐπὶ γενομένοις, quo modo etiam Savilius in suo codice emendavit.

(14) *Ἔπειτα εἰκότα*. Hic quoque separanda sunt vocabula hoc modo : Ἐπεὶ τὰ εἰκότα Γρατιανὸν τιμωρήσας, etc. Quam scripturam in versione mea sum secutus. Vulgata certe lectio ferri non potest. Neque enim bello jam finito, Theodosius posthac Gratianum ultus est. Sed in ipso bello cædem Gratiani vindicavit, sumpto de Maximo interfectore Gratiani supplicio.

Digitized by Google

διαφερόμενοι. Καθίσταται δὲ αὐτῶν ἐπίσκοπος Εὐάγριος [k]· τοῦ δὲ, βραχύν τινα χρόνον ἐπιβιώσαντος, οὐκέτι ταύτην τὴν διαδοχὴν ἕτερος ἐπλήρωσε, Φλαβιανοῦ ἀντιπράττοντος. Ἰδίᾳ δὲ ἐκκλησίαζον, ὅσοι τὴν πρὸς αὐτὸν παρῃτοῦντο κοινωνίαν. Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπος τὸ παρ' αὐτοῖς Διονύσου ἱερὸν εἰς ἐκκλησίαν μετεσκεύαζε· δῶρον γὰρ εἰλήφει τοῦτο παρὰ τοῦ βασιλέως αἰτήσας. Καθαιρουμένων δὲ τῶν ἐνθάδε ξοάνων, καὶ τῶν ἀδύτων ἀνακαλυπτομένων, ἐπίτηδες σπουδάζων ἐνυβρίσαι τοῖς Ἑλληνικοῖς μυστηρίοις, ἐξεπόμπευε ταῦτα· καὶ φαλλοὺς, καὶ εἴ τι ἕτερον ἐν τοῖς ἀδύτοις κεκρυμμένον καταγέλαστον ἦν ἢ ἐφαίνετο, δημοσίᾳ ἦγεν εἰς ἐπίδειξιν. Πρὸς δὲ τὸ ἀληθὲς, καὶ τὸ ἀδόκητον (15) τοῦ συμβάντος καταπλαγέντες οἱ Ἕλληνες, ἠρεμεῖν οὐχ ἠνείχοντο· παρασκευασάμενοι δὲ ἐν ἑαυτοῖς κατέδραμον τοὺς Χριστιανούς. Καὶ τοὺς μὲν κτείναντες, τοὺς δὲ τραυματίας ποιήσαντες, καταλαμβάνουσι τὸ Σεράπιον. Ναὸς δὲ οὗτος ἦν κάλλει καὶ μεγέθει ἐμφανέστατος, ἐπὶ γεωλόφου κείμενος. Ἐντεῦθεν ὡς ἀπ' ἄκρας τινὸς ἐξαπιναίως ἐλθόντες, συνέλαβόν τε πολλοὺς Χριστιανῶν, καὶ βασανίζοντες, ἠνάγκαζον θύειν. Παραιτουμένους δὲ, τοὺς μὲν ἀνεσκολόπισαν· τῶν δὲ τὰ σκέλη κατέαξαν· ἄλλους δὲ ἄλλως ἀνῄρουν. Ἐπὶ πολλῷ δὲ χρόνῳ τῆς στάσεως κρατούσης παραγενόμενοι πρὸς αὐτοὺς οἱ ἄρχοντες, νόμων ὑπεμίμνησκον, καὶ παύεσθαι πολέμου παρεκελεύοντο, καὶ τὸ Σεράπιον καταλιμπάνειν. Ἦρχε δὲ τότε τῶν ἐν Αἰγύπτῳ στρατιωτικῶν ταγμάτων Ῥωμανός· Εὐάγριος δὲ ὕπαρχος (16) τῆς Ἀλεξανδρείας ἡγεῖτο. Ὡς δὲ οὐδὲν ἤνυον, ἐμήνυσαν τῷ βασιλεῖ τὰ γενόμενα. Προθυμοτέρους δὲ τοὺς ἐν τῷ Σεραπίῳ παρεσκεύαζεν εἶναι, τὸ συνειδέναι σφίσιν ἃ τετολμήκασιν· ἔπειτα δὲ καὶ Ὀλύμπιός τις ἐν φιλοσόφου σχήματι συνὼν αὐτοῖς, καὶ πείθων χρῆναι μὴ ἀμελεῖν τῶν πατρίων, ἀλλ' εἰ δέοι ὑπὲρ αὐτῶν θνήσκειν· καθαιρουμένων δὲ τῶν ξοάνων, ἀθυμοῦντας ὁρῶν, συνεβούλευε μὴ ἐξίστασθαι τῆς θρησκείας, ὕλην φθαρτὴν καὶ ἰνδάλματα λέγων εἶναι τὰ ἀγάλματα, καὶ διὰ τοῦτο ἀφανισμὸν ὑπομένειν· δυνάμεις δέ τινας ἐνοικῆσαι αὐτοῖς, καὶ εἰς οὐρανὸν ἀποπτῆναι. Καὶ ὁ μὲν, τοιάδε εἰσηγούμενος, καὶ πληθὺν Ἑλλήνων ἔχων περὶ αὐτὸν, ἐν τῷ Σεραπίῳ διέτριβεν. Ὁ

A na fidei nihil ab eo dissentirent [1]. Et Evagrius eorum episcopus est ordinatus. Qui cum exiguo temporis spatio supervixisset, nemo deinceps in ejus locum successit, obsistente videlicet Flaviano. Sed quicunque communionem Flaviani detrectabant, separatim collectas agebant. Eodem tempore Alexandrinæ urbis episcopus templum Bacchi quod illic erat, in ecclesiam commutavit. Illud enim ab imperatore petitum, dono acceperat. Porro dum simulacra ejus loci everterentur, et adyta recluderentur, episcopus sacris paganorum contumeliose studens illudere, ea de **297** industria publicavit ac traduxit. Phallos etiam, et quidquid in adytis occultum aut erat aut videbatur esse ridiculum, publice spectandum proposuit. B Tum vero pagani, et insolito et insperato rei spectaculo commoti, nequaquam quiescere potuerunt, sed conspiratione inter se facta, in Christianos irruerunt; multisque eorum occisis et vulneratis, Serapium occuparunt. Erat hoc templum et venustate et amplitudine nobilissimum, in exiguo colle situm. Ex eo loco, tanquam ex arce quadam, improviso erumpentes, multos Christianorum comprehendebant, et tormentis excruciatos sacrificare cogebant. Si qui vero id facere detrectarent, eos aut in crucem agebant, aut fractis cruribus, aut alio mortis genere perimebant. Porro cum hæc seditio diutius perseveraret, magistratus ad eos progressi leges ipsis in memoriam revocarunt, hortantes ut a bello abstinere et Serapium relinquere C vellent. Erat tunc temporis dux militum in Ægypto Romanus : Evagrius vero, præfectus augustalis erat Alexandriæ. Qui cum nihil proficerent, ea quæ gesta fuerant imperatori significarunt; eos autem qui in Serapio erant, alacriores reddebat et conscientia facinoris illius quod admiserant; et præterea Olympius quidam, qui in habitu philosophico cum ipsis degens, suadebat haudquaquam negligenda esse sacra patria, sed pro illis, si res ita postularet, mortem quoque subeundam esse. Cumque eos ob eversionem simulacrorum despondere animos videret, monebat ne idcirco a religione sua absisterent : asserens statuas mate-

[1] Socr., lib. v, c. 15, 16.

## VALESII ANNOTATIONES.

(15) *Πρὸς δὲ τὸ ἀληθὲς, καὶ τὸ ἀδόκητον.* Non dubito quin scribendum sit πρὸς δὲ τὸ ἄηθες, quam scripturam in versione mea sum secutus. Nam in vulgata lectione nullus est sensus.

(16) *Εὐάγριος δὲ ὕπαρχος.* Hic Evagrius præfectus Augustalis fuit Tatiano et Symmacho coss., D anno Christi 391; eodemque anno Romanus comes rei militaris fuit per Ægyptum, ut docet lex undecima Codice Theodosiano De paganis, sacrificiis et templis. Ejusdem Evagrii et Romani meminit Eunapius in *Vita Ædesii Sophistæ*. Ubi tamen Εὐετίου perperam scribitur pro Εὐαγρίου.

## VARIORUM.

[k] *Καθίσταται δὲ αὐτῶν ἐπίσκοπος Εὐάγριος.* Theodoritus refert Evagrium a solo Paulino ordinatum esse, quod tamen παρὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν θεσμὸν factum monet. (Theodorit. *Hist. eccles.*, lib. v, c. 23.) Hunc tamen Evagrium Romani pontifices Siricius et Innocentius primus, et universi propemodum occidentales pro vero episcopo habuerunt. Socrates autem lib. v, cap. 15; et Sozom., l. vii, cap. 15, tradunt, quod post Paulinum vita functum populus Antiochenus Evagrium χειροτονηθῆναι constituit, adeo ut non sit extra dubium eum a Paulino solo ordinatum fuisse. Hoc tantum certum est, quod si a solo Paulino ordines acceperit, canonice non ordinatus est. Guil. Beveregius, *Annot. in primum canonem Apostolicum, qui præcipit*, Ne quis ordinetur episcopus, nisi a duobus vel tribus episcopis, pag. 10.

Digitized by Google

riam esse corruptioni obnoxiam, nec aliud quam simulacra; ideoque ad nihilum redigi : quasdam autem potestates in illis habitasse, easque in cœlum avolasse. Atque hic quidem talia docens, et turbam circa se habens paganorum, in Serapio morabatur. Imperator vero his rebus compertis, Christianos quidem qui occisi fuerant, beatos pronuntiavit, quippe qui honorem martyrii adepti essent, et pro religione fortiter decertassent. Interfectoribus autem veniam dari præcepit, quo facilius ad Christianam religionem transgrederentur, accepti beneficii reverentia inducti. Verum Alexandrinæ urbis templa, utpote quæ populo seditionis causam præberent, solo æquari jussit. Porro cum litteræ ea de re ab imperatore scriptæ publice recitarentur, aiunt Christianos ingentem clamorem sustulisse, eo quod imperator in ipso statim exordio paganis culpam ascriberet. Atque ob hanc causam metu perculsos eos qui Serapium custodiebant, in fugam se conjecisse : et **298** Christianos eum locum occupasse, et ex eo tempore ad hunc usque diem obtinere. Olympius vero, sicut a quibusdam accepi, non multo antea, nocte intempesta, quæ illum diem quo hæc facta sunt præcessit, quemdam in Serapio Alleluia canentem audivit. Et quoniam foribus occlusis, cunctisque quiescentibus, neminem conspiciebat, sed solam audiebat vocem psalmum illum modulantem, intellexit quid sibi vellet hoc signum. Et omnibus insciis, templo egressus est, cumque navigium forte nactus esset, in Italiam trajecit. Cæterum

A δὲ βασιλεὺς ἀγγελθέντων τῶν γενομένων, τοὺς μὲν ἀναιρεθέντας Χριστιανοὺς ἐμακάριζεν, ὡς μαρτυρίας γερῶν μετασχόντας, καὶ ὑπὲρ τοῦ δόγματος προκινδυνεύσαντας. Τοὺς δὲ ἀνελόντας, συγγνώμης τυχεῖν (17) προσέταξεν, ὡς ἂν ῥᾷστα εἰς Χριστιανισμὸν μεταβάλοιεν, τὴν εὐεργεσίαν αἰδούμενοι· καθαιρεθῆναι δὲ τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ναοὺς, ὡς αἰτίους στάσεως τῷ δήμῳ. Λέγεται δὲ τῶν περὶ τούτων γραφέντων παρὰ βασιλέως εἰς τὸ κοινὸν ἀναγνωσθέντων, μέγα ἀναβοῆσαι Χριστιανοὺς, καθότι εὐθὺς ἐκ προοιμίων ἐν αἰτίᾳ τοὺς Ἑλληνιστὰς ἐποιεῖτο. Ἐντεῦθεν δὲ εἰς δέος ἐμπεσόντας τοὺς τὸ Σεράπιον φυλάσσοντας, εἰς φυγὴν τραπῆναι· καταλαβόντας δὲ τὸν τόπον τοὺς Χριστιανοὺς, ἐξ ἐκείνου κατασχεῖν. Ὁ δὲ Ὀλύμπιος (18), ὡς ἐπυθόμην, οὐ πολλῷ πρότερον, B ἀωρὶ τῆς νυκτὸς μεθ' ἣν ταῦτα ἐπιγενομένης ἡμέρας συνέβη, ἐπήκουσέ τινος ἐν τῷ Σεραπίῳ Ἀλληλούϊα ψάλλοντος. Ἐπεὶ δὲ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ ἡσυχίας οὔσης, οὐδένα καθεώρα, φωνῆς δὲ μόνης ἤκουε τὸν αὐτὸν ψαλμὸν μελῳδούσης, ἔγνω τὸ σύμβολον. Καὶ λαθὼν πάντας, ἔξεισι τοῦ Σεραπίου, καὶ πλοίου τυχὼν, εἰς Ἰταλίαν ἀνήχθη. Φασὶ δὲ τοῦ ναοῦ τούτου τότε καθαιρουμένου, τινὰ τῶν καλουμένων ἱερογλυφικῶν (19) χαρακτήρων, σταυροῦ σημείῳ ἐμφερεῖς ἐγκεχαραγμένοις τοῖς λίθοις ἀναφανῆναι. Παρ' ἐπιστημόνων δὲ τὰ τοιάδε, ἑρμηνευθεῖσαν σημᾶναι ταύτην τὴν γραφὴν, ζωὴν ἐπερχομένην· τοῦτο δὲ, πρόφασιν Χριστιανισμοῦ πολλοῖς γενέσθαι τῶν Ἑλληνιστῶν, καθότι καὶ γράμματα ἕτερα τοῦτο τὸ ἱερὸν τέλος ἕξειν ἐδήλου, ἡνίκα οὗτος ὁ χαρακτὴρ C φανῇ. Τὸ μὲν δὴ Σεράπιον ὧδε ἥλω, καὶ μετ' οὐ

## VALESII ANNOTATIONES.

(17) *Τοὺς δὲ ἀνελόντας συγγνώμης τυχεῖν.* Notanda sunt verba Rufini, ex quo ista desumpsit Sozomenus : *Ille qui ingenita mentis clementia errantes mallet emendare quam perdere, rescribit illorum quidem vindictam, quos ante aras sanguis effusus martyres effecit, non esse poscendam : in quibus dolorem interitus superavit gloria meritorum.* Idem sentit quoque beatus Augustinus, martyrum cædem gladio vindicandam non esse, *ne passiones servorum Dei, quæ debent esse in Ecclesia gloriosæ, inimicorum sanguine dehonestentur.* Verba ejus hæc sunt in epistola 158 *Ad Marcellinum*. Ubi addit etiam in causa clericorum Anaunensium qui occisi a gentilibus ut martyres colebantur, imperatorem rogatum, ne illi qui eos occiderant et capti jam tenebantur, pœna simili punirentur, facile id concessisse. Ejusdem moris illustre exemplum habes infra in cap. 15, ubi agit de cæde Marcelli episcopi Apamenorum.

(18) *Ὁ δὲ Ὀλύμπιος.* Quæ sequuntur, auditione tantum se accepisse testatur Sozomenus. Certe non leguntur apud Rufinum, ex quo reliqua mutuatus est Sozomenus quæ habet de Olympio philosopho, sive Olympo, ut vocat Rufinus et Suidas in voce Ὄλυμπος. Ubi luculentum affert fragmentum de hoc Olympo ex *Historia Romana* Eunapii Sardiani, ut ex stylo conjicere licet. Ὄλυμπος, inquit, ἀδελφὸς Γενερώσης, ὃς ἧκεν ἀπὸ τῆς Κιλικίας εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐπὶ τὴν θεραπείαν τοῦ Σαρπηδόνος. Scribe meo periculo τοῦ Σαράπιδος. Admonendus tamen est lector, duos hic Olympos philosophos a Suida confundi : quorum alter vixit sub Theodosio; alter Zenonis Augusti temporibus. De hoc posteriore locus est Damascii in Isidori Vita, qui priore loco citatur a Suida. De priore autem Olympo locus Eunapii subjicitur ab eodem Suida.

(19) *Τινὰ τῶν ἱερογλυφικῶν.* Scribendum omnino est τινάς. Sequitur enim σταυροῦ σημείῳ ἐμφερεῖς. Quanquam in Fuketiano codice scriptum D inveni ἐμφερές, mendose ut apparet. Mox scribendum est procul dubio ἐγκεχαραγμένους τοῖς λίθοις. Quod confirmat Socrates in capite 17 lib. v. Uterque porro hæc de crucis signo inter hieroglyphicas litteras reperto, hausisse videtur ex Rufino. Rufinus tamen aperte non dicit, repertum tunc esse crucis signum inter illas sacras litteras, cum Serapidis templum destrueretur; sed id tantum habet in cap. 29 : *Quod cum factum fuisse hi qui superfuerant ex paganis viderent, in recordationem rei magnæ ex traditione sibimet antiquitus commendata venisse perhibentur. Signum hoc nostrum Dominicæ crucis, inter illas quas dicunt* ἱερατικάς, id est, *sacerdotales litteras, habere Ægyptii dicuntur, velut unum ex cæteris litterarum quæ apud illos sunt, elementis. Cujus litteræ seu vocabuli hanc esse interpretationem : vita ventura.* Porro hæ sacerdotales litteræ apud Canopum docebantur a sacerdotibus, ut scribit idem Rufinus in cap. 26.

Digitized by Google

πολὺ εἰς ἐκκλησίαν μετεσκευάσθη, Ἀρκαδίου τοῦ A βασιλέως ἐπώνυμον. Εἰσέτι δὲ κατὰ πόλεις τινὰς προθύμως ὑπερεμάχοντο τῶν ναῶν οἱ Ἑλληνισταί· παρὰ μὲν Ἀραβίοις, Πετραῖοι καὶ Ἀρεοπολῖται (20)· παρὰ δὲ Παλαιστινοῖς, Ῥαφιῶται καὶ Γαζαῖοι· παρὰ δὲ Φοίνιξιν, οἱ τὴν Ἡλιούπολιν οἰκοῦντες. Σύρων δὲ μάλιστα οἱ τοῦ ναοῦ Ἀπαμείας τῆς πρὸς τῷ Ἀξίῳ ποταμῷ· οὓς ἐπυθόμην ἐπὶ φυλακῇ τῶν παρ' αὐτοῖς ναῶν, συμμαχίαις χρῆσασθαι πολλάκις Γαλιλαίων ἀνδρῶν, καὶ τῶν περὶ τὸν Λίβανον κωμῶν. Τὸ δὲ τελευταῖον ἐπὶ τοσοῦτον προελθεῖν τόλμης, ὡς Μάρκελλον τὸν τῇδε ἐπίσκοπον ἀνελεῖν. Λογισάμενος γὰρ ὡς οὐκ ἄλλως αὐτοῖς ῥᾴδιον μετατεθῆναι τῆς προτέρας θρησκείας, τοὺς ἀνὰ τὴν πόλιν καὶ τὰς κώμας ναοὺς κατεστρέψατο. Πυθόμενος δὲ μέγιστον εἶναι ναὸν ἐν τῷ Αὐλῶνι, B κλῖμα δὲ τοῦτο τῆς Ἀπαμέων χώρας, στρατιώτας τινὰς καὶ μονομάχους παραλαβὼν, ἐπὶ τοῦτο ᾔει. Πλησίον δὲ γενόμενος, ἔξω βελῶν περιέμενεν. Ἦν γὰρ ποδαλγός· καὶ οὔτε μάχεσθαι, οὔτε διώκειν ἢ φεύγειν ἠδύνατο. Ἠσχολημένων δὲ τῶν στρατιωτῶν καὶ μονομάχων περὶ τὸ ἑλεῖν τὸν ναὸν, μαθόντες αὐτόν τινες τῶν Ἑλληνιστῶν μεμονῶσθαι, καθ' ὃ μέρος ἐλεύθερον ἦν μάχης τὸ χωρίον, ἐξῆλθον, ἐξαπίνης τε ἐπιστάντες, συνέλαβον αὐτὸν, καὶ πυρᾷ ἐμβαλόντες ἀνεῖλον. Καὶ πρὸς τὸ παρὸν ἔλαθον. Ἐπεὶ δὲ τῷ χρόνῳ ἐφωράθησαν, οἱ μὲν Μαρκέλλου παῖδες τιμωρεῖν τῷ πατρὶ ἐσπούδαζον· ἡ δὲ ἀνὰ τὸ ἔθνος σύνοδος διεκώλυσε, μὴ δίκαιον νομίσασα τοιαύτης τελευτῆς τιμωρίαν λαμβάνειν, ἐφ' ᾗ προσῆκε χάριν C ὁμολογεῖν τὸν ὧδε θανόντα, καὶ γένος αὐτοῦ καὶ φίλους, ὡς ὑπὲρ Θεοῦ ἀποθανεῖν ἠξιωμένου· καὶ τὰ μὲν οὕτως ἔσχεν.

dum hoc templum everteretur, aiunt litteras quasdam quas hieroglyphicas appellant, signo crucis similes, lapidibus incisas apparuisse [1]: quas cum viri earum rerum periti interpretarentur, significare dixerunt vitam venturam. Atque ob hanc causam multos paganorum ad Christianam religionem conversos esse dicunt, cum aliæ quoque litteræ significarent, templum illud tunc destructum iri, cum hæc nota cruci similis apparuisset. Et Serapium quidem hoc modo captum atque expugnatum, nec multo post in ecclesiam Arcadio imperatori cognominem immutatum est. Adhuc tamen in aliquot urbibus, pagani pro templis suis acriter dimicabant.: in Arabia quidem Petræi et Areopolitæ: in Palæstina Raphienses et Gazæi: in Phœnice vero Heliopolitæ. Apud Syros denique, cives urbis Apameæ quæ ad Axium fluvium sita est: quos quidem accepi, ad tutelam templorum suorum sæpenumero usos esse præsidio Galilæorum, et rusticorum hominum ex vicis qui sunt circa Libanum: tandemque eo audaciæ prorupisse, ut Marcellum ejus loci episcopum interfecerint. Nam cum hic intelligeret illos non aliter a priori superstitione facile converti posse, fana quæ in urbe et in pagis erant subvertit. Cumque audiisset maximum templum esse in Aulone qui tractus est regionis Apamenorum, assumptis secum militibus et gladiatoribus, eo perrexit. Et cum propius accessisset, ipse quidem extra telorum jactum remansit. Erat enim pedibus æger, et neque pugnare, nec persequi aut fugere poterat. Militibus vero et gladiatoribus in expugnatione templi occupatis, **299** quidam ex paganis eum illic solum relictum esse cum cognovissent, qua parte locus pugna vacabat egressi sunt, et ex improviso supervenientes, eum corripiunt, injectumque in rogum interficiunt. Et in præsenti quidem, quinam fuissent auctores cædis, latuit. Postquam vero processu temporis detecti sunt, filii quidem Marcelli mortem patris ulcisci cupiebant. Verum provinciæ synodus id prohibuit, æquum non esse censens eam ulcisci mortem, ob quam gratias Deo agere oporteret, tum ipsum mortuum, tum filios ejus atque amicos: quippe qui dignus habitus esset qui pro Deo moreretur. Atque hæc quidem ita gesta sunt.

## ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

*Ὅπως καὶ δι' ἣν αἰτίαν ἀνεπαύθη ὁ ἐν Ἐκκλησίᾳ τῶν μετανοούντων πρεσβύτερος· καὶ ἐξεργασία περὶ τρόπου μετανοίας.*

Ἐν τούτῳ δὲ, τῶν ἐπὶ τῶν μετανοούντων τεταγμένον πρεσβύτερον οὐκέτι συνεχώρησεν εἶναι πρῶτος D Νεκτάριος, ὁ τὴν ἐκκλησίαν Κωνσταντινουπόλεως ἐπιτροπεύων. Ἐπηκολούθησαν δὲ σχεδὸν οἱ πανταχοῦ ἐπίσκοποι. Τοῦτο δὲ τί ποτέ ἐστι, ἢ πόθεν ἤρξατο, ἢ κατὰ ποίαν αἰτίαν ἐπαύσατο, ἄλλοι μὲν ἴσως ἄλλως

## CAP. XVI.

*Quomodo et ob quam causam sublatus est in Ecclesia presbyter, qui pœnitentibus præerat: et narratio de modo ac ratione pœnitentiæ.*

Per idem tempus Nectarius Constantinopolitanus episcopus presbyterum illum qui præpositus erat pœnitentibus, primus ex ecclesia sustulit [2]. Cujus exemplum omnes fere episcopi postea sunt secuti. Quid autem hoc sit, et unde originem sumpserit, et quam ob causam sublatum sit, alii quidem aliter

[1] Socr., lib. v, c. 17. [2] ibid. c. 19.

## VALESII ANNOTATIONES.

(20) *Ἀρεοπολῖται.* Hunc locum correxi ex codice Fuketiano, in quo scriptum est Ἀρεοπολῖται. Hujus urbis meminit Hieronymus in libro *De locis Hebraicis*, ita scribens: *Moab ab uno filiorum Loth, qui vocabatur Moab, civitas Arabiæ, quæ nunc Areopolis dicitur, sic vocata est, cujus et supra meminimus.* Idem habet Eusebius Pamphilus in libro De locis quem edidit Bonfrerius. Meminit etiam hujus oppidi Hieronymus in caput XV Isaiæ his verbis: *Audivi quemdam Areopolitam; sed et omnis civitas testis est, motu terræ magno in mea infantia, quando totius orbis littus transgressa sunt maria, eadem nocte muros illius corruisse.* Erat autem in hac urbe præsidium equitum Maurorum Illyricianorum, ut docet Notitia imperii Romani.

Digitized by Google

fortasse narrant. Ego vero ea dicam quæ sentio. A Cum in nullo penitus peccare divinioris cujusdam naturæ sit, et humana præstantioris; pœnitentibus vero, etiamsi sæpius deliquerint, veniam dare Deus præceperit: cumque in petenda venia peccatum necessario confiteri oporteat: grave ac molestum ab initio jure merito visum est sacerdotibus, tanquam in theatro, circumstante totius Ecclesiæ multitudine, crimina sua evulgare. Itaque ex presbyteris aliquem qui vitæ integritate spectatissimus esset, et taciturnitate ac prudentia polleret, huic officio præfecerunt: ad quem accedentes ii qui deliquerant, actus suos confitebantur. Ille vero pro cujusque delicto, quid aut facere singulos, aut luere oporteret, pœnæ loco indicens, B absolvebat confitentes, a se ipsis pœnas criminum exacturos. Verum Novatianis quidem qui nullam rationem habent pœnitentiæ, nihil hac re opus fuit. Apud reliquas autem sectas, hic mos etiamnum perseverat. Et in Occidentalibus Ecclesiis, ac præcipue in Ecclesia Romana studiose observatur.
**300** Illic enim in propatulo est pœnitentium locus: in quo illi stant mœsti ac veluti lugentes. Peractisque jam missarum solemnibus, exclusi a

λέγουσιν. Ἐγὼ δὲ ὡς οἶμαι ἀφηγήσομαι. Ἐπεὶ γὰρ τὸ μὴ παντελῶς ἁμαρτεῖν, θειοτέρας ἢ κατὰ ἄνθρωπον ἐδεῖτο φύσεως, μεταμελουμένοις δὲ καὶ πολλάκις ἁμαρτάνουσι συγγνώμην νέμειν ὁ Θεὸς παρεκελεύσατο, ἐν τῷ παραιτεῖσθαι (21) συνομολογεῖν τὴν ἁμαρτίαν χρεῶν, φορτικὸν (22), ὡς εἰκὸς, ἐξ ἀρχῆς τοῖς ἱερεῦσιν ἔδοξεν, ὡς ἐν θεάτρῳ ὑπὸ μάρτυρι τῷ πλήθει τῆς Ἐκκλησίας, τὰς ἁμαρτίας ἐξαγγέλλειν· πρεσβύτερον δὲ τῶν ἄριστα πολιτευομένων, ἐχέμυθόν τε καὶ ἔμφρονα, ἐπὶ τοῦτο τετάχασιν. Ὧ δὴ προσιόντες οἱ ἡμαρτηκότες, τὰ βεβιωμένα ὡμολόγουν· ὁ δὲ, πρὸς τὴν ἑκάστου ἁμαρτίαν, ὅ τι χρὴ ποιῆσαι ἢ ἐκτίσαι ἐπιτίμιον θεὶς, ἀπέλυε, παρὰ σφῶν αὐτῶν τὴν δίκην εἰσπραξαμένους (23). Ἀλλὰ Ναυατιανοῖς μὲν, οἷς οὐ λόγος μετανοίας, οὐδὲν τούτου ἐδέησεν. Ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσιν, εἰς ἔτι νῦν τοῦτο κρατεῖ. Ἐπιμελῶς δὲ καὶ ἐν ταῖς κατὰ Δύσιν Ἐκκλησίαις (24) φυλάττεται, καὶ μάλιστα ἐν τῇ Ῥωμαίων. Ἐνθάδε γὰρ ἔκδηλός ἐστιν ὁ τόπος (25) τῶν ἐν μετανοίᾳ ὄντων· ἑστᾶσι δὲ κατηφεῖς, καὶ οἱονεὶ πενθοῦντες. Ἤδη δὲ πληρωθείσης τῆς τοῦ Θεοῦ λειτουργίας, μὴ μετασχόντες ὧν μύσταις θέμις, σὺν οἰμωγῇ καὶ ὀδυρμῷ πρηνεῖς ἐπὶ γῆς ῥίπτουσι σφᾶς. Ἀντιπρόσωπος δὲ δεδακρυμένος ὁ ἐπίσκοπος προσδραμὼν, ὁμοίως ἐπὶ

## VALESII ANNOTATIONES.

(21) *Ἐν τῷ παραιτεῖσθαι.* Epiphanius Scholasticus hunc locum ita vertit: *Qui vero confiteri refugiunt, majus peccatorum onus acquirunt.* Christophorsonus vero sic interpretatus est: *Et ad impetrandam veniam peccata confiteri necessarium sit.* C Quam versionem secutus est etiam Bellarminus. Musculus vero Epiphanii versionem secutus, sic transtulit: *Et illis qui peccata sua confiteri detrectant, delicta, ut credibile est, aggravantur.* Verum hæc Epiphanii et Musculi interpretatio ferri non potest, quippe quæ sit contra mentem Sozomeni. Sic enim interpretantur, quasi prisci illi Ecclesiæ sacerdotes initio decreverint, ut fideles peccata sua palam velut in theatro cunctis astantibus, confiterentur. Atqui plane contrarium dicit Sozomenus, idque jure merito. Nunquam enim Ecclesia, utpote bona ac prudens mater, hujusmodi quidpiam filiis suis imperavit. Restat ergo interpretatio Christophorsoni, haud penitus reprehendenda. Illud tamen probare non possum, quod verba illa ἐν τῷ παραιτεῖσθαι vertit *ad impetrandam veniam:* cum potius ita vertere debuisset, *in deprecando*, vel *in petenda venia.* Idem tamen utrobique sensus est.

(22) *Χρεῶν φορτικόν.* Assentior Christophorsono et Savilio, qui post vocem χρεῶν subdistinctionem apposuerunt. Nam nisi ita distinguamus, nullus esse poterit hujus loci sensus. Quod cum non vidisset Nicephorus, hunc Sozomeni locum interpolavit hoc modo: Ἡμῖν δὲ τῇ παραβάσει καθάπαξ κληρωσαμένοις τὸ πλημμελεῖν, συγγνώμην κελεύει Θεὸς μεταμέλῳ ἀναλόγῳ χρωμένοις τῷ παραιτεῖσθαι τοῦ λοιποῦ συνομολογεῖν τὸ ἁμάρτημα, etc. Quæ Langus ita vertit: *Nos autem qui per trangressionem peccandi hæreditatem adivimus, peccatorum veniam eis concedere Deus jussit, qui legitima et convenienti pœnitentia usi, deinceps simul peccatum et aversantur et confitentur.*

(23) *Εἰσπραξαμένους.* Scribendum est procul dubio εἰσπραξομένους.

(24) *Ἐν ταῖς κατὰ Δύσιν Ἐκκλησίαις.* Ex hoc loco colligitur existimasse Sozomenum, in Occidentalis imperii partibus usu receptum fuisse, ut presbyter quidam ab episcopo constitutus præesset pœnitentibus. Hunc enim morem permansisse ait in Occidente, etiam post constitutionem Nectarii. Nusquam tamen, quod quidem sciam, hujus presbyteri fit mentio, nec in conciliis et canonibus, nec in libris aut epistolis ecclesiasticorum scriptorum qui in Occidente olim vixerunt; nec in Vitis episcoporum, aliisve antiquitatis monumentis. Sed et quod Sozomenus subjicit de urbe Roma, contrarium videtur ostendere. Illic enim non presbyter ab episcopo constitutus, sed episcopus ipse pœnitentium curam gerebat, ut testatur ipse Sozomenus; eisque tempus præscribebat quo pœnitentiam agere deberent, et orationem pro illis faciebat, teste ibidem Sozomeno. Nullus ergo pœnitentiarius presbyter tunc erat in Ecclesia Romana: idque adhuc apertius declarat Sozomenus paulo infra. Postquam enim ritum Ecclesiæ Romanæ exposuit, qui ætate ipsius adhuc perseverabat, hæc subjungit: Τάδε μὲν ἀρχῆθεν οἱ Ῥωμαίων ἱερεῖς ἄχρι καὶ εἰς ἡμᾶς φυλάττουσιν· ἐν δὲ τῇ ἐν Κωνσταντίνου πόλει Ἐκκλησίᾳ ὁ ἐπὶ τῶν μετανοούντων τεταγμένος D πρεσβύτερος, etc. Eadem etiam consuetudo in Mediolanensi Ecclesia fuisse videtur, ut scilicet episcopus per se ipse pœnitentiæ ritum omnem administraret. Certe Paulinus in Vita B. Ambrosii id testatur, ita scribens: *Erat enim gaudens cum gaudentibus, et flens cum flentibus. Siquidem quotiescunque aliquis illi ob percipiendam pœnitentiam lapsus suos* (in manuscripto *lapsum suum*) *confessus esset, ita flebat, ut et illum flere compelleret. Videbatur enim sibi cum jacente jacere. Causas autem criminum quas illi confitebantur, nulli nisi Domino soli, apud quem intercedebat, loquebatur.*

(25) *Ἔκδηλός ἐστιν ὁ τόπος.* Hieronymus in Epitaphio Fabiolæ: *Quis hoc crederet*, inquit, *ut post mortem secundi viri, ad semetipsam reversa, saccum indueret; ut errorem publice fateretur; et in basilica Laterani qui quondam Cæsario truncatus est gladio, staret in ordine pœnitentium, episcopo, presbyteris, et omni populo collacrymantibus,*

Digitized by Google

τοῦ ἐδάφους πίπτει (26)· σὺν ὀλολυγῇ (27) καὶ τὸ πᾶν τῆς Ἐκκλησίας πλῆθος δακρύων ἐμπίπλαται. Τὸ μετὰ τοῦτο δὲ, πρῶτος ὁ ἐπίσκοπος ἐξανίσταται, καὶ τοὺς κειμένους ἀνίστησι· καὶ ᾗ προσῆκεν ὑπὲρ ἡμαρτηκότων μεταμελουμένων εὐξάμενος, ἀποπέμπει. Καθ' ἑαυτὸν δὲ ἑκοντὶ ταλαιπωρούμενος ἕκαστος, ἢ νηστείαις, ἢ ἀλουσίαις, ἢ ἐδεσμάτων ἀποχῇ, ἢ ἑτέροις οἷς προστέτακται, περιμένει τὸν χρόνον, εἰς ὅσον αὐτῷ τέταχεν ὁ ἐπίσκοπος. Τῇ δὲ προθεσμίᾳ, ὥσπερ τι ὄφλημα διαλύσας τὴν τιμωρίαν, τῆς ἁμαρτίας ἀνίεται (28), καὶ μετὰ τοῦ λαοῦ ἐκκλησιάζει. Τάδε μὲν ἀρχῆθεν οἱ Ῥωμαίων ἱερεῖς ἄχρι καὶ εἰς ἡμᾶς φυλάττουσιν. Ἐν δὲ τῇ Κωνσταντινουπόλει Ἐκκλησίᾳ, ὁ ἐπὶ τῶν μετανοούντων τεταγμένος πρεσβύτερος ἐπολιτεύετο. Εἰσότε δὴ γυνή τις τῶν εὐπατριδῶν, ἐπὶ ἁμαρτίαις αἷς προσήγγειλε, προσταχθεῖσα παρὰ τούτου τοῦ πρεσβυτέρου νηστεύειν, καὶ τὸν Θεὸν ἱκετεύειν, τούτου χάριν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διατρίβουσα, ἐκπεπορνεῦσθαι παρ' ἀνδρὸς διακόνου κατεμήνυσεν. Ἐφ' ᾧ τὸ πλῆθος μαθὸν, ἐχαλέπαινεν ὡς τῆς ἐκκλησίας ὑβρισμένης. Μεγίστη δὲ διαβολὴ τοὺς ἱερωμένους εἶχεν. Ἀπορῶν δὲ ὅ τι χρήσαιτο τῷ συμβεβηκότι Νεκτάριος, ἀφείλετο τῆς διακονίας τὸν ἡταιρηκότα. Συμβουλευσάντων δέ τινων συγχωρεῖν ἕκαστον, ὡς ἂν ἑαυτῷ συνειδείη καὶ θαῤῥεῖν δύναιτο, κοινωνεῖν τῶν μυστηρίων, ἔπαυσε τὸν ἐπὶ τῆς μετανοίας πρεσβύτερον. Καὶ ἐξ ἐκείνου τοῦτο κρατοῦν διέμεινεν· ἤδη τῆς ἀρχαιότητος, οἶμαι, καὶ τῆς κατ' αὐτὴν σεμνότητος καὶ ἀκριβείας, εἰς ἀδιάφορον καὶ ἠμελημένον ἦθος κατὰ μικρὸν διολισθαίνειν ἀρξαμένης. Ἐπεὶ πρότερον, ὡς ἡγοῦμαι, μείω τὰ ἁμαρτήματα ἦν, ὑπό τε αἰδοῦς τῶν ἐξαγγελλόντων τὰς σφῶν αὐτῶν πλημμελείας, καὶ ὑπὸ ἀκριβείας τῶν ἐπὶ τούτῳ τεταγμένων κριτῶν. Ἐκ ταύτης δὲ τῆς αἰτίας συμβάλλω, καὶ Θεοδόσιον τὸν βασιλέα προνοούμενον τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν εὐκλείας τε καὶ σεμνότητος νομοθετῆσαι τὰς γυναῖκας (29), εἰ μὴ παῖδας ἔχοιεν, καὶ ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γένοιντο, διακονίαν Θεοῦ μὴ ἐπιτρέπεσθαι [1], καὶ τὸ ἀποστόλου

A communione sacrorum quæ initiatis præberi mos est, cum gemitu ac lamentis pronos se in terram abjiciunt. Tum episcopus cum lacrymis ex adverso occurrens, pariter ipse humi provolvitur : et universa Ecclesiæ multitudo simul conlitens, lacrymis perfunditur. Posthæc vero primus exsurgit episcopus, ac prostratos erigit : factaque, ut decet, precatione pro peccatoribus pœnitentiam agentibus, eos dimittit. Privatim autem unusquisque sua sponte se macerans, aut jejuniis, aut illuvie, aut ciborum abstinentia, vel aliis quibus jussus est modis, tempus quantumcunque ipsi ab episcopo constitutum est, exspectat. Ubi vero præstitutus dies advenit, tanquam debito quodam persoluto, a pœna commissi sceleris liberatur, et reliquo Ec-B clesiæ populo sociatur. Hæc episcopi urbis Romæ, jam inde ab ultima vetustate ad nostram usque ætatem custodiunt. In Constantinopolitana autem Ecclesia, certus presbyter constitutus erat qui pœnitentibus præesset. Donec matrona quædam nobilis, ob peccata quæ confessa fuerat, jussa ab hoc presbytero jejunare, ac Deum suppliciter orare; dum hujus rei causa in ecclesia moraretur, a diacono se stupratam esse prodidit. Quo cognito, plebs omnis vehementer succensuit, eo quod contumelia illata esset ecclesiæ: nec mediocri probro expositi erant sacri ordinis viri. Nectarius vero, cum diu multumque dubitasset quidnam in hoc negotio agendum esset, eum qui stu-C prum admiserat, diaconatu exuit. Cumque nonnulli consilium ei dedissent, ut unicuique, prout sibi conscius esset, ac fiduciam sui haberet, ad sacrorum mysteriorum communionem accedendi liberam faceret potestatem, presbyterum qui agendæ pœnitentiæ præpositus erat, abolevit. Atque ex eo tempore id firmum ac stabile **301** permansit; vetustate, eique adjuncta gravitate ac severitate, jam tum, ut opinor, in laxam ac dissolutam vivendi rationem paulatim delapsa. Nam antea, ut

## VALESII ANNOTATIONES.

(26) *Ὁμοίως ἐπὶ τοῦ ἐδάφους πίπτει.* Hic mos erat Ecclesiæ Romanæ, ut episcopus sese humi prosterneret coram pœnitentibus, tunc cum pœnitentiam dabat. Postea vero, quando eos reconciliabat, similiter se prosternebat, ut docet *Ordo Romanus*, in Cœna Domini. Qui liber licet multo recentior sit quam Sozomenus, plurima tamen servat vestigia antiquitatis illius quam refert Sozomenus. Primo enim quod ait Sozomenus, episcopum ex adverso pœnitentium occurrere, id diserte dicit *Ordo Romanus* his verbis : *Tunc egreditur pœnitens de loco ubi pœnitentiam gessit, ut gremio præsentetur Ecclesiæ. Sedente autem pontifice pro foribus ecclesiæ, pœnitentibus in atrio ecclesiæ eminus cum archidiacono jussum illius præstolantibus : antequam eos offerat, postulat archidiaconus his verbis.* Ubi obiter notabis, singulos pœnitentes seorsum domi pœnitentiam egisse, id quod etiam a Sozomeno hic dicitur. De gemitu quoque totius Ecclesiæ ita scribit Ordo Romanus : *Hic ergo dum ad pœnitudinis actionem tantis excitatur exemplis, sub conspectu ingemiscentis Ecclesiæ, venerabilis pontifex protestatur et dicit : Iniquitates meas ego cognosco*, etc.

(27) *Σὺν ὀλολυγῇ.* Magis placet scriptura co-D dicis Fuketiani, συνομολογεῖ, etc. Deesse tamen videtur particula conjunctiva.

(28) *Διαλύσας τὴν τιμωρίαν τῆς ἁμαρτίας ἀνίεται.* In codice Fuketiano post vocem τιμωρίαν apposita est virgula. Eamdem quoque interpunctionem confirmat Nicephorus in libro duodecimo, cap. 28.

(29) *Νομοθετῆσαι τὰς γυναῖκας.* Intelligit legem 27 Codicis Theodosiani, De episcopis et clericis, quæ sic habet : *Nulla nisi emensis sexaginta annis, cui votiva domi proles sit, secundum præceptum Apostoli, ad diaconissarum consortium transferatur*, etc.

## VARIORUM.

[1] *Διακονίαν Θεοῦ μὴ ἐπιτρέπεσθαι.* Justinianus, Novell. 123, cap. 13, præcipit diaconissam non ordinari in sancta Ecclesia, quæ minor est annorum quadraginta, aut ad secundas nuptias venerit. De ordinatione seu benedictione diaconissarum, deque variis et multiplicibus earum ministeriis, multa profert ex antiquis Patribus Joannes Morinus, *De sacris ordinationibus*, part. III, pag. 147, 149.

Digitized by Google

equidem existimo, minora erant peccata, tum ob verecundiam eorum qui sua ipsi delicta enuntiabant, tum ob severitatem judicum qui ad id erant constituti. Atque hac de causa arbitror Theodosium imperatorem, cum Ecclesiarum honestati et existimationi prospiceret, lege lata cavisse, ne mulieres ad sacrum ministerium admitterentur, nisi liberos haberent, et sexagesimum ætatis annum implessent, juxta expressum mandatum apostoli Pauli [1] : utque feminæ quæ comam totondissent, arcerentur ab Ecclesia : episcopi vero qui eas admittere ausi essent, sacerdotio privarentur.

Παύλου ῥητὸν πρόσταγμα. Τὰς δὲ κειρομένας (30) τὰς κεφαλὰς, ἀπελαύνεσθαι τῶν Ἐκκλησιῶν· τοὺς δὲ ταύτας προσιεμένους ἐπισκόπους, ἀφαιρεῖσθαι τῆς ἐπισκοπῆς.

## CAP. XVII.

*Quomodo Theodosius Eunomium in exsilium misit : et de Theophronio Eunomii successore. Item de Eutychio et Dorotheo, deque eorum opinionibus : et de iis qui Psathuriani dicuntur. Et quomodo Arianorum hæresis in diversas factiones divisa est ; et ii qui Constantinopoli erant Ariani, magis inter se uniti sunt.*

Verum de his unusquisque pro arbitrio suo judicet [2]. Porro imperator Eunomium eo tempore in exsilium misit. Adhuc enim ille Constantinopoli degens, in suburbanis, aut in privatis domibus, conventus ecclesiasticos seorsum agebat, et libros a se conscriptos recitabat, multosque in sententiam suam pertrahebat : adeo ut brevi temporis spatio ingens esset numerus eorum, qui hæresim nominis illius sequebantur. Verum ille paulo post quam in exsilium missus fuisset, fato functus, sepulturam in patria sua sortitus est. Vicus hic erat Cappadocum, nomine Dacora, situs in territorio Cæsareæ, ad Argæum montem. Theophronius vero, et ipse Cappadox, qui ab Eunomio in eadem doctrina fuerat institutus, opiniones ejus postea defendit. Qui cum in Aristotelis philosophia mediocriter exercitatus esset, introductionem ad percipienda illorum argumenta **302** accommodatam conscripsit, cui titulum fecit De exercitatione mentis. Cæterum in absurdas disputationes delapsus, in iisdem cum præceptore suo opinionibus permanere haudquaquam dignatus est. Nam curiosius disserens, ex verbis quæ leguntur in sacris voluminibus, probare conatus est, Deum qui futura prænosceret, præsentia vero sciret, et præterita meminisset, non eodem semper modo se habere; sed pro ratione futuri, præsentis ac præteriti, mutare cognitionem. Ob hujusmodi au-

[1] I Cor. XI, 6. [2] Socr., lib. V, c. 10, 20, 23, 24.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

*Ὡς ὑπερόριον Θεοδόσιος ὁ μέγας τὸν Εὐνόμιον ἐποίησε· καὶ περὶ Θεοφρονίου τοῦ διαδόχου αὐτοῦ, καὶ περὶ Εὐτυχίου, καὶ Δωροθέου, καὶ τῶν αἱρέσεων αὐτῶν· καὶ περὶ τῶν λεγομένων Ψαθυριανῶν· καὶ ὡς ἡ τῶν Ἀρειανῶν αἵρεσις εἰς διαφόρους μοίρας διεχωρίσθη, καὶ ὡς οἱ ἐν Κωνσταντινουπόλει μᾶλλον ἡνώθησαν.*

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ᾗ ἂν ἑκάστῳ δοκῇ, ταυτὶ σκοπείτω. Ὁ δὲ βασιλεὺς ὑπερορίαν φυγὴν Εὐνομίου τότε κατεδίκασεν (31). Ἔτι γὰρ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν προαστείοις διατρίβων, ἢ ἐν οἰκίαις, καθ' ἑαυτὸν ἐκκλησίαζε, καὶ τοὺς λόγους, οὓς συνεγράψατο, ἐπεδείκνυτο· καὶ πολλοὺς ἔπειθεν ὁμοίως φρονεῖν· ὡς ἐν ὀλίγῳ πολυάνθρωπον γενέσθαι λαὸν τῆς ἐπωνύμου αὐτῷ αἱρέσεως. Ἀλλ' ὁ μὲν οὐ πολλῷ ὕστερον τῆς φυγῆς τελευτήσας, ἔτυχε τῆς ἐν τῇ πατρίδι ταφῆς. Κώμη δὲ αὕτη Καππαδοκῶν, Δακόρα ἦν δ' ὀνομαζομένη, νομοῦ τῆς πρὸς τῷ Ἀργαίῳ Καισαρείας. Θεοφρόνιος δὲ ὃς ὑπ' αὐτῷ διδασκάλῳ τοὺς ὁμοίους ἐπαιδεύθη λόγους, Καππαδόκης δὲ καὶ οὗτος, συνίστατο τοῖς αὐτοῦ δόγμασι. Μετρίως δὲ διὰ τῶν Ἀριστοτέλους μαθημάτων ἐλθὼν, ἐπιτηδείαν πρὸς εἴδησιν τῶν παρ' αὐτοῖς συλλογισμῶν εἰσαγωγὴν κατέλιπεν, ἣν Περὶ γυμνασίας νοῦ ἐπέγραψεν. Εἰς ἀτόπους δὲ διαλέξεις ἐμπεσὼν, ὡς ἐπυθόμην, οὐκ ἠξίωσεν ἐπὶ τῶν αὐτῶν μένειν τῷ διδασκάλῳ λόγων. Πολυπραγμονῶν δὲ, καὶ ἐκ τῶν κειμένων ταῖς ἱεραῖς Γραφαῖς ὀνομάτων κατεσκεύαζεν, ὡς τὸ Θεῖον προγινῶσκον τὸ μὴ ὂν, γινῶσκον δὲ τὸ ὂν, καὶ τοῦ γεγονότος μεμνημένον, οὐκ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχει, πρός τε τὸ μέλλον, καὶ παρὸν, καὶ παρῳχηκὸς μεταβάλλον τὴν γνῶσιν. Ἐκ τοιούτων δὲ δογμάτων οὐδὲ τοῖς Εὐνομίου φορητὸς εἶναι δόξας, ἐκβληθεὶς τῆς αὐτῶν Ἐκκλησίας, τοὺς ἀπ' αὐτοῦ καλουμένους Θεοφρονιανοὺς ἐποίησεν. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ καὶ Εὐτύχιός (32) τις

## VALESII ANNOTATIONES.

(30) *Τὰς δὲ κειρομένας.* Verba legis hæc sunt : *Feminæ quæ crinem suum contra divinas humanasque leges instinctu persuasæ professionis absciderint, ab ecclesiæ foribus arceantur ; non illis fas sit sacrata adire mysteria*, etc. *Adeo ut episcopus tonso capite feminam si introire permiserit, dejectus loco, etiam ipse cum hujusmodi contuberniis arceatur : ac non modo si fieri suaserit, verum etiam si hoc ab aliquibus exigi, factum denique esse quacunque ratione compererit, nihil sibi intelligat opitulari.* Porro notabit studiosus lector, hæc ab imperatore statuta esse post decretum concilii Gangrensis cap. 17.

(31) *Ὑπερορίαν φυγὴν Εὐνομίου κατεδίκασεν.* In codice Fuketiano scriptum est Εὐνομίῳ, male, ut opinor. Porro Eunomius non Constantinopoli, ut scribit Sozomenus, sed Chalcedone degebat, tunc cum a Theodosio missus est in exsilium. Missus est autem in oppidum Mœsiæ ad Danubium situm, quod Græci Ἀλμυρίδα, Latini vero Salmuridem vocant, propter aspirationem quæ est in Græco vocabulo. Sic enim Salmydessum dicunt et similia plurima. A Salmuride Eunomius postea translatus est Cæsaream Cappadociæ, quemadmodum scribit Philostorgius, et ex eo Nicephorus.

(32) *Εὐτύχιος.* Eupsychium hunc vocat Nicephorus Callistus in libro XII, cap. 30.

Digitized by Google

ἐν Κωνσταντινουπόλει τὰ Εὐνομίου φρονῶν, ἐπώνυμον αὐτῷ κατέλιπεν αἵρεσιν. Ζητουμένου γὰρ εἰ τὴν ἐσχάτην ὥραν γινώσκει ὁ Υἱὸς, καὶ εἰς ἀναίρεσιν τούτου, τῶν εἰρημένων ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὅτι μόνος ὁ Πατὴρ οἶδεν, ἀντικεῖσθαι δοκούντων, ἰσχυρίζετο μηδὲ ταύτης τῆς γνώσεως ἄμοιρον εἶναι τὸν Υἱὸν, ὡς ἀνενδεῶς λαβόντα πάντα παρὰ τοῦ Πατρός. Μὴ προσιεμένων δὲ τὸν λόγον τῶν τότε προεστώτων τῆς αἱρέσεως, ἑαυτὸν χωρίσας τῆς κοινωνίας, ἀφίκετο πρὸς Εὐνόμιον ἐν τῇ ὑπερορίᾳ ὄντα. Καταλαβόντος δὲ ἤδη διακόνου καὶ ἑτέρων, οἳ ἐκ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀπεστάλησαν, διαβαλεῖν τε αὐτὸν, καὶ εἰ δεήσοι διαλεξόμενοι (33), μαθὼν Εὐνόμιος ἐφ' ᾧ παρεγένοντο, τοὺς Εὐτυχίου λόγους ἐπῄνεσε. Καὶ συνηύξατο αὐτῷ, καίπερ οὐ θεμιτὸν ἐν αὐτοῖς (34), συνεύχεσθαι τοῖς ἀλλαχόθι δίχα γραμμάτων ἀφικνουμένοις, ἃ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ὁμοδόξους δηλοῖ, διὰ σημείων ἐγγραφομένων ταῖς ἐπιστολαῖς, ἀγνώστων τοῖς ἄλλοις. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ ταύτης τῆς ζητήσεως Εὐνομίου τελευτήσαντος, οὐ προσίετο τὸν Εὐτύχιον ὁ προεστὼς τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει αἱρέσεως, ὑπὸ ζηλοτυπίας ἀπεχθανόμενος, ὅτι μηδὲ κληρικοῦ ὄντος ἐναντίος εἶναι σπουδάζων τοῖς αὐτοῦ λόγοις, οὐχ οἷός τε ἦν διαλύειν τὸ πρόβλημα. Ἐντεῦθέν τε μετὰ τῶν ὁμοίως αὐτῷ φρονούντων, εἰς ἰδίαν αἵρεσιν ἐχωρίσθη Εὐτύχιος. Τῆς μέντοι περὶ τὴν θείαν βάπτισιν διαφορᾶς [m], αὐτόν τε καὶ Θεοφρόνιον ὁ πολὺς λόγος ἐπαιτιᾶται. Τάδε ἐξ ὧν ἐπυθόμην ἔγραψα, πρὸς σύντομον εἴδησιν τῶν αἰτιῶν, ἀφ' ὧν Εὐνομιανοὶ διῃρέθησαν. Ἐπεξελθεῖν δὲ πάντας τοὺς διὰ τοῦτο κινηθέντας λόγους, μακρὸν ἂν εἴη· κἀμοὶ δὲ οὐ ῥᾴδιον, ἐπεὶ μηδὲ ἐμπείρως ἔχω τῶν τοιούτων διαλέξεων. Περὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ τοῖς ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἀρειανοῖς ἀνεφύη ζήτησις, εἰ πρὶν εἶναι τὸν Υἱὸν, ὡς ἐξ οὐκ ὄντων παρ' αὐτοῖς ὁμολογούμενον, δύναιτο καλεῖσθαι Πατὴρ ὁ Θεός. Καὶ Δωρόθεος μὲν, ὃς ἀντὶ Μαρίνου μεταχληθεὶς ἐκ τῆς Ἀντιοχείας, προΐστατο ταύτης τῆς αἱρέσεως, ὡς πρός τι τοῦ ὀνόματος ὄντος, πρὶν τὸν Υἱὸν ὑποστῆναι, μὴ καλεῖσθαι Πατέρα τὸν Θεὸν ἀπεφήνατο. Μαρῖνος δὲ, τοὐναντίον ἰσχυρίζετο, καὶ μὴ ὑφεστῶτος τοῦ Υἱοῦ, Πατέρα ἀεὶ εἶναι τὸν Πατέρα ἐδόξαζεν· ἢ οὕτως ἔχων γνώμης, ἢ καθὸ Δωροθέῳ

A tem opiniones cum ne ipsis quidem Eunomianis ferendus videretur, ex eorum Ecclesia ejectus, hæresim nominis sui condidit. Nec multo post Eutychius quidam ex Eunomianorum secta, degens Constantinopoli, hæresim alteram suo nomine appellatam reliquit. Nam cum quæreretur utrum Filius cognitam haberet horam novissimam, et verba illa Evangelii, quibus solus Pater eam horam nosse dicitur, id negare viderentur de Filio; ille asseruit Filium ne hujus quidem scientiæ expertem esse, quippe qui cuncta sine exceptione a Patre accepisset. Sed cum sectæ Eunomianorum antistites eam sententiam non probarent, seipsum a reliquorum communione sejungens, ad Eunomium qui tum in exsilio degebat, B perrexit. Cum autem diaconus et alii quidam eum prævenissent, ex urbe Constantinopolitana missi ut ipsum accusarent, aut si opus foret, cum eo disputarent, Eunomius certior factus cujus rei causa venissent, Eutychii sententiam comprobavit. Quin etiam una cum illo oravit, quamvis nefas sit apud ipsos orare cum iis qui aliunde adveniunt absque litteris, quæ illos suæ communionis esse testantur per notas quasdam litteris inscriptas, quæ reliquis ignotæ sunt. Porro cum Eunomius non diu post hanc controversiam e vivis abiisset, is qui Eunomianis præsidebat Constantinopoli, Eutychium admittere recusavit, præ invidia illi infensus, quod cum assertionem illius qui ne C clericus quidem erat, acriter impugnare vellet, quæstionem solvere minime potuisset. Ex eo tempore Eutychius cum iis qui sententiam ipsius sequebantur, secedens, peculiarem sectam conflavit. Hunc porro et Theophronium, plerique affirmant auctores fuisse ejus discrepantiæ, quæ est apud Eunomianos in tradendo sacro baptismate. Atque hæc prout comperi, breviter conscripsi, ut **303** causæ, propter quas Eunomiani inter se divisi sunt, summatim cognoscerentur. Omnes autem controversias quæ de hac re motæ sunt, singillatim explicare prolixum esset : ac mihi quidem difficile, quippe qui hujusmodi disputationum haudqua-

## VALESII ANNOTATIONES.

(33) *Εἰ δεήσοι διαλεξόμενοι.* In codice Fuketiano scriptum inveni διαζευξόμενοι. Vulgata tamen lectio sanior videtur, quam confirmat etiam Nicephorus.

D (34) *Οὐ θεμιτὸν ἐν αὐτοῖς.* Mallem scribere καίπερ οὐ θεμιτὸν ὂν αὐτοῖς, etc.

## VARIORUM.

[m] *Τῆς μέντοι περὶ τὴν θείαν βάπτισιν διαφορᾶς.* Αὐτὸς καὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀνέτρεψε τὸν ἀνέκαθεν παρὰ τοῦ Κυρίου καὶ ἀποστόλων παραδοθέντα θεσμόν — — *Idem* (Eunomius) *sancti etiam baptismatis legem olim a Domino et apostolis traditam evertit, et contrariam aperte sanxit, non oportere dicens ter illum immergere qui baptizatur, nec invocare Trinitatem, sed semel baptizare in Christi mortem. Baptizantes vero usque ad pectus aqua madefaciunt, reliquis autem partibus tanquam exsecrandis aquam adhibere prohibent. Qua de causa, quando in solio baptizabant, hominem extra illud statuentes, ejus caput usque ad pectus semel in aquam deprimebant. Postquam autem contigit sauciari quempiam capite ad solium illiso, aliud genus baptismatis excogitarunt. In subsellio enim quodam pronum hominem extendentes, et extra illud caput erigentes, aquam infundunt, quæ nullum aliud membrum attingit. Quidam porro illorum alium etiam baptismatis modum invenerunt. Tæniam enim longissimam præparantes, et hanc consecrantes, ea hominem usque ad ungues involvunt, a pectore incipientes, atque ita deinde aquam infundunt. — — Sed et aliud audere illos dicunt, quod scriptis committere non ausim. Sufficit enim ad polluendum animum vel sola rei nefariæ auditio.* Theod. *Hæret. fab.*, lib. IV, fab. 3.

Digitized by Google

quam peritus sim. Per idem fere tempus, inter Arianos quoque Constantinopoli degentes quæstio exorta est utrum, antequam Filius esset, siquidem illum ex nihilo ortum esse affirmant, potuerit Deus appellari Pater. Ac Dorotheus quidem, qui Antiochia accitus in locum Marini, Arianis præsidebat, cum nomen istud relativum sit, antequam Filius subsisteret, Deum non potuisse vocari Patrem pronuntiavit. Marinus vero contrarium asseruit, et Patrem semper esse Patrem, etiam Filio non subsistente, censuit : seu quod revera ita sentiret, seu quia infensus erat Dorotheo, qui in gubernanda Arianorum Ecclesia ipsi prælatus esset. Hanc ob causam plebs Arianorum in duas partes divisa est. Cumque Dorotheus una cum sectatoribus suis, in ecclesiis quas occupaverat permaneret, hi qui cum Marino erant, constructis aliis ecclesiis, separatim conventus egerunt. Vocabantur autem isti Psathyriani, vel Gothorum. Psathyriani quidem, propterea quod Theoctistus quidam Psathyropola, est hoc Popani genus, pro hac opinione acriter decertaret; Gothorum vero, eo quod Selina Gothorum episcopus, idem cum ipsis sentiret. Omnes enim propemodum barbari hunc sequentes, cum istis collectas celebrabant. Selinæ quippe parebant libentissime, utpote qui amanuensis et successor fuisset Ulphilæ ipsorum quondam episcopi, et idoneus esset ad docendum populum in ecclesia, non solum patria ipsorum lingua, verum etiam Græca. Cæterum haud multo post orta de primatu controversia inter Marinum et Agapium, quem Marinus sectæ suæ apud Ephesum episcopum ordinaverat; a se invicem segregati, bellum quodammodo inter se gesserunt, Gothis Agapio auxilium ferentibus. Qua de causa multos qui illic erant clericos, præsulum suorum ambitionem damnantes, ad Ecclesiæ catholicæ communionem transiisse ferunt. Hunc in modum Ariani inter se primum divisi sunt, et ad hunc usque diem in iis quas incolunt civitatibus separatim colliguntur. Eos vero qui sunt Constantinopoli, cum quinque ac triginta annorum spatio inter se dissensissent, in concordiam postea reduxit Plintha, ex consule, magister utriusque militiæ, qui tum temporis in palatio plurimum poterat. Atque illi mox in unum congregati, decreverunt communi suffragio, ne quis unquam de hac quæstione disputaret. Et hæc quidem postea hunc exitum habuerunt.

A διάφορος ἦν, προκριθέντι προεστάναι τῆς αὐτῶν Ἐκκλησίας. Ἐκ ταύτης δὲ τῆς αἰτίας, εἰς ἑκάτερον διεκρίθη τὸ πλῆθος. Δωροθέου δὲ σὺν τοῖς αὐτῷ πειθομένοις ἐφ' ὧν κατεῖχεν εὐκτηρίων οἴκων μείναντος, ἑτέρους οἰκοδομήσαντες οἱ ἀμφὶ Μαρῖνον, ἰδίᾳ ἐκκλησίαζον. Ἐπωνομάζοντο δὲ ψαθυριανοὶ ἤτοι τῶν Γότθων· τὸ μὲν ὅτι Θεόκτιστός τις Ψαθυροπώλης ποπάνου δὲ τοῦτο τὸ εἶδος), προθύμως ταύτῃ τῇ δόξῃ συνίστατο. Γότθων δὲ, καθότι καὶ Σελίνας ὁ τούτων ἐπίσκοπος, ὁμοίως ἐδόξαζεν. Ἐπακολουθήσαντες δὲ τούτῳ σχεδὸν πάντες βάρβαροι, σὺν αὐτοῖς ἐκκλησίαζον. Πειθήνιοι γὰρ ἐς τὰ μάλιστα τῷ Σελίνῳ ἐτύγχανον, ὑπογραφεῖ τε γενομένῳ καὶ διαδόχῳ Οὐλφίλα τοῦ παρ' αὐτοῖς ἐπισκοπήσαντος, καὶ ἐπὶ ἐκκλησίας ἱκανῷ διδάσκειν, οὐ μόνον κατὰ τὴν πάτριον αὐτῶν B φωνὴν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὴν Ἑλλήνων. Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον διαφορᾶς περὶ προεδρίας γενομένης Μαρίνῳ πρὸς Ἀγάπιον, ὃν ἐπίσκοπον τῶν ἐν Ἐφέσῳ ὁμοδόξων ἐχειροτόνησε, διακριθέντες ἀλλήλων, μονονουχὶ πρὸς σφᾶς ἐπολέμουν, ἐπαμυνόντων Ἀγαπίῳ τῶν Γότθων. Ἐκ ταύτης δὲ τῆς αἰτίας, λέγεται πολλοὺς τῶν ἐνθάδε κληρικῶν, μεμφομένους τὴν τῶν ἡγουμένων φιλοτιμίαν, τῇ καθόλου Ἐκκλησίᾳ κοινωνῆσαι. Ὧδε μὲν Ἀρειανοὶ τὴν ἀρχὴν ἐχωρίσθησαν, καὶ εἰσέτι νῦν ἐν αἷς εἰσι πόλεσιν, ἰδίᾳ ἐκκλησιάζουσι· τοὺς δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐπὶ τριάκοντα καὶ πέντε ἔτεσι διενεχθέντας πρὸς σφᾶς, εἰς ὁμόνοιαν ὕστερον συνῆψεν ὁμόδοξος ὢν αὐτοῖς Πλινθᾶς (35), ἀνὴρ ὑπατικὸς ἵππου τε καὶ πεζῆς στρατιᾶς ἡγεμὼν, δυνατώτατος τότε ἐν τοῖς βασιλείοις γεγονώς. Καὶ C εἰς ταὐτὸν συνελθόντες, ἐψηφίσαντο μή ποτε ταύτην τὴν ζήτησιν εἰς διάλεξιν ἄγειν. Καὶ τὰ μὲν, ὕστερον ὧδε ἀπέβη.

## 304 CAP. XVII.

*Quomodo Novatiani aliam hæresim, Sabbatianorum scilicet, conflarunt. Item de synodo apud Sangarum, et de festo die Paschæ longa digressio.*

## ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

*Ὅτι καὶ Ναυατιανοὶ ἑτέραν αἵρεσιν τῶν Σαββατιανῶν συνεστήσαντο· καὶ περὶ τῆς ἐν Σαγγάρῳ συνόδου· καὶ περὶ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα διεξοδικώτερον διήγησις.*

Ejusdem imperatoris temporibus Novatiani quoque de Paschali festo inter se dissidentes alteram sectam, eorum qui Sabbatiani dicuntur,

D Ἐπὶ δὲ τῆς παρούσης ἡγεμονίας, καὶ Ναυατιανοὶ πρὸς σφᾶς διενεχθέντες περὶ τῆς Πασχαλίας ἑορτῆς, ἑτέραν αἵρεσιν τῶν καλουμένων Σαββατιανῶν συν-

## VALESII ANNOTATIONES.

(35) *Πλινθᾶς.* Hic est qui cum Monaxio consul fuit anno Natalis Dominici 419. Nescio an idem ille sit, de quo Marcellinus Comes in *Chronico*, anno Christi 418, ita scribit : *Plintha comes idemque rebellio, apud Palæstinam provinciam deletus est.* Quomodo enim consul esse potuit anno 419, si superiore anno deletus fuerat atque oppressus? Aut igitur dicendum est Plintham illum qui in Palæstina res novas molitus est anno 418, diversum esse a Plintha consule : aut Marcellinum defectionem ejus perperam retulisse anno Christi 418. Nisi forte dicamus Plintham rebellasse quidem in Palæstina anno Christi 418, victumque esse a ducibus Theodosii; sed cum vires iterum collegisset, pacem cum eo factam, et consulatus honorem ei delatum esse a principe. Atque hanc sententiam veriorem puto.

Digitized by Google

ἐστήσαντο. Σαββάτιος γὰρ πρεσβύτερος ὑπὸ Μαρκιανοῦ χειροτονηθεὶς, ἅμα Θεοκτίστῳ καὶ Μακαρίῳ τοῖς συμπρεσβυτέροις ἑπόμενος τοῖς ἐν Παζουκώμῃ συνεληλυθόσιν ἐπὶ τῆς Οὐάλεντος βασιλείας, ἠξίουν ἅμα τοῖς Ἰουδαίοις (36) τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτὴν ἐπιτελεῖν. Ἀποστὰς δὲ τῆς Ἐκκλησίας, τὰ μὲν πρῶτα, πῆ μὲν ἀσκήσεως ἕνεκα, ἄριστα γὰρ ἐβίου, πῆ δέ τινας ὑπονοεῖν ἀναξίους κοινωνίας μυστηρίων, ἐσκήπτετο. Ὡς δὲ ἐγεγόνει δῆλος νεωτερίζων, ἐμέμφετο μὲν Μαρκιανὸς τὴν ἐπ' αὐτῷ χειροτονίαν· ἄμεινόν τε ἦν ἐπὶ ἀκάνθας ἐπιτεθῆναι τὰς χεῖρας, ἢ ἐπ' αὐτὸν, πολλάκις, φησὶν, ἀνεβόα. Διατεμνομένην δὲ αὐτῷ τὴν ἐκκλησίαν εἰς ἕτερον πλῆθος ὁρῶν, συνεκάλεσεν ὁμοδόξους ἐπισκόπους εἰς Σάγγαρον. Χωρίον δὲ τοῦτο Βιθυνίας, οὐκ ἀπὸ πολλοῦ Ἑλενουπόλεως ἐπὶ τῆς θαλάσσης κείμενον. Ἔνθα δὴ συνελθόντες, μετεκαλέσαντο Σαββάτιον. Ἐπεὶ δὲ τῆς λύπης τὴν αἰτίαν ἀπαιτηθεὶς λέγειν, ἐπῃτιᾶτο τῆς ἑορτῆς τὸ διάφορον, ὑπονοήσαντες ἔρωτι προεδρίας τάδε αὐτὸν σκήπτεσθαι, ὅρκον ἀπῄτησαν ὡς ἐπισκοπὴν οὐκ ἂν ἕλοιτό ποτε. Τοῦ δὲ τάδε ἐνωμότως ὁμολογήσαντος, λογισάμενοι μὴ ἀξιόχρεων εἶναι ταύτην τὴν αἰτίαν εἰς χωρισμὸν κοινωνίας, ἅπαντας μὲν ὁμονοεῖν καὶ ἅμα ἐκκλησιάζειν ἐψηφίσαντο· ἕκαστον δὲ ᾗ ἂν αὐτῷ δοκῇ, ταύτην τὴν ἑορτὴν ἐπιτελεῖν. Καὶ κανόνα περὶ τούτου ἔθεντο, ὃν ἀδιάφορον ἐπωνόμασαν. Καὶ τὰ μὲν ὧδε ἔδοξε τοῖς ἐν Σαγγάρῳ συνελθοῦσιν. Ἐξ ἐκείνου δὲ Σαββάτιος τοῖς Ἰουδαίοις ἑπόμενος, εἰ μὴ κατὰ ταὐτὸν συνηνέχθη πάντας ἄγειν τὴν ἑορτὴν, φθάνων ὡς ἔθος ἐνήστευε, καὶ καθ' ἑαυτὸν διὰ τῶν νενομισμένων ἐπετέλει τὸ Πάσχα. Τῷ δὲ Σαββάτῳ ἀφ' ἑσπέρας ἐπὶ τὸν δέοντα καιρὸν ἐν ἀγρυπνίᾳ καὶ ταῖς προσηκούσαις εὐχαῖς διαγινόμενος, τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ κοινῇ πᾶσιν ἐκκλησίαζε, καὶ τῶν μυστηρίων μετεῖχε. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα, τὸ πλῆθος ἐλάνθανεν· ὡς δὲ τῷ χρόνῳ ἐντεῦθεν ἐπίσημος ἐγένετο, πολλοὺς τοὺς ζηλοῦντας ἔσχε, καὶ μάλιστα Φρύγας καὶ Γαλάτας, οἷς πάτριον ὧδε τὴν ἑορτὴν ταύτην ἐπιτελεῖν. Ὕστερον δὲ εἰς τὸ προφανὲς ἀποστὰς, τῶν αὐτῷ πειθομένων τὴν ἐπισκοπὴν ἀνεδέξατο, ὡς ἐν καιρῷ λελέξεται. Ἐμοὶ δὲ θαυμάζειν ἔπεισι τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τῶν ἑπομένων αὐτῷ, ὅτι τάδε ἐνεωτέρισαν· Ἑβραίων τῶν πάλαι, ὡς ἱστορεῖ Εὐσέβιος (37), ὑπὸ μάρτυσί τε Φίλωνι καὶ Ἰωσήπῳ, καὶ Ἀριστοβούλῳ, καὶ ἑτέροις πλείστοις, μετὰ ἐαρινὴν ἰσημερίαν τὰ διαβατήρια θυόντων, ἡλίου τὸ πρῶτον δωδεκατημόριον τμῆμα ὁδεύοντος, ὃ κριὸν Ἕλληνες ὀνομάζουσιν· ἐν διαμέτρῳ δὲ τῆς σελήνης τεσσαρεσκαιδεκαταίας τὴν πορείαν ποιουμένης. Ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ Ναυατιανοὶ οἷς ἀκριβείας μέλει, ἰσχυρίζονται, ὡς οὔτε αὐτοῖς, οὔτε τῷ ἀρχηγῷ τῆς αἱρέσεως, τοῦτο πρότερον ἦν ἔθος· ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἐν Παζουκώμῃ συνεληλυθότων ἐνεωτερίσθη· εἰσέτι τε καὶ νῦν ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ, ὁμοδό-

condiderunt [1]. Nam Sabbatius qui a Marciano presbyter ordinatus fuerat, una cum Theoctisto et Macario compresbyteris, sequens decretum eorum qui Valentis principatu in Pazucome convenerant, festum Paschæ diem cum Judæis celebrandum esse contendebat. Cumque ab Ecclesia recessisset, initio quidem abstinentiæ et arctioris disciplinæ causa, vivebat enim sanctissime, et propterea quod suspicaretur quosdam communione indignos esse, se abscessisse simulabat. Ubi vero deprehensum est eum res novas agitare, Marcianus quidem de ordinatione illius querebatur. Ac sæpenumero, ut aiunt, exclamare solitus erat, satius fuisse ut super spinas, quam ut super caput illius, manus imponeret. Cum autem Ecclesiæ suæ populum in duas partes divisum videret, sectæ suæ episcopos Sangarum convocavit. Est hic locus in Bithynia, ad mare situs haud procul Helenopoli. Illic igitur congregati, Sabbatium accersunt. Qui jussus causam doloris sui dicere, cum discrepantiam festi allegaret, suspicati episcopi eum episcopatus cupiditate ductum ista prætexere, jusjurandum ab illo exegerunt, quod episcopatum nunquam suscepturus esset. Id cum ille interposita sacramenti fide promisisset, illi causam hanc non satis idoneam esse arbitrati ob quam communio divelleretur, decreverunt ut omnes quidem inter se consentirent, et collectas una celebrarent, unusquisque vero pro suo arbitratu festum diem perageret. Eaque de re canonem scripserunt, quem adiaphoron appellarunt. Et hæc quidem decreta sunt ab illis qui tum Sangari convenerant. Exinde vero Sabbatius Judæos secutus, nisi forte contigisset ut omnes eodem tempore simul Pascha celebrarent, ipse præveniens, ut moris est, jejunabat, et privatim solemnia Mosaicæ legis observans, Pascha peragebat. Die vero Sabbati, a vespere ad statutum usque tempus, vigiliis et solitis orationibus vacans, sequenti die simul cum reliquis omnibus in ecclesiam conveniebat, et sacra mysteria percipiebat. Et initio quidem, multitudinem latuit: progressu vero temporis, cum ea de causa insignis esset, multos imitatores habuit, ac præsertim Phrygas et Galatas, quibus patrius mos est festum Paschæ ita celebrare. Tandem vero palam deficiens, eorum qui sententiam ipsius sequebantur, episcopatum suscepit, sicut suo loco dicemus. Mihi vero mirari subit tum hominem istum, tum eos qui illum sectati sunt, cur hanc novitatem induxerint: cum veteres Hebræi, **305** ut refert Eusebius, Philonis, Josephi, Aristobuli, aliorumque complurium adducens testimonium, post vernum æquinoctium Pascha immolaverint, quando sol

[1] Socr. lib. v, c. 21, 22.

## VARIORUM ANNOTATIONES.

(36) *Ἠξίουν ἅμα τοῖς Ἰουδαίοις.* Scribendum est ἠξίου, ut apparet.

(37) *Ὡς ἱστορεῖ Εὐσέβιος.* Imo Anatolius apud Eusebium in libro septimo Historiæ ecclesiasticæ, cap. 32.

Digitized by Google

primum signum Zodiaci percurrit, quod Græci Arietem vocant, luna vero quartadecima, ex opposito cursum suum peragit. Sed et ipsi Novatiani, qui sunt alioqui exactissimæ diligentiæ, affirmant nec sibi ipsis, nec auctori sectæ suæ, hunc morem ab initio fuisse: verum ab iis qui in Pazucome convenerunt, id primitus innovatum, et in hunc usque diem, consortes ipsorum qui sunt in urbe Roma, simul cum reliquis Romanis id festum celebrare. Qui quidem nunquam aliter celebrasse superiori tempore deprehensi sunt, cum apostolorum Petri ac Pauli traditionibus uterentur. Præterea Samaritani, qui Mosaicæ legis observatores sunt studiosissimi, hoc festum nunquam prius celebrare sustinent, quam novæ fruges ad maturitatem pervenerint. Hæc enim festivitas Novorum in lege dicitur, quare novis fructibus nondum visis, nefas est festum peragere. Unde prorsus necesse est ut æquinoctium vernum præcesserit. Et eos quidem qui hac in re Judæos imitantur, magnopere admiror, quod non potius vetustum apud illos morem prætulerint. Porro præter istos et eos qui in Asia Quartodecimani dicuntur, reliquæ omnes, ut opinor, hæreses hunc diem festum agunt eodem modo quo Romani atque Ægyptii. Verum Quartodecimani quidem, quartadecima die simul cum Judæis festivitatem celebrant: unde etiam hanc appellationem sortiti sunt. Novatiani vero, resurrectionis diem celebrant. Judæos tamen ipsi quoque sequuntur, et in idem recidunt cum Quartodecimanis. Nisi quod quoties quartadecima luna non incidit in primam Sabbati, Judæis posteriores fiunt tot diebus, quot Dominicam diem quartadecima luna posteriorem esse contigerit. At Montanistæ, quos Pepuzitas, et Phrygas vulgo nominant, peregrinam quamdam methodum commenti, juxta illam Pascha celebrant. Eos enim reprehendunt, qui in hac re lunæ cursum curiosius observant: solos vero solis circulos iis qui ista recte dirigere volunt, sequendos esse affirmant. Ac singulos quidem menses triginta dierum esse definiunt. Primum autem diem cœpisse ab æquinoctio verno, qui dies juxta Romanos diceretur ante nonum Kalendas Aprilis. Eo enim die, ut aiunt, facta sunt duo luminaria, quibus tempora

A ξους αὐτοῖς σὺν τοῖς ἄλλοις Ῥωμαίοις ἑορτάζειν. Οὓς οὔποτε ἄλλως ἑορτάσαι ὁ παρελθὼν χρόνος ἤλεγξε, Πέτρου καὶ Παύλου τῶν ἀποστόλων τῇ παραδόσει χρωμένους. Προσέτι δὲ καὶ Σαμαρεῖται, οἱ τοῦ Μωσέως νόμου τὰ μάλιστα ζηλωταὶ τυγχάνουσι, πρὶν τὸν νέον τελεσφορεῖσθαι καρπὸν, οὐκ ἀνέχονται ταύτην ἐπιτελεῖν τὴν ἑορτήν. Νέων γὰρ, φασὶν, αὐτὴν ἑορτὴν ὁ νόμος καλεῖ. Μή ποτε τούτων φανέντων (38), ἑορτάζειν οὐ θέμις· ὡς ἐξ ἀνάγκης φθάνειν τὴν ἐν τῷ ἦρι ἰσημερίαν [n]. Τοὺς μὲν Ἰουδαίους περὶ τοῦτο μιμουμένους, θαυμαστὸν ὅτι μὴ τὴν παρ' αὐτοῖς ἀρχαιότητα μᾶλλον ἐπῄνεσαν. Ὡς ἔοικε δὲ πλὴν τούτων καὶ τῶν ἐπὶ τῆς Ἀσίας καλουμένων τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν, ὁμοίως Ῥωμαίοις καὶ Αἰγυπτίοις, καὶ οἱ ἀπὸ τῶν ἄλλων αἱρέσεων ταύτην τὴν ἑορτὴν B ἄγουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν, ἐν αὐτῇ τῇ τεσσαρεσκαιδεκαταίᾳ σὺν τοῖς Ἰουδαίοις ἑορτάζουσιν· ὅθεν ὧδε ὀνομάζονται. Οἱ δὲ Ναυατιανοὶ, τὴν ἀναστάσιμον ἡμέραν ἐπιτελοῦσιν. Ἰουδαίοις δὲ καὶ οὗτοι ἕπονται, καὶ εἰς ταὐτὸ τοῖς Τεσσαρεσκαιδεκατίταις καταστρέφουσι, πλὴν εἰ μὴ τύχοι τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης ἡ πρώτη τοῦ Σαββάτου ἡμέρα συμπεσοῦσα, κατόπιν γίνονται τῶν Ἰουδαίων, ὅσαις ἂν ἡμέραις συμβαίη τὴν ἐρχομένην (39) Κυριακὴν ὑστερίζειν τεσσαρεσκαιδεκαταίας τῆς σελήνης. Μοντανισταὶ δὲ, οὓς Πεπουζίτας καὶ Φρύγας ὀνομάζουσι, ξένην τινὰ μέθοδον εἰσαγαγόντες, κατὰ ταύτην τὸ Πάσχα ἄγουσι. Τοῖς μὲν γὰρ ἐπὶ τούτῳ τὸν τῆς σελήνης δρόμον πολυπραγμονοῦσι καταμέμφονται. Φασὶ δὲ χρῆναι μό- C νοις τοῖς ἡλιακοῖς ἕπεσθαι κύκλοις τοὺς ὀρθῶς ταῦτα κανονίζοντας· καὶ μῆνα μὲν ἕκαστον εἶναι ἡμερῶν τριάκοντα (40) ὁρίζουσιν. Ἄρχεσθαι δὲ τὴν πρώτην ἀπὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας, ἣ ῥηθείη ἂν κατὰ Ῥωμαίους, πρὸ ἐννέα καλανδῶν Ἀπριλλίων (41)· ἐπειδὴ, φασὶν, οἱ δύο φωστῆρες τότε ἐγένοντο, οἷς οἱ χρόνοι καὶ οἱ ἐνιαυτοὶ δηλοῦνται. Καὶ τοῦτο δείκνυται τὸ τὴν σελήνην διὰ ὀκταετηρίδος τῷ ἡλίῳ συνιέναι, καὶ ἀμφοῖν κατὰ ταὐτὸν νουμηνίαν συμβαίνειν. Καθότι ἡ ὀκταετηρὶς τοῦ σεληνιακοῦ δρόμου πληροῦται ἐννέα καὶ ἐνενήκοντα μησὶν, ἡμέραις δὲ δισχιλίαις ἐνναχοσίαις εἴκοσι δύο· ἐν αἷς ὁ ἥλιος τοὺς ὀκτὼ δρόμους ἀνύει, λογιζομένων ἑκάστῳ ἔτει τριακοσίων ἑξήκοντα (42) ἡμερῶν, καὶ προσέτι τετάρτου ἡμέρας μιᾶς. Ἀπὸ γὰρ τῆς πρὸ ἐννέα καλανδῶν Ἀπριλλίων,

## VALESII ANNOTATIONES.

(38) *Μή ποτε τούτων φανέντων.* Scribendum puto μήπω δὲ τούτων, etc. Id est, *nondum novis frugibus visis*, etc. At μήποτε eumdem sensum non habet, sed significat *nunquam*.

(39) *Συμβαίη τὴν ἐρχομένην.* Codex Fuketianus scriptum habet συμβαίνει levi discrimine. Apud Nicephorum autem legitur συμβαίνῃ.

(40) *Ἡμερῶν τριάκοντα.* Jacobus Usserius in Dissertatione de anno solari Macedonum et Asianorum, cap. 2, Sozomenum falli scribit. Montanistas enim Asianorum mensibus usos esse contendit, quorum alii triginta dies habebant, alii unum amplius diem.

D (41) *Πρὸ ἐννέα καλανδῶν Ἀπριλλίων.* Epiphanius Scholasticus legisse videtur πρὸ ὀκτώ. Sic enim vertit: *Et inchoare primum ab æquinoctio vernali, quod est secundum Romanos octavo Kalend. Aprilis.* Nicephorus tamen nihil mutat.

(42) *Τριακοσίων ἑξήκοντα.* Jacobus Usserius in loco supra citato jampridem monuit addendum esse vocabulum πέντε: et hunc errorem non Sozomeni esse, sed librariorum qui eam vocem omiserint. Certe Nicephorus in libro XII hunc Sozomeni locum describens, vocem πέντε habet. Sed et epilogismus dierum Octaeteridis satis indicat, vocem πέντε hic necessario addendam esse.

## VARIORUM.

[n] *Ὡς ἐξ ἀνάγκης φθάνειν τὴν ἐν τῷ ἦρι ἰσημερίαν.* Forte legendum ὡς ἐξ ἀνάγκης μὴ φθάνειν, etc., quæ lectio convenit cum Socrate, qui de eadem re agens ait, lib. V, cap. 22: Σαμαρεῖς ἀεὶ μετ' ἰσημερίαν τὴν ἑορτὴν ταύτην ἐπιτελοῦσιν. W. LOWTH.

Digitized by Google

ὡς ἀρχῆς οὔσης κτίσεως ἡλίου καὶ πρώτου μηνὸς, ἀναλογίζονται τὴν εἰρημένην ταῖς ἱεραῖς Γραφαῖς τεσσαρεσκαιδεκαταίαν. Καὶ ταύτην εἶναι λέγουσι, τὴν πρὸ ὀκτὼ Ἰδῶν Ἀπριλλίων (43)· καθ' ἣν ἀεὶ τὸ Πάσχα ἄγουσιν, εἰ συμβαίη καὶ τὴν ἀναστάσιμον αὐτῇ συνδραμεῖν ἡμέραν (44), ἐπὶ τῇ ἐχομένῃ Κυριακῇ ἑορτάζουσι. Γέγραπται γὰρ, φησὶν, ἀπὸ τεσσαρεσκαιδεκάτης μέχρι εἰκοστῆς πρώτης.

A et anni 306 designantur. Idque ex eo ostenditur quod luna octavo quoque anno concurrit cum sole, et utrisque novi mensis initium simul contingit. Quippe octaeteris lunaris completur mensibus quidem nonaginta novem, diebus vero bis mille nongentis ac viginti duobus. Quo dierum spatio sol octo annorum curricula absolvit, computatis in singulos annos trecentis sexaginta quinque diebus, ac præterea quadrante unius diei. Nam a die nono Kalendas Aprilis, tanquam a creationis solis ac primi mensis exordio, computant quartumdecimum diem cujus in sacris Libris fit mentio : et hunc esse dicunt octavum Idus Apriles. Quo quidem die Pascha perpetuo celebrant, si in eumdem diem inciderit resurrectionis dies. Sin minus, sequenti die Dominico festivitatem agunt. Scriptum est enim, ut aiunt, a quartodecimo die ad vicesimum primum.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΘʹ.

*Κατάλογος τοῦ συγγραφέως εἰδήσεως ἄξιος, τῶν παρὰ διαφόροις ἔθνεσι καὶ Ἐκκλησίαις ἐθῶν.*

Αἵδε μὲν περὶ ταύτης τῆς ἑορτῆς αἱ διαφοραί. Σοφώτατα δέ πως οἶμαι καταλῦσαι τὴν συμβᾶσαν πάλαι περὶ ταύτης φιλονεικίαν, τοὺς ἀμφὶ Βίκτωρα τὸν τότε τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον, καὶ Πολύκαρπον τὸν Σμυρναῖον [o]. Ἐπεὶ γὰρ οἱ πρὸς δύσιν ἱερεῖς οὐχ ᾤοντο δεῖν Παύλου καὶ Πέτρου τὴν παράδοσιν ἀτιμάζειν· οἱ δὲ ἐκ τῆς Ἀσίας, Ἰωάννῃ τῷ εὐαγγελιστῇ

## CAP. XIX.

*De variis apud varias provincias et Ecclesias ritibus narratio hujus auctoris scitu dignissima.*

B Et hæc quidem fuerunt in hujus festi observatione discrepantiæ. Porro exortam olim hac de re controversiam sapientissime dissolvisse mihi videtur Victor, tunc temporis Romanorum episcopus, et Polycarpus Smyrnæus [1]. Nam quoniam Occidentales episcopi traditionem Pauli ac Petri abrogandam non esse censebant; Asiani vero

[1] Socr. lib. v, c. 22.

### VALESII ANNOTATIONES.

(43) *Τὴν πρὸ ὀκτὼ Ἰδῶν Ἀπριλλίων.* Hic quoque errasse Sozomenum affirmat Jacobus Usserius, quod 14 diem mensis Montanistarum comparaverit cum die octavo Idus Apriles. Septimam enim Idus Apriles dicere potius debuerat. Nam 14 dies mensis Paschalis Montanistarum, erat 14 mensis septimi Asianorum, ut docet auctor Paschalis Homiliæ editus inter Opera Joannis Chrysostomi, quem ibidem citat Usserius. Τεσσαρεσκαιδεκάτην μηνὸς τοῦ πρώτου φυλάττει, τουτέστι μηνὸς ἑβδόμου κατ' Ἀσιανοὺς, οὐ τεσσαρεσκαιδεκάτην δὲ σελήνης. Porro Montanistæ sero mihi videntur hanc Paschalis mensis methodum usurpasse. Initio enim Pascha eodem modo quo reliqui catholici celebrabant, quemadmodum docet Tertullianus in libro *De jejuniis*, cap. 14, his verbis : *Cur Pascha celebramus annuo circulo, mense primo? Cur quinquaginta exinde diebus in omni exsultatione decurrimus? Cur stationibus quartam et sextam Sabbati dicamus, et jejuniis parasceven? Quanquam et vos Sabbatum continuatis: si quando, nunquam nisi in Pascha jejunandum*, etc. Ubi vides Tertullianum diserte testari, Montanistas perinde ac Catholicos Pascha celebrasse mense primo; et Parasceven, id est sextam feriam magnæ Hebdomadis, simul cum illis jejunasse; et a Pascha ad Pentecosten nulla habuisse jejunia. Certe si Montanistæ jam tum in Paschali festo eam methodum usurpassent quam hic refert Sozomenus, non semper Pascha celebrassent mense primo. Septimus enim dies Aprilis non semper incidit in mensem primum.

(44) *Συνδραμεῖν ἡμέραν.* Assentior Jacobo Usserio, qui post hæc verba distinctionem finalem apponit : statimque supplet has voces, εἰ δὲ μὴ, C ἐπὶ τῇ ἐχομένῃ, etc. Quod confirmat Epiphanius Scholasticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit : *Secundum quam semper celebrant Pascha, si contingat etiam concurrere resurrectionis, id est, dominicum diem; alioqui Dominica superveniente celebrant.* At Nicephorus, eumque secuti Musculus et Christophorsonus, post voces illas, τὸ πάσχα ἄγουσιν, punctum ascribunt. Statimque legunt εἰ δὲ συμβαίη et reliqua, ut habent vulgatæ editiones. Verum hæc lectio atque distinctio ferri omnino non potest. Cur enim Montanistæ, quoties dies Dominica concurrebat cum die octavo Idus Aprilis, sequentem Dominicam exspectassent, siquidem eo die Pascha definiebant? Apparet igitur Montanistas nunquam Pascha celebrare voluisse, nisi die Dominico. Proinde falsum erit quod ait Sozomenus, eos semper Pascha celebrasse octavo Idus Aprilis. Ex quibus necessario conficitur falsam esse scripturam Nicephori; et hunc locum ita scribi debere ut ab Usserio emen- D datus est. Porro ut argumentationis nostræ vis clarius eluceat, ita concipi debet. Aut die Dominico Pascha celebrarunt Montanistæ, aut non. Si die Dominico, falsa scriptura Nicephori et Christophorsoni, quæ dicit Montanistas octavo Idus Aprilis semper Pascha celebrasse. Si vero non celebrarunt die Dominico, cur quoties dies octavus Idus Apriles in diem Dominicum inciderat, sequentem Dominicum exspectabant? Si enim nullam diei Dominicæ rationem habebant, illam denuo exspectare minime debuerunt.

### VARIORUM.

[o] *Πολύκαρπον τὸν Σμυρναῖον.* Is longe ante Victoris pontificatum martyrio coronatus est. Quare Petrus de Marca lib. III *De concordia*, cap. 3, legendum conjicit *Polycratem;* et voces τὸν Σμυρναῖον exturbandas esse censet. Verum cum Socrates, lib. v, cap. 22, Polycarpum sub Gordiano passum tradat, non mirum est Sozomenum vitam ejus ad Victoris tempora extendisse. Vide Pearson., *De success. Rom. pontif.*, lib. II, cap. 19. W. Lowth.

Digitized by Google

Joannem evangelistam sequi se velle affirmabant, ex communi consilio placuit, ut singuli festum prout consueverant celebrantes, a mutua inter se communione nequaquam discederent. Stultum enim, nec immerito, **307** existimabant, consuetudinum causa ab se invicem separari eos, qui in præcipuis religionis capitibus consentirent. Neque enim in omnibus Ecclesiis, quamvis eamdem fidei doctrinam profiteantur, easdem traditiones per omnia similes reperire licet. Certe in provincia Scythia, quamvis multæ urbes sint, unus est omnium episcopus. In aliis autem provinciis, interdum etiam vici consecratos habent episcopos, sicut in Arabia, et in insula Cypro animadverti, et apud Novatianos ac Montanistas qui sunt in Phrygia. Apud Romanos diaconi non plures sunt hactenus quam septem, instar eorum qui ab apostolis primum ordinati sunt, ex quorum numero fuit Stephanus qui primus martyrium pertulit. Apud alios vero haudquaquam definitus est numerus diaconorum. Præterea Romæ quotannis semel canitur Alleluia, primo die Paschalis festivitatis; adeo ut multi Romanorum hoc jurejurando uti soleant, ut hunc hymnum audire et canere ipsis contingat. In eadem

A ἀκολουθεῖν ἰσχυρίζοντο· τοῦτο κοινῇ δόξαν, ἕκαστοι ὡς εἰώθεσαν ἑορτάζοντες, τῆς πρὸς σφᾶς κοινωνίας οὐκ ἐχωρίσθησαν. Εὔηθες γὰρ καὶ μάλα δικαίως ὑπέλαβον, ἐθῶν ἕνεκεν ἀλλήλων χωρίζεσθαι, περὶ τὰ καίρια τῆς θρησκείας συμφωνοῦντες. Οὐ γὰρ δὴ τὰς αὐτὰς παραδόσεις περὶ πάντα ὁμοίας, κἂν ὁμόδοξοι εἶεν, ἐν πάσαις ταῖς Ἐκκλησίαις εὑρεῖν ἔστιν. Ἀμέλει Σκῦθαι πολλαὶ πόλεις ὄντες, ἕνα πάντες ἐπίσκοπον ἔχουσιν. Ἐν ἄλλοις δὲ ἔθνεσίν ἐστιν ὅπῃ καὶ ἐν κώμαις ἐπίσκοποι ἱεροῦνται, ὡς παρὰ Ἀραβίοις καὶ Κυπρίοις ἔγνων, καὶ παρὰ τοῖς ἐν Φρυγίαις Ναυατιανοῖς, καὶ Μοντανισταῖς. Διάκονοι δὲ παρὰ Ῥωμαίοις εἰσέτι νῦν οὐ πλείους εἰσὶν ἑπτά· καθ' ὁμοιότητα τῶν ὑπὸ τῶν ἀποστόλων χειροτονηθέντων, ὧν ἦν Στέφανος ὁ πρῶτος μαρτυρήσας. Παρὰ δὲ
B τοῖς ἄλλοις ἀδιάφορος ὁ τούτων ἀριθμός p. Πάλιν αὖ ἑκάστου ἔτους ἅπαξ ἐν Ῥώμῃ (45) τὸ Ἀλληλούϊα (46) ψάλλουσι, κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν τῆς Πασχαλίου ἑορτῆς, ὡς πολλοῖς Ῥωμαίων ὅρκον εἶναι (47), τοῦτον τὸν ὕμνον ἀξιωθῆναι ἀκοῦσαί τε καὶ ψᾶλαι. Οὔτε δὲ ὁ ἐπίσκοπος (48), οὔτε ἄλλος τις ἐνθάδε ἐπ' ἐκκλησίας διδάσκει q. παρὰ δὲ Ἀλεξανδρεῦσι μόνος ὁ τῆς πόλεως ἐπίσκοπος. Φασὶ δὲ τοῦτο οὐ πρότερον εἰωθὸς ἐπιγενέσθαι, ἀφ' οὗ Ἄρειος

## VALESII ANNOTATIONES.

(45) *Ἅπαξ ἐν Ῥώμῃ*. Reprehendit hoc Baronius ad annum Chr. 384, num. 28. Verum argumenta quibus id probare nititur, parum firma mihi videntur. Proinde auctoritatem Sozomeni hic sequi malim, maxime cum Cassiodorus ejus verba retulerit in Historia tripertita. Qui profecto nunquam id fecisset, nisi hunc morem vetustum fuisse scisset Ecclesiæ Romanæ, ut in ea semel tantum Alleluia caneretur, die scilicet Paschæ.

(46) *Ἀλληλούϊα*. Augustinus *In psalmum* cvi de Alleluya ita scribit : *Est enim Halleluya quod nobis cantare certo tempore solemniter moris est, secundum Ecclesiæ antiquam traditionem. Neque enim et hoc sine sacramento certis diebus cantamus Halleluya. Certis quidem diebus cantamus Halleluya, sed omni die cogitamus*. In Enarratione vero in psalmum cx, diserte testatur Alleluya cantatum fuisse post dies Quadragesimæ, a Pascha usque ad Pentecosten. Sic et in *Enarratione psalmi* cxlviii, ubi præterea indicat Christianos eo tempore sibi invicem dixisse *Alleluya*, inter salutandum, ut opinor. *Nunc ergo, fratres, exhortamur vos ut laudetis Deum. Et hoc est quod vobis omnes dicimus, quando dicimus Alleluya*. Laudate Dominum, *dicis tu alteri ; dicit ipse tibi. Cum te omnes exhortantur, omnes faciunt quod hortantur.*

(47) *Ὡς πολλοῖς Ῥωμαίων ὅρκον εἶναι*. Antiqui per vota sua jurare consueverant. Ita Julianus cum exercitum alloqueretur, jurare solebat : *Sic sub jugum mitteret Persas : ita quassatum recrearet orbem Romanum*, ut scribit Ammianus Marcellinus in lib. xxv, pag. 270. Ad quem locum vide, si placet, quæ adnotavi. Ex his porro intelligendus est locus Joannis Chrysostomi in homilia 20 *Ad populum Antiochenum*, ubi Theodosium imperatorem sic loquentem inducit : Καὶ εὐχῆς μοι διηνεκοῦς
C ἔργον ἦν, τὴν πόλιν ἐκείνην ἰδεῖν, καὶ τοῦτον ἐποιούμην ὅρκον πρὸς πάντας. Nec aliter interpretari soleo locum Senecæ in lib. ii *De clementia*, ubi vocem illam Neronis, *Vellem nescire litteras*, tantopere laudat. *O vocem*, inquit, *in concionem omnium mortalium mittendam, in cujus verba omnes principes regesque juramentum faciant*. Quod quidem nec Muretus nec Lipsius intellexerunt. Optat Seneca ut ex iis Neronis verbis juramentum principes faciant hoc modo : *Ita velim nescire litteras, sic vellem mea manu damnatum neminem.*

(48) *Οὔτε δὲ ὁ ἐπίσκοπος*. Mirum est quod hic ait Sozomenus, Romæ nec episcopum, nec alium quemquam, in ecclesia sermonem habuisse ad populum. Nec est quod quis suspicetur, hic Sozomenum falli. Nam Cassiodorus qui Romæ vixerat, et Romanam Ecclesiam frequentaverat, hunc morem Ecclesiæ Romanæ retulit in Historia sua tripertita. Quod procul dubio facturus non erat, si id falsum esse comperisset. Exstant quidem sermo-
D nes Leonis papæ quos Romæ habuit ad populum. Verum id recentius est Sozomeno. Nec ante Leonem papam sermones ullius Romani pontificis ad populum habitos proferri posse existimo. Objiciet fortasse aliquis sermonem Liberii papæ quem habuit Romæ in ecclesia beati Petri, die Natalis Dominici, præsente Bononiensi episcopo, ad Marcellinam sororem Ambrosii et alias virgines quæ tunc virgi-

## VARIORUM.

p *Παρὰ δὲ τοῖς ἄλλοις ἀδιάφορος ὁ τούτων ἀριθμός*. Si qua tamen fides Abrahamo Ecchellensi, Severus Alexandrinus, qui Vitas patriarcharum Alexandrinorum collegit, septem solos diaconos Alexandriæ a divo Marco constitutos asserit, ut notavit Beveregius ad xv canonem concilii Neocæsariensis.

q *Ἐν Ῥώμῃ — οὔτε ὁ ἐπίσκοπος, οὔτε ἄλλος τις ἐπ' ἐκκλησίας διδάσκει*. Contrarium colligit e Gregorii M. *Homiliis in Ezech. et Evangelia* Cl. Stillingfleetus, *Casuum ecclesiast*. part. i, p. 205. Verum illæ sunt recentiores Sozomeno. R. P. D. Hooperus in *Dissertat. de Quadragesima*, part. i, cap. 9, emendat ex conjectura εἴτε δὲ ὁ ἐπίσκοπος, εἴτε ἄλλος τις. W. Lowth.

Digitized by Google

πρεσβύτερος ὢν, περὶ τοῦ δόγματος διαλεγόμενος A ἐνεωτέρισε. Ξένον δὲ κἀκεῖνο παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι τούτοις. Ἀναγινωσκομένων γὰρ τῶν Εὐαγγελίων, οὐκ ἐπανίσταται ὁ ἐπίσκοπος· ὃ παρ' ἄλλοις οὔτ' ἔγνων, οὔτ' ἀκήκοα. Ταύτην δὲ τὴν ἱερὰν βίβλον ἀναγινώσκει ἐνθάδε μόνος ὁ ἀρχιδιάκονος [r]· παρὰ δὲ ἄλλοις, διάκονοι· ἐν πολλαῖς δὲ Ἐκκλησίαις, οἱ ἱερεῖς μόνοι. Ἐν δὲ ἐπισήμοις ἡμέραις, ἐπίσκοποι, ὡς ἐν Κωνσταντινουπόλει κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν τῆς ἀναστασίμου (49) ἑορτῆς. Καὶ τὴν πρὸ ταύτης δὲ καλουμένην τεσσαρακοστὴν, ἐν ᾗ νηστεύει τὸ πλῆθος, οἱ μὲν εἰς ἓξ ἑβδομάδας ἡμερῶν λογίζονται, ὡς Ἰλλυριοὶ καὶ οἱ πρὸς δύσιν, Λιβύη τε πᾶσα καὶ Αἴγυπτος σὺν τοῖς Παλαιστινοῖς. Οἱ δὲ, ἑπτὰ, ὡς ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ τοῖς πέριξ ἔθνεσι, μέχρι Φοινίκων. Ἄλλοι δὲ, τρεῖς σποράδην ἐν ταῖς ἓξ ἢ B ἑπτὰ νηστεύουσιν. Οἱ δὲ, ἅμα τρεῖς πρὸ τῆς ἑορτῆς συνάπτουσιν· οἱ δὲ, δύο, ὡς οἱ τὰ Μοντανοῦ φρονοῦντες. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐκκλησιάζειν οὐχ ὁ αὐτὸς παρὰ πᾶσι καιρὸς ἢ τρόπος. Ἀμέλει οἱ μὲν καὶ τῷ Σαββάτῳ, ὁμοίως τῇ μιᾷ Σαββάτου ἐκκλησιάζουσιν, ὡς ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ σχεδὸν πανταχοῦ· ἐν Ῥώμῃ δὲ καὶ Ἀλεξανδρείᾳ, οὐκέτι· παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις ἐν πολλαῖς πόλεσι καὶ κώμαις, παρὰ τὸ κοινῇ πᾶσι νενομισμένον, πρὸς ἑσπέραν τῷ Σαββάτῳ συνιόντες, ἠριστηκότες ἤδη, μυστηρίων μετέχουσι. Καὶ εὐχαῖς δὲ καὶ ψαλμῳδίαις ταῖς αὐταῖς ἢ ἀναγνώσμασι, κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν (50), οὐ πάντας κεχρημένους εὑρεῖν ἔστιν. Οὕτω γοῦν τὴν καλουμένην Ἀποκάλυψιν Πέτρου, ὡς νόθον παντελῶς πρὸς τῶν ἀρχαίων δοκιμασθεῖσαν, ἔν τισιν Ἐκκλησίαις C τῆς Παλαιστίνης εἰσέτι νῦν ἅπαξ ἑκάστου ἔτους ἀναγινωσκομένην ἔγνωμεν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ Παρασκευῆς, ἣν εὐλαβῶς ἄγαν ὁ λαὸς νηστεύει ἐπὶ ἀναμνήσει τοῦ Σωτηρίου πάθους· τὴν δὲ νῦν ὡς Ἀποκάλυψιν (51) Παύλου τοῦ ἀποστόλου φερομένην, ἣν οὐδεὶς ἀρχαίων εἶδε, πλεῖστοι μοναχῶν ἐπαινοῦσιν. Ἐπὶ ταύτης

urbe, nec episcopus, nec alius quisquam in ecclesia populum docet. Sed apud Alexandrinos solus civitatis Alexandrinæ episcopus concionatur. Quam consuetudinem, cum antea non fuisset, introductam esse ferunt, ex quo Arius presbyter de doctrina fidei disserens, nova dogmata invexit. Est etiam apud Alexandrinos hoc novum atque insolens. Dum enim leguntur Evangelia, non assurgit episcopus: **308** quod tamen alibi usquam fieri, neque vidi, neque audivi. Et illic quidem solus archidiaconus sacrum illum codicem legit: alibi vero, diaconi; in multis autem Ecclesiis, soli duntaxat presbyteri. Alicubi in præcipuis festivitatibus episcopi legunt; ut Constantinopoli primo die Paschalis festivitatis. Quadragesimam vero quæ hoc festum proxime antecedit, in qua populus jejunare solet, alii quidem sex dierum septimanis computant, ut Illyrii et Occidentales, totaque Africa et Ægyptus ac Palæstina. Alii vero septem hebdomadas computant, ut Constantinopoli et per cunctas in circuitu provincias usque ad Phœnicen. Nonnulli e [illegible] aut septem illis hebdomadis, tres per intervalla jejunant; alii tres simul hebdomadas Paschale festum proxime antecedentes continuant; quidam duas tantum, ut Montanistæ. Sed neque omnes eodem tempore, aut eodem modo, in ecclesiam conveniunt. Alii enim Sabbato, perinde ac Dominico die, conventus agunt; ut Constantinopoli, ac fere ubique. Romæ vero et Alexandriæ, non item. In multis autem urbibus ac vicis Ægypti, contra receptam omnium consuetudinem, die Sabbati sub vesperam convenientes, jam pransi, sacra mysteria percipiunt. Precibus quoque et psalmis ac lectionibus, nec iisdem omnes, nec eodem tempore uti reperies. Sic Revelationem Petri, quæ ut adulterina a veteribus repudiata est, in quibusdam Ecclesiis Palæstinæ semel quotannis

## VALESII ANNOTATIONES.

nitatem in ecclesia profitebantur. Quem tractatum Ambrosius totum descripsit in lib. III *De velandis virginibus*. Sed responderi potest hunc Liberii sermonem non fuisse ad populum, sed exhortationem duntaxat, et allocutionem ad Marcellinam virginem. Atqui Sozomenus hoc loco de sermonibus loquitur, qui fiebant ad populum inter Missarum solemnia, quas Græci ὁμιλίας vocant. Certe verbum διδάσκειν proprie de iis sermonibus dicitur. Præterea etsi concedamus sermonem tunc a Liberio habitum esse, nihil hoc facit adversus Sozomenum. Id enim extra ordinem factum est a Liberio in gratiam Marcellinæ. Sozomenus vero loquitur de more recepto atque usitato in Ecclesia Romana.

(49) *Κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν τῆς ἀναστασίμου*. Nicephorus Callistus in lib. XII, cap. 34, hunc morem adhuc sua ætate mansisse scribit. Addit præterea, non solum die Paschæ, sed etiam in principio anni, id est Kalendis Januarii, ut opinor, patriarcham Constantinopolitanum Evangelium in ecclesia legere solitum: atque hanc lectionem dupliciter fieri: quantum enim recitat episcopus, tantumdem subinde recitari a diacono. D Hujus autem rei plures causas ibidem affert Nicephorus, quas studiosus lector illic inveniet.

(50) *Κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν*. Supplenda mihi videtur particula hoc modo, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν. Duplicem enim notat differentiam, quod neque eædem essent ubique preces et lectiones; neque eodem tempore fierent apud omnes.

(51) *Τὴν δὲ νῦν ὡς Ἀποκάλυψιν*. In codice Fuketiano scriptum est τὴν δὲ μήν. Rectius, ut opinor. Nicephorus vero eam vocem prætermisit, ut superfluam.

## VARIORUM.

[r] *Ταύτην δὲ τὴν ἱερὰν βίβλον ἀναγινώσκει ἐνθάδε μόνος ὁ ἀρχιδιάκονος*. — Syri Maronitæ, quantum ex eorum ordinatione colligi potest, Alexandrinos imitari videntur. Nam diacono post unam ordinationem traditur Apostolus, seu liber Epistolarum; archidiacono vero liber Evangeliorum, cujus pericopen inter missarum solemnia legit. Nestoriani vero secundos illos imitantur quos Sozomenus commemorat. Juxta enim Nestorianorum ritum diacono non datur liber Evangeliorum, sed Epistolarum, lectori vero Testamentum; sed presbytero soli, cum ordinatur, liber Evangelio-

Digitized by Google

legi animadvertimus : die scilicet Parasceves, quo A populus admodum religiose jejunat in memoriam Dominicæ passionis. Eam vero quæ nunc quasi Pauli apostoli Revelatio circumfertur, quam nullus veterum agnovit, plurimi ex monachis valde commendant. Quidam autem affirmant, hujus de quo agimus imperatoris temporibus repertum esse hunc librum. Aiunt enim apud Tarsum Ciliciæ in ædibus Pauli, arcam marmoream, Deo revelante, sub terra inventam fuisse, in qua hic liber esset reconditus. Mihi vero hac de re percontanti, falsum id esse dixit Cilix quidam, presbyter ecclesiæ Tarsensis : quem quidem jam grandævum esse ipsa canities indicabat. Aiebat autem se nihil ejusmodi apud ipsos gestum comperisse : **309** ac suspicari ne id ab hæreticis confictum esset. B Verum de hac re ista dixisse sufficiat. Multos præterea ritus passim in urbibus et pagis reperire est, quos ob reverentiam eorum qui primitus illos invexerunt, aut eorum qui illis postea successerunt, nefas habent transgredi ii qui sunt illis ritibus innutriti. Idem quoque hominibus accidisse existimandum est in hac festivitate, cujus causa in hunc de istis rebus sermonem sum delapsus.

δὲ τῆς βασιλείας ἰσχυρίζονταί τινες ταύτην ηὑρῆσθαι τὴν βίβλον. Λέγουσι γὰρ ἐκ θείας ἐπιφανείας ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας κατὰ τὴν οἰκίαν Παύλου, μαρμαρίνην λάρνακα ὑπὸ γῆν εὑρεθῆναι, καὶ ἐν αὐτῇ τὴν βίβλον εἶναι. Ἐρομένῳ δέ μοι περὶ τούτου, ψεῦδος ἔφησεν εἶναι Κίλιξ πρεσβύτερος τῆς ἐν Ταρσῷ ἐκκλησίας· γεγονέναι μὲν γὰρ πολλῶν ἐτῶν καὶ ἡ πολιὰ τὸν ἄνδρα ἐδείκνυεν (52). Ἔλεγε δὲ μηδὲν τοιοῦτον ἐπίστασθαι παρ' αὐτοῖς συμβάν· θαυμάζειν τε, εἰ μὴ τάδε πρὸς αἱρετικῶν ἀναπέπλασται. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου τάδε. Πολλὰ δ' ἂν εὕροι τις ἔθη κατὰ πόλεις καὶ κώμας, ἅπερ αἰδοῖ τῶν ἐξ ἀρχῆς παραδεδωκότων, ἢ τῶν τούτους διαδεξαμένων, οὐχ ὅσιον, οὐδὲ ἀνεκτὸν ἡγοῦνται παραβαίνειν οἱ τούτοις ἐντραφέντες. Ταυτὸν δὲ τοῦτο πεπονθέναι νομιστέον τοὺς ἀνθρώπους, καὶ περὶ ταύτην τὴν ἑορτὴν, ἧς ἕνεκεν εἰς τοὺς περὶ τούτων ἐξήχθην λόγους.

## CAP. XVI. XX

*De incremento religionis catholicæ et de templis idolorum penitus sublatis, et de Nili fluvii exundatione quæ tum contigit.*

Divulsis inter se ac distractis, sicuti dictum est, aliarum opinionum sectatoribus, Ecclesia catholica magis magisque in dies crescebat; cum ad eam plurimi accederent, tum ex dissidentibus inter se hæreticis, tum præcipue ex multitudine paganorum. Nam cum imperator animadverteret, præter- C iti temporis consuetudinem ad majorum cæremonias et ad loca ab illis culta subditos suos pertrahere, sub ipsa imperii sui primordia, vetuit ne quisquam ad ea loca accederet. Tandem vero multa ex iis subvertit. Ita pagani sacris ædibus destituti, progressu temporis ecclesias adire assuefacti sunt. Neque enim clam gentilium more sacrificare, absque periculo licebat. Sed adversus eos qui hæc admittere ausi essent, lex erat proposita, quæ pœnam capitis et bonorum proscriptionem iis intentabat. Quo quidem tempore, aiunt Ægypti fluvium tardius solito exundare cœpisse.

## ΚΕΦΑΛ. Κ'.

*Περὶ τῆς ἐπιδόσεως τοῦ καθ' ἡμᾶς δόγματος, καὶ καταλύσεως εἰς τέλος τῶν εἰδωλικῶν νεῶν, καὶ τῆς πλημμύρας τῆς τότε Νείλου τοῦ ποταμοῦ.*

Διασπωμένων δὲ, ὡς εἴρηται, τῶν ἀπὸ τῶν ἄλλων αἱρέσεων, ἔτι μᾶλλον ἐπεδίδου ἡ καθόλου Ἐκκλησία, προστιθεμένων αὐτῇ πλείστων ἔκ τε τῆς πρὸς σφᾶς τῶν ἑτεροδόξων διχονοίας, καὶ μάλιστα τοῦ Ἑλληνικοῦ πλήθους. Ἐπεὶ γὰρ εἶδεν ὁ βασιλεὺς τὴν συνήθειαν τοῦ παρελθόντος χρόνου, ἔτι πρὸς τὸ πατρῷον σέβας, καὶ τοὺς θρησκευομένους παρ' αὐτῶν τόπους ἕλκουσαν τὸ ὑπήκοον, ἀρξάμενος βασιλεύειν, ἐκώλυσε τούτων ἐπιβαίνειν [a]. Τελευτῶν δὲ, καὶ πολλοὺς καθεῖλεν. Οἱ δὲ, ἀπορίᾳ εὐκτηρίων οἴκων, τῷ χρόνῳ προσειθίσθησαν ταῖς ἐκκλησίαις φοιτᾷν· οὐδὲ γὰρ λάθρα θύειν Ἑλληνικῶς, ἀκίνδυνον ἦν· ἀλλ' ἐν ἀφαιρέσει κεφαλῆς καὶ οὐσίας, νόμος ἔκειτο (53) κατὰ τῶν ταῦτα τολμώντων τὴν τιμωρίαν κυρῶν. Τηνικαῦτα δέ φασι τὸν Αἰγύπτου ποταμὸν, κατόπιν τοῦ καιροῦ γενέσθαι περὶ τὴν πρώτην ἀνάβασιν τῶν ὑδάτων· οἱ δὲ Αἰγύπτιοι ἐχαλέπαινον, ὅτι μὴ συγχω-

## VALESII ANNOTATIONES.

(52) *Ἐδείκνυεν*. In codice Fuketiano scriptum inveni ἐδείκνυ, quod magis placet. Porro post vocem ἐτῶν, idem codex virgulam habet appositam. Ego punctum mallem ascribere.

(53) *Νόμος ἔκειτο*. Vide titulum in Codice Theodosiano De paganis, sacrificiis et templis.

## VARIORUM.

rum. Itaque hac in re nulla cum necessitate egerunt Ecclesiæ, sed unaquæque in suo sensu sine alterius reprehensione semper abundavit. Morinus, *De ordinationibus*, part. III, pag. 136.

[a] *Ἀρξάμενος βασιλεύειν, ἐκώλυσε τούτων ἐπιβαίνειν*. Testatur Zosimus, lib. IV, pag. 755, Theodosium circa annos 379 et 380 gentilibus templa adeundi, patriisque ritibus numina placandi potestatem fecisse. Ἔτι γὰρ, inquit, ἦν αὐτοῖς ἄδεια τοῦ φοιτᾷν εἰς τὰ ἱερὰ, καὶ τὰ θεῖα κατὰ τοὺς πατρίους θεσμοὺς ἐκμειλίττεσθαι. Etenim mox anno 381 templis bellum indictum, ut testatur idem D Zosimus, pag. 758, utque constat ex lege Theodosiana adversus sacrificia, quæ sic habet : *Si qui vetitis sacrificiis diurnis nocturnisque, velut vesanus ac sacrilegus incertorum consultorum immiserit, fanumque sibi aut templum ad hujuscemodi sceleris excusationem assumendum crediderit, vel putaverit adeundum, proscriptioni se noverit subjugandum : cum nos justa institutione moneamus :* Castis Deum precibus excolendum, non diris carminibus profanandum. *Dat.* XIII *Kal. Jan. CPoli. Eucherio et Syagrio coss.* (381.

Digitized by Google

ροῖντο κατὰ τὸν πάτριον νόμον τῷ ποταμῷ θύειν. A Ὑπονοήσας δὲ ὁ τοῦ ἔθνους ἡγούμενος εἰς στάσιν αὐτοὺς παρασκευάζεσθαι, τάδε ἐμήνυσε. Μαθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἄμεινον ἔφη πρὸς τὸ Θεῖον διαμεῖναι πιστὸν, ἢ τὰ Νείλου νάματα καὶ τὴν ἐντεῦθεν εὐετηρίαν προτιμῆσαι τῆς εὐσεβείας. Μηδέ ποτε γὰρ ῥεύσειεν ἐκεῖνος ὁ ποταμὸς, εἴπερ ἀληθῶς οἷός τέ ἐστι γοητείαις ὑπάγεσθαι, καὶ θυσίαις χαίρειν, καὶ αἱμάτων ῥεύσει μιαίνειν τὰς ἐκ τοῦ θείου παραδείσου ἐπιῤῥοάς. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ ὁ Νεῖλος πολὺς ἐκχυθεὶς, καὶ τοῖς ὑψηλοτέροις ἐπαφῆκε τὰ ῥεύματα. Ἐπεὶ δὲ πρὸς τὸ τελειότατον καὶ σπανίως πληρούμενον μέτρον ἔφθασεν, οὐδὲν δὲ ἧττον ἐκορυφοῦτο τὸ ὕδωρ, εἰς ἐναντίον φόβον περιέστησαν οἱ Αἰγύπτιοι. Καὶ δέος ἦν, μὴ καὶ τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν, καὶ Λιβύης μέρος οὖσαν (54) κατακλύσῃ. B Ἡνίκα δὴ λέγεται, τοὺς Ἑλληνιστὰς Ἀλεξανδρέων ἀγανακτοῦντας πρὸς τὸ συμβὰν παρὰ γνώμην, ἐπιτωθάσαι καὶ ἐν τοῖς θεάτροις ἀναβοῆσαι, ὡς οἷα γέρων καὶ λῆρος ἐξούρησεν (55) ὁ ποταμός. Ἐκ τούτου δὲ πλεῖστοι Αἰγυπτίων τῆς πατρῴας δεισιδαιμονίας κατέγνωσαν, καὶ εἰς Χριστιανισμὸν μετεβάλοντο. Καὶ τὰ μὲν, ὡς ἐπυθόμην.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

*Περὶ τῆς εὑρέσεως τῆς τιμίας κεφαλῆς τοῦ Προδρόμου, καὶ ὅσα δι' αὐτὴν ἐγένοντο.*

Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον διεκομίσθη εἰς Κωνσταντινούπολιν ἡ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ κεφαλὴ (56), ἣν Ἡρωδιὰς ᾐτήσατο παρὰ Ἡρώδου τοῦ C Τετράρχου. Λέγεται δὲ εὑρεθῆναι παρὰ ἀνδράσι μοναχοῖς τῆς Μακεδονίου αἱρέσεως· οἳ τὰ μὲν πρῶτα ἐν Ἱεροσολύμοις διέτριβον, ὕστερον δὲ εἰς Κιλικίαν μετῳκίσθησαν. Ἐπὶ δὲ τῆς πρὸ ταύτης ἡγεμονίας, Μαρδονίου μηνύσαντος, ὃς τῆς βασιλικῆς οἰκίας μείζων ἦν εὐνοῦχος, προσέταξεν Οὐάλης εἰς Κωνσταντινούπολιν αὐτὴν κομισθῆναι. Καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τοῦτο ἀποσταλέντες, ἐπιθέντες ὀχήματι δημοσίῳ

Indignabantur ergo Ægyptii, quod fluvio ex more institutoque majorum sacrificare haudquaquam permitterentur. Unde præfectus Ægypti suspicatus eos seditionem moliri, rem imperatori significavit. Imperator autem, re cognita, satius esse dixit fidelem erga Deum permanere, quam fluenta Nili et frugum ex ea re ubertatem pietati anteponere. Nunquam fluat, inquit, fluvius iste, si incantamentis elici, et sacrificiis oblectari et cruoris fluxu undas ex divino paradiso defluentes inquinare revera potest. Verum Nilus haud multo post effusus, superiora quoque loca aquis suis operuit; cumque ad summam, et quæ raro impleri solet, mensuram pervenisset, et adhuc tamen aqua intumesceret, in contrarium metum inciderunt Ægyptii, timebantque ne urbs Alexandrina et Lybiæ pars aquis obruerentur. **310** Tum vero aiunt paganos qui erant Alexandriæ, moleste ferentes id quod acciderat, per jocum in theatris exclamasse, quod Nilus tanquam senex ac delirus eminxisset. Hanc ob causam plurimi Ægyptiorum, patriam superstitionem damnantes, ad Christianam religionem se transtulerunt. Atque hæc quidem ita gesta esse accepi.

## CAP. XXI.

*De inventione capitis Joannis Baptistæ et Præcursoris, et de his quæ circa illud facta sunt.*

Sub idem tempus, translatum fuit Constantinopolim Joannis Baptistæ caput, quod Herodias ab Herode tetrarcha olim petierat. Inventum autem id esse dicitur apud monachos quosdam ex secta Macedonianorum, qui prius quidem Hierosolymis morati fuerant, postea vero in Ciliciam migraverant. Præcedentis autem imperatoris temporibus, cum Mardonius eunuchus, præpositus imperialis palatii, rem detulisset, jusserat Valens ut id caput Constantinopolim deportaretur. Et ii quidem qui ad hoc missi fuerant, caput illud publico vehiculo

## VALESII ANNOTATIONES.

(54) *Καὶ Λιβύης μέρος οὖσαν.* Postrema vox delenda est, quam nec Nicephorus nec Epiphanius agnoscit, nec Musculus in versione sua retinuit. At Suffridus qui hunc Sozomeni librum interpretatus est, pessime hunc locum vertit hoc modo : *Nunc et Alexandropolim quæ Libyæ erat portio, fluvius inundaret.*

(55) *Ἐξούρησεν.* Epiphanius Scholasticus vertit : *Evanuisset.* Verba ejus sunt : *Tum vero ferunt paganos Alexandrinos in theatro clamasse, quod velut senex et delirus evanuisset Nilus.* Langus vero interpres Nicephori vertit *postremum eminxisset.*

(56) *Ἡ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ κεφαλή.* Valentiniano IV et Neoterio coss. id factum esse ait Prosper in *Chronico.* Verum auctor *Chronici Alexandrini* id refert anno sequente, Tatiano et Symmacho coss. mense Peritio, ante diem 12 Kal. Martias. Idem tamen auctor diu postea, principatu Marciani Augusti, Vincomalo et Opilione coss. ita scribit : *His coss., regnante Valentiniano et Marciano Augustis, mense Peritio,* XII *Kal. Martias, media hebdomade jejuniorum, anno Syromacedonum* 763, *Antiochenorum* 501, *et* 425 *ex quo Joannes Baptista capite truncatus fuerat,* * *sacrum ejus caput in Emescna urbe repertum est.* Quis est qui non D miretur hanc scriptorum discrepantiam? Postrema quidem hæc narratio nititur auctoritate Marcelli cujusdam archimandritæ, qui relationem Græce scripsit de inventione capitis Joannis Baptistæ, quam ex Græco in Latinum sermonem transtulit Dionysius Exiguus. Huic posteriori inventioni adstipulatur gravis auctor ac diligens, Marcellinus Comes in *Chronico,* qui supradictis coss. Vincomalo et Opilione, ita scribit : *Hoc igitur venerabile caput sub Uranio memoratæ episcopo civitatis, per præfatum Marcellum presbyterum constat inventum, Vincomalo et Opilione coss., mense Februario,* etc.

## VARIORUM.

* Ducangius in notis ad hunc *Chronici Alex.* locum ostendit, inventum esse caput sancti Joannis Baptistæ anno Christi 452, ut testatur Ant. Pagi, ad eum annum, n. 10. De ejus reliquiis vide THEODORIT., *Hist. eccles.*, lib. III, cap. 7.



Digitized by Google

impositum transferre cœperunt. Sed cum venissent Pantichium, qui locus est in agro Chalcedonensium, mulæ quæ vehiculum trahebant, ulterius progredi detrectarunt; idque licet equisones minas ipsis intentarent, et auriga flagello graviter eas cæderet. Qui cum nihil proficerent, et cunctis ipsique adeo imperatori ea res stupenda ac prorsus divina videretur, in vico Cosilai sacrum illud caput deposuerunt. Erat enim hic vicus in proximo, et ad supradictum Mardonium pertinebat. Porro circa hoc tempus, sive Dei, sive prophetæ ipsius impulsu, imperator Theodosius ad eum locum perrexit. Cumque Baptistæ reliquias inde auferre vellet, sola, ut aiunt, ei restitit Matrona, quæ sacrata quidem virgo erat; cæterum caput illud tanquam ministra et custos comitabatur. Cum igitur illa omni virium nisu obstaret, imperator nequaquam eam cogendam esse censuit, sed precibus contendebat, ut reliquias tolli permitteret. Quod cum illa **311** vix tandem concessisset, irritum fore imperatoris conatum arbitrata, ex eo quod Valentis temporibus acciderat, imperator loculum in quo conditæ erant reliquiæ, purpurea veste qua indutus erat involvens, secum detulit; reversusque, in suburbano urbis Constantinopolitanæ, quod septimum dicitur, deposuit; amplissima illic et pulcherrima basilica in honorem Dei constructa. Matronam vero quamvis diu multumque precatus, magnaque ei munera pollicitus esset, nunquam eo adducere potuit, ut sententiam mutaret. Erat enim ex secta Macedonianorum. Vincentius tamen presbyter, qui ejusdem sectæ cum Matrona erat, et pari cum illa obsequio arcam prophetæ servabat, et juxta illam missarum solemnia celebrabat, illico subsecutus est; et cum iis, qui erant ex Ecclesia catholica, communicavit, tametsi, sicut Macedoniani asserunt, jurejurando interposito antea affirmasset, nunquam se ab illorum opinione recessurum, ad extremum vero palam decrevisset ut, si Baptista imperatorem sequi vellet, ipse quoque absque ulla dilatione cum illo communicaret. Erat hic origine Persa, qui Constantii temporibus, cum persecutio adversus Christianos in Perside grassaretur, arrepta fuga, simul cum Adda consobrino, in Romanorum ditionem venerat. Et ipse quidem clero ascriptus, ad presbyterii gradum conscendit. Addas vero, ducta uxore, plurimum profuit Ecclesiæ, relicto post se filio Auxentio, viro erga Deum fidelissimo, et erga amicos promptissimo. Qui vita integer, et litterarum studiosus

A ἦγον. Ὡς δὲ εἰς τὸ Παντείχιον ἧκον, χωρίον δὲ τοῦτο Χαλκηδόνος, οὐκέτι προσωτέρω βαδίζειν ἠνείχοντο αἱ τὸ ὄχημα καθέλκουσαι ἡμίονοι, καὶ ταῦτα τῶν ἱπποκόμων ἐπαπειλούντων, καὶ τοῦ ἡνιόχου χαλεπῶς τῇ μάστιγι κεντοῦντος. Ὡς δὲ οὐδὲν ἤνυον, ἐδόκει δὲ πᾶσι καὶ αὐτῷ τῷ βασιλεῖ παράδοξον εἶναι καὶ θεῖον τὸ πρᾶγμα, ἀπέθεντο ταύτην τὴν ἱερὰν κεφαλὴν ἐν τῇ Κοσιλάου κώμῃ. Ἔτυχε γὰρ ἐκ γειτόνων οὖσα, καὶ Μαρδονίου τούτου κτῆμα. Περὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, ἢ τοῦ Θεοῦ, ἢ αὐτοῦ τοῦ προφήτου κινοῦντος, ἧκεν εἰς τήνδε τὴν κώμην Θεοδόσιος ὁ βασιλεύς. Βουλομένῳ τε τοῦ Βαπτιστοῦ τὸ λείψανον λαβεῖν, μόνην φασὶν ἀντειπεῖν Ματρώναν, ἣ παρθένος μὲν ἦν ἱερὰ, εἵπετο δὲ αὐτῇ διάκονος (57) καὶ φύλαξ. Ἀνθισταμένη δὲ παντὶ σθένει, βιάσασθαι οὐχ B ἡγήσαντο δεῖν (58)· ἀντιβολῶν δὲ, ἐδεῖτο συγχωρεῖν. Ἐπεὶ δὲ μόλις εἶξεν, ἀνήνυτον εἶναι νομίσασα τῷ κρατοῦντι τὴν ἐπιχείρησιν κατὰ τὸ συμβὰν ἐπὶ τῶν Οὐάλεντος χρόνων, περιλαβὼν τῇ ἁλουργίδι τὴν θήκην ἐν ᾗ ἔκειτο, ἔχων ἐπανῆλθε. Καὶ πρὸ τοῦ ἄστεως Κωνσταντινουπόλεως ἔθετο ἐν τῷ καλουμένῳ Ἑβδόμῳ· μέγιστον καὶ περικαλλέστατον τῷ Θεῷ ἐνθάδε ναὸν ἐγείρας· πολλὰ δὲ πολλάκις λιπαρήσας Ματρώναν καὶ κεχαρισμένα ὑποσχόμενος, οὐκ ἔπεισε μεταθέσθαι τῆς δόξης. Ἦν γὰρ τῆς Μακεδονίου αἱρέσεως. Καίτοιγε Βικέντιος πρεσβύτερος, ὁμόδοξος ὢν αὐτῇ, καὶ τὴν σορὸν τοῦ προφήτου ἐπίσης θεραπεύων, καὶ περὶ ταύτην ἱερώμενος (59), ἠκολούθησεν αὐτίκα, καὶ τοῖς ἀπὸ τῆς καθόλου Ἐκκλησίας C ἐκοινώνησεν. Ἀπώμοτον μὲν, ὡς λέγουσιν οἱ τὰ Μακεδονίου φρονοῦντες, ποιησάμενος, μή ποτε μεταθήσεσθαι τῆς αὐτῶν δόξης· τὸ δὲ τελευταῖον εἰς τὸ προφανὲς ὁρίσας, ὡς εἰ ἕλοιτο ὁ Βαπτιστὴς ἀκολουθῆσαι τῷ βασιλεῖ, καὶ αὐτὸν κοινωνήσειν αὐτῷ, μηδὲν διαφερόμενον. Ἐγένετο δὲ οὗτος Πέρσης τὸ γένος· ἐπὶ δὲ τῆς Κωνσταντίου βασιλείας διωγμοῦ καταλαβόντος τοὺς ἐν Περσίδι Χριστιανοὺς, φεύγων ἅμα Ἀδδᾷ τῷ αὐτοῦ ἀνεψιῷ, εἰς Ῥωμαίους ἦλθεν. Ἀλλ' ὁ μὲν κλήρῳ ἐγκατελέγη, καὶ εἰς πρεσβυτέρου προῆλθεν ἀξίαν. Ἀδδᾶς δὲ γήμας, μέγιστα τὴν Ἐκκλησίαν ὠφέλησε, καὶ παῖδα καταλιπὼν Αὐξέντιον, ἄνδρα περὶ τὸ Θεῖον πιστότατον, καὶ περὶ φίλους σπουδαῖον· ἐμμελῆ δὲ τὸν βίον, καὶ φιλολόγον, καὶ πολυμαθῆ τῶν Ἕλλησι καὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς συγγραφεῦσιν ἱστορημένων. Μέτριον δὲ τὸ ἦθος, καίπερ βασιλεῖ καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐπιτήδειον, καὶ D λαμπρᾶς ἐπειλημμένον στρατείας. Ἀλλὰ τοῦδε μὲν πολύς ἐστι λόγος παρά τε εὐδοκιμωτάτοις μοναχοῖς καὶ σπουδαίοις ἀνδράσιν, οἵπερ αὐτοῦ ἐπειράθησαν. Ἡ δὲ Ματρώνα μέχρι τελευτῆς ἐν τῇ Κοσιλάου κώμῃ

## VALESII ANNOTATIONES.

(57) *Εἵπετο δὲ αὐτῇ διάκονος*. Pessime hunc locum verterunt interpretes, qui vocabulum αὐτῇ referri putarunt ad virginem illam, cum tamen referatur ad κεφαλὴν, id est caput Joannis Baptistæ quod servabat virgo illa, et cui tanquam famula ministrabat. Hic est sensus hujus loci, quem Nicephorus optime expressit in cap. 49, lib. XII.

(58) *Οὐχ ἡγήσαντο δεῖν*. Scribendum est ἡγήσατο, quemadmodum legit Nicephorus.

(59) *Περὶ ταῦτα ἱερωμένος*. Hunc locum correxi ex codice Fuketiano, in quo scriptum est περὶ ταύτην ἱερώμενος accentu in antepenultima. Id est, *sacra faciens juxta arcam illam*. Mos enim semper fuit apud Christianos, ut sanctorum reliquias repositas haberent sub altari in quo sacrificium missæ peragebatur. Itaque pro περὶ, posset scribi ὑπὲρ. At Nicephorus scriptum habet διὰ ταύτην ἱερώμενος, pessime. Paulo post ubi legitur, καὶ παῖδα καταλιπὼν, delenda est conjunctio, quam nec Nicephorus agnoscit.

Digitized by Google

διέτριβε· διεβίω δὲ ἱεροπρεπῶς μάλα καὶ σωφρόνως, ἱερῶν παρθένων ἡγουμένη· ὧν εἰσέτι νῦν πολλὰς περιεῖναι ἐπυθόμην, τῆς ὑπὸ Ματρώναν παιδεύσεως ἄξιον φερούσας ἦθος.

et multiplici tum gentilium, tum ecclesiasticorum scriptorum cognitione fuit instructus. Idem moribus civilis ac moderatus, licet imperatori et aulicis familiaris esset, et splendidum in palatio officium gereret. Et hujus quidem viri celebris fama est, tum apud præstantissimos monachos, tum apud pios ac religiosos homines, qui notitiam ejus habuerunt. Matrona vero usque ad exitum vitæ mansit in vico Cosilai, vixitque sancte admodum ac religiose, sacrarum virginum magistra : quarum plerasque adhuc superstites esse accepi, moribus Matronæ magisterio haud quaquam indignis conversantes.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

*Περὶ τῆς δι' ἀγχόνης τελευτῆς Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ νέου βασιλέως ἐν Ῥώμῃ, καὶ περὶ τῆς τυραννίδος Εὐγενίου· καὶ περὶ τῆς προφητείας Ἰωάννου τοῦ ἐν Θηβαΐδι μοναχοῦ.*

Καὶ ὁ μὲν Θεοδόσιος, ἐν εἰρήνῃ τὴν πρὸς Ἕω ἀρχομένην ἰθύνων, ἐν τούτοις ἐσπούδαζε, καὶ ἐπιμελῶς μάλα τὸ Θεῖον ἐθεράπευεν. Ἐν τούτῳ δὲ ἀγγέλλεται Οὐαλεντινιανὸς ὁ βασιλεὺς ἀγχόνῃ ἀπολωλέναι [1]. Ἐλέγετο δὲ ταύτην αὐτῷ καττῦσαι τὴν τελευτὴν διὰ τῶν θαλαμηπόλων εὐνούχων ἄλλους τέ τινας τῶν εἰς τὰ βασίλεια, καὶ Ἀρβογάστην τὸν ἐπὶ τῶν αὐτοῦ στρατευμάτων τεταγμένον· καθότι πατρώζοντα τὸν νέον εὑρὼν περὶ τὴν ἀρχὴν, καὶ πρὸς πολλὰ τῶν ἐκείνοις δοκούντων χαλεπαίνοντα. Οἱ δὲ αὐτὸν ἡγοῦνται αὐτόχειρα ἑαυτοῦ γενέσθαι, ὡς ἐπιχειροῦντά τισιν οὐ δέον (60) ἐν τῷ ζέοντι τῆς ἡλικίας, καὶ κωλυόμενον· καὶ τούτου χάριν οὐ καταξιώσαντα ζῇν, ὅτι βασιλεύων μὴ συγχωροῖτο ποιεῖν ἃ βούλεται. Φασί γε μὴν τοῦτο τὸ μειράκιον εὐγενείᾳ σώματος, καὶ βασιλικῶν τρόπων ἀρετῇ, ὑπερφυῶς δόξαι τῆς ἡγεμονίας ἄξιον, καὶ οἷος μεγαλόψυχος (61), καὶ δικαιοσύνῃ ὑπερβαλέσθαι τὸν αὐτοῦ πατέρα, εἰ παρῆλθεν εἰς ἄνδρας (62)· καὶ ὁ μὲν τοιοῦτος ὢν, ὧδε τέθνηκεν. Εὐγένιος δέ τις οὐχ ὑγιῶς διακείμενος περὶ τὸ δόγμα τῶν Χριστιανῶν, ἐπεισπηδᾷ τῇ ἀρχῇ, καὶ τὰ σύμβολα τῆς βασιλείας ἀμφιέννυται. Ὤετο δὲ τοῦ ἐπιχειρήματος ἀσφαλῶς κρατήσειν, ὑπαγόμενος λόγοις ἀνθρώπων εἰδέναι τὸ μέλλον ὑπισχνουμένων, σφαγίοις τισὶ καὶ ἡπατοσκοπίαις, καὶ καταλήψει ἀστέρων. Ἐσπούδαζον δὲ περὶ ταῦτα ἄλλοι τε πολλοὶ τῶν ἐν τέλει Ῥωμαίων, καὶ Φλαβιανὸς (63) ὁ τότε ὕπαρχος, ἀνὴρ ἐλλόγιμος, καὶ περὶ τὰ πολιτικὰ ἐχέφρων εἶναι δοκῶν· προσέτι δὲ καὶ τὰ μέλλοντα ἀκριβοῦν λογιζόμενος ἐπιστήμῃ παντοδαπῆς μαντείας. Ταύτῃ γὰρ μάλιστα τὸν Εὐγένιον ἔπεισε εἰς πόλεμον παρασκευάσασθαι, μοιρίδιον εἶναι αὐτῷ τὴν

[1] Socr. lib. v, c. 25.

## CAP. XXII.

*De nece imperatoris Valentiniani Junioris, et tyrannide Eugenii. Item de prædictione Joannis monachi in Thebaide.*

Ac Theodosius quidem, cum Orientis imperium pacate gubernaret, his rebus intentus erat, et divinum numen sedulo venerabatur [1]. Interea vero nuntius **312** affertur, imperatorem Valentinianum laqueo interiisse. Quo mortis genere per cubicularios eunuchos exstinctus fuisse dicebatur, instigantibus aulicis quibusdam, ac præcipue Arbogaste magistro militiæ, eo quod illum in regendo imperio paternæ virtutis æmulatorem viderent, nec iis quæ ipsis placuerant acquiescentem. Alii dicunt, eum sibi manus intulisse, propterea quod, cum in ætatis fervore quædam præter jus et æquum aggrederetur, proximi ipsum prohiberent. atque idcirco eum ulterius vivere noluisse, quod cum imperator esset, ea quæ volebat agere nequaquam permitteretur. Fertur porro hunc adolescentem, ob decorem corporis et ob regiam indolem ac virtutem, imperio dignissimum exstitisse, et magnitudine animi ac justitia patrem ab illo potuisse superari, si ad virilem ætatem pervenire ei licuisset. Atque hic quidem, cum ejusmodi esset, tali exitu periit. Eugenius autem quidam, haud sincero animo erga religionem Christianorum affectus, imperium invasit, ejusque insignia sibi assumpsit. Sperabat autem se principatum firmiter retenturum, inductus verbis quorumdam hominum, qui se futura nosse jactabant ex victimis quibusdam extorumque inspectione, et observatione siderum. Cui superstitioni addicti erant eo tempore, tum alii plures ex proceribus Romanorum, tum Flavianus præfectus prætorio, vir eximius et in republica gerenda prudentissi-

### VALESII ANNOTATIONES.

(60) *Ἐπιχειροῦντά τισιν οὐ δέον*. Duæ postremæ voces desunt in codice Fuketiano, nec videntur admodum necessariæ.

(61) *Καὶ οἷος μεγαλόψυχος*. Scribendum est procul dubio καὶ οἷον μεγαλοψυχίᾳ καὶ δικαιοσύνῃ ὑπερβαλέσθαι. Quam emendationem confirmat Nicephorus in c. 39, lib. XII. Sic enim habet, τῷ δὲ μεγαλοψύχῳ καὶ τῷ τῆς δικαιοσύνης ἄκρῳ καὶ τὸν ἐκείνου ὑπερβαλέσθαι πατέρα.

(62) *Εἰ παρῆλθεν εἰς ἄνδρας*. Mallem scribere προῆλθεν.

(63) *Φλαβιανός*. Hæc ex Rufini libro II, *Historiæ Ecclesiasticæ*, cap. 33, sumpsit Sozomenus. Cæterum de hoc Flaviano multa notavi ad lib. XXVII Ammiani Marcellini. Ejusdem Flaviani præfecti præt. meminit Paulinus in Vita beati Ambrosii.

### VARIORUM.

[1] *Οὐαλεντινιανὸς ἀγχόνῃ ἀπολωλέναι*. Obitus Valentiniani Junioris nobilibus characteribus consignatus ab Epiphanio, libro *De mensuris et ponderibus*, num. XX, ubi ait : *Quibus consulibus* (nempe Arcadio II, et Rufino) *mortuus est Valentinianus junior, Valentiniani Magni filius : qui subinde, uti ferunt, præfocatus in palatio repertus est, Idibus Maii pridie Pentecostes, die Sabbati : ipso vero die Pentecostes elatus est.* Occisus est itaque die decima quinta mensis Maii, anni Chr. 392. Imperium quadrimus suscepit anno 375. (Ant. Pagi, ad ann. 392, n. 3.)

Digitized by Google

mus, et qui insuper omnium divinandi artium peritus, res futuras certissime prænoscere putabatur. Hac enim ratione præcipue Eugenium impulit, ut bellum pararet, imperium fato ei destinatum esse affirmans, commissoque prœlio victoriam ei cessuram, et mutationem religionis Christianorum secuturam. Et Eugenius quidem hujusmodi spe delusus, ingentem exercitum collegit: et præruptas fauces Italiæ objectas, quas Romani Alpes Julias vocant, valido præsidio occupavit; quippe quæ altissimis ac præruptis utrinque montibus munitæ, unum duntaxat transitum in angustiis præbeant. Theodosius vero, sollicitus quisnam exitus belli adversus Eugenium futurus esset, et utrum ultro illum aggredi, an potius venientem exspectare oporteret, consilium ea de re Joannis monachi in Thebaide degentis expetere constituit: quem ob futurarum rerum scientiam celeberrimum tunc temporis fuisse, supra commemoravi. **313** Eutropium igitur, unum ex eunuchis palatii, sibi fidissimum, in Ægyptum mittit, ut si fieri possit, eum adducat; sin minus, saltem ex eo discat quid agendum sit. Is cum ad Joannem venisset, persuadere ei non potuit ut ad imperatorem accederet. Sed reversus, nuntiavit Theodosio Joannem dixisse, quod victoriam ex bello relaturus esset, exstinctoque tyranno, post victoriam in Italia ipsum esse moriturum. Quorum utrumque vere dictum fuisse, exitus comprobavit.

βασιλείαν ἰσχυριζόμενος, καὶ νίκην ἐπὶ τῇ μάχῃ συμβήσεσθαι, καὶ μεταβολὴν τῆς Χριστιανῶν θρησκείας. Καὶ Εὐγένιος μὲν ταύταις ταῖς ἐλπίσι βουκολούμενος, πλείστην ἤγειρε στρατιὰν, καὶ τὰς πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ πύλας (64), ἃς οἱ Ῥωμαῖοι Ἰουλίας Ἄλπεις καλοῦσι, προκαταλαβὼν ἐφρούρει, ὡς ἐν στενῷ μίαν πάροδον ἐχούσας, ἑκατέρωθεν πεφραγμένας ἀποῤῥῶξι καὶ ὑψηλοτάτοις ὄρεσι. Θεοδόσιος δὲ διανοούμενος, πῇ ἄρα τὴν ἀπόβασιν ἕξει ὁ πρὸς αὐτὸν πόλεμος, καὶ πότερον ἐπ' αὐτὸν χωρεῖν δεῖ, ἢ ἐπιόντα περιμένειν, ἔγνωκε περὶ τούτου συμβούλῳ χρήσασθαι Ἰωάννῃ τῷ ἐν Θηβαΐδι μοναχῷ· ὃν ἐν τοῖς πρόσθεν εἴρηται ἐπιφανέστατον τηνικάδε γενέσθαι ἐπὶ γνώσει τῶν ἐσομένων· καὶ Εὐτρόπιον, ὃς πιστὸς ἦν αὐτῷ τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις εὐνούχων, πέπομφεν εἰς Αἴγυπτον, εἰ μὲν δυνατὸν, ἄξοντα αὐτόν· εἰ δὲ παραιτήσαιτο, τὸ πρακτέον μαθεῖν. Καὶ ὁ μὲν εἰς Ἰωάννην παραγενόμενος, οὐκ ἔπεισε πρὸς τὸν βασιλέα ἐλθεῖν. Ἐπανελθὼν δὲ, ἤγγειλεν εἰπεῖν, αὐτὸν νικήσειν τὸν πόλεμον, καὶ καθελόντα τὸν τύραννον, μετὰ τὴν νίκην ἐν Ἰταλίᾳ μεταλλάξαι τὸν βίον (65). Ἀμφότερα δὲ ἀληθῆ τὸ τέλος ἔδειξεν.

## CAP. XXIII.

*De exactione tributorum, et de statuis imperialibus Antiochiæ dejectis, et de legatione archiepiscopi Flaviani.*

Inter hæc ob imminentis belli necessitatem, magistratibus quibus id curæ erat, e re publica visum est ut tributa solito graviora a provincialibus exigerentur. Hanc ob causam ad seditionem concitatus Antiochenorum populus, statuas imperatoris atque uxoris ejus dejecit, et fune injecto per urbem tra-

## ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

*Περὶ τῆς εἰσπράξεως τῶν φόρων, καὶ τῶν καθαιρεθέντων ἐν Ἀντιοχείᾳ βασιλικῶν ἀνδριάντων, καὶ τῆς τοῦ ἀρχιερέως Φλαβιανοῦ πρεσβείας.*

Ἐν τούτῳ δὲ (66), διὰ τὴν χρείαν τοῦ πολέμου, ἔδοξε τοῖς ἄρχουσιν οἷς τούτου μέλει, πλέον τι τῶν εἰωθότων φόρων εἰσπράξασθαι τοὺς ὑποτελεῖς. Ἐπὶ τούτῳ δὲ στασιάσας ὁ ἐν Συρίᾳ τῶν Ἀντιοχέων δῆμος, τοὺς τοῦ βασιλέως ἀνδριάντας καθεῖλε, καὶ τῆς αὐτοῦ γαμετῆς· καὶ σχοίνῳ προσάψας, εἷλκεν,

## VALESII ANNOTATIONES.

(64) *Καὶ τὰς πρὸς τὰς Ἰταλίους πύλας.* In codice Fuketiano scriptum est τὰς πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ, etc. Nicephorus quoque habet τὰς ἐν Ἰταλίᾳ πύλας. Melius tamen scriberetur τὰς πρὸ τῆς Ἰταλίας πύλας. Nam Alpes Juliæ, quasi munimenta quædam ac propugnacula, Italiam defendunt.

(65) *Μεταλλάξαι τὸν βίον.* Apparet scribendum esse μεταλλάξειν.

(66) *Ἐν τούτῳ δέ.* Fallitur hoc loco Sozomenus qui seditionem Antiochenam in id tempus contulit, quo Theodosius expeditionem paravit adversus Eugenium tyrannum. Idem quoque scribit Theodoritus in *Historia ecclesiastica*. Verum Baronius utriusque scriptoris errorem jamdudum observavit, et hanc seditionem anno Christi 388* contigisse docuit, partim ex Zosimo, partim ex Ambrosii *Epistola ad Theodosium*. Idem etiam ex Libanio colligitur, qui in oratione ad Ellebicum (hic autem judex missus fuit ad vindicandum facinus Antiochenorum) hanc causam fuisse dicit seditionis, quod imperator, cum pecuniis opus haberet quas militibus suis donaret in decennalibus imperii sui et Arcadii filii quinquennalibus, magnam auri vim indixerat curiæ Antiochensium. Porro decennalia Theodosii contigerant anno Christi 388, Theodosio ipso iterum et Cynegio coss. Id ipsum colligere est ex oratione ejusdem Libanii ad Theodosium imperatorem De reconciliatione. Ibi enim Libanius inter alia exempla imperatoriæ clementiæ, proponit exemplum Valentiniani Junioris, qui cum a Romanis Maximo tyranno adulantibus, re ac verbis graviter læsus fuisset, exstincto postea Maximo, urbi pepercit. Quod quidem exemplum iterum affert in oratione ad Theodosium post reconciliationem. Ex quo apparet seditionem illam 388 Christi anno contigisse post cædem Maximi tyranni qui eo anno oppressus, est, die v Kalendas Augusti, ut docet Idatius in *Fastis*.

## VARIORUM.

* Seditionem Antiochenam accidisse anno 387, non 388, ex Libanio et Chrysostomo constare affirmat Gothofredus in *Chronologia Codicis Theodosiani*, quo tempore Theodosius Constantinopoli consistebat. Huic suffragatur Antonius Pagi.

Digitized by Google

οἵας εἰκὸς ὑπὸ χαλεπαίνοντος πλήθους, ὑβριστικὰς A ἀφιεὶς φωνάς. Ἐπεὶ δὲ πολλοὺς Ἀντιοχέων διαφθεῖραι διενοεῖτο, καὶ πρὸς μόνην τὴν φήμην κατεπλάγη τὸ πλῆθος· καὶ παυσάμενοι μαίνεσθαι μετεμελοῦντο· καὶ ὡς ἐπὶ παροῦσι τοῖς ἀγγελλομένοις κακοῖς, ἔστενόν τε καὶ ἐδάκρυον, καὶ τὸν Θεὸν ἱκέτευον πραΰναι τοῦ κρατοῦντος τὴν ὀργὴν, μελῳδίαις τισὶν ὀλοφυρτικῶς πρὸς τὰς λιτὰς κεχρημένοι. Ἡνίκα δὴ καὶ Φλαβιανὸς ὁ Ἀντιοχέων ἐπίσκοπος, πρεσβευόμενος ὑπὲρ τῶν πολιτῶν, ἔτι τοῦ βασιλέως χαλεπαίνοντος, πέπεικε τοὺς παρὰ τὴν βασιλικὴν τράπεζαν ᾄδειν εἰωθότας νέους, τὰς ἐν ταῖς λιταῖς τῶν Ἀντιοχέων ψαλμῳδίας εἰπεῖν· ἐφ' ᾧ λέγεται φιλανθρωπίᾳ διαχυθέντα τὸν βασιλέα κρατηθῆναι τῷ ἐλέῳ, καὶ αὐτίκα τὴν ὀργὴν ἐκβαλεῖν, καὶ σπείσασθαι πρὸς τὴν πόλιν, δάκρυσι βρέξαντα τὴν φιάλην, ἣν ἔτυχε κατ- B έχων. Φασὶ δὲ τῆς φθασάσης νυκτὸς μεθ' ἣν εὐθὺς ἐπιγενομένης ἡμέρας ἡ στάσις ἐγένετο, φάσμα [u] γυναικὸς θεαθῆναι, μεγέθει ἐξαίσιον καὶ θέᾳ φοβερὸν, μετάρσιόν τε διατρέχον ἀνὰ τὰς ἀγυιὰς τῆς πόλεως, τὸν ἀέρα μαστίζειν ὑπὸ μάστιγι δυσήχῳ, οἵαις εἰς θυμὸν προκαλοῦνται τοὺς θῆρας οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα θέατρα πονοῦντες. Οὕτω τις ἀλάστωρ δαίμων ἐπιβουλῇ (67) τὴν στάσιν ἐκίνησεν. Ἐπηκολούθησε δ' ἂν καὶ φόνος πολὺς, εἰ μὴ τὴν ὀργὴν κατέπαυσεν ὁ βασιλεὺς, τὴν ἱερατικὴν ὑπὸ εὐσεβείας ἱκεσίαν αἰδεσθείς.

xit, contumeliosa insuper verba adjiciens, sicut a multitudine exacerbata fieri solet. Porro cum imperator multos Antiochenorum interficere ob id vellet, ad solum ejus rei rumorem plebs obstupefacta est. Jamque sedato furore, ipsos facti pœnitebat: et quasi mala quæ nuntiabantur jam adessent, gemebant omnes ac lugebant, Deumque precabantur ut imperatoris animum placaret, canticis quibusdam lugubribus ad eam supplicationem utentes. Quo quidem tempore Flavianus Antiochensis episcopus, pro civibus suis legatione fungens, cum imperator adhuc indignatione percitus esset, persuasit adolescentibus qui ad imperatoris mensam canere solebant, ut cantica quibus Antiocheni in supplicationibus suis utebantur, cantarent. Quo facto imperator in clementiam flexus, et miseratione superatus, iram protinus abjecisse dicitur, et cum Antiochensibus in gratiam rediisse, perfuso lacrymis poculo quod tum forte in manibus habebat. Cæterum aiunt, nocte illa quæ diem quo seditio facta est præcessit, spectrum quoddam muliebre visum esse, magnitudine incredibili, et **314** aspectu terribile: quod sublime per plateas urbis discurrens, aerem cæderet flagello quodam horrisono, cujusmodi flagris bestias ad furorem concitare solent ii, qui ejusmodi spectaculis operam suam locant. Ita exitiosus quidam dæmon hanc seditionem insidiose conflavit. Ac profecto ingens cædes consecuta esset, nisi imperator iram suam repressisset, sacerdotis intercessionem pro pietate sua reveritus.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

*Περὶ τῆς τοῦ Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως κατὰ τοῦ Εὐγενίου νίκης.*

C

Ἐπεὶ δὲ τὰ πρὸς τὸν πόλεμον αὐτῷ ηὐτρέπιστο, ἀναγορεύει βασιλέα Ὁνώριον [v] τὸν νεώτερον υἱόν. Ἀρκάδιον γὰρ ἤδη χειροτονήσας ἦν. Ἄμφω δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει καταλιπὼν, σπουδῇ σὺν ταῖς στρατιαῖς ἀπὸ τῆς Ἕω ἐπὶ τὴν πρὸς Δύσιν ἀρχομένην ἠπείγετο. Συνείπετο δὲ αὐτῷ καὶ πλῆθος συμμάχων, τῶν περὶ τὸν Ἴστρον βαρβάρων. Λέγεται δὲ τότε τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκδημῶν, πρὸς τῷ ἑβδόμῳ μιλίῳ γενόμενος, προσεύξασθαι τῷ Θεῷ ἐν τῇ ἐνθάδε ἐκκλησίᾳ, ἣν ἐπὶ τιμῇ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ ἐδείματο· αἰτῆσαί τε αἰσίαν αὐτῷ καὶ τῇ στρατιᾷ

## CAP. XXIV.

*De victoria quam imperator Theodosius de Eugenio reportavit.*

Porro cum omnia quæ ad bellum necessaria erant, abunde comparasset, filium minorem Honorium Augustum nuncupavit [1]. Arcadium enim jam antea Augustum renuntiaverat. Utroque autem relicto Constantinopoli, ipse cum copiis ex Orientis partibus profectus, ad Occidentalis imperii provincias propere contendit. Sequebatur illum ingens turba auxiliarium, ex barbaris qui circa Danubium habitabant. Cum autem egressus Constantinopoli, ad septimum milliare pervenisset, Deum illic orasse dicitur in ecclesia quam in

[1] Socr. lib. v, c. 25.

### VALESII ANNOTATIONES.

(67) *Δαιμόνων ἐπιβουλῇ.* Hunc locum præclare mihi videor restituisse. Nam cum in codice Fuketiano scriptum invenissem δαίμων ἐπιβουλῆς, totum locum ita emendandum putavi: οὕτω τις ἀλάστωρ D δαίμων, ἐξ ἐπιβουλῆς τὴν στάσιν ἐκίνησεν. Emendationem nostram confirmat Nicephorus, qui ita diserte scriptum habet ut conjeceram, quemadmodum videre est in cap. 43 lib. XII.

### VARIORUM.

[u] *Φάσμα.* Spectra hujusmodi nonnunquam visa fuisse memorant et ethnici scriptores, præcipue Plutarchus in *Vita M. Bruti*.

[v] *Ἀναγορεύει βασιλέα Ὁνώριον.* Honorius Augustus creatus IV Idus Januarias, anno Chr. 392, patre Theodosio III et Abundantio coss. Socr. l. v, cap. 24. Marcellinus in *Chronico*. Claudianus quoque de hoc agit, Panegyrico in quartum cos. Honorii, v. 170, etc., qui Constantinopoli id factum indicat, v. 177. GOTHOFRED. *in Chronologio cod. Theodos*. Verno tempore sequentis anni, nempe 394, Theodosius adversus Eugenium movens, relicta Constantinopoli, Heracleam et Adrianopolim progreditur. Tandem conserto prœlio, victus cæsusque est Eugenius tyrannus ad *Frigidum* amnem prope Aquileiam, VIII Id. Septemb. ID., *ibid*.

Digitized by Google

honorem Joannis Baptistæ construxerat, utque faustus ac felix sibi et exercitui et Romanis omnibus belli exitus contingeret, postulasse, et Baptistam sibi auxiliatorem invocasse. Hæc precatus, in Italiam iter fecit, cumque ad Alpes venisset, primas stationes occupat. Et cum transitus verticem prætergressus, jam in descensu esset, campum equitibus ac peditibus oppletum videt, nec procul multos hostium a tergo in montis cacumine interim subsistentes. Cum igitur primi transgressi cum hostibus in campo manum conseruissent, acris et anceps exstitit pugna. Porro cum exercitus adhuc progrederetur, animadvertens imperator humana quidem ope suos nullatenus servari posse, tametsi maxime vellent, incumbentibus a tergo iis qui verticem occupaverant, pronus humi abjectus orare cœpit cum lacrymis; statimque Deus precibus ejusannuit, sicut eventu ipso comprobatum est. Nam rectores eorum qui montis verticem tenebant, missis ad illum nuntiis, se ad illius partes transituros esse polliciti sunt, si honoratiorem gradum apud illum habituri essent. Tum vero imperator, cum chartam et atramentum quæsitum non reperisset, acceptis tabulis quas quidam ex astantibus forte gerebat, honoratæ et convenientis ipsis militiæ perscripsit **315** gradum, quem apud se essent habituri si promissa implevissent. Atque hi quidem istiusmodi conditionibus imperatori sese adjunxerunt. Cæterum cum neutra pars adhuc cederet, sed æquo Marte utrinque acriter pugnaretur, ventus ingens et qualem antea nunquam fuisse novimus, ex adverso in hostes irruens, eorum ordines disturbavit, tela vero et jacula quæ in Romanos conjecta erant, perinde ac si solidis corporibus illisa essent, in ipsa jaculantium corpora retorsit. Scuta denique ex eorum manibus abrepta, cum sordibus ac pulvere in ipsos contorsit. Itaque armis nudati, alii vero ad modicum tempus fuga elapsi, haud multo post capti fuere. Eugenius autem ad pedes imperatoris provolutus, ut vita ipsi concederetur orabat; sed dum supplicaret, a quodam ex militibus capite truncatus est. Arbogastes vero, post prœlium fugiens, sua se manu interemit. Porro eo ipso tempore quo pugna committebatur, aiunt dæmoniacum quemdam in templo Dei quod erat in Septimo, in quo imperator ad bellum proficiscens preces fuderat, a dæmone sublimem raptum Joanni Baptistæ conviciatum esse, cumque tanquam capite truncatum, probris appetiisse, ita vociferando: Tu me vincis, et exercitui meo insidiaris. Hi vero qui aderant, cum, ut credibile est, ingens omnium studium esset de hoc bello, ut aliquid novi audirent ac dicerent, obstupefacti diem in

A καὶ Ῥωμαίοις ἅπασι γενέσθαι τὴν ἔκβασιν τοῦ πολέμου, καὶ σύμμαχον αὐτῷ ἐπικαλέσασθαι τὸν Βαπτιστήν. Ταῦτα δὲ προσευξάμενος, εἰς Ἰταλίαν ἀφίκετο. Καὶ προσβαλὼν ταῖς Ἄλπεσιν, εἷλε τὰς πρώτας φυλακάς. Παραμείψας δὲ τῆς παρόδου τὸ ἄκρον, ὡς πρὸς τῇ καθόδῳ ἐγένετο, εἶδε τὸ πεδίον πλῆρες ἱππέων καὶ πεζῶν· οὐκ ἄπωθεν δὲ κατὰ νώτου πολλοὺς τῶν πολεμίων ἐν τῇ κορυφῇ τοῦ ὄρους τέως ἠρεμοῦντας. Ἐπεὶ δὲ οἱ πρῶτοι παρελθόντες συνεμίσγοντο τοῖς ἐν τῷ πεδίῳ, μάχη καρτερὰ καὶ ἀμφήριστος ἐκινήθη. Ἔτι δὲ περιούσης τῆς στρατιᾶς (68), λογισάμενος ὅσον ἧκεν εἰς ἀνθρώπων δύναμιν, καὶ βουλομένοις μὴ δυνατὸν σώζεσθαι, ἐπιτιθεμένων τῶν ἀπὸ τοῦ νώτου τὴν ἀκρώρειαν καταλαβόντων, πρηνὴς ἐπὶ τοῦ ἐδάφους πεσὼν, ηὔχετο B δακρύων. Καὶ ὁ Θεὸς αὐτίκα ἐπήκουσεν, ὡς τὸ ἀποβὰν ἔδειξε. Πέμψαντες γάρ τινας, συμμάχους σφᾶς ἔσεσθαι προσήγγειλαν οἱ ἡγεμόνες τῶν περικαθημένων τὴν ἄκραν, εἰ μέλλοιεν ἐν τιμῇ παρ' αὐτῷ εἶναι. Ἐπεὶ δὲ χάρτην καὶ μέλαν ἐπιζητήσας οὐχ εὗρε, δέλτον δὲ λαβὼν (69) ἣν ἔτυχέ τις τῶν παρεστώτων ἔχων, ἐνέγραψεν αὐτοῖς ἐπισήμου καὶ ἁρμοδίου στρατιᾶς τάξιν (70), ἣν ἕξουσι παρ' αὐτῷ τὴν ὑπόσχεσιν πληροῦντες. Καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τούτοις τῷ βασιλεῖ προσεχώρησαν. Μή πω δὲ θατέρου μέρους κλίναντος, ἀλλ' ἔτι τῆς ἐν πεδίῳ μάχης ἑκατέρωθεν ἰσαζούσης, ἀντιπρόσωπος τοῖς ἐναντίοις ἐμβὰς ἄνεμος ἐξαίσιος, καὶ οἷον οὔπω πρότερον ἱστορήσαμεν, διέλυσε τὰς τῶν πολεμίων τάξεις. Βέλη δὲ καὶ ἀκόντια C κατὰ Ῥωμαίων πεμπόμενα, ὡς ἀντιτύποις προσβάλλοντα, εἰς τὰ τῶν ἀκοντιζόντων περιέστρεφε σώματα. Καὶ τὰς ἀσπίδας ἐξαρπάζων τῶν χειρῶν, σὺν φορυτῷ καὶ κονιορτῷ κατ' αὐτῶν ἐκύλιε. Γυμνωθέντες δὲ τῶν ὅπλων, οἱ μὲν πλείους αὐτίκα διεφθάρησαν, οἱ δὲ πρὸς ὀλίγον φυγῇ διασωθέντες, μετ' οὐ πολὺ ἥλωσαν. Εὐγένιος δὲ, προσδραμὼν τοῖς ποσὶ τοῦ βασιλέως, ἐδεῖτο σώζεσθαι. Ἐν ᾧ δὲ ἱκέτευε, πρός του τῶν στρατιωτῶν τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη. Ἀρβογάστης δὲ φεύγων μετὰ τὴν μάχην, αὐτόχειρ ἑαυτοῦ γέγονε. Λέγεται δὲ καθ' ὃν καιρὸν οὗτος ὁ πόλεμος συνεκροτεῖτο, ὡς ἐν τῷ νεῷ τοῦ Θεοῦ τῷ ἐν τῷ Ἑβδόμῳ, οὗ προσηύξατο ὁ βασιλεὺς ἐξιὼν, δαιμονῶν τις ἀναρπασθεὶς μετάρσιος, τὸν Βαπτιστὴν Ἰωάννην ἐλοιδορεῖτο, καὶ ὡς τῆς κεφαλῆς ἀποτμηθέντα ὠνείδιζε, καὶ ἀνεβόα· Σύ με νικᾷς, καὶ τῇ D ἐμῇ στρατιᾷ ἐπιβουλεύεις. Οἱ δὲ περιτυχόντες, ὡς εἰκὸς, πολλῆς οὔσης περὶ τοῦ πολέμου σπουδῆς νεώτερόν τι ἀκούειν καὶ λέγειν, καταπλαγέντες ἀνεγράψαντο τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν γενέσθαι τὰ περὶ τὸν πόλεμον οὐκ εἰς μακρὰν ἔγνωσαν παρὰ τῶν κοινωνησάντων τῇ μάχῃ. Καὶ τὰ μὲν ὧδε γενέσθαι λόγος.

## VALESII ANNOTATIONES.

(68) *Ἔτι δὲ περιούσης τῆς στρατιᾶς*. Lego παριούσης, vel certe κατιούσης ut habet Nicephorus in cap. 39.

(69) *Δέλτον δὲ λαβών*. Nemo est, ut opinor, qui non videat scribendum esse δέλτον δὴ λαβών, etc. Jam enim supra monui, sæpius peccatum esse a librariis in hac voce.

(70) *Στρατιᾶς τάξιν*. Mallem scribere στρατείας, id est ordinem militiæ; στρατιὰ vero exercitum significat.

Digitized by Google

charta perscripserunt; eoque ipso die prœlium factum esse, haud multo post ex iis qui prœlio interfuerunt didicerunt. Atque hæc quidem in hunc modum gesta esse dicuntur.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

A

*Περὶ τῆς πρὸς βασιλέα Θεοδόσιον τοῦ ἁγίου Ἀμβροσίου παῤῥησίας, καὶ τοῦ φόνου τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ· καὶ διήγησις τοῦ ἁγίου τούτου ἑτέρων κατορθωμάτων.*

Μετὰ δὲ τὴν Εὐγενίου καθαίρεσιν, ἀφικόμενος εἰς Μεδιόλανον ὁ βασιλεὺς, ἧκεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν εὐξόμενος. Ὡς δὲ πρὸς ταῖς θύραις ἐγένετο, ὑπήντετο Ἀμβρόσιος [x] ὁ τῆς πόλεως ἐπίσκοπος· καὶ λαβόμενος τῆς ἁλουργίδος ἐπὶ τοῦ πλήθους, Ἐπίσχες, ἔφη. Ἀνδρὶ γὰρ ὑπὸ ἁμαρτίας βεβήλῳ, καὶ τὰς χεῖρας ᾑμαγμένας οὐκ ἐν δίκῃ ἔχοντι, οὐ θεμιτὸν πρὸ μετανοίας τῆς τοῦ ἱεροῦ ἐπιβαίνειν οὐδοῦ (71), ἢ μυστηρίων θείων κοινωνεῖν. Ὁ δὲ βασιλεὺς θαυμάσας τὸν ἱερέα τῆς παῤῥησίας, σύννους γεγονὼς, ὑπέστρεφεν, ὑπὸ τῆς μετανοίας κεντούμενος. Ἦν δὲ τῆς ἁμαρτίας B πρόφασις τοιάδε· Βουθερίχου (72) τοῦ ἡγουμένου τότε τῶν παρ' Ἰλλυριοῖς στρατιωτῶν ἡνίοχος τὸν οἰνοχόον αἰσχρῶς ἰδὼν, ἐπείρασε. Καὶ συλληφθεὶς ἐν φρουρᾷ ἦν. Ἐπισήμου δὲ ἱπποδρομίας ἐπιτελεῖσθαι μελλούσης, ὡς ἀναγκαῖον εἰς τὴν ἀγωνίαν ὁ Θεσσαλονικέων δῆμος ἐζήτει ἀφίεσθαι· ὡς δὲ οὐδὲν ἤνυεν, εἰς χαλεπὴν κατέστη στάσιν, καὶ τελευτῶν (73), τὸν Βουθερίχαν ἀνεῖλε. Καὶ ἐπεὶ τάδε ἐμηνύθη, εἰς ἄμετρον ὀργὴν ἐμπεσὼν ὁ βασιλεὺς, ῥητὸν τῶν προστυγχανόντων ἀριθμὸν [y] ἀναιρεθῆναι προσέταξεν. Ἐντεῦθεν δὲ πολλῶν ἀδίκων ἐνεπλήσθη φόνων ἡ πόλις. Ξένοι τε γὰρ αὐτίκα προσπλεύσαντες, καὶ ἐξ ὁδοῦ ἀφικόμενοι, ἀδοκήτως ἥλωσαν. Καὶ πάθη ἐλεεινὰ συνέβη, ἐν οἷς καὶ τόδε· ἔμπορος ἀντὶ δύο παίδων αὐτοῦ συλληφθέντων προσαγαγὼν ἑαυτὸν ἀποθανεῖν C ἐδεῖτο, τοὺς δὲ σώζεσθαι· καὶ μισθὸν τούτου χρυσίον ὅσον εἶχε προΐσχετο τοῖς στρατιώταις. Οἱ δὲ, τὸν ἄνθρωπον τῆς συμφορᾶς ἐλεήσαντες, ἀντὶ ἑνὸς οὗ ἂν ἕλεῖται (74) τῶν υἱέων, τὴν ἱκεσίαν προσίεντο· τοὺς δὲ δύο ἀφιέναι, ὡς ἐπιλείποντος τοῦ ἀριθμοῦ, οὐκ ἀκίνδυνον σφίσιν ἔφασαν. Εἰς ἀμφοτέρους δὲ βλέπων ὁ πατὴρ, ὀλοφυρόμενός τε καὶ κλαίων, οὐδετέρου τὴν αἵρεσιν ὑπέστη· ἀλλ' ἀπορῶν εἰσότε τεθνήκασι διετέλεσεν, ἑκατέρου τῷ φίλτρῳ ἐπίσης νικώμενος. Καὶ

## CAP. XXV.

*De beati Ambrosii in loquendo libertate, qua usus est erga imperatorem Theodosium: et de cæde Thessalonicensium; item de aliis rebus a sancto illo viro præclare gestis.*

Post Eugenii necem, imperator Mediolanum ingressus, orandi causa ad ecclesiam processit. Cumque ad fores venisset, occurrit ei Ambrosius, civitatis episcopus; et apprehensa ejus purpura coram omni multitudine: Siste gradum, inquit. Homini enim ob delicta profano, et manus injusta cæde pollutas gerenti ante pœnitentiam actam sacrum limen intrare non licet, nec ad sacrorum mysteriorum communionem accedere. Tum vero imperator, **316** sacerdotis libertatem admiratus, ad se rediit, et pœnitentiæ stimulis compunctus abscessit. Peccati vero hæc fuerat occasio: Buthe rici eo tempore magistri militum per Illyricum pincernam, auriga amore ejus captus, de stupro sollicitaverat; eamque ob causam comprehensus, in custodia tenebatur. Cum autem nobile equorum certamen in Circo edendum esset, populus Thessalonicensis postulavit, ut is tanquam ad illud certamen necessarius dimitteretur. Sed cum nihil proficeret, gravissimam seditionem commovit, ac postremo Buthericum ipsum interfecit. Ea re nuntiata, imperator incredibili ira succensus, certum numerum eorum qui obvii fierent, obtruncari præcepit. Hac occasione civitas multorum innocentum sanguine completa est. Etenim peregrini, qui recens eo appulerant, vel terrestri itinere advenerant, præter exspectationem statim comprehensi sunt. Multaque tum acciderunt miseratione digna, inter quæ et istud: Mercator quidam pro duobus filiis qui comprehensi fuerunt, semetipsum offerens, rogabat ut ipse quidem necaretur, filii vero abirent incolumes. Et pro hujus beneficii mercede, quidquid habebat auri, militibus pollicebatur. Illi calamitatem hominis miserati, pro altero ex filiis quem vellet, supplicationem ejus

### VALESII ANNOTATIONES.

(71) *Τῆς τοῦ ἱεροῦ ἐπιβαίνειν οὐδοῦ.* In codice Fuketiano scriptum est ὁδοῦ, pessime ut apparet. Sed totus locus ex Nicephoro emendatus est hoc modo, οὐ θεμιτὸν πρὸ τῆς μετανοίας τοῦ ἱεροῦ, etc.

(72) *Βουθερίχου.* Hoc etiam loco fallitur Sozomenus, qui seditionem illam Thessalonicensem refert post exstinctam Eugenii tyrannidem. Sed Baronius in *Annalibus* certissimis argumentis demonstravit, eam contigisse post devictum a Theo- D dosio Maximum, consulatu Valentiniani IV, et Neoterii, anno Christi 390. Porro in codice Fuketiano scriptum est Βουθερίχου hoc loco, quemadmodum paulo infra scribitur Βουθερίχαν, ubi tamen Nicephorus legit Βουθέριχον, rectius, ut opinor.

(73) *Καὶ τελευτῶν.* In codice Fuketiano scriptum est καὶ τελευταῖον; levi discrimine.

(74) *Ἀντὶ ἑνὸς οὗ ἂν ἕλεῖται.* Apud Nicephorum, in cap. 40, lib. XII, scriptum est ἕληται.

### VARIORUM.

x *Ὑπήντετο Ἀμβρόσιος.* De cæde Thessalonicensi Ambrosius Theodosio scripserat epistolam, quæ est 51 in editione Parisiensi a monachis Benedictinis adornata. Ex qua epistola discere possunt omnes episcopi, quanta cum prudentia et cautione erga principes in gravia quæpiam crimina lapsos se gerere debeant: et quemadmodum eos oporteat minus adhibere acerbitatis quam mansuetudinis. Theodoritus lib. V *Hist. eccles.*, cap. 18, auctor est, imperatorem, postquam a synaxi ecclesiastica totos octo menses abstinuisset, natalis Dominici festo in ecclesiam venire voluisse: ac graviter increpitum ab Ambrosio, non prius ingredi permissum esse, quam publicæ pœnitentiæ caput subjecisset.

y *Ῥητὸν ἀριθμόν.* Septem hominum millia interfecta, inquit Theodorit., *loc. cit.*

Digitized by Google

admiserunt. Utrumque vero dimittere, haudquaquam sibi tutum fore dixerunt eo quod numerus deficeret. Verum pater cum ambos aspiceret, flens ac gemens, neutrum ex duobus eximere valuit, sed dubius ancepsque animi quoad interficerentur permansit, utriusque amore ex æquo flagrans. Præterea famulum quemdam frugi pro domino suo, qui tum ad mortem ducebatur, libenti animo occisum esse accepi. Horum igitur malorum, et aliorum complurium, quæ tum, ut verisimile est, acciderunt, causam imperatori ascribens Ambrosius, eum ab aditu ecclesiæ repulit, et a communione removit. Imperator vero peccatum suum publice in ecclesia confessus est: et toto illo temporis spatio quod ipsi ad pœnitentiam præstitutum fuerat, tanquam qui in luctu esset, imperiali cultu minime est usus. Quin etiam legem tulit, ut qui principis jussionibus obsequuntur, in tricesimum usque diem differrent supplicia eorum qui capite damnati essent, eo scilicet consilio, ut interjecti temporis spatium imperatoris iram leniret, et imminuto jam furore, locus miserationi ac pœnitentiæ relinqueretur. Porro Ambrosius iste, multa quoque alia gessit, sacerdotali officio digna, quæ, ut verisimile est, solis eorum locorum incolis **317** nota sunt. Inter egregia autem ejus facinora istud quoque auditione accepi: Moris erat, ut imperatores intra consepta altaris in ecclesia consisterent, honoris causa a populi multitudine separati. Quod ex assentatione, vel ex disciplinæ corruptione profectum esse Ambrosius animadvertens, locum imperatori in ecclesia assignavit ante cancellos altaris: ita ut imperator quidem plebem, ipsum vero imperatorem sacerdotes

A οἰκέτην δὲ ἀγαθὸν ἐπυθόμην τότε, ἀντὶ δεσπότου ἀγομένου πρὸς τὴν σφαγὴν, ἀναιρεθῆναι προθύμως. Τοιούτων δὲ καὶ ἑτέρων, ὡς εἰκὸς, συγκυρησάντων κακῶν, ἐπαιτιώμενος Ἀμβρόσιος τὸν βασιλέα, τῆς ἐκκλησίας εἶρξε, καὶ ἀκοινώνητον ἐποίησε. Δημοσίᾳ δὲ καὶ αὐτὸς τὴν ἁμαρτίαν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ὡμολόγησε· καὶ πάντα τὸν ὁρισθέντα αὐτῷ χρόνον εἰς μετάνοιαν, οἷά γε πενθῶν, βασιλικῷ κόσμῳ οὐκ ἐχρήσατο [z]· καὶ νόμον προσέταξε (75), τοὺς διακονουμένους τοῖς τοῦ βασιλέως προστάγμασιν εἰς τριακοστὴν ἡμέραν ἀναβάλλεσθαι τὴν τιμωρίαν τῶν ἐπὶ θανάτῳ καταδεδικασμένων, ὥστε καὶ τὸν ἐν μέσῳ χρόνον μαλάσσειν τὴν τοῦ βασιλέως ὀργὴν, καὶ τοῦ θυμοῦ παρακμάζοντος, ἐλέῳ καὶ μεταμελείᾳ γενέσθαι χώραν. Ἀμβροσίῳ δὲ τούτῳ πολλὰ μὲν καὶ
B ἄλλα κατώρθωται (76) ἄξια ἱερωσύνης, ἃ μόνοις ἐπιχωρίοις κατὰ τὸ εἰκὸς ἔγνωσται. Τῶν δὲ ἐπισημοτάτων αὐτοῦ ἔργων καὶ τοῦτο ἐπυθόμην· Ἔθος ἦν τοὺς βασιλεῖς [a] ἐν τῷ ἱερατείῳ ἐκκλησιάζειν, κατ' ἐξοχὴν τῶν ὁρίων τοῦ λαοῦ κεχωρισμένους. Κολακίας δὲ ἢ ἀταξίας εἶναι τοῦτο συνιδὼν, τόπον εἶναι βασιλέως ἐν ἐκκλησίᾳ τέταχε, τὸν πρὸ τῶν δρυφάκτων τοῦ ἱερατείου· ὥστε τοῦ μὲν λαοῦ τὸν κρατοῦντα τὴν προεδρίαν ἔχειν, αὐτοῦ δὲ τοὺς ἱερέας προκαθῆσθαι. Ταύτην δὲ τὴν ἀρίστην παράδοσιν ἐπῄνεσε Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς, καὶ οἱ μετὰ ταῦτα ἐκράτυναν· καὶ ἐξ ἐκείνου νυνὶ φυλαττομένην ὁρῶμεν. Τούτου δὲ τοῦ ἀνδρὸς καὶ τόδε τὸ ἔργον ἀξιομνημόνευτον περιλαβεῖν τῇ γραφῇ, ἀναγκαῖον εἶναί μοι δοκεῖ· Ἕλλην
C τις τῶν ἐν τέλει τὸν Γρατιανὸν ἐλοιδόρει, καὶ τοῦ πατρὸς ἀνάξιον ἀπεκάλει· καὶ γραφὴν ἐπὶ τούτοις ὑπομείνας κατεδικάσθη θανεῖν. Ἀγομένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τιμωρίᾳ, ἧκεν Ἀμβρόσιος εἰς τὰ βασίλεια, περὶ αὐτοῦ δεησόμενος. Ὑπὸ σπουδῆς δὲ τῶν αὐτῷ ἐπιβου-

## VALESII ANNOTATIONES.

(75) *Καὶ νόμον προσέταξε.* Procul dubio scribendum est καὶ νόμῳ προσέταξε. Porro hæc lex Theodosii hodie non exstat. Nam ea quæ habetur in codice, sub titulo De pœnis, Gratiani est, non Theodosii, data Veronæ, Antonio et Syagrio coss., diu ante cladem Thessalonicensem. Vide Baronium, *ad annum Christi* 390.

(76) *Καὶ ἄλλα κατώρθωται.* In Fuketiano codice scriptum est κατώρθωτο. Porro quod sequitur de imperatore Theodosio extra cancellos altaris submoto ab Ambrosio, rectius Theodoritus in lib. v *Historiæ*, cap. 18, id conjungit cum pœnitentia Theodosii. Nam post reconciliationem Theodosii id factum est a beato Ambrosio, cum Theodosius munus suum ad altare attulisset, eoque oblato intra cancellos altaris subsisteret. Mirum est tamen nullam hujus rei a Paulino fieri mentionem, qui *Vitam Ambrosii* diligentissime conscripsit.

## VARIORUM.

[z] *Βασιλικῷ κόσμῳ οὐκ ἐχρήσατο. Stravit omne quo nitebatur insigne regium; deflevit in ecclesia peccatum suum, quod ei aliorum fraude obrepserat: gemitu et lacrymis oravit veniam. Quod privati erubescunt, non erubuit imperator publice agere pœnitentiam; neque ullus postea dies fuit, quo non illum doleret errorem.* Ambrosius, *De obitu Theodosii* num. 84.

[a] *Ἔθος ἦν τοὺς βασιλεῖς* — usque ad *νυνὶ φυλαττομένην ὁρῶμεν.* Ex his Sozomeni verbis (inquit Beveregius) finis tandem imponatur tortuosæ isti quæstioni, quæ doctorum ingenia hucusque exercuit, quidnam nimirum esset *Soleus* ille a recentioribus Græcis toties decantatus, et quem in ecclesia usum habuerit? Inter omnes enim con-
D venit, aliquid fuisse, in recentiorum præsertim Græcorum ecclesiis, σωλεῖαν, σωλίαν, σωλεῖον dictum, idque prope cancellos collocatum fuisse. Consentiunt itidem omnes, hoc Latinum esse vocabulum, et plerique nihil aliud esse quam *Solium*, et tamen, quidnam esset istud solium se ignorare ingenue fatentur; nisi quod Jacobus Goar solium Christi per nomen illud designari affirmet. Sed miror nemini de hac re agenti, eorum, quæ supra citantur, Sozomeni verborum in mentem venisse, quibus D. Ambrosius locum imperatoribus in ecclesia assignasse traditur, ante cancellos altaris. Ubi enim imperator sedere solitus est, *Solium* meritissimo jure nominetur. Bevereg., *Annot. in can.* xi *concilii Nicæni primi*

Digitized by Google

λευόντων (77) ἀσχολουμένου Γρατιανοῦ περὶ θέαν κυνηγίων, οἵας εἰώθασιν οἱ βασιλεῖς ἐπιτελεῖν, τερπωλῆς ἰδίας χάριν, οὐ δημοσίας, μηδενός τε τῶν ἐπὶ ταῖς βασιλικαῖς πύλαις τεταγμένων μηνύοντος, ὡς οὐ καιροῦ ὄντος, ὑπεχώρησεν. Ἐλθὼν δὲ ἐπὶ τὴν πύλην ᾗ τοὺς θῆρας εἰσῆγον, ἔλαθε. Καὶ συνεισελθὼν τοῖς κυνηγοῖς οὐ πρότερον καθυφῆκεν, οὐδὲ Γρατιανοῦ καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἀντιβολούντων εἶξεν, εἰ μὴ παραυτίκα σωτήριον ψῆφον τοῦ βασιλέως ἐξέσπασεν, τὸν ἐπὶ θανάτῳ ἀγόμενον ἐλευθεροῦσαν. Οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν φυλακὴν τῶν νόμων τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τὴν ἀγωγὴν τῶν ὑπ' αὐτὸν κληρικῶν, σπουδαῖος ἄγαν ἐγένετο. Ἐκ πολλῶν δὲ τῶν αὐτῷ κατωρθωμένων τάδε μοι εἰρήσθω, εἰς ἀπόδειξιν ἧς εἶχε διὰ Θεὸν πρὸς τοὺς κρατοῦντας παῤῥησίας.

A in ecclesia præcederent. Hanc egregiam ordinationem imperator Theodosius comprobavit, et successores ejus postea confirmarunt : atque ex eo tempore in hunc usque diem observari eam videmus. Ejusdem viri istud quoque memorabile facinus huic operi inserere necessarium duxi : Quidam religione paganus, sed dignitate conspicuus, Gratianum conviciis laceraverat, et patre indignum appellaverat, ob idque in judicium vocatus, capitali sententia damnatus fuerat. Qui cum ad supplicium duceretur, Ambrosius pro illo intercessurus ad palatium perrexit. Sed cum Gratianus studio atque impulsu eorum qui ipsi insidiabantur, spectaculo venationum sese oblectaret, cujusmodi ab imperatoribus edi solent, privatæ, non autem publicæ voluptatis causa ; nec ullus eorum qui ad palatii fores constituti erant, adventum ejus imperatori nuntiaret, utpote intempestivum, discessit. Cumque venisset ad portam per quam bestiæ inducebantur, latenter una cum venatoribus introgressus est : nec prius remisit, nec Gratiani et aulicorum ejus obsecrationibus cessit, quam extorta ab imperatore indulgentia, qua morti addictus liberaretur. Idem porro in observandis legibus ecclesiasticis, et in clericorum suorum disciplina diligentissimus fuit. Atque ex multis quæ ab eo sunt præclare gesta, hæc breviter a me dicta sint, ad declarandam ejus libertatem, qua erga imperatores propter Deum est usus.

## ΚΕΦΑΛ. ΚϚʹ.

*Περὶ τοῦ ἁγίου Δονάτου ἐπισκόπου Εὐωρίας, καὶ περὶ Θεοτίμου τοῦ Σκυθῶν ἀρχιερέως.*

Κατὰ τοῦτον δὲ πολλοὶ πολλαχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐν ἐπισκόποις διέπρεπον, ὡς Δονάτος ὁ Εὐροίας (78) τῆς Ἠπείρου· ᾧ δὴ πολλά τε καὶ ἄλλα τεθαυματουργῆσθαι μαρτυροῦσιν οἱ ἐπιχώριοι, μάλιστα δὲ τὰ περὶ ἀναίρεσιν τοῦ δράκοντος, ὃς περὶ τὰς καλουμένας Χαμαιγεφύρας παρὰ τὴν λεωφόρον ἐφώλευε, καὶ πρόβατα, καὶ αἶγας, καὶ βόας, ἵππους τε καὶ ἀνθρώπους ἐξήρπαζεν. Οὐ γὰρ ξίφος ἢ δόρυ φέρων, οὐδὲ ἄλλο τι βέλος ἔχων, ἐπὶ τουτὶ τὸ θηρίον ἦλθεν. Ἀλλ' ὡς ᾔσθετο, καὶ τὴν κεφαλὴν ὡς ἐφορμήσων ἐξανέστησεν, ἀντιπρόσωπον αὐτῷ εἰς σταυροῦ σύμβολον τὸν ἀέρα τῷ δακτύλῳ κατεσήμανε, καὶ ἐπέπτυσε.

B

## 318 CAP. XXVI.

*De sancto Donato Euroææ episcopo, et de Theotimo Scytharum antistite.*

Eodem tempore in diversis orbis partibus multi inter episcopos enituerunt. Ex his fuit Donatus, Euroææ in Epiro episcopus : quem cum alia multa admirabilia perpetrasse, ejus loci incolæ testantur, tum illud præcipue quod in draconis interfectione gessit, qui circa locum quem Chamægephyras nominant, juxta aggerem publicum latitans, oves, capras, et boves, equos item atque homines rapiebat. Neque enim ille gladium, aut hastam, aut aliud quodlibet telum gestans, hanc belluam adortus est. Sed cum draco adventum illius sensisset, et tanquam impetum in eum factu- C

## VALESII ANNOTATIONES.

(77) *Ὑπὸ σπουδῆς δὲ τῶν αὐτῷ ἐπιβουλευόντων.* Interpretes hæc verba ita acceperunt, quasi vox αὐτῷ referatur ad illum qui capitali supplicio damnatus fuerat, eo quod imperatori maledixisset. Ego tamen ad Gratianum ipsum hanc vocem referri malui, quem proximi ad hujusmodi venationum spectacula consulto impellebant, ut imperatore his ludicris occupato, ipsi rempublicam pro arbitrio administrarent. Testatur hoc Ammianus Marcellinus in lib. XIII, pag. 455, et in lib. XXVII, pag. 344, his verbis : *Egregia pectoris indoles, quæ imperatorem implesset cum veterum lectissimis comparandum, si per fata proximosque licuisset : qui virtutem ejus etiam tum instabilem, adnubilarunt actibus pravis.* Idem dicit in lib. XXXI : *Præclaræ indolis adolescens*, etc. *Ni vergens in ludibriosos actus natura, laxantibus proximis, semel ad studia Cæsaris Commodi convertisset.* Quem locum hic omittere non potui, quippe qui Sozomeni verba egregie explicat. Nam et aulicos Gratiani eum ad hæc studia impulisse dicit, et venationem illam ferarum intra septa seu vivaria, qua Gratianus impense delectabatur, et cujus hic a Sozomeno fit mentio, optime describit.

(78) *Εὐωρίας.* Ita quidem legitur in editione Roberti Stephani. Verum in codice Fuketiano et apud Nicephorum scribitur Εὐροίας. Ortelius tamen mendum esse existimat in Nicephoro, et Evoriam scribi debere. Cui ne assentiar, facit Menologium Græcorum, in quo ita legitur die tricesimo Aprilis : *Eodem die commemoratio sancti Patris Donati episcopi Euroææ sub Theodosio Magno imperatore.* Paulo ante in eodem Menologio leguntur hæc verba : *Eodem die sancti Patris nostri Donati episcopi Aureæ.* Sed corruptum est urbis nomen in hoc posteriore loco, pro Euroææ vel Euoreæ. Is vero qui Menologium illud collegit, cum ex variis Menologiis illud consarcinaret, vitio scriptionis illius D deceptus ex uno duos fecit Donatos. Nostram porro lectionem confirmat etiam Epiphanius Scholasticus, apud quem dicitur Donatus Euryampi, corrupte pro *Euriæ Epiri.* Sane Hierocles in Notitia provinciarum imperii Romani, Eurœam nominat tertio loco inter urbes Epiri veteris. Et inter episcopos qui subscripserunt concilio Constantinopolitano sub Mena, recensetur Theodorus episcopus Euroææ veteris Epiri. Et in concilio Chalcedonensi, actione prima Marcus recensetur episcopus Euroææ, qui interfuit synodo Ephesinæ secundæ, quam Græci *latrocinalem* vocant.

Digitized by Google

rus, caput extulisset, ipse ex adverso ejus stans, signum crucis in aere digito depinxit, et in illum exspuit. At draco, sputo in os accepto, statim concidit, et mortuus jacens, nihilo minor serpentibus illis apparuit, qui apud Indos esse memorantur. Incolæ certe, octo boum jugis in proximum eum campum cum extraxissent, concremarunt, ne putrescens aerem inficeret, et pestem ipsis afferret. Huic Donato sepulcrum est illustris ecclesia, quæ ab ipso cognomen accepit. Juxta ecclesiam fons est uberrimus, quem Deus precibus ejus annuens, illic edidit, cum antea non esset. Erat enim is locus prorsus aridus. Nam cum ipse aliquando ex itinere illuc advenisset, et hi qui cum illo erant, aquæ penuria torquerentur, humum manu fodiens, Deum orasse dicitur: ac mox, completa oratione, ingens aquarum copia affluxisse perhibetur, quæ ex eo tempore nunquam defecit. Hujus rei testes sunt qui Isoriam incolunt, vicum urbis Europæ in quo hæc gesta sunt. Iisdem temporibus, Tomitanorum et totius Scythiæ Ecclesiam Theotimus gubernabat, vir in monastica philosophia innutritus; quem Hunni barbari qui circa Istrum habitabant, virtutis causa admirantes, Deum Romanorum vocabant: divina quippe miracula in illo fuerant experti. Fertur sane, cum ille aliquando juxta regionem barbarorum qui illic erant, iter faceret, ex adverso occurrisse quosdam qui eadem via pergerent Tomin. Cumque ejus comites, tanquam mox perituri lamentarentur, ipse ex equo desiliens Deum oravit. Tum vero barbari nec illo, nec comitibus illius, nec equis e quibus **319** descenderant conspectis, prætergressi sunt. Porro cum barbari illi crebris incursionibus Scythas vastarent, eos, quamvis suopte ingenio feri essent, ad mansuetudinem traduxit, conviviis illos excipiens, et muneribus demulcens. Hac de causa barbarus quidam cum illum opulentum esse suspicaretur, per insidias comprehendere molitus est. Et parato ad id laqueo, scuto innixus, uti solebat cum hostes alloqueretur, sublata dextra laqueum Theotimo injicere parabat, tanquam eum ad se et ad contribules suos attracturus. Verum in ipso conatu, manus illius in sublime extensa, ita ut erat, permansit. Nec prius invisibilibus illis vinçulis liberatus est barbarus, quam aliis intercedentibus Theotimus Deum pro illo orasset. Aiunt porro eum perpetuo comam aluisse, quo habitu philosophari primum instituerat. victu autem fuisse admodum tenui, et tempus sumendo cibo non idem semper habuisse, sed cum esuriret forte aut sitiret. Est enim, meo quidem judicio, proprium philosophi, pro necessitate, non ex luxu, istis cedere.

A Τὸ δὲ, τὸν σίαλον εἰς τὸ στόμα δεξάμενον, αὐτίκα κατέπεσε· καὶ νεκρὸν κείμενον, οὐ μεῖον τῶν παρ' Ἰνδοῖς ἱστορουμένων ἑρπετῶν διεφάνη τὸ μέγεθος. Ἀμέλει τοι, ὡς ἐπυθόμην, ὑπὸ ζεύγεσιν ὀκτὼ εἰς τὸ πλησίον πεδίον ἐξελκύσαντες αὐτὸ οἱ ἐπιχώριοι, κατέκαυσαν, ὅπως μὴ διασαπεὶς τὸν ἀέρα λυμανεῖται, καὶ λοιμώδη νόσον ποιήσῃ. Δονάτῳ δὲ τούτῳ τάφος ἐστὶν ἐπίσημος εὐκτήριος (79) οἶκος, ἀπ' αὐτοῦ τὴν ἐπωνυμίαν ἔχων. Περὶ τοῦτον δὲ πηγὴ ὑδάτων πολλῶν, ἣν οὐ πρότερον οὖσαν, εὐξαμένου αὐτοῦ, τὸ Θεῖον ἐνέδωκεν. Ἦν μὲν γὰρ οὗτος ὁ χῶρος παντελῶς ἄνυδρος. Ἐξ ὁδοιπορίας δέ ποτε ἐνθάδε παραγενόμενος, λέγεται τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἀπορίᾳ ὕδατος ταλαιπωρουμένων, τῇ χειρὶ τὴν γῆν λαχήνας εὔξασθαι, ἅμα δὲ τῇ εὐχῇ ἄφθονον ἀναβλύσαι ὕδωρ, καὶ ἐξ ἐκείνου μὴ B διαλιπεῖν. Ἀλλὰ τῶνδε μὲν μάρτυρες, οἱ τὴν Ἰσωρίαν οἰκοῦντες κώμην Εὐροίας, καθ' ἣν τάδε συνέβη. Ἐν τούτῳ δὲ Τόμεως καὶ τῆς ἄλλης Σκυθίας τὴν Ἐκκλησίαν ἐπετρόπευε Θεότιμος Σκύθης, ἀνὴρ ἐν φιλοσοφίᾳ τραφείς· ὃν ἀγάμενοι τῆς ἀρετῆς οἱ περὶ τὸν Ἴστρον Οὖννοι βάρβαροι, Θεὸν Ῥωμαίων ὠνόμαζον. Καὶ γὰρ δὴ καὶ θείων ἐπ' αὐτῷ πραγμάτων ἐπειράθησαν. Λέγεται γοῦν, ὡς ὁδεύοντί ποτε παρὰ τὴν ἐνθάδε βαρβάρων γῆν, ὑπήντοντο ἐναντίαν τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἐπὶ Τόμιν ἐλαύνοντες. Ὀλοφυρομένων δὲ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ὡς αὐτίκα ἀπολουμένων, ἀποβὰς τοῦ ἵππου, ηὔξατο. Οἱ δὲ βάρβαροι μήτε αὐτὸν μήτε τοὺς ἑπομένους, ἢ τοὺς ἵππους ὧν ἀπέβησαν (80) θεασάμενοι, παρέδραμον. Ἐπεὶ δὲ πολλάκις ἐπιόντες C ἐκακοποίουν τοὺς Σκύθας, φύσει θηριώδεις ὄντας, εἰς ἡμερότητα μετέβαλεν, ἑστιῶν τε καὶ δώροις φιλοφρονούμενος. Ἐντεῦθεν δὲ βάρβαρος ἀνὴρ ὑπολαβὼν εὔπορον εἶναι, ἐπεβούλευσεν αὐτὸν ἑλεῖν. Καὶ βρόχον παρασκευάσας ἀσπίδι ἐπερειδόμενον (81), ὥσπερ εἰώθει τοῖς πολεμίοις διαλεγόμενος, ἀνασχὼν τὴν δεξιὰν, ἀκοντίζειν ἐπ' αὐτὸν τὸ σχοινίον ἔμελλεν, ὡς πρὸς ἑαυτὸν καὶ τοὺς ὁμοφύλους ἑλκύσων. Ἅμα δὲ τῇ ἐπιχειρήσει, ἀνατεταμένη ἡ χεὶρ πρὸς τὸν ἀέρα διέμεινε. Καὶ οὐ πρότερον ὁ βάρβαρος τῶν ἀοράτων ἠφείθη δεσμῶν, εἰ μὴ τῶν ἄλλων ἀντιβολούντων, ὑπὲρ αὐτοῦ τὸν Θεὸν ἱκέτευσε Θεότιμος. Φασὶ δὲ κομήτην αὐτὸν διαμεῖναι καθ' ὃ σχῆμα φιλοσοφεῖν ἀρξάμενος ἐπετήδευσε. Λιτὸν δὲ τὴν δίαιταν· τροφῆς δὲ, οὐ τὸν αὐτὸν, ἀλλ' ἐν τῷ πεινῆν ἢ διψῆν D τὸν καιρὸν ὁρίσαι. Φιλοσόφου γὰρ ἦν, οἶμαι, καὶ τούτοις πρὸς χρείαν, οὐ διὰ ῥᾳστώνην εἴκειν.

## VALESII ANNOTATIONES.

(79) *Οἶκον εὐκτήριον*. Nicephorus in cap. 45, lib. XII, post has voces addit καὶ ἄστυ, et tam oppidum quam templum Donati vocabulo appellari subdit. Unde Ortelius in *Thesauro* scribit Evoriam urbem Epiri, Donatianam quoque dictam esse.

(80) *Ὧν ἐπέβησαν*. Rectius in codice Fuketiano legitur ἀπέβησαν, quomodo etiam legit Epiphanius Scholasticus. Certe cum supra dixerit Theotimum ex equo descendisse ut Deum precaretur, ejus quoque comites idem fecisse credendum est.

(81) *Ἀσπίδι ἐπερειδόμενον*. Scribendum puto ἐπερειδόμενος, id est scuto innixus. Vult enim dicere Sozomenus, barbarum illum scuto innixum, cum Theotimo locutum fuisse, quemadmodum facere solebat, quoties cum Romanis loqueretur. Certe Nicephorus legit etiam ἐπερειδόμενος, sed de Theotimo id dici perperam existimavit. Quasi vero Theotimus episcopus scutum gestaret. Cete-

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛ. ΚΖʹ.

*Περὶ τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου τοῦ ἐπισκόπου Κύπρου· καὶ μερικὴ τις τῶν κατ' αὐτὸν διήγησις.*

Περὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ Ἐπιφάνιος τὴν Κυπρίων ἐπεσκόπει μητρόπολιν. Ὃν οὐ μόνον τὰ περὶ τὴν πολιτείαν ἐπίσημον ἐπὶ ἀρεταῖς ἀπέδειξεν, ἀλλὰ καὶ ὅσα παράδοξα ζῶντος αὐτοῦ, καὶ μετὰ τελευτὴν τιμῶν τὸν ἄνδρα ὁ Θεὸς ἐπετέλεσεν. Ἀποθανόντι γὰρ, ὃ μὴ περιόντι ὑπῆρξε, λόγος ἐπὶ τῷ τάφῳ αὐτοῦ εἰσέτι νῦν δαίμονας ἀπελαύνεσθαι, καὶ ἰάσεις τινὰς γίνεσθαι. Ἐν ᾧ δὲ ζῶν ἐτύγχανε, πολλὰ θαυμάσια αὐτῷ ἀνατιθέασι, τῶν γε μὴν εἰς ἡμᾶς ἐλθόντων ἐκεῖνο· μεταδοτικὸς ὢν περὶ δεομένους, ἢ ναυαγίοις, ἢ ἄλλως δυστυχήσαντας, ἐπειδὴ πάλαι τὴν οὐσίαν ἀνάλωσεν, εἰς δέον ἐσπάθα (82) τοῖς τῆς Ἐκκλησίας χρήμασι. Πλεῖστα δὲ ἦν· πάντοθεν γὰρ πολλοὶ τὸν πλοῦτον εὐσεβῶς ἀναλίσκειν προθέμενοι, καὶ ζῶντες τῇ ὑπ' αὐτὸν ἐκκλησίᾳ παρεῖχον, καὶ τελευτῶντες κατελίμπανον. Ἐθάῤῥουν γὰρ, ὡς οἰκονομικὸς καὶ θεοφιλὴς ὢν, κατὰ γνώμην αὐτοῖς ἀναλώσει τὰ δῶρα. Φασὶ γοῦν ποτε ὀλίγων ἔτι λειπομένων χρημάτων, χαλεπῆναι τῆς ἐκκλησίας τὸν οἰκονόμον, καὶ ὡς δαπανὸν αὐτὸν μέμφασθαι, τὸν δὲ μηδ' οὕτως καθυφεῖναι περὶ τοὺς ἐνδεεῖς φιλοτιμούμενον. Ἐπεὶ δὲ πάντα ἀνάλωτο, ἐπιστάς τις τῷ δωματίῳ οὗ διῆγεν ὁ οἰκονόμος, βαλάντιον πολλῶν χρυσῶν νομισμάτων ἔδωκεν. Ὡς δὲ οὔτε ὁ δοὺς, ἢ ὁ πεπομφὼς δῆλος ἦν, ἐδόκει δὲ παράδοξον εἰκότως, ἐπὶ δόσει τοσούτων χρημάτων ἄνθρωπον ἄγνωστον ἑαυτὸν παρέχειν, τότε δὴ πάντες τὸ πρᾶγμα θεῖον εἶναι συνέβαλον. Ἀλλ' οἷον ἕτερον περὶ αὐτοῦ λέγεται, καὶ ἀφηγήσασθαι βούλομαι. Πυνθάνομαι τεθαυματουργῆσθαι Γρηγορίῳ τῷ θαυμασίῳ, ὃς πάλαι τὴν Νεοκαισάρειαν ἐπετρόπευσε, καὶ μάλα πείθομαι. Ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο ἀπιστέον, ὅμοιον καὶ Ἐπιφανίῳ εἰργάσθαι. Ἐπεὶ οὐδὲ μόνος Πέτρος ὁ ἀπόστολος ἤγειρε νεκρὸν, ἀλλὰ καὶ Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς ἐν Ἐφέσῳ, καὶ Φιλίππου θυγατέρες ἐν Ἱεραπόλει. Καὶ τὰ αὐτὰ πολλάκις ἐξειργασμένους εὑρεῖν ἔστι πολλοὺς τῶν πάλαι καὶ νῦν θεοφιλῶν ἀνδρῶν. Ἔστι δὲ τοιόνδε, ὃ λέγειν θέλω· Ἐπιτηρήσαντες δύο τινες πτωχοὶ ἐπιόντα τὸν Ἐπιφάνιον (83) πλέον τι κομίσασθαι πραγματευόμενοι, ὁ μὲν ἐφαπλώσας ἑαυτὸν τῷ ἐδάφει, ἔκειτο δῆθεν νεκρός· ὁ δὲ, παρεστὼς ἔκλαιεν, οἷά γε ὁμοῦ συνήθους θάνατον ὀδυρόμενος, καὶ ὅτι μηδὲ θάπτειν αὐτὸν δύναιτο, τὴν πενίαν καταμεμφόμενος. Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος, ἐν ἀναπαύσει εἶναι τὸν κείμενον ηὔξατο, καὶ τὰ πρὸς τὴν κηδείαν ἐπιτήδεια δεδωκὼς, Ἐπιμελοῦ, φησὶ τῷ δακρύοντι, τῆς ταφῆς, καὶ παύου κλαίων, ὦ τέκνον. Οὐ γὰρ ἀναστήσεται νῦν. Τὸ δὲ ἐπὶ τῷ

## CAP. XXVII.

*De sancto Epiphanio episcopo Cypri: et rerum ab eo gestarum compendiosa narratio.*

Per idem tempus in metropoli insulæ Cypri Epiphanius episcopatum gerebat[1]. Quem non solum vitæ conversatio illustrem ob virtutes reddidit, verum etiam miracula, quæ Deus, honore illum afficere volens, ipso adhuc superstite, et post obitum ejus edidit. Mortuo enim illo, id quod viventi non contigerat, ad sepulcrum ejus dæmones etiamnum fugari, et morbi quidam curari dicuntur. Dum autem in vivis superesset, multa illi miracula tribuuntur. Ex quibus istud ad notitiam nostram pervenit: Cum liberalis esset erga egenos, qui vel naufragio, vel alio quopiam casu ad inopiam redacti essent; quoniam facultates suas jam pridem omnes absumpserat, ecclesiæ bonis, ubi opus erat, prolixe abusus est. Erat autem opulentissima ejus ecclesia. Multi enim ex variis orbis partibus, qui opes suas in pios usus impendere studebant, et superstites ejus ecclesiæ eas præbebant, et morientes eidem relinquebant. Confidebant enim illum, utpote qui probus dispensator, Deique amantissimus esset, res ab ipsis donatas ex ipsorum sententia ac voluntate erogaturum. Quodam igitur tempore, cum paucæ admodum pecuniæ superessent, aiunt ecclesiæ œconomum succensuisse, eumque tanquam prodigum reprehendisse, illum vero ne tum quidem de solita erga pauperes munificentia quidquam remisisse. Omnibus autem consumptis, repente nescio quis ad cubiculum, **320** in quo degebat œconomus, accedens, saccum in quo multi erant aurei nummi, in manus ei tradidit. Cumque nec is qui dederat, nec is qui miserat nosceretur, videreturque merito insolens, quemquam in tantæ pecuniæ largitione latere velle, tum vero universi id Dei opus esse judicarunt. Aliud præterea quod de illo refertur, commemorare libet. Id quidem ab admirando Gregorio qui Neocæsariensem olim rexit Ecclesiam, gestum esse accepi, et libenter credo. Sed non idcirco incredibile videri debet, idem quoque factum esse ab Epiphanio. Neque enim solus Petrus apostolus mortuum ab inferis excitavit, verum etiam Joannes evangelista in urbe Epheso, et Philippi filiæ Hierapoli. Multosque tam ex antiquis, quam ex nostræ memoriæ piis hominibus, eadem sæpenumero gessisse comperimus. Id autem quod dicere proposui, hujusmodi est: Duo quidam mendici, cum Epiphanium venientem observassent, ut

[1] Socr. lib. v, c. 14.

### VALESII ANNOTATIONES.

rum de hoc more Hunnorum aliorumque barbarorum, qui conjectis laqueis homines abripiebant, multa olim notavi in Observationibus ad lib. XXXI Ammiani Marcellini, pag. 417, quibus hoc etiam addi velim. Idem quoque a Sarmatis factitatum esse scribit Pausanias in Atticis. Ubi interpres σειρὰς male interpretatus est catenas.

(82) *Εἰς δέον ἐσπάθα.* Hunc locum correxi ex codice Fuketiano et ex Nicephoro, qui pro ἐσπάσθαι, scriptum habent ἐσπάθα, optime procul dubio. Etsi enim σπαθᾷν abuti significat et luxuriari, adverbium tamen quod additum est a Sozomeno, verbi duritiem temperat atque emollit.

(83) *Ἀπιόντα τὸν Ἐπιφάνιον.* In codice Fuketiano scriptum est ἐπιόντα. Nicephorus autem habet παριόντα, quod rectius videtur.

Digitized by Google

plus pecuniæ ab eo corraderent, alter quidem eorum super solo extensus, mortuo similis jacuit: alter vero prope stans plorabat, simul egestatem suam querens, quod illum sepelire non posset. Epiphanius vero jacenti requiem apprecatus, ea quæ ad sepulturam ejus necessaria erant, mendicanti donavit, flentique dixit: Cura sepulturam, et plorare desine, fili: neque enim in præsenti resurget. Quod vero accidit inevitabile ac prorsus necessarium, id forti animo perferendum est. Et Epiphanius quidem his dictis abscessit. Cum autem nemo jam in conspectu esset, mendicus stans jacentem pede pulsare cœpit, laudans quod mortuum egregie simulasset, et, Surge, inquit: ex labore tuo hunc lætum transigemus diem. Sed cum ille perpetuo jaceret, et nihilo plus nec clamantem audiret, nec totis viribus moventem sentiret, concito cursu episcopum assecutus, fraudem amborum confessus est, ploransque et crines vellicans, orabat ut socius ad vitam revocaretur. Verum Epiphanius hominem dimisit, hortatus ut id quod acciderat æquo animo ferret. Non enim dissolvere voluit Deus id quod factum fuerat: persuadere omnino volens hominibus, eos qui se tales præbent erga famulos ipsius, ipsi qui omnia audit ac videt, fraudem struere.

A συμβεβηκότι ἀπαραίτητον, καὶ πάντως ἀποκείμενον δεῖ φέρειν γενναίως. Καὶ ὁ μὲν, τοιάδε εἰπὼν, παρῆλθεν. Ὡς δὲ οὐδεὶς ἐφαίνετο, τῷ ποδὶ κινήσας τὸν κείμενον ὁ ἑστὼς, ἅμα γε ἐπαινῶν ὡς μάλα σαφῶς τεθνάναι ἐμιμήσατο· Ἔγειρε σαυτὸν, ἔφη, καὶ τὴν ἡμέραν ἐκ τῶν σῶν πόνων ἐν τρυφῇ διάξωμεν. Ἐπεὶ δὲ ὁμοίως ἔκειτο, καὶ οὐδὲν μᾶλλον οὔτε βοῶντος ἤκουεν, οὔτε παντὶ σθένει κινοῦντος ᾐσθάνετο, δρομαῖος καταλαβὼν τὸν ἱερέα, τὴν σφῶν τέχνην κατεμήνυσε, κλαίων τε καὶ τὰς τρίχας τίλλων, ἐδεῖτο τὸν ἑταῖρον ἐξανίστασθαι. Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος, μὴ χαλεπῶς φέρειν τὸ συμβὰν παραινέσας, ἀπέπεμψε τὸν ἄνθρωπον. Οὐ γὰρ ἀνέλυσε τὸ γεγονὸς ὁ Θεός· πάντως, οἶμαι, τοὺς ἀνθρώπους πιστούμενος, ὡς αὐτὸν τὸν πάντα ἀκούοντα καὶ ἐφορῶντα ἐξαπατῶσιν, οἱ τοιού- B τους σφᾶς περὶ τοὺς αὐτοῦ θεράποντας παρέχοντες.

## CAP. XXVIII.

*De Acacio Berœæ episcopo; deque Zenone et Ajace, viris ob virtutem illustribus.*

Verum hæc quidem ita accepi. Ex eodem tempore Acacius quoque inter episcopos claruit, qui episcopatum Berœæ in Syria jamdudum administrabat. De hoc multa scitu digna narrari possunt; quippe qui in monastica vita ab **321** ineunte ætate exercitatus, emendatissime vixerit. Istud tamen maximum virtutis indicium præbuit, quod episcopale domicilium perpetuo apertum habuerit, ita ut peregrinis ac civibus quicunque vellent, cibi etiam ac somni tempore videre eum liceret. Quod quidem maxime admiror. Nam vel ita vivebat, ut fiduciam sui semper gereret, vel adversus naturæ ad vitium proclivitatem sese muniens, istud excogitavit: ut dum assidue suspicaretur se deprehensum iri ab iis qui ex improviso supervenirent, continuas excubias agens, ab officio suo nunquam deflecteret, sed honestis actibus semper intentus esset. Celebres eodem tempore fuere Zeno et Ajax fratres: qui initio quidem non in solitudine philosophati sunt, sed in urbe Gaza juxta mare; qui locus etiam Majuma vocatur. Cæterum ambo catholicæ fidei assertores acerrimi fuere, Deumque forti animo confessi sunt, adeo ut sæpenumero a paganis gravissime et crudelissime

## ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

*Περὶ Ἀκακίου τῆς Βεῤῥοίας, καὶ περὶ Ζήνωνος, καὶ Αἴαντος ἐπισήμων ἀνδρῶν καὶ διαβοήτων ἐπ' ἀρετῇ.*

Ἀλλὰ τὰ μὲν ὧδε ἐπυθόμην. Ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ Ἀκάκιος ἐν ἐπισκόποις διέπρεπε, ἤδη πρότερον τὴν ἐν Βεροίᾳ τῆς Συρίας ἐπισκοπὴν ἐπιτραπείς. Τούτου δὲ εἰκὸς μὲν καὶ ἄλλα φέρεσθαι γραφῆς ἄξια· καθ' τὸν βίον μοναχικῶς ἀσκηθεὶς ἐκ παιδὸς, ἀκριβῶς C ἐπολιτεύσατο. Τεκμήριον δὲ μεγίστης ἔδωκεν ἀρετῆς, παρὰ πάντα τὸν χρόνον τὸ ἐπισκοπικὸν καταγώγιον ἀνεῳγμένον ἔχων· ὡς καὶ τροφῆς ὥρᾳ καὶ ὕπνου, ἀδεῶς οἷς ἐδόκει ξένοις τε καὶ ἀστοῖς αὐτὸν ὁρᾷν (84). Ἄγαμαι δὲ τοῦτο μάλιστα· ἢ γὰρ οὕτως ἐβίω, ὡς ἀεὶ πεποιθέναι, ἢ πρὸς τὸ ἕτοιμον εἰς κακίαν τῆς φύσεως παρετοιμαζόμενος, τουτὶ ἐπενόησεν· ὥστε ἀεὶ φωραθήσεσθαι προσδοκῶν ὑπὸ τῶν ἐξαπίνης εἰσιόντων, ἐν τῇ συνεχεῖ φυλακῇ, μηδὲ ἁμαρτάνειν ὧν δεῖ (85), ἀλλ' ἐν σπουδαίοις εἶναι πράγμασιν. Ἐν δὲ τῷ τότε ἐπισήμω ἤστην καὶ Ζήνων καὶ Αἴας ἀδελφοί· οἳ δὴ τὸ πρὶν ἐφιλοσόφουν, οὐκ ἐν μοναγρίαις, ἀλλ' ἐν Γάζῃ πρὸς θάλασσαν, ὅπερ καὶ Μαϊουμᾶν ὀνομάζουσιν. Ἄμφω δὲ πιστοτάτω περὶ τὸ δόγμα ἐγενέσθην, καὶ Θεὸν ὡμολόγησαν ἀνδρείως· ὡς καὶ D πολλάκις πρὸς τῶν Ἑλληνιστῶν αἰκισθῆναι χαλεπῶς ἄγαν καὶ ἀπηνῶς (86). Λέγεται δὲ Αἴαντα γῆμαι μὲν εὐειδεστάτην γυναῖκα· τρίτον δὲ μόνον αὐτῇ συνελθεῖν ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ, καὶ τρεῖς παῖδας ποιῆσαι. Τὸ

## VALESII ANNOTATIONES.

(84) *Ξένοις τε καὶ ἀστοῖς αὐτὸν ὁρᾷν.* Non dubito quin scribendum sit ξένους τε καὶ ἀστούς. Id enim lex grammatica postulat; atque ita scriptum habet Nicephorus. Alioqui supplendum esset verbum ἐξεῖναι. Porro notandum est, eumdem quoque morem ab Ambrosio servatum fuisse, ut testatur Augustinus in lib. VI *Confessionum*, cap. 3, his verbis: *Sæpe cum adessemus: non enim vetabatur quisquam ingredi, aut ei venientem nuntiari mos erat; sic eum legentem vidimus tacite*, etc.

(85) *Μηδὲ ἁμαρτάνειν ὧν δεῖ.* Malim scribere μηδὲν ἁμαρτάνειν. In codice Fuketiano scriptum est per apocopen μηδ' ἁμαρτάνειν. Hic est Acacius qui inimicitias gessit adversus Joannem Chrysostomum, et quem ea de causa perstringit Palladius in *Dialogo de vita Joannis Chrysostomi*.

(86) *Χαλεπῶς ἄγαν καὶ ἀπηνῶς.* Tres ultimæ voces desunt in codice Fuketiano, et totus locus ita scribitur: Πρὸς τῶν Ἑλληνιστῶν χαλεπῶς αἰκισθῆναι.

Digitized by Google

μετὰ ταῦτα δὲ συνουσίας ἕνεκα τοιᾶσδε τῇ γαμετῇ A ἀποταξάμενον, μοναχικῶς πεπολιτεῦσθαι· καὶ τῶν υἱέων δύο μὲν ἐπὶ τὰ θεῖα καὶ τὴν ἀγαμίαν παιδαγωγῆσαι· τὸν ἄλλον δὲ ἐπὶ γάμον. Ἐπιεικῶς δὲ καὶ μάλα εὐδοκίμως τὴν τοῦ Βοτωλίου Ἐκκλησίαν ἐπετρόπευσε. Ζήνων δὲ, ἔτι νέος ὢν βίῳ καὶ γάμῳ ἀπαγορεύσας, ἐπιμελέστατος ἐγένετο περὶ τὴν διακονίαν τοῦ Θεοῦ. Φασὶ γοῦν αὐτὸν, μᾶλλον δὲ καὶ ἡμεῖς τεθεάμεθα, ἐπισκοποῦντα τὴν ἐν τῷ Μαϊουμᾶ Ἐκκλησίαν, ἤδη γηραλέον καὶ ἀμφὶ τὰ ἑκατὸν ἔτη ὄντα, μηδεπώποτε ἑωθινῶν ἢ ἑσπερινῶν ὕμνων, ἢ ἄλλης λειτουργίας τοῦ Θεοῦ κατόπιν γενόμενον, εἰ μή γε νόσος αὐτὸν ἐπέσχεν. Ἐν φιλοσοφίᾳ δὲ μοναχικῇ τὸν βίον ἄγων, λινῆν ἐσθῆτα ὕφαινεν ἐπὶ μονήρους ἱστοῦ, ἐντεῦθέν τε τὰ ἐπιτήδεια εἶχε, καὶ ἄλλοις ἐχορήγει· καὶ οὐ διέλιπεν ἄχρι τελευτῆς τὸ αὐτὸ δι- B έπων ἔργον, καίπερ ἀρχαιότητι τῶν ἀνὰ τὸ ἔθνος ἱερέων πρωτεύων, καὶ λαῷ καὶ χρήμασι μεγίστης Ἐκκλησίας προεστώς. Ἀλλὰ τῶνδε μὲν εἰς ἀπόδειξιν τῶν τότε ἱερωμένων ἐμνήσθην, πάντας δὲ διεξελθεῖν ἔργον· ἐπεὶ οἱ πλείους ἀγαθοὶ ἐγένοντο· καὶ τὸ Θεῖον ἐμαρτύρει τοῖς αὐτῶν βίοις, ἐπικαλουμένων ἑτοίμως ἐπακοῦον, καὶ πλεῖστα θαυματουργοῦν.

verberati sint. Et Ajax quidem pulcherrimam uxorem duxisse dicitur, ac ter tantum cum ea rem habuisse, tresque ex ea liberos sustulisse, posthæc vero ab uxore, quod quidem ad ejusmodi congressum attinet, separatus, monasticam duxisse vitam, atque ex filiis duos quidem ad studium rerum divinarum et ad cœlibatum instituisse, tertium vero ad matrimonium. Ipse præclare admodum et moderate Ecclesiam Bololii gubernavit. At Zeno, cum adhuc juvenis sæculo et nuptiis renuntiasset, in ministerio Dei diligentissimus fuit. Aiunt certe, imo nos quoque ipsi vidimus, eum cum Majumæ Ecclesiam gubernaret, jam senem ac centum circiter annos natum, nunquam a matutinis aut vespertinis hymnis, aut a reliquo officio divino abfuisse, nisi morbus ipsum detineret. Porro cum in monastica philosophia vitam traduceret, lineam vestem texebat super unica tela. Hoc artificio et sibi ipsi necessaria comparabat, et aliis subministrabat; nec cessavit usque ad exitum vitæ id opus exercere, tametsi reliquos omnes provinciæ illius episcopos antiquitate superaret, et Ecclesiam tum populi multitudine, tum divitiis præcellentem regeret. Atque hos quidem episcopos commemoravi, ut quales fuissent eo tempore antistites, demonstrarem. Cunctos vero singillatim recensere, operosum fuerit. Majori enim ex parte boni fuerunt: et vitæ illorum integritatem Deus testimonio suo comprobavit, eorum preces celeriter exaudiens, et multa per eosdem patrans miracula.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΘʹ.

*Περὶ τῆς εὑρέσεως τῶν λειψάνων Ἀβακοὺμ καὶ Μιχαίου τῶν προφητῶν· καὶ περὶ τῆς τελευτῆς Θεοδοσίου βασιλέως τοῦ μεγάλου.*

Ὑπὸ δὲ τοιούτων ἀγομένη ἡ πανταχοῦ Ἐκκλησία, C πρὸς ὁμόνοιαν, ἀρετὴν (87), καὶ ζῆλον ἀνῆγε τοὺς λαοὺς καὶ τοὺς κλήρους. Οὐ μόνα δὲ ταῦτα τὴν θρησκείαν ἐσέμνυνεν, ἀλλὰ καὶ Ἀβακοὺμ, μετ' οὐ πολὺ δὲ τούτου καὶ Μιχαίας πρωτοπροφητῶν (88) περὶ τοῦτον τὸν χρόνον ἀναφανέντες. Ἀμφοῖν δὲ τὰ σώματα, ὡς ἐπυθόμην, κατὰ θείαν ὀνείρατος ὄψιν ἀνεδείχθη Ζεβέννῳ τῷ τότε ἐπισκοποῦντι (89) τὴν Ἐλευθερουπόλεως Ἐκκλησίαν. Καὶ γὰρ δὴ καὶ τοὔνομα ταύτης ἦστην Κελὰ, ἡ πρὶν Κεῖλα (90) ὀνομαζομένη πόλις, καθ' ἣν ὁ Ἀβακοὺμ εὑρέθη. Καὶ Βηραθσατία (91) χωρίον ἀμφὶ δέκα στάδια τῆς πόλεως

## 322 CAP. XXIX.

*De inventione reliquiarum Abacuc et Michææ prophetarum, et de morte imperatoris Theodosii Magni.*

Ab hujusmodi viris Ecclesia administrata laicos simul et clericos ad similis virtutis æmulationem subvexit. Neque vero hæc solum religionem nostram illustrarunt, verum etiam Abacuc, nec multo post eum Michæas, ex primis illis prophetis, circa id tempus reperti. Amborum autem corpora per divinam in somnis visionem, sicut accepi, ostensa sunt Zebenno, qui tunc Eleutheropolitanæ Ecclesiæ pontificatum gerebat. Locus porro in quo repertus est Abacuc, vocabatur Cela; olim vero Ceila civitas dicebatur. Berathsatia vero locus est decem circiter stadiis distans ab urbe: juxta

### VALESII ANNOTATIONES.

(87) *Πρὸς ὁμόνοιαν ἀρετήν.* Scribendum est D procul dubio πρὸς ὁμοίαν ἀρετήν. Quam emendationem confirmat Nicephorus in cap. 48, lib. XII. Sic enim ille hunc Sozomeni locum expressit: Καὶ λαὸς καὶ κλῆρος πρὸς τὸν ἴσον ἐκείνοις τῆς ἀρετῆς ζῆλον ἀνηρεθίζοντο.

(88) *Καὶ Μιχαίας πρωτοπροφητῶν.* In codice Fuketiano scriptum est πρῶτος προφητῶν. Vulgata tamen lectio potior mihi videtur. Neque enim Michæas primus, sed inter primos prophetas fuit, quippe qui post Osee et Amos prophetaverit. Vixit tamen iisdem temporibus quibus illi, ut testatur Eusebius in libro *De prophetis*, qui editus est una cum Procopii Gazæi Commentariis in Isaiam.

(89) *Τῷ τότε ἐπισκοποῦντι.* Codex Fuketianus habet ἐπιτροπεύοντι.

(90) *Ἡ πρὶν Κεῖλα.* Hujus urbis mentio fit in libro Regnorum, cap. XXIII. De hac Eusebius in libro *De locis Hebraicis* ita scribit: Κεῖλα φυλῆς Ἰούδα, ἔνθα Δαβὶδ ἐκαθέσθη, καὶ εἰσέτι νῦν κώμη Κεῖλα πρὸς ἀνατολὰς Ἐλευθεροπόλεως ἀπιόντων εἰς Χεβρὼν ὡς ἀπὸ σημείων ιζʹ· τὸ μνῆμα Ἀβακοὺμ τοῦ προφήτου αὐτόθι δείκνυται. Quæ ita vertit Hieronymus: *Ceila in tribu Juda, ubi quondam sedit David: et nunc villula Ceila ad orientalem plagam Eleutheropoleos, pergentibus Chebron; quasi octavo milliario, in qua sepulcrum Abacuc demonstratur.* Notandus autem est error Nicephori hoc loco, qui Eleutheropolim Ceilam dictam esse existimavit. Quod tamen non dicit Sozomenus, sed tantum Ceilam, vicum nunc esse in agro Eleutheropoleos.

(91) *Καὶ Βηραθσατία.* Hæc videtur esse Βηρά, de qua Eusebius et Hieronymus in libro *De locis Hebraicis* ita scribunt: *Bera, ubi cum Abimelech Joathan fugisset, habitavit. Distat autem vicus Bera ab Eleutheropoli octo millibus ad aquilonem.* Idem Hieronymus, in *Epitaphio Paulæ*, Morathi vocat sepulcrum Michææ. Melius tamen patriam

Digitized by Google

quem locum erat sepulcrum Michææ : quod quidem incolæ ignorantes quid dicerent, monumentum fidelium appellabant, Nephsameemana patrio sermone nominantes. Atque hæc quidem ad Christianæ religionis gloriam amplificandam idonea, hujus imperatoris temporibus contigerunt. Cæterum post partam de Eugenio victoriam, imperator Theodosius dum Mediolani degeret, morbo correptus est : statimque prædictione Joannis monachi in memoriam revocata, brevi se moriturum conjecit[1]. Itaque Honorium filium quantocius accivit Constantinopoli. Quem ubi præsentem vidisset, melius se habere visus est, ita ut ad Circensium ludorum spectaculum processerit. Sed post prandium repente ingravescente morbo, filio mandavit ut spectaculorum editioni præsideret. Nocte vero insequenti ex hac vita migravit, Olubrio et Probino fratribus consulibus.

A διεστώς· περὶ δὲ τοῦτο ὁ Μιχαίου τάφος ἦν, ὃ μνῆμα πιστὸν (99), ἀγνοοῦντες ὅ τι λέγουσιν οἱ ἐπιχώριοι ἐκάλουν, Νεφσαμεεμανᾶ τῇ πατρίῳ φωνῇ ὀνομάζοντες. Ἱκανὰ μὲν οὖν καὶ τάδε πρὸς εὔκλειαν τοῦ Χριστιανῶν δόγματος, ἐπὶ τῆς παρούσης βασιλείας συνεχύρησε. Μετὰ δὲ τὴν κατὰ Εὐγενίου νίκην, ἔτι ἐν Μεδιολάνῳ διάγων Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς, ἀῤῥώστως διετέθη· ἐννοηθείς τε ὁμοῦ τὴν τοῦ Ἰωάννου τοῦ μοναχοῦ προφητείαν, ὑφωρᾶτο τελευτήν. Ἐν τάχει τε τὸν υἱὸν Ὀνώριον ἐκ τῆς Κωνσταντινουπόλεως μετεκαλέσατο, καὶ παραγενόμενον ἰδὼν, ἔδοξε ῥᾷον ἔχειν, ὡς καὶ ἐπὶ θέαν ἱπποδρομίας αὐτὸν προελθεῖν. Ἐξαπίνης δὲ μετὰ τὸ ἄριστον κακῶς διατεθεὶς, ἐκέλευσε τῷ παιδὶ τὴν θέαν ἐπιτελέσαι. Τῆς δὲ ἐχομένης νυκτὸς τὸν βίον μετήλλαξεν, Ὀλυβρίου καὶ Προβιανοῦ τῶν
B ἀδελφῶν ὑπατευόντων.

[1] Socr., lib. v, cap. 26.

VALESII ANNOTATIONES.

dixisset. Quanquam Epiphanius in libro *De vitis prophetarum*, Michæam in vico Morathi ex quo erat oriundus, sepulcrum habuisse dicit, sua etiam ætate notissimum.

(92) *Ὁ μνῆμα πιστόν*. In codice Fuketiano scriptum inveni πιστῶν. Vulgatam tamen lectionem confirmat Epiphanius Scholasticus, qui sepulcrum hoc Michææ ab indigenis vocatum esse dicit, *o fidelem memoriam!* Ex quo apparet Epiphanium hic legisse ὢ μνῆμα πιστόν! Sic enim hunc Sozomeni locum expressit : Οἱ δὲ πιστοὶ τοῦτο ἀγνοοῦντες τοῖς ἐπιχωρίοις ἐπίσης ὠνόμαζον Νεφσαμεεμανᾶ.

# ΕΡΜΕΙΟΥ ΣΩΖΟΜΕΝΟΥ

## ΣΑΛΑΜΙΝΙΟΥ

# ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

## ΤΟΜΟΣ Η'.

# HERMIÆ SOZOMENI

## SALAMINII

# HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

## LIBER VIII.

### 323 CAP. I.

*De successoribus Theodosii Magni : et quomodo occisus est Rufinus præfectus prætorio. Item de majorum civitatum episcopis : et de dissidio hæreticorum : et de Sisinnio, Novatianorum episcopo.*

Hunc in modum Theodosius, cum Ecclesiam magnopere amplificasset, ex vivis excessit, annos

C

### ΚΕΦΑΛ. Α'.

*Περὶ τῶν διαδόχων τοῦ Μεγάλου Θεοδοσίου· καὶ ὡς ἀνηρέθη Ῥουφῖνος ὁ ὕπαρχος· καὶ περὶ τῶν ἀρχιερέων τῶν μεγάλων πόλεων, καὶ τῆς διαφορᾶς τῶν αἱρετικῶν, καὶ περὶ Σισιννίου τοῦ Ναυατιανῶν ἐπισκόπου διήγησις.*

Ὧδε μὲν ἐς τὰ μάλιστα τὴν Ἐκκλησίαν αὐξήσας, ἐτελεύτησε Θεοδόσιος, ἀμφὶ τὰ ἑξήκοντα ἔτη γεγο-

Digitized by Google

νῶς· ἐκ τούτων δὲ δέκα καὶ ἓξ ἐβασίλευσε. Καὶ A διαδόχους κατέλιπε τῆς ἀρχῆς, Ἀρκάδιον μὲν τὸν πρεσβύτερον τῶν υἱέων, τῶν πρὸς Ἕω ἐθνῶν· Ὀνώριον δὲ, τῶν πρὸς Ἑσπέραν· ἄμφω δὲ ὁμόφρονες τῷ πατρὶ περὶ τὴν θρησκείαν ἐγενέσθην. Ἡγεῖτο δὲ τότε τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας μετὰ Δάμασον, Σιρίκιος· τῆς δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει, Νεκτάριος· Θεόφιλος δὲ, τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ· καὶ Φλαβιανὸς τῆς Ἀντιοχέων· καὶ Ἰωάννης τῆς Ἱεροσολύμων. Ἐν τούτῳ δὲ Οὖννοι [b] βάρβαροι Ἀρμενίας καὶ τῆς πρὸς Ἕω ἀρχομένης μέρη τινὰ κατέδραμον. Ἐλέγετο δὲ ὡς λάθρα τούτους ἐπηγάγετο ἐπὶ ταραχῇ τῆς βασιλείας (93) Ῥουφῖνος, ὁ τῆς Ἀνατολῆς ὕπαρχος, ὕποπτος ὢν καὶ ἄλλως, ὡς τυραννεῖν βούλεται. Ἀλλ' ὁ μὲν ἐπὶ τοιαύτῃ αἰτίᾳ οὐκ εἰς μακρὰν ἀνῃρέθη. Ἅμα γὰρ ἐκ τῆς κατὰ Εὐγενίου μάχης ἐπανῆλθεν B ἡ στρατιὰ, καὶ ὁ βασιλεὺς, ὡς ἔθος, πρὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ὑπήντετο, μηδὲν μελλήσαντες οἱ στρατιῶται τὸν Ῥουφῖνον ἀπέκτειναν. Ἐγίνετο δὲ καὶ ταῦτα πρόφασις ἔτι μᾶλλον ἐπιδιδόναι τὴν θρησκείαν. Οἵ τε γὰρ κρατοῦντες ὑπὸ εὐσεβείας ἡγοῦντο τῷ οἰκείῳ πατρὶ τὰς κατὰ τῶν τυράννων κατορθοῦσθαι νίκας, καὶ Ῥουφῖνον ἐπίβουλον ὄντα τῆς αὐτῶν ἀρχῆς, ἐκποδὼν οὕτως ἀκονιτὶ γεγενῆσθαι. Καὶ διὰ τοῦτο τὰ δεδογμένα τοῖς πρὶν βασιλεῦσιν ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν, προθυμότερον βέβαια ἐφυλάττοντο (94), καὶ δωρεὰς ἰδίας προσετίθεσαν. Οἵ τε ὑπήκοοι πρὸς τούτους βλέποντες, Ἕλληνες μὲν ῥᾳδίως εἰς Χριστιανισμὸν μετέβαλον· αἱρετικοὶ δὲ τῇ καθόλου Ἐκκλησίᾳ προσεχώρουν. Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Ἀρείου καὶ C Εὐνομίου αἱρέσεως, καὶ ὅτι πρὸς σφᾶς ἐδιχονόουν (95) διὰ τὰς πρόσθεν εἰρημένας αἰτίας, ἑκάστοτε ἐμειοῦντο. Πολλοὶ γὰρ ἐκ τῆς πρὸς ἀλλήλους ἐναντιότητος, οὐκ ὀρθῶς αὐτοὺς περὶ Θεοῦ δοξάζειν ἐνόμιζον, καὶ πρὸς τοὺς ὁμοδόξους τοῖς κρατοῦσι μετετίθεντο. Τοὺς δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει τὰ Μακεδονίου φρονοῦντας ἔβλαπτε κατ' ἐκεῖνο καιροῦ μὴ ἔχειν ἐπίσκοπον. Ἀφ' οὗ γὰρ ἐπὶ τῆς Κωνσταντίου βασιλείας παρὰ Εὐδοξίου καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν τὰς ἐκκλησίας ἀφῃρέθησαν, ὑπὸ μόνοις πρεσβυτέροις

natus plus minus sexaginta : ex quibus imperavit sexdecim. Successorem vero imperii reliquit, in Orientis quidem partibus, Arcadium filium natu majorem : in Occidente autem Honorium, qui quidem ambo eamdem cum patre fidei doctrinam secuti sunt. Præerat tunc temporis, Ecclesiæ quidem Romanæ post Damasum Siricius : Constantinopolitanæ vero Nectarius ; Alexandrinam autem Ecclesiam Theophilus gubernabat : Antiochiæ Flavianus, Joannes vero Hierosolymis episcopatum gerebant. Per idem tempus Hunni barbari Armeniam et alias regiones Orientalis imperii devastarunt. Dicebatur autem Rufinus præfectus prætorio per Orientem eos clanculum evocasse ad perturbandum imperii statum : quippe qui affectatæ tyrannidis suspectus esset. Verum hic quidem eam ob causam non ita multa post trucidatus est. Nam cum exercitus ex bello adversus Eugenium reversus esset, et imperator, ut moris est, extra urbem Constantinopolitanam obviam ei occurrisset, milites nihil cunctati Rufinum interfecerunt. Porro ex hac occasione, religio **324** Christiana adhuc majus incrementum accepit. Sic enim imperatores persuasum habebant, pietati ascribendum esse, quod et pater ipsorum victoriam de tyrannis reportasset, et quod Rufinus, qui ipsorum imperio insidiabatur, tam facile exstinctus fuisset. Atque idcirco ea quæ a superioribus principibus pro Ecclesiarum utilitate decreta fuerant, propensiore animo confirmarunt, et propria ipsi dona ac beneficia adjecerunt. Subditi vero ad principum exemplum sese formantes, pagani quidem ad Christianam religionem facile transibant, hæretici vero ad Ecclesiam catholicam sese adjungebant. Ariani autem et Eunomiani quoniam inter seipsos dissidebant ob causas quas supra commemoravi, in dies magis magisque imminuebantur. Ex mutua enim inter ipsos discordia, multi eos non recte de Deo sentire judicabant, et ad illos, qui ejusdem cum imperatoribus fidei

[1] Socr., lib. v, cap. 1.

## VALESII ANNOTATIONES.

(93) *Ἐπὶ τῇ ἀρχῇ τῆς βασιλείας.* Hunc locum correxi ex codice Fuketiano, in quo diserte scriptum est ἐπὶ ταραχῇ τῆς βασιλείας. Porro de Hunnis ad vastandas Orientis provincias a Rufino evocatis scribit etiam Claudianus in libro II *Adversus Rufinum.* Ejusdem irruptionis Hunnorum meminit beatus Hieronymus in *Epitaphio Fabiolæ.* Ex quo discimus eam contigisse Arcadio III et Honorio II consulibus, anno Chr. 394, dum Romanus exercitus in Italia abesset, bello civili contra Eugenium occupatus. Quam opportunitatem nacti Hunni, Romanum limitem nudatum omni militum præsidio cernentes, in Orientis provincias irruperunt. Unde D suspicari quis possit, hanc calumniam adversus Rufinum confictam esse a Stilicone, ut evocatos ab eo Hunnos esse diceret, qui suopte motu per limitem patentem irruperant.

(94) *Βέβαια ἐφυλάττοντο.* Malim scribere ἐφύλαττόν τε καὶ δωρεὰς ἰδίας προσετίθεσαν. Atque ita legit Nicephorus, ut videre est in cap. 1, lib. XIII. Porro de legibus ab Arcadio in exordio imperii latis pro fide catholica vide Baronium in tomo quinto *Annalium*, anno Chr. 395.

(95) *Καὶ ὅτι πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ἐδιχονόουν.* Mallem scribere transpositis vocabulis, ὅτι καὶ πρὸς, etc.

## VARIORUM.

[b] *Ἐν τούτῳ δὲ Οὖννοι.* Contendit Pagius contra Valesium, hanc Hunnorum irruptionem contigisse anno Christi 395, anno scilicet serius ac Valesius putavit. Vide eum ad annum dictum, n° 11.

Digitized by Google

sectatores erant, transgrediebantur. Macedonianis autem qui erant Constantinopoli, id plurimum nocuit, quod eo tempore nullum habebant episcopum. Nam ex quo Eudoxius cum suis, regnante Constantio, ecclesias illis ademerat, sequentium deinceps imperatorum temporibus, sub solis presbyteris permanserunt. At Novatiani, licet quidam ipsorum turbati essent ob quæstionem de Pascha, quam Sabbatius paulo ante excitaverat, majori tamen ex parte in Ecclesia sua quieverunt. Nam neque iisdem pœnis ac legibus, quibus reliquæ hæreses, obnoxii erant, utpote qui Trinitatem consubstantialem assererent, et tunc temporis, ob præstantiam episcoporum suorum, firmiore inter se concordia devincti erant. Nam post Agelii præsulatum Marcianum antistitem nacti fuerant, virum egregium. Quo per id tempus recens mortuo, episcopatum ejus suscepit Sisinius, vir apprime eruditus, et philosophicorum dogmatum ac sacrarum Scripturarum scientia instructus[1], ad disputandum quoque promptus ac paratus : adeo ut ipse quoque Eunomius, qui eo nomine celebris habebatur, et hanc artem præcipue excolebat, cum eo congredi sæpenumero recusarit. Ac vita quidem castus atque integer fuit, ita ut omni calumnia superior esset, victu tamen delicato ac superfluo ; adeo ut ii quibus ignotus erat, persuadere sibi non possent, illum in tantis deliciis nihilominus temperantem esse. Moribus porro jucundus erat, ac suavis in congressibus : atque idcirco cum episcopis Ecclesiæ catholicæ, tum magistratibus et erudito cuique erat acceptus. Quippe jocari cum venustate, et jocos patienter excipere, utrumque vero citra offensam facere, præterea interrogatis facete ac celeriter respondere eximie callebat.
**325** Proinde interrogatus aliquando, quamobrem cum episcopus esset, bis per diem lavaret : Quia ter, inquit, non accedo. Rursus quoniam candida veste perpetuo utebatur, derisus est a quodam Ecclesiæ catholicæ viro. Ad quem ille : Ubinam vero scriptum est, inquit, nigra veste indui oportere? Qui cum hæsisset, subjecit Sisinius : Tu quidem nunquam id ostendere potueris. Mihi vero sapientissimus Salomo præcipit his verbis : « Sint vestimenta tua semper alba[2] : » et Christus ipse, qui in Evangeliis semper albatus cernitur, et ejusmodi veste indutos Mosem atque Heliam apostolis suis exhibuit. Istud quoque meo quidem judicio lepide dictum est a Sisinio : Morabatur Constantinopoli Leontius episcopus Ancyræ in Galatia, qui Nova-

A μέχρι τῆς ἐχομένης βασιλείας διεγένοντο. Ναυατιανοὶ δὲ, εἰ καί τινας τούτων ἐτάραττεν ἡ περὶ τοῦ Πάσχα ζήτησις, ἣν Σαββάτιος ἐνεωτέρισεν, ἀλλ' οὖν οἱ πλείους ἐπὶ τῆς αὐτῶν Ἐκκλησίας ἠρέμουν. Οὔτε γὰρ τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ἢ νόμοις, ὁμοίως ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσιν ἔνοχοι ἦσαν, ὡς ὁμοούσιον Τριάδα δοξάζοντες, καὶ τότε βεβαιότερον τῇ ἀρετῇ τῶν ἡγουμένων συνίσταντο πρὸς ὁμόνοιαν. Μετὰ γὰρ τὴν Ἀγελίου προστασίαν, τῆς Μαρκιανοῦ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ τετυχήκασι. Καὶ τούτου δὲ ἔναγχος κατὰ τὸν παρόντα χρόνον τελευτήσαντος [c], διεδέξατο τὴν αὐτοῦ ἐπισκοπὴν Σισίνιος, ἀνὴρ ἐλλόγιμος ὅτι μάλιστα, καὶ φιλοσόφων δογμάτων καὶ τῶν ἱερῶν λόγων ἐπιστήμων, καὶ πρὸς διαλέξεις ἕτοιμος· ὡς καὶ Εὐνόμιον ἐπὶ ταύταις εὐδοκιμοῦντα, καὶ τοῦτο ἔργον ποιούμενον, B πολλάκις παραιτήσασθαι τοὺς πρὸς αὐτὸν διαλόγους. Ἐγένετο δὲ σώφρων τὸν βίον, ὡς κρείττων εἶναι διαβολῆς, περὶ δὲ τὴν δίαιταν ἁβρὸς καὶ ποικίλος· ὡς τοὺς ἀγνοοῦντας ἀπιστεῖν, εἰ σωφρονεῖν δύναιτο, τοσοῦτον τρυφῶν. Τὸ δὲ ἦθος ἦν χαρίεις καὶ ἡδὺς ἐν ταῖς συνουσίαις· καὶ διὰ ταῦτα καὶ τοῖς ἐπισκόποις τῆς καθόλου Ἐκκλησίας, καὶ τοῖς ἐν ἀρχαῖς καὶ λόγοις καταθύμιος ἦν, σκώπτειν τε σὺν χάριτι, καὶ σκωμμάτων ἀνέχεσθαι, καὶ ἑκάτερον ἀπεχθείας ἐκτὸς ὑπομένειν, κομψῶς τε σὺν τάχει πρὸς τὰς ἐρωτήσεις ὑπαντᾷν, εὖ μάλα ἐπιτηδείως ἔχων. Ἐρωτηθεὶς οὖν ὅτου ἕνεκα δεύτερον λούοιτο τῆς ἡμέρας, ἐπίσκοπος ὤν· Ὅτι μὴ τρίτον, ἔφη, φθάνω. Ἐπεὶ δὲ λευκῇ ἐσθῆτι διετέλει χρώμενος, ἐπέσκωψέ τις αὐτῷ C τῶν ἀπὸ τῆς καθόλου Ἐκκλησίας. Ὁ δὲ πρὸς αὐτόν· Οὐκοῦν εἰπὲ, ποῦ εἴρηται ἐσθῆτα μέλαιναν χρῆναι ἀμφιέννυσθαι ; Τοῦ δὲ ἀπορήσαντος, ὑπολαβὼν ἔφη· Σὺ μὲν τοῦτο οὐκ ἂν ἐπιδεῖξαι δυνήσῃ· ἐμοὶ δὲ καὶ Σολομῶν ὁ σοφώτατος, Ἔστωσάν σου τὰ ἱμάτια ἀεὶ λευκὰ, παραινεῖ λέγων· καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς λευχείμων ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις φαινόμενος, Μωσῆν τε καὶ Ἠλίαν τοιούτους τοῖς ἀποστόλοις ἐπιδεικνύς. Οὐ μὴν ἀλλὰ κἀκεῖνο τῶν εἰρημένων Σισινίῳ χάριεν οἶμαι. Ἐνεδήμει μὲν τῇ Κωνσταντινουπόλει Λεόντιος, ὁ παρὰ Γαλάταις τῆς Ἀγκύρας ἐπίσκοπος. Ἐκκλησίας δὲ τῶν ἐκεῖσε Ναυατιανῶν ἀφῃρημένος (96), ἧκε πρὸς αὐτὸν ἀπολαβεῖν ταύτας δεόμενος. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀπεδίδου, ἐλοιδόρει δὲ τοὺς Ναυατιανοὺς ὡς οὐκ ἀξίους ἐκκλησιάζειν, μετάνοιαν καὶ τὴν ἐκ Θεοῦ D φιλανθρωπίαν ἀναιρεῖν αὐτοὺς λέγων, Ἀλλὰ μὴν, ἔφη Σισίνιος, οὐδεὶς οὕτως ὡς ἐγὼ μετανοεῖ. Ἐρομένου δὲ Λεοντίου τίνα τρόπον· Ὅτι σε τεθέαμαι, ἀπεκρίνατο. Καὶ ἕτερα δὲ πολλὰ αὐτοῦ εὐστόχως εἰρημένα ἀπομνημονεύουσιν. Οὐκ ἀκόμψους τε πολλοὺς αὐτοῦ λόγους φασὶ φέρεσθαι. Ἐπῃνεῖτο δὲ

[1] Socr. lib. VI, cap. 22. [2] Eccl. IX, 8.

## VALESII ANNOTATIONES.

(96) *Ἐκκλησίας δὲ τῶν ἐκεῖσε Ναυατιανῶν ἀφῃρημένος.* Suidas in Lexico hunc Sozomeni locum describens, legit ἀφῃρημένης, quod procul dubio rectius est. Locus Suidæ exstat in voce Σισίνιος.

## VARIORUM.

[c] *Καὶ τούτου δὲ τελευτήσαντος.* Mortuus est Marcianus die v Kalendas Decemb. anni 395, eodem scilicet die annoque, quo Rufinus necatus est. (Ant. Pagi, ad annum 395, n. 4.)

Digitized by Google

μᾶλλον λέγων, ὡς ἄριστα ὑποκρινόμενος, φωνῇ τε καὶ βλέμματι, καὶ χαριεστάτῳ προσώπῳ τὸν ἀκροατὴν ἑλεῖν ἱκανός· ἀλλὰ οἷος μὲν ἦν οὗτος ὁ ἀνὴρ, τάδε εἰρήσθω, εἰς ἀπόδειξιν ἧς ἔλαχε φύσεως, ἀγωγῆς τε καὶ βίου.

A tianis illic degentibus ecclesias ademerat. Accessit ad eum Sisinius ut eas recuperaret. Sed cum Leontius eas non redderet, imo Novatianos probris incesseret, tanquam indignos qui in Ecclesiam venirent, pœnitentiam et divini Numinis clementiam eos tollere, dicens : Atenim, inquit Sisinius, nemo tantam agit pœnitentiam quantam ego. Percontanti autem Leontio rationem ejus pœnitentiæ : Eo quod te viderim, respondit Sisinius. Multa quoque alia ab illo scite dicta referuntur : nec paucos ejus libros exstare aiunt, satis elegantes. Porro magis probabatur cum diceret : quippe qui optime recitaret, et voce atque oculis et venustissimo vultu, ad alliciendos auditores esset aptissimus. Verum cujusmodi hic vir fuerit, hactenus dictum sit ut illius ingenium et institutio ac vivendi ratio ex his perspici possit.

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

*Περὶ ἀγωγῆς καὶ διαίτης, καὶ πολιτείας καὶ σοφίας, καὶ εἰς τὸν θρόνον παρόδου τοῦ μεγάλου Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου· καὶ ὡς ἐμποδὼν αὐτῷ καθίσταται Θεόφιλος ὁ Ἀλεξανδρείας.*

B Περὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον Νεκταρίου τελευτήσαντος, καὶ βουλῆς οὔσης τίνα δέοι χειροτονεῖν, ἄλλοι μὲν ἄλλους ἐψηφίζοντο, καὶ οὐ τὰ αὐτὰ πᾶσιν ἐδόκει· καὶ ὁ χρόνος ἐτρίβετο. Ἦν δέ τις ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ παρ' Ὀρόντῃ πρεσβύτερος, ᾧ ὄνομα Ἰωάννης, γένος τῶν εὐπατριδῶν· ἀγαθὸς τὸν βίον, λέγειν τε καὶ πείθειν δεινὸς, καὶ τοὺς κατ' αὐτὸν ὑπερβάλλων ῥήτορας, ὡς καὶ Λιβάνιος ὁ Σύρος σοφιστὴς ἐμαρτύρησεν. Ἡνίκα γὰρ ἔμελλε τελευτᾷν, πυνθανομένων τῶν ἐπιτηδείων τίς ἀντ' αὐτοῦ ἔσται, λέγεται Ἰωάννην εἰπεῖν, εἰ μὴ Χριστιανοὶ τοῦτον ἐσύλησαν. Πλείστους δὲ τῶν αὐτοῦ ἀκουόντων (97) ἐπ' Ἐκκλησίας, εἰς ἀρετὴν ὠφέλησε, καὶ ὁμόφρονας αὐτῷ περὶ τὸ θεῖον ἐποίησε. Θείως γὰρ πολιτευόμενος, τὸν ἐκ τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἐνετίθει ζῆλον τοῖς ἀκροαταῖς· καὶ C ἐπὶ τοῦτο ῥᾳδίως (98) ὡς οὐ τέχνῃ τινὶ καὶ δυνάμει λόγου βιάζεται παραπλήσια δοξάζειν αὐτῷ· ἀλλ' ὡς ἔχει ἀληθείας (99), εἰλικρινῶς τὰς ἱερὰς ἐξηγεῖτο Βίβλους· λόγος γὰρ ὑπὸ τῶν ἔργων κοσμούμενος, πίστεως ἄξιος εἰκότως φαίνεται. Ἄνευ δὲ τούτων, εἴρωνα καὶ τῶν ἰδίων λόγων κατήγορον ἀποφαίνει τὸν λέγοντα, κἂν σπουδάζῃ διδάσκων. Τῷ δὲ κατ' ἀμφότερα εὐδοκιμεῖν προσῆν. Ἀγωγῇ μὲν γὰρ βίου σώφρονι, καὶ πολιτείᾳ ἀκριβεῖ ἐχρῆτο· φράσει δὲ λόγου σαφεῖ μετὰ λαμπρότητος· φύσεώς τε γὰρ εὖ ἔσχε. Διδασκάλους δὲ, τῆς μὲν περὶ τοὺς ῥήτορας ἀσκήσεως, Λιβάνιον· Ἀνδραγάθιον δὲ, τῶν περὶ φιλοσοφίας λόγων. Προσδοκηθεὶς δὲ δίκας ἀγορεύειν

## CAP. II.

*De institutione et de ratione victus, deque conversatione et sapientia magni Joannis Chrysostomi, et quomodo ad Constantinopolitanum thronum evectus sit : et ut Theophilus Alexandrinus illi obstiterit.*

Per idem tempus mortuo Nectario [1], dum consultaretur quis in ejus locum subrogandus esset, alii quidem alios nominabant, nec idem omnibus placebat; tempus vero incassum terebatur. Erat Antiochiæ ad Orontem presbyter quidam, nomine Joannes, nobili genere natus, vita integer, dicendi persuadendique artifex egregius, et omnium sui temporis oratorum præstantissimus, sicut Libanius Syrus sophista testatus est. Nam cum moriturus esset, percontantibus amicis quis in ejus locum succederet : Joannes, inquit, nisi Christiani illum subripuissent. Multos porro qui in ecclesia ipsum audiebant, ad virtutis studium impulit, et in doctrina fidei ut idem cum ipso sentirent effecit. Nam cum vitam ageret plane divinam, ad æmulationem virtutis suæ auditorum animos excitabat. Post hæc vero **326** facile eos adducebat, ut eamdem secum sententiam amplecterentur; quippe qui non arte quadam aut eloquentiæ vi istud ageret, sed sincere, tanquam veritatis studiosus, sacras Scripturas exponeret; etenim oratio quæ operibus exornatur, merito videtur fide digna; si vero operibus destituta sit, oratorem impostorem esse arguit, ac suorum ipsius dictorum reprehensorem, tametsi is in docendo magnæ sit diligentiæ. Porro Joannes utraque laude ex æquo floruit. Nam ejus quidem vivendi ratio et conversatio gravis fuit ac severa :

[1] Socr. lib. vi, c. 2 3.

## VALESII ANNOTATIONES.

(97) *Πλείστους δὲ τῶν αὐτοῦ ἀκουόντων*. Joannes Langus qui Nicephorum Latine interpretatus est, hæc de Libanii discipulis dici existimavit, qui, cum Joannem publice in ecclesia docentem audire consuevissent, ad Christi fidem conversi sunt. Præstat tamen hæc de cunctis generaliter, tam paganis, quam hæreticis intelligere, qui ad Joannem audiendum confluebant.

(98) *Καὶ ἐπὶ τοῦτο ῥᾳδίως*. Sensum quidem hujus loci satis perspicio. Supra enim dixit Sozomenus Joannem in ecclesia concionantem auditores suos ad virtutis studium, et ad rectam atque orthodoxam fidem traduxisse. Ac virtutis quidem studium eorum mentibus insinuasse exemplo vitæ ac conversationis suæ : rectam vero fidem eis persuasisse, non vi facundiæ, sed pura ac sincera D interpretatione sacrorum Librorum. Hic est sensus hujus loci : licet verba corrupta sint. In codice Fuketiano scriptum inveni καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ῥᾳδίως, etc. Ego vero scribendum puto καὶ ἐπὶ τούτῳ. Quam lectionem in versione mea sum secutus. At Nicephorus hunc Sozomeni locum ita expressit : καὶ ἐχειροῦτο ῥᾳδίως ἐντεῦθεν τοὺς πλείστους, καί γε ἔπειθε παραπλήσια δοξάζειν ἐκείνῳ· οὐ τέχνῃ δή τινι καὶ ῥώμῃ λόγων πρὸς ἑαυτὸν ἕλκειν ἐκβιαζόμενος· ἀλλ' ὡς ἀληθὲς ἦν, ὅτιπερ εἰλικρινῶς τὰς ἱερὰς ἐξηγεῖτο Γραφάς.

(99) *Ἀλλ' ὡς ἔχει ἀληθείας*. Post hæc verba adjeci adverbium εἰλικρινῶς, ex codice Fuketiano, quod habetur etiam apud Nicephorum. Porro in hoc loco mallem scribere ὡς ἔχει τὰ τῆς ἀληθείας, etc.



Digitized by Google

dictio vero perspicua simul ac splendida. Cum enim egregia esset indole, magistros habuit in arte quidem rhetorica Libanium, in philosophia autem Andragathium. Porro cum causas acturus, atque id genus vitæ sectaturus crederetur, ipse sacris Scripturis incumbere, et juxta leges Ecclesiæ philosophari constituit. Hujus porro philosophiæ magistros habuit eos, qui tunc temporis nobilibus illic monasteriis præsidebant, Carterium scilicet, ac Diodorum, qui et Tarsensis Ecclesiæ episcopus fuit, multosque, sicut accepi, libros posteris scriptos reliquit, et sacra volumina ad litteram exposuit, repudiatis allegoriis. Neque vero solus sese illorum magisterio subdidit: sed et sodalibus suis ex Libanii schola, ut idem facerent persuasit; Theodoro nimirum et Maximo. Quorum hic quidem Seleuciæ in Isauria: Theodorus vero Mopsuestiæ in Cilicia posthac episcopus fuit, vir tum in sacris Litteris, tum in reliquis disciplinis rhetorum ac philosophorum non mediocriter eruditus. Atque hic quidem cum sacræ philosophiæ leges primum didicisset, et sanctorum virorum contubernio usus esset, eam vivendi rationem probavit, civilem autem vitam damnavit. Verum in eodem proposito haudquaquam perseveravit: sed pœnitentia ductus, ad priorem vivendi rationem abripiebatur. Cumque propositum suum confirmasset contrariis argumentis quæ ex veterum exemplis desumpserat (erat enim multiplici eruditione præditus), in urbem reversus est, rectius esse judicans id assequi quod cupiebat. Joannes itaque cum eum negotiis vacare intellexisset, et de uxore **327** ducenda cogitare, epistolam ejusmodi verbis ac sententiis conscriptam quæ humanæ mentis captum excedant, ad eum misit. Quam ille cum accepisset, pœnitentia tactus est: rursusque relictis facultatibus, et nuptiis renuntians, Joannis consilio servatus et ad philosophicam vitam regressus est. Ex quo non difficile meo

καὶ τοῦτον μετιέναι τὸν βίον, ἐγνώκει τὰς ἱερὰς ἀσκεῖσθαι Βίβλους, καὶ κατὰ θεσμὸν τῆς Ἐκκλησίας φιλοσοφεῖν. Ταύτης δὲ τῆς φιλοσοφίας διδασκάλους ἔσχε, τοὺς τότε προεστῶτας τῶν τῆδε περιφανῶν ἀσκητηρίων, Καρτέριόν τε καὶ Διόδωρον, τὸν ἡγησάμενον τῆς ἐν Ταρσῷ Ἐκκλησίας· ὃν ἐπυθόμην ἰδίων συγγραμμάτων πολλὰς καταλιπεῖν βίβλους· περὶ δὲ τὸ ῥητὸν τῶν ἱερῶν λόγων τὰς ἐξηγήσεις ποιήσασθαι, τὰς θεωρίας ἀποφεύγοντα. Οὐ μόνος δὲ παρὰ τούτοις ἐφοίτα· ἔπεισε δὲ τῆς αὐτῆς γνώμης εἶναι ἑταίρους αὐτοῦ γενομένους ἐκ τῆς Λιβανίου διατριβῆς, Θεόδωρόν τινα καὶ Μάξιμον. Ὧν ὁ μὲν ὕστερον ἐπίσκοπος ἐγένετο Σελευκείας τῆς Ἰσαύρων· Μο[μ]ψουεστίας δὲ τῆς Κιλίκων, Θεόδωρος (1)[d], ἀνὴρ καὶ τῶν ἱερῶν Βίβλων, καὶ τῆς ἄλλης παιδείας ῥητόρων τε καὶ φιλοσόφων, ἱκανὸς ἐπιστήμων. Ἀλλ' οὗτος μὲν ἡνίκα τὴν ἀρχὴν ἐνέτυχε τοῖς θείοις νόμοις, καὶ ἱεροῖς ἀνδράσιν ὡμίλησεν, ἐπῄνεσε ταύτην τὴν ἀγωγὴν, καὶ κατέγνω τῶν ἀστικῶν. Οὐ διήρκεσε δὲ τὴν αὐτὴν προθυμίαν ἔχων· μεταμεληθεὶς δὲ, πρὸς τὸν πρότερον βίον εἵλκετο. Οἷα δὲ εἰκὸς, ἐναντίοις λόγοις κοσμήσας τὸ σπουδαζόμενον ἐκ παλαιῶν ὑποδειγμάτων (ἦν γὰρ πολυΐστωρ), εἰς τὴν πόλιν ἐπανῆλθεν· ἄμεινον, ὡς ἐνόμισε, τοῦτο κρίνας, οὗπερ ἐπεθύμει τυχεῖν. Μαθὼν δὲ Ἰωάννης ἐν πράγμασιν αὐτὸν εἶναι, καὶ περὶ γάμον σπουδάζειν, θειοτέραν ἢ κατὰ νοῦν ἀνθρώπου φράσει καὶ νοήμασι συντάξας ἐπιστολὴν, πρὸς αὐτὸν διεπέμψατο (2). Ὁ δὲ ταύτην ἐντυχὼν (3), μετεμελήθη· αὖθίς τε τὴν οὐσίαν καταλιπὼν, ἀπειπών τε τῷ γάμῳ, ταῖς Ἰωάννου συμβουλαῖς ἐσώζετο, καὶ πρὸς τὸν φιλόσοφον ἐπανῄει βίον. Ὥστε μοι δοκεῖ κἀκ τούτου ῥᾴδιον εἶναι συμβαλεῖν, ὡς δεινή τις ἐπήνθει πειθὼ τοῖς Ἰωάννου λόγοις. Ἐκράτει γὰρ ταύτῃ, καὶ τῶν ὁμοίως λέγειν καὶ πείθειν δυναμένων. Ἐντεῦθεν καὶ τὸ πλῆθος ᾕρει, καὶ μάλιστα καθὸ πολὺς ἦν διελέγχων τοὺς ἁμαρτάνοντας, καὶ ἐπὶ ἐκκλησίας, καὶ πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας, ὡς αὐτὸς ἠδικημένος, σὺν παῤῥησίᾳ ἀγανακτῶν. Τοῦτο δὲ τοῖς μὲν πολλοῖς εἰκότως χά-

## VALESII ANNOTATIONES.

(1) *Θεόδωρος.* Post hoc verbum in editione Roberti Stephani quam secuti sunt typographi Genevenses, addita erant hæc verba: Πρὸς ὃν πεσόντα γράφει ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐπιστολὴν δευτέραν. Verum hæc a recentiore manu adjecta esse satis apparet. Neque enim ætate Sozomeni, Joannes cognomentum Chrysostomi adhuc adeptus fuerat. Certe hæc appendix non legitur in codice Fuketiano, nec apud Nicephorum. Quare fidenti animo eam expunximus, præsertim cum ejus epistolæ inferius fiat mentio, ut mox videbimus.

(2) *Ἐπιστολὴν πρὸς αὐτὸν διεπέμψατο.* Exstat hæc epistola Chrysostomi, a Frontone edita in tomo 4 operum Joannis Chrysostomi, sub hoc titulo: *Ejusdem ad eumdem Theodorum monachum liber secundus.* Mirum est tamen Sozomenum unam tantum Joannis epistolam ad Theodorum lapsum agnoscere. Sed et Hesychius Hierosolymitanus presbyter in *ecclesiastica Historia*, unicam tantum agnoscit epistolam Joannis Chrysostomi ad Theodorum lapsum. Verba Hesychii si quis legere desiderat, habentur in actione quinta synodi quintæ. Ubi tamen notandus est error Hesychii, qui Theodorum non vitæ monasticæ, sed clericalis ordinis desertorem fuisse dicit. Atqui Sozomenus, et Chrysostomus ipse, id refellit in supradicta epistola. Prior autem liber qui vulgo inscribitur ad Theodorum lapsum de pœnitentia, mihi quidem Chrysostomi esse non videtur. Si quis tamen Chrysostomi esse pertinacius contenderit, non magnopere repugnabo. Inter orationes tamen potius, quam inter epistolas reponendus est ob nimiam prolixitatem.

(3) *Ὁ δὲ ταύτην ἐντυχών.* Scribendum est ταύτῃ quemadmodum Savilius in suo codice emendavit.

## VARIORUM.

[d] *Θεόδωρος.* Theodorus, genere Syrus, ortu forsan Antiochenus, natalibus illustris. A vita monastica ad secularem transiturus Hermiones cujusdam amore ductus, sed suasu Chrysostomi a proposito destitit. Factus deinde est Ecclesiæ Antiochenæ presbyter (eumdem enim fuisse Theodorum

Digitized by Google

ριεν ἐτύγχανε· λυπηρὸν δὲ τοῖς πλουσίοις καὶ δυναμένοις, παρ' οἷς τὰ πολλὰ τῶν ἁμαρτημάτων ἐστίν. Ἐπίσημος οὖν τοῖς μὲν εἰδόσι, τῇ πείρᾳ, τοῖς δὲ ἀγνοοῦσι, τῇ φήμῃ, ἔκ τε τῶν λόγων καὶ τῶν ἔργων γενόμενος ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ῥωμαίων ὑπήκοον, ἔδοξε Κωνσταντινουπόλει ἐπιτήδειος εἶναι τῆς Ἐκκλησίας ἐπισκοπεῖν. Ψηφισαμένων δὲ τοῦτο τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ κλήρου, καὶ ὁ βασιλεὺς συνῄνει, καὶ τοὺς ἄξοντας αὐτὸν πέπομφε. Συνεκάλει δὲ καὶ σύνοδον, καὶ τούτῳ σεμνοτέραν τὴν χειροτονίαν δεικνύς. Οὐχ εἰς μακρὰν δὲ τὰ βασιλέως γράμματα δεξάμενος Ἀστέριος ὁ τῆς Ἕω ἡγούμενος, ἐδήλωσεν Ἰωάννῃ παραγενέσθαι πρὸς αὐτὸν, ὡς περί του δεησόμενος. Ἐλθόντα δὲ, αὐτίκα εἰς ὄχημα σὺν αὐτῷ ἀνεβίβασε, καὶ σπουδῇ ἐλάσας, ἦκεν εἰς Πάγρας, σταθμὸν οὕτω καλούμενον. Ἐνταῦθα δὲ παραδοὺς αὐτὸν τοῖς ἐκ βασιλέως ἀποσταλεῖσιν, ἀνέστρεψεν. Ἔδοξε δὲ τὰ περὶ τούτου καλῶς διῳκηκέναι, πρὶν Ἀντιοχέας μαθεῖν, χαλεπούς τε περὶ στάσεις, καὶ δήλους ὄντας, ὡς οὔ ποτε ἂν ἑκόντες Ἰωάννου ἀπηλλάγησαν, πρὶν παθεῖν τι ἢ δρᾶσαι. Ὡς δὲ εἰς Κωνσταντινούπολιν ἀφίκετο, καὶ οἱ κληθέντες ἱερεῖς συνεληλύθεισαν, ἐμποδὼν ἐγένετο τῇ χειροτονίᾳ Θεόφιλος (4), Ἰσιδώρῳ σπουδάζων. Ὃς πρεσβύτερος ἦν τότε τῶν ὑπ' αὐτὸν, ἐπίτροπος δὲ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ξένων καὶ πτωχῶν. Ἐκ νέου δὲ ἀνὰ τὴν Σκῆτιν ἄριστα ἐφιλοσόφησεν, ὡς παρ' ἀνδρῶν αὐτῷ συγγενομένων ἐπυθόμην. Οἱ δέ φασι Θεοφίλῳ τοῦτον γενέσθαι φίλον, ὡς κοινωνὸν καὶ συνίστορα πράγματος ἐπικινδύνου γενόμενον. Λέγουσι γὰρ, ὡς ἡνίκα ὁ πρὸς Μάξιμον συνίστατο πόλεμος, δῶρα δοὺς αὐτῷ Θεόφιλος, καὶ γράμματα πρὸς τὸν βασιλέα καὶ τὸν τύραννον, ἐνετείλατο καταλαβεῖν τὴν Ῥώμην, καὶ περιμεῖναι τῆς μάχης τὴν ἀπόβασιν, καὶ τῷ νικήσαντι διδόναι μετὰ τῶν γραμμάτων τὰ δῶρα. Τὸν δὲ, τάδε ποιήσαντα μὴ διαλαθεῖν, δείσαντά τε, φυγάδα εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐπανελθεῖν. Ἐξ ἐκείνου δὲ Θεόφιλον τῶν αὐτῷ πιστοτάτων τὸν ἄνδρα ποιησάμενον, εἰς καιρὸν νομίσαι τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ κινδύνων ἀποδοῦναι τὴν ἀμοιβὴν, εἰ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον αὐτὸν καταστήσειεν. Ἀλλ' εἴτε ἐντεῦθεν, εἴτε ὡς ἄνδρα ἀγαθὸν χειροτονεῖν τοῦτον ἠβούλετο Θεόφιλος, τελευταῖον συνῄνεσε τοῖς ἐπὶ Ἰωάννῃ δεδογμένοις· ἀτεχνῶς ταύτῃ τῇ

A quidem judicio conjici potest, quanta persuadendi vis in Joannis oratione inerat. Vicit enim illa eos qui pari dicendi ac persuadendi facultate pollebant. Hac ipsa populum etiam ad se pertraxit, eo maxime quod peccantes crebro coargueret in Ecclesia, et adversus eos qui injuriam fecissent, tanquam ipse injuria affectus commoveretur. Quæ res grata quidem erat multitudini, molesta vero opulentioribus ac potentioribus; a quibus fere delicta committi solent. Cum igitur apud notos quidem usu ipso et consuetudine, apud eos vero quibus erat ignotus, fama ac rumore per universum orbem Romanum clarissimus evasisset, tum orationum, tum virtutis causa; idoneus visus est qui Constantinopolitanam Ecclesiam gubernaret. Quod B cum populus simul et clerus uno consensu decrevissent, imperator quoque comprobavit, misitque qui eum adducerent. Episcoporum præterea synodum convocavit, ut eo pacto illustriorem redderet ejus ordinationem. Non multo post Asterius comes Orientis, cum imperatoris litteras accepisset, Joannem ad se accivit, quasi quidpiam ab eo postulaturus. Qui cum venisset, confestim Asterius eum una secum in vehiculum imposuit, et concito cursu Pagras usque eum deduxit, quæ statio est ita dicta. Ibi cum Joannem illis qui a principe missi erant tradidisset, Antiochiam reversus est. Prudenter autem hoc negotium curasse visus est, antequam Antiocheni quidquam rescirent, qui et asperi erant in seditionibus, nec unquam sua sponte Joannem dimissuri videbantur, C priusquam mali quidpiam aut patrassent ipsi, aut passi essent. Porro cum venisset Constantinopolim, cumque episcopi qui vocati fuerant jam adessent, ordinationi ejus impedimentum attulit Theophilus, favens Isidoro: qui tum quidem presbyter erat sub illo constitutus, et pauperum ac peregrinorum curator in urbe Alexandria. Cæterum ab ineunte ætate apud Scetim egregie philosophatus fuerat, sicut a quibusdam viris qui cum illo versati fuerant accepi. Alii dicunt hunc ideo amicum fuisse Theophili, quod conscius fuisset ac particeps facinoris cujusdam periculosi. Nam dum bellum

## VALESII ANNOTATIONES.

(4) *Θεόφιλος*. Theophilum Joannis Chrysostomi ordinationi interfuisse testatur etiam Socrates in libro sexto. Palladius tamen in *Dialogo de vita Joannis Chrysostomi*, Theophilum peracta jam ordinatione supervenisse indicat his verbis: Ἀπ' ἀρχῆς οὖν ὁ Θεόφιλος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπος, προσχὼν αὐτοῦ τῇ καταστάσει, τῷ ἀνεπιλήπτῳ τῆς παῤῥησίας ἠψυχώθη πρὸς τὴν χειροτονίαν. Nam verbum illud προσχεῖν significat appellere. Hoc igitur D verbo innuere videtur Palladius, Theophilum eo tempore advenisse quo aut celebrabatur, aut jam celebrata erat Joannis ordinatio. Confirmat autem hanc sententiam id quod statim subjungit Sozomenus: Eutropium scilicet præpositum sacri cubiculi, coegisse Theophilum ut reliquorum antistitum sententiæ subscriberet. Jam igitur ab iis ordinatus fuerat Chrysostomus.

## VARIORUM.

Mopsuestenum et Theodorum Antiochenum, cujus toties apud Gennadium, Photium, et in catenis mentio, extra omne dubium ponit Photius) ac postea Mopsuestiæ in Cilicia episcopus; et aliquandiu Nestorium et Theodoritum auditores habuit. Claruit anno 407, quin si mortis ejus tempus recte assequar, jam ab anno 392, episcopatum tenuit. Obiisse enim videtur anno 428, postquam Ecclesiam Mopsuestenam per 36 annos gubernasset. Varia de illo feruntur judicia: laudatur ab his, culpatur ab illis. Guil. CAVE, *Ad ann.* 407, pag. 296

Digitized by Google

gereretur 328 adversus Maximum, aiunt Theophilum datis Isidoro muneribus et epistolis, tum ad imperatorem, tum ad tyrannum, mandasse ei ut Romæ maneret, bellique eventum præstolaretur, et litteras suas cum muneribus offerret victori. Hunc vero, cum istud fecisset, detecta fraude, sibi metuentem, fuga Alexandriam repetiisse. Exinde vero Theophilum, cum inter fidelissimos haberet Isidorum, opportunam se mercedem laborum quos pro ipso sustinueral ei repensurum existimasse, si Constantinopolis episcopum illum constitueret. Verum sive hac de causa, sive tanquam virum bonum, ordinare illum voluerit Theophilus, tandem Joannis electioni assensum præbuit, Eutropium veritus, imperialis cubiculi tunc præpositum, qui Joannis ordinationi magnopere favebat. Hic enim palam ei denuntiasse dicitur, ut aut reliquorum sacerdotum suffragiis accederet, aut iis qui accusare ipsum volebant, responderet. Quippe multi tum aderant, qui coram synodo eum accusarant.

A χειροτονίᾳ σπουδάζοντα δείσας Εὐτρόπιον, τὸν τότε προεστῶτα τοῦ βασιλέως οἴκου. Ὅν φασιν ἄντικρυς αὐτῷ ἀπειλῆσαι, ἢ ταυτὰ τοῖς ἄλλοις ἱερεῦσι συμψηφίσασθαι, ἢ τοῖς ἐγκαλεῖν βουλομένοις ἀπολογήσασθαι. Ἔτυχον γὰρ αὐτὸν πολλοὶ τότε παρὰ τῇ συνόδῳ γραψάμενοι.

## CAP. III.

*Quomodo Joannes ad episcopatum promotus, statim rebus gerendis vehementius incubuerit, et Ecclesias ubique locorum correxerit: missisque Romam legatis, Flaviani peccatum dissolverit.*

Porro Joannes simul atque in episcopatu collocatus est, ante omnia clericorum suorum vitam emendare studuit. Et in processus et victum ac reliquam eorum conversationem diligenter inquirens, redarguebat illos et corrigebat. Quosdam etiam Ecclesia ejecit. Nam cum ad redarguendum suopte ingenio proclivis esset, et adversus eos qui injuriam fecissent justa indignatione commoveretur, eos affectus multo magis auxit in episcopatu. Natura enim licentiam nacta, linguam ad arguendum facile impellebat, et iram adversus delinquentes promptius incitabat. Neque vero suam duntaxat, sed et reliquas ubique locorum Ecclesias, tanquam bonus et excelso animo præditus, corrigere conabatur. Proinde in ipso episcopatus sui exordio, cum Occidentales et Ægyptii sacerdotes Paulini gratia ab Orientalibus episcopis adhuc dissiderent, et publicum quoddam discidium ob eam rem totius imperii Romani Ecclesias obtineret, ipse Theophilum rogavit, ut suam ipsi operam commodaret, et Romanum episcopum Flaviano reconciliaret. Quod cum placuisset, electi sunt ad id negotium 329 Acacius episcopus Berœæ et Isidorus; is cujus gratia Theophilus Joannis ordinationi adversatus fuerat. Hi Romam delati, cum legatio ipsis ex animi sententia successisset, in Ægyptum navigarunt. Inde Acacius in Syriam reversus, Ægyptiorum et Occidentalium antistitum litteras pacificas attulit Flaviano. Sero tandem hunc in modum

B

## ΚΕΦΑΛ. Γ.

*Ὡς ἐπελθὼν Ἰωάννης ἐπὶ τὴν ἐπισκοπὴν, σφοδρότερον ἥπτετο τῶν πραγμάτων, καὶ τὰς ἁπανταχοῦ Ἐκκλησίας ἐπηνώρθου· καὶ ὡς τὸ κατὰ τὸν Φλαβιανὸν πταῖσμα διαπρεσβευσάμενος εἰς Ῥώμην διέλυσε.*

Ὁ δὲ Ἰωάννης ἐπὶ τῆς ἐπισκοπῆς γενόμενος, πρότερον διορθοῦσθαι τοὺς βίους τῶν ὑπ' αὐτὸν κληρικῶν ἐσπούδαζε· προόδους τε αὐτῶν καὶ δίαιταν καὶ τὴν ἄλλην ἀγωγὴν πολυπραγμονῶν, ἤλεγχέ τε καὶ ἐπέστρεφε· τοὺς δὲ καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἐξεοῦτο [c]. Ἐλεγκτικὸς γὰρ ὢν φύσει, καὶ κατὰ τῶν ἀδικούντων ἐν δίκῃ ἀγανακτῶν, ἔτι μᾶλλον ἐν τῇ ἐπισκοπῇ ἐπέδωκε τούτοις τοῖς παθήμασιν. Ἡ γὰρ φύσις ἐξουσίας ἐπιλαβομένη, ῥᾳδίως εἰς ἔλεγχον ἐξῆγε τὴν γλῶσσαν, καὶ τὴν ὀργὴν ἑτοιμότερον κατὰ τῶν ἁμαρτα-
C νόντων ἐκίνει. Οὐ μόνον δὲ τὴν ὑπ' αὐτὸν Ἐκκλησίαν, ἀλλ' ὡς ἀγαθὸς καὶ μεγαλόφρων, καὶ τὰς πανταχοῦ ἐπανορθοῦν ἐσπούδαζεν. Αὐτίκα γοῦν ἐπὶ τὴν ἐπισκοπὴν παρελθὼν, ἔτι τῶν ἀνὰ τὴν Αἴγυπτον καὶ Δύσιν ἱερέων πρὸς τοὺς ἐν τῇ Ἕῳ διὰ Παυλῖνον διαφερομένων, καὶ κοινῆς τινος ἀμιξίας διὰ τοῦτο τὰς ἀνὰ πᾶν τὸ ὑπήκοον Ἐκκλησίας κατεχούσης, ἐδεήθη Θεοφίλου συμπρᾶξαι αὐτῷ, καὶ καταλλάξαι Φλαβιανῷ τὸν Ῥωμαίων ἐπίσκοπον. Ὧδε δὲ δόξαν, αἱροῦνται ἐπὶ τοῦτο Ἀκάκιος (5) ὁ Βεροίας ἐπίσκοπος, καὶ Ἰσίδωρος, δι' ὃν Θεόφιλος ἐναντίος ἐγένετο τῇ αὐτοῦ χειροτονίᾳ. Καὶ παραγενόμενοι εἰς Ῥώμην, ἐπειδὴ κατὰ γνώμην αὐτοῖς ἡ πρεσβεία ἀπέβη, κατέπλευσαν εἰς Αἴγυπτον· ἐντεῦθεν εἰς Συρίαν ἧκεν
D Ἀκάκιος, Αἰγυπτίων καὶ τῶν πρὸς Δύσιν ἱερέων εἰρηναῖα γράμματα τοῖς ἀμφὶ Φλαβιανὸν φέρων. Καὶ αἱ μὲν Ἐκκλησίαι ὀψέ ποτε ταύτης τῆς διχονοίας ὧδε ἀπαλλαγεῖσαι, τὴν πρὸς ἀλλήλας κοινωνίαν ἀπέλαβον. Τὸ δὲ πλῆθος τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ καλουμένων

## VALESII ANNOTATIONES.

(5) *Αἱροῦνται ἐπὶ τοῦτο Ἀκάκιος.* De hac legatione Acacii et Isidori ad Romanum pontificem Anastasium, Palladius in *Dialogo de vita Joannis Chrysostomi* ita scribit: Οἶσθα δὲ καὶ αὐτὸς τὸν ἄνδρα, ἡνίκα σὺν Ἀκακίῳ ἐλθὼν, τὴν Φλαβιανοῦ πρὸς Θεόφιλον κοινωνίαν ἐκόμισεν, εἴκοσι ἔτεσιν ἀπεσχοινισμένην Εὐαγρίου ἕνεκεν, etc. Et Acacius quidem missus est a Flaviano Antiocheno episcopo, cujus erat suffraganus. Isidorus vero missus erat a Theophilo Alexandrino, ut litteras pacificas seu communicatorias quas Theophilo scripserat Flavianus, ad Anastasium episcopum urbis Romæ deferret. Id autem factum est anno Christi 398, sub exordium episcopatus Joannis Chrysostomi, ut recte monuit Baronius.

## VARIORUM.

[c] *Ἐξεοῦτο.* Videtur legendum ἐξεώσατο. W Lowth.

Digitized by Google

Εὐσταθιανῶν, ἄχρι τινὸς διέμεινεν ἐφ' ἑαυτὸ συναγόμενον, καὶ ἐπισκόπου ἐκτός. Ὀλίγον γὰρ χρόνον ἐπιβιώσας, ὡς ἔγνωμεν, ἐτελεύτησεν Εὐάγριος ὁ Παυλῖνον διαδεξάμενος. Κατὰ τοῦτο γὰρ, οἶμαι, εὐμαρεῖς ἐγένοντο τοῖς ἐπισκόποις αἱ διαλλαγαὶ (6), μηδενὸς ἐναντίου ὄντος. Ὁ δὲ λαὸς, οἷα δῆμος φιλεῖ, κατ' ὀλίγους ἀεὶ προστιθέμενοι τοῖς ὑπὸ Φλαβιανὸν ἐκκλησιάζουσιν, οἱ πλείους τῷ χρόνῳ ἡνώθησαν.

A Ecclesiæ ea dissensione liberatæ, in pristinam rursus concordiam redierunt; Antiochiæ vero ii qui Eustathiani dicebantur, aliquandiu persistere collectas seorsum celebrantes, etiam sine episcopo. Evagrius enim qui Paulino successerat, brevi temporis spatio supervixit, uti jam diximus. Atque idcirco, ut opinor, episcopis facilis fuit reconciliatio, cum nullus superesset adversarius. Populus vero, ut mos est vulgi, paulatim sese adjungens iis qui sub Flaviano conventus ecclesiasticos agebant, progressu temporis majori ex parte in unum coaluit.

## ΚΕΦΑΛ. Δ'.

*Τὰ κατὰ τὸν βάρβαρον Γότθον Γαϊνᾶν, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ πραχθέντων δεινῶν.*

Ἐν τούτῳ δὲ Γαϊνᾶς ἀνὴρ βάρβαρος, αὐτομολήσας Ῥωμαίοις, ἐξ εὐτελοῦς στρατιώτου παραλόγως εἰς τὴν τῶν στρατηγῶν παρελθὼν τάξιν, ἐπεχείρησε τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ὑφ' ἑαυτὸν ποιεῖν. Ταῦτα δὲ βουλευόμενος, τοὺς ὁμοφύλους αὐτοῦ Γότθους ἐκ τῶν ἰδίων νόμων (7) εἰς Ῥωμαίους μετεπέμψατο, καὶ τοὺς ἐπιτηδείους συνταγματάρχας (8) καὶ χιλιάρχους κατέστησε. Τιρβιγγίλου [1] δὲ νεωτερίσαντος, ὃς αὐτῷ γένει προσήκων, πολυανθρώπου τάγματος ἡγεῖτο τῶν ἐν Φρυγίᾳ στρατιωτῶν· τοῖς μὲν εὖ φρονοῦσι, δῆλος ἦν ταῦτα κατασκευάσας· ἀγανακτεῖν δὲ προσποιούμενος πορθουμένων τῶν τῇδε πόλεων, ἐπετράπη ταύταις βοηθεῖν. Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Φρυγίαν ἀφίκετο, πλῆθος ἔχων βαρβάρων ὡς εἰς πόλεμον ἀφιγμένος, εἰς τὸ φανερὸν ἐξῆγε τὴν γνώμην, ἣν πρότερον ἔκρυπτε. Καὶ πόλεις ἃς ἐτάχθη φυλάττειν, ἐδῄου· ταῖς δὲ ἐπιθήσεσθαι ἔμελλε. Παραγενόμενος δὲ εἰς Βιθυνίαν, ἐν τοῖς Χαλκηδόνος ὅροις ἐστρατοπεδεύετο, καὶ πόλεμον ἠπείλει. Ἐν κινδύνῳ δὲ τῶν πραγμάτων ὄντων, καὶ μάλιστα τῶν ἐν Ἀσίᾳ καὶ Ἕῳ πόλεων, ὅσαι τε μεταξὺ τούτων καὶ περὶ τὸν Εὔξεινον Πόντον οἰκοῦνται, λογισάμενος ὁ βασιλεὺς σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ὡς οὐκ ἀσφαλὲς ἀπαρασκεύους ὄντας εἰς κίνδυνον καθίστασθαι πρὸς ἄνδρας ἤδη τὸ ζῆν ἀπειρηκότας, πέμψας πρὸς Γαϊνᾶν, ἐπήγγειλεν αἰτεῖν ὅ τι βούλεται. Εἶναι γὰρ ἕτοιμος ἐν πᾶσιν αὐτῷ γενέσθαι κεχαρισμένος. Ὁ δὲ, Σατορνῖνον καὶ Αὐρηλιανὸν ὑπατικοὺς

## CAP. IV.

*De Gaina Gotho et de malis ab eodem perpetratis.*

B Per idem tempus Gaina, vir barbarus, qui ad Romanos transfugerat, et ex gregario milite præter omnium exspectationem ad honorem magisterii militaris pervenerat, imperium Romanum sibi vindicare conatus est [1]. Hæc dum molitur, gentiles suos Gothos ex propriis ipsorum regionibus in Romanorum ditionem evocat, et eos qui ipsi amici essent, centuriones ac tribunos constituit. Porro cum Tirbingilus res novas concitasset, qui propinquitate generis ei conjunctus, numerosum militum agmen in Phrygia regebat: prudentibus quidem viris minime obscurum erat, Gainam ista machinatum esse. Sed tamen quia vastationem urbium ejus provinciæ se moleste ferre simulabat, C mandatum est ipsi ut illis succurreret. Postquam vero in Phrygiam pervenit, barbarorum multitudine stipatus, perinde quasi ad bellum venisset, consilium quod antea occultaverat, in lucem protulit: et civitates quas servare jussus fuerat, alias quidem vastavit; alias vero invadere meditabatur. Progressus exinde in Bithyniam in Chalcedonensium finibus substitit, atque ibi bellum minabatur. Cum res in eo discrimine versarentur, ac præcipue Asiæ et Orientis urbes, et quæcunque inter Asiam atque Orientem et ad Euxinum Pontum sitæ sunt, periclitarentur: imperator cum proximis considerans, haudquaquam tutum **330** esse ut impa-

[1] Socr., lib. VI, c. 6.

## VALESII ANNOTATIONES.

(6) *Αἱ διαλογαί.* Veram hujus loci scripturam retinuit codex Fuketii, in quo legitur αἱ διαλλαγαί. Pro quo Nicephorus habet καταλλαγαί, quod idem est. Ita etiam Savilius ad latus sui codicis emendarat.

(7) *Ἐκ τῶν ἰδίων νόμων.* Scribe mutato accentu νομῶν. Qua voce utitur sæpe Sozomenus pro territorio.

(8) *Συνταγματάρχας.* Musculus duces, Christophorsonus vero præfectos exercituum interpretatur. Ego præpositos interpretari mallem. Nam præpositi D fere conjungi solent cum tribunis, quemadmodum Sozomenus hoc loco συνταγματάρχας jungit cum χιλιάρχοις. Certe ea vox plus aliquid mihi significare videtur quam centuriones. Possumus etiam συνταγματάρχας interpretari principia legionum. Hi enim fere jungi solent cum tribunis, ut videre est apud Ammianum Marcellinum. Ubi vide, si placet, quæ notavi. Utitur eadem voce Sozomenus in libro VI, cap. 6, ubi pro *tribuno* manifesto accipitur.

## VARIORUM.

[1] *Τιρβιγγίλου.* Hunc Socrates et Zosimus *Tribigildum* vocant. De hujus autem et Gainæ facinoribus fusius scripsit Zosimus lib. V, pag. 789.

Digitized by Google

rati in certamen descenderent cum hominibus qui de salute sua jam desperassent, missis ad Gainam nuntiis, jussit ut peteret quidquid vellet; se namque paratum esse in omnibus ei gratificari. At ille Saturninum et Aurelianum consulares viros, quos adversari sibi suspicabatur, dedi sibi postulavit: cumque accepisset, iis pepercit. Progressusque in colloquium cum principe, in ecclesia quæ est juxta Chalcedonem, in qua Euphemiæ martyris sepulcrum est, dato acceptoque invicem jurejurando de amicitia, arma deposuit: et Constantinopolim trajecit, equestris ac pedestris militiæ magister ab imperatore factus. Sed cum præter meritum res ei prospere successisse viderentur, eam ille felicitatem moderate non tulit. Verum quoniam prior temeritas ex voto ipsi cesserat, Ecclesiam quoque perturbare aggressus est. Erat enim Christianus, e secta barbarorum qui Arii opinionem sectantur. Persuadentibus igitur episcopis ejus sectæ, seu potius ipse ambitione ductus, postulavit a principe ut suæ sectæ hominibus una ex ecclesiis urbicis traderetur. Injustum enim, ac præterea indecorum esse querebatur, ut ipse qui magister erat Romanæ militiæ, extra urbis mœnia orandi causa proficisceretur. Quod ubi comperit Joannes, non amplius quievit. Sed assumptis episcopis qui tum forte Constantinopoli morabantur, in palatium perrexit. Et coram principe, ipso quoque Gaina astante, multis verbis in eum invectus est: patriam illi et fugam objiciens, et in memoriam revocans quomodo tum ab imperatoris parente servatus, jurasset se Romanis amicum, ipsique ac liberis ejus ac legibus quas nunc abrogare conabatur, fidum perpetuo mansurum esse. Quæ cum diceret, legem a Theodosio datam proferebat, qua vetuerat ne hæretici intra urbis mœnia collectas celebrarent. Post hæc ad imperatorem conversus, suasit ut legem quæ adversus reliquas hæreses lata fuerat, ratam servaret. Satius esse dicens imperio cedere, quam prodita Dei domo piaculum admittere. Et Joannes quidem cum ad hunc modum constanter ac libere locutus esset, nihil in ecclesiis sibi commissis novari passus est. At vero Gaina jurisjurandi fidem jam violare, et

A ἄνδρας, ὑπονοῶν ἐναντία φρονεῖν αὐτῷ, ἐζήτησε (9)· λαβὼν δὲ, ἐφείσατο. Καὶ εἰς ταυτὸν τῷ βασιλεῖ συνδραμὼν, εἰς τὸν πρὸ τῆς Χαλκηδόνος εὐκτήριον οἶκον, ἐν ᾧ Εὐφημίας τῆς μάρτυρός ἐστιν ὁ τάφος, ὅρκους τε λαβὼν καὶ δοὺς περὶ εὐνοίας, ἀπέθετο τὰ ὅπλα, καὶ εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐπεραιοῦτο, πεζῶν καὶ ἱππέων τὴν ἡγεμονίαν ἐκ βασιλέως ἔχων. Παρ' ἀξίαν δὲ δόξαν εὖ πράττειν (10), οὐκ ἤνεγκε σωφρόνως· ἀλλ' ἐπεὶ τὸ πρῶτον παράλογον κατὰ γνώμην αὐτῷ ἀπέβη, καὶ τὴν καθόλου Ἐκκλησίαν θορυβεῖν ἐπεχείρησεν. Ἦν μὲν γὰρ Χριστιανὸς, τῆς τῶν βαρβάρων αἱρέσεως, οἳ τὰ Ἀρείου φρονοῦσιν (11). Ἀναπεισθεὶς δὲ παρὰ τῶν ταύτης προεστώτων, ἢ αὐτὸς φιλοτιμούμενος, ᾔτησε τὸν βασιλέα μίαν τῶν ἐν τῇ πόλει ἐκκλησιῶν τοὺς ὁμοδόξους αὐτῷ ἔχειν. Μηδὲ B γὰρ εἶναι δίκαιον, καὶ ἄλλως ἀπρεπὲς ἐμέμφετο, Ῥωμαίων ὄντα ἑαυτὸν στρατηγὸν, ἔξω τειχῶν παραγενόμενον εὔχεσθαι. Μαθὼν δὲ τάδε Ἰωάννης, οὐκ ἐφησύχασε. Παραλαβὼν δὲ τοὺς ἐπισκόπους οἵπερ ἔτυχον ἐνδημοῦντες τῇ πόλει, ἧκεν εἰς τὰ βασίλεια· καὶ τοῦ βασιλέως ἐπακούοντος, αὐτοῦ τε Γαϊνᾶ παρόντος, πολὺν κατέχεε λόγον, πατρίδα τε καὶ φυγὴν ὀνειδίζων, καὶ ὡς τῷ βασιλέως πατρὶ τότε σωθεὶς ὤμοσεν ἦ μὴν Ῥωμαίοις εὐνοεῖν, αὐτῷ τε καὶ τοῖς αὐτοῦ παισὶ, καὶ νόμοις, οὓς ἀκύρους ἐπεχείρει ποιεῖν. Καὶ τάδε λέγων, ἐδείκνυ τὸν νόμον ὃν Θεοδόσιος ἔθετο, τοὺς ἑτεροδόξους εἴργων ἔνδον τειχῶν ἐκκλησιάζειν. Ἐκ τούτου δὲ πρὸς τὸν βασιλέα τρέψας τὸν λόγον, ἔπεισε τὸν τεθέντα νόμον κατὰ τῶν ἄλλων αἱρέσεων κύριον φυλάττειν· ἄμεινον εἶναι συμβουλεύων C τῆς βασιλείας παραχωρεῖν, ἢ προδότην οἴκου Θεοῦ γενόμενον, ἀσεβεῖν. Καὶ ὁ μὲν ἀνδρείως ὧδε παῤῥησιασάμενος, οὐδὲν συνεχώρησε νεωτερισθῆναι [a] περὶ τὰς ὑπ' αὐτὸν Ἐκκλησίας. Ὁ δὲ Γαϊνᾶς, ἐπιορκεῖν ἤδη διενοεῖτο, καὶ τὴν πόλιν πορθεῖν. Ἡνίκα δὴ ταύτην τὴν ἐπιβουλὴν προεμήνυσε κομήτης, ἐπὶ τῆς πόλεως φανεὶς μέγιστος, εἰς αὐτὴν σχεδὸν τὴν γῆν διήκων, καὶ οἷος πρότερον οὐ γεγενῆσθαι λέγεται. Ἐπειρᾶτο δὲ πρότερον τοῖς ἀργυροπωλείοις ἐπιθέσθαι, χρημάτων πλῆθος συλλέγειν ἐντεῦθεν ἐλπίσας. Φήμης δὲ γενομένης ὅτι τάδε βεβούλευται, καὶ τῶν ἀργυροπωλῶν τὸν πρόχειρον πλοῦτον (12) ἀποκρυψαμένων, καὶ τὸν ἐπὶ τῶν τραπεζῶν ἄργυρον οὐκέτι συνήθως δημοσίᾳ προτιθέντων, ἐν νυκτὶ πλῆθος ἐπι-

## VALESII ANNOTATIONES.

(9) *Ἐζήτησε*. Scribendum est ἐξῄτησε.

(10) *Παρ' ἀξίαν δὲ δόξαν εὖ πράττειν*. Assentior Savilio qui ad latus sui codicis emendavit δόξας. Atque ita scriptum habet Nicephorus in lib. XIII, cap. 5, ubi Sozomenum pene ad verbum describit.

(11) *Οἳ τὰ Ἀρείου φρονοῦσι*. Ante hæc verba in codice Fuketiano superne ascripta sunt quatuor puncta, similitudinem crucis referentia. Quæ quidem puncta in margine etiam apposita sunt. Hæc autem nota indicare videtur, verba ista non esse D Sozomeni, sed ab alio quodam addita instar scholii sive interpretationis, atque idcirco ad marginem esse rejicienda.

(12) *Τὸν πρόχειρον πλοῦτον*. Gemmas et vasa aurea et argentea, ac reliquam pretiosam supellectilem, his verbis designari puto. Nummos enim in mensa argentariorum proponi solitos, ab his distinguit Sozomenus. Quare πρόχειρον πλοῦτον interpretari possumus opes captu et translatu faciles. Sic enim interpretari malim, quam cum Musculo, *opes quas in promptu habebant*.

## VARIORUM.

[a] *Οὐδὲν συνεχώρησε νεωτερισθῆναι*. Nullo modo consensum præbuit Chrysostomus, ut intra urbem synaxes colligerent Ariani: habuerunt quidem ecclesiam extra urbem de qua mox. W. LOWTH.

Digitized by Google

πέμψας βαρβάρων, ἐνετείλατο τὰ βασίλεια ἐμπιπρᾷν. Οἱ δὲ, ἄπρακτοι καὶ κατεπτηχότες ὑπέστρεφον. Ὡς γὰρ πλησίον ἐγένοντο, πλῆθος ὁπλιτῶν ἔδοξαν ὁρᾷν ἐν μεγάλοις σώμασιν. Ὑπονοήσαντες δὲ νέηλυν εἶναι στρατιὰν, ἤγγειλαν τῷ Γαϊνᾷ· ὁ δὲ (ἠπίστατο γὰρ μὴ πλείους τῶν εἰωθότων τῇ πόλει ἐνδημεῖν στρατιώτας) οὐκ ἠξίου τοῖς λεγομένοις πιστεύειν. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῆς ἐχομένης νυκτὸς ἀποσταλέντες ἕτεροι, ταυτὰ τοῖς πρότερον ἤγγειλαν, αὐτὸς ἐλθὼν, αὐτόπτης ἐγένετο τοῦ παραδόξου θεάματος. Νομίσας τε αὐτοῦ χάριν συνεληλυθέναι τοὺς ἐκ τῶν ἄλλων πόλεων στρατιώτας, νύκτωρ μὲν φρουρεῖν τὴν πόλιν καὶ τὰ βασίλεια, ἐν ἡμέρᾳ δὲ λανθάνειν, σκήπτεται δαιμονᾷν· ὡς εὐξόμενός τε καταλαμβάνει τὴν ἐκκλησίαν, ἣν ἐπὶ τιμῇ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ, ὁ τοῦ βασιλέως πατὴρ ᾠκοδόμησε πρὸς τῷ Ἑβδόμῳ. Τῶν δὲ βαρβάρων, οἱ μὲν, ἔνδον ἔμενον· οἱ δὲ, Γαϊνᾷ συνεξῄεσαν. Λάθρα δὲ συνεξῆγον ὅπλα ἐν γυναικείοις ὀχήμασι καὶ κεράμους βελῶν (13)· ἐπεὶ δὲ ἐφωράθησαν, τοὺς φύλακας τῶν πυλῶν ἀναιροῦσι, πειραθέντας κωλῦσαι τὴν τῶν ὅπλων ἐκκομιδήν. Ἐκ τούτου δὲ ταραχῆς καὶ θορύβου ἀνάπλεως ἡ πόλις ἐγένετο, ὡς αὐτίκα ἁλωσομένη. Ἀγαθὴ δὲ γνώμη ἐκράτει πρὸς τὰ παρόντα δεινά. Ὁ γὰρ βασιλεὺς μηδὲν μελλήσας, τὸν μὲν Γαϊνᾶν πολέμιον ἀνεκήρυξε· τοὺς δὲ περιλειφθέντας ἐν τῇ πόλει βαρβάρους, ἀναιρεθῆναι προσέταξεν. Ἐπιθέμενοι δὲ τούτοις οἱ στρατιῶται, ἀναιροῦσι τοὺς πλείστους· τὴν δὲ καλουμένην τῶν Γότθων ἐκκλησίαν ἐμπιπρῶσιν. Ὡς εἰς συνήθη γὰρ εὐκτήριον οἶκον ἐνθάδε ἠθροισμένοι ἐτύγχανον, οἷς οὐκέτι φυγεῖν ἐξεγένετο (14), τῶν πυλῶν κεκλεισμένων. Ταῦτα δὲ μαθὼν ὁ Γαϊνᾶς, διὰ Θράκης ἐλάσας ἧκεν εἰς Χεῤῥόνησον, καὶ τὸν Ἑλλήσποντον περαιοῦσθαι ἐσπούδαζε. Διενοεῖτο γὰρ, ὡς εἰ τῆς ἀντιπέραν Ἀσίας κρατήσειε, ῥᾳδίως πάντα τὰ πρὸς ἕω τῆς ἀρχομένης ἔθνη ὑφ' ἑαυτὸν ποιήσει. Παρ' ἐλπίδας δὲ αὐτῷ καὶ τάδε ἀπήντα, θείᾳ ῥοπῇ κἀνταῦθα Ῥωμαίων χρησαμένων. Παρῆν μὲν γὰρ στρατιὰ κατὰ γῆν καὶ θάλατταν, παρὰ βασιλέως ἀπεσταλμένη, ἧς ἡγεῖτο Φλαβίτας (15), ἀνὴρ βάρβαρος τὸ γένος, ἀγαθὸς δὲ τὸν τρόπον, καὶ στρατηγικός. Οἱ δὲ βάρβαροι ναῦς μὴ ἔχοντες, ἐπὶ σχεδιῶν ἐπειρῶντο διεκπλεῖν τὸν Ἑλλήσποντον πρὸς τὴν ἀντικρὺ ἤπειρον. Ἐξαπίνης δὲ πολὺς ἐπιπνεύσας ζέφυρος τὰς σχεδίας διέλυσε σὺν

A deprædari urbem meditabatur. Quas quidem insidias prænuntiavit cometes, qui eo tempore supra civitatem maximus apparuit, ad ipsam fere terram pertingens, et qualis nunquam antea visus esse memoratur. Ac primo quidem argentariorum tabernas invadere tentavit, maximam pecuniarum copiam inde collecturum se sperans. Sed cum rumor vulgatus esset eum ista meditari, et argentarii quidquid pretiosum habebant abscondissent, **331** nec pecuniam in mensis more solito amplius publice proponerent; tum Gaina immissis noctu barbaris mandavit, ut palatium incenderent. Verum illi, re infecta, pavidi redierunt. Nam cum propius accessissent, videre sibi visi sunt multitudinem B militum ingentis staturæ. Suspicatique exercitum esse qui recens advenisset, rem Gainæ nuntiarunt. Ille, utpote qui sciret haud plures solito milites in urbe tunc esse, dictis fidem habere noluit. Sed cum alii sequenti nocte missi idem quoque quod priores illi renuntiassent, ipse accedens, testis fuit admirandi spectaculi. Ratusque accitos ex aliis urbibus milites convenisse ipsius causa, eosque noctu quidem urbem et palatium custodire, interdiu vero occultari; simulat se correptum esse a dæmone. Et quasi Deum oraturus, pergit ad ecclesiam, quam in honorem Joannis Baptistæ pater imperatoris in Septimo construxerat. Ex barbaris vero alii in urbe remanserunt, alii simul egressi sunt cum Gaina. Clanculum vero arma in vehi- C culis feminarum et telorum dolia exportabant. Sed cum deprehensi essent, portarum custodes qui exportationem armorum prohibere conati erant, interfecerunt. Ingens ex ea re perturbatio ac tumultus urbem complevit, quasi jamjam capienda esset. Verum adversus præsentia mala optimum consilium adfuit. Imperator enim nihil cunctatus, Gainam hostem publicum renuntiavit: barbaros vero, qui in urbe remanserant, occidi jussit. Milites igitur impetu in eos facto, magnam eorum partem interfecerunt: ecclesiam vero quæ dicebatur Gothorum, incendio consumpserunt. Illuc enim, velut in ædem sacram in qua preces facere solebant, confugerant: nec amplius aufugere poterant, utpote foribus occlusis. His cognitis, Gaina

## VALESII ANNOTATIONES

(13) *Καὶ κεράμους βελῶν*. Eadem vox legitur apud Nicephorum. Ubi Joannes Langus vertit: *Vasa fictilia telis plena*. Savilius vero in margine sui codicis, interpretatur *dolia*, quod idem est. Dolia enim antiquorum erant fictilia. Porro arma et tela a barbaris exportata fuisse dicit Sozomenus, ἐν γυναικείοις ὀχήμασι, id est in lecticis seu basternis, ut occultiora essent, cum mulierum lecticas nemo auderet excutere.

(14) *Οἷς οὐκέτι φυγεῖν ἐξεγένετο*. Duplex hujus loci potest esse sensus. Aut enim vult dicere Sozomenus, eos qui in ecclesia illa erant inclusi, non potuisse amplius aufugere, eo quod fores ecclesiæ clausæ essent. Aut certe dicit, eos qui cum Gaina ex urbe effugere non potuerant, utpote portis urbis regiæ clausis, in ecclesiam illam confugisse. Atque hunc sensum veriorem puto. Nam πύλαι, urbis D potius dicuntur quam templi. Deinde ante hæc verba, οἷς οὐκέτι, etc., in editione Roberti Stephani, quam Genevensis expressit editio, apposita est subdistinctio, quæ hunc sensum prorsus confirmat. Sed et Nicephorus eumdem sensum secutus est, ut patet ex cap. 6 lib. XIII, in codice Fuketiano ante vocem οἷς, posita est media distinctio, quæ favere videtur priori sensui.

(15) *Φλαυῖτας*. In codice Fuketiano et apud Nicephorum Φλαβίτας scribitur rectius. Zosimus in lib. V, et Eunapius Φραούϊθον vocant. Hic est Fravita, qui cum Vincentio consul fuit anno Christi 401. Ejus Elogium habes apud Suidam in voce Φράβιθος, ex *Historia* Eunapii Sardiani: quo loco narrabat Eunapius, qua ratione Fravita magister militum Orientis, latronum globos qui per Asiam grassabantur, exstinxisset.

Digitized by Google

per Thraciam profectus, in Chersonesum venit, et Hellespontum trajicere conabatur. Sic enim cogitabat se, si Asiam quæ ex adverso objecta erat, occupavisset, reliquas Orientis provincias in suam potestatem facile redacturum. Verum is quoque conatus infeliciter ei successit, Romanis divina ope hic etiam adjutis. Etenim pedestres ac navales copiæ ab imperatore missæ, præsto fuere, quarum dux erat Fravita, vir natione quidem barbarus, sed bonis moribus, et peritus rei militaris. **332** Barbari vero cum naves non haberent, ratibus vecti, Hellespontum trajicere, et in oppositam continentem invadere nitebantur. Sed vehemens zephyrus repente ingruens, rates quidem eorum dissolvit; Romanorum autem naves violenter in illas impulit. Ac barbarorum quidem plerique, simul cum equis suis submersi sunt, aliia militibus interfecti. Gaina vero tum quidem una cum paucis servatus, paulo post cum per Thraciam fugiens oberraret, in alterum incidit exercitum, et simul cum barbaris quos circa se habebat exstinctus est. Et Gainæ quidem, perditorum consiliorum ac vitæ, hujusmodi exitus fuit. Fravita vero, cum in eo bello egregiam operam navasset, consul factus est. Per idem tempus, ipso quem diximus Fravita et Vincentio coss. imperatori natus est filius avo cognominis. Qui sub initium sequentis consulatus, Augustus renuntiatus est.

A βίᾳ, καὶ κατὰ τούτων τὰς Ῥωμαίων ναῦς ἤλαυνε. Τῶν δὲ βαρβάρων, οἱ πλείους μὲν, αὐτοῖς ἵπποις ὑποβρύχιοι ἐγένοντο· οἱ δὲ, ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀνῃρέθησαν. Ὁ δὲ Γαϊνᾶς ἅμα ὀλίγοις περισωθεὶς τότε, οὐ πολλῷ ὕστερον ἀνὰ τὴν Θρᾴκην ἀλώμενός τε καὶ φεύγων, ἑτέρᾳ στρατιᾷ περιέπεσε, καὶ σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν βαρβάροις ἀπώλετο. Τοῦτο τῶν Γαϊνᾶ τολμημάτων καὶ τοῦ βίου τὸ τέλος. Ὁ δὲ Φλαβίτας [h] λαμπρὸς ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ γενόμενος, χειροτονεῖται ὕπατος. Ἐν δὲ τῷ τότε αὐτοῦ καὶ Βικεντίου ὑπατευόντων, τίκτεται τῷ βασιλεῖ παῖς, τῷ πάππῳ ὁμώνυμος. Ἀρχομένης δὲ τῆς ἑξῆς ὑπατείας, ἀναγορεύεται Σεβαστός.

## CAP. V.

*Quomodo Joannes multitudinis animos concionibus suis pellexerit, et de muliere Macedoniana, cujus panis in lapidem conversus est.*

Interea Joannes Constantinopolitanam Ecclesiam egregie administrans, multos tum ex gentilibus, tum ex hæreticis alliciebat. Confluebat ad illum quotidie multitudo, partim eorum qui utilia ex eo discere, partim eorum qui periculum ejus facere cupiebant. Capiebat autem ille universos, utque idem cum ipso de divinitate sentirent, eis persuadebat. Porro populus tantopere ejus sermonibus inhiabat, nec illis satiari ullo modo poterat, ut, quoniam sese mutuo impellentes ac prementes periclitabantur, dum singuli propius nitebantur accedere, ut illum dicentem exactius audirent de proximo: ipse in medio omnium consistens, ex lectorum suggestu populum sedens docuerit. Hic vero opportunum mihi videtur, miraculum quod illius temporibus accidit, historiæ nostræ inserere. Vir quidam ex secta Macedonianorum, uxorem habebat ejusdem sectæ. Hic cum Joannem aliquando docentem audiisset, quomodo de divinitate sentiendum sit, fidem ejus amplexus est: uxoremque hortari cœpit, ut idem secum sentire vellet. Sed cum illa priori consuetudine et familiarium sibi mulierum congressibus quasi captiva teneretur, nec maritus crebris admonitionibus quidquam proficeret, tandem ille: Nisi, inquit, in divinis mysteriis mecum communi-

B

## ΚΕΦΑΛ. Ε'.

*Ὡς ὑπηγάγετο ὁ Ἰωάννης ταῖς διδασκαλίαις τὰ πλήθη· καὶ περὶ τῆς γυναικὸς Μακεδονιανῆς, δι' ἣν ὁ ἄρτος εἰς λίθον μετεβλήθη.*

Ἰωάννης δὲ ἄριστα τῆς Κωνσταντινουπόλεως Ἐκκλησίας ἐπιτροπεύων, πολλοὺς μὲν ἐκ τῶν Ἑλλήνων, πολλοὺς δὲ ἐκ τῶν αἱρέσεων ἐπήγετο. Συνέρρει δὲ πρὸς αὐτὸν ἑκάστοτε πλῆθος, τῶν μὲν, ἐπ' ὠφελείᾳ ἀκουσομένων, τῶν δὲ, ἀπόπειραν ληψομένων. Ἅπαντάς τε ᾕρει, καὶ τὰ αὐτὰ δοξάζειν αὐτῷ περὶ τὸ Θεῖον ἔπειθε. Τοσοῦτον δὲ πρὸς αὐτὸν τὸ πλῆθος ἐκεχήνεσαν (16), καὶ τῶν αὐτοῦ λόγων κόρον οὐκ εἶχον, ὥστε ἐπεὶ ὠστιζόμενοι, καὶ περιθλίβοντες ἀλλήλους, ἐκινδύνευον, ἕκαστος προσωτέρω ἰέναι βιαζόμενος, ὅπως ἐγγὺς παρεστὼς, ἀκριβέστερον αὐτοῦ λέγοντος ἀκούοι· μέσον ἑαυτὸν πᾶσι παρέχων, ἐπὶ τοῦ βήματος τῶν ἀναγνωστῶν καθεζόμενος ἐδίδασκεν. Ἐν C καιρῷ δέ μοι δοκεῖ, τὸ συμβὰν ἐπὶ αὐτοῦ θαῦμα συμπεριλαβεῖν τῇ γραφῇ. Ἀνήρ τις Μακεδονίου αἱρέσεως, τοιαύτῃ γυναικὶ συνῴκει. Περιτυχὼν δὲ αὐτῷ διδάσκοντι ὅπως χρὴ περὶ Θεοῦ δοξάζειν, ἐπαινέτης ἦν τοῦ δόγματος, καὶ τὴν γυναῖκα ὁμοφρονεῖν αὐτῷ παρεκάλει. Ἐπεὶ δὲ τῇ πρὸ τούτου συνηθείᾳ καὶ ταῖς ὁμιλίαις τῶν γνωρίμων γυναικῶν ἡττᾶτο, καὶ πολλάκις νουθετῶν ὁ ἀνὴρ οὐδὲν ἤνυεν, Εἰ μὴ, φησὶ, κοινωνήσεις μοι τῶν θείων, οὐδὲ τοῦ βίου κοινωνὸς ἔσῃ μοι τοῦ λοιποῦ. Ἐνταῦθα δὲ ἡ γυνὴ συνθεμένη τοῦτο ποιεῖν, κοινοῦταί τινι τῶν θεραπαινίδων ἣν ἡγεῖτο πιστὴν, καὶ παραλαμβάνει συνεργὸν ἐς ἀπάτην τοῦ ἀνδρός. Περὶ δὲ τὸν καιρὸν τῶν μυστηρίων (ἴσασι δὲ

### VALESII ANNOTATIONES.

(16) *Τοσοῦτον δὲ πρὸς αὐτὸν τὸ πλῆθος ἐκεχήνεσαν.* Malim scribere ἐπὶ τοσαῦτον δέ, etc. Quem- D admodum legit Nicephorus. Nisi τοσοῦτον sumas adverbialiter.

### VARIORUM.

[h] *Φλαβίτας.* Fuit Fravita natione Gothus, sed religione Paganus, inquit Philostorgius lib. XI, cap. 8. Suidas etiam testatur eum gentilem fuisse.

Digitized by Google

οἱ μεμυημένοι ὃ λέγω), ἡ μὲν, ὅπερ ἐδέξατο κατέχουσα, ὡς εὐξομένη ἀπέκυψε (17). Παρεστῶσα δὲ αὐτῇ ἡ θεράπαινα, λάθρα δέδωκεν ὃ μετὰ χεῖρας ἦλθε φέρουσα· τὸ δὲ, πρὸς τοῖς ὀδοῦσι λίθος ἐπήγνυτο. Περιδεὴς δὲ γενομένη ἡ γυνὴ μή τι πάθοι, θεῖον οὕτω πρᾶγμα ἐπ' αὐτῇ συμβὰν, δρομαία ἐπὶ τὸν ἐπίσκοπον ἐλθοῦσα, ἑαυτὴν κατεμήνυσε. Καὶ τὸν λίθον ἐπέδειξεν, εἰκόνα φέροντα τοῦ δήγματος, ἀγνῶτα δὲ τὴν ὕλην, καὶ παράξενόν (18) τι δεικνύντα χρῶμα. Σὺν δάκρυσί τε συγγνώμην αἰτήσασα, ὁμοφρονοῦσα τῷ ἀνδρὶ συνῆν. Ἀλλὰ τάδε μὲν εἴ τῳ μὴ πιθανὰ δοκεῖ, μάρτυς αὐτὸς ὁ λίθος, εἰσέτι νῦν ἐν τοῖς κειμηλίοις τῆς ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως φυλαττόμενος.

A caveris, nec vitæ consors mihi eris in posterum. Tum mulier id se facturam pollicita, consilium suum aperit ancillæ, quam sibi sociam adjungit ad fallendum maritum. Allapso igitur tempore mysteriorum, intelligunt fideles quid velim dicere, mulier id quod acceperat, retinens, quasi Deum oratura, **333** caput submisit. Ancilla vero quæ ei astabat, id quod domo attulerat, clanculum ei tradidit. Quod cum mulier dentibus admovisset, instar lapidis obduruit. Tum mulier, verita ne quid sibi gravius eveniret, tanto erga se patrato miraculo, confestim ad episcopum pergens, seipsam accusavit. Simulque lapidem ostendit, qui morsus vestigia retinebat, materia quadam prorsus ignota, et colore inusitato præditum. Cumque effusis lacrymis veniam postulasset, ejusdem fidei cum viro deinceps permansit. Quod si cui forte hæc minus credibilia videntur, testis est lapis ipse, qui in thesauro ecclesiæ Constantinopolitanæ etiamnum servatur.

### ΚΕΦΑΛ. Ϛ'

*Περὶ τῶν ἐν Ἀσίᾳ καὶ Φρυγίᾳ πραχθέντων τῷ Ἰωάννῃ, καὶ περὶ Ἡρακλείδου τοῦ Ἐφέσου, καὶ τοῦ Νικομηδείας Γέροντος.*

Ὁ δὲ Ἰωάννης πυθόμενος ὑπὸ ἀναξίων τὰς ἐν Ἀσίᾳ καὶ πέριξ Ἐκκλησίας ἐπιτροπεύεσθαι, καὶ τοὺς μὲν λήμμασι καὶ δωροδοκίαις, τοὺς δὲ χάριτι ὑπαγομένους, τὰς ἱερωσύνας ἀπεμπωλεῖν, ἧκεν εἰς Ἔφεσον. Καθελών τε δέκα καὶ τρεῖς ἐπισκόπους, τοὺς μὲν ἐν Λυκίᾳ καὶ Φρυγίᾳ, τοὺς δὲ ἐν αὐτῇ τῇ Ἀσίᾳ, ἑτέρους ἀντ' αὐτῶν κατέστησε· τῆς δὲ Ἐφεσίων Ἐκκλησίας (ἔτυχε γὰρ ὁ τότε ἐνθάδε ἐπισκοπῶν τελευτήσας), Ἡρακλείδην ἄνδρα Κύπριον τὸ γένος, διάκονον τῶν ὑπ' αὐτὸν μοναχῶν (19) τῶν ἐκ τῆς Σκήτεως, Εὐαγρίου τοῦ μοναχοῦ μαθητήν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Γερόντιον ἐξεώσατο τῆς Νικομηδέων Ἐκκλησίας. Οὗτος γὰρ ὑπὸ Ἀμβροσίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Μεδιολάνων διακονούμενος, οὐκ οἶδ' ὅ τι παθὼν, ἀλλ' ἢ τερατευόμενος, ἢ δαιμονίου σπουδῇ καὶ φαντασίαις ὑπαχθεὶς, νύκτωρ ἔφη τισὶν ὀνοσκελίδα (20) συλλαβόμενος, ξυρίσαι τὴν κεφαλὴν, καὶ μυλωνίῳ ἐμβαλεῖν. Ὡς ἀνάξια δὲ τοῦ διακόνου Θεοῦ φθεγξάμενον, ἐκέλευσεν Ἀμβρόσιος τέως καθ' ἑαυτὸν εἶναι, καὶ μεταμελείᾳ καθαίρεσθαι.

B

### CAP. VI.

*De his quæ Joannes gessit in Asia et Phrygia: et de Heraclide Ephesi et Gerontio Nicomediæ episcopis.*

Porro Joannes, cum audiisset Asiæ et finitimarum provinciarum Ecclesias ab indignis sacerdotibus gubernari, et alios quidem donis ac muneribus, alios vero gratia corruptos, sacerdotia vendere, Ephesum perrexit. Ac tredecim episcopis depositis, partim in Lycia et Phrygia, partim in ipsa Asia, alios in eorum locum substituit. Ephesinæ autem Ecclesiæ, cujus episcopus tum forte mortem obierat, Heraclidem præfecit, virum origine Cyprium; qui olim quidem monachus fuerat apud Scetim, et discipulus Evagrii monachi: tum C vero unus erat ex Joannis diaconis. Sed et Gerontium Nicomediensi Ecclesia expulit [1]. Hic enim cum diaconus esset sub Ambrosio Mediolanensis Ecclesiæ episcopo, nescio quid passus, utrum fucum facere volens, an dæmonis arte et vanis imaginibus deceptus, retulerat quibusdam se noctu Onoscelidem comprehensam, capite raso, in pistrinum conjecisse. Qua de causa Ambrosius eum,

[1] Socr., lib. VI, c. 11.

## VALESII ANNOTATIONES.

(17) *Ἐπέσκυψε*. Interpretes legerunt ἐπέκυψεν. Vertunt enim, *velut oratura procumbit*. Melius tamen vertissent cum Lango, *caput demisit*. In codice Fuketiano scriptum inveni, ἀπέκυψε, minus probe. Apud Nicephorum excusum est ἐπέκρυπτε.

(18) *Καὶ παράδοξόν*. Melius in codice Fuketiano scribitur καὶ παράξενόν τι δεικνύντα χρῶμα. Pro quo Nicephorus habet ξενίζον.

(19) *Διάκονον τῶν ὑπ' αὐτὸν μοναχῶν*. Pessime hunc locum verterunt Interpretes, *monachorum suorum apud Scetin Diaconum*. Quasi vero Joannes Chrysostomus monasterium habuerit apud Scetin; aut quasi Heraclides qui tum degebat Constantinopoli, diaconus eodem tempore esse potuerit monachorum apud Scetin in Ægypto. Longe rectius Joannes Langus ita vertit: *Heraclidem etiam archidiaconum, ex eis qui sub diœcesis suæ administratione erant monachi, qui in Sceti Evagrii monachi discipulus fuerat*. Socrates in lib. VI, cap. 10. Heraclidem hunc ait fuisse diaconum Chrysostomi: τὸν ἑαυτοῦ διάκονον. Pro quo Sozomenus dixit διάκονον τῶν ὑπ' αὐτόν. Idem porro Heraclides monachus fuerat in Sceti, institutus illic ab Evagrio monacho. Quare scribendum est hoc loco, μοναχὸν τῶν ἐκ τῆς D Σκήτεως. Nihil planius hac scriptura, tantum ante vocem μοναχόν, apponenda est virgula. Hujus Heraclidis elogium habemus apud Palladium in *Vita Chrysostomi*: Ἄνδρα μονάσαντα ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἀπὸ ἐγκυκλίων ἡγμένον μαθημάτων, καὶ τῶν θείων Γραφῶν ἐντὸς γενόμενον, καὶ διακονήσαντα ἔτη τρία.

(20) *Ὀνοσκελίδα*. Ita Gentiles vocabant spectrum quoddam dæmoniacum, eo quod crura ac pedes asininos habere videretur. Unde ὀνόκωλον etiam, seu ὀνοκώλην id spectrum appellabant. A veteribus autem Græcis ἔμπουσα dicebatur. Scholiastes Aristophanis in Thesmophor. ἔμπουσα, inquit, ἣν καλοῦμεν νῦν ὀνοσκελίδα. Idem in *Scholiis ad Ranas*, pag. 225, plura habet de hoc spectro, et post

Digitized by Google

A utpote qui indigna ministro Dei locutus esset, domi ad tempus manere, et pœnitentia expiari jusserat. At 334 Gerontius, cum et optimus esset medicus ac diligentissimus, et ad dicendum ac persuadendum, parandosque amicos aptissimus, quasi Ambrosium deridens, Constantinopolim perrexit. Illic brevi temporis spatio in amicitiam quorumdam qui in palatio plurimum poterant, sese insinuavit : nec multo post Nicomediensis Ecclesiæ episcopatum adeptus est. Ordinavit autem illum Helladius Cæsareæ Cappadocum episcopus, hanc illi gratiam referens, eo quod suffragio suo splendidam in palatio militiam filio ipsius comparasset. Quæ cum didicisset Ambrosius, scripsit Nectario episcopo Constantinopolitano, ut Gerontio sacerdotium adimeret, nec se et ecclesiasticam

B disciplinam contumelia allici pateretur. Verum Nectarius, quamvis omni studio id perficere conatus, nunquam tamen obtinere potuit, universis simul Nicomediensibus ei fortiter resistentibus. Joannes vero cum illum deposuisset, ejus loco Pansophium ordinavit. Hic uxoris Arcadii imperatoris pædagogus fuerat. Vir pius quidem et placidis moribus ac moderatis : Nicomediensibus tamen minime gratus. Itaque seditionem crebrius excitantes, tum privatim, tum publice, Gerontii beneficia recensebant, et uberrimam utilitatem quam ex illius arte medica percipiebant : dexteritatem denique ac sedulitatem qua erga omnes ex æquo, tam pauperes quam divites utebatur. His alias quoque ejus virtutes adjiciebant, utpote amici ac benevoli. Nec

C secus ac in terræ motu aut siccitate, aut alia quapiam calamitate cœlitus invecta, per plateas civitatis suæ et Constantinopolis circumeuntes psallebant, Deoque supplicabant ut illum episcopum haberent. Tandem vero coacti, illum quidem cum luctu ac gemitibus dimiserunt : Pansophium vero cum odio ac metu susceperunt. Exinde hi qui depositi fuerant, et illorum necessarii, Joannem ac-

Ὁ δὲ ἰατρὸς ὢν ἄριστος, καὶ ἀοκνότατος λέγειν (21) καὶ πείθειν, καὶ φίλους περιποιεῖν ἱκανὸς, ὡς ἐπεγγελῶν Ἀμβροσίῳ, ἧκεν εἰς Κωνσταντινούπολιν. Ἐν ὀλίγῳ τε χρόνῳ τινὰς τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις δυναμένων ποιεῖται φίλους· καὶ μετ' οὐ πολὺ ἐπιτρέπεται τὴν Νικομηδέων ἐπισκοπήν. Ἐχειροτόνησε δὲ αὐτὸν Ἑλλάδιος (22) ὁ Καισαρέων Καππαδοκῶν ἐπίσκοπος, ἀμειβόμενος καθότι παιδὶ αὐτοῦ πρόξενος λαμπρᾶς στρατ[ε]ιᾶς ἐγένετο ἐν τοῖς βασιλείοις. Μαθὼν δὲ ταῦτα Ἀμβρόσιος, ἔγραψε Νεκταρίῳ τῷ προϊσταμένῳ τῆς Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως, ἀφελέσθαι Γεροντίου τὴν ἱερωσύνην, καὶ μὴ περιιδεῖν αὐτὸν ὑβρισμένον, καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν τάξιν. Νεκταρίῳ δὲ, καὶ μάλα τοῦτο σπουδάσαντι, γέγονεν ἀνήνυτον, πανδημεὶ τῶν Νικομηδέων ἀνδρικῶς ἀνθισταμένων. Ὁ δὲ Ἰωάννης καθελὼν αὐτὸν, ἐχειροτόνησε Πανσόφιον· ὃς παιδαγωγὸς ἐγεγόνει τῆς τοῦ βασιλέως γαμετῆς· εὐλαβὴς δὲ, καὶ τὸ ἦθος μέτριός τε καὶ πρᾶος· οὐ μὴν Νικομηδεῦσι καταθύμιος. Στασιάσαντες γοῦν πολλάκις, κοινῇ τε καὶ πρὸς ἕκαστον ἀπηριθμοῦντο τὰς Γεροντίου εὐεργεσίας, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἐπιστήμης ἄφθονον χρείαν, καὶ τὸ περὶ πάντας πλουσίους τε καὶ πένητας ἐπίσης ἄφθονόν τε καὶ ἄοκνον. Τούτοις δὲ καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς προσετίθουν, οἷά γε εἰκὸς φιλοῦντας. Καὶ ὡς ἐπὶ σεισμοῖς, ἢ αὐχμοῖς, ἢ ἄλλαις τισὶ θεομηνίαις, περιιόντες ἐν ταῖς ἀγυιαῖς, ἀνὰ τὴν πατρίδα τὴν ἑαυτῶν καὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἔψαλλον, καὶ ἱκέτευον τὸν Θεὸν, ἐπίσκοπον αὐτὸν ἔχειν. Τὸ δὲ τελευταῖον βιασθέντες, τοῦ μὲν ἀπηλλάγησαν σὺν πένθει καὶ ὀδυρμοῖς· τὸν δὲ, μετὰ δέους καὶ μίσους ἐδέξαντο. Ἐντεῦθεν δὲ οἱ καθαιρεθέντες, καὶ οἱ τούτων ἐπιτήδειοι, ἐπῃτιῶντο Ἰωάννην, ὡς ἀρχηγὸς νεωτερισμοῦ ταῖς Ἐκκλησίαις ἐγένετο, καὶ τὰ δίκαια τῶν χειροτονιῶν παρὰ τοὺς πατρίους νόμους ἐκαινοτόμησεν· ὑπὸ δὲ λύπης, καὶ τὰ λόγου ἄξια αὐτῷ πεπραγμένα κατὰ τὰς τῶν πολλῶν δόξας διέβαλλον. Ἀμέλει τοι καὶ τὸ ἐπὶ Εὐτροπίου τότε συμβὰν ἐν μέσῳ (23).

## VALESII ANNOTATIONES.

illum Suidas in voce ἔμπουσα, et auctor Etymologici. In quo scribendum est ὀνοκώλη pro ὀνοπώλη. Porro hoc spectrum apparebat præcipue iter facientibus, ut docet Harpocratio : Ἔμπουσα, inquit, φάσμα τῆς Ἑκάτης, ὅπερ στοιχοῦσιν ἐφαίνετο. Ex quo corrigendi sunt *Scholiastes* Aristophanis ad Ranas, et Suidas et auctor Etymologici, apud quos τοῖς δυστυχοῦσι legitur pro στοιχοῦσι. Quam emendationem confirmat Philostratus in libro II, *De vita Apollonii*, cap. 2, his verbis : Ἐπορεύοντο γὰρ ἐν σελήνῃ λαμπρᾷ· φάσμα δὲ αὐτοῖς ἐμπούσης ἐνέπεσε, τοδὶ γινομένη καὶ τοδὶ αὖ καὶ τὸ οὐδὲν εἶναι. Idem in lib. IV, cap. 8, has empusas ab aliis lamias et mormolucia dici ait, et carnis humanæ appetentissimas esse. Sed ut ad onoscelidas redeamus, de iis Psellus in libro *De dæmonibus* loquitur, pag. 83 : Ὅσοι δὲ τόποις ἐνδιατρίβουσιν αὐχμηροῖς, ὑπόξηρά τε τὰ σώματα ἔχουσιν, οἵους τοὺς ὀνοσκελεῖς φασιν εἶναι.

(21) *Καὶ ἀοκνότατος λέγειν*. Post vocem ἀοκνότατος, subdistinctionem apponendam puto ; et reliqua ita legenda uno tenore, λέγειν τε καὶ πείθειν καὶ φίλους περιποιεῖν ἱκανός. Atque ita distinxit Nicephorus.

(22) *Ἐχειροτόνησε δὲ αὐτὸν Ἑλλάδιος*. Miror quomodo factum sit, ut Helladius Cæsariensis episcopus Gerontium Nicomediæ episcopum ordinaret. Neque enim Nicomedia sub diœcesi Cæsariensis

D episcopi. Imo subjecta erat episcopo Constantinopolitano. Quippe Eudoxius Constantinopolitanus episcopus Eugenium episcopum Nicææ ordinavit, ut scribit Philostorgius. Adde quod Sozomenus hoc loco aperte testatur, Ambrosium scripsisse Nectario episcopo Constantinopolitano, ut Gerontium episcopatu Nicomediensi exueret. Quare dicendum est Helladium id fecisse mandato episcopi Constantinopolitani ; aut certe id fecisse ante ordinationem Nectarii, dum Ecclesia Constantinopolitana episcopum non haberet. Quod quidem verius puto. Dici etiam potest episcopum Cæsareæ, tanquam primatem Ponticæ diœceseos, sibi vindicasse ordinationem Nicomediensis episcopi.

(23) *Εὐτροπίου τότε συμβὰν ἐπεμέσων*. In codice Fuketiano scriptum inveni συμβὰν ἐν μέσῳ. Quam scripturam veriorem puto. Subaudiendum est autem verbum quod præcessit διέβαλλον. Certe νεμεσᾶν τὸ συμβάν, non videtur Græce dici posse. Porro Eutropii cædes contigit anno Christi 399,

Digitized by Google

cusare cœperunt, quod rerum novarum in Ecclesiis auctor fuisset, et contra morem institutumque majorum, ordinationum jura immutasset. Ac præ dolore animi atque indignatione, ea quoque reprehendebant, quæ omnium judicio præclare gesta erant a Joanne. Denique et illud quod tum Eutropio contigerat, ei objiciebant.

## ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

A

*Περὶ Εὐτροπίου τοῦ ἀρχιευνούχου, καὶ περὶ τοῦ νόμου ὃν ἔθετο· καὶ ὡς ἀποσπασθεὶς τῆς ἐκκλησίας ἐφονεύθη. Καὶ περὶ τοῦ πρὸς Ἰωάννην γογγυσμοῦ.*

Οὗτος γὰρ μείζων ὢν τῶν βασιλέως εὐνούχων, μόνος καὶ πρῶτος ὧν ἴσμεν ἢ ἀκηκόαμεν, ὑπάτου καὶ πατρὸς βασιλέως (24) ἀξίᾳ ἐτιμήθη. Ἐπεὶ δὲ τῆς (25) παρούσης δυνάμεως οὐκ ἐννοήσας τὸ μέλλον, καὶ τὰς συμβαινούσας ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασι μεταβολὰς, ἐπεχείρει τῆς ἐκκλησίας ἀφέλκειν ἱκέτας Θεοῦ, δι' αὐτὸν ἐνθάδε διατρίβοντας, καὶ μάλιστα Πενταδίαν τὴν τοῦ Τιμασίου (26) γαμετήν. Ὃν στρατηγὸν δυνατὸν καὶ φοβερώτατον γενόμενον, εἰς τὴν κατ' Αἴγυπτον Ὄασιν ἀϊδίῳ φυγῇ ἐζημίωσε, τυραννίδος ἐπαγαγὼν αἰτίαν. Ἀλλ' ἐκεῖνος ἢ δίψει πιεζό- B μενος, ὥς τινος ἐπυθόμην, ἢ δεδιὼς μή τι χεῖρον ὑπομείνῃ, ἐν τοῖς αὐτόθι ψάμμοις ἀλώμενος, εὑρέθη νεκρός. Εὐτροπίου δὲ σπουδῇ τίθεται νόμος, προστάττων μηδαμῆ μηδένα εἰς ἐκκλησίαν καταφυγεῖν, ἐξελαύνεσθαί τε καὶ τοὺς ἤδη προσπεφευγότας. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ, ὡς εἰς τὴν βασιλέως γαμετὴν ὑβρίσας ἐπιβουλευθεὶς, πρῶτος αὐτὸς παρέβη τὸν νόμον. Καὶ ἀποδρὰς ἐκ τῶν βασιλείων, ἱκέτης τὴν ἐκκλησίαν κατέλαβεν. Ἡνίκα δὴ λαμπρόν τινα κατ' αὐτοῦ ὑπὸ τὴν ἱερὰν τράπεζαν κειμένου (27) κατέτεινε λόγον

## 335 CAP. VII.

*De Eutropio præposito sacri cubiculi, et de lege ab eo promulgata: et quomodo ab ecclesia abstractus sit ac necatus. Et de obmurmuratione adversus Joannem.*

Hic enim cum præpositus esset imperatoris cubiculariis, primus ac solus ex omnibus quos aut vidimus, aut auditione accepimus, consulis ac patricii honorem adeptus est [1]. In hac vero potentia constitutus, cum nec futurum tempus animo reputaret, nec consuetas rerum humanarum vicissitudines sibi ob oculos proponeret, supplices divini Numinis qui ipsius causa ad ecclesiam confugerant, inde extrahere conatus est, atque inter cæteros Pentadiam uxorem Timasii. Quem ille magistrum militiæ, antea potentem et cunctis formidabilem, perpetuo exsilio in Oasim Ægypti deportaverat, affectatæ tyrannidis crimen ei impingens. Verum hic quidem, sive siti oppressus, ut a quodam viro accepi, sive metuens ne quid pejus pateretur, dum per arenas regionis illius vagaretur, mortuus repertus est. Eutropius vero legem ferri curavit, qua vetabatur ne quisquam ad ecclesiam confugeret: et qui jam confugissent, expelli jubebantur. Nec multo post calumnia appetitus, quasi imperatoris conjugem contumelia affecisset, primus ipse legem

[1] Socr., lib. VI, c. 5.

## VALESII ANNOTATIONES.

depositio autem Gerontii et aliorum Asiæ episcoporum, facta est anno quadringentesimo, ut notat Baronius, seu potius 401. Causa enim episcoporum Asiæ primum examinata est in concilio Constantinopolitano, 13 indictione, cum Eusebius episcopus libellum concilio obtulisset adversus Antoninum episcopum Ephesi, ut scribit Palladius in *Vita Chrysostomi*, id est anno Christi 400. Missi sunt deinde in Asiam episcopi tres, qui testes audirent: hi tota æstate in Asia commorati sunt. Postea Chrysostomus ipse sub finem hiemis in Asiam profectus, synodum septuaginta episcoporum Ephesi congregavit, in qua depositi sunt sex episcopi (non autem tredecim ut ait Sozomenus), et alii in eorum locum substituti. Profectus igitur est Joannes in Asiam anno Christi 401, profligato jam Gaina.

(24) *Καὶ πατρὸς βασιλέως.* Patriciatus dignitatem intelligit. Patricii enim imperatoris Patres dicebantur, ut ex Claudiano aliisque notissimum est. Porro hæc dignitas a Constantino Magno primum instituta est, ut testatur Zosimus.

(25) *Ἐπεὶ δὲ τῆς.* Scribendum est procul dubio ἐπὶ δέ, quod miror Interpretes non vidisse.

(26) *Τὴν τοῦ Τιμασίου.* Hujus Timasii deportationem in Insulam Oasim Baronius refert anno Christi 395, post cædem Rufini præfecti prætorio. Melius tamen, meo quidem judicio, eam retulisset in annum sequentem. Neque enim verisimile est, tot ac tantos viros, Rufinum scilicet, Timasium et Abundantium, uno eodemque anno ab Eutropio oppressos esse. Certe ea res gravissimam invidiam conflasset Eutropio. Adde quod Eunapius apud Suidam in voce Τιμάσιος, scribit Eutropium præpositum cubiculi, eum evocasse ex Asia, ut summæ C rerum illum præficeret: Timasium vero tanto cum fastu venisse Constantinopolim, ac si Eutropium, ipsumque adeo Imperatorem ludibrio esset habiturus. Ex quo manifeste colligitur, Timasium nonnisi post Rufini cædem venisse Constantinopolim. Cum ergo Rufinus cæsus sit anno Christi 395, Timasii deportatio citius quam sequente anno contingere non potuit. De ejusdem Timasii deportatione locus est illustris apud Asterium in sermone adversus festum Kalendarum, quem dixit anno post consulatum Eutropii: Ποῦ οἱ ὕπατοι; Τοὺς χθὲς καὶ πρώην ἀρίθμησον· οὐχ ὁ μὲν, ὡς οἱ κακοῦργοι, τῆς κεφαλῆς ἀπετμήθη, etc. Rufinum intelligit: Ἄλλος δὲ μετὰ στρατηγίας, τῆς αὐτῆς ταύτης ἐπιτυχὼν τιμῆς, κακῶς ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς Αἰγύπτου καὶ τῆς Λιβύης ἀπώλετο, φεύγων τῆς καταδίκης τὴν τιμωρίαν, εἶτα ταῖς ψάμμοις ἐντελευτήσας, ἐπειδὴ πᾶσα ἦν ἡ χώρα, δι' ἧς ἀπεδίδρασκεν, ἄνυδρος καὶ ἀοίκητος; Quæ sic vertenda sunt. *Alter vero post mili-* D *tum magisterium, cum eumdem honorem adeptus esset, in finibus Ægypti ac Libyæ, misere interiit cum capitale supplicium quo condemnatus fuerat, fugere vellet, in arenosis locis exstinctus: cum regio universa quam fugiendo pertransibat, siticulosa esset atque inculta.* De Timasio loquitur, ut vides, de quo eadem narrant Zosimus atque Sozomenus.

(27) *Ὑπὸ τὴν ἱερὰν τράπεζαν κειμένου.* Interpres vertit *sub sacra mensa jacentem.* Musculus vero vertit, *ad sacram mensam.* Fieri quidem potest ut supplices qui ad ecclesiam confugerant, sub ipsa altaris mensa jacuerint. Iis tamen verbis id tantum significari puto, eos ad pedes altaris jacuisse. Sic Socrates in libro primo cap. 36, de Alexandro loquens in ecclesiam ingresso orandi

Digitized by Google

transgressus est : et ex palatio sese proripiens, supplex ad ecclesiam confugit. Quo quidem tempore Joannes in illum sub sacra mensa jacentem, eleganti quadam oratione invectus est : tum potentium hominum supercilium deprimens ; tum populo ostendens, nihil esse in rebus humanis, quod eodem in statu diu permanere possit. Hi ergo qui Joanni infensi erant, hoc illius factum criminati sunt, quod cum ejus vicem miserari debuisset, qui de capite periclitabatur, eum reprehenderat, insultans adversæ illius fortunæ. Sed Eutropius quidem, impii conatus sui meritas pœnas persolvit, capite truncatus : et lex quæ promulgata fuerat, ex monumentis publicis penitus sublata est. Ecclesia **336** vero magnopere florebat, cum Deus injurias ei illatas celeriter ultus fuisset ; et in cultu divini numinis amplius proficiebat. Sed et populus Constantinopolitanus, matutinis ac nocturnis hymnis exinde promptius uti cœpit hanc ob causam :

A Ἰωάννης· τῶν μὲν ἐν δυνάμει τὴν ὀφρὺν κατασπῶν· τῷ δὲ λαῷ δεικνὺς, ὡς οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων ἐν ταυτῷ μένειν φιλεῖ. Οἵ γε μὴν ἀπεχθανόμενοι πρὸς αὐτὸν, καὶ τοῦτο διέβαλλον, ὡς ἐλεεῖν δέον τὸν περὶ ψυχῆς κινδυνεύοντα, ἤλεγχεν, ἐπεμβαίνων ταῖς αὐτοῦ συμφοραῖς. Ἀλλ' Εὐτρόπιος μὲν, τῆς ἀσεβοῦς ταύτης ἐπιχειρήσεως ἀνέπλησε τὴν δίκην, τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθείς· καὶ ὁ τεθεὶς νόμος, ἄρδην ἐκ τῶν δημοσίων ὑπομνημάτων ἠφανίσθη. Ἡ δὲ Ἐκκλησία εὖ μάλα διέπρεπεν, ὡς τοῦ Θεοῦ τιμωροῦ γενομένου ἐν τάχει τῶν κατ' αὐτῆς ἀδικημάτων· καὶ ταῖς περὶ τὸ θεῖον θεραπείαις ἐπεδίδου. Προθυμότερόν τε τότε μᾶλλον ὁ Κωνσταντινουπόλεως λαὸς τοῖς ἑωθινοῖς καὶ νυκτερινοῖς ὕμνοις ἐχρῆτο, κατὰ πρόφασιν τοιάνδε·

## CAP. VIII.

*De antiphonariis hymnis, quos adversus Arianos cani Joannes instituit : et quomodo ejus prædicationibus auctæ sunt res orthodoxorum : divites vero dolore affecti fuerunt.*

Nam cum Ariani, quibus, regnante Theodosio, ademptæ fuerant ecclesiæ Constantinopoli, extra urbis mœnia conventus ecclesiasticos agerent, noctu in publicis porticibus primum congregabantur [1], et in cœtus divisi, antiphonatim psallebant, clausulas quasdam juxta ipsorum dogma compositas adjicientes ; prima autem luce, eadem publice canentes, pergebant ad loca in quibus collectas celebrabant ; atque id facere consueverant in celebrioribus quibusque festivitatibus, et primo ac septimo cujusque hebdomadis die. Tandem vero cantica quoque adjecerunt, quæ ad rixam et contentionem spectarent. Ubinam sunt qui tres dicunt

B

## ΚΕΦΑΛ. Η'.

*Περὶ τῶν ἀντιφώνων ᾠδῶν πρὸς Ἀρειανοὺς Ἰωάννου. Καὶ ὡς [διὰ] τῆς διδασκαλίας Ἰωάννου τὰ τῶν ὀρθοδόξων μᾶλλον ἐπεδίδου· ἤσχαλλον δὲ οἱ πλουτοῦντες.*

Ἐπεὶ γὰρ οἱ ἀπὸ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως, ἀφαιρεθέντες τῶν ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ἐκκλησιῶν ἐπὶ τῆς Θεοδοσίου βασιλείας, πρὸ τῶν τειχῶν ἐκκλησίαζον, νύκτωρ πρότερον ἐν ταῖς δημοσίαις στοαῖς συνελέγοντο, καὶ εἰς συστήματα μεριζόμενοι, κατὰ τὸν τῶν ἀντιφώνων τρόπον ἔψαλλον, ἀκροτελεύτια συντιθέντες (28), πρὸς τὴν αὐτῶν δόξαν πεποιημένα. Ὑπὸ δὲ τὴν ἕω ταῦτα δημοσίᾳ ψάλλοντες, εἰς τοὺς τόπους ἀπῄεσαν, ἔνθα καὶ ἐκκλησίαζον. Ἐποίουν δὲ ὧδε ἐν ταῖς ἐπισήμοις ἑορταῖς, καὶ τῇ πρώτῃ καὶ τελευταίᾳ (29) τῆς ἑβδομάδος ἡμέρᾳ. Τελευτῶντες δὲ, καὶ πρὸς ἔριν τὰς ᾠδὰς προσετίθεσαν· Ποῦ εἰσιν οἱ λέγοντες τὰ τρία μίαν δύναμιν; καὶ ἕτερα τοιάδε τοῖς ὕμνοις

[1] Socr., lib. VI, c. 8.

## VALESII ANNOTATIONES.

causa : Καὶ εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσελθὼν, ὑπὸ τὴν ἱερὰν τράπεζαν ἑαυτὸν ἐπὶ στόμα ἐκτείνας, εὔχεται. Rufinus quoque de eadem re loquens in libro X, cap. 12, ita scribit : *Tum ille nocte, quæ ad constitutam intererat diem, sub altari jacens.*

(28) *Ἀκροτελεύτια συντιθέντες.* Suffridus Petrus qui tres postremos Sozomeni libros Latine interpretatus est, ἀκροτελεύτια vertit *corollaria*. Ego clausulas vertere malui. Intelligit autem Sozomenus doxologias Arianorum, quas ad calcem hymnorum canere solebant hoc modo : Gloria Patri per Filium in Spiritu sancto, uti docet Philostorgius in lib. III, *Historiæ*. Quanquam Nicephorus non Psalmos, sed cantica quædam ab Arianis tum cantata esse existimat, quæ ipsi composuissent. Ego tamen Psalmos potius hic intelligi puto, ut indicat vox ἀκροτελεύτια, id est Psalmorum clausula. Quam vocem Nicephorus procul dubio non intellexit. Eadem vox legitur apud Eusebium in libro secundo *Historiæ ecclesiasticæ*, cap. 17, sub finem : Καὶ ὡς ἑνὸς μετὰ ῥυθμοῦ κοσμίως ἐπιψάλλοντος, οἱ λοιποὶ καθ' ἡσυχίαν ἀκροώμενοι, τῶν ὕμνων τὰ ἀκροτελεύτια συνεξηχοῦσι. Quæ verba desumpta sunt ex Philonis libro, *De vita contemplativa.*

(29) *Καὶ τῇ πρώτῃ καὶ τελευταίᾳ.* Nicephorus his verbis diem Dominicum a Sozomeno intelligi

C existimavit, qui est primus et ultimus dies hebdomadis. Ego vero nequaquam assentior Nicephoro. Primum enim dies Dominicus nunquam ultimus hebdomadæ dies dicitur. Est quidem Dominicus dies primus et octavus, ob circularem cursum hebdomadum, ut observavi in Annotationibus Eusebianis ; sed nunquam is dies postremus hebdomadæ appellatur. Deinde si Sozomenus diem Dominicum duntaxat intelligeret, superfluum esset addere καὶ τελευταίᾳ, cum per hoc quod primum Hebdomadæ diem dixit, Dominicum diem satis designaverit. Aliud igitur hoc loco intelligi puto. Per primum enim septimanæ, diem procul dubio Dominicum intelligit. Per ultimum vero intelligit Sabbatum, quo die plerique Christianorum collectas agere consueverant. Nocte igitur quæ Sabbati diem antecedit, conveniebant in unum Ariani, et nocturnos Psalmos canebant : et primo mane ad ecclesiam extra muros procedebant. Idem quoque faciebant sequenti nocte quæ Dominicum diem antecedebat. D Idcirco autem in publicis porticibus nocturnos hymnos ac Psalmos canebant, quod clausis urbis regiæ portis, ad Ecclesiam suam procedere non possent, quæ erat extra muros. Apud Christianos quoque idem mos fuit, ut docet Nicetius episcopus in tractatu *De vigiliis*, qui inter opera B. Hieronymi editus est perperam. Sed Lucas Dacherius

Digitized by Google

ἀναμιγνύντες. Δείσας δὲ Ἰωάννης, μή τινες τούτοις ὑπαχθῶσι τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐκκλησιαζόντων, ἐπὶ τὸν ἴσον τρόπον τῆς ψαλμῳδίας τὸν αὐτοῦ λαὸν προτρέπει. Ἐν ὀλίγῳ δὲ ἐπισημότεροι γενόμενοι, τοὺς ἀπὸ τῆς ἐναντίας αἱρέσεως ὑπερέβαλλον τῷ πλήθει καὶ τῇ παρασκευῇ. Καὶ γὰρ δὴ καὶ σταυρῶν ἀργυρᾶ σημεῖα ὑπὸ κηροῖς ἡμμένοις προηγοῦντο αὐτῶν· καὶ εὐνοῦχος τῆς βασιλέως γαμετῆς ἐπὶ τοῦτο τέτακτο, τὴν περὶ ταῦτα δαπάνην καὶ τοὺς ὕμνους παρασκευάζων. Ἐντεῦθεν δὲ ἢ ζηλοτυπήσαντες οἱ ἀπὸ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως, ἢ ἀμυνόμενοι, τοῖς ἀπὸ τῆς καθόλου Ἐκκλησίας εἰς μάχην κατέστησαν. Καὶ κτείνονταί τινες ἑκατέρωθεν. Ὁ δὲ Βρίσων (τοῦτο γὰρ ὄνομα τῷ βασιλικῷ εὐνούχῳ), λίθῳ κατὰ τοῦ μετώπου βάλλεται. Κινηθεὶς δὲ πρὸς ὀργὴν ὁ βασιλεὺς, ἔπαυσε τῶν ἀπὸ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως τὰς τοιαύτας συνόδους. Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς καθολικῆς, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε τὸν εἰρημένον τρόπον ὑμνεῖν ἀρξάμενοι, καὶ εἰσέτι νῦν οὕτω διέμειναν. Ἰωάννης δὲ ἐκ τούτων (30), καὶ τῶν ἐπ' ἐκκλησίας λόγων, πρὸς μὲν τὸν δῆμον ἐπεδίδου τὸ φίλτρον, μῖσος δὲ πρὸς τοὺς δυναμένους καὶ τοὺς κληρικοὺς ἐκ τῆς κατ' αὐτὸν παῤῥησίας. Τοὺς μὲν γὰρ ἀδικοῦντας ὁρῶν, ἤλεγχε· τοὺς δὲ πλούτῳ, καὶ ἀσεβείᾳ, καὶ ἡδοναῖς ἀσέμνοις διεφθαρμένους, ἀνῆγε πρὸς ἀρετήν.

A esse unicam potentiam, et alia ejusmodi hymnis suis intermiscentes? Joannes itaque, veritus ne quis ex Ecclesia sua per hæc in fraudem induceretur, plebem quæ sub ipso erat, ut similiter psalleret, incitavit. Qui brevi tempore illustriores facti, Arianos et multitudine et apparatus splendore longe superarunt. Nam et crucium argentea signa, præcedentibus cereis, eos anteibant: et eunuchus imperatricis huic rei præpositus erat, qui idoneum ad hæc sumptum et hymnos ad canendum præpararet. Hinc Ariani seu invidia moti, seu vindictæ cupiditate, Catholicos pugna adorti sunt. Ac nonnulli quidem ex utraque parte ceciderunt. Briso vero, id **337** enim nomen erat imperatricis cubiculario, saxo in fronte percussus est. Qua re imperator commotus, hujusmodi Arianorum conventus B deinceps inhibuit. Catholici vero, cum ex hujusmodi causa hymnos eo quo diximus modo canere cœpissent, in hunc usque diem ita perseverarunt. Ex his rebus et ex ecclesiasticis concionibus, populi quidem benevolentia erga Joannem in dies augebatur. Potentium autem hominum et clericorum odium in eum gliscebat, ex loquendi libertate qua adversus eos utebatur. Hos enim ille quoties injuste agentes viderat, reprehendebat. Illos vero opibus, et impietate, et fœdis voluptatibus corruptos, ad virtutem revocabat.

## ΚΕΦΑΛ. Θ'.

*Περὶ Σεραπίωνος τοῦ ἀρχιδιακόνου, καὶ τῆς ἁγίας Ὀλυμπιάδος· καὶ ὥς τινες ὑβριστικῶς τῶν λογάδων κατὰ τοῦ Ἰωάννου ἐφέροντο, σκαιὸν καὶ θυμώδη ἀποκαλοῦντες.*

Ηὔξησε δὲ αὐτῷ τὴν πρὸς τοὺς κληρικοὺς ἀπέχθειαν Σεραπίων, ὃν ἀρχιδιάκονον (31) αὐτοῦ κατέστησεν· ἀνὴρ Αἰγύπτιος, ταχὺς εἰς ὀργὴν, εἰς ὕβριν ἕτοιμος· οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ αἱ πρὸς Ὀλυμπιάδα [1] συμβουλαί. Ταύτην γὰρ ἐκ γένους ἐπισημοτάτην οὖσαν, καίπερ νέαν χήραν γενομένην, εἰς ἄγαν δὲ φιλοσοφοῦσαν κατὰ τὸν τῆς Ἐκκλησίας θεσμὸν, διά-

## CAP. IX.

C *De Serapione archidiacono, et de sancta Olympiade: et quomodo quidam egregii viri Joannem contumeliose insectati sunt, sævum et violentum appellantes.*

Odium porro clericorum adversus illum auxit Serapion, quem ipse archidiaconum constituerat: homo Ægyptius, promptus ad iracundiam, ad contumeliam paratus [1]. Accesserunt quoque exhortationes ab eo factæ ad Olympiadem. Hanc enim, cum nobilissimo genere orta esset, quamvis juvenili ætate viduam, tamen quia juxta leges ecclesia-

[1] Soc., lib. vi, c. 4.

## VALESII ANNOTATIONES.

vir doctissimus, ante paucos annos eum auctori suo restituit in tomo tertio spicilegii. Male tamen in manuscripto Codice hic sermo inscribitur de vigiliis servorum Dei. Non enim de monachorum, D sed de laicorum vigiliis agitur, nec abbatis hic sermo est ad monachos, sed episcopi populum alloquentis, ut patet vel ex his verbis: *Nec sane onerosum vel difficile videri debet etiam delicatis vel infirmis corporibus, in septimana duorum noctium, id est Sabbati atque Dominicæ, portionem aliquam Dei ministerio deputare: ista enim quasi purificatio est dierum quinque vel noctium quibus stupore carnali ingravescimus, aut mundanis actibus obsessi lætamur.*

(30) *Ἰωάννης δὲ ἐκ τούτων.* Scribendum est procul dubio Ἰωάννῃ δέ, etc., qua emendatione nihil certius: statimque emendandum est τῆς κατ' αὐτῶν παῤῥησίας, ut legit interpres.

(31) *Σεραπίων ὃν ἀρχιδιάκονον.* Hunc Serapionem Palladius in *Dialogo de vita Joannis Chrysostomi*, presbyterum vocat. Sic enim ait Σεραπίωνα καὶ Τίγριν πρεσβυτέρους. Forte Joannes Chrysostomus illum ex diacono presbyterum promoverat. Id certe testantur Acta synodi ad Quercum. In quibus octavum decimum caput accusationis adversus Chrysostomum, hoc est, quod Serapionem in reatu exsistentem, presbyterum ordinasset. Idem postea episcopus Heracleæ factus est.

## VARIORUM.

[1] *Ὀλυμπιάδα.* De ea multa Palladius in vita Joannis Chrysostomi a pag. 149, ad pag. 166. Sponsa fuit quondam Nebridii expræfecti: quo mortuo, secundas nuptias respuebat, quanquam ab Elpidio imperatoris cognato sollicitata. Ob eximias virtutes laudatur; agrorum possessiones contulit pascendis clericis pauperibus.

Digitized by Google

sticas egregie philosophabatur, Nectarius diaconissam ordinaverat. Joannes vero cum eam facultates suas petentibus erogare cerneret, et reliqua quidem insuper habere : omnem autem curam divinis **338** rebus impendere : Equidem, inquit, studium tuum laudo. Verum qui perfectæ secundum Deum virtutis fastigium consequi desiderat, eum sua recte dispensare oportet. Tu vero dum opulentis opes superadjicis, idem facis, ac si tua in mare effunderes. An ignoras, te tua sponte facultates tuas indigentibus propter Deum dedicasse : et tanquam in bonis quæ non sunt amplius dominii tui, dispensatricem te appositam, et rationibus reddendis obnoxiam esse? Quod si me audis, pro necessitate petentium, largitionem tuam deinceps moderaberis. Sic enim fiet, ut plures beneficiis a te afficiantur, et tu misericordiæ ac diligentissimæ benignitatis a Deo mercedem accipias. Fuit etiam illi simultas quædam ac dissensio cum monachis nonnullis, ac præcipue cum Isaacio. Hujus enim philosophiæ sectatores qui in monasteriis suis quiete degerent, magnopere laudabat : utque a nemine afficerentur injuria, et necessaria cuncta haberent, sollicite procurabat. Eos vero qui foras egrederentur, ac per vicos urbis conspi-

A κονον ἐχειροτόνησε (32) ¹ Νεκτάριος. Ἰδὼν δὲ αὐτὴν Ἰωάννης τοῖς αἰτοῦσι τὴν οὐσίαν προϊεμένην, καὶ τὰ μὲν ἄλλα ὑπερορῶσαν, μόνα δὲ τὰ θεῖα σπουδάζουσαν, Ἐπαινῶ σου, ἔφη, τὴν προαίρεσιν· ἀλλ' οἰκονομικὸν εἶναι δεῖ, τὸν κατὰ Θεὸν τῆς ἄκρας ἀρετῆς ἐφιέμενον. Σὺ δὲ, πλουτοῦσι πλοῦτον ἐπεισάγουσα, οὐχ ἧττον ἢ εἰς θάλασσαν ἐκχέεις τὰ σά. Ἢ οὐκ ἐπίστασαι, ὅτι ἑκοῦσα τοῖς δεομένοις διὰ Θεὸν τὴν οὐσίαν ἀνέθηκας· καὶ ὡς ἐπὶ χρήμασι τῆς σῆς δεσποτείας ἐξελθοῦσι, διοικεῖν ἐτάχθης, καὶ λόγοις ἔνοχος ἐγένου; Ἢν οὖν ἐμοὶ πείθῃ, πρὸς τὴν χρείαν τῶν αἰτούντων τοῦ λοιποῦ (33) μετρήσεις τὴν δόσιν· οὕτω γὰρ πλείους τε εὐεργετήσεις, καὶ ἐλέους καὶ σπουδαιοτάτης κηδεμονίας ἀμοιβῶν τεύξῃ πρὸς Θεοῦ. Γέγονε δέ τις αὐτῷ διαφορὰ καὶ πρὸς πολλοὺς τῶν μοB ναχῶν, καὶ μάλιστα τὸν Ἰσαάκιον. Ἠρεμοῦντας μὲν γὰρ ἐν τοῖς αὐτῶν μοναστηρίοις τοὺς ὧδε φιλοσοφοῦντας, εἰς ἄγαν ἐπῄνει τε καὶ ὅπως μὴ ἀδικοῖντο, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἔχοιεν (34), σφόδρα ἐπεμελεῖτο· ἐξιόντας δὲ θύραζε καὶ κατὰ τὴν πόλιν φαινομένους, ὡς τὴν φιλοσοφίαν ἐνυβρίζοντας, ἐλοιδόρει καὶ ἐπέστρεφεν. Ἐκ τοιούτων δὴ προφάσεων ἀπηχθάνοντο πρὸς αὐτὸν κληρικοὶ καὶ πολλοὶ τῶν μοναχῶν, καὶ χαλεπὸν καὶ ὀργίλον, σκαιόν τε καὶ ὑπερήφανον ἀπεκάλουν. Ἐπεχείρουν δὲ καὶ περὶ τὸν βίον διαβάλλειν πρὸς τὸν

## VALESII ANNOTATIONES.

(32) *Διάκονον ἐχειροτόνησε.* Duo hic observanda sunt. Primum quod ait Olympiadem, licet junior esset vidua, diaconissam tamen esse ordinatam. Secundo quod eam ordinatam esse dicit ab episcopo C Nectario. Utrumque enim antiquis Ecclesiæ moribus ac regulis contrarium videtur. Certe Epiphanius in hæresi Collyridianorum, viduas duntaxat ac vetulas ad id munus promotas esse scribit. Sed et lex imp. Theodosii cujus supra mentionem fecit Sozomenus, diserte vetabat ne feminæ ante annum ætatis sexagesimum ad hoc officium eligerentur. Proinde satis mirari non possum, cur Nectarius qui erat sub ditione Theodosii, Olympiadem adhuc adolescentulam diaconissam fecerit; nisi forte dicamus id privilegium concessum esse a Theodosio. Quod vero ad ordinationem spectat, scio quidem diaconissas posterioribus temporibus per manus impositionem esse ordinatas. Id enim diserte testatur canon 15 concilii Chalcedonensis. Verum apud antiquos alius mos fuit, ut docet canon 19 concilii Nicæni. In quo sancti Patres generaliter pronuntiant, diaconissas manus impositionem non habere, easque inter laicos esse numerandas. Quanquam Zonaras ac Balsamo canonem D illum concilii Nicæni non generaliter de omnibus diaconissis, sed tantum de diaconissis Paulianistarum quæ ad catholicam Ecclesiam redirent, intelligendum putarunt. Sed verba ipsa canonis illius abunde eos refutant. Rufinus quoque in lib. I *Ecclesiasticæ Historiæ*, cap. 6, canonem illum de diaconissis omnibus generaliter accepit. Porro ad officium diaconissarum non viduæ solum, verum etiam virgines eligi tandem cœpere. Cujus rei exemplum habemus in Nicarete Bithyna, cujus meminit Sozomenus infra in hoc libro. Idem etiam de Macrina sorore sua testatur Gregorius Nyssenus in ejus Vita his verbis : Ἀλλ' ἐπειδὴ ταῖς μυστικαῖς ὑπηρεσίαις τὰς χεῖρας ἑαυτῆς ἔχρησε, πρέπειν ἡγησαμένη τῷ ἐπιτηδεύματι τοῦ βίου τὴν περὶ τοῦτο σπουδὴν, etc. In fine vero ejusdem libri de Lampadia quadam virgine idem prodit iis verbis : Ἦν τις προτεταγμένη τοῦ χοροῦ τῶν παρθένων τῷ τῆς διακονίας βαθμῷ, Λαμπαδία ὄνομα αὐτῇ. Sed interpres neutrum horum locorum videtur intellexisse.

(33) *Τῶν αἰτούντων τοῦ λαοῦ.* Hunc locum emendavi ex codice Fuketiano, in quo ita legitur: πρὸς τὴν χρείαν τῶν αἰτούντων τοῦ λοιποῦ μετρήσεις τὴν δόσιν.

(34) *Καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἔχοιεν.* Loquitur Sozomenus de monachis, qui vel in urbe Constantinopoli, vel in aliis oppidis ac vicis diœceseos Joannis Chrysostomi degebant. Plura enim per totam illam diœcesim erant monasteria, jam inde a temporibus Macedonii episcopi Constantinopolitani, qui multa monasteria Constantinopoli ædificavit, et monachorum in iis degentium subsidio fultus, ad-

## VARIORUM.

¹ *Διάκονον ἐχειροτόνησε.* Pleraque ad diaconissarum ministeria pertinentia describit S. Clemens *Constitut.*, lib. III, cap. 15 : *Eliges quoque diaconissam fidelem et sanctam ad ministrandum mulieribus. Evenire enim solet aliquando in quibusdam domibus, ut non possis propter infideles mittere diaconum ad mulieres, mittere vero possis diaconissam propter cogitationes improborum. Ad multa enim indigemus diaconissa. Ac primum quidem cum mulieres baptizantur, unget quidem eis diaconus frontem tantum oleo sancto; post eum vero illinet eas diaconissa. Non enim opus est ut viri inspiciant feminas*, etc. Vide et lib. VIII, cap. 28. Exstat apud Joannem Morinum, part. II, pag. 80, ritus Græcus ordinandi diaconissam, ex ms. bibliothecæ Vaticanæ descriptus, qui codex quingentorum annorum ætatem superare ei visus est. Tota illa disciplina in diaconissas, et ipsæ diaconissæ, abhinc annos quingentos et quid amplius, abolitæ sunt et exstinctæ in utraque Ecclesia Græca et Latina. Sed antiquitus multo infrequentiores fuerunt in Occidente quam in Oriente. Vix enim antiqui rituales seu sacramentaria earum mentionem faciunt. IDEM, *De sacr. ord.*, part. III, pag. 149.

Digitized by Google

δῆμον, καὶ τοῦτον πείθειν (35) ὡς ἀληθῆ λέγοιεν, ὅτι μηδενὶ συνήσθιεν, οὔτε ἐπὶ ἑστίασιν καλούμενος ὑπήκουε. Τούτου δὲ πρόφασιν ἑτέραν λέγειν οὐκ ἔχω, πλὴν ὅτι ἀψευδής τις, οἶμαι, πυνθανομένῳ περὶ τούτου ἔφη, ὡς ὑπὸ ἀσκήσεως τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς κακῶς διατεθεὶς, παρῃτεῖτο τὰς ἐν τοῖς ἀρίστοις συνουσίας. Καὶ οἱ μὲν ἐντεῦθεν μάλιστα τὰς μεγίστας ὕφαινον κατ' αὐτοῦ διαβολάς.

A cerentur, tanquam qui professionem suam dedecore afficerent, carpebat atque objurgabat. Hujusmodi ex causis, clerici et monachi complures Joanni infensi erant, et morosum atque iracundum, sævumque ac superbum eum appellabant. Tentarunt etiam ejus vitam criminari apud populum : eaque potissimum ratione fidem dictis suis astruere, quod ille cum nemine cibum sumeret, nec ad convivium vocatus accederet. Hujus autem rei causam nullam aliam afferre possum, præter eam quam quidam vir, ut opinor, minime mendax interroganti mihi retulit : eo quod scilicet ob assiduam in virtutis studio contentionem, capitis et stomachi ægritudine laborans, prandiorum cœtus ac frequentiam detrectaret. Et isti quidem hinc potissimum gravissimas adversus eum calumnias texebant.

## ΚΕΦΑΛ. Ι'.

B

*Περὶ Σευηριανοῦ τοῦ Γαβάλων, καὶ Ἀντιόχου τοῦ Πτολεμαΐδος· καὶ ὅσα μεταξὺ Σεραπίωνος καὶ Σευηριανοῦ γέγονε, καὶ ὡς διὰ τῆς βασιλίδος τὰ μεταξὺ αὐτῶν διελύθησαν.*

Ἐπεγένετο δέ τις αὐτῷ πρόφασις μίσους καὶ πρὸς τὴν βασιλέως γαμετὴν, διὰ Σευηριανὸν ἐκ Γαβάλων τῆς Συρίας ἐπίσκοπον. Οὗτός τε γὰρ καὶ Ἀντίοχος ὁ Πτολεμαΐδος (Φοίνισσα δὲ πόλις ἥδε), κατὰ ταυτὸν ἄμφω ἐγενέσθην, ἐλλογίμω τε καὶ ἐπὶ ἐκκλησίας ἱκανὼ διδάσκειν· ἀλλ' ὁ μὲν εὐκόλως καὶ μάλα εὐήχως ἔλεγεν, ὡς καὶ Χρυσόστομος πρός τινων ὀνομάζεσθαι· ὁ δὲ Σευηριανὸς τὴν Σύρων δασύτητα (36), καίπερ τοῖς νοήμασι καὶ ταῖς μαρτυρίαις τῶν Γραφῶν ἀμείνων εἶναι δοκῶν, ἐπὶ τῆς γλώττης ἔφερεν. Ἐλθὼν δὲ πρότερος Ἀντίοχος εἰς Κωνσταντινούπολιν, ἐπὶ τοῖς λόγοις ἐπῃνέθη· καὶ χρήματα ἀθροίσας, εἰς τὴν αὐτοῦ πόλιν ἐπανῆλθε. C Κατὰ ζῆλον δὲ τούτου καὶ Σευηριανὸς ὕστερον ἀφικόμενος, εὔνου τυχὼν Ἰωάννου, πολλάκις ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας λέγων ἐθαυμάζετο· καὶ ἐν τιμῇ ἦν, καὶ πολὺς ἐν δυνάμει· καὶ αὐτῷ βασιλεῖ καὶ τῇ βασιλίδι γνώριμος ἐγένετο. Ἡνίκα δὲ Ἰωάννης εἰς τὴν Ἀσίαν ἀπεδήμησε, τὴν Ἐκκλησίαν αὐτῷ παρέθετο· κολακείαις γὰρ αὐτὸν περιέποντα, φίλον εἶναι σπουδαῖον ἐνόμισεν. Ὁ δὲ πλέον ἐπεμελεῖτο τοῖς ἀκροαταῖς χαρίζεσθαι, καὶ τὸν λαὸν τοῖς λόγοις ἥδειν (37). Ἰωάννης δὲ ταῦτα πυθόμενος, ἐζηλοτύπησε μὲν, ὥς φασι, Σαραπίωνος αὐτὸν ἐπὶ τούτοις παρακινοῦν-

## CAP. X.

*De Severiano Gabalitano, et Antiocho Ptolemaidis episcopo : et de his quæ inter Severianum ac Serapionem gesta sunt : et quomodo imperatrix eos inter se reconciliaverit.*

Accessit autem illi alia quoque simultatis causa adversus imperatricem, auctore Severiano Gabalorum Syriæ episcopo[1]. Hic enim, et Antiochus episcopus Ptolemaidis, quæ urbs est in Phœnice sita, ambo eruditi, et ad populum in **339** ecclesia docendum idonei, eodem tempore exstiterunt. Verum Antiochus quidem expedite admodum et sonora voce loquebatur : ita ut a nonnullis diceretur Chrysostomus. Severianus autem asperitatem Syrorum in loquendo retinebat, licet alioqui in sententiis, et in locis sacræ Scripturæ exponendis præstantior haberetur. Cæterum Antiochus, cum prior venisset Constantinopolim, eloquentiæ causa magnam laudem retulerat : collectisque abunde pecuniis, ad civitatem suam redierat. Cujus exemplum secutus Severianus, cum post illum venisset, et Joannem forte benevolum nactus esset, sæpe in Ecclesia concionatus, magnam sui admirationem excitavit : multumque honoris et auctoritatis adeptus est : ipsique adeo imperatori, et augustæ familiaris exstitit. Et cum Joannes in Asiam proficisceretur, Ecclesiam suam ei commendavit. Illum enim amicum et studiosum sui existimabat, eo quod assentationibus ipsum palparet. Verum ille

[1] Socr., lib. VI, cap. 11.

## VALESII ANNOTATIONES.

versus Homousianos plurima atrociter gessit, ut ait Sozomenus in libro IV, cap. 2. In his celebre fuit monasterium Marathonii, cujus meminit idem Sozomenus in libro V. Ac fortasse de his monasteriis intelligendus est Sozomeni locus supra citatus, de Heraclide diacono Joannis Chrysostomi, quem Sozomenus vocat διάκονον τῶν ὑφ' ἑαυτὸν μοναχῶν τῶν ἐκ τῆς Σκήτεως, id est, *diaconum monachorum qui erant sub dispositione Joannis Chrysostomi*, quos ille ex Sceti Constantinopolim evocaverat, sicut postea Cyrillus Tabennenses monachos Canopum traduxit. Porro monachorum cujusque diœcesis cura ad episcopum provinciæ pertinebat, qui victum illis atque annonas et reliqua necessaria subministrabat. Testatur id Possidius in *Vita beati Augustini* sub finem ita scribens : *Clerum sufficientissimum et monasteria virorum ac feminarum diligenti cura constabilita, omnia quæ necessaria erant provisa dimisit.* Sic legitur in optimo codice

D monasterii Musciascensis, qui nunc est in bibliotheca viri Cl. Claudii Jolly, canonici Parisiensis Ecclesiæ.

(35) *Καὶ τοῦτον πείθειν.* Malim scribere καὶ τούτῳ πείθειν, etc., quam lectionem in versione mea secutus sum.

(36) *Τὴν Σύρων δασύτητα.* Suffridus Petrus vertit *asperitatem Syrorum*. Musculus vero *crassitiem*, quod minus probo. Neque enim id convenit Syris, qui tinnula et acuta voce loquebantur, ut alicubi testatur imperator Julianus. Joannes autem Langus vertit *densitatem*. Idcirco autem Sozomenus asperitatem seu densitatem in loquendo tribuit Syris, quod crebris aspirationibus uterentur.

(37) *Καὶ τὸν λαὸν τοῖς λόγοις ἥδειν.* Pro verbo ἥδειν Nicephorus tria posuit hoc modo : καὶ τοῖς λόγοις ἐπάγειν, καὶ πρὸς ἑαυτὸν πᾶσι τρόποις μεθέλκειν καὶ ἰδιοῦσθαι.

Digitized by Google

auditoribus gratificari, et populum demulcere impensius studebat. Quæ cum audisset Joannes, æmulatione succensus est : Serapione, ut aiunt, eum ad id incitante hujusmodi ex causa. Cum Joannes reversus esset ex Asia, forte accidit ut Severianus alicubi præteriret : Serapio vero eum conspicatus, minime assurgeret, de industria ostendens iis qui aderant, sese illum contemnere. Ea re commotus Severianus exclamavit protinus his verbis : Si Serapio moriatur Christianus, Christus nunquam homo factus est. Ob hæc a Serapione accusatus Severianus, urbe expulsus est a Joanne, tanquam contumeliosus, et impie locutus in Deum. Harum enim rerum testes quidem inducti sunt. Quidam vero ex Serapionis familiaribus, integrum dictum supprimentes, id solum a Severiano dictum esse affirmarunt, quod Christus homo factus non esset. Joannes porro utrumque Severiano objecit. Neque enim, aiebat, si Serapio non moriatur clericus, ideo Christus homo factus non erit. Imperatrix vero simul atque hæc gesta fuerant, ex Severiani fautoribus rescivit. Statimque eum Chalcedone revocavit. Sed Joannes, quamvis multis eum obsecrantibus, colloquium ejus detrectavit; donec Augusta in ecclesia Apostolorum imposito Joannis genibus Theodosio filio, illum identidem obsecrans atque adjurans, ægre in gratiam reduxit cum Severiano. Et hæc quidem ita gesta esse accepi.

A τος (38). Ἐπεὶ δὲ ἐκ τῆς Ἀσίας ἐπανῆλθεν, ἔτυχέ που παριὼν Σευηριανός· ἰδὼν δὲ αὐτὸν Σαραπίων, οὐκ ἐξανέστη, ἐπίτηδες τοῖς παριοῦσιν ἐνδεικνύμενος (39), ὡς ὑπερφρονεῖ τὸν ἄνδρα. Ὁ δὲ πρὸς τοῦτο χαλεπήνας ἀνεβόησεν· Εἰ Σαραπίων ἀποθάνοι Χριστιανὸς, Χριστὸς οὐκ ἐνηνθρώπησεν. Ἐπὶ τούτοις δὲ κατηγορηθεὶς παρὰ Σαραπίωνος, ἐξηλάθη τῆς πόλεως παρὰ Ἰωάννου, ὡς ὑβριστὴς καὶ βλάσφημος εἰς Θεόν. Οἱ μὲν γὰρ ἐπὶ μαρτυρίᾳ τούτων παραχθέντες ἦσαν· οἱ δὲ τῶν Σαραπίωνος ἐπιτηδείων, ἀποκρυψάμενοι τὰ εἰρημένα πάντα, τουτὶ μόνον εἰρηκέναι ἐμαρτύρησαν, ὡς ἄρα Χριστὸς οὐκ ἐνηνθρώπησεν. Ἰωάννης δὲ καὶ τάδε, καὶ τ' ἄλλα ἐπῃτιᾶτο. Οὐ γὰρ εἰ Σαραπίων, ἔφη, κληρικὸς μὴ ἀποθάνοι, παρὰ τοῦτο Χριστὸς οὐκ ἐνηνθρώπησεν. B Ἡ δὲ βασιλέως γαμετὴ, ἅμα τε ταῦτα ἐγεγόνει, διὰ τῶν Σευηριανοῦ σπουδαστῶν ἔγνω· καὶ εὐθὺς αὐτὸν ἐκ Χαλκηδόνος μετεκαλέσατο. Ἰωάννης δὲ, καίπερ πολλῶν ἀντιβολούντων, παρῃτεῖτο τὴν πρὸς αὐτὸν ὁμιλίαν· εἰσότε δὴ ἐν τῇ ἐπωνύμῳ τῶν Ἀποστόλων ἐκκλησίᾳ τοῖς αὐτοῦ γόνασιν ἡ βασιλὶς ἐπιθεῖσα Θεοδόσιον τὸν υἱὸν, λιπαροῦσά τε καὶ πολλάκις ὁρκοῦσα (40), μόλις αὐτὸν εἰς φιλίαν τῷ Σευηριανῷ συνῆψε. Καὶ τὰ μὲν ὧδε ἔγνων.

## 340 CAP. XI.

*De quæstione in Ægypto exorta, utrum Deus humana forma præditus sit, et de Theophilo Alexandriæ episcopo : deque libris Origenis.*

Per idem tempus quæstio, non multo ante exorta, in Ægypti partibus agitata est, utrum Deum humana forma præditum credere oporteat[1]. Hujus autem opinionis erant plerique ex monachis regionis illius, qui præ imperitia, verba sacræ Scripturæ simpliciter et incaute accipiebant, et oculos, vultum, ac manus Dei, aliaque ejusmodi audire consueverant. Alii vero sensum in verbis reconditum spectantes, contrarium sentiebant : et eos qui ita dicerent, impie prorsus in Deum loqui asseverabant. Et hanc quidem sententiam Theophilus amplectendam esse publice in Ecclesia docuit : et in epistola quam ex more scripsit de festo Paschali, Deum incorporeum intelligi oportere affirmavit, et ab humana figura alienum. Quod cum Ægyptiorum monachi didicissent, Alexandriam venerunt. Et in unum con-

## ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

C *Περὶ τῆς κατ' Αἴγυπτον ζητήσεως, εἰ ἀνθρωπόμορφον τὸ Θεῖον· καὶ περὶ Θεοφίλου τοῦ Ἀλεξανδρείας, καὶ τῶν Ὠριγένους βίβλων.*

Ἐν τούτῳ δὲ, οὐ πολλῷ πρότερον ἀρξαμένη ζήτησις κατὰ τὴν Αἴγυπτον κεκίνητο, εἰ τὸν Θεὸν ἀνθρωπόμορφον δοξάζειν δεῖ. Ταύτης δὲ τῆς γνώμης οἱ πλείους τῶν τῇδε μοναχῶν ἦσαν, ὑπὸ ἁπλότητος ἀβασανίστως τοὺς ἱεροὺς ἐκλαμβάνοντες λόγους, καὶ ὀφθαλμοὺς Θεοῦ καὶ πρόσωπον καὶ χεῖρας, καὶ ὅσα τοιαῦτα προσεθισθέντες ἀκούειν. Οἱ δὲ τὴν ἐν τοῖς ὀνόμασι κεκρυμμένην διάνοιαν σκοποῦντες, ἐναντίως εἶχον· καὶ τοὺς τάδε λέγοντας, ἄντικρυς βλασφημεῖν εἰς τὸ Θεῖον ἔλεγον. Καὶ Θεόφιλος δὲ ταύτης ἔχεσθαι τῆς δόξης, ἐν Ἐκκλησίᾳ παρεκελεύσατο· καὶ ἐν ἐπιστολῇ ἣν ἐξ ἔθους (41) περὶ τῆς Πασχαλίας ἑορτῆς ἔγραφε, καὶ ἀσώματον χρῆναι νοεῖν τὸν Θεὸν εἰσ- D ηγεῖτο, καὶ ἀνθρώπου σχήματος ἀλλότριον. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο δῆλον ἐγένετο τοῖς Αἰγυπτίων μοναχοῖς, ἧκον εἰς Ἀλεξάνδρειαν. Καὶ εἰς ἓν ἀθροισθέντες ἐστασίαζον, καὶ ὡς ἀσεβοῦντα τὸν Θεόφιλον ἀνελεῖν ἐβου-

[1] Socr. lib. VI, c. 7.

### VALESII ANNOTATIONES.

(38) *Αὐτὸν ἐπὶ τούτοις παρακινοῦντος.* Scribendum videtur ἐπὶ τοῦτο, quemadmodum legit interpres. Si quis tamen vulgatam lectionem velit defendere, ut ἐπὶ τούτοις idem sit quod πρὸς τούτοις, id est, *ad hæc, præterea*; equidem non valde repugnabo.

(39) *Τοῖς παριοῦσιν ἐνδεικνύμενος.* Rectius apud Nicephorum scribitur τοῖς παροῦσι.

(40) *Καὶ πολλάκις ὁρκοῦσα.* Per Theodosium scilicet filium adjurabat et obtestabatur Chrysostomum Augusta, ut notavi in commentariis ad *Historiam* Socratis.

(41) *Καὶ ἐν ἐπιστολῇ ἣν ἐξ ἔθους.* Exstant tres epistolæ paschales Theophili Alexandrini episcopi, a B. Hieronymo in Latinum sermonem conversæ. Sed hæc de qua loquitur Sozomenus, hodie non exstat. Ejusdem epistolæ meminit etiam Cassianus in lib. *Collationum*.

Digitized by Google

λεύοντο. Ὁ δὲ παρ' αὐτίκα φανεὶς ἔτι στασιάζουσιν, Οὕτως ὑμᾶς, ἔφη, εἶδον ὡς Θεοῦ πρόσωπον. Τὸ δὲ ῥηθὲν ἱκανῶς ἐφύλαξε τοὺς ἄνδρας (42). Καὶ τῆς ὀργῆς καθυφέντες, Οὐκοῦν, φασὶν, εἰ τάδε ἀληθῶς δοξάζεις, καὶ τὰς Ὠριγένους ἀποκήρυξον βίβλους, ὡς τῶν ἀσκουμένων ταύτας οὕτω φρονεῖν εἰσηγουμένων. Ἀλλ' ἐμοὶ, ἔφη, τοῦτο πάλαι δεδογμένον ἦν, καὶ ποιήσω ὡς ὑμῖν δοκεῖ· μέμφομαι γὰρ οὐχ ἧττον κἀγὼ τοῖς τὰ Ὠριγένους δοξάζουσι. Καὶ ὁ μὲν, οὕτω βουκολήσας τοὺς μοναχοὺς, διέλυσε τὴν στάσιν.

A gregati tumultuari cœperunt, ac Theophilum velut impium e medio tollere volebant. Verum ille ad eos adhuc tumultuantes progressus', Perinde, inquit, vos aspexi ac vultum Dei. Hoc dictum homines tantisper cohibuit. Proinde illi, sedato furore, Si, inquiunt, ex animo ita credis, Origenis libros condemna, cum illi lectores suos in eam sententiam inducant. Tum Theophilus, Istud, inquit, jampridem constitueram, faciamque sicut vobis videtur. Nam et ipse, æque ac vos, iis succenseo qui Origenis opiniones sequuntur. Hac ratione Theophilus, delusis monachis, seditionem dissolvit.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

*Περὶ τῶν τεσσάρων ἀδελφῶν ἀσκητῶν, τῶν Μακρῶν λεγομένων, οἷς δι' ἔχθραν ἐγένετο ὁ Θεόφιλος.*

Ἴσως δ' ἂν καὶ ἥδε ἡ ζήτησις παντελῶς τότε διελύθη, εἰ μὴ πεπαυμένην ἤδη δι' ἔχθραν ἰδίαν ἐκίνησε Θεόφιλος, ἐπιβουλεύων Ἀμμωνίῳ καὶ Διοσκόρῳ, Εὐσεβίῳ τε καὶ Εὐθυμίῳ, τοῖς ἐπίκλην Μακροῖς. Οὓς ἀδελφοὺς ὄντας, εὐδοκίμους γενέσθαι παρὰ τοῖς ἐν Σκήτει φιλοσοφοῦσιν ἐκ τῶν πρόσθεν ἔγνωμεν. Οὗτοι γὰρ ἦσαν αὐτῷ τὰ μάλιστα τῶν ἐν Αἰγύπτῳ μοναχῶν κεχαρισμένοι, καὶ τὰ πολλὰ συνομίλους καὶ συνοίκους αὐτοὺς ἐποιεῖτο. Τὸν δὲ Διόσκορον καὶ τῆς Ἑρμουπόλεως ἐπίσκοπον κατέστησεν. Εἰς μῖσος δὲ αὐτοῖς κατέστη ἐκ τῆς πρὸς Ἰσίδωρον ἔχθρας, ὃν μετὰ Νεκτάριον ἐν Κωνσταντινουπόλει χειροτονεῖν ἐσπούδαζεν. Οἱ μὲν γάρ φασιν (43), ὡς γυνή τις ἐκ τῆς Μανιχαίων αἱρέσεως μετέθετο πρὸς τὴν καθόλου Ἐκκλησίαν. Ὡς ἀπερισκέπτως δὲ ταύτης κοινωνησάσης μυστηρίων πρὶν ἀπαγορεῦσαι τὴν προτέραν αἵρεσιν, ἐπητιᾶτο Θεόφιλος τὸν τότε ἀρχιπρεσβύτερον· ἀπηχθάνετο γὰρ αὐτῷ καὶ ἄλλως. Ὁ δὲ Πέτρος (τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα αὐτῷ), καὶ κατὰ τὸν νόμον τῆς Ἐκκλησίας, καὶ γνώμῃ Θεοφίλου κεκοινωνηκέναι τὸ γύναιον ἰσχυρίζετο. Καὶ μάρτυρα τούτων, Ἰσίδωρον ἔλεγεν. Ὁ δὲ ἔτυχε μὲν τότε ὡς Ῥώμην ἀποσταλείς· ἐπανελθὼν δὲ, ἀληθῆ λέγειν τὸν Πέτρον ἐμαρτύρησεν. Ὡς συκοφαντηθεὶς δὲ Θεόφιλος, χαλεπήνας, ἄμφω τῆς Ἐκκλησίας ἐξήλασε. Καὶ οἱ μὲν τάδε λέγουσι. Τῶν γε μὴν συγγενομένων τούτοις τότε τοῖς μοναχοῖς ἀνδρὸς οἵου πιστεύεσθαι ἐπυθόμην, διττὴν αἰτίαν Θεοφίλῳ γενέσθαι τῆς πρὸς Ἰσίδωρον δυσμενείας· κοινὴν μὲν αὐτῷ τε καὶ Πέτρῳ τῷ πρεσβυτέρῳ, καθότι μαρτυρῆσαι παρῃτήσαντο, ὡς τῆς Θεοφίλου ἀδελφῆς πρὸς τοῦ κληρονόμου (44) γραφείσης· ἰδίαν δὲ, καθὸ χρημάτων αὐτῷ

## CAP. XII.

B *De quatuor fratribus monachis, qui Longi dicebantur, quibus infensus fuit Theophilus.*

Ac fortassis penitus exstincta fuisset hæc quæstio, nisi illam jam sopitam Theophilus ob privatas inimicitias denuo excitasset, dum insidias struit Ammonio, Dioscoro, Eusebio atque Euthymio, qui Longi vulgo dicebantur. Quos quidem, cum fratres essent, celebres exstitisse inter eos qui apud Scetim philosophantur, ex superioribus cognovimus [1]. Hi enim, præ cæteris Ægypti monachis, Theophilo chari erant: eosque in contubernio et familiari congressu ut plurimum habebat. Denique Dioscorum etiam Hermopolis episcopum constituit. Odium vero adversus eos
C concepit, ex inimicitiis ab ipso susceptis cum Isidoro, quem, mortuo Nectario, ad episcopatum urbis Constantinopolitanæ promovere studuerat. **341** Sunt enim qui dicant mulierem quamdam ex Manichæorum secta ad Ecclesiam catholicam transiisse. Theophilus vero, perinde quasi ea mulier temere atque inconsulte sacra mysteria participasset, antequam priori hæresi renuntiavisset, eum qui tunc erat archipresbyter objurgavit. Nam et ei infensus erat aliunde. At Petrus, id enim nomen erat archipresbytero, mulierem ex præscripto legum Ecclesiæ et ex consensu ipsius Theophili communicasse affirmabat : ejusque rei Isidorum testem esse dicebat. Hic vero tum quidem aberat, Romam missus a Theophilo. Sed postea
D reversus, Petrum vera dixisse testatus est. Tum vero indignatus Theophilus, quasi calumniam passus esset, utrumque Ecclesia ejecit. Atque hæc quidem dicuntur a quibusdam. Ego vero ex quodam viro fide digno, qui cum supradictis monachis

[1] Socr. lib. vi, c. 7, 9.

## VALESII ANNOTATIONES.

(42) *Ἱκανῶς ἐφύλαξε τοὺς ἄνδρας.* Forte scribendum est ἐμάλαξε. Nam vulgata scriptura meo quidem judicio tolerari non potest. Quis enim verbum φυλάττειν eo sensu usurpatum unquam legit, pro compescere seu cohibere ?

(43) *Οἱ μὲν γάρ φασι.* Intelligere videtur Socratem, vel eos a quibus id mutuatus est Socrates. Certe Socrates in libro vi, cap. 7, hanc causam fuisse dicit odii Theophili adversus Isidorum. Aliam tamen ejus rei causam refert Palladius in Vita Chrysostomi.

(44) *Πρὸς τοῦ κληρονόμου.* Hunc locum non intellexerunt interpretes. Nam Musculus quidem ita vertit : *Quod ambo de sorore Theophili, ab illa se hæredem fuisse ascriptum testificari detrectassent.* Suffridus autem Petrus sic vertit : *Quod hi ipsum a sorore sua hæredem fuisse scriptum testari detrectassent.* Sed verba Græca non hunc sensum ha-



Digitized by Google

tunc versatus fuerat, audivi duas fuisse causas Theophilo odii ac simultatis adversus Isidorum: alteram Isidoro communem cum Petro presbytero, eo quod ambo testificari recusassent, sororem Theophili a nescio quo hæredem scriptam fuisse; privatam alteram, quod Isidorus ex pecuniis, quæ ad ipsum tanquam ad curatorem pauperum multæ afferebantur, Theophilo aliquid accipere conanti, utpote aliis jam consumptis in structuras ecclesiarum, concedere noluisset: præstabilius esse dicens ægrorum corpora convenienti cura reficere atque instaurare, quæ Dei templa potius existimanda sunt, et quorum gratia præbitæ essent pecuniæ, quam parietes exstruere. Verum sive ob hanc, sive ob aliam causam Isidorus a Theophilo communione privatus, ad monachos Scetis, tanquam ad sodales suos, perrexit. Tunc Ammonius, assumptis secum quibusdam, ad Theophilum profectus est, utque Isidoro communionem restitueret rogavit. Ille tum quidem id se facturum prompte pollicitus esse dicitur. Elapso autem tempore, cum nihil amplius proficerent, et manifeste patuisset Theophilum nihil aliud quam fallere, ipsum adeuntes, impensius flagitarunt ut promissa præstaret. Verum Theophilus unum ex monachis custodiæ publicæ mancipavit, quo reliquis terrorem injiceret. Sed spes eum fefellit. Ammonius enim et cuncti qui cum illo erant monachi, cum custos carceris eos ad necessaria vinctis subministranda venire existimasset, facile intro admissi sunt. Ingressi vero, exire postea noluerunt. Quo cognito, Theophilus eos ad se accersit. Illi initio quidem poscebant, ut ipse adveniens, illinc ipsos educeret. Neque enim æquum esse, ut publice contumelia affecti, clam ex carcere dimitterentur. Postmodum vero cedentes, se ad illum contulerunt. Ille, petita ab eis venia, sic eos dimisit, **342** quasi nulla deinceps molestia illos affecturus. Intra se tamen fremens indignabatur, et malo eos afficere cogitabat. Cumque dubius hæreret quonam modo

A πολλῶν προσφερομένων ὡς ἐπιτρόπῳ πτωχῶν, ἐπιχειροῦντι Θεοφίλῳ τούτων λαμβάνειν, ὡς δεδαπανημένῳ εἰς οἰκοδομὰς ἐκκλησιῶν, οὐκ ἐνεδίδου· ἄμεινον εἶναι λέγων τὰ σώματα τῶν καμνόντων, ἃ ναοὺς Θεοῦ κυριώτερον νοεῖν ἐστι, δι' οὓς καὶ τὰ χρήματα παρείχετο, ταῖς προσηκούσαις θεραπείαις ἀνανεοῦν, ἢ τοίχους οἰκοδομεῖν. Ἀλλ' εἴτε ἐντεῦθεν, εἴτε ἐξ αἰτίας ἑτέρας, ἀφαιρεθεὶς παρὰ Θεοφίλου τῆς κοινωνίας Ἰσίδωρος, ἦλθεν εἰς Σκῆτιν, ὡς πρὸς ἑταίρους τοὺς ἐνθάδε μοναχούς. Παραλαβὼν δέ τινας Ἀμμώνιος, παρεγένετο πρὸς Θεόφιλον, καὶ τὴν κοινωνίαν ἀποδοῦναι Ἰσιδώρῳ ἐδεῖτο. Ὁ δὲ, τότε μὲν προθύμως ὑποσχέσθαι λέγεται. Χρόνου δὲ διαγενομένου, ὡς οὐδὲν αὐτοῖς πλέον ἠνύετο, δῆλος δὲ ἐγεγόνει Θεόφιλος παρακρουόμενος, σπουδαιότερόν πως αὐτῷ B προσελθόντες, ἀπῄτουν τὴν ὑπόσχεσιν πληροῦν. Ὁ δὲ, τινὰ τῶν μοναχῶν ἐν δημοσίᾳ φρουρᾷ ποιεῖ, ὥστε φόβον τοῖς ἄλλοις ἐμβαλεῖν. Ἥμαρτε δὲ τούτου. Ὁ γὰρ Ἀμμώνιος ἅμα πᾶσι τοῖς σὺν αὐτῷ μοναχοῖς, δόξαντες τοῖς προεστῶσι τῆς φρουρᾶς εἰς μετάδοσιν ἐπιτηδείων τοῖς καθειργμένοις ἐλθεῖν, ἑτοίμως ἔνδον εἰσεδέχθησαν· εἰσελθόντες δὲ, οὐκέτι ἐξιέναι ἠνείχοντο. Μαθὼν δὲ τάδε Θεόφιλος, ἐδήλου πρὸς ἑαυτὸν καλῶν τοὺς ἄνδρας. Οἱ δὲ, τὰ μὲν πρῶτα, αὐτὸν παραγενόμενον σφᾶς ἐξάγειν ἠξίουν. Μηδὲ γὰρ εἶναι δίκαιον δημοσίᾳ ὑβρισμένους, λάθρα τῆς φρουρᾶς ἀνίεσθαι. Ὕστερον δὲ ἐνδόντες, ὡς αὐτὸν ἦλθον. Παραιτησαμένους δὲ αὐτοὺς (45), ὡς οὐ περαιτέρω λυπήσων, ἀπέπεμψεν. Καθ' ἑαυτὸν δὲ ἐδάκνετο, καὶ C ἠγανάκτει, καὶ κακῶς ποιεῖν ἐπεβούλευεν. Ἀπορῶν δὲ ὅ τι δράσειεν αὐτοὺς κακὸν, ἀκτήμονας ὄντας, καὶ πάντων πλὴν σοφίας (46) ὑπερορῶντας, ἔγνω περὶ τὴν ἡσυχίαν βλάψαι. Καὶ ἐπεὶ ἠπίστατο ἐξ ὧν αὐτῷ συνόντες διελέγοντο, μεμφομένους τοῖς ἀνθρωπόμορφον τὸν Θεὸν δοξάζουσιν, ὡς τὰ Ὠριγένους φρονοῦντας, συνέκρουσε πρὸς τὸ μοναχικὸν (47) πλῆθος, ἄλλως ἔχον δόξης. Ἐκ τούτου δὲ δεινή τις ἔρις ἐν τοῖς μοναχοῖς ἐκράτει· καὶ τὰς διαλέξεις οὐκ ἐν κόσμῳ πρὸς ἑαυτοὺς ποιούμενοι, πείθειν ἀλλήλους οὐκ ἠξίουν, ἀλλ' εἰς ὕβρεις καθίσταντο. Καὶ οἱ μὲν

## VALESII ANNOTATIONES.

bent. Neque enim Theophilus, sed soror Theophili hæres scripta fuisse dicitur πρός του, id est *ab aliquo*. Sic enim legendum est mutato accentu. Quod cum non vidissent interpretes, fœde lapsi sunt hoc loco. De hac porro sorore Theophili, deque fœda illius morte, loquitur Palladius in Vita Chrysostomi.

(45) *Παραιτησαμένους δὲ αὐτούς*. Lego παραιτησάμενος, quemadmodum etiam legit Nicephorus.

(46) *Πλὴν σοφίας*. In codice Fuketiano scriptum inveni πλὴν φιλοσοφίας. Quod magis probo. Sic enim Sozomenus vocare solet monasticam vivendi rationem.

(47) *Συνέκρουσε πρὸς τὸ μοναχικόν*. Idem etiam de Theophilo testatur Socrates. Verum uterque dissimulat id quod præcipue narrandum fuit: Theophilum scilicet, collecta episcoporum synodo in urbe Alexandria, damnasse Ammonium D duosque ejus fratres, tanquam hæreticos et Origenistas. Cumque eos apud præfectum Augustalem accusavisset, perfecisse ut exsilio damnarentur, et impetrasse ab illo militare præsidium. Quo succinctus, cum ad solitudinem venisset, plus quam trecentos monachos et clericos ex Ægypto fugavit. Ii autem fugati, in Palæstinam se receperunt, ut scribit Palladius in Vita Chrysostomi. In Historia autem Lausiaca, cap. 117, paulo* aliter id narrat. Neque enim trecentos, sed centum et viginti sex fuisse scribit, nec Æliam, sed Diocæsaream se recepisse.

## VARIORUM.

* Manifesto memoriæ lapsu hoc asserit Valesius; cum ibi Palladius referat rem aliam imperante Valente gestam. (Ant. Pagi, ad ann. 400, n. 9.)

Digitized by Google

τοὺς ἀσώματον τὸν Θεὸν ὁριζομένους, Ὠριγενιαστὰς A ἀπεκάλουν· οἱ δὲ, Ἀνθρωπομορφιανοὺς, τοὺς ἐναντίως φρονοῦντας.

nocere posset hominibus qui nihil possidebant, et qui omnia præter philosophiam aspernabantur, quietem illorum turbare statuit. Et quoniam ex sermonibus, quos cum illis habuerat dum apud ipsum essent, norat illos, utpote Origenis sectatores, opinionem illorum qui Deum humana forma præditum esse dicebant reprehendere, commisit eos cum multitudine monachorum qui aliter sentiebant. Hinc vero gravissima contentio inter monachos exorta est. Neque enim compositis ad modestiam disputationibus persuadere sibi invicem conabantur, sed mutuis se conviciis incessebant. Atque hi quidem, eos qui Deum incorporeum asserebant, Origenistas vocabant : illi vero eos qui contra sentirent, Anthropomorphianos.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

*Ὡς οἱ αὐτοὶ Μακροὶ διὰ τὸν ζῆλον Ἰωάννου, αὐτῷ προσχωροῦσι· καὶ ὡς ἐντεῦθεν ἀχθεσθεὶς Θεόφιλος, κατὰ Ἰωάννου ὁπλίζεται.*

Αἰσθόμενοι δὲ τῆς ἐπιβουλῆς οἱ περὶ Διόσκορον καὶ Ἀμμώνιον, ἀνεχώρησαν εἰς Ἱεροσόλυμα· κἀκεῖθεν εἰς Σκυθόπολιν [k] ἧκον, ἐπιτηδείαν ἡγησάμενοι B τὴν ἐνθάδε οἴκησιν διὰ τοὺς πολλοὺς φοίνικας, ὧν τοῖς φύλλοις ἐχρῶντο πρὸς τὰ εἰωθότα τοῖς μοναχοῖς ἔργα. Εἵποντο γὰρ αὐτοῖς ἀμφὶ ἄνδρες ὀγδοήκοντα. Ἐν τούτῳ δὲ Θεόφιλος πέμπει τινὰς εἰς Κωνσταντινούπολιν, ἅμα τε κατ' αὐτῶν διαβολὰς προπαρασκευάσοντας, καὶ εἰ βασιλέως περί του δέοιντο, ἀντιπράξοντας. Μαθόντες δὲ τάδε οἱ ἀμφὶ τὸν Ἀμμώνιον, ἀπέπλευσαν εἰς Κωνσταντινούπολιν· σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ Ἰσίδωρος. Κοινῇ τε ἐσπούδαζον, παρὰ βασιλεῖ κριτῇ καὶ Ἰωάννῃ τῷ ἐπισκόπῳ ἐλέγχεσθαι τὰς κατ' αὐτῶν ἐπιβουλάς. Ὤοντο γὰρ ἐνδίκου παῤῥησίας αὐτὸν ἐπιμελούμενον, δύνασθαι τὰ δίκαια βοηθεῖν αὐτοῖς. Ὁ δὲ, προσελθόντας αὐτῷ τοὺς ἄνδρας φιλοφρόνως ἐδέξατο, καὶ ἐν τιμῇ εἶχε, καὶ εὔχεσθαι ἐπὶ C ἐκκλησίας οὐ διεκώλυσε· κοινωνεῖν δὲ μυστηρίων αὐτοῖς οὐχ ἡγήσατο, ὡς οὐ θεμιτὸν πρὸ διαγνώσεως τοῦτο ποιεῖν. Ἔγραψε δὲ Θεοφίλῳ, κοινωνίαν αὐτοῖς ἀποδοῦναι ὡς ὀρθῶς περὶ Θεοῦ δοξάζουσιν, εἰ δὲ δίκῃ δέοι κρίνεσθαι τὰ κατ' αὐτοὺς, ἀποστέλλειν ὃν αὐτῷ δοκεῖ δικασόμενον. Ὁ δὲ, οὐδὲν ἀντεδήλωσε. Χρόνου δὲ πολλοῦ διαγενομένου, προϊούσῃ τῇ βασιλέως γαμετῇ προσῆλθον οἱ ἀμφὶ Ἀμμώνιον, τὰ κατ' αὐτῶν βεβουλευμένα Θεοφίλῳ μεμφόμενοι. Ἡ δὲ, ἐπιβουλευθέντας αὐτοὺς ᾔσθετο, καὶ τιμῶσα ἔστη. Καὶ προκύψασα τοῦ βασιλικοῦ ὀχήματος, ἐπένευσε τῇ κεφαλῇ· καὶ, Εὐλογεῖτε, ἔφη, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ βασιλέως καὶ ἐμοῦ, καὶ τῶν ἡμετέρων παίδων, καὶ τῆς ἀρχῆς. Ἐμοὶ δὲ ἐν τάχει μελήσει συνόδου, καὶ D τῆς Θεοφίλου ἀφίξεως. Καὶ ἡ μὲν τάδε ἐσπούδαζε. Ψευδοῦς δὲ φήμης ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κρατούσης, ὡς ἐκοινώνησεν Ἰωάννης τοῖς περὶ Διόσκορον, καὶ προθυμεῖται πάντα βοηθεῖν αὐτοῖς, διενοεῖτο Θεόφιλος, εἴπου δύναιτο (48), καὶ αὐτὸν Ἰωάννην τῆς ἐπισκοπῆς καθελεῖν.

## CAP. XIII.

*Quomodo iidem monachi ad Joannem confugerint, ob singularem ejus virtutem : et quomodo hac de causa Theophilus adversus Joannem insurrexerit.*

Porro Dioscorus et Ammonius ac reliqui, cognitis Theophili insidiis, Hierosolymam se contulerunt : atque inde perrexerunt Scythopolim ; commodum sibi ejus loci domicilium fore arbitrati, ob copiam palmarum, quarum foliis ad consueta monachorum opera utebantur. Sequebantur enim illos viri circiter octoginta. Eodem tempore Theophilus quosdam misit Constantinopolim, qui et calumnias adversus illos præstruerent, et si quid illi ab imperatore peterent, ipsi obsisterent. Quæ cum didicisset Ammonius et qui cum illo erant, Constantinopolim navigarunt, comitante eos Isidoro. Junctique inter se, id perficere studebant, ut coram imperatore judice, et Joanne episcopo, insidiæ ipsis comparatæ convincerentur. Etenim arbitrabantur hunc, utpote justæ libertatis studiosum, in iis quæ justa essent posse ipsis opitulari. Joannes vero illos ad se venientes benigne excepit, et in pretio habuit, et in ecclesia orare nequaquam prohibuit. Cum illis tamen haudquaquam communicandum sibi esse existimavit, propterea quod ante causam cognitam id fieri non liceret. **343** Cæterum scripsit Theophilo, ut communionem illis restitueret, quippe qui de Deo recte sentirent : vel si causam eorum in judicio examinandam putaret, mitteret aliquem qui accusatoris partes sustineret. Verum Theophilus nihil rescripsit. Elapso deinde haud modico tempore, cum Augusta in publicum procederet, accedentes ad eam qui cum Ammonio erant, de insidiis quas Theophilus ipsis struxisset conquesti sunt. Illa cum eos insidiis circumventos esse probe sciret, honoris causa substitit. Et extra imperiale vehiculum prospiciens, capite inclinato annuit : Benedicite, inquiens, et orate pro imperatore, et pro me ac liberis meis, et pro imperio. Ego dabo operam, ut synodus brevi convocetur, et Theophilus huc veniat. Et Augusta quidem hæc fieri procurabat. Alexandriæ vero, cum falsus rumor invaluisset, Joannem cum Dioscoro ac reli-

### VALESII ANNOTATIONES.

(48) *Εἴ που δύναιτο.* In codice Fuketiano scriptum inveni εἴ πη δύναιτο, quod magis placet.

### VARIORUM.

[k] *Σκυθόπολιν.* Scythopolis, urbs Syriæ Cavæ a Ptolemæo per errorem ascripta, a Josepho et omnibus aliis Palæstinæ tribuitur, eratque olim in dimidia tribu Manasse, postea in Samaria provincia, et in ora meridionali lacus Genesareth, seu maris Galilææ, ubi ex eo effluit Jordanis fluvius. Dicta fuit olim Bethsan, et a Plinio Nysa. BAUDRAND., CELLARIUS.

Digitized by Google

quis communicasse, eosque in omnibus adjuvare paratum esse, cogitare cœpit Theophilus, qua ratione Joannem quoque ipsum episcopatu dejicere posset.

## CAP. XIV.

*De improbitate Theophili : et de sancto Epiphanio, quomodo Constantinopolim venerit, et plebem adversus Joannem concitaverit.*

Verum hæc in intimo pectoris sui recessu occultans ac moliens, scripsit interim ad omnes ubique locorum episcopos litteras, quibus libros Origenis reprehendebat [1]. Cumque consideraret magno sibi emolumento fore, si Epiphanium, Salaminis in Cypro episcopum, participem et consortem consiliorum suorum haberet, virum ob virtutis reverentiam omnium sui temporis clarissimum; eum sibi amicum adjunxit, licet antea eum reprehendisset, quod Deum humana specie præditum opinaretur. Tum vero, quasi resipiscens veram tandem sententiam agnovisset, idem se cum illo sentire scripsit, et Origenis libros, tanquam hujusmodi dogmatum auctoris, calumniari instituit. Porro Epiphanius, qui Origenis libros jam pridem aversabatur, Theophili litteris facile assensum præbuit. Collectoque Cypriorum episcoporum concilio, Origenis libros legi prohibuit. Datis deinde litteris tum ad alios, tum ad episcopum Constantinopolitanum, ea quæ a synodo decreta fuerant insinuantibus, hortatus est illos, ut synodum convocarent, eademque decernerent. Animadvertens igitur Theophilus, se Epiphanium absque periculo sequi posse, utpote quem multi laudarent, et cujus sententiam ob vitæ sanctitatem suspicerent, ipse quoque cum episcopis qui sub ipso erant, idem quod **344** Epiphanius decrevit. Verum Joannes studium illorum haud magni ponderis esse existimavit, et Epiphanii ac Theophili litteras neglexit. Ex potentioribus vero et ex clero hi qui Joanni privatim infensi erant, cum intellexissent Theophilum id agere ut Joannem episcopatu exueret, ipsi quoque operam suam ac studium contulerunt, utque Constantinopoli maxima synodus fieret procurarunt. Quibus cognitis, Theophilus adhuc magis incubuit, et episcopos quidem Ægypti navigare jussit Constantinopolim, Epiphanio vero et aliis per Orientem episcopis scripsit, ut quamprimum in unum convenirent. Ipse pedestri itinere profi-isci-

[1] Socr. lib. vi, c. 10.

A

## ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

*Περὶ τῆς μοχθηρίας Θεοφίλου· καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου, ὡς ἐπεδήμησε τῇ Κωνσταντίνου, καὶ στασιάσαι τὸ πλῆθος κατὰ Ἰωάννου παρεσκεύασε.*

Ταῦτά τε κατὰ νοῦν κρύπτων, καὶ συσκευάζων, ἔγραφε κατὰ πόλεις τοῖς ἐπισκόποις, τὰ Ὠριγένους βιβλία κατηγορῶν. Λογισάμενος δὲ μέγιστον αὐτῷ συνοίσειν εἰ κοινωνὸν προσλάβοιτο τῶν σπουδαζομένων, Ἐπιφάνιον τὸν Σαλαμῖνος τῆς ἐν Κύπρῳ ἐπίσκοπον, ἄνδρα τῶν κατ' αὐτὸν αἰδοῖ βίου ἐπισημότατον, φίλον ἐποιεῖτο, πρότερον αὐτῷ μεμφόμενος (49), ὡς ἀνθρωπόμορφον τὸν Θεὸν δοξάζοντι. Ὡς ἐκ μετανοίας δὲ τὴν ὀρθὴν δόξαν ἐπιγνοὺς [1], ὁμοφρονεῖν αὐτῷ ἔγραφε, καὶ κατὰ τῶν Ὠριγένους βιβλίων, ὡς B παραιτίου δογμάτων τοιούτων, ἐκίνει διαβολάς. Ἐπιφάνιος δὲ, πάλαι ἀποστρεφόμενος τὰ Ὠριγένους συγγράμματα, ῥᾳδίως προσέθετο τῇ Θεοφίλου ἐπιστολῇ. Καὶ συνελθὼν ἅμα τοῖς ἐν Κύπρῳ ἐπισκόποις, ἀπηγόρευσε τὴν διάγνωσιν (50) τῶν Ὠριγένους λόγων. Καὶ τὰ δεδογμένα αὐτοῖς γράψας, ἄλλοις τε καὶ τῷ Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπῳ, προετρέπετο συνόδους ποιεῖν, καὶ ταῦτα ψηφίζεσθαι (51). Συνιδὼν δὲ Θεόφιλος ὡς οὐδείς ἐστι κίνδυνος Ἐπιφανίῳ ἕπεσθαι, πολλοὺς ἐπαινέτας ἔχοντι, καὶ διὰ τὴν ἀρετὴν τοῦ βίου ὅπερ ἂν φρονεῖ θαυμάζοντας, παραπλήσια αὐτῷ ἐψηφίσατο [m] σὺν τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόποις. Ὁ δὲ Ἰωάννης, τὴν μὲν ἐπὶ τούτοις σπουδὴν οὐκ ἀξίαν ἡγεῖτο λόγου, καὶ τὰ Ἐπιφανίου καὶ Θεοφίλου γράμματα ἐν δευτέρῳ ἐποιεῖτο. Οἱ δὲ δυσμενῶς C πρὸς αὐτὸν ἔχοντες τῶν ἐν δυνάμει καὶ τῷ κλήρῳ, μαθόντες Θεόφιλον σπουδάζειν αὐτοῦ τὴν καθαίρεσιν, ἐπιμελῶς συνέπραττον· καὶ σύνοδον μεγίστην γενέσθαι ἐν Κωνσταντινουπόλει παρεσκευάζοντο. Καὶ Θεόφιλος δὲ ταῦτα γνοὺς, ἔτι μᾶλλον ἠπείγετο. Καὶ τοὺς μὲν ἐξ Αἰγύπτου ἐπισκόπους ἐκπλεῦσαι ἐκέλευσε. Γράφει δὲ Ἐπιφανίῳ καὶ ἑτέροις τῶν ἀνὰ τὴν Ἕω, σπουδῇ συνελθεῖν· αὐτὸς δὲ πεζὸς ἐποιεῖτο τὴν πορείαν. Καὶ οὐκ εἰς μακρὰν δὲ πρῶτος Ἐπιφάνιος ἐκπλεύσας τῆς Κύπρου, κατῆλθεν εἰς τὸ πρὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως καλούμενον Ἕβδομον. Εὐξάμενος δὲ ἐν τῇ ἐνθάδε ἐκκλησίᾳ, ἧκεν εἰς τὴν πόλιν. Ὁ δὲ Ἰωάννης εἰσιόντα αὐτὸν, τῇ ὑπαντήσει τοῦ παντὸς κλήρου ἐτίμησεν. Ἐπιφάνιος δὲ δῆλος ἦν εἰ-

### VALESII ANNOTATIONES.

(49) *Πρότερον αὐτῷ μεμφόμενος.* Vide omnino quæ notavi ad librum vi, cap. 10 *Historiæ* Socratis.

(50) *Ἀπηγόρευσε τὴν διάγνωσιν.* Scribendum est procul dubio τὴν ἀνάγνωσιν. Quod confirmat Socrates in c. 10, lib. vi.

D (51) *Καὶ ταῦτα ψηφίζεσθαι.* Assentior Henrico Savilio, qui ad oram sui codicis emendavit ταὐτά, accentu rejecto in ultimam syllabam. Paulo ante ubi legitur συνόδους ποιεῖν, codex Fuketii scriptum habet σύνοδον.

### VARIORUM.

[1] *Ὡς... τὴν ὀρθὴν δόξαν ἐπιγνούς.* Legendum videtur ἐπιγνόντι. De Epiphanio enim intelligendum, cui tanquam Anthropomorphitarum sectam deserenti, et quasi eadem secum sentienti scripsit Theophilus. W. Lowth.

[m] *Παραπλήσια αὐτῷ ἐψηφίσατο.* Falluntur Socrates lib. vi, cap. 10, et Sozomenus hic, qui asserunt Theophilum, Epiphanii exemplo, synodum adversus Origenistas convocasse, cum e contra Epiphanio præiverit hac in re Theophilus, ut probat Antonius Pagius, ad ann. 401, quo hæc gesta sunt, n. 20.

Digitized by Google

ξας ταῖς κατ' αὐτοῦ διαβολαῖς· προτραπεὶς γὰρ ἐν οἰκήμασιν ἐκκλησιαστικοῖς καταμένειν, οὐχ ἠνέσχετο. Καὶ Ἰωάννης μὲν εἰς ταυτὸν συνελθεῖν (52) ἀπέφυγεν· ἰδίᾳ δὲ συγκαλῶν τοὺς ἐνδημοῦντας ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπισκόπους, ἐπεδείκνυ τὰ ψηφισθέντα κατὰ τῶν Ὠριγένους λόγων. Καί τινας ἐπιψηφίσασθαι ἔπεισεν· οἱ δὲ πλείους παρῃτήσαντο. Θεότιμος δὲ ὁ Σκυθίας ἐπίσκοπος, καὶ ἄντικρυς Ἐπιφανίου καθήψατο. Οὔτε γὰρ ἔφη ὅσιον εἶναι, τὸν πάλαι τετελευτηκότα ὑβρίζειν· οὔτε βλασφημίας ἐκτὸς, τὴν τῶν παλαιοτέρων διαβάλλειν κρίσιν, καὶ τὰ παρ' ἐκείνων δεδοκιμασμένα ἀθετεῖν. Ἅμα τε λέγων, καὶ βιβλίον τι τῶν Ὠριγένους προκομίσας διεξῄει· καὶ χρειώδη ταῖς Ἐκκλησίαις τὰ ἀνεγνωσμένα δείξας, Ἄτοπον, ἔφη, ὑπομένουσιν οἱ ταῦτα διαβάλλοντες. Κινδυνεύουσι γὰρ ταῦτα ὑβρίζειν, περὶ ὧν οἱ λόγοι. Ὁ δὲ Ἰωάννης, δι' αἰδοῦς εἶχεν ἔτι τὸν Ἐπιφάνιον, καὶ παρεκάλει αὐτὸν συνεκκλησιάζειν, καὶ σύνοικον ἔχειν. Ὁ δὲ, οὔτε συνοικεῖν, οὔτε συνεύχεσθαι αὐτῷ ἀντεδήλου, εἰ μὴ καταψηφίσηται τῶν Ὠριγένους λόγων, καὶ Διόσκορόν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἐξελάσῃ. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ποιεῖν πρὸ δίκης οὐ δίκαιον ἡγεῖτο καὶ ἀνεβάλλετο, μελλούσης ἐπιτελεῖσθαι συνάξεως ἐν τῇ ἐπωνύμῳ τῶν Ἀποστόλων ἐκκλησίᾳ, κατεσκεύαζον οἱ Ἰωάννου δυσμενεῖς προελθεῖν Ἐπιφάνιον, καὶ δημοσίᾳ ἀποκηρῦξαι ἐπὶ τοῦ λαοῦ τὰς Ὠριγένους βίβλους, καὶ τοὺς ἀμφὶ τὸν Διόσκορον, ὡς τὰ τούτου φρονοῦντας· ἐν ταυτῷ δὲ καὶ τὸν ἐπίσκοπον τῆς πόλεως διαβαλεῖν, ὡς ἐκείνοις προσκείμενον. Καὶ οἱ μὲν τάδε ἐσπούδαζον. Ὤοντο γὰρ αὐτὸν οὕτω συγκρούσειν πρὸς τὸ πλῆθος. Τῇ δὲ ἑξῆς ἐπὶ τοῦτο προελθὼν Ἐπιφάνιος, ἐγγὺς ἤδη τῆς ἐκκλησίας ἐτύγχανεν· ἀπαντήσας δὲ αὐτῷ Σεραπίων παρὰ Ἰωάννου ἀποσταλεὶς (ᾔσθετο γὰρ τὰ τῇ προτεραίᾳ βεβουλευμένα), ἐμαρτύρατο μήτε δίκαια ποιεῖν, μήτε αὐτῷ συμφέροντα, εἰ ταραχῆς ἐν τῷ πλήθει ἢ στάσεως κινηθείσης, αὐτὸς κινδυνεύσει, ὡς αἴτιος γεγονώς. Καὶ ὁ μὲν ὧδε ἀνεκόπη τῆς ἐπὶ τοῦτο ὁρμῆς.

A tur. Nec multo post Epiphanius, cum primus ex insula Cypro solvisset, ad locum haud procul ab urbe Constantinopolitana quem Septimum vocant, applicuit, factaque oratione in ecclesia quæ illic est, in urbem introivit. Eum ingredientem Joannes occursu cleri totius honoravit. At vero Epiphanius perspicue declaravit, quod calumniis adversus Joannem concinnatis fidem habuisset. Invitatus enim ut in ædibus ecclesiasticis manere vellet, neutiquam acquievit. Et cum Joanne quidem congredi penitus detrectavit : privatim vero convocatis episcopis qui tum Constantinopoli morabantur, ea quæ adversus libros Origenis decreta fuerant, illis ostendit. Ac nonnullis quidem persuasit ut decretis subscriberent : plures vero id facere recusa- B runt. Quin et Theotimus, episcopus Scythiæ, palam reprehendit Epiphanium. Nam neque pium esse dicebat, eum qui jam pridem mortuus esset, contumelia afficere : neque citra calumniam judicia antiquiorum reprehendi, et quæ ab illis probata essent damnari posse. Atque hæc dicens, prolato Origenis quopiam libro, locum ex eo recitavit. Cumque ea quæ recitaverat, Ecclesiis utilia esse ostendisset, Absurde faciunt, inquit, qui ista vituperant. Cavendum enim est illis, ne et ea damnent de quibus conscripti sunt hi libri. Porro Joannes adhuc nihilominus reverentiam exhibebat Epiphanio, eumque hortabatur ut collectas secum celebrare, et contubernalem ipsum habere vellet. C Verum Epiphanius, se neque ejus domo usurum, nec cum eo oraturum esse respondit, nisi Origenis libros prius damnasset, et Dioscorum una cum sociis expulisset. Sed cum ille ante causæ cognitionem hæc facere, haudquaquam justum esse duceret, et procrastinaretur; die quo collecta agenda erat in ecclesia Apostolorum, procurarunt Joannis inimici, ut Epiphanius in ecclesiam veniret, et publice coram populo tum Origenis libros, tum Dioscorum et eos qui cum illo erant, tanquam idem cum Origene sentientes, anathemate damnaret : eademque opera episcopum urbis perstringeret, ut qui illis addictus esset. Atque hi quidem istud moliebantur. Quippe existimabant, se hac ratione plebem ab illo alienaturos. Postero igitur die, cum ad id agendum progressus Epiphanius jam ecclesiæ appropinquaret, obviam ei occurrit Serapio, **345** missus a Joanne (præsenserat enim Joannes ea quæ pridie fuerant constituta), palamque denuntiavit Epiphanio, illum ea gerere quæ nec justa essent, nec ipsi privatim utilia : siquidem tumultu ac seditione populi excitata, ipse tanquam ejus rei auctor periculum subiturus esset. Hac ratione cohibitus est impetus Epiphanii.

D

## ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'

*Περὶ τοῦ παιδὸς τῆς βασιλίδος, καὶ τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου· καὶ ὡς οἱ Μακροὶ πρὸς διάλογον ἦλθον Ἐπιφανίῳ, καὶ ὡς ἀπέπλευσεν εἰς Κύπρον αὖθις. Καὶ περὶ Ἐπιφανίου καὶ Ἰωάννου.*

Ἐν τούτῳ δὲ συνέβη νοσεῖν τοῦ βασιλέως παιδίον· περιδεὴς δὲ οὖσα ἡ μήτηρ μή τι πάθοι, πέμψασα

## CAP. XV.

*De filio imperatricis et de beato Epiphanio; et quomodo monachi Longi in colloquium cum eo venerint, et Epiphanius in Cyprum reversus sit. Item de Joanne et de Epiphanio nonnulla.*

Interea accidit ut imperatoris filius admodum puer morbo corriperetur. Mater vero sollicita ne

### VALESII ANNOTATIONES.

(52) *Καὶ Ἰωάννης μὲν εἰς ταυτὸν συνελθεῖν.* Scribendum est procul dubio καὶ Ἰωάννῃ μὲν, etc. Quomodo etiam Savilius in suo codice emendavit. Sed et Nicephorum ita in Sozomeno legisse apparet ex cap. 13, lib. XIII.

Digitized by Google

quid tristius ei contingeret, misso ad Epiphanium nuntio, ut pro illo Deum precaretur postulavit. Ille puerum victurum esse respondit, si Augusta hæreticos qui cum Dioscoro erant aversaretur. Verum Augusta: « Si Deus, » inquit, « filium meum eripere mihi voluerit, ita fiat. Dominus enim qui dedit, idem et aufert. Quod si tu mortuos ad vitam revocare posses, mortuus non esset archidiaconus tuus. » Etenim haud multo antea e vivis excesserat Crispio, frater Fusconis et Salamanis monachorum, quorum mentionem fecimus, cum res Valentis Augusti temporibus gestas referremus, quem Epiphanius cum contubernalem haberet, archidiaconum suum constituerat. Ammonius vero et qui cum illo erant, Epiphanium adierunt; id enim ipsi quoque Augustæ placuerat. Cumque Epiphanius interrogasset quinam essent, respondit Ammonius: Longi sumus, o Pater. Sed libenter equidem discerem, utrum aliquando in discipulos aut in libros nostros incideris. Illo negante, iterum quæsivit Ammonius: Unde ergo hæreticos illos esse judicasti, qui nullum habes argumentum quo sententiam illorum possis convincere? Et cum Epiphanius diceret, id se auditu accepisse: Nos vero, ait Ammonius, plane contrarium fecimus. Nam et discipulos tuos sæpenumero vidimus et libros perlegimus: ex quibus unus est qui Ancoratus inscribitur. Cumque multi vituperare te et tanquam hæreticum calumniari vellent, nos pro patre, uti par erat, propugnavimus et causæ tuæ defensionem suscepimus. Proinde nec tu ex solo auditu absentes damnare debuisti, quos nequaquam tu ipse certis argumentis inductus conviceras; nec ejusmodi gratiam referre laudatoribus tuis. Posthæc Epiphanius lenius eos allocutus, tum quidem ab se dimisit. Brevi autem interjecto tempore, Cyprum navigavit: seu quod Constantinopolitanæ profectionis ipsum pœniteret; seu quod Deus oraculo ipsum admonuisset, mortemque ipsi suam, ut verisimile est, prænuntiasset [1]. Dum enim navigaret, priusquam appulisset in Cyprum, fato **346** interceptus est. Cæterum cum navem conscensurus esset, episcopis qui ipsum ad littus usque prosecuti fuerant, dixisse fertur: Urbem vobis et palatium, et scenam relinquo. Ego vero abscedo: festino enim et quidem valde. Aliud præterea quidpiam audivi, quod multorum sermonibus etiamnum circumfertur; Joannem quidem Epiphanio prædixisse, illum in navigatione esse moriturum; Epiphanium autem prænuntiasse Joanni abdicationem episcopatus. Nam dum inter se dissiderent, Epiphanius quidem Joanni scripsisse dicitur: Spero te nequaquam episcopum esse moriturum. Joannes vero rescripsit Epiphanio: Nec ego spero te in urbem tuam ingressurum esse.

πρὸς Ἐπιφάνιον, ἐδεῖτο εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ. Ὁ δὲ ζήσεσθαι τὸν κάμνοντα ὑπέσχετο, εἰ τοὺς ἀμφὶ Διόσκορον αἱρετικοὺς ὄντας ἀποστραφείη. Ἡ δὲ βασιλὶς, Τὸ ἐμὸν, ἔφη, παιδίον, εἴγε δοκεῖ τῷ Θεῷ λαμβάνειν, ταύτῃ ἔστω. Κύριος γὰρ ὁ δοὺς, πάλιν ἀφαιρεῖται. Αὐτὸς δὲ εἴπερ οἷός τε ἦς νεκροὺς ἀνεγείρειν, οὐκ ἂν ὁ σὸς ἀρχιδιάκονος τεθνήκει. Ἔτυχε γὰρ οὐ πρὸ πολλοῦ τελευτήσας Κρισπίων, ὃν ἀδελφὸν ὄντα Φούσκωνος καὶ Σαλαμάνου (53) τῶν ἐπὶ Οὐάλεντος δηλωθέντων μοναχῶν, σύνοικον ἔχων, ἀρχιδιάκονον ἑαυτῷ κατέστησεν. Οἱ δὲ περὶ Ἀμμώνιον (τοῦτο γὰρ αὐτῇ τῇ βασιλίδι ἐδόκει), πρὸς Ἐπιφάνιον ἦλθον. Πυθομένου δὲ αὐτοῦ τίνες εἶεν, ὑπολαβὼν Ἀμμώνιος, Οἱ Μακροὶ, ἔφη, ὦ Πάτερ. Ἀλλ' εἰ πώποτε μαθηταῖς ἡμετέροις ἢ συντάγμασιν ἐνέτυχες, ἡδέως ἐμάνθανον. Τοῦ δὲ ἀποφήσαντος, πάλιν ἤρετο· Πόθεν οὖν αἱρετικοὺς εἶναι σφᾶς νενόμικας, μηδένα ἔλεγχον ἔχων τῆς αὐτῶν γνώμης; Ἀκηκοέναι δὲ Ἐπιφανίου λέγοντος, Ἡμεῖς δὲ, ἔφη, πᾶν τοὐναντίον πεπόνθαμεν· μαθηταῖς γὰρ σοῖς συνετύχομεν πολλάκις καὶ συγγράμμασιν· ὧν ἐκεῖνό γέ ἐστιν ὃ τὴν ἐπιγραφὴν Ἀγκυρωτὸς ἔχον. Βουλομένων τε πολλῶν λοιδορεῖσθαι καὶ ὡς αἱρετικὸν διαβάλλειν, ὑπερηγωνιζόμεθα, ὡς εἰκὸς, πατρὸς, καὶ ὑπεραπελογούμεθα. Οὔκουν ἐχρῆν ἐξ ἀκοῆς ἐρήμην καταδικάζειν, ὧν οὐκ αὐτὸς πεισθεὶς κατέγνως (54), οὔτε τοιαύτην ἀμοιβὴν τοῖς εὖ λέγουσιν ἀποδοῦναι. Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος, τότε μὲν μετριώτερον προσδιαλεχθεὶς, ἀπέπεμπε τοὺς ἄνδρας. Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἀπέπλευσεν εἰς Κύπρον· ἢ τῆς ἐπὶ Κωνσταντινουπόλεως ἀφίξεως καταγνούς· ἢ τοῦ Θεοῦ χρήσαντος, καὶ τὸν αὐτοῦ θάνατον, ὡς εἰκὸς, αὐτῷ προμηνύσαντος. Πλέων γὰρ, πρὶν εἰς Κύπρον ἐλθεῖν ἐτελεύτησε. Λέγεται γοῦν τοῖς αὐτῷ συνελθοῦσιν ἐπισκόποις ἐπὶ θάλασσαν εἰπεῖν, μέλλων ἐπιβαίνειν τοῦ σκάφους· Ἀφίημι ὑμῖν τὴν πόλιν καὶ τὰ βασίλεια, καὶ τὴν ὑπόκρισιν. Ἐγὼ δὲ ἄπειμι· σπεύδω γὰρ, πάνυ σπεύδω. Κἀκεῖνον δὲ εἰσέτι νῦν πολλῶν ὄντα τὸν λόγον ἐπυθόμην, ὡς Ἐπιφανίῳ μὲν Ἰωάννης τὴν ἐν τῇ θαλάσσῃ τελευτὴν προεμήνυσεν· ὁ δὲ, ἐκείνῳ, τῆς ἐπισκοπῆς τὴν καθαίρεσιν. Ἐν ᾧ γὰρ διεφέροντο, ὁ μὲν ἐδήλωσεν Ἰωάννῃ· Ἐλπίζω σὲ μὴ ἀποθανεῖν ἐπίσκοπον. Ὁ δὲ Ἰωάννης ἀντεδήλου· Οὐδὲ ἐγὼ σὲ τῆς σῆς ἐπιβήσεσθαι πόλεως.

[1] Soc. lib. VI, cap. 14.

## VALESII ANNOTATIONES.

(53) *Καὶ Σαλάμου.* Sic etiam scribitur apud Nicephorum. Verum in codice Fuketiano scriptum inveni Σαλαμάνου. Quomodo etiam Savilius ad latus sui codicis adnotavit. De eodem Salamane monacho, ejusque fratribus, vide Sozomenum in lib. VI, cap. 32.

(54) *Ὧν οὐκ αὐτὸς πεισθεὶς κατέγνως.* Male ambo interpretes, Musculus scilicet et Suffridus Petrus, articulum ὧν in neutro genere acceperunt, quod ferri non potest. Rectius Langus de monachis ipsis interpretatus est; quem et nos secuti sumus.

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'. A

*Περὶ τῆς εἰς τὴν βασίλισσαν Ἰωάννου διαφορᾶς· καὶ ὡς ἧκεν ἐξ Αἰγύπτου Θεόφιλος· καὶ περὶ Κυρίνου τοῦ Χαλκηδόνος ἐπισκόπου.*

Ἐπεὶ δὲ ἀπέπλευσεν Ἐπιφάνιος, ἐκκλησιάζων Ἰωάννης κοινὸν κατὰ γυναικῶν διεξῆλθε ψόγον· αἰνιγματωδῶς δὲ συγκεῖσθαι τοῦτον κατὰ τῆς τοῦ βασιλέως γαμετῆς τὸ πλῆθος ἐδέχετο. Οἱ δὲ τοῦ ἐπισκόπου δυσμενεῖς, καὶ αὐτὸν τὸν λόγον ἐκλαμβάνοντες, τῇ βασιλίδι διεκόμισαν. Ἡ δὲ παρὰ τῷ ἀνδρὶ τὴν ὕβριν ἀπωδύρατο, καὶ Θεόφιλον θᾶττον παρεῖναι, καὶ σύνοδον ποιεῖν κατήπειγε. Συνέπραττε δὲ καὶ συγκατεσκεύαζε ταῦτα καὶ Σεβηριανὸς ὁ Γαβαλεὺς, οὔπω τῆς προτέρας ἀπαλλαγεὶς λύπης. Ἀλλὰ πότερον, οὕτως ὡς ἔτυχεν, ἐπὶ τοῦτον Ἰωάννης προήχθη τὸν λόγον, ἢ ὥς τινες λέγουσιν, ὑπονοήσας ὡς ἡ B βασιλὶς ἔπεισεν Ἐπιφάνιον ἐπιβουλεύειν αὐτῷ, ἀκριβῶς οὐκ ἔχω λέγειν. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ καὶ Θεόφιλος παρῆν εἰς Χαλκηδόνα τὴν Βιθυνῶν, καὶ ἄλλοι πολλῶν πόλεων ἐπίσκοποι· οἱ μὲν, ὑπὸ Θεοφίλου προτραπέντες· οἱ δὲ, βασιλέως προστάγματι μετακληθέντες. Σπουδῇ δὲ μάλιστα συνῄεσαν, ὅσοι τε τῶν ἐν Ἀσίᾳ τῆς ἐπισκοπῆς ἀφῄρηντο παρὰ Ἰωάννου, καὶ ὅσοι ἄλλοθεν ἄλλως (55) αὐτῷ ἀπηχθάνοντο· ἤδη δὲ καὶ ἐξ Αἰγύπτου νῆες ἃς Θεόφιλος περιέμενεν, εἰς Χαλκηδόνα ἀφίκοντο. Συνελθόντων δὲ πάντων εἰς ταυτὸν ἐνθάδε, καὶ βουλευομένων ὅπως αὐτοῖς κατὰ γνώμην προβαίη ἡ κατὰ Ἰωάννου ἐπιχείρησις, Κυρῖνος, ὃς ἡγεῖτο τότε τῆς ἐν Χαλκηδόνι Ἐκκλησίας, καὶ κατὰ τὸ συγγενὲς ἴσως Θεοφίλῳ χαριζόμενος· ἦν γὰρ Αἰγύπτιος, καὶ ἄλλως διάφορος Ἰωάννῃ τυγχάνων, πλεῖστα αὐτὸν C ἐλοιδόρει. Ταχεῖα δὲ τούτων τῶν ὕβρεων ἔδοξεν αὐτὸν μετιέναι δίκη. Μαρουθᾶς γὰρ ὁ ἐκ Μεσοποταμίας, συνὼν τοῖς ἐπισκόποις, ἄκων αὐτοῦ θάτερον τοῖν ποδοῖν ἐπάτησεν. Ὀδυνηθεὶς δὲ, οὐκέτι σὺν τοῖς ἄλλοις ἱερεῦσιν εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐπεραιώθη, καίπερ ἀναγκαῖος εἶναι δοκῶν πρὸς τὰς κατὰ Ἰωάννου ἐπιβουλάς. Μετὰ ταῦτα δὲ κακῶς διατεθεὶς, πολλάκις (56) ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἀπεπρίσθη τὸ σκέλος. Ἐπιγενομένη γὰρ σηπεδὼν, τὸ πᾶν ἐπενέμετο σῶμα· ὡς καὶ τὸν ἕτερον πόδα ταυτὸν ὑπομεῖναι, τῇ μεταδόσει τοῦ πάθους. Ἀλλ' ὁ μὲν οὐ πολλῷ ὕστερον ἐν ταῖς ὀδύναις ἐτελεύτα τὸν βίον.

## CAP. XVI.

*De imperatricis simultate adversus Joannem, et quomodo Theophilus ex Ægypto advenerit; item de Cyrino Chalcedonis episcopo.*

Porro digresso ab urbe Epiphanio, Joannes in ecclesia verba faciens, communem adversus mulieres vituperationem instituit [1]. Eam populus ita accepit, quasi adversus imperatoris conjugem figurate composita fuisset. Hi vero qui episcopo infensi erant, orationem ipsam excipientes, ad imperatricem attulerunt. Illa, apud imperatorem de contumelia sua graviter conquesta, Theophilum urgere cœpit, ut quantocius adveniret et synodum congregaret. Adnitebatur etiam et negotium promovebat Severianus Gabalensis, nondum prioris offensæ B oblitus. Utrum porro Joannes fortuito ad eam orationem provectus sit, an, ut quidam dicunt, eo quod suspicabatur Epiphanium ab imperatrice impulsum fuisse ut insidias ipsi strueret, equidem certo affirmare non possum. Haud multo post ipse quoque Theophilus Chalcedonem Bithyniæ advenit, et una cum illo complures episcopi, alii a Theophilo invitati, alii imperatoris jussu acciti. Verum studiosius quam reliqui convenere, tum ii quibus Joannes in Asia episcopatum ademerat, tum quicunque, alius aliam ob causam, illi infensi erant. Jamque aderant ex Ægypto naves quas Theophilus exspectabat, et Chalcedonem appulerant. Cumque universi simul illic convenissent, atque inter se consultarent, qua ratione conatus ipsis C adversus Joannem ex voto succederet, Cyrinus, qui tunc Nicomediensem regebat Ecclesiam, Theophilo fortassis gratificans ob generis conjunctionem : erat enim Ægyptius, et alioqui a Joanne dissidebat : multis eum probris et conviciis oneravit. Verum divina justitia contumeliarum illarum brevi ab illo pœnas exegit. Maruthas enim ortus ex Mesopotamia, qui una cum episcopis illic aderat, forte alterum ejusdem pedem calcavit. Unde affectus dolore, una cum reliquis episcopis Constantinopolim trajicere non potuit, licet ad struendas Joanni insidias admodum necessarius videretur. Postea vero cum ex **347** eo vulnere male haberet, crus ei non semel a medicis dissectum est. Superveniens enim putredo totum corpus depascebatur : adeo ut alter quoque pes idem passus sit ex mutua doloris communicatione. Et Cyrinus quidem haud multo post in doloribus exspiravit.

[1] Soc. lib. VI, cap. 15.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'. D

*Περὶ τῆς γενομένης συνόδου παρὰ Θεοφίλου, καὶ τῶν κατηγοριῶν Ἰωάννου ἐν Ῥουφιαναῖς. Καὶ ὡς κληθεὶς Ἰωάννης, καὶ μὴ παραγενόμενος, παρ' αὐτοῦ καθῃρέθη.*

Περαιωθέντι δὲ Θεοφίλῳ, οὐδεὶς τῶν Κωνσταντινου-

## CAP. XVII.

*De synodo a Theophilo facta in Rufinianis, et de accusationibus adversus Joannem. Et quomodo Joannes vocatus, cum se judicio non sisteret, a Theophilo depositus est.*

Porro cum Theophilus Constantinopolim traje-

### VALESII ANNOTATIONES.

(55) *Ἄλλοθεν ἄλλως.* Scribendum est ἄλλος, ut in codice Fuketiano emendatum est eadem manu.

(56) *Κακῶς διατεθεὶς πολλάκις.* Varie hunc locum distinxerunt interpretes. Nam Musculus quidem post vocem πολλάκις, distinctionem apposuit. Suffridus autem Petrus post has voces ὑπὸ τῶν ἰατρῶν interpunxit, ex libro Christophorsoni, ut D opinor. Ego vero post verbum διατεθεὶς distinctionem apponere malui, tum quia in codice Fuketiano ita distinguitur hic locus, tum quia Nicephorus ita interpunxit. De hujus porro Cyrini morbo loquitur Palladius in Vita Chrysostomi, ita scribens : Ἕτερος ζῶν τὰ σκέλη ἕως γονάτων κατ' ὀλίγον ἐπρίζετο ἐπὶ τριετίαν, ἐρυσιπέλου δῆθεν τὰς ἀφορμὰς γεννῶντος.

Digitized by Google

cisset, nullus ex clericis urbis regiæ obviam ei processit [1]. Jam enim palam factum fuerat, illum episcopo infestum esse. Nautæ vero Alexandrini qui tum forte erant Constantinopoli, tum ex aliis navibus, tum præcipue ex frumentariis, in unum collecti, cum gaudio et faustis acclamationibus eum exceperunt. At ille ecclesiam prætergressus, in imperialem domum concessit, in qua ipsi diversorium fuerat præparatum. Porro cum multos esse animadvertisset, qui Joannem odissent et accusare parati essent, præparatis omnibus prout ipsi conducere videbatur, ad Quercum perrexit. Id suburbanum est Chalcedonis, quod nunc ex Rufini viri consularis nomine appellatur : in quo palatium est et ecclesia maxima quam Rufinus ipse in honorem apostolorum Petri ac Pauli construxerat, et Apostoleum ob id cognominarat. Monachos quoque juxta eam collocavit, qui clericorum in ea ecclesia munus explerent. Hoc igitur in loco Theophilus una cum reliquis episcopis cum consedisset, de libris quidem Origenis nullam amplius mentionem fecit, sed Scetienses monachos ad pœnitentiam invitavit, oblivioni se traditurum præterita, nec mali quidquam facturum pollicitus. Cumque fautores Theophili inclamarent monachis ut veniam peterent et synodum pro illis supplicare fingerent, conturbati monachi, idque sibi faciendum esse existimantes, considentibus tot episcopis, id quod solemne est ipsis dicere, etiamsi injuria affecti fuerint, Parce scilicet, dixerunt. Cum autem Theophilus libenter eos in gratiam recepisset et communionem eis restituisset, finita est quæstio de injuriis monachorum Scetiensium. Quod meo quidem judicio factum non esset, si **348** Dioscorus et Ammonius una cum aliis monachis illis adfuissent. Nam Dioscorus quidem, antequam hæc fierent, mortuus et in ecclesia Mocii martyris sepultus fuerat. Ammonius vero paulo ante, dum synodus pararetur, languore correptus est. Cumque ad Quercum trajecisset, ingravescente morbo, non multo post extremum diem clausit; et apud vicinos illic monachos, ubi cadaver ejus jacet, splendidam meruit sepulturam. Cæterum Theophilus hoc audito lacrymas fudisse dicitur, cunctisque audientibus dixisse, neminem

A πόλεως κληρικῶν ὑπήντετο. Δῆλος γὰρ ἦν ἤδη τῷ ἐπισκόπῳ δυσμενής. Τὸ δὲ τῶν Ἀλεξανδρέων ναυτικὸν, οἵπερ ἔτυχον ἐνδημοῦντες ἔκ τε τῶν ἄλλων πλοίων, καὶ μάλιστα τῶν σιτηγῶν, ὁμοῦ συνελέγησαν, καὶ προθύμως αὐτὸν εὐφημοῦντες ἐδέξαντο. Παραδραμὼν δὲ τὴν ἐκκλησίαν, εἰς βασιλικὴν οἰκίαν ἦλθεν, ἐν ᾗ καταμένειν αὐτῷ ηὐτρέπιστο. Ἐπεὶ δὲ πολλοὺς ἔγνω Ἰωάννῃ ἀπεχθάνεσθαι, καὶ κατηγορεῖν ἑτοίμους (57), προδιαθεὶς τὰ ἄλλα ᾗπερ αὐτῷ καλῶς ἔχειν ἐδόκει, ἧκεν εἰς Δρῦν [a]. Χαλκηδόνος δὲ τοῦτο προάστειον, Ῥουφίνου τοῦ ὑπατικοῦ νῦν ἐπώνυμον, ἐν ᾧ βασίλειά ἐστι, καὶ μεγάλη ἐκκλησία, ἣν αὐτὸς Ῥουφῖνος ἐπὶ τιμῇ Πέτρου καὶ Παύλου τῶν ἀποστόλων ἐδείματο, καὶ Ἀποστολεῖον ἐξ αὐτῶν ὠνόμασε. Πλησίον δὲ μοναχοὺς συνῴκησεν (58), οἳ τῆς ἐκκλη-
B σίας τὸν κλῆρον ἐπλήρουν. Ἐνταῦθα δὲ συνελθὼν Θεόφιλος ἅμα τοῖς ἄλλοις ἐπισκόποις, περὶ μὲν τῶν Ὠριγένους βιβλίων οὐδὲν ἐπεμνημόνευσε· τοὺς δὲ ἀπὸ Σκήτεως μοναχοὺς εἰς μετάνοιαν ἐκάλει, μήτε μνησικακεῖν, μήτε κακῶς ποιεῖν ὑποσχόμενος. Ἐπιβοώντων δὲ αὐτοῖς συγγνώμην αἰτεῖν τῶν Θεοφίλου σπουδαστῶν, καὶ προσποιουμένων τὴν σύνοδον ἱκετεύειν ὑπὲρ αὐτῶν, ταραχθέντες οἱ μοναχοὶ, καὶ τοῦτο χρῆναι ποιεῖν νομίσαντες, πολλῶν ἐπισκόπων προκαθημένων, τοῦτο δὴ τὸ σύνηθες αὐτοῖς λέγειν, κἂν ἀδικῶνται, Συγχώρησον, ἔφασαν. Θεοφίλου δὲ ἑτοίμως σπεισαμένου, καὶ τὴν κοινωνίαν αὐτοῖς ἀποδόντος, διελύθη τῶν περὶ Σκῆτιν ἀδικημάτων ἡ ἐξέτασις. Ὅπερ οἶμαι οὐκ ἂν συνέβη, εἰ συμπαρῆσαν τοῖς ἄλ-
C λοις μοναχοῖς Διόσκορός τε καὶ Ἀμμώνιος. Ὁ μὲν γὰρ ἤδη πρότερον τελευτήσας, ἐτάφη ἐν τῇ Μωκίου τοῦ μάρτυρος ἐπωνύμῳ ἐκκλησίᾳ. Ἀμμώνιος δὲ ἔναγχος τῆς συνόδου παρασκευαζομένης, ἐμαλακίσθη τὸ σῶμα· περαιωθεὶς δὲ εἰς Δρῦν, χαλεπώτερον ὑπὸ τῆς νόσου διετέθη· καὶ μετ' οὐ πολὺ τελευτᾷ τὸν βίον· καὶ πρὸς τῶν πλησίον μοναχῶν (59), ἔνθα δὴ κεῖται, λαμπρᾶς ἠξιώθη ταφῆς. Ὁ δὲ Θεόφιλος, ὡς ἐπύθετο, λέγεται δακρῦσαι, καὶ εἰς πάντας εἰπεῖν, ὡς οὐδεὶς εἴη τῶν κατ' αὐτὸν μοναχὸς, οἷος Ἀμμώνιος, εἰ καὶ αὐτῷ ταραχῆς αἴτιος ἐγένετο. Προὐχώρει δὲ ὅμως αὐτῷ καὶ τοῦτο κατὰ γνώμην. Ἡ δὲ σύνοδος ἅπαντας συνεκάλεσε τοὺς Κωνσταντινουπόλεως κληρικοὺς, καθαίρεσιν ἀπειλήσασα κατὰ τῶν ἀπειθούντων. Ἐκάλεσε δὲ καὶ Ἰωάννην πρὸς ἀπολογίαν. Σὺν αὐτῷ δὲ
D παρεῖναι προσέταξε Σαραπίωνα, καὶ Τίγριον πρε-

[1] Socr. lib. vi, c. 15.

## VALESII ANNOTATIONES.

(57) *Κατηγορεῖν ἑτοίμους*. In codice Fuketiano legitur ἑτοίμως, non male.

(58) *Μοναχοὺς συνῴκησεν*. Non dubito quin scribendum sit συνῴκισεν, quod Nicephorus ita interpretatus est : Συνοικίαν μοναχῶν ἤθροισεν. Cæterum nemo ut novum mirari debet quod monachi in ecclesia clericorum munus obiisse dicantur. Id enim eo tempore usitatum fuit, ut ex Ambrosio discimus in Laudatione Eusebii Vercellensis episcopi, et ex Possidio in Vita beati Augustini, ubi dicit eum monachos intra ecclesiam instituisse.

(59) *Πρὸς τῶν πλησίον μοναχῶν*. A monachis scilicet quos Rufinus in suburbano suo juxta basilicam Apostolorum collocaverat, ut paulo ante scripsit Sozomenus. Certe Ammonium in basilica Apostolorum sepultum esse, testatur etiam Palladius in Dialogo de Vita Chrysostomi.

## VARIORUM.

[a] *Ἧκεν εἰς Δρῦν*. De synodo ad Quercum habita in causa Chrysostomi anno 403, vid. Socr. lib. vi, cap. 15; Pallad. *De vita Chrysost.* cap. 9, pag. 70, et qui ex omnibus hujus concilii gesta diligenter collegit Stephanum Baluzium *Nov. collect.*, col. 103.

Digitized by Google

σβύτερον, καὶ Παῦλον ἀναγνώστην. Ὁ δὲ Ἰωάννης, ἄλλους τέ τινας τῶν ἐπιτηδείων αὐτῷ κληρικῶν, καὶ Δημήτριον τὸν Πισινοῦντος ἐπίσκοπον πέμψας, πρὸς αὐτοὺς ἔλεγε μὴ ἀποφεύγειν τὴν κρίσιν· ἕτοιμος δὲ εἶναι, εἰ πρότερον μάθοι τοὺς κατηγόρους, καὶ τὴν γραφὴν ἐπισκέψαιτο, ἐπὶ μείζονος ἀπολογεῖσθαι συνόδου. Μὴ γὰρ αἱρεῖσθαι ἀνόητόν τι ὑπομένειν, καὶ περιφανῶν ἐχθρῶν ἀνέχεσθαι δικαστῶν. Ὡς ἀπειθοῦντος δὲ συνόδῳ χαλεπαινόντων αὐτῶν, οἱ μὲν τῶν τάδε ἀγγειλάντων, δείσαντες οὐκέτι ἀνέστρεφον. Δημήτριος δὲ, καὶ ὅσοι τὴν Ἰωάννου προετίμων συνουσίαν, ὡς αὐτὸν ἐπανῆλθον. Κατ' αὐτὴν δὲ τὴν ἡμέραν ταχυδρόμος καὶ ταχυγράφος ἐκ τῶν βασιλείων παραγενόμενοι, τὸν μὲν κατήπειγον πρὸς τοὺς ἐπισκόπους ἐλθεῖν· τοὺς δὲ, μὴ μέλλειν περὶ τὴν κρίσιν. Ἐπεὶ δὲ τετράκις κληθεὶς, οἰκουμενικὴν ἐπεκαλεῖτο σύνοδον, οὐδὲν ἕτερον ἐπαιτιώμενοι, πλὴν ὅτι κληθεὶς οὐχ ὑπήκουσε, καθεῖλον αὐτόν.

inter sui temporis monachos parem Ammonio exstitisse, quamvis illum in maximas perturbationes conjecisset. Sed tamen hoc illi ex animi sententia successit. Porro synodus cunctos Constantinopolitanæ urbis clericos ad se evocavit, depositione illis interminata qui non obtemperassent. Joannem quoque ad causam dicendam vocavit. Et una cum illo Serapionem adesse jussit, et Tigrium presbyterum cum Paulo lectore. At Joannes, missis ad eos quibusdam clericis, familiaribus suis, et Demetrio Pessinuntis episcopo, nuntiavit illis se non subterfugere judicium : imo paratum esse, dummodo prius accusatores cognoverit et accusationis libellum inspexerit, coram majore concilio causam suam defendere. Neque enim velle se stultum ac temerarium facinus admittere, et judicium eorum subire qui manifesti essent ipsius inimici. Verum cum indignarentur episcopi adversus Joannem, tanquam parere synodo recusantem; ex iis qui ista nuntiaverant quidam metu territi, non amplius reverterunt. Demetrius vero, et quicunque Joannis consortium cunctis rebus anteponebant, ad illum rediere. Eodem die cursor et notarius ex palatio venientes, Joannem quidem urgebant ut ad episcopos accederet : istos vero hortati sunt, ut judicium accelerarent. Porro cum ille quater vocatus, ad œcumenicam synodum provocasset, nihil ei aliud objicientes quam quod vocatus non paruisset, eum deposuerunt.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

*Ὅτι ἐστασίασε τὸ πλῆθος κατὰ Θεοφίλου καὶ τῆς αὐτοῦ συνόδου, καὶ τοὺς κρατοῦντας ἐλοιδόρει. Ἀνακληθεὶς τοίνυν ὁ Ἰωάννης, πάλιν ἐπὶ τὸν θρόνον ἐγένετο.*

Τὸ δὲ πλῆθος, ὡς τάδε ἔγνω ἐν Κωνσταντινουπόλει περὶ δείλην ὀψίαν, πρὸς στάσιν κεκίνητο. Καὶ συνδραμόντες ἕωθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἄλλα τε πολλὰ ἀνέκραγον, καὶ ὡς δέοι μείζονα σύνοδον περὶ αὐτοῦ διαλαβεῖν. Κατεπειγόντων τε τῶν ἐκ βασιλέως προστεταγμένων εἰς ὑπερορίαν αὐτὸν ἀπάγειν, οὐ συνεχώρουν. Ὁ δὲ, δείσας μήτι ἕτερον αὐτῷ ἔγκλημα πλασθῇ (60), ἢ ὡς βασιλεῖ ἀπειθοῦντι, ἢ τὸν δῆμον ταράττοντι, ἡμέρᾳ τρίτῃ μετὰ τὴν καθαίρεσιν, διασπαρέντος τοῦ πλήθους, περὶ μεσημβρίαν λαθὼν ἀπέλιπε τὴν ἐκκλησίαν. Ἤδη δὲ αὐτοῦ ἀπαγομένου, χαλεπῶς ὁ λαὸς ἐστασίαζε, βασιλέα τε καὶ τὴν σύνοδον, καὶ μάλιστα Θεόφιλον καὶ Σεβηριανὸν ἐλοιδόρουν. Ἄμφω μὲν γὰρ ἀρχηγὼ τῆς ἐπιβουλῆς ἤστην. Ὁ δὲ Σεβηριανὸς, καὶ ἐπὶ ἐκκλησίας τότε διδάσκων, ἐπῄνεσε τὴν Ἰωάννου καθαίρεσιν, ὡς κατὰ ἀλαζόνος, εἰ καὶ μηδὲν ἦν ἕτερον ἔγκλημα γεγενημένον (61). Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα, ἔφη, ἁμαρτήματα συγχωρεῖ τοῖς ἀνθρώποις τὸ Θεῖον· ὑπερηφάνοις δὲ ἀντιτάσσεται. Ἐπὶ τούτοις δὲ ἐνεμέσησε τὸ πλῆθος, καὶ τὴν ὀργὴν ἀνενέου, καὶ ἀσχέτως ἐστασίαζε· καὶ οὔτε ἐν ἐκκλησίαις, οὔτε ἐν ἀγοραῖς ἠρεμεῖν ἠνείχετο· ἅμα δὲ ὀλολυγῇ καὶ ὀδυρμοῖς μέχρι καὶ αὐτῶν τῶν βασιλείων προϊόντες, ἐδέοντο περὶ τῆς Ἰωάννου ἀνακλήσεως. Εἴξασα δὲ ταῖς ἱκεσίαις

## CAP. XVIII.

*Quomodo populus adversus Theophilum et reliquos episcopos seditionem excitaverit, et imperatores conviciis appetierit. Et qua ratione revocatus Joannes, sedem suam receperit.*

At plebs Constantinopolitana, cum hæc sub vesperam cognovisset, ad seditionem prorupit [1]. Et prima luce, concursu ad ecclesiam facto, tum alia multa vociferati sunt, tum majorem synodum de hac causa cognoscere debere. Et cum ii quibus ab imperatore mandatum fuerat ut eum in exsilium abducerent, idipsum urgerent, illi reluctabantur. Sed Joannes, veritus ne alterum sibi crimen affingeretur, vel quod principi **349** parere noluisset, vel quod populum ad seditionem concitasset, triduo post latam depositionis sententiam, disperso hinc inde populo, circa meridiem latenter ex ecclesia discessit. Cumque jam abduceretur, populus graviter tumultuatus est, et imperatorem totamque synodum, sed præcipue Theophilum et Severianum, maledictis appetiit. Ambo enim isti auctores fuerant insidiarum. Severianus vero cum in ecclesia per id tempus sermonem haberet, depositionis Joannis sententiam laudavit, utpote in hominem arrogantem, etsi nullum aliud crimen esset, prolatam. Cætera enim delicta, ut aiebat, Deus hominibus indulget : superbis autem resistit. Ob hæc populus indignatus est, iramque suam renovavit. Nec jam amplius a sedi-

[1] Socr. lib. VI, c. 16.

### VALESII ANNOTATIONES.

(60) *Αὐτῷ ἔγκλημα πλασθῇ.* Rectius in codice Fuketiano scriptum est πλακῇ.

(61) *Εἰ καὶ μηδὲν ἦν ἕτερον ἔγκλημα γεγενημένον.* Procul dubio scribendum est γεγενημένην. Refertur enim ad vocem καθαίρεσιν.

Digitized by Google

tione revocari poterat, sed tum in ecclesiis, tum in foro tumultuabatur. Denique ad ipsum usque palatium progressi cum ululatu et lamentis, orabant ut Joannes revocaretur. Proinde imperatrix, supplicationibus populi victa, marito ut annueret persuasit · missoque confestim Brisone, omnium quos circa se habebat eunuchorum fidelissimo, ex oppido Bithyniæ Preneto Joannem reduxit, scribens se nullatenus participem esse insidiarum quæ adversus illum structæ fuissent, seque illum honore prosequi, ut sacerdotem et initiatorem liberorum suorum. At Joannes reversus in suburbano imperatricis ipsius, circa Anaplum resedit. Nec ante judicium majoris synodi, quo palam fieret episcopatum ipsi injuste ademptum fuisse, ingredi in urbem sustinebat. Sed cum populus denuo indignaretur, et imperatores conviciis incesseret, coactus tandem introivit. Porro populus psalmos canens ad præsens negotium compositos, plerique etiam cereos accensos manibus gestantes obviam ei progressi, ad ecclesiam eum deduxerunt. Et quanquam recusantem, ac sæpius affirmantem prius necesse esse, ut qui ipsum condemnaverant, mutata sententia nunc absolverent, compulerunt, uti mos est episcopis, pacem populo dare, et in episcopali solio considere. Coactus itaque, extemporalem quoque habuit orationem. Sumptoque argumento ex elegantissima similitudine, figurate indicavit, Theophilum quidem tentasse vim inferre Ecclesiæ suæ, perinde ac olim regem Ægyptium uxori patriarchæ Abrahami, ut refertur in sacris Hebræorum Libris : populum vero, ob propensum erga se animum, et imperatores ob prolixam benevolentiam, ut par erat, laudibus prosecutus, tantos multitudinis plausus totque acclamationes in laudem imperatoris et Augustæ **350** excitavit, ut orationem imperfectam abrumpere sit coactus.

τοῦ δήμου ἡ βασιλὶς, πείθει τὸν ἄνδρα ἐπινεῦσαι · ἐν τάχει τε Βρίσσωνα τὸν ἀμφ' αὐτὴν πιστὸν εὐνοῦχον πέμψασα, ἐκ Πρενέτου τῆς Βιθυνίας Ἰωάννην ἐπανήγαγεν, ἀθῶον εἶναι τῶν κατ' αὐτοῦ βεβουλευμένων δηλώσασα, καὶ δι' αἰδοῦς αὐτὸν ἔχειν, ὡς ἱερέα καὶ μυσταγωγὸν τῶν αὐτῆς παίδων (62). Ὁ δὲ ἐπανελθὼν, ἐν προαστείῳ αὐτῆς τῆς βασιλίδος περὶ τὸν Ἀνάπλουν (63) διέτριβε · καὶ πρὸ κρίσεως μείζονος συνόδου, ἵν' εἴη δῆλον ὡς ἀδίκως ἀφῃρέθη τῆς ἐπισκοπῆς, παρῃτεῖτο τέως τὴν εἰς τὴν πόλιν εἴσοδον. Ἐπεὶ δὲ πάλιν ὁ λαὸς ἠγανάκτει, καὶ τοὺς κρατοῦντας ἐλοιδόρει, βιασθεὶς εἰσῆλθεν. Ἐν ψαλμῳδίαις δὲ πρὸς τὸ συμβὰν πεποιημέναις ὑπαντήσας ὁ δῆμος (ἔφερον δὲ κηροὺς ἡμμένους οἱ πλείους), ἄγουσιν αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν. Παραιτούμενόν τε, καὶ πολλάκις ἰσχυριζόμενον χρῆναι πρότερον τοὺς καταψηφισαμένους αὐτοῦ πάλιν ἀποψηφίσασθαι, ὡς ἱερεῦσι θέμις (64), ἠνάγκασαν τὴν εἰρήνην τῷ λαῷ προσειπεῖν, καὶ εἰς τὸν ἐπισκοπικὸν καθίσαι θρόνον. Ἀναγκασθεὶς δὲ, καὶ σχέδιόν τινα διεξῆλθε λόγον. Ἐκ χαριεστάτης δὲ εἰκόνος τὰς ἀφορμὰς λαβὼν, ὑπεδήλου Θεόφιλον μὲν ἐνυβρίσαι τὴν ὑπ' αὐτὸν Ἐκκλησίαν ἐπιχειρῆσαι, ὡς τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα τὴν Ἀβραὰμ τοῦ πατριάρχου γαμετὴν, ὡς αἱ τῶν Ἑβραίων ἱστοροῦσι βίβλοι · τὸν δὲ λαὸν ὡς εἰκὸς ἐπαινέσας τῆς προθυμίας, καὶ τοὺς κρατοῦντας τῆς περὶ αὐτὸν εὐνοίας, εἰς πολλοὺς κρότους καὶ εὐφημίαν τοῦ βασιλέως καὶ τῆς αὐτοῦ γαμετῆς, τὸ πλῆθος ἐκίνησεν, ὡς καὶ ἡμιτελῆ καταλιπεῖν τὸν λόγον.

## CAP. XIX.

*De improbitate Theophili, deque inimicitiis inter Ægyptios et Constantinopolitanos : et de fuga Theophili. Item de Nilammone monacho : et de synodo pro Joanne collecta.*

At Theophilus, ambigens quid facto opus esset, licet Joannem publice accusare vellet, quod contra præscripta legum, post depositionem sacerdotio fungeretur, non tamen satis fiduciæ habebat [1].

## ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

*Περὶ τῆς δυστροπίας Θεοφίλου, καὶ περὶ τῆς ἔχθρας Αἰγυπτίων, καὶ τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν· καὶ περὶ τῆς φυγῆς Θεοφίλου· καὶ περὶ Νιλάμμωνος τοῦ ἀσκητοῦ, καὶ τῆς περὶ Ἰωάννην συνόδου.*

Θεόφιλος δὲ ἀπορῶν ὅ τι χρήσαιτο τοῖς παροῦσιν, οὐκ ἐθάῤῥει, καίπερ προθυμούμενος, εἰς τὸ φανερὸν διαβάλλειν Ἰωάννην, ὡς παρανόμως μετὰ καθαίρεσιν ἱερωμένον. Ἤδη γὰρ τοῖς κρατοῦσι προσκρούσων (65),

[1] Socr. lib. VI, c. 17.

## VALESII ANNOTATIONES.

(62) *Καὶ μυσταγωγὸν τῶν αὐτῆς παίδων.* Suffridus Petrus hunc locum ita interpretatur : *Et liberorum suorum in religione gubernatorem.* Melius institutorem dixisset. Musculus vero mystagogum vertit non male. Sic autem ab Eudoxia vocatus est Joannes Chrysostomus, vel quod ipsius filios sacro lavacro tinxisset, vel quod eos e sacro fonte suscepisset. Certe de Theodosio Juniore Eudoxiæ filio id testatur Nicephorus cap. 9, lib. XIII, eum a Joanne e sacro fonte susceptum fuisse. Potest tamen μυσταγωγός sumi pro eo qui catechizat. Quod munus episcoporum olim fuisse docet Hieronymus in Epistola ad Pammachium de erroribus Joannis Hierosolymitani. Magis tamen placet prior expositio. Nam μυσταγωγεῖν pro baptizare usurpat Sozomenus infra capite 21. Utitur eadem voce Palladius in Vita Joannis Chrysostomi, ubi illum a Meletio Antiochensi episcopo baptizatum esse dicit.

(63) *Περὶ τὸν Ἀνάπλουν.* Anaplus locus est ita dictus, ad sinistrum latus Ponti Euxini, ut docet Procopius in libro primo de Ædificiis : cujus meminit etiam Stephanus in voce γυναικῶν λιμήν. In eo loco situm erat suburbanum Eudoxiæ Augustæ, quod Marianæ dicebatur, teste Nicephoro.

(64) *Ὡς ἱερεῦσι θέμις.* Hæc verba referenda sunt ad id quod proxime sequitur, εἰρήνην προσειπεῖν τῷ λαῷ, quod non monerem, nisi ab interpretibus animadversum non fuisset. Nicephorus tamen hæc verba retulit ad id verbum quod præcessit ἀποψηφίσασθαι, quod non probo.

(65) *Ἤδη γὰρ τοῖς κρατοῦσι προσκρούσων.* Assentior Henrico Savilio, qui ad latus sui codicis emendavit ἤδει. Certe ita legitur apud Nicephorum : nec sensus patitur ut aliter scribamus aut legamus.

Digitized by Google

οἳ διὰ τὴν κίνησιν τοῦ δήμου, παραιτούμενον ἐπανελθεῖν ἐβιάσαντο. Τοῖς δὲ Ἡρακλείδου κατηγόροις δικαστήριον κατὰ ἀπόντος προτέθηκεν, οἰηθεὶς ἐντεῦθεν εὐλογωτέραν πως αἰτίαν εὑρήσειν τῆς Ἰωάννου καθαιρέσεως. Ἀντερούντων δὲ τῶν αὐτοῦ ἐπιτηδείων, ὡς οὐ νόμιμον, οὐδὲ ἐκκλησιαστικὸν, τὸν ἀπόντα κρίνεσθαι, τῶν δὲ περὶ τὸν Θεόφιλον τἀναντία ἰσχυριζομένων, ἐπιλαβόμενοι τῆς ἔριδος τὸ λοιπὸν τῶν Ἀλεξανδρέων καὶ Αἰγυπτίων πλῆθος, καὶ ὁ Κωνσταντινουπόλεως λαὸς, εἰς ἀλλήλους ἐχώρησαν· ὡς πολλοὺς τραυματίας γενέσθαι, τινὰς δὲ καὶ ἀπολέσθαι. Δείσαντες δὲ καὶ Σεβηριανὸς καὶ οἱ ἄλλοι ἐπίσκοποι, πλὴν τῶν τὰ Ἰωάννου φρονούντων, φυγῇ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἀπέλιπον. Καὶ Θεόφιλος δὲ αὐτίκα μηδὲν ἀναβαλλόμενος, ἤδη τοῦ χειμῶνος ἀρχομένου, φεύγων ἅμα Ἰσαακίῳ τῷ μοναχῷ ἀπέπλευσεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν. Ἀπὸ δὲ τοῦ πελάγους ὧδε συμβὰν, κατῆρεν εἰς Γέρας (66) πόλιν μικρὰν, ἀμφὶ πεντήκοντα στάδια τοῦ Πηλουσίου ἀφεστῶσαν. Τελευτήσαντος δὲ τότε τοῦ ἐνθάδε ἐπισκόπου, οἱ μὲν πολῖται, ὡς ἐπυθόμην, ἐψηφίσαντο Νιλάμμωνα προστατεῖν τῆς αὐτῶν Ἐκκλησίας, ἄνδρα ἀγαθὸν, καὶ μοναστικῆς φιλοσοφίας εἰς ἄκρον ἐλθόντα. Ὤκει δὲ πρὸ τοῦ ἄστεος, ἐν οἰκήματι καθείρξας ἑαυτὸν, καὶ λίθοις τὴν θύραν ἀποφράξας. Ἀποφεύγοντα δὲ τὴν ἱερωσύνην, ἐλθὼν πρὸς αὐτὸν Θεόφιλος, συνεβούλευσε καταδέχεσθαι τὴν παρ' αὐτοῦ χειροτονίαν. Ὁ δὲ πολλάκις παραιτησάμενος, ὡς οὐκ ἔπειθεν, Αὔριον, εἴ σοι φίλον, ἔφη, πρᾶξον, ὦ Πάτερ· ὥστε με σήμερον τὰ κατ' ἐμαυτὸν διαθεῖναι. Ἐπεὶ δὲ τῇ ὑστεραίᾳ κατὰ τὰ συγκείμενα ἦλθε, καὶ τὴν θύραν ἀνοίγειν ἐκέλευσεν, Ἄγε δὴ πρότερον, ὁ Νιλάμμων ἔφη, εὐξώμεθα. Καὶ Θεόφιλος ἐπαινέσας, ηὔξατο· Νιλάμμων δὲ ἐν τῷ εὔχεσθαι, τὴν ἐνθάδε κατέλιπε βιοτήν. Τοῦτο δὲ, τὰ μὲν πρῶτα ἠγνοεῖτο Θεοφίλῳ καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἔξωθεν ἑστῶσιν. Ἀναλωθείσης δὲ λοιπὸν τῆς ἡμέρας, ὡς πολλάκις γεγωνότερον καλούντων οὐχ ὑπήκουε, καταβαλόντες τοὺς πρὸ τῆς θύρας λίθους, εὗρον τὸν ἄνδρα νεκρόν· καὶ περιστείλαντες ᾗ ἔδει, δημοσίας ἠξίωσαν ταφῆς· καὶ εὐκτήριον οἶκον περὶ τὸν αὐτοῦ τάφον ᾠκοδόμησαν οἱ ἐπιχώριοι· καὶ ἐπισημότατα εἰσέτι νῦν τὴν ἡμέραν τῆς αὐτοῦ τελευτῆς ἄγουσιν. Ὁ μὲν δὴ Νιλάμμων ὧδε τέθνηκεν, εἴ γε θάνατον δεῖ καλεῖν, ὃν ὑπομεῖναι ηὔξατο πρὶν ἐπιτραπῆναι τὴν ἱερωσύνην, ἧς ἀνάξιος εἶναι διὰ μετριότητα τρόπων ἡγεῖτο. Ὁ δὲ Ἰωάννης ἐπανελθὼν εἰς Κωνσταντινούπολιν, ἔτι μᾶλλον κεχαρισμένος τῷ λαῷ ἐφαίνετο. Συνεληλυθότων δὲ τότε ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀμφὶ ἑξήκοντα ἐπισκόπων, ἄκυρά τε τὰ ἐν τῇ Δρυῒ πεπραγμένα, καὶ αὐτὸν ἔχειν τὴν ἐπισκοπὴν ψηφισαμένων, διετέλεσεν ἱερώμενος (67), καὶ χειροτονῶν, καὶ τ' ἄλλα περὶ τὴν Ἐκκλησίαν, ᾗ θέμις τοῖς προεστῶσι, διέπων. Ἡνίκα καὶ Σαρα-

A Norat enim se hoc facto imperatorem et proceres offensurum, qui propter populi seditionem eum invitum redire compulerant. Igitur accusatoribus Heraclidis, judicium contra absentem constituit, ratus ex ea re probabiliorem se causam deponendi Joannis arrepturum. Sed cum amici ejus contradicerent, nec justum, nec ecclesiasticum esse affirmantes, hominem absentem judicare, Theophilus vero cum suis contra niteretur : hinc reliqua Ægyptiorum et Alexandrinorum multitudo, inde populus Constantinopolitanus rixari aggressi, in se mutuo impetum fecere, adeo ut multi vulnerati, quidam etiam interfecti sint. Itaque Severianus et reliqui episcopi metu conterriti, exceptis iis qui Joanni adhærebant, omnes ex urbe aufugerunt. B Ipse etiam Theophilus illico nihil cunctatus, ineunte jam hieme, fugiens una cum Isaacio monacho, in Ægyptum navigavit. Forté accidit ut navis secundo vento appelleret Geras, parvum oppidum, quinquaginta circiter stadiis distans Pelusio. Ejus loci episcopo tunc mortuo, cives quidem, ut accepi, Nilammonem Ecclesiæ suæ antistitem elegerant; virum bonum, et qui ad monasticæ philosophiæ culmen pervenerat. Is degebat juxta urbem, in cella, in qua seipsum incluserat et januam lapidibus obstruxerat. Recusabat autem sacerdotium suscipere. Verum Theophilus, ad eum accedens, hortari cœpit, ut ordinari se ab ipso pateretur. Ille cum sæpius recusans Theophilo non persuaderet, tandem, Crastino die, inquit, id fac, si tibi C ita videtur, o Pater, ut mihi liceat hodie res meas disponere. Postridie cum ex compacto venisset Theophilus, jussissetque ut januam aperiret : Age, inquit Nilammon, prius vacemus orationi. Tum Theophilus, probato ejus consilio, Deum oravit. Nilammon vero inter orandum ex hac vita migravit. Et initio quidem Theophilum et eos qui cum illo extra cellam stabant, ea res latuit. Sed cum maxima pars diei jam consumpta esset, et altiori voce crebro inclamantibus ille nihil responderet, tandem dejectis lapidibus qui **351** ante ostium positi erant, hominem mortuum deprehenderunt. Eumque quo par erat cultu indutum publica sepultura honorarunt. Ecclesiam quoque circa ejus D tumulum incolæ ejus loci ædificarunt, diemque illius obitus celeberrimum agere hactenus perseverant. Et Nilammon quidem hoc genere mortis interiit; si tamen mors vocanda est quam ille subire maluit, quam episcopatum suscipere, quo quidem ob singularem modestiam se indignum existimabat. Joannes vero Constantinopolim reversus, multitudini adhuc gratior apparuit. Porro cum

## VALESII ANNOTATIONES.

(66) *Γέρας*. Hujus urbis mentio fit actione quarta synodi Chalcedonensis, pag. 233, ubi Stephanus quidam, episcopus Geritanus, nominatur.

(67) *Διετέλεσεν ἱερωμένος*. Rectius in codice Fuketiano scriptum est ἱερώμενος mutato accentu. Quantum vero discrimen afferat accentus mutatio in hac voce, jam supra observavi. Porro apud Nicephorum in cap. 17, lib. XIII, scribitur etiam ἱερώμενος, perinde ac in Fuketiano.

Digitized by Google

eo tempore sexaginta circiter episcopi Constantinopolim convenissent, statutumque ab illis esset, ut ea quæ apud Quercum gesta fuerant, irrita essent, utque Joannes episcopatum retineret: ille deinceps missarum solemnia celebrare, ordinationes facere, et alia in ecclesia disponere, prout sacerdotibus jus fasque est, perseveravit. Quo quidem tempore etiam Serapionem Heracleæ in Thracia episcopum constituit.

πίωνα τῆς ἐν Θρᾴκῃ Ἡρακλείας ἐπίσκοπον κατέστησεν.

## CAP. XX.

*De statua Augustæ, et de concione Joannis : et de synodo quæ rursus contra illum congregata est, deque ejus depositione.*

Haud multo post, cum argentea imperatricis statua purpureæ columnæ imposita dedicaretur, quæ etiamnum cernitur ad meridianam ecclesiæ plagam, ante ædem magni senatus, super excelso tribunali collocata, plausus illic, et saltatorum ac mimorum publica spectacula edebantur, sicuti tunc mos erat in dedicatione imperialium imaginum [1]. Hæc Joannes ad contumeliam ecclesiæ gesta esse, in sermone ad populum criminatus est. Imperatrix vero, cum recens adhuc esset memoria offensarum præteriti temporis, quasi injuriam passa, denuo excanduit : deditque operam ut alia rursus synodus congregaretur. Joannes tamen haudquaquam cessit : sed adhuc apertius eam in ecclesia vituperans, ad iram excitavit. Quo quidem tempore celebrem illam orationem habuit, hunc in modum exorsus : Rursus Herodias furit : rursum saltat : rursum Joannis caput in disco gestit accipere. Elapso deinde brevi temporis spatio, tum alii episcopi, tum Leontius Ancyræ et Acacius Berœæ, Constantinopolim advenerunt. Cumque natalis Christi dies jam adesset, imperator more solito ad ecclesiam non processit : sed Joanni per internuntios significavit, se non communicaturum cum illo, priusquam de objectis criminibus satisfaciens, innocentiam suam approbasset. Cum vero Joannes respondisset, paratum se esse ad causam dicendam, accusatores ejus metu perculsi, accusationem prosequi non sunt ausi. Judicibus vero visum est, eum qui quomodocunque depositus fuisset, ad secundum judicium admitti non debere. Ac **352** de aliis quidem criminibus nullam quæstionem habue-

## ΚΕΦΑΛ. Κ'.

*Περὶ τοῦ ἀνδριάντος τῆς βασιλίδος· καὶ περὶ τῆς Ἰωάννου διδασκαλίας καὶ τῆς κατ' αὐτοῦ πάλιν ἀθροισθείσης συνόδου καὶ καθαιρέσεως.*

Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον, ἀνδριάντος ἀργυροῦ τῆς τοῦ βασιλέως γαμετῆς ἐπὶ πορφυροῦ κίονος ἀνατεθέντος, ὃς καὶ νῦν ἔστι πρὸς μεσημβρίαν τῆς ἐκκλησίας πρὸ τοῦ οἴκου τῆς μεγάλης βουλῆς (68) ἐφ' ὑψηλοῦ βήματος, κρότοι τε καὶ δημώδεις θέαι ὀρχηστῶν τε καὶ μίμων ἐνθάδε ἐπετελοῦντο, ὡς ἔθος ἦν τότε ἐπὶ τῇ ἀνακλήσει τῶν βασιλικῶν εἰκόνων (69). Ἐφ' ὕβρει δὲ τῆς ἐκκλησίας τάδε γεγενῆσθαι, ἐν ὁμιλίᾳ πρὸς τὸν λαὸν ὁ Ἰωάννης διέβαλεν· Ἡ δὲ βασιλὶς, ἔτι προσφάτου οὔσης τῆς μνήμης τῶν πρότερον λυπηρῶν, ὡς ὑβρισμένη πάλιν ἐμπίπλαται θυμοῦ, καὶ σύνοδον αὖθις ἐπιτελεῖσθαι ἐσπούδαζεν. Ὁ δὲ οὐκ ἐνεδίδου· ἀλλ' ἔτι σαφέστερον ἐπ' ἐκκλησίας λοιδορῶν αὐτὴν, ἐξέκαυσε πρὸς ὀργήν. Ἡνίκα δὴ τὸν ἀοίδιμον ἐκεῖνον διεξῆλθε λόγον, ἀρξάμενος ὧδε· Πάλιν Ἡρωδιὰς μαίνεται, πάλιν ὀρχεῖται, πάλιν Ἰωάννου τὴν κεφαλὴν ἐπὶ πίνακος σπουδάζει λαβεῖν. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ ἄλλοι τε ἐπίσκοποι παρεγένοντο, καὶ Λεόντιος ὁ Ἀγκύρας, καὶ Ἀκάκιος ὁ Βεῤῥοίας. Ἐπιγενομένης δὲ τῆς γενεθλίου ἡμέρας τοῦ Χριστοῦ, ὁ μὲν βασιλεὺς, ὡς εἰώθει, εἰς τὴν ἐκκλησίαν οὐκ ἦλθεν· ἐδήλωσε δὲ Ἰωάννῃ μὴ κοινωνεῖν αὐτῷ πρὶν ἀνεύθυνος φανῇ τῶν ἐγκλημάτων. Ἐπεὶ δὲ προθύμως ἀπολογεῖσθαι ἔφη, οἱ κατήγοροι δείσαντες ἐπεξιέναι τοῖς ἐγκλήμασιν οὐκ ἐθάῤῥουν. Ἐδόκει δὲ τοῖς δικασταῖς, μὴ δέον εἰς δευτέραν χωρεῖν κρίσιν τὸν ὁπωσοῦν καθαιρεθέντα. Καὶ τῶν μὲν ἄλλων οὐδὲν ἐξήταζον. Πρὸς τοῦτο δὲ μόνον ἀπολογεῖσθαι τὸν Ἰωάννην ἀπῄτουν, ὅτι καθαιρεθεὶς πρὶν ἐπιτρέψαι σύνοδον, εἰς τὸν ἐπισκοπικὸν ἐκάθισε θρόνον. Τοῦ δὲ τὴν ψῆφον τῶν κεκοινωνηκότων αὐτῷ μετὰ τὴν προτέραν σύνοδον προϊσχομένου, ὡς πλειόνων αὐτοῦ καταψηφισαμένων (70), καὶ διὰ τοῦτο ἱερατικοῦ

[1] Socr. lib. VI, c. 10.

## VALESII ANNOTATIONES.

(68) *Πρὸ τοῦ οἴκου τῆς μεγάλης βουλῆς.* Hanc ædem Senatum vocabant : quæ sita erat in regione secunda urbis Constantinopolitanæ, ut docet vetus descriptio ejusdem urbis. Idem quoque testatur Palladius in Dialogo de rebus Joannis Chrysostomi, ubi agit de incendio majoris Ecclesiæ.

(69) *Ἐπὶ τῇ ἀνακλήσει τῶν βασιλικῶν εἰκόνων.* Assentior Christophorsono et Savilio, qui emendarunt ἀναθέσει.

(70) *Ὡς πλειόνων αὐτοῦ καταψηφισαμένων.* Hunc locum non intellexerunt interpretes. Musculus enim ita vertit : *Objicit ille sententiam episcoporum sibi post priorem synodum communicantium, qui plures fuerint quam illi, qui se condemnassent, et quod canon ecclesiasticus hoc prohibeat.* Eodem quoque modo hunc locum interpretatus est Suffridus Petrus. Verum hanc interpretationem refellit Socrates ac Nicephorus, apud quos Leontius episcopus Joanni Chrysostomo qui sexaginta quinque episcopos post reditum suum sibi communicasse dicebat, ita respondet : Atqui plures erant a quibus condemnatus es. Scio quidem Socratem a Baronio esse reprehensum, eo quod Chrysostomus a triginta sex duntaxat episcopis, ut ait Palladius, vel a quadraginta quinque, ut legitur in *Bibliotheca* Photii, fuerit condemnatus. Sed responderi potest, Chrysostomum in synodo quidem ad Quercum a quinque et quadraginta tantum episcopis fuisse damnatum : plures tamen postea episcopos ad quos missa fuerat epistola synodica, condemnationi ejus subscripsisse.

Digitized by Google

χανόνος ἀπαγορεύοντος, οὐ προσίεντο τὴν ἀπολογίαν. A Ἀλλὰ καθεῖλον αὐτὸν, ἑτεροδόξων ἐνιστάμενοι (71) τοῦτον εἶναι νόμον. Ἐπεὶ γὰρ οἱ ἀπὸ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως συκοφαντήσαντες Ἀθανάσιον ἀφείλοντο τὴν Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίαν, δέει τῆς τῶν πραγμάτων μεταβολῆς, τάδε ἐνομοθέτησαν, ἀνεξέταστα μένειν τὰ ἐπ' αὐτῷ βεβουλευμένα σπουδάζοντες.

runt : de hoc autem uno Joannem respondere jubebant, quod depositus, antequam synodus ei licentiam dedisset, in episcopali solio consedisset. Cumque ille suffragia eorum proferret qui post priorem synodum cum ipso communicaverant, judices eam defensionem minime admiserunt, eo quod plures fuissent qui ipsum condemnaverant; et sacerdotalis canon id diserte prohiberet. Sed eum deposuerunt, constanter asseverantem illum esse canonem hæreticorum. Nam cum Ariani, concinnatis adversus Athanasium calumniis, Alexandrinam ecclesiam ei ademissent, mutationem temporum formidantes, eam regulam condiderunt: studiose videlicet caventes, ut ea quæ adversus illum machinati fuerant, indiscussa remanerent.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

*Ὅσα κακὰ συνέβη ἐπὶ τῇ ἐκβολῇ Ἰωάννου τῷ πλήθει, καὶ περὶ τῆς κατ' αὐτοῦ διὰ ξίφους ἐπιβουλῆς.*

Ὁ δὲ Ἰωάννης καθαιρεθεὶς, οὐκέτι ἐκκλησίαζε· ἀλλ' ἐν τῷ ἐπισκοπικῷ καταγωγίῳ ἠρέμει. Ἤδη δὲ B λήγούσης τῆς Τεσσαρακοστῆς, κατ' αὐτὴν τὴν ἱερὰν νύκτα, ἐν ᾗ ἡ ἐτήσιος ἑορτὴ ἐπὶ ἀναμνήσει τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ ἐπιτελεῖται, ἐξωθοῦνται τῆς Ἐκκλησίας οἱ τὰ αὐτοῦ φρονοῦντες, ἐπιθεμένων αὐτοῖς ἔτι μυσταγωγοῦσι (72) στρατιωτῶν καὶ τῶν δυσμενῶν. Ἀπροόπτου δὲ τούτου συμβάντος, πολὺς περὶ τὸ βαπτιστήριον ἐγένετο θόρυβος, γυναικῶν μὲν μετ' οἰμωγῆς ταραττομένων· παιδίων δὲ κλαιόντων· ἱερέων δὲ καὶ διακόνων τυπτομένων τε, καὶ πρὸς βίαν ὡς εἶχον σχήματος ἐλαυνομένων. Τ' ἄλλα δὲ οἷα εἰκὸς ἦν γενέσθαι ἐν ἀταξίᾳ τοσαύτῃ, οἱ μυηθέντες οὐκ ἀγνοοῦσιν. Ἐγὼ δὲ ἀναγκαίως σιγήσομαι, μὴ καὶ ἀμύητός τις ἐντύχῃ τῇ γραφῇ. Αἰσθόμενοι δὲ καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος τὴν ἐπιβουλὴν, τῇ ὑστεραίᾳ καταλιπόντες τὴν ἐκκλησίαν, ἐν δημοσίῳ λουτρῷ πολυχωρήτῳ μάλα, C Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως ἐπωνύμῳ °, τὸ Πάσχα ἐπετέλεσαν, ὑπὸ ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις, καὶ λοιποῖς ἄλλοις, οἷς θέμις τὰ περὶ τὴν ἐκκλησίαν διέπειν· οἳ δὴ τῷ λαῷ συνῆσαν, τὰ Ἰωάννου φρονοῦντες. Ἐλαθέντες δὲ ἔνθεν, συνῆλθον πρὸ τοῦ ἄστεος εἴς τινα χῶρον, ὃν Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς, μήπω τὴν πόλιν συνοικήσας (73), εἰς ἱπποδρόμου θέαν ἐκάθηρε, ξύλοις περιτειχίσας· ἐξ ἐκείνου τε πῇ μὲν ἐνθάδε, πῇ δὲ ἑτέρωθι ᾗ ἐξῆν, ἰδίᾳ ἐκκλησίαζον, καὶ Ἰωαννῖται ὠνομάζοντο. Περὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον ἄνθρωπός τις δαιμονῶν ἢ νομιζόμενος, ἐγχειρίδιον

## CAP. XXI.

*Quanta mala populo acciderint, post expulsum Joannem : et de insidiis per sicarios ei structis.*

Porro Joannes, sententia episcoporum depositus, ad ecclesiam amplius non processit, sed in episcopali domo quietus manebat. Exeunte autem quadragesima, in ipsa sacra nocte in qua anniversaria festivitas in memoriam resurrectionis dominicæ celebratur, fautores Joannis pelluntur ex ecclesia, militibus et quibusdam Joannis inimicis, in eos baptismi sacramenta adhuc peragentes, impetum facientibus. Quæ res cum præter exspectationem accidisset, ingens tumultus in baptisterio exortus est : mulieribus ejulantibus ac turbatis, pueris plorantibus, sacerdotibus vero ac diaconis vapulantibus, et in eo quo erant cultu atque ornatu, violenter fugatis. Cætera quæ in ejusmodi perturbatione evenisse verisimile est, fideles quidem non ignorant : ego vero de industria silentio præteribo, ne quis forte nondum initiatus ea hic legat conscripta. Reliqua autem populi multitudo, cum insidias intellexisset, postridie relicta ecclesia, in publico lavacro admodum spatioso, quod imperatoris Constantii nomine nuncupatur, Pascha celebrarunt, sub episcopis et presbyteris, et cæteris **353** aliis quibus res ecclesiasticas administrare jus fasque est : qui tum, ut Joanni faventes, cum populo versabantur. Verum cum inde expulsi essent, convenerunt in locum extra urbem, quem imperator Constantinus, civitate nondum condita, ad circensium ludorum spectaculum complanaverat et asse-

## VALESII ANNOTATIONES.

(71) *Ἑτεροδόξων ἐνιστάμενοι.* Assentior Henrico Savilio, qui ad latus sui codicis adnotavit, forte scribendum esse ἐνιστάμενον. Sensus certe id necessario postulat.

(72) *Αὐτοῖς ἔτι μυσταγωγοῦσι.* Non probo interpretationem Suffridi Petri, qui sic vertit : *Dum adhuc mysteriis occupantur.* Non enim de missarum solemnibus, nec de Eucharistia hic loquitur Sozomenus, sed de sacramento Baptismi, quod ea nocte tradi consueverat. Quam expositionem confirmat Palladius in *Dialogo de vita Chrysostomi*, et Chrysostomus ipse in *Epistola ad Innocentium papam.* Certe verbum μυσταγωγεῖν non aliud significat quam baptismi sacramenta tradere, ut supra notavi. Porro Sozomenus hoc loco dissentit a Palla- D dio. Nam Palladius clericos Joannis vigiliam festi Paschalis in thermis Constantianis celebrasse dicit, non in majore ecclesia, ut Sozomenus.

(73) *Τὴν πόλιν συνοικήσας.* Procul dubio scribendum est συνοικίσας. Eumdem errorem jam supra observavi in hoc libro.

## VARIORUM.

° *Ἐν δημοσίῳ λουτρῷ Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως ἐπωνύμῳ.* Thermæ, de Constantii nomine dictæ, juxta ædem Apostolorum Constantinopoli a Constantio ædificari cœptæ sunt anno Christi 347, sicut tradit auctor *Chronici Alexandrini* ad eum annum, et post decennium absolutæ. De iis vide Socr., lib. iv, cap. 8, et Palladium in Vita Chrysostomi, pag. 83.

Digitized by Google

ribus circumsepserat. Atque ex eo tempore modo istic, modo alibi, prout copia dabatur, seorsum collectas egere, et Joannitæ vulgo dicebantur. Per idem tempus vir quidam dæmoniacus, aut dæmoniacum simulans, deprehenditur, pugionem habens, tanquam ad Joannem occidendum paratus, nondum tamen id facinus aggressus. Qui comprehensus a multitudine, perinde ac si pretio conductus fuisset ad cædem faciendam, ad præfectum urbis perductus est. Sed Joannes, missis quibusdam episcopis ex numero eorum quos circa se habebat, hominem liberavit priusquam tormentis subjiceretur. Posthæc servus quoque Elpidii presbyteri, qui diaconi aperte erat inimicus, effuso cursu in ædes episcopales irrupit. Quem quidam ex iis qui forte illic aderant, cum agnovisset, impetum ejus repressit, causam cursus interrogans. Ille, nullo responso dato, protinus hominem sica percutit : alterum deinde qui priore percusso inclamaverat, similiter vulneravit. Tertium quoque præter illos transfixit. Tandem vero cum omnes qui aderant commoti, clamorem ingentem sustulissent, ille aversus fugere cœpit. Et cum ii qui illum persequebantur, procul positis inclamarent ut fugientem comprehenderent, accurrens quidam e balneo qui jam lotus domum redibat, hominem apprehendit : letalique vulnere ab eo percussus, exanimis concidit. Ad extremum cum a populo undique circumdatus, ægre admodum captus esset, ductus est in palatium. Testatique cives has esse insidias inimicorum Joannis, clamabant et sicarium et eos qui illum ad hoc incitavissent, pœnas dare oportere. Præfectus autem urbis cum eum tanquam judicaturus accepisset, populi furorem compescuit.

ἔχων ὡς ἐπὶ σφαγὴν Ἰωάννου παρεσκευασμένος, οὔπω δὲ ἐπιχειρήσας τῷ πράγματι, φωρᾶται. Καὶ ὑπὸ τοῦ πλήθους ὡς ὠνητὸς εἰς τὴν ἐπιβουλὴν συλληφθεὶς, ἄγεται πρὸς τὸν ὕπαρχον. Ἐπισκόπους δέ τινας τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἀποστείλας Ἰωάννης, ἐξείλετο τοῦτον πρὶν αἰκισθῆναι. Εἰς ὕστερον δὲ καὶ Ἐλπιδίου πρεσβυτέρου, ὃς προφανὴς ἐχθρὸς διακόνου (74) ἐτύγχανε, δοῦλος, δρομαῖος εἰς τὸν ἐπισκοπικὸν οἶκον εἰσέβαλλεν. Ἐπιγνούς δέ τις αὐτὸν τῶν παρατυχόντων, ἐπέσχε, τοῦ δρόμου τὴν αἰτίαν πυθόμενος. Ὁ δὲ μηδὲν ἀποκριθεὶς, παραχρῆμα ξιφιδίῳ παίει τὸν ἄνδρα, καὶ μετ' ἐκεῖνον ἕτερον ἐπιβοήσαντα τῇ τοῦ πρώτου πληγῇ. Νύττει δὲ καὶ τρίτον ἐπὶ τούτοις. Θορυβησάντων δὲ σὺν βοῇ τῶν παρόντων, ὑποστρέψας ἔφυγε. Παρακελευομένων δὲ τῶν διωκόντων τοῖς πόῤῥωθεν συλλαμβάνεσθαι τὸν φεύγοντα, προσδραμών τις, ἐκ βαλανείου λελουμένος ἀναχωρῶν, ἐπελάβετο αὐτοῦ, καὶ καιρίαν πληγεὶς, ἔκειτο νεκρός. Ἐπεὶ δὲ κυκλωθεὶς, μόλις ὑπὸ τοῦ πλήθους ἐθηρεύθη, ἄγουσιν αὐτὸν εἰς τὰ βασίλεια. Καὶ μαρτυρόμενοι τῶν ἀπεχθανομένων Ἰωάννῃ τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ τὸν φονέα, καὶ τοὺς ἐπὶ τοῦτο ἀναπείσαντας, ἐπεβόων τιμωρίαν δοῦναι. Παραλαβὼν δὲ τοῦτον ὁ ὕπαρχος ὡς ἐπεξιὼν τῇ δίκῃ, διέλυσε τοῦ δήμου τὴν ὀργήν.

## CAP. XXII.

*Quomodo Joannes sede sua injuste pulsus est : et de tumultu subsecuto : deque igne in ecclesiam cælitus immisso. Et quomodo Cucusum missus fuerit in exsilium.*

Abhinc ii qui ferventiores erant ex plebe, Joannem custodire cœperunt, noctu atque interdiu episcopalem domum alternis circumsidentes[1]. Porro episcopi qui adversus Joannem convenerant, ecclesiasticas leges calcari conquerentes, damnationis sententiam in eum latam, utpote justissimam, in semetipsos recipere se aiebant, jubebantque ut ex civitate excederet : alioqui **354** nec populum unquam quieturum esse. Sed cum quidam ab imperatore missus advenisset, et minaciter præcepisset Joanni ut id faceret, insciis populi custodibus qui ex plebe ipsum custodiebant, clam egressus est : id tantummodo questus, quod contra leges per vim ejiceretur, denegato ipsi judicio, quod homicidis et maleficis et adulteris, juxta leges, concederetur. Parvoque impositus navigio, protinus

## ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

*Ὡς ἐξηλάθη τοῦ θρόνου ἀδίκως ὁ Ἰωάννης, καὶ περὶ τοῦ γενομένου θορύβου· καὶ περὶ τοῦ πεμφθέντος τῇ ἐκκλησίᾳ θεηλάτου πυρὸς, καὶ περὶ τῆς εἰς Κουκουσὸν αὐτοῦ ἐξορίας.*

Ἐξ ἐκείνου δὲ τὸν Ἰωάννην ἐφύλαττον οἱ τοῦ λαοῦ σπουδαιότεροι, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, ἀμοιβαδὸν παρακαθήμενοι τὸν ἐπισκοπικὸν οἶκον. Σύγχυσιν δὲ ἐπαιτιώμενοι τῶν ἐκκλησιαστικῶν νόμων, οἱ κατὰ αὐτοῦ συνεληλυθότες ἐπίσκοποι, ἐπὶ σφᾶς αὐτοὺς ἔφασαν (75) δικαιοτάτην οὖσαν ἀναδέχεσθαι τὴν ἐπ' αὐτῷ κρίσιν· καὶ τῆς πόλεως αὐτὸν ἐξιέναι ἐκέλευσαν· ἄλλως γὰρ μηδὲ τὸ πλῆθος ἠρεμήσειν. Παραγενομένου δέ του ἀπὸ βασιλέως, καὶ ταῦτα σὺν ἀπειλῇ ποιεῖν προστάξαντος, λαθὼν τοὺς ἀπὸ τοῦ λαοῦ φύλακας ἐξῆλθε· τοσοῦτον μεμφόμενος, ὅτι γε παρανόμως πρὸς βίαν ἐλαύνεται, μὴ ἀξιωθεὶς κρίσεως, ἧς καὶ ἀνδροφόνοις καὶ γόησι καὶ μοιχοῖς μέτεστιν ἐκ νόμων. Καὶ διὰ μικροῦ σκάφους περαιοῦται αὐτίκα εἰς Βιθυνίαν· ἐκεῖθέν τε παραχρῆμα εἴχετο τῆς ὁδοῦ. Προϊδόντες δέ τινες τῶν ἐπιβουλευόντων αὐτῷ, ὡς εἰ

[1] Socr. lib. VI, c. 18.

## VALESII ANNOTATIONES.

(74) *Ὃς προφανὴς ἐχθρὸς διακόνου.* Non video quis sit sensus horum verborum, nisi pro διακόνου scribamus Ἰωάννου, aut certe diaconum Joannis Chrysostomi intelligamus. Idcirco enim hunc servum Elpidii presbyteri ad cædem faciendam conduxerant adversarii Joannis, quod Elpidium presbyterum scirent Joanni infensum esse. Porro Palladius in Vita Chrysostomi, septem homines a sicario illo vulneratos fuisse dicit, quorum quatuor eodem die interierunt.

(75) *Ἐπὶ σφᾶς αὐτοὺς ἔφασαν.* Hæc ab Acacio et Antiocho episcopis imperatori Arcadio dicta esse scribit Palladius, ipso magni Sabbati die, non autem post Pascha, ut tradit Sozomenus.

Digitized by Google

αἴσθοιτο ὁ λαὸς ἐπιδιώξει, καὶ πάλιν βιάσεται ἐπανελθεῖν, φθάσαντες ἀποκλείουσι τὰς θύρας τῆς ἐκκλησίας. Ἐπεὶ δὲ οἱ ἀνὰ τὰς ἀγυιὰς ἔγνωσαν, οἱ μὲν δρομαῖοι ἠπείγοντο πρὸς θάλασσαν, ὡς δὴ καταληψόμενοι· οἱ δὲ, περιδεεῖς γενόμενοι, εἰς φυγὴν ἠλαύνοντο, ὡς ἐπὶ τοσούτῳ θορύβῳ καὶ ταραχῇ στάσεως καὶ βασιλέως ὀργῆς προσδοκωμένης. Οἱ δὲ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἔτι μᾶλλον ἔφραττον τὰς ἐξόδους, ἐπὶ ταύτας συῤῥέοντες καὶ περιωθοῦντες ἀλλήλους. Μόλις δὲ τὰς θύρας ἐπέτασαν σὺν βίᾳ πολλῇ, τῶν μὲν λίθοις κατεαξάντων· τῶν δὲ πρὸς ἑαυτοὺς ἀνθελκόντων, καὶ τὸν κατὰ νώτου ὄχλον εἰς τοὐπίσω ἀπωθουμένων. Ἐν τούτῳ δὲ πῦρ ἐξαπίνης πάντοθεν τὴν ἐκκλησίαν ἐπεδόσκετο· καὶ πᾶσαν διαδραμὸν, ἐνεμήθη καὶ τὸν παρακείμενον αὐτῇ ἐκ μεσημβρίας μέγιστον οἶκον τῆς συγκλήτου βουλῆς. Τούτου δὲ τὴν αἰτίαν ἀντεπῆγον ἀλλήλοις· οἱ μὲν Ἰωάννῃ ἐπιβουλεύοντες, τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονοῦντας ἐπαιτιώμενοι, ὡς χαλεπήναντας πρὸς τὴν τῆς συνόδου ψῆφον· οἱ δὲ, συκοφαντεῖσθαι ἰσχυριζόμενοι, καὶ τὴν ἐκείνων πρᾶξιν σφίσι περιτρέπειν, ἅμα τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ αὐτοὺς πυρπολῆσαι βουλευσαμένων. Ἀπὸ δείλης δὲ ὀψίας μέχρις ἕω τοῦ πυρὸς περαιτέρω χωροῦντος, καὶ πρὸς τὰς ἔτι συνεστώσας ὕλας ἕρποντος, οἱ μὲν ἐπιδιώξαντες Ἰωάννην εἰς Κουκουσὸν διῆγον τῆς Ἀρμενίας, βασιλέως γράμματι καταδικασθέντα τὴν ἐκεῖσε οἴκησιν. Οἱ δὲ τοὺς ξυνελθόντας αὐτῷ ἐπισκόπους καὶ κληρικοὺς ἀγαγόντες, ἐν Χαλκηδόνι καθεῖρξαν. Ἄλλοι δὲ περιιόντες ἀνὰ τὴν πόλιν, τοὺς καταμηνυομένους τὰ αὐτοῦ φρονεῖν, συνελαμβάνοντο καὶ ἐφρούρουν· καὶ ἀναθεματίζειν αὐτὸν ἠνάγκαζον.

A in Bithyniam transportatur : atque inde confestim iter arripuit. Nonnulli vero ex Joannis insidiatoribus, prævidentes si populus id sensisset, fore ut insequeretur ac rursus eum redire cogeret, fores ecclesiæ occludere properarunt. Porro qui in plateis erant, cum hæc cognovissent, alii ad mare cucurrerunt, tanquam eum assecuturi : alii metu conterriti, fugam arripuerunt, cum post tantum tumultum tantamque perturbationem seditio et imperatoris ira exspectaretur. Ili vero qui in ecclesia erant, adhuc magis aditus obstruebant, ad portas confluendo, et semetipsos mutuo impellendo. Tandem vero ægre portas magna vi reserarunt, cum alii eas lapidibus perfregissent, alii ad se retraherent, et turbam quæ a tergo erat, retrorsus B repellerent. Dum hæc aguntur, ignis repente exortus ecclesiam undequaque corripuit : et cum universam percucurrisset, ædem quoque amplissimam senatus, quæ illi ad meridiem vicina erat, combussit. Cujus rei culpam sibi mutuo ascribebant : Joannis quidem insidiatores, accusando fautores illius, quod synodi judicium moleste tulissent : isti vero calumniam se pati asseverantes, sibique imputari facinus illorum, qui ipsos una cum ecclesia incendere voluissent. Porro dum ignis a vespera usque ad diluculum ad ulteriora progreditur, et ad materias quæ adhuc integræ stabant, serpit, hi qui Joannem prosequebantur, Cucusum Armeniæ eum perduxerunt, ubi degere litteris principis jussus fuerat. C Alii episcopos et clericos qui una cum Joanne profecti fuerant, Chalcedonem abductos, custodiæ manciparunt. Alii per urbem circumeuntes, eos qui delati fuerant quod Joanni faverent, comprehenderunt; et in custodiam datos ut Joanni anathema dicerent coegerunt.

### ΚΕΦΑΛ. ΚΓ΄.

*Περὶ Ἀρσακίου τοῦ μετὰ Ἰωάννην προχειρισθέντος, καὶ ὅσα κακὰ τοῖς προσκειμένοις Ἰωάννῃ εἰργάσατο. Καὶ περὶ τῆς ὁσίας Νικαρέτης.*

Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον χειροτονεῖται Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος Ἀρσάκιος, Νεκταρίου τοῦ πρὸ Ἰωάννου ταύτην τὴν ἐπισκοπὴν διανύσαντος ἀδελφὸς, ἀνὴρ πρᾶος, καὶ περὶ τὸ θεῖον εὐλαβής. Ἔβλαψαν δὲ τὴν ἐν τῷ πρεσβυτερίῳ περὶ αὐτοῦ κρατοῦσαν δόξαν κληρικοί τινες, ποιοῦντες μὲν ἅπερ ἐβούλοντο· αὐτῷ δὲ ταῦτα ἀνατιθέντες· διέβαλε δὲ αὐτὸν μάλιστα καὶ τὰ συμβάντα μετὰ ταῦτα περὶ τοὺς Ἰωάννου ἐπαινέτας. Ἐπεὶ γὰρ αὐτῷ καὶ τοῖς αὐτῷ συνοῦσι (76) κοινωνεῖν ἢ συνεύχεσθαι οὐκέτι ἀνεκτὸν ἡγοῦντο, ἀναμεμιγμένων αὐτοῖς τῶν ἐπιβούλων Ἰωάννου, καθ' ἑαυτοὺς δὲ, ὡς εἴρηται, συνιέντες ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς πόλεως ἐκκλησίαζον, κοινοῦται βασιλεῖ περὶ τούτου. Συνηγμένοις δὲ συνταγματάρχης ἅμα στρατιώταις ἐμβαλεῖν ἐπιτραπεὶς, τὸ μὲν πλῆθος

### CAP. XXIII.

*De Arsacio qui post Joannem electus est, et quantis malis affecerit eos qui Joanni favebant. Item de beata Nicarete.*

Haud multo post Constantinopolitanæ Ecclesiæ episcopus ordinatur Arsacius, frater Nectarii ejus qui ante Joannem episcopatum illum rexerat : vir mansuetus et erga Deum religiosus [1]. Verum laudem illam quam omnium consensu adeptus fuerat presbyter, imminuerunt postea clerici quidam, qui quodcunque ipsis libitum fuerat agebant, facta vero illi imputabant. D Sed præcipue infamarunt illum ea quæ Joannis fautoribus postmodum acciderunt. Nam **355** cum illi haudquam sustinerent, nec cum ipso, nec cum consortibus ipsius communicare aut precationem facere, eo quod permistos illis videbant Joannis inimicos, atque idcirco seorsum, uti diximus, congregati, in extremis civitatis parti-

[1] Socr. lib. vi, c. 19.

## VALESII ANNOTATIONES.

(76) *Καὶ τοῖς αὐτῷ συνοῦσι.* In codice Fuketiano scriptum est συνιοῦσι, rectius, ut opinor. Atque ita legisse videtur Nicephorus, ut videre est in cap. 28, lib. XIII. Nam pro his verbis hæc substituit, τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ. Paulo post, ubi legitur καθ' ἑαυτοὺς συνιέντες, malim legere συνιόντες cum Henrico Savilio.

Digitized by Google

bus collectas celebrarent, ipse de ea re ad imperatorem retulit. Tribunus itaque cum militibus in congregatos impetum facere jussus, plebem quidem fustibus et saxis cædens, fugere compulit, nobiliores vero, et eos qui Joannis partes ardentius tuebantur, custodiæ tradidit. Tum vero, sicut fieri solet cum militibus licentia conceditur, mulieres ornatu suo per vim spoliatæ sunt, dum alii monilia, zonas aureas et torques diripiunt : alii inaures simul cum auriculis ipsis detrahunt. Cumque ingens perturbatio ac luctus in urbe exstitisset, ne sic quidem pristinam erga Joannem benevolentiam abjecerunt. Ac publice quidem non amplius conveniebant. Multi vero nec in forum, nec ad balnea procedebant. Quibusdam vero ne tutum quidem erat domi manere : sed, indicto sibi ipsis exsilio, urbe excedebant cum alii multi viri boni, tum honestæ mulieres. Ex quibus fuit Nicarete Bithyna, nobili genere apud Nicomedienses orta, ob perpetuam virginitatem et ob vitæ sanctimoniam celeberrima. Erat hæc omnium quas quidem novi religiosarum mulierum modestissima, in moribus et sermone ac victu modum atque ordinem servans. Usque ad exitum vitæ semper divina rebus humanis anteposuit : animi quoque fortitudine et prudentia ad tolerandos adversæ fortunæ casus prædita fuit, adeo ut cum amplissimo patrimonio injuste spoliata esset, minime tamen indignaretur, sed paucis sibi relictis, propter bonam ac prudentem dispensandi rationem, ipsa, licet provecta jam ætate, una cum domesticis necessaria cuncta haberet, et aliis abunde suppeditaret. Porro cum esset admodum ingeniosa, et promptæ erga omnes humanitatis, medicamenta diversi generis præparabat ad usus pauperum ægrotantium. Per quæ multis etiam familiaribus suis sæpenumero subvenit, qui ex medicis suis nullum fructum perceperant. Nam divino aspirante nutu, quæcunque aggressa fuerat, felicem exitum sortiebantur. Denique, ut compendio dicam, nullam ex religiosis nostri temporis feminis novi, quæ ad tantum modestiæ, gravitatis reliquarumque virtutum fastigium pervenerit. Verum licet talis tantaque esset, plerisque ignota erat. Nam ob modestiam animi ac philosophiæ studium perpetuo latere studebat : ita ut nec honorem diaconissæ unquam ambierit, nec virginibus ecclesiasticis præesse, licet Joanne sæpius eam hortante, voluerit. Cum igitur ingens metus **356** omnibus injectus esset, tandem ubi apparuit populum non amplius tumultuari, præfectus urbis, in publicum procedens tanquam quæstionem habiturus de incendio et de curiæ conflagratione, multos gravibus

A παίων ξύλοις καὶ λίθοις, εἰς φυγὴν τρέπει· τοὺς δὲ ἐπισημότερον καὶ προθυμότερον τὰ Ἰωάννου ζηλοῦντας, ἐν φρουρᾷ ποιεῖται. Ἐνταῦθα δὲ, οἷα συμβαίνειν φιλεῖ, στρατιωτῶν ἐπιτραπέντων νεανιεύεσθαι, γύναια πρὸς βίαν τοῦ κόσμου (77), τῶν μὲν ὅρμους καὶ ζώνας χρυσᾶς καὶ περιδέραια καὶ στρεπτοὺς ληϊζομένων· τῶν δὲ, σὺν αὐτοῖς λοβοῖς ἐξελκόντων τὰ ἐνώτια. Μεγίστης δὲ ταραχῆς καὶ οἰμωγῆς ἀνὰ τὴν πόλιν συμβάσης, οὐδ' οὕτως μετέθεντο τοῦ περὶ Ἰωάννην φίλτρου. Δημοσίᾳ δὲ οὐκέτι συνῄεσαν· πολλοὶ δὲ, οὔτε εἰς ἀγορὰν, οὔτε εἰς βαλανεῖα ἐφοίτων· τισὶ δὲ καὶ τὸ οἴκοι μένειν, οὐκ ἀκίνδυνον ἦν· καὶ φυγὴν ἑαυτοῖς ἐπιτάξαντες, τῆς πόλεως ἐξῆλθον, ἄλλοι τε ἄνδρες σπουδαῖοι, καὶ ἀγαθαὶ γυναῖκες· ὧν ἦν Νικαρέτη ἡ Βιθυνὴ, τῶν παρὰ Νικομηδεῦσιν εὐπατριδῶν ἐπισή- B μου γένους, ἐπὶ ἀϊδίῳ παρθενίᾳ καὶ ἀρετῇ βίου εὐδοκιμοῦσα. Ἀτυφοτάτην δὲ ὧν ἴσμεν σπουδαίων γυναικῶν, ταύτην ἔγνων, ἤθει τε καὶ λόγῳ καὶ διαίτῃ τεταγμένην, καὶ τὰ θεῖα μέχρι θανάτου τῶν βιωτικῶν προτιμῶσα (78)· ἀνδρείᾳ τε καὶ φρονήσει πρὸς περιπετείας δυσχερῶν πραγμάτων ἀντισχεῖν ἱκανήν· ὡς μήτε, πολλῆς πατρῴας περιουσίας ἀδίκως ἀφαιρεθεῖσαν, ἀγανακτεῖν, ἐν ὀλίγοις τε περιλειφθεῖσιν, ὑπὸ ἀρίστης οἰκονομίας, καίπερ εἰς γῆρας προελθοῦσαν, τὰ ἐπιτήδεια σὺν τοῖς οἰκείοις ἔχειν, καὶ ἄλλοις ἀφθόνως χορηγεῖν. Ὑπὸ φιλανθρώπου δὲ προθυμίας φιλόκαλος οὖσα, καὶ παντοδαπὰ παρεσκεύαζε φάρμακα εἰς πτωχῶν νοσούντων χρείαν. Οἷς δὴ πολλοῖς τῶν γνωρίμων πολλάκις ἐπήρκεσε μηδὲν ἀπονααμένοις τῶν συνήθων ἰατρῶν. Σὺν θείᾳ γάρ τινι ῥοπῇ, ἅπερ C ἐπεχείρει, εἰς χρηστὸν ἀπέβαινε τέλος· καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, τῶν καθ' ἡμᾶς σπουδαίων γυναικῶν ἑτέραν οὐκ ἔγνων, εἰς τοσοῦτον ἤθους τε καὶ σεμνότητος καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς ἐπιδοῦσαν. Ἀλλ' ἡ μὲν, καίπερ τοιάδε οὖσα, τοὺς πολλοὺς ἐλάνθανεν. Ὑπὸ μετριότητος γὰρ τρόπων, καὶ φιλοσοφίας, ἀεὶ λανθάνειν ἐπετήδευεν· ὡς μήτε εἰς ἀξίωμα διακόνου σπουδάσαι προελθεῖν, μήτε, προτρεπομένου πολλάκις Ἰωάννου, ἑλέσθαι ποτὲ παρθένων ἐκκλησιαστικῶν (79) ἡγεῖσθαι. Μεγίστου δὲ φόβου πᾶσιν ἐμπεσόντος, ἐπειδὴ δῆλον ἦν μηκέτι στασιάζειν τὸ πλῆθος, δημοσίᾳ προελθὼν ὁ τῆς πόλεως ὕπαρχος, ὡς ἐξετάσων τὰ περὶ τῆς πυρᾶς καὶ τοῦ βουλευτηρίου, πολλοὺς χαλεπῶς ἐπιμωρήσατο. Ἕλλην γὰρ ὢν, ὡς ἐπεγγελῶν ταῖς συμ- D φοραῖς τῆς Ἐκκλησίας, καὶ πρὸς ἡδονὴν ἔσχε τὸ συμβάν.

## VALESII ANNOTATIONES.

(77) *Γύναια πρὸς βίαν τοῦ κόσμου*. Deest verbum ἀφῃρέθησαν.

(78) *Τῶν βιωτικῶν προτιμῶσα*. In codice Fuketiano, pro vocabulo βιωτικῶν, scriptum est ἀνθρωπίνων, quemadmodum etiam legitur apud Nicephorum in cap. 25, lib. XIII. Sed et grammaticæ leges postulant ut προτιμῶσαν legamus.

(79) *Παρθένων ἐκκλησιαστικῶν*. Virgines ecclesiasticæ dicuntur ad distinctionem earum quæ degebant in monasteriis, quæ monachæ dicuntur in Epistola Siricii papæ. Hæ virgines locum separatum habebant in ecclesia, tabulis conclusum, ut docet Ambrosius in Sermone ad virginem lapsam. Oblationes item offerebant et communicabant seorsum a reliqua multitudine, ut colligitur ex cap. 26 concilii Triburiensis. Ecclesiasticæ porro dicebantur, eo quod ascriptæ essent albo seu matriculæ ecclesiæ : κατάλογον παρθένων et τάγμα vocat Basilius in Epistola canonica ad Amphilochium.

Digitized by Google

suppliciis affecit. Nam cum esset paganus, Ecclesiæ calamitatibus insultans, eo quod acciderat oblectabatur.

### ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

*Περὶ Εὐτροπίου τοῦ ἀναγνώστου, καὶ τῆς μακαρίας Ὀλυμπιάδος, καὶ περὶ τοῦ πρεσβυτέρου Τιγρίου, οἷα διὰ τὸν ἐπίσκοπον Ἰωάννην ἔπαθον, καὶ περὶ πατριαρχῶν.*

A Ἐν δὲ τῷ τότε καὶ Εὐτρόπιός τις ἀναγνώστης (80) παραχθεὶς ἐπὶ τῇ καταμηνύσει τῶν ἐμβαλόντων τὸ πῦρ, οὔτε βοείαις, οὔτε ξύλοις, οὔτε ὄνυξι ξαινόμενος πλευράς τε καὶ παρειάς· ἐπὶ τούτοις τε καὶ τὸν ὑφαπτόμενον τῷ σώματι πυρσὸν ὑπομείνας, καὶ ταῦτα νέος καὶ ἁπαλόχρως ὤν, οὐδὲν ὡμολόγησεν εἰδέναι. Μετὰ δὲ τὰς βασάνους, ἐγκλείεται εἰς τὸ δεσμωτήριον· ἔνθα δὴ, οὐκ εἰς μακρὰν ἐτελεύτησεν. Ἄξιον δὲ τῇ γραφῇ παραδοῦναι καὶ τὸ συμβὰν ἐπ' αὐτῷ ὄναρ. Σισινίῳ γὰρ τῷ ἐπισκόπῳ τῆς τῶν Ναυατιανῶν αἱρέσεως ἤδη καθεύδοντι, ἀνήρ τις κάλλει καὶ B μεγέθει περιφανέστατος, παρεστὼς τῷ θυσιαστηρίῳ τῆς αὐτῶν ἐκκλησίας, ἣν εἰς τιμὴν Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος ᾠκοδόμησεν, ἔδοξεν ἀδημονεῖν ἐπὶ σπάνει ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὡς τούτου χάριν τὴν πᾶσαν πόλιν περιεληλυθὼς, καὶ μηδένα εὑρὼν ἢ μόνον Εὐτρόπιον. Πρὸς δὲ τὴν ὄψιν καταπλαγεὶς ὁ Σισίνιος, πρός τινα τῶν ὑπ' αὐτὸν πιστοτάτων πρεσβυτέρων ὁμολογήσας τὸ ὄναρ, ἐκέλευσεν ἀναζητεῖν τὸν ἄνδρα ὅστις εἴη. Ὁ δὲ, εὐστόχως συμβαλὼν ὡς ἐν τοῖς ἔναγχος ἐπὶ τοῦ ὑπάρχου βασανισθεῖσιν εἰκὸς εἶναι τοιοῦτον, περιιὼν τὰ δεσμωτήρια, ἐπυνθάνετο εἴ τις ἐστὶν ἐν αὐτοῖς Εὐτρόπιος. Καὶ εὑρὼν, εἰς λόγους αὐτῷ ἦλθε, καὶ διηγήσατο τοῦ ἐπισκόπου τὸ ὄναρ· καὶ δακρύων, εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ ἐλιπάρει· καὶ τὰ μὲν κατὰ Εὐτρόπιον ὧδε ἔσχε. C Ἀνδρεία δὲ ἐν ταύταις ταῖς συμφοραῖς ἀνεφάνη καὶ Ὀλυμπιὰς ἡ διάκονος. Ἐπεὶ γὰρ ἐκ ταύτης τῆς αἰτίας εἰς τὸ δικαστήριον παρήχθη, πυθομένου τοῦ ὑπάρχου τί δήποτε τὴν ἐκκλησίαν ἐνέπρησεν, ὑπολαβοῦσα, Οὐχ αὕτη, ἔφη, τοῦ ἐμοῦ βίου ἡ προαίρεσις· πολλὴν γὰρ οὖσαν εἰς ἀνανέωσιν ναῶν Θεοῦ τὴν οὐσίαν ἀνάλωσα. Τοῦ δὲ τὸν αὐτῆς βίον ἐπίστασθαι λέγοντος, Οὐκοῦν εἰς κατηγόρου τάξιν μετάβηθι, ἔφη, καὶ ἕτερος ἡμῖν δικάσει. Ἀμαρτύρου δὲ τῆς κατηγορίας οὔσης, μὴ ἔχων ὁ ὕπαρχος ὅ τι δικαίως μέμφαιτο, ἠπιώτερόν πως εἰς ἕτερον μετέβη ἔγκλημα. Καὶ ὡς ἐν συμβουλῇ, ἄνοιαν αὐτῇ καὶ ταῖς ἄλλαις γυναιξὶν ἐμέμφετο, ὅτι τὴν εἰς τὸν ἐπίσκοπον κοινωνίαν ἠρνοῦντο (81), ἐξὸν μεταμεληθῆναι καὶ πραγμάτων ἀπηλλάχθαι. D Ἀλλ' αἱ μὲν, ὑπὸ δέους τάδε τῷ ὑπάρχῳ προστάξαντι εἶξαν· ἡ δὲ Ὀλυμπιὰς, Οὐ δίκαιον, ἔφη, τὴν ἐν τῷ πλήθει ὑπὸ συκοφαντίας ἁλοῦσαν, ἐν δὲ τοῖς δικαστηρίοις ἐπ' οὐδενὶ τῶν κατηγορουμένων διελεγχθεῖσαν, εἰς ἀπολογίαν ἕλκεσθαι μέμψεων ἀνευθύνων. Ἐπίτρεψον οὖν μοι, πρὸς τὴν προτέραν γραφὴν

### CAP. XXIV.

*De Eutropio lectore, et de beata Olympiade, et Tigrio presbytero, quanta passi sint Joannis episcopi causa. Item de patriarchis.*

Eodem tempore et Eutropius quidam lector, ad indicandos eos qui ignem ecclesiæ injecerant, in judicium inductus, tametsi loris et fustibus cæderetur, et latera ei ac genæ unguibus lacerarentur; quamvis faces ardentes corpori admotas sustinuisset, idque adhuc adolescens et teneri corporis, nihil se scire confessus est. Qui post tormenta in carcerem conjectus, illic animam haud multo post exhalavit. Porro operæ pretium fuerit, etiam somnium quod de illo factum est, huic operi inserere. Etenim Sisinio Novatianorum episcopo dormienti, vir quidam pulchritudine et statura eximius, stans ad altare ecclesiæ ipsorum, quam in honorem Stephani protomartyris ædificaverant, visus est, dolore confectus ob penuriam bonorum virorum : quippe qui ejus rei causa totam civitatem peragrasset, nec ullum præter Eutropium reperisset. Quo viso stupefactus Sisinius, cum cuidam presbytero suo, cui maxime confidebat, somnium suum narrasset, exquirere eum jussit, quisnam vir ille esset. Ille cum recte conjecisset, hunc omnino unum esse ex illis quos paulo ante præfectus torqueri jusserat, carceres circumiens, percontatus est num quis Eutropius illic esset. Cumque reperisset, allocutus est illum, et episcopi somnium ei retulit : et lacrymabundus, ut pro se Deum precaretur rogavit. Atque hæc sunt quæ Eutropio contigerunt. Jam vero Olympias quoque diaconissa, in hoc rerum discrimine fortitudinem animi sui declaravit. Nam cum eamdem ob causam in judicium adducta esset, interroganti præfecto cur ecclesiam incendisset, respondit : Non est hoc vitæ meæ institutum. Ego enim facultates meas quæ multæ erant et maximæ, templis Dei instaurandis impendi. Cumque ille diceret sibi probe cognitam esse illius vivendi rationem, subjecit illa : Tu ergo in accusatoris locum transi, et alius de nobis judicet. Porro cum accusatio testibus destitueretur, præfectus nihil habens quod jure culparet, paulo clementius ad aliud crimen se convertit. Ac veluti consulendi gratia, 357 tam Olympiadi quam reliquis mulieribus amentiam exprobravit, quæ communionem episcopi sui aversarentur : cum resipiscere ipsis liceret, seque ipsas molestiis omnibus liberare. Sed cæteræ quidem præfecto ista præcipienti cesserunt. Olympias vero, Minime æquum est, inquit,

## VALESII ANNOTATIONES.

(80) *Εὐτρόπιος ἀναγνώστης.* Hujus meminit Palladius in Vita Chrysostomi sub finem ; ubi eum ψάλτην vocat, quod idem est. Iidem enim erant psaltæ et lectores. Unde juncto vocabulo ψαλταναγνῶσται dicuntur in *Novellis* imp. Justiniani.

(81) *Τὴν εἰς τὸν ἐπίσκοπον κοινωνίαν ἠροῦντο.* In codice Fuketiano scriptum inveni ἠρνοῦντο, longe rectius meo quidem judicio. Eodem fere modo loquitur Constantinus imperator in epistola ad Alexandrum et Arium : ἡ μὲν κοινωνία ἠρνήθη. Maluissem etiam dicere τὴν πρὸς τὸν ἐπίσκοπον κοινωνίαν. Sic enim Græci loqui solent.



Digitized by Google

ut quæ in multitudine per calumniam capta, in judicio vero nullius criminis convicta sum, ad defensionem trahar querelarum quæ in judicium non venerint. Permitte igitur mihi ut adversus priorem accusationem patronos adhibeam. Nam si contra jus ac leges coacta fuero communicare illis quibus non oportet, non faciam id quod piis nefas est facere. Præfectus ergo cum ei persuadere non posset ut cum Arsacio communicaret, tum quidem eam dimisit, quo advocatos suos instrueret. Altero autem die cum eam exhiberi jussisset, magno auri pondere multavit. Sic enim illam a sententia sua sese abducturum putabat. Verum illa pecunias contemnens, nullatenus cessit; et relicta Constantinopoli, in urbe Cyzico domicilium fixit. Tunc etiam Tigrius presbyter vestimentis exutus et tergo flagris cæsus, vinctisque pedibus ac manibus in equuleo extensus, membris dissolutus est. Erat hic Barbarus natione, eunuchus quidem, sed non ab origine. Qui cum in domo cujusdam potentis servus fuisset, domino suo probatus, libertatem meruerat. Postea vero ad presbyterii gradum promotus, processu temporis, moribus commodissimis præditus apparuit, et placidus atque erga pauperes ac peregrinos, si quisquam alius, benignissimus. Et hæc quidem gesta sunt Constantinopoli. Per idem tempus, cum Siricius annis quindecim, et post eum Anastasius tribus annis episcopatum Romanæ urbis administrasset, Innocentius in eorum locum successit. Antiochiæ vero mortuus est Flavianus, qui Joannis depositioni haudquaquam consenserat. Cujus loco Porphyrius Antiochensis Ecclesiæ sacerdotium suscepit. Qui cum condemnationi Joannis subscripsisset, multi in Syria ab Ecclesiæ illius communione sese abruperunt : et seorsum collectas celebrantes, multas ærumnas ac molestias perpessi sunt. Etenim in gratiam communionis Arsacii et hujus quem diximus Porphyrii, et Theophili Alexandriæ episcopi, studio eorum qui in palatio plurimum poterant, lata lex est, ne orthodoxi extra ecclesias convenirent, utque ii qui cum supradictis non communicarent, expellerentur.

A συνηγόρους προστήσασθαι. Εἰ γὰρ παρανόμως βιασθείην οἷς μὴ δεῖ κοινωνεῖν, οὐ ποιήσω ἃ μὴ θέμις τοῖς εὐσεβοῦσιν. Ὁ δὲ, ὡς οὐκ ἔπεισεν αὐτὴν Ἀρσακίῳ κοινωνεῖν, τότε μὲν ἠφίει ὡς συνηγόρους διδάξουσαν· ἐν ἑτέρᾳ δὲ παραγαγὼν, πολλοῦ χρυσίου κατεδίκασεν· ᾤετο γὰρ οὕτως αὐτὴν μεταθήσειν τῆς γνώμης. Ἀλλ' ἡ μὲν τῶν χρημάτων ὑπεριδοῦσα, οὐ καθυφῆκε· καὶ καταλιποῦσα τὴν Κωνσταντινούπολιν, ἐν Κυζίκῳ διέτριβεν. Ἐν δὲ τῷ τότε καιρῷ καὶ Τίγριος πρεσβύτερος τῆς ἐσθῆτος γυμνωθεὶς, καὶ κατὰ νώτου μαστιγωθεὶς, πόδας καὶ χεῖρας δεδεμένος διαταθεὶς, διελύθη τὰ ἄρθρα. Ἐγένετο δὲ οὗτος βάρβαρος τὸ γένος, οὐκ ἐκ γενετῆς εὐνοῦχος· ἐν οἰκίᾳ δέ τινος τῶν ἐν δυνάμει τὰ πρῶτα δουλεύσας, καὶ ἐπαινεθεὶς παρὰ τοῦ κεκτημένου, μετέσχεν ἐλευθεB ρίας. Εἰς πρεσβυτέρου δὲ ἀξίαν προελθὼν, τῷ χρόνῳ διεφάνη τὸ ἦθος ἐπιεικέστατος, καὶ πρᾶος, καὶ περὶ τοὺς δεομένους καὶ ξένους, εἴπερ τις ἄλλος, δεξιώτατος. Καὶ τὰ μὲν ἐν Κωνσταντινουπόλει, τοιάδε ἦν. Ἐν τούτῳ δὲ Σιρικίου τὴν Ῥωμαίων ἐπισκοπὴν δέκα καὶ πέντε διανύσαντος ἔτη, Ἀναστασίου δὲ τρία, μετὰ τοῦτον Ἰνοκέντιος ταύτην ἐπλήρου τὴν διαδοχήν. Ἐτελεύτησε δὲ καὶ Φλαβιανὸς, μὴ συνθέμενος τῇ Ἰωάννου καθαιρέσει· διαδέχεται δὲ τὴν Ἀντιοχέων Ἐκκλησίαν Πορφύριος· καὶ ἐπειδὴ τοῖς κατ' αὐτοῦ κεχρημένοις ἐπεψηφίσατο, πολλοὶ τῶν ἐν Συρίᾳ τῆς ἐνθάδε Ἐκκλησίας ἐχωρίσθησαν· καθ' ἑαυτούς τε τὰς συνόδους ποιούμενοι, πραγμάτων καὶ πλείστων δεινῶν ἐπειράθησαν. Χάριν γὰρ τῆς πρὸς Ἀρσάκιον κοινωνίας, καὶ Πορφύριον τοῦτον καὶ Θεόφιλον τὸν C Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον, σπουδῇ τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις δυνατῶν, νόμος ἐτέθη (82) τοὺς ὀρθῶς δοξάζοντας ἐκτὸς τῶν ἐκκλησιῶν μὴ συνιέναι· τοὺς δὲ μὴ κοινωνοῦντας αὐτοῖς, ἐλαύνεσθαι.

## CAP. XXV.

**358** *Quomodo Ecclesia turbata, respublica quoque male affecta fuit, et de Stilicone Honorii comite.*

Eodem tempore, sicut in sacerdotum dissensionibus fere evenisse reperies, respublica quoque turbis ac motibus agitata est. Etenim Hunni trajecto Istro, Thraciam vastarunt. Latrones quoque

## ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

*Ὅτι τῆς Ἐκκλησίας κακῶς ἐχούσης, καὶ τὰ κοσμικὰ κακῶς διέκειντο πράγματα. Καὶ τὰ κατὰ Στελίχωνα τὸν Ὀνωρίου στρατηγόν.*

Περὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, ὡς ἐπίπαν συνενεχθὲν εὑρεῖν ἔστιν ἐν ταῖς τῶν ἱερέων διχονοίαις, καὶ τὰ κοινὰ θορύβων καὶ ταραχῆς ἐπειράθη. Καὶ Οὖννοι D μὲν τὸν Ἴστρον (83) περαιωθέντες, τοὺς Θρᾷκας

### VALESII ANNOTATIONES.

(82) *Νόμος ἐτέθη*. Exstat ea lex in lib. XVI cod. Theodosiani, titulo *De his qui religione contendunt*. Sic autem habet : *Imperatores Arcadius et Honorius, Eutychiano P. P. Rectores provinciarum moneantur ut conventus eorum arceantur illiciti, qui orthodoxorum religione suffulti, spretis sacrosanctis ecclesiis, alio convenire conantur; his qui ab Arsacii, Theophili, Porphyrii, reverendissimorum antistitum communioni dissentiunt, ab Ecclesia procul dubio repellendis. Datum* XIV *Kal. Decembr. Constantinopoli, Honorio* VI *et Aristæneto coss.* Vide BARONIUM, *ad annum Christi* 404, cap. 54 et sequentibus.

(83) *Οὖννοι τὸν Ἴστρον*. Zosimus in libro quinto *Historiæ* pag. 799, scribit fugitivos ac desertores militiæ in unum collectos, cum se Hunnos esse mentirentur, Thraciam tunc vastasse : donec Fravitus magister militum, qui bello adversus Gainam inclaruerat, contra eos missus, cunctos ad internecionem delevit. Ex his patet error Nicephori, qui hunc Sozomeni locum describens in cap. 35 lib. XIII, addit Hunnos istos, qui Thraciam vastarunt, Huldin ducem habuisse. Imo Huldis amicus ac fœderatus erat Romanorum, ut testatur Zosimus ibidem.

Digitized by Google

ἐδῄουν. Οἱ δὲ ἐν Ἰσαυρίᾳ λῃσταὶ (84) εἰς πλῆθος ἀθροισθέντες, μέχρι Καρῶν καὶ Φοινίκων, τὰς ἐν μέσῳ πόλεις καὶ κώμας ἐκακούργουν. Στελίχων δὲ ὁ Ὀνωρίου στρατηγὸς, ἀνὴρ εἴπερ τις πώποτε ἐν πολλῇ δυνάμει γεγενημένος, Ῥωμαίων τε καὶ Βαρβάρων τοὺς νέους πειθομένους ἔχων, εἰς ἔχθραν καταστὰς τοῖς Ἀρκαδίου ἄρχουσιν, ἐβεβούλευτο πρὸς ἑαυτὰ συγκροῦσαι τὰ βασίλεια, καὶ στρατηγοῦ Ῥωμαίων ἀξίωμα περὶ Ὀνωρίου προξενίσας (85) Ἀλαρίχῳ τῷ ἡγουμένῳ τῶν Γότθων, Ἰλλυριοῖς ἐπανέστησεν (86)· ὕπαρχόν τε αὐτῶν καταστάντα Ἰόβιον (87) προπέμψας, συνέθετο συνδραμεῖσθαι μετὰ τῶν Ῥωμαίων (88) στρατιωτῶν, ὥστε δῆθεν καὶ τοὺς τῇδε ὑπηκόους ὑπὸ τὴν Ὀνωρίου ἡγεμονίαν ποιῆσαι. Παραλαβὼν δὲ Ἀλάριχος τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἐκ τῆς πρὸς B τῇ Δαλματίᾳ καὶ Παννονίᾳ βαρβάρου γῆς οὗ διῆγεν, ἧκεν εἰς τὰς Ἠπείρους· καὶ συχνὸν ἐνταῦθα προσμείνας χρόνον, ἐπανῆλθεν εἰς Ἰταλίαν. Μέλλων γὰρ

A Isauri, coacta ingenti multitudine, urbes omnes quæ inter Cariam et Phœnicen interjacent, una cum vicis populati sunt. Adhæc Stilico magister militum Honorii, vir omnium sui temporis potentissimus, qui Romanorum et Barbarorum juventutem sibi obsequentem habebat, cum adversus Arcadii comites inimicitias suscepisset, utrumque imperium mutuo inter se committere decrevit. Cumque Alarico Gothorum duci dignitatem magistri militum ab Honorio impetravisset, eum adversus Illyrios direxit. Præmissoque Jovio qui præfectus prætorii creatus fuerat, pollicitus est **359**
se cum Romanis militibus adventurum, ut eam provinciam Honorii ditioni adjungeret. Igitur Alaricus, assumptis quibus præerat Gothis, ex barbarorum regione ubi degebat, quæ est juxta Dalmatiam ac Pannoniam, in Epirum venit. Ubi cum diu moratus fuisset, in Italiam reversus est. Etenim Stilico,

## VALESII ANNOTATIONES.

(84) *Οἱ ἐν Ἰσαυρίᾳ λῃσταί.* De hoc motu Isaurorum consulendus est Zosimus in libro quinto, pag. 802, Marcellinus comes in *Chronico*, Stilichone II et Anthemio consulibus : *Isauri*, inquit, *per montem Tauri discursantes ingens dispendium reipublicæ importarunt : quibus Narbazaicus legatus majus continuo rependit incommodum.* Jordanes, in libro *De successione regnorum*, hunc Marcellini locum describens sic habet : *Contra quos Arbazacius directus, majus continuo rependit incommodum.* Ita legebatur in vulgatis editionibus ante Gruterum, ut Gruterus ipse in notis suis testatur, optime meo quidem judicio. Nam et a Zosimo in supradicto libro Ἀρβαζάκιος dicitur hic magister militum, et C apud Suidam in voce Ἀρβαζάκιος, ubi integrum ejus elogium habes ex *Historia* Eunapii Sardiani. Nonnulli vero hunc magistrum militum per ludibrium vocabant Harpazacium, ob rapinas et furta. Erat enim rapacissimus, et tribus vitiis insignis, libidine scilicet, ebrietate et avaritia, ut ibidem testatur Eunapius, et ex Eunapio Zosimus. Porro præter Harbazacium, etiam Valentinianus comes contra Isauros missus est, qui Rhossum et Seleuciam expugnarunt, ut scribit Palladius in *Vita Joannis Chrysostomi.* Finito tandem hoc bello, multæ quæstiones agitatæ sunt de his qui se Isauris latronibus junxerant, aut qui eos occultaverant. In quibus exercendis, nec Quadragesimæ, nec ipsum Paschæ diem excipi oportere imperator lege sanxit, ut videre est in libro nono Codicis Theodosiani, titulo *De quæstionibus.*

(85) *Περὶ Ὀνωρίου προξενίσας.* Procul dubio scribendum est παρὰ Ὀνωρίου. Certe observavi in manuscriptis codicibus has duas præpositiones fere semper inter se confundi. In codice Fuketiano deest vox περί.

(86) *Ἰλλυριοῖς ἐπανέστησεν.* Hunc locum non intellexerunt interpretes. Musculus enim, Epiphanium secutus, vertit, *in Illyrios irruit.* Quomodo etiam Langus Nicephori interpres; Suffridus autem Petrus interpretatus est, *Illyrios concitavit.* Ego vero neutram interpretationem probo. Neque enim Stilicho adversus Illyrios profectus est : sed tantum Alaricum adversus eos misit, pollicitus se cum occidentalibus copiis brevi secuturum. Verum promissis non stetit, ut testatur Sozomenus ac Zosimus. Quare hoc loco supplenda est vocula in hunc modum, Ἰλλυριοῖς αὐτὸν ἐπανέστησεν. Sententiam nostram confirmat ipse Sozomenus in c. 3 l. IX, ubi eadem repetit quæ hic dixerat.

(87) *Ὕπαρχόν τε αὐτῶν καταστάντα Ἰόβιον.* Id est, Jovium qui creatus fuerat præfectus prætorio Illyrici. Atque ita Nicephorus hunc Sozomeni locum intellexit. Sic enim habet : Ἰλλυριοῖς ἐπανέστησεν, Ἰόβιόν τινα ὕπαρχον ἐκείνοις προκαταστήσας. Nec aliter Epiphanius Scholasticus. Porro Illyricum duplex erat eo tempore. Alterum Orientale : alterum Occidentale. Quod jam inde a temporibus Theodosii Augusti institutum videtur, cui Gratianus imperator cum Orientis imperium regendum tradidisset, Illyricum quoque adjecit, ut testatur Sozomenus in libro septimo, cap. 4. Certe Theodosius, paulo postquam a Gratiano in imperium ascitus fuerat, Thessalonicæ baptizatus est, quæ urbs caput erat Orientalis Illyrici, quemadmodum Sirmium Occidentalis. In *Notitia imperii Romani* quæ paulo post Honorii mortem scripta videtur, sex provinciæ numerantur Illyrici Occidentalis: Pannoniæ duæ, Savia, Dalmatia, Noricum Mediterraneum, et Noricum Ripense. Porro Stilicho magister militum Honorii, Illyricum Orientale sub Honorii ditionem redigere cogitabat, ut universum Illyricum Occidentali imperio subjiceretur, quemadmodum olim subditum fuerat ante Theodosii tempora, ut docet Zosimus.

(88) *Συνέθετο συνδραμεῖσθαι μετὰ τῶν Ῥωμαίων.* Hunc locum non intellexerunt interpretes. D Musculus enim ita vertit : *Inito pacto, ut cum Romanis ducibus confligeret.* Suffridus autem Petrus hoc modo interpretatus est : *Inito pacto, ut ad Romanos duces transirent.* Pessime omnino. Langus vero Nicephori interpres ita vertit : *Re ita composita, ut et ipse cum Romanis Arcadii ducibus congrederetur.* Vere quidem, sed non ex mente Sozomeni. Hic igitur sensus est horum verborum : Cum Stilicho Alaricum sibi adjunxisset, eique dignitatem magistri militum ab Honorio deferri curasset, pactus ut Alaricus cum suis copiis in provincias Illyrici Orientalis irrumperet; ipse quoque promiserat se cum Romanis militibus protinus adfuturum.

## VARIORUM.

P *Ἐν Ἰσαυρίᾳ λῃσταί.* Isaurorum grassationes cœptæ sunt anno 404, ut ex Zosimi lib. V, pag. 802, ostendit Ant. Pagi ad eum annum n. 26. De iis legendus etiam Philostorgius, lib. II, cap. 8, et Marcellinus in *Chronico.*

Digitized by Google

cum profecturus esset, sicut inter ipsos convenerat, Honorii litteris fuerat retardatus. Et hæc quidem ita se habebant.

A ἐκδημεῖν ὡς ὡμολόγησε Στελίχων, Ὀνωρίου γράμμασιν (89) ἐπεσχέθη. Καὶ τὰ μὲν ἐν τούτοις ἦν.

## CAP. XXVI.

*Epistolæ duæ Innocentii papæ: altera ad Joannem Chrysostomum, altera ad clerum Constantinopolitanum pro Joanne.*

Porro Innocentius Romanæ urbis episcopus, cognitis iis quæ adversus Joannem gesta fuerant, vehementer commotus est: et ea quidem damnavit. Cum autem œcumenicam synodum congregare studeret, scripsit ad Joannem, et seorsum ad clericos urbis Constantinopolitanæ. Utramque epistolam ex Latino sermone in Græcum translatam cum reperərim, hic apponendam esse duxi. Sunt autem hujusmodi :

B

Dilecto fratri Joanni Innocentius. Etsi innocens prospera omnia exspectare et a Deo misericordiam petere debet, tamen etiam a nobis, qui patientiam suademus, competentes litteræ per Cyriacum diaconum sunt transmissæ: ne contumelia plus virium habeat ad opprimendum, quam bona conscientia ad spem confirmandam. Neque enim tu docendus es, tot populorum doctor et pastor, optimos quosque semper et assidue probari utrum in vigore patientiæ permaneant, nec ulli labori ac molestiæ succumbant: et quod conscientia omnino firmissima res sit adversus omnia quæ injuste accidunt. Quæ nisi quis tolerantia superaverit, malæ suspicionis argumentum aliis de se præbet. Cuncta enim tolerare debet is qui Deo primum, deinde conscientiæ suæ confidit. Quippe vir bonus exerceri quidem potest ad tolerantiam, superari vero non potest, cum divinæ Scripturæ mentem ejus muniant atque custodiant. Abundant enim exemplis lectiones sacræ, quas populis exponimus. Quæ universos fere sanctos variis modis vexatos, et tanquam in examine quodam probatos esse testantur, atque ita ad tolerantiæ coronam pervenisse. Consoletur ergo **380** charitatem tuam ipsa animi conscientia, frater charissime, quæ in calamitatibus solet esse virtutis consolatio. Inspectante enim Do-

## ΚΕΦΑΛ. ΚϚ'.

*Ἐπιστολαὶ δύο Ἰνοκεντίου πάπα Ῥώμης, πρὸς τὸν Χρυσόστομον Ἰωάννην, καὶ πρὸς τὸν κλῆρον Κωνσταντινουπόλεως ὑπὲρ Ἰωάννου.*

Μαθὼν δὲ Ἰνοκέντιος [q] ὁ Ῥωμαίων ἐπίσκοπος τὰ κατὰ Ἰωάννου πεπραγμένα, ἐχαλέπαινε· καὶ τῶν μὲν κατέγνω· οἰκουμενικὴν δὲ σύνοδον συναγεῖραι σπουδάζων, ἔγραψεν Ἰωάννῃ, ἐν μέρει τε τοῖς Κωνσταντινουπόλεως κληρικοῖς. Ἑκατέραν δὲ ἐπιστολὴν ἐκ τῆς Ῥωμαίων φωνῆς εὑρὼν παρεθέμην. Ἔχει δὲ ὧδε·

Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ Ἰωάννῃ (90) Ἰνοκέντιος. Εἰ καὶ πάντα δεῖ τὸν ἀναίτιον προσδοκᾷν τὰ χρηστὰ, καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ τὸν ἔλεον αἰτεῖν, ὅμως καὶ παρὰ ἡμῶν τὴν ἀνεξικακίαν συμβουλευόντων, τὰ καθήκοντα γράμματα διὰ Κυριακοῦ τοῦ διακόνου ἐξαπέσταλται· ὥστε μὴ πλέον δυνηθῆναι τὴν ὕβριν ἐν τῷ συντρίβειν τὸ ἀγαθὸν συνειδὸς (91), ἐν τῷ ἐλπίζειν. Οὐδὲ γὰρ ὀφείλεις διδαχθῆναι ὁ τοσούτων λαῶν διδάσκαλος καὶ ποιμὴν τοὺς ἀρίστους ἀεὶ καὶ πολλάκις δοκιμάζεσθαι, εἰ ἐν τῇ ἀκμῇ τῆς ὑπομονῆς παραμένουσι, καὶ οὐδενὶ πόνῳ κακοπαθείας ὑποπίπτουσι. Καὶ ἔστιν ὡς ἀληθῶς (92) βέβαιον πρᾶγμα τὸ συνειδὸς εἰς πάντα τὰ ἀδίκως συμπίπτοντα. Ἅπερ εἰ μὴ νικήσειέ τις ὑπομένων, τεκμήριον φαύλης ὑπολήψεως ἐκφέρει. Πάντα γὰρ ὑπομένειν ὀφείλει, ὁ τῷ Θεῷ πρῶτον, εἶτα καὶ τῷ

C ἰδίῳ πεποιθὼς συνειδότι (93)· ὁπότε μάλιστα γυμνάζεσθαι εἰς ὑπομονὴν ὁ καλὸς καὶ ἀγαθὸς δύναται· νικᾶσθαι δὲ οὐκ· ἐπειδήπερ αὐτοῦ τὴν διάνοιαν αἱ θεῖαι Γραφαὶ φυλάττουσι. Καὶ περιττεύουσιν ὑποδείγμασιν αἱ θεῖαι ἀναγνώσεις, ἃς τοῖς λαοῖς παραδίδαμεν· αἵτινες πάντας σχεδὸν τοὺς ἁγίους κατаπεπονῆσθαι διαφόρως καὶ συνεχῶς ἐπιστώσαντο, καὶ δοκιμάζεσθαι καθάπερ ἔν τινι διαγνώσει, οὕτω τε εἰς τὸν στέφανον τῆς ὑπομονῆς ἐληλυθέναι. Παραμυθείτω τὴν ἀγάπην σου αὐτὸ τὸ συνειδὸς, ἀδελφὲ τιμιώτατε, ὅπερ ἐν ταῖς θλίψεσιν ἔχει τὴν παραμυ-

### VALESII ANNOTATIONES.

Sed ne promissum impleret, duæ res impedimento fuere, Radagaisi scilicet irruptio, qui cum quadringentis millibus armatorum Italiam petebat : deinde rumor de Alarici obitu, ut scribit Zosimus in lib. v, pag. 802 et sequentibus. Hoc est quod paulo infra scribit Sozomenus : Μέλλων γὰρ ἐκδημεῖν ὡς ὡμολόγησε Στελίχων, Ὀνωρίου γράμμασιν ἐπεσχέθη.

(89) *Ὀνωρίου γράμμασιν*. Idem scribit Zosimus, Stilichonem scilicet, cum Ravennæ esset, et profectionem jam pararet, ut junctis cum Alarico copiis Illyricum Orientale invaderet, litteras Honorii Augusti ex urbe Roma accepisse, quibus nuntiabatur Constantinum in Galliis tyrannidem arripuisse.

(90) *Ἐπιστολὴ Ἰνοκεντίου ὑπὲρ τοῦ Χρυσοστόμου*. Desunt hæc verba in codice Fuketiano, et eorum loco hic titulus legitur, τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ Ἰωάννῃ Ἰνοκέντιος. Qui titulus omitti non debuit.

D Ad marginem autem ascripta sunt hæc, ἐπιστολὴ Ἰνοκεντίου.

(91) *Ἐν τῷ συντρίβειν τὸ ἀγαθὸν συνειδός*. Procul dubio scribendum est ἐν τῷ συντρίβειν ἢ τὸ ἀγαθὸν συνειδὸς ἐν τῷ ἐλπίζειν.

(92) *Καὶ ἔστιν ὡς ἀληθῶς*. Olim conjeceram scribendum esse transpositis vocabulis καὶ ὡς ἔστιν ἀληθῶς, ut ad præcedentia referatur. Si cui tamen displicet hæc conjectura, equidem non magnopere succensebo.

(93) *Καὶ τῷ ἰδίῳ πεποιθὼς συνειδότι*. In codice Fuketiano scriptum inveni τῷ ἑαυτοῦ συνειδότι πεποιθώς.

### VARIORUM.

q *Ἰνοκέντιος*. Factus est Innocentius II papa Romanus anno 402. Ad eum appellasse Chrysostomum sede dejectum scribit Baronius ex Epistola Honorii imp. *ad Arcadium*. Depositionis sententiam rescidit, ut liquet tum Palladii, tum ipsius Innocentii apud Palladium testimonio.

Digitized by Google

θείαν τῆς ἀρετῆς. Ἐποπτεύοντος γὰρ τοῦ Δεσπότου A Χριστοῦ, ἐν τῷ λιμένι τῆς εἰρήνης καθαρισθεῖσα ἡ συνείδησις στήσεται.

Ἰνοκέντιος ἐπίσκοπος πρεσβυτέροις (94) καὶ διακόνοις καὶ παντὶ τῷ κλήρῳ καὶ τῷ λαῷ τῆς Κωνσταντινουπόλεως Ἐκκλησίας τοῖς ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπον Ἰωάννην, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς χαίρειν. Ἐκ τῶν γραμμάτων τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, ἅτινα διὰ Γερμανοῦ τοῦ πρεσβυτέρου καὶ Κασιανοῦ τοῦ διακόνου ἀπεστάλκατε, τὴν σκηνὴν τῶν κακῶν ἣν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἐθήκατε, ἐμμερίμνῳ φροντίδι κατέμαθον· ὅσαις τε ἡ πίστις κάμνει ταλαιπωρίαις τε καὶ πόνοις, ἐπαναληφθείσῃ πολλάκις τῇ ἀναγνώσει κατεῖδον. Ὅπερ πρᾶγμα μόνη ἡ παράκλησις τῆς ὑπομονῆς ἰᾶται. Δώσει γὰρ ἐν τάχει ὁ ἡμέτερος Θεὸς ταῖς τοιαύταις θλίψεσι τέλος, καὶ ταῦτα συνοίσει ὑπενηνοχέναι. Ἀλλὰ B γὰρ αὐτὴν τὴν ἀναγκαίαν παράκλησιν, ἐν ἀρχῇ τῆς ἐπιστολῆς τῆς ὑμετέρας ἀγάπης κειμένην, ἐγκωμιάζοντες ὑμῶν τὴν πρόθεσιν ἐπεγνώκαμεν, πολλὰς πρὸς τὸ ὑπομένειν μαρτυρίας περιέχουσαν. Τὴν γὰρ ἡμετέραν παράκλησιν ἣν ὠφείλομεν ὑμῖν ἐπιστεῖλαι, τοῖς ὑμετέροις γράμμασι προεφθάσατε. Ταύτην γὰρ τοῖς κάμνουσιν ὁ ἡμέτερος Δεσπότης ὑπομονὴν παρέχειν εἴωθεν· ἵνα καὶ ἐν ταῖς θλίψεσι τυγχάνοντες, ἑαυτοὺς οἱ τοῦ Χριστοῦ δοῦλοι παραμυθῶνται. Ἀναλογιζόμενοι ἐν ἑαυτοῖς, καὶ πρότερον γεγενῆσθαι, τοῖς ἁγίοις ἅπερ αὐτοὶ πάσχουσι. Καὶ ἡμεῖς δὲ ἐξ αὐτῶν τῶν ὑμετέρων γραμμάτων δυνάμεθα ὑμῖν προσενέγκαι (95) παράκλησιν. Οὐ γὰρ τοῦ συναλγεῖν ὑμῖν ἐσμεν ἀλλότριοι, ἐπειδήπερ καὶ ἡμεῖς κολαζόμεθα ἐν ὑμῖν. Τίς C γὰρ ἐνέγκαι δυνήσεται τὰ ἐξαμαρτανόμενα ὑπ' ἐκείνων, οὕστινας ἐχρῆν μάλιστα τοῦ γαληνοῦ τῆς εἰρήνης, καὶ αὐτῆς σπουδαστὰς εἶναι τῆς ὁμονοίας; Νῦν ἐνηλλαγμένῳ τρόπῳ ἀπὸ τῆς προεδρίας τῶν ἰδίων Ἐκκλησιῶν ἐξωθοῦνται ἀθῷοι ἱερεῖς. Ὁ δὴ καὶ πρῶτος ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν καὶ συλλειτουργὸς Ἰωάννης ὁ ὑμέτερος ἐπίσκοπος ἀδίκως πέπονθε, μηδεμιᾶς τυχὼν ἀκροάσεως. Οὐδὲν ἔγκλημα ἐπιφέρεται οὐδ' εἰσακούεται. Καὶ τίς ἡ ἀπηγορευμένη ἐπίνοια; ἵνα μὴ πρόφασις κρίσεως γένηται, ἢ ζητηθῇ, εἰς τόπους ζώντων ἱερέων ἄλλοι ἀποκαθίστανται (96), ὡς δυναμένων τῶν ἐκ τοιούτου πλημμελήματος ὁρμωμένων, ὀρθῶς τι ἔχειν ἢ πεπρᾶχθαι ὑπό τινος κριθῆναι. Οὐδὲ γὰρ πώποτε παρὰ τῶν πατέρων τῶν ἡμετέρων τοιαῦτα τετολμῆσθαι ἐγνώκαμεν· ἀλλὰ μᾶλ- D λον κεκωλῦσθαι τῷ μηδενὶ εἰς τόπον ζῶντος [a] χειροτονεῖν ἄλλον δεδόσθαι ἐξουσίαν· οὐ γὰρ χειροτονία

mino nostro Christo, in portu pacis purgata conscientia consistit.

Innocentius episcopus presbyteris et diaconis, et universo clero ac populo Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quæ est sub Joanne episcopo, dilectis fratribus salutem. Ex litteris charitatis vestræ, quas per Germanum presbyterum et Cassianum diaconum misistis, scenam malorum quam ob oculos posuistis, anxia sollicitudine cognovi: quantisque ærumnis et calamitatibus fides laboret, repetita sæpius lectione perspexi. Quam quidem rem sola consolatio patientiæ sanare potest. Dabit enim brevi Deus noster finem tantis tribulationibus, et hæc tolerasse proficiet. Enimvero hanc ipsam necessariam consolationem in exordio litterarum charitatis vestræ positam, propositum vestrum laudantes agnovimus, multis testimoniis ad patientiam hortantibus confirmatam. Nam consolationem nostram quam per litteras nostras vobis afferre debebamus, vos ipsi litteris vestris prævenistis. Hanc siquidem Dominus noster patientiam laborantibus præbere solet, ut famuli Christi etiam in tribulationibus semetipsos consolentur, apud se reputantes, sanctis viris jam antea contigisse ea quæ ipsi patiuntur. Sed et nos ex ipsis litteris vestris consolationem nobis mutuari possumus. Neque enim a doloris vestri consortio alieni sumus; quippe qui affligimur in vobis. Quis enim ferre possit ea quæ ab illis admissa sunt, quos præ cæteris decebat, tranquillitatis, ac pacis, et concordiæ esse studiosos? Nunc præpostero more, ex sedibus Ecclesiarum suarum exturbantur innoxii sacerdotes. Quod quidem primus ac præcipuus injuste perpessus est frater et comminister noster Joannes episcopus vester, qui in judicio auditus non est. Nullum crimen profertur, nullum auditur. Et quodnam est hoc perditum consilium? ne sit, aut ne quæratur ulla species judicii, in locum viventium sacerdotum alii substituuntur: quasi qui ab hoc facinore auspicati sunt, aliquid boni habere, aut aliquid recti egisse, a quoquam judicari possint. Neque enim talia unquam a patribus nostris gesta esse comperimus, sed potius prohibita, cum nemini licentia data sit in locum viventis alium 361 ordinandi. Reproba enim ordinatio honorem sacerdotis auferre non potest: quandoquidem is

## VALESII ANNOTATIONES

(94) *Ἑτέρα ἐπιστολὴ πρὸς τοὺς κληρικούς.* In codice Fuketiano hæc ad latus leguntur ascripta, additis etiam his verbis καὶ λαϊκούς. Porro notabit hic studiosus lector, Innocentium papam in ea quidem epistola quam ad Joannem episcopum scripsit, nomen suum postponere. In *Epistola* vero *ad clerum et populum Constantinopolitanum*, nomen suum præposuisse.

(95) *Δυνάμεθα ὑμῖν προσενέγκαι.* Sensus postulat ut pro ὑμῖν scribamus ἡμῖν. Quod tamen miror neque a Lango, neque a Musculo animadversum fuisse.

(96) *Ἄλλοι ἀποκαθίστανται.* Melius scriberetur ὑποκαθίστανται. Quod verbum infra occurrit in hac epistola, ἐπειδήπερ οὐδὲ ἐπίσκοπος δύναται εἶναι ἐκεῖνος, ὃς ἀδίκως ὑποκαθίσταται. Ubi codex Fuketii scriptum habet ἀποκαθίσταται, male, ut opinor.

## VARIORUM.

[a] *Τῷ μηδενὶ εἰς τόπον ζῶντος.* Videtur hic Innocentius respicere ad canonem 8 concilii Nicæni I, ut ibi Beveregius annotavit.

Digitized by Google

episcopus omnino esse nequit, qui injuste substituitur. Quod autem spectat ad canonum observantiam, solis illis parendum esse dicimus, qui Nicææ definiti sunt. Quos solos canones sectari et agnoscere debet Ecclesia catholica. Quodsi a quibusdam alii proferantur qui a Nicænis canonibus dissentiant, et ab hæreticis compositi esse arguantur, hi a catholicis episcopis rejiciendi sunt. Nam quæ ab hæreticis sunt excogitata, ea catholicis regulis adjungere non licet. Quippe illi perpetuo id agunt ut Nicænorum Patrum consilium evertant. Non solum igitur illos canones non sequendos esse dicimus, verum etiam una cum hæreticis ac schismaticis dogmatibus penitus condemnandos, quemadmodum etiam in Serdicensi synodo jam condemnati sunt ab episcopis qui ante nos fuerunt. Satius enim fuerit ea condemnari quæ recte facta sunt, quam ea quæ contra canones acta sunt, firmitatem ullam obtinere, fratres charissimi. Sed quid adversus ista in præsenti faciemus? Necessaria est cognitio synodi, quam et nos jampridem congregandam esse diximus. Hæc enim sola est quæ hujusmodi tempestatum motus sedare possit. Quam quidem ut obtineamus, utile fuerit medicinam horum malorum ex voluntate ac nutu Dei optimi maximi et Christi Domini nostri interim exspectare. Omnia siquidem quæ nunc per invidiam diaboli ad fidelium probationem conturbata sunt, pacabuntur. Firmi ac stabiles in fide, nihil non sperare a Domino debemus. Nam et nos diu multumque cogitamus quonam modo œcumenica synodus congreganda sit, ut turbulenti motus cœlestis Numinis arbitrio tandem conquiescant. Sustineamus igitur aliquantisper, et vallo patientiæ communiti, cuncta auxilio Dei nostri restituenda esse speremus. Omnia porro quæ vos perferre dixistis, jam antea a coepiscopis nostris qui Romam licet diversis temporibus confugerunt, id est De-

A ἀδόκιμος τὴν τιμὴν δύναται ἀφελέσθαι τοῦ ἱερέως, ἐπειδήπερ οὐδὲ ἐπίσκοπος δύναται εἶναι ἐκεῖνος, ὃς ἀδίκως ὑποκαθίσταται. Ὅτι καὶ περὶ τῶν κανόνων παραφυλακῆς (97), τούτοις δεῖν ἕπεσθαι [a] γράφομεν, οἵτινες ἐν Νικαίᾳ εἰσὶν ὡρισμένοι, οἷς μόνοις (98) ὀφείλει ἐξακολουθεῖν ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία, καὶ τούτους γνωρίζειν. Εἰ δὲ ἕτεροι ὑπό τινων προφέρονται, οἵτινες ἀπὸ τῶν κανόνων τῶν ἐν Νικαίᾳ διαφωνοῦσι, καὶ ὑπὸ αἱρετικῶν ἐλέγχονται συντετάχθαι, οὗτοι παρὰ τῶν καθολικῶν ἐπισκόπων ἀποβάλλονται. Τὰ γὰρ ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν εὑρεθέντα (99), ταῦτα οὐκ ἔστι τοῖς καθολικοῖς κανόσι προσάπτειν. Ἀεὶ γὰρ διὰ τῶν ἐναντίων καὶ ἀθέσμων, τὴν τῶν ἐν Νικαίᾳ μειοῦν βουλὴν ἐθέλουσιν. Οὐ μόνον οὖν λέγομεν τούτοις μὴ δεῖν ἐξακολουθεῖν, ἀλλὰ μᾶλλον αὐτοὺς μετὰ αἱρετικῶν καὶ B σχισματικῶν δογμάτων εἶναι κατακριτέους, καθάπερ καὶ πρότερον γέγονεν ἐν τῇ Σαρδικῇ συνόδῳ ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπων. Τὰ γὰρ καλῶς πραχθέντα (1) κατακρίνεσθαι μᾶλλον προσῆκεν, ἢ ἄντικρυς τῶν κανόνων γενόμενα, ἔχειν τινὰ βεβαιότητα, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι. Ἀλλὰ τί κατὰ τῶν τοιούτων νῦν ἐν τῷ παρόντι ποιήσωμεν; Ἀναγκαία ἐστὶ διάγνωσις συνοδικὴ, ἣν καὶ πάλαι ἔφημεν συναθροιστέαν. Μόνη γάρ ἐστιν ἥτις δύναται τὰς κινήσεις τῶν τοιούτων καταστεῖλαι καταιγίδων· ἧς ἵνα τύχωμεν, χρήσιμόν ἐστι τέως ὑπερτίθεσθαι τὴν ἰατρίαν τῇ βουλήσει τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Πάντα ὅσα νῦν τῷ φθόνῳ τοῦ διαβόλου πρὸς τὴν τῶν πιστῶν δοκιμασίαν τετάρακται, πραϋνθήσεται. Οὐδὲν ὀφείλομεν τῇ στεῤῥότητι τῆς πίστεως C παρὰ τοῦ Κυρίου ἀπελπίσαι. Καὶ γὰρ ἡμεῖς πολλὰ σκεπτόμεθα, ὃν τρόπον ἡ σύνοδος οἰκουμενικὴ συναχθείη, ὅπως τῇ βουλήσει τοῦ Θεοῦ, αἱ ταραχώδεις κινήσεις παύσωνται. Ὑπομείνωμεν οὖν τέως, τῷ τείχει τῆς ὑπομονῆς ὀχυρούμενοι, ἐλπίσωμεν τῷ πάντα τῇ βοηθείᾳ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀποκατασταθῆναι. Πάντα δὲ ὅσα ὑμᾶς ὑφίστασθαι εἰρήκατε, καὶ πρότερον συνδραμόντων εἰς τὴν Ῥώμην τῶν ἡμετέρων

## VALESII ANNOTATIONES.

(97) *Ὅτι καὶ περὶ τῆς τῶν κανόνων παραφυλακῆς.* Ita legitur etiam apud Nicephorum. Mallem tamen scribere, ἔτι δὲ περὶ τῆς, etc.

(98) *Οἷς μόνοις.* Ex hoc loco colligitur Ecclesiam Romanam eo tempore, id est sub initium quinti sæculi, solos adhuc canones Nicænos suscepisse, quibus conjuncti erant Sardicenses. Quemadmodum enim Ecclesia Romana solam fidei formulam suscipiebat quæ Nicææ fuerat promulgata, eamque adversus omnes hæreses unam sufficere existimans, reliquas fidei formulas postmodum in variis synodis editas repudiabat; ita etiam solos eos canones admittebat qui Nicææ fuerant publicati. Postea tamen et Romani Antiochenos canones, et episcopi Orientales Sardicensis synodi canones susceperunt. Quod factum est ætate Dionysii Exigui, ut ex ejus collectione perspicitur.

D (99) *Ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν εὑρεθέντα.* Hæc sic intelligenda sunt, quasi dicat, non omnes qui canonem illum Antiochenæ synodi condiderunt hæreticos fuisse, sed plerosque eorum. Certe non omnes illos fuisse hæreticos testatur Julius papa in *Epistola ad Orientales*, quam refert Athanasius in *Apologetico*. Palladius, in *Dialogo de vita Chrysostomi*, ait canonem illum Antiocheni concilii de episcopis qui post synodalem sententiam in pristinam sedem semetipsos restituunt, a quadraginta episcopis Arianis conditum fuisse. Quod unde hauserit, equidem nescio. Vide si placet quæ notavi in libro I *Observationum eccles.*, cap. 8.

(1) *Τὰ γὰρ καλῶς παραχθέντα.* Scribendum videtur πραχθέντα, ut legerunt interpretes.

## VARIORUM.

[a] *Τούτοις δεῖν ἕπεσθαι.* — Observandum hic venit aliam tunc fuisse rationem Ecclesiæ Orientalis, aliam vero Occidentalis; quia etsi hæc solis canonibus Nicænis uteretur, illa plures synodorum canones amplexa fuerat.

Digitized by Google

συνεπισκόπων, εἰ καὶ τὰ μάλιστα διαφόροις χρόνοις, A τουτέστι Δημητρίου, Κυριακοῦ, Εὐλυσίου καὶ Παλλαδίου (2), οἵ τινες σύνεισι μεθ' ἡμῶν, τελείᾳ ἐρωτήσει μεμαθήκαμεν.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

*Περὶ τῶν γενομένων διὰ Ἰωάννην δεινῶν, καὶ περὶ τῆς τελευτῆς Εὐδοξίας τῆς βασιλίδος, καὶ Ἀρσακίου· ἔτι δὲ καὶ περὶ Ἀττικοῦ τοῦ πατριάρχου, ὅθεν καὶ οἷος τὸν τρόπον ἦν.*

Τάδε μὲν τὰ Ἰνοκεντίου γράμματα· ἐξ ὧν συνιδεῖν ἔστιν, οἵαν εἶχε περὶ Ἰωάννου γνώμην. Ἐν τούτοις δὲ παμμεγέθης ἐν Κωνσταντινουπόλει καὶ τοῖς προαστείοις χάλαζα κατεῤῥάγη· τετάρτῃ τε μετὰ τοῦτο ἡμέρᾳ, ἡ τοῦ βασιλέως γαμετὴ ἐτελεύτησε. Καὶ τάδε συμβῆναι χαλεπαίνοντος τοῦ Θεοῦ διὰ Ἰωάννην, ὡς τοῖς πολλοῖς ἐδόκει. Καὶ γὰρ δὴ καὶ Κυρῖνος ὁ Χαλκηδόνος ἐπίσκοπος, B ὃς αὐτὸν μάλιστα ἐλοιδόρει, οὐ πολλῷ πρότερον ἐκ τῆς συγχυρησάσης αὐτῷ περὶ τὸν πόδα συμφορᾶς, ἑκάτερον σκέλος ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἀποπρισθεὶς, ἐλεεινῶς ἀπεβίω. Καὶ Ἀρσάκιος δὲ ἐπ' ὀλίγον χρόνον τὴν Κωνσταντινουπόλεως Ἐκκλησίαν ἐπιτροπεύσας, ἐτελεύτησε. Πολλῶν δὲ τὴν αὐτοῦ διαδοχὴν μνωμένων, τετάρτῳ μηνὶ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς, χειροτονεῖται Ἀττικὸς, πρεσβύτερος τοῦ Κωνσταντινουπόλεως κλήρου, ἐκ τῶν ἐπιβούλων Ἰωάννου. Οὗτος μὲν γένος ἦν ἐκ Σεβαστείας τῆς Ἀρμενίας· ἐκ νέου δὲ φιλοσοφεῖν ἐπαιδεύθη ὑπὸ μοναχοῖς τῆς Μακεδονίου αἱρέσεως· οἳ δὴ τότε ἀνὰ τὴν Σεβάστειαν ἐν τῇδε τῇ φιλοσοφίᾳ διέπρεπον, ἐκ τῆς Εὐσταθίου διατριβῆς ὄντες, ὃν ἐπίσκοπον ἐνθάδε καὶ ἡγεμόνα ἀρίστων μοναχῶν γενέσθαι ἐν τοῖς πρόσθεν ἔγνωμεν· C ἤδη δὲ εἰς ἄνδρας τελῶν, πρὸς τὴν καθόλου Ἐκκλησίαν μετέθετο· φύσει δὲ μᾶλλον, ἢ μαθήσει φρόνιμος ὢν, ἐγένετο τῶν πρακτέων ἐπήβολος, ἐπιβουλεῦσαί τε, καὶ πρὸς ἐπιβουλὰς ἀντισχεῖν ἱκανός· τὸ δὲ ἦθος ἐπαγωγὸς, ὡς πολλοῖς κεχαρισμένος εἶναι· μέτριος δὲ πρὸς τοὺς ἐπ' ἐκκλησίας λόγους, ὡς μήτε γραφῆς ἀξίους νομίζεσθαι τοῖς ἀκροαταῖς, μήτε παιδείας παντελῶς ἀμοίρους. Ἐμμελὴς γὰρ ὢν (3), εἴ πη καιρὸν ἦγε, τοὺς παρ' Ἕλλησιν εὐδοκιμωτάτους συγγραφέας ἠσκεῖτο. Καὶ τῷ δοκεῖν ἰδιώτης εἶναι, περὶ τούτων διαλεγόμενος, καὶ τοὺς ἐπιστήμονας πολλάκις ἐλάνθανεν. Ἐλέγετο δὲ πρὸς μὲν τοὺς ὁμοδόξους

metrio, **362** Cyriaco, Eulysio et Palladio, qui nobiscum sunt, accurata interrogatione didicimus.

## CAP. XXVII.

*De calamitatibus quæ Joannis causa acciderunt: et de obitu Eudoxiæ Augustæ et Arsacii. Item de Attico patriarcha, quis et unde fuerit.*

Hæ sunt Innocentii litteræ: ex quibus licet cognoscere quam ille opinionem de Joanne habuerit [1]. Per idem tempus, Constantinopoli et in suburbanis grando immensæ magnitudinis cecidit: et quarto post die, imperatoris uxor finem vivendi fecit. Quæ quidem Deo Joannis causa indignante accidisse, plerique omnes opinabantur. Nam et Cyrinus Chalcedonensis episcopus, qui præ cæteris illi conviciatus fuerat, non multo ante, cum ob fortuitum pedis dolorem alterum ei crus a medicis exsectum fuisset, miserabili exitu interierat. Sed et Arsacius, cum Ecclesiam Constantinopolitanam brevi temporis spatio administrasset, ex hac luce migravit. Cujus successionem cum multi essent qui ambirent, quarto post obitum illius mense ordinatus est Atticus, ex presbytero cleri Constantinopolitani, qui unus fuerat ex Joannis insidiatoribus. Huic patria fuit Sebastia, urbs Armeniæ. Cæterum ab ineunte ætate in monastica philosophia institutus fuit a monachis Macedonianis, qui tunc temporis in hujus sapientiæ studio apud Sebastiam florebant, ex schola Eustathii progressi, quem episcopum simul et præstantissimorum monachorum patrem illic fuisse supra retulimus. Postea vero jam virilem ingressus ætatem, ad catholicam Ecclesiam se transtulit. Porro cum esset natura magis quam disciplina prudens, in rebus agendis summæ fuit dexteritatis, et ad struendas atque evitandas insidias solertissimus. Moribus autem blandus fuit, ita ut plerisque gratus esset. In concionibus vero ecclesiasticis mediocris, adeo ut sermones illius, nec digni qui exscriberentur, nec prorsus eruditionis expertes auditoribus viderentur. Nam cum studiosus esset elegantiæ, si-

[1] Socr., lib. VI, c. 19, 20.

## VALESII ANNOTATIONES.

(2) *Δημητρίου, Κυριακοῦ, Εὐλυσίου καὶ Παλλαδίου.* Horum quatuor episcoporum mentio fit a Palladio in *Dialogo de vita Chrysostomi*, et a Joanne Chrysost. in epistola 148. Ex iis Demetrius Pessinuntis episcopus, primo a Joanne missus fuerat ad Innocentium, ut ipse testatur in epistola ad eumdem Innocentium. Postea vero iterum Romam venit peragrato Oriente, ut scribit Palladius. Eulysius Apameæ episcopus fuit, Palladius vero Helenopoleos. Cyriacus autem cujus urbis fuerit episcopus, mihi quidem incompertum est. Emisenus episcopus dici videtur a Palladio in fine Dialogi, ubi agit de exsiliis episcoporum. Porro hi quatuor D episcopi ab Innocentio papa postea missi sunt ad Arcadium imperatorem una cum aliis quinque episcopis et duobus presbyteris Ecclesiæ Romanæ, ut legitur apud Palladium et Sozomenum nostrum.

(3) *Ἐμμελὴς γὰρ ὤν.* Apud Nicephorum scribitur ἐπιμελής. Cæterum Palladius, in *Dialogo de vita Chrysostomi*, Atticum prorsus imperitum fuisse scribit sacrarum Litterarum. Sed fortasse Palladio haudquaquam habenda est fides; quippe qui Atticum oderat, utpote adversarium Joannis Chrysostomi.

## VARIORUM.

[1] *Τὰ γὰρ καλῶς πραχθέντα.* Ad hæc verba notavit Petrus de Marca, servandorum canonum studium eo Romanos impulisse, ut satius duxerint in specie proposita scissionem Ecclesiæ perpeti, quam connivere ut canonibus aperta vis inferretur. *De concordia*, part. I, pag. 148.

Digitized by Google

quando tempus nactus fuerat, probatissimos quosque veterum scriptores lectitabat. Et quoniam indoctus esse videbatur, cum de illis dissereret, ipsos etiam doctos plerumque latuit. Porro erga suæ opinionis homines gnavus atque industrius fuisse dicitur : iis vero qui diversam sectam sequebantur terribilis. Ita ut quoties volebat, metum illis incuteret : rursus vero mutatus, mitis in eos appareret. Atque hunc quidem ejusmodi fuisse dicunt ii qui illum probe norant. Joannes vero etiam in exsilio degens magis inclaruit. Nam cum pecuniis abundaret, quas cum alii multi **363** afferebant, tum Olympias diaconissa ad eum mittebat, plurimos captivos ab Isauris redemit, ac suis restituit. Multis etiam egentibus necessaria subministrabat. Eos vero quibus pecuniis opus non erat, oratione sibi conciliabat. Eratque admodum charus tum Armeniis apud quos degebat, tum finitimis omnibus. Multi quotidie ad eum confluebant ex urbe Antiochia, et ex reliqua Syria ac Cilicia.

A σπουδαῖος εἶναι· τοῖς δὲ ἑτεροδόξοις φοβερός. Καὶ ῥᾳδίως μὲν αὐτοῖς ἡνίκα βούλοιτο, δέος ἐμποιεῖν· αὖθις δὲ μεταβαλλόμενος, πρᾶος φαίνεσθαι. Καὶ τὸν μὲν, τοιόνδε γενέσθαι φασὶν, οἵ γε τὸν ἄνδρα ἔγνωσαν. Ὁ δὲ Ἰωάννης καὶ φεύγων, ἐπισημότερος ἐγένετο· χρημάτων γὰρ ἔχων ἀφθονίαν, ἄλλων τε πολλῶν προσφερόντων, καὶ Ὀλυμπιάδος τῆς διακόνου πεμπούσης, πολλοὺς αἰχμαλώτους παρὰ τῶν Ἰσαύρων ὠνεῖτο, καὶ τοῖς ἰδίοις ἀπεδίδου· πολλοῖς δὲ δεομένοις τὰ ἀναγκαῖα ἐχορήγει· οἷς δὲ οὐδὲν ἔδει χρημάτων, τῷ λόγῳ προσήγετο· καὶ εἰς ἄγαν κεχαρισμένος ἐτύγχανεν, Ἀρμενίοις τε παρ' οἷς ἦν, καὶ B τοῖς πλησιοχώροις. Πλεῖστοι δὲ πρὸς αὐτὸν ἐφοίτων ἀπό τε Ἀντιοχείας, καὶ τῆς ἄλλης Συρίας καὶ Κιλικίας.

## CAP. XXVIII.

*Quomodo Innocentius episcopus Romanus impense studuerit ut collecta synodo Joannem revocaret; et de legatis ab eo missis ad inquirendum; et de morte Joannis Chrysostomi.*

Porro Innocentius Romanæ urbis episcopus, cum sicut ante scripserat, impense studeret ut Joannes restitueretur; una cum episcopis qui ex Oriente legati ad eum venerant, misit episcopos quinque, et duos Ecclesiæ Romanæ presbyteros, ad Honorium et Arcadium Augustos, qui synodum ejusque celebrandæ tempus ac locum postularent [1]. Verum hi qui apud Constantinopolim Joanni infensi erant, quasi in contumeliam Orientalis imperii hæc acta essent, calumniari cœperunt. Atque hos quidem, utpote qui externo imperatori molesti fuissent, cum ignominia dimitti curarunt. Ipsum vero Joannem edicto imperatoris longius transferri ad oppidum Pityuntem perfecerunt. Milites igitur confestim advenientes, edictum executioni mandarunt. Cæterum aiunt Joannem, cum a militibus abduceretur, in itinere diem obitus sui prævidisse, apparente ipsi Basilisco martyre in oppido Armeniæ Comanis. Quo in loco cum vires ei ad iter faciendum deficerent, capitis enim dolore laborabat, nec solis radios perferre posset, ex morbo interiit.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

*Ὡς διὰ σπουδῆς ἦν Ἰνοκεντίῳ τῷ Ῥώμης, διὰ συνόδου τὸν Ἰωάννην ἐπαγαγεῖν· καὶ περὶ τῶν πεμφθέντων παρ' αὐτοῦ ἐπὶ ἐξετάσει· καὶ περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ Χρυσοστόμου Ἰωάννου.*

Ἰνοκέντιος δὲ ὁ Ῥώμης ἐπίσκοπος, καθὰ πρότερον ἔγραψεν, ἐπανελθεῖν αὐτὸν σπουδάζων, σὺν τοῖς ἐκ τῆς Ἕω (4) περὶ τούτου πρεσβευομένοις ἐπισκόποις, πέπομφεν ἐπισκόπους πέντε, καὶ πρεσβυτέρους δύο τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας πρὸς Ὁνώριον καὶ Ἀρκά- C διον τὸν βασιλέα, σύνοδον αἰτήσοντας, καὶ καιρὸν ταύτης καὶ τόπον. Οἱ δὲ ἐπὶ Κωνσταντινουπόλεως ἀπεχθανόμενοι Ἰωάννῃ, ὡς ἐπὶ ὕβρει τῆς ἐνταῦθα βασιλείας τούτων γενομένων, διαβολὴν κατεσκεύασαν· καὶ τοὺς μὲν ὡς ὑπερορίαν ἀρχὴν ἐνοχλήσαντας, ἀτίμως ἐκπεμφθῆναι παρεσκεύασαν· αὐτὸν δὲ Ἰωάννην ψήφῳ βασιλέως πορρωτέρω μετοικισθῆναι εἰς Πιτυοῦντα κατώρθωσαν· ἐν τάχει τε παραγενόμενοι στρατιῶται, τοῦτο ἐπετέλουν. Φασὶ δὲ αὐτὸν ὑπὸ τούτων ἀγόμενον, καθ' ὁδὸν προϊδεῖν τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ τελευτᾷν ἔμελλεν, ἐπιφανέντος αὐτῷ Βασιλίσκου τοῦ μάρτυρος ἐν Κωμάνοις τῆς Ἀρμενίας· ἔνθα δὴ μηκέτι πρὸς τὴν ὁδὸν ἀντισχὼν, ἤλγει γὰρ τὴν κεφαλὴν, καὶ τὴν ἀκτῖνα τοῦ ἡλίου φέρειν οὐχ οἷός τε ὢν, νόσῳ τὸν βίον μετήλλαξεν.

[1] Socr., lib. VI, c. 21.

## VALESII ANNOTATIONES.

(4) *Σὺν τοῖς ἐκ τῆς Ἕω.* Innocentius cum ad Arcadium imperatorem quinque episcopos mitteret et duos presbyteros Ecclesiæ Romanæ, qui suas et imperatoris Honorii litteras ei offerrent, misit una cum illis quatuor episcopos Orientis, Demetrium, Cyriacum, Eulysium ac Palladium, qui pro causa Joannis Chrysostomi ad ipsum venerant, ut scribit Palladius in *Dialogo de vita Chrysostom*i et ex eo Nicephorus.

Digitized by Google

# ΕΡΜΕΙΟΥ ΣΩΖΟΜΕΝΟΥ

ΣΑΛΑΜΙΝΙΟΥ

# ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

## ΤΟΜΟΣ Θ'.

# HERMIÆ SOZOMENI

SALAMINII

# ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

## LIBER IX.

### ΚΕΦΑΛ. Α'.

A

*Περὶ τῆς Ἀρκαδίου τελευτῆς, καὶ τοῦ Νέου Θεοδοσίου ἀρχῆς, καὶ περὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ· καὶ περὶ τῆς εὐσεβείας, καὶ ἀρετῆς καὶ παρθενίας Πουλχερίας τῆς βασιλίδος, καὶ περὶ τῶν θεοφιλῶν ταύτης ἔργων, καὶ ὡς τὸν βασιλέα πρεπόντως ἀνῆγε.*

Τὰ μὲν δὴ κατὰ Ἰωάννην ὧδε ἔσχε. Μετ' οὐ πολὺ δὲ τῆς τούτου τελευτῆς, τρίτον ἔτος ἤδη Ἀττικοῦ διανύοντος τὴν Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκοπὴν, Βάσσου καὶ Φιλίππου ὑπατευόντων, τελευτᾷ τὸν βίον Ἀρκάδιος, διάδοχον τῆς ἡγεμονίας Θεοδόσιον τὸν υἱέα καταλιπὼν, ἀρτίως γάλακτι τρέφεσθαι πεπαυμένον· θυγατέρας δὲ, Πουλχερίαν καὶ Ἀρκαδίαν καὶ Μαρίναν, ἔτι κομιδῇ νέας. Ἣ μοι δοκεῖ μάλιστα τὸν Θεὸν ἐπιδεῖξαι, μόνην εὐσέβειαν ἀρκεῖν πρὸς σωτηρίαν τοῖς βασιλεύουσιν· ἄνευ δὲ ταύτης, μηδὲν εἶναι B στρατεύματα καὶ βασιλέως ἰσχὺν (5), καὶ τὴν ἄλλην παρασκευήν. Ἐπεὶ οὖν εὐσεβέστατον τὸν βασιλέα ἔσεσθαι προεῖδεν ἡ τῶν ὅλων οἰκουρὸς θεία δύναμις (6), ἐπίτροπον αὐτοῦ καὶ τῆς ἡγεμονίας κατέστησε Πουλχερίαν τὴν ἀδελφήν. Ἡ δὲ, οὔπω πεντεκαιδέκατον ἔτος ἄγουσα, ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν σοφώτατον καὶ θεῖον ἔλαβε νοῦν. Καὶ πρῶτα μὲν τὴν αὐτῆς παρθενίαν τῷ Θεῷ ἀνέθηκε, καὶ τὰς ἀδελφὰς ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἐπαιδαγώγησε βίον, ὅπως μὴ ἄλλον ἄνδρα ἐπεισαγάγῃ τοῖς βασιλείοις, καὶ ζήλου καὶ ἐπιβουλῆς πᾶσαν ἀνέλῃ ἀφορμήν. Ἐπιβεβαιοῦσα δὲ τὰ δόξαντα, καὶ Θεὸν αὐτὸν, καὶ ἱερέας, καὶ πάντα ἀρχόμενον μάρτυρας ποιουμένη τῶν αὐτῇ βεβουλευμένων, ἐκ χρυσοῦ καὶ λίθων τιμίων θαυμάσιόν τι χρῆμα θεα- C

### 364 CAP. I.

*De morte Arcadii, et de imperio Theodosii Junioris, ac de sororibus ejusdem. Item de pietate, virtute ac virginitate Pulcheriæ Augustæ; et de religiosis actibus illius: et quam recte Theodosium imperatorem educaverit.*

Res quidem Joannis hujusmodi fuere. Cæterum haud ita diu post ejus mortem, cum Atticus annum tertium ageret in episcopatu Constantinopolitano, Basso et Philippo consulibus, Arcadius finem vivendi fecit, successore imperii relicto Theodosio filio, qui tum recens erat ablactatus; filiabus autem Pulcheria, Arcadia et Marina relictis, adhuc adolescentulis[1]. Qua quidem re vel maxime declarasse mihi videtur Deus, solam pietatem imperatoribus ad salutem sufficere: sine illa vero nec exercitus, nec imperatoris robur, nec reliquum apparatum quidquam prodesse. Nam cum hujus universi custos divina virtus, imperatorem religiosissimum fore prævidisset, curatricem illius ac totius imperii constituit Pulcheriam sororem. Quæ licet nondum quindecim annos nata, supra ætatem tamen sapientem ac vere divinum sensum accepit. Ac primum quidem suam ipsius virginitatem Deo consecravit, et sorores suas ad idem vivendi genus informavit, ne quem alium virum in palatium introduceret, utque æmulationis et insidiarum occasionem omnem excluderet. Denique ut ea quæ decreverat amplius confirmaret, Deumque ac sacerdotes, et subditos omnes, testes haberet actorum suorum, ex auro et pretiosis

[1] Socr., lib. VI, c. 23.

### VALESII ANNOTATIONES.

(5) *Καὶ βασιλέως ἰσχύν.* Vide num melius sit βασιλείας.

(6) *Ἡ τῶν ὅλων ὑπουργὸς θεία δύναμις.* Sic edidit Robertus Stephanus, cum in codice Regio quem typis suis expressit, legeretur οἰκουργός: Verum in codice Fuketiano οἰκουρὸς scribitur, optime. Ac profecto miror Robertum Stephanum id non vidisse.

Digitized by Google

lapidibus admirabile quoddam donarium, operum quæ spectantur longe pulcherrimum, sacram **365** mensam in ecclesia Constantinopolitana pro virginitate sua et pro fratris imperio dedicavit. Et in fronte ipsius mensæ, ut cunctis conspicua essent, hæc eadem inscripsit. Postquam vero principatus curam suscepit, orbem Romanum optime ac decentissime gubernavit: quippe quæ recte consuleret, et consulta celeriter exsequeretur ac scriberet. Nam et loqui et scribere eleganter callebat, tam Græco quam Latino sermone. Omnium vero quæ gerebantur, laudem ad fratrem referebat. Dabatque operam ut disciplinis ad ætatis captum accommodatis, regaliter, quantum fieri posset, educaretur. Et artem quidem equitandi, armorum quoque ac litterarum scientiam, ab hujusmodi rerum peritis discebat. Ut vero in processibus graviter ac pro imperatoria majestate se gereret, a sorore instituebatur: quomodo vestem gestare deberet: quomodo sedendum, et qualiter incedendum esset: quomodo risum continere, et pro loco ac tempore nunc mitis, nunc formidabilis esse deberet, et eos qui ab ipso aliquid peterent, decenter audire. Sed præcipue eum ad pietatem informabat, assuefaciens illum ut assidue oraret, et ecclesias adiret, easque donariis ac pretiosis muneribus ornaret: ut sacerdotes, omnesque viros bonos, et eos qui Christianorum legibus atque institutis philosopharentur, in pretio haberet. Præterea cum per adulterina dogmata religio turbanda esse videretur, ipsa studiose ac sapienter prospexit. Certe quod novæ hæreses nostra ætate minime prævaluerint, illam in causa fuisse reperiemus, sicut in sequentibus cognoscetur apertius. Porro cum Deum maxima religione coleret, prolixum fuerit recensere, apud quos illa, et quot ecclesias magnifice construxerit: quot diversoria pauperum ac peregrinorum; quot denique monasteria constituerit, perpetuis sumptibus ad hæc destinatis, et annona ad alendos eos qui illic manerent. Quod si quis ex rebus ipsis veritatem scrutari malit, quam verbis meis credere, inveniet profecto, me nec falso, nec ad gratiam ista scribere: dum harum rerum notitiam, a procuratoribus bonorum illius perscriptam legerit, et ex scriptis exploraverit num res ipsæ cum verbis nostris consentiant. Si cui vero hæc per se sola non sufficiunt, at certe Deus illi fidem faciat, qui illam ob vitæ sanctimoniam adeo charam habet et acceptam, ut eam orantem celeriter exaudiat, ac sæpenumero quæ gerenda sunt ei prænuntiet. Neque enim Dei amorem ac benevolentiam hominibus

μάτων κάλλιστον, ὑπὲρ τῆς ἰδίας παρθενίας καὶ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ ἡγεμονίας, ἱερὰν ἀνέθετο τράπεζαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως· καὶ ἐπὶ τοῦ μετώπου τῆς τραπέζης, ὡς ἂν πᾶσιν ἔκδηλα ᾖ, τάδε ἐπέγραψεν. Ὑπεισελθοῦσα δὲ τῆς ἡγεμονίας τὴν φροντίδα, ἄριστα καὶ ἐν κόσμῳ πολλῷ τὴν Ῥωμαίων οἰκουμένην διῴκησεν· εὖ βουλευομένη, ὡς ἐν τάχει τὰ πρακτέα ἐπιτελοῦσα καὶ γράφουσα (7). Ἠκρίβωτο γὰρ λέγειν, καὶ γράφειν ὀρθῶς κατὰ τὴν Ῥωμαίων καὶ Ἑλλήνων φωνήν. Τῶν δὲ πραττομένων τὴν δόκησιν εἰς τὸν ἀδελφὸν ἀνέφερε· καὶ ἐπεμελεῖτο, ὡς ἂν μάλιστα βασιλικῶς ἀναχθείη τοῖς καθ' ἡλικίαν παιδευομένοις μαθήμασιν. Ἀλλ' ἱππικὴν μὲν καὶ τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις καὶ τοῖς λόγοις ἄσκησιν, παρὰ τῶν ἐπιστημόνων ἐξεδιδάσκετο. Περὶ δὲ τὰς προόδους κόσμιος εἶναι καὶ βασιλικὸς, παρὰ τῆς ἀδελφῆς ἐρρυθμίζετο· ἐσθῆτα ᾗ χρὴ περιστέλλειν μανθάνων, καὶ τρόπῳ τίνι καθῆσθαι, καὶ βαδίζειν, καὶ γέλωτος κρατεῖν, καὶ πρᾶος καὶ φοβερὸς ἐν καιρῷ εἶναι, καὶ ἁρμοδίως πυνθάνεσθαι τῶν περί του δεομένων. Οὐχ ἥκιστα δὲ εἰς εὐσέβειαν αὐτὸν ἦγε, συνεχῶς εὔχεσθαι, καὶ ταῖς ἐκκλησίαις φοιτᾷν ἐθίζουσα· καὶ ἀναθήμασι καὶ κειμηλίοις τοὺς εὐκτηρίους οἴκους γεραίρειν· καὶ ἐν τιμῇ ἔχειν τοὺς ἱερέας, καὶ ἄλλους ἀγαθοὺς ἄνδρας, καὶ τοὺς νόμῳ Χριστιανῶν φιλοσοφοῦντας. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὑπὸ νόθων δογμάτων νεωτερίζεσθαι κινδυνευούσης τῆς θρησκείας, σπουδῇ καὶ σοφῶς προὔστη. Καὶ τοῦ μὴ καινὰς αἱρέσεις ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις κρατεῖν, μάλιστα αὐτὴν αἰτίαν εὑρήσομεν, ὡς ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα εἰσόμεθα. Δέει δὲ πολλῷ τὸ Θεῖον θρησκεύουσα, μακρὸν ἂν εἴη παρὰ τίσι λέγειν, καὶ πόσους εὐκτηρίους οἴκους μεγαλοπρεπῶς ἐτεκτήνατο· πόσα δὲ καταγώγια πτωχῶν καὶ ξένων, καὶ μοναστικὰς συνοικίας συνεστήσατο, διηνεκῆ τάξασα τὴν εἰς ταῦτα δαπάνην, καὶ τὸ σιτηρέσιον τῶν ἐνοικούντων. Εἴ τῳ δὲ φίλον ἐκ τῶν πραγμάτων πειρᾶσθαι τῆς ἀληθείας, καὶ μὴ τοῖς ἐμοῖς πείθεσθαι λόγοις, μαθήσεται μὴ ψευδῶς, μηδὲ πρὸς χάριν με τάδε συγγράφειν, εἰ παρὰ τῶν ἐπιτροπευόντων τὸν αὐτῆς οἶκον ἀνάγραπτον οὖσαν διέλθοι τῶν τοιούτων γνῶσιν, καὶ παρὰ τῶν γεγραμμένων (8) πύθοιτο, εἰ τῇ γραφῇ συνᾴδει τὰ πράγματα. Ὧ δὲ μὴ ταῦτα μόνα πρὸς πίστιν ἀρκεῖ, πιστούσθω καὶ Θεὸς αὐτὸς, πάντως που διὰ τὴν πολιτείαν κεχαρισμένην αὐτὴν ἔχων· ὡς εὐχομένης ἑτοίμως ὑπακούειν, καὶ πολλάκις αὐτῇ περὶ τῶν πρακτέων προφαίνεσθαι. Οὐ γὰρ ἂν φαίην ποτὲ θεοφίλειαν παραγίνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις, ἢν μὴ σφᾶς ἀξίους ταύτης διὰ τῶν ἔργων παρέχωσιν. Ἀλλ' ὅσα μὲν τῶν καθ' ἕκαστον εἰς ἀπόδειξιν ἧκεν, ἐπιδεικνύντων θεοφιλῆ εἶναι τὴν τοῦ βασιλέως ἀδελφὴν, ἑκὼν παρήσω τέως, μὴ καὶ μωμήσηταί τις ὡς ἕτερα πραγματευόμενος, εἰς ἐγκω-

## VALESII ANNOTATIONES.

(7) *Τὰ πρακτέα καὶ γράφουσα.* Post vocem *πρακτέα*, codex Fuketianus interserit verbum ἐπιτελοῦσα, quemadmodum Christophorsonus in quibusdam exemplaribus scriptum invenerat. Apud Nicephorum tamen, in cap. 2 lib. xiv, non legitur hoc verbum; quod tamen non otiosum mihi videtur hoc loco, modo particulam conjunctivam addamus. Laudat enim Pulcheriam Sozomenus duplici nomine, tum quod celeriter perspiceret quid agendum esset, tum quod consulta exsequeretur.

(8) *Περὶ τῶν γεγραμμένων.* Procul dubio scribendum est *παρά*.

Digitized by Google

μίων νόμον ἐτράπην. Ὁ δέ μοι καὶ κατ' αὐτὸν (9), ἐκκλησιαστικῆς τε ἱστορίας ἴδιον εἶναι δοκεῖ, καὶ θεοφιλείας αὐτῆς περιφανὴς ἔλεγχος, αὐτόθεν ἐρῶ, εἰ καὶ χρόνῳ ὕστερον συνέβη. Ἔχει δὲ ὧδε.

A unquam conciliari dixerim, nisi illi operibus suis dignos se amore illo præstiterint. Ac singula quidem ex quibus demonstrari potest Deo charam esse imperatoris sororem, **366** libens hic prætereo, ne quis forte calumnietur me, qui aliud scribendi argumentum susceperim, ad laudes et encomia divertere. Illud vero quod per seipsum et ecclesiasticæ historiæ congruum esse mihi videtur, et divini in illam amoris perspicuum argumentum, hoc loco commemorabo, quamvis aliquanto post acciderit. Est autem hujusmodi.

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

*Περὶ τῆς εὑρέσεως τῶν λειψάνων τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα μαρτύρων.*

Γυνή τις Εὐσεβία τοὔνομα, διάκονος τῆς Μακεδονίου αἱρέσεως, οἴκημα καὶ κῆπον εἶχε πρὸ τοῦ τείχους τῆς Κωνσταντινουπόλεως· καὶ ἱερὰ λείψανα ἐνθάδε ἐφύλαττε τῶν ἐν Σεβαστείᾳ τῆς Ἀρμενίας κατὰ τοὺς Λικινίου χρόνους μαρτυρησάντων τεσσαράκοντα στρατιωτῶν[u]. Μέλλουσα δὲ τελευτᾷν, κατέλιπε τὸν προειρημένον τόπον μοναχοῖς ὁμοδόξοις, καὶ μεθ' ὅρκων αὐτῶν ἐδεήθη ἐκεῖσε ταφῆναι· ὑπὲρ δὲ κεφαλῆς ἐπὶ τῷ ἄκρῳ τῆς αὐτῆς σορὸν ἰδίᾳ ξέσαι, καὶ συγκαταθέσθαι αὐτῇ τῶν μαρτύρων τὰ λείψανα, καὶ μηδενὶ καταμηνῦσαι. Καὶ οἱ μὲν ὧδε ἐποίουν. Ὥστε δὲ τῆς προσηκούσης θεραπείας μεταλαγχάνειν τοὺς μάρτυρας· καὶ τοὺς ἔξωθεν ἀγνοεῖν· κατὰ τὰ συντεθειμένα πρὸς Εὐσεβίαν, εὐκτήριον οἶκον ὑπὸ γῆν ἐτεκτήναντο περὶ τὴν αὐτῆς θήκην· εἰς δὲ τὸ προφανὲς, οἴκημα ὑπεράνω πλίνθοις ὀπταῖς τὸ ἔδαφος ἠμφιεσμένον, καὶ καταβάσιον ἐκ τούτου λανθάνον ἐπὶ τοὺς μάρτυρας. Μετὰ δὲ ταῦτα Καισάριος ἀνὴρ τῶν τότε ἐν δυνάμει, ὃς καὶ ὑπάτου καὶ ὑπάρχου εἰς ἀξίαν προῆλθε, θανοῦσαν αὐτοῦ τὴν γαμετὴν παρὰ τὴν Εὐσεβίας σορὸν ἔθαψε. Τοῦτο γὰρ ἔτι περιούσαις αὐταῖς συνέδοξεν, ὑπερφυῶς κεχαρισμέναις ἀλλήλαις, καὶ περὶ τὸ δόγμα καὶ τὴν θρησκείαν ὁμοφρονούσαις. Ἐντεῦθεν πρόφασις ἐγένετο Καισαρίῳ κτήσασθαι τοῦτον τὸν τόπον, ὡς ἂν καὶ αὐτὸς πλησίον τῆς γαμετῆς ταφείη. Οἱ δὲ προειρημένοι μοναχοὶ, ἀλλαχῇ μετῳκίσθησαν, μηδὲν περὶ τῶν μαρτύρων ὁμολογήσαντες. Καταπεσόντος δὲ τοῦ οἴκου μετὰ ταῦτα, γῆς τε καὶ φορυτοῦ ἐπιβληθέντος, πᾶς ὁ τῇδε τόπος ἐξωμαλίσθη· καθότι αὐτὸς Καισάριος εἰς τιμὴν Θύρσου τοῦ μάρτυρος, μεγαλοπρεπῆ ναὸν τῷ Θεῷ ἐνθάδε ἀνέστησεν. Ὡς ἔοικε δὲ, ἐπιμελῶς ὧδε ἀφανισθῆναι τὸν προειρημένον τόπον, καὶ τοσοῦτον προ-

## CAP. II.

*De inventione reliquiarum sanctorum quadraginta martyrum.*

Mulier quædam, Eusebia nomine, diaconissa sectæ Macedonianæ, ædes et hortum habebat haud procul a mœnibus urbis Constantinopolitanæ. Illic B sacras reliquias custodiebat quadraginta militum illorum, qui olim, regnante Licinio, martyrium perpessi erant Sebastiæ. Quæ cum moritura jam esset, supradictum locum monachis ejusdem sectæ reliquit, et jurejurando eos obstrinxit, ut ipsam illic sepelirent, ac supra caput in summa parte loculum ipsius separatim inciderent, et martyrum reliquias una cum ipsa deponerent, nec ulli rem indicarent. Ac monachi quidem id quod mandatum erat fecerunt. Verum ut martyres debito cultu afficerentur, et res nihilominus, sicuti Eusebiæ polliciti fuerant, extraneos lateret, oratorium sub terra circa mulieris tumulum ædificarunt : superne vero habitaculum construxerunt, cujus solum coctis lateribus constratum erat, atque ex eo C descensum occultum ad martyres. Postmodum vero Cæsarius, vir ea tempestate potentissimus, quippe qui ad consulatum et ad præfecturam prætorii evectus fuerit, uxorem suam fato functam juxta Eusebiæ loculum sepelivit. Id enim ipsis, dum viverent, ex compacto placuerat; quippe quæ sese invicem maxime diligerent, et in fidei doctrina inter se consentirent. Hinc data est occasio Cæsario, locum illum sibi emendi, ut et ipse juxta conjugem suam sepeliretur. Supradicti vero monachi alium in locum migrarunt, nihil de martyribus indicantes. Posthæc collapso ædificio, humoque ac ruderibus superjectis, universus ille locus complanatus est. Nam Cæsarius in honorem Thyrsi D martyris, magnificam illic ecclesiam Deo ædificavit.

## VALESII ANNOTATIONES.

(9) *Ὁ δέ μοι καὶ κατ' αὐτόν.* Henricus Savilius duas postremas voces lineola subnotavit, tanquam suspectas et intellectu difficiles. Sensus tamen apertus est, si κατ' αὐτὸ legamus, ut in interpretatione mea apparet. Posset etiam non incommode scribi κατὰ ταὐτόν, vel κατὰ ταὐτό, id est *simul*. Quam lectionem magis probo.

## VARIORUM.

[u] *Μαρτυρησάντων τεσσαράκοντα στρατιωτῶν.* Horum martyrum nomina videre est apud Theod. Ruinart, *Act. mart.*, p. 581, et apud Bollandum. Passi sunt (ut omnes consentiunt) sub Licinio imperatore, Sebastæ in Armenia, circa annum CCCXX, quo tempore Licinii persecutio efferbuit, ut probat Antonius Pagi. Brevi post horum necem, ecclesiæ variis in provinciis in eorum honorem constructæ sunt. Quibus construendis occasionem præbuerunt eorumdem reliquiæ, quæ, teste Gregorio Nysseno, *in orbem terrarum ita divisæ sunt, ut ferme quælibet provincia benedictionem inde participet.* Reliquiarum inventionem Constantinopoli, de qua hic agit Sozomenus, commemorat auctor *Chronici paschalis*, ad annum 451. Ex variis SS. Patrum homiliis quæ de XL martyribus habentur, cæteris videtur anteponenda ea a Basilio Magno conscripta, quam Ruinartus exhibet loco supra citato.

Digitized by Google

Porro supra memoratum locum destrui, et tantum temporis spatium elabi, meo quidem judicio Deus de industria idcirco permisit, **367** ut et martyrum inventionem, et benevolentiam suam erga inventricem illorum, mirabiliorem atque illustriorem redderet. Inventrix autem illa fuit Pulcheria Augusta, soror imperatoris. Nam cum admirandus Thyrsus ter illi apparuisset, martyres qui sub terra latebant indicavit, utque ad ipsum transferrentur præcepit, ut eadem depositione, parique cultu quo ipse, fruerentur. Ipsi quoque quadraginta martyres candidis vestibus amicti, eodem tempore semetipsos ei indicarunt. Res porro ipsa fidem omnem transcendere, nec facile expediri posse videbatur. Nam nec antiquiores clerici illius Ecclesiæ, licet sæpius interrogati, nec alius quisquam, martyres indicare potuerunt. Tandem vero cunctis jam desperantibus, Polychronio cuidam presbytero, qui olim fuerat ex Cæsarii familiaribus, Deus in memoriam revocavit monachos illos qui olim locum incoluerant. Hic ergo ad clericos Macedonianorum profectus, eos de monachis interrogavit. Cumque omnibus jam defunctis, unicum ex illis superstitem reperisset, qui ad hoc ipsum servatus esse videbatur, ut quæsitos martyres indicaret: rogavit hominem ut sibi diceret, utrum sacras reliquias in supradicto loco reconditas nosset. Sed cùm illum ob pactum quod cum Eusebia pepigerant, nonnihil tergiversantem videret, divinam ei revelationem, et instantiam Augustæ, ipsorumque omnium desperationem exponit Polychronius. Tum ille vera esse confessus est, ea quæ Deus Augustæ revelaverat. Se namque, qui tunc admodum adolescens monasticam disciplinam sub senioribus præfectis illic didicisset, compertum habere, quod martyres juxta arcam Eusebiæ jacerent: nescire tamen utrum sub templo, an alibi, defossi sint; propterea quod multum temporis effluxerit, et prior loci facies in eam quæ nunc cernitur speciem commutata sit. Ad hæc Polychronius: Mihi vero, inquit, idem non accidit. Memini enim adesse me, tunc cum uxor Cæsarii sepeliretur, et ex adjacente via publica judicans, conjicio illam jacere circa ambonem, quod est pulpitum lectorum. Igitur, subjecit monachus, Eusebiæ arca juxta Cæsarii conjugem requirenda est. Nam et dum viverent, una erant ut plurimum: et ut mortuæ arcas vici-

ελθεῖν χρόνον ὁ Θεὸς ἐβούλετο, παραδοξοτέραν καὶ ἐπιφανεστέραν παρασκευάζων τῶν μαρτύρων τὴν εὕρεσιν, καὶ τῆς εὑρούσης τὴν θεοφίλειαν. Ἦν δὲ τοῦ κρατοῦντος ἡ ἀδελφὴ Πουλχερία ἡ βασιλίς. Ἐπιφανεὶς γὰρ αὐτῇ τρίτον ὁ θαυμάσιος Θύρσος, τοὺς ὑπὸ γῆν κρυπτομένους ἐμήνυσε, καὶ μετατίθεσθαι πρὸς ἑαυτὸν ἐκέλευσεν· ὥστε τῆς ὁμοίας θέσεως καὶ τιμῆς μετέχειν. Ἅμα δὲ καὶ αὐτοὶ οἱ τεσσαράκοντα χλανίδας ἠμφιεσμένοι λαμπράς, καταδήλους αὐτῇ σφᾶς ἐποίησαν. Ἐδόκει δὲ πίστεως εἶναι κρεῖττον τὸ πρᾶγμα, καὶ παντελῶς ἄπορον. Οὔτε γὰρ οἱ παλαιότεροι τῶν ἐνθάδε κληρικῶν πολλάκις ἐρωτηθέντες, οὔτε ἄλλος οὐδεὶς καταμηνύειν εἶχε τοὺς μάρτυρας. Τὸ δὴ τελευταῖον, πάντων ἀμηχανούντων, Πολυχρονίῳ τινὶ πρεσβυτέρῳ, πάλαι γενομένῳ τῶν Καισαρίου οἰκείων, ἄγει τὸ θεῖον εἰς νοῦν τούς ποτε τὸν τόπον οἰκήσαντας μοναχούς. Καὶ παρὰ τοὺς Μακεδονιανῶν κληρικοὺς ἐλθών, ἐπυνθάνετο περὶ αὐτῶν. Ἤδη δὲ πάντων τετελευτηκότων, ἕνα μόνον περιόντα εὑρὼν ὡς ἐπὶ μηνύσει τῶν ἐπιζητουμένων μαρτύρων ἔτι πεφυλαγμένον ἐν ζῶσιν, ἐδεῖτο φράζειν, εἴγε ἱερὰ λείψανα εἶδεν ὑπὸ τὸν δηλωθέντα χῶρον κρυπτόμενα. Ἐπεὶ δὲ διὰ τὰς πρὸς Εὐσεβίαν συνθήκας, ἰδὼν αὐτὸν Πολυχρόνιος ὑποπαραιτούμενον, καὶ τὴν θείαν ἐπιφάνειαν ἐδήλωσε, καὶ τῆς βασιλίδος τὰς ὀχλήσεις, καὶ αὐτῶν τὴν ἀμηχανίαν, συνωμολόγησεν ἀληθῆ τὸν Θεὸν ἐπιδεῖξαι τῇ κρατούσῃ· βούπαιδα γάρ τότε ὄντα, καὶ ὑπὸ γέροντας ἡγουμένους τὴν μοναστικὴν ἐκδιδασκόμενον, ἀκριβῶς ἐπίστασθαι, μάρτυρας κεῖσθαι περὶ τὴν Εὐσεβίας σορόν· μὴ εἰδέναι μέντοι, πότερον ὑπὸ τέμενος, ἢ ἑτέρωθι κατορωρυγμένοι εἰσί, τῷ πολὺν παρελθεῖν χρόνον, καὶ τὴν προτέραν ὄψιν τοῦ τόπου εἰς τὸ νῦν φαινόμενον ἀμειφθῆναι. Καὶ μήν, ἔφη Πολυχρόνιος, οὐ τὸ αὐτὸ πέπονθα. Μέμνημαι γὰρ παρατυχὼν τῇ ταφῇ τῆς Καισαρίου γαμετῆς· καὶ ἀναλογιζόμενος ἐκ τῆς πέλας παρακειμένης λεωφόρου, εἰκάζω αὐτὴν κεῖσθαι περὶ τὸν ἄμβωνα (10)· βῆμα δὲ τοῦτο τῶν ἀναγνωστῶν. Οὐκοῦν, ὑπολαβὼν ὁ μοναχὸς εἶπε, καὶ τῆς Εὐσεβίας σορὸν παρὰ τὴν Καισαρίου γαμετὴν ζητητέον· καθότι καὶ περιοῦσαι τὰ πολλὰ συνῆσαν ἀλλήλαις, καὶ θανοῦσαι συνέθεντο ἅμα τὰς θήκας ἔχειν. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὰ εἰρημένα ὀρύττειν ἔδει, καὶ τὰ ἱερὰ λείψανα ἀνιχνεύειν, μαθοῦσα ταῦτα ἡ βασιλίς, προσέταξεν (11) ἔχεσθαι τοῦ ἔργου. Ἀνορυγέντος τε τοῦ περὶ τὸν ἄμβωνα χώρου, εὑρέθη ἡ τῆς Καισαρίου γαμετῆς θήκη, καθὼς συνέβαλε Πολυχρόνιος· ὀλίγον

## VALESII ANNOTATIONES.

(10) *Περὶ τὸν ἄμβωνα.* Hujus vocabuli expositionem subdit Sozomenus, βῆμα δὲ τοῦτο τῶν ἀναγνωστῶν. Latini pulpitum vocant, quod medium est inter altare et capsum ecclesiæ. Interdum tamen Latini ambonem vocant. Est tamen vox Græca, et ἀπὸ τοῦ ἀναβαίνειν dicitur, ut docet auctor *Etymologici*. Quare fallitur Valafridus Strabo, qui ab ambiendo, ambionem dici existimavit. Porro notandum est quod ait Sozomenus, sepulcrum uxoris Cæsarii fuisse in ecclesia circa ambonem, id est extra altare. Nam intra altare, quem nos vulgo chorum vocamus, soli fere sacerdotes humabantur aut martyres. Laici vero extra urbem in cœmeteriis humari solebant. Soli ecclesiarum conditores, cujusmodi fuit Cæsarius, in ecclesiis quas condiderant humabantur. Sic Constantinus imperator sepultus est in basilica Apostolorum quam exstruxerat Constantinopoli, et quidem ad portam basilicæ, ut observavi in annotationibus Eusebianis.

(11) *Ἡ βασιλὶς προσέταξεν.* Non licebat effodere sepulcra mortuorum. Id enim gravissimum crimen habebatur, et proximum sacrilegio. Quare necesse fuit ut Pulcheria Augusta id fieri juberet.

Digitized by Google

δὲ διεστὼς ἐκ πλαγίου κατάστρωμα πλίνθων ὀπτῶν, A ἰσομέτρως τε τῇ τούτων περιβολῇ πλὰξ μαρμαρίνη· ὑφ' ἣν αὐτῆς Εὐσεβίας ἡ σορὸς ἀπεδείχθη, καὶ τὸ περὶ αὐτὴν εὐκτήριον, ἐπιεικῶς μάλα λευκοπορφύροις μαρμάροις ἠμφιεσμένον. Τὸ δὲ ἐπίθεμα τῆς θήκης, ὥσπερ εἰς ἱερὰν ἐξησκεῖτο τράπεζαν. Ἐπ' ἄκρου δὲ καθ' ὃ οἱ μάρτυρες ἔκειντο, τρύπημα μικρὸν (12) ἀνεφάνη. Παρεστὼς δέ τις τοῦ βασιλέως οἴκου, ῥάβδον λεπτὴν ἣν ἔτυχε κατέχων, διὰ τοῦ τρυπήματος καθῆκεν· καὶ ἀνιμήσας, τῇ ῥινὶ προσήγαγε, καὶ μύρον εὐωδίας (13) ὠσφράνθη. Ἐκ τούτου γε ἀγαθαὶ ἐλπίδες τοῖς ἐργαζομένοις, καὶ τοῖς ἐφεστῶσιν ἐγένοντο· καὶ σπουδῇ τὴν σορὸν ἀποκαλύψαντες, εὑρίσκουσι τὴν Εὐσεβίαν. Τὸ δὲ πρὸς κεφαλὴν αὐτῆς ἐξέχον τῆς θήκης, εἰς κιβωτοῦ σχῆμα περιεξεσμένον, B ἰδίῳ ἔνδοθεν ἐκαλύπτετο ἐπιθέματι· καὶ ἑκατέρωθεν αὐτῷ πρὸς τὰ χείλη σίδηρος ἐπικείμενος, συνεῖχε μολίβδῳ συμπεπηγώς. Ἐπὶ δὲ μέσου τὸ αὐτὸ τρύπημα πάλιν ἀναφανὲν, ἔτι σαφέστερον ἐδείκνυ ἔνδον ἔχειν τοὺς μάρτυρας. Ὡς δὲ ταῦτα ἠγγέλθη, συνέδραμον εἰς τὸ μαρτύριον (14), ἥ τε βασιλὶς καὶ ὁ ἐπίσκοπος· αὐτίκα δὲ διὰ τῶν ἐπιστημόνων περιαιρεθέντων τῶν σιδηρείων δεσμῶν, εὐπετῶς ἐξειλκύσθη τὸ ἐπίθεμα· ὑπὸ δὲ τοῦτο μύρα πολλὰ, καὶ ἐν τοῖς μύροις ἀλαβαστροθῆκαι ἀργυραῖ δύο εὑρέθησαν, ἐν αἷς τὰ ἱερὰ λείψανα ἔκειντο. Τότε μὲν οὖν ἡ βασιλὶς εὐχαριστήρια ηὔξατο τῷ Θεῷ, τοσαύτης ἐπιφανείας ἀξιωθεῖσα καὶ τῆς εὑρέσεως ἐπιτυχοῦσα τῶν ἱερῶν λειψάνων· μετὰ δὲ ταῦτα, πολυτελεστάτῃ θήκῃ τιμῶσα τοὺς μάρτυρας, παρὰ τὸν θεσπέσιον Θύρσον C κατέθετο, δημοτελοῦς ἑορτῆς, ὡς εἰκὸς, καὶ τῆς προσηκούσης τιμῆς καὶ πομπῆς σὺν ψαλμῳδίαις ἐπιτελεσθείσης, ᾗ καὶ αὐτὸς ἐγὼ παρεγενόμην. Καὶ τὰ μὲν ὧδε γενέσθαι, οἱ παρατυχόντες τῇ ἑορτῇ μαρτυρήσουσι· σχεδὸν γὰρ ἔτι πάντες περίεισι, καθότι πολλῷ ὕστερον συνέβη, Πρόκλου ἐπιτροπεύοντος τὴν Κωνσταντινουπόλεως Ἐκκλησίαν.

nas haberent, pactæ inter se fuerant. Cum igitur eo quo dictum erat loco fodiendum esset, et martyrum investigandæ reliquiæ, Augusta, ea re intellecta, jussit ut opus aggrederentur. Effossoque circa ambonem loco, reperta est arca conjugis Cæsarii, sicut Polychronius conjecerat. Et modico intervallo distans **368** ex transverso pavimentum coctorum laterum, et marmorea tabula magnitudine illi æqualis, sub qua ipsius Eusebiæ loculus apparuit, et quod circa illum loculum erat oratorium, albo purpurei marmoris crustis satis eleganter tectum. Operculum autem loculi, instar sacræ mensæ fabrefactum erat. In summa autem parte ubi martyres jacebant, exiguum foramen apparuit. Tum vero astans quidam ex imperatoris palatio, tenuem virgam quam manu gerebat, per foramen demisit. Quam cum retraxisset, naribus admovit, et unguenti odorem suavissimum olfecit. Ea res et operantibus, et iis qui astabant, animos addidit. Statimque detecto loculo, Eusebiam reperiunt. Id vero quod ad caput ejus eminebat, in arcæ formam undique dedolatum, proprio intus operculo tegebatur, et utrinque ad labra impositum ferrum plumbo solidatum operculum continebat. In medio vero foramen rursus apparens, adhuc manifestius ostendit, martyres intus conditos esse. Quæ cum nuntiata essent, confestim Augusta et episcopus, ad basilicam martyris accurrunt; ac protinus ferreis vinculis opera artificum circumquaque exemptis, operculum facile posthac extractum fuit. Sub quo magna copia unguentorum, et in his duæ pyxides argenteæ repertæ sunt, in quibus sacræ reliquiæ erant reconditæ. Ac tum quidem Augusta, facta oratione, gratias egit Deo, quod ipsam tanta visione dignatus esset, et quod sacras reliquias tandem reperisset. Postmodum vero, cum martyres pretiosissima capsa honorasset, eos juxta admirandum Thyrsum deposuit: publica festivitate, ut par erat, et solemni pompa cum psalmodiis et competenti cultu celebrata: cui ego quoque interfui. Et hæc quidem in hunc modum gesta esse, testabuntur hi qui festivitati interfuerunt: omnes enim ferme adhuc supersunt. Quippe hæc diu postea contigerunt, Proclo Constantinopolitanam Ecclesiam administrante.

## VALESII ANNOTATIONES.

(12) *Τρύπημα μικρόν.* Duplex erat foramen super martyrum reliquiis. Alterum exterius in altari vel in pavimento, sub quo conditæ erant reliquiæ. Alterum interius, in capsa seu arca qua reliquiæ claudebantur. Per hæc autem foramina quæ e regione sibi invicem respondebant, Christiani solebant demittere velamina, ut sanctorum reliquias contingerent, quæ pro magna benedictione accipiebant. Fenestellas vocat Evodius in libro primo *De miraculis sancti Stephani*, cap. 12. Et Gregorius Turonensis in libro primo *De miraculis confessorum*, cap. 28. In suggestione autem legatorum ad Hormisdam papam de petitione Justiniani, cataractæ dicuntur. Vide Baronium, *ad annum Christi* 416, cap. 21; et *ad annum* 461, cap. 5; et *ad annum* 519, cap. 93. De hoc foramine intelligendus videtur locus Nicetæ Paphlagonis in laudatione Hyacinthi martyris Amastriani, qui sic habet: Αὐτὸ δὲ τὸ τοῦ τάφου στόμα καὶ τὴν καλύπτουσαν λαρνακοειδῶς οἰκοδομίαν, ἀνάμεστα τοῦ D ἱεροῦ χοὸς, καὶ τῆς τιμίας ταύτης κονίας εὐθέως ἀποδείκνυται. *Ita ut os sepulcri et fabrica quæ illud tegebat, in modum arcæ composita (capellam intelligit), sacro pulvere et venerando illo cinere compleretur.* Ad hoc foramen referendus est etiam alter locus incerti auctoris in *Descriptione ecclesiæ Sanctæ Sophiæ*, quæ nuper edita est a Fr. Combefisio, pag. 255.

(13) *Μύρον εὐωδίας.* Non dubito quin scribendum sit μύρων εὐωδίας. Id enim postulat lex grammatica.

(14) *Συνέδραμον εἰς τὸ μαρτύριον.* Baronius ad annum Christi 438, quo anno nanc quadraginta martyrum translationem refert; hunc Sozomeni locum adducens, μαρτύριον ait esse quam nos vocamus confessionem. Sane Confessio beati Petri sæpius occurrit in vitis pontificum Romanorum, pro sepulcro beati Petri. Verum hoc loco μαρτύριον est basilica in honorem Thyrsi martyris ædificata.

Digitized by Google

**369** CAP. III.

*Iterum de virtute Pulcheriæ ac sororum ejus: et quam Deo charæ fuerint.*

Sed et aliis in rebus Deus id quod venturum erat, Augustæ sæpius prænuntiasse dicitur: multaque tum illi, tum sororibus accidisse fama est, quæ Dei erga illas amorem testarentur. Nam et illæ idem vivendi genus institutumque sectantur. Erga sacerdotes ac sacras ædes promptæ ac sedulæ: in peregrinos, egentes ac pauperes munificæ. Mensa ut plurimum eadem est omnibus, idemque processus. Noctu atque interdiu hymnos Deo simul canunt. Et prout honestarum mulierum consuetudo est, texendi et hujuscemodi operum studiosæ sunt. Otium ac desidiam, quamvis Augustæ, et in imperio natæ atque educatæ, sacra virginitate quam profitentur indignam esse censuerunt, et a vita sua procul amandarunt. Qua de causa cum Deus manifeste propitius esset, earumque domum præsidio suo tueretur, imperatoris quidem et ætas et imperium in dies crescebat. Insidiæ vero et bella, quæcunque adversus illum conflata erant, sua sponte discutiebantur.

CAP. IV.

*De fœdere Persarum, item de Honorio et Stilicone: et de rebus Romæ et in Dalmatia gestis.*

Etenim per id tempus, Persæ quidem cum ad bellum prorupissent, centum annorum inducias cum Romanis pepigere. Stilico vero, magister militum Honorii, cum in suspicionem venisset quod filium suum Eucherium Orientis imperatorem renuntiare vellet, a militibus qui Ravennæ erant, occiditur. Hic porro jam antea, superstite adhuc Arcadio, cum adversus duces illius inimicitias suscepisset, utrumque imperium inter se committere studuerat. Cumque Alarico Gothorum duci dignitatem magistri militum ab Honorio impetravisset, hortatus eum fuerat ut Illyricum occuparet. Et præmisso Jovio, qui præfectus prætorio per Illyricum erat constitutus, se quoque cum legionibus militum Romanorum illuc accursurum promisit ut eam provinciam sub Honorii ditionem redigeret. Et Alaricus quidem ex regione barbarica juxta Dalmatiam et Pannoniam, ubi degebat,
**370** assumptis Gothis qui ipsi parebant, in Epi-

A ΚΕΦΑΛ. Γ'.

*Ἔτι περὶ ἀρετῆς καὶ θεοφιλείας τῆς Πουλχερίας, καὶ τῶν αὐτῆς ἀδελφῶν.*

Λόγος δὲ καὶ ἐπὶ ἄλλοις πράγμασι πολλάκις τὸν Θεὸν προαναφανῆναι τὸ μέλλον τῇ βασιλίδι, καὶ πλεῖστα θεοφίλειαν μαρτυροῦντα συμβῆναι περὶ αὐτὴν καὶ τὰς αὐτῆς ἀδελφάς· ἐπεὶ καὶ αὗται τὸν ἴσον πολιτεύονται τρόπον, περὶ τοὺς ἱερέας, καὶ τοὺς εὐκτηρίους οἴκους σπουδάζουσαι, καὶ περὶ τοὺς δεομένους ξένους καὶ πτωχοὺς φιλοτιμούμεναι. Τράπεζα καὶ πρόοδος ὡς ἐπίπαν ἡ αὐτὴ πάσαις· κοινῇ τε νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τὸν Θεὸν ὑμνοῦσι· καὶ οἷος ἀξιαγάστων γυναικῶν νόμος, ὑφασμάτων καὶ τῶν τοιούτων ἔργων ἐπιμελοῦνται. Ῥᾳστώνην γὰρ καὶ ἀργίαν, καίπερ βασιλεύουσαι, καὶ ἐν τοῖς βασιλείοις B τεχθεῖσαι καὶ τραφεῖσαι, παρθενίας ἱερᾶς ἣν μετίασιν ἀναξίαν ἡγήσαντο, καὶ τοῦ οἰκείου βίου ἀφώρισαν. Διὰ ταῦτα δὲ προφανῶς ἵλεω ὄντος τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ αὐτῶν οἴκου ὑπερμαχοῦντος, τῷ μὲν κρατοῦντι τὰ τῆς ἡλικίας καὶ τῆς ἀρχῆς ἐπεδίδου· πᾶσα δὲ ἐπιβουλὴ, καὶ πόλεμος κατ' αὐτοῦ συνιστάμενος, αὐτομάτως διελύετο.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

*Περὶ τῶν σπονδῶν τῶν Περσῶν, καὶ περὶ Ὀνωρίου, καὶ Στελίχωνος, καὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ καὶ Δαλματίᾳ πραχθέντων.*

Τότε γοῦν Πέρσαι μὲν εἰς μάχην κεκινημένοι, ἑκατοντούτεις σπονδὰς πρὸς Ῥωμαίους ἔθεντο. Στελίχων [a] δὲ ὁ τῆς Ὀνωρίου στρατιᾶς ἡγούμενος, C ὕποπτος ὢν ὡς Εὐχέριον τὸν υἱέα τὸν ἑαυτοῦ σπουδάζων ἀναγορεῦσαι βασιλέα κατὰ τὴν Ἕω, κτίννυται παρὰ τῶν ἐν Ῥαβέννῃ στρατιωτῶν. Οὗτος δὲ πρότερον, ἔτι περιόντος Ἀρκαδίου, καταστὰς εἰς ἔχθραν τοῖς αὐτοῦ ἄρχουσιν, ἐβεβούλευτο παρ' ἑαυτὰ συγκροῦσαι τὰ βασίλεια (15). Καὶ στρατηγοῦ Ῥωμαίων ἀξίαν προξενήσας Ἀλαρίχῳ τῷ ἡγουμένῳ τῶν Γότθων, προὐτρέψατο καταλαβεῖν τοὺς Ἰλλυριούς. Καὶ ὕπαρχον αὐτὸν (16) καταστάντα τὸν Ἰόβιον προπέμψας, συνέθετο καὶ αὐτὸς συνδραμεῖσθαι μετὰ τῶν Ῥωμαίων στρατιωτῶν, ὥστε καὶ τοὺς τῇδε ὑπηκόους ὑπὸ τὴν Ὀνωρίου δῆθεν ἡγεμονίαν ποιῆσαι. Καὶ ὁ μὲν Ἀλάριχος ἐκ τῆς πρὸς τῇ Δαλματίᾳ καὶ Παννονίᾳ γῆς βαρβάρου, οὗ διῆγε, παραλαβὼν τοὺς ὑπ' αὐτὸν, ἦγεν εἰς τὰς Ἠπείρους (17)· καὶ D συχνὸν ἐνταῦθα προσμείνας χρόνον, ἄπρακτος ἐπαν-

## VALESII ANNOTATIONES.

(15) *Παρ' ἑαυτὰ συγκροῦσαι τὰ βασίλεια.* Scribendum est procul dubio πρὸς ἑαυτά, quemadmodum legitur in cap. 25 lib. VIII, ex quo hæc pene ad verbum transcripta sunt. In codice Fuketiano scriptum inveni παρ' ἑαυτοῦ, male.

(16) *Καὶ ὕπαρχον αὐτόν.* Scribe αὐτῶν, ex capite 25 lib. VIII. Vide Cassiodorum in lib. X *Historiæ tripartitæ*, cap. 24. Non dissimulabo tamen, in cap. 25 lib. VIII, codicem Fuketii scriptum habere ὕπαρχον αὐτόν, quemadmodum scribitur hoc loco. Verum Epiphanius Scholasticus, qui *Historiam tripartitam* Latine vertit, et Nicephorus, αὐτῶν legerunt.

(17) *Ἦγεν εἰς τὰς Ἠπείρους.* Post hæc verba Nicephorus, in capite 25 lib. XIII, quædam adjicit quæ ex Philostorgio mutuatus est. Habentur enim in excerptis ex lib. XII Philostorgii, cap. 2. Verum prorsus alieno loco hæc Nicephorus retulit de

## VARIORUM.

[a] *Στελίχων.* Stilicho, Gallus natione, tutor erat imperii Occidentalis sub Honorio imperatore. Quomodo Rufino per insidias necem intulit, narrat Zosimus, lib. V, pag. 785. Bis consul fuit, anno 400 et 405. Honorii jussu interfectus est anno 408, ob affectatam tyrannidem. Decreto senatus nomen ejus ubique deletum, statuæque dejectæ.

Digitized by Google

ἦλθεν εἰς Ἰταλίαν. Μέλλων γὰρ ἐκδημεῖν κατὰ τὰ A συντεθειμένα (18), Ὀνωρίου γράμμασιν ἐπεσχέθη. Ἐπεὶ δὲ ἐτελεύτησεν Ἀρκάδιος, ὥρμησε μὲν Ὀνώριος φειδοῖ τῇ περὶ τὸν ἀδελφιδοῦν ἐπανελθεῖν εἰς Κωνσταντινούπολιν, καὶ πιστοὺς ἄρχοντας καταστῆσαι τῆς αὐτοῦ σωτηρίας καὶ βασιλείας. Ἐν τάξει γὰρ υἱέος αὐτὸν ἔχων, ἐδεδίει μήτι πάθοι διὰ τὸ νέον, ἕτοιμος ὢν πρὸς ἐπιβουλήν. Ἤδη δὲ μέλλοντα ἔχεσθαι τῆς ὁδοῦ, πείθει Στελίχων ἐν τῇ Ἰταλίᾳ μένειν τὸν Ὀνώριον, ἀναγκαῖον εἶναι τοῦτο εἰπὼν, καθότι Κωνσταντῖνός τις ἐτύγχανεν ἔναγχος ἐν Ἀρηλάτῳ τυραννήσας. Θάτερον δὲ τῶν σκήπτρων ὃ Λάβωρον Ῥωμαῖοι καλοῦσι, καὶ γράμματα βασιλέως λαβὼν, ἐπιτρέποντα αὐτῷ τὴν εἰς τὴν Ἀνατολὴν ἄφιξιν, ἔμελλεν ἐκδημεῖν, τέσσαρας ἀριθμοὺς στρατιωτῶν παραλαβών. Ἐν τούτῳ δὲ φήμης διαδραμούσης ὡς B ἐπιβουλεύει τῷ βασιλεῖ, καὶ ἐπὶ τυραννίδα τοῦ υἱέως (19) παρασκευάζεται, συμπράττοντας ἔχων τοὺς ἐν δυνάμει, στασιάσαντες οἱ στρατιῶται κτείνουσι τὸν Ἰταλίας ὕπαρχον (20), καὶ τὸν τῶν Γαλατῶν, καὶ τοὺς στρατηγοὺς, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς διέποντας τὰς ἐν τοῖς βασιλείοις ἀρχάς. Ἀναιρεῖται δὲ καὶ αὐτὸς παρὰ τῶν ἐν Ῥαβέννῃ στρατιωτῶν· ἀνὴρ εἴπερ τις ἄλλος πώποτε, ἐν πολλῇ δυνάμει γενόμενος, καὶ πάντας, ὡς εἰπεῖν, Βαρβάρους τε καὶ Ῥωμαίους πειθομένους ἔχων. Στελίχων μὲν οὖν ὑπονοηθεὶς κακόνους εἶναι τοῖς βασιλείοις, ὧδε ἀπώλετο· κτίννυται δὲ καὶ Εὐχέριος ὁ τούτου υἱός.

rum profectus est. Cumque longo temporis spatio illic substitisset, re infecta, in Italiam rediit. Nam cum ex compacto iter facturus esset in Illyricum, Honorii litteris est retentus. Post obitum vero Arcadii, Honorius quidem, ut fratris filio consuleret, Constantinopolim proficisci decreverat, et fidos illic comites constituere, qui salutem et imperium pupilli conservarent. Nam cum illum filii loco haberet, verebatur ne quid ei accideret, quippe qui ob teneram ætatem insidiis obnoxius esset. Verum cum jam iter arrepturus esset, persuasit ei Stilico ut in Italia remaneret: necessarium id esse affirmans, propterea quod Constantinus quidam Arelate tyrannidem paulo antea invasisset. Ipse vero altero ex sceptris quod Romani Labarum vocant, accepto, una cum imperatoris litteris, quibus Orientalis expeditio ipsi committebatur, proficisci jam parabat, sumptis secum quatuor legionibus. Inter hæc vero, cum rumor sparsus esset illum imperatori insidias struere, et ascitis in societatem potentibus, filio suo imperium parare, milites, seditione facta, præfectum prætorio Italiæ, et præfectum prætorio Galliarum, simul magistros militum, et reliquos qui in palatio præcipuas dignitates gerebant, interficiunt. Ipse quoque Stilico a militibus occisus est Ravennæ: vir, si quis unquam, ad magnam potentiam evectus, et qui universos, ut ita dicam, Romanos ac barbaros sibi parentes habuit. Ac Stilico quidem, cum in suspicionem venisset quasi imperio insidiaretur, hoc modo interiit. Sed et Eucherius ejus filius una interfectus est.

C

## ΚΕΦΑΛ. Ε'.

*Περὶ διαφόρων ἐθνῶν ἐπιστρατευσάντων Ῥωμαίοις, καὶ Θεοῦ προνοίᾳ ἡττηθέντων· ἄλλων δὲ καὶ ὑποσπόνδων γενομένων.*

Κατὰ ταυτὸν δὲ συνέβη καὶ Οὔννους στρατοπεδευομένους ἐν Θρᾴκῃ, μήτε πολεμοῦντος αὐτοῦ, μήτε διώκοντος, αἰσχρῶς ὑποστρέψαι, τοὺς πλείους ἀποβαλόντας. Ἐπεὶ γὰρ Οὔλδις ὁ ἡγούμενος τῶν περὶ τὸν Ἴστρον βαρβάρων, πλείστην ἔχων στρατιὰν ἐπεραιώθη τὸν ποταμὸν, ἐν τοῖς Θρᾳκῶν ὅροις ἐστρατοπεδεύετο. Καὶ Καστράμαρτις πόλιν τῆς Μυσίας προδοσίᾳ ἑλὼν, ἐντεῦθεν τὴν ἄλλην Θρᾴκην κατέτρεχε, καὶ σπονδὰς θέσθαι πρὸς Ῥωμαίους ὑπ' ἀλαζονείας οὐκ ἠνείχετο. Διαλεγομένου δὲ αὐτῷ περὶ εἰρήνης τοῦ ὑπάρχου τῶν Θρᾳκίων στρατευμάτων, ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ἐπιδείξας, οὐ χαλεπὸν αὐτῷ D ἔφη, ἣν βούλοιτο, πᾶσαν ἣν ἐφορᾷ γῆν καταστρέψασθαι. Τερατευομένου δὲ τοιάδε, καὶ δασμὸν ὅσον

## CAP. V.

*De diversis gentibus quæ bellum intulerunt Romanis, et quæ divina providentia devictæ sunt, aut fœdus cum Romanis pepigerunt.*

Accidit præterea eodem tempore ut Hunni, qui in Thracia castra habebant, nemine eos aggrediente ac persequente, pluribus suorum amissis, cum dedecore terga darent. Quippe Uldis, barbarorum qui circa Danubium erant, regulus, cum ingenti exercitu amnem transgressus, in finibus Thraciæ castrametatus fuerat. Cumque urbem Mœsiæ, quæ Castra Martis dicitur, proditione cepisset, inde in reliquam Thraciam excursiones faciebat, nec fœdus cum Romanis facere præ superbia dignabatur. Et cum aliquando magister **371** militum Thraciæ cum illo verba faceret de pace, ille solem orientem demonstrans, facile sibi esse dixit, universam quam ille radiis suis collustraret, terram

## VALESII ANNOTATIONES.

Græciæ vastatione et de oppugnatione urbis Athenarum. Ista enim diu ante contigerant, sub exordium imperii Arcadii, dum Rufinus adhuc superstes esset, a quo evocatus fuerat Alaricus, sicut testatur Zosimus in lib. v. Quæ vero hic et in cap. 25 lib. VIII, a Sozomeno referuntur, gesta sunt paulo ante mortem Arcadii.

(18) *Μέλλων γὰρ ἐκδημεῖν κατὰ τὰ συντεθειμένα.* Hæc non de Alarico, sed de Stilicone intelligenda sunt. Quare necessario addendæ sunt hæ voces, ὁ Στελίχων, ut legitur in cap. 25 lib. VIII. Mirum est tamen Epiphanium Scholasticum in supradicto capite eas voces non legisse. Sic enim vertit: *Quia cum discedere voluisset, Honorii litteris est detentus, sicut ipse confessus est.*

(19) *Ἐπὶ τυραννίδα τοῦ υἱέως.* Accusatus est Stilicho quod Eucherium filium suum Orientis imperatorem creare voluisset, sublato Juniore Theodosio, ut scribit Sozomenus initio hujus capitis. Idem etiam testatur Zosimus in lib. v, pag. 808, a Stilichonis calumniatoribus divulgatum fuisse.

(20) *Τὸν Ἰταλίας ὕπαρχον.* Longinianus hic vocabatur. ut scribit Zosimus in lib. v; præfectus autem prætorio Galliarum Limenius.

Digitized by Google

subigere, si vellet. Cumque hujusmodi minas intentaret, et tributum pro libito imperaret Romanis, juberetque ut ea conditione pacem haberent, aut certe bellum exspectarent, resque in maximo discrimine constitutæ essent, declaravit Deus quantam hujus imperii curam ac sollicitudinem gereret. Etenim paulo post, in familiari colloquio cum domesticis Uldis ejusque ordinum ductoribus, verba facta sunt de Romanorum republica, deque imperatoris humanitate : quantis præmiis viros bonos ac fortes remuneraretur. Illi vero non sine divino nutu, istorum amore capti, ad Romanos transfugerunt, et castra cum illis junxerunt, una cum barbaris qui sub ipsis erant. Uldis vero in ulteriorem fluminis ripam transgressus, ægre tandem evasit, multis quidem suorum amissis, Sciris vero ad internecionem deletis. Erat hæc gens barbara, multitudine hominum abundans antequam in hanc calamitatem incidisset. Nam cum hi tardius quam reliqui fugissent, pars eorum truncati, pars capti vinctique, Constantinopolim transmissi sunt. Cumque magistratibus placuisset eos per varia loca dispergi, ne quid novi, utpote numero prævalentes, tentarent; alios quidem exiguo pretio vendiderunt; alios vero gratis in servitutem dederunt, ea conditione ne unquam Constantinopolim ingrederentur, neve in Europæ regiones ullas pedem inferrent : sed interpositi maris divortio a locis sibi notis separarentur. Ex his non exigua pars relicta, eorum scilicet qui emptorem non invenerant; alii alibi habitare jussi sunt. Multos certe in Bithynia vidi juxta Olympum montem, qui hac illac sparsi degebant, et colliculos illic vallesque subjectas arabant.

A ἐβούλετο ἐπιτάττοντος, καὶ ἐπὶ τούτοις συντίθεσθαι Ῥωμαίοις εἰρήνην ἔχειν (21) ἢ πόλεμον περιμένειν· ἀμηχάνου τε τοῦ πράγματος ὄντος, ἐπέδειξεν ὁ Θεὸς ἣν ἔχει προμήθειαν περὶ τὴν παροῦσαν βασιλείαν. Οὐκ εἰς μακρὰν γὰρ λόγοι πρὸς τοὺς ἀμφὶ τὸν Οὔλδιν (22) οἰκείους καὶ λοχαγοὺς ἐγένοντο περὶ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας, καὶ τῆς τοῦ βασιλέως φιλανθρωπίας, ὁποίων τε καὶ ὅσων ἀξιοῖ γερῶν τοὺς ἀρίστους καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας. Οὐκ ἀθεεὶ δὲ τούτων εἰς ἔρωτα καταστάντες, Ῥωμαίοις προσεχώρησαν, καὶ σὺν αὐτοῖς ἐστρατοπεδεύοντο ἅμα τοῖς ὑπ' αὐτοὺς τεταγμένοις. Ὁ δὲ Οὔλδις πρὸς τὸ πέραν τοῦ ποταμοῦ μόλις διεσώθη, πολλοὺς ἀποβαλὼν, ἄρδην δὲ τοὺς καλουμένους Σκιρούς (23)· ἔθνος δὲ τοῦτο βάρβαρον, ἱκανῶς πολυάνθρωπον, πρὶν τοιᾷδε περιπεσεῖν B συμφορᾷ. Ὑστερήσαντες γὰρ ἐν τῇ φυγῇ, οἱ μὲν αὐτῶν ἀνῃρέθησαν· οἱ δὲ ζωγρηθέντες, δέσμιοι πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐξεπέμφθησαν. Δόξαν δὲ τοῖς ἄρχουσιν διανεῖμαι τούτους, μή τι πλῆθος ὄντες νεωτερίσωσι· τοὺς μὲν ἐπ' ὀλίγοις τιμήμασι ἀπέδοντο· τοὺς δὲ πολλοῖς προῖκα δουλεύειν παρέδοσαν, ἐπὶ τὸ μήτε Κωνσταντινουπόλεως, μήτε πάσης Εὐρώπης ἐπιβαίνειν, καὶ τῇ μέσῃ θαλάσσῃ χωρίζεσθαι τὸν ἐγνωσμένον αὐτοῖς τόπον. Ἐκ τούτων τι πλῆθος ἄπρατον περιλειφθὲν, ἄλλος ἀλλαχῇ διατρίβειν ἐτάχθησαν· πολλοὺς δὲ ἐπὶ τῆς Βιθυνίας τεθέαμαι, πρὸς τῷ καλουμένῳ Ὀλύμπῳ ὄρει, σποράδην οἰκοῦντας, καὶ τοὺς αὐτόθι λόφους καὶ ὑπωρείας γεωργοῦντας.

## CAP. VI.

*De Alarico Gotho, et quomodo Romam repentino insultu adortus, eam graviter afflixerit.*

Ita Orientis quidem imperium hostibus penitus liberatum est, et summo cum decore præter omnium exspectationem gubernabatur; cum imperator admodum juvenis esset [1]. Occidentis autem partes perturbatæ erant, cum multi subinde tyranni exsurgerent. Quo quidem tempore post ce-

[1] Socr., lib. VII, c. 10.

C

## ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

*Περὶ Ἀλαρίχου τοῦ Γότθου, καὶ ὡς τῇ Ῥώμῃ ἐπεισπεσὼν, ἐστενοχώρει ταύτην πολέμῳ.*

Τὰ μὲν οὖν πρὸς Ἕω τῆς ἀρχομένης, πολεμίων ἀπήλλακτο, καὶ σὺν κόσμῳ πολλῷ ἰθύνετο παρὰ τὴν πάντων δόξαν. Ἦν γὰρ ἔτι νέος ὁ κρατῶν. Τὰ δὲ πρὸς Δύσιν, ἐν ἀταξίαις ἦν, πολλῶν ἐπανισταμένων τυράννων. Ἡνίκα δὴ μετὰ τὴν Στελίχωνος ἀναίρεσιν, Ἀλάριχος [x] ὁ τῶν Γότθων ἡγούμενος, πρεσβευσάμε-

## VALESII ANNOTATIONES.

(21) *Εἰρήνην ἔχειν*. In codice Fuketiano scriptum inveni ἔχοντι, mendose, ut apparet. Vulgata tamen lectio haud penitus sana est. Deest enim verbum λέγοντος, quod post vocem Ῥωμαίοις addendum videtur.

(22) *Ἀμφὶ τὸν Οὔλδιν*. In codice Fuketiano οὖλδιν scriptum inveni cum accentu circumflexo, et paulo post οὖλδις. Huldin etiam eum vocat Marcellinus comes in *Chronico*, ubi scribit Radagaisum qui cum ducentis millibus armatorum Italiam inundaverat, ab Huldin et Saro Hunnorum regibus devictum fuisse. Ejusdem meminit Zosimus in lib. V.

(23) *Σκιῤῥούς*. Codex Fuketii habet σκιρούς. Quomodo etiam hi populi vocantur a Prisco Rhetore in excerptis legationum. Sciros quoque vocat Jor-D danes in Gothicis et in libro *De successione regnorum*. Apud Zosimum vero in lib. IV σκύροι dicuntur.

## VARIORUM.

[x] *Ἀλάριχος*. Postquam Theodosius, amator pacis generisque Gothorum, rebus excessit humanis, cœperunt ejus filii utramque rempublicam luxuriose viventes adnihilare, auxiliariisque suis, id est Gothis, consueta dona subtrahere. Mox Gothis fastidium eorum increvit, verentesque ne longa pace eorum resolveretur fortitudo, ordinant super se regem Alaricum [anno 382]; — qui cum suis deliberans, suasit eos suo labore quærere regna, quam alienis per otium subjacere. [Narrat Zosimus lib. V, pag. 783, quæ mala egerit in Bœotia, Attica, Megaride, Peloponneso, et in reliqua Græcia.] Deinde sumpto exercitu, per Pannonias, Stilichone et Aureliano coss. [anno 400] et per Sirmium dextro latere, quasi viris vacuam intravit Italiam: nullo penitus obsistente, ad pontem applicuit Candiniani, qui tertio milliario ab urbe erat regia Ravennate. JORNANDES, *De rebus Geticis* cap. 29. Ro-

Digitized by Google

νος περὶ εἰρήνης πρὸς Ὀνώριον, ἀπέτυχε· καὶ καταλαβὼν τὴν Ῥώμην, ἐπολιόρκει, πολλοὺς βαρβάρους ἐπιστήσας Θύμβριδι τῷ ποταμῷ· ὥστε μὴ εἰσκομίζεσθαι τὰ ἐπιτήδεια τοῖς ἐν τῇ πόλει ἀπὸ τοῦ Πόρτου· ὧδε γὰρ ὀνομάζουσι τὸ Ῥωμαῖον ἐπίνειον. Χρονίας δὲ γενομένης τῆς πολιορκίας, λιμοῦ τε καὶ λοιμοῦ τὴν πόλιν πιέζοντος, δούλων τε πολλῶν, καὶ μάλιστα βαρβάρων τῷ γένει, πρὸς τὸν Ἀλάριχον αὐτομολούντων, ἀναγκαῖον ἐδόκει τοῖς Ἑλληνίζουσι τῆς συγκλήτου, θύειν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ναοῖς. Θοῦσκοι γάρ τινες ἐπὶ τοῦτο μετακληθέντες παρὰ τοῦ ὑπάρχου τῆς πόλεως, ὑπισχνοῦντο σκηπτοῖς καὶ βρονταῖς ἀπελάσειν τοὺς βαρβάρους. Ηὔχουν δὲ τοιοῦτον αὐτοῖς εἰργάσθαι καὶ περὶ Λαρνίαν (24) πόλιν τῆς Θουσκίας, ἣν παριὼν Ἀλάριχος ἐπὶ τὴν Ῥώμην οὐχ εἷλεν. Ἀλλὰ τούτων μὲν οὐδὲν ὄφελος ἔσεσθαι τῇ πόλει, ἡ ἀπόβασις ἔδειξε. Τοῖς γὰρ εὖ φρονοῦσιν ὑπὸ θεομηνίας κατεφαίνετο ταῦτα συμβαίνειν Ῥωμαίοις, κατὰ ποινὴν ὧν προτοῦ ὑπὸ πολλῆς ῥᾳστώνης καὶ ἀκολασίας εἰς αὐτοὺς καὶ ξένους (25) ἀδίκως ἥμαρτον. Λέγεται γοῦν ἀγαθός τις τῶν ἐν Ἰταλίᾳ μοναχῶν, σπεύδοντι ἐπὶ Ῥώμην Ἀλαρίχῳ παραινέσαι, φείσασθαι τῆς πόλεως, μηδὲ τηλικούτων αἴτιον γενέσθαι κακῶν. Τὸν δὲ φάναι, ὡς οὐχ ἑκὼν τάδε ἐπιχειρεῖ· ἀλλά τις συνεχῶς ἐνοχλῶν αὐτὸν βιάζεται, καὶ ἐπιτάττει τὴν Ῥώμην πορθεῖν· ὃ δὴ τελευτῶν ἐποίησεν. Ἐν ᾧ δὲ ἐπολιόρκει, πλεῖστα δῶρα λαβὼν, ἐπὶ χρόνον τινὰ πολιορκίαν ἔλυσε, συνθεμένων Ῥωμαίων τὸν βασιλέα πείσειν εἰς εἰρήνην αὐτὸν δέχεσθαι.

A dem Stiliconis, cum Alaricus Gothorum dux, missis ad Honorium legatis de pace, **372** repulsam tulisset, Romam obsidere aggressus est, ingenti agmine barbarorum ad ripas Tiberis apposito, ne alimenta civibus importarentur ex Portu. Sic enim vocant navale urbis Romæ. Porro cum obsidio diutius protraheretur, et fames simul ac pestis urbem premeret, pluresque e servis, ac præcipue ii qui natione barbari erant, ad Alaricum transfugerent: hi qui in senatu pagani erant, necesse esse dicebant, ut in Capitolio et in aliis templis sacrificaretur. Etenim Etrusci quidam, a præfecto urbis ad hoc acciti, fulminibus ac tonitruis barbarum hostem sese abacturos spondebant. Idque a se factum esse jactabant Narniæ, quæ urbs est B Tusciæ; quam prætergrediens Alaricus tunc cum Romam contenderet, haudquaquam ceperat. Verum istos nihil urbi profuturos fuisse, ipse exitus declaravit. Certe qui mente valebant, hæc Romanis ex Dei indignatione evenisse perspiciebant, ob vindictam eorum quæ præ luxu atque intemperantia erga cives simul ac peregrinos injuste egerant. Itaque aiunt probum quemdam monachum ex his qui in Italia erant, Alarico Romam properanti suasisse, ut urbi parceret, nec tantorum malorum auctor exsisteret. Cui Alaricus respondisse dicitur, se non sua sponte hæc aggredi: sed quemdam sibi assidue molestum esse, qui ipsum urgeat, Romamque expugnare jubeat: quod et ille tandem fecit. Porro cum urbem obsideret, plurimis muneribus solvit, cum Romani pacti essent, se imperatori acceptis, aliquanto temporis spatio obsidionem persuasuros ut illum in amicitiam reciperet.

C

## ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

*Περὶ Ἰνοκεντίου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπισκόπου, ὡς διεπρεσβεύσατο πρὸς Ἀλάριχον· καὶ περὶ Ἰοβίου τοῦ Ἰταλίας ὑπάρχου, καὶ περὶ τῆς εἰς βασιλέα πρεσβείας, καὶ ὅσαπερ Ἀλαρίχῳ συνέβη.*

Γενομένης δὲ περὶ τούτου πρεσβείας, οἱ τὰ ἐναντία πράττοντες Ἀλαρίχῳ ἐν τοῖς βασιλείοις, ἐνεπόδιζον τῇ εἰρήνῃ. Μετὰ δὲ ταῦτα πρεσβευσαμένου Ἰνοκεντίου y τοῦ Ῥωμαίων ἐπισκόπου, μετακληθεὶς Ἀλάριχος γράμμασι τοῦ βασιλέως, ἧκεν εἰς Ἀρίμηνον πόλιν, δέκα καὶ διακοσίοις σταδίοις τῆς Ῥαβέννης ἀφεστῶσαν. Ἐνταῦθα δὲ σκηνὰς ἔχοντι πρὸ τῶν τειχῶν, εἰς λόγους ἐλθὼν Ἰόβιος τῆς Ἰταλίας

## CAP. VII.

*Quomodo Innocentius Romanæ urbis episcopus legatos misit ad Alaricum. Item de Jovio præfecto prætorio Italiæ: et de legatione ad imperatorem, et de his quæ Alarico contigerunt.*

Cumque hac de re legatio missa esset, hi qui in palatio principis Alarico adversabantur, paci obstabant. Postea vero cum Innocentius Romanæ urbis episcopus legatos misisset, Alaricus imperatoris litteris evocatus, Ariminum venit, quæ urbs ducentis ac decem stadiis distat Ravenna. **373** Ibi dum ante muros urbis castra posuisset, Jovius præfectus prætorio Italiæ cum eo collocutus, Ala-

### VALESII ANNOTATIONES.

(24) *Καὶ περὶ Λαρνίαν.* Assentior Joanni Lango, qui in Adnotationibus ad cap 35, lib. XIII, Nicephori Callisti, scribit legendum sibi videri Ναρνίαν. Quam quidem conjecturam placuisse video Ortelio in *Thesauro geographico*. Apud Zosimum tamen in lib. V, pag. 816, hæc urbs Nerveia dicitur, et præfectus D urbis Romæ vocatur Pompeianus.

(25) *Εἰς αὐτοὺς καὶ ξένους.* Scribe meo periculo εἰς ἀστούς. Henricus Savilius in suo codice qui penes me est, vocem αὐτούς lineola subnotarat. Sed veram scripturam non viderat.

### VARIORUM.

mam bis obsidebat Alaricus, anno 408 et 409, vastabat anno 409, eodemque anno Attalum imperatorem dixit, et imperio exuit. Mortuus est anno 411. Ant. Pagi *ad eos annos.*

y *Πρεσβευσαμένου Ἰνοκεντίου.* Pace cum Alarico nondum confirmata duplex legatio Ravennam ad Honorium imp. a senatu Romano missa est. Prior qua nihil legati ab eo obtinuere, eaque peracta est exeunte anno 408, aut ineunte anno 409. Posterior ad annum 409 pertinet, eamque inter alios obiit Innocentius papa. Ant. Pagi, *ad ann.* 410, n. 7.



Digitized by Google

rici postulata imperatori significavit, eumque codicillis magisterii utriusque militiæ honorandum esse. Verum imperator, quod quidem ad pecuniam et annonas pertinet quas poscebat Alaricus, Jovio utpote præfecto potestatem concessit, dignitatem vero se nunquam daturum respondit. Porro Jovius legatum ex palatio missum in tentoriis Alarici præstolatus, satis inconsulte coram universis barbaris imperatoris mandata recitare eum jussit. Tum Alaricus ob negatam dignitatem indignatus, perinde ac si contumelia affectus fuisset, illico signo tubæ dato, Romam versus contendit. At Jovius, metuens ne imperator ipsum Alarico favere suspicaretur, inconsultius adhuc quam antea, per salutem principis et ipse juravit, et alios proceres jurare compulit, nunquam se cum Alarico pacem facturos. Barbarus vero non ita multo pœnitentia ductus, scripsit sibi nihil opus esse dignitatibus: cæterum se Romanis socium fore, dummodo modicum ipsi frumentum præberetur, et loca ad habitandum, quæ Romanis haudquaquam magni momenti esse viderentur.

A ὕπαρχος ὢν, δηλοῖ τῷ βασιλεῖ τὴν Ἀλαρίχου αἴτησιν, καὶ ὡς δέοι δέλτοις αὐτὸν τιμῆσαι στρατηγοῦ δυνάμεως ἑκατέρας. Ὁ δὲ βασιλεὺς χρημάτων μὲν καὶ σιτηρεσίων ὧν ᾔτει, ὡς ὑπάρχῳ Ἰοβίῳ τὴν ἐξουσίαν δέδωκεν· ἀξίας δὲ οὔ ποτε μεταδώσειν αὐτῷ ἀντεδήλωσεν. Ἀβούλως δὲ Ἰόβιος ἐν τῇ Ἀλαρίχου σκηνῇ περιμείνας τὸν ἐκ τῶν βασιλείων ἀπεσταλμένον, ἀναγινώσκειν ἐκέλευε, παρόντων τῶν βαρβάρων, τὰ δόξαντα τῷ βασιλεῖ. Ἐπὶ δὲ τῇ ἀρνήσει τοῦ ἀξιώματος ὀργισθεὶς Ἀλάριχος ὡς ὑβρισμένος, αὐθωρὸν τῇ σάλπιγγι σημήνας, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἤλαυνε. Δείσας δὲ ὁ Ἰόβιος μὴ ὑπονοηθῇ τῷ βασιλεῖ Ἀλαρίχῳ σπουδάζειν, ἀβουλοτέρῳ ἢ πρότερον περιπεσὼν, πρὸς τῆς σωτηρίας τοῦ βασιλέως αὐτὸς ὤμοσε, καὶ τοὺς ἄλλους ἄρχοντας παρεσκεύασε, μή ποτε εἰρήνην B θέσθαι πρὸς Ἀλάριχον. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ μεταμεληθεὶς ὁ βάρβαρος, ἐδήλωσε μηδὲν ἀξιωμάτων δεῖσθαι· σύμμαχον δὲ παρέξειν ἑαυτὸν ἐπὶ μετρίᾳ σίτου δόσει, καὶ οἰκήσει τόπων, οὐ πάνυ Ῥωμαίοις ἐσπουδασμένων.

## CAP. VIII.

*De rebellione Attali, et comite Heracliano, et quomodo Attalus pedibus Honorii postea advolutus, veniam impetrarit.*

Ubi vero missa episcoporum legatione bis repulsam hujus rei passus est, Romam reversus, eam iterum obsedit. Et ex una parte capto Portu, Romanos vi compulit ut Attalum qui tum præfectus urbis erat, imperatorem crearent [1]. Cumque Romani ad reliquas dignitates promoti essent, Alaricus magister utriusque militiæ constituitur, Ataulfus vero frater uxoris ejus, comes domesticorum equitum. Porro Attalus convocato senatu, orationem habuit prolixam et admodum splendide elaboratam: pollicitus se jura patria senatui servaturum, et Ægyptum ac reliquas Orientis provincias sub Italorum ditionem redacturum esse. Et hic quidem talia magnifice jactabat, qui ne unius quidem anni spatio imperatoris nomen erat retenturus. Verum inductus a quibusdam vatibus, ipsum citra pugnam Africa potiturum esse pollicentibus, nec Alarico credidit, qui modicam militum manum Carthaginem mittendam esse suadebat ad perimendos Honorii duces, si ipsius imperio resisterent: nec Joanni, quem ipse magistrum officiorum creaverat, qui monebat oportere ut Constans, quem ipse in Africam mittere decreverat, tanquam ab Honorio **374** missus, epistola

## ΚΕΦΑΛ. Η'.

*Περὶ τῆς ἀποστασίας Ἀττάλου, καὶ τοῦ στρατηγοῦ Ἡρακλειανοῦ· καὶ ὡς ὕστερον προσπεσὼν Ὀνωρίῳ συγγνώμης ἔτυχε.*

Ἐπεὶ δὲ δὶς ἀπέτυχε περὶ τούτου πρεσβευσάμενος διά τινων ἐπισκόπων, ἐλθὼν εἰς Ῥώμην, ἐπολιόρκει τὴν πόλιν· καὶ ἐξ ἑνὸς μέρους τὸν Πόρτον ἑλὼν, βιάζεται Ῥωμαίους βασιλέα ψηφίσασθαι τὸν Ἄτταλον, C ὕπαρχον ὄντα τότε τῆς πόλεως. Ῥωμαίων δὲ προβληθέντων ἐπὶ τὰς ἄλλας ἀρχὰς, χειροτονεῖται Ἀλάριχος στρατηγὸς ἑκατέρας δυνάμεως, Ἀδάουλφος δὲ ὁ τῆς αὐτοῦ γαμετῆς ἀδελφὸς, ἡγεμὼν τῶν ἱππέων δομεστίκων καλουμένων. Συγκαλέσας δὲ τὴν γερουσίαν Ἄτταλος, λόγον διῆλθε μακρὸν καὶ λαμπρῶς μάλα πεπονημένον, ὑπισχνούμενος τὰ πάτρια τῇ συγκλήτῳ φυλάξειν (26), καὶ τὴν Αἴγυπτον καὶ πᾶσαν τὴν πρὸς Ἕω ἀρχομένην, ὑπήκοον Ἰταλοῖς ποιῆσαι. Καὶ ὁ μὲν ὧδε ἀλαζονευόμενος, οὐδὲ εἰς ἐνιαυτὸν ὁλόκληρον ἤμελλε βασιλεὺς καλεῖσθαι· μάντεσι δέ τισιν ὑπαχθεὶς, ὑπισχνουμένοις ἀμαχητὶ τὴν Ἀφρικὴν καθέξειν, οὔτε Ἀλαρίχῳ ἐπείσθη, μετρίαν δύναμιν εἰσηγησαμένῳ πέμψαι εἰς Καρχηδόνα ἐπὶ ἀναιρέσει τῶν Ὀνωρίου ἀρχόντων, εἰ ἀντιπαρα- D τάξοιεν αὐτῷ· οὔτε Ἰωάννῃ, ὃν προεστήσατο τῶν ἀμφ' αὐτὸν βασιλικῶν τάξεων, φάσκοντι χρῆναι Κώνσταντα τὸν ἐκδημεῖν εἰς Λιβύην παρ' αὐτοῦ τεταγμένον, ὡς παρὰ Ὀνωρίου ἀπεσταλμένον, γράμματι συνήθει ὃ διάταγμα καλοῦσι (27), παῦσαι τῆς

[1] Socr. lib. VII, c. 10.

## VALESII ANNOTATIONES.

(26) *Τὰ πάτρια τῇ συγκλήτῳ φυλάξειν*. Langus et Musculus *jura patria* interpretantur. Ego ritus patrios malim vertere. Sic enim Græci vocare solent cæremonias majorum in colendis diis. Ita Zosimus loquitur passim in libro V, pag. 816 et 817.

(27) *Ὃ διάταγμα καλοῦσι*. *Edictum* vertit Christophorsonus et Musculus. Ego præceptum malim vertere. Solebant olim imperatores Romani, quoties magistratum vel provinciam alicui mandarent, ei codicillos dare. Litteras vocat Ammianus Marcellinus in libr. XXVIII, Libanius vero γραμματεῖα, ut notavi ad dictum Marcellini librum. Ita ergo quoties alicui magistratum adimere vellent, id per litteras faciebant. Sic Valentinianus Junior cum Arbogastem magistrum militum exauctorare vellet, ipsi litteras tradidit, γράμματα τῆς ἀρχῆς παραλύοντα,

Digitized by Google

ἀρχῆς Ἡρακλειανὸν, τὸν τηνικάδε τῶν ἐν Ἀφρικῇ στρατιωτῶν ἐπιτετραμμένον τὴν ἡγεμονίαν. Ἴσως δ' ἂν καὶ τοῦτο προὐχώρησεν· οὔπω γὰρ δῆλα ἐγεγόνει τοῖς ἐν Λιβύῃ τὰ κατὰ Ἄτταλον. Ἐπεὶ δὲ Κώνστας, τοῦτο τοῖς μάντεσι δόξαν, ἔπλευσεν εἰς Καρχηδόνα, Ἄτταλος δὲ ἐπὶ τοσοῦτον ἐβλάβη τὸν νοῦν, ὡς μηδὲ ἀμφιβάλλειν ἀξιοῦν, ἀλλὰ πεπεῖσθαι τοὺς Ἄφρους ὑπηκόους ἔχειν κατὰ τὴν πρόῤῥησιν τῶν μάντεων, ἐπιστρατεύει τῇ Ῥαβέννῃ. Ἅμα δὲ ἠγγέλθη εἰς Ἀρίμινον ἀφῖχθαι μετὰ τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς καὶ τῶν βαρβάρων, γράφει αὐτῷ Ὁνώριος ὡς βασιλεῖ, καὶ πρεσβεύεται διὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν τὰς μεγίστας ἀρχὰς λαχόντων, κοινωνὸν ἀγαπῶν ἔχειν τῆς βασιλείας. Ἄτταλος δὲ τὴν μὲν κοινωνίαν τοῦ κράτους ἀπαρνεῖται, δηλοῖ δὲ Ὁνωρίῳ, νῆσον ἢ τόπον ἑλέσθαι ὃν βούλεται, καὶ καθ' ἑαυτὸν διάγειν, πάσης βασιλικῆς θεραπείας ἀξιούμενον. Εἰς τοῦτο δὲ περιστάντων τῶν πραγμάτων, ὡς εὐπρεπεῖς αὐτὸν ἔχειν ναῦς, ἵν', εἰ δεήσειεν, ἀποπλεύσῃ πρὸς τὸν ἀδελφιδοῦν, ἀδοκήτως ἐν ἓξ ἀριθμοῖς ἀμφὶ τετρακισχίλιοι στρατιῶται νύκτωρ τῇ Ῥαβέννῃ προσέπλευσαν ἐκ τῆς Ἀνατολῆς· οἷς τὴν φυλακὴν τῶν τειχῶν ἐπέτρεψε, δεδιὼς τῶν ἐπιχωρίων στρατιωτῶν τὸ ἕτοιμον εἰς προδοσίαν. Ἐν τούτῳ δὲ Ἡρακλειανὸς ἀνελὼν τὸν Κώνσταντα, φύλακας ἐπέστησεν ἐν τοῖς λιμέσι καὶ ταῖς ἀκταῖς τῆς Ἀφρικῆς, καὶ τὰ πλοῖα τῶν ἐμπόρων ἐκώλυσεν εἰς Ῥώμην ἀνάγεσθαι. Λιμοῦ δὲ ἐντεῦθεν καταλαβόντος τοὺς Ῥωμαίους, πρεσβεύονται περὶ τούτου πρὸς Ἄτταλον. Ὁ δὲ πρὸς τὸ πρακτέον ἀμηχανῶν, ἐπανῆλθεν εἰς Ῥώμην, ὡς μετὰ τῆς συγκλήτου συμβουλευσόμενος. Ἐπικρατήσαντος δὲ τοῦ λιμοῦ ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς καστάνοις ἀντὶ σίτου κεχρῆσθαι, ὑπονοηθῆναι δέ τινας καὶ ἀνθρωπίνων ἀπογεύσασθαι κρεῶν· Ἀλάριχος μὲν συνεβούλευε πεντακοσίους βαρβάρους κατὰ Ἡρακλειανοῦ πέμπειν· τῇ δὲ συγκλήτῳ καὶ Ἀττάλῳ ἐδόκει, μὴ δεῖν πιστευθῆναι βαρβάροις τὴν Ἀφρικήν. Ἐπεὶ δὲ δῆλον ἦν τὸν Θεὸν ἀντιπράττειν τῇ Ἀττάλου βασιλείᾳ, συνιδὼν Ἀλάριχος μάτην πονεῖν ἐπὶ πράγματι οὐκ ἐν αὐτῷ κειμένῳ, συντίθεται περὶ καταλύσεως τῆς αὐτοῦ ἀρχῆς πρὸς Ὁνώριον, ὑποσχέσεις λαβών. Πάντων τοίνυν συνελθόντων πρὸ τῆς πόλεως (28), ἀποτίθεται Ἄτταλος τὰ σύμβολα τῆς βασιλείας· συναποτίθενται δὲ τὰς ζώνας καὶ οἱ αὐτοῦ ἄρχοντες, καὶ συγγνώμην ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσι νέμει πᾶσιν Ὁνώριος, ἕκαστον ἔχειν τὴν τιμὴν (29) καὶ τὴν ἀξίαν ἧς προτοῦ μετελάγχανεν. Ἄτταλος δὲ ἅμα τῷ παιδὶ Ἀλαρίχῳ συνῆν, οὐκ ἂν οὐκ ἀσφαλὲς (30) τέως ἡγούμενος ἐν Ῥωμαίοις διάγειν.

A solemni quam vulgo edictum vocant, Heracliano qui tum comes rei militaris per Africam erat constitutus, potestatem abrogaret. Atque id forsitan successisset : nondum enim Afris quidquam innotuerat de imperio Attali. Porro ubi Constans juxta vatum responsa Carthaginem navigasset, Attalus qui usque adeo mente captus erat, ut ne dubitare quidem vellet, sed pro certo haberet, Afros, sicut ipsi a vatibus prædictum fuerat, imperio suo subjectos esse, Ravennam versus exercitum movit. Posteaquam vero nuntiatum est, illum jam Ariminum pervenisse cum copiis Romanorum simul et barbarorum, confestim Honorius ad eum tanquam imperatorem litteras dedit, missisque legatis iis qui in ipsius palatio præcipuas dignitates gere- B bant, illum imperii consortem libenter se habere significavit. Verum Attalus consortium quidem imperii recusavit : Honorio autem scripsit, ut insulam aut alium quem vellet locum sibi deligeret, in quo privatus degeret, omni imperatorio cultu nihilominus retento. Dum in eo statu res essent Honorii, ut paratas haberet naves, quibus ad fratris filium navigaret si necessitas coegisset, noctu sex numeri, quatuor circiter armatorum millia continentes, ex Orientis partibus Ravennam insperato appulere. Quibus ille murorum custodiam commisit, Italorum militum animos ad proditionem propensos reformidans. Interea Heraclianus, occiso Constante, in portubus ac littoribus C Africæ custodes apposuit, et mercatorum naves Romam navigare vetuit. Qua de causa cum fames urbem premere cœpisset, Romani legatos ad Attalum misere. Ille quid agendum esset ambigens, Romam rediit, tanquam ea de re cum senatu consulturus. Porro cum fames tantopere crevisset, ut cives tritici loco castaneis uterentur, et quosdam humanas carnes comedisse suspicio esset : Alaricus quidem suadebat ut quingenti barbari adversus Heraclianum mitterentur : senatui vero et Attalo visum est, Africam barbaris committi non oportere. Cum igitur manifestum esset Deum imperio Attali adversari, animadvertens Alaricus, frustra se laborare in negotio quod in sua potestate situm non esset, de abolendo ejus imperio paciscitur cum D Honorio, fide ab illo prius accepta. Proinde cum universi extra urbem convenissent, Attalus insignia imperii deposuit : simul etiam comites ejus cingula deposuerunt. Et Honorius præteritorum veniam omnibus concessit, ita ut eum honoris gradum eamque dignitatem **375** singuli retinerent, quam prius habebant. Attalus vero una cum filio

## VALESII ANNOTATIONES.

ut scribit Zosimus in lib. IV. Synesius in epist. 73, *ad Troilum*, διατάγματα vocat *Edicta imperialia*. Ubi inter leges et imperiales constitutiones hoc discrimen observat quod legibus quidem auctoritas ex vetustate conciliari solet ; constitutionibus vero ex novitate, quippe quæ imperatorem ipsum adhuc viventem præferant.

(28) *Συνελθόντων πρὸ τῆς πόλεως*. Nicephorus in cap. 35 lib XIII, πρὸ τῆς Ἄφρων πόλεως habet, corrupte procul dubio. Langus quidem vertit ad urbem Ravennam. Zosimus tamen in libro sexto Ariminum dicit, cui potius credo.

(29) *Ἕκαστον ἔχειν τὴν τιμήν*. Scribe ὥσθ' ἕκαστον ἔχειν, etc., ut legitur apud Nicephorum in cap. 35 lib. XIII.

(30) *Οὐκ ἂν οὐκ ἀσφαλές*. Delendæ sunt duæ voces οὐκ ἄν, utpote superfluæ.

Digitized by Google

suo apud Alaricum remansit, haudquaquam sibi tutum deinceps fore ratus, inter Romanos degere.

## CAP. IX.

*De spe quam præsumpserant pagani et Ariani propter Attalum, item de Saro fortissimo duce, et quomodo Alaricus Romam per fraudem ceperit, et basilicam Sancti Petri inviolatam servaverit.*

Hujusmodi exitum istarum rerum permoleste tulerunt tum pagani, tum ex Christianis ii, qui Arianam sectam sequebantur. Nam pagani quidem, conjecturam capientes ex Attali instituto et ex priore ejus educatione, illum superstitionem gentilium palam amplexurum esse sperabant, et templa ac sacrificia patria, diesque festos ipsis reddilurum. Ariani vero ecclesiarum potestatem iterum se adepturos putabant, quemadmodum Constantii ac Valentis temporibus acciderat, si Attalus imperium firmiter obtinuisset. Etenim a Sigesario Gothorum episcopo fuerat baptizatus, atque idcirco et omnibus ipsis, et Alarico gratissimus habebatur. Non multo post Alaricus, cum Alpes occupasset (locus est sexaginta circiter stadiis distans Ravenna), cum imperatore sermones habuit de pace. Sarus vero quidam natione barbarus, rei militaris peritissimus, qui trecentos plus minus milites circa se habebat, sed fidos in primis ac bellicosos, cum ob priorem simultatem suspectus esset Alarico, fœdus inter Romanos et Gothos haudquaquam e re sua fore consideravit. Itaque cum suis repente irruens, quosdam ex barbaris interfecit. Quam ob causam ira simul ac metu percitus Alaricus, eadem qua venerat via revertitur. Et Romam iterum obsessam proditione cepit: suisque copiis permisit, ut singuli quantum possent, Romanorum opes diriperent, et universas domos deprædarentur. Ob reverentiam tamen erga Petrum apostolum, basilicam quæ circa illius tumulum magna est et spatiosissima, inviolatam esse jussit. Atque hæc res impedimento fuit ne urbs Roma funditus interiret. Nam qui illic servati erant, quorum ingens fuit multitudo, urbem denuo instaurarunt.

376 CAP. X.

*De muliere Romana, quæ castitatis egregium specimen edidit.*

Porro cum, ut verisimile est in tantæ urbis expugnatione, multa acciderint, ego id quod Ecclesiastica historia dignum mihi tum videtur contigisse, in præsentia commemorabo. Simul enim et pium facinus viri barbari, et fortitudo mulieris

A

## ΚΕΦΑΛ. Θ'.

*Περὶ τῆς ταραχῆς, ἣν ἔσχον οἱ Ἕλληνες καὶ οἱ Χριστιανοὶ περὶ Ἀττάλου· καὶ περὶ Σάρου τινὸς ἀνδρείου· καὶ ὡς Ἀλάριχος δόλῳ εἷλε τὴν Ῥώμην, ἄσυλον φυλάξας τὸ τοῦ ἀποστόλου Πέτρου ἱερόν.*

Ἐπὶ τούτοις δὲ ὧδε ἀποβεβηκόσιν, οὐ μετρίως ἐδυσφόρουν Ἕλληνές τε καὶ Χριστιανοὶ οἱ ἀπὸ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως. Οἱ μὲν γὰρ, τεκμηράμενοι τῆς Ἀττάλου προαιρέσεως καὶ τῆς προτέρας ἀγωγῆς, εἰς τὸ προφανὲς Ἑλληνίσειν αὐτὸν ἡγοῦντο, καὶ τοὺς πατρίους ἀποδιδόναι ναοὺς, καὶ ἑορτὰς καὶ θυσίας· οἱ δὲ τῶν ἐκκλησιῶν ὡς ἐπὶ Κωνσταντίου καὶ Οὐάλεντος πάλιν κρατήσειν ᾤοντο, εἰ βεβαίως σχοίη τὴν βασιλείαν. Καθότι καὶ βαπτισθεὶς ἦν παρὰ Σιγησαρίου τοῦ ἐπισκόπου (31) τῶν Γότθων, καὶ καταθύμιος ἐπὶ τούτῳ πᾶσί τε αὐτοῖς καὶ Ἀλαρίχῳ B ἐτύγχανεν. Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον Ἀλάριχος καταλαβὼν τὰς Ἄλπεις (32) (χωρίον δὲ τοῦτο ἀμφὶ τὰ ἑξήκοντα στάδια διεστὼς τῆς Ῥαβέννης), εἰς λόγους ἦλθε τῷ βασιλεῖ περὶ τῆς εἰρήνης. Σάρος δέ τις βάρβαρος τὸ γένος, εἰς ἄκρον τὰ πολέμια ἠσκημένος, ἀμφὶ τριακοσίους μόνους περὶ αὐτὸν ἔχων πάντας εὔνους καὶ ἀρίστους, ὕποπτος ὢν Ἀλαρίχῳ διὰ προτέραν ἔχθραν, ἐλογίσατο μὴ συνοίσειν αὐτῷ τὰς μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Γότθων σπονδάς. Καὶ ἐξαπίνης μετὰ τῶν ἰδίων ἐπανελθὼν (33), ἀναιρεῖ τινας τῶν βαρβάρων. Ἐκ τούτου δὲ εἰς ὀργὴν καὶ δέος καταστὰς Ἀλάριχος, τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἀναστρέφει· καὶ περικαθεσθεὶς τὴν Ῥώμην εἷλε προδοσίᾳ· καὶ τοῖς αὐτοῦ πλήθεσιν ἐπέτρεψεν ἑκάστῳ, ὡς ἂν δύναιτο, C τῶν Ῥωμαίων πλοῦτον ἁρπάζειν, καὶ πάντας τοὺς οἴκους ληΐζεσθαι· ἄσυλον εἶναι προστάξας, αἰδοῖ τῇ πρὸς τὸν ἀπόστολον Πέτρον, τὴν περὶ τὴν αὐτοῦ σορὸν ἐκκλησίαν, μεγάλην τε καὶ πολὺν χῶρον περιέχουσαν. Τουτὶ δὲ γέγονεν αἴτιον τοῦ μὴ ἄρδην ἀπολέσθαι τὴν Ῥώμην. Οἱ γὰρ ἐνθάδε διασωθέντες (πολλοὶ γὰρ ἦσαν) πάλιν τὴν πόλιν ᾤκησαν.

## ΚΕΦΑΛ. Ι'.

*Περὶ τῆς Ῥωμαίας γυναικὸς, σωφροσύνης ἔργον ἐνδειξαμένης.*

Οἷα δὲ εἰκὸς, ὡς ἐν ἁλώσει τοιᾶσδε πόλεως πολλῶν συμβεβηκότων, ὃ τότε μοι ἔδοξεν Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας ἄξιον γεγενῆσθαι ἀναγράψομαι. D Δηλοῖ γὰρ ἀνδρὸς βαρβάρου πρᾶξιν εὐσεβῆ, καὶ γυναικὸς Ῥωμαίας ἀνδρείαν ἐπὶ φυλακῇ σωφροσύνης.

### VALESII ANNOTATIONES.

(31) *Παρὰ Σιγησαρίου τοῦ ἐπισκόπου.* Hujus episcopi meminit Olympiodorus in *Excerptis historiarum*, ubi filios Ataulphi regis Gothorum, e sinu Sigesarii episcopi abreptos atque occisos esse scribit.

(32) *Καταλαβὼν τὰς Ἄλπεις.* Cluverius in lib. I, *Ital. antiq.*, pag. 306, *Classem* hic intelligi existimat, qui portus erat Ravennæ. Quæ sententia licet placuerit Jacobo Gothofredo in notis ad Philostorgium, mihi tamen probari non potest. Primo enim, *Classis* non distat sexaginta stadiis ab urbe Ravenna. Deinde Sozomenus non dicit fuisse portum urbis Ravennæ; quod tamen omissurus non erat, si *Classem* hic intellexisset. Scio quidem Cluverium hic emendare ἀμφὶ τὰ εἴκοσι καὶ τρία στάδια, sed manuscripti codices reclamant.

(33) *Μετὰ τῶν ἰδίων ἐπανελθών.* Mallem scribere ἐπελθὼν, quomodo etiam Savilius ad latus sui codicis emendarat.

Digitized by Google

Ἀμφοτέρων δὲ Χριστιανῶν, οὐχ ἀπὸ τῆς αὐτῆς αἱρέσεως· καθότι ὁ μὲν τὰ Ἀρείου, ἡ δὲ τῶν ἐν Νικαίᾳ τὴν πίστιν ἐζήλου. Ταύτην δὲ εὖ μάλα καλὴν ἰδών τις νέος τῶν Ἀλαρίχου στρατιωτῶν, ἡττήθη τοῦ κάλλους, καὶ εἰς συνουσίαν εἷλκεν. Ἀνθέλκουσαν δὲ καὶ βιαζομένην μηδὲν ἀσελγὲς παθεῖν, γυμνώσας τὸ ξίφος, ἠπείλησεν ἀναιρεῖν· καὶ μετὰ φειδοῦς, οἷά γε ἐρωτικῶς διακείμενος, ἐξ ἐπιπολῆς ἔπληξε τὸν τράχηλον. Πολλῷ δὲ περιῤῥεομένη τῷ αἵματι, τὸν αὐχένα τῷ ξίφει ὑπέσχεν, αἱρετώτερον ἐν σωφροσύνῃ λογισαμένη ἀποθανεῖν, ἢ ζῆν ἑτέρου πειρασθεῖσαν ἀνδρὸς μετὰ τὸν νόμῳ συνοικήσαντα. Ἐπεὶ δὲ πάλιν ὁ βάρβαρος καὶ φοβερώτερον ἐπιὼν, οὐδὲν πλέον ἤνυε, θαυμάσας αὐτῆς τὴν σωφροσύνην, ἤγαγεν εἰς τὸ Πέτρου ἀποστολεῖον· καὶ παραδοὺς τοῖς φύλαξι τῆς ἐκκλησίας, καὶ χρυσοῦς ἓξ εἰς ἀποτροφὴν αὐτῆς, ἐκέλευσε τῷ ἀνδρὶ φυλάττειν.

A Romanæ in custodienda castitate ostenditur. Uterque autem Christianus fuit, sed non ejusdem sectæ. Nam barbarus quidem opinionem Arii, mulier vero Nicæni concilii fidem sequebatur. Hanc cum juvenis quidam ex militibus Alarici eximia forma præditam vidisset, captus pulchritudine, trahebat ad stuprum. Cum autem reluctaretur mulier, totisque viribus obsisteret ne quid obsceni pateretur, barbarus nudato gladio mortem ei minatus est, et levi brachio, utpote qui ob amorem parcere ei vellet, superficie tenus collum percussit. Tum mulier multo cruore perfusa, cervicem gladio subjecit : optabilius esse ducens, ut cum castitate moreretur, quam ut post eum cui legitime nupserat, alium virum experta superviveret. B Sed cum barbarus adhuc terribilius irruens, nihil proficeret, admiratus castitatem mulieris, duxit eam in basilicam Petri apostoli. Cumque eam tradidisset ecclesiæ custodibus, simulque sex aureos ad victum ei comparandum, ut marito servaretur præcepit.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

*Περὶ τῶν ἐν τοῖς χρόνοις ἐκείνοις τυράννων ἐπαναστάντων ἐν Δύσει κατὰ Ὀνωρίου, καὶ πάντων ἄρδην ἀναιρεθέντων διὰ τὸ τοῦ βασιλέως θεοφιλές.*

Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, πολλῶν ἐπανισταμένων τυράννων ἐν τῇ πρὸς Δύσιν ἀρχῇ, οἱ μὲν πρὸς ἀλλήλων πίπτοντες, οἱ δὲ παραδόξως συλλαμβανόμενοι, οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐπεμαρτύρουν Ὀνωρίῳ θεοφίλειαν. Πρῶτον μὲν γὰρ οἱ ἐν Βρεττανίᾳ στασιάσαντες [1] στρατιῶται ἀναγορεύουσι Μάρκον τύραννον· μετὰ δὲ τοῦτον Γρατιανὸν, ἀνελόντες Μάρκον· ἐπεὶ δὲ καὶ οὗτος οὐ πλέον τεσσάρων μηνῶν διελθόντων ἐφονεύθη παρ' αὐτῶν, πάλιν Κωνσταντῖνον χειροτονοῦσιν, οἰηθέντες καθότι ταύτην εἶχε προσηγορίαν, καὶ βεβαίως αὐτὸν κρατήσειν τῆς βασιλείας. Ἐκ τοιαύτης γὰρ αἰτίας φαίνονται καὶ τοὺς ἄλλους εἰς τυραννίδα ἐπιλεξάμενοι. Περαιωθεὶς δὲ Κωνσταντῖνος ἀπὸ Βρεττανίας ἐπὶ Βουβονίαν (34) πόλιν τῆς Γαλατίας παρὰ θάλασσαν κειμένην, προσηγάγετο τοὺς παρὰ Γαλάταις καὶ Ἀκουϊτανοῖς στρατιώτας· καὶ τοὺς τῇδε ὑπηκόους περιεποιήσεν ἑαυτῷ, μέχρι τῶν

## CAP. XI.

*De tyrannis qui eo tempore adversus Honorium in Occidente rebellarunt, et funditus deleti sunt, ob amorem Dei erga imperatorem.*

Sub idem tempus cum multi in Occidentis partibus tyrannidem arripuissent, alii a se mutuo interfecti, alii præter omnium exspectationem capti, haud vulgarem Dei erga Honorium benevolentiam testificati sunt. Nam primum quidem milites qui erant in Britanniis, seditione facta, Marcum quemdam imperatorem renuntiarunt. Postea vero occiso C Marco, Gratianum elegerunt. Quo rursus, elapsis haud amplius quam quatuor mensibus, ab ipsis perempto, Constantinum eligunt : illum eo quod isto nomine vocaretur, constanter imperio potiturum arbitrati. Hac enim ex causa videntur alios quoque ad imperium elegisse. Porro Constantinus, **377** cum ex Britannia trajecisset Bononiam, quæ urbs est Galliæ, ad mare sita, milites qui erant in Gallia et Aquitania, ad suas partes pertraxit, omnesque earum regionum incolas im-

### VALESII ANNOTATIONES.

(34) *Ἐπὶ Βουβονίαν.* In codice Fuketiano scriptum inveni Βοβονίαν, quod propius accedit ad veram scripturam. Scribendum enim est Βονωνίαν, ex Olympiodoro : ex quo hæc pene ad verbum desumpsit Sozomenus, ut ex utriusque scriptoris verbis inter se collatis perspici potest. Sed et Zosimus ea quæ de Constantino tyranno habet in libro VI, et quæ de Alarico et Stilicone scribit in lib. V, cuncta fere ex Olympiodoro mutuatus D est. Quem quidem etiam nominat in lib. V, pag. 803, ubi agit de Ravennæ urbis origine. Unde obiter colligitur, Zosimum non Honorii temporibus, ut quidam existimant, sed diu post ejus obitum Historiam suam scripsisse. Nam Olympiodorus quem citat, post Honorii mortem, usque ad Valentiniani Placidi imperium historiam perduxit, ut testatur Photius.

### VARIORUM.

[1] *Οἱ ἐν Βρεττανίᾳ στασιάσαντες.* Zosimus lib. VI, pag. 824, narrat, Honorio VII et Theodosio iterum coss. milites Britannicos Marcum in regio solio collocasse, eo necato Gratianum, et hoc occiso Constantinum. Qua de re audiendus Beda lib. I, cap. 9 : *Anno ab Incarnatione Domini* 407, *tenente imperium Honorio Aug. filio Theodosii minore, loco ab Augusto* XLIV, *ante biennium Romanæ irruptionis, quæ per Alaricum regem Gothorum facta est : cum gentes Alanorum, Suevorum, Vandalorum, multæque cum his aliæ, protritis Francis, transito Rheno, totas per Gallias sævirent, apud Britannias Gratianus municeps, tyrannus creatur et occiditur. Hujus loco Constantinus ex infima militia, propter solam spem nominis, et sine merito virtutis, eligitur : qui continuo, ut invasit imperium, in Gallias transiit.* Ibi anno 409 consulem se cum Honorio designavit, a quo vestem imperialem accepit. Tandem in obsidione Arelati occiditur, caputque conto suffixum refertur, anno 411, XIV Kal. Octob., ut scribit Idatius.

Digitized by Google

perio suo adjunxit, usque ad montes qui Galliam A ab Italia dividunt, quas Romani Cottias Alpes nominant. Deinde Constantem filium suum majorem natu, quem postea Augustum creavit, tunc Cæsaris dignitate ornatum, misit in Hispaniam. Qui cum eam provinciam occupasset, rectores illic suarum partium constituit : et Didymum ac Verinianum Honorii propinquos, vinctos ad se adduci præcepit. Hi cum antea inter se dissiderent, simulatque in periculum venerunt, ad pristinam redierunt concordiam : et collecta rusticorum ac servorum manu, cum copias suas junxissent, pugnam conseruerunt in Lusitania, multosque ex militibus qui ad ipsos capiendos a tyranno missi fuerant, interfecerunt.

μεταξὺ Ἰταλίας καὶ Γαλατίας ὅρων *, ἃς Κοττίας Ἄλπεις Ῥωμαῖοι καλοῦσι. Κώνσταντα δὲ τὸν πρεσβύτερον τῶν αὐτοῦ υἱέων, ὃν ὕστερον βασιλέως σχῆμα ἐνέδυσε, Καίσαρα τότε ἀναγορεύσας, πέπομφεν εἰς Σπανίας· ὁ δὲ, τὸ ἔθνος καταλαβὼν, ἄρχοντας ἰδίους κατέστησε. Καὶ δεσμίους αὐτῷ ἀχθῆναι προσέταξε Δίδυμον καὶ Βερενιανὸν, τοὺς Ὀνωρίου συγγενεῖς· οἳ τὰ πρῶτα διαφερόμενοι πρὸς ἑαυτοὺς, εἰς κίνδυνον καταστάντες ὡμονόησαν· καὶ πλῆθος ἀγροίκων καὶ οἰκετῶν συλλέξαντες, κοινῇ κατὰ τὴν Λυσιτανίαν παρετάξαντο, καὶ πολλοὺς ἀνεῖλον τῶν εἰς σύλληψιν αὐτῶν ἀποσταλέντων παρὰ τοῦ τυράννου στρατιωτῶν.

## CAP. XII.

B

*De Theodosiolo et Lagodio : et de gentibus Vandalorum et Suevorum. Item de morte Alarici, et de fuga Constantini et Constantis tyrannorum.*

Postea vero cum adversarii auxiliaribus copiis aucti essent, Didymus et Verinianus capti, et una cum uxoribus suis abducti, nec multo post interempti sunt. Theodosiolus vero et Lagodius eorum fratres, qui in aliis provinciis degebant, patriam suam reliquere. Ac Theodosiolus quidem in Italiam confugit ad Honorium imperatorem : Lagodius vero in Orientis partes se recepit ad Theodosium. His rebus gestis, Constans ad patrem reversus est, militum suorum præsidio ad custodiendos Hispaniarum aditus constituto; petentibusque C Hispanis ut ejus aditus custodia juxta antiquam consuetudinem ipsis concederetur, nequaquam id permisit. Quæ quidem res earum regionum incolis causa exitii postmodum fuit. Fractis enim Constantini viribus, gentes barbaræ, Vandali scilicet, Suevi et Alani, resumpta fiducia, angustias illas occuparunt : multasque urbes et castella Hispaniæ et Galliarum, et tyranni duces ac comites cepere. Constantinus vero, cum res ipsi ex animi sententia succedere viderentur, filio Constante ex Cæsaris dignitate ad augustum cul-

## ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

*Περὶ Θεοδοσιώγου καὶ Λαγωδίου· περὶ Οὐανδάλων καὶ Σουΐϐων ἐθνῶν· καὶ περὶ τοῦ θανάτου Ἀλαρίχου. Καὶ περὶ τῆς φυγῆς Κωνσταντίνου καὶ Κώνστα τῶν τυράννων.*

Μετὰ δὲ ταῦτα συμμαχίας προστεθείσης τοῖς ἐναντίοις, ἐζωγρήθησαν, καὶ ἅμα ταῖς αὐτῶν γαμεταῖς ἀπήχθησαν, καὶ ὕστερον ἀνῃρέθησαν. Ἐν ἑτέραις δὲ ἐπαρχίαις διατρίϐοντες Θεοδοσίωλος καὶ Λαγώδιος, οἱ αὐτῶν ἀδελφοὶ, φεύγουσι τὴν πατρίδα, καὶ διασώζονται, Θεοδοσίωλος μὲν, εἰς Ἰταλίαν πρὸς Ὀνώριον τὸν βασιλέα· Λαγώδιος δὲ, πρὸς Θεοδόσιον εἰς Ἀνατολήν. Καὶ ὁ μὲν Κώνστας ταῦτα διαπραξάμενος, ἐπανῆλθε πρὸς τὸν πατέρα, φρουρὰν καταστήσας (35) ἀπὸ τῶν στρατιωτῶν τῆς ἐπὶ τὰς Σπανίας παρόδου· ἣν δεομένοις Σπάνοις κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔθος φυλάττειν, οὐκ ἐπέτρεψεν. Ὃ καὶ αἴτιον γέγονε μετὰ ταῦτα τῆς ἀπωλείας τῶν τῇδε. Καταπεσούσης γὰρ τῆς Κωνσταντίνου δυνάμεως, ἀναλαϐόντες ἑαυτοὺς Οὐάνδαλοί τε καὶ Σουΐϐοι καὶ Ἀλανοὶ, ἔθνη βάρϐαρα, τῆς παρόδου ἐκράτησαν, καὶ πολλὰ φρούρια καὶ πόλεις τῶν Ἱσπανῶν καὶ Γαλατῶν εἷλον, καὶ τοὺς ἄρχοντας τοῦ τυράννου. Κωνσταντῖνος δὲ τέως κατὰ γνώμην πράττειν δοκῶν, Κώνσταντα τὸν υἱὸν ἀντὶ Καίσαρος βασιλέα καταστήσας, ἐϐουλεύετο τὴν Ἰταλίαν καταλαϐεῖν· καὶ παραμείψας τὰς Κοττίας Ἄλπεις, ἧκεν εἰς Λιϐερῶνα πόλιν (36) τῆς

### VALESII ANNOTATIONES.

(35) *Φρουρὸν καταστήσας*. Scribendum procul dubio est φρουράν, ut legitur apud Nicephorum.

(36) *Εἰς Λιϐερῶνα πόλιν*. Ortelius in *Thesauro geographico* putat esse Libarna Liguriæ oppidum, cujus meminit Plinius ac Ptolemæus. Ego vero Veronam potius intelligi crediderim, quæ est Venetiæ civitas. Nam Libarna oppidum est ignobile, nec ab ullis quod sciam historicis celebratum, aut inter civitates recensitum. Verona autem civitas est admodum opportuna ad bellum gerendum : quam Constantinus, cum in Italiam ex Gallia proficisceretur, bellum Maxentio illaturus, occupavit. Nec obstat quod Liguriæ urbs dicitur a Sozomeno. Solent enim Græci cum de rebus Occidentalis imperii loquuntur, parum accurate provincias distinguere. Opinioni nostræ suffragatur Sigonius in D lib. II *De imperio Occidentali*, ubi res gestas Constantini ex Sozomeno nostro describens, ita dicit : *Mox spe inani elatus posse se Italiam occupare, ab Ellobicho Honorii præfecto tacite accersitus, Alpes superavit. Verum ad urbem Veronam progressus, cum Padum transmissurus esset, inopinata morte Ellobichi audita, statim converso agmine retrocessit.* At Cluverius in libro I *Italiæ antiquæ*, cap. 23, Liberonem oppidum, cujus hic meminit Sozomenus, ait esse illud quod hodie vulgari vocabulo dicitur *Viverone*, situm inter Vercellas et Epocediam. Eorum autem sententiam, qui Libarnam, veteris Liguriæ oppidum a Sozomeno intelligi existimarunt, docte ibidem refutat Cluverius, pag. 234.

### VARIORUM.

* Sic et Stephanus, quanquam Valesius sic interpretatur quasi legisset ὀρῶν.

Digitized by Google

Λιγουρίας· μέλλων δὲ περαιοῦσθαι τὸν Ἠριδανὸν, A τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἀνέστρεψε, μαθὼν τὸν Ἀλαβίχου θάνατον (37)· ὃν δὴ στρατηγὸν Ὁνωρίου ὄντα, καὶ ὕποπτον ὡς Κωνσταντίνῳ πραγματευόμενον πᾶσαν τὴν πρὸς τὴν Δύσιν ἡγεμονίαν, ἀναιρεθῆναι συνέβη τότε, προηγούμενον ὡς ἔθος ἐπανιόντος ἐκ προόδου τινὸς τοῦ κρατοῦντος. Ἡνίκα δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτίκα τοῦ ἵππου ἀποβὰς, δημοσίᾳ εὐχαριστήρια τῷ Θεῷ ηὔξατο, ὡς προφανοῦς ἐπιβούλου ἀπαλλαγείς. Κωνσταντῖνος δὲ φεύγων, τὴν Ἀρήλατον κατέλαβε, κατὰ ταυτὸν δὲ καὶ Κώνστας ὁ αὐτοῦ παῖς φεύγων ἐκ τῆς Ἱσπανίας. Καταπεσούσης γὰρ τῆς Κωνσταντίνου δυνάμεως, ἀναλαβόντες ἑαυτοὺς Οὐανδαλοί τε καὶ Σούϊβοι, καὶ Ἀλανοὶ, σπουδῇ τὸ Πυρηναῖον ὄρος κατέλαβον, εὐδαίμονα καὶ πλουσιωτάτην τὴν χώραν ἀκούοντες· παρημεληκότων τε τῶν ἐπιτραπέντων B παρὰ Κώνσταντος τὴν φρουρὰν τῆς παρόδου, παρῆλθον εἰς Ἱσπανίαν.

men evecto, Italiam occupare aggressus est. Cumque Alpes Cottias superasset, Veronam venit, urbem Liguriæ. **378** Et cum Padum amnem jam trajecturus esset, eadem qua venerat via reversus est, comperta morte Alarici. Qui cum esset magister militum Honorii, eoque nomine suspectus quod universum Occidentis imperium in Constantinum transferre vellet, tunc forte occisus fuerat, cum imperatorem ex processu redeuntem, ut moris est, antecederet. Quo quidem tempore imperator, protinus ex equo desiliens, palam gratias egit Deo, quod manifesto insidiatore esset liberatus. Porro Constantinus fugiens Arelatum se recepit; eodemque tempore filius ejus Constans, ex Hispania fugiens, illuc venit. Nam cum Constantini vires imminui cœpissent, Vandali, Suevi et Alani, resumptis animis Pyrenæum montem propere occupaverant, cum eam regionem fertilem atque opulentissimam esse didicissent, et segnius agentibus iis quibus Constans transitus custodiam commiserat, in Hispaniam irruperunt.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΓ.

*Περὶ Γεροντίου καὶ Μαξίμου, καὶ περὶ τῆς στρατιᾶς Ὀνωρίου, καὶ περὶ τῆς ἁλώσεως Γεροντίου, καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ ὡς ἐφονεύθησαν.*

Ἐν τούτῳ δὲ Γερόντιος, ὁ τῶν Κωνσταντίνου στρατηγῶν ἄριστος, δυσμενὴς αὐτῷ γέγονεν· ἐπιτήδειόν τε εἰς τυραννίδα Μάξιμον τὸν αὐτοῦ οἰκεῖον (38) νομίσας, βασιλικὴν ἐνέδυσεν ἐσθῆτα, καὶ ἐν Ταῤῥακόνῃ διάγειν εἴασεν. Αὐτὸς δὲ Κωνσταντίνῳ ἐπεστράτευσεν, ἐν παρόδῳ Κώνσταντα τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ἐν Βιέννῃ ὄντα ἀναιρεθῆναι παρασκευάσας. Ἐπεὶ δὲ ἔμαθε Κωνσταντῖνος τὰ κατὰ Μάξιμον, Ἐδόβιχον μὲν τὸν αὐ- C τοῦ στρατηγὸν (39) πέραν τοῦ Ῥήνου πέπομφεν, Φράγκων τε καὶ Ἀλαμανῶν συμμαχίαν προτρεψάμενον. Κώνσταντι δὲ τῷ αὐτοῦ παιδὶ Βιέννης καὶ τῶν τῇδε πόλεων τὴν φυλακὴν ἐπέτρεψε. Καὶ Γερόντιος μὲν ἐπὶ τὴν Ἀρήλατον ἐλάσας, ἐπολιόρκει τὴν πόλιν. Μετ' οὐ πολὺ δὲ στρατιᾶς Ὀνωρίου κατὰ τοῦ τυράννου παραγενομένης, ἧς ἡγεῖτο Κωνστάντιος ὁ τοῦ Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ βασιλέως πατὴρ, φεύγει παραχρῆμα μετ' ὀλίγων στρατιωτῶν. Οἱ γὰρ πλείους τοῖς ἀμφὶ τὸν Κωνστάντιον προσεχώρησαν· οἱ δὲ ἐν Ἱσπανίᾳ στρατιῶται εὐκαταφρόνητον ἀπὸ τῆς φυγῆς δόξαντα τὸν Γερόντιον ἐβουλεύσαντο ἀνελεῖν· καὶ

## CAP. XIII.

***De Gerontio et Maximo, et de exercitu Honorii: et quomodo Gerontius cum uxore captus interfectusque est.***

**Inter hæc Gerontius omnium Constantini ducum fortissimus, hostis illi factus, Maximum familiarem suum quem imperio gerendo idoneum existimabat, imperiali veste induit, et Tarraecone morari jussit. Ipse expeditione adversus Constantinum suscepta, obiter filium ejus Constantem qui Viennæ agebat, interfici curavit. Constantinus vero cum defectionem Maximi comperisset, Edobicum ducem suum trans Rhenum direxit, ut Francorum et Alamannorum auxilia impetraret. Constanti autem filio suo Viennæ et reliquarum illic urbium custodiam commisit. At Gerontius Arelatum profectus, eam obsidere aggressus est. Sed non multo post, cum exercitus Honorii contra tyrannum missus advenisset, duce Constantio, qui **379** pater fuit Valentiniani Augusti, Gerontius cum paucis militibus statim fugam arripuit. Major enim pars eorum ad Constantium transfugerat. Porro Hispanienses milites, Gerontium ob eam fugam contemnendum rati, consilium de eo interficiendo cepe-

### VALESII ANNOTATIONES.

(37) *Μαθὼν τὸν Ἀλαβίχου θάνατον.* Olympiodorus Alobicum vocat, et Honorii jussu interfectum esse scribit, eo quod Eusebium præpositum imperialis cubiculi occidisset. Apud Zosimum in lib. v, Allobichus etiam dicitur. Fuerat hic primum comes domesticorum equitum. Postea vero occisis Turpilione ac Vigilantio, magister equitum factus est, ut scribit Zosimus, pag. 822. Sed verba Zosimi mendosa sunt, quæ hic obiter corrigemus: καὶ μετὰ Βιγελάντιον, Ἀλλόβιχον ὕπαρχον καταστήσας: scribe meo periculo ἵππαρχον. Quod miror ab interprete animadversum non fuisse.

(38) *Τὸν αὐτοῦ οἰκεῖον.* Frigeridus Maximum unum ex clientibus Gerontii fuisse dicit. Olympiodorus vero Gerontii filium vocat, et inter domesti- D eos militasse dicit: Μάξιμον τὸν ἑαυτοῦ παῖδα, εἰς τὴν τῶν δομεστίκων τάξιν τελοῦντα. Nisi forte Olympiodorus παῖδα posuit pro famulo. Certe Prosper in Chronico scribit Maximo tyranno vitam concessam fuisse ob vilitatem ipsius.

(39) *Ἐδόχιμον μὲν τὸν αὐτοῦ στρατηγόν.* Christophorsonus et Savilius nescio quos codices secuti, Ἐδόδιχον emendarunt. Ego vero ex codice Fuketiano Ἐδόβιχον restitui. Certe Zosimus in libro sexto Ἐδάβινχον vocat hunc magistrum militum Constantini tyranni, et natione Francum fuisse testatur. A Frigerido quoque Edobeccus dicitur. Sed verba ipsa Frigeridi operæ pretium fuerit hic apponere, sicut a Gregorio Turonense relata sunt: *Qui ubi in unum venere, interjectis diebus plurimis,*

Digitized by Google

iunt; noctuque obsessa ejus domo, impetum in eum fecerunt. Verum Gerontius cum uno Alano familiari suo paucisque admodum servulis, tela ex superiori domus parte conjiciens, supra trecentos milites interemit. Sed cum sagittæ defecissent, servi quidem aufugerunt, clam semetipsos demittentes ex domo. Gerontius vero, cum et ipse pari modo posset evadere, Nunechiæ conjugis amore detentus, id facere recusavit. Luce orta, cum milites ignem in domum injecissent, ipse nullam amplius spem salutis relictam videns, Alano comiti suo, id volenti, caput abscidit. Posthæc suæ quoque uxori lamentanti, et cum lacrymis semetipsam gladio admoventi, poscentique ut priusquam in aliorum potestatem veniret, viri sui dextra moreretur, utque hoc extremum munus ab ipso acciperet oranti, itidem caput amputavit. Ita virilis animi mulier dignum religione sua exitum sortita, erat enim Christiana, sempiternam sui memoriam posteris dereliquit. Gerontius vero, cum se tertio percussisset, nec tamen letale vulnus accepisse sentiret, stricto pugione quem ad femur habebat, cor suum transfixit.

## CAP. XIV.

*De Constantino, et de exercitu Honorii: et de Edobico magistro militum: quomodo ab Ulphila duce qui cum Constantio missus fuerat, victus ac peremptus fuerit.*

Interim circumsidente Arelatum Honorii exercitu, Constantinus adhuc obsidionem sustinebat, cum ei nuntiatum esset, Edobicum cum ingentibus auxiliis adventare. Quod quidem etiam Honorii duces magnopere terrebat: adeo ut in Italiam reverti, atque illic bellum gerere jam pararent. Cumque id consilium placuisset, nuntiato protinus Edobici adventu, et quod is in proximo castra haberet, ipsi Rhodanum amnem trajiciunt. Et Constantius quidem qui pedestres copias ductabat, adventum hostium opperiebatur. Ulfila vero Constantii collega, haud procul abditus cum equitatu subsidebat. Postquam hostes exercitum Ulfilæ prætergressi, jam cum militibus Constantii pugnam inituri erant, repente signo dato prorumpens Ulfila, hostes a tergo invadit. Statimque disjectis eorum copiis, alii in fugam versi, alii occisi, plurimi, armis abjectis, veniam poscentes, salutem consecuti sunt. Edovicus autem conscenso equo, in agrum quemdam profugit, ad Ecdicium ejus possessorem, qui multis olim beneficiis ab Edobico affectus, amicus illi esse putabatur. Verum Ecdicius caput Edobici amputatum ad Honorii duces detu-

A φραξάμενοι, νύκτωρ αὐτοῦ τὴν οἰκίαν κατέδραμον. Ὁ δὲ, μεθ' ἑνὸς Ἀλανοῦ ἐπιτηδείου καὶ ὀλίγων οἰκετῶν, ἄνωθεν τοξεύων, ὑπὲρ τοὺς τριακοσίους ἀναιρεῖ στρατιώτας. Ἐπιλειψάντων δὲ τῶν βελῶν, φεύγουσιν οἱ οἰκέται, καθέντες αὑτοὺς τοῦ οἰκήματος λάθρα. Γερόντιος δὲ τὸν ἴσον τρόπον διασωθῆναι δυνάμενος, οὐχ εἵλετο, κατασχεθεὶς ἔρωτι Νοννιχίας τῆς αὐτοῦ γαμετῆς (40). Περὶ δὲ τὴν ἕω πῦρ ἐμβαλόντων τῇ οἰκίᾳ τῶν στρατιωτῶν, οὐκ ἔχων λοιπὸν σωτηρίας ἐλπίδα, ἑκόντος τοῦ συνόντος αὐτῷ Ἀλανοῦ ἀποτέμνει τὴν κεφαλήν· μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τῆς ἰδίας γαμετῆς ὀλοφυρομένης, καὶ μετὰ δακρύων προσωθούσης ἑαυτὴν τῷ ξίφει, καὶ πρὶν ὑφ' ἑτέροις γενέσθαι, παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἀποθανεῖν αἰτούσης, καὶ τοῦτο τὸ δῶρον ὕστατον παρ' αὐτοῦ λαβεῖν ἀντιβολούσης.
B Καὶ ἡ μὲν γυνὴ, ἀνδρείᾳ τῆς θρησκείας ἐπαξίως φανεῖσα (ἦν γὰρ Χριστιανή), ὧδε τέθνηκε, κρείττονα λήθης τὴν περὶ αὐτῆς μνήμην τῷ χρόνῳ παραδοῦσα. Γερόντιος δὲ τρίτον ἑαυτὸν τῷ ξίφει παίσας, ὡς οὐ καιρίαν λαβὼν ᾔσθετο, σπασάμενος τὸ παρὰ τὸν μηρὸν ξιφίδιον, κατὰ τῆς καρδίας ἤλασε.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

*Περὶ Κωνσταντίνου καὶ τῆς στρατιᾶς Ὀνωρίου, καὶ Ἐδοβίχου τοῦ στρατηγοῦ· καὶ ἧττα Ἐδοβίχου ὑπὸ Οὐλφίλα τοῦ συστρατηγοῦ Κωνσταντίνου, καὶ φόνος αὐτοῦ.*

Κωνσταντῖνος δὲ, περικαθημένης τῆς Ὀνωρίου στρατιᾶς, ἔτι πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀντεῖχεν, ἀγγελ-
C θέντος Ἐδοβίχου μετὰ πλείστης συμμαχίας ἥξειν. Τοῦτο δὲ καὶ τοὺς Ὀνωρίου στρατηγοὺς οὐ μετρίως ἐφόβει. Βουλευσαμένων τε αὐτῶν ἀναστρέφειν εἰς Ἰταλίαν, κἀκεῖ πειραθῆναι τοῦ πολέμου, καὶ ἐπειδὴ τοῦτο συνεδόκει, πλησίον ἀγγελθέντος Ἐδοβίχου, περῶσι Ῥοδανὸν τὸν ποταμόν. Καὶ Κωνστάντιος μὲν ἔχων τοὺς πεζοὺς, ἐπιόντας περιμένει τοὺς πολεμίους· Οὐλφίλας δὲ ὁ Κωνσταντίου συστρατηγὸς, οὐ πόῤῥωθεν ἀποκρυβεὶς μετὰ τῶν ἱππέων ἐλάνθανεν. Ἐπεὶ δὲ παραμείψαντες οἱ πολέμιοι τοῦ Οὐλφίλα τῇ στρατιᾷ, ἔμελλον εἰς χεῖρας ἰέναι τῶν ἀμφὶ τὸν Κωνστάντιον, σημείου δοθέντος, ἐξαπίνης ἀναφανεὶς Οὐλφίλας, κατὰ νώτου τῶν πολεμίων ἤλαυνεν· αὐτίκα τε τροπῆς γενομένης, οἱ μὲν φεύγουσι, οἱ δ' ἀναιροῦνται, οἱ δὲ πλείους τὰ ὅπλα ἀποθέμενοι,
D συγγνώμην ᾔτησαν, καὶ φειδοῦς ἠξιώθησαν. Ἐδόβιχος δὲ ἵππου ἐπιβὰς, ἔφυγεν εἰς ἀγρόν τινα πρὸς Ἐκδίκιον τὸν κεκτημένον, πλεῖστα παρ' αὐτοῦ Ἐδοβίχου πρότερον εὐηργετημένον, καὶ φίλον νομιζόμενον. Ὁ δὲ, τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν ἀποτεμὼν, προσφέρει τοῖς Ὀνωρίου στρατηγοῖς, ἐπ' ἐλπίδι μεγάλων

## VALESII ANNOTATIONES.

*nullo ab Italia metu, Constantinus gulæ ac ventri deditus, redire ad Hispanias filium monet. Qui præmissis agminibus, dum cum patre resideret, ab Hispania nuntii commeant, a Gerontio Maximum, unum ex clientibus suis, imperio præditum, atque in se comitatu gentium barbararum accinctum parari. Quo exterriti, Edobecco ad Germanas gentes præmisso, Constans, et præfectus jam Decimius Rusticus ex officiorum magistro, petunt Gallias, cum Francis et Alamannis, omnique militum manu ad Constantinum jamjamqueredituri.*

(40) *Νοννιχίας τῆς αὐτοῦ γαμετῆς*. Apud Nicephorum in lib. XIV, cap. 6, scriptum est Νουνυχίας. Sed non dubito quin scribendum sit Νουνεχίας. Est enim nomen proprium mulieris Nunechia.

Digitized by Google

δώρων καὶ τιμῆς. Κωνστάντιος δὲ τὴν μὲν κεφαλὴν A δεχθῆναι προσέταξε, χάριν ἔχειν Ἐκδικίῳ τὸ δημόσιον εἰπὼν τῆς Οὐλφίλα πράξεως (41)· συνεῖναι δὲ σπουδάζοντα αὐτὸν ἀναχωρεῖν ἐκέλευσεν, οὐκ ἀγαθὴν ἡγησάμενος κακοῦ ξενοδόχου τὴν συνουσίαν ἔσεσθαι αὐτῷ ἢ τῇ στρατιᾷ. Καὶ ὁ μὲν, φίλου ἀνδρὸς καὶ ξένου ἐν δυσπραγίᾳ διακειμένου ἀνοσιώτατον φόνον τολμήσας, κατὰ κενῆς, τοῦτο δὴ τοῦ λόγου, χανὼν ἀπῆλθε.

lit, **380** maxima ab illis munera et honorem se adepturum sperans. Constantius vero caput quidem accipi jussit, dicens rempublicam gratias agere Ulfilæ ob facinus Ecdicii, sed cum Ecdicius apud ipsum manere vellet, abscedere eum jussit: nec sibi, nec exercitui commodam fore ratus consuetudinem ejus viri, qui tam male hospites suos exciperet. Ita Ecdicius, cum hominis amici atque hospitis adversa fortuna usi nefariam cædem perpetrare ausus fuisset, incassum hians, ut vulgo dici solet, abscessit.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

*Περὶ τῆς ἀποθέσεως τῶν βασιλικῶν σημείων Κωνσταντίνου, καὶ ὡς ἐχειροτονήθη πρεσβύτερος· καὶ θάνατος αὐτοῦ ὕστερον, καὶ τῶν ἄλλων τυράννων τῶν ἐπαναστάντων Ὀνωρίῳ.* B

Μετὰ δὲ τὴν νίκην ἀντιπεραιωθείσης αὖθις πρὸς τὴν πόλιν τῆς Ὀνωρίου στρατιᾶς, μαθὼν Κωνσταντῖνος ἀναιρεῖσθαι Ἐδόβιχον (42), αὐτὸς ἐξ ἑαυτοῦ τὴν ἀλουργίδα καὶ τὰ σύμβολα τῆς βασιλείας ἀπέθετο· καὶ καταλαβὼν τὴν ἐκκλησίαν, χειροτονεῖται πρεσβύτερος. Ὅρκους τε πρότερον λαβόντες οἱ ἔσω τειχῶν, ἀνοίγουσι τὰς πύλας, καὶ φειδοῦς ἀξιοῦνται πάντες. Καὶ τὸ ἐξ ἐκείνου πάλιν τὸ τῇδε ὑπήκοον εἰς τὴν Ὀνωρίου ἡγεμονίαν ἐπανῆλθε, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἄρχουσιν ἐπείθετο. Κωνσταντῖνος δὲ ἅμα Ἰουλιανῷ τῷ παιδὶ παραπεμφθεὶς εἰς Ἰταλίαν, πρὶν φθάσαι, κατὰ τὴν ὁδὸν κτίννυται. Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἀδοκήτως ἀναιροῦνται Ἰοβιανός τε καὶ Μάξιμος (43) [b] οἱ προειρημένοι τύραννοι, καὶ Σάρος (44), καὶ ἄλλοι πλεῖστοι ἐπὶ τούτοις, ἐπιβουλεύσαντες τῇ Ὀνωρίου βασιλείᾳ.

## CAP. XV.

*Quomodo Constantinus insignia imperii deposuerit, et presbyter factus fuerit. Ejusdem cædes, et aliorum qui adversus Honorium rebellaverant.*

Post hanc victoriam, cum exercitus Honorii trajecto iterum amne ad obsidionem urbis revertisset, Constantinus, cognita Edobici cæde, purpuram et reliqua imperii insignia sponte deposuit; cumque ad ecclesiam venisset, illic presbyter ordinatus est. Obsessi vero, accepta prius jurisjurandi fide, portas aperiunt, et universi veniam consecuti sunt. Atque ex eo tempore hæ omnes provinciæ sub potestatem Honorii rediere, et ducibus ac rectoribus illius deinceps paruere. Constantinus porro una cum Juliano filio in Italiam missus, antequam eo pervenisset, in itinere est occisus. Nec multo post Jovinus et Maximus tyranni; quorum superius mentionem fecimus, ex improviso interfecti sunt: Sarus item et alii præterea complures, qui Honorii imperio fuerant insidiati.

## VALESII ANNOTATIONES.

(41) *Τῆς Οὐλφίλα πράξεως.* Hunc locum pessime vertit Musculus. Suffridus autem Petrus ita interpretatus est: *Constantinus autem caput quidem accipi jussit, ac gratias Ecdicio agi reipublicæ nomine, qui Ulphilæ officio functus esset;* sensum tamen minime est assecutus. Est sane elegans jocus ille Constantii adversus Ecdicium. Nam cum Ecdicius maximam mercedem se accepturum speraret ob caput Edobichi, Constantius præter illius exspectationem respondit, rempublicam gratias agere Ulphilæ ob factum Ecdicii. Si enim Ulphila non fudisset copias Edobichi, nunquam ei caput amputasset Ecdicius. Verba itaque transposita sunt in Græco, et restituenda quemadmodum dixi. Nicephorus vero cum hunc locum non intelligeret, vocem Οὐλφίλα expunxit.

(42) *Μαθὼν Κωνσταντῖνος ἀναιρεῖσθαι Ἐδόβιχον.* Scribendum est ἀνῃρῆσθαι.

(43) *Ἰοβιανός τε καὶ Μάξιμος.* Scribendum est Ἰοβῖνος. Hic est Jovinus, qui cum Sebastiano fratre tyrannidem in Galliis arripuit, Honorio IX et Theodosio IV consulibus, ut ex Frigerido colligitur. Scribit enim Frigeridus, dum Constantinus tyrannus ab Honorii ducibus obsideretur Arelate, nuntium ex Galliis allatum fuisse, Jovinum sumpsisse ornatus regios. Sequenti vero anno quo Honorius IX et Theodosius V consules fuere, Jovinum cum fratre in Galliis occisum esse scribit Marcellinus; Prosper vero et Idatius id referunt anno insequente, Lucio solo cos. Maximo autem vitam concessam scribit Prosper, eo quod modestia ac vilitas hominis invidiam affectati imperii non merebatur. Diu tamen postea idem Maximus in tricennalibus Honorii interfectus est, ut scribit Marcellinus in *Chronico*, Honorio XIII et Theodosio X consulibus: *Maximus tyrannus et Jovinus ferro vincti, adducti de Hispaniis atque interfecti sunt.* Ubi ignotum est quisnam sit Jovinus iste. D Non enim potest esse Jovinus is qui cum Sebastiano purpuram sumpsit in Galliis; jamdudum enim interfectus fuerat, teste Marcellino et Prospero.

(44) *Καὶ Σάρος.* Sarus genere Gothus, prius quidem ab Honorii partibus steterat, et adversus Alarichum Gothorum regem strenue pugnaverat: deinde contra Constantinum tyrannum missus in Gallias, Nebogastum magistrum militum Constantini prœlio superarat. Postea vero infensus Honorio ob cædem Belleridi domestici sui minime vindicatam, Honorii partes reliquerat, et ad Jovinum tyrannidem in Galliis gerentem se contulerat. Qua

## VARIORUM.

[b] Bis meminit Valesius noni consulatus imp. Honorii, idque in diversis annis. Quod sic explicat Ant. Pagius: *Quartum consulatum absque collega gessit Theodosius; Honorius nonum in sequentem annum distulit.*

Digitized by Google

## 381 CAP. XVI.

*De divini numinis erga Honorium benevolentia; et de ejusdem obitu. Item de successoribus illius, Valentiniano scilicet et Honoria filia. Et de pace quæ tunc fuit ubique terrarum.*

Sed hæc singillatim recensere, non est hujus loci. Obiter tamen commemoranda esse duxi, ut ex iis perspicere possemus, imperatori ad custodiam imperii sufficere, si studiosus sit divini numinis cultor: cujusmodi certe fuit imperator iste. Degebat cum illo Galla Placidia soror, eodem patre nata, ipsa quoque religionis et Ecclesiarum maximam curam gerens. Eam uxorem duxit Constantius, is qui Constantini tyrannidem exstinxerat, vir strenuus et rei bellicæ peritissimus. Quem imperator remunerans, sororis conjugio, et purpura ac diademate, imperiique consortio honoravit. Verum hic cum exiguo tempore supervixisset, defunctus est; relictis liberis Valentiniano, qui postea in imperio successit, et Honoria [1]. Per idem tempus Orientis imperium hostibus penitus vacuum erat, et præter omnium exspectationem summo cum decore respublica illic gerebatur. Quippe imperator adhuc infirma ætate erat. Sed Deus præsenti tum imperio delectari videbatur, quippe qui non solum bellicos motus præter omnium sententiam hujusmodi exitu terminaverit, verum etiam multorum qui sanctitatis causa olim celebres exstitissent, sacra corpora patefecerit. Cujusmodi illud est quod tunc temporis evenit in Zacharia, vetustissimo propheta, et in Stephano diacono, ab apostolis ordinato. Utriusque autem inventio cum admiranda sit ac plane divina, quomodo acciderit, necessario exponendum est.

## A ΚΕΦΑΛ. ΙϚʹ.

*Περὶ τῆς τοῦ κρατοῦντος Ὀνωρίου θεοφιλείας, καὶ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ, καὶ περὶ τῶν διαδόχων αὐτοῦ, Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Ὀνωρίας τῆς θυγατρός· καὶ περὶ τῆς τότε κοσμικῆς εἰρήνης.*

Ταῦτα δὲ καταλέγειν, οὐκ ἐπὶ τοῦ παρόντος καιροῦ (45)· ὅμως δ' οὖν ἀναγκαίως ἐμνήσθην, ὡς ἂν ἔχοιμεν εἰδέναι, ἀρκεῖν βασιλεῖ πρὸς φυλακὴν τοῦ κράτους, ἐπιμελῶς τὸ Θεῖον πρεσβεύειν, ὁποῖος καὶ οὑτοσὶ ὁ βασιλεὺς ἐγένετο. Τούτῳ δὲ συνῆν καὶ Γάλλα Πλακιδία, ὁμοπατρία αὐτοῦ ἀδελφὴ, παραπλησίως πολὺν ποιουμένη λόγον τῆς θρησκείας καὶ τῶν Ἐκκλησιῶν. Ἄγεται δὲ ταύτην Κωνστάντιος ὁ τὴν Κωνσταντίνου τυραννίδα καθελὼν, ἀνὴρ μαχιμώτατος καὶ στρατηγικός· ὃν ὁ βασιλεὺς γεραίρων, B τῇ ἀδελφῇ στεφάνῳ (46) καὶ ἁλουργίδι καὶ τῇ κοινωνίᾳ τοῦ κράτους ἐτίμησεν. Ὀλίγον δὲ χρόνον ἐπιβιώσας, ἐτελεύτησεν, Οὐαλεντινιανὸν τὸν Ὀνωρίου διάδοχον καὶ Ὀνωρίαν παῖδας καταλιπών. Ἐν τούτῳ δὲ, τὰ μὲν πρὸς Ἕω τῆς ἀρχομένης (47) πολεμίων ἀπήλλακτο, καὶ σὺν κόσμῳ πολλῷ τὰ τῇδε ἰθύνετο παρὰ τὴν πάντων δόξαν· ἦν γὰρ ἔτι νέος ὁ κρατῶν. Ἐδόκει δὲ ὁ Θεὸς προφανῶς ἥδεσθαι τῇ παρούσῃ βασιλείᾳ, οὐ μόνον ἐξ ἀπροσδοκήτου τὰ περὶ τοὺς πολέμους ὧδε διατεθεὶς, ἀλλὰ καὶ πολλῶν ἐπὶ εὐσεβείᾳ πάλαι εὐδοκιμηκότων τὰ ἱερὰ σώματα ἀναφαίνων· οἷον δὴ καὶ τότε γενέσθαι συνέβη ἐπὶ Ζαχαρίᾳ τῷ παλαιοτέρῳ προφήτῃ, καὶ Στεφάνῳ τῷ διακόνῳ χειροτονηθέντι παρὰ τῶν ἀποστόλων. Ἑκατέρου δὲ τῆς εὑρέσεως παραδόξου καὶ θείας οὔσης, ἀναγκαῖον C εἰπεῖν τὸν τρόπον.

## CAP. XVII.

*De inventione Zachariæ prophetæ et Stephani protomartyris.*

Ordiar autem a propheta. Chaphar Zachariæ vicus est in finibus Eleutheropolis, urbis Palæstinæ. Hujus procurator erat Calemerus quidam, addictus glebæ, domino quidem suo fidus, sed gravis ac morosus, et erga finitimos rusticos injustus. Hujusmodi cum esset, tamen propheta vigilanti apparens, seipsum manifestavit, ostensoque quodam horto: Hic, 382 inquit, fodito, mensura duorum cubitorum ducta a maceria in

## ΚΕΦΑΛ. ΙΖʹ.

*Περὶ τῆς εὑρέσεως Ζαχαρίου τοῦ προφήτου, καὶ Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος.*

Ἄρξομαι δὲ τοῦ προφήτου. Χαφὰρ Ζαχαρία (48) κώμη ἐστὶν ἐν ὁρίοις Ἐλευθεροπόλεως τῆς Παλαιστίνης. Ἐπετρόπευε δὲ ταύτην Καλήμερός τις ὁμόδουλος τῷ ἀγρῷ (49), εὔνους μὲν τῷ κεκτημένῳ, χαλεπὸς δὲ καὶ δύσκολος, καὶ περὶ τοὺς ὁμόρους ἀγροίκους ἄδικος. Τοιούτῳ δὲ ὄντι ὕπαρ ἐπιστὰς ὁ προφήτης, ἑαυτὸν κατεμήνυσε· καὶ κῆπόν τινα ἐπιδείξας, Ἄγε δὴ ἐνθάδε ὄρυξον δύο πήχεις, ἔφη, ἀναμετρήσας ἀπὸ τῆς αἱμασιᾶς ἐπὶ τὸν κῆπον, παρὰ

[1] Socr. lib. VII, c. 22.

## VALESII ANNOTATIONES.

re cognita, Athaulphus cum decem millibus armatorum ei occurrit, cum Sarus viginti tantum milites circa se haberet. Nihilominus Sarus fortiter pugnans, saccis in eum conjectis ægre capi potuit, ac paulo post necatus est, ut scribit Olympiodorus in Excerptis apud Photium. Ubi obiter notandus est error interpretis qui sic vertit, *scutis adhibitis, vivum ægre capere potuerunt.*

(45) *Οὐκ ἐπὶ τοῦ παρόντος καιροῦ.* Assentior Henrico Savilio, qui ad latus sui codicis emendavit οὐκ ἔστι.

(46) *Τῇ ἀδελφῇ στεφάνῳ.* Interpretes post vocem ἀδελφῇ subdistinctionem adhibent. Mihi tamen D durior videtur hæc locutio τῇ ἀδελφῇ ἐτίμησε. Quare locum hunc ita restituendum puto: Ὃν ὁ βασιλεὺς, γεραίρων τὴν ἀδελφὴν, στεφάνῳ καὶ ἁλουργίδι ἐτίμησεν.

(47) *Τὰ μὲν πρὸς Ἕω τῆς ἀρχομένης.* Hæc et sequentia transcripta sunt ex capite 6 hujus libri.

(48) *Χαφὰρ Ζαχαρία.* Assentior Nicephoro ac Savilio, qui ultimam vocem delet. Nicephorus in eo vico natum esse Zachariam scribit.

(49) *Ὁμόδουλος τῷ ἀγρῷ.* Musculus conservum agricolæ interpretatur. Suffridus autem Petrus conservum agri reddidit. Nicephorus vero pro his

Digitized by Google

τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ Βιθθερέϐιν (50) τὴν πόλιν ἄγουσαν. A Εὑρήσεις δὲ λάρνακα διπλῆν, ξυλίνην τὴν ἔνδον, ἐν μολυϐδίνῃ τῇ ἔξωθεν· ἀμφὶ δὲ τὴν λάρνακα, ὑέλινον σκεῦος πλῆρες ὑδάτων, καὶ δύο ὄφεις μεγέθει μετρίους, καὶ πράους καὶ ἀϐλαϐεῖς, ὡς δοκεῖν χειροήθεις εἶναι. Κατὰ δὲ τὴν σύνταξιν τοῦ προφήτου παραγενόμενος Καλήμερος ἐπὶ τὸν δηλωθέντα τόπον, σπουδῇ τοῦ ἔργου εἴχετο. Ὑπὸ δὲ τοῖς προειρημένοις συμϐόλοις ἀνακαλυφθείσης τῆς ἱερᾶς θήκης, ἀνεφάνη ὁ θεῖος προφήτης, λευκὴν στολὴν ἠμφιεσμένος, οἷά γε, οἶμαι, καὶ ἱερεὺς ὤν· ὑπὸ δὲ τοὺς πόδας αὐτοῦ ἔξωθεν τῆς λάρνακος, παιδίον ἔκειτο βασιλικῆς ἠξιωμένον ταφῆς. Εἶχε μὲν γάρ, ἐπὶ μὲν τῆς κεφαλῆς, χρυσοῦν στέφανον· χρυσᾶ δὲ τὰ ὑποδήματα, καὶ τὴν ἐσθῆτα τιμίαν. Ἀπορούντων δὲ τῶν τότε σοφῶν καὶ ἱερέων περὶ τούτου τοῦ παιδίου, B τίς τε εἴη καὶ πόθεν, καὶ οὗ χάριν τοιάδε ἠμφίεστο, λέγεται Ζαχαρίαν τὸν ἡγούμενον τῆς ἐν Γεράροις μοναχικῆς συνοικίας, Ἑϐραΐᾳ καὶ παλαιᾷ περιτυχεῖν γραφῇ, οὐ τῶν ἐκκλησιαζομένων. Ἐδήλου δὲ ὡς ἡνίκα Ζαχαρίαν τὸν προφήτην ἀνεῖλεν Ἰωὰς ὁ τῆς Ἰουδαίας βασιλεύς, οὐκ εἰς μακρὰν περὶ τὸν οἶκον χαλεπῇ ἐχρήσατο συμφορᾷ. Ἑϐδόμῃ γὰρ ἡμέρᾳ τῆς ἀναιρέσεως τοῦ προφήτου, ἐξαπίνης αὐτῷ μάλα κεχαρισμένος ὁ παῖς ἀπολώλει. Συμϐαλὼν δὲ κατὰ θεομηνίαν τῷ τοιούτῳ παθήματι περιπεσεῖν, ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ τὸ μειράκιον ἔθαψεν, ἀπολογούμενος ταύτῃ ὑπὲρ ὧν εἰς αὐτὸν ἥμαρτε. Καὶ τὰ μὲν ὧδε ἔγνων. Ὁ δὲ προφήτης, καίπερ πρὸ πλείστων γενεῶν ὑπὸ γῆν κείμενος, σῶος ἀνεφάνη, ἐν χρῷ κεχαρμένος, εὐθύρ- C ῥις, γενειάδα μετρίως καθειμένην ἔχων, τὴν δὲ κεφαλὴν βραχυτέραν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὀλίγον ἐν βάθει ταῖς ὀφρύσι καλυπτομένους.

*Τέλος σὺν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι.*

hortum, secus viam quæ ducit ad urbem Bitthereman. Reperies autem arcam duplicem: interiorem quidem ligneam, plumbeam vero exteriorem: et circa arcam vas vitreum aqua plenum: duos item angues mediocri magnitudine, mites atque innoxios, ita ut mansueti esse videantur. Igitur Calemerus ex prophetæ mandato ad locum monstratum profectus, manum operi admovere cœpit. Cumque juxta signa quæ supra retulimus, sacra capsa aperta fuisset, apparuit divinus propheta, alba veste indutus, quippe qui sacerdos etiam, ut opinor, fuisset. Porro sub pedibus illius, extra arcam tamen, infans jacebat regia sepultura honoratus. Habebat enim auream coronam in capite: aurea item calceamenta et vestem pretiosam. Cumque sapientes et sacerdotalis ordinis viri de hoc puero ambigerent, quisnam et unde esset, et quam ob causam ejusmodi veste amictus esset, aiunt Zachariam qui tum monasterio in Geraris præerat, vetustum quemdam Hebræorum librum, non tamen canonicum, forte nactum esse. Scriptum erat in eo libro, Joas regem Judæorum, cum Zachariam prophetam interfecisset, non multo post domi acerbissima calamitate perculsum fuisse. Septimo enim die post necem prophetæ, filius ipsi jucundissimus repentina morte interiit. Cumque eam calamitatem Dei indignatione sibi invectam esse conjiceret, puerum sub pedibus prophetæ humari præcepit: hoc modo satisfaciens pro his quæ adversus prophetam commiserat. Atque hæc quidem ita accepi. Cæterum prophetes, licet multis ante ætatibus sub terra conditus fuisset, integer nihilominus apparuit, ad cutem tonsus, naso recto, barba modice promissa, capite breviore, oculos habens paululum cavos et superciliis obtectos.

*Finis ope atque auxilio sanctissimæ Trinitatis.*

## VALESII ANNOTATIONES.

Sozomeni verbis, ἀγρότην substituit, id est agricolam. Ad quem locum Joannes Langus verba Sozomeni adducens, exponit servum glebæ. Certe in lege unica, codice de colonis Thracensibus, dicuntur servi terræ cui nati sunt, licet conditione ingenui habeantur. Itaque horum status medius erat inter ingenuos et servos, ut testatur lex secunda, codice *In quibus causis coloni*. Horum alii erant originarii, alii inquilini, ut docet lex prima Cod. Theod. *De colonis*. Originarii aliter etiam ascripti dicuntur, eo quod censibus ascripti essent una cum agris quos colebant. Possessores autem eorum nunc domini, nunc patroni vocantur in codice.

(50) *Τὴν ἐπὶ Βιθθερέϐιν*. In codice Fuketiano scriptum est Βιθθερέμιν.

# HENRICI VALESII

## OBSERVATIONUM IN HISTORIAS SOCRATIS ET SOZOMENI ECCLESIASTICAS

## LIBER PRIMUS.

### CAPUT PRIMUM.

*De anno quo primum restitutus est Athanasius.*

Cæsar Baronius in *Annalibus*, et Dionysius Petavius in Rationario temporum, Blondellus in libro de primatu Ecclesiæ, et alii, scribunt Athanasium anno Christi 338 ab exsilio esse revocatum, anno scilicet post mortem Constantini, qui supradictum antistitem, cum adversariorum calumniis premi videret, ad tempus in Gallias relegaverat. Ego vero anno Domini 337, eo ipso quo mortuus est Constantinus, Athanasium restitutum esse contendo: idque certissimo argumento, ut opinor, evincam. Scribit enim Athanasius in Apologia secunda adversus Arianos, pag. 805, se solutum exsilio, et patriæ restitutum esse a juniore Constantino, qui et litteras ipsi dedit ad populum et clerum Ecclesiæ Alexandrinæ. Eas litteras ibidem refert Athanasius, quarum hæc est inscriptio: *Constantinus Cæsar populo catholicæ Ecclesiæ Alexandrinæ.* Subscriptio autem est hujusmodi: *datum Treveris* XV *Kalendas Julias.* Tam inscriptio, quam subscriptio harum litterarum docet id quod dixi, Athanasium scilicet solutum esse exsilio statim post obitum Constantini Maximi, anno Christi 337. Nam si anno sequente restitutus fuisset, tum Constantinus junior non Cæsarem se, sed Augustum appellasset. Nec a Constantino juniore restitutus fuisset Athanasius, sed a Constantio cui Orientis imperium obtigerat. Quare cum Constantinus ipse in iis litteris Cæsarem tantum se appellet, et cum Athanasius se a Constantino juniore restitutum esse testetur, apparet id factum fuisse antequam Constantini senioris filii a militibus Augusti essent nuncupati. Etenim mortuo Constantino interregnum quoddam fuit: orbisque Romanus sine imperatore mansit per tres fere menses, donec fratres qui Cæsarum nomine diversas provincias regebant, ad dividendam Romani imperii summam in unum coissent. Obiit Constantinus XI Kalendas Junias, et eo ipso anno nuncupati sunt tres Augusti, Constantinus, Constantius et Constans, V Idus Septembres, ut legitur in veteribus *Fastis*, quos falso sub Idatii nomine publicavit Jacobus Sirmundus. Hoc ipsum est quod Eusebius in libro IV *De vita Constantini* scribit, illum post mortem imperasse, et cuncta diplomata atque edicta ejus, tanquam superstitis, nomine fuisse insignita. Ob hanc igitur causam Constantinus junior in suis ad Alexandrinos litteris se duntaxat Cæsarem appellat, quippe qui nondum Augustus fuisset appellatus. Datæ enim sunt litteræ 15 Kalendas Julias. Augustus autem cum fratribus nuncupatus est V Idus Septembres. Porro tunc temporis dum fratres tantum Cæsares vocarentur, summa auctoritas penes juniorem Constantinum erat, quippe qui fratrum natu maximus foret.

### CAP. II.

*Quo anno Julius Romanæ urbis episcopus, missis in Orientem presbyteris, Athanasium et Eusebianos Romam ad synodum evocaverit.*

Reverso Alexandriam Athanasio, quod anno Domini 337 contigisse superiori capite demonstravimus, Eusebiani moleste ferentes ejus restitutionem, novis criminationibus apud tres Augustos eum vexare cœperunt. Nam et ad Constantinum et Constantem Occidentalium partium imperatores litteras scripsere, quibus præter vetera illa crimina toties decantata, eum insuper accusabant, quod post reditum suum plurimas in urbe seditiones excitasset, multosque civium in carcerem trudi, verberibus affici, et necari a judice fecisset. Eadem quoque scripserunt ad Julium Romanæ urbis episcopum, misso ad eum Macario presbytero, et Martyrio Hesychioque diaconis. Quare coactus est Athanasius, presbyteros suos cum litteris suis, tum ad imperatores, tum ad Romanum pontificem mittere, ut illorum calumnias depelleret. Cum igitur Athanasii presbyteri Romam venissent, et coram Julio papa multisque aliis Occidentis episcopis qui tum Romæ aderant, Eusebii legatos in omnibus convicissent, tandem ipsis Eusebii legatis id postulantibus, placuit ut tam Orientalium, quam Occidentis episcoporum synodus Romæ congregaretur, utque Julius tam ad Eusebianos, quam ad Athanasium litteras scriberet, quibus ad concilium convocarentur: quo cunctis præsentibus et jus suum prosequentibus justa sententia depromi posset, et amotis discordiarum causis, pax Ecclesiæ in posterum firmaretur. Scripsit itaque Julius juxta petitionem legatorum, ad Eusebium per Elpidium et Philoxenum Romanæ Ecclesiæ presbyteros. Scripsit etiam ad Athanasium: mandans ut intra certum diem Romæ ad causam dicendam adessent. Verum difficultas est, quo anno hæc legatio Julii papæ in Orientem profecta sit. Baronius quidem in *Annalibus*, quem cæteri fere sequuntur, has Eusebianorum criminationes adversus Athanasium de quibus supra dixi, confert in annum Christi 339. Quod equidem facile concesserim. Cum enim Athanasius et episcopi Ægyptii in synodica sua testentur, Eusebianos ad tres simul Augustos litteras scripisse, vix serius id potuit contingere. Etenim Constantinus junior ad quem illi litteras dedere, anno Domini 340 interfectus est. Legationem autem illam a Julio missam esse dicit Baronius anno Christi 340: in quo ei assentiri non possum. Nam si id admittimus, biennium fere totum in sua legatione consumpserint necesse est, quippe qui anno 342 ex legatione sua reversi sint, ut Baronius fatetur. Atqui non est verisimile, tantum temporis spatium a legatis contritum fuisse: et si tandiu detenti fuissent ab Orientalibus, non id omisisset Julius in epistola quam Romanæ synodi nomine scripsit ad episcopos concilii Antiocheni. Neque vero id tacuisset etiam Athanasius, qui omnes adversariorum suorum dolos fraudesque accurate commemorat. Certe Julius papa id unum conqueritur de Orientalibus, quod legatos suos usque ad mensem Januarium detinuerint, quo scilicet dies ad quam synodus erat indicta, elaberetur. Athanasius vero in *Epistola ad solitarios* id tantum dicit, Julii legatos ab Eusebianis detentos fuisse ultra diem a Julio constitutum. Quare verius esse existimo, hanc legationem a Julio papa

Digitized by Google

missam fuisse anno Domini 341 ineunte, paulo antequam synodus Antiochiæ congregaretur. Id ipsum præterea colligi potest ex epistola Julii papæ ad episcopos synodi Antiochenæ. Etenim in ea epistola diserte testatur Julius, episcopos illos in suis litteris inter cætera conquestos fuisse quod Julius non ad ipsos, sed ad unum Eusebium litteras misisset per Elpidium ac Philoxenum. Jam tum ergo congregata erat Antiochiæ synodus, aut saltem indicta eo tempore, quo Julius litteras illas ad Eusebium misit. Alioquin episcopi Orientales nullam querimoniæ causam habuissent : eisque Julius id merito respondere potuisset : Qua ratione ad vos scribere poteram, qui nondum in unum conveneratis? An ego divinare potui vos Antiochiam ad encænia venturos, atque illic synodum esse facturos? Sed nihil horum rescripsit illis Julius. Id unum dicit, se ad Eusebium solum scripsisse, propterea quod is solus litteras prior ad ipsum dedisset. Sed et Athanasius in epistola ad solitarios id ipsum non obscure significat. Postquam enim dixit se Romam profectum esse simulatque audiisset Gregorium Alexandriam brevi mittendum esse cum militari manu, ut in episcopatum ipsius invaderet, hæc subjungit : *Julius vero presbyteros suos Elpidium et Philoxenum cum litteris ad Eusebianos misit*, etc. Idem tradit in Apologia secunda adversus Arianos pag. 739 : Ἡμῶν τοίνυν ἀνελθόντων εἰς τὴν Ῥώμην, id est, *cum igitur Romam perrexissem, Julius, ut par erat, etiam ad Eusebianos litteras scripsit, missis etiam duobus presbyteris suis Elpidio et Philoxeno*. Verum hoc loco nascitur difficultas. Nam si Elpidius et Philoxenus a Julio missi sunt in Orientem, Athanasio jam Romam ingresso, aut certe eo proficiscente; quomodo stare potest id quod Julius scribit in *Epistola ad Orientales*, Athanasium non sponte, sed litteris suis accitum Romam venisse? Respondeo, Athanasium litteris quidem Julii papæ evocatum fuisse, sed non per Elpidium ac Philoxenum legatos, verum per alios quosdam qui Julii litteras ad ipsum detulerant, priusquam Elpidius ac Philoxenus ad Eusebianos mitterentur. Id enim rationi consentaneum erat, ut accusatus, prior ad dicendam causam evocaretur. Certe Athanasius in *Epistola ad solitarios*, has duas citationes aperte distinguit. Et primo quidem loco ait Julium litteras ad se scripsisse, quibus mandabat synodum oportere fieri, ubicunque Athanasius voluisset, ut Eusebiani tum crimina quæ aliis objiciebant, probarent si possent, tum sibimetipsis objecta fidenter refutarent. Ὁ δὲ ἐπίσκοπος Ῥώμης Ἰούλιος ἔγραψε χρῆναι γενέσθαι σύνοδον ἔνθα ἂν ἐθελήσωμεν, etc. Deinde pagina sequente subdit se Romam navigasse audito Gregorii adventu : Julium vero presbyteros suos Elpidium atque Philoxenum cum litteris ad Eusebium misisse, certumque diem constituisse quo se in judicio sisteret, nisi pro calumniatore haberi vellet. Idem Athanasius in Apologia secunda adversus Arianos non procul ab initio, diserte testatur, se priorem ad synodum Julii papæ evocatum esse. Sed verba ipsa præstat ascribere, eo quod ab interprete perperam translata sunt : Κέκριται γὰρ οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δεύτερον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις· πρῶτον μὲν, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ χώρᾳ συναγομένῃ ὑπὸ ἐπισκόπων ἐγγὺς ἑκατόν· δεύτερον δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ, γράψαντος Εὐσεβίου καὶ κληθέντων αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν, καὶ συναχθέντων ἐπισκόπων κἀκεῖ πλέον πεντήκοντα. *Judicatum est enim secundum nos non semel neque iterum, sed sæpius. Primum quidem in nostra provincia, cum ad id coiissent propemodum centum episcopi. Secundo Romæ, cum Eusebius litteras scripsisset, et tum ipse cum suis tum nos in judicium vocati essemus : congregatis illic quoque pluribus quam quinquaginta episcopis.*

## CAP. III.

### *Quo anno Athanasius Romam venerit.*

Baronius qui Elpidium ac Philoxenum presbyteros a Julio papa in Orientem missos esse dicit anno Domini 340, consequenter etiam affirmat Athanasium eodem anno Romam venisse, accitum scilicet Julii litteris : Baronii sententiam secuti sunt Petavius, Blondellus et cæteri. Verum eos falli, ipsius Athanasii testimonio demonstrabo. Is in *Epistola ad solitarios* non procul ab initio, ait Eusebianos qui Julii litteris Romam ad ecclesiasticum judicium fuerant evocati, cum scelerum conscientia victi, male sibi metuerent, et eventum Romani judicii reformidarent, sollicitasse Constantium ut sectæ suæ patrocinium palam susciperet et Homousianos ac præcipue Athanasium persequeretur. Ac primo quidem id egisse, ut Philagrius iterum præfectus Ægypti creatus Alexandriam mitteretur : deinde ut Gregorius episcopus, pulso Athanasio, in locum ejus substitueretur. Statim igitur imperatoris mandato persecutio Alexandriæ excitata est, Gregorius cum militari manu ingressus, adjuvantibus eum Philagrio et Arsacio eunucho, ecclesiam Quirini occupat. Inde alii cæsi, alii in carcerem trusi : alii exsilio, alii bonorum proscriptione multati : aliis annonæ ablatæ sunt : eo scilicet consilio, ut omnes Gregorium vel inviti suscipere cogerentur : Ἀθανάσιος μὲν οὖν καὶ πρὶν γενέσθαι ταῦτα καὶ μόνον ἀκούσας, ἔπλευσεν εἰς τὴν Ῥώμην, id est, *Antequam hæc fierent, Athanasius cum rem auditione tantum accepisset, Romam navigavit*. Μόνον ἀκούσας, supple adventum Gregorii cum militibus. Annon ex iis aperte colligitur, Athanasium non nisi post ordinationem Gregorii Romam venisse? Qui cum in synodo Antiochena constitutus fuerit episcopus, id est anno 341, necessario conficitur, Athanasium non ante hunc quem dixi annum in urbem venisse. Accedit Socratis testimonium, qui in libro secundo diserte scribit, post Gregorii ordinationem et post cruentum ejus ingressum in urbem Alexandrinam, Athanasium Romam ad Julium se contulisse.

## CAP. IV.

### *Quo anno synodus Romana congregata sit in causa Athanasii.*

Cum Athanasius tempus synodi Romanæ tam distincte notaverit, idque non uno in loco : mirum profecto est viros doctissimos in ejus synodi tempore falli potuisse. Et Baronius quidem in annum Domini 341 eam synodum contulit, quem deinde secuti sunt cæteri. Nisi quod Blondellus in libro *De primatu Ecclesiæ*, eodem quidem anno, sed paucis ante synodum Antiochenam mensibus celebratam esse affirmat. Ait enim litteras Julii papæ quibus Orientales evocaverat, causam Romanæ synodo præbuisse, Romanam autem Antiochenæ occasionem dedisse. At Baronius, etsi Romanam synodum in eumdem annum retulerit quo Antiochenam, illam tamen ista posteriorem facit. Cum enim ex epistola Julii ad Orientales data, constet Athanasium Romæ mansisse annum integrum et sex menses, dum Eusebianorum adventum exspectaret; Baronius qui Athanasium anno 340 Romam venisse scripserat, necesse habuit Romanam synodum in qua absolutus est Athanasius, in exitum sequentis anni conjicere. Ego vero longe tutius esse existimo, in ea re Athanasii fidem sequi, quam Baronii. Certe Athanasius in *Epistola ad solitarios* diserte scribit, Romanam synodum post dimissos ab Eusebianis Julii legatos Elpidium atque Philoxenum, esse celebratam. Locus est pag. 816, ubi postquam retulit Elpidium ac Philoxenum presbyteros a Julio missos fuisse, qui Eusebianos ad causam dicendam citarent, subdit Eusebianos, audito nomine ecclesiastici judicii, adeo contremuisse, ut animum prorsus desponderent. Ad solitas igitur artes eos con-

versos, ait presbyteros Julii ultra diem synodo præfinitum a Julio detinuisse, vanasque prætulisse excusationes, quod metu Persici belli Romam ipsis proficisci non liceret. Tandem vero, inquit, presbyteros Julii demiserunt : Ἀμέλει τοὺς πρεσβυτέρους ἀπολύσαντες ἐπὶ τῇ ἀπιθάνῳ ταύτῃ προφάσει, etc. Deinde cruentum Gregorii introitum in urbem Alexandrinam, et cædes atque exsilia episcoporum recenset. Ac tum demum Romanam synodum commemorat pag. 818 : Ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ συνελθόντες ἐπίσκοποί που πεντήκοντα, etc. Id est, *Romæ vero congregati episcopi circiter quinquaginta, Eusebianos quidem ut suspectos, veritosque se in judicio sistere, repudiarunt, et quæ ab illis scripta fuerant infirmarunt. Nos autem susceperunt, et communionem nobiscum amplexi sunt.* An non ex hac Athanasii narratione liquido apparet, Romanam synodum nonnisi post reditum legatorum habitam fuisse? Certe ante reditum illorum nec potuit haberi legitime, nec debuit. Absurdum enim esset, si Julius, qui legatos suos in Orientem miserat, ut Eusebianos ad synodum suam evocaret, ante regressum illorum et ante responsionem Orientalium, synodum celebrasset. Nam et juris et æquitatis ratio postulabat, ut legatorum reditus exspectaretur, quo sciri posset quidnam egissent, et utrum Orientales idoneam absentiæ suæ excusationem afferrent : ut omnibus examinatis atque discussis, in contumaces accusatores qui vocati non paruissent, justa ex legibus sententia promeretur. Hoc igitur absurdum est in opinione Baronii et eorum qui Baronium secuti sunt, quod synodum Romanam, eam dico in qua absolutus est Athanasius, factam fuisse asserunt ante reditum legatorum qui ad citandos Eusebianos missi erant in Orientem. Est præterea alter locus Athanasii, qui id quod dixi, manifestius evincit. Is habetur in Apologia secunda adversus Arianos, pag. 739 : Λοιπὸν οὖν συνελθόντες ἐπίσκοποι πλέον πεντήκοντα, ἔνθα Βίτων ὁ πρεσβύτερος συνῆγεν, etc. Qui locus cum ab interprete male translatus fuerit, hic prout a nobis conversus est, apponetur. *Denique episcopi plures quam quinquaginta, congregati in basilica in qua Vito presbyter populum colligebat, nostram quidem defensionem æquo animo susceperunt, et communionem nobiscum ac dilectionem fovendam esse sanxerunt : adversus autem Eusebianos indignati sunt, et Julium rogarunt ut hæc ad illos perscriberet, cum illi priores ad ipsum scripsissent. Scripsit ergo Julius, et litteras misit per Gabianum comitem.* Sequuntur deinde litteræ Julii, quarum hoc est exordium : *Julius Dianio, Flaccillo, Narcisso, Eusebio, Mari, Macedonio, Theodoro, et qui cum illis sunt, dilectissimis fratribus qui Antiochia ad nos scripserunt. Legi epistolam vestram quam presbyteri mei Elpidius et Philoxenus mihi attulerunt*, etc. Denique post recitatas Julii litteras hæc addit Athanasius : *Hæc cum Romana synodus per Julium Romanum episcopum scripsisset*, etc. Ex his tria præcipue colligimus quæ ad institutum nostrum faciunt. Primo Romanam synodum qua Athanasius innocens pronuntiatus est, celebratam esse post reditum Elpidii atque Philoxeni. Secundo litteras episcoporum Antiochenæ synodi ad Julium papam, quas supradicti legati detulerant, in eadem synodo Romana esse recitatas. Tertio Julium papam rogatum esse ab episcopis synodi Romanæ, ut episcopis Antiochenæ synodi rescriberet, iisque decretum synodi Romanæ significaret. Postremo epistolam illam Julii quam ibidem refert Athanasius, et cujus initium duntaxat ascripsimus, eam ipsam esse quam Julius scripsit, rogatu et nomine synodi Romanæ quæ Athanasium absolverat. Quod si quis epistolam ipsam Julii in manus sumpserit, cuncta quæ dixi, multo apertius ac luculentius in ea confirmari deprehendet. Nam et litteras episcoporum synodi Antiochenæ in synodo Romana lectas esse diserte testatur Julius in principio ejus epistolæ : nec solum post reditum legatorum suorum eam synodum celebratam esse indicat, verum etiam diu post ordinationem Gregorii, et post violentum ejus ingressum in urbem Alexandriam. Certe cædes et exsilia episcoporum, proscriptiones et carceres civium, et alia scelera ac sacrilegia commemorat, a Gregorio tunc temporis perpetrata, quem Julius ne nomine quidem episcopi unquam dignatur, ut videre est pag. 749, atque hæc Julius papa se accepisse dicit, tum ex litteris episcoporum qui ex Ægypto hæc ad ipsum scripserant, tum ex presbyteris qui Alexandria Romam venerant. Sed et Carponam quemdam, olim ab Alexandro Alexandrinæ urbis episcopo ob Arianam hæresim damnatum, una cum aliquot aliis ob eamdem perfidiam ab illo damnatis, a Gregorio ad se missum esse scribit pag. 743, qui scilicet pacificas, seu communicatorias Gregorii litteras perferret. Idem diu postea tentavit Georgius Arianus, cum in locum Athanasii suffectus fuisset. Legatos enim suos misit ad Liberium papam, ambiens communionem Ecclesiæ Romanæ, ut discimus ex epistola Liberii papæ. Cum igitur hæc Carponæ legatio anno Domini 342 contigerit, synodus Romana quæ post legationem illam facta est, ante annum 342 celebrari non potuit.

## CAP. V.

*Refellitur Baronii sententia, qui duas synodos Romanas facit.*

Scio quid Baronius respondeat. Ait enim epistolam illam Julii papæ de qua superius diximus, non ad synodum illam Romanam pertinere in qua absoluti sunt Athanasius et Marcellus, sed ad alteram quæ sequente post anno facta est, cum Elpidius et Philoxenus ex Orientis partibus reversi essent, Orientalium ad Julium litteras secum deferentes. Duas enim synodos Romanas distinguit Baronius : alteram quinquaginta episcoporum, qui Athanasium et Marcellum innocentes esse pronuntiarunt anno Christi 341; alteram anno sequente factam, in qua lectæ sunt litteræ Orientalium episcoporum quas Elpidius et Philoxenus attulerant. Atque hanc Baronii sententiam secutus est, ut solet, Severinus Binius in editione conciliorum. Verum Baronio auctoritatem opponimus Athanasii, qui unam duntaxat agnoscit synodum Romanam, et in ea se omnium episcoporum sententiis innocentem judicatum esse scribit, et Julium papam rogatum esse ab episcopis, ut Orientalibus qui ad ipsum litteras scripserant, responderet, quemadmodum superiori capite ostendimus. Aut igitur falsus est Athanasius qui id tam diserte affirmat, aut Baronius qui negat. Athanasium vero in causa sua falli potuisse aut voluisse fallere, nemo unquam crediderit. Cui enim bono id facturus fuisset? Sed videamus quænam ratio Baronium impulerit, ut duas synodos Romanas distingueret, et epistolam Julii papæ ad Orientales, quæ refertur ab Athanasio, scriptam esse diceret non rogatu atque nomine synodi Romanæ ejus quæ Athanasium absolverat, sed alterius synodi quæ sequente anno congregata est. Unicam hujus rei causam affert Baronius, quod scilicet Julius in supradicta epistola testatur, Orientales in litteris quas ad ipsum scripserant per Elpidium ac Philoxenum presbyteros, graviter conquestos esse quod Julius Athanasium in communionem suscepisset. Atqui Athanasius nonnisi a synodo Romana in qua quinquaginta sedebant episcopi, susceptus est in communionem. Orientalium igitur litteræ ad Julium papam scriptæ sunt post synodum Romanam in qua absolutus ab omni crimine et ad communionem admissus fuerat Athanasius. Ex quo sequitur, epistolam illam Julii papæ quam rescripsit ad Orientales episcopos, non ex persona synodi Romanæ

Digitized by Google

et quinquaginta episcoporum a quibus Athanasius in communionem susceptus est, datam fuisse, sed nomine et rogatu alterius synodi Romanæ. Hæc est Baronii ratiocinatio, ut videre est in gestis anni 341, cap. 47. Sed facillimum est cuivis eam refellere. Primo enim negare possumus, Orientales in suis ad Julium litteris questos fuisse quod ille Athanasium in communionem suscepisset. Certe in tota Julii epistola nullum ejus querimoniæ apparet vestigium. Conquesti quidem fuerant Orientales in suis litteris, quod Julius contra canones fecerit, et quod flammam discordiæ accendisset. Sed de communione cum Athanasio inita nullum verbum hic legitur. Excusat etiam se Julius papa, quod profugos episcopos benigne exceperit, quod doluerit una cum dolentibus fratribus, quod cum flentibus fleverit. Sed nihil amplius dicit. Verum concedamus Baronio, Orientales episcopos in suis ad Julium litteris nominatim questos fuisse quod Athanasium in communionem suam recepisset. Quid tum? An ex eo sequitur, epistolam Julii papæ non esse scriptam nomine synodi Romanæ in qua Athanasius fuerat absolutus? Minime omnino. Deceptus nimirum est Baronius et quicunque eum secuti sunt, dum existimant Athanasium nonnisi in synodo Romana susceptum fuisse in communionem. Quod ego non modo falsum, sed ab omni ratione alienum esse existimo. Sexdecim integros menses Romæ permansit Athanasius, adversariorum suorum adventum exspectans, antequam synodus Romana causam ipsius cognosceret. An igitur credibile est, Julium papam toto illo tempore a communione Athanasii abstinuisse? Atqui contra est ipse Athanasius, qui in Apologetico ad imperatorem Constantium diserte scribit, se venisse Romam ut se suaque omnia Ecclesiæ illi committeret. *Quo quidem tempore*, inquit, *assiduus eram in synaxibus*. Si in synaxibus Romæ assiduus erat Athanasius, ergo cum episcopo Romano communicabat. Deinde Julius papa et Athanasium et ejus adversarios Romam ad causam dicendam evocaverat. Non potuit igitur Julius ante causæ cognitionem, Athanasii communionem refugere, ne præjudicium causæ faceret. Id enim æquitatis ratio non patitur. Et Julius quidem cum Athanasii adversariis, cumque Eusebio ipso communionem fovebat, quippe qui et eorum litteras accipiebat, et ad ipsos vicissim scribebat. Cur ergo idem Julius inclementior fuisset erga Athanasium, præsertim cum ille Julii papæ litteris evocatus statim paruisset, et ad diem dictam adfuisset, adversariis judicium Romanæ sedis detrectantibus? Atqui presbyteros ipsius Athanasii, quos ad refellendas Eusebianorum calumnias Romam paulo ante miserat Athanasius, Julius benigne exceperat, et ad communionem suam admiserat. Id enim ipse Julius satis aperte significat in *Epistola ad Orientales*. Quæ igitur causa esse potuit, quamobrem præsenti Athanasio idem non præstaret? Postremo Athanasius in Apologia secunda adversus Arianos, de synodo Romana loquens, perspicue declarat Ecclesiam Romanam semper cum ipso communicasse. Non enim dicit quinquaginta episcopos qui ad synodum Romanam convenerant, ipsum ad communionem suscepisse, sed communionem cum ipso et charitatem suis sententiis confirmasse. Jam ergo antea cum ipso communicabant. Verba Athanasii hæc sunt: Καὶ ἐκύρωσαν εἰς ἡμᾶς τήν τε κοινωνίαν καὶ τὴν ἀγάπην. In Epistola vero ad solitarios ejusdem synodi Romanæ sententiam refert his verbis: Ἡμᾶς δὲ ἀπεδέξαντο, καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς κοινωνίαν ἠγάπησαν, id est, nos autem probaverunt, et communionem nobiscum foverunt. Ruit ergo funditus tota Baronii argumentatio, qua probare nititur duas synodos Romanas distinguendas esse, et epistolam Julii papæ ad posteriorem synodum Romanam pertinere, non ad priorem illam in qua absolutus fuerat Athanasius. Atque hæc sufficere poterant ad evertendam Baronii sententiam. Verum ne solius Athanasii testimonio niti videar, ipsius etiam Julii papæ auctoritate id evincam. Is in epistola ad Orientales, pag. 745, editionis Parisiensis, diserte testatur se totius synodi nomine ad ipsos scribere, quamvis non omnium episcoporum, sed solum ipsius nomen litteris præfixum sit. Nam et cum priores litteras ad ipsos scriberet, quibus ipsos ad synodum evocabat, se omnium Occidentalium nomine scripsisse: *Et nunc*, inquit, *condicto die omnes adfuerunt, et ejusdem sententiæ omnes fuere, quam ego iterum vobis scribens significo*. Quid his verbis potest esse manifestius? Ait Julius omnes episcopos adfuisse ad diem constitutum quo synodum indixerat. Potestne de alia synodo id intelligi quam de Romana illa in qua Athanasius auditus et absolutus est? Ostendant igitur adversarii alteram synodum quam Romæ indixerit Julius; sed profecto nunquam ostendere poterunt. Præterea addit Julius se his posterioribus litteris sententiam illius synodi Orientalibus significare. Idipsum est quod antea dixerat Athanasius, Julium papam rogatum esse a synodo ut Orientalibus scriberet. Vides quam bene inter se conveniant Athanasii et Julii testimonia; adeo ut Baronius qui has Julii litteras ad Orientales datas esse negat post synodum Romanam in qua auditus est Athanasius, non soli Athanasio, sed ipsi Julio papæ refragari videatur.

## CAP. VI.

*Utrum Athanasius bis Romam venerit. Refellitur Socratis et Baronii sententia.*

Baronius in *Annalibus ecclesiasticis* scribit Athanasium post judicium synodi Romanæ quo a criminationibus adversariorum fuerat absolutus, statim Alexandriam navigasse anno Domini 341, vel sub initium anni 342. Idque Socratis auctoritate confirmat. Paulo post vero cum Gregorius militari manu succinctus Alexandrinam Ecclesiam occupasset, iterum Romam venisse. Baronii sententiam secutus est Petavius noster in *Rationario temporum*, Blondellus in libro *De primatu papæ*, et alii fere omnes, quibus Socrates ansam erroris videtur præbuisse. Verum Athanasius ipse id manifestissime refellit. Cum enim in libris suis sæpius locutus sit de sua in urbem Romam profectione, semel tantum ab urbe Alexandrina Romam se venisse scribit. Primum in Apologetico ad imperatorem Constantium, respondens calumniis adversariorum qui ipsum apud imperatorem Constantium accusaverant, quod Constantem Augustum adversus fratrem suis sermonibus excitavisset, ait se profectum Alexandria, non ad comitatum Constantis Augusti, sed Romam iter fecisse: cumque se suaque omnia Ecclesiæ illi commendasset, assiduum fuisse in collectis et conventibus ecclesiasticis. Quarto deinde post anno litteris Constantis Augusti Roma evocatum se esse Mediolanum. Sed Græca verba ipsius Athanasii præstat apponere, quippe quæ sententiam nostram apertius confirmant. Ταῦτα τοίνυν εἰ καὶ ἱκανὰ πρὸς ἀπόδειξίν ἐστι, συγχώρησον ὅμως διηγήσασθαι ὅλως καὶ τὸν λογισμὸν τῆς ἀποδημίας, id est: *Hæc quidem sufficiunt pro demonstratione: sed tamen patere, quæso, ut totius profectionis meæ tibi rationem reddam, quo cognoscas quam temere me calumnientur adversarii*. Subjicit deinde Athanasius: Ἐξελθὼν ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας, οὐχ εἰς τὸ στρατόπεδον τοῦ ἀδελφοῦ σου, οὐδὲ πρὸς ἄλλους τινάς, ἢ μόνον εἰς τὴν Ῥώμην ἀνῆλθον, etc. Cum igitur testetur Athanasius se totius profectionis ac peregrinationis suæ rationem Constantio redditurum, si Romam bis venisset ab urbe Alexandria, certe id hoc loco commemorare debuisset, ne coram principe veritatem sciens occultasse videretur. Præterea in

Digitized by Google

Apologia secunda adversus Arianos, semel se Romam venisse scribit ad causam dicendam, cum Eusebiani a Julio postulassent, ut ad causam Athanasii cognoscendam synodus Romæ congregaretur. De secunda autem profectione ne verbum quidem exstat in tota illa Apologia. Denique in Epistola ad solitarios, idem Athanasius cuncta quæ sibi contigerant diligenter enarrans, unius tantum in urbem Romam profectionis suæ meminit, tunc scilicet cum ad synodum Romanam Julii papæ litteris est accitus. Post illam autem synodum ait, episcopos qui concilio interfuerant, ea quæ in synodo gesta fuerant Constanti Augusto per litteras nuntiasse; cuncta item quæ Alexandriæ perpetrata erant a Gregorio, eidem significasse. Quod si post synodi Romanæ judicium Athanasius Alexandriam reversus fuisset, atque illinc rursus in urbem Romam rediisset, nunquam id hoc loco omisisset Athanasius. Hoc enim ad ejus institutum maxime faciebat, ut mala atque ærumnas et calamitates quas ab adversariis suis perpessus fuerat, omnium oculis subjiceret. Huc accedit, quod Athanasius absque consensu et litteris imperatoris Constantii Roma Alexandriam redire non potuit. Licuit quidem Athanasio, ut saluti suæ consuleret et inimicorum insidias effugeret, relicta Alexandria Romam navigare. Honesta enim est quævis ratio expediendæ salutis. Sed Roma reverti Alexandriam ab alterius principis ditione, idque post biennii moram, id vero non licuit sine mandato principis. Certe post Serdicense concilium, id est post œcumenicam synodum qua Athanasius innocens, adversarii vero illius calumniatores et hæretici judicati sunt, vix tandem ausus est Athanasius Alexandriam reverti; neque id prius fecit quam creberrimis Constantii litteris ad comitatum evocatus fuisset. Sed et antea, cum post obitum Constantini Maximi ex Gallicano exsilio in Ægyptum reversus est, trium Cæsarum litteris restitutus fuerat. Proinde si post synodum Romanam Athanasius Alexandriam rediit, tunc quoque Constantii litteris munitus fuerit necesse est. Cur ergo eas Constantii litteras nusquam memorat Athanasius, qui reliquas ejusdem principis epistolas ad suam causam ac restitutionem pertinentes, tam ambitiose tamque diligenter apponere consuevit? Fefellit Baronium Socrates, qui in libro secundo Historiæ scribit, Athanasium cum post violentam ordinationem Gregorii Romam se ad Julium papam contulisset, cognita causa, a Julio restitutum et Alexandriam cum ejusdem Julii litteris reversum esse: ac deinde paulo post amoto Gregorio, et in ejus locum substituto Georgio, Romam iterum profugisse. Verum tota illa Socratis ac Sozomeni narratio, mendis innumeris scatet. Quorum maximam partem Baronius ipse ac Blondellus jamdudum observarunt: quare Socratis testimonium in rebus Athanasii nullius ponderis est, quippe qui pugnantia inter se dixerit atque contraria. Omissa igitur Socratis auctoritate, alteram Baronii rationem excutiamus. Sic igitur ratiocinatur Baronius in gestis anni 341, cap. 49: Athanasium quidem reversum esse Roma Alexandriam hoc anno, vel sequentis anni exordio, ex eo quoque facile potest intelligi, quod constat tempore grassationis Arianorum in Alexandrinam Ecclesiam anno sequenti factæ, eum illic repertum fuisse, quod ipsemet testatur in epistola ad orthodoxos. Idem repetit Baronius in gestis anni 342, ubi totam fere Athanasii ad orthodoxos epistolam transcribit. Ex qua manifeste colligitur, Gregorium circa paschalis festi solemnia Alexandrinam Ecclesiam occupasse, Athanasium vero, metu Arianorum in Ecclesiam irruentium, clam se e medio subduxisse. Quæ cum anno 341 geri non potuerint, eo quod Antiochena synodus in qua Gregorius Alexandrinæ urbis episcopus est constitutus, et cujus gestis tanquam Alexandrinus episcopus subscripsit, maximam partem anni illius occupaverit, sequenti anno assignentur necesse est. Hæc est Baronii ratiocinatio. Cujus sententiam non Petavius solum ac Blondellus, sed omnes quotquot vidi hactenus amplexi sunt.

## CAP. VII.

***De circulari Athanasii epistola ad omnes orthodoxos, utrum de Gregorio, an de Georgio scripta sit.***

Ego vero contra affirmo, Baronium gravissime lapsum esse, qui epistolam illam Athanasii ad orthodoxos, de Gregorii ἐνθρονισμῷ scriptam esse crediderit, cum diserte nomen præferat Georgii Ariani qui diu post Gregorium, anno Christi 356 Alexandrinam Ecclesiam invasit. Fateor quidem id quod dicit Baronius, hæc duo nomina, Gregorii scilicet ac Georgii, inter se confundi solere. Verum hæc confusio in Latinis tantum codicibus usu venit, non item in Græcis. Cum igitur tota illa Athanasii epistola nomen ubique præferat Georgii, cur expuncto illius nomine Gregorii vocabulum reponemus? præsertim cum ea quæ illic narrantur ab Athanasio, Georgii potius invasioni conveniant quam Gregorii. Primo enim Athanasius in dicta epistola ait Georgium, sic enim vulgo scribitur, postulatum fuisse episcopum ab Arianis qui erant Alexandriæ; quod de Gregorio nusquam dicitur. Deinde Georgius in eadem epistola dicitur introisse Alexandriam tempore quadragesimæ. Idem de ejus introitu diserte testatur Athanasius in *Epistola ad solitarios*. At de Gregorio nusquam id ab illo dictum invenimus. Præterea Athanasius in eadem epistola scribit populum urbis Alexandrinæ, cum in introitu Georgii Arianos tanta vi grassari adversus Catholicos videret, publice protestatum esse apud acta. Idem refert Athanasius in *Epistola ad solitarios*, cujus ad calcem apposita est ipsa Alexandrinorum protestatio. At de Gregorio nihil hujusmodi actum invenimus. Sed quorsum in his conjecturis hæremus, cum manifestissimo ac certissimo argumento convincere liceat, epistolam illam Athanasii ad orthodoxos adversus Georgium scriptam esse, non autem adversus Gregorium? Ipsum igitur Athanasium id quod dixi clare testantem audiamus. Porro Græca ipsius verba necessario hic apponemus, eo quod Latinus interpres sensum auctoris sui minime est assecutus: id quod Baronio ac cæteris fraudi fuit. Postquam ergo Athanasius dixit Georgium, utpote Arianum, Arianis duntaxat favisse, Catholicos vero tanquam extraneos et alienos insectari solitum, hæc subjungit: Ἐπειδὴ γὰρ Γρηγόριον, ὅνπερ πρότερον οἱ περὶ Εὐσέβιον τοῖς Ἀρειανοῖς κατέστησαν, μετὰ τὸ γράψαι ἡμᾶς περὶ αὐτοῦ, πάντες ὑμεῖς οἱ τῆς καθολικῆς ἐπίσκοποι ἐπίστασθε, ὡς διὰ τὴν ἀσέβειαν εἰκότως αὐτὸν ἀνεθεματίσατε καὶ ἀπεκηρύξατε· τούτου ἕνεκα Γεώργιον νῦν τοῖς αὐτοῖς Ἀρειανοῖς ἀπέστειλαν. Εἶτα ἵνα μὴ καὶ δεύτερον αἰσχύνην ὀφλήσωσι, γραφόντων ἡμῶν πάλιν κατ' αὐτοῦ, διὰ τοῦτο τῇ ἔξωθεν βίᾳ καθ' ἡμῶν ἐχρήσαντο, etc. Quæ verba sic Latine interpretor: *Nam quoniam Gregorium, quem antea Eusebiani Arianis episcopum constituerant, postquam de illo scripsissem, omnes vos Ecclesiæ catholicæ episcopi jure merito ob impietatem anathemate percussistis et abdicastis, quemadmodum probe scitis: ob eam causam Georgium nunc iisdem Arianis miserunt episcopum. Deinde ne pudore iterum ac probro afficiantur, nobis adversus ipsos litteras scribentibus, extranea vi contra nos usi sunt, ut ecclesiis in suam potestatem redactis, omnem Arianismi suspicionem a se amoliri viderentur*, etc. Quid his verbis Athanasii manifestius? Annon apertissime Georgium distinguit a Gregorio? Et Gregorium quidem olim ab orthodoxis episcopis condemnatum esse dicit atque depositum, in synodo scilicet Serdicensi: Georgium

Digitized by Google

vero ab iisdem Arianis nunc in Ecclesiam Alexandrinam immissum esse. Et Arianos metuentes ne Georgius similiter ab orthodoxis episcopis condemnaretur, grassationem suam callide dissimulantes, ad ecclesias urbis Alexandriæ occupandas, extranea vi usos esse, id est gentilium et Judæorum auxilio. Ita enim scribit ipse Athanasius in eadem epistola et in *Epistola ad solitarios*, ubi Georgii introitum describit. Quare supra dicta Athanasii epistola circularis ad omnes orthodoxos, non adversus Gregorium scripta est, qui jampridem obierat, sed adversus Georgium recens intrusum in sedem Alexandrinam. Contra quem etiam scripta est ab eodem Athanasio altera circularis epistola ad episcopos Ægypti ac Libyæ, quæ in vulgatis editionibus perperam inscribitur *Oratio prima adversus Arianos*, cum tamen epistola sit encyclica, sicut dixi, ad omnes per Ægyptum et Libyam episcopos, quæ jungi omnino debet epistolæ circulari ejusdem Athanasii ad omnes orthodoxos. Est enim ejusdem utraque argumenti. Porro reliquis Baronii argumentis, quibus ille sententiam suam firmare conatus est, nihil jam attinet respondere. Postquam enim veritas semel stabilita est, cuncta quæ objici possunt argumenta facile corruunt. Primo ait Baronius, in epistola illa Athanasii ad orthodoxos, Philagrium nominari præfectum Ægypti, qui episcopum illum de quo agitur in sedem Alexandrinam induxerit; atqui Philagrius iste Gregorium deduxit Alexandriam, teste Athanasio in *Epistola ad solitarios*. Sed quid vetat, quominus idem Philagrius qui Gregorium prius cum militari manu introduxerat Alexandriam, aliquot post annis etiam Georgium induxerit? Erat certe Philagrius præcipuus minister Arianorum. Qui cum esset præfectus Ægypti, Valenti et Ursacio aliisque concilii Tyrensis legatis ad Mareoticam regionem missis, operam suam navaverat anno Domini 335. Idem postea præfectus Ægypti ab imperatore Constantio factus, Gregorium in Alexandrinam sedem induxit: quod anno Christi 341 gestum esse existimo. Quidni ergo Ægypti præfectus tertio creari potuit, suffragantibus Arianis qui apud imperatorem Constantium omnia pro arbitrio suo agebant, ut Georgius Arianæ sectæ patronus a judice, Arianis fidelissimo et ad hæc gerenda aptissimo Alexandriam deduceretur? Certe Athanasius in dicta epistola ad orthodoxos, pagina 945, ait Philagrium istum jam olim in Ecclesiam et virgines contumeliosum fuisse. Quæro igitur quando primum injuria affecerit Ecclesiam ac virgines Philagrius, nisi tunc cum Gregorium deduxit. Idem ergo Philagrius et Gregorium primum deduxit, et postea Georgium. Idque plane confirmat Athanasius in apologia *De fuga*, pagina 703. Quod vero ait Baronius in supradicta Athanasii epistola, episcopum illum de quo agitur, ab Eusebio constitutum dici, deceptus est a Latino interprete, cum in Græco epistolæ textu non Eusebio id ascribatur, sed τοῖς περὶ Εὐσέβιον, id est Eusebianis. Constat autem Eusebianam factionem etiam post mortem ipsius Eusebii diutissime perseverasse. Certe Athanasius Eusebianos passim in libris suis nominat, licet ea narret quæ diu post obitum Nicomediensis Eusebii contigerunt.

## CAP. VIII.

*De Antiochena synodo, et de episcopis qui ad eam convenerunt.*

Hactenus de rebus quæ ad Athanasium pertinent, quanta fieri potuit cura ac diligentia egimus, notatis et confutatis cunctis erroribus qui in *Annalibus ecclesiasticis* occurrebant. Sed quoniam de Athanasii rebus scribentes, de Antiochena synodo sæpe locuti sumus quæ in encæniis magnæ Ecclesiæ illic celebrata est, Marcellino et Probino consulibus, anno natalis Dominici 341, pauca de illa observare libet in gratiam studiosorum ecclesiasticæ historiæ. Consederunt in illa synodo nonaginta et amplius episcopi, ut ex Athanasio et Hilario constat. Eos maxima ex parte catholicos et orthodoxos fuisse Baronius observat: sed triginta sex Arianos fuisse, a quibus Gregorium in locum Athanasii substitutum, et varias illas fidei formulas conscriptas esse affirmat, non autem a reliquis orthodoxis. Baronii sententiam secutus est etiam Blondellus in libro *De primatu papæ*. Sed videamus, si placet, quonam auctore id asserat Baronius. Unum hujus rei auctorem laudat Julium papam, qui in *Epistola ad Orientales* episcopos, eos scilicet qui in hac Antiochena synodo convenerant, ita scribit: *Qui igitur sunt qui contra canones agunt? nosne qui cum tantis rerum documentis virum recipimus, an qui solum ad triginta sex suffragia eorum qui Antiochiæ fuere, externum hominem episcopum salutarunt, eumque militari manu Alexandriam deduxerunt?* Grave in primis et validum esset hoc Julii papæ testimonium, si quidem constaret Julium papam ita dixisse. Exstat hæc Julii epistola apud Athanasium in Apologia secunda adversus Arianos, Græco sermone scripta, utpote ad Græcos, qui non alia lingua quam Græca utebantur. Nec est quod quis existimet, eam epistolam primum Latine a Julio scriptam, deinde in Græcum sermonem conversam esse. Cum enim id non dixerit Athanasius, sine auctore id credere non possumus. Quippe Athanasius, ubi aliquod monumentum citat quod ex Latino sermone in Græcum translatum est, lectorem de eo monere solet. Adde quod epistola illa Julii adeo pure et eleganter Græce scripta est, ut evidenter appareat illam non ex peregrino sermone in Græcum versam fuisse. Quæcunque enim ex Latina lingua in Græcam translata sunt, ea semper barbara esse et obscura, et plurimis mendis scatere deprehendimus, quemadmodum studiosi, tum apud Eusebium, tum apud Socratem et cæteros rerum ecclesiasticarum scriptores facile observabunt. Nec mirandum est quod Julius papa Græco sermone ad Orientales scripserit, cum ad Alexandrinos quoque eodem sermone epistolam scripserit, quam refert Athanasius. Sic Cornelii papæ epistola Græce scripta exstat ad Fabianum Antiochenum episcopum. Nam pontifices Romani, cum propter sedis apostolicæ auctoritatem necesse haberent totius orbis legationibus respondere, viros Græci sermonis peritos semper habuerunt qui ipsis essent ab epistolis. Verba igitur Julii papæ ad Orientales hæc sunt: Σκοπεῖτε τοίνυν τίνες εἰσὶν οἱ παρὰ κανόνας πράξαντες; Ἡμεῖς οἱ μετὰ τοσούτων ἀποδείξεων τὸν ἄνδρα δεξάμενοι, ἢ οἱ ἀπὸ τριάκοντα καὶ ἓξ μονῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ ὀνομάσαντές τινα ὡς ἐπίσκοπον ξένον, καὶ ἀποστείλαντες εἰς Ἀλεξάνδρειαν μετὰ στρατιωτικῆς ἐξουσίας; id est, *Qui sunt igitur qui contra canones agunt? Nosne qui cum tantis rerum documentis virum recepimus? An qui a triginta sex mansionibus, Antiochiæ quemdam velut episcopum externum hominem salutarunt, eumque militari manu stipatum Alexandriam miserunt?* Reprehendit Julius papa ordinationem Gregorii, eumque contra canones ecclesiasticos Alexandriæ episcopum factum esse asserit, quippe qui non in urbe Alexandrina ordinatus fuisset, suffragante clero et populo, sed in urbe Antiochia, quæ triginta sex mansionibus, id est triginta sex dierum itinere distat ab urbe Alexandria. Idem quoque vitium in ordinatione Georgii observat Athanasius in *Epistola ad solitarios*, pag. 860, qui a quinquagesima mansione missus est Alexandriam ut episcopatum illius loci gereret. Sed et in oratione prima adversus Arianos idipsum objicit Arianis episcopis, Cecropio scilicet, Auxentio et Epicteto, quod licet octoginta mansionibus dissiti, episcopatum tamen ambierint earum urbium quibus ignoti erant. Ἀπὸ ὀγδοήκοντα μονῶν τυγχάνοντες, καὶ μὴ γινωσκόμενοι παρὰ τῶν λαῶν, etc. Igitur prava interpretatio



Digitized by Google

Baronium in errorem induxit. Neque enim Julius dicit Gregorium a triginta sex tantum episcopis in urbe Antiochia episcopum fuisse salutatum, sed cum Antiochiæ designatus fuisset episcopus Alexandrinus, a triginta sex mansionibus missum eum fuisse Alexandriam. Tot enim sunt mansiones ab Antiochia Alexandriam usque, ut ex Itinerario Antonini colligitur. Eodem modo loquitur Ammianus Marcellinus in libro XVI, ubi vanitatem Constantii Augusti perstringens, qui res a Juliano Cæsare fortiter in Gallia gestas sibi ascribebat, ait eum in epistola quadam scripsisse, se Argentoratensi prœlio interfuisse et in prima acie pugnasse, cum tamen illius prœlii tempore mansione quinquagesima disparatus esset ab iis locis. Sic enim loquitur Ammianus, pro eo quod alii dicerent, quinquaginta dierum itinere. Nec aliter loqui solet Cosmas in libris *Topographiæ Christianæ*, quorum excerpta mihi humanissime communicavit Emericus Bigotius, vir doctissimus ac de me optime meritus. Deleatur ergo hic error ex *Annalibus ecclesiasticis*, ut ex animis eorum qui, Baronii auctoritate inducti, id pro certo atque indubitato hactenus tenuerunt, sex et triginta Arianæ factionis et communionis episcopos in Antiochena synodo consedisse. Scio multos ex veteribus in ea fuisse sententia, ut crederent Antiochenam synodum hanc, de qua nunc agimus, ab Arianis fuisse collectam. Ita præter cæteros Palladius in Dialogo de vita Joannis Chrysostomi, ubi scribit Elpidium episcopum juris canonici peritissimum, coram imperatore Arcadio palam affirmasse, canones Antiocheni concilii ab Arianis fuisse compositos. Nam adversarii Joannis Chrysostomi nitebantur præcipue quodam canone illius concilii. Quod cum videret Elpidius, Severiano, qui infensissimus erat hostis Chrysostomi, hanc conditionem detulit, ut subscriberet ejusdem se fidei esse cum episcopis Antiocheni concilii qui canonem illum condiderant. Quod quidem Severianus tunc facere detrectavit. Verum hoc intelligendum est, non quasi episcopi illi qui huic synodo interfuerunt, palam et aperte Arianam opinionem professi fuerint. Fuerunt enim professione catholici, ut constat tum ex testimonio Hilarii in libro *De synodis*, tum ex epistola Julii papæ ad ipsos scripta. Certe nunquam Ecclesia catholica eorum fidem et canones suscepisset, si ab Arianis fuissent promulgati. Quomodo igitur intelligendus est Palladii locus? Nimirum episcopos illos, etsi palam catholici essent, occulte tamen Arianis favisse. Atque ita Athanasium, Hieronymum, Theodoritum et alios interpretari debemus, qui Eusebium Nicomediensem et Eusebianos passim pro Arianis nominant. Constat enim Eusebium Nicomediensem, licet semper Arianorum partes foverit, nihilominus pacem cum Julio Romanæ urbis episcopo et communionem cum Ecclesia catholica ad obitum usque retinuisse. Nam et ad Julium papam paulo ante mortem litteras pacificas misit, et ab eodem vicissim accepit, ut testatur Julius in *Epistola ad Orientales*. Julius certe in supradicta illa epistola quæ data est ad episcopos omnes qui Antiochenæ synodo interfuerant, tum Eusebium ipsum, tum reliquos appellat fratres dilectissimos. Sic enim conceptus est titulus epistolæ apud Athanasium : Ἰούλιος Διανίῳ καὶ Φλακίλλῳ, Εὐσεβίῳ, Μάρει, Μακεδονίῳ, Θευδώρῳ, καὶ τοῖς σὺν αὐτοῖς τοῖς ἀπὸ Ἀντιοχείας γράψασιν ἡμῖν ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Sed et in corpore ipsius epistolæ eosdem non semel dilectos nominat. Non igitur pro hæreticis eos habuit Julius, quos charissimos fratres appellat, et quos salvere optat in Domino. Porro hæc epistola a Julio scripta est anno Christi 342, quo anno Eusebium Nicomediensem mortuum esse constat, paulo antequam hæ Julii litteræ in Orientem perlatæ essent. Ex quo apparet, verissimum esse id quod antea dixi, Eusebium Nicomediensem in communione Ecclesiæ Romanæ ad obitum usque perseverasse *. Cæterum miror, quam ob causam Julius in titulo epistolæ supra memoratæ Eusebium Dianio postposuerit et Flaccillo; nisi forte Dianius Cæsareæ Cappadociæ episcopus, antiquior fuerit Eusebio Nicomediensi, qui recens admodum Constantinopolitanæ Ecclesiæ sacerdotium regebat. Ob eamdem causam Flaccillus Antiochenus episcopus eidem Eusebio præponitur, non ratione habita Nicomediensis aut Berytiensis episcopatus quem prius gesserat idem Eusebius, sed ratione episcopatus Constantinopolitani quem paulo ante Eusebius occuparat. Postremo illud observandum est, legatos Julii papæ Elpidium atque Philoxenum, licet Antiochiæ fuerint cum synodus haberetur, et episcopis qui illic aderant litteras Julii papæ reddiderint, ab iisque fraudulenter detenti fuerint usque ad mensem Januarium, tandemque cum variis excusationibus ab iisdem dimissi, litteras episcoporum ad Julium detulerint, synodo tamen Antiochenæ nequaquam adfuisse, quippe qui hoc in mandatis non haberent, sed tantum jussi essent litteras Romani pontificis Eusebio et aliis quibusdam episcopis dare, quibus Julius ad synodum Romanam eos invitabat.

* Unde alterum horum necessario statuendum, aut Eusebium revera Arianum non fuisse, sed ex nimia tantum credulitate, qua Arianorum professionibus fidem habuerat, se partibus istis adjunxisse : aut Arianus cum fuerit, Ecclesiam Romanam fefellisse iisdem artibus quibus usi sunt cæteri Ariani. Quod posterius longe probabilius judicabit, quisquis Arii ad Eusebium illum, et ipsius Eusebii ad Paulinum Tyri epistolas apud Theodoritum attente legerit. G. Bullus, *in Epilogo Defensionis fidei Nic., pag.* 294.

# LIBER SECUNDUS.

## CAPUT PRIMUM.

*Quando primum episcopus factus sit Paulus.*

Superiore libro res B. Athanasii, quæ antea confusæ ac perturbatæ in *Annalibus ecclesiasticis* legebantur, quanta fieri potuit cura ac diligentia digessimus. Idem nunc præstare conabimur in rebus Pauli Constantinopolitani, in quarum narratione Socratem ac Sozomenum multa peccasse deprehendimus. Socratem deinde secutus est incertus auctor vitæ et conversationis beati Pauli Constantinopolitani episcopi, cujus excerpta leguntur in *Bibliotheca* Photii. Hic quisquis tandem fuit, Socratis errores novis insuper erroribus cumulavit. Certe his actis Pauli, et actis Athanasii quæ illis adjuncta leguntur in *Bibliotheca* Photii, nihil est

Digitized by Google

corruptius atque mendosius. Sed in Athanasii quidem rebus emendandis et ad veritatis normam redigendis, maximum nobis adjumentum confert ipsemet Athanasius in libris suis, qui plurimi et disertissimi ad nos pervenerunt. In rebus autem Pauli Constantinopolitani hoc subsidio destituimur, propterea quod, præter scriptores historiæ ecclesiasticæ, pauci admodum mentionem ejus fecere. Verum hunc defectum veterum scriptorum cura ac diligentia nostra supplere conabimur. Ac primo quidem annum quo Constantinopoleos ordinatus est episcopus inquiremus. Socrates ac Sozomenus principatu Constantii Augusti Paulum ad Constantinopolitanæ sedis sacerdotium evectum esse affirmant : eosque secutus Baronius, Blondellus ac cæteri, Alexandri Constantinopolitani obitum et ordinationem Pauli referunt anno Christi 340, Acindyno et Proculo consulibus. Ego vero Paulum Constantino Maximo regnante episcopum jam tum fuisse, duobus certissimis argumentis evincam. Primo enim Athanasius in *Epistola ad solitarios* non procul ab initio, ubi Pauli exsilia recenset, ait illum a Constantino primum relegatum fuisse in Pontum. Deinde in epistola synodica Orientalium apud Serdicam episcoporum quam refert Hilarius in fragmentis libri *De synodis*, diserte scribitur, Paulum in synodo Tyri una cum reliquis episcopis subscripsisse depositioni Athanasii. Jam tum ergo erat episcopus, cum synodus Tyri congregata est : quam anno Christi 335 habitam esse constat, biennio ante obitum Constantini. Verba Epistolæ synodicæ sic habent : *Paulus vero depositioni Athanasii interfuit, manuque propria sententiam scribens, cum cæteris eum etiam ipse damnavit.* Scio quid respondeat Blondellus in libro *de primatu papæ in Ecclesia.* Ait enim utrumque testimonium, tam Athanasii, quam Orientalium apud Serdicam episcoporum de Paulo adhuc presbytero intelligi debere. Verum hæc responsio, meo quidem judicio, inepta est et futilis. Nam si Paulus adhuc presbyter interfuit synodo Tyrensi, eique subscripsit, vice episcopi sui Alexandri id illum fecisse oportet. Quod si ita est, non ipse Paulus Athanasium damnasse dicendus est, sed potius Alexander, cujus vices agebat Paulus. Quis vero id credat de Alexandro Constantinopolitano episcopo, eum condemnationi Athanasii subscripsisse? Cum igitur Paulus ipse una cum reliquis episcopis qui in synodo Tyri convenerant, Athanasium damnasse dicatur, necessario colligitur illum jam tum episcopum fuisse. Quod autem spectat ad locum Athanasii, is de Paulo adhuc presbytero intelligi nullo modo potest. Etenim in dicta ad solitarios Epistola, Athanasius omnes ab initio recenset episcopos orthodoxos, quos Ariani ex suis sedibus expulerant. Ac primo quidem loco nominat Eustathium Antiochenum, deinde Eutropium, Euphrationem, Cymathium, Asclepam, Cyrum, Diodorum, Domnionem, Hellanicum, Marcellum. Postremo de Paulo ita scribit : *De Paulo vero Constantinopolitano episcopo nemini arbitror ignotum esse. Quanto enim clarior civitas, tanto minus factum celari poterit. Etiam huic quoque crimen objectum est. Idque falsum fuisse vel inde colligas, quod qui illum reum fecit Macedonius, qui nunc illius loco episcopus est ordinatus, nobis in ea accusatione præsentibus, cum reo suo cujus presbyter erat, communicavit. Sed quoniam Eusebius illuc oculos cupiditatis adjecerat, episcopatum illius urbis rapere festinans : eodem enim modo a Beryto transsiliit Nicomediam : mansit nihilominus criminatio adversus Paulum. Nec ab insidiis destiterunt, sed perseverarunt in calumniando. Et primum quidem a Constantino in Pontum relegatus est*, etc. Totum locum diligenter a me conversum consulto hic apposui, propterea quod ejus testimonio sæpius intra suum usurus. Porro ex hoc loco manifeste colligitur, Paulum jam tum episcopum fuisse, cum a Macedonio accusatus est impulsu Nicomediensis Eusebii. Id autem factum esse regnante adhuc Constantino Maximo, docet ipse Athanasius, cum ait se tum præsentem fuisse Constantinopoli. Atqui Athanasius nonnisi post synodum Tyri venit Constantinopolim, cum se factione inimicorum in concilio illo opprimi videret. Nec post id temporis Constantinopolim venit, Eusebio Nicomediensi superstite. Adde quod Athanasius diserte scribit, Macedonium qui Paulum accusabat, eo ipso tempore cum Paulo communicasse, et sub illo fuisse presbyterum. Si Macedonius presbyter sub Paulo tum erat, Paulus tunc episcopus fuerit necesse est. Ac proinde verissimum est quod dixi, Paulum Constantini Magni temporibus episcopum fuisse urbis Constantinopolitanæ. Præterea duorum optimorum scriptorum auctoritate discimus, Alexandrum Constantinopolitanum episcopum mortuum esse adhuc regnante Constantino. Ita enim scribit Philostorgius in libro secundo *Historiæ ecclesiasticæ*, pag. 15, ubi paulo post encænia urbis Constantinopolitanæ a Constantino Magno celebrata, Alexandrum illius urbis episcopum e vita migrasse scribit : Τελευτήσαντος δὲ τοῦ ταύτης τῆς πόλεως ἀρχιερέως Ἀλεξάνδρου, τὸν Νικομηδείας φησὶν Εὐσέβιον εἰς τὸν τῆς νεοκτίστου πόλεως ἀρχιερατικὸν μεταστῆσαι θρόνον, id est, Ait Philostorgius, *post obitum Alexandri Constantinopolitani episcopi, Eusebium Nicomediensem translatum esse ad episcopatum urbis recens conditæ.* Idem quoque scribit Theodoritus in libro primo *Historiæ ecclesiasticæ*, cap. 19. Ac de Eusebio quidem impræsentiarum non disputo, quem Theodoritus ac Philostorgius in locum Alexandri subrogatum esse affirmant. Id unum contendo, Alexandrum Constantinopolitanum episcopum principatu Constantini Augusti mortem obiisse, ac proinde Paulum regnante adhuc Constantino Ecclesiæ illius sacerdotium obtinuisse. Idem quoque scripserat Eusebius Pamphili, ut testatur Theophanes in *Chronico. Nec ut Eusebius ex omnibus historicis solus narrat, Nicomediensis Eusebius cum in encæniis insidias Athanasio strueret, Constantinopolitanam sedem obtinebat. Hoc enim vel ex temporum collectione falsi arguitur*, etc. Videtur tamen memoria lapsus esse Theophanes, et pro Theodorito Eusebium posuisse.

## CAP. II.

### *Utrum Arius hæresiarches a synodo Hierosolymitana susceptus sit in communionem.*

Verum hoc loco validissimum nobis argumentum opponitur. Cum enim constet Arium in communionem receptum esse in synodo Hierosolymitana, quæ paulo post synodum Tyri congregata est, vel potius ab urbe Tyro translata est Hierosolyma anno Christi 335, Alexander Constantinopolitanus episcopus superstes etiam tum fuerit necesse est. Quippe Alexander aliquanto post Arium ex hac luce migravit. Hic enim est Alexander, qui suis precibus a Deo id impetravit, ut Arius quem Eusebiani postridie in ecclesiam introducturos se esse minabantur, spe sua frustratus, fœdissimo mortis genere exstingueretur, ut testatur Athanasius tum in *Epistola ad Serapionem* de morte Arii, tum in circulari *Epistola ad episcopos Ægypti et Libyæ*, quæ vulgo inscribitur *Oratio prima adversus Arianos*. Ex quo conficitur, Alexandrum anno Christi 336 adhuc episcopatum Constantinopolitanum administrasse, ac proinde falsum esse quod supra scripsi, Paulum Constantinopolitanum episcopum in concilio Tyri habito adversus Athanasium subscripsisse. Gravissima profecto hæc ratio est, et quæ nostram sententiam funditus evertit. Sed inquirendum est diligentius ac dispiciendum id quo nituntur adversarii : an videlicet Arius ipse in communionem receptus sit a concilio Hie-

Digitized by Google

rosolymitano quo in encæniis basilicæ Constantinianæ celebratum est anno Christi 335. Exstat epistola synodica ejus concilii, ab Athanasio relata in libro *De synodis*. Verum in illa synodica, non Arius ipse in communionem receptus esse dicitur, sed οἱ περὶ τὸν Ἄρειον, id est Arii asseclæ, presbyteri scilicet et diaconi civitatis Alexandrinæ qui Arium secuti fuerant. Certe idem Athanasius alibi de hac synodo loquens, perpetuo dicit τοὺς περὶ Ἄρειον, et τοὺς Ἀρειανούς, in ea susceptos fuisse. Sic enim loquitur tum in *Apologia adversus Arianos*, pag. 801, tum in *Epistola ad solitarios* non procul ab initio. Nam initium illius epistolæ in vulgatis exemplaribus desideratur. Dicet aliquis Athanasium de ipso Ario loqui. Etenim in libro *De synodis*, postquam epistolam synodicam concilii Hierosolymitani retulit, quæ data est ad presbyteros et diaconos Ecclesiæ Alexandrinæ, statim subjungit statutum fuisse ab illis episcopis, Arium sectatoresque ejus suscipiendos esse. Verum ego id sic intelligendum puto, non quasi Arius ipse adhuc superfuerit, verum ideo sic locutus est Athanasius, quod receptis Arii asseclis, ipse Arius quodammodo suscipi videbatur. Idem respondendum censeo iis qui epistolam synodicam Antiocheni concilii nobis objiciunt, in qua episcopi qui in illo concilio sedebant, affirmant se Arium ideo suscepisse in communionem, quod fidem ejus rectam esse comperissent. Id enim aut eo quem dixi modo intelligendum est, de Arii videlicet asseclis: aut si de Ario ipso accipiatur, non in synodo Hierosolymitana id factum esse dicemus, sed in priore aliquo conventu. Certe diu ante synodum Hierosolymitanam Arium et socios ab Eusebianis in communionem receptos fuisse testatur Athanasius in dicto libro *De synodis*. Cæterum ex *Epistola synodica* concilii Hierosolymitani satis aperte colligitur, episcopos non de Ario ipso, sed tantum de Arii gregalibus locutos esse. Scribunt enim in ea epistola, se litteras imperatoris Constantini accepisse, quibus ipsos hortabatur, ut pacem et concordiam in Ecclesia resarcirent, utque Arii sodales et sectatores placido et pacato animo susciperent: quorum rectam ac sinceram esse fidem, tum viva ipsorum voce, tum libello sibi ab ipsis porrecto cognoverat. Quem quidem libellum Constantinus suis ad synodum litteris subjecit. Quod si de Ario Constantinus et episcopi illi loquerentur, cur Constantinus Arium postea Constantinopolim evocasset, ut de ejus fide inquireret, idque post synodale judicium, et post ipsius suffragium? Cur Alexander episcopus Arium post hæc in Ecclesiam admittere recusasset, qui celeberrimæ synodi judicio in communionem admissus fuerat, et imperatoris judicio comprobatus? Præterea Athanasius, in epistola ad Serapionem, testatur se consultum fuisse a Serapione de quadam quæstione quæ in Ægypto exorta fuerat, utrum Arius in communione et pace Ecclesiæ diem extremum obiisset. Negat id Athanasius in dicta epistola. Quod si Arius ab Hierosolymitano concilio ad pacem et communionem Ecclesiæ admissus fuisset, nunquam profecto id negasset Athanasius, nec Serapion id ignorare potuisset. Neque enim obscura fuit fama synodi Hierosolymitanæ, sed longe omnium celeberrima, et cum Nicæna synodo comparanda, si Eusebio credimus, quippe quæ ex omnibus Romani imperii provinciis ad dedicationem regalis basilicæ a principe esset congregata. Postremo Athanasius in dicta ad Serapionem epistola, mortem Arii commemorans, ait se quidem tunc temporis non adfuisse Constantinopoli, cum Arius e vivis sublatus est, sed Macarium presbyterum qui illic aderat, cuncta ad ipsum scripsisse. Atqui Macarius, presbyter Athanasii, fuit in urbe Constantinopolitana eo tempore quo Eusebiani, conjuratione facta cum Meletianis adversus Athanasium, de lineæ vestis canone eum apud Constantinum imperatorem accusarunt. Testatur hoc Athanasius in Apologia secunda adversus Arianos, pag. 778, et post eum Socrates in libro primo *Historiæ ecclesiasticæ*. Nec post id temporis Macarium Alexandrinum presbyterum Constantinopolim venisse legimus. Hæc autem prima Athanasii accusatio aliquot annis præcessit synodum Tyri. Ad quam depellendam et confutandam Athanasius Macarium et Arium presbyteros suos misit Constantinopolim. Baronius in *Annalibus* id factum refert anno 323 Natalis Dominici.

## CAP. III.

*De primo exsilio Pauli Constantinopolitani.*

Mortuo Alexandro Constantinopoleos episcopo, quem anno Christi 331 obiisse existimamus, Paulus in ejus locum successit. Qui tametsi in synodo Tyrensi depositioni Athanasii subscripsisset, nihilominus ab Arianis et præcipue ab Eusebio, qui sedis illius cupiditate flagrabat, per fraudem et calumniam appetitus est. Ac primo quidem Macedonium presbyterum Ecclesiæ Constantinopolitanæ adversus eum incitarunt, qui Paulo confictum nescio quod crimen objiceret. Cæterum adeo leve erat quod ab accusatore intendebatur, ut pendente accusatione nihilominus accusator cum reo communicaverit. Verum Eusebiani rem urgere non destiterunt, propterea quod Eusebius Nicomediensis sedem illius rapere contendebat. Paulum igitur calumniari apud principem Constantinum non cessarunt, donec ille aures nimium faciles Eusebianis præbens, Paulum in Pontum relegavit, quemadmodum supra retulimus ex Athanasio in *Epistola ad solitarios*. Id gestum est anno Christi 336. Neque enim citius id fieri potuit, cum Paulus anno 335 concilio Tyrensi interfuerit. Ad hæc Athanasius se tum adfuisse scribit, cum Paulus a Macedonio accusatus est. Hæc autem accusatio, ut ex Athanasii narratione colligitur, satis longo tempore perseveravit. Proinde non ante annum Domini 336 Paulus in exsilium missus videtur. Adde quod Athanasius in dicta epistola universos episcopos qui Constantino Maximo regnante per fraudem et calumnias Arianorum in exsilium pulsi sunt, ordine recensens, in Paulo Constantinopolitano episcopo narrationem suam claudit. Orditur enim ab Eustathio Antiochenæ urbis episcopo, quem nos in adnotationibus Eusebianis, anno Christi 329 aut certe 330 relegatum fuisse demonstravimus. Post hunc Eutropius episcopus Hadrianopoleos, Eusebianis adnitentibus, suffragante ipsis Basilina quæ nupta erat Constantio fratri Constantini Maximi, pulsus est in exsilium. Post hæc Euphration Balanearum episcopus, Cymatius Palti, alter item Cymatius Antaradi, Asclepas Gazæ, Cyrus Berœæ in Syria, Diodorus Naissi, Domnio Sirmii, Hellanicus Tripoleos episcopi, eo quod hæresim Arianam odio prosequi tantummodo visi essent, alii fictis criminibus, alii nullo ipsis objecto crimine, rescripto principis ecclesiis suis pulsi sunt, suffectis in eorum locum qui Arianæ perfidiæ favebant. Marcellus deinde recensetur ab Athanasio, ac postremus omnium Paulus episcopus Constantinopolitanus. Marcellus quidem anno Christi 336 relegatus est post synodum Constantinopolitanam, in qua depositus fuerat ac damnatus. Eodem fere ordine Athanasius supradictos episcopos factione Arianorum relegatos enumerat in Apologetico de fuga sua: ubi pro Cymatio Antaradi episcopo Carterium nominat. Cæterum etsi Athanasius diserte non dicit Paulum tunc episcopali judicio damnatum fuisse, ex eo tamen quod accusatum illum esse scribit a Macedonio presbytero, satis innuit Paulum synodali sententia fuisse damnatum. Certe Constantinus, utpote princeps religiosissimus, nunquam illum in exsilium mittere sustinuisset, nisi prius ecclesiastico judicio condemnatus fuisset. Sic enim Eustathium, sic

Digitized by Google

Athanasium relegavit, post prolatam adversus eos episcoporum sententiam. Accusatus autem fuerat Paulus a Macedonio, ὡς οὐχ εὖ βεβιωκώς, ut ait Sozomenus in libro III, cap. 3, id est, *quod turpiter et flagitiose vixisset*. Denique Orientales episcopi in epistola synodica pseudosynodi Serdicensis, diserte testantur Paulum episcopali sententia damnatum fuisse. Sic enim aiunt de Maximino Trevirorum episcopo: *Causa igitur homicidiorum tantorum ipse fuit, qui Paulum olim damnatum ad Constantinopolim revocavit.* Ubi notabit obiter studiosus lector, Paulum non a Julio papa, sed a Maximino episcopo dici revocatum.

## CAP. IV.

### *De prima restitutione Pauli.*

Mortuo Constantino Maximo, tres ejus filii episcopos Catholicos quos Constantinus ab Eusebianis in fraudem impulsus relegaverat, sedibus suis restituerunt, datis tum ad ipsos, tum ad singulorum civitates litteris, quibus jubebant ut singuli a suis civibus et clericis pacate reciperentur. Testatur hoc Athanasius in *Epistola ad solitarios*, ubi post indicem illorum quos dixi episcoporum, quos Ariani Constantino regnante suis ecclesiis ac civitatibus ejecerant, hæc subjungit: Ταῦτα συνορῶντες οἱ τρεῖς ἀδελφοὶ Κωνσταντῖνος, Κωνστάντιος, καὶ Κώνστας, ἐποίησαν πάντας, μετὰ θάνατον τοῦ πατρὸς, ἐπανελθεῖν εἰς τὴν πατρίδα καὶ τὴν Ἐκκλησίαν· γράψαντες περὶ μὲν τῶν ἄλλων τῇ ἰδίᾳ Ἐκκλησίᾳ, etc. Idem tradit Philostorgius in libro secundo *Historiæ ecclesiasticæ*. Sed in Athanasio notanda sunt hæc verba, ἐποίησαν πάντας ἐπανελθεῖν, *omnes*, inquit, *redire jusserunt*. Ergo et Eustathius Antiochenus et reliqui episcopi ad sedes suas reversi sunt. De Eustathio tamen nusquam id legimus. Ac fortasse ille delata sibi licentia ac facultate redeundi uti noluit, propterea quod ecclesiam suam ab Arianis obsessam atque occupatam videret. Certe Flacillus qui Euphronio successerat, Antiochenæ urbis episcopatum perpetuo retinuit, jam inde a synodo Tyrensi ad synodum Antiochenam. Paulus igitur una cum cæteris ex Pontico exsilio reversus, Constantinopolitanam sedem postliminio recuperavit. Quem reversum Eusebius Nicomediensis iterum pristinis dolis atque artibus oppugnavit, accusatorem illi submittens Macedonium. Id certe insinuare mihi videtur Athanasius in loco illo ex *Epistola ad solitarios*, quem superius adduxi, cum ait, καὶ ὅμως ἔμεινεν ἡ πρόφασις κατὰ Παύλου· καὶ οὐχ ἠμέλησαν ἐπιβουλῆς, ἀλλ' ἔμειναν διαβάλλοντες. Vult enim dicere Athanasius, Eusebianos qui prius apud Constantinum calumniati fuerant Paulum, eumdem postea apud imperatorem Constantium similiter calumniatos esse, et perfecisse tandem ut Paulus a Constantio quoque in exsilium mitteretur. Constantius ergo calumniis Eusebianorum fidem accommodans, concilium episcoporum Constantinopoli fieri jussit: a quibus Paulus damnatus ac depositus est, et Nicomediensis Eusebius in ejus locum substitutus. Ita Socrates in lib. II, cap. 6. Qui cum episcopos illos qui huic synodo interfuerunt, Arianæ perfidiæ fautores dicat fuisse, satis indicat ex eorum numero fuisse Theodorum Heracleotem, Marin Chalcedonium, Theognium Nicænum, et Ursacium ac Valentem, qui inter Eusebianos agmen duxere. Et Socrates quidem Paulum tunc tantummodo depositum esse dicit, non etiam relegatum. Quare cum Paulus liberam tunc haberet vagandi facultatem, conjunxit se cum Asclepa, Lucio atque Marcello, quos vixdum restitutos iterum Ariani suis civitatibus atque ecclesiis expulerant. His junctus Paulus, plurimas urbes ac provincias Occidentalis imperii peragravit, suffragium ac subsidium episcoporum ubique exquirens, ut in sedem suam restitueretur. Docet id Epistola synodica Orientalium apud Serdicam episcoporum his verbis: *Deinde Paulo et Lucio et quotquot talibus conjuncti sunt, circumeuntes simul externas regiones, persuadebant judicibus, non esse credendum illis qui in eos digne sententiam protulerunt.* De Marcello loquuntur, Asclepa et Athanasio. Romam porro utrum Paulus tunc venerit, nescio. Sed si verum est, Paulum aliquando Romam venisse, hoc tempore eum venisse oportet. Neque enim alio tempore Romam venire potuit, ut postea videbimus. Primus autem ex Occidentalibus episcopis Maximinus Trevirorum episcopus, Paulum in communionem recepit, ut testantur Orientales apud Serdicam episcopi in Synodica supra citata.

## CAP. V.

### *Quo tempore Eusebius Nicomediensis ad episcopatum Constantinopolitanum translatus fuerit.*

Philostorgius quidem ac Theodoritus Eusebium Nicomediensem mortuo Alexandro episcopatum urbis Constantinopolitanæ suscepisse dicunt, principatu Constantini Maximi. Verum eos refellit Athanasius, qui diserte testatur in *Epistola ad solitarios*, Eusebium Nicomediensem non Alexandro mortuo successisse, sed in Pauli viventis locum per vim atque ambitum invasisse. Præterea Hieronymus in *Chronico* scribit, Constantinum paulo ante mortem Nicomediæ baptizatum esse ab Eusebio loci illius episcopo. Denique Ammianus Marcellinus auctor est, Julianum principem Nicomediæ educatum fuisse ab Eusebio episcopo, quem genere longius contingebat; sic enim loquitur Marcellinus. Porro quando Julianus Eusebio episcopo traditus est educandus, septennis ut minimum fuerit necesse est. Neque enim ante hunc annum pueri commendari solent institutoribus. Atqui Julianus vix septem annos impleverat tum cum Constantinus Maximus ex hac luce migravit. Proinde Eusebius Nicomediensem episcopatum usque ad obitum Constantini retinuit. Certe Constantinus hujusmodi episcoporum translationes valde improbabat, quemadmodum discimus ex ejus epistola ad Eusebium Cæsariensem episcopum, qui Antiochenæ urbis sacerdotium sibi delatum constanter recusaverat. Verior itaque est sententia eorum, qui Eusebium Nicomediensem Constantio regnante, ad episcopatum urbis Constantinopolitanæ transiliisse dicunt. Ita Socrates, Sozomenus, Cedrenus ac Theophanes. Et Cedrenus quidem episcopatum urbis Constantinopolitanæ a Constantio mercedis loco delatum esse scribit Eusebio, propterea quod Eusebius testamentum quod Constantinus moriens ipsi commendaverat, primo omnium Constantio tradidisset. Socrates vero hanc Eusebii translationem refert paulo post mortem Constantini Junioris, id est anno Christi 340, cui consentit etiam Baronius. Verum Baronius a seipso dissentit, et pugnantia inter se loquitur, atque contraria. Cum enim fateatur, Epistolam synodicam episcoporum Ægypti ad omnes ubique terrarum orthodoxos episcopos, qua respondent calumniis Eusebianorum adversus Athanasium, scriptam esse anno Domini 339: constet autem ex eadem synodica epistola, Eusebium Nicomediensem jam tum ad episcopatum urbis Constantinopolitanæ translatum fuisse: absurdum omnino est hanc Eusebii translationem in annum sequentem conferre. Quod vero episcopi Ægypti in sua illa synodica diserte testentur id quod dixi, ex eorum verbis apparet, quæ hic apponam: *Quanquam nihil ea re impeditus Eusebius, Athanasii creationem vituperat: homo qui ipse prorsus episcopus creatus non est, aut si unquam jus episcopi habuit, idipsum rescidit, utpote qui principio Beryti pro episcopo egerit, relictaque Beryto Nicomediam se transtulerit: illam quidem cathedram præter leges destituens, istam vero nulla lege invadens: proprii gregis sine ulla charitate*

Digitized by Google

*desertor, et alieni nulla rationabili causa occupator, prioris episcopatus charitatem alieni cupiditate aspernatus est. Nec tamen hunc ipsum episcopatum quem tanta aviditate occupaverat, reservavit. Ecce enim jam quoque inde desiliens, alienum episcopatum denuo obtinet.* Ubi notanda sunt hæc verba, ἰδοὺ γὰρ κ' ἐκεῖθεν ἀποστὰς, ἀλλοτρίαν πάλιν κατέχει, nam vocabulum illud ἰδού, translationem hanc Eusebii a Nicomedia Constantinopolim, recens admodum et paulo antequam hæc scriberent, factam esse declarat. Quamobrem si hæc circularis epistola scripta est ab Ægypti sacerdotibus anno Natalis Domini 339, ut Baronius censuit, Eusebii translatio ad sedem Constantinopolitanam, vel eodem vel superiori anno contigerit necesse est.

## CAP. VI.

*De secunda restitutione Pauli, et de secundo ac tertio ejusdem exsilio.*

Anno Christi 342 obiit Eusebius Constantinopolitanus episcopus, quem Magnum Eusebium vocat non solum Philostorgius, sed etiam Eusebius Cæsariensis in libro *Contra Marcellum.* In quem nescio cur tantopere invectus sit Baronius, cum superius a nobis ostensum fuerit, eum pacem et communionem cum Ecclesia Romana ad obitum usque retinuisse. Post ejus obitum cives Constantinopolitani Paulum ad sedem suam revocarunt; Eusebiani vero Macedonium in Eusebii locum substituerunt. Quæ res ingentem tumultum in urbe regia excitavit, ut refert Socrates in libro secundo. His auditis imperator Constantius qui in Oriente bello Persico implicatus tenebatur, Hermogeni magistro militum mandavit, ut Constantinopolim ingressus, Paulum sede sua ac civitate exturbaret. Ægre siquidem ferebat imperator, quod absque suo consensu Paulus Ecclesiam suam recepisset. At populus, qui Pauli amore flagrabat, adversus magistrum militum commotus, domo ejus incensa ipsum corripuit, et pedibus tractum ac misere truncatum, in mare præcipitavit. Id gestum est Constantio tertium et Constante iterum consulibus. Quæ cum nuntiata essent Constantio, ille, graviter commotus, repente equo conscenso venit Constantinopolim. Et urbem quidem ipsam annona multavit; Paulum vero tanquam seditionis auctorem, catenis ferreis vinctum ad castellum Mesopotamiæ Singara deportavit. De hac ingenti seditione loquitur Libanius in *Basilico*, pagina 126, ubi testatur imperatorem Constantium admirabili celeritate usum esse in faciendo itinere, nec nives atque imbres eum ab incepto itinere deterruisse. Et sontes quidem ab illo castigatos esse dicit, neminem tamen morte affectum, cum senatus urbis Constantinopolitanæ pro reis apud ipsum intercessisset. Socrates quidem, eumque secutus Baronius, Paulum tunc temporis Romam venisse dicunt. Ego vero Athanasium sequi malim, qui in *Epistola ad solitarios,* ait Paulum a Constantio relegatum esse Singara, et aliquanto post inde Emesam esse translatum, metu scilicet Persicæ incursionis. Verba Athanasii sunt hæc: Τὸ δὲ δεύτερον παρὰ Κωνσταντίου δεθεὶς ἀλύσεσι σιδηραῖς, εἰς Σίγγαρα τῆς Μεσοποταμίας ἐξωρίσθη, καὶ ἐκεῖθεν εἰς τὴν Ἔμισαν μετηνέχθη. Id est, *iterum vero a Constantio catenis ferreis vinctus Singara Mesopotamiæ deportatus est, atque inde translatus Emesam.* Quod cum tam diserte affirmet Athanasius, non alio tempore id factum assignari potest, quam isto quo dixi. Etenim ingens illa seditio in urbe regia, et cædes magistri militum, et Pauli restitutio sine imperatoris consensu facta, Constantium non immerito commoverant, ut Paulum ferro vinctum in tam longinquum exsilium amandaret. Ex quo tamen exsilio non ita multo post Emesam eum transtulit, sive ut Constantinopolitanis qui Paulo imprimis studebant, gratificaretur, sive, ut dixi, Persarum metu, qui Singaris assidue imminebant. Certe haud multo post circa id castrum ingenti prœlio Persæ cum Romanis conflixere. Cæterum Ariani seditionem illam de qua dixi, cædesque hominum in ea factas, uni Paulo ascribebant, ut testatur Epistola synodica pseudosynodi Serdicensis: *Sed et de Paulo Constantinopolitanæ civitatis quondam episcopo post reditum exsilii sui si quis audierit, perhorrescet;* et multo post: *Asclepas vero cum ad Constantinopolitanam civitatem propter Paulum venisset, post immanitatem rerum atrocitatemque commisit, quæ media in Ecclesia Constantinopolitana gesta sunt post mille homicidia quæ altaria ipsa humano sanguine coinquinaverunt, post interfectiones fratrum exstinctionesque Gentilium, hodieque cum Paulo, cujus causa hæc gesta sunt, communicare non cessat.*

## CAP. VII.

*De tertia restitutione Pauli Constantinopolitani.*

Scribit Baronius Paulum civitate sua atque Ecclesia pulsum, Romam ad Julium se contulisse: cumque ab eo litteras accepisset quibus in sedem suam restituebatur, eas litteras effectu caruisse, quippe cum Paulus nonnisi post Serdicense concilium Ecclesiam suam recuperaverit. Sed Baronio assentiri non possum. Primo enim falsum est Paulum tunc temporis Romam venisse, ut in superiori capite demonstravi. Nec verius est quod asserit Baronius, Paulum Serdicensis synodi sententia restitutum esse. Certe in epistola synodica Serdicensis concilii nulla ejus rei fit mentio. Imo vero Theodoritus in libro secundo *Historiæ ecclesiasticæ* diserte affirmat Paulum Serdicensi concilio minime interfuisse. Obstitisse enim cives urbis Constantinopolitanæ quominus eo proficisceretur, veritos scilicet ne ab Arianis in itinere per insidias interficeretur. Sed et Orientales apud Serdicam episcopi in synodica sua aperte significant, Paulum ab ea synodo abfuisse, ut recte observavit Blondellus in libro *De primatu in Ecclesia.* Jam ergo ante synodum Serdicensem Paulus episcopatus sui locum receperat. Quod quidem a Constantio factum fuisse arbitror, vel in gratiam Constantinopolitanorum, qui Paulum præcipuo quodam amore ac studio prosequebantur; vel ob metum Constantis Augusti, qui frequentibus litteris ad Constantium missis, ut Paulus, Athanasius, et reliqui Orientis episcopi suas in sedes restituerentur, postulaverat. Sane rationi consentaneum fuit, ut quoniam inter duos fratres Augustos tandem convenerat, ut ad causam episcoporum dijudicandam generalis synodus apud Serdicam congregaretur, episcopi omnes vinculis atque exsilio solverentur, quo libera ipsis facultas veniendi ad concilium suppeteret. Hanc igitur ob causam, ni fallor, Paulus a Singarensi et Emiseno exsilio reversus est Constantinopolim. Unde cum ad Serdicense concilium proficisci vellet, a Constantinopolitanis civibus detentus est, ut docet Theodoritus.

## CAP. VIII.

*De ultimo Pauli exsilio ejusque obitu.*

Post mortem Constantis Augusti, quæ contigit anno Christi 350, Ariani omni metu jam vacui, adversus Catholicos antistites multo gravius quam antehac insurrexerunt. Ac primum omnium Paulum aggressi, persuadent Constantio, ut illum in exsilium ejiciat, Macedonium vero ejus loco in Constantinopolitanam Ecclesiam inducat. Imperator igitur qui Arianæ perfidiæ patrocinium palam susceperat, mandat Philippo præfecto prætorio per Orientem, ut Paulum e sede sua protinus exturbet. Qui accepto principis mandato, Hermogenis magistri militum casu admonitus, rem prudentius aggredi statuit. Ingressus itaque lavacrum Zeuxippi, Paulum ad se accersivit, quasi de publico quodam negotio cum eo consulturus. Qui cum venisset, præfectus clam per fenestram quamdam eum demisit, et in palatium abripi jussit. Atque inde navigio

Digitized by Google

impositum, in exsilium misit Cucusum, Cappadociæ oppidum, quod postea minori Armeniæ contributum est. Ibi eum Eusebiani in arctissimo et obscurissimo quodam loco recluserunt, subtracto ei penitus alimento, ut hominem inedia enecarent. Post sextum autem diem ingressi, cum eum adhuc spirantem reperissent, contortis pallii laciniis strangularunt, quemadmodum scribit Athanasius in *Epistola ad solitarios*. Et Athanasius quidem hoc Pauli exsilium quartum vocat. Ego vero tertium mallem dicere. Nam Singarenum et Emisenum, licet locis diversa sint, pro unico tamen exsilio sunt accipienda : cum Paulus a Singaris quo primum fuerat relegatus, postea translatus sit Emesam. Quod autem Socrates atque Sozomenus scribunt, Paulum a Philippo præfecto Thessalonicam esse relegatum, dupliciter falluntur, et in loci, et in temporis notatione. Id enim factum esse scribunt paulo post necem Hermogenis, id est anno Christi 342, quo quidem tempore Philippus non erat præfectus prætorii. Neque vero Philippus tunc potuit Paulum relegare Thessalonicam, quæ urbs tum parebat Constanti Augusto, non autem Constantio, sub quo præfecturam gerebat Philippus. Quare verius est quod Baronius scribit, hæc adversus Paulum a Philippo gesta esse anno Domini 351 : quo anno Philippum præfectum prætorio fuisse, præter Athanasium docent leges codicis Theodosiani, ut notavi ad Ammianum Marcellinum. Sed tunc, ut dixi, id est anno 351, Paulus non in urbem Thessalonicam relegatus est, sed Cucusum, ut testatur Athanasius. Quomodo enim Thessalonicam relegari potuisset, quæ erat ipsius patria, sicut fatentur Sozomenus et Socrates? Quid magis contrarium, quam patria et exsilium? Benigne igitur cum Paulo actum esse oportet tunc cum missus est Thessalonicam. Quid ergo? dicet aliquis : an prorsus falsum erit quod aiunt Sozomenus et Socrates, Paulum Thessalonicam venisse, atque inde Corinthum proficisci simulantem, Romam navigasse? Id omnino verum puto, sed alio factum tempore : tunc scilicet cum Paulus primum depositus est ac damnatus, suffecto in ejus locum Eusebio Nicomediensi. Eo siquidem tempore Paulus, cum liberam haberet vagandi potestatem, Thessalonicam et Romam et in alias urbes Occidentalis imperii pro arbitrio suo proficisci potuit, quemadmodum superius observavi.

## CAP. IX.

*Cur Athanasius inter orthodoxos episcopos Paulum Constantinopolitanum minime recensuerit.*

Mirari quis non immerito potest, quid causæ sit cur Athanasius in *Oratione prima contra Arianos*, orthodoxorum episcoporum indicem texens, qui Nicænam fidem constanter asseruerant, Pauli nostri nomen prætermiserit : quem tamen constat pro Nicæni concilii doctrina ac fide adversus Arianos fortiter decertasse. Certe Athanasius in oratione supra memorata mentionem facit Alexandri episcopi Constantinopolitani. Cur ergo Paulum quoque Alexandri successorem ei minime adjunxit? Nec est quod quis objiciat Athanasium eo loco illos duntaxat episcopos commemorasse, qui jam fato functi essent, ac proinde Paulum ab illo prætermissum esse, eo quod adhuc superstes esset. Hæc responsio admitti forsitan posset, si Paulus Constantinopolitanus superstes adhuc fuisset eo tempore, quo prima hæc oratio adversus Arianos scripta est ab Athanasio. Verum antequam eam orationem, seu potius epistolam scriberet Athanasius, Paulus jam e vivis excesserat. Mortuus est enim anno Natalis Dominici 351 aut 352, ut ad *Historiam* Socratis observavi. Hæc autem Oratio adversus Arianos scripta est ab Athanasio post enthronismum Georgii, anno Christi 356, sicut in superiore libro adnotavi. Alia igitur hujus rei causa inquirenda est. Neque enim sine causa, aut per negligentiam id ab Athanasio factum esse crediderim. Existimo igitur Athanasium eo loco de industria Pauli nomen prætermisisse, eo quod in concilio Tyri cum Arianis permixtus, condemnationi ipsius subscripserat, ut supra vidimus. Eamdem ob causam Maximi quoque Hierosolymorum episcopi nomen ibidem reticuit, licet Macarii Hierosolymitani mentionem fecisset. Quod quidem non ulciscendi animo ab Athanasio factum esse credendum est. Procul enim aberat ab hoc affectu Athanasius. Sed quoniam Athanasius eo loco illos duntaxat episcopos commemorare decreverat, qui procul ab omni crimine, et ab omni macula Arianæ communionis perpetuo abfuissent, idcirco Paulum et Maximum in eo numero noluit recensere, quos sciebat in illa apud Tyrum synodo communione Arianorum fuisse pollutos.

# LIBER TERTIUS.

## CAPUT PRIMUM.

Ante annos plus minus quadraginta gravis inter eruditos orta est controversia de sexto canone concilii Nicæni. Ad cujus expositionem multa tunc allata sunt a multis, dum singuli canonem illum ad suas partes trahere conantur. Sed cum doctissimi homines de Ecclesiis ac regionibus suburbicariis acrius inter se contenderent, Rufini interpretationem potius, quam canonis ipsius verba exposuerunt. Exstitit postea Joannes Launoius, magni nominis theologus, qui haud ita dudum librum edidit *De recta interpretatione sexti canonis Nicæni*. Verum hic quoque ad eumdem quem priores illi lapidem impegit : et quod in titulo operis sui promiserat, id duabus editionibus implere non valuit. Erroris autem causam ei præbuit prava via ac methodus, qua in ejus canonis expositione usus est. Nam cum canon Nicæni concilii exponendus esset sicut a Nicænis Patribus est editus, et post Græcorum verborum explicationem ordine progrediendum esset ad explicationem interpretationis Rufinianæ : contra Joannes Launoius, primo quidem sensum Rufini investigavit, deinde verba ipsa Nicænorum Patrum, juxta eum sensum quem Rufini verbis tribuerat, exposuit. Nos vero interpretationem Rufini impræsentiarum quidem omittimus, quippe quæ verius paraphrasis sit quam versio. Ipsum vero canonem, prout a trecentis illis episcopis promulgatus est, proponentes, explicare conabimur.

Sic igitur habet canon sextus : Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ καὶ Πενταπόλει, ὥστε τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν· ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστιν· ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις. τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς Ἐκκλησίαις· καθόλου δὲ πρόδηλον ἐκεῖνο, ὅτι εἴ τις χωρὶς γνώμης μητροπολίτου γένοιτο ἐπίσκοπος, τὸν τοιοῦτον ἡ μεγάλη σύνοδος ὥρισε μὴ δεῖν εἶναι ἐπίσκοπον. Quæ verba Dionysius Exiguus ita Latine vertit : « Antiqua consuetudo servetur per Ægyptum, Libyam et Penta-

Digitized by Google

« polim, ut Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem : quia et urbis Romæ episcopo parilis mos est. Similiter autem et apud Antiochiam cæterasque provincias suis privilegia serventur Ecclesiis. Illud autem generaliter clarum est, quod si quis præter metropolitani sententiam fuerit factus episcopus, hunc magna synodus definivit episcopum esse non oportere. »

## CAP. II.

Duo præcipue in hoc canone notanda sunt : primum est, hic agi de patriarchis ; alterum est non de sola ordinatione hic agi, sed de omni jure patriarchico. Ac prius quidem illud ita demonstrari potest. Patres concilii Nicæni, cum Ecclesiarum quieti prospicerent, in canone quarto sanxerunt quo ritu celebrandæ essent episcoporum electiones, easque a metropolitanis episcopis confirmari voluerunt. Cum igitur potestas metropolitanorum in capite illo quarto abunde stabilita esset, quid opus erat rursus in sexto de metropolitanis dicere? Prorsus inanis ac superflua esset hæc repetitio, quæ in viros tam graves cadere non potest. Præterea in hoc capite sexto agitur de episcopis qui regunt diœcesim, non autem de his qui regunt unicam provinciam. Atqui metropolitani unam duntaxat provinciam regunt. Singuli enim præsunt episcopis suæ provinciæ. Patriarchæ vero diœcesim, id est multas simul junctas provincias administrant, et subjectos sibi habent multos metropolitanos. De his ergo intelligendus est hic canon, non de simplicibus metropolitanis. Alioqui manca atque imperfecta esset constitutio Patrum Nicænorum. Cum enim episcoporum ordinationi abunde prospexissent, quam a metropolitanis confirmari sanxerunt, restabat ut de metropolitanorum ipsorum ordinatione statuerent. Id autem diserte faciunt hoc canone 6, illos a patriarchis ordinari jubentes, qui sunt metropolitani metropolitanorum. Ita omnino intelligenda sunt hæc verba canonis nostri : *Illud autem generaliter clarum est, quod si quis præter metropolitani sententiam fuerit factus episcopus, hunc magna synodus definivit episcopum esse non oportere.* Certe Joannes Zonaras metropolitanos hoc loco interpretatur patriarchas, qui sunt majores metropolitani. Nam cum Alexandria metropolis sit totius Ægypti, et cum Antiochia a veteribus dicta sit metropolis totius Orientis, episcopi illarum civitatum metropolitani jure dici possunt. Cumque patriarcharum nomen nondum usurpari cœpisset, pro patriarchis Nicæni Patres metropolitanos videntur posuisse.

## CAP. III.

Omnes certe, tam antiqui quam recentiores qui ante Launoium scripsere, canonem hunc de patriarchis intellexere. Primum enim Innocentius papa in epistola ad Alexandrum, hunc Nicænum canonem ita intellexit : ait siquidem Antiochenam Ecclesiam a Nicænis Patribus hoc decreto, non supra unam provinciam, sed supra suam diœcesim esse constitutam. Deinde addit Antiochenum episcopum metropolitanos præcipuo quodam jure ordinare solitum esse, ex auctoritate scilicet hujus canonis Nicæni. Atqui ista solis conveniunt patriarchis. Hi enim soli diœcesim habent, et metropolitanos ordinant, ut infra videbimus.

Innocentio accedit Hieronymus in epistola ad Pammachium de erroribus Joannis Hierosolymitani ita scribens : *Tu qui regulas quæris ecclesiasticas et Nicæni concilii canonibus uteris, et alienos clericos, et cum suis episcopis commorantes tibi niteris usurpare, responde mihi, ad Alexandrinum episcopum Palæstina quid pertinet? Ni fallor, hoc ibi decernitur, ut Palæstinæ metropolis Cæsarea sit, et totius Orientis Antiochia. Aut igitur ad Cæsariensem episcopum referre debueras, cui spreta communione tua communicare nos noveras. aut si procul expetendum judicium erat, Antiochiam potius litteræ dirigendæ.* Fatetur Launoius, sextum canonem Nicæni concilii hic ab Hieronymo designari. Cum ergo dicat Hieronymus, Antiochenum episcopum ex decreto illius canonis habuisse jus in Ecclesiam Palæstinæ, idque supra metropolitanum episcopum, de patriarchis eum canonem intellexerit necesse est. Patriarchæ enim erant supra metropolitanos, et quasi metropolitani metropolitanorum, ut supra dixi. Unde etiam Hieronymus, tam Antiochenum, quam Cæsariensem episcopum ibidem vocat metropolitanum ; sic enim subjungit : *Sed novi cur Cæsaream, cur Antiochiam nolueris mittere. Sciebas quid fugeres, quid vitares. Maluisti occupatis auribus molestiam facere, quam debitum metropolitano tuo honorem reddere.* Recte ergo Petrus de Marca observavit, canonem sextum Nicæni concilii de patriarchis, et de patriarchico jure intellectum esse ab Hieronymo.

Præterea Joannes Scholasticus, qui regnante Justiniano patriarcha fuit Constantinopoleos, in *Collectione canonum* nuper Parisiis edita, sextum hunc canonem de patriarchis intelligit. Nam in primo titulo Collectionis suæ, qui est de patriarchis, hunc sextum canonem Nicæni concilii primo loco ponit. Fuit autem Joannes Scholasticus patriarcha, ut jam dixi ; ac proinde patriarcharum jura ignorare non potuit. Frustraque omnino Launoius ejus auctoritatem imminuere conatur, dum ei objicit, quod sub titulo de patriarchis septimum canonem concilii Nicæni retulerit, in quo agitur de honore Æliensis episcopi. Primo enim responderi potest, id additum esse recentiore manu nec ab ipso Joanne Scholastico scriptum. Cur enim, quæso, Joannes Antiochenus a canone septimo Nicæni concilii, potius quam a sexto ordiri maluisset? Deinde dici potest canonem illum septimum, licet re vera non agat de jure patriarchico episcopi Hierosolymorum, videri tamen ei juri occasionem præbuisse. Auctoritate enim hujus canonis nixi antistites Hierosolymitani, altius paulatim sese attollere cœperunt.

Sed et octava synodus canonem hunc non aliter intellexit. Sic enim habet in actione decima capite decimo septimo. *De potestate patriarcharum et metropolitanorum ad eos adventu.* « Sancta et universalis Nicæna prima synodus antiquam consuetudinem jubet servari per Ægyptum et provincias quæ sub ipso sunt, ita ut horum omnium Alexandrinus episcopus habeat potestatem, dicens quia et in Romanorum civitate hujusmodi mos prævaluit : qua pro causa et hæc magna et sancta synodus, tam in seniori et nova Roma, quam in sede Antiochiæ, et Hierosolymorum, priscam consuetudinem decernit in omnibus conservari, ita ut earum præsules universorum metropolitanorum qui ab ipsis promoventur, et sive per manus impositionem, sive per pallii dationem episcopalis dignitatis firmitatem accipiunt, habeant potestatem : videlicet ad convocandum eos, urgente necessitate, ad synodalem conventum, vel etiam ad coercendum illos et corrigendum, cum fama eos super quibusdam delictis forsitan accusaverit. » Et paulo post iidem Patres de conciliis patriarcharum ita scribunt : « Sed sancta hæc et universalis synodus, nec concilia quæ a metropolitanis fiunt interdicens, multo magis illa novit rationabiliora esse ac utiliora metropolitanorum conciliis, quæ a patriarchali sede congregantur ; et idcirco hæc fieri exigit. A metropolita quippe unius quidem provinciæ dispositio efficitur : a patriarcha vero sæpe totius causa diœceseos dispensatur. » Quibus verbis sententia nostra apertissime confirmatur. Aiunt enim sanctissimi Patres, in canone sexto Nicæni concilii, neque enim alium canonem designant, agi de patriarchis et de jure patriarchico. Confirmant præ-

Digitized by Google

terea id quod superius observavi : patriarcham hoc præcipue differre a metropolita, quod metropolita quidem præest uni provinciæ : patriarcha vero regit integram diœcesim.

Sufficere poterat auctoritas concilii generalis, cui nefas est refragari. Omnes certe canonum interpretes Græci hunc canonem nostrum de patriarchis exposuerunt. Ita Zonaras et Balsamo, qui profecto melius canones intellexerunt quam Launoius. Nec est quod quis objiciat, Græcos solos in ea fuisse sententia. Nego ullum unquam, seu Latinum, seu Græcum adhuc exstitisse, qui aliter eum canonem acceperit.

## CAP. IV.

Sed dicet aliquis id quod a Launoio dictum est, patriarcharum nomen diu post tempora concilii Nicæni usurpari cœpisse, ac proinde in concilio Nicæno de illis agi non posse. Equidem fateor nomen patriarcharum post Nicænæ synodi tempora invaluisse. Verum res ipsa nihilominus exstabat ante concilium Nicænum. Natura enim ita comparatum est, ut nomina rebus ipsis posteriora sint. An tu dices Alexandrinum pontificem non re vera fuisse patriarcham ante concilium Nicænum, cum ante illud concilium totam Ægyptum et Libyam ac Pentapolim rexerit, idque ex vetusta consuetudine, ut testantur Patres Nicæni? Dic mihi igitur, quandonam Alexandrinus episcopus cœperit esse patriarcha? Idem de episcopo Romano et Antiocheno sentiendum est, eos semper fuisse patriarchas, jam inde a primis Ecclesiæ temporibus, licet serius patriarchæ vocitati sint. Duo tantum in Ecclesia patriarchæ allecti sunt, Constantinopolitanus scilicet et Hierosolymitanus. Tres vero illi quos dixi jam inde ab apostolicis temporibus, et ab ipsis Ecclesiæ cunabulis, patriarchæ fuerunt, id est patriarchicum jus obtinuerunt.

## CAP. V.

Abunde, ut opinor, probavimus sextum canonem Nicænæ synodi de patriarchis intelligendum esse qui diœcesim regunt, non autem de metropolitanis, qui uni tantum provinciæ præesse noscuntur. Idque confirmat etiam canon secundus concilii Constantinopolitani. In quo episcopi centum quinquaginta decretum Nicænæ synodi confirmantes, supradictum canonem sextum explicant de episcopis qui diœcesim regunt. Ii vero non alii sunt quam patriarchæ. Superest ut ostendamus quod initio promisimus, non de sola ordinatione agi in eodem canone, sed de omni jure patriarchico. Id vero ita demonstrari facile potest : Si Patres Nicæni concilii de sola ordinatione agere voluissent, nomen ordinationis omnino posuissent in hoc capite, et reliqua omnia excepissent. Id enim ratio postulat. Atqui ordinationis nullam prorsus mentionem fecere; imo generaliter locuti sunt. Audi enim illorum verba : ὥστε τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν : id est, *ut Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem.* Quod si quis dicat, his vocibus : *horum omnium :* loca duntaxat intelligi, Ægyptum scilicet et Libyam ac Pentapolim, ne sic quidem effugiet. Nam in his omnibus locis potestatem habere dicitur episcopus Alexandriæ. Est autem potestas nomen generale, et ad omnia extenditur nisi termino aliquo circumscribatur. Cum igitur Patres Nicæni nullis eam finibus constrinxerint, id nos temere facere non debemus. Certe episcopi synodi Chalcedonensis eo sensu quem dixi Nicænum canonem acceperunt. Ita enim eum referunt in actione decima sexta : ὥστε τὸν ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας πάντων ἔχειν ἐξουσίαν. Sed ut omnis tollatur difficultas, videndum est quidnam juris in Ægypto, Libya et Pentapoli, Alexandrinus pontifex habuerit ante concilium Nicænum. Nam si ostenderimus, ante illam synodum episcopum Alexandriæ omnium ecclesiasticorum negotiorum potestatem in illis provinciis habuisse, liquido apparebit Nicænos Patres in hoc canone non de sola ordinatione egisse, cum nihil ex antiqua consuetudine minuerint, sed eam potius confirmaverint.

## CAP. VI.

Primum igitur reperio episcopum Alexandrinum diu ante tempora concilii Nicæni curam habuisse Pentapoleos. Cum enim Sabellius errorem suum apud Ptolemaidem urbem Pentapoleos disseminare cœpisset, multique statim ei contradixissent ex Catholicis viris, utraque pars tam Sabellii, quam Catholicorum, legatos misit ad Dionysium Alexandrinum episcopum : qui auditis partibus, quid sentiendum esset definivit, scripsitque ea de re ad Ecclesiam Ptolemaidis. Docet id Dionysius ipse in *Epistolâ* ad Xystum Romanæ urbis episcopum : ejusque verba referuntur ab Eusebio in libro septimo *Historiæ ecclesiasticæ*. Idem confirmat Athanasius in libro De sententia Dionysii Alexandrini contra Arianos, cujus locum adversus semetipsum protulit Launoius. *In Pentapoli superioris Libyæ, quidam episcoporum sententias Sabellii amplectebantur,* etc. *Re cognita Dionysius ad cujus curam eæ Ecclesiæ pertinebant, legatos misit, qui auctores harum rerum ab illis pravis opinionibus retraherent.* Sed et Libyam ante concilium Nicænum sub Alexandrini pontificis dispositione fuisse docet idem Dionysius in Epistola ad Germanum, quæ refertur ab Eusebio in libro septimo. Nam cum Dionysius relegatus esset in vicum Libyæ Cephron, ait se illic verbum Dei incolis prædicasse, multosque sua prædicatione conversos fuisse ad fidem Christi. Quod quidem episcopalis jurisdictionis esse nemo, ut opinor, ambigit. Jam vero provinciam Thebaidis ante Nicæna tempora Alexandrino episcopo subjacuisse, apparet ex Historia Meletii. Qui cum esset episcopus Lycopolis in Thebaide et multa contra leges ecclesiasticas fecisse, adeoque diis gentium sacrificasse argueretur, collecta synodo a Petro Alexandrino depositus est, viginti plus minus annis ante concilium Nicænum, ut scribit Athanasius in *Apologia adversus Arianos.* Idem confirmat Epiphanius in hæresi 68, ubi scribit Meletium illum Thebaidis episcopum subjacuisse Petro Alexandrino episcopo, et ad illum ecclesiastica negotia retulisse, ex more institutoque veteri : *Hic enim mos est,* inquit, *Alexandrinorum archiepiscoporum, ut per totam Ægyptum ac Thebaidem, Libyam, Ammoniacam, Mareotidem ac Pentapolim, ecclesiastica negotia administrent.* Non igitur solius ordinationis, sed omnium Ecclesiæ negotiorum cura per eas regiones ad episcopum Alexandriæ pertinebat, idque ante synodum Nicænam. Quare cum Nicæni Patres antiquas consuetudines in Ægypto firmaverint, apparet eos non de sola ordinatione locutos esse, sed de omnibus negotiis ecclesiasticis. Omnes certe Ægypti episcopi ita semper hunc canonem intellexerunt, quemadmodum discimus ex concilio Chalcedonensi, actione 4, ubi Hieracius episcopus Ægypti, nomine episcoporum totius provinciæ ita dicit : *De epistola autem sanctissimi et Deo amicissimi archiepiscopi Romani Leonis, sciunt omnes sanctissimi Patres nostri, quia in omnibus exspectamus sententiam sanctissimi archiepiscopi; et petimus vestram clementiam, exspectare præsidis nostri præsentiam, quia eum in omnibus sequimur. Nam et sancti Patres qui in Nicæa congregati sunt* 318, *hanc regulam dederunt, ut sequatur omnis Ægyptiaca diœcesis archiepiscopum magnæ urbis Alexandrinæ, et nihil absque ipso agatur ab aliquo ei subjacente episcopo.*

## CAP. VII.

Abunde, ut opinor, probavimus id quod initio

hujus disputationis polliciti eramus, canonem sextum concilii Nicæni de patriarchis agere quatenus patriarchæ sunt; nec de sola ordinatione accipiendum esse, sed de omni jure patriarchico. Nunc ad reliqua pergamus. Sequitur in dicto canone : *Quia et episcopo Romano parilis mos est*. Græca sic habent : ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστιν. Quæ verba cum sint per se manifestissima, variis tamen multorum expositionibus in absurdissimum sensum detorta sunt. Nos verbis ipsis inhærentes, sententiam Nicænorum Patrum investigare conabimur. Duas igitur causas decreti sui afferunt sanctissimi antistites, quamobrem scilicet episcopus Alexandriæ per Ægyptum, Libyam ac Pentapolim, omnimodam habeat potestatem. Prima est, vetus consuetudo illorum locorum. Sic enim dicunt, *antiqua consuetudo servetur per Ægyptum*, etc. Secundam deinde causam afferunt exemplum episcopi Romani. Hanc enim vim habent hæc verba : ἐπειδὴ καὶ, etc. Ubi duo notanda sunt : primum est episcopum Romanum proponi quasi exemplum et normam reliquorum patriarcharum ; deinde nihil in hoc canone statui de episcopo Romano, cum tamen de aliis aliquid statuatur, puta de Alexandrino, Antiocheno et Hierosolymitano. Recte ergo Nicolaus papa in Epistola ad Michaelem imperatorem ita scribit : *Denique si instituta Nicænæ synodi diligenter inspiciantur, invenietur profecto, quia Romanæ Ecclesiæ nullum eadem synodus contulit incrementum, sed potius ex ejus forma, quod Alexandrinæ Ecclesiæ tribueret particulariter, sumpsit exemplum*. Quod cum verissime dictum sit a Nicolao, Launoius tamen in Dissertatione sua reprehendit. Nihil enim Alexandrino pontifici a Nicænis Patribus tributum fuisse contendit, idque fere omnibus paginis inculcat. Verum ipse longe fallitur. Nam cum Alexandrini pontifices ante concilium Nicænum potestatem, quam in Ecclesias totius Ægypti habebant, sola consuetudine et antiquitate defenderent, Nicæni Patres eam possessionem decreto suo confirmarunt. Multum ergo tribuerunt Alexandrino pontifici, qui potestatem ejus speciali canone stabilierunt, ita ut nemo in posterum ei refragari posset. Idem est igitur ac si diceres, cum senatus Parisiensis possessionem alicujus fundi aut juris uni ex litigantibus adjudicat, nihil illi tribuere. Post concilium Nicænum episcopi Alexandrini ex auctoritate universalis concilii sibi vindicarunt, id quod antea sola consuetudine usurpabant. Jus ergo illorum sancitum est et firmatum a synodo Nicæna, idque exemplo episcopi Romani. Id enim sibi volunt hæc verba : *Quia et episcopo urbis Romæ parilis mos est*. Idem est enim ac si dicerent, episcopus Alexandriæ in tota Ægypto omnem habeat potestatem, quia episcopi quoque Romani eadem est consuetudo. Quibus verbis Patres Nicæni primatum sedis Romanæ manifeste agnoscunt. Illud enim sine dubio primum est, quod est norma ac regula cæterorum. Hinc factum est, ut in quibusdam antiquis Collectionibus hic canon inscriptus sit *De primatu Ecclesiæ Romanæ*. Ita certe sentit Gelasius papa in *Epistola ad Orientales* de nomine Acacii p. 183 his verbis : *Qua enim ratione vel consequentia aliis sedibus defendendum est, si primæ B. Petri sedi antiqua et vetusta reverentia non defertur, per quam omnium sacerdotum dignitas semper est roborata atque firmata, trecentorumque decem et octo Patrum invicto et singulari judicio vetustissimus judicatus est honor*. Sed et ante Gelasium Bonifacius papa in *Epist. ad episcopos Thessaliæ* idem observarat, ita dicens : *Nicænæ synodi non aliud præcepta testantur : adeo ut non aliquid super eo ausa sit constituere, cum videret nihil supra meritum suum posse conferri. Omnia denique huic noverat Domini sermone concessa*, etc. Verum hic primatus multo apertius stabilitus est in synodo Constantinopolitana, quæ præcepit ut episcopus Constantinopoleos secundum locum haberet post episcopum Romanum.

Illud præterea notandum est, Nicænos Patres qui episcopi Alexandrini diœcesim definierant, episcopi Romani non definiisse. Quod prudenter ab illis factum est. Nam cum ea synodus fere tantum ex Orientalibus constaret episcopis, et ad Orientis atque Ægypti negotia ordinanda tantum esset congregata, de Romana diœcesi nihil decrevit : sive quod ejus terminos non satis cognosceret, sive quod nihil ad se et ad præsentem quæstionem hoc facere existimaret. Porro cum Patres synodi Nicænæ potestatem quam habebat Alexandrinus pontifex per totam Ægyptiacam diœcesim, compararent cum ea potestate quam habebat Romanus pontifex, omnino intellexerunt potestatem quam habet episcopus Romanus in sua diocesi. Utraque enim ex æquo sibi respondere debeat : et sicut Alexandrinus componitur cum Romano, ita diœcesis conferenda est cum diœcesi. Alioqui inepta et imperfecta esset comparatio, si de Alexandrino quidem pontifice loquentes episcopi, universam ejus diœcesim seu patriarchatum comprehenderent, de Romano vero pontifice non item, sed solam ejus provinciam Romanam intelligerent, quod est absurdissimum. Comparant igitur Nicæni Patres et episcopum episcopo, et diœcesim diœcesi, et potestatem potestati, et consuetudinem consuetudini : consuetudinem scilicet regionum Ægypti, consuetudini diœceseos Romanæ. Juxta has regulas intelligenda est expositio Rufini, qui hunc canonem ita interpretatus est : *Ut apud Alexandriam et in urbe Roma vetusta consuetudo servetur, ut vel ille Ægypti, vel hic suburbicariarum Ecclesiarum sollicitudinem gerat*. Per suburbicarias enim Ecclesias intelligit Rufinus eas, quæ sunt sub episcopo urbis Romæ. Nam suburbicariæ Ecclesiæ eodem modo dicuntur, quo suburbicariæ provinciæ. Ut ergo suburbicariæ provinciæ appellantur, quæ erant sub vicario urbis Romæ, sic Ecclesiæ suburbicariæ dicuntur a Rufino, quæcunque subjacebant episcopo urbis Romæ. Et quemadmodum provinciæ suburbicariæ peculiarem constituebant diœcesim vicarii urbis Romæ, ita Ecclesiæ suburbicariæ diœcesim constituunt episcopi Romani. Verum qui fuerint termini hujus diœceseos temporibus concilii Nicæni, haud facile fuerit affirmare. Tutissimum tamen mihi videtur, sequi sententiam Græcorum interpretum, qui Romano patriarchæ universum Occidentem ascribunt, licet id Romanis displiceat. Certe Patres qui Arelatensi concilio interfuerunt, patriarchatum episcopi Romani non aliter videntur accepisse. Sic enim loquuntur in epistola synodica quam ad Silvestrum papam scripserunt : *Placuit etiam, antequam a te qui majores diœceses tenes, per te potissimum omnibus insinuari*. Quæ sunt enim illæ majores diœceses, quas Romanus episcopus tenere dicitur, nisi Occidentis provinciæ? Quæ si cum Alexandrino vel Antiocheno patriarchatu comparentur, longe majores et ampliores esse deprehenduntur.

## CAP. VIII.

Exposito canone concilii Nicæni, jam tempus est ut argumenta quibus Joannes Launoius sententiam suam firmare nititur, paucis refellamus. Ait igitur Launoius temeritatem Meletii causam huic canoni præbuisse. Nam cum Meletius in multis Ægypti regionibus ordinationes facere præsumpsisset, Patres audaciam illius hoc canone represserunt et pristinum jus Alexandrini antistitis confirmarunt. Hæc est argumentatio Launoii in capite 1 Dissertationis de sexto canone Nicæno. Sed Launoius ante omnia probare debuerat, hanc fuisse causam condendi canonis. Cujus tamen rei nullum affert

testimonium, sed sibi id affirmanti credi postulat. At nos in his præsertim rebus sine teste nihil credimus. In hoc canone non de solo Alexandriæ episcopo, sed etiam de Antiocheno aliisque agitur metropolitanis. Quid ad hos pertinuit Meletii schisma? Quod si contendis non aliam hujus canonis promulgandi causam fuisse, concedamus hoc tibi, si placet. An ex eo sequitur id quod vis, in hoc canone agi tantum de ordinatione? Nullo certe modo. Singularis enim res causam interdum præbere potest generali constitutioni. Nec magis firmum est quod in eodem capite scribis, hunc canonem 6 esse quamdam velut exceptionem canonis 4, quo jus ac potestas confirmandarum ordinationum in singulis provinciis tribuitur metropolitano. Tu vero in Alexandrina et Romana diœcesi metropolitanos nullum jus habuisse censes, in quo tamen tibi assentiri non possum. Synodus enim Nicæna in dicto canone 6 nihil ademit metropolitanis. Quod manifeste confirmat ipsius canonis clausula quæ sic habet : *Illud autem generaliter clarum est, quod si quis præter metropolitani sententiam fuerit factus episcopus, hunc magna synodus definivit episcopum esse non oportere.* Non igitur canon sextus exceptio est ac restrictio canonis 4, cum eum potius confirmet; nec adimit quidquam potestati metropolitanorum, sed metropolitanis adjungit patriarchas, qui sunt metropolitani metropolitanorum.

## CAP. IX.

Multa soles dicere quæ non probas. Tale est illud quod ais pagina quinta, prisco more receptum fuisse ut Alexandrinus episcopus per universam Ægyptum episcopos, presbyteros ac reliquos ministros ordinaret aut ordinari permitteret. De episcopis quidem tibi facile concedo, eos ab Alexandrino pontifice ordinatos fuisse : non tamen sine consensu metropolitani. Alioqui quodnam jus fuisset metropolitanorum in Ægypto? Neque enim putandum est, metropolitanos Ægypti pejoris fuisse conditionis quam cæteros. De presbyteris vero et aliis clericis nego. Nullum sane hujus rei testimonium profers. Nam quod adducis ex Sozomeni libro primo, ubi Meletius absente Petro, qui persecutionis tempore aufugerat, ordinationes ministrorum ad Petrum solum pertinentes sibi vindicasse dicitur, id manifeste intelligendum est de presbyteris et diaconis Ecclesiæ Alexandrinæ, quos absente Petro Meletius instituerat. Idque plane confirmat Athanasius in Apologia pag. 788, ubi scribit Alexandrum post synodum Nicænam quæ ordinatos a Meletio confirmaverat, prudenti usum consilio, exegisse a Meletio, ut indiculum sibi daret continentem nomina eorum qui Alexandriæ ab ipso fuerant ordinati : quem quidem indiculum ibi affert Athanasius. In eo recensentur nomina omnium episcoporum qui erant partis Meletii per Ægyptum. Sequuntur deinde nomina presbyterorum et diaconorum quos Meletius in urbe et in agro Alexandrino ordinaverat. Quod si alibi quoque presbyteros et diaconos habuisset Meletius, eorumque ordinatio soli competivisset episcopo Alexandriæ, eorum quoque indiculum Alexander a Meletio flagitasset, ut apparet. Quod cum Alexander non fecerit, prorsus dicendum est, aut Meletium nonnisi Alexandriæ presbyteros et diaconos ordinasse, aut ordinationem clericorum qui essent extra parœciam Alexandriæ, nihil ad Alexandrinum episcopum pertinuisse. Ex illo igitur Sozomeni loco nihil potes concludere : nihil item ex altero Socratis qui est in lib. VI, cap. 7. Ad quem locum ita observas; duo fecisse Theophilum. Primo episcopum constituisse Hermopoli, deinde clericos a se ordinatos episcopo adjunxisse. Credidisti enim Ammonium et ejus fratrem a Theophilo ordinatos esse clericos Ecclesiæ Hermopolitanæ. In eadem quoque sententia fuisse video auctorem *Geographiæ sacræ*. Sed profecto longe falleris. Theophilus enim Ammonium et fratrem secum retinuit eosque clericos Ecclesiæ suæ, id est Alexandrinæ, ordinavit. Idque tam diserte dicit Socrates, ut mirer a te homine acutissimo id animadversum non fuisse. Quis vero sibi persuadere posset, presbyteros ac diaconos totius Ægypti ab Alexandrino episcopo ordinatos fuisse? Quidnam igitur remansisset episcopis, adempta ipsis ordinatione clericorum? Episcopus enim adempta ordinandi potestate, videtur quodammodo redactus in ordinem presbyterorum, cum hoc maxime episcopus distet a presbytero, quod ordinandi habeat potestatem, ut testatur Hieronymus.

## CAP. X.

Notanda est etiam observatio tua quam in hoc capite posuisti, pagina 8, ubi inquiris quibus in locis Meletius illicitas ordinationes facere præsumpserit. Ais enim : *Eleutheropoli*, inquit Epiphanius, *Basæ et Æliæ*, etc. Videris omnino has urbes pro Ægypti urbibus accepisse. Vis enim probare Meletium in tota Ægypto episcopos ac presbyteros ordinasse. Has igitur urbes, quæ tamen in Palæstina sunt, Ægypto tribuisti. Alioqui cur eas nominabas? Basam præterea nominas pro Gaza, ut recte legitur in editione Petavii. Cæterum ex hoc Epiphanii testimonio apparet, Meletium non in Ægypto solum, sed etiam in Palæstina ordinationes illicitas celebrasse. Cum enim damnatus esset in metalla Palæstinæ quæ Phœnesia dicebantur, in itinere, id est tam eundo quam redeundo, clericos ordinavit. Quod si scire vis in quibusnam Ægypti urbibus episcopos ordinarit Meletius, habes urbium et episcoporum nomina in Indiculo Meletii quem refert Athanasius. Quem tu si legisses, testimonium Epiphanii omittere poteras.

## CAP. XI.

In Corollario quarto ais, inter antiquas consuetudines quarum mentio fit in canone sexto concilii Nicæni, merito collocari posse morem illum quo Romanus episcopus Thessalonicensi episcopo vices suas delegabat. In quo dupliciter falleris : primo cum putas in supradicto canone Nicæno intelligi priscas quasdam consuetudines in regendis Ecclesiis. Nullam enim aliam consuetudinem intelligunt Nicæni Patres, quam illam quæ mox ab ipsis subjungitur, ut scilicet episcopus Alexandriæ per universam Ægyptum omnium habeat potestatem : similiter episcopus Antiochiæ in sua diœcesi, et singuli metropolitani in suis provinciis. Quod autem putas, morem illum Romanorum antistitum qui Thessalonicensi episcopo vices suas mandabant, vetustiorem fuisse concilio Nicæno, refellit te concilium Romanum, quod nuper editum est a Luca Holstenio. Illic enim cum origo ejus moris ab ultima vetustate repeteretur, nulla ejus ante pontificatum Damasi proferuntur indicia.

## CAP. XII.

In Corollario decimo quarto, ubi refers epistolam Innocentii papæ ad Alexandrum episcopum Antiochenum, male reprehendis doctissimum antistitem Petrum de Marca, qui recte notaverat, Innocentium in dicta epistola de jure patriarchico episcopi Antiocheni locutum esse et prædictum canonem Nicænum eo sensu accepisse. Verba Innocentii sunt : *Revolventes itaque auctoritatem Nicænæ synodi, quæ unam omnium per orbem terrarum mentem explicat sacerdotum, quæ censuit de Antiochena Ecclesia cunctis fidelibus, ne dixerim sacerdotibus, esse necessarium custodire, qua super diœcesim suam prædictam Ecclesiam, non super aliquam provinciam noscimus constitutum.* Fateor in cunctis editionibus legi *constitutum.* Sed si grammaticorum regulas consuluisses, docuissent te profecto legendum esse *consti-*

Digitized by Google

